Teol G



MICHAELIS

GHISLERII

ROMANI

EX CLERICIS REGVLARIbus, in Ieremiam Prophetam Commentarij.

Item in Baruch, & breues D. Io. Chrysost. in Ieremiam explanationes, & octo Origenis Homiliæ: quæ omnia nunc primùm in lucem emittuntur.

Quæ in his Commentariis, prout nunc prodeunt, continentur, subsequens Elenchus indicabit.

TOMVS PRIMVS

In decem prima capita.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND
M. DC XXIII.

Sanctiss.° ac Beatiss.° Patri

D.D. NOSTRO GREGORIO

DECIMOQVINTO

PONTIFICI MAXIMO,

MICHAEL GHISLERIVS ROMANVS

CLERICVS REGVLARIS PERPETVAM FELICITATEM.

SACRORVM vaticiniorum librum, scriba simul ac Propheta excipiente Baruch, sanctus dictarat Ieremias,[a] quem deinde oblatum Ioachim Iudæorum Rex in ignem impio coniecit furore: eadem in auctorem, & scribam sæuiturus animaduersione, ni ope sua Deus regiæ anteuertisset indignationi. Primo illo absumpto volumine Propheta sanctus, additis ad vaticinia priora quamplurimis, dictauit & alterum. Huic ego velut alius Baruch, non quidem futurorum prænunciatione; sed officio Commentatoris addictus, non exiguam nauaui operam, tum internis veluti diuinitus impulsus stimulis, tum eorum quibus refragari nefas est, commotus imperio. Et quidem super id Apostoli;[b] *Qui prophetat, Ecclesiam Dei ædificat,* S. Ambrosius, *Prophetas,* ait, *interpretes dicit Scripturarum. Sicut enim Propheta futura prædicit, quæ nesciuntur: ita & hic cùm Scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare.* Et cùm per eumdem Paulum alibi hæc asseruntur,[c] *habemus prophetiam secundùm rationem fidei*; prophetiam fidei congruentem S. Anselmus interpretandi intelligit rationem, quæ extra fidei regulam non

[a] Ierem. 36.

[b] 1.Cor.14.4.

Ambrosius Comment. in Epist. Pauli.

[c] Rom.12.6.

Anselmus Comment. in Epist. Pauli.

Plinius lib. 9. cap. 62. vagatur. Ea duce Atlanticum Scripturæ pelagus enauigaui, sicuti musculo pisciculo duce torpidissima, & vastæ molis balena immensum traiicit Oceanum. Eius ductu ad portum appuli, ad te, *Beatissime Pater*, verùm Regi Ioachim sacrarum litterarum incendiario, & eidem persimilibus oppositum: ad te, inquam, cui summo iure id competit, quod cuilibet iusto tribuit Philo Carpathius, vt & venter [d] dicaris Christi, & pyxis eburnea, in qua codices conditi sint diuinæ sapientiæ. Vtpote quem idcirco opportunè Deus in Petri collocauit sede, vt, iuxta nominis tui GREGORII etymon, in ipsa quam Apostolus [e] *columnam, & firmamentum* dicit *veritatis*, vigilantissimum, qui in sacras paginas exantlati essent labores, & susceptorem haberent, & defensorem. Me itaque ad tuos sanctissimos pedes prouolutum, eius filium Religionis, quæ non modò post summum singulari diuini numinis afflatu susceptum imperium, sed etiam ante Pontificatum Bononiæ, ac Romæ beneficiis se immortalibus tibi obstrictam profitetur, hilari vultu excipias, & opus sacrum tibi suo iure debitum benigno fauore prosequere. Summus interim Deus in longissimum æuum communi sanctæ Ecclesiæ beneficio te incolumem seruet. Romæ, è Cœnobio Sancti Siluestri Montis Quirinalis die 28. Augusti M.D.CXXII.

Philo Carpathius Comment. in Cant.
[d] Cantic. 5.
[e] 1. Timot. 3. 15.

Illustriss.° ac Reuerendiss.°

D. D. LVDOVICO

LVDOVISIO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI, ET SEDIS APOSTOLICÆ CAMERARIO,

MICHAEL GHISLERIVS ROMANVS

CLERICVS REGVLARIS PERPETVAM FELICITATEM.

QVOD tenebrarum interiorum, & exteriorum sæpius sacrum meminit Euangelium, arrepta (vt aliquibus visum est viris [a] doctis) occasione ex duplici Ieremiæ nostri tenebricoso [b] interiori, ac exteriori [c] carcere; Commentariis hisce meis, CARDINALIS AMPLISSIME, suggerit posse contingere, vt tenebris pariter offundantur, & interioribus, ex ipsa auctoris obscuritate, & exterioribus, ex iniecta illis per inuidos detractionum caligine. Operæ pretium itaque mihi censui curandum, vt & sancto Vati, & elaborato in eius vaticiniorum enodatione operi duplex affulgeat lumen. Quem ergo lumen maius Sanctissimus Dominus Noster GREGORIVS XV. suo illustrat fulgore, tu quoque purpureo tuo, instar Auroræ Solem praeuenientis lumine, & nomine splendidiorem efficito. Splendidiorem sanè efficis Ieremiam, cùm te tuis ei simillimum exhibes moribus: vt sicut ille, tametsi in tempora incidisset maximè incommoda, corruptissimósque in hominum mores, visus est quasi inter densissimas tenebras pietatis suæ lumine præfulgere; Ita & tu nostrorum temporum infelicissimam viuendi rationem splendore tuarum temperes virtutum. Discutiendas quoque per te & quaslibet operis huius mei tenebras est mihi exploratissimum. Tantis enim luminibus in libri prælucenti-

[a] Abulens. in cap. 25. Matth. quæst. 558.
[b] Ierem. 37.
[c] Ierem. 38.

bus limine, & legentium perstringentur oculi, vt quod mei est obscurum non videant: & auctoritatis tuæ radiis maledicentium effusæ in aëra dißipabuntur nebulæ. Det Illustrißimæ Dominationi tuæ Deus, æquè ac Patruo Sanctißimo, vt lux vestra splendens procedat, [d] *iuxta Sapientis dictum, & crescat vsque ad perfectum æternitatis diem. Romæ, è Cœnobio Sancti Siluestri Montis Quirinalis die 28. Augusti. M.D.C. XXII.*

[d] Prou.4. 18.

PRÆFA

PRÆFATIO
COMMENTARIORVM
MICHAELIS GHISLERII
CLERICI REGVLARIS IN IEREMIAM PROPHETAM.

Quis fuerit Ieremias.

Capvt I.

1 *Ieremias libri istius auctor.*

DE libri huius, quem Deo inspirante, eodémque opitulante, exponendum suscepimus, æquum esset vt primum ageremus auctore; tum & de eiusdem genere, atque de patria; tertiò de loco vbi auctor ipse ista habuit vaticinia; ac demum de tempore, quo is propheticum exercens munus, id totum quod libro isto continetur, & verbo ad populum protulit, & scripto pro præsentibus, & pro absentibus commendauit volumini. Ceterùm quia ex iis quæ in Commentariis hisce exactius pertractantur in eiusdem libri tituli explicatione, ista ferè habentur: ne acta agamus, haud operæ pretium mihi censui, vt in his detineat, præsertim cum multò meliùs ex sancti ipsius Prophetæ colligere quisque possit vita, quam immediatè post hanc præfationem subieci exaratam à Veteribus Patribus. Vt

2 *Ieremiæ encomia apud Patres.*

tamen & in hoc primo vestibulo præstantissima pateat operis istius excellentia, breuissima adnotare non piget quæ auctoris eius reperi encomia; primus enim discendi ardor, iuxta id commune effatum, nobilitas est magistri. Hieronymus præfatione sua in Ieremiæ librum, quem ex Hebræo in Latinum reddidit, virginitate sua Euangelicum virum Christi Ecclesiæ illum asserit dedicasse. Quòd si Euangelica perfectio non tam in studio sita est puritatis, atque virginitatis, quàm in affectu collocata est fraternæ charitatis, dicente Iesu in Euangelio ipso; [a] *In hoc cognoscent homines quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem:* pereximio certè is à Gregorio Nazianzeno celebratus dicendus panegyrico, quando in oratione decima, quam ad Nazianzi populum habuit, ait, Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν συμπαθέστατος, vt qui humanitate, compassione, & condolentia nulli cesserit Prophetarum. Vnde & in secundo libro Machabæorum, [b] *fratrum amator* insigni nuncupatur epitheto. Et si is demum perfectus virtutum dicendus est magister, qui per experimentalem calamitatum, & passionum probationem illarum callucrit scientiam, iuxta illud Ecclesiastici; [c] *Qui non est tentatus quid scit?* Id quod & in Christo Domino extulit Paulus, cum diceret, *Et* [d] *quidem cùm esset filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam: & consummatus,* id est, perfectus in ea scientia, *factus est,* & magisterio, scilicet suo, *omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Profecto & peregregio Ieremias noster eo commendatus ab Isidoro Pelusiota est titulo, quo lib. 1. epistolarum epistola 298. dictus est πολυπαθέστατος τῶν προφητῶν, id est, Prophetarum omnium calamitosissimus. His autem vniuersis id præferendum, quo eumdem extollit Hieronymus in suis Comment. super cap. 23 Ieremiæ, dicens: *Certè nullum puto sanctiorem esse Ieremia, qui Virgo, Propheta, sanctificatusque in vtero, ipso nomine præfigurat Saluatorem: Ieremias enim interpretatur Domini excelsus.* Quibus adde, non nomine duntaxat Iesum præfigurasse, sed & ipsa vitæ puritate, innocentia, sanctitate, ærumnarumque perpessione, & quod præ omnibus esse arbitror, consignatione doctrinæ suæ per proprij sanguinis effusionem.

Neque enim quid pio cuique superesse crediderim dubij, quòd à Iudæorum plebe

Hieronym. *Ieremias virginitate sua Euangelicum Ecclesiæ virum dedicauit.*
Ieremias charitate & compassione Prophetarum omnium præstantissimus.
a Io. 13. 35.
Gregor. Nazian.
b 2. Machab. 15. 14.
3 *Ieremias perfectus virtutum magister ob experimentalem passionũ probationem.*
c Eccl. 34. 9.
d Hebr. 5. 8.
Isid. Pelus.
Hieronym. *Ieremias sanctior omnibus Prophetis.*
Ieremias multiplici ratione præfigurauit Saluatorem.

† 4 lapidi

Ieremias obiit lapidibus obrutus.

lapidibus obrutus is obierit, cum ita ſit hoc iam in Eccleſia receptum, vt in Martyrologio Romano prima die Maij iſtam eius mortem his fideli populo denunciatam reperiam verbis. *In Aegypto ſancti Ieremiæ Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit, ibique ſepultus eſt.* Hæcque eſt communis ſententia Patrum omnium, quos me vidiſſe contigit. Licet enim Tertullianus in tertio libro metricè ſcripto contra Marcionem cap. 6. negaſſe id videatur hoc carmine; *Nulla morte virum conſtat, neque cæde peremptum.* Ex eo tamen nil aliud colligitur, quàm id ex ſacris non conſtare libris, in quibus re vera nihil de Ieremiæ morte ſcriptum reperitur. Alioquin enim Tertullianus ipſe in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos, cap.8. manifeſtè hæc habet. *Ieremias lapidatur.* Solus in contrarium eſt Victorinus Martyr, qui in illud Apocalypſis; [e] *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis;* hæc habet. *Multi putant vnum ex his teſtibus eſſe Eliam, aut Eliſæum, aut Moyſem, ſed vtrique mortui ſunt; Ieremiæ autem mors non inuenitur: quia omnes veteres noſtri tradiderunt, illum eſſe Ieremiam: nam & ipſum verbum quod factum eſt ad eum, teſtificatur ei, dicens: Priuſquam figurarem te in ventre, cognoui te, & priuſquam de vulua procederes, ſanctificaui te, & Prophetam in Gentibus poſui te. In Gentibus autem Propheta non fuit: & ideo verbum Domini verax neceſſe habet quod promiſit exhibere, vt in Gentibus Propheta ſit.* Quibus in Victorini verbis tria notanda ſunt, quæ in opinionis ſuæ confirmationem is affert. Primum, quòd Ieremiæ mors non inueniatur: Secundum, quòd veteres omnes alterum eorum duorum Ieremiam eſſe cenſuerint: Tertium, quòd neceſſariò venturus cum Elia ſit Ieremias ad prædicandum Gentibus, vt facta ad ipſum Dei impleatur pollicitatio. Et quidem quoad hoc tertium nihil eſt, quod hic detineamur, cùm ſatis ſuperque ex iis quæ ſuper ea Domini verba in Commentariis dicimus, pateat, hanc Dei promiſſionem ad Ieremiam de prophetiis ad Gentes quoque proferendis iam executioni eſſe mandatam. Quoad id verò quod ſecundò aſſerit, veteres omnes alterum eorum duorum Ieremiam intellexiſſe; crediderim ſanè pleroſque antiquorum ita ſenſiſſe, nam & hoc affirmat Hilarius Canone 20. in Matthæum, qui tamen eorum improbat opinionem. Quod autem veteres omnes id ſenſerint, pace tanti Martyris dixerim, haud ita eſſe ex eo colligitur, quòd Irenæus lib.5. aduerſus hæreſes cap.5. alterum Eliæ ſocium exiſtimet eſſe Enoch. Nouimus autem Irenæum Victorino eſſe antiquiorem; adde quod Irenæus ipſe ait. *Quapropter dicunt presbyteri, qui ſunt Apoſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt* (Enoch, ſcilicet,& Eliam, de quibus tunc loquebatur) *illuc* (id eſt, in Paradiſum Edem) *tranſlatos eſſe.* Vnde & Clemens Papa Petri diſcipulus lib. 5. Conſtit. cap.8. *Si voluiſſet*, inquit, *Deus homines immortales manere, quòd hoc facere potuit, oſtendit in Enoch, & in Elia, quos mortem experiri non permiſit.* Tertullianus quoque ipſo Victorino antiquior, lib.de Anima cap.28. dicit; *Tranſlatus eſt Enoch, & Elias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet. Ceterùm morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* Omitto complures ſanctos Patres idipſum aſſerentes, cùm Victorino ſint poſteriores. Quoad primum: Verum quidem eſt quòd Ieremiæ mors in ſacris litteris deſcripta non inuenitur, conſtans tamen eſt & apud antiquiſſimos Hebræorum, illum in Ægypto lapidibus fuiſſe obrutum.

4 *Ieremias ſecundum Victorini opinionẽ adhuc non eſt mortuus.*

Tertullian.

Victorinus Martyr.

[e] Apoc.11.3.

Ieremias quomodo propheta‍ſſe dicatur in Gentibus.

Hilarius.

5 *Ieremias ſecundum veteres Patres non eſt vnus ex duobus, qui dicuntur à Deo tranſlati.*

Irenæus.

Clemens PP.

Tertullian.

Præclarè autem Origenes epiſtola ad Africanum de hiſtoria Suſannæ, rationem afferens, cur ſanctorum Prophetarum interfectiones in Scriptura ſacra minimè reperiantur conſignatæ; *Dicendum*, inquit, *quod ex iis quæ Presbyterorum, & Magiſtratuum, & Iudicum continebant vituperationem, quæcumque potuerunt, ſuſtulerunt à cognitione populi: quæ quidem ſeruantur in arcanis.* Quod probat exemplo ſectionis Iſaiæ, quam habemus ex epiſtola ad Hebræos à Paulo [f] tactam, & ex verbis Domini in Euangelio [g], quibus Iudæos arguit quòd ſepulchra ædificarent Prophetis, quos eorum Patres interfecêre. Subditque idem Origenes, num ſit dicendum, in his quidem verum dicere Saluatorem, non inueniri autem Scripturas, quę ſignificent ea quæ narrantur à Saluatore. Nam qui ædificant ſepulchra Prophetarum, & ornant monumenta iuſtorum, damnantes ea quæ auſi ſunt Preſbyteri in iuſtos, & Prophetas, dicunt, ſi fuiſſemus in diebus Patrum noſtrorum, non fuiſſemus eorum ſocij in ſanguine Prophetarum. *Dicat ergo nobis quiſpiam, quorumnam Prophetarum ſanguine? Vbinam eſt ſcriptum aliquid eorum de Iſaia, aut de Ieremia, aut aliquo ex duodecim, aut Daniele? ſed & de Zacharia* [h] *filio Barachiæ, occiſo inter templum, & altare, à Ieſu quidem didicimus, à nulla autem alia ſcriptura cognouimus. Quamobrem non aliud procuraſſe exiſtimo eos, qui exiſtimabantur ſapientes, & principes, & ſeniores populi, quàm vt ea adimerent, quæ eorum continebant accuſationem ad populum.* Stet itaque firmum quod dicebatur, ſanctiſ-

Origenes.

Prophetarum interfectiones cur in Scriptura ſacra ſcripta non reperiantur.

[f] Hebr.11. 37.

[g] Matth.23. 24.

[h] Matth.23. 35.

ſimum

Ieremias simili Saluatori in eo quod sanguine confirmauit doctrinã suam.

ſimum Prophetam noſtrum Ieremiam prophetiam, doctrinamque & prædicationem ſuam proprio, quod & Saluatori faciendum erat, conſignaſſe ſanguine.

Quos libros conſcripſerit Ieremias.

CAPVT II.

Sixtus Senenſ.

1 *Ieremiam plures ſcripſiſſe libros.*

Christoph. à Caſtr.

Ieremias quatuor certos compoſuit libros.

Ieremiæ liber primus certus eſt iſte prophetiarum illius.

VARII ſunt doctores in Ieremiæ ſcriptis. Siquidem Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothecæ ſanctæ verbo *Ieremias*, ſeptenario ea colligit numero; quem numerum ad duplum fere extendit in ſua Iſagoge ad Ieremiæ prophetias Chriſtophorus à Caſtro, iuxta diuerſas hac de re ſententias, quas apud ipſum videre poteſt quiſquis voluerit. Ipſe ne certa cum incertis admiſceam, quatuor duntaxat diſtinctos ab illo compoſitos dixerim libros, primum, eumque præcipuum prophetiarum iſtum, quem exponendum ſuſcepimus. In quo & eum contineri crediderim, quem in c. 36. [a] legimus Propheta ipſo dictante bis ſcriptum ab eius amanuenſi Baruch: & alterum, quem ſcriptum aduerſus Babylonem ipſemet dedit Saraię, vt cum in Babylonem veniſſet, eumque legiſſet, ligato ei lapide illum in flumen proiiceret Euphratis, dicens. *Sic* [b] *ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur*; vt colligitur ex his quibus poſt habita vaticinia contra Babylonem in duobus capitibus 50. & 51. ad finem capitis ſic dicitur; *Et* [c] *ſcripſit Ieremias omne malum, quod venturum erat ſuper Babylonem in libro vno: omnia verba hæc* (quæ ſcilicet in præexpoſitis capitibus continentur) *quæ ſcripta ſunt contra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, dices*, &c. *Cumque compleueris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem*; &c. Duo alij libri emptionis, & venditionis, quorum in hoc ipſo volumine à ſe ſcriptorum ipſemet Ieremias [d] meminit cap. 32. non tam libri extitere ab ipſo compoſiti, quàm ſyngraphe negotiationis illius, & contractuum emptionis, atque venditionis, quos iuſſu Domini inter ſe atque Hanameel conſobrinum ſuum initos dixerat, & quibus facto ipſo exhibitum futuræ reſtaurationis Ieruſalem, & reſtitutionis terræ Iuda confirmandum erat vaticinium.

a Ierem. 36.

b Ierem. 51. 63.

c Ierem. 51. 60.

d Ierem. 32. 14.

2 *Ieremiæ liber ſecundus certus eſt Threnorum quem habemus.*

Secundus qui certus eſt eiuſdem Ieremiæ liber, is eſt, quem poſt expletum quinquageſimum ſecundum extremum prædicti prophetiarum libri caput, immediatè collocatum in noſtris reperimus Bibliis, Threnorum nuncupatum, ac Lamentationum, quas, vt ex inſcriptione colligitur à Sept. ipſis præfixa, poſt euerſam Ieruſalem, abductumque populum in Babylonem captiuum, ploratu ingenti vehementibuſque edidit ſuſpiriis, de quibus (ſi Deus dederit, vita comite) poſt expletos in prophetias Commentarios, exactius agere mihi eſt animus. Sicut & de alio libro, quem poſt illas habemus inſcriptum, *Prophetia Baruch*, iunctum quidem cum libris Ieremiæ, cuius auctor Propheta Baruch extitit, non tamen ipſius Ieremiæ certum, tametſi veteres, ſanctique Patres, vt ſuo loco oſtendam, Ieremiæ titulo illius referre conſueuerint ſententias.

3 *Ieremiæ liber tertius certus carmen lugubre in mortem regis Ioſiæ.*

e 2. Paralip. 35. 24.

Tertium itaque certum Ieremiæ ſcriptum carmen fuit lugubre in Ioſiæ regis funere exaratum, de quo lib. 2. Paralipomenon cap. 35. legimus, [e] *Mortuuſque eſt rex Ioſias, & ſepultus in Mauſolæo patrum ſuorum, & vniuerſa Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum: Ieremias maximè, cuius omnes cantores atque cantatrices vſque in præſentem diem lamentationem replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël. Ecce ſcriptum fertur in Lamentationibus.* Fuiſſe autem tertium hoc ſcriptum diſtinctum à ſecundo, quod & Lamentationum vidimus inſcriptum, ferè communis noſtrorum tenet opinio, tametſi Hebræorum plerique id in ipſo Lamentationum libro contineri, quarto nimirum eius capite, arbitrati ſint, quorum veſtigiis inhæſiſſe viſus eſt & noſter Hieronymus in Comment. ſuper cap. 12. Zachariæ, quem tamen Sanctum nõ dubito mutaſſe ſententiam, vt bene meus probat Agellius Præfatione ſua ad aureum libellum Commentarij in lib. Threnorum.

Lamentationis ſcriptum Ieremiæ diſtinctum à libro Threnorum quem nunc habemus.

Hieronym.

Ant. Agellius.

Ioſeph. Hebr.

Aſſerit quidem Ioſephus lib. 10. Antiquit. cap. 6. lugubre carmen iſtud, & Epicædium, quod diſtinctum tertium Ieremiæ librum dicimus, ſuo tempore habitum ad legentium manus. Hoc mihi certum eſt, ſubſequentibus abinde annis illud excidiſſe, ita vt modo nil eius reperiatur, præter memoriam illam, quæ ex lib. allata eſt Paralipomenon.

4 *Ieremiæ liber quartus certus is, cuius meminit l. 2. Machabæorum, iſque periit.*

f 2. Mach. 2. 1.

Sicut & quartum item certum eiuſdem librum eum periiſſe exploratiſſimum eſt, cuius id ſolummodo ſupereſt monumenti, quo in cap. 2. lib. 2. Machabæorum dicitur. [f] *Inuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quòd iuſſit eos ignem accipere, qui transmigrabant: vt ſignificatum eſt, & vt mandauit transmigratis. Et dedit illis legem, ne obliuiſcerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent mentibus, videntes ſimulacra aurea, & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur, ne legem amouerent à corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura, quomodo*

taberna

tabernaculum, & arcam iussit Propheta diuino responso ad se facto, comitari secum, vsque quo exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul qui sequebantur, vt notarent sibi locum: & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit: Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat. Et in hoc quarto Ieremiæ libro crediderim scriptum, quod & Epiphanius, & Dorotheus, vt in allatis infra eorum vitis Ieremiæ videre est, asserunt ab illo Ægyptiis prædictum Sacerdotibus, futurum vt omnia Ægypti simulacra conciderent, vbi Virgo eò cum suo ascenderet infante.

De Ieremiæ stylo in scribendo.

CAPVT III.

1 QVOD eloquentissimus Ieremias fuerit, vniuersam dicendi artem, omnesque oratoris callens partes multò exactius, quàm quotquot fuerunt humanæ elocutionis vel perfectissimi professores, id satis superque eius testatur scriptum, quod Threnorum nomine mox in secundum librorum illius retulimus locum. Quapropter haud satis mirari possum quod à B. Hieronimo præfatione in Ieremiam his dictum reperio verbis: *Ieremias Propheta sermone quidem apud Hebræos Isaiæ, & Oseæ, & quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior: sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij à loco ei, in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathotithes, qui est vsque hodie viculus, tribus ab Ierololymis distans millibus.* Siquidem si à patrio viculo rusticitatem is sumpsisset eius, quo vtebatur, sermonis, eamdem certè seruasset semper; nisi velimus dicere, illum in libro Lamentationum contexendo id in primis elaborasse, vt innatam sermonis sui rusticitatem deuitaret. An verò credibile est, eum qui Sacerdotis munere fungebatur, quiq; vt suum prophetandi expleret munus, quod à pueritia aggressus est, in regia Ciuitate ferè semper commorabatur, ibique nedum cum popularibus, sed & cum Sacerdotibus, & cum nobilibus, & cum principibus versabatur, ciuilem non contraxisse sermonem? præsertim cum tanta esset viculi Anathoth patriæ ipsius vicinitas ad Ierusalem, vt vix persuadere mihi possim, non eumdem & ibi in vsu fuisse sermonem iis saltem hominibus, qui nobiliores in eo erant, quales sanè extitisse Sacerdotes nemo abnuet, qui rusticis nequaquam intendebant operibus, sed sacrorum duntaxat ministerio. Et dato, quod eius viculi sermo fuisset rusticior, nónne videmus quotidie & è rusticis oriundos municipiis eloquentissimos, & purissimi esse sermonis? Tullius profectò Arpinas origine erat, & nihilominus Romanæ eloquentiæ eum nouimus principem appellatum.

Ieremias fuit eloquentissimus.

Hieronym.

Ieremias non sumpsit sermonis rusticitatem ex viculo in quo natus fuerat.

Fateor quidem quoad rerum varietatem, quoad modum agendi, & quoad rationem explicandorum conceptuum suorum Prophetas quosdam alios, in primisque Isaiam nobiliori scripsisse stylo, id quod in eorum animaduertere est scriptis, vel etiam in externas conuersis linguas, Latinam, ac Græcam. Nullatenus tamen admiserim quod Sixtus Senensis lib. 1. de Ieremia agens asserit, illum prophetasse, ac vaticinia litteris mandasse *sermone quidem inculto, & penè subrustico, sed sensuum maiestate sublimi.* Id quod & Sanctus Hieronymus affirmasse visus est, at ex Hebræorum sententia: quippe qui aliter ex propria sententia locutus est ad finem Proœmij sui in lib 6. Comment. in Ieremiam, vbi hæc habet, *Ieremias quantum in verbis simplex videtur, & facilis, tantum in maiestate sensuum profundissimus est.* rusticitatis eius nulla facta mentione, quæ re vera in illius elocutione non est. Nam & Hebraicæ, quibus ipse vsus est, voces, prout iis conspicuum est, qui eam callent linguam, & phrases non minus puræ sunt, quàm quæ cæteris in vsu sunt Prophetis; neque vsurpatæ ab illo metaphoræ, similitudinésque ita è rusticis semper desumptæ sunt rebus, vt ipsius referre dicendæ sint rusticitatem, qualem in Amos obseruare est Propheta verè rustico, prout de semet ille fatetur. Nec ex quibus rebelles conuincere suis in sermonibus obnititur, rustici hominis sunt rationes. Quid de insignibus dicam eloquentiæ tropis? quid de multiplici figurarum varietate, quibus non minus certè quàm Isaias, quando opportunum censuit, sua is aspersit vaticinia? 2

Isaiæ stylus nobilior quàm stylus Ieremiæ.

Sixt. Senens.

Ieremiæ sermo, & stylus haud rusticus.

S. Hierony.

Facilitas certè tantum abest, vt rusticum, & ineloquentem faciat sermonem, vt Aristoteles lib. 3. Rhetoric. cap. 2. scriptum reliquerit, *Elocutionis virtus dilucidítate definiatur; quod ita esse illud signi est, quoniam nisi oratio significet, non habebit opus suum.* Faciteque ad rem nostram, quod idem mox subiicit Philosophus; *Et nec deiectam, & humilem, nec rerum dignitatem excedere, sed accommodatam esse oportet.* Accommodatam 3

Aristoteles.

Ieremiæ facilitas, & perspicuitas non arguunt rusticitatem in illius stylo.

Oratio accõmodata quæ.

datam autem eam ipse intelligo orationem, quæ & personæ apta sit dicentis, & auditoribus ad quos habetur, & tempori in quo dicitur, & rei argumento quod pertractatur. Vnde benè Quintilianus lib. 11. cap. 1. *Cum sit*, ait, *ornatus orationis varius, & multiplex, conueniatque alius alij: nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modo non illustrabit eam, sed etiam destruet, & vim rerum in contrarium vertet.* De aptitudine elocutionis respectu ipsius loquentis Prophetæ sat dictum censebo, si Augustini retulero verba, quibus lib. 4. de Doctr. Christ. cap. 6. de pereximia agens sacrarum scripturarum eloquentia, dicit. *Sicut est quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est quæ senilem, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam quæ viros summa auctoritate dignissimos, planeque diuinos decet. Hac illi*, Prophetæ scilicet, *locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit, alios autem quantò videtur humilior, tantò altius non ventositate, sed soliditate transcendit.*

[Quintilian.]

[Augustin. *Ieremiæ stylus orationis quàm congruus, & aptus personæ, & muneri eius.*]

4 Si tempora spectentur quibus Ieremiæ prophetandum contigit, maximè certè infortunata, & pessima ea extitisse reperiemus; sicut & homines, ad quos eidem fuit loquendum, ita vt ex ore Domini & hos, & illa describens ad initium capitis quinti Propheta ipse scriptum reliquerit:[a] *Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei.* Et in cap. 6. *Cui*[b] *loquar? & quem contestabor vt audiat? Ecce incircuncisæ*, id est, obfirmatæ, & obturatæ, *aures eorum, & audire non possunt: Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Idcirco furore Domini plenus sum.* Cum igitur in talia Ieremias inciderit tempora, & cum talibus ei fuerit agendum, furore, acrique Dei spiritu impulso id vnum ferè semper obnitendum illi fuit, vt asperis obiurgationum stimulis obstinatos pungeret animos, quo in genere cum ferè omnes eius versarentur sermones, fieri potuit, vt & ipse rusticus rebelli visus sit populo, & sermones eius pari ratione rusticiores habiti sint: ita vt propterea & maledictis eum prosciderint, & iugibus prosecuti sint verbo, factoque æmulationibus, & insectationibus. Qua de re ipsemet mœrens in cap. 15. dicebat, [c] *Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? omnes maledicunt mihi.*

[*Ieremia in quàm mala tempora inciderit prophetandi munus.*]

[a Ierem. 5. 1.]

[b Ierem. 6. 10.]

[*Ieremias rebelli populo visus rusticior in modo agendi, & loquendi.*]

[c Ierem. 15. 19.]

Quid de materia, reique argumento dicam, quod ferè vnum idemque semper ei pertractandum fuit? Refert Augustinus Tullium in lib. de Oratore dicentem, *Is igitur erit eloquens, qui poterit parua submissè, modica temperatè, magna grauiter dicere.* Quod autem nil parui tractandum fuerit Prophetis, probat is ipse Augustinus in cap. 18. citati lib. 4. de Doctr. Christ. dicens. *In nostris quandoquidem omnia maximè quæ de loco superiori ad populum dicimus ad hominum salutem, nec temporariam, sed æternam referre debemus, vbi etiam cauẽdus est æternus interitus, omnia magna sunt, quæ dicimus, vsque adeo vt nec de ipsis pecuniariis rebus, vel acquirendis, vel amittendis, parua videri debeant, quæ Doctor Ecclesiasticus dicit, siue sit illa parua, siue magna pecunia.* Magisque ad rem nostram in cap. 19. *Et tamen*, ait, *cum doctor iste debeat rerum doctor esse magnarum, non semper eas granditer dicere debet, sed submissè, cum aliquid docetur; temperatè, cum aliquid vituperatur, aut laudatur. Cum verò aliquid agendum est, & ad eos loquimur, qui hoc agere debent, nec tamen volunt: tunc ea quæ magna sunt dicenda sunt granditer, & ad flectendum animos congruenter. Et aliquando de vna eademque re magna, & submissè dicitur, si docetur; & temperatè, si prædicatur; & granditer, si auersus inde animus vt conuertatur impellitur.* Afferensque argumentum quod à nostro tractatur Ieremia; *Si Deus*, inquit, *non colatur, aut cum illo, vel etiam præ illo colantur idola, siue dæmonia, siue quæcumque creatura, quantum hoc malum sit, atque vt ab hoc malo auertantur homines, debet vtique granditer dici.*

[Tullius.]

[*Ieremias tractauit materiam & argumentum graue ac magnum.*]

[Augustin.]

His ita se habentibus, audeo dicere, Ieremiam etiam in isto prophetiarum libro eloquentissimum in omni sermonum genere sese exhibuisse, id quod speciatim in eorum singulis facile esset probare; legat, quisquis grandem de re magna exposcat ab eo sermonem, legat, inquam, primum illius vaticinium, quod in secundo est eius libri capite, & intelliget, si cuncta exactius perpendat, vix fieri posse vt grandiori eloquentia Iudaicus populus à vitio auertatur idololatriæ. Si submissè ab eodem docente id ipsum pertractatum videre velit, expendat vaticinium secundum in capite tertio: si moderatè magna prædicantem, legat in capite quarto vaticinium illius tertium, ponderetque in eo quomodo in illo tẽperetur stylus. Quamuis autem in iis capitibus, in quibus historicum potius, quàm prophetam agit, simplici, fateor, locutus ille est sermone: in Vaticiniis tamen enarrandis neutiquam simplex ipsius est sermo, sed & eloquentissimus, & qui si benè expendatur, verbis constet aptissimis, & significationis, ponderisque maximi, prout cuicumque

[*Ieremias in hoc etiam libro est eloquentissimus.*]

cuicumque patebit, qui meos istos percurrat Commentarios, in quibus eorum singula pro viribus explicare contendo.

De ordine Vaticiniorum Ieremiæ.

CAPVT IV.

1 *Ieremiæ prophetiarum ordo confusus in versione Sept.* Hieronym.

VNiuersis qui librum istum iuxta versionem Sept. cum nostra cõtulerint vulgata, exploratum certè est, diuersissimo ordine Prophetæ nostri Vaticinia reperiri dispositа; & quia Hieronymus in Procœmio suæ huius libri versionis hæc habet, *Præterea ordinem visionum qui apud Græcos, & Latinos* (iuxta versionem, scilicet, Sept.) *omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus.* Sciendum hanc Hieronymi correctionem, non ad verum factam fuisse temporum cuiuscumque vaticinij ordinem, qui & ordini consonus esset historicæ seriei: at solummodo ad pristinam (vt inquit) fidem, priorum videlicet Hebræorum Codicum, vt patefacit is manifestè in Procœmio altero, quod Comment. in Ieremiam præfixit, his verbis. *Sed magis Ieremiæ ordinem, librariorum errore confusum, multaque quæ desunt, ex Hebræis fontibus digessi, ac compleui.* Quod enim & correctus ab ipso Vaticiniorum ordo adhuc diuersus sit ab ordine rerum gestarũ secundum historiam, cõtestatum reliquit ad initium suorum Comment. in cap. 21. Ieremiæ, dicens, *Et notandum quod in prophetis, maximèque in Ezechiele & Ieremia, nequaquam regum & temporum ordo seruetur: sed præposterè quod iuxta historiam postea factum sit, prius referri, & quod prius gestum sit, postea. Aliud est enim historiam, aliud prophetiam scribere.* Ex quibus Hieronymi verbis, quibus consona sunt, quæ & Theodoritus ait, tum super idem cap. 21. Ieremiæ, tum maximè super Ezechielem Tom. 12. rectè colligunt plerique posteriorum, Hugo Cardinalis, Nicolaus Dionysius, aliique ordinem istum, qui modo in istis est Vaticiniorum libris, iisdem tribuendum esse Prophetis. Quod mihi sanè affirmare non displicet, cum id in maiorem redundet Prophetarum honorum, qui in omnibus à diuino agi se sinebant spiritu; & in proferendis nimirum, & in scribendis disponendisque propheticis. Nam quod ex ipso Hieronymo affert Christophorus à Castro, de librariorum in eodem ordine errore: id, sicut mox probatum est, de ordine intelligendum qui reperitur in versione Sept. Non improbo tamen quod humanæ est diligentiæ, id quod peregregiè ab ipso factum est Castro in Chronotaxi, quam in sua Isagoge ad prophetias Ieremiæ summo elaboratam exhibuit studio, ad proprium & iuxta historiam tempus singulas reducens prophetias. Quod & mihi, & cuilibet earum expositori in vniuscuiusque explicatione necessario est faciendum.

Ordinem Ieremiæ quo modo correxisse se dicat Hieronym.

Ordo prophetiarum Ieremiæ non est consonus seriei temporũ, & rerum gestarum.

Theodorit. *Ordo qui nunc est in prophetiis est à Prophetis ipsis.*

Christoph. à Castr. *Ieremiæ Vaticiniorum chronotaxis vtilis, & necessaria.*

An Ieremias fuerit Græcorum Philosophorum magister.

CAPVT V.

GIlbertus Genebrardus lib. 2. suæ Chronologiæ pag. 238. de Ieremia loquens, *In Iudæa*, inquit, *vaticinationis munere functus annos 41. à 19. Iosiæ* (credo mendum esse, cum in principio istius libri scriptum sit cæptam illius prophetiam in anno 13. Iosiæ;) *vsque ad Sedeciæ vndecimum: trahitur à suis in Aegyptum, iram Nabuchodonosoris fugientibus. Ibi antequam lapidaretur, philosophiæ incunabila posuit, secretiore sapientia Hierophantas imbuens, cuius fama excitati Græci peregrinationes, vel potius nauigationes multas in Aegyptum susceperunt, & philosophiam ad se post 70. fermè annos deriuarunt.* Et de Platone in particulari S. Augustinus lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 28. ex Sancti Ambrosij sententia asserit, illum Ieremiæ prophetæ temporibus profectum fuisse in Ægyptum, vbi tunc is erat Propheta, ac per eumdem Prophetam ibi nostris litteris fuisse eruditum, *vt illa, ait, posset docere vel scribere quæ iure laudantur.*

Ieremiam in Ægypto iecisse philosophiæ incunabula asserit Genebrardus.

August. *Ieremiæ in Aegypto auditorem fuisse Platonem asseruit Ambrosius.*

2 Quòd philosophi, in primisque Pythagoras, & Plato à sacris litteris multa didicerint, atque in sua transtulerint scripta, antiquorum ferè omnium probare possem Patrum auctoritate; exploratum enim id est vniuersis, tametsi aliquid inter eos sit discriminis in afferenda ratione, qua sacra ij eruditi sint doctrina; præter enim allatam Ambrosij sententiam, est alia eiusdem Ambrosij specialiter quoad Pythagoram, qui multò extitit Platone antiquior, & à quo complura & idem Plato, & alij desumpsere philosophi. In epistola siquidem sexta ad Irenæum, quæ est vltima libri primi, Hebraicas sacras legisse asserit litteras; *Cum ex populo*, inquit, *Iudæorum (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ex eius disciplina deriuauit etiam magisterij præcepta, meritóque magnus apud philosophos habitus æqualem (vt aiunt) vix reperit: legerat itaque in Exodo*, &c. Quam tamen Ambrosij, aliorumque sententiam, quòd Pythagoras ex Iudæorum genere fuerit oriundus, improbãt communiter omnes. Melius Augustinus lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 11.

Philosophos antiquos multa didicisse ex sacris litteris communis est Patrum opinio.

Ambrosius. *Pythagoras fuit è Iudæorum genere secundum opinionem Ambrosij, quod tamen improbant omnes.*

Augustin.

Plato non potuit legere sacram scripturam à Sept. versam, potuit tamen Hebraicam linguam discere, eamque Hebraicè legere, ait Augustin.

c.11.cũ negasset fieri non potuisse vt Plato sacras scripturas legerit in Grecam à Sept. redditas linguam, quam is callebat, addit: *Nisi forte quia fuit acerrimi studij, sicut Aegyptias, ita & istas per interpretem didicit, non vt scribendo transferret, quod Ptolomaeus pro ingenti beneficio, qui regia potestate etiam timeri poterat meruisse perhibetur: sed vt colloquendo quid continerent, quantum capere potuisset, addisceret.*

Clem. Alexand. *Scriptura sacra versa in Graecum etiã ante.*

Magis tamen mihi placet, quod asserit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum capite, seu numero 13. & à plerisque etiam recentiorum receptum priusquam opera Ptolomæi regis versio in Græcum fieret à Sept. Interpretibus, ante Alexandrum Magnum, immò & ante Persarum imperium aliam extitisse item in Græcum saltem librorum legis interpretationem, licet mendosam, & auctoris ignoti, quam Græci legere potuere prisci illi Philosophi.

3 *Ieremiam posuisse in Aegypto philosophiæ incunabula falsum est.*

Hoc itaque pro indubitato habens, quod ij multa ex scriptura sacra acceperint, nullatenus probare id possum, quod à Genebrardo assertum dicebam, Ieremiã in Ægypto philosophiæ incunabula posuisse, secretiorique sapientia Hierophantas imbuisse. Contrarium namque manifestè colligitur, eo quòd in Actibus Apostolorum à Sancto Stephano reperimus dictũ, *Et* [a] *eruditus est Moyses in omni sapientia Aegyptiorum.* Super quem locum multa eruditè congerit Ioannes Lorinus de antiquissima, & multiplici Ægyptiorum sapientiã. Vide Iustinũ Martyrem quæst. 25. ad Orthodoxos; & Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum non longè à fine, & Philonem Hebræum lib. 1. de Vita Mosis, à quo omnia desumpsit Clemens, vnà cum eo errore, quòd Moyses & à Græcis in Ægyptum propterea ex Græcia vocatis multa didicerit philosophiæ; cum constet ex ratiocinatione temporis, vt paulò post ostendam, primos Græciæ Philosophos Pythagoram, & septem Sapientes multa post sæcula floruisse. Id apud omnes certum est, Ægvptiacam sapientiam non solum cõtinuisse eam, quæ aperta erat, & vulgaris, omnibusque peruia artium liberalium, & philosophiæ naturalis, Astronomiæ, &c. sed & alteram secretiorem, & sacram, mysticam, symbolicam & hieroglyphicam Hierophantis, & eximiis dumtaxat viris tradi solitam, qua sacra in primis edocebantur per symbola, & hieroglyphica. Quam sacrorum doctrinam Ægyptios, licet postmodum ipsi multis eam permiscuerint erroribus, vero simile est à Iacobo, eiusque filiis per multos annos ibi commorantibus, & à Ioseph præsertim accepisse, vt non incongruè colligũt plerique ex eo Psalmi 104.[b] *Constituit*, scilicet Pharao rex Ægypti, *eum*, scilicet Ioseph, *dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.*

a Act. 7. 22.

Ioan. Lorin. *De Aegyptiorum sapientia.* Iustin. Martyr. Clem. Alexand. Philo Hebr.

Aegyptiis erat secretior sapientia de rebus sacris.

Aegyptij sapientiam sacrorum didicerunt à Iacob, & à Ioseph.

b Psal. 104. 21.

4 *Plato non potuit in Aegypto audire Ieremiam.* Augustin.

Quòd autem Platoni in Ægypto doctor sacrorum Ieremias esse nequiuerit, idem quem supra ex Ambrosio id affirmasse vidimus, Augustinus, eam retractans sententiam lib. 8. de Ciuitat. Dei cap. 11. *Nonnulli*, ait, *putauerunt Platonem quando perrexit in Aegyptum, Ieremiam audisse prophetam, quorum quidem opinionem in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter supputata temporum ratio, qua chronica historia continetur, Platonem indicat à tempore, quo prophetauit Ieremias, centum fermè annos postea natum esse.* Quod verissimè ab Augustino asseritur. Siquidem Eusebius in suo Chronico initium vaticinij Ieremiæ refert in primum annum Olympiadis 36. ortum verò Platonis in quartum Olympiadis 88. Cui consentit quod & Diogenes Laërtius lib. 3. de Vit. Philosophorum dicit. *Nascitur Plato, vt Apollodorus testatur in Chronicis, 88. Olympiade Thargilionis septima. Moritur autem, vt Hermippus tradit, primo anno 108. Olympiadis in nuptiis discumbens, octogesimum & primum ætatis agens annum. Neanthes octoginta quatuor annos natum defecisse scribit.* Ab Olympiade autem 36. ad 88. intercessere anni 260. Cum ergo Ieremias ab initio sui Vaticinij prophetarit ad quadraginta & vnum annos vsque ad euersionem Ierusalem, & alios insuper ad summum quinque in Ægypto, vt colligitur ex Iosepho lib 10. Antiquit. cap. 11. vbi ait, quinto post excidium Ierosolymitanum anno regem Nabuchodonosor Ægyptum hostiliter ingressum, occisoque, qui tunc regnabat, & alio rege constituto, repertos ibi Iudæos rursus captiuos Babylonem adduxisse: quis non videat, Ieremiæ ipsius obitum plusquàm vno sæculo Platonis præcessisse ortum?

Eusebius Cæsar. *Plato quanto tempore fuerit post Ieremiam.* Diogen. Laërtius.

Ioseph. Hebr. *Iudæorum reliquiæ quinto anno post euersionem Ierusalem, ex Aegypto abducta fuerũt in Babylonẽ.*

5 *Pythagoras non potuit esse auditor Ieremiæ in Aegypto.* Euseb. Diog. Laërt.

Sicut autem fieri non potuit vt Platonis, ita nec vt Pythagoræ doctor in Ægypto extiterit Ieremias, floruit enim Pythagoras Olympiadis 63. anno sexto secundum Eusebium, seu Olympiade 60. secundum Diogenem Laërtium lib. 8. de Vita Philosoph. cum euersio Ierusalem contigisset Olympiade 47. vt in Chronico ait Eusebius, & quinto, vt dictum est, anno post eam euersionem, vltima per Regem Babylonis Iudæorum captiuitas ex Ægypto, in quo iam neci traditus fuerat Ieremias. His adde quòd si verum est quod

†† in vita

in vita eiusdem Pythagoræ his verbis asserit Diogenes Laërtius: *Denique Aegyptum petiit, quo tempore Polycrates Amasydi per epistolam illum commendauit, illorum linguam, vt Antipho tradit in eo libro, quem de his qui in virtute principes fuere, scripsit, didicit, atque apud Chaldæos conuersatus est magis.* Cum Amasis à Nabuchodonosor in locum cõstitutus fuerit Ægypti regis Vafres ab ipso in victoria de Ægypto occisi, vt colligitur ex cap. 44. Ieremiæ, planè indubitanter constat, ad Pythagoræ aduentum in Ægyptum iam ante obiisse Ieremiam, sub Vafre nimirum Amasis antecessore: de quibus duobus Ægypti regibus vide Herodotum libro tertio.

Herodotus.

6 Dubium id superest, an saltem aliqui septem Sapientum, quibus primum inter philosophos locum antiqui tradidere, à Ieremia potuerint haurire sacrorum doctrinam. Potuisse autem fieri mihi non est improbabile, dicente Augustino lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 25. ex Eusebij sententia, sapientes illos eo extitisse tempore, quo Iudaicus populus in Babylone tenebatur captiuus. Et de primis duobus ex Diogene Laërtio constat, in Ægyptum è Græcia profectos: quorum duorum Thaletem ortum idem inquit Laërtius primo anno 35. Olympiadis, mortuumque Olympiade 58. Solonem verò floruisse Olympiade 46. Porrò cum manifestum ex superioribus sit, captiuitatem, euersionémque Ierusalem contigisse Olympiade 47. ita vt Olympiade 48. Ieremias cum reliquiis Iudaici populi commoratus sit in Ægypto, vbi & defunctus est, haud id à veritate est alienum, vt vel à prædictis duobus philosophis, ibi in Ægypto auditus ille sit.

Ieremias potuit in Aegypto audiri à Thalete & Solone philosophis primis ex septem Sapientibus.

Augustin.

Diog. Laërt.

De ratione exponendi qua vsus est auctor in Commentariis istis suis super Ieremiam.

CAPVT VI.

1 HAud operæ pretium est, vt diutius in hac detinear explicanda mea istum Ieremiæ librum exponendi ratione, ipsissima namque ferè est, atque ea, quam & in Commentariis seruaui, quos aliquot abhinc annis edidi super Canticum Canticorum Salomonis. Enimuerò cum animaduerterim methodum illam, illumque ordinem adeo vniuersis sacrarum litterarum peritis, & diuini verbi elocutoribus fuisse grata, vt pro concursu eos ementium Commentarios, necesse fuerit (quod ad Dei gloriam dictum velim) vnoquoque biennio hucusque denuò illos imprimi: religio mihi extitit ab iis vel modicum quid in opere isto me elongare; præsertim cum illa vt prosequerer suaderent quotquot me ad hunc suscipiendum laborem benignis vrgebant consiliis.

Ordo & Methodus eadem libri istius, ac Comment. in Cant. eiusdem auctoris.

Ordo igitur hic in Commentariis istis qui nunc prodeunt, & quibus prima quindecim totius libri capita continentur, istiusmodi erit; Ad vnumquemque versum seiunctim, quoad fieri potuit, adscriptum pro iis qui breuitatem amant, & sensibus duntaxat litteræ sunt affecti, quorum magna est studiosorum pars, breuis præfigetur *Paraphrasis* sensuum eorũ omnium quos exactius selectos, expensos, & confirmatos videre cuique licet in ea quæ mox subiicitur litterali explicatione sub hoc titulo, *Expositio Prima iuxta sensum Litteræ.* Qua expleta, in primo quidem capite, in quo ad Ieremiam, vt peculiariter personam Christi agentem, est sermo, Mystica subiicitur allatorum in prima expositione litteralium sensuum adaptatio ad Christum sub hoc titulo, *Expositio Secunda iuxta sensum Mysticum.* Post quam, iidem sensus iis accomodantur, quæ moribus sint proficua, præfixo item titulo, *Expositio Tertia iuxta Sensus Morales.* Quæ tamen in aliis capitibus, primo excepto, erit, *Expositio Secunda.* Tum seiunctim tamquam in diuersa item expositione quæcumque à Veteribus Patribus circa ea quæ in eodem versu habentur, vel in illorum Commentariis, vel sparsim in ipsorum operibus dicta reperiri à me potuere, simul collecta referuntur, sub hoc titulo, *Appendix Expositionum ex impressis Veterum Patrum operibus collecta.* Vltimo demum loco adiicitur Catena item Veterum Patrum Græcorum, quam Græcè exaratam ex vetusto Codice Bibliothecæ Vaticanæ precibus Scipionis Cobellutij S. R. E. Cardinalis Sanctæ Susannæ, & Sedis Apostolicæ Bibliothecarij, bonarumque ac sacrarum in primis litterarum studiosissimi, benignitate sua describendam mihi cõcessit sanctissimus D. N. *Paulus Papa Quintus.* Eam autem, quia nondum impressa apparuit, & Græco idiomate edendam curaui cum Latina ipsius versione summa diligentia à Leone Allacio Chio, & Græcarum, ac Latinarum litterarum peritissimo elaboratam, necnon & exactiori studio postmodum recognita à Io. Matthæo Cariophylo Crctensi de Græcis item, Latinisque litteris supra id quod dici à me possit, bene merito: neque enim tantum mihi tribuere ausus sum, vt Græci idiomatis interpretandi mihi arrogarem munus, qui, ingenuè vt

Ordo istorum Comment. explicatur.

Catena Græca in Ieremiam vnde ab auctore habita, & à quo in Latinum reddita.

nuè vt fatear, nec Latinum quid in natiuam linguam Italicam vix me conuertere posse confidam: cum sat habeam exploratum quæ, quantaque ad rectam interpretandi rationem sint necessaria.

De Methodo seruata ab auctore primum in Expositione litteræ, eiusque Paraphrasi.

2 *Paraphrasis cur, & qualis in vniuscuiusque versus Comment. sit ab auctore præfixa.*

QVOAD Methodum, vt & aliquam etiam illius in hac præfatione præferam lucem, à Paraphrasi exordiens, quia eam ad commoditatem solummodo, vt dixi, eorum qui breuitatem amarent, tanquam compendium præposui eorum quæ in subsequenti dicenda erant litteræ expositione, qui huic duntaxat legentium prospicere hac in re studui commoditati, indulgendum mihi censui, si sæpe eadem repetita protuli verba, quæ & in expositione necessariò pro litteræ intelligentia, proque explicatorum sensuum facili exhibitione paraphrasticè edicenda fuere. Poteram fateor, ad ingenij, & facundiæ ostentationem aliis semper id ipsum, ac diuersis prosequi verbis: at quia mihi vana istiusmodi ostentamenta deuitanda proposui, id vnum obnixus sum, vt intentam rem ipsam vtiliori perficerem modo.

3 *Litterali in expositione quam methodum seruarit auctor.*

In litterali, quæ prima est, expositione prosequenda id potissimum curaui, vt ab iis duobus cauerem erroribus, in quorum alterutrum plerique delapsi reperiuntur sacræ scripturæ expositores. Quibusdam vnà cum Hebræis, quibus, iuxta Pauli dictum, adhuc [a] velamen positum est super oculos, abiectè omnia iuxta occidentem litteræ corticem accipientibus, vt habita de rebus temporalibus, atque terrenis, de Synagoga, de bellis, de captiuitate, deque aliis calamitatibus, aut prosperorum pollicitationibus, vel ad Iudæos, vel ad populos alios habitis aut habendis: sicque & de personis vel Regum, vel Prophetarum, vel aliorum præsentium, aut de proximo futurorum hominum Contra quem errorem fusiùs disputat Augustinus toto libro duodecimo contra Faustum Manichæum asserentem nulla in Prophetarum libris reperiri testimonia de Christo. Cum in contrarium per Apostolum dictum de semetipso sit, [b] *Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* Immò idemmet Christus Iudæos de hoc ipso redarguens errore dixerit: [c] *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in illis vitam æternam habere, & illa sunt quæ testimonium perhibent de me.* Duobusque discipulis post resurrectionem suam, *incipiens* [d] *à Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.*

[a] 2.Cor.3.14. *Error primus S. Scripturas exponentium, cuncta accipienda censentium secundum litteræ corticem, vt nihil litteraliter in iis dicatur de Christo, & Ecclesia.*

Augustin.

[b] Rom.1.1.

[c] Ioan.5.39.

[d] Luc.24.27.

4 *Error aliquorum asserentium in scriptura omnia sensu etiam litterali interpretanda de Christo.*

Aliis, vt errorem deuitent istum planè Iudaicum & hæreticum, turpiter delabentibus in aduersum alterum, & contendentibus vniuersa quæ in scripturis præsertim Prophetarum habentur, vel etiam singula eorum verba ad Christum sensu quoque litterali pertinere, adeoque & historico sensu de Christo cuncta intelligenda, ad eumdemque referenda. Contra quam explicandi rationem, & ipsam sanè erroneam faciunt quæ Augustinus item lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 3. asserit dicens: *Sicut oracula diuina ad Abraham, Isaac, & Iacob, & quæcumque alia signa, vel dicta prophetica in sacris litteris præcedentibus facta sunt: ita etiam cetera à Regum tempore prophetiæ partim pertinent ad gentem carnis Abrahæ, partim verò ad illud semen illius, in quo benedicuntur omnes gentes cohæredes Christi per testamentum nouum ad possidendam vitam æternam regnumque cælorum. Partim ergo ad ancillam, quæ in seruitutem generat, id est, terrenam Ierusalem, quæ seruit cum filiis suis: partim verò ad liberam ciuitatem Dei, id est, veram Ierusalem æternam in cælis, cuius filij omnes secundum Deum viuentes peregrinantur in terris. Sed sunt in eis quædam quæ ad vtramque pertinere intelliguntur, ad ancillam propriè, ad liberam figuratè. Tripertita itaque reperiuntur eloquia prophetarum: Siquidem aliqua sunt ad terrenam Ierusalem spectantia, aliqua ad cælestem, nonnulla ad vtramque.* In quorum comprobationem affert ibi Augustinus singulorum exempla. In particulari autem de Christo idem verba faciens præcitato lib. 12. contra Faustum cap. 7. *Quis, inquit, potest quolibet ingenii volumine omnia commemorare præconia prophetarum Hebræorum de Domino, & saluatore nostro Iesu Christo? quandoquidem omnia, quæ in illis continentur libris, vel de ipso dicta sunt, vel propter ipsum. Sed propter excitationem quærentis, & delectationem inuenientis multo plura ibi per allegorias, & ænigmata partim verbis solis insinuantur, partim etiam facta narrantur.*

Scriptura sacra quomodo interpretanda.

Augustin.

Prophetarum eloquia tripartita.

In Prophetis omnia dicta sunt vel de Christo, vel propter Christum, non tamen omnia litteraliter.

5 *Litteralis exponendi ratio ab auctore seruata.*

Id igitur & mihi extra duos allatos errores in expositione mea litterali curandum statui, vt iuxta præexpositam Augustini doctrinam, quæ est & ceterorum Antiquorum Patrum, quorum & semper inhærere debeo vestigiis, quæ de Christo sumenda videntur, præsertim quando id communis suadet Patrum, totiusque Ecclesiæ intellectus, ea vt illi propriè conueniant explicare, & probare enitar: quæ

 Iudaico

Iudaico dicta sunt populo, aut Idumæis, Moabitis, Ammonitis, Ægyptiis, & Babyloniis, de illis singulis ea coner prosequi: quæque ad fidelium futuram post Verbi Incarnationem spectare visa sunt Ecclesiam, vt illi congruant, ea exponere studeam: sed & quæ manifestam continent aut vitiorum obiurgationem, aut suasionem ad virtutis semitam, moraliter quidem, at iuxta litteram enarrare contendam. Affero autem primò aliorum vt plurimum sensus, quando inter probatos auctores varietas esse contingit in eadem Prophetæ explicanda sententia. Haudquaquam tamen id mihi assumendum censui oneris, vt conuincentibus semper illos reprobarem rationibus, tametsi aliquando id præstem: cum illud mihi, sed & meos hosce lecturis commentarios sat esse existimarim, si eum, seu eos probem sensus, quos aut germanos, aut saltem probabiliores asseruero. Affero enim frequenter plures vnius litteræ sensus; quod quàm fiat rectè, in Præfatione pertractasse me recolo quam meis præfixi Commentariis super Cant. Canticorum. Multiplicitas autem ista sensuum obuenit mihi sæpe & ex lectionum varietate.

Plures sensus litterales sæpe ab auctore afferuntur.

6 *Lectiones varias, & omnes versiones affert & expendit auctor in prima littera expositione.*

Enimuero id omni animi contentione obnixus sum in hac ipsa præsertim prima litteræ expositione, vt versiones vniuersas in medium afferrem, tam quæ ex Hebraico textu in Latinum factæ sunt, quam quæ item ex Hebraico in Græcum reperiuntur, in primisque eam quæ omnium antiquior est, versionem Sept. etiam iuxta probatorum Codicum Græcorum varietatem. Nonnunquam tam quæ Hebraico, quam quæ Græco ex idiomate singulariter à me in Latinum redditam exhibui, expensa nimirum varia nominum, aut verborum significatione. Cum & istud in primis curarim, vt quamlibet vel minimam exactiùs ac possem expenderem particulam iuxta idioma quodlibet prædictorum, minutatim quodãmodo quamlibet concidens sententiæ cuiusque partem. Tametsi in nostram potissimum Vulgatam cõiectos habeam oculos, quam iuxta Sacrosancti Concilij Tridentini decretum explanandam in toto hoc meo suscepi opere. Ne multiplicitas autem vel lectionum, vel sensuum aliquam lectori ingerat confusionem, sensum quemlibet distinxi adnotato cuique in margine quasi pro indice, *Sensus primus*, aut *Sensus secundus*, &c. Postque enodationem nostræ Vulgatæ, vel in sensuum illius confirmationem: vel ad alios eruendos sensus, seiunctim ferè ea apposui quæ aliarum sint lectionum, in hunc modum cum exordiens tractatum, *Circa lectionum varietatem.*

Vulgata in primis lectionem exponere nititur auctor.

Denique & in eo quàm maximè elaboratum in hac præsertim expositione prima, vt nedum vnius sententiæ disiuncta connecterentur membra; sed & omnium quæ ad vnum idemque spectant vaticinium congrua ostenderetur sententiarum connexio ad inuicem.

De Methodo in expositionibus Mystica, Allegorica, & Anagogica.

EXPOSITIONEM iuxta sensum Mysticum, quam distinctè in capitulo primo prosequi cœperam; dimisi in capitibus reliquis, tum quia intellexi, si illi insistere voluissem semper, multa ad intentũ sensum violenter trahenda, quod cum in plerisque mihi displiceat expositoribus, & à me cauendum necessariò arbitratus sum: tum quia consideraui ea ratione fore, vt opus istud Commentariorum meorum in immensum excresceret. Qua in re habui quem imitarer Magnũ Gregorium Papam, qui & propterea ad finem libri tertij Moralium, quasi veniam exposcens, si exinde à capitulo tertio libri non omnes illos discutere prosequatur sensus, quos in primis duobus tractarat capitibus, ait. *Hæc nos in tribus voluminibus tripliciter dissernisse sufficiat. In ipso namque operis huius exordio velut in molem nascituræ arboris lingua radicem fiximus, vt expositionis ramos postmodum, prout singula expetunt loca ducamus.* Exinde enim ferè dimissa perscrutatione historici sensus, & litteralis totus est in sensibus dilatandis spiritalibus, allegorico scilicet, atque morali. Absit autem à me, vt penitus mysticum ab istis meis Commentariis sensum postea reiecerim de Christo. Verum quando opportunus ex contextu is mihi visus est, vel in Morali expositione & illum enarraui: vel, ne acta agerem, ad Patres qui eum prosequerentur, Lectorem in meam ipsam remisi Appendicem ex Veteribus Patribus. Idipsum autem obseruaui & circa Allegoricos, qui de Ecclesia sunt, atque Anagogicos, qui de cælesti Ierusalem sunt sensus. Istorum enim complures videre est apud Patres, qui spiritualibus istis sensibus vtuntur frequentius, quia cum fidelibus agebant, quos ad spiritalia euehere contendebant mysteria; tuncque in primis, quando seiunctim aliquam sacræ scripturæ sententiam explanabant, nulla antecedentium, ac subsequentium habita ratione. *Patres venerabiles*, ait Gregorius PP. Proœ

7 *Mystica expositio cur ab auctore intermissa.*

Greg. PP.

Mysticum sensum quando, & qua ratione tractet auctor.

Spiritales sensus cur ferè semper prosequantur Patres.

Greg. PP.

Procemio in lib. Regum, *si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam seriem locutionis quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam potuissent.* Adeoque bene subdit. *Dum igitur Sanctorum Patrum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando commoditate vtor: quia & fastidium lectori amoueo, & dum totum seriatim discutio, multa ex mediis contra me veniunt, quæ illorum sententias non permittunt.*

De Methodo in Expositione Morali.

e 1.Cor.3.6. Litteralis sensus basis sensuum cæterorum.

Moralibus sensibus eruendis maximè indulget auctor.

Ieremiæ liber ferè totus moralis.

8 CETERVM cum sit mihi sat exploratum, quod per Apostolum dictũ est, [e] *Littera occidit, spiritus est qui viuificat:* tametsi in prima mea expositione omnem nauare contendam operam, vt germanus eius quod exponitur enodetur litteræ sensus, propterea quod is iuxta commune Patrum effatum basis esse debet, & fundamentum, super quod tota spiritalium sensuum aliorum firmiter ædificetur structura. In legentium tamen ædificationem, & in adiutorium diuini verbi præconum, qui concionibus suis in ædificationem corporis Christi magnos exantlat labores, spiritales & ipse semper addendos curaui sensus tropologicos in distincta cuiusque versiculi expositione, sub isto ferè titulo, *Expositio Secunda iuxta sensus Morales.* Idque vel etiam in sententiis illis, quarum littera ipsa ad mores est, & quibus magna ex parte refertus est liber iste, qui quibusdam exceptis capitibus, in quibus gestarum, aut gerendarum rerum enarrantur historiæ, ferè totus moralis est, vel à vitiis deterrens futurarũ calamitatum frequentissimis comminationibus, vel ad diuinorum mandatorum obseruãtiam promouens, & ad virtutum excitans studia.

Morali in expositione cur sæpe auctor sit longior.

9 Porro in secunda, quam distinctam subiicio expositionem moralem, quamuis diutius fortasse aliquando visus sim immorari; id tamen non exinde factum est, quòd morales in ea descripserim declamationes, prout plerique in exponendis sacris Scripturis facere comperiuntur: vel ex vno, vel ex altero dicti alicuius verbo occasionem sumentes locos oratorio modo pertractandi communes de virtutibus, vitiisque generaliter, vel de particularibus singillatim, nulla habita ratione contextus eius quam exponunt sententiæ, vel eorum quæ eloquuntur connexionis cum Prophetæ intentione in antecedentibus, & consequentibus. Sed ex eo quòd sæpius plura in vnam, eamdemque sententiam moralia attulerim theoremata, singula illius verba, vel & minimas nonnumquam particulas exactiori perpendens considerationis trutina, habito quoad fieri potuit, semper respectu ad contextus seriem, & ad eum quem dixi basim omnis spiritualis sensus debere esse, sensum litteræ. Qui cum aliquando multiplex in prima allatus sit expositione, ansam præbuit, vt & in secunda hac expositione varia, eaque & omnia congrua eruerem moralia. Adde & id, quòd cum morales ipsas conceptiones ratione aliqua probare studuerim, aut aliis confirmare Scripturarum sententiis, sæpe in lõgum producere oportuit expositionem ipsam. Quam longitudinem gratam opinor habebunt quotquot sacrarum litterarum sunt studiosi: cum magna ex parte quasi ex vberi, perpulchroque prato variis collectis floribus scripturam ipsam ex occasione istiusmodi confirmationis expositam reperturi sint.

In morali expositione expendit sæpe plures Scripturæ sententias allatas in confirmationem.

Quamquam illud hac in re quemque monitum velim Lectorem, in locis illis quæ hinc inde ad allatorum in hac expositione moralium confirmationem congessi, haud semper ita me strictam litteralis eorum sensus habuisse rationem, sicut in iis facere consueui, quæ in expositione prima attulissem. Constat enim cuique multò latiorem in spiritualibus sensibus, quàm in litterali exhiberi explicationis campum. Ceterum quando sententiam aliquam in medium proferre cõtingit iuxta moralem pariter sensum, Sanctos, Veteresque, etiam in iis quæ vt noua circa illam à me inuenta fuere, imitari obnixus sum Patres, vt nil asserens quod contra eiusdem sententiæ litteram esset, in eum semper coniectos haberem oculos, quem Augustinus lib.3. de doctr. Christ.cap.10.totius sacræ Scripturæ scopum asserit esse, vt vel vnam præcipiat charitatem, vel culpet cupiditatem, eoque modo informet mores hominum. *Non enim asserit*, ait, *nisi Catholicam fidem rebus præteritis, & futuris, & præsentibus. Præteritorum narratio est, futurorum prænunciatio, præsentium demonstratio. Sed omnia hæc ad eamdem charitatem nutriendam, atque corroborandam; & cupiditatem vincendam atque extinguendam valent. Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atque proximo propter Deum. Cupiditatem autem, motum animi ad fruendum se, & proximo, & quolibet corpore non propter Deum.* Vt autem & iis aliquid impertirem, qui vnà cum sacris litteris & varietatem amant admixtæ eruditionis tam Sanctorum Patrum, quàm & Gentilium veterum pro-

10 *S. Scripturæ loci adducti in confirmationem moraliũ, moraliter accipiuntur ab auctore sæpissime.*

Scriptura sacræ scopus est, vt vel præcipiat charitatem, vel culpet cupiditatem.

Charitas quid sit. Cupiditas quid sit.

batorumque auctorum, tamquam flosculis aliquando nõnullas eorum respersi sententias, vel exempla, tametsi in his haud multus fui, presertim in prophanis afferendis, quia nec sanctos Patres in eorum eruditione nimios fuisse animaduerti, quando sacras exponebant scripturas.

De Methodo in Appendice.

11 *Paraphrasis Chaldaica cur præfixa in Patrum Appendice ab auctore.*

CIRCA Appendicem, quam semper post Moralem expositionem, veluti quãdam veterum expositionum subtexui Catenam, id primo sciendũ, præfixisse me in illa Paraphrasim Chaldaicã ob eas ipsas rationes, quas in mea iam attuli prefatione Comment. super Cant. quia & quædã antiqua ea sit expositio paraphrastica, & quæ in aliquibus Bibliis impressa reperiatur.

Cur auctor in Appendice parcus fuerit in Patrum expositionibus afferendis.

Porrò cum Veteres duntaxat in hanc Appendicem animus mihi fuerit inuehere Patres vsque ad sæculum nempe Sancti Bernardi, illis libentissimè & Sanctũ Thomam, & Sanctum Bonauẽturam adiunxi, quos Ecclesia Romana inter sacros præcipuos adnumerauit Doctores. Breuitati autem studens Sancti titulum haud singulis præfixi, quibus id iure cõpetit, sed iis duntaxat, quorum vel sanctitas haud omnibus esset explorata, vel nomen esset ambiguũ, ni adhibito specificaretur titulo. Parcũ me vt plurimum esse oportuit; qua de re mirabitur fortasse aliquis, præsertim qui alteram legerit Appendicem meã super Cant. planè vberrimam. At non est quòd meæ id adscribat incuriæ, quid enim darem quod nec summa adhibita in reuoluendis Patrũ operibus diligentia potui inuenire? quid inuenirẽ quod re vera non est? Dedi quod habui. Enimuerò præter Hieronymum, & Theodoritum, nemo reperitur, qui continuatos super Ieremiam ediderit Cõmentarios, qui superstites inter monumẽta sint Veterum Patrum: & Hieronymi quidem non extant nisi vsque ad caput 31. inclusiuè, tametsi totum librum se explicasse is ipse significare videatur super cap. 27. Ezechielis. Commentarij vero Theodoriti ita sunt breues, vt parua potius, & intercisca eos dixeris Scholia. Est & breuissima postilla in eumdem Prophetam Sancti Thomæ Aquinatis, si tamen ea ipsius est, referre enim videtur stylũ potius alterius Thomæ cognomẽto Anglici, cuius & alia pleraque nostro B. Thomæ cõperiuntur adscripta propter conformitatem cognominum Angelici, & Anglici. Quicquid tamẽ sit, vt D. Thomæ eã vsurpaui, cuius titulo inter eius inscripta est opera. Sunt & Commentarij etiam Rabani Mauri multo & D. Thoma, & S. Bernardo antiquioris:

Hieronym. Ieremiam quàm pauci interpretati sint Patrum eorum quorũ commentaria reperiuntur.

Theodorit.

D.Thom.

Raban. Maur.

sed qui ferè toti ex centonibus congesti sunt Origenis, Hieronymi, & Gregorij Papæ. Origenis sunt insignes item in hunc Prophetam homiliæ, sed quibus vix modica pertractẽtur illius capita. In reliquorũ Patrum operibus, quæ impressa habemus, præter quædã Ieremiæ loca, quæ per fidelium ora versari solerent, vix citatus reperitur Ieremias, qua de re magnopere sum admiratus. Perlustraui pro viribus omnia, & quicquid tandem inuenire contigit, lætanter contuli, vel ea quæ à Hieronymo, Theodorito, & D. Thoma excerpsi in quẽcumque Prophetæ versiculũ: & ferè semper in Patrum recensendis dictis ipsamet eorũ retuli verba, quòd hoc studiosis experimento noui fore iucundius. (Adnotaui semper Patris cuiusque locum, librum signatè referens, & caput, seu homiliã, aut tractatum, cum numero suo iuxta impressionem librorum, quos mihi legere contigit. Cuius nihilominus loci adnotationem vt plurimum omisi, quãdo ex Hieronymi, vel aliorum Commentariis super ipsa quæ exponerentur, ea essent quæ referebam; quòd id facilè per se quisque potuisset conijcere. Tametsi significatum mihi fuit, id haud ab omnibus fuisse perceptum in mea Appendice altera super Cantic.) Ceterum parcitati Appendicis prædictæ aliquatenus diuina mihi fauente benignitate per inuentam manuscriptam in Bibliotheca Vaticana Veterum, & grauissimorũ Patrum Græcorum Catenã prouisum est. In qua Catena si aliquando repetitum reperiatur Origenis præsertim dictũ aliquod iam superius & in nostra Appendice habitum, nouerit Lector, id me duas præstitisse ob causas, primam quia cum Origenis opera non reperiantur Græcè, nolui permittere quin eã saltem quæ habui illorũ, in lucem emitterem fragmenta; secundã, quia collatis quæ ipse ex Latinis homiliis eius excerpseram in Appendice mea, cum iis quæ in dicta referrentur Catena, ferè semper aliquid inter vtraq; reperi diuersi, quinimmò & illius Catenæ collectorem nonnunquam in sensibus eruendis extitisse mancum, id quod facilè intelliget quisque qui & mea attentius expenderit excerpta. Sed de Catena Græca hic satis.

Origenes. 12 *Ieremias parum à Patribus relatus præter pauca ipsius loca peruulgata.*

Vnum mihi in capite isto superest vt exponam, quidnam sit quòd nõ super totum Ieremiam, sed super hanc tam exiguã illius partem, super quindecim nempe solummodo eius capita Commentarios ediderim. Huius autem rei ratio vna est, & duplex. Vna, quia cum inscius sim dici exitus vitæ meæ, qui & ex cuiusque hominis conditione quilibet esse potest, & ex ætate

13 *Cur auctor non super totum Ieremiã, sed super quindecim tantum capita primùm Commentarios emittat.*

ætate, cõplexioneque mea, ista quidem admodum tenui; & illa quinquaginta septem expletorum annorum, haud multũ prorogari potest in longum, præsertim cum ferè semper, vel semel quotannis aliqua vexari consueuerim ægritudine: ne id & mihi cõtingeret, quod aliis quibusdã obuenisse noui, vt exantlati labores post mortem vel omnino perirent, vel saltem in lucem prodirẽt postumi, id est, imperfecti, auctoris nimirũ extrema deficiente eis manu, atque oculo, quibus ad amussim ij tandem perficerẽtur. Propter quam rem certè miserandam Plinius Iunior lib. 5. Epistolarum, Epistola ad Maximũ, insignes duas protulit sententias, alteram, dicẽns: *Mihi autem videtur acerba semper, & immatura mors eorũ qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti quasi in diem viuunt, viuendi causas quotidie finiunt, qui vero posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors repentina est, vt quæ semper inchoatum aliquid obrumpat.* Alteram, *Proinde dum suppetit vita, enitamur, vt mors quàm paucissima quæ abolere possit inueniat.* Cuius sanè vnius rationis, quę potissima mihi extitit, ab omnibus præsertim ad id impulso, cum quibus quoquo modo de rębus agendum fuit sacris, altera auctarium præstitit ratio, difficilis longique quem mihi superesse intellexi laboris in expediendis super reliqua capita Commentariis. Enimuero cum prætorquam quod ipse ingenuè fateor, tardioris reuera me esse intelligo ingenij, & id ob oculos semper habere enitor, quod à Fabio Quintiliano his dictum fuit verbis, cum de compositione ageret. *Sit primò vel tardus, dum diligens stylus: quæramus optima, nec protinus se offerentibus gaudeamus: adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis.* Primam manũ Commentariis istis qui nunc super prima quindecim capita prodeũt, adhibui die 20. Mensis Ianuarij, Anni 1613. finem eisdem Deo fauente imposui die 3. Augusti, Anni 1618. Haud extremam tamen in illos tunc manum immisi. Sed adhuc multum circa ea quæ scripta in ipso fuerant, supererat exhibẽdi à me studij in toto opere reuisendo, singulis denuò expendendis: ait quippe loco citato Quintilianus, *Omnia nostra dũ nascuntur, placent: alioquin nec scriberentur. Sed redeamus ad iudicium, & retractemus suspectam facilitatem.* Quis verò à prosecutione non deterreatur operis in reliquum Vaticiniorum Prophetæ nostri Ieremiæ? præsertim cum à me vno & solo hucusque peragẽda fuerint ista omnia. Textuum prius adnotare varietatẽ in quolibet versu, non solum Hebraici, Græcique Sept. sed & singulorum, quos videre licuit interpretũ, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis antiquorum; necnon & recentiorum, Sanctes Pagnini, Regiæ, Vatabli, Isidori Clarij, cum eorum Scholiis; tum vniuersos attentius & antiquos, & posteriores legere Expositores, ex iisque Syluam, vt inquiunt, congerere diuersarũ expositionũ: tertiò, & quicquid sparsim in Veterum Patrum operibus de eadem dictum fuerit sententia perscutari, in vnumque colligere: quartò, ad cõpositionem accessurum exactius & aliorum expendere opiniones, & singularum vocum Latinarum, Hebraicarum, atq; Græcarum iuxta idiomatum proprietatem examinare significatus, magnaq; adhibita in omnibus speculatione sensus eos eruere, scriptoque consignare, quos aut veros, aut saltem probabiliores censerem. Quintò, iisdem speculationis auctis laboribus, ea intellectus acumine eniti quoad spiritales quoque sensus inuenire, quæ & moribus proficua, & litteræ essent consona; atque in iisdem explicandis aptas excogitare, & prosequi comprobantes, vel rationes, vel scripturarum hinc, & inde collectas sententias. Sextò, Appendicẽ, ad Patres recurrendo non exiguo contexere studio. Septimò, postquam scripto mandassem vniuersa, iterum cuncta attentè legere, errata corrigere, delenda eradere, sacræ scripturæ citatarum sententiarum loca diligenter inuenta signare ad marginẽ, marginalesque postillas ingeniosè, breuiterque adscribere. Octauò, quæ in margine adnotatæ essent, pro duobus indicibus in duobus pariter foliis & explicatas scripturæ sententias, & quicquid tractatum sit rerum describere. Quibus expletis nouos ad impressionem necessarios competio labores, vt nimirum. Nonò, pro totius operis limatione, secunda vice multò maiori cum diligentia illud totum percurram. Decimò, vt confusé conscriptos Indices ad rectum Alphabeti reducam ordinem. Vndecimò, vt & Elenchũ ex iis quæ in opere ipso pertractata sint, pro Cõcionibus super omnia totius Anni Euãgelia conficiam. Et duodecimò demum, vt ab amanuensi iuuene descripta cuncta relegam tertiò, ne quid impressi reperiri obtingat, quod consonum meo non sit originali. Quis vnus, solusque talia, tantaque modico explere queat tempore? quæ nihilominus singula necessariò præstãda sunt, ni oleum (vt dici solet) & operam tandem velimus perditam. Quoad reliqua igitur, faciã quod potero, animus mihi certè magnus, voluntasque prompta; at & ingenium rude, & vires exiguæ. Non parcam, quantum in me erit, laboribus; si quem habuero exhibitum in aliquorum quæ enumeraui adiutorem, diuinæ confisus bonitati, quæ intellectum dat paruulis, citius & super ea quæ supersunt

Plin. Iunior.

14 Quantis laboribus hunc Commentariorum Tomum perfecerit auctor.

Quintilian. lib. 10. Orator. Instit. cap. 3.

ſunt Commentarios ſimiles audeo polliceri.

Longitudinis culpa excluditur ab auctore in Commentariis iſtis.

Neque verò longitudinem quis mihi obiiciat, quæ ſi moderaretur, multò citius totum quod cæptum eſt completum in lucem prodiret opus. Ad hunc enim primò ea

Cæſar.

Cæſaris reſpondeo ſententia, *Sat cito, qui ſat bene*, tum & alterum oppono præclarum id

Plin. Iunior.

Plinij Iunioris lib. 5. epiſtolarum epiſtola ad Apollinarem dictum. *Primũ ego officium ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat, atque identidẽ interroget ſe, quid cœperit ſcribere: ſciatque, ſi materiæ immoratur, non eſſe longum: longiſſimum, ſi aliquid accerſit, atque attrahit. Vides quot verſibus Homerus, quot Virgilius arma, hic Aeneæ, Achillis ille deſcribat? breuis tamen vterque eſt, quia facit quod inſtituit.* Qui ſimplicis litteræ, & vix tactarum moralitatum Cõmentarios velit in Ieremiam, habet alios ſanè perinſignes, & breues: intentum id mihi fuit, & eſt, quod in primo libri titulo expoſitum eſt; curẽ operę pretium eſt, vt illud totum quod multa cõplectitur exactius proſequar, pręſertim cum ea omnia ad perfectam neceſſaria ſint Dei explicandam mentem, qui in ſuo loquutus eſt Propheta Ieremia, quæ & Iudæis proficua forent, & Chriſtianis litterali, ſpiritalique ſenſu.

De Græcorum Patrum Catena quæ in his noſtris cuſa eſt Commentariis.

CAPVT VII.

1 *In Catena Græca Vaticana quæ à præſentium Commentariorum auctore præſtita ſint.*

IN hac Vaticana Catena, cuius auctor ignotus omnino eſt, tria, præſtiti, primum, confusè ſcriptam abſque capitum, ac verſuũ diſtinctione, ita vt difficillimè quod quiſque voluiſſet, reperiri poſſet, in iis præſertim locis in quibus varius Vulgatæ ordo capitum in verſione eſt Sept. quam Græci ij ſequuti ſunt Patres, ſic iuxta ipſam noſtram diſtinxi Vulgatam, vt præfixis duobus textibus, Vulgatæ ſcilicet, ac Sept. vnicuique vel verſui ſingillatim, vel plurium verſuum ſectioni illam ſubiecerim. Pro textu autem Sept. correctiorem adhibui, qui in emendatioribus impreſſus eſt Sixti Quinti Bibliis, tametſi ſæpius videre in illa ſit ipſius Patres aliter legiſſe, adeoque vt eorum perciperentur Scholia, & eorum lectionem Latinè ſaltem indicatam præpoſui ſingulis.

2 *Catena Vaticana quibus modis auctior reddita nunc prodeat.*

Adhibui ſecundo omnem operam, vt quoad fieri poſſet, auctiorem eamdem redderem. Quod duplici à me factum eſt ratione, altera, cõferendo Vaticanam cum ſimili, ſed vberiori inuenta in peruetuſto Codice Græco nobiliſſimæ Bibliothecæ Sfortianæ; quoſque inſuper in illa reperiſſem, meę addendo Patres: atque vt quinam ij fuerint vniuerſis perſpicuum foret legentibus, hoc illorum cuiq; præexhibui ſignum duarum erectarum vigarum, ſc. alterâ, perſcrutando in Vaticana ipſa Bibliotheca. In qua pri-

Catena Vaticana aucta pluribus Scholiis Chryſoſtomi ex altera Catena ſuper prima quatuor Ieremiæ capita.

mùm duos reperi Græcos Codices, vnam eamdemque Catenam continentes ſuper quatuor prima Prophetę noſtri Ieremiæ capita, cõtextam ex Scholiis duorum dumtaxat Patrum, Io. Chryſoſtomi, ac Theodoriti, omiſſis, quæ Theodoriti aſſerebantur, cũ nil diſcreparent ab iis quæ impreſſa in eiuſdem habemus Commentariis, & in noſtra Appendice relata; illa quæ Chryſoſtomi nomine conſignabantur noſtræ huic adieci cum iſtiuſmodi aſterico *, quandoquidem diſcrepantia ab aliis eſſent, quæ ſæpius in eadem Catena noſtra ſub ipſo Chryſoſtomi nomine haberentur. Id quod ſuſpicionẽ mihi iniecit, ne adiecta ea alius antiqui eſſent Patris potius quàm Chryſoſtomi, quod & ſtylus pariter perſuadebat, ita vt coniecerim ea eſſe poſſe Heſychij Presbyteri, quem ſuper Ieremiã ſcripſiſſe legimus. Et quidem vt hac de re fierem certior, adhibui quod licuit ſtudiũ, curans per litteras, vt in quibuſdã nobilioribus exterorũ Bibliothecis adhiberetur diligẽtia, ſi ipſe reperiri potuiſſet Heſychius, cum tamen nil exinde

Io. Chryſoſto. explanatio in Ieremiam reperta in Bibliotheca Altaempſiana.

conſecutus ſim luminis. Magnâ autem Dei prouidentiâ factum eſt, vt cum vberrimæ Bibliothecæ Altaempſianæ peruetuſtos euoluerem libros, Græcè ſcriptum repererim Codicem, in quo explanatio erat Sancti Ioannis Chryſoſtomi ſuper Ieremiam, à capite eiuſdem Prophetæ primo vſque ad illius vltimum caput quinquageſimum ſecundum. Manus in cælum tetendi, gratiiſq; Deo actis ac ſancto eius Vati, eam explanationem contuli cum aliis item Chryſoſtomi in Vaticanâ Catenâ Græcâ à me relatis; reperi hanc ipſam eſſe, quam ſuper quatuor prima dumtaxat Ieremiæ capita ex altera pariter Vaticana Catena Græca adiiciendã ſuſceperam. Illius ergo & reliquum deſcriptum, in Latinumque cõuerſum, quia operis Commentariorum, ac Catenarum mearum impreſſio ita ante proceſſerat, vt ſingula ſuis adiici nequiuerint locis, curaui vt eo modo quo fieri poſſet, pro nunc imprimetur. Sic in primo toto poſt finem cuiuſque capitis ſuam partem cum eodem aſteriſco * impreſſam reperies, à cap. octauo incluſiuè; & in ſecundo tomo à capite vigeſimo, Patribus aliis ſuper capita 5. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. reiiciendis poſt finem totius operis, vt commodè in impreſſione alia inde proprium transferantur in locum.

3 *Catena Vaticana aucta perinſigni tractatu Sancti Maximi.*

Adieci inſuper Græco item Latinóque ſermone pereximium ſancti Maximi Martyris tractatum, quem in alio Vaticano reperi Codice Interrogationum ſacrarum, in

quo

quo id is expendens, quod in Ieremia regem Nabuchodonosor typum gerentem Diaboli, seruum suum Deus appellat, subtilirer quærit, quî fieri possit, vt Deus mandarit seruiri tali regi, ipsique Diabolo à fidelibus; subtiliusque in sua responsione omne istiusmodi in argumento diluit dubium.

4 *Catena Vaticana aucta octo nouis homiliis Origenis.*

Denique cũ item in Vaticana Bibliotheca speciali (vt verè fatear) Dei prouidentiâ, quidam in manus meas incidisset Codex alius Græcus, illoque intrinsecus celeri oculorum intuitu perlustrato, viginti in ipso manuscriptas vidissem homilias Origenis super Ieremiam, vix effari possum quanto exinde perfusus sim gaudio ob pretiosissimi eius thesauri inuentionem: contuli cum aliis eiusdem Origenis quas in Latinis eius operibus habemus, homiliis super eumdem Prophetam; ex duodecim vndecim illarum in eo esse reperi Codice, octoque alias, quas adhuc lux Occidẽtis nostri non vidit, & quidem stylo ipso Origenem suum contestantes auctorem, quod & fragmenta in Vaticana Catena ex illis desumpta confirmãt. Vtinam & reliquas reperire mihi contingeret: plures namque alias ab ipso super eundem Prophetam editas certum est: & in illius Philocaliæ cap. 10. reperitur fragmentum ex eius homilia 39. super Ieremiam. Descriptas in Latinum illicò pari atque Catenam studio, iisdemque collaborantibus Leone Allacio Chio, & Io. Mattheo Cariophylo Cretensi, vertendas curaui. Atque vt commodior ex iis percipi posset ad Ieremiæ intelligentiam vtilitas, diuisas in sectiones, prout ordo ferebat Catenæ, singulas earum partes loco suo collocaui post Catenam, præfixo homilię Origenis titulo primæ, seu secundæ, &c. ex octo. Atque ne hæc illarum diuisio molesta alicui esset, quòd totam simul cuiusque seriem perlegere nequiret; vel in principio, vel ad finem sectionum singularum, prout res ferebat, adnotaui, quo loco sita esset anterior, seu posterior earum pars. Porrò inter prædictas viginti Origenis in Ieremiam homilias, quæ vltimo loco scripta erat in Vaticano illo Codice, tametsi homiliæ vigesimæ titulum præferret, nequicquam ad Ieremiam pertinebat, cum Parænetica potius esset, & de abdicatione rerum ageret temporalium. Nihilominus, vt quæ vnà cum reliquis oblata mihi à Deo, illarum omnium sicut longitudine, ita & insigniũ rerũ copia, ac eloquentia sit præstãtissima, neque adhuc Latinitati data sit, ac prælo, simul cum suis sociis & ipsam emittẽdam mihi videbatur congruũ, quod & perfeci, plurium & ad hoc faciendum impulsus consilio virorum benè de bonis litteris meritorum. Collocaui tamen illam vt πάρεργον, ad finem totius Catenæ.

De Origenis homilia quæ ad finem secundi Tomi collocata est.

Clementis Alexandrini tractatus, Quis sit diues qui saluetur.

Ceterum postquam typis ipsam dedi, comperi illam non Origenis homiliam, sed insignem esse tractatum Clementis Alexandrini Origenis præceptoris; cuius tractatus meminere Eusebius Cæsariensis lib. 3. Histor. Ecclesiast. cap. 17. is verbis, *Clemẽs Alexandrinus in eo opere, quod inscripsit, Quis sit ille diues qui saluetur*, & Hieronymus Catalogo scriptorũ Ecclesiasticorũ in Clemente. *Et alius*, inquiens, *liber, qui inscribitur, Quisnam diues ille sit qui saluetur.* Quem librum cum eodem titulo Photius in Bibliotheca, in Clemẽte Alexandrino asserit, ab aliquibus poni solitũ pro octauo Stromatum eiusdem auctoris; addens eius principium esse, οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους, id est, *Qui laudatorias orationes*, &c. Vnde cum & idem istud habeamus principium, eumdemque & finem, relatum ab Eusebio vbi supra, nullus iam superest ambigendi locus, homiliam istam eum esse Clementis tractatum, quem imprimi non piget, cum hucusque nec Græcè, nec Latinè is prodierit in lucem.

5 *Catena Vaticana illustrata postillis marginalibus.*

Vltra præexpositas accessiones, id tertiò à me in ipsa Vaticana præstitum fuit Catena, quòd cum ab illius auctore, cuius penitus ignotum est nomen, adeo breuiter, mutilatè, ac perplexè instar Scholiorum dicta collecta sint Patrum, vt sæpe vix illorum percipi posset sensus vel ab erudito, & maximè attento Lectore, meis, prout consueui, & in Commentariis, ad marginem vbi opus esse intellexissem, illustrare ea obnixus sum postillis, quod & in omnibus iis feci, quæ vt mea recensui auctaria. Quia verò in adiectis Origenis homiliis, sicut & in cunctis eiusdem operibus, quæ præ manibus impressa habemus, frequenter inspersi, vel tacti, aut indicati talis auctoris comperiuntur errores vniuersæ Ecclesiæ perquàm notissimi, & in Oecumenicis damnati Conciliis, veluti de præexistentiâ, aut transmigratione humanarum animarum, de temporali damnatorum hominum, atque dæmonum pœna, ne quis lectorum simplicior pro doctrinâ sanâ hauriat exinde venenum, ex aduerso vbicumque id obuenit, notaui item in margine, *Cautè*, siue, *Error Origenis damnatus in Quinta Synodo.*

††† *Cær*

Cur Auctor post expletos suos Commentarios in quindecim priora Ieremiæ Capita, addiderit simul & super reliqua eiusdem Prophetæ, & super Baruch duas ex Veteribus Patribus Catenas.

CAPVT VIII.

1 *Ieremiæ explanationem non est passus auctor prodire ab ipso mutilam.*

VT præexpositas modo emiserim Catenas, quas post Commentarios in caput quintumdecimum reperiet Lector, duo sunt quæ me impulere. Primũ, ne Propheta mihi maximè obseruandus prodiret omnino mutilus: adeoque vnà cum priori quindecim capitum eius parte exactissimis iuxta ingenij mei vires illustrata Commentariis, & quicquid eiusdem supererat reliqui enodatum præbere conatus sum per ea quibus vndequaque ex Veterum Patrum operibus lux cuipiam eius inferretur sententiæ. Quod certè non ambigebam sacrarũ litterarum studiosis, ac verbi Dei præconibus fore pergratum.

Catenam Vaticanam totã cur ante totos expletos suos Cõmentarios emiserit auctor.

Quod tamen cum id decreuissem, & calcaria, vt prouerbialiter dici solet, mihi adiecit, istud fuit alterum; quia cum iam paratam totam haberem Vaticanam Catenam Græco, Latinoque sermone super Ieremiam, eiusque Threnos, atque super Baruch descriptam, nescius an vita superstite illam desuper concedendum foret emittere cum iis Commentariis, quorum exaratio multos exposceret annos, & neque iustum esset, neque congruum tamdiu adeo pretiosum thesaurum mea intra scrinia velut sub terra absconditum latere, necessarium arbitratus sum, vt ad Dei honorem, ad communemque totius Ecclesiæ vtilitatem illam quantocyus curarem imprimendam.

2 *Catenam ex Patribus cur modo compegerit, emiseritque auctor.*

Porro cum & ex impressis Veterum Patrum operibus labore sanè non exiguo collectanea mihi essent congesta eorum omnium, quæ vel sparsim in aliquam Ieremiæ sententiam ij tetigissent, aut dedita opera dixissent in locum eiusdem aliquem; vel continuatè in specialibus suis scripsissent Commentariis, doctorum virorum consilio adductus sum, vt veluti expromptis aureis annulis, iisque apposité ad inuicem exiguo iam opere adnexis pretiosam conficerem Catenam: atque adeo vnà cum Vaticana Catena Græca, & hanc à me fabrefactam exhibens, illud in obsequium Ieremiæ Prophetæ, cui summa addictus sum deuotione, præstitum esset omne, quod à Veteribus Patribus, quantum mea colligi potuit diligentia, vbicumque fuisset dictum circa illius Vaticinia, seu Threnos, vel etiam circa eius amanuensis Baruch librum. A capite itaque sextodecimo Vaticiniorum Ieremię in secũdo Tomo præsentis quod nunc super eum ex me prodit operis, diuisum reperiet Lector capitulũ quodq; in Sectiones, & Sectione quaque præfixos ex aduerso sibi respondentes illius textus iuxta Vulgatam, & iuxta Sept. subtusque eos Paraphrasim Chaldaicam. Tum Catenam à me, vt dixi, compactam, hoc illi præfixo titulo, *Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.* Quam subsequetur altera Vaticana Græcè, Latinéque in aduersis exhibita columnellis, sub hac tituli inscriptione, *Catena Græca Veterum Patrum Græcorum.*

De Methodo in Catena quaque seruata.

CIRCA Vaticanam nil est quod hic detineat, cum iam supra ea sim prosecutus, quæ per me in illa facta sint. Vnũ tamen quoad illam addendum necessario censeo, quæ super librum est Lamentationum. Quòd tametsi illam multis abhinc annis Romæ à se Latinè redditam prælo dederit vnà cum suis breuibus quidem, sed quàm maximè eruditis in easdẽ Commentariis Antonius Agellius sacrarum litterarum, Græcæque & Hebraicæ linguæ peritissimus, & Congregationis nostræ Clericorum Regularium decus, ac postmodum ob virtutum suarum merita Episcopus Acernensis; vt noua nihilominus eadem nunc à me emittitur: tum quia vnà cum Græca: tum quia diuersa illius Latina est interpretatio, & noua: tũ quia pluribus in locis cum auctario est Scholiorum Patrum ex Codice, vt dixi, Sfortiano. 3

Catena Vaticana super Lamentationes iam diu ab Antonio Agellio Latinè versa & prælo data, quomodo nũc vt noua prodeat.

Circa Latinam autem nuper à me collectam Catenam alteram hæc sunt quæ moneam, hanc in ipsa à me seruatam methodũ; in qualibet sectione post titulum ea posui quæ super eum Prophetæ locum in propriis Commentariis dixissent Patres, quamquam admodum pauci, vt & supra notatum est, extiterint qui dedita opera hunc exposuerint Prophetam. Non exhibui tamen semper cuncta, quæ à singulis præallatorum scripta fuissent, sed ea duntaxat quæ ad propositi loci intelligentiam specialem, atque ad rem meam mihi visa essent facere. Quamuis autem vt plurimum illorũ ad verbum dederim dicta, quod vtilius, ac iucundius noram doctis esse viris: in eo tamen aliquid & 4

In Catena Latina quam methodum seruarit auctor.

de meo

de meo adieci, vnde vberius quàm ex lectione eorumdem in citatis Commentariis percipi posset commodum; breuissimè namque elaboratas cuique adhibui in margine postillas, quibus instar compendij ad primum intuitum intellectus porrigeretur eorum, quę fusius à Patribus dicta essent: & ad id pariter eæ ipsæ inseruirent, vt in rerum Indicem relatæ copiam verbi præconibus præberent materierum, quas forsan illi nec somniassent apud tales haberi Patres.

Porro cum qui mihi in hac elaboranda Catena facem, vt dici solet, præferebat, Hieronymus, à capite 33. Vaticiniorum defecerit, ibi illius expletis Commentariis, eius loco Commentariis exinde vsus sum Rabani Mauri, quibus & Strabonem vsum comperi in Glossa ordinaria ab ipso super iisdem Ieremiæ capitulis exarata.

Post specialium Patrum Commentatorum dicta, subieci quæ apud Patres alios sparsim in eorum operibus ad nostrum Ieremiam facietia collegeram hoc modo, Circa Vers. talem, seu Circa Versus tales Ambrosius, verbi gratia, lib. tali, cap. tali, &c. & sic successiuè de aliis: ac singulis item in margine adhibui postillas eorum continentes, vt ita dicam, succum.

In Catena Latina super Lamentationes, & Baruch quem ordinem quàue methodū seruarit auctor.

Ceterùm in Catena eadem quæ libros continet Lamentationum, & Baruch, alium prosequutus sum ordinem, methodumque & aliam: siquidem ea primum posui quæ sparsa in Patrum reperissem operibus: tum subieci quæ ij dixere item Patres, quorum speciales in dictos libros habemus Commentarios. Super Baruch quidem vnum Theodoritum: super Lamētationes autem, ipsum Theodoritum, Rabanum Maurum, Paschasium, Rupertum Abbatem, D. Thomam, & D. Bonauenturam. Inter quos non recensui Hieronymum, tametsi in eius operibus post Commentarios in Vaticinia Ieremiæ, & alij reperiantur sub eiusdem nomine Cōmentarij in Lamentationes in quinque libros distincti. Enimuero, vt ingenuè fatear, quicquid doctissimi dixerint Marianus Victorius in sua ad illos Præfatione, Martinus del Rio in Præfatione item ad proprios Cōmentarios, aliique non pauci, absque vlla dubitatione, falsò talem eos preferre existimo titulum, nomenque Hieronymi, cū luce clarius mihi sit, ipsos longo tempore post Hieronymum compositos. Omissis namq; rationibus à Mariano Victorio allatis, atque per eum ibidem, vt ipse putat, solutis, vel id vnum id certò mihi visum est conuincere, quod magna fere ex parte Commentarij illi ex Gregorij Papæ Moralium in librum Iob compacti sunt non dicam breuibus centonibus, sed & frequenter longioribus, qui ad textum potius libri Iob spectant tractatibus. Vt exempli gratia ex eo vno colligere quisque poterit loco Vers. 7. capitis primi, vbi eam ipsam leget verborū seriem, quam & lib. 5. Moralium cap. 2. reperiet. Vnde libentius in Sixti Senensis iui sententiam, vt Rabani Mauri tutò Commentarios illos asseruerim, cui & adscripti comperiuntur in illius opere super Ieremiam, cuius & nomine multò ante Sixtum Senensem, multa ex iis citat D. Bonauentura in sua item super Threnos expositione. Et quidem exploratissimus cuique in Rabani scriptis versato is est illius in contexendis Commentariis mos, vt aliorum potius Patrum, quos reperit ad rem suam facere, Hieronymi præsertim, atque Gregorij Papæ, vsus sit & sententiis & tractatibus, & verbis ipsis.

In Lamentationes Ieremiæ quorumnam Patrum habeamus monumenta.

In Lamentationes Commentarij qui Hieronymo adscripti reperiuntur, sunt Rabani.

In Catena Latina super Lamentationes distincti allati ex Patribus sensus varij.

Denique in eadem super Threnos Catena distinctè vt plurimum tractaui Vers. & sentētiam quamque, & in singulis, quoad fieri potuit, distinctè pariter Veterum Patrum assignaui sensus, adhibendo ad marginem primo, *Sensus litteræ*: tum, *Allegoria de Ecclesia*, ac demum *Morale de anima*. Vel duobus his vltimis quasi vnum titulum, *Allegoria de Christo, & Ecclesia, simulque Morale de anima*.

Hæc præsignificari operæ pretium mihi censui circa ea quæ in modum Catenæ nunc quasi per extensum ex Veteribus exhibui Patribus; si tamen Deo fauente vita comes fuerit, in Commentariis reliquis, quos compacturus sum, ex iisdem spondeo exactiori studio quasi ex staminibus, ac subtegminibus subtilem me contexturum telam, quà Commentarij ipsi mei illustrentur. Quod vt impleri iuxta vota queat, illorum commendatum me velim apud Deum, eiusque Genetricem, ac sanctum Prophetam nostrum Ieremiam precibus vniuersorum, qui & hæc quæ modo prodeunt legerint, & quibus aliqua cupido incesserit, vt & ea quæ desunt in lucem perfecta compareant.

Vita Ieremiæ Prophetæ per Sanctum Epiphanium Episcopum Cypri in historia de Prophetarum vita & interitu.

IEREMIAS Propheta Anathothides apud Taphnas in Ægypto à plebe lapidibus obrutus occubuit: iacet

verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat, quamobrem Ægyptij postea magna cum religione colebant, vbi pluribus se officiis ab illo adiuuari cognouerunt. Aspides enim & vndarum belluæ (quas Nephod appellitant Ægyptij, Græci verò τὺς κροκοδείλυς) eos interimentes postulationis Ieremiæ beneficio ex illis finibus sunt proffligati, nec tam aspidum furor, quàm ex flumine ratione pari bestiarum insidiæ. Quinque vel hodie adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco supplicare consueuerunt, & sumpto puluere morsibus aspidum medentur, feræ quoque aquarum hinc aufugerunt. Idem Propheta Sacerdotibus Ægypti signum exhibuit, dicens, oportere olim cuncta eorum simulacra concidere, simúlque manufacta omnia præcipitari, vbi Ægyptum ascendet cum suo infante virgo enixa Deo similis. Id quod tandem vsu venit illis. Hic est ille Propheta, qui ante mutationem templi arculam apprehendit, quæque fuere in ea singula, & curauit ea absorberi in saxum. Et loquutus est Sacerdotibus plebis, & quicumque aderant, maioribus; Profectus Dominus è Sina in cælos, sed reuertetur in maiestate & virtute diuina. Et hoc indicium aduentus ipsius erit, quando gentes vniuersæ ligno supplicabunt. Addidit præterea; Arcam hanc nec quisquam reserabit vnquam, neque Sacerdotum, neque Prophetarum, excepto Mose electo Dei. Tabulas quas continet ipsa, nullus explicabit, præter Aaron. Ceterùm in resurrectione primùm arca resurget, & prodibit è saxo, inque Sina monte locabitur, & omnes sancti ad eam confluent, vt illic suscipiant Dominum, & vitent inimicum, qui perdere illos affectabat. Tunc saxum sigillauit digito, inscribens nomen Domini, & factus est typus instar sculpturæ ferri, & nubes petram cooperuit, & eum locum nemo nouit. Quin ne nomen quidem vsque in hunc diem & vsque in consummationem seculi datur legere. Lapis deinceps ille habetur in solitudine, vbi primitus fabricata est arca, in medio montium in quibus iacent Moses, & Aaron sepulti, in noctibus porrò nubecula nitet modo ignis; eodem loci. Pro typo qui erat ab initio, quoniam numquam cessabit maiestas Dei à lege eius.

Vita & interitus eiusdem ex Chronico Alexandrino.

IEREMIAS à Deo vaticinandi munere exornatus de Christo in hunc modum cecinit. [a] *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.* Huius oraculi meminit Euangelista Matthæus, quod in Christi venditi nece ait impletum. Rursum ait Prophetes. [b] *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & disponam domui Israël, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die, in qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus, dans leges meas in mentem eorum, & in corda eorum inscribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebunt vltra vnusquisque fratrē suum, & vnusquisque proximum suum dicens: cognosce Dominum; quia omnes scient me, à paruo vsque ad magnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero memor amplius.*

[a] Matth. 27. 9.

[b] Ierem. 31. 31.

Ieremias Anathotites apud Taphnas Ægypti lapidibus à populo obrutus occubuit. Iacet in eo loco, quo Pharao habitarat: Ægyptij enim magna illum veneratione prosecuti sunt, quod ab eo magnis essent beneficiis cumulati, dum eis bene precatus monstra, quæ crocodilos Græci, Ægyptij Menephoth appellitant, ab eis auertit. Porrò quicumque etiam hodie Christum professi in eo loco precantur, & de loco illo puluerem colligunt, & morsos ab illis homines curant, multique crocodilos ex aquis illis fugant. Accepimus nos ab Antigoni & Ptolemæi posteris, viris magno natu, Alexandum Macedonum regem, cum Vatis sepulcrum viseret, & ea quæ de se prædixerat cognouisset, eius cineres Alexandriam deportasse, illisque illustre monumentum vndequaque ornatum excitasse; vnde factum, vt aspides inde arcerentur, vti & ex flumine. Et sic iniecere serpentes, quos Argolaos nominabant (hoc est, serpentum hostes seu perditores) quos tulit ex Argo Pelopensi; vnde & Argolai dicuntur, hoc est, dextris ignaui. Linguam habent mollissimam, & planè exilem.

Ieremiæ reliquiæ mira patrant.

Ieremiæ reliquias veneratus Alexander magnus.

Hic Ieremias dedit Sacerdotibus Ægypti signum, futurum olim vt idola

illorum per terræ tremorem concussa procidérent, nato salutis auctore ex Virgine in præsepio iacente. Quare hodieque fabricantur imaginem virginis puerperæ, & infantem in præsepio repositum adorant: cuius rei Ptolemæo regi causam sciscitanti. Sacerdotes responderunt, id mysterium à venerando propheta Ieremia maioribus olim suis fuisse editum.

Vide lib. 2. Machab. c. 2. Vide & Iosephum Gorionidem, & adscriptam Dorotheo Ieremiæ vitam.

Hic Ieremias ante templi euersionem rapuit arcam fœderis, & quæ in illa seruabantur, reposuitque illam in rupe quadam caua, comitibusque suis dixit: migrauit Dominus ex Sina in cælum, & rursum veniet Legislator ex Sion cum virtute. Et signum vobis sit aduentus eius, cum omnes gentes lignum (crucis) adorauerint. Addidit quoque, arcam illam à nemine nisi Aarone elatum iri, nec tabulas ab vllo Sacerdotum vel prophetarum, nisi à Moyse electo Dei reuolutum iri. Et in die resurrectionis omnium primùm arca illa resurget, & egredietur è spelunca, & ponetur in monte Sinai, omnesque sancti ad illam congregabuntur, Dominum ibi expectaturi, hostemque fugituri: *tollite illum venientem.* In illa cauerna signauit Ieremias nomen Domini digito suo; & forma eius veluti sculpta & ferro inscripto apparuit; nubesque lucida nomen texit, nec quisquam formam characterum nouit, nec legere potest ad hodiernum vsque diem, & vsque ad finem mundi. Est autem illa petra & cauerna in solitudine, vbi primùm arca fœderis fuit inter duos montes, in quibus siti sunt Moyses & Aaron. Per noctem nubes lucida apparet circa locum, vti olim fiebat (cum ex Ægypto proficiscerentur) quoniam non cessabit gloria Domini à lege eius. Eapropter & Ieremiæ hanc Deus gratiam fecit, vti fieret socius Moysis, & Aaronis, qui omnes hodieque simul iuncti quiescunt, quando & Ieremias ex stirpe Sacerdotum descendit.

Dorotheus. *Occidit eum venientem.*

D. VINCENTIVS GILIBERTVS CONGREGATIONIS CLERICORVM REGVLARIVM PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVM hoc opus Commentariorum in quindecim prima Ieremiæ capita, & Catenarum etiam in reliqua eiusdem Prophetæ Vaticinia, necnon in Threnos, & Baruch, à P. D. Michaële Ghislerio nostræ Congregationis Theologo compositum, grauium, ac doctorum virorum, quibus id commisimus, iudicio recognitum, atque approbatum fuerit, vt typis mandetur (modò iis ad quos spectat, id visum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, & sigillo nostræ Congregationis munitas litteras damus. Romæ XII. Kalend. Maij M. D. C. XXII.

D. VINCENTIVS GILIBERTVS Præpositus Generalis.
D. ANGELVS MARIA ADIMARIVS Secret.

MAXIMVM Prophetarum Ieremiam, tot gemmis quot notis, à docta manu eruditissimi Commentatoris Michaëlis Ghislerij illustratum ornatumque dignum publica luce censeo. Ego F. Abraham Bdonius S. T. mag. Ord. Præd. Romæ in Palatio Vaticano die 28. Nouembris M. D. C. XX.

COMMENTARIOS in quindecim Ieremiæ capita, & Catenas pariter Veterum Patrum in eiusdem Prophetæ Vaticinia & Lamentationes, eiusque Scribæ Baruch oracula, R. Patris nostri D. Michaëlis Ghislerij Romani Clerici Regularis opera luculenter elucubratos, lectissimis Sanctorum Patrum flosculis contextos, tropologicis gemmulis refertos, tum laxa, tum stricta litterali expositione summo studio, summáque omnium expectatione concinnatos superiorum nostrorum iussu ex animo perlegimus & voto, nec quicquam in eis reperimus quod Catholicam fidem infringat, imò quod firmet magis: non quod bonos mores frangat, sed effingat: neue quod piorum aures offendat, sed demulceat: quocirca eos prælo quàm maximè dignos censemus, idque ex animo testamur, & hoc scripto attestamur. E nostra domo Sancti Andreæ de Vrbe XIIX. Kal. Maias M. D. C. XXI.

D. VINCENTIVS RICCARDVS Clericus Regularis.
D. THOMAS DE AFFLICTO Clericus Regularis.

CATHOLICÆ soli sanæ fidei consona sunt quæ hi Commentarij, docti certè & eruditi in Ieremiam & in Baruch proponunt, & qui multæ eruditionis suum Authorem Michaëlem Ghislerium indicant: quibus commodè vtiliterque adduntur & breues D. Ioannis Chrysost. in eumdem Ieremiam explanationes, & octo Origenis homilię, quæ eiusdem Authoris opera nunc primum in lucem prodeunt. Vt autem nihil quod in sanam fidem pugnet, sic nec quod in mores, habent, & proinde luce digna hæc omnia censemus. Actum Lugduni 3. Augusti 1622.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Episcopus Damasci.

Fr. CLAVDIVS COCHET Dominicanæ familiæ Lugdunens. Alumnus & Prior.

AFfirmo ea quæ supra approbata sunt F. I. MARION Professor in Theologia, & Gardianus S. Bonauenturæ Lugduni.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. GALLIÆ ET NAVARRÆ REGIS auctoritate sancitum est, atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisue locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos sex à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, excudendum, vendendumque quouis modo, & ratione curet, librum qui inscribitur; *Michaëlis Ghislerij Romani ex Clericis Regularibus, in Ieremiam Prophetã Commentarij. Item in Baruch, & breues D. Ioan. Chrysost. in Ieremiam explanationes, & octo Orig. homiliæ*, præter LAVRENTIVM DVRAND Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit: prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem librum extra regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti LAVRENTII DVRAND. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Castel-darri, die 6. Iulij 1622.

De mandato Regis signatum,

COVPEAV.

IOANNIS MATTHÆI CARYOPHILI
ARCHIEPISCOPI ICONIENSIS.

Ἄσματα νυμφιδίων ὀάρων, καὶ βίβλον ἐρώτων
  Εὐξυνέτων, γράψας θῆκατο Γισλέριος.
Νῦν δὲ πολυθρηνέοιο φίλον κλαγγῆς ὑποφήτην
  Ἤπλωσεν ξυνετοῖς δύσβατον Ἱρεμίαν.
Οὕτω μίξεν ἄμικτα, γαμήλια πένθεσιν ἄκρις,
  Δείξας εὐσεβέσιν κλαυσιγέλωτα νέον.
Οὐκέτι πενθοῦντας μοῦνον, νῦν φήσομεν ἄμφω,
  Καὶ μακάρεις κλαίειν, καὶ μακάρεις γελάειν.

Et sponsi & sponsæ sacros scrutatus amores,
  Exposuit docto Ghislerius calamo.
Nunc lacrymabundi dat lucem ad carmina Vatis,
  Quem capere ingenio posse laboris erat.
Gaudia sic lacrymis non mixta immiscuit ille,
  Et risum & fletus insimul ire docet.
Non modò lugentes dicemus iam esse beatos;
  Et flens, & ridens mente beatus erit.

ELEN

ELENCHVS TOTIVS OPERIS.

IN Tomo primo continentur Commentarij in decem priora capita iuxta lectiones, Vulgatam, Hebræam, & Græcas.

Cum duplici Catena, altera sub Appendicis nomine, collecta ab eodem Auctore ex operibus Veterum Patrum impressis: Altera Græcè ex Græco Vaticano Codice, à Leone Allacio Chio in Latinum reddita: & à Io. Matthæo Cariophylo Cretensi exactius recognita: postillisque, & distributione à Michaële Ghislerio illustrata.

TOMO secundo continentur in quinque sequentia Ieremiæ capita Commentarij, nec non eædem Catenæ tum in eadem, tum in reliqua Ieremiæ Vaticinia.

TOMO denique tertio continentur in Lamentationes Ieremiæ, & in Baruch item Prophetæ librum eæ ipsæ Catenæ.

Quibus in vnoquoque Tomo locis suis ex Altaemsiana Bibliotheca adiectæ sunt breues Ioan. Chrysostomi in Ieremiam explanationes: & ex altero item Græco & Vaticano Codice, octo insertæ sunt Origenis Homiliæ, eorumdem diligentia translatæ, & recognitæ. Quæ omnia nunc primùm in lucem prodeunt. Atque in vniuersa ista duplex habetur Index, locorum sacræ Scripturæ vnus, alter Rerum: & in Euangelia totius anni Elenchus in modum Paraphrasis super singulas eorum partes.

COMMEN

COMMENTARII

MICHAELIS GHISLERII ROMANI CLERICI REGVLARIS IN IEREMIAM PROPHETAM.

CAPVT PRIMVM.

Prophetia Ieremiæ.

1 VERBA Ieremiæ fi-
lij Helciæ, de Sa-
cerdotibus qui fue-
runt in Anathoth
in terra Benjamin.
2 Quod factum est
verbum Domini ad
eum in diebus Iosiæ filij Amos Regis Iu-
da, in tertio decimo anno Regni eius.
3 Et factum est in diebus Ioakim filij
Iosiæ regis Iuda vsque ad consummatio-
nem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ Re-
gis Iuda, vsque ad transmigrationem Ie-
rusalem in Mense quinto.
4 Et factum est verbum Domini ad me
dicens.
5 Priusquam te formarem in vtero, no- C
ui te: & antequam exires de vulua, sancti-
ficaui te, & Prophetam in gentibus de-
di te.
6 Et dixi A, a, a, Domine Deus: Ec-
ce nescio loqui, quia puer ego sum.
7 Et dixit Dominus ad me. Noli dicere,
Puer sum: quoniam ad omnia, quæ mit-
tam te, ibis: & vniuersa quæcumque man-
dauero tibi, loquêris.
8 Ne timeas à facie eorum, quia ego te-
cum sum, vt eruam te, dicit Dominus.
9 Et misit Dominus manum suam, &
tetigit os meũ: Et dixit Dominus ad me:
Eccè dedi verba mea in ore tuo:
10 Eccè constitui te hodie super gentes,
& surper Regna, vt euellas, & destruas, &
disperdas, & dissipes, & ædifices, & plãtes.
11 Et factum est verbum Domini ad
me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et di-
xi: Virgam vigilantem ego video.
12 Et dixit Dominus ad me: Benè vidi-
sti, quia vigilabo ego super verbo meo vt
faciam illud.
13 Et factum est verbum Domini se-
cundò ad me, dicens: Quid tu vides? Et
dixi, ollam succensam ego video, & fa-
A ciem eius à facie Aquilonis.
14 Et dixit Dominus ad me, ab Aqui-
lone pandetur omne malum super omnes
habitatores terræ:
15 Quia eccè ego conuocabo omnes
cognationes Regnorum Aquilonis, ait
Dominus: Et venient, & ponent vnus-
quisque solium suum in introitu por-
tarum Ierusalem, & super omnes mu-
ros eius in circuitu, & super vniuersas vr-
B bes Iuda.
16 Et loquar iudicia mea cum eis super
omnem malitiam eorum, qui dereliquer-
runt me, & libauerunt Diis alienis, & ado-
rauerunt opus manuum suarum.
17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & sur-
ge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præ-
cipio tibi. Ne formides à facie eorum:
nec enim timere te faciam vultum eorũ.
18 Ego quippè dedi te hodie in Ciuita-
tem munitã, & in columnam ferream, &
in murum æreum super omnem terram,
Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacer-
dotibus, & populo terræ.
19 Et bellabunt aduersum te, & non
præualebunt: quia ego tecum sum, ait Do-
minus, vt liberem te.

CAPITIS PRIMI.

Vers. 1.] Verba Ieremiæ filij Helciæ, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin.

D

PARAPHRASIS LITERÆ.

Liber iste est eloquiorum Ieremiæ ex natura quidem sua ineloquentis, sed qui ope locutus est Dei perficientis laudem ex ore infantium, & lactentium. Continétque & eorum narrationem, quæ idem gessit, ac perulit Ieremias, filius Helciæ cuiusdã Sacerdotis, ex Sacerdotibus iis, qui fuerunt in oppido Anathoth, quod est in terra Benjamin, in quo & ipse habitauit, vbi & ortus est, & paternam suscepit hæreditatem.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VERBA *Ieremiæ.*] Præsentem titulum vbi primùm certè quis legerit, intelliget, sanctissimum Prophetam suum nomen imponentem se eum velle ostendere, quem mox 1

Dei laus perficitur ex ore imbecilliorũ.

puerum asserit, & adeò infantem, vt loquendi adhuc ignarus existeret [a], *A, a, a, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Ex altera autem parte cum suo nomine vocem (*verba*) coniungit, indicare, regij Vatis oraculum illud [b], *Ex ore infantium Deus, & lactentium perfecisti laudem*, in se ipso expletum: & quanta in primo vitæ suæ limine, contentione, ætate, virtute, diuini numinis afflatu præcurrente, ad Dei laudes celebrandas fuerit obnixus, patefacere.

a Ierem. 1. 6.
b Psalm. 8. 3.
Gloria omnis referenda in Deum.

2 *Verborū vocabulum sumi potest actiuè & passiuè.*

Sunt quidem Expositorum complures, qui titulum istum alia ratione interpretandum existiment, vt vox (*Verba*) non tam actiuè pro verbis, & sermonibus ab ipso Ieremia prolatis, quàm passiuè pro verbis, seu visionibus, & reuelationibus eidem à Deo exhibitis, sit sumenda. Quo pacto si id intelligatur, tametsi per hunc titulu Propheta in Domino se gloriari testetur; haud tamen eius tam benè perficit laudem [c], qui linguas infantium facit esse disertas.

c Sap. 10. 21.

Non eo inficias, Sept. Interpretes illi fauisse sensui, cùm verterint; (*Verbum Dei, quod factum est ad Ieremiam*) atque adeò neutiquam vt improbabilem eum censeo reiiciendum. Nihilominus in mea prima persisto sententia, quæ & grauissimorum aliorum est expositorum, vt (*Verba*) actiuè sumantur: ne idipsum frustra paucis interiectis vocibus repetitum in operis vestibulo dicendum sit, cùm mox eiusdem verbi passiuè sumpti in subsequenti versu fiat mentio, vbi dicitur: *Quod factum est verbum Domini ad eum.*

3 Confirmor in hac sententia ex eo, quòd cùm in Sanctorum Prophetarum plurimis frequenter reperiam titulum (*Verbum Domini*:) hunc tamen (*Verba*) talis, aut talis Prophetæ, prout in Ieremia legimus, vni solummodo alteri vsurpatum comperio, eique potissimùm, qui inter diuinos Vates maximè omnium omnis expers fuit eloquentiæ, Amos, sicuti & ipse palàm fatetur illicò post titulum, vbi legimus [d]: *Verba Amos qui fuit in Pastoribus Thecue, quæ vidit super Israël*, &c. Ac si dicat id præ omnibus in hoc meo libro est mihi intentum, vt propositurus, quas mihi Deus exhibuit visiones super Israël, eiusdem Dei mei laudem perfectam ostendam ex rudi ore vilis, & ineloquentis Pastoris [e], *quia infirma mundi elegit Deus, vt fortia quæque confundat.* Quod idem etiam apertiùs significauit in subsequentibus dicens [f]. *Non sum Propheta, nec filius Prophetæ: sed armentarius ego sum, vellicans sycomoros, & tulit me Dominus cum sequerer gregem, & dixit Dominus ad me, Vade & propheta*, &c. Est autem & alia insuper ratio, pro qua titulum istum, *Verba Ieremiæ* prædicto modo intelligendum actiuè censeo; quòd vnus potissimùm inter Prophetas, qui titulo sua insigniunt vaticinia, & Ieremias, qui inter Dei visiones, diuinasque prophetias, quarum ingentem in hoc suo opere explicat cumulum, complures admiscet narrationes gestorum suorum, & quæ ad historiam spectant eorum, quæ sibi perpeti contigère in ærumnis, & persecutionibus à populo, & contribulibus suis. Ac si dicatur, In hoc libro continentur historiæ Ieremiæ, quæ ad Ieremiam pertinent, ab ipsomet Ieremia naturalis eloquentiæ experte, diuina tamen ope enarratæ: Vnà cum prophetiis à Deo sibi subministratis. Vnde illicò subiicit, *Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus*, &c. vt mox declarabitur.

d Amos 1. 1.
e 1. Cor. 1. 27.
f Amos 7. 14.
Verba pro gestis & passionibus, proque eorum historiis.

4 Neque verò nouum videri id debet, quòd *Verba* pro historiarum narratione sumenda asserimus, cùm frequentissimum hoc potiùs reperire sit in sacris literis, adeò vt propterea in tertio Regum de Historiis Regis Salomonis dicatur [h]: *Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.* Et historiarum liber ille, quem Græci vocabulo, quo vsi sunt Sept. appellant παραλειπομένων Hebraicum titulū habet דברי הימים *dibre haiamim* i. *Verba dierum*, sicut & hoc loco pariter in regimine dicitur דברי ירמיהו *dibre irmihau*. *Verba Ieremiæ* in Genitiuo, vnde subditur.

h 3. Reg. 11. 41.

5 *Filij Helciæ.*] Qui in primo operis titulo Dei laudem, vt vidimus, perficere aggressus est, idipsum vlterius prosequens parentes, genus, patriam, & tempus eidem adiungit titulo, quæ omnia ad singularem sui electionem adornandam conferunt, & consequenter in eam, quam vnam intendebat Dei gloriam; qui ipsum ignarum quidem eloquij in magnum elegerit Prophetam, sed ex Sacerdotali sanguine, ex oppido quidem exiguo; sed quod proximum esset ciuitati Sanctæ Ierusalem, & in quo sacri diuini templi commorarentur ministri; nec non & pro longissimo tempore, in quo tres potissimùm regnarunt Reges Iuda: Neque enim probo id, quod plerique hic asserunt, prædicta adiuncta potissimùm ad indicandum tribum, genus, & patriam illius, quóve hisce is distingueretur ab illis, qui idem sortiti essent nomen; tametsi & id verum esse profitear; cùm id moris esse sacrarum litterarum sat mihi sit exploratum: Vnde & in titulo Isaiæ atque Ezechielis, & in plerisque minorum Prophetarum parentum legimus nomina: Nam alioquin, cur non & in cæteris vatibus prædicta adhibentur, cùm nec in maioribus, nec in minoribus tam exacta eorum omnium simul reperiatur descriptio, sicut in hoc nostro, qui vnus est ex Maioribus, quemue singulariter vt maximè insignem Deus elegit sibi Prophetam adhuc ex vtero matris illius?

6 Quoad Helciæ personam, cuius hîc meminit Ieremias, vt proprij parentis, haud vna est doctoribus sententia, quisnam ille fuerit; Et quidem communi Hebræorum interpretum sensu, quasi ex antiqua traditione percepto existimatur, illum extitisse Helciam summum Sacerdotem, qui anno XVIII. Iosiæ, & sexto postquam vaticinari exorsus est Ieremias, inuenit in Arca librū Deuteronomij, vt legitur [i] in libro 4. Regum. & [k] lib. 2. Paralipom. Cui opinioni, & ex nostris plerique suffragati sunt recentiorum quidem Sixtus Senensis lib. 1. Biblioth. vbi de Ieremia, Isidorus Clarius, Ioannes Maldon. Andreas Cappella, Petrus Afosgueira super hunc locum. Antonius Posseuinus in suo Apparatu, verbo, Ieremias, & Antonius Fernandez Præfatione in visionem vndecimam, aliique quos mihi haud datum est legere. Antiquorum verò Patrum Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum cap. 11. & Hieronymus in Quæstionibus, seu traditionibus Hebraicis super libr. 1. Paralipom.

Helcias Ieremiæ pater quis fuerit.
i 4. Reg. 22.
k 2. Paralip. 34. 14.
Sixt. Senens.
Isid. Clarius.
Io. Maldon.
Andr. Cappella.
Petrus Afosgueira.
Ant. Posseuinus.
Ant. Fernandez.
Clem. Alex.
Hieronym.

7 Pace tamen tantorum virorum, (quamquam de B. Hieronymi opinione hac in re haud sim tutus, cùm plerique doctorum virorum citatum librum Quæstionum in Paralipom. neutiquam vt illius germanum admittant,) libentiùs eo in aliorum sententiam, qui Helciam potiùs quemdam alium simplicem Sacerdotem illum extitisse arbitrantur, non summum eum Pontificem. Duas tantùm ego pro illa afferam rationes, alteram

Helciam Ieremiæ patrem nō fuisse summum Sacerdotem opinio Auctoris.

teram ex dicto Hieronymi in principio præfationis suæ in Ieremiam, *Ieremias Propheta sermone quidem apud Hebræos, Isaia, & Osea, & quibusdam alijs Prophetis videtur esse rusticior.* Quis enim ambigat, rusticiorem sermonem haud illi esse potuisse, si filius extitisset adeò nobilis patris, & è summo Pontifice oriundus? Sicut nec in Isaia, quem è Regio sanguine ortum, elegantissimum inter Prophetas omnes esse non ignoramus: Alteram, eamque efficaciorem ex ipsomet subsequentium verborum contextu, *Filij Helciæ, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth,* clariusque apud Sept. *De Sacerdotibus, qui habitabat in Anathoth.* Si enim Helcias habitabat in Anathoth oppido exiguo, nil censeo reliqui esse dubij, eum nequaquam fuisse summum Pontificem, cùm constet, Summorum Sacerdotum sedem, vt Patriam in præcipua Vrbe Ierusalem esse, vbi & ius dicebant, & sacra exercebant in templo. Vide Iosephum lib. 20. Antiq. cap. 18. Neque id mihi persuadere possum, vt sic vna vulgari Anathothitarum Sacerdotum turba, & confusè adnumeratus fuerit, qui, si summus extitisset Pontifex, primum inter Sacerdotes vniuersos obtinens & locum, & dignitatem, nequaquam eo priuandus esset titulo, quem iure obtinebat. Vide pro hac sententia rationes alias apud Christophorum à Castro in hæc verba, & Gasparem Sanctium Prologena primo in suis Comment. super Ieremiam.

8 *Helciam Ieremiæ patrem haud necessario dicendũ extitisse Prophetam. Regula Hebræorũ, quòd qui nominati reperiuntur Prophetarum parentes, vel aui, etiam ipsi fuerunt Prophetæ, improbatur.*

Sicut autem istud non probo iam dictum Hebræorum, & ferè nostrorum commune affatum de Pontificia Helciæ dignitate; ita nec illud admiserim non minus commune assertum, quo is ipse Helcias Propheta extitisse dicitur, ex ea Hebræorum regula, quam refert Hieronymus initio Comment. suorum in Sophoniam dicens. *Tradunt Hebræi cuiuscumque Prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque Prophetas fuisse.* Cuius regulæ expensionem & reprobationem exactè pertractatam videre cuique licet apud Franciscum Riberam Prælud. quarto Comment. suorum in duodecim Prophetas. Rationem autem si quæras, cur patris sui Helciæ hoc loco meminerit Ieremias; factum id pro certo habeas, vt omnis tolleretur ambiguitas, cùm & alij plures eiusdem nominis Ieremiæ reperirentur, & vt illius notior scripta relinqueretur Sacerdotalis prosapia, propter quam rationem subditur.

9 *Ieremiã fuisse Sacerdotẽ maximè fuit congruum.*

De Sacerdotibus.] Tametsi ad prophetiæ munus obeundum nihil antiquius generis, aut familiæ ratio per se conferret; neque enim vt in Regio, & Sacerdotali munere, sic in vaticiniis, & diuinæ legis docendæ officio certarum tribuum, aut familiarum personæ optabantur. Congruum tamen fuit, vt Ieremias noster de Sacerdotali esset tribu, sacroque ex genere, qui in matris vtero singulari ratione à Deo fuerat consecrandus, atque sanctificandus: prout & pari ratione & sanctum Ioannem Baptistam in matris vtero pariter sanctificatum de Sacerdotibus extitisse legimus in Euangelio Lucæ [a]. Præsertim cùm iis vaticinaturus esset temporibus, quibus summoperè necessarium fuisset, vt illi fides præstaretur, instante diuinæ indignationis, & Babylonicæ captiuitatis flagello, ad quod multùm conferre debuisset Sacerdotalis ipsa eius dignitas; cùm & alias in lib. Machab. legamus, tametsi ad aliud propositum [b], *Homo Sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos:* Siue prædicaturus populo, in quo peccatorum quàm maximus tunc esset cumulus; cùm nouerimus scriptum [c], *legem veritatis esse in ore Sacerdotis, & iniquitatem non esse inuentam in labiis eius.*

a Luc. 1. 5.

b 1. Macha. 7. 14.

c Malac. 2. 6.

10 *Qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin.*] Ex concisa lectione textus Hebraici, in quo absque vllo verbo ita hæc habentur, [*Qui in Anathoth in terra Beniamin.*] Factum est, vt noster quidem interpres hæc referens ad Sacerdotes, de quibus sermo præcesserat, verterit, [*Qui fuerunt,* &c.] Sept. verò vel ad Helciam, vel ad ipsummet Ieremiam eadem retulerint, sicut & Paraphr. Chald. Hæc quidem legens, [*Vir qui suscepit hæreditatem suam in Anathoth,* &c.] illis vertentibus, ὃς κατῴκει, [*Qui habitabat in Anathoth.*] Parum tamen hæc referunt; id nobis hoc loco sat esse debet; Ieremiæ patriam in hisce indicari, eamve fuisse Anathoth, vnum ex quatuor oppidis, quæ in libro Iosue [d] legimus, ab eodem Iosue, iuxta præceptum Domini descriptum in lib. Numer. [e] Sacerdotibus & filiis Aaron traditum in terra Beniamin. Quod quidem oppidum, ait Hieronymus super hunc locum, esse situm ad Septentrionem Ierusalem, tribusque duntaxat millibus ab ea distans.

d Iosu. 21. 18.

e Num. 35. 2.

11 *Patria nomẽ cur additum in titulo Ieremiæ.*

Illud potius hîc aliquid ingerit quæstionis, & difficultatis, Ad quid in isto Ieremiæ titulo tam exactè descripta sit & Patria; cùm ad rem, quæ intendebatur, sat fuisse videatur, quòd tanti Prophetæ indicatus esset parens Helcias, & genus Sacerdotale: præsertim cùm vix in tribus aliis, iisque ex Minoribus, nempe Amos, Michea, & Nahum, apud Prophetas id in vsu fuisse reperiamus, vt in eorum titulis Patriæ adiiciatur nomen. Qua in re, omissis multis, quæ hîc dici possent, fusiusque pertractata videre vnicuique licet apud Benedictum Ariam Montanum in libro communium Propheticarum disputationum, pag. 12. quos prosequitur in tomo Commentariorum suorum super 12. Prophet. Vnum duntaxat hîc adnotabo, quod ad præsentem rem facit, ex Francisco Ribera, qui in Præludio quinto suorum Comment. in 12. Proph. nu. 3. ait, Interdum nomen Patriæ adiici, vt aliquid in ipsa Prophetia exactius intelligatur; affertque istius loci, quem præ manibus habemus, exemplum, *Ex hoc enim,* inquit, *quod hic dicitur, Ieremiam esse de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, intelligimus cur in capite 11. eidem Ieremiæ viri Anathoth dicant: Non* [f] *prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris. Siquidem cùm Iudæi summo odio prosequerentur Ieremiam propter ea, quæ illis prædicebat, & quia eos arguebat scelerum suorum, timebant Anathothitæ, ne quid mali ipsis quoque pati contingeret in Prophetæ municipis sui odium.*

B. Ar. Mont.

Fr. Ribera.

f Ier. 11. 21.

Vers. 1.] Verba Ieremiæ filij Helciæ de Sacerdotibus, qui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

12 *Ieremiã typum extitisse Christi.* Hieronym. Isidor. Rup. Abb.

CHRISTI Domini typum per sanctum Prophetam Ieremiam mundo exhibitum admodum sanè consona est Sanctorum Patrum sententia, in primisque Hieronymi Commentar. super cap. 23. Ierem. Isidori Hispalensis lib. Allegoriarum in Sacr. script. & Ruperti Abbatis in suis item Comment. super Ieremiam. Et quidem quamuis aliquot rei huius afferri soleant rationes, Vnum nihilominus hic admonere sat erit,

opus istud, quod præ manibus habemus, sic dici non incongruè posse Christi, sicut ipsius dicitur Ieremiæ; atque ex contextu ipso eiusdem operis in mystica illius expositione eliciendas dictæ similitudinis, seu congruentiæ rationes multiplices inter hos duos: Porrò quæ prima se se offert, est ex congruentia nominis, cùm dicitur *Verba Ieremiæ*, Enimuerò Ieremias triplicem habere potest interpretationem: Primam, *Excelsus Domini*: secundam, *Celsitudo*, seu *sublimitas Domini*, deducto tali nomine ab Hebraico verbo רום *rum*, seu רמם *ramam*, exaltare, eleuare, & peruulgato Dei nomine יה *iah*. Et tertiam, *Proiectus Domini*, à verbo רמה *ramah* proiicere, & יה *iah*. Quod Christus Iesus reuera & dictus sit, & fuerit excelsus Dei, audi Angelum Mariæ id contestantem, [a] *Ecce concipies & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.*

Ieremiæ nominis triplex interpretatio.

a Luc. 1. 31.

13 *Christus dictus excelsus Dei, quia prius eiusdē se exhibuit proiectum.*

b Philip. 2. 6.

Si quæras rationem propter quam excelsus Dei dici meruit, audi Apostolum, [b] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; Humiliauit semetipsum*, &c. *Propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. Proiectus nimirum factus est iuxta tertiam nominis Ieremiæ interpretationem, quando exinaniuit se à forma Dei ad formam hominis, dicens ad Dominum Patrem suum, [c] *In te proiectus sum ex vtero*; & exinde consecutum est; quod subiecit Apostolus, *Propter quod Deus exaltauit illum.* Quæ etiam per Prophetam Regium sub egregiis metaphoris significantur, vbi dicitur, [d] *De Torrente in via bibet*, ipse videlicet Christus, (vt est Patrum omnium sensus) *propterea exaltabit caput.* Quid est *torrens*? ait Augustinus enarratione in Psalmum istum 109. *Profluxio mortalitatis humanæ. Sicut enim torrens fluuialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, & currendo decurrit, id est cursum finit, sic est omnis iste cursus mortalitatis*, &c. Quis verò nesciat, ei qui in torrente bibiturus sit, operæpretium esse, vt priùs se se proiiciat? Sic igitur proiectus Domini factus Iesus, exaltauit caput, excelsus Dei propterea effectus.

c Psal. 21. 11.

d Psa. 109. 7.

Augustinus.

14 *Christus lapis simul & proiectus, & celsissimè exaltatus.*

e 1. Pet. 2. 4.

Sed & ob id is ipse excelsus Dei, quia quando semet proiecit per Incarnationem, & ab hominibus, suoque præsertim à populo tanquam vilis proiectus est lapis, teste Beato Petro Apostolo 1. Pet.[e] 2. 4. vbi ait, *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum.* Quod ex Psalmo 117. 21. desumpsit, quo loco si attentiùs verba considerentur vnius eiusdemque Christi proiectio quidem significatur ignominiosissima, exaltatio verò celsissima: & tam ista, quàm illa facta dicitur à Domino. Quod enim reprobatum legimus in vulgata, Hebraico verbo מאסו *maasu* propriè significat cum nausea, & abominatione, vt res fœdissima abiectum: & quod idem positus dicitur in caput anguli, efficaciusque Græco Symmachi vocabulo ἀκρογωνιαῖος *summangularis* haud dubium quin fundamenti Ciuitatis sanctæ Ierusalem intelligatur, quòd in summa cælorum celsitudine positum vidit Ioannes in Apocal. [f] *A Domino factum est istud*, dicitur in Psalmo, *& est mirabile in oculis nostris*: Quid istud? vtrumque, tam proiectio iuxta eam loquendi rationem qua Isa. 53. 8.[g] Pater ipse ait, *Quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum*; & exaltatio, teste eodem Deo Isa. 28.

f Psal. 117. 22.

g Isai. 53. 8.

A 16.[h] *Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem, pretiosum in fundamento fundatum*, tunc nimirum quando *data est illi omnis potestas in Cælo & in terra.* Matth.[i] 28.

h Isa. 28. 16.

i Mat. 28. 18.

Quod autem Christo capiti nostro euenisse dicimus, idipsum & singulis eius membris quotidie contingere asserendum est, vt & celsissimi per proiectionem reddantur; tum per proiectionem ex parte aliorum, qua contemnuntur, afflictionibus infestantur, atque etiam hinc & inde proiecti errare coguntur. Quod ex illo Pauli Hebr. 11. 36. [k] *Alij verò ludibria, & verbera experti insuper, & vincula & Carceres &c. circuierunt in melotis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus, in solitudinibus errantes.* &c. Quid est enim, *quibus dignus non erat mundus?* Nisi quod iam per ipsammet talem proiectionem celsiores effecti erant, quàm vt eorum gloriam iste capere posset mundus: vtpote qui iam cœlestes potius erant, tum per proiectionem ex parte propria, pro animi demissione, atque corporis pariter humiliationem; nam & per hanc ad celsitudinem eleuantur propinquitatis Christi. Quod breuissima sententia subindicasse mihi visus est Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 10. dicens. *Cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas.*

15 *Proiectione, & abiectione fideles redduntur celsissimi.*

k Hebr. 11. 36.

B

Humiliatione, & humilitate exaltamur ad propinquitatem Christi.

C Tertullian.

Quæ omnia haud obscurè significantur etiam in his, quæ exponimus, vt titulum istius libri, *Verba Ieremiæ*, verborum vocabulo in eo desumpto sensu, quem secundo loco in litera attulimus, pro iis nimirum, quæ gesta, ac tolerata sunt pro gestis, ac passionibus, & ærumnis, siue istorum historiis: Vt congruentissimè Passiones, contemptus, atque angustiæ, quæ ad proiectionem, & demissionem potiùs pertinere videntur, iunctæ ostendantur cum Christo, cui Ieremiæ competit nomen iuxta illius interpretationem *Excelsi Dei*. Atque adeo cùm dicitur (*Verba Ieremiæ*,) mystico hoc sensu tantumdem sit, ac si dicatur, in hoc libro continentur narrationes eorum, quæ à Iudæis perpessus est Christus, Excelsus Dei, per ipsas exhibitus passiones. 16

D

Quamquam si idem (*verborum*) vocabulum sumatur iuxta primum sensum allatum in litera, pro eloquiis, & doctrinæ verbis, quæ à Ieremia prolata fuere non minùs etiam congruenter, pro titulo huius libri, vt doctrina Christi in eo continetur, scriptum est (*Verba Ieremiæ*) iuxta secundam nominis Ieremiæ significationem, qua interpretatum id diximus *Celsitudo Dei*, Aptissimeque hæc duo simul iunguntur (*Verba, & Ieremiæ*,) Doctrina, & Christi, vt Christus celsitudo Dei est, vel quia Deus in illo, & per illum glorificatus est, celsusque exhibitus: vel quia Deus illum glorificauit, suamque illum exhibuit celsitudinem: vtrumque enim horum per illius doctrinam effectum fuit, prout ipsemet contestatus est in Euangelio Ioannis, vbi suum alloquens Patrem ait, [l] *Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam*; docendi nimirum, & communicandi diuinam doctrinam, quod est opus illud, de quo is. Ioannis 4. *Cibus meus* [m], inquit, *est, vt perficiam opus eius.* En celsitudinem ab illo in Deum suis collatam verbis. Audi, celsitudinem eiusdem Dei propter eandem doctrinam, & verba sua hominibus se declarari à Patre, item eum exposcentem. [n] *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te*, id est, humanitatem istam meam glorifica claritate, & celsitudine digna Dei Filio, & subdit illicò, [o] *Manifestaui*

17 *Doctrina sua Christus clarificauit Patrē, & à Patre declarari meruit vt celsitudo Dei.*

E

l Ioan. 17. 4.

F

m Ioa. 4. 34.

n Ioan. 17. 5.

o Ioan. 17. 6.

nifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. A Vis videre postmodum, illum iam propter verba ipsa, & doctrinam suam cognitum, ab hominibus celsitudinem Dei? Audi eum subiicientem,

a Ioan.17.8. *Verba,* [a] *quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui* (tuus existens filius) *& crediderunt, quia tu me misisti.*

18 [*Filij Helciæ.*] Confirmatur per hæc, quòd Christus Iesus iure optimo celsitudo Dei, vt Filius Altissimi dictus sit, vt iam explicatum est.

Helciæ nominis interpretatio.

Non reperi in libro Hieronymi de nominibus Hebraicis interpretationem huius nominis *Helciæ*, Possumus nihilominus nos illud interpretari, *Blandientem Dominum*, deducentes illud ab B Hebraico verbo חלק *halac*, quod significat lenire ac blandiri, adiecto Domini nomine יה *iah.* Quis verò abnuat, Deo id aptissimè tributum Helciæ, seu blandientis Domini nomen, cum, omissis aliis plerisque sacræ Scripturæ sententiis illius in homines blanditias explicantibus, integrum inter sacras ipsas paginas habeamus librũ Cantici Canticorum, in quo hoc potissimùm pertractantur Dei blanditiæ cum fidelium Ecclesia, & cum singulis animabus piis?

Deus quàm egregiè dicatur blādiens Dominus.

19 Quod ad rem nostram facit, est, vt qui ob ge- C neraies has blanditias *Blandiens Dominus* vocari potest, hoc nomine eum propriùs nuncupatum intelligamus respectu Christi Filij tui; ita vt haud aptiori, quàm isto appellari quiuerit, cùm explicandum in præsenti titulo fuit, cuius is filius esset, atque adeò singulari ratione dictum sit, *filij Helciæ.* i. Domini blandientis eum, vt per hæc confirmarentur, eundem Christum iure glorificatum appellatione *Excelsi Dei*, seu *Celsitudinis Domini*, prout & B. Petrus ex Dei in eum blanditiis idipsum confirmauit, vbi dixit, [b] *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa* D *ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.*

In Christum blāditias quales exhibuerit Pater.

b 2.Pe.1.17.

20 Audi Euangelistam Matthæum istas Dei blanditias cum filio suo, ipsiusmet cælestis Patris ore ob oculos nobis proponentem, [c] *Vt adimpleretur, quod dictum est per Isaiam* [d] *Prophetam, dicentem; Ecce puer meus, quem elegi: dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea, ponam spiritum meum super eum.* An non blanditiis Pater filium delinit admirabilibus, *puerum* illum appellans, puerique nomen iungens cum voce *Ecce*, quæ nouum, & admirabile designare solet in sacris paginis? Et E quæ blanditiæ eæ sunt, quæ indicantur per id quod sequitur, *Quem elegi*: Efficaciusque apud Isaiam, *Suscipiam eum*, vt puerum videlicet meum in complexibus meis, prout clariùs exprimit ibi Hebraicum verbum אתמך בו *ethmoch bo*, id est, *Sustinebo eum*, eo nimirum modo, quo & teneram illam sustinuit dilectam suam, quæ idcircò dicebat, [e] *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vndè & congruè additum ab eodem Patre blandiente aliud vocabulum, *Dilectus meus*: Et vt pleniùs esset exploratum, quantam blanditiarum vim id haberet dilecti nomen, F addidit, *In quo benè complacuit anima mea.* Quod si adhuc plures, easque maiores quæris eiusdem Dei in filium blanditias, audi quid adhuc referat.

Potes has ipsus blanditias Dei tribuere, & cuique iusto, cū Sept. hæc de Iacob à Deo dicta accipiant.

c Matth.12.18.
d Isai.42.1.
e Cant.2.6.

21 *Ponam spiritum meum super eum*, seu, vt est apud Isaiam, & vt pariter ex hoc ipso loco Matthæi citat Eusebius prim. contra Marcellum. *Dedi super eum spiritum meum.* Osculis scilicet in illius os, vt puero delicatissimo, mihique dilectissimo impressis, quæ is ipse tantopere expetebat,

Ponere Deū suum spiritū super aliquē est illum talem osculari. Eusebius.

cum per humanitatem suam diceret eidem Patri, [f] *Osculetur* & de quibus adeò gloriabitur, dicens iuxta Hebraicam lectionem ישקני *isciakeni, Osculabitur me ab osculis oris sui.* Siquidem experimento probamus, osculantes potissimum dare & communicare spiritum suum eis, quos fuerint osculati, eumdemque spiritum super illos dici ponere, cùm os suum super eorum os in ipso ponunt osculo.

f Cant.1.2.

22 [*De Sacerdotibus.*] Quòd Christus de Sacerdotibus & de Sacerdotali, sicut & de Regia extiterit prosapia, ex descriptione genealogiæ ipsius, quæ à Luca Euangelista [g] facta est colligunt Augustinus lib. 1. de consensu Euangelistarum cap. 2. & lib.83. quæst.quæst. 61. Ambrosius lib.3.in Lucam. Iulianus Pomerius lib. 3. aduersus Iudæos, quos sequuntur plerique ex recentioribus, Asserentes, Lucam id studuisse, vt Sacerdotale Christi describeret genus, quandoquidem ab alio Euangelista Matthæo eiusdem genus descriptum fuerat Regium. Tametsi postmodùm ipse, qui Leuitici illius particeps dictus est generis, aliud sortitus sit Sacerdotium secundùm ordinem Melchisedech, vt fusius explicat Apostolus in Epistola ad Hebræos. [h]

Christus de genere etiam Sacerdotali.
g Luc. 3.24.
Augustinus.
Ambrosius.
Iulianus Pomerius.
h Hebr.5.1.

23 [*Qui in Anathoth.*] Sic iuxta lectionem Hebr. Anathoth ex interpretatione Hieronymi in lib. de Nominibus Hebraicis, significat *responsionem, & obedientiam.* Atque cùm Hebraicum verbum ענה *nganah* significet etiamhum iliare, potest idem nomen, quod ab hoc deducitur verbo, interpretari etiam humiliatio.

Anathoth nominis interpretatio. Hieronym.

Si quæras, vnde mysticus Ieremias noster humanitatis ortum duxerit; ex Anathoth certè reperies, vt responsionem sonat, & obedientiam, Audi Apostolum id nobis innuentem illiusmet verbis ex Psalmo 39. desumptis, [i] *Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: Holocaustomata, & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi, ecce venio.* Quid est, *Tunc dixi?* Nisi, tibi respondi tunc temporis, quando, reprobato sacerdotio, sacrificiisque antiquis, aptasti mihi corpus, significans nimirum mihi, vt humanum corpus assumerem. Quem sensum apertius indicat alia lectio Sept. quæ in citato Psalmo 39. pro, *Corpus autem aptasti mihi*, habet, *Aures autem perfecisti mihi*: per obedientiam quippe à Deo perficiuntur aures teste Salomone, qui ait: [k] *Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque.* Ex hac ergo responsione & obedientia Dominus Iesus oriundus venit in mundum: atque adeò statim post illa verba, *Tunc dixi*, seu respondi, subiecit; *Ecce venio.* Quod manifestiùs postea exprimens, adiecit, *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*, Per metathesim, legem tuam tenui in medio cordis mei, pro, cor meum tenui in medio legis tuæ: quod idipsum profectò est, atque illud, quod significatur per lectionem Sept. qua hic verterunt, *Qui habitabat in Anathoth*, seu in obedientia.

Per obedientiam veniens in mundum Christus dicitur ex Anathoth, quod responsionem sonat, & obedientiam, oriundus.
i Hebr.10.5.
k Prou.20.12.

24 Quamquam si idem nomen *Anathoth* sumamus, vt significat humiliationem, per eandem lectionem, (*Qui habitabat in Anathoth*,) id de Christo signatur, quod apertis verbis Ioannes dixit Euangelista, [l] *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, id est in terra hac nostra miseriæ, humiliationis, & afflictionis, iuxta illud Baruch, [m] *In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* (*Vir qui suscepit hæreditatem suam in Anathoth.*) Legens Paraphrasis Chaldaica præcla-

l Ioan.1.14.
m Bar.3.38.
Christus in hoc mūdo afflictiones & erumnas suscepit in hæreditatem.

rum nobis suggerit sensum. Mysticum videlicet nostrum Ieremiam in terra ista humiliationis, & afflictionis à cælesti Patre suscepisse hæreditatem pariter humiliationis, laboris, & ærumnarum prout ipse fatetur, suum alloquens Patrem in Psalmo 87. [a] *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea*, id est, Pauper certè in terra ortus, & absque hæreditate diuitiarum, atque agrorum, quam suscepi in illa hæreditatem tu scis nullam aliam esse nisi humiliationem & labores, quos ab ipsa mea infantia sum sortitus. Quod clariùs in hoc ipso Ieremiæ libro expressum habemus vbi dicit Propheta, & in illius persona Christus ipse. [b] *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consummarentur in confusione*, id est, humiliatione *dies mei?* Quia verò multiplex ita futura erat hæreditas, ob multa variaque ærumnarum genera, iure optimo & in plurali illam eidem pollicitus est Pater Isai. 49.8. dicens, [c] *In tempore placito exaudiui te*, &c. *& possideres hæreditates dissipatas, seu desertas* (vt legunt Sept.) aut *afflatas* (vt alij legunt ex Hebr.) *Erant* inquit Francisc. Forerius *huiusmodi hæreditates desolatæ dissipatæ, & afflatæ, id est, quas initio qui videbant, tamquam rem abominandam execrebantur, atque exsibilabant, Quotus enim quisque erat, qui contemptum, vigilias, ieiunia, paupertatem, famem, & nuditatem,* adde cruciatus & similia, *non fugeret, & hæc vt res pessimas, & homine indignas non vitaret?* Ita sanè dictu, quia seruatæ erant Christo eiusque fidelibus atque fratribus.

a Psa. 87. 16.

b Ier. 20. 18.

25 *Tribulationes & afflictiones hæreditas præclara reseruata Christo eiusque fidelibus ac fratribus.*

c Isa. 49. 8. Franc. Forerius.

Vers. 1.] Verba Ieremiæ filij Helciæ, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

26 *Ieremias exemplar Euangelici Prædicatoris.* Hieronym.

VERBA *Ieremiæ*.] Duplici ratione cũ ambo hæc accipi queat verba, aliquot nobis suggerunt, quæ ad mores conferant eorum, qui diuini verbi ministerium profiteri velint, docendique, & concionandi munere fungi: ait namque Hieronymus in Prologo, qui in Bibliis præponitur huic Prophetæ, *Ieremias virginitate sua Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans*, id est Euangelij Ministrum eum Ecclesiæ dedicans, qui ipsi similem se satagat exhibere prout iam iam explicabo. Possumus igitur (*verborum*) vocabulo intelligere eloquia, & doctrinam, quibus in suis concionibus Propheta sanctus populum erudire, hortari, & admonere studebat: Ieremiæ autem cùm hæc dicuntur verba, possumus ipsam Ieremiæ accipere personam, insignesue aliquot talis personæ conditiones, propter quas congruentissimè dici quiuerit, (*Verba Ieremiæ*,) & quæ ad diuini verbi prædicationem summopere conferunt. Omissa verò illius sanctificatione in vtero matris, de qua in posterioribus fiet sermo: tres duntaxat hîc perpendamus earum, quæ ab Eximiis Patribus in illo maximi fiunt.

27 *Prædicator debet esse purus, & mortificatus in affectibus. Ieremias fuit virgo.* Ignatius. Hieronym. Isidorus. Gildas. Philastrius. Adhelmus.

Prima est 1. passionum, libidinisque in primis mortificatio, Virginem namque illum totam degisse vitam asserunt Ignatius epistola ad Philadelph. Hieronymus ne dum in præcitato prologo suo, sed & in lib. contra Iouinianum, atque in suis Commentariis super cap. 23. Ieremiæ. Philastrius lib. de hæresibus cap. 61. Adhelmus Epistola ad Sac. Virgines cap. 10. Tom. 3. Biblioth. Vet. Patrum; Isidorus Hispalensis lib. de vita, & morte Prophetarum cap. 28. nec non & Gildas sapiens Presbyter. Castigat. in Ecclesiasticum ordinem, tomo quinto Biblioth. Veterum Patrum.

28 *Verbi Dei eiusue doctrinæ quanta sit puritas.*

Porrò diuini verbi concionatori necessariò adiunctam debere esse puritatem, ex ipsa diuinorum eloquiorũ colligimus proprietate, quam in Psalmo vndecimo his explicatam habemus, [d] *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* Aquam certè non fundet claram vas atramento infectum, alueusque cœnosus luteos intra se fluentes reddere solet latices, & lucem referre non potest puram vitrum, quod purum non sit, omnisque expers coloris, Verba concionatoris Ecclesiastici de diuinis esse debent mandatis, de quibus in Psalmo 18. [e] *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, diuinam populis exhibere debent legem, de qua in lib. Prouerb. [f] *Lex lux est.* Atque adeò Dominus in Euangelio, [g] *Si lumen inquit, quod in te est, tenebrosum fuerit, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* id est, Si Dei lex, qua eruditus es, vt illius lumen aliis per tua communicares verba, tenebrosa fuerit, tenebris immundarum cogitationum offuso existente animo tuo, atque instar vitri nigro colore conspersi: ipsæ tenebræ, ipsa nimirum verba tua, quæ tenebras sanè esse operæpretium est, ex tenebricoso animo profluentia, quam erunt atra?

d Psal. 11. 7. *Simile.*

e Psal. 18. 9.

f Prou. 6. 23.

g Matth. 6. 23.

29 *Prædicator Euangelicus debet esse probatus ærũnis.* Isidorus Pelusiota.

Secunda Ieremiæ conditio, propter quam congruentissimè hîc dictum est, (*Verba Ieremiæ*,) vt sanctum refert concionatorem, ea est, quam asserit Isidorus Pelusiota vocans illum πολυταθέστατος *polypathestatos*, id est, calamitosissimum: neque enim quempiam inter sanctos reperire est Prophetas, qui frequentioribus, & grauioribus pressus sit ærumnis, prout ex hoc ipso colligere est eius opere. Et profectò ea cisternæ aqua optima esse solet, quæ frequentioribus in cisterna ipsa percussa fuerit haurientium ictibus. *Qui* [h] *non est tentatus, quid scit?* dicitur in libro Ecclesiastici, *vir in multis* (videlicet tentationibus, & ærumnis (*expertus cogitabit multa: & qui multa didicit* (perferendo) *enarrabit intellectum* sacrarum literarum, concionatoris Euangelici munere fungens.

Simile.

h Eccl. 34. 9.

30

Atque adeò crediderim in loco illo Psalmi vndecimi paulò ante citato, diuina ipsa eloquia, quæ à sanctis proferuntur prædicatoribus, dicta [i], *Argentum igne examinatum*, argentum propter puritatis candorem, de quo mox actum est; examinatum autem in eius præconibus igne calamitatum, & persecutionum, de quo in alio Psalmo, [k] *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Probatum* siquidem *terra* idem dicitur argentum id est in terreo vase, qualia ij gestant, qui cum Apostolo dicere queunt, [l] *Habemus thesaurum istum* (diuinæ sapientiæ, & eloquiorum Dei) *in vasis fictilibus*, quæ sanè vasa fictilia per ignem in fornace ad opus idonea reddi nouimus. Dicitur *& purgatum septuplum*, id est, multis vicibus eodem igne purgatum. Cuius igneæ purgationis necessitatem in quolibet verbi Dei prædicatore exinde pariter colliges, quòd & Moysi [m], contigisse legimus, quando à Deo electo, vt Iudaicum edoceret populum, ignis in rubo ostensus est, qui arderet quidem, non tamen combureret, vt illi fieret exploratum, se ita in doctorem eligi, vt igne ærumnarum vndequaque esset penetrandus, sed tamen ab huiuscemodi igne minimè consumendus,

i Psal. 11. 7.

k Psal. 65. 10.

l 2. Cor. 4. 7.

m Exod. 3. 2.

dus, quinimmò iis ipſis, à quibus conficeretur ærumnis ſemet deſeruiturum pro ſepe Dei iræ obiectâ, prout & re poſtmodum comprobatum videre eſt in cap. 32. eiuſdem libri Exodi [a].

a Exod. 32.

31 *Prædicator debet eſſe cōmiſeratione inſignis.*

Et quidem admodum opportunè in hunc incidimus locum, in quo ea exhiberetur, quæ tertiò in noſtro Ieremia, vt concionum verba proferente, ſupereſt diſcutienda conditio, vt cuilibet pariter Euangelico prædicatori neceſſaria.

Greg. Naz. *Ieremias prophetarū omniū maximè compatiens.*

Enimuerò Gregorius Nazianzenus oratione 17. quæ eſt ad Ciues Nazianzi hoc ipſum Ieremiam inſignit nomine, τῶν προφητῶν συμπαθέστατος, id eſt, Prophetarum omnium commiſeratione maximè compatiens, eò quòd humanitate, & condolentia parem ex vniuerſis prophetis habuerit neminem, hanc commiſerationem, Dominum alloquens, ipſemet conteſtatur, dicens, [b] *Recordare, quòd ſteterim in conſpectu tuo* (quaſi ſepes) *vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis*, à quibus nimirum inſectationibus premebar. Adeoque illi à Deo prohibitum fuiſſe legimus, ne oraret pro iis, qui eius contemnebant prædicationem; & nihilominus à tali numquam deſtitit oratione, ſicut nec ab ipſa diuini verbi prædicatione; prout in hoc ipſo ſubindicatur titulo, dum tempus refertur, quo prophetauit ſub tribus Regibus, & vſque ad transmigrationem obdurati populi.

b Ier. 18. 20.

32 Talis extitit & præſtantiſſimus ille Sanctorum Concionatorum coryphæus Apoſtolus Paulus, qui hanc in ſe palam faciens conditionem, aiebat, [c] *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* affectu nimirum zeli & commiſerationis. Aliáſue ad Galatas, [d] *Filioli mei, quos iterum* (poſt defectionem, in quam incidiſtis ſeducti à Pſeudoapoſtolis) *parturio*, cum dolore, & condolentia vos veritati Euangelij parturire ſatagens; *donec formetur Chriſtus in vobis.*

c 1. Cor. 11. 10.

d Gal. 4. 19.

Propter hanc quippe compaſſionis conditionem de bonis quibuſque prædicatoribus dicitur in libro Iob. [e] *Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.* Dum enim iterum parere nequeunt ad vitam, quos Deo aduerſos, ſuæque prædicationi ſentiunt obſiſtentes, præ compaſſione eorum ad ipſos, vt ad Chriſti fœtum tenellum ſe ſe incuruant, in humilitate, & lachrymis illis ſe ſe demittentes, atque doctrinam ſuam, iuxta illud Pauli, [f] *Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non ceſſaui cum lachrymis monere vnumquemque veſtrum. Et ipſi ſcitis, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim ſeruiens in Domino* (in pariendo, ſiue vt parentem vos illi) *in omni humilitate, & lachrymis.* Tuncque tandem, Deo fauente, illos ipſo ſuo pariunt dolore. Vnde bene additur, *& rugitus emittunt*, id eſt, parientes illos Chriſto ingentes in prædicatione ſua emittunt rugitus lachrymarum.

e Iob. 39. 6.

f Act. 20. 31.

33 *Tribulationes neceſſariā cōnexionē habent cum amicis Dei.*

Quòd cùm dicitur, (*Verba Ieremiæ.*) (*Verba*) ſumamus in ſignificatu illo, quem ſecundo loco explicauimus in prima literæ expoſitione pro iis, quæ geſta, & tolerata ſunt; & quod iis verbis adiunctum eſt (*Ieremiæ*) vocabulum accipiamus ſecundùm eius nominis ſignificationem, quod interpretatur, *Excelſus Dei*, ſiue *extollens Deū* à verbo רום *rum* extollere & יה *iah*, quod vnum eſt ex Dei nominibus. Duo nobis per hæc ſimul iuncta ſeſe offerunt perpendenda. Primum, quid connexionis, & proportionis hæc habeant, quæ potiùs maximam ad inuicem habere videntur oppoſitionem, Tribulatio, ac Paſſiones cum excelſo Dei, enimuerò, ſi rem intimiùs perſcrutemur, obſeruabimus, vix in ſacris literis reperiri amicum quempiam Dei, qui adiunctas non habuerit ærumnas, eóque maiores quò magis fuerit in iſtiuſmodi Dei amicitia excellens, adeóque & eiuſdem Dei excelſus; ſic Angelus hanc neceſſariam coniunctionem ſancto exponens Tobiæ, [g] *Quia, inquit, acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.* Quia & Deus pariter idipſum comprobans in ſuo illo, quem excelſum ſibi fecit inter Apoſtolos, ait ad Ananiam, [h] *Vas electionis* (vas admirabile, opus excelſi) *eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Iſraël*, adiecitque illicò, *ego enim oſtendam illi, quanta eum oporteat pati pro nomine meo.* Quis verò magis propriè excelſus Dei, quàm Chriſtus Altiſſimi filius? & de hoc quoque legimus in Euangelio, [i] *oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.*

g Tob. 12. 13.

h Act. 9. 15.

i Luc. 24. 26.

34 *Tribulationū tolerantia, & bonis operibus exaltatur Deus magis quā vocibus.*

Alterum, quod in iiſdem verbis, (*Verba Ieremiæ*) perpendendum ſupereſt, dum ea in præallato ſumuntur ſenſu, eſt, quàm congruè ſimul hæc pariter iungantur. (*Verba*,) id eſt geſta, & ærumnæ ac paſſiones (*Ieremiæ*,) quod interpretatur etiam *extollens Deum.* Enimuerò non tam vocibus, quàm bonis operibus, & multò magis tolerantia tribulationum exaltatur Deus: Ita vt cùm audimus quem dici exaltantem Deum, hæc illi neceſſariò adiuncta ſupponenda ſunt. Atque adeò cùm in Pſalmo 67. [k] Deus dicitur *mirabilis*, id eſt, ſumma cum admiratione glorificatus, & exaltatus *in ſanctis ſuis*: illicò ſubiicitur: *Ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ*, id eſt. Idcircò admirabiliter exaltandus, quia eidem ſanctorum plebi & virtutem dat, qua ipſum extollant in benefactis, & confert pariter fortitudinem, qua in tribulationum patientia eum glorificent. Vnde quaſi nouo ſpiritus impetu Regius ipſe vates, confirmans præallatum vocis *mirabilis* intellectum, per epiphonema ait, *Benedictus Deus*, id eſt, Ipſe igitur vna cum iſta Sanctorum plebe benedicamus ſimul, exaltemus, & glorificemus eumdem Deum pariter & voce.

k Pſal. 67. 36.

35 Hocque illud eſt, quod & Apoſtolus 1. Cor. 6. 20. ſanctis ſuadet fidelibus, dicens, [l] *Empti eſtis pretio magno*, ſuſi ſc. Paſſionis tempore ſuper Crucem precioſi ſanguinis Filij Dei, *glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Quomodo enim portamus Deum in corpore noſtro, niſi quia [m] *ſtigmata*, vt idem ait Apoſtolus lib. 17. id eſt, afflictiones, & ærumnas, quæ ſunt ſtigmata, ſigna, & characteres *Domini noſtri Ieſu Chriſti*, Filij Dei *portamus in corpore noſtro*: niſi quia eumdem Deum nobiſcum habentes in tribulatione, quam omnem propter corporis grauedinem, & in eodem ſuſtinemus corpore, illum in huius vitæ mari ærumnarum fluctibus iugiter exagitato, tamquam in naui deferimus.

l 1. Cor. 6. 10. *Tribulationes patiēter propter Deū tolerantes portamus Deum in corpore noſtro, eumdemque glorificamus.*

m Gal. 6. 17.

Corpus noſtrū eſt tamquam nauis.

Eſt quippe corpus iſtud noſtrum, tamquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, vt colligere eſt ex lib. Sapient. 5. 10. [n] Quod ſi apud Dionem Caſſium lib. 40. legimus, Cæſarem in parua ſcapha irato mari ſe committentem timidum iſtis animaſſe Nautam. *Cæſarem vehis, & fortunam eius, quid times?* Profectò verius tutiuſque fideli cuique portanti in naui corporis ſui (vt dictum eſt) Deum, cuius ſanè imperij (vt ita dicam) fortunam in vita iſta, Crucis, ærumnarumque extitit, vtpotè principatum [o] ſuper humerum; nedum quidquam timendum eſt vndarum tribulationum, ſed & ipſe per earumdem tolerantiam glorificandus, quem in earumdem medio portat.

n Sap. 5. 10. Dio Caſſius.

Cæſaris dictum.

o Iſai. 9. 6.

36 De hac glorificatione, quam Anselmus in hunc locum Pauli, fiet inquit per bona opera egregiè ad rem nostram. Augustinus super illud Psalmi 149.3. a Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei. ait, Quando assumitur tympanum, & psalterium manus concinunt voci: sic & tu quando Alleluia cantas, porrigas & panem esurienti, vestias nudum, suscipias peregrinum, &c. Assumpsisti organum, consentiant digiti linguæ, & ipsum mysterium tympani, & psalterij non est tacendum: in tympano corium extenditur, & psalterio chordæ extenduntur: in vtroque organo crucifigitur. Ipsum psalterium velut tympanum tollere vult qui amat canticum nouum, qui te docet quando tibi dicit: b Qui vult esse meus discipulus abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 16. 24.

Anselmus. *Bona opera iūcta sint voci, vt Deus bene glorificetur, & laudetur.* Augustinus. a Psa.149.3. b Matth. 16. 24.

[*Filij Helciæ.*] Helciæ nomen deriuari potest, vt dictum est in secunda expositione ab Hebraico verbo חלק *halak* blandiri, & lenire, adiecto Dei nomine יה *iah* tuncque interpretabitur, *Blandiens Deus.* Potest etiam deriuari à nomine חלק *helek lenitas*, & *blanditiæ*, nec non & *pars*, seu *portio*, adiectoque Dei nomine יה *iah.* interpretabitur. *Blanditiæ Dei*, atque etiam *Pars, ac Portio Domini.*

Helciæ nominis interpretatio.

Si igitur quod hîc dicitur (*filij Helciæ*,) referatur ad Ieremiam, personam gerentem sanctorum Concionatorum, prout in principio huius tertiæ expositionis is acceptus à nobis fuit. Insignis per hæc indicatur alia eorumdem Prædicatorum conditio: Ea verò est, vt dici mereantur ea ratione filij Dei, quatenus Deus illos vt filios tenerrimè dilectos blanditur. *Filij Dei blandientis*, vtpote à contemplatione, in qua Dei blanditiis deliniri solent, ad prædicationem prodeuntes: quinimmò & blanditiis ab eodem Deo ad ipsam excitati prædicationem. Quod vel vnico Canticorum loco probare sat erit. Vbi piam sancti concionatoris animam, instar agrestis columbæ in multiplicium contemplationum foraminibus, & in cauerna vulnerati lateris Christi solam delitescentem, vt deliciis perfruetur blandientis sibi ipsi in studio contemplationis, blandis appellationibus deliniens, his eam excitat dilectus. c *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna materiæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Prædicator versatus esse debet in studiis contemplationis, in quo experiatur Dei blanditias. c Cant.2.13.

38 Quòd si & blanditias exquiras, quibus iidem à Deo deliniuntur, quando prædicatione sua aliquem ad illum conuerterint infidelem, aut peccatorem. Audi eumdem Deum eas ad nostrum Ieremiam hisce significantem. d *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Quid namque hoc sibi vult, *Quasi os meum eris.* nisi, iis tibi blandiar osculis, vt iunctis inuicem meo, tuoque ore, dici queas quasi os meum. Si verò hoc quod dicitur, (*filij Helciæ*,) referatur ad Ieremiam quatenus secundùm interpretationem nominis Ieremiæ per (*verba Ieremiæ*,) diximus significata esse gesta, & tribulationes sancti illius viri, qui excelsus Dei dici mereatur. Sumentes *Helciæ* vocabulum secundùm aliam iam tactam eius interpretationem *Blanditiarum Dei*, seu Partis, aut Portionis Dei.

Prædicatori quomodo blādiatur Deus quando aliquam cōuerterit animam. d Ier.15.19.

Et (*filij*) vocem accipientes ea ratione, qua sæpissimè illud in sacris literis vsurpatum reperire est, cum dicuntur e *filij mortis*, f *filij Perditionis*, g *filij lucis*, h *& filij pacis*, Id est digni morte, & perditione: & qui participes fiant lucis, ac pacis,

Filij vocabulum sumptū pro digno alicuius rei. e 2.Reg.12.5 f Ioa.17.12. g Eph. 5. 9. h Luc.10.6.

A luce atque pace potientes. Vt tantumdem sit *filij Helciæ*, & *Blanditiarum*, seu *Portionis Domini*, ac digni, qui particeps fiat blanditiarum, &c. Tunc duo ex his iunctis cum superioribus deduci possunt.

Primum: Sanctos excelsosque Dei in tribulationibus, quas adiunctas habere diximus, dicendos filios blanditiarum Dei, quatenus à Deo ipsismet, vti dilectissimi filij deliniuntur ærumnis, quasi prædulcibus blanditiis. Quod haud obscurè subindicarunt vna eademque sententia & Salomon, & Paulus: hic enim ait, i *Quem di-*
B *ligit Dominus castigat*: id est, Quem ad celsitudinem sui amoris eleuat Dominus, castigationes tribulationum illi adiungit. Et subdit, *flagellat autem omnem filium, quem recipit*, id est. Omnem filium quem recipit, & in suas suscipit vlnas, vt blanditiis illum deliniens in ipso sibi complaceat: sic enim apertiùs id exprimit Salomon. k *Et quasi Pater in filio complaceat sibi*, flagellis sanè ipsis illi blanditur.

Tribulationibus Deus blāditur filiis suis. i Heb.12.6. k Prou.3.12.

40 Secundò ex prædictis deducitur, eosdem iustos, excelsosque Dei cùm tribulationes patiuntur, dicendos *filios Helciæ*, id est, Partis, & portio-
C nis Domini; enimuerò, si exquiramus, quam partem in terris elegerit sibi Dominus, quando caro factus habitauit in nobis, sanè vnam reperiemus tribulationum, dolorum, ac passionum, quod Redemptor noster sub calicis metaphora exprimens dicebat, l *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?* Portionémque hanc suam & iis legauit in morte, quos vt charissimos diligebat filios, dicens, m *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Neque filios aliam decet habere iucundiorem in hæreditate portionem: neque partem aliam habent tutiorem, quàm qua po-
D titus est, quamuis eis legauit pater.

Tribulationes sunt iustorū pars, & portio, quam illis in hæreditatem legauit Christus. l Ioa.18.11. m Ioan. 15. 20.

41 Vnde in Isaia, iuxta versionem Sept. talibus filiis iam grandæuioribus in hunc modum hæc denunciatur portio, quam expectare debeant è paterna hæreditate. n *Cui annunciabimus mala?* id est ærumnarum portionem? *Et cui annunciabimus bonum huius hæreditatis nuncium?* Et subditur, *Ablactati à lacte, & auulsi ab vberibus*, id est, iis deferemus nuncium, quia sunt eo digni, qui ablactati iam sint à lacte etiam diuinarum consolationum sensibilium, quique, vt fortissimi patris filij essent, ab vbere terrenarum voluptatum
E auulsi sunt. Quo loco Chrysostomus homil. de Iob, & Abraham. Tom. 1. *Non dixit, ablati ab vbere, sed auulsi. Proficiens enim ad perfectionem cogitur, vt cedat à lactendo.* Explicat tandem Propheta nuncium ipsum suum, ipsam apertè pronuncians relictam, & quæ expectanda sit filiis hisce, paternam hæreditatis portionem, dicitque *tribulationem super tribulationem expecta, spem super spem.* Sic habes & apud Ambrosium serm. 19. in Psal. 118. vers. 3. Vel, vt apud Io. Chrysostomum loco præcitato legitur. *Afflictionem super afflictionem suscipe, spem super spem*, id est. Tribulationem tibi
F delegatam denuncio, vt paternam Domini portionem, istius portionis augmentum expecta in nouis iugiter tibi superuenturis tribulationibus. Easque gratanter à bono suscipias patre. Sed & simul suscipe spem super spem, confidens, quòd super spem ærumnas, quotquot successerint patienter tolerandi cum Dei adiutorio, exhilarandus sis quotidie magis per spem vitæ æternæ, quæ non confunditur.

n Isai.28.9. Sec. Sept. Ioan. Chrysostomus. Ambrosius.

42 [*De Sacerdotibus.*] Hæc est ex præcipuis, & quidem etiam maximè omnium necessaria Ieremiæ,

Prædicator cur debeat esse Sacerdos.

miæ, atque Euangelici prædicatoris conditio, vt ita ex illius ore auditores ſanam ſuſcipere nitantur doctrinam, eo nimirum pij animi affectu, eaque fide, qua & eodem ore conſecratum accipiunt Chriſti Corpus, & Sanguinē in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. Sicut ille ſacram auditoribus communicet eruditionem, ac ſi pretioſiſſimum iis impertiret theſaurum gemmarum, quæ arctiſſima ſeruari ſolent cuſtodia. Gemmas quippe ipſam appellat Dominus Ieſus, cùm ait, [a] *Nolite proiicere Margaritas ante porcos.* Summaque eam ſeruandam cuſtodia teſtatur Malachias Propheta, dicens: [b] *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius.* In quibus ponderandum, quòd congruenter cuſtodiam iſtam non tribuant cordi, ſicut tribuenda videretur, ſi de eo fieret ſermo, qui non eſſet Sacerdos, miniſterque diuini verbi, quomodo tunc cùm aliàs dicitur, [c] *lex Dei eius in corde ipſius.* Sed, *labiis*; quorum potius id eſt, vt cuſtoditam proferant legis Dei ſcientiam: benè *cuſtodiunt* potiùs dicitur, vt ibi notat Hieronymus, quod *proferunt*: vt illius indicetur & in cuſtodiendo, & in proferendo prudentia, opportunitatem obſeruans vtriuſque eorum.

a Matth.7.6.
b Malac.2.7.
c Pſa.36.31.
Hieronym.

Porrò quod adiectum eſt, *& legem requirent ex ore eius*, innuere videtur, illum debere eſſe, inſtar fontis ſignati, aqua refertum ſapientiæ diuinarum ſcripturarum, vt ex ore ipſius, veluti ex fontis ore, ſacram haurire liceat doctrinam. Nec non inſtar ſilicis, petræque illius, quam focalem vulgato nuncupamus nomine: vt ex eius ore ad quamlibet quæſtionis percuſſionem, iis, qui requirunt ex ipſo legem, ignis emittatur affectus, atque feruoris ſpiritus, quo ipſam ſeruare queant exhibitam à docentibus labiis Dei legem.

Simile. *Prædicator debet eſſe inſtar fontis ſignati.*

Simile. *Prædicator debet eſſe inſtar petræ focalis.*

43 [*Qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin.*] Cùm iuxta noſtram hanc vulgatæ lectionem patria hìc deſcribatur, nedum Ieremiæ, ſed & Sacerdotum eorum, ex quibus Ieremias oriundus erat, & nominetur quoque terra Beniamin, ad quam oppidum illud ſpectabat.

Optimum id nobis ſubminiſtratur morale, quo diuinam admiremur, & commendemus prouidentiam, eaque & bene vtamur. Enimuerò ſicut in antiquo Iudæorum populo haud ſeiunctim à reliquis tribubus habitare Deus voluit Sacerdotes, & Leuitas, ſed in medio cuiuſcumque tribus aſſignari curauit ciuitates, quas incolerent, per vniuerſas Iudææ regiones illos diſpergens, quò omnibus facilis ad eos, vt erudirentur, eſſet acceſſus. Et Sacerdotale pariter genus toti prodeſſe poſſet populo & doctrinâ, & exemplo. Ita & in nouo teſtamento, ne dum Sanctos Apoſtolos per vniuerſum diſperſit Orbem, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum: ſed & vſque ad conſummationem ſæculi Sacerdotes reliquo admixtos eſſe voluit populo, vt, & illis opportuna ſemper commoditas eſſet plebem iuuandi doctrinâ, & exemplo ſanctæ conuerſationis: Et populo facilis per ipſos ad Deum ſuum eſſet acceſſus, tum per Sacramentorum participationem, tum per preces ab eis exhibitas, tum & per vitæ emendationem, illorum cauſatam eſſe eruditione, & monitis.

Sacerdotes ex magna Dei prouidentia per vniuerſũ mundum diſperſi ſunt.

Si tamen vel Hebraici textus eam ſequamur lectionem. (*Qui in Anathoth, in terra*, &c.) vel etiam verſionem Sept. (*Qui habitabat in Anathoth*, &c.) cùm dupliciter hæc accipi queant, vt relata vel ad Helciam, vel ad Ieremiam; ſuppoſita

A interpretatione nominis *Anathoth*, quod humilitatem ſonat, & afflictionem ab Hebraico verbo ענה *nganah* humiliare, & affligere, ſeu à nomine עני *ngoni*, aut ענות *ngenuth*, humilitas, afflictio; & proſequentes Moralitates ſupra in præcedentibus explicatas, dum Helcias, quem Deum blandientem deſignare diximus, habitare dicitur in Anathoth, id profectò ſignificatum intelligere debemus, quod apertiùs in Iſaia legimus, [d] *Hæc dicit Excelſus, & ſublimis, habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito, & humili ſpiritu, vt*
B *viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum.* Quo loco notandum, quadruplicem Deo excelſo, & æterno aſſignari habitationis locum, humano loquendi modo. Primum, æternitatem, nempe ſemetipſum, in quo ab æterno habitauit. Secundum, excelſum cælum. Tertium, Templum ſanctum eius: & Quartum, humilem contritumque ſpiritum.

d Iſai.57.15. *Habitationis Dei loci quatuor.*

Indicatur autem in his, nihil in terris & ſanctitatis templi eſſe ſimilius, & excelſius cælis, atque celſiſſimo Deo nil eſſe propinquius humili contritoque ſpiritu. Atque adeò ſicut in cælo
C habitans, cælum omnimoda plenum reddit fœlicitate, & habitans in templo, intra illud gratiam confert ſanctitatis: Ita pariter & in humili habitans & contrito ſpiritu, vitam illi exhibet diuinarum conſolationum, necnon & ſanctitatis intra illum operatur gratiam.

Humilis & contritus ſpiritus quàm proximus celſitudini cæli, & Sanctitati templi, necnon & Deo.

Dum verò in Anathoth habitare dicitur Ieremias, cuius interpretatio nominis eſt *excelſus Dei*, videtur quidem primo aſpectu duo ſimul iungi, quæ maximam inter ſe habeant oppoſitionem, celſitudo maxima cum humilitate, quam nomen ſonat Anathoth: Cum nihilominùs hæc duo ſibi maximè conſonent, & neceſſariam ad inui-
D cem expoſcant connexionem, iuxta illud. [e] *Qui ſe humiliat exaltabitur*: & illud, [f] *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Congruit autem & habitandi verbum his duobus, Excelſo Dei, & humilitati. Nam & quæ celſiſſimæ arborum ſunt, ideóque nuncupatæ reperiuntur Cedri Dei, in ſua neutiquam perſeuerarent celſitudine, ni in humillimo, & imis terræ demiſſiſſimis ſuis habitarent radicibus.

45 *Celſitudo & humilitas neceſſariam inter ſe habent connexionẽ.*

e Luc.14.11.
f Eccl.3.20.
Simile.

E *Veterum Patrum expoſitiones iſtius primi verſus, vide in Appendice duorum ſequentium verſ. 2. & 3.*

Verſ. 2.] Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus, &c.

Verſ. 3.] Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ, &c.

PARAPHRASIS LITERÆ.

F Verſ. 2. [a] *Inſuper continentur in hoc ipſo libro prophetiæ, quas à Deo ſuſcepit, diuinaque eloquia, quibus illum Deus affatus eſt, quando eum in ſuum aſſumpſit Prophetam, quod fuit ſub Sanctiſſimo Iudæorum Rege Ioſia, in anno nimirum tertiodecimo regni eius.*

a Verſ. 2. *Quod factũ eſt verbum Domini ad eũ in diebus Ioſiæ filij Amõ Regis Iuda in tertiodecimo anno regni eius.*

Verſ. 3. [b] *Quæcumque vaticinatus eſt per quadraginta & vnum annos in terra Iuda ſub quinque Iudææ Regibus, quorum tres diuturniùs regnarũt, nempe*

b Verſ. 3. *Et factum eſt in dieb⁹ Ioakim filij Ioſiæ Re-*

gis Iuda, vsque ad trāsmigrationem Ierusalem in mēse quinto.

nempe Iosias filius Amon, Ioakim, & Sedecias A *eiusdem Iosiæ filij. Vsque ad extremam, quæ per Nabuchodonosor Regem Babylonis facta est in mense quinto, transmigrationem, & captiuitatem Ierusalem.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Vers. 2.* QVOD *factum est verbum Domini ad eum.*] Communiori Latinorum sensu dictio, (*quod*) hoc loco haud sumenda censetur, vt relatiua, sed, vt causalis, pro *quia*. Vnde Ioannes B

Jo. Maldon. Maldonatus super his, *Si relatiua*, inquit, *esset, non repeteretur (verbum Domini) quod fuerat antecedens: sed simpliciter diceretur (Verbum Ieremiæ, quod factum est illi à Deo) Adde numeri dissimilitudinem; Prius enim dixit (Verba) plurali, nunc (quod) singulari numero. Vt reddatur causa tituli, cur librum inscripserit, (Verba Ieremiæ) quia scilicet Verbum Domini ad eum factum est eo tempore, quo hæc omnia vaticinia conscripsit, quæ hoc volumine continentur, vt Prophetiis auctoritatem addat.*

2 Nihilominus relatiuè potiùs eam dictionem sicut & Hebraicam אשר *ascier* accipiendam arbitror, prout eam sumpsere & Sept. qui iuxta lectiones Complutensis, Aldinæ, & Regiæ, habent ὃς ἐγενήθη λόγος πρὸς αὐτόν, id est, *Qui factus est sermo Dei ad eum.* Et Paraphrasis Chaldaica, habens, *Quod factum est verbum Prophetiæ à facie Domini.* Tametsi non ignorem, in versione Sept. quæ nuper impressa est in Vaticano pro ὃς os, positum ὡς cum omega, quod significat sicut, facitque pro prima sententia, & quidem admodum congruenter: postquam dictum est. *Verba Ieremiæ* &c. subiicitur, *Quod factum est verbum Domini ad eum.* hæc enim duo verborum genera contradistinguntur, cùm priora illa verba actiuè (vt explicatum est) sumantur, vt designant eloquia, quæ Ieremias protulit: Alterum verò hoc verbum quod Domini esse dicitur, passiuè accipiatur, pro visionibus, & Prophetiis, quæ à Domino eidem factæ sunt Ieremiæ.

Verbum Domini fieri ad aliquem, est illum fieri Prophetam.

Vt in vno hoc titulo Propheta Sanctus ex duobus potissimùm Deum in se glorificatum exhibeat: duplicique ratione Dei perficiat laudem (vt supra explicatum est) & ex eo quod eum, instar infantis ignarum eloquij disertum reddiderit, & ex eo quòd ipsum exhibuerit Prophetam. Hoc enim his exprimit, (*Quod factum est verbum Domini*) quæ propterea, vt propria istiusmet rei declaratoria formula ferè omnibus Prophetis vsurpata reperitur, vel in ipso limine, & titulo librorum, & vaticiniorum eorum. Sic legis, *Verbū Domini quod factū est ad Oseam: Verbum Domini, quod factum est ad Ioel. Et factum est verbum Domini ad Ionam: Verbum Domini, quod factum est ad Michæam,*

Ambrosius. a Luc.3.2.

& sic de aliis. Vnde Ambrosius lib. 2. in Lucam c. 3. super ea verba. [a] *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Benè inquit, *Sanctus Lucas compendio vsus est, vt Ioannem declararet Prophetam, dicens factum esse*

b 1.Reg.3.1.

supra eum verbum Domini. Et in primo Reg. dicitur. [b] *Et Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*, id est, rara erat Prophetia.

4 *Verbum Domini est idem quod visio.*

Ex quo loco colliges, per vocabulum (*verbi Domini*,) hac ratione à Prophetis vsurpati, neutiquam significari externum Dei verbum aërem pulsans, sed internum, quo Deus ipse intrinsecùs in animo loquebatur Prophetarum, idemque prorsus esse ac visionem: ita vt propterea in titulo quorumdam illorum, pro (*Verbum Domini, quod factum est*, &c.) eodemmet sensu legamus, *Visio Abdiæ*, & *Visio Isaiæ*, cùm postmodùm in secundo capite dicatur, *Verbum, quod vidit Isaias* &c.

Vnde Hieronymus in principio Commentariorum in Isaiam ait, *Prophetæ cùm visionem in titulo ponunt, sæpè non rem aliquam, quam viderunt, subiungunt, sed aliquid quod audierunt, vt Isaias cùm dixisset, visio Isaiæ, &c. subdit, Audi Cælum, &c. quia Dominus locutus est, & Abdias, visio Abdiæ, Hæc dicit Dominus Deus, &c.* Affertque huius rei rationem Basilius item in principio Comment. suorum super Isaiā, dicens; *Inter sensuum nostrorum organa vnum illud eorum, quæ sensui subiacent, euidentissimam obtinet cognitionem, & intelligentiam, nempe visus. Hinc factum, vt eorum, quæ veritate nituntur, speculatio, visio appellata sit ob euidentiam, ac ratam certitudinem. Eam ob rem vocabatur Propheta videns*, &c. Itaque cùm hîc dicitur, (*Quod factum est verbum Domini ad eum.*) tantumdem est ac si dicatur, in hoc quoque libro continentur Prophetiæ, quas à Deo accepit temporibus Iosuë &c. vel Prophetiæ munus exercuit temporibus, &c.

Hieron.

Basilius.

Visiones vocabulo significata & reliquis sensationes, ob ipsius euidētissimam cognitionem.

In diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius.] Tempus in his exprimitur, C quo tantus Propheta suum exercere cœpit Prophetizandi munus, Anno nimirum tertio decimo ab exordio regni Iosiæ maximè insignis inter omnes Reges Iuda.

Vers. 3. [*Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ Regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ Regis Iuda.*] 5

Ieremias quāto tempore Prophetarit in Iudæa.

Quod dicitur (*Et factum est*,) subintelligendo verbum Domini, eumdem omninò habet sensum, ac cum in præcedenti versu dictum vidimus, (*Quod factum est verbum Domini ad eum.*) Ac si dicatur, insuper Prophetauit, & Vatis munere D functus est, suscepto Dei verbo, eiusdemque reuelationibus. Hæbraicè vtrobique est verbum substantiuum היה *hauah*, simpliciùs hîc habetur ויהי *vaiehi*, (*& fuit*) scilicet verbum Domini, seu, & fuit Propheta Domini in diebus, &c. Exactiùs enim describitur tempus, quo suum prosecutus ille est vaticinandi munus in Iudæa, & quo ab eo destitit: Vnde & colligere liceat quot ibidem Prophetarit annis, quadraginta videlicet & vno: nempe sub Iosia 19. à 13. anno eius, quo cœpit Prophetare, vsque ad illius obitum, qui fuit anno suo 31. sub Ioakim 11. annis, vnde- E cimque aliis annis sub Sedecia, vt deducere est ex [a] 4. lib. Reg. [b] & 2. lib. Paralipom. Duo autem hîc sunt notanda pro veritate istius literæ. Primum, in hac temporis descriptione omitti quidem commemorationem duorum Regum Iuda, quorum pariter tempore Propheta ipse vaticinatus est; Iosiæ siquidem successit immediatè Ioachaz eius filius: post quem à Rege Ægypti eleuatus est Ioakim, cuius hîc fit mentio; cui successit Ioakim eius filius, qui Iechonias dictus est, qui cùm regnasset tribus mēsibus abductus est captiuus in Babylonem à Rege Babylonis, qui pro il- F lo constituit Regem in Iuda Mathaniam eius patruum, ab se vocatum Sedeciam, cuius hîc meminit textus, vt filij Iosiæ, & vltimi ex Regibus Iuda. Omissi autem sunt duo Reges isti Ioachaz, & Ioakim, eò quòd vterque illorum ternis duntaxat mensibus regnarint, qui sanè pauci menses intra præexpositos XLI. annos trium Regum recensitorum includerentur; atque adeò nec quidquam illorum duorum Regum commemoratio ad intentam conferret chronologiam. Notandum denique est, hîc recenseri tempus illud solum

a 4.Reg. 22. & 23.
b 2. Paralip. 25. & 26.

solummodo, quo Ieremias prophetauit in Iudæa A subillius Regibus. Prophetasse enim ipsum & in Ægypto post euersionem Ierusalem, & totius Iudaici Regni, colligitur manifestè ex ipsomet in cap. 44. [a] constansque est omnium sententia. Titulus namque iste iis dumtaxat præfixus est vaticiniis, quæ hoc ipso capite primo quasi totius operis argumento duabus à Deo designatæ sunt Ieremiæ exhibitis visionibus, virgæ vigilantis, & ollæ succensæ, cuius facies à facie esset Aquilonis: quibus Iudaici Regni, Ciuitatisque Ierusalem, ac templi euersio significata fuère, vnà cum totius populi captiuitate: quæ B omnia per Chaldæos facienda erant venturos ab Aquilone.

a Ierem. 44. 1.

6 [*Usque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.*] Necessariò adiicienda fuit quinti mensis commemoratio, quo certus præstitueretur terminus vaticiniis Ieremiæ in regno Iuda: Neque enim sat esset quod dicitur, [*Vsque ad transmigrationem Ierusalem.*]

Transmigratio Iudæorum in Babylonē triplex.

Quia tres fuisse legimus transmigrationes, primam, anno primo Regis Nabuchodonozor, qui erat tertius expletus Ioacim, & initium quarti, de qua Daniel [b] cap. 1. Et ipsemet Ierem. [c] C cap. 25. Secundam, anno septimo Nabuchodonozor, quando Ioakim alio nomine Iechonias, cùm regnasset tribus mensibus, translatus est in Babylonem cum matre & Principibus, cum Thesauris Regiis, & vasis templi, de qua lib. 4. Reg. 24. & lib. 2. Paralipom. 36. Tertiam denique & postremam, quando in Mense quinto euersa est Ierusalem, dirutum templum Dei, & ablato è Iudæa Regno, Iudaicus populus in Babylonem abductus est in captiuitatem, vt habemus lib. 4. Reg. 25. & in hoc ipso [d] Ieremiæ opere D cap. 52. Et de qua hîc est sermo, quamue efficacius hoc ipso loco expressère Sept. vertentes ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἱερουσαλὴμ. *Vsque ad captiuitatem Ierusalem.* Parum autem refert, quod adhuc post quintum Mensem idemmet Propheta item in Iudæa reliquiis Iudæorum prophetasse se ait in cap. 41. & 42. Nam (vt dixi) hoc loco recensetur illud dumtaxat tempus, quo is vaticinatus est in Iudæa, sub Regibus eius, adhuc in ipsa regnantibus: Mensisue quinti fit mentio ob id potissimùm, vt intelligatur, de qua transmigratione sit sermo, de vltima nempe, quæ per Nabuzardam, euersa Ierusalem, combustoque templo, mense E quinto facta dicitur 4. Reg. 25. 5. in cuius rei memoriam [e] Zachariæ 7. legimus indictum Iudæis ieiunium nono die Mensis quinti. Quamquam eadem Ciuitas Ierusalem priori Mense quarto capta esset, vt patet ex eo quod legitur Ierem. 39. 2.

b Dan. 1. 1.
c Iere. 25. 1.
d Ierem. 52. 12.
e Zach. 7. 3.

Vers. 2.] Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus, &c.

Vers. 3.] Et factum est in diebus Ioakim F filij Iosiæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

7 *Vers.* 2. QVOD *factum est verbum Domini ad eum.*] Duo sunt, quæ mysticè in hoc Ieremiæ libro continentur. Gesta, ac passiones, quas subiit mysticus ipse Ieremias Christus, & doctrina quam idem à Patre hominibus communicandam accepit. Prima, vt vidimus tacta sunt in hoc titulo cum dictum est, *(Verba Ieremiæ.)* Alterum in his attingitur, [*Quod factum est*, &c.] vt colliges ex eorum sensu allato in prima literæ expositione.

Circa hæc autem, duo pariter sunt, quæ hîc perpendamus. Primùm, quò diuina charitas Dei demiserit filium, quandoquidem cùm is in principio esset verbum, & ab æterno vt Patris verbum esset apud Deum, Deusque sicut & Pater æternus esset, vt Verbum genitum quidem, at non factum: & per quod omnia facta sunt verba, quæ cœlitus quibuscumque exhibita fuère Prophetis, & diuinæ doctrinæ ministris: pro hominum nihilominus salute & Verbum caro factum est, & insuper verba ad ipsum facta suscipere voluit à Patre, fidemque omnem verborum, doctrinæque suæ in suum ipsum referre Patrem, prout sæpius contestatus est in Euangelio: siue, cùm Iudæis diceret, [a] *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar*, id est, Si quis crediderit, fidemque mihi præstiterit (vt benè inquit Augustinus. Tract. 29. in Ioan.) cognoscet de doctrina mea, an à Deo sit, ex illo Isai. [b] *Nisi crediderítis non intelligetis.* Et subiicit, *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit* quod vtinam non eueniret quotidie in Pseudoprophetis, & in vanis nostris concionatoribus.

Charitas in homines eò Dei filiū demisit, vt & verba, doctrinamque se à Patre suscepisse asseruerit.

a Ioan. 7. 16.
Augustinus.
b Isai. 7. 9. Sec. Sept.

Siue cùm diceret ad Philippum, [c] *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, Pater autem in me manens ipse facit opera.* In quibus, si secunda pars ista, *Pater autem*, &c. deseruire debeat in confirmationem partis primæ, *Verba quæ ego loquor*, &c. dum dicitur Pater in Christo facere opera, idipsum dici crediderim; ac istud, quod modò exponimus. [*Quod factum est verbum Domini ad eum.*] Et quidem admodum congruè Dei verba nomine operum in Euangelio nuncupantur, tum quia esse facta asseruntur in hoc titulo, atque id, quod fit, opus certè est: tum quia ipsa Dei verba validissimum sunt Dei instrumentum, quo & difficillima, & præstantissima perficiuntur opera, prout alias ostendemus. Siue cùm suum alloquens Patrem diceret: [d] *Nunc cognouerunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba, quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti*, id est, Nunc agnoscentes, verba æternæ vitæ me habere, iam à me edocti cognouerunt, quia omnia, scilicet verba (vt deducitur ex sequentibus) quæ dedisti mihi, abs te sunt, vtpote à te facta ad me; Siquidem verba, quæ dedisti mihi, dedi eis; [e] *Sine inuidia illa eis communicans, & honestatem*, vimque & robur illorum non *abscondens.* Quod re ipsa comprobatum est, nam illi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti, adepti nimirum & cognitionis lumen & fidem.

8
c Io. 14. 10.
Verba Dei operū nomine in Euangelio significata.
d Ioan. 17. 7.
9
Verba Dei sūt efficacissimū illius instrumentum.
e Sap. 7. 13.

Siue denique cum aliàs diceret: [f] *Ego ex me ipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar: & scio, quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* In quibus ponderanda est Christi humilitas, & obseruantia erga Patrem in suscipiendo verbo ad ipsum facto.

10
f Ioā. 12. 49.
In suscipiendo doctrinam à Patre ingentem suā Christus significauit humilitatem.

Vocans namque verbum illud Dei mandatum humillimè sese eiusdem Dei fatetur filium, qui os obser

Verbum Dei est illius mādatum.

obseruet Patris, vt illud duntaxat promereret, A quod veluti arctum mandatum ex illo diuino ore susciperet; non quidem vt seruus prout Prophetæ, sed vt filius eius qui vitam æternam collaturus verba vitæ pariter æternæ ad ipsum faceret. Quod indicat, dum ait, *Et quia mandatum eius*, id est, verbum eius *vita æterna est.* Quod est, B. Petrus asseruit, dum dixit: [a] *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.*

a Ioan. 6. 68.

11 *Passionum ac dolorũ Christi maior habenda ratio, quã doctrinæ, ac verborum eiusdem.*

Quod secundò hîc perpendendum dixi, illud est, quòd dum duo in præsentis libri titulo indicantur, quæ in eodem libro pertractantur, priùs dictum est, (*Verba*) id est, gesta, & passiones, B ærumnæque *Ieremiæ* Tum subiectum. (*Quod factum est verbum Domini ad eum.*) Cùm potiùs verbi Domini primùm facienda videretur commemoratio. Quo loco notandum, congruentissima ratione id à Sancto effectum Spiritu, sicut & suas Euangelista ab eodem spiritu directus est in suo scribendo Euangelio, prout ipse fatetur in initio Actuum Apostolorum dicens: [b] *Primum quidem sermonem feci de omnibus quæ cœpit Iesus facere, & docere*: primò gestorum meminit, tum doctrinæ.

b Act. 11.

12 Augustinus. *Salus mundi non tã Christi verbis, quàm illius passioni tribuenda.*

Parum enim erat, vt ait Augustinus enarratione in Psal. 63. *Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmasset exemplo.* Et mundi salutem, hominumque C conuersionem non tam illius doctrinæ & verbis à Patre susceptis, quàm ærumnis & doloribus, quos perpessus est mortem subiens, tribuit Isaias Propheta, vnde & ait: [c] *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*, perpetuam nimirum seriem fidelium ipsius salute fruentium: *& voluntas Dei in manu eius dirigetur*: quandoquidem diriget homines ad faciendam Dei voluntatem, non tam ore, quàm manu: non tam doctrina & diuini verbi prædicatione, quàm gestorum suorum exemplo. Et clariùs id ipsum repetens D inquit: [d] *Pro eo quod laborauit anima eius*, in gestis nimirum, ac passionibus suis, *videbit fructum*, eorum videlicet laborum suorum, & saturabitur. [e] *Labores manuum suarum manducans* prout dicitur in Psalmo 127. iuxta lectionem Augustini: eoque saturabitur salutis conuersorum cibo, de quo ipse in Euangelio dicit: [f] *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, & vt perficiam opus eius.* Post gesta autem eius, ac passiones, necessariò meminisse debuit Propheta & eiusdem doctrinæ, ideòque subdit: [g] *In scientia sua*, quam scilicet verbis, doctrinaque communicabit, *iustificabit ipse* E *iustus seruus meus multos.* Ex quibus omnibus apparet, quàm sapienter Apostolus Paulus in vno Christi libro maximè versatus passionibus, & crucifixioni potissimùm illius se studuisse, iugiterque in tali studio se perseuerare significans ait: [h] *Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

c Isai. 52. 10.
d Isai. 52. 11.
e Psal. 127. 2.
f Ioan. 4. 34.
g Isai. 52. 11.
h 1. Cor. 2. 2.

13 *Non desistit Christus procurare hominum salutem quamdiu ista perdurat vita.*

Verf. 3.] *Et factum est in diebus &c. vsque ad transmigrationem Ierusalem.*] Prophetasse quidem Ieremiam super Iudam vsque ad transmigrationem Ierusalem factam per Regem Nabuchodonozor, per hæc significari diximus in prima F literæ expositione. Sed & id pariter per eadem significatur, quod mysticus noster Ieremias contestatus est in Euangelio, dicens: [i] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ sæculi.* Neque enim destitit vnquam, nec desistet, vt etiam postquam ascendit in Cœlum, per ministros, & membra sua infidelium, & peccatorum conuersionem procuret vsque ad consummationẽ sæculi, quando iam desperata iniquorum salute, vltima per Diabolum Babylonis & confusionis Regem fiet damnatorum transmigratio de hoc mundo ad tartara, vbi in iugi, & ferrea captiuitate miseris iis nulla dabitur requies, sed in perpetuo deuincti erunt fletu, & stridore dentium.

i Matth. 18.

Verf. 2.] Quod factum est, &c.

Verf. 3.] Et factum est in diebus Ioakim, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

14

Verf. 2. QVOD *factum est verbum Domini ad eum.*] Plurima sanè sunt, quæ modicis hisce verbis moribus conducentia indicantur.

Sacra scriptura doctrina quanti sit facienda.

Primum, quanti facienda sit Sacrarum literarum doctrina. Cùm in iis Deum loquutum esse nouerimus. Nunquam enim accidit vt is aut temerè, aut iocosè, aut ociosè loqueretur: sed quotiescumque orationem, tametsi breuissimam habere visus est, maximi momenti res, atque negotia hominibus vtilissima tractasse consueuit. Ita vt propterea vnusquisque in sacram eius doctrinam obseruantissimus cum Regio Vate dicat, [a] *Audiam quid loquatur in me*, id est, in meam vtilitatem, *Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam*, ad ea deducens plebem suam, quæ ad plenam faciant conscientiæ pacem. Indicatur secundò in his, duo in primis Euangelicis quibusque concionatoribus in suis studendum esse concionibus.

a Psal. 84. 9.

15 *Prædicator cauere debet inania verba.*

Primùm, vt Dei dumtaxat quærentes gloriam, quæ sua sunt, vt humanæ eloquentiæ flosculos, quæue à Christiana simplicitate sunt aliena, diuinis caueant verbis admiscere, ne de illis id dicendum sit, quod in hoc nostro Propheta legimus à Deo dictum [b] *Visionem* (seu inania intellectus acumina, deliramenta) *cordis sui loquuntur, non de ore meo.*

b Ier. 23. 16.

Prædicator persuasũ reddere debet populũ, ea quæ loquitur, esse verba Dei, quantũcumque persuasio ista habeat roboris.

Tum iisdem enitendum, vt auditores de hoc ipso persuasos reddant, & certiores, quod ea ipsa, quæ proferunt, non tam sua, quàm Dei sint verba, prout Paulum fecisse nouimus, Corinthios sic alloquens, [c] *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?*

c 2. Cor. 13. 3.

Plura Cõcionatorũ verba per amorẽ sumuntur vt vnum verbũ.

Porrò ingentem in eorumdem Auditorum animis vim habet hæc persuasio. Enimuerò tametsi plurima sint sancti Prædicatoris verba, pluraque monita, & præcepta sint multa, quæ edocet: Attamen dum Dei ea esse intelligit, vt vnum solummodò verbum ea omnia suscipit, amore nimirum complura simul in vnum colligante, quod & Dominus significauit in Euangelio dicens: [d] *Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit*, in singulari si quis, sicut è vestigio infert, *Et qui nõ diligit me, sermones meos non seruat*, in plurali. Atque adeò bene, & exactè in huius tituli libro id obseruatum videre est, vt, cùm de verbis à Ieremia prolatis commemoratio facta est, in plurali dictum sit, (*Verba Ieremiæ*:) Cùm verò de iisdem sermo est habitus, consideratis vt à Deo prouenientibus, in singulari dicatur, (*Quod factum est verbum Domini ad eum.* [e] *Semel* enim, vnumque duntaxat verbum *loquutus est Deus.* [f] *Nam non adulterabis, Non occides, Non furaberis, non falsum testimonium dices, Non concupisces, &, si quod est aliud mandatum, in hoc vno* ait Paulus, *instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

d Ioã. 14. 19.
e Ps. 61. 12.
f Rom. 13. 9.

Neque

16 *Verbum nullum profert Deus, quod ex parte ſua non comprobet facto.*

Neque verò & ſua caret vi, quòd peculiari ita locutionis forma de his Dei verbis dicitur (*Quod factum eſt verbum Domini.*)

Id ſiquidem in more eſt Dei, vt nullum proferat verbum, quod ex parte ſua facto non comprobet, adeò vt iure dictum ſimul dicas, ac factum, prout ipſemet apud Iſaiam conteſtatus eſt, dicens [a] *Verbum, quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum. Sed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.* Idcircò & cùm in terris conuerſatus eſt cum hominibus eumdem ſeruans morem, meritò dictus eſt, [b] *Potens in opere, & ſermone.* Vbi nota prius poſitum, *in opere* tum, *in ſermone*: ſicut & hic quoque Prophetauit primò, (*Quod factum eſt,*) tum adiicit (*verbum Domini.*) Hæcue eſt forma, qua concionatores quoque vim ſuis exhibeant concionibus, ſi in ſe opere impletum oſtendant, quod aliis prædicant.

a Iſai. 55. 11.

b Luc. 24. 19.

Prædicator vim ſuis dat verbis, cũ facti ea implet.

Et hæc potiſſima eſt ratio, cur vix quidquam complures Prædicatores in ſuis concionibus colligant animarum progreſſus, quia de illis id dici poteſt, quod dicitur in Pſalmo. [c] *Mendaces filij hominum in ſtateris*, aliâ quippe ſtaterâ verba, aliâ verò ſua ponderant facta.

c Pſal. 61. 10.

17 *Principi bono prouidet ſemper Deus de bono aliquo miniſtro.*

[*In diebus Ioſiæ Regis Iuda, in tertiodecimo anno Regni eius.*] Admodum certè opportunè tunc Sanctus Propheta vaticinari cœpiſſe dicitur, cùm in Iuda piiſſimus regnaret Rex Ioſias: vt duo nobis ſubindicarentur.

Primum, id moris eſſe Dei, vt Sanctis Principibus morum emendationis, & Diuini cultus reformationi inuigilantibus opem ſemper exhibeat, ſancti, docti, eximiúque alicuius miniſtri.

In adiuuandis peccatoribus quàm largus ſit Deus.

Secundũ, quàm largus idemmet ſit Dominus in ſuggerendis auxiliis, quibus conuerti quiſque poſſet ad rectum ſalutis tramitem, etiam & illis, quos iam præſcitos nouit, & à ſalute alienos. Eo enim ipſo tempore, quo (vt in libro quarto Regum dicitur,) [d] *iratus eſt furor eius in Iudam: propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes:* quoue dixerat, *etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſraël.* Quia nimirum populus ille obfirmato animo adhuc in vitiis perſiſteret, quæ Rex Manaſſes diſſeminarat: & Sanctum eidem populo Ieremiam præbuit Prophetam, qui illi opem iugibus præberet monitis, & increpationibus, atque etiam feruentiſſimis precibus pro eo effuſis: Et piiſſimum quoque Regem, qui extrinſecam pro viribus procuraret morum, verique Dei cultus inſtaurationem: cuius & exemplis attrahi poſſent ad bonum, ſic enim de illo legimus in præcitato libro Regum. [e] *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.*

d Reg. 23. 26.

e Reg. 23. 25.

Et [f] in libro Eccleſiaſtici, *Ipſe eſt directus diuinitùs in pœnitentia gentis* (ſcilicet ſuæ procuranda) *Et tulit abominationem impietatis* (quoad ſcilicet valuit in extrinſeco, tametſi gens illa eamdem in intimis ſeruarit præcordiis.)

f Eccl. 49. 3.

Principũ mala exẽpla efficaciora quã bona.

Quo loco & id obſeruandum, quantas apud homines maiores habeant vires praua Principum in primis exempla, quàm bona.

18 *Filij aliquãdo naſcuntur mali ex bonis parentibus.*

Verſ. 3.] *Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ Regis Iuda, &c.*)

Nota, quòd exactè ad vtrumque iſtorum Regum, quos mala feciſſe legimus in libro quarto Regum, [g] nomen adiunxit Patris Ioſiæ ſanctiſſimi item Regis, quò magis eorum damnanda appareat peruerſitas, & ne miremur, ſi aliquando ex ſanctis parentibus impios natos videmus filios. Neque verò abs re factum eſt, vt, cùm breuiùs ſignificari potuiſſet vaticinij Ieremiæ tempus nomine duntaxat annorum, quo cœptum, expletumque id fuit, tempus adſcribitur Regum, ſub quibus ille vaticinatus eſt. Nam ad eos Reges ſpectabat curare, vt vaticinanti obtemperaretur Prophetæ, vtque populus conuerteretur ad pœnitentiam, prædicatamque ſeruaret Dei doctrinam, quò comminatæ ab eodem Propheta diuinæ obſiſteretur iræ, atque vindictæ: prout à Rege Niniue factum legimus in libro Ionæ. [a] Prout & Rex quoque Ioſaphat feciſſe dicitur in lib. Paralipom. [b] quando Propheta Iehu iram comminatus eſt Dei. Ideo quippe obſeruare eſt, in Iudæorum Regibus augurandis, tradi in eorum manibus ſolitum librum legis: vt videmus in coronatione Ioas, de qua ſic ſcriptum eſt. [c] *Eduxerunt filium Regis, & impoſuerunt ei Diadema, & teſtimonium, dederuntque in manus eius tenendam legem, & conſtituerunt eum Regem:* Quod vtinam & à noſtris aduerteretur Regibus, atque Principibus.

g 4. Reg. 24. & 19.

Ad Reges ſpectat curare, vt prædicata ſatisfiat morũ emendationi.

a Ionæ 3. 7.

b lib. 2. Paralip. 23. 11.

c 2. Paral. 23. 11.

19 *Regum anni dierum vocabulo nuncupantur, quia actiones eorũ omnes ſunt conſpicuæ & tenebras abiicere debent iniquitatis.*

Facitque ad eamdem rem confirmandam, quòd pro Regum prædictorum temporibus deſignandis, haud dictum ſimpliciter eſt. (*Regnante Ioakim,*) &c. ſeu, (*temporibus Ioakim*) ſeu, *ſub Ioakim,*) ſed (*In diebus Ioſiæ, & in diebus Ioakim, &c.*) Dierum namque nomine ſignificari videtur, Reges in diebus iugiter eſſe, ita vt nil agere queant, quod non ſit omnibus conſpicuum. Ideoque eis ſtudendum, vt ipſorum geſta in luce videantur virtutis: vtque à ſubditis peccatorum abigant tenebras, dicentes cum Apoſtolo, [d] *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus. Habet hoc primum magna fortuna* (ait Plinius iunior in ſuo Panægyrico ad Traianum) *quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: principum verò non modo domos, ſed cubicula ipſa, intimoſque receſſus recludit, omniaque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat. Sed tibi Cæſar nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quàm penitus inſpici. Sunt quidem præclara, quæ in publicum profers, ſed non minora ea, quæ in limine tenes.*

d Rom. 13. 12.

Plinius.

20 *Dei patientia, & longanimitas in peccatores quanta.*

[*Vſque ad transmigrationem Ieruſalem in menſe quinto.*] Immenſa in modicis verbis iſtis ſubinnuitur Dei patientia in tolerandis iniquorum ſceleribus, ſummaque longanimitas in differendis, quoad fieri poteſt, vltionibus: nec non eſt ſtudium ardentiſſimum in procuranda eorum conuerſione, quippe qui curauit, vt ſanctus vates Ieremias illis ipſis, à quibus illudebatur, perſequutionéſque & vincula ſuſtinebat, pœnitentiam, inſtantis iræ diuinæ, & captiuitatis comminatione prædicaret vſque ad quintum, extremumque menſem, expectans, ſi quo modo conuerterentur, vſque ad diem vltimum, quo ipſa eis contigit tranſmigratio, & captiuitas. Vide cap. 36. lib. 2. Paralipom. [e] Vbi clariùs hæc Dei explicatur longanimitas, & bonitas. Sed & in nobis ipſis quotidie eadem obſeruare fas eſt, quod ad noſtros quoque mores Plutarchus lib. de his, qui tardè à numine corripiuntur inſigni hac deriuat ſententia. *Si tardè & lentè Deum flagitioſos corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob præproperam animaduerſionis celeritatem erroris vel pœnitentiæ crimen vereatur, ſed vt à nobis feritatem, ac vindictæ impetum auferat.*

e Paralip. 36. 15.

Cur Deus nobis differat pœnas inferre.

VVLGATA.

Verſ. 1.] Verba Ieremiæ filij Helciæ, &c.
Verſ. 2.] Quod factum eſt, &c.
Verſ. 3.] Et factum eſt, &c-

1. Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ ἱερεμίαν τὸν τοῦ χελκίου ἐκ τῶν ἱερέων, ὃς κατῴκει ἐν ἀναθὼθ ἐν γῇ βενιαμείν.
2. Ὡς ἐγενήθη λόγος Θεοῦ πρὸς αὐτὸν, ἐν ταῖς ἡμέραις ἰωσία υἱοῦ ἀμὼς βασιλέως ἰούδα, ἔτους τρισκαιδεκάτου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.
3. Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἰωακεὶμ υἱοῦ ἰωσία βασιλέως ἰούδα, ἕως ἑνδεκάτου σεδεκία υἱοῦ ἰωσία βασιλέως ἰούδα, ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ πέμπτῳ μηνί.

Verſ. 1.] Verbum Dei, quod factum eſt ad Ieremiam filium Chelciæ de Sacerdotibus, qui habitabat in Anathoth in terra Beniamin.

Verſ. 2.] Sicut factum eſt verbum Dei ad illum in diebus Ioſiæ filij Amos Regis Iuda, anno tertiodecimo in Regno eius.

Verſ. 3.] Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda, vſque ad vndecimum annum Sedeciæ filij Ioſiæ Regis Iuda, vſque ad captiuitatem Ieruſalem in quinto menſe.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Verba prophetiæ Ieremiæ filij Helciæ, de Principibus custodiæ Sacerdotum, ex Præpoſitis, qui erant in Ieruſalem: Vir qui ſuſcepit hæreditatem ſuam in Anathoth, in terra tribus Beniamin.*

Verſ. 2. *Quod factum eſt verbum Prophetiæ à facie Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon Regis Iuda, in tertiodecimo anno Regni eius.* Verſ. 3. *Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda, donec impletus eſt vndecimus annus Sedeciæ fratris eius, filij Ioſiæ Regis tribus Iuda: donec venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & obſedit Ieruſalem tribus annis, & tranſmigrare fecit populum, qui in ea erat in menſe quinto.*

2 Hieronym. Hieronymus in Comment. Pro verbis Ieremiæ Sept. poſuerunt, (*Verbum Dei, quod factum eſt ad Ieremiam.*) Hoc videlicet ſenſu, quod verba Ieremiæ verbum ſit Domini. Bene autem hîc notat S. Thomas. Verba prophetalia eſſe multa in ſe, attamen eſſe vnum in ſua origine, quia à Verbo increato originem ducunt. Dubitans verò cùm illud verbum ſit æternum, vt dicitur Ioan. 1. quomodo dicatur factum. Reſpondet, haud dici factum ſimpliciter, ſed ad aliquem: non quidem mutatione facta in verbo, ſed in eo, cui per verbum fit reuelatio.

S. Thomas. Verba quomodo ſint verbū vnum. Verbum Dei dicitur factū non in ſe, ſed ad aliquem.

3 Origenes. Hoc ipſum dubium pertractans Origenes in initio, tomi ſecundi in Euangelium Ioannis, ait,

A *Verbum Dei, quod in principio, & ab æterno erat apud Deum, ideo ad Ieremiam, diuina elatione elatum iuxta eius nominis interpretationem, dici factum, quia ex ſumma Dei benignitate illud ad eum ſit miſſum à Patre.* Paulò autem infra meliùs ſeſe explicans. *Dum ad Prophetas verbum dicitur factum, intelligendum eſſe ait, Verbum ipſum illos illuſtraſſe luce cognitionis: faciens eos tamquam coram videntes ea videre, quæ non intellexerant antequam fieret ad illos verbum ipſum, apud Deum Deus exiſtens, ex eo quòd ſit apud ipſum.*

Verbum Dei dicitur factū ad Ieremiam quia miſſum ad Ieremiam, illumque illuſtrauit.

Rupertus Abbas lib. 1. de Victoria Verbi Dei 4
B cap. 4. *Diligenter inquit, aduertendum eſt, nonnihil differre, cùm legimus, vel audimus in ſingulari numero, Verbum Domini & plurali numero Verba Domini, Verbum namque hoc ſingulare diuina ſubſtantia eſt, ſubſtantia non facta, neque creata. Et idcirco verbum dicitur, & eſt ſolius Dei. Verba autem, quæ in ſcripturis ſanctis legimus, vel audimus, à Deo per verbum iſtud effecta, & per hominem adminiſtrata, & ideo aliter verba Dei, aliter rectè dicuntur verba cuiuſlibet hominis. Vnde notandum, ſcriptum quidem ſic eſſe, (Verba Ieremiæ filij Helciæ,) & verba Amos, qui fuit in paſtoralibus Thecue: Nuſquam autem ſcriptum*
C *eſſe, Verbum Ieremiæ, ſiue verbum alicuius cæterorum: niſi ita duntaxat, Verbum Domini, quod factum eſt ad illum, vel illum. Verba Ieremiæ* ſupple, hæc ſunt inquit S. Thomas, & interpretatur excelſus Domino, quod competit eminentiæ contemplationis. (*Filij Helciæ.*) Secundùm regulam Hieronymi, vbicumque Prophetæ pater in titulo ponitur, ipſe etiam Propheta fuit.

Rup. Abb. Inter verbū Domini, & verba Domini, ſeu verba Ieremiæ diſcrimen.

S. Thom.

Verſ. 2. *In diebus Ioſiæ*, &c. Hieronymus ab exordio Prophetiæ Ieremiæ vſque ad captiuitatem Ieruſalem quadraginta & vnum aſſerit interceſſiſſe annos. Hieronymum ſequuntur hac in
D annorum computatione expoſitores omnes. 5

Theodoretus tamē ait, interceſſiſſe annos quadraginta duos paucis menſibus exceptis.

Admirabilis, inquit Hieron. *clemētia eſt Domini, quòd iā captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallāte Ieruſalem, nihilominus populum ad pœnitentiam prouocat: malens ſaluare conuerſos, quàm perdere delinquētes.*

Vbicumque ponitur Prophetæ pater is etiā Propheta fuit ſecūdùm Hieronymū.
Hieronym.
Ieremias quot annis Prophetarit in Iudæa.
Theodorit.
Hieronym.
Origenes.
Clemētia Dei quàm magna in procurāda conuerſione peccatorum.

Origenes homil. 1. in Ierem. fuſiùs hæc pertractans poſt aliqua ſic ait. 6

Quid ad me tempus Hiſtoriæ? legens didici, quia Ieremias cœperit Prophetare in diebus Ioſiæ, &c. Et legens didici, quia per tres Reges Prophetia eius con-
E *texta ſit (vſque ad captiuitatem Ieruſalem in quinto menſe.) Quid ergo docemur per hæc? Condemnauerat Deus Ieruſalem propter peccata, quæ fecerat, & hæc erat extrema ſententia, vt captiuitati relinqueretur. Veruntamen cùm hominum ſit amator, nec quemquam velit perire, antequam depopulationis tempus inſtaret, Miſit & hunc Prophetam, vt per ſermones eius ad pœnitentiam conuerterentur, Miſit eumdem & ſub ſecundo Rege poſt primum, miſit quoque ſub tertio. Quid plura? Iam captiuitas imminebat, & adhuc adhortabatur Deus, tribuens (vt ita dicam) & ante vnam diē locum pœnitentiæ, vnde ſcriptum eſt, (vſque ad captiui-*
F *tatem Ieruſalem, & vſque ad quintum menſem) Propheta ſſe Ieremiam. Iam hoſtium vincula reſtrinxerant manus, & nihilominus hæc quodāmodo dicebat Deus. Ecce captiui facti eſtis: agite, licet ſerò pœnitentiam rogate me, & parcam vobis: poſſum eruere de captiuitate, qui tradidi. Hæc autem & de nobis poſſumus intelligere: Si peccauerimus, & nos captiui futuri ſumus. Etenim tradi peccatorem Sathanæ nihil diſtat ab eo, quod Iudæi ſunt traditi Nabuchodonoſor.*

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS,

AVCTORIS CATENÆ PRÆFATIO.

ΧΡΗ, καθὰ καὶ ἐν ταῖς προλαβούσαις βίβλοις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τῆς παρ' ἐμοῦ παραγραφείσαις ἀρχόμενος εἶπον, τὸν ἐντυγχάνοντα τῇ δὲ τῇ βίβλῳ γινώσκειν, ὅτι ἐκ πολλῶν πονημάτων τῶν πατέρων αἱ παραγραφαὶ ἔγκεινται. ἀναγκαῖον δὲ ᾠήθην καὶ τοῦτο προσθεῖναι τῷ δὲ τῷ προοιμίῳ, πρὸς φανέρωσιν καὶ σαφήνειαν τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἴστωσαν δὲ, ὡς οὐ μόνον διαφόρως ἠνέχθησαν ἐν τοῖς νοήμασι τῆς θεοπνεύστου γραφῆς οἱ ταύτην ἡρμηνευκότες, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ ῥητὰ τῆς θείας γραφῆς οὐκ ἴσως διεῖλον, καὶ A B
οὕτω τὴν ἑρμηνείαν ἐπέθηκαν· ὁ μὲν γὰρ πλείους, ὁ δὲ ἥττους στίχους προθέμενος τὴν ἐξήγησιν. καὶ ἐκ τούτου δοκοῦσιν οἱ ἀριθμοὶ οἱ τοῖς κεφαλαίοις ἐπικείμενοι ἀναχαιτίζειν σὺν τὸ ἔδαφος ἀναγινώσκοντας εἰς τὸ πρόσω βαίνειν. χρὴ οὖν ἓν, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἐδάφους τῆς ἁγίας γραφῆς ἀναγινώσκειν, καὶ οὕτως τὰς ἐγκειμένας ἑρμηνείας· ἵνα εὐσύνοπτα ὦσι τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ νοήματα.

OPORTET ſicut etiam in prioribus libris diuinitùs inſpiratæ ſcripturæ à me expoſitis initiò præfatus ſum, eum, qui in hunc librum inciderit noſſe, excerpta hæc ex multis laboribus Patrum fuiſſe collecta. Neceſſarium autem duxi & hoc addere huic proœmio maioris claritatis gratiâ, & intelligentiæ eorum qui lecturi ſunt. Norint igitur non modò diuerſum in enarranda diuina ſcriptura ſenſum ſecutos eſſe illius interpretes, verùm & eiuſdem diuinæ ſcripturæ contextum non vno modo diuiſiſſe, atque interpretationem adiunxiſſe. Hic ſiquidem pluribus, ille paucioribus verſibus ſibi propoſitis enarrationem executus eſt. Quò fit vt numeri capitibus appoſiti coërcere videantur, contextum ipſum percurrentes, ne vlterius progrediantur. Enimuerò oportet vnum, & alterum, tria quinetiam interdum capita contextus ſacræ Scripturæ legere, tumque adiectas expoſitiones, vt à legentibus planè capiatur ſenſus. 7

Tametſi Præfatio iſta reuera non ſit Chryſoſtomi, vt ſtylus ipſe conteſtatur, vtque rectò docti cuiuſq; viri patet iudicio, ſub illius nihilominus nomine, prout in vetuſtiſſimis Græcis codicibus reperta eſt, adhibuimus eam.

8

C

ΤΟΥ͂ ἉΓΙΟΥ ἸΩΆΝΝΟΥ ΤΟΥ͂ Χρυσοστόμου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινοπόλεως, εἰς τὸν Ἱερεμίαν.

* SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI IN IEREMIAM.

ΛΕκτέον τίς ἡ προφητεία καὶ πότε ἤρξατο, καὶ πότε πέπαυται, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔληξεν. καὶ τί λαβεῖν ἐστιν ἐκ ταύτης ἐν τῷ βίῳ ὠφέλιμον. προφητεία τοίνυν, τὸ λέγειν, ἢ καὶ τυπικῶς δεικνύναι τὰ προλαβόντα, καὶ ὄντα, καὶ ἐσόμενα. λόγος γάρ ἐστιν, ἢ πρᾶγμα πρὶν γνωσθῆναι προαγορεῦον τὰ πράγματα. ἐπεὶ καὶ διὰ πράγματος πρᾶγμα σημαίνεται. τύποι γὰρ ἦσαν τῶν μελλόντων ὁ ὄφις ὁ χαλκοῦς, ὁ ἀμνὸς ὁ ἐν αἰγύπτῳ, ἰσαὰκ προσαγόμενος. D
προφητεία γὰρ ταῦτα, τὴν δὲ αἰτίαν οὐκ ἔχουσι, ὡς ἐπὶ τοῦ ἰεζεκιὴλ * ἐκβαλλομένου διὰ τοῦ τοίχου· ἔχει γὰρ τὴν αἰτίαν. δεῖ μέντοι σὺν τύπους καὶ τοῖς τότε χρησίμους εἶναι ὡς ἐπὶ τοῦ ὄφεως, καὶ τοῦ ἀμνοῦ. προλέγουσι δὲ οἱ προφῆται οὐκ ἐρωτώμενοι μόνον κατὰ τοὺς ἔξω, τὸ δὲ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν. λέγονται γὰρ καὶ παρ' ἐκείνοις ὁμωνύμως προφῆται. διὸ καὶ παῦλος φησὶν, εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης? ἐκάλουν δὲ προφήτας καὶ τοὺς ἱερέας αἰγύπτιοι. E

*ἐκτραχηλιζομένου τοῦ τοίχου.

Καὶ καθόλου τῶν προφητειῶν, ἡ μέν ἐστι πνευματικὴ· ἡ δὲ διαβολικὴ· ἡ δὲ μέση τετάρτη τούτων φυσική τις, ἢ τεχνικὴ· ἡ δὲ κοινὴ καὶ δημώδης. τῆς μὲν οὖν πνευματικῆς προηγουμένως μὲν τοῖς ἁγίοις μέτεστι, δι' οἰκονομίαν δὲ καὶ τοῖς μὴ τοιούτοις, ὡς τῷ ναβουχοδονόσορ, καὶ φαραὼ, καὶ βαλαὰμ, καὶ καϊάφα. τῆς δὲ διαβολικῆς τοῖς τούτου μόνον θεραπευταῖς· αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀλευρομάντεις, καὶ κριθομάντεις, καὶ οἱ διὰ τῶν μορίων

DIcendum quid ſit Prophetia, quo tempore ſumpſerit exordium: quando deſierit: Quā ob cauſam ceſſauerit: Quæque vtilitas capiatur ex ipſa in hominū vita.[a] Prophetia igitur eſt dicere, vel figuris quibuſdā indicare præterita, præſentia, & futura. Sermo enim eſt, vel res aliqua antequā res ipſæ in cognitionem veniant eas prædicens. Res enim nonnunquam re ſignificatur.[b] Erant enim futurorū figuræ ſerpēs æneus, Agnus in Aegypto, & qui oblatus eſt Iſaac.[c] Prophetia quippe hæc ſunt, cauſam autem non habent, vt apud Ezechielem[d] murorū ſtructura. Ipſa enim cauſam habet. Oportet autem figuras quoque tales fuiſſe, vt his qui tunc tēporis erant vtiles fuerint, vt in ſerpēte, & agno. Vaticinantur autē Prophetæ* non interrogati ſolū, vt mos eſt profanis, ſed plerūque à ſemetipſis. Vocantur etenim & apud illos eodē nomine Prophetæ. Quare & Paulus ait.[e] Dixit quis ex ipſis proprius ipſorum Propheta?[f] Appellabant etiam Sacerdotes Aegyptij Prophetas.

a *Prophetia quid ſit.*
b *Prophetia diuerſa à figuris.*
c *Locus obſcurus: deeſſe enim videntur aliqua.*
d *Alludit fortaſſe ad id quod Ezech. multus fuit in deſcriptione templi, ad cuius inſpectionē eleuatus fuit. Vt propterea dicatur, qui per mutos efferebatur ſemente.*

9

* *Prophetæ nomen vſurpatū & à Gētilibus, & prophanis.*
e Tit. 1. 12.
f *Prophetæ dicebātur Aegyptij Sacerdotes.*

Et omnino Prophetiarum vna eſt Spiritus ſancti, Altera[g] Diaboli, Tertia harū media naturalis, vel artificioſa, vltima communis & popularis. Illius igitur quæ à Spiritu ſancto eſt, compotes ſunt præcipuè ſancti viri, nonnunquā tamen diſponēte Deo, etiam qui tales non ſunt, vt Nabuchodonoſor[h], & Pharao, & Balaam, & Caiphas. Diabolicæ vero Diaboli tantummodo cultores; Nā huiuſmodi ſunt Aleuſomates[i], & Chritomantes, qui ex farina, aut

g *Prophetia quadruplex genus, primū Spiritus ſancti, ſecundum Diaboli, tertiū naturalis, quartū communis, & popularis.*

10

h *Prophetæ Spiritus ſācti participes fuere, aliquando & impij.*
i *Prophetia diabolica multiplex quæue ea ſint.*

μορίων μαντευομένη πυθία, καὶ ἡ διὰ τῆς δρυὸς ἡ δωδωνὶς ἱέρεια: καὶ ἡ διὰ σπλάχνων, καὶ πτήσεως, καὶ κλαγγῶν, συμβόλων τε καὶ πταρμῶν, καὶ κληδόνων, καὶ βροντῆς, καὶ χειρῶν, μυῶν τε καὶ γαλῆς, καὶ τρυσμῶν καὶ ὤτων ἤχου, καὶ σώματος παλμῶν, καὶ χαλίκων, ῥάβδων τε καὶ φλοιῶν, διὰ νεκρῶν τε καὶ γαστρὸς, ὀνομάτων τε καὶ ἄστρων, καὶ φιαλῶν, μυρίων τε ὅσων τοιούτων. ἡ γὰρ δι' ὀνείρων καὶ παρ' ἡμῖν διὰ κατοχῆς καὶ αὐτή. ἡ δὲ πρόγνωσις αὐτοῖς, οὐ δι' ἀρετῆς ὡς ἡμῖν, ἀλλὰ διά τινος κακοτεχνίας. κἀκεῖνοι μὲν περὶ χρημάτων, καὶ νόσων, καὶ πολέμων μαντεύονται, μηδεμιᾶς ζητουμένης αὐτοῖς ἀρετῆς, ἢ κακίας: παρ' ἡμῖν δὲ διορθώσεως ἠθῶν ἕνεκα, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. κἀκεῖνα μὲν ἐκβῆναι δεῖ, ταῦτα δὲ οὐ πάντως. τί γὰρ ὄφελος προῤῥήσεως ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῶν λεγομένης, ὅτε πάντως ἔσται τὰ θεσπιζόμενα, μηδεμίαν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν μεταβολὴν ἐνδεχόμενα; Θεὸς γὰρ προλέγων, καὶ τὴν λύσιν ὑποτίθεται τῶν δεινῶν, εἰ μεταγνῶναι βουλοίμεθα. τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τῆς προφητείας τὸ κέρδος: μὴ μεταβαλλομένων δὲ πάντως γίνεται. ἐκεῖνοι δὲ κατὰ συμβεβηκὸς εἶπον ἀληθεύσαντες, ἐν τοῖς πλείστοις διήμαρτον. καὶ οἱ μὲν ὀργάνων δέονται, καὶ τόπων, καὶ καιρῶν, καὶ ἐπὶ χρήμασι λέγουσι: Θεὸς δὲ τούτων ἀπήλλακται. τοιαύτη μὲν γὰρ ἥτε θεία, καὶ διαβολικὴ προφητεία.

Φυσικὴ δὲ ἡ τῶν ἀλόγων: χελιδόνες γὰρ χελιδόνων, καὶ γεράνων γερανοὶ, καὶ μύρμηκες ἐπιόντος χειμῶνος αἰσθάνονται, ἐχῖνοί τε καὶ ἀλκύονες, φύσει τοῦτο κληρωσάμενοι. ἡ δὲ τεχνικὴ προφητεία παρὰ ἰατροῖς, καὶ συμβούλοις, καὶ κυβερνήταις. οἱ μὲν γὰρ ἀῤῥωστίας, οἱ δὲ λύσεις τούτων προλέγουσιν. οἱ δὲ πνευμάτων μεταβολὰς, οἱ δὲ τοῦ μέλλοντος συνέσει καταστοχάζονται. ἔστι δὲ καὶ κοινὴ, καὶ δημώδης τοῦ μέλλοντος γνῶσις. οἷον ὅτι μετὰ τρεῖς μῆνας ὁ χειμών. πάντες γὰρ ἔχουσι τὰς ἐκ περιόδων προῤῥήσεις. οὐδὲν οὖν μέγα καὶ πρόῤῥησιν ἔχειν καὶ γνῶσιν καὶ δαίμονας, ὅπου καὶ μύρμηκες ἔχουσι τὰς ἐκ περιόδων προῤῥήσεις. καὶ δεινοὶ τοῦ μέλλοντος ἄνθρωποι στοχασταί: ἀλλ' οὐχ ὡς πάντως ἢ πάντα εἰδέναι. ἐπεὶ καὶ ὁ διάβολος προεφήτευσε τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, καὶ ἐγένετο. καὶ πάλιν ὁ Βαλαὰμ προεῖπεν, ὅτι πόρνας στῆσον, καὶ προδοθήσεται δι' αὐτῶν ὁ ἰσραήλ: καὶ γέγονεν οὕτως. τοῦτο δὲ στοχασμὸς, μᾶλλον δὲ προῤῥήσεις μηδὲν παράδοξον ἔχουσαι: καθάπερ ἐπὶ χριστοῦ, τὸ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον: τὸ, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον. [καὶ μετ' ὀλίγον.] τὸν μακάριον ἱερεμίαν ὡς τῶν ἄλλων σαφέστερον φασὶ δεῖν πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγινώσκεσθαι. καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ τῶν προφητῶν οἱ μὲν ἀσαφεῖς, οἱ δὲ καὶ σαφέστεροι: ὅπου καὶ ἑνὸς τῆς θείας γραφῆς, ἐσθ' ὅτε συγγράμματος, τὰ μὲν ἀσαφῆ, τὰ δὲ σαφῆ. καὶ τῶν ἑνὸς ἀνδρὸς συγγραμμάτων τὰ μὲν οὕτως τὰ δὲ ἐκείνως: καθάπερ ἐν ψαλμοῖς, ἀποστόλων τε ἐπιστολαῖς, καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ κυρίου ῥημά-

A *aut hordeo vaticinantur, vt hausto perpudenda spiritu Pythia, & per quercum Dodonæa Sacerdos, & qui diuinant extis pecudum, volatibus auium, clangoribus, Symbolis, sternutationibus, sortibus, tonitru, manibus, soricibus, mustella, occentibus, tinnitu aurium, corporis palpitationibus, saxulis, virgis, corticibus, mortuis euocatis, vẽtre, nominibus, astris, Phialis, sexcentisque aliis id genus. (Diuinatio enim per somniũ apud nos etiã instinctu quodam & illa fit.) Verùm prænotio illis* B *non virtutis merito vt vobis, sed malis quibusdã artibus comparatur, ijque de pecuniis, morbis,*[a] *bellisque nullo virtutis, vel vitij respectu diuinãt: nos verò, & morum emendationis, in meliusque commutationis causâ. Et ista quidem re ipsa impleri oportet: illa verò necesse non est. Quid enim prodest prædictio ad vtilitatẽ animarum exhibita, si quæ prænunciantur omnino futura sunt, neque vllã ex parte nostra mutationẽ admittant? Deus enim dũ aliquid graue prædicit, simul admonet, qua ratione* C *possint mala euitari, si nos pœnitẽtiã agere velimus: Hic nẽpe est Prophetiæ fruct⁹. Quòd si maneamus in iisdẽ errorib. tũ vero illud neutiquã erit effugere. illi vero cũ interdũ accidat, vt vera præsagiant, in plerisque falluntur, iidemque instrumentis, locis, ac certis temporibus indigent, & pecuniis inhiantes loquuntur. Deus autem ab his omnibus immunis, ac liber est. Talis diuina, & Diabolica Prophetia.*

[a] *Prophetia sãcta & eius diuinationis, quæ Prophetia diabolica dicitur, quàm diuersi fines quàmue eadẽ inter se discrepent.*

12 *Naturalis porrò est irrationaliũ, hirundo enim hirundinem, grusque gruẽ, & formicæ hyemẽ aduentantem persentiunt.*[b] *Quod & Echinis, Halcyo-* D *nibusque naturam largitam esse videmus. Artificiosa*[c] *verò Prophetia apud Medicos, & Consiliarios, & Gubernatores nauiũ reperitur: morbos enim, & ab ipsis liberationẽ prædicunt, ventorum hi varietates, sicut Consiliarij quod futurũ est prudenti coniectura assequũtur. Est*[d] *etiam cõmunis, popularisque futuri cognitio, veluti post tres menses futuram hyemẽ: cuncti enim possunt prædicere, quæ circuitus certos habent. Nihil*[e] *igitur magnũ est, si & Dæmones aliqua præcognoscunt, & prædicunt,* E *quando & formicæ recurrentia tẽpora prænũciant, & sunt homines acerrimi eorũ quæ ventura sunt, coniectores: non tamen ita vt omnia, omnique ex parte cognoscantur. Nam & Diabolus cognitũ iri bonum & malum, vaticinatus est, atque ita factũ est. Rursus Balaam prædixit.*[f] *Meretrices siste, & tradetur per ipsas Israël, idque effectus cõprobauit. Hæ porrò coniecturæ sunt, vel potiùs prædictiones, nullam admirationem habentes; vt sunt, quæ de Christo habemus, quòd prædicabitur*[g] *Euangeliũ,* F *quòd nõ*[h] *permanebit lapis super lapidẽ. [Et paucis interiectis.] Beatũ Ieremiam,*[i] *vti aliis dilucidiorẽ dicunt ante alios esse legendũ. Nec mirũ est, si Prophetarum*[k] *hi quidẽ obscuriores, alij clariores: quandoquidem, & in vno codẽque sacræ scripturæ libro quædam obscura reperiuntur, aperta nonnulla, & vnius cuiuspiam hominis scripta interdũ hoc interdum illo modo se habẽt, vt in Psalmis, Apostolorũq; epistolis, & sermonibus Domini.*

[b] *Prophetia naturalis quanam sit.*

[c] *Prophetia artificiosa quid.*

[d] *Prophetia communis, & popularis quæ.*

[e] *Diabolum prænunciare aliquid posse non est mirũ.*

[f] Num. 25.

[g] Matth. 24. 14.

[h] Mat. 24. 2.

14

[i] *Ieremias dilucidior aliis Prophetis, ideoque ante alios legendus.*

[k] *Prophetarũ alij clariores, alij obscuriores.*

Sane

ῥημάτων. καθόλου γὰρ ἀσάφεια γίνεται ἢ διὰ τὴν φύσιν τῶν ὑποκειμένων, ξένων ὄντων πρὸς ἀκοὴν, ὡς ἐπὶ τῆς σκηνοποιΐας, καὶ τῆς παρὰ ἰεζεκιὴλ κατασκευῆς τοῦ ναοῦ: ἢ παρὰ τοὺς ἀκούοντας, ἢ ἀσυνέτως διακειμένους. διόπερ ὁ χριστὸς τὰς παραβολὰς ὡς ἐπίτηδες ἀσαφῶς εἰρημένας.

[Καὶ μετ' ὀλίγον.] γίνεται δὲ πάλιν ἀσάφεια καὶ παρὰ τὴν τοῦ λέγοντος ἰδιότητα, ἐπιῤῥεπῶς ἔχοντος πρὸς τὴν τοιάνδε ἀπαγγελίαν. καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ πνεῦμα τὰ νοήματα μόνον ἔλεγεν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰ ῥήματα: αὐτοὶ δὲ λοιπὸν ἔφραζον ἰδιωτικῶς. οὐ γὰρ ὡς ἀκινήτοις ἐκέχρητο, καθάπερ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπίπνοια: τὰ δὲ λεχθέντα γινώσκειν ἐβούλετο, καὶ μετὰ τῆς οἰκείας γνώμης ἅπαντα λέγειν. οὐ πρᾶγμα ποιήσει Κύριος, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς προφήταις.

[Εὐσεβίου Καισαρείας] ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς τάξεως τοῦ βιβλίου: ὡς ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις ἐστὶν εὑρεῖν τὰ τῷ χρόνῳ πρῶτον λεχθέντα, δεύτερα κείμενα τῇ τάξει: καὶ τὰ προφητευθέντα ὕστερον, προτεταγμένα τῶν προαγόντων τοῖς χρόνοις. ὁ γοῦν παρὼν προφήτης ἄρχεται μὲν ἐπὶ ἰωσίου, παρατείνει δὲ μέχρι σεδεκίου, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας. σεδεκίας δὲ ἦν τέταρτος ἀπὸ ἰωσίου βασιλεύς. μετὰ δὲ ἰωσίαν διαδέχεται τὴν ἀρχὴν καθὰ εἴρηται ἰωάχας ὁ υἱός. εἶτα δεύτερος ἰωακεὶμ ἀδελφὸς αὐτοῦ. μεθ' ὃν τρίτος ἰεχονίας υἱὸς ἰωακείμ. μεθ' ὃν τέταρτος σεδεκίας ἀδελφὸς ἰωακεὶμ. καθ' οὓς ἅπαντας τοῦ ἱερεμίου προφητεύσαντος, ἡ ἐπώνυμος αὐτοῦ γραφὴ ἄρχεται μὲν ἀπὸ ἰωσίου, εἶτα προϊοῦσα μέμνηται ἰεχονίου τοῦ τρίτου ἀπὸ ἰωσίου. οἷς ἑξῆς τίθησι τὰ ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει ἰωακεὶμ προφητευθέντα, ὃς ἦν δεύτερος μετὰ ἰωσίαν. εἶθ' ἑξῆς ἐπάγει τὰ ἐν ἀρχῇ τοῦ αὐτοῦ ἰωακείμ. εἶτα τὰ ἐπὶ σεδεκίου, καὶ τοῦ ἰωακείμ. εἶτα μέμνηται τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς βαβυλῶνα. καὶ ὡς μετὰ σεδεκίαν κατέστη ἡγούμενος τῶν ἀπολειφθέντων γοθολίας. καὶ ἰσραὴλ ἀναιρεῖ τὸν γοθολίαν. μεθ' ὃν ἰωάννας υἱὸς καρηὲ ἡγεῖται. καὶ μετὰ τούτους ἅπαντας ἑξῆς ἐπάγει τὰς ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει ἰωακεὶμ λεχθείσας προφητείας: καὶ πάλιν, τὰ ἐν ἀρχῇ βασιλέως σεδεκίου εἰρημένα.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΕΡΙ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας, καὶ ἀπὸ μέρους τί περιέχει ἕκαστος.

Ἱερεμίας ὁ τοῦ χελκίου ἐκ τῶν ἱερέων.

ΟΥΤΟΣ καθὰ προεῖπον, καὶ σοφονίας συνεχρόνισαν ἑαυτοῖς. παρέμεινε δὲ οὗτος ἕως ἰωακεὶμ, καὶ ἕως ἑνδεκάτου ἔτους σεδεκίου βασιλέως ἰούδα, ἕως αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ. ῥῆμα δὲ θεοῦ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, ὡς

Sanè in vniuersũ [a] obscuritas nascitur, vel propter eorum, quæ scriptionis materia sunt, naturam, dum noua, & peregrina auribus accidunt, vt in Tabernaculi fabrica, & structura templi apud Ezechielem: vel propter auditores, si recto sensu præditi non sint. Quapropter Christus [b] discipulis Parabolas data opera obscurè prolatas euoluebat.

Et paulò inferius.] Oritur rursũ [c] obscuritas ex proprio more loquentis, qui præceps fertur in talem dicendi modum. In Prophetis [d] etiam Spiritus sanctus tantùm sensa suggerebat, non item verba: ipsi deinde vulgari modo illa enunciabant. Haud enim illis vt immobilibus vtebatur, quomodo dæmones suos afflare solent: sed volebat ab ipsis quæ dicebant intelligi, & omnia cum dicentium sensu proferri. [e] Nullam rem faciet Dominus, quam non manifestauerit seruis suis Prophetis. 15

Eusebij Cæsariensis.[f]] Oportet autem & de ordine libri differere, quòd in libris [g] Prophetarum inuenire est, quæ prius dicta sunt posteriori loco sita, & quæ posterius prænunciata sunt collocata ante ea, quæ tempore præcesserant. Propheta igitur quem præ manibus habemus, incipit quidem Iosiæ tempore, prouehitur verò ad Sedeciam vsque, & ad captiuitatem. Sedecias autem quartus fuit ab Iosia Rex: principatum enim Iosiæ excepit, vt diximus, Ioachas eius filius: & post eum Ioachim illius frater, ac deinceps Iechonias filius Ioachim, cui quarto loco successit Sedecias frater Ioachim, quorum omnium ætate cũ prophetasset Ieremias, scriptura quæ ipsius nomine habetur, sumit quidem exordium ab Iosia, atque inde Iechoniæ ab Iosia tertij meminit: quibus coniuncta sunt quæ prophetauit quarto anno Ioachim post Iosiam secundi: subiungũtur deinde, quæ ad ipsum exordium Regni Ioachim attinent: post quæ Sedeciæ, & rursus quæ Ioachim Rege vaticinatus est. Postremò narratur captiuitas Babylonica, & principatus Gotholiæ, qui post Sedeciam rexit eos, qui domi remanserant, & Gotholias ab Ismaële interemptus: post quem Ioãnas filius Chareæ imperauit, & post hos omnes deinceps prophetiæ illæ sequuntur, quæ quarto anno Ioachim, editæ sunt: Post quæ iterum reditur ad ea quæ initio Regis Sedeciæ prædicta fuerunt. 16

E SCRIPTIS EIVSDEM EVsebij, de Propheticorum librorum appellationibus, & quid summatim quisque complectatur.

Ieremias Chelciæ filius è Sacerdotibus.

ISTE, quod prius dixi, & [h] Sophonias, iisdem vixerunt temporibus: sed mansit Ieremias ad Ioachimum vsque, & vndecimum Sedeciæ Iudæ Regis annum, id est, ad populi vsque captiuitatem. Factum est autem verbum

[a] Obscuritas scripturum & loquentium vnde.

[b] Luc. 8. 9.

[c] Obscuritas etiam ex ipso loquẽtis more.

[d] Prophetis Deus nõ verba, sed sensus suggerebat. Id tamen haud asserendũ generaliter, omnino & semper.

[e] Amos 3. 7.

[f] Euseb. Cæs.

[g] Libri Ieremiæ ordo inuestigandus, cùm is maximè sit perturbatus.

[h] Eusebius. Prophetiarũ Ieremiæ compendium.

ὡς ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς αὐτόν, καὶ ἐλέγχει τὰς ἀδικίας τῆς ἱερουσαλὴμ διὰ πολλῶν. προφητεύει δὲ ἐπὶ ἱερουσαλὴμ, καὶ περὶ τῆς ἀβροχίας, καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη αἰλάμ. καὶ τοῦ ἐλθεῖν βασιλέα βαβυλῶνος, τοῦ ἐκκόψαι τὴν γῆν αἰγύπτου. καὶ ἐπὶ βαβυλῶνα. καὶ λόγος ὃν ἐνετείλατο Κύριος τῷ ἱερεμίᾳ εἰπεῖν τῷ σαραίᾳ υἱῷ νηρίου. καὶ τῇ ἰδουμαίᾳ, καὶ τοῖς υἱοῖς ἀμμὼν, καὶ τῇ κηδὰρ βασιλίσσῃ τῆς αὐλῆς. ἣν ἐπάταξεν ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς βαβυλῶνος. καὶ τῇ δαμασκῷ, καὶ τῇ μωὰβ, καὶ ἐπὶ ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπὶ ἰούδαν. καὶ εἰς οἶκον ῥηχαβεὶμ, καὶ τῶν υἱῶν ἰωναδάβ· τοῖς τε ἰουδαίοις τοῖς κατοικοῦσιν ἐν γῇ αἰγύπτου. καὶ τοῖς καθημένοις ἐν μαγδάλῳ, καὶ ἐν ταφναῖς, καὶ ἐν γῇ παθουρῆς. πρός τε τὸν βαροὺχ, ὅτε ἔγραφε τοὺς λόγους τούτους ἐν τῷ βιβλίῳ ἀπὸ στόματος ἱερεμίου. περιέχει δὲ τὸ βιβλίον ἐπὶ τέλους, ὅτι οἱ ἰουδαῖοι ἐπιβουλεύσαντες τῷ προφήτῃ ἔρριψαν αὐτὸν εἰς λάκκον βορβόρου, καὶ ἀβδεμέλεχ αἰθίοψ ἀνήγαγεν αὐτόν. [ἐξ ἀνεπιγράφου] προφητεύει ἐν ἱερουσαλὴμ ὁ ἱερεμίας, οὐκ ἄσημος ὢν τὸ γένος, χελκίου γὰρ τοῦ ἱερέως ἦν υἱός. σκοπὸν δὲ τίθεται, τὴν δύο φυλῶν τὴν ἐπιστροφὴν, ἰούδα τε καὶ βενιαμὶν, αἷς καὶ ἀσεβούσαις ἐπιτιμᾷ. προτέτακται δὲ τῆς προφητείας χρησίμως ὁ χρόνος, ἐν ᾧ τε ἤρξατο, καὶ ἐν ᾧ τε κατέληξεν. ὡς ἂν πολυπραγμονοῦντες τὴν τότε τῶν ἰουδαίων κατάστασιν, τῆς θείας ἐπ' αὐτοὺς γνῶμεν ὀργῆς τὴν αἰτίαν: ἣν ἵνα κωλύσωσι, παρακαλεῖ πρὸς μετάνοιαν, τῇ τῶν ἐσομένων διατυπώσει προεκφοβῶν. τὰ αὐτά τε διαφόρως ἀνακυκλεῖ κατὰ παῦλον εἰρηκότα. τὰ αὐτὰ γράφειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀσφαλές. φοβεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ τῷ τῶν δέκα φυλῶν παραδείγματι. τὰ αὐτὰ λέγων ἀσεβοῦντας, δεινὸν παθεῖν παραπλήσια. λέγει δὲ καὶ τὸν πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας λιμόν. περὶ οὗ καὶ ἰωὴλ προεφήτευσεν. καὶ τὴν βαβυλῶνος ἐπάνοδον παραδεικνὺς, καὶ τὴν διὰ χριστοῦ σωτηρίαν, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν παροινησάντων πανωλεθρίαν προφητεύει: καὶ κατὰ βαβυλῶνος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, ἢ καὶ ἄλλως πολεμησάντων τὴν ἱερουσαλήμ. τέλος δὲ τοὺς ἰουδαίους ἀπαχθέντας εἰς βαβυλῶνα θρηνεῖ.

[Καὶ μεθ' ἕτερα] Ταῦτα διὰ τῆς παρούσης ἱστορεῖται γραφῆς, ἀρξαμένης μὲν ἀπὸ τοῦ τρισκαιδεκάτου ἔτους ἰωσίου, ληξάσης δὲ εἰς τὸ τῆς σεδεκίου βασιλείας ἑνδέκατον, μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης. ὡς εἶναι τῆς πάσης προφητείας τοὺς χρόνους, ἔτη δύο καὶ τεσσαράκοντα. ἐτῶν γὰρ ὀκτὼ βασιλεύσας ἰωσίας, εἰς πρῶτον παρέτεινε καὶ τριακοστὸν τὴν ἀρχήν. ἤρξατο δὲ τῆς προφητείας ἱερεμίας ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἀφ' οὗ τὰ λοιπὰ ἔτη σὺν αὐτῷ μὲν τῷ τρισκαιδεκάτῳ δέκα καὶ ἐννέα, χωρὶς δὲ τούτου δεκαοκτώ: μεθ' ὃν ἰωάχας τρεῖς ἐβασίλευσε μῆνας. μεθ' ὃν ἰωακεὶμ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ἕνδεκα: οὗ υἱὸς ἰωακεὶμ ὁ καὶ ἰεχονίας μῆνας τρεῖς. οὗ ληφθέντος βασιλεύει σεδεκίας ἔτη ἕνδεκα. ἃ δὴ πάντα συντείνει εἰς ἔτη δύο καὶ τεσσαράκοντα

verbum Domini ad eum, & multas Hierosolymorum iniquitates arguit, deque ipsis, & de siccitate vaticinatus est. Prædixit item de Elamitis gentibus: foreque vt Aegyptus à Rege Babylonio exscinderetur. Addidit & prophetiam in Babylonem, & sermonem, quem habuit iussu Domini, ad Saraiam Neriæ filium, ad Idumæam, ad filios Ammon, & ad Cedar Reginam aulæ, quam percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis: Alloquitur & Damascum, & Moab, & Ierusalem, & Iudam, & Rhechabitarum familiam, & filiorum Ionadab, & Iudæos, qui terram Aegypti, qui Magdalum, qui Taphnas, quique Pathures regionem incolebant. Baruch denique, cum ista ab ore Ieremiæ excepta in libro describeret. Narrat porrò sub finem quo pacto exceptum per insidias Prophetam in cænosum lacum proiecerint, vnde est per Abdemelech Aethiopem extractus. [Ex incerto.] *Ieremias* [a] *non ignobili genere natus, Chelciæ enim Sacerdotis erat filius in vrbe Hierusalem vaticinatur. Scopum autem sibi duarum tribuum Iudæ, & Benjamin conuersionem proponit: quas & redarguit impiè agentes. Præpositum verò est tempus vtiliter Prophetiæ, quo cæperit, quoque finierit: vt Iudæorum illius temporis statum curiosa indagatione perscrutantes diuinæ in illos indignationis causas agnoscamus, quam vt effugiant, futurorum accurata descriptione perterritans, ad pœnitentiam adhortatur: eademque multiplici ratione reuoluit, secundum Pauli dictum.* [b] *Eadem scribere mihi non est graue, vobis verò tutum.* [c] *Terret autem ipsos & decem Tribuum exemplo, eadem inquiens vobis impiè patrantibus, erunt similia sufferenda. Prædicit quoque* [d] *famem ante captiuitatem: de qua & Ioel fuerat vaticinatus, & ex* [e] *Babylone reditum commonstrans,* [f] *& per Christum salutem,* [g] *& vocationem ex gentibus,* [h] *& contra ipsum debacchantium internecionem exponit.* [i] *Contraque Babylonem & qui Hierusalem cum illis, vel alio bello impetierunt.* [k] *Tandem in Babylonem tractos Iudæos deplorat.*

[Et post cætera. [l]] *Hæc in præsenti pertractantur scriptura, quæ à tertiodecimo Iosiæ anno exordiens in vndecimum Sedeciæ desinit, vsque ad hanc captiuitatem, ita vt totius huius Prophetiæ tempora sint duo & quadraginta anni.* [m] *Rerum enim potitus Iosias octo annos natus, vnum ac triginta annos regnauit. Exorsus est autem Ieremias suum vaticinium decimotertio Regni ipsius, ex quo anni reliqui cum ipso tertio decimo, nouem & decem erant, sine ipso autem duo de viginti. Post quem Ioachas tribus mensibus imperauit: & illo mortuo frater eius Ioachim annis vndecim, cuius filius Ioachim, qui & Iechonias dicitur, tribus mensibus: quo capto, Sedecias annis vndecim regnum obtinuit, quæ summa est duorum & quadraginta*

a *Incertus.*

b Philip. 3. 1.

c Iere. 3. 6.

d Iere. 14. 1.

e Ier. 19. 10.

f Ier. 23. 6.

g Ier. 3. 16.

h Ier. 11. 22.

i Ier. 51. 1.

k Thren. 1. 1.

19

l *Incertus.*

m *Ieremias quanto tempore prophetauit.*

σαράκοντα. καὶ ταῦτα φησὶν, ἐν τῷ προγράμματι τριῶν μόνον μνησθεὶς βασιλέων, πρώτου, καὶ μέσου, καὶ τελευταίου. ἢ δι' αὐτῶν περιλαμβάνων τοὺς μέσους: ἢ ὅπερ ἀληθὲς, ὅτι τρεῖς μῆνας ἑκάτερος μόνους ἐν τῇ βασιλείᾳ διετέλεσαν, ὁ μὲν εἰς αἴγυπτον, ὁ δὲ εἰς ἀσσυρίους ἀπήχθη. πλὴν προφητεύει καὶ τοῖς ἐπὶ γοθολίου, ἀπαχθέντος ἤδη σεδεκίου, καὶ τοῖς εἰς αἴγυπτον καταγαγοῦσιν αὐτὸν, τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῖς μετανοοῦσιν ἐπαγγελλόμενος. ἀλλ' ἀόριστοι μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν οἱ χρόνοι, βασιλέως οὐκ ὄντος, ὅθεν τὸν χρόνον γνωρίσετεν. ἦσαν δὲ τότε ψευδοπροφῆται ἐν ἰούδα, καὶ βαβυλῶνι, οἷς ἀπατῶσιν ὁ λαὸς προσετίθετο, ψευδεῖς τοὺς τ' ἀληθῆ λέγοντας προφήτας ἡγούμενος. οὓς διήλεγχων ἐν ἱερουσαλὴμ μὲν ἱερεμίας, ἐν βαβυλῶνι δὲ ἰεζεκιήλ. ὁ γὰρ ἑκατέρωθι λαὸς τὴν ἀλλήλων ζηλοῦντες κακίαν, εἶχον προφήτας τοῖς τε παροῦσι, καὶ τοῖς ἀποῦσι προσφέροντας ἔλεγχον, πρὸς εὐσεβῆ τε καλοῦντας ὁδόν. οὔτε γὰρ τοὺς ἀποίκους συνέβαινεν ἀγνοεῖν τὰ ὑπὸ ἱερεμίου λεγόμενα, οὔτε μὴν τοὺς ἐν ἰουδαίᾳ τοὺς λόγους ἰεζεκιήλ: δι' ἐπιστολῶν γὰρ ἀλλήλοις ὡμίλουν.

[ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου.] ἐκ τῆς εἰς τὸν προφήτην ἱερεμίαν ἑρμηνείας. τὸν μὲν χρόνον, καθ' ὃν προεφήτευσεν ὁ μακάριος προφήτης ἱερεμίας, καὶ ἀπὸ ποίου βασιλέως ἤρξατο, καὶ εἰς ποῖον προφητεύων ἐτελεύτησε, σαφῶς ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ προφήτου ἐστὶ μαθεῖν: πᾶσαν δὲ τὴν προφητείαν κατὰ τῶν δύο ποιεῖται φυλῶν, ἤδη τῶν δέκα αἰχμαλώτων γενομένων ὑπὸ τοῦ ἀσσυρίου. ποικίλην δέ τινα τὴν προφητείαν ἐστὶν ἰδεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν παραδειγμάτων αὐτοὺς ἐλέγχει: ὡς ὅταν λέγῃ, ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρίῳ. τοῦτο δὲ ἀπό τινων παρ' αὐτοῦ τοῦ προφήτου γενομένων, ὡς ὅταν λαμβάνῃ τὸ περίζωμα, καὶ τὰ ἀκόλουθα ποιῇ. καὶ τὸν βῖκον, ὃν ἔκλασε κατὰ πρόσωπον τοῦ λαοῦ, μήνυμα τῆς ἀπωλείας τοῦ πλήθους: καὶ τοὺς κλοιοὺς, οὓς περιέθετο. πολλὴν δέ τινα δυσχέρειαν ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς αὐτοῦ ἔσχε, πάντων ἤδη εἰς ἀσέβειαν ἐκκλινάντων, καὶ ἱερέων αὐθιστεμένων. οἷος ἦν ὁ σοφονίας, καθ' οὗ καὶ φαίνεται λέγων: καί τινων τῶν ἐν τέλει ὄντων. καὶ πάλιν πρὸς τὸν πασχὼρ ἀποτεινόμενος. καὶ βασιλέων ἥκιστα δεχομένων τὴν παραίνεσιν. ποιεῖται δὲ τὸν ἔλεγχον οὐκ ἀπὸ τῶν πραγμάτων μόνον, τὰς ἀσεβείας λέγων σαφῶς. ἀλλὰ καὶ ἀπό τινων εὐπειθῶν ἀνδρῶν υἱῶν ἰωναδὰβ, υἱοῦ ῥηχάβ: ὧν κατὰ σύγκρισιν δείκνυσι παρανόμους τοὺς ἰουδαίους. διὰ τοῦτο καὶ τὰ χείριστα φαίνεται πεπονθώς, τοῦτο μὲν ὕποπτος ἐπὶ τῇ προδοσίας γινόμενος, τοῦτο δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ κατακλειόμενος, τοῦτο δὲ ἐν λάκκῳ βορβόρου βαλλόμενος. ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ὑπισχνεῖται αὐτῷ ὁ θεὸς παρέξειν τὴν ἰσχύν: προλέγων μὲν αὐτῷ τὰ δεινὰ, ἐπαμύνειν δὲ ἐπαγγελλόμενος. λέγει καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν, πρὸς ὠφέλειαν οὐ μόνον ἑβραίων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκείνων καθ' ὧν λέγει. ἵνα ὁρῶντες τὴν ἔκβασιν πείθοιντο,

A *draginta annorum, & hæc inquit, cùm in exordio trium tantùm Regum mentionem fecerit primi, medij, & postremi, siue per ipsos comprehendens & intermedios, vel quod verius est, quoniam cùm tres menses solos vterque ipsorum in Regno egisset; alter in Aegyptum, ad Assyrios, alter captiuus ductus est. Amplius & his qui sub Gotholia vixerunt vaticinatur, abducto iam Sedecia, & iis qui eum in Aegyptum abduxerant, Dei misericordiam pœnitentibus illis pro-*
B *mittens. Sed post captiuitatem cùm Reges defecissent, ex quibus tempora distingui possint, incerta temporum ratio. Erant autem tunc in Iudæa, & Babylone Pseudoprophetæ, quibus fallentibus populus assentiebatur, falsorum Prophetarum loco habens, qui vera diceret: quos in vrbe Hierusalem quidem Ieremias, Babylone Ezechiel coarguebat. Nam etsi populus, qui vtrobique erat, alter cum altero malitia certabat; non deerãt tamẽ Prophetæ, qui & præsentes, & qui longè aberant reprehẽde-*
C *rent, & ad pietatem adhortarẽtur. Neque enim ab exulibus quæ à Ieremia* [a] *dicebantur ignorari poterant, nec ab iis, qui Iudæam incolebant Ezechielis sermones. Epistolas quippe inter se mittitabant.* — a Ieremias & Ezechiel Epistolas sibi inuicem mittebant.

Ioannis Chrysostomi. [b] *Ex interpretatione in Ieremiam Prophetam, tempus quo Beatus Ieremias Propheta vaticinatus est, à quo Rege sumpserit exordium, & in quo finem habuerit eius Prophetia, clarè ex ipsius Prophetæ proœmio discere est. Totam verò Prophetiam aduersus duas tribus exponit, cùm decem iam ab Assyriis in ca-* — 20 — b Ioa Chrysostomus.
D *ptiuitatem essent abductæ.* [c] *Variam porrò quandam Prophetiam animaduertere licet: quandoquidem nunc exemplis vtens ipsos redarguit, vt cùm ait.* [d] *Vide vias tuas in sepulchro multitudinis: nunc quibusdam ipsius Prophetæ factis,* [e] *vt cùm subligaculum accipit, & alia quæ sequuntur agit:* [f] *& lagenam quam coram populo confregit, multitudinis excidij indicium: &* [g] *catenas quibus se circumdedit. Multarum sanè calamitatum plena fuerunt ipsius tempora: cùm iam omnes in* — c Ieremiæ prophetizādi ratio varia. — d Iere. 2. 23. — e Iere. 13. 2. — f Ier. 19. 10. — g Ier. 28. 13.
E *impietatem prolapsi essent, & Sacerdotes insurgerent, qualis erat Sophonias,* [h] *contra quem etiam videntur sermones dirigi; & contra quosdam qui magistratum gerebant: & rursum* [i] *ad Paschor sermo dirigitur; & Reges quoque reprehendit, qui adhortationes respuebant, & non solùm factis ipsorum apertè in medium prolatis, quæ impiè agerentur redarguit: sed & propositis viris* [k] *quibusdam sibi morigeris filiis Ionadab filij Rechab, quorum comparatione legum contemptũ,* — h Iere. 21. 4. — i Iere. 20. 3. — k Iere. 35. 6.
F *qui in Iudæis inerat declarauit.* [l] *Quamobrem & eum grauissima passum constat; tum in suspicionem proditionis vocatus, tum carcere clausus, tum etiam in* [m] *foueã luto plenam proiectus. Hac de causa* [n] *Deus statim à principio robur* [o] *illi se præbiturum promittit: prædicens quidem ipsi mala, verum auxilium spondens.* [p] *Arguit & gentes, vt non prosit Hebræis modò, sed & illis ipsis, quos perstringit: vt euentum videntes crederent,* — 21 — l Ieremias grauissima passus. — m Ier. 37. 14. — n Ier. 38. 6. — o Ier. 1. 18. — p Ieremias vaticinatus est & gentibus.

φαίνεται, ὁ δεσπότης ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεός. προφητεύει δὲ καὶ τὴν ἀνάκλησιν τοῦ λαοῦ, καὶ ἀριθμὸν ἐτῶν τῆς αἰχμαλωσίας τίθησι. τέλος δὲ καὶ θρήνους ποιεῖται: καὶ παραίνεσιν δι' ἐπιστολῆς τίθησι πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ τυγχάνοντας: ἐν ᾗ ἐλέγχει καὶ τῶν εἰδώλων τὸ μάταιον, καὶ δεσπότην τῶν ἁπάντων δεικνύει τὸν θεόν.

[Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ ἱερεμίαν.]

Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου.] τὸ μὲν ὄνομα ἱερεμίας, ὡς καὶ ἡ βίβλος φησί. τὴν δὲ φυλὴν λευίτης. τὴν δὲ πατρίδα ἀναθωθίτης. τὴν δὲ χώραν ἐν βενιαμεὶμ κατῴκει. ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ γένους.

[Ὀλυμπιοδώρου διακόνου.] ἀπὸ πέντε μιλίων ἱερουσαλὴμ ἀναθώθ.

[Ἐκ τῶν ἱερέων.]

[Χρυσοστόμου.] τοῦ δικαίου, καὶ θαυμαστοῦ. ἐπεὶ καὶ ἄλλοι τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἔλαβον, ἐπὶ δικαίων τὰς προφητείας ἐποιοῦντο.

[Τοῦ αὐτοῦ]ὅρα. καὶ προειδὼς ὁ Θεὸς μηδὲν ὠφελουμένους αὐτοὺς, τοὺς προφήτας ἔπεμπεν. οὐ μικρὸν γὰρ ἐκ τούτου καρπούμεθα. ἵνα γὰρ μὴ λέγοι τις, καὶ τί τὸ ὄφελος; ὥσπερ καὶ ἰατρῷ προειδότι τὸν θάνατον καὶ ἀνθρώπου, μέμφοιτό τις παραμένοντι μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς. οὐ γὰρ ἐνέλιπε πάντα παραινῶν καὶ συμβουλεύων. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ δικαίου καὶ εὐσεβοῦς ταῦτα ἔπαθον; ὅτι τῆς ἁμαρτίας ἐπίπονον δίκην τῆς μανασσῆ πεπραγμένων ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν.

[Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ.]

Χρυσοστόμου.] τοῦτό ἐστι προγραφὴ τοῦ βιβλίου. μηνύει δὲ, τίνος παῖς, ὅτι χελκίου. καὶ ποίας ἀξίας, ὅτι ἱερεύς. καὶ ποῦ κατοικῶν, ὅτι ἐν ἀναθώθ. καὶ ποίας φυλῆς, ὅτι ἐκ τοῦ βενιαμίν.

[Τοῦ αὐτοῦ] ῥῆσις δὲ, καὶ λόγος, καὶ ὅρασις, καὶ λῆμμα ταυτόν ἐστι. ῥῆμα δὲ ἐγένετο οὐ διὰ φωνῆς. ἀλλ' ὅτι σαφέστερον λέγουσα ὅρασις, ὡς ὁράματος γεγονότος.

[Τοῦ αὐτοῦ] τί βούλεται τὸ ῥῆμα τοῦτο; τί κατασκευάζει; ὁ δῆμος φονῶν ἦν. ἠσαΐας πρισθεὶς ἦν. ἐλαθεὶς ἀμώς. ζαχαρίας καταχωσθείς. ἐγγυμναζόμενοι τοῖς αἵμασι τοῖς προφητικοῖς, καθάπερ κύνες αἱμάτων γευόμενοι. λοιπὸν τῆς τοιαύτης ἐδίψων τροφῆς. εἰς θυμοὺς ἑαυτοὺς μεταβάλλοντες, οὔπω οὐκ ἀπέστησαν. ἔδει πολλοῦ τῷ προφήτῃ καὶ μεγάλου φρονήματος εἰς τοιοῦτον ἐμπηδῶντι δῆμον.

[Ὡς ἐγενήθη λόγος Θεοῦ.]

[Τοῦ αὐτοῦ] καὶ τοῦτο τῆς προγραφῆς. μηνύει δὲ καὶ ἐπὶ ποίου βασιλέως ἤρξατο τῆς προφητείας, καὶ κατὰ ποῖον καιρόν. ἐπειδὴ γὰρ δίκαιος ἦν ἰωσίας, καὶ ὀρθὴν εἶχε τὴν γνώμην περὶ τὴν εὐσέβειαν, οὐκ ἠδύνατο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ γνῶναι τὸ καλὸν πάντων εἰς ἀσέβειαν ἐκκλινόντων τῶν αὐτοῦ προγόνων: καὶ μάλιστα κομιδῇ νέος παραλαβὼν τὴν βασιλείαν: ἀπὸ τρισκαιδεκάτου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς προφητεύειν τὸν ἱερεμίαν: ἵνα ἐκ τῶν ἐλέγχων τοῦ προφήτου τὴν περὶ τὸ καλὸν σπουδὴν δείξῃ ἑαυτοῦ ὁ βασιλεύς. οὐ διεληλυθότων γοῦν πέντε ἐνιαυτῶν πρῶτον τοῦ ναοῦ σπουδὴν ἔσχεν.

A *Dominum cunctorum esse Deum.* [a] *Præterea populi reuocationem vaticinantur, annorumque captiuitatis numerum statuit. Tandem Threnos* [b] *etiam componit, adhortationemque per* [c] *Epistolam ad eos qui in exilio erant, adnectit: in qua & Idolorum vanitatem accusat. Dominumque omnium Deum esse demonstrat.* — a Ier. 25. 11. b Thren. 1. 1. c Baruch. 1. 1.

[*Verbum Dei quod factum est ad Ieremiam.*]

22 Ioannis Chrysostomi.[d]] *Nomine quidem Ieremias, vt & liber habet: Tribu Leuita, patria* B *Anathothita, Beniamin incola, Sacerdotali genere.* — d Io. Chrysostomus.

Olympiodori Diaconi.[e]] *Quinque millibus passuum distat ab vrbe Hierusalem Anathoth.* [f] — e Olympiodorus. f Anathoth vicus quantum distaret à Ierusalem.

[*De Sacerdotibus.*]

Chrysostomi. [g]] *Iusto, & admirabili. Quandoquidem, & alij inde ortum duxère, inter iustos prophetabant.* — g Chrysostomus.

C Eiusdem. [h]] *Obserua, etiam præuidens Deus nihil profuturos, Prophetas* [i] *ipsos mittebat: fructũ enim non vulgarem ex hoc percipimus. Ne quis enim dicat, & quæ in hoc vtilitas? Vt si quis medicum mortem hominis præscientem incuset, quòd vsque ad extremum vitæ spiritum illi astiterit, nempe nihil omisit exhortans, & consilium dans. At quanã gratia sub iusto, & pio Rege hæc patiebantur? pœnas scilicet dabant commissorum à Manasse per quadraginta annos.* — h Chrysostomus. i Prophetas mittebat vtiliter Iudæis Deus, tametsi nosset per illos Iudæos minimè cõuertendos.

[*Verbum Dei.*]

23 D Chrysostomi.[k]] *Hæc est libri præscriptio, declarat verò cuius sit filius, nempe Chelciæ: & cuius dignitatis, nempe Sacerdotis, & vbi habitaret, nẽpe in Anathoth: & cuius tribus, nẽpe Beniamin.* — k Chrysostomus.

Eiusdem.[l]] *Dictio verò, & sermo, & visio, & apprehensio idem sunt.* [m] *Porrò verbum hoc non est voce prolatum, sed visio fuit apertius dicens, vt pote per visum.* — l Chrysostomus. m Dictio, visio, sermo, & comprehensio idem sunt.

Eiusdem. [n]] *Quid sibi vult dictio hæc? Quid parat? populus ad cædes erat propensus,* E *Isaias* [o] *sectus: Amos eiectus: Zacharias humo defossus: in prophetico sanguine se exercebant, vt canes degustantes sanguinem, talem ergo cibum sitiebant, & in iram se transformantes, nondum cessauerant. In talem populum insilienti Prophetæ multo sanè & vehementi spiritu opus erat.* — n Chrysost. o Ieremiæ quanto opus fuerit spiritu.

[*Sicut factum est verbum Dei.*]

24 Eiusdem. [p]] *Hoc item præscriptionis est. Significat sub quo Rege,* [q] *exorsus Prophetiã, & quo* F *tempore. Nam cùm Iosias iustus esset, & in his, quæ ad pietatem pertinent, rectam mentem gereret, neque posset ex seipso bonum nosse, quandoquidem maiores ipsius cuncti in impietatem declinauerant, & ipse præcipuè per quam iuuenis sceptra Regni susceperat: vt decimo tertio anno Regni eius Ieremias vaticinaretur factum est diuino cõsilio; vt per Prophetæ reprehensiones suum circa res honestas studiũ Rex ipse ostenderet. Quinq; igitur annis nondũ elapsis templi eximiam curam gessit.* — p Chrysost. q Cur Iosiæ Regis iusti & sancti tempore Deus Ieremiam ad prophetizandum delegarit.

[*Et factũ est in diebus Ioachim filij Iosiæ Regis.*] 25

Τοῦ αὐτοῦ] καὶ τοῦτο τῆς προγραφῆς. μηνύει δὲ τοὺς βασιλεῖς, ἐν οἷς προεφήτευσε. τὸ δέ, ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἰωακεὶμ υἱοῦ ἰωσίου· μηνύει, ὅτι ἐδείχθη μὲν προφήτης, καὶ πνευματικῆς ἠξιώθη χάριτος ἐπὶ τοῦ ἰωσίου. τοὺς δὲ πάντας τούτους λόγους ἀπὸ ἰωακεὶμ ἀρξάμενος ἐποιήσατο. τότε γὰρ μάλιστα ἐδέοντο παραινέσεως. εἰ γὰρ τὸν χρόνον μόνον, καθ' ὃν ἤρξατο προφητεύειν, σημᾶναι ἐβούλετο, ἤρκει τοῦ ἰωσίου ἡ μνήμη. εἰ δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς εἰπεῖν ἠθέλησεν, ἐφ' ὧν προεφήτευσεν, ἔδει καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας θεῖναι. ὥστε δῆλον ὡς τοῦτο μηνύει, ὡς ἤρξατο μὲν ἐπὶ ἰωσίου: οὐ πολλῶν δὲ λόγων, οὐ δὲ σφοδρῶν ἐδεήθη τὸ τηνικαῦτα, τοῦ τε κρατοῦντος ὄντος εὐσεβοῦς, καὶ τοῦ πλήθους ἑπομένου τῷ βασιλεῖ.

A

Eiusdem.[a]] *Præscriptionis & hoc. Reges verò quorum sub Imperio Prophetiam edidit, indicat, illud autem. [Et factum est in diebus Ioachim filij Iosiæ,] Ostendit eum sub Iosia Prophetam extitisse, & Spiritus sancti gratiæ compotem effectũ fuisse. Hos porrò sermones omnes ab Ioachim*[b] *initio ducto habuit; tũc enim potissimùm cohortationis indigebant. Nam si tẽpus tantũ, quo prophetare cœpit significare voluisset, satis erat Iosiæ meminisse: quòd si & reliquos cõmemorare decreuisset, sub quibus prophetauit, sanè & qui præteriti sunt erant inserendi. Quocirca constat, id hoc loco significari, cœpisse ipsum quidẽ sub Iosia, nõ multis autẽ, neque vehementibus sermonibus tunc opus fuisse, cùm & qui regnabat pius esset, & multitudo Regem sequeretur.*

B

a Chrysostomus.

b *Ioachim tẽpore cur dictum, Ieremiã suos cœpisse sermones.*

Vers. 4.] Et factum est verbum Domini ad me dicens.

Vers. 5.] Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te.

Paraphrasis Expositionis Literæ.

a Vers. 4. *Et factũ est verbum Domini ad me dicens.*

*V*T[a] *autem exploratum omnibus sit, qua ratione ea, quæ in hoc libro continentur, verba & Prophetiæ prolata à me sint, literisque mandata, quæue iis sit adhibenda fides: sciant vniuersi, me adhuc iuniorem à Deo in Prophetam assumptum. Sic enim, cùm tenellus essem, me affatus ille est.*

b Vers. 5. *Priusquam te formarem in vtero noui te*

Qui[b] *ab æterno sum, in mea illa æternitate præsentem te habui, sicque te approbationis cognoui notitiâ, vt ex tunc & ad prophetandi te elegerim munus. Instar figuli è luto attenta consideratione fingentis vas iis instructum, quæ ad illius vsum sint necessaria, & ipse te è vili parentum tuorum semine formaui, neque verò fas est ambigas, defuisse me tibi in aliquo, quod istud Prophetæ, ad quod te destinaui munus exquirat. Amor me impulit vt tanta sedulitate te meis ipsis effingerem manibus, amor pariter in me tuus ad destinatum istud te deducat officium. Neque*[c] *repugnes licet, sicut nec vasi repugnare licet fictori. Duo erant, quibus potissimùm ad munus istud exactè, sanctéque explendum indigebas, emundatio à peccatis, & robur aduersus impetus contra te insurgentes. Vtroque te vnius gratiæ meæ collatione decoraui, quando te in matris tuæ vtero singulari sanctificaui priuilegio. Tunc,*[d] *tunc, & quando te æternitate cognoui, & quãdo te formaui in vtero, & quando te in eodem matris ventre sanctificaui destinaui te Prophetam, vt & Iudæis prophetares gentium more viuentibus, adeoque & gentium nomen merentibus: Et Aquilonaribus gentibus victoriam prædiceres contra Iudæos ipsos mihi obsistentes: Simulq; aduersus Aquilonares easdem innumerasque alias gentes vaticinareris.*

c *Et antequã exires de vulua sanctificaui te.*

d *Et Prophetam in gentibus dedi te.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

C

1 EXPLETO iam libri titulo, in his initium libri eiusdem cum titulo ipso adnectitur per particulam, &, quæ Hebraica phrasi in librorum principiis plerumque vsurpari solet pro autem, ac si dicatur, factum est autem verbum Domini, vbi & (*Verbi Domini*) vocabulum pro verbo, & reuelatione Domini speciali accipitur, cùm alioqui in titulo, quando in vers. 2. dictum est. [*Quod factum est verbum Domini ad eum,*] generaliter pro omni verbo, omnibus visionibus, & reuelationibus à Deo exhibitis, quæ in hoc libro scribuntur, sumendum esse sit exploratum.

D

Optima autem post titulum vsquequaque perfectum, vtitur tam insignis libri exordio: fidem potissimùm sibi, & auctoritatem dicendis in illo concilians, suam describens ad tam eximium excelsumque prophetandi genus electionem; quam certe rationem ad id, quod intendebat reperit efficacissimam, vt pote & ab Isaia Prophetarum[a] omnium præstantissimo ad idipsum vsurpatam tunc potissimùm, cùm maiorem iis vellet adhiberi fidem, quæ vt supra hominum captum sibi ostensa retulit, in visione gloriæ Dei, atque in auditu simul ac conspectu Seraphim. Nec non & iis, quæ postmodùm ex Dei Imperio prænunciaturus erat, ac prædicaturus. Et multò[b] prius à primo Iudaicæ gentis summo Pontifice Aaron referente vniuersis iis, qui in Ægypto erant senioribus Israël omnia, quæ à Deo dicta fuerant Moysi, quando illum in Ducẽ selegit, ac destinauit populi sui: atque ob id ipsum signa cõram eodem populo faciente, vt habemus in libro Exodi. Quin & Paulus haud aliam reperiens vehementiorem, qua apud titubantes in edocta ab ipso fide Galatas, diminutam suam fulciret auctoritatem, traditamque muniret doctrinam ait[c], *Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi,* &c.

E

F

In exordio istius libri Ieremias fidem, & auctoritatem sibi, dicendisque cõciliat.

a Isai. 6. 6.

b Exo. 4. 29.

c Gal. 1. 11.

2 [*Priusquam te formarem*, &c.] En verbum primum quod Propheta asserit sibi factum à Deo fuisse: incertum est autem quomodo id ei fecerit Deus, per loquutionem vel externam, qua sæpius illum vti solitum alloquentem Sanctos Patriarchas

Ieremiæ quomodo locutus sit Deus, quãdo illi primò apparuit.

chas atque Prophetas non ignorantes, vel internam, de qua Regius Vates [a] *Audiam, inquit, quid loquatur in me Dominus Deus.* Quamuis autem non ambigam internis ferè semper verbis Deum alloqui solitum Prophetas Sanctos, quando per semet præsertim illos alloquebatur, siue in perfecta vigilia, siue in extasi, siue in somniis: internis nimirum inspirationibus, iuxta illud Gregorij Papæ lib. 28. Moralium cap. 2. qui ait, *Cùm per semetipsum loquitur Deus, sola nobis vis internæ inspirationis aperitur, & de verbo eius sine verbis, & syllabis cor docetur, quia virtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur.* Crediderim nihilominus: istam quam præ manibus habemus, Dei ad Ieremiam alloquutionem, verbo factam externo, assumpto nimirum corpore ex aëre, vocéque corporea eodem in aëre formata, quomodo alloquutum & Sanctum Moysem colligunt aliqui ex eo quòd Exod. 33. 11. scriptum est, *loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.* & Numer. 12. 7. Deus ipse in hac loquendi ratione priuilegium Moysis à cæteris Prophetis expressisse visus est, dicens. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: os enim ad os loquar ei.* Quòd autem hoc ipso loquendi modo Ieremiæ hic factum à Deo dicatur verbum, exinde mihi persuadeo, quòd mox in versu 9. in isto ipso sermone subiicitur. *Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum.* Manus siquidem extensa assumptum ex aëre comprobat corpus. Quamquam idipsum est, si iuxta communiorem sententiam dixerimus, hæc ipsa facta à Deo per Angelos aëreum corpus assumentes. Qua de re commodiùs aliàs agemus.

a Psal. 84. 9. *Deus vt plurimum loquitur internis inspirationibus.*

Gregor. PP.

Deus Ieremiæ nonnullisque aliis sanctorū locutus corporea voce emissa ex corpore aëreo ab illo assumpto.

Deus locutus Ieremiæ per Angelū aëreum corpus assumentem.

3 Porrò cùm verbum istud ob sui sublimitatem difficillimum sit, ita vt ipsius germano eruendo intellectu ne dum inter recentiores expositores, atque etiam inter vetustissimos Sanctorum Patrum ingens fuerit semper dissensio, sed & quibusdam haud rectè sentientibus per illud errandi exhibita videatur occasio. Vt recto procedam ordine istorum primùm proponam, diluamque errores.

Tripliciter autem aduersus fidem Catholicam erratum in eius est expositione. Enim verò Moyses Ægyptius maximæ apud Hebræos auctoritatis Sacrarum literarum interpres, aliique nonnulli eius sectatores. Primum ex præsenti sententia istum confirmarunt errorem, quo asserebant, Prophetiæ munus iis tantummodò deferri, quos ad eam rem aptos natura genuerit. Quod ad certam naturalium humorum, & facultatum in humanis corporibus mixtionem, & constitutionem retulêre, itaut nihil in eo miraculi esse putarint. Confirmantque hunc suum errorem aliis pariter Sacræ scripturæ sententiis, non minus certè quàm ista ab ipsis prauè intellectis, nec non & auctoritate Aristotelis in libro de Diuinatione. At valeat Aristoteles, cæterique Philosophorum in iis, quæ diuinæ sunt potestatis, ac voluntatis. Vel vno error iste pessimus explodatur exemplo Prophetæ Amos, quem ex ipsa eius confessione vilem nouimus pastorem, ineptissimumque rusticum ad tam illustre munus.

Primus error. Moyses Ægypt. *Errores tres in istius versus quinti explicatione. Ad Prophetandi munus non est necessaria naturæ aptitudo. Sed electio ad illud est verè ex Dei voluntate.*

4 Errarunt secundò alij, qui ob id, quod à Deo dictum Ieremiæ est, (*Priusquam te formarem in vtero noui te,*) non erubuerunt asserere, Ieremiam fuisse antequam in vtero conciperetur; quam sententiam, vt hæresim cauendam monet hoc loco Hieronymus. Tributur error iste Origeni, qui dixit, hominum animas vniuersas ab initio creatas, & iuxta varia earum opera diuersos sortiri status in hoc mundo, cùm corpori vniuntur, qua de re vide eumdem Hieronymum epistola 59.

Secundus error. *Ieremiā fuisse antequam conciperetur in vtero falsò asseruêre aliqui.*

Origen. Error.

Tertiò demum errarunt alij cum Victorino Martyre, arbitrantes Ieremiam neutiquam adhuc esse mortuum, sed in fine mundi cum Elia venturum ad prædicandum gentibus, atque ab Antichristo tunc temporis vtrumque interimendum, ob ea quæ hîc dicuntur, (*Et Prophetam in gentibus dedi te,*) in istum attracti errorem, quia Ieremias, inquiunt, gentibus hucusque non prædicauit, cùm in Iudæa dumtaxat, seu Iudæis eum prophetasse nouerimus. Vide quæ hac de re diximus supra in Præfatione cap. 1. 5

Victorinus Mart. in cap. 11. Apoc. *Ieremiā adhuc non esse mortuum, cū Victorino Mart. falsò asseritur.*

Præter hos qui peruulgati sunt errores, is pariter hoc loco notandus mihi videtur, quem legisse me recolo in relatione fidei, & religionis Æthiopum, quam Damianus à Goës latinitati & & typis consignauit. Infantes Christianorum, qui moriantur sine Baptismo, apud Æthiopes censeri saluos, vocarique semichristianos, dicentibus iis, Christianos esse electos in vtero matrum suarum, vt Sanctus Ieremias Propheta, & Sanctus Ioannes Baptista fuerunt, Paulumque: propterea que dicere inquiunt.[a] *Vir infidelis sanctificatus est per mulierem fidelem, & mulier infidelis sanctificata est per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt,* adeoque multò sanctiores dicunt esse debere illos, qui ex patre & matre fidelibus nascuntur. Quem errorem & sectarij nostri sæculi hæretici Caluinus, Petrusque Martyr, & ante eos Vviclef, & Zuinglius asseruêre præallato in primis Apostoli loco eum confirmantes. Cùm tamen contrarium fides orthodoxa doceat ex illo Ioannis 3. 4. *Nisi*[b] *quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Vnde Concil. Tridentinum sess. 7. can. 2. sic definiuit. *Si quis dixerit, Baptismum non esse necessarium ad salutem anathema sit.* Quòd verò Apostolus 1. Cor. 7. 14. ait filios parentum, quorum alter sit infidelis, dici sanctos.[c] Id intelligendum sic dictum, quia consecrantur Deo ab altero coniuge fideli, & per Baptismum fiunt Christiani & in Dei timore educantur. Vt ex Tertulliano libro de Monogamia, interpretatur Hieronymus lib. 11. contra Iouinianum, & epistola 153. & Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, & remiss. cap. 26. & lib. 3. cap. 12. Vide eiusdem loci Apostoli duas alias exponendi rationes apud Cardinalem Bellarminum tomo 2. Controuersiarum suarum lib. 1. cap. 4. Vbi agens de necessitate & institutione Baptismi sententias, & rationes affert hæreticorum, firmataque catholica veritate, illas & confutat, & diluit peregregiè.

6 *Æthiopum Christianorū error, circa paruulos Christianorū morientes sine Baptismo. Semichristiani qui dicantur.*

a 1. Cor. 7. 14.

De Baptismi necessitate. b Ioan. 3. 4.

c 1. Cor. 7. 14.

Tertullian. Hieronym. Augustinus. Bellarmin.

Erroribus his descriptis deueniamus iam ad catholicorum totius sententiæ istius sensus, A prima eius parte (*Priusquam te formarem in vtero noui te,*) Exordientes, 7

Constans quidem apud interpretes vniuersos sententiæ est fieri hoc loco sermonem de ea Dei cognitione, quam Theologi appellant approbationis, de qua dicitur, [d] *Nouit Dominus qui sunt eius*, & [e] *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ:* Cùm reprobis è vestigio in die iudicij dicendum sit à Domino, [f] *Numquam noui vos.* Dissensio tamen in eo reperitur, An de generali Ieremiæ electione, quam istiusmodi Dei notitia significat, intelligenda hæc sint, At si dicatur,

Cognitus quomodo à Deo fuerit Ieremias ab æterno.

d 2. Timot. 2. 19.
e Amos 3. 2.
f Matt 7. 22.

tur, Elegi te, vt esses de meorum numero, quod summæ est gratiæ; An verò de hac quidem, sed quæ speciali insuper aliqua alia illustrior sit electione: Et quidem ipse indubitanter crediderim, hoc secundo modo ista sumenda, vt significetur, Deum ab æterno cognouisse Ieremiã notitia approbationis, qua, nedum eum sicut quosque probauit electos, sed probauit insuper sibi deligendum, vt aptum, bonumque prophetici muneris ministrum. Quicquid enim in hoc primo capite dicitur, quod proœmium est totius huius voluminis, huc spectat, vt vniuersis fiat conspicuum, qua ratione prophetandi munus istud ipse assequutus sit Ieremias.

8 Magnã autem vim habet & ipsa hæc loquendi forma, (*Priusquam te formarem in vtero, noui te,*) vt hæc magis confirmetur electio prophetæ, quam certè non haberet simplicior alia loquutio, (*Priusquam conciperéris in vtero noui te.*)

Figulo se cõparat Dominus in Ieremiæ prædestinatione ad munus prophetandi. a Ierem. 18. 2. Paraphrasis. Allusio.

Enimuerò cùm formationis Dominus meminerit, visus est tacitè quem alloquebatur Ieremiam, ad figuli deducere domum, prout apertè factum legemus infra [a] in cap. 18. talibusque illum affatum; figulus cùm vas format è luto, antequam illud efformet, in sua habet prima intentione, ad quodnam id destinatum sit ministerium. Nec ambigendi vllus superest locus, quòd qui ex inepto ad quidquam operis, vilique luto fingere vas tale potuit, & id omne eidem valuerit exhibere, quod ei operæpretium sit ad id cui iam destinatum est. Figulum me pariter in tui reputa formatione, delegi te ab æterno ad insigne prophetandi munus, multóque perfectius, quam figulus quisque in æternitate illa mihi præsentem vt talem te noui: atque adeò cùm te instar etiam figuli in matris tuæ formaui vtero, vas certè electionis huius te finxi. Quare pro certo habeas, quòd qui tale te formare valui, nil tibi deesse fecerim, quod ad istud tibi necesse sit munus. Amor sanè is fuit, quo impulsus ad id sum, vt tanto studio meis ipsis te effingerem manibus, amori item in te meo nil defuisse scias, quò te in idoneum efformarim ministrum meum.

9 Præoccupat insuper Dominus modicis his verbis. (*Priusquàm te formarem*, &c.) eadem ad figuli opus allusione, quam Ieremias allaturus erat excusationem pueritiæ, & ineloquentiæ, tametsi id quod subobscurè hîc facit, manifestis postmodum facturus sit verbis, cùm dicet, *Noli dicere*, &c. *quia ad omnia, quæ mittam te ibis, & vniuersa &c.* Vt quod hîc dicitur ei sit simile, quod

b Isai. 45. 9. habetur Isai. 45. [b] *Væ qui contradicit factori* (seu fictori) *suo, testa de Samiis terræ*, id est. Miserum iure quis eum dicet, qui suo resistit fictori, & formatori, sicut væ profectò & illi augurantur testæ, quæ est de numero vasorum testaceorum insignium, qualia sunt, quæ de luto fiunt insulæ Samij. *Numquid dicet lutum figulo suo, Quid facis? & opus tuum absque manibus est*, id est, Opus tuum quale me finxisti, ineptum est, non habet manus, deseruire non potest, non habet ansas.

Figuli, ac vasis allusionem exprimit clarius Hæbraicum, quod hoc loco est verbũ יצר *iatzar* quod est proprium operationis, & formationis luti, quæ fit à figulo, vnde & ab ipso deriuatur & nomen pariter Hæbraicum יוצר *iotzer*, quod eundem propriè designat figulum, vt ex præcitato patet Isaiæ loco, & aliis Sacræ scripturæ sententiis.

10 *Fingẽdi verbũ significat & cogitare, Hebraico idiomate.*

Et nota, quod aptè hoc verbum יצר *iatzar* significet quoque & cogitare: vt intelligas, à figulo non fingi vas casu, sed cum cogitatione accurata, tum ministerij, ad quod id deseruiturum est, tum eorum, quæ illi ad tale necessaria sunt ministerium: ex quo intelligere potes, quantam hæc habeant vim, (*Priusquam te formarem in vtero, noui te,*) in sensu iam explicato. Proprietatem Hæbraici verbi seruauit Tertullianus in libro de Anima cap. 26. sic ita legens, (*Priusquam te in vtero fingerem noui te.*) Chaldæus legens, (*Antequam te crearem præparaui te.*) Tametsi verbo præparandi nostro faueat intellectui, de speciali approbationis notitia, & electione ad prophetandi munus: Verbo tamen creandi videtur intellexisse, Deum loquutum de tali electione, vt præcessit potissimùm animæ infusionem, cùm creatio propriè sumpta haud de corpore dicatur, quod à Deo formatur ex materia, sed de anima, quam idem è nihilo creatam ipsi infundit corpori.

Tertull. Chald. Par.

Tertullianus in loco supracitato totum compositum Deum intelligere voluisse censet, *Sic enim ait. Sic & ad Ieremiam legis Dei vocem,* (*Priusquàm te in vtero fingerem, noui te.*) *Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordijs forma; Et* [a] *finxit Deus hominem, & flauit in eum flatum vitæ: nec nosset autem hominem Deus in vtero, nisi totum.* Mihi magis ad rem facere videtur intellectus de prima formatione corporis, quam ipsum formandi, seu fingendi indicat verbum; sicque & efficacior est Dei loquutio ad Prophetam, vt locus iste sit aliquatenus similis illi, quo in Psalmo 138. Regius Vates eximiam Dei extollens notitiam vel in ipso matris suæ vtero, ait, [b] *Imperfectum meum*, Græcè, τὸ ἀκατέργαστόν μου *acatergaston mou. Inoperatum meum* Hæbr. גלמי *galmi, inuolucrum*, seu *Embryonem meum*. Hieronymus, *Informem adhuc me, viderunt oculi tui.* Id est perspicacissima notitia tua me adhuc informem in Embryone existentem in vtero matris meæ vidisti, *Et in libro tuo*, huius notitiæ, omnes homines scribentur, *dies formabuntur, & nemo in eis*, ac si dicat: Nemo sanè in eis hominibus est, quem perfectè non noueris, cùm essent adhuc informes, agnoscens nedum singula membra, sed & singula hominum eorum, quæ obituri sunt munera, tametsi, multis ij formandi sint diebus, quibus in vtero formari Embryo solet. 11

Deus cognouisse se dicit Ieremiã ante illius corporis formationem. a Genes. 2. 7.

Notitia Dei tam eximia, vt hominem quemque cognoscat vel cùm imperfectus embryo is est in matris vtero. b Ps. 138. 16. Hieron.

Pro lectionum varietate quoad primam istam partem Nota, in textu Græco Sept. triplicem reperiri diuersitatem. Ferè enim communiter legitur πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ *pro tou me plase se en kilia*, id est, *Antequam te formarem in vtero.* Sic Codex Vaticanus, Complutensis, & Regia. Codex tamen Aldinus pro, με πλάσαι *me plase formarem te*, habet μεταπλάσαι σε *metaplase se, transformarem*, seu *reformarem te.* Tertiò Procopius in cap. 45. Isai. pag. 508. pro ἐν κοιλίᾳ *en kilia in vtero* legit ἐκ κοιλίας *ek kilias ex vtero.* 12

Procopius.

Petrus Chrysologus sermone 143. *Priusquam esses in vtero.* Petr. Chrysolog.

[*Et antequam exires de vulua sanctificaui te.*] Locus iste est maximè omnium, qui in hoc libro continentur controuersus, atque adeò vt difficillimus à Sacris Doctoribus pertractatus, sententiis ne dum recentiorum; sed & Sanctorum, veterumque Patrum maximè inter se dissentientibus. Reiectis nihilominus pro nunc in Appendicem expositionum iis, quæ circa eum ab antiquis Patribus dicta reperiuntur, breuiter ab illo nos expedire nitamur. 13

Sanctificare duplicẽ habet significationem.

Porrò tota loci difficultas pendet ex difficili intellectu significatus verbi, *Sanctificaui*, quod duplicem

duplicem in sacris literis habet significationem, vel enim significat consecrationem, separationem à communi vsu, deputationémque diuinis obsequiis certis ritibus, ac cæremoniis: quam significationem communiorem reperire est.

a Deut. 15. 19. b Eccl. 33. 12. c Ierem. 6. 4. d Leuit. 27. 16. e Sophon. 1. 7. f Ier. 12. 4.

Sic enim dicuntur [a] sanctificandi Domino primogeniti, [b] sanctificandi Leuitæ, & Sacerdotes, Quinimò, [c] sanctificari bellum, quòd tam apud Iudæos, quàm apud Gentes certis cæremoniis bella susciperentur. [d] Sanctificari, seu consecrari agros Domino. [e] Sanctificari milites, quia bello solerent addici præstito iuramento, ac demum [f] sanctificari reprobos in diem occisionis, vt separari solet animal ad victimam, & necem. Vel secundò significa. emundationem à peccato, & semotionem culpa qualibet, puritatemque, & culp... ers Dei obsequium, iuxta illud Domini. [g] *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*

g Leuit. 11. 45.

14 In primo huius verbi significatu locum istum intelligendum asserunt cōplures, vt indicatū est, tū veterum, tum recentiorum. Vt quem Deus dixerat nosse approbationis notitia priusquam formaret illum in vtero, eumdem dicat, & sibi segregasse, consecrasse, ac deputasse muneri Prophetico, eodem planè modo, quo & Paulus [h] semet asserit ab eodem Deo segregatum in opus ministerij Euangelici ex vtero matris suæ. Tametsi & inter hos aliquid sit diuersitatis; aliquibus existimantibus, hanc segregationem, & consecrationem in ipso matris vtero à Deo factam, vt sonare videntur verba. (*Et antequam exires de vulua sanctificaui te,*) ... tū idem quod à Paulo vbi supra dicitur, *Qui me segregauit ex vtero matris meæ.*

Ieremias secundùm complures dicitur sanctificatus in vtero, quia deputatus muneri Prophetico.

h Gal. 1. 15.

Aliis è vestigiò contendentibus, nedum in vtero, sed & ab æterno significatam eam dici sanctificationem, vt cùm dicitur, (*Et antequam exires de vulua,*) æquè sit, ac si dicatur, (*Antequam esset,*) nimirum ab æterno, Prædestinatione videlicet, illi simili de qua idem Apostolus [i] inquit, *Deum nos elegisse in Christo ante constitutionem mundi.*

i Eph. 1. 4.

15 Non inficior, hanc sententiam sumentem sanctificandi verbum in primo isto significatu niti in frequentiori apud sacras literas eius vsurpatione eidémque fauere & Chaldaicam paraphrasim, quæ ita hæc reddit, (*& antequam venires ad seculum præparaui te Prophetam.*) & fortasse etiam auctorem libri Ecclesiastici, dum ita de Ieremia loquitur. [k] *Male tractauerunt eum, qui à ventre matris consecratus est Propheta, euertere, & eruere,* &c.

Chald.

k Eccl. 49. 9.

16 Nihilominus id potissimùm vnum in alteram me trahit sententiam, quòd communis quodam... Ecclesiæ consensus hunc Ieremiæ, Ioanni ... B. Virgini tribuit honorem, vt in ipso matris ...ro, tametsi non æqualiter, gratiam sanctificantem à Deo susceperint, prout videre est, quod in ... etiam Doctores scholastici super lib. 3. sent. dist. 3. in primisque ex antiquioribus S. Bonauent. art. 1. quæst. 3. Richard. art. 1. quæst. 12. & Durandus, quæst. 2. Quod nec illi negare audent saltem recentiorū, quos primam opinionem tueri diximus. Et certè Ecclesiæ haud aliunde adducta ad id est, vt talem, & Ieremiæ conferat sanctificationis honorem, qualem & Ioanni Baptistæ de quo expressius in Euangelio legit, [l] *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ* nisi ex verbis hisce, (*Et antequam exires de vulua sanctificaui te.*)

Ieremias ... gratia sanctificatus.

S. Bonauent. Richardus. Durandus.

l Luc. 1. 15.

17 S. Thomas, quem alioqui nouimus S. Augustino addictissimum, ob hanc pariter rationem A in hoc ab ipso dissentit Augustino, & respondens ei, quam in contrarium ille Epistola 57. ad Dardanum affert, rationi, quòd nemo habere potest gratiam, nisi renascatur, & renasci non potest qui primò non sit natus, ait, Veram quidem eam esse, si sermo sit de sanctificatione, & gratia, quæ exhibetur per Sacramenta: Neutiquam tamen admittendam, quoad sanctificationem, & gratiam, quæ ex particulari Dei priuilegio à Deo conferatur animæ, quam intra matris vterum infundi nouimus.

S. Thom. Augustinus.

Affert autem singularis istius Dei priuilegij 18
B congruentiam istam 3. par. quæst. 27. art. 6. in cap. Quia cùm Dei sanctificatio quæ per Christum facienda erat, vel per illius passionem esset facienda iuxta illud Apostoli, [m] *Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Vel per Baptismum, iuxta id item Apostoli, [n] *Sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Congruum fuit, eos duos sanctificari in vtero, per quos potissimùm duplex ista præfiguranda erat sanctificatio: Ieremiam, per quam prima præsignata est, & verbis & passionibus ipsis, quas in semetipso pertulit: & Ioannem, qui suo Baptismo homines ad secundam præparauit baptismalem sanctificationem. Additque idem S. Thomas in suis Comment. super hunc locum, congruentiam alteram, dicens. (*Non omnis sanctificatio ordinatur ad illam sanctissimam filij Dei conceptionem, conuenienter Mater, in cuius vtero celebrata est illa conceptio, sanctificata fuit: Et Ioannes Baptista qui adhuc clausus in vtero, clausum in vtero ostēdit: & Ieremias, qui inter alios expressius modum illius sanctissimæ conceptionis disseruit, cùm dixit, creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum.* Eadem ferè & D. Bonauentura loco supra citato.

Congruentia cur tres sanctificatos teneat Ecclesia, Ieremiam, Io. Baptistam, & B. Virg. Mariam.

m Hebr. 13. 12. n 1. Cor. 6. 11.

S. Bonauent.

Nunc itaque prosequentes istorum verborum. (*Et antequam exires de vulua sanctificaui te.*) intellectum, manifestè colligimus, quòd consequenter ea adiecta sint præcedentibus. (*Priusquam te formarem in vtero, noui te.*) Cùm enim iam Dominus significasset, se illum ab æterno prænouisse, eaque approbationis notitia eum in suum elegisse Prophetam; simulque per formandi, seu fingendi verbum indicasset, in illa sua notitia eiusve electione prædicta decreuisse ea ipsi conferre, quæ ad Prophetæ munus explen-
E dum necessaria forent (vt supra explicatum est. 19

Re ipsa istam à se ei exhibitam necessariorum collationem per hæc. (*Et antequam exires,* &c.) illi patefecit. Enimuerò quæ maximè sunt Prophetæ necessaria, d... potissimùm sunt emundatio ab omni iniquitate, prout colligitur ex Isaia, [o] quem in Prophetam assumens Deus, emundari prius curauit per Seraphim igneo calculo eius labia tangentem, & robur, ne in crimina incidat, dicaturque ei. [p] *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum?* At-
F que hæc ambo simul Ieremiæ per vnam collata sunt sanctificationem istam in vtero, pérque gratiam tunc eidem à Deo exhibitam. Emundatus nimirum à peccato originali, quod vnum ei inerat à parentibus contractum, & roboratus aduersus remanentis in eo fomitis impetus, ita vt propterea in mortale decidere non posset crimen, tametsi peccatum admittere posset veniale. Siquidem B. Virgini soli excellentissimum illud in sua sanctificatione, seu in sua conceptione præstitum est robur, vt nec venialiter posset peccare.

Ieremiæ quid collatum per gratiam sanctificantē illū in vtero.

o Isai. 6. 7.

Ad Prophetæ munus benè explendum duo potissimū necessaria.

care. *Alii verò, Ieremiæ, ſcilicet & Ioanni Baptiſtæ ſanctificatis creditur*, inquit S. Thomas loco citato in reſponſione ad primum *præſitum eſſe vt de cætero mortaliter non peccarent, diuina eos protegente gratia.*

S.Thom.

20 [*Et Prophetam in gentibus dedi te.*] In hac tertia iſtius ſententiæ parte apertiùs Ieremiæ patefacit Deus id, quod ei ſubobſcuriùs iã ſignificarat de æterna notitia, electione, & Prædeſtinatione illius ad prophetandi munus; Idcircò non in præſenti, vt exiſtimauit Nicolaus de Lyra, ſed in præterito ait *Dedi te*, ſicut in præcedentibus, *noui, & ſanctificaui te.* Quòd autem pars iſta ſit ſuperiorum declaratiua, patet ex lectione Hebraica, & Verſione Sept. quæ ſine coniunctione habent, *Prophetam ad gentes dedi te.*

Et, coniunctio poni aliquãdo ſola pro tunc.

Quinimò eadem coniunctio in textu noſtro adiuncta, idipſum non minùs confirmat, ſi iuxta frequentiſſimum ſacrarum literarum vſum, cuius complura exempla affert Sanctes Pagninus lib. 1. Inſtitutionum Hebraicarum cap. 23. *Et*, ſumatur pro *Tunc*, Ac ſi dicatur. *Tunc prophetam in gentibus dedi te*, quo nil euidentius.

Sanctes Pagninus.

Difficultas duntaxat vna in his ſupereſt, Circa id quod dicitur, *In gentibus*, cùm (vt ex tituli explicatione patuit,) ipſemet Ieremias teſtetur ſe in Iudæa ſub tribus Regibus Iuda prophetaſſe. Hinc qui ſupra tactus eſt Victorini error: quemve & apud Iudæos Chriſti tempore viguiſſe colligimus ex Euangelio Matthæi, vbi dicitur. [a] *Alij verò Ieremiam*, putantes ſcilicet Ieremiam adhuc mortuum non eſſe, adeoque Chriſtum eumdem credentes eſſe Ieremiam, qui venit ad prophetandum in gentibus. Hinc etiam aliqui Sanctorum Patrum ſecundùm Hiſtoriam de Ieremia hæc intelligi poſſe negarunt, ſed de Chriſto dicta aſſeuerant, vt in Appendice noſtra videre eſt. Sed quamuis rectè & Chriſto hæc competant, quatenus Ieremias eum præfigurauit, vt dictum eſt, diceturque ſæpiùs in ſecundis noſtris expoſitionibus iuxta ſenſum myſticum; reuera tamen literaliter, & ſecundùm hiſtoriam de ipſo intelligenda ſunt Ieremia.

a Matth. 16. 14.

21 Tripliciter autem propoſita tollitur difficultas, iuxta triplicem eorumdem verborum intellectum. Quorum primus eſt, vt gentium nomine ipſi nuncupati ſint Iudæi, qui tunc temporis inſtar gentium viuebant, eo planè modo, quo Iſaias eoſdem appellauit populum Sodomæ, & Gomorrhæ dicens, [b] *Audite verbum Domini principes Sodomorum: percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrhæ.* quóve in libro Apocalypſis [c] Ciuitas Ieruſalem aliàs ſancta appellari dicitur Sodoma, & Ægyptus ſpiritualiter. Meliúſque & propriùs ſecundo ſenſu quod dicitur (*in gentibus*,) ſumatur pro (*In gentes*,) prout habent Sept. nec repugnat Hebraicus textus. Senſuſque ſit, Dedi te Prophetam aduerſus gentes; contra quarum plures ipſemet Ieremias vt prophetaret mandatum ſibi aſſerit, vbi ait, [d] *Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas me miſit Dominus*, &c. & aliàs. [e] *Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam contra gentes.* [f] Quod munus & exequitur præſertim à cap. 46. vſque ad cap. 51. Tertiò demùm, & congruentiùs ſubſequentibus, ſumendo (*in gentibus*) poſitum pro Datiuo *gentibus*, prout habent Hebraica לגוים *lagoim* vbi litera ל *lamed* ſignum eſt Dandi caſus. Vt ſenſus ſit: Dedi te Prophetam Aquilonaribus gentibus, vt illis prædicas victoriam aduerſus Iudæos filios præuaricantes, quod illicò duabus

Ieremias quomodo datus à Deo propheta in gẽtibus.

b Iſai. 1. 10.

c Apoc. 11. 8.

d Ierem. 25. 17.

e Ierem. 27.

f Ierem. 46.

A ei patefacit viſionibus, virgæ vigilantis, & ollæ ſuccenſæ ab Aquilone: apertioribuſque poſtmodùm verbis confirmat in verſ. 15. dicens, *Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda,*

Verſ. 4.] Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens.

B *Verſ.* 5.] Priuſquàm te formarem in vtero, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

22 MYSTICO Ieremiæ hæc aptantes Chriſto Domino (nempe enim iis conſentio, qui iuxta ſenſum literæ, illi ea competere contendunt) par eſt vt ſingulam trium partium exactam proſequamur explicationem.

C Omiſſo igitur verſu quarto, (*Et factum eſt verbum Domini ad me dicens.*) Circa primam partem illam, (*Priuſquàm te formarem in vtero noui te.*) Primò videndum, quid hoc loco per (*formandi*) verbum intelligendum ſit, Tum, quid per cæleſtis Patris notitiam, qua Chriſtum nouiſſe ſe aſſerit.

Et quidem quoad primum, Duas in Chriſto reperio formas recenſitas ab Apoſtolo, Dei alteram, alteram hominis & ſerui; [a] *Qui cùm in forma Dei eſſet*, En vnam, *Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*, En alteram.

In Chriſto duas formas enumerat Paulus.

a Philip. 2. 6.

D Prima forma & ipſamet ſubſtantia Patris, & Dei eſſentia, ſecundùm quam (ſi ita dici liceat) ab æterno formatus à Patre eſt per æternam generationem, de qua Filius ipſe in Pſalmo ſecundo ſignificat, ab eodem Patre factum ſibi verbum, inquiens, [b] *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie*, id eſt, æternitate (vt complures exponunt Patrum) *genui te*, iuxta illud, [c] *In ſplendoribus ſanctorum* (neutri generis) *ex vtero* (id eſt, ex ſubſtantia mea) *genui te ante Luciferum*, id eſt, antequam crearetur Lucifer, Syduſque præcipuum, & mundus vniuerſus (nobilior pars pro toto,) id eſt, ab æterno, prout clariùs apud Michæam, [d] *Et egreſſus*

E *eius à diebus æternitatis eius.* De hac ſanè prima formatione non eſt hìc ſermo, cùm dicitur, (*Priuſquàm te formarem in vtero noui te.*) Sed de ſecunda.

Forma Dei in Chriſto eſt ipſa Dei ſubſtantia.

b Pſal. 2. 7.

c Pſal. 109. 3.

d Mich. 5. 2.

23 Porrò circa ſecundam iſtam, perſcrutandum. Quomodo cæleſtis Pater eam ſibi tribuat, & an propriè dicatur Pater formaſſe Chriſtum in vtero Virginis. Irenæus lib. 3. contra hæreſes cap. 31. formationem factam quidem aſſerit in Incarnatione Verbi, ſed ipſomet verbo, eamdemque non tam Patri, quàm eidem adſcribere videtur Filio: ſic quippe ait: *Et antiquam plaſmationem in ſe recapitulatus eſt. Quia quemadmodum per inobedientiam*

Formam hominis Chriſtus quã rectè dicatur à Patre habuiſſe.

Irenæus.

F *vnius hominis introitum peccatum habuit, & per peccatum mors obtinuit, ſic & per obedientiam vnius hominis iuſtitia introducta vitam fructificet his qui olim mortui erant, hominibus. Et quemadmodum protoplaſtus ille Adam de rudi terra, & adhuc virgine: nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram, habuit ſubſtantiam, & plaſmatus eſt manu Dei, id eſt, verbo Dei: omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſumpſit Dominus limum è terra, & plaſmauit hominem, Ita recapitulans in ſe Adam ipſe verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo, rectè accipiebat generationem*

Adæ recapitulationis. Vbi nota, non Adæ generationem dictam recapitulationis, vt quidam arbitratur, at ipsam Christi generationem dici extitisse recapitulationis Adæ, restitutionis eius formationis, qua in principio Adam fuerat plasmatus. Quod ipsemet declarat Irenæus, subdens, *Si igitur primus Adam habuit patrem hominem & ex semine viri natus est, meritò diceretur & secundum Adam ex Ioseph esse generatum, si autem ille de terra quidem sumptus est, & verbo Dei plasmatus est, oportebat ipsum verbum recapitulationem Adæ in semetipsum faciens eiusdem generationis habere similitudinem.*

Dicendum tamen ad hæc, intentionem Irenæi id duntaxat in præallatis fuisse verbis, vt significaret, Christi in generatione, Ioseph non extitisse Patrem, quia nec in prima Adæ formatione, quis ipsius Adæ extitit pater: vt eo modo fiat restitutio, quo fuit creatio, & lapsus, & restituendo redeatur ad caput. Recapitulatio enim & Græcè *ἀνακεφαλαίωσις anakephaleosis*, propriè significat eamdem rem de integro tractare, ordiri, efficere, restituere, sic ait Irenæus, Christus fecit recapitulationem Adæ, in sua formatione, quia denuò, & de integro hæc præstitit: quòd per obedientiam intulit vitam, sicut Adam per inobedientiam intulit mortem; & ex Maria Virgine genitus, quasi è terra virgine formatus est, sicut à principio Adam è terra adhuc virgine fuerat plasmatus.

24 Sed & id magis in re proposita ingerit difficultatem, quòd in Euangelio ab Angelo dictum ad B. Virginem reperimus, [a] *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* In quibus tota hæc Christi formatio Spiritui sancto potiùs, quàm Patri videtur adscribi. Nihilominus iste Euangelij locus, si bene percipiatur, pro eo facit, vt rectè dictum appareat, Patrem in Virginis vtero Christum formasse. Si quidem nomine virtutis Altissimi Patrem ipsum, eiusue potentiam designatum censeo vnà cum Ambrosio, Hilario, & Augustino, relatis ab iis, qui Commentarios in Euangelia texuêre.

a Luc. 1. 35.

Ambrosius. Hilarius. Augustinus.

Obumbrationis autem vocabulo ipsam intelligo Incarnationem, cum Athanasio, Origene, Ambrosio, Augustino, Gregorio Nysseno, Gregorio Papa, atque Bernardo, relatis ab iisdem Euangeliorum expositoribus. Vt, quod ab Angelo dicitur hunc habeat sensum rei nostræ maximè congruum. Spiritus sanctus superueniet in te, vnáque cum ipso Spiritu sancto veniet pariter & Pater, ambóque simul diuino verbo formam conferent hominis, Patri tamen propriùs hanc adscribes formationem summam exquirentem virtutem, atque potentiam, cui & ipsa in diuinis appropriatur potentia, *Virtus* enim dicitur *Altissimi obumbrabit tibi*, id est, Incarnationem in te, & in tuo faciet vtero.

Athanasius. Origen. Ambrosius. Augustinus. Greg. Nyss. Greg. Pap. Bernard.

25 Quid verò, dicet fortasse aliquis, quid obumbrandi verbum ad verbum formandi, de quo in nostra Ieremiæ sententia est sermo? Multùm sanè: Quid enim obumbrare, nisi cooperire? Et quis est, qui nesciat, Christi humanitatem peruulgato nomine apud Theologos dici solitam, verbi indumentum, & cooperimentum, ex illo Apostoli, [b] *Et habitu inuentus vt homo?*

Obumbrare pro cooperire & formare instar figuli argilleã statuam.

b Phil. 2. 7.

Vis autem nosse, quomodo cælestis Pater in vtero Virginis obumbrans, & cooperiens formarit Christum? Quomodo fictor luteam ex argilla fingit statuæ formam. Enimuerò sicut ille, vt intentam effingat Statuam, lutum, seu argillam, vel etiam pretiosæ alicuius materiæ massam gypseo cooperit typo, sicque illicò statuam habet expressam. In eumdem ferè modum, licet cum aliquo discrimine, Virtus Altissimi Patérque cælestis in B. Virginis vtero carneo, humanoque typo & forma æternum cooperiens verbum, hominem expressit, qui, tametsi & Deus esset, & homo, hominis tamen extrinsecam referret formam; Vnde admodum ad rem nostram Apostolus dicit: [c] *Christum in similitudinem hominum factum*, vt potè, qui quasi expressio prototypi, quæ similitudinem quidem prototypi refert, non autem totum in se habet prototypum, sic hominis coopertus sit forma, vt similitudinem hominis, non autem totum hominem, eatenùs in se gestasse dicatur, quatenus, etsi verus esset homo, non tamen purus extitit homo, nec ea in se habuit hominis, quæ humanæ sunt imperfectionis, vt fomitis, passionumque impetus, & cætera huiusmodi.

Simile. *Christus formam hominis à Patre suscepit vt formã à figulo accipit argillea statua.*

Verbum.

c Phil. 2. 7.

Figuli hanc metaphoram & hîc quoque cùm dicitur, (*Priusquàm te formarem*, &c. indicatam videre potes in prima nostra eorum Expositione. Manifestiùs tamen illam Christus ipse exprimit apud Isaiam, iuxta lectionem Ambrosij Præfatione in enarrationem Psalmi 35.[d] (*Qui finxit me seruum ex vtero sibi*, vbi vulgata habent, *formans me ex vtero seruum sibi.* 26

Ambrosius.

d Isai. 49. 5.

Quamquam in eo, quòd ibi non dicitur, *Qui finxit*, seu, *formans me in vtero*, sed, *formans me ex vtero*, altera mihi suggeratur ratio, qua Pater cælestis Christum ipsum effinxit atque formauit, instar nimirum illius figuli, qui absque alia adhibita forma, & prototypo, manibus propriis è luto fingit vas. Vas enim semet appellat Christus ipse, dicens, [e] *Factus sum tamquam vas perditum*, id est, amissum, atque neglectum. Et ex vtero, nempe ex sanguinibus vteri virginalis virtute, potentiaque sua, veluti manibus propriis Christi corpus effinxit, vas certè fictile, sicut & reliqua hominum corpora de quibus Apostolus Paulus: [f] *Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus.* Quæ formatio Christi etiam hoc loco indicatur per lectionem illam Sept. quam habere diximus Procopium in Isaiam, *Priusquàm te formarem ex vtero.*

Christus formatus est à Patre ex vtero Virginis, vt vas à figulo formatur ex argilla.

Simile.

e Psa. 30. 13.

f 2. Cor. 4. 7.

Procopius.

Præclarè autem locus iste, quem in manibus habemus, cum præcitato congruit Isaiæ [g] loco, præsertim comprehensa ea, quæ ibidem paulò ante præmissa est sententia, [h] *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.* Vtrobique enim Christi describitur prælectio ad Prophetiæ, & prædicationis munus exercendum, ne dum in Iudæis, sed & præcipuè in gentibus: tametsi ambæ se ad inuicem habeãt, sicut excedens ad excessum in istiusmodi descriptione. Siquidem in Isaiæ vaticinio apertiùs, & efficaciùs munus exprimitur, ad quod Christus prælectus, & destinatus à Patre fuit, vt videbimus in explicatione tertiæ partis, *Et Prophetam in gentibus dedi te.* At in his apud Ieremiam verbis, multò maiori cum emphasi ipsa patefit prælectio. Cùm namque in Isaia illa dicatur facta in vtero Virginis, vbi Christus ipse formatus est, *Dominus ab vtero vocauit me*, seruum scilicet, & Prophetam suum, quando formauit, seu finxit me ex vtero *seruum sibi, vt reducam &c. De ventre matris meæ recordatus est nominis mei*, tunc quando, facta iam Christi conceptione, iamque in Mariæ vtero ipso existente verbo carnis formam 27

Ieremiæ loci cum loco alio Isaiæ comparatio.

g Isai. 49. 5.

h Isai. 49. 1.

mam induto, cælestis Pater recordatus nominis, quod obeundi competebat muneri, per Angelum Sancto illud significauit Ioseph, vbi in Euangelio legis, [a] *Et vocabis nomen eius Iesus, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hoc tamen loco, vbi eidem, vt mystico Ieremiæ dicitur, (*Priusquam te formarem in vtero, noui te,*) Ipsemet Pater antiquissimam hanc eamdem electionem, imò ab æterno extitisse eidem contestatur electo.

a Matth. 1. 21.

28 Porrò quòd cùm dicitur, (*Priusquam te formarem in vtero noui te.*) Et per istam incarnati & (vt ita dicam) formati verbi antiquissimam cælestis Patris notitiam ista intelligenda sit electio, seu (vt propriùs loquar) destinatio, aut Prædestinatio illius ad munus obeundum redemptoris, atque prophetæ, eo sensu quem explicabo in tertia parte huius versus: ex duobus colliges locis, vbi de eadem Dei agitur notitia antiquissima. Altero epistolæ primæ Petri, vbi dicitur. [b] *Scientes, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem:* (En æternam Dei notitiam) *manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo.* En munus ad quod Christus fuerat præcognitus, impletum.

Notitia, qua Pater Christū nouit est æterna præcognitio illius, quam ea fuerit.

b 1. Pet. 1. 18. 19. & 20.

Altero Pauli, in principio epistolæ ad Romanos, vbi dicitur, [c] *De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundùm spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.* In cuius quidem loci explicatione non ignoro multa, variáque tum à veteribus Patribus, tum à Theologis dici recentioribus. Quod tamen magis ad rem facit nostram, illud est, vt iuxta intellectum Cyrilli Alexandrini in initio libri de fide ad Reginas, & Augustini in Expositione inchoata epistolæ ad Rom. eius sensus sit. Qui filius Dei Christus secundùm carnem factus, seu formatus ab ipsomet Deo, patréque cælesti ex semine Dauid, prout iam explicatum à nobis est: Quiue idem Christus filius Dei antequam prædicto modo formaretur, imò ab æterno prædestinatus, æternaque Patris notitia electus est, ac destinatus, vt mundo exoriens esset *in virtute secundùm spiritum sanctificationis* vt-ve ad homines veniret prophetæ (de quo infra) munus explens cum potestate & vi ad homines ipsos sanctificandos *ex resurrectione mortuorum*, id est, moriendo, ac resurgendo pro illis, [d] *Mortuus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Vtque eosdem sanctificaret sanctificatione perfecta, & consummata, qualem habebunt Sancti, quando in illo ex mortuis resurgent.

Prædestinatus quomodo dictus sit ab Apostolo Christus.

c Rom. 1. 3. & 4.

Cyril. Alex.

August.

d Rom. 4. 25.

[*Et antequam exires de vulua sanctificaui te.*]

29 S. Thomas in suis Comment. super hunc locum, eiusmodi obiectione arguit, quod hæc Christo competere nequeant, Sanctificari est de non Sancto fieri sanctum, sed Christus numquam fuit non Sanctus ergo, &c. Cui nihilominus obiectioni scholastica satisfaciens distinctione ait. Nam Sanctum dicitur dupliciter, vel priuatiuè, & tunc requiritur existentia subiecti, & sic Christo non conuenit: aut negatiuè, & sic conuenit Christo de non Sancto fieri sanctum, quia antequam esset homo non erat Sanctus sanctitate creata. Verùm hac de re nullatenùs dubitandum, quòd Christus à Patre sanctificatus sit, ita vt à Patre ipso dici quiuerit, *Sanctificaui te*, quandoquidem idemmet Christus in Euangelio id fuerit contestatus dicens, [a] *Quem Pater sanctificauit & misit in mundum.* Illud potius habet aliquid difficultatis, quòd verbo isti sanctificandi adiectum est. (*Et antequam exires de vulua.*)

S. Thom. *Non sanctum dupliciter sumi, Christus numquā fuit non sanctus priuatiuè, fuit aliquādo negatiuè.*

a Ioan. 10. 36.

30 Enimuero quod à Christo dictum est, *Quem Pater sanctificauit*, Augustinus tractat. 48. in Ioannem, de ea intelligendum ait sanctificatione, qua filius per æternam generationem sanctitatem per essentiam à Patre suscepit, quem intellectum indicare inquit quod subiectum illicò est, *Et misit in mundum.* Ita vt sensus esse videatur, Quem Pater in tempore quidem misit in mundum, sed ab æterno à se sanctificatum. Quem sensum habere posset & quod hic apud Ieremiam dicitur, si simpliciter dictum esset, (*Priusquam te formarem in vtero noui te, & sanctificaui te.*) At verò cùm specialiter ad verbum (*sanctificandi*) præposita hæc sint, *Et antequam exires de vulua.*) satis manifestè apparet, non iam de æterna illa sanctificatione hîc agi, prout in prima parte actum est de æterna Patris notitia, qua Christi præcognouit, ac prædestinauit aduentum in mundum. Sed de sanctificatione eiusdem Christi, quæ in tempore facta est in vtero matris, & antequam ex illo prodiret.

Christus sanctificatus à Patre per æternam generationem. Augustin.

31 Verùmtamen nihil nobis molestiæ ingerere hæc debent: cùm idem ferè loquendi modus in Euangelio seruatus ab Angelo reperiatur, vbi Mariæ dicitur. [b] *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Super quæ Bernardus homil. 4. super Missus est. *Singulariter*, ait, *Sanctum fuit quicquid Virgo concepit, & per spiritus sanctificationem, & per verbi assumptionem.* In quibus modicis Bernardini verbis totum id explicatur, quod à Theologis circa hanc Christi sanctificationem asseritur; Christum videlicet in primo suæ Conceptionis instanti duplici ratione intra Virginis vterum fuisse à Patre sanctificatum: & per gratiam vnionis, qua absolutè, & simpliciter sanctus, Deoque gratus effectus est. De qua sanctificatione Christum censent loquutum verbis supra relatis, [c] *Quem pater sanctificauit.* Athanasius lib. de Incarnatione Christi in principio, Hilarius lib. 7. de Trinitate, & Chrysostomus Homil. 60. in Ioannem, asserentes, Christum ibi verba facere de sua sanctificatione, qua vt homo sanctificatus à Patre est per diuinitatem vnitam humanitati in sua Verbi persona: Neque contra hoc facit (vt ex Augustino diximus) quod Christus illicò subiecit, *Et misit in mundum.* Imò id magis confirmat; cùm coniunctio, *Et*, ibi simultatem indicet temporis, seu instantis in quo hæc duo simul in Christo sunt facta cùm primùm conciperetur, sanctificatus nimirum per dictam vnionem, & incarnatus quod est mitti in Mundum.

b Luc. 1. 35. Bernardus.

Sanctificatio Christi vt hominis duplex.

Christus in vtero sanctificatus per gratiā vnionis.

c Ioan. 10. 36. Athanas. Hilarius. Chrysost.

32 In quo eodem primo suæ conceptionis instanti per aliam insuper Christus à Patre sanctificatus est gratiam, quam habitualem Theologi dicunt, quæ est creatum donum, quo mediante Spiritus sanctus inhabitat iusti animam, redditque illum decorum, benéque affectum, & præparatum ad beatitudinem, & ad omnem rectam virtutum operationem. Vnde de sanctificatione ista, per collationem gratiæ huius in primo illo conceptionis instanti apertè loquens Isaias: [d] *Egredietur ait, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ*, &c.

Christus sanctificatus à Patre in vtero per gratiā habitualem.

d Isai. 11. 1.

Vt primùm enim è B. Maria Virga illa egressa de radice Iesse Christus in primo suæ conceptionis instanti floruit per incarnationē, per donum

habitualis iſtius gratiæ ſanctificatus eſt, requieſcente ſpiritu Domini ſuper eum. Et de hac ſecunda potiſſimùm ſanctificatione crediderim hîc cæleſtem locutum Patrem, cum, Chriſto ſignificans, ſe illum ab æterno præcognouiſſe, ac prædeſtinaſſe ad mundi ſalutem procurandam & verbo, & exemplo, addit, (*Et antequàm exires de vulua ſanctificaui te.*) Ac ſi diceret. Aptiſſimum iam ex primo tuæ conceptionis inſtáti intra vterum matris tuæ ſanctificaui te, ſanctitate decorum virtutibuſque vniuerſis te reddens inſignem, quo pleniùs prædefinitum tibi expleres munus.

* Luc. 4. 18.
a Iſai. 61. 1.

Quod ipſum frequentiùs in ſacris literis conteſtatum habemus, vt in Euangelio * cùm idemmet Chriſtus ex Iſaia [a] legit, *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me.* ſc. Pater vnctione prædictæ ſanctificationis per donum eiuſdem ſpiritus, & gratiæ habitualis; Idque ob id in primis, quia Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare, &c. quæ ad munus mihi deſtinatum ſpectarent.

33
Chriſtus nullo aptiori armorũ genere in munere prædicationis vſus eſt, quã vitæ puritate, & virtutum decore.
b Pſal. 44. 4.
c Pſal. 44. 5.

Porrò cùm ad dictum munus rectè perfectéque implendum, nullo efficaciori armorum, ſeu mediorum genere idem vſurus eſſet Chriſtus, quàm vitæ puritate, morum ſanctitate, virtutumque decore quæ in ipſo effulgerent, vt illi multò ante Regius prædixit vates, quando ad id eum impellens munus in Pſalmo 44. dixit: [b] *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum,* id eſt, Accingere, præpara te ad explendum impoſitum tibi munus, in quo ingens tibi immunet bellum aduerſus improbos, & infideles: [c] *Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna.* Hic erit gladius tuus, hæc tua arma potentiſſima, eximia tuæ ſanctitatis ſpecies, quam in tua vita obſeruabunt: & ſingularis pulchritudo, & harmonia, quæ in tuis effulgebit virtutibus: his intende, atque per ea proſperè in tuo procedes munere, ita vt nedum Prophetam, ſed & ſuum te fateantur Regem. Enimuerò [d] *propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam,* quæ præcipuæ inter illas ſunt virtutes, quæ in hominum oculis maximè elucent, in munere iſto tuo obeundo, *deducet te mirabiliter dextera tua,* ipſum videlicet tuum eius muneris ſtudium. [e] *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum Regis,* id eſt, Species ipſa tua; tuaque iſta pulchritudo, & virtutes tuæ, ne dum pro gladio tibi inſeruient, ſed & pro acutiſſimis ſagittis, quibus corda configens inimicorum cæleſtis Regis obtineas, vt populi per fidem, & obedientiam tibi ſubiiciantur.

d Pſal. 44. 5.
e Pſal. 44. 6.

34
Qua ratione per gratiã habitualẽ Chriſtus in vtero ſanctificatus fuerit.
f Act. 10. 38.
g Pſal. 44. 8.

Vt armis hiſce, & his, quæ ad impoſitum munus adeò eſſent neceſſaria, Chriſtus plenè eſſet inſtructus, antequam exiret de vulua ſanctificauit illum Pater [f], *vngens eum* (vt dicitur in Actibus Apoſtolorum) *Spiritu ſancto, & virtute* per exhibitam (vt dictum eſt) gratiam habitualem in primo inſtanti conceptionis eius. Ideoque in præcitato Pſalmo 44. id pariter cum præallatis eidem Chriſto ſignificans Dauid, adiecit, [g] *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* In quibus particula *propterea* poſita eſt, vt denotet non effectum, ſed cauſam, pro alia particula, *quia*, iuxta phraſim ſacrarum literarum, de qua pluribus actum à me fuit in meis Commentis ſuper Cant. in Expoſitione prima illorum verborum, [h] *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.* Vbi notaui, ita in hoc loco Pſalmi vſurpari, prout

h Cant. 1. 3.

A & ab Athanaſio, & ab aliis ille explicatur locus. Vt ſenſus ſit. Duo præcipui ſanctitatis effectus, qui ſunt, facere bonum, & declinare à malo, ſingulari in te eluxére ratione: nam ne dum bonum facere viſus es, & declinare à malo, quæ in aliis conſpiciuntur ſanctis: ſed ex tua ſancta conuerſatione apparuit, quòd totus ita eſſes in bono faciendo intentus, vt diligeres iuſtitiam, eius vnius amore ſuccenſus, de ea iugiter loquens, atque in eius exultans ſtudio. Nec ſolùm declinaſſe viſus es à malo: At inſuper exploratum feciſti omnibus, te ea ratione ab omni malo abhorrere, vt vnus eſſes iniquitatis aduerſarius. Quibus exinde illuſtris es redditus. Quia cùm ab inſtanti primo tuæ conceptionis ſanctificatus quidem eſſes ſanctitate ſubſtantiali per gratiam vnionis hypoſtaticæ, propter quam qui hominem induiſti, Deus pariter dictus es: Quia inquam te Deum Pater, Deuſque tuus vnxit per exhibitam & gratiam habitualem, qua te ſanctificauit ſanctitate conſummata, præ reliquis ſanctis vniuerſis.

(B at "ni malo abhorrere")

In quibus Pſalmi verbis duo ſunt, quæ ponderes, quòd habitualem gratiam *oleum* nuncupauit *exultationis*, & quòd ſanctificatus ea dicitur *præ conſortibus tuis.* Quæ ſanè efficaciſſima ſunt, vt id Chriſto perſuadeant, quod illi cæleſtis perſuadere nititur Pater in his, (*Priuſquàm te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te.* Cùm enim ſanctificatio per vnctionem exprimitur, munus ipſum ſignificatur, ad quod ille deſtinatus fuerat, & ita ſanctificatus: Prophetæ nimirum; quandoquidem vnctione ſanctificatos nouimus & Prophetas. Cùm non oleo conſueto vnctus aſſeritur, ſed oleo exultationis, id profectò ei ſignificatur, quòd per eam ſanctificationem id eſſet aſſecutus, vt in prophetico illo munere exercendo, vel in ipſis ærumnis, quarum ingens ei imminebat copia, ſumma perfundendus eſſet exultatione, & inſuper ſanctificatum, eaue vnctione vnctum præ Prophetis reliquis omnibus, quos alioqui in ea habuiſſe viſus eſt conſortes, prout iam iam explicabitur.

35
Gratia habitualis Chriſti cur dicta oleũ exultationis.

Et Prophetam in gentibus dedi te. Qui Moyſi dixerat, [i] *Conſtitui te Deum Pharaonis:* Propterea quòd illum ad Pharaonem deſtinarat, vt coram illo ne dum verbis, ſed & prodigiis ageret mirabilibus, quæ diuinum quid referrent. Multò ſanè congruentius, & veriùs Chriſto dicere quiuiſſet, *Et Deum in gentibus dedi te.* Quem ita per hypoſtaticam ſanctificarat vnionem, vt verè & homo eſſet, & Deus, prout poſtmodùm & doctrina eius patefactum eſt, & miraculis.

36
i Exod. 7. 1.

Dixit tamen potiùs, *Et Prophetam in gentibus dedi te*, vt conſpicuum omnibus eſſet, de altera potiùs ſe locutum ſanctificatione per gratiam habitualem, cùm immediatè prædixit, (*Et antequàm exires de vulua ſanctificaui te.*)

Quamquam cùm Prophetam eum dediſſe ait, illa pariter in illo futura ſignificet, propter quæ Moyſi dixerat. *Conſtitui te Deum Pharaonis*, prout ij in Euangelio intellexêre Diſcipuli eius, dicentes, [k] *Qui.* ſc. Ieſus, *fuit vir Propheta potens in opere, & ſermone.* Et quidem, ſi iuxta hanc vim & hoc quoque loco Prophetæ ſumeremus vocabulum, fortaſſe haud malè dicemus, tantundem eſſe. *Et Prophetam in gentibus dedi te*, ac ſi diceretur, *Et Deum in gentibus dedi te*, vt colligitur ex iis, quæ in Iſaia legimus: [l] *Annunciate quæ ventura ſunt nobis in futurum* (quod eſt peculiare Prophetarum

Prophetæ nomẽ in Chriſto quid diuini ſignificat.
k Luc. 24. 19.
l Iſai. 41. 23.

phetarum munus) *Et dicemus quia Dij estis: bene* A *quoque & malè si potestis facere, & loquamur, & videamus simul*, id est, & mutuo hos conspicientes examinatis operibus ipsis vestris, loquemur, liberè proclamantes quòd Dij estis.

Prophetam illum & alias sæpè in Euangeliis proclamatum reperimus, sed talis sanè Propheta, qui & Deus esset, diuina efficiens, ac loquens, Sic apud Lucam post suscitationem adolescentuli

a Luc. 7. 16. Viduæ filij dicitur.[a] *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.* Sic post patratum miraculum multiplicationis B

b Io. 6. 14. panum dicitur apud Ioannem. [b] *Illi ergo homines cùm vidissent quòd Iesus fecerat signum, dicebant, quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundū*: Sic ob illius perceptos sermones, dicitur item in Euan-

c Ioan. 7. 40. gelio Ioannis [c] *Ex illa ergo turba cùm audissent hos sermones dicebant. Hic est verè Propheta.* Et Samari-

d Ioan. 4. 19. tana mulier dixit illimet. [d] *Domine vt video Propheta es tu.* Quanquam diuersimodè hanc Prophetæ appellationem ei mulier illa tribuerit Samaritana, ac turba, reliquiue homines relati. Nam Samaritana vnum ex Sanctis Prophetis duntaxat ordinariis, qui futura prædicerent, & occulta C aperirent, illum pronunciauit. At cæteri (vt patet ex græco textu, qui articulum nomini adiungunt Prophetæ) singularem illum prophetam, cum proclamant, qui expectabatur venturus Deus, & homo iuxta eiusdem Dei pollicitationem iamdiu Moysi exhibitam.

18 *Christus singularis Propheta promissus in libro Deuteronom.*

Vt igitur benè percipiamus vim istorum verborum, (*Et Prophetam in gentibus dedi te*,) quæ profectò haud de consueto prophetæ vocabulo, & vt ordinarium aliquem prophetam significant, sed de eximio, & singulari sumenda sunt, locus perpendendus est libri Deuteronomij: Ibi enim D primum Moyses hæc ad Iudaicum habet popu-

e Deut. 18. 15. lum. [e] *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, Vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, Quando concio congregata est*, &c. Et paulò infra, similia re-

f Deut. 18. 18. feruntur ex ore eiusdem Dei. [f] *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius &c.* In quibus duæ potissimùm insignes attinguntur Christi, vt singularis huius Prophetæ prærogatiuæ.

Christus quòd Propheta similis Moysi.

Prima vbi dicitur, *Sicut me*, seu *similem tui* quod scilicet similis futurus esset Moysi in munere E tum prophetæ, tum etiam redemptoris: tametsi illi in vtroque multò is futurus esset superior; si enim Moysem in prophetiæ consideres munere,

g Num. 12. 6. ita de eo legere est in lib. Num. [g] *Si quis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquar ei, & palàm, & non per ænigmata Dominum videt.* Et quis ambigat, hæc tam præclara tametsi aliquatenus & Moysi competant, cui quoque pacto manifestatam legimus gloriam Dei in

h Exod. 33. 23. petra; dictum tamen ibidem est;[h] *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Cui & F quamuis insignis sanctitatis, & fidelitatis in Dei domo, & populo Israël, legis nihilominus ab

i Num. 20. 12. ipsomet Domino dictum: [i] *Quia non credidistis mihi* (tu scilicet, & Aaron frater tuus) *vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis*, &c. & alia vice cùm morti propinquus esset:[k] *Quia præ-*

k Deut. 32. 51. *uaricati estis contra me in medio filiorum Israël ad aquas contradictionis in Cades*, &c. Verius tamen Christo, perfectiusve congruere, qui simul & via-

tor extitit, & comprehensor. Et de quo Paulus Apostolus, [a] *Qui fidelis est*, inquit, *ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam.* Et paulò post. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tamquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus verò tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos*, &c. a Hebr. 3. 2.

Si alteram spectes Christi similitudinem cum eodem Moyse in munere Redemptoris, (ita enim Antiquissimi Hebræorum doctorum Christum secundum Redemptorem cum Moyse comparatum inquiunt, vt cum primo Redemptore; quatenus de prima Ægyptiorum seruitute Iudaicum redemit populum, vt videre potes in Petro Galatino lib. 8. cap. 7.) vix tantillam in eo reperies inter illos proportionem. Enimuerò Moysi admodum impropriè adscribitur redemptionis munus, qui nil de suo exhibuit, quod pretij locum expleret; atque adeò & prima illa redemptio ex Ægypto ab ipsomet vni adscribitur Deo, vbi di-

39 *Redemptionis munus est solius Christi, Moysi verò impropriè tribuitur.*

Petr. Galat.

cit. [b] *Sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris: Eduxitque vos in manu forti, & redemit vos de domo seruitutis, & de manu Pharaonis.* Moyses ducis potiùs, quàm redemptoris exercuit munus, vnde in Psalmo 76. b Deut. 7. 8.

dicitur, [c] *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron*; Christus verò propriissimum exercuit redimendi munus, quippe qui vt de Diabolica nos redimeret seruitute, per triginta & tres annos labores sustinuit in terris, ac demùm & ditissimum exsoluit pretium sanguinis c Psal. 76. 21.

sui, iuxta illud Petri, [d] *Scientes quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati.* d Pet. 1. 18.

Non ignoro, communiori sensu similitudinem inter Moysem & Christum, promissum à Deo prophetam illi similem, in legislatoris munere potissimùm assignari à Doctoribus solitam, propterea quòd arbitrentur, munus istud vnum à Deo ipso indicatum, cùm in eius prophetæ pollicitatione exhibitionis legis meminit, quæ in monte Sinai suscepta, dataque populo fuit à Moyse. Vt in danda lege diuina ambo similes extiterint.

40 *Christus Propheta similis Moysi in danda lege diuina.*

Sed, vt verum fatear, per commemorationem temporis, & eorum, quæ à populo tunc postulata fuère à Domino, quando is legem daturus in igne, vocibusque tonitruum apparuit, multò celsiorem in Christum prophetam talem indicauit quam hominis legislatoris honorem, futurum videlicet illum, nedum hominem, sed & Deum simul. In cuius meæ sententiæ confirmationem faciunt quæ à Caietano in suis Commentar. super lib. Deuteron. prædicta exponente, ita habentur. *Libra prudens lector, hanc circumstantiam prophetæ huius, de quo est sermo (videlicet, quod ille propheta, qui promissus est à Deo, quando legem dedit ore proprio in monte Sinai, vniuerso audiente populo, hùc enim tendit vniuersa hæc commemoratio dictorum à populo in die, quo adunatus est populus ad audiendam ex ore Dei legem) vt hinc haurias, quòd non de propheta in genere*, Sed de propheta vice Dei latore legis est sermo, & post aliqua. *Ecce*, inquit, *diuina promissio Messiæ, sub nomine Prophetæ aptissimè facta post data præcepta populo timenti audire Deum amplius in maiestate loquentem. Aptissimè siquidem ex tunc promittitur ipsemet Deus in natura humana, alloquuturus populum humanissimè, non in maiestate, sed officio prophetæ prædican*

Christus sic Propheta vt simul esset & Deus.

Caietanus.

dicantis verbum Domini. & manifestantis arcana.

41 *In gentibus.* Magnam profectò vim habet verbum istud ad confirmandam Christi singularis Prophetæ nostri super prophetas cæteros vniuersos eminentiam, eamque in primis contestatur illius prærogatiuam, quam vltimo loco enumeraui, à Deo indicatam in eiusdem promissione Mosi facta in libro [a] Deuteronomij.

a Deut. 18. 15.

Prophetæ vniuersi vni Iudæorum populo dati fuêre.

Prophetæ enim omnes, quotquot fuerunt, ita vni Iudæorum populo dati sunt, vt, tametsi etiam ad gentes aliquas sua prompserint vaticinia, semper tamen ea quoquo pacto ad Israëliticum populum direxerint, siue cùm illis onera, & dura prædicerent, vt dignas Deo exoluerent pœnas pro eo quòd male se gesserint cum populo eiusdem Dei peculiari: siue, cùm illis prænunciarent prospera; vel quia vt Dei ministri Iudaïcum ipsum populum affligerent: vel quia in eumdem populum beneficium aliquod contulissent.

Propheta gentium omnium vnus Christus, qui & Iudæorum.

b Isa. 60. 1.

Prædicatio ad gentes ipsas per se directa vni seruata est Christo filio Dei qui nedum Iudæorum, sed & gentium pariter mittendus erat propheta: quiue & homo esset, & Deus, iuxta illud Isaiæ, [b] *Surge, & illuminare Ierusalem, quia venit lux tua, & gloria Domini* (ipse nimirum filius Dei, Deusque ipse) *super te orta est*: En prophetam ad Iudæos missum; Audi eumdem & prophetam gentium, *Et ambulabunt gentes in lumine tuo.* Bene, *in lumine tuo*, inquit; quia Christus, vt in Euangelio [c] habes, *lumen* extitit *ad reuelationem gentium, & gloriam plebis Israël.* Sed clariùs apud eumdem Isaiam Christum ipsum totam hanc adamussim explicantem materiam audiemus.[d] *Et nunc, dicit Dominus formans me ex vtero seruum sibi: vt reducam Iacob ad eum, & Israël non congregabitur.* En ipsum prophetam datum Iudaïco populo, ab eoque reprobatum, tametsi innumeris illum ad Patrem is deducere contendisset prodigiis, atque miraculis, propter quæ subiicit. *Et glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea*, in iis nimirum patrandis, quæ humanas omnes superarent vires. Vnde postmodùm consequutum est, vt idem propheta datus sit gentibus. Ideo additur. *Et dixit:*[e] *Parũ est*: Seu vt est in Hæbræo נקל *nekal, vile, & indecorum est*, Siue, vt vertere Sept. μέγα σοί ἐστι *mega si esti*: *Magnum tibi est, vt sis mihi seruus*: Hæbr. מהיותך *mihiothca*, id est, *ab essendo te* Sept. τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, *tou klisthine se paida mou. Te vocari puerum meum*: *Ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israël conuertendas.* Quorum iuxta triplicem allatam lectionem, triplex & sensus. Primus: Quòd te dederim prophetam populo Israël, exiguum quid est respectu eius, quòd dedi te & Gentibus, &c. seu dedi te seruum prophetamque meum Iacob, at hoc parum est tibi, dignitati, munerique tuo: præsertim cùm populus ille te non audierit: quamobrem dabo insuper te prophetam cunctis gentibus. Secundus: Indecorum quidem vile, ac ignominiosum videri potuit, quòd non fueris mihi seruus, efficaxque propheta ad suscitandas tribus Iacob, propter illorum improbitatem non valens ad me reducere Israëlitas: Ecce do te prophetam in Gentibus, Vt, phrasi Hæbraica quod dicitur *ab essendo*, stet pro, non esse, sicut. 1. Reg. 15. [f] *Repulit te Dominus ab essendo Regem*, pro, *Ne esses Rex.* Tertius denique & vltimus iuxta versionem Sept. Quòd te prophetam dederim Iudæis magnum sanè fuit, quia carne indutus pro illorum conuersione vocatus es seruus meus, & puer meus.

c Luc. 2. 32.

d Isai. 49. 5.

e Isai. 49. 6. *Pro Chananæa Euãgelio.*

f 1. Reg. 15. 23.

42 (*Seruat vbique* ait Ambrosius præfatione in

Ambros. *Christus magnus etiam puer.*

A Psal. 35. *sua vocabula dignitatis. Magnus Deus, & magnus puer: nec in carne magnitudinis suæ nomen amittit, cuius magnitudinis nullus est finis.*) Dedi nihilominus insuper te prophetam in gentibus &c.

Tertullianus lib. contra Praxæam legit, *Magnum tibi est, vt voceris filius meus ad statuendas tribus Iacob, & ad conuertendas dispersiones Israël, Posui te in lucem*, &c. In qua lectione pondera quomodo Christus Propheta extitit Iudæis exhibitus, eoque in munere ita eum extitisse Dei seruum, vt & magnus fuerit, & qui filius Dei vocaretur, iuxta illud Angeli ad Mariam. [a] *Hic erit magnus & B filius Altissimi vocabitur.*

Tertull. *Christus seruus existens, Dei fuit magnus & filius Altissimi.*

a Luc. 1. 32.

Vnde nil mirum, si haud instar reliquorum prophetarum Iudæis duntaxat datus dicatur: Sed & gentibus, sicque toti exhibitus orbi, vt esset lux gentium vniuersarum, salusque totius mundi: Quæ profectò duo haud alij competere queunt quàm vni Deo, [b] *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Prophetæ ceteri *videntes* quidem in sacris literis appellantur, quòd diuina illustrati luce, quæ abdita alioquin sunt, videant: Et sic quæ viderint communicant, participatumque impertiunt lumen.

Prophetæ vni Christo cõpetit nomẽ lucis & nomen salutis.

b Isai. 49. 6.

C Dum docentes illuminare dicuntur, censendi sunt, se habere instar Chrystalli, quæ catenus radios emittunt lucis, quatenus à Sole illam suscepit: atque adeo sit licet per se pura, atque perspicua, quando immissum non suscipiat lumen, illuminare, & lumen communicare non potest. Hinc est, quòd prophetas ipsos sæpius legimus prophetiæ aliquando destitutos lumine, & ideo tunc neque lumen emisisse veritatis, vt patuit in Nathan, qui Regi Dauid ipsum consulenti de templi constructione, cùm lumen adhuc non suscepisset diuinæ reuelationis, veritatis lucem D minimè communicauit, quam tamen susceptam postea impertiit; quando, cùm illi primum annuisset, postea idipsum ei negauit: Vnde sic legimus,[c] *Dixitque Nathan ad Regem, omne quod est in corde tuo vade, & fac.* Statimque subiicitur. *Factũ est autem in illa nocte, & Ecce sermo Domini ad Nathan dicens*, &c. At verò Christus, cui hîc dicitur. *Et prophetam in gentibus dedi*, Semper ex parte sua lumen effudit veritatis, quia (vt in Euangelio habes)[d] *Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum.* Ideo bene ei soli dici potuit, *Dedi te in lucem gentium.* At bene adiectum, E *Vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Ei vni pariter ex omnibus competit prophetarum, quos puros nouimus homines, cùm scriptum sit, [e] *Vana salus hominis*: & alibi, [f] *Domini est salus.*

43 Simile. *Propheta similis Chrystallo.*

Prophetæ non semper habebant prophetiæ Spiritum, Christus solus eum habuit semper.

c 1. Reg. 7. 3.

d Ioan. 1. 9.

e Ps. 59. 13.

f Psal. 3. 9.

Ideoque de hoc vno nostro Propheta, homine simul ac Deo per Malachiam dicitur, [g] *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius*, id est, perfecta salus ex radiis eius. Se se enim hæc inuicem consequuta sunt in Christo, esse lucem veram, veramque salutem: prout & Dauid contestatus est, dicens, [h] *Dominus illuminatio & salus mea, quem timebo?* Vera mihi adest lux F Christus Dominus meus, perfecta certè adest & salus: nil igitur superest quod timeam ampliùs.

g Malac. 4. 2.

h Psal. 26. 1.

Vers. 4.] Et factum est verbum Domini ad me, dicens.

Vers. 5.] Priusquàm te formarem in vtero noui te, &c.

EXPO

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

44 *Prædicator ſine ſpeciali obedientia prædicationis munus adire non debet in loco vllo.*

DVABVS iam vicibus factum ad ſe verbum Domini cùm dixiſſet Ieremias, adiicit nunc, & tertiò factum ad ſe verbum Domini ſpeciale tunc potiſſimùm temporis, quando ipſum progredi ad Prophetiæ munus explēdum voluit. Vt prædicatoribus faceret exploratum, haud ſat illis eſſe debere, quòd vel à naturali inclinatione, vel ab interno ſpiritus impulſu, vel etiam ex percepta generali Prælatorum ſuorum intentione, ac deſtinatione, quaſi generali verbo ad ſe facto, ad prædicationis munus obeundum attrahi ſe ſentiant. At inſuper operæpretium eſſe, vt quando id eis, ſit adeundum, ſpeciale ſibi per Prælati ſui os factum audiant verbum Domini; vt ex obedientia ad prædicandum egrediantur, & ex Dei verbo ac Prælati iuſſu quò ſibi progrediendum ſit diſcant. Sic in Euangelio ab inſigni prædicatore Ioanne Baptiſta ſeruatum nouimus: quippe qui, tametſi perſpicuum ſibi eſſet, [a] ad hoc ſe natum, vt per prædicationem, iuxta Angeli dictum, *multos filiorum Iſraël conuerteret ad Dominum Deum ipſorum*, munus tamen aggredi non eſt auſus, niſi prius ſpeciale ad hoc acciperet mandatum. Vnde Lucas Euangeliſta priuſquàm eius enarraret prædicationis initia, ait, [b] *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto*, Vbi tale expectabat imperium. Tum promptiſſimam illius deſcribens obedientiam, immediatè ſubiicit, [c] *Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans*, &c.

a Luc. 1. 16.
b Luc. 3. 2.
c Luc. 3. 3.

45 Quid Ioannem refero? Chriſtus, qui de ſemet, ait, [d] *Ego in hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* Et [e], *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxit me, Euangelizare pauperibus miſit me, prædicare captiuis*, &c. Nihilominus hoc prædicationis opus non eſt aggreſſus, ni ſpeciale prius Dei percepiſſet verbum. Quod ab Euangeliſtis ſignificatum crediderim, cùm illius deſcripturi prædicationis exordia, inquiunt, illum à ſpiritu actum: Sic enim ait Lucas, [f] *Ieſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur ſpiritu in deſerto*: Enarratiſque ieiunio, & tentationibus, quæ is ibi pertulit: ſubiicit illicò. [g] *Et regreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuerſam regionem de illo: & ipſe docebat, &c.* Et Matthæus,[h] *Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum, vt tentaretur à Diabolo*, Tunc, quando, appropinquante iam prædicationis tempore, vt congruam tanti prædicatoris haberet auctoritatem, declaratus à Patre iis fuit verbis. [i] *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Tunc factum eſt verbum Domini ſpeciale ad Ieſum, vt prædicationi principium dans, prius tenderet in deſertum, exemplo prædicans, in ieiunio, oratione, ac tentationibus ibi ſe exercens, Tum doceret, & voce: Vnde poſt prædictorum enarrationem ſubdit illicò idem Euangeliſta,[k] *Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere.*

d Ioa. 18. 37.
e Luc. 4. 18.
f Luc. 4. 1.
g Luc. 4. 14.
h Matt. 4. 1.
i Matt. 3. 17.
k Mat. 4. 17.

46 *Prædicator ad humilitatem primò ſe excitet quatuor conſiderationibus. Humilitatem in nobis excitamus quatuor conſiderationibus.*

(*Priuſquàm te formarem in vtero noui te.*) Quadruplicem in modicis his verbis illi, quem ad prædicationis munus promouere ſatagit, Deus proponit, ſeu potiùs ſubindicat conſiderationem, qua prius per animi demiſſionem, humilemque ſui ipſius ſenſum ad tam ſublime ſeſe diſponat ſtudium alios erudiendi. Conſideret 1. Quid eſſet antequā eius formationis adueniſſet tempus tot nimirum annorum ſæcula priuſquam

A conciperetur. Nil quippe ſe tunc fuiſſe reperiet, Ita vt non incongruè, & vniuerſis nobis aptari ea queant Iſaiæ, [l] *Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum*, id eſt vos, *ex eo, quod non eſt.* Quid inanius, quid vilius nihilo? Vnde verò, & quibus ſuperbiat, qui ex eo quod non eſt, in exhibitum à Deo prodiit eſſe? Hoc principium ex nihilo ſubindicatur per particulam (*Priuſquam.*) At per verbum (*formarem,*) duo ſuggeruntur alia, quæ ab eodem conſiderentur. Quid erat, cùm primò eſſe cœpit ex nihilo, viliſſimum nempe lutum: Et cui adſcribere debeat totum id, quod in ſui

B corporis ſtructura ſit pulchri, & eximij; vni videlicet, qui inſtar figuli in tam inſigne eum effinxit vas. Ex quorum conſideratione excitamur, vt humilibus ad Deum iis nos conuertamus vocibus.[m] *Et nunc Domine, pater noſter es tu: nos verò lutum: & fictor noſter es tu, & opera manuum tuarum omnes nos.*

l Iſai. 41. 24.
m Iſai. 64. 8.

At per poſtremum verbum (*Noui te.*) iunctum cum præcedentibus, commonetur idem prædicator, vt perpendat, ad quem referre debeat & id, quod boni, præclari, atque virtutis in ſua reperiatur anima, illud enim omne à Deo ſe accepiſſe

C intelliget, & ex prima eius notitia, qua ipſum è luto formans, benignè, & miſericorditer in pulchrū effingere probauit vas honoris, & virtutis. Recolens quæ ab Apoſtolo dicta ſunt.[n] *An nō habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Ex quibus Pauli verbis intelligit, ex mera Dei miſericordia, qua approbationis notitia ipſum præe-

D legit priuſquam eum formaret in vtero, factum, vt præpararetur in gloriam, formatus in vas honoris, cunctaſque gratias, atque virtutes, quæ in ſe extiterint, diuitias fatetur gloriæ Dei, propter quas videlicet, tum ab aliis in quorum ea eluxerint oculis, vnus glorificandus ſit Deus, diues in omnes, à quo omne donum perfectum deſurſum eſt.

n Rom. 9.

47 *Prædicatores ad labores prædicationis ſubeundos, quàm efficaciter excitet Deus.*

Eſt & aliud morale, quod in perbreui hac Deus intendit ſententia, vt videlicet ſingulos quoſque, quos ad prædicationis deſtinauit opus, ad libenter eius operis labores ſubeundos exci-

E tet. Id autem peregregiè, & efficaciſſimè duobus hiſce efficit verbis (*formaui,*) & (*noui te.*) Duo præcipua illis ſubindicans, in quibus multùm laboris, ſtudiique ab ipſo in eorum adhibitum eſt obſequium, formationem, & reformationem. Enimuerò cùm in verbo formandi ad figuli (vt in prima expoſitione literæ explicatum eſt) alludatur opus: Tria vnicuique indicat prædicatori, quæ in conſtructione illius, intra matris vterum adhibuit, laborem, affectum, ſeu amorem, & diligentiam maximè accuratam.

Prædicator labores fugere non debet, cū Deus laboraſſe ſe dicat in eius formatione.

F Et quidem ſicut in figulino opere multùm figulo eſt laboris, vt dicitur in libro Sapientiæ. [o] *Sed & figulus mollem terram premens laborioſè fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas.* Laboraſſe non incōgruè, & in formatione hominis dicetur Deus, ea tamen ratione, qua de Deo ſimilia proferre ſolent & ſacræ literæ. Vnde eleganter Ambroſius ſerm. 10. in Pſal. 118. verſ. 1. ait, *Cætera dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt: vt homo fiat, ſpecialis quidam Dei accedit hortatus, vt tamquam laborantis Dei in huius munere creaturæ ſignificetur operatio.* [p] *Faciamus hominem, &c.* *Deus quidem*

o Sap. 15. 7.
Ambroſ.
Laborandum pro nobiſmet, pro quibus legimus laboraſſe & Deū.
p Gen. 1. 26.

dem expers laboris est: sed tamen scriptura verba quid aliud, nisi studiosam tui ob gratiam, operationem ostendunt? Ergo si Deus maiori quodam studio te creauit, cur ipse tui studium relinquis? Si Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipse fugitans sis laboris?

48 *Prædicator prædicare debet cum amore, cùm Deus illum formarit cum amore.*

Cum amore tunc vas efformari à figulo dicimus, quādo quod adhibito statim effingere posset typo, quem vulgato nomine formam nuncupare solemus, manibus nihilominus effingit propriis. Quantò igitur magis cum amore hominem dicemus à Deo formatum, cuius manus sunt ipsemet eius amor, Verbum, & Spiritus sanctus (vt probatum à nobis est aliàs) & qui manibus his illum fecit, iuxta illud,[a] *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu*, id est, vndequaque, prout in Psalmo 138. iuxta versionem Hieronymi ex Hebræo,[b] *Retrorsum, & ante tu formasti me, & posuisti super me manum*, vel propriùs secundùm vim Hebraici nominis כפכך *chappechah palmas tuas*, vt sit allusio ad figulum illum, qui cum amore vas manibus propriis formatum earumdem manuū suarum palmis etiam expolitum reddere satagit. Ponderans Ambrosius in præcitato serm. 10. super Psalm. 118. quod Regius vates ait,[c] *Manus tuæ fecerunt me, & parauerunt me* (sic ipse legit) hæc sibi ea velle inquit, *Non figurasti bestias manibus tuis, non reptilia, non volatilia, Me fecisli, me tuis manibus figurasti: Me fecerunt manus tuæ, & parauerunt me: Non mediocre opus est, quod paratum est, cum sapientia vnumquodque disponitur, & paratur.*

a Iob. 10. 8.
b Ps. 138. 5.
Allusio.
c Psal. 118. 73.
Ambros.

49 *Prædicator cum diligētia prædicationis munus exerceat, cū Deus ipsum accuratissima diligentia formarit.*

Accuratam diligentiam in vase efformando adhibere is planè dicitur figulus, qui palmis iam expolitum, variis & perpulchris exornat, effigiatque coloribus, atque figuris. Hanc certè diligentiam accuratissimam hominum fictor & Deus in homine ipso efformando adhibuit, & exactissimam, prout in præcitato Psalmo 138. apertè fatetur Dauid, iuxta versiones Aquilæ, & Hieronymi ex Hebræo, qui vbi vulgata habet,[d] *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ*, ita vertunt, Aquila: *Non sunt abscondita ossa mea à te, quod factus sum in abdito, effigiatus sum in inferioribus terræ.* Hieronymus, *Non sunt operta ossa mea à te, quibus factus sum in abscondito: imaginatus sum in nouissimis terræ.* Quorum vnus idemque iste sensus, Quamuis intra vterum matris meæ, & in penetralibus eius absconditis formatus sim: Tu tamen optimè nosti, imò subtili acumine intuitus es singula ossa mea, totum, quod tu ipse ibi effinxisti vas corporis mei, singulaque eius membra, nec non & minimas particulas. Et insuper intra eumdem matris meæ aluum (quem sacrarum literarum phrasi inferiores partes terræ appellat) insigni decorasti illud effigie, insigniorumque colorum imagine.

d Psal. 138. 15.

Paraphrasis.

In memoriam igitur per vnum formandi verbum ista omnia prædicatori reuocans Deus, tacitè in hunc modum illum affari videtur, si tanto te formaui labore, tantóque manibus propriis effinxi amore, & tam accurata perfeci diligentia, Æquum est, vt & tu pro formando Christo in auditoribus, & cum sedulitate prædicationi instes, nulli parcens labori.

d Ps. 102. 15.

50 *Prædicator prædicationi vacet cum amore, & sedulitate, re-*

At multò efficacius id eidem persuadet per verbum, (*Noui te*) iunctum cum præcedentibus, *Priusquam te formarem in vtero.*) Quandoquidem significat, se ab æterno illius cognouisse fragilitatem, iuxta illud Psalmi,[d] *Quoniam ipse cogno-*

A *uit figmentum nostrum* actiuè propensionem nimirum ad peccandum, qua illa, quæ sensui iucunda sunt, animo concipientes, veluti lutum, intra nos ipsos opera fingimus iniquitatis. Cognouisse & carnis eius imbecillitatem, ac instabilitatem, iuxta illud eiusdem Psalmi,[e] *Recordatus est*, (Hebraicè זכור *zachur* à verbo זכר *zachar*, quod & recordari, & odorare significat, *odoratus est*, id est, à longè in sua æternitate percepit) *quoniam puluis sumus*, quam scilicet vel exiguum aquæ concupiscentiæ in fœdum reducit limum, vel modicus tentationis flatus in superbiam efB fert: cognouisse demum & approbationis notitia illius reformationē, quæ per ipsummet qui primò eum formarat, magnisque faciēda erat laboribus, de quibus certiores nos facit apud Isaiam dicēs,[f] *Seruire me fecisti in peccatis tuis, Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Ac si diceret, ita approbationis notitia ab æterno te noui, vt in æternitate illa decreuerim, quò te à peccatis redimerem, laborantis formam induere serui, ita-vt ex tunc propter iniquitates tuas, quantùm fieri potuit, labores, doloresque subierim: Et hanc æternam præcognitionem laborum descripsit ApoC stolus Petrus cùm diceret,[g] *Nos redemptos pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, præcogniti ante mundi constitutionem.* Hanc & in Psalmo paulò ante citato ab oculos ponit & Dauid, vbi post Dei enarratam præcognitionem fragilitatis, & imbecillitatis etiam eorum, quos elegisset ad gloriam (vt explicatum est) addit,[h] *Misericordia autem Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum*, id est in æterna illa eorum præcognitione, quos inter electos, seque timentes adnumerandos agnouit, misericordia in illos commotus, statuit nil ærumnarum omittere, quò D illos à peccatis redemptos æternæ eius præcognitionis, & electionis effectus redderet consortes.

colens quanto cum labore, amore à Deo fuit reformatus.

e Ps. 102. 14.

f Isai. 43. 24.
Reformationē hominis cum labore, & amore à se faciēdam Deus ab æterno decreuit.

g 1. Pet. 1. 19.

h Ps. 102. 17.

Si immensam pariter Dei Charitatem in prædicta æterna eius electorum cognitione intelligere quis velit, audiat illum ipsum dicentem,[i] *In Charitate perpetua dilexi te: Ideò attraxi te, miserans*, id est, Priusquàm te formarem in vtero, imò ab æterno noui te imbecillem, atque adeò & in peccata delapsum; miserans tamen tui meis te laboribus redimere statui, idque quia in æternitate illa dilectione perpetua te dilexi, ideoE que & quem peccatorem noueram, approbationis ex tunc noui notitia. Ex quibus omnibus apparet efficacia perbreuis huius persuasionis Dei ad Prædicatorem, (*Priusquàm te formarem,*) &c. Et illius hunc esse sensum. Si ipse, qui ex natura omnis expers sum laboris, ab æterno nihilominus quoad fieri potuit, inexplicabilibus me tui causa subieci laboribus, persecutionibus, & ærumnis; Tantaque te prosecutus sum charitate, miserans tui, quando notitia te noui approbationis: Cur iam & tu tuorum miserans fratrum, peccatorum, seu infidelitatis vinculis detentoF rum, quoscumque in prædicationis studio non subeas labores, & persecutiones? cur & non maxima flagrans charitate vel laboriosissimam aggrediaris prædicationem?

51

i Iere. 31. 3.

Paraphrasis.

52 *Cognosci in mundo quam vanum.*

Præter hæc, haud prætermittendum morale illud, quod in his ipsis verbis. (*Priusquàm te formarem in vtero noui te,*) perpendi solet.

Mundanorū studium totū est, vt cognoscantur à pud homines.

Quanta nimirum sit Mundanorum stultitia, quorum in id totum est studium, vt in hoc mundo cognoscantur ab hominibus. Qua in re maximè errarunt sapientissimi quique Gentilium Philo

Plutarchus. Philoſophorum: Itaut propterea Plutarchus in A libello ſuper iis verbis. *Sic viue vt nemo te ſentiat,* ait, *Ego ſane ſic exiſtimo, hoc ipſum quod viuimus, qui omnino naſcimur, qui in hominum genus adſciti ſumus: in hoc à Deo donatum eſſe, vt homo innoteſcat. Additque opinor autem à veteribus hominem quoque ſimili de cauſa dictum eſſe φῶτα, Phota, nimirum à luce; propterea quod omnibus propter cognationem vehemens quadam inſita ſit cupiditas & cognoſcendi, & innoteſcendi.* Cùm tamen ſcriptum per Prophetam ſit de iis, qui hac erant cupiditate. [a] *Periit memoria eorum cum ſonitu,* cuius nullum relinquitur veſtigium. Et alibi. [b] *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.* (& conuerſatio eorum, ex ſtudio nimirum, quod in hoc vnum adhibuêre, vt ab hominibus agnoſcerentur, facie enim agnoſcitur quiſque.) *Et non ſunt cogniti in plateis,* vbi ſcilicet, magna confluente populi frequentia, vix quiſquam reperiri, ſeu nominari poteſt, qui nô cognoſcatur. [c] *Nominatos illos,* dicitur in libro Baruch, *qui ab initio fuerunt, ſtaturâ magnâ, ſcientes bellum, non elegit Dominus, neque viam diſciplinæ inuenerunt, propterea perierunt.* Videtur ſanè gratanter, agnoſciturque ab omnibus pulchrum pomum, pulcher pauo, pulchra & puella, quibus nihilominus cùm putrefacta fuerint, nil fœdius, nilue eſt reperire fœtidius, & nemo amplius eſt qui ea dignoſcat; Idipſum & impiis euenire teſtatur Sapiens modicis hiſce verbis. [d] *Nomen impiorum putreſcet.*

Homo appellatus lux, ab innato appetitu cognoſcendi, & innoteſcendi.

a Pſal. 9. 7. b Thren. 4. 8. c Baruch. 3. 27. Simile. d Prou. 10. 6.

Illud potius vnicuique ſtudendum eſſet fidelium, vt æternæ Dei cognitionis eius rationem haberent, qua priuſquam formarentur in vtero ſe ab illo cognitos cenſeant. [e] *Satagentes magis,* iuxta Petri conſilium, *vt per bona opera certam ſuam vocationem, & electionem faciant:* pro certo habentes, quòd ſicut in memoria æterna extitêre in antiquiſſima illa Dei præcognitione, & electione, D ſic & in poſterum in memoria erunt æterna, iuxta illud Pſalmi, [f] *In memoria æterna erit iuſtus ab auditione mala,* id eſt, à malo nomine, & fama *non timebit.*

Cognoſci à Deo inuigilandum. e 2. Pet. 1. 10. f Pſal. 111. 7.

53 [*Et antequam exires de vulua ſanctificaui te.*] Si ſanctificandi verbum eo ſumamus ſenſu, quo in prima literæ expoſitione hoc loco ſumendum cenſui, pro emundare à peccatis, & gratia decorare, per quæ homo fit iuſtus, ac ſanctus. Duo ex his deducere licet moralia.

Prædicaturus ſtudeat ſe ædificare.

Primùm, ſumentes vuluæ, ſeu ventris vocabulum in proprio ſignificatu, pro carnalis matris vtero. Si Ieremias, quò bene prædicationis, ad quod deſtinatus fuerat munus, expleret, in ventre matris ſanctus effectus eſt, & ab originali emundatus peccato: Maximo ſanè ſtudio ſingulis, quibus idem adeundum ſit prædicationis officium, enitendum, vt vel tunc temporis, cum prædicaturi ſunt, pro viribus vnâ cum Dei gratia, quæ certè nunquam illis deerit, ſe ſanctificare nitantur, vt ſint Sancti eius diſpenſatores verbi, quod ſanctum appellat in Euangelio Dominus, vbi ait. [g] *Nolite ſanctum dare canibus.* Neue illis dici poſſit, [h] *Qui alios docetis, vos ipſos non docetis.* Hæcque eſt ratio, propter quam Paulus prædicator gentium de eo ſibi exhibito agens Apoſtoli, & Prædicatoris munere ad initium epiſtolæ ad Romanos ait, *Per quem,* ſcilicet Chriſtum *accepimus gratiam & Apoſtolatum.* Quo loco notat Anſelmus, optimo ordine priùs meminiſſe gratiæ, qua purgatus eſt à peccatis, & ſanctificatus eſt, & poſtea Apoſtolatus, id eſt, legationis, vt excurreret vbique & prædicaret ipſam Euangelij gratiam.

g Matth. 7. 6. h Rom. 2. 21. Anſelmus.

54 Secundùm, ſumentes idem vuluæ, ſeu ventris nomen metaphorico ſignificatu, pro Dei ſapientia, prout illud accepit Catena trium patrû apud Theodoricum in Expoſitione illorum verborum Cantic. [a] *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.* Vel pro eiuſdem ſapientiæ Dei penu redundantiſſimo, Sacra ſcriptura, vt ibidem ſuper citatis verbis ſumitur à Theodorico. Vt in his (*Et antequàm exires de ventre,* &c.) Dominus eos alloquatur, quos à ſtudio diuinæ ſapientiæ, ſacrarumque literarum contemplatione ad opus promouet prædicationis. Quibus & aliàs apud Iſaiam, ſic eſt B locutus, [b] *Audite me, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vuluâ: Vſque ad ſenectam ego ipſe & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo & ſaluabo.* Quaſi dixerit, Audite me, ô vos, qui in ſtudio diuinæ ſapientiæ, ſacrarumque literarum contemplatione concluſi detinemini; quiue in tali ſtudio veluti in meo vtero ſecuri portamini, & veluti in mea vulua abſque fidei periculo geſtamini, Ne vereamini ad munus prodire prædicationis, quia ego ipſe tutos vos deferam vſque ad ſenectam canoſque veſtros, iuxta pollicitationem illam meam. [c] *Ecce ego vobiſcum* C *ſum vſque ad conſummationem ſæculi:* Ego vos intra vterum meum iam dictum feci tales, qui idonei ad iſtud eſſetis prædicandi munus; æquum eſt, vt vos & portem, qui porto omnia verbo virtutis meæ. Ego igitur tutos à futuris deferam lapſibus; Ego & ſaluabo, ſanctificans, & emundans ab iis, quas quoquo modo iam contraxiſtis, maculis. Hocque illud omnino eſt, quod ab eodem in his dicitur. (*Et antequàm exires de vulua ſanctificaui te.*) id eſt. Nil eſt, quòd prædicare detrectes; Nam antequam, cùm à me vocatus es per Prælati tui obedientiam, de abdito Sapientiæ, & ſacrarum literarum ſtudio, in quo concluſum veluti in meo te detinebam vtero, ad iſtud prædicationis munus exires, præcipuè gratiæ collatione te ſanctificaui, ſanctum, purum validumque reddens, vt dignè, & vtiliter impoſitum implere poſſes miniſterium.

Prædicator bonus à Deo vocatur à ſtudio contemplationis, & Sacræ ſcripturæ. Tres Patres. a Cantic. 5. 14. Theodoric. b Iſai. 46. 3. c Matth. 28. 20. Paraphraſis.

55 [*Et Prophetam in gentibus dedi te.*] Quòd tantumdem ſit (*prophetam dedi te,*) ac (*Dedi te Concionatorem in gentibus,*) ſat ex vno illo probabitur loco, quo vnum idemque & Prophetæ, & Concionatoris munus eſſe ſignificatur, cùm Iſaiæ prophetæ dicitur à Domino, [d] *Clama, ne ceſſes, quaſi* E *tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

Propheta & Concionator idem. d Iſai. 58. 1.

Verumtamen magnam vim habet ipſum Prophetæ nomen Prædicatori tributum, talem nimirum debere illum eſſe, eaque in ſe habere inſignia, quales ſancti extitêre Prophetæ, & qualibus iidem inſigniti fuêre.

Prædicator cur dictus Propheta.

Propheta antiquitùs *vir Dei* aliquando nominabatur, ſicut de Samuele [e] legimus; idque vt intelligeretur, eum vel eſſe Dei miniſtrû inſignem, ac validum, iuxta Sacræ ſcripturæ phraſim, qua & in lib. Paralip. dicitur, *Hi principes virorum for-* F *tium Dauid,* vel eſſe circum diuinum ob inſignem ſanctitatem, & futurorum prænotionem, quibus diuinum quid præferre videbatur. Hæc igitur eniti debet & Prædicator, vt iugiter bonum ſe gerat Dei miniſtrum, fortiter ſe gerens in obiurgandis vel etiam principibus: Eaue prædirus ſit virtute, & ſanctitate, vt quotquot ipſum audierint, diuinum quid in eo admirentur elucens.

Prædicator bonus dicitur vir Dei, & cur. e 1. Reg. 9. 6. f 1. Paral. 11. 10.

56 Porrò cùm miniſterium peculiare prophetarum id eſſet, vt Dei deferrent nuncia; ideo aliquando

Prædicator eniti debet, vt ſit bonus Dei nuntius.

quando nunciorum nomine illos reperire est nuncupatos, vt, [a] *Et dixit Aggæus nuncius Domini de nunciis Domini populo, dicens,* &c.

a Aggæi. 1. 13.

Ministerium istud suum ob oculos habere semper debet Prædicator, mente reuoluens, se apud Populum Dei referre personam, sicut & nuncia. Ideoque sibi penitus caueat, ne quid in ipso spectetur quod in Dei, quem refert, redundare queat iniuriam: Neue quid reticeat eorum, quæ ab illo denuncianda accepit, ni pœnam subire velit mortis, prout pluribus verbis ipse eius Princeps contestatur apud Ezechielem, dicens. [b] *Audies de ore meo verbum, & annunciabis domui Israël. Si, dicente me ad impium, morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris: vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram,* &c.

b Ezech. 3. 17.

57 *Prædicator contẽplationi assuetus esse debet.*

Insuper sicut prophetæ ob id, quòd diuinorum contemplationi indulgentes visiones à Deo reciperent, appellabantur Videntes, [c] vt habes in primo libro Regum, In eumdem modum, & qui bonus velit esse prædicator, ita diuinorum mysteriorum assuetus debet esse contemplationi, vt dignus sit, cui Deus incerta, & occulta sapientiæ suæ reuelet, & cui pariter Videntis competat appellatio.

c 1. Reg. 9. 9.

Prædicator cur dictus speculator.

Quamquam ea ratione videns in contemplationis studio sit operæpretium est; vt simul extrinsecus vigilet in obseruandis iis, quæ in populo sibi sint obiurganda; intelligens, se idcirco illi prophetam datum, vt & speculatoris in eo expleat munia, prout legimus à Deo Ezechieli prophetæ significatum, quando post adductum eius qui in vrbe aliqua speculator sit constitutus, exemplum, adiecit, [d] *Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israël,* &c.

d Ezech. 33. 7.

58 *Prædicatori perferẽda tribulationes & persequutiones.*

Quòd si sanctis Prophetis iuges perferendæ fuerunt ærumnæ, & persequutiones ab iis, quorum increpabant scelera, & quibus instantia denunciabant Dei flagella. Norint & verbi Dei prædicatores nec ipsis persequutiones defuturas, frequentesque tribulationes; studeantque cum Prophetis ipsis, & cum Apostolis in iis gaudere, & gloriari.

Prædicator quam promptus esse debeat ad omnẽ Prælati obedientiam.

Ita à sanctis Prophetis Dei seruabantur imperia, vt nihil detrectarent implere eorum, quæ illis facienda Deus imperabat, essent licet molestissima, vel grauia, in hominumque oculis fœda. Ideo in libris [e] Regum legimus, prophetam illum, Deo mandante, curasse, vt à transeuntibus sibi infligerentur vulnera: [f] Isaias tametsi insigni nobilitate illustris, iubente item Deo, publicè nudus incessit, & discalceatus: [g] Ieremias vinculis semetipsum ad Dei nutum deuinxit, [h] Ezechiel, diuino obsequens præcepto, & bouinum comedit stercus. Ab his ergo discant Prædicatores, quali sibi in suo munere procedendum obedientia in implendis, quæ illis per os Prælatorum suorum Deus facienda mandarit, vilia non horrentes, molesta non detrectantes; imò nec quæ alioquin fœda sibi, mundanorumque hominum oculis videantur, indecora fugientes.

e 3. Reg. 20. 37.
f Isai. 20. 2.
g Ierem. 27. 2.
h Ezech. 4. 13.

59 *Prophetæ nomen in Hebr. idiom.*

Inest autem & in ipsa voce, vocabuloque Prophetæ, cum Prædicatori à Domino dicitur, (*Et Prophetam in gentibus dedi te,*) plurimùm moralis, dum illius vis in Hebraica, & originali expenditur voce נאבי *nabi*, quæ deriuari potest vel à verbo נבא *naba*, quod, vt notant Hebræorum doctores, vt plurimùm in vsu est in Niphal, & significat receptionem prophetiæ, & sermonis à Deo, qui aliis postmodum sit proferendus: Vel à verbo נוב *nub*, quod propriè significat germinare, producere, fructificare, & metaphoricè, loqui, & sermonem proferre, quem dicunt fructum esse labiorum.

A

Prædicator vt Dei interpres cauere debet miscere quæ vana sunt, verbis Dei.

Itaque illud sumentes secundùm primã deriuationẽ, hoc prophetæ nomine admonetur prædicator, vt caueat, ne inanes sermones, verborum lenocinia, aut aliud quidpiam vanæ eloquentiæ suis immisceat concionibus. Sed quos deuotè, & humiliter in studio vel orationis, vel sacrarum literarum à Deo susceperit, eos duntaxat proferat sermones vt & de ipsis id dici queat. [a] *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*

a Matth. 10. 20.

B

Prædicator dictus os Dei.

Et è vestigio auditores illum, vt Dei interpretem venerentur, illius & os, vt os obseruent Dei. Hoc quippe nomine Prophetæ Moysis ob id appellatum nouimus Aaron, quòd fratris sui Moysis ita esset interpres, vt & os diceretur illius. Sic legimus in cap. 4. Exodi Deum eidem Moysi dixisse. [b] *Et ipse Aaron loquetur pro te ad populum, & erit os tuum,* cum prædixisset, *loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius.* Postmodùm verò in cap. 7. quasi in præallatorum explicationem, [c] *Et Aaron frater tuus erit propheta tuus, tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem.*

b Exod. 4. 16.
c Exod. 7. 1.

C

60 *Prædicator studere id vnum debet, vt conciones suæ fructus pariant.*

Quòd si idem Prophetæ, Hebraicumque nomen נאבי *nabi*, iuxta secundam sumpserimus deriuationem ab altero verbo נוב *nub*, fructificare, id per illud idem admonebitur Prædicator; vt in quibuscumque concionibus suis eos duntaxat proferat sermones, ea & loquatur, quibus fructificare se censeat apud auditores: Atque in sermonibus ipsis suis semper fructum virtutis alicuius habeat ob oculos, quem in auditoribus faciat germinare. Sic enim de iusti sermonibus fructum sapientiæ in auditorum moribus proferentibus legimus in libro Prouerbiorum, [d] *os iusti* ינוב *ianub*, id est, *loquetur fructuosè*, vel, vt bene vertit in Vulgata Hieronymus, *parturiet sapientiam*, instar videlicet fertilis arboris producet Sapientiæ fructus. Clariúsque apud Isaiam habemus, Deum qui primus est totius huius fructus auctor, dicentem, [e] *Creaui* seu, vt est in Hebræo *Creans* נוב *nub fructum labiorum pacem*, id est, Prædicante sancto Concionatore pacẽ, eamque inter auditores fructificare satagente, Creaui illam, fructum sanè peroptimum, ac peregregium labiorum eius.

D

d Prou. 10. 31.
e Isai. 57. 19.

E

Verbum Dei semper est fructiferum.

Quamquam si in præallatis Dei verbis elegantem ponderemus oppositionem verbi *Creaui*, seu participij *Creans* scilicet sum, aut, ero, quod propriè productionem significat ex nihilo, & nominis *fructus labiorum*, quod prolationem designat ex arbore fructifera, qualis labia esse solent sanctorum Prædicatorum. Id insuper per ea contestari crediderim Deum cuicumque Prædicatori: Vt, studente eo in sua concione pacem auditoribus suadere, aut virtutem aliam, pacemque in iis fructificare pro viribus satagente, Tametsi aliquando contingat, vt tunc temporis eum in illis minimè producat fructum: bono nihilominus sit animo: quia ipse pacem qua is intendebat fructum labiorum suorum producet in eorum animis aliquando ex nihilo, cùm illi haud amplius eius audient verba.

F

61

Sicut Prophetæ nomen concionatoribus tributum in verbis hisce. (*Et Prophetam in gentibus dedi te,*) tantum (vt vidimus) habet energiæ. Ita non modicum in eisdem inest efficaciæ, in eo quod non habent simpliciter *gentibus*, sed *in gentibus:*

tibus: nec non & in verbo *Dedi*. dici enim alioquin potuiſſet, *Miſi*, ſeu *conſtitui*, aut *deſtinaui te Prophetam in gentibus*.

Prædicator nedum in cōcione: ſed multò magis in ſancta cōuerſatione prædicare debet.

Enimuerò per id quod *in gentibus* dicitur, ſignificatur Prædicatori, ei ne dum in concione eſſe gentibus prædicandum, ſed multò magis in ſancta conuerſatione in gentibus ipſis, atque inter ipſas gentes, in quibus eum commorari contigerit, vt propterea illæ in ſe ipſis eum quaſi Angelum habere glorientur.

Prædicator bonus dici poteſt Angelus Dei.

Angelum namque meritò ſanctum, & qui purè, & illibatè conuerſatur, dicere licet Prædicatorem, ſicut & ſanctos Prophetas Angelos in ſacris literis nuncupatos eſt reperire, vnde ſæpius ſanctum Prophetam Dauid ſicut Angelum Dei appellarunt, tum Philiſthinorũ Rex Achis, dicens: [a] *Scio, quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei*: tum ſapiens illa mulier Thecuitis, dicens, [b] *Sicut Angelus Domini, ſic eſt Dominus meus Rex: vt nec maledictione, nec benedictione moueatur*, & de præſtantiſſimo Propheta, eximioque pœnitentiæ Prędicatore, legis Dominum dicentem, [c] *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam meam ante faciem meam*, ſeu, *ante te* (vt legitur in Euangelio Matthæi.)[d] Atque adeò & Sacerdos, Prophetæ, ac Doctoris fungens munere Angelus apud eundem Malachiam appellatum legimus, [e] *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.*

a 1. Reg. 29. 9.
b 2. Reg. 14. 17.
c Malac. 3. 1.
d Matth. 11. 10.
e Malac. 2. 7.

67 *Prædicator bonus, & ſanctus eſt optimũ Dei donũ.*

Porrò *Dedi*, potiùs quàm *Miſi*, ſeu aliud quid ſimile, dicit Deus, cùm in gentibus adeò inſignem exhibet Prophetam, adeoque ſanctum Prædicatorem; vt in illo datum optimum gentes ipſæ deſuper ſibi præſtitum intelligerent. Sic & alibi eximium populo ſuo pollicens donum, tales ſe daturum aſſerit Prædicatores, dicens, [f] *Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ, & doctrinâ.* Quin & quando donum omnium præſtantiſſimum, ſummumque Prædicatorem filium ſuum mundo exhibuit, dediſſe illum dicitur, [g] *Et filius datus eſt nobis.* Enimuerò ſi doctrinam ſuam bonam, donum bonum appellare licuit Sapienti, vtque donum ſe eam daturum pollicitus ille eſt, vbi ait, [h] *Donum bonum dabo vobis, Audite filij diſciplinam patris*, &c. Cur non & bonum Prædicatorem bona doctrina, bonaque vita inſignem, vt bonum, optimumque Dei donum exiſtimemus?

f Iere. 3. 15.
g Iſai. 9. 6.
h Prou. 4. 2.

VVLGATA.

Verſ. 4.] Et factum eſt verbum Domini ad me dicens.

Verſ. 5.] Priuſquàm te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te.

4. Καὶ ἐγυνέτο λόγος κυρίου πρὸς αὐτὸν.

5. Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε, προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε.

SEPTVAGINTA.

Verſ. 4.] Et factum eſt verbum Domini ad eum:

A *Verſ.* 5.] Antequam formarem te in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te: Prophetam in gentes poſui te.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et factum eſt verbum Prophetiæ à facie Domini ad me dicens.* Verſ. 5. *Antequam crearem te in vtero, præparaui te: & antequam venires in mundum, paraui te: Prophetam propinantem calicem maledictionis populis conſtitui te.* 1

B

Origenes. Ieremiæ factũ eſt verbũ ſpeciale præ reliquis Prophetis: Priuſquã te formarem, &c.

Quod in verſ. 4. dicitur, (*Et factum eſt*, &c.) ita interpretatur Origenes Homil. 1. in Ierem. *Præcipuum factum eſt verbum ad Ieremiam præ omnibus, quæ Prophetis dicta ſunt cæteris. Hoc enim ad nullum Prophetarum dictum inuenimus. Abraham Propheta nuncupatus eſt, & tamen non dixit ad eum Deus, (Priuſquam te plaſmarem noui te, &c.) Sed poſtea, in extremo iam tempore ſanctificatus eſt, quando egreſſus eſt de terra ſua, & de cognatione ſua, & de* C *domo patris ſui. Ex repromiſſione natus eſt Iſaac: & tamen neque ad eum reperimus verbum hoc factum. Et quid me neceſſe eſt per ſingulos currere? Ieremiæ inter cunctos id factum eſt, dicente ad eum Domino, (Priuſquàm te formarem, &c.*

Origen.

In verſ. 5. ponderat idem Origenes, eadem Homil. 1. haud dictum (*Priuſquam te facerem,*) *ſed* (*Priuſquàm te formarem,*) ſeu (*plaſmarem*, &c.) *In Geneſi*, ait, *legimus quando iuxta imaginem conditio hominis extitit, dixiſſe Dominum.*[i] (*Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*) *non autem* (*Plaſmemus.*) *Quando autem accepit lutum de* D *terra, non eſt ſcriptum* (*fecit hominem*) *ſed*[k] (*Plaſmauit hominem*) *ſi potes, intellige differentiam facturæ, & plaſmationis. Non dixit,* (*Priuſquàm te facerem in vtero*) *Quia quod fit, non fit in vtero: quod creatur de terra puluere, hoc plaſmatur in vtero.*

i Gen. 1. 26.
k Gen. 2. 7.

Theodorit.

Quod dicitur. (*Noui te*) refertur communiter à Patribus ad eam Dei notitiam, quam Scholaſtici appellant, approbationis; Notandum tamen quod ſuper hæc dicitur à Theodorito. *Electio non iniqua: hanc enim notitia præceſſit, Nouit enim, tumque ſanctificauit, nam cognoſcit omnia priuſquàm generentur.* Quibus in verbis fauère videtur, prænotio- E ni meritorum ante Prædeſtinationem. Qua de re maximè controuertitur inter Theologos.

Cùm id quod in hoc verſ. 5. dicitur (*Priuſquàm te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te*) Sit apud veteres Patres celeberrimum, ne eorum, quæ ab iis diuerſimodè circa illa dicuntur, obruamur copia, in quatuor ea diſtinguam capita, capitibus ſingulis vnam aſſignans ſententiam. 2

Ieremias ſanctificatur per ſegregationẽ in miniſteriũ Dei.

Ad primum autem caput ij referendi ſunt, qui arbitrantur in his id duntaxat à Domino ſignificatum, quòd Ieremiam ex matris vtero ſibi ſegregauerit, & in Prophetam elegerit, ea pla- F nè ratione, qua & Paulus in Epiſtola ad Galatas de ſemet ait, [l] *Cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me*, &c.

l Gala. 1. 15.

Irenæus. Clem. Alexand. Hieron. Ambroſ. Auguſtinus.

Cuius ſententiæ hi ſunt. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes. cap. 15. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 7. Hieronymus in Commentar. ſuper hunc locum, & lib. 1. in cap. 1. Epiſtolæ ad Epheſios. Ambroſius lib. 4. de fide cap. 4. Auguſtinus lib. 6. de Geneſi ad literam, cap. 9. & lib. 83.

lib. 83. quæstionum, quæst. 68. & Epistola 57. ad Dardanum. Ioannes Chrysostomus, Homil. 1. in Epistolam ad Rom. Cyrillus Alexand. lib. 8. in Leuiticum. Theodoritus Comment. super Ierem. Prosper Aquitan. lib. 2. de Vocat. gent. cap. 11. Anastasius Nicenus lib. quæst. in sac. scrip. quæst. 59. in tom. 1. Bibliot. Vet. Patrum, Adhelmus Epistola ad sacr. Virgines de laudibus Virginitatis cap. 10. tom. 3. eiusdem Bibliot. & Ildefonsus lib. aduersus eos, qui disputant de Virginitate Mariæ, & de eius parturitione.

Ioan. Chrysostomus. Cyril. Alex. Theodorit. Prosp. Aquit. Anastasius. Adhelmus. Ildefonsus.

3 Inter hos autem Patres horum potissimùm aliqua hîc describenda censui verba. Clemens enim Alexandrinus loco supra citato hæc habet. Dominus dicit in Ieremia: *Ne dicas sum iunior. (Antequam te formarem in vtero, noui te, & antequam egredereris è matrice sãctificaui te.) Hac Prophetia apud nos potest significare eos, qui ante mundi constitutionem Deo ad fidem sunt cogniti, nunc autem sunt infantes propter impletam nuper Dei voluntatem, quatenus ad vocationem, & salutem recèns nati sunt. Quocirca etiã subiungit, Prophetam ad gentes posui te, dicens, eum oportere prædicare, non videri esse probro recentioris appellationem iis, qui videntur infantes.*

Clem. Alex. *A Prædicatione non reiiciendi qui noui sunt in fide.*

Ambrosius vbi supra. *Aut negent*, ait, *Iacob sanctum fuisse priusquam nasceretur, qui fratrem supplantauit, in materni adhuc vteri positus arcano. Negent Ieremiam antequam nasceretur, sanctum fuisse, cui dicitur, (Priusquam te formarem in vtero matris tuæ, noui te, &c.) Quid hoc euidentius tanti exemplo Prophetæ, qui sanctificatus est, antequam natus, & antequam formaretur est cognitus?* In quibus nota, eamdem sanctitatis speciem in vtero tribuere & Iacob, & Ieremiæ. Vide eumdem clariùs hanc explicantem sententiam. In cap. 2. Epist. ad Galat.

Ieremias in vtero sanctificatus sicut & Iacob. Ambrof.

Augustinus in citata Epistola 57. citatoque lib. 6. de Genes. ad lit. quòd, hic locus intelligi nequeat de sanctificatione per gratiam, arguit ex eo quòd gratiam ipsam habere nemo potest, nisi renascatur, renasci autem non potest, qui non est natus. Quod Augustini dictum, & argumentum tractatum solutumque videre potes in prima literæ expositione.

Augustinus.

4 Cyrillus Alexandrinus vbi supra. *Sancti*, inquit, *non solum non agunt festiuitatem in die Natalis sui, sed Spiritu sancto repleti execrantur talẽ diem, vt apparet potissimum in Ieremia, qui in vtero matris sanctificatus est, & Propheta in gentibus est consecratus: & tamen dicit*, [a] *Maledictus dies, in quo natus sum, & nox, in qua dixerunt, ecce masculus. Videtur ne tibi hæc tam grauia imprecari Prophetam potuisse, nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea, quod & huiusmodi dignum maledictione videretur, & pro quo legislator tot immunditias accusaret, quibus congruas purificationes consequenter imponeret?*

Cyril. Alex. *In natalis sui die sancti nõ agunt festiuitatẽ, & cur.* a Ier. 20. 14.

Prosper Aquitanicus citato libro *Diuinæ*, inquit, *præparationis non vnus semper prouectus, nec vna mensura est. Quoniam multis modis, & innumerabilibus differentiis gratiæ opera, & dona variantur, inque ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus, & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum, atque lignorum, quæ terra producit, non vna species, nec vnum in omnibus genus: sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur: plenum autem decorem non statim vt eduntur, accipiunt: sed certis, & ordinatis prouehuntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perueniant. Ita & semina charismatum, plantæque virtutum non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod sunt*

Prosp. Aquit. *Gratia diuina in diuersis diuersus prouectus, atque mensura.* Simile. *Gratiæ maturitas vix reperitur hominibus tota simul data.*

A *futura nascuntur: nec facilè reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens, & misericors Deus mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non expectata, profectuum mora, totum simul quicquid collaturus est inuehit.*

In Abrahæ lumbis Leui sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron, & Sacerdotalis ordo benedicitur. In Isaac de repromissione concepto, & contra spem sterilium nato, omnium gentium vocatio, & tota Christi forma prætenditur: Iacob nullo merito suffragante dilectus, priusquam nascatur, eligitur: Ieremiæ dicitur.

Ieremiæ sanctificatio videtur assimilari sanctificationi Leui, &c.

B *(Priusquam te formarem in vtero, noui te, & priusquàm exires de vulua sanctificaui te:)* [b] *Ioannes intra Elisabeth matris viscera Spiritu sancto repletus, exultat: & vt nullus inter natos mulierum maior sit, prius sentit initia gratiæ quàm naturæ. Sed cùm & alia similium documentorũ exempla non desint: multò tamen crebrior, multoq; numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quicquid superna largitas donat, accrescit, vt conferendorum munerum causa de his, quæ sunt collata pariantur.*

b Luc. 1. 41.

Adhelmus loco citato ait, *Ieremias ad exemplũ virginalis materiæ in propatulo nobis occurrit, qui ante-* C *quam maternis edatur partibus, beata Prædestinatione Domino dicatus, & ab ipsa rudi cunabulorum teneritudine virginitatis consecratus, de quo diuina proclamat sententia. (Antequam procederes de vulua sanctificaui te) pulchro videlicet virginitatis præsagio. Is inquam, quantum Prophetiæ dignitatis gratia enituerit, fulserit, floruerit, quis vrbana verborum facundia fretus enarrare sufficiat?*

Adhelmus. *Ieremias sanctificat⁹ quia consecratus virginitati.*

Ad secundum caput ij referendi sunt patrum, qui asserunt, in his. *(Et antequam exires de vulua sanctificaui te.)* Significari Ieremiam in matris vtero sanctificatum per specialis gratiæ Dei exhibi- D tionem, emundationémque à peccato originali. Ita Origenes Homil. 1. in Ierem. Athanasius sermon. 4. contra Arrianos & ex eodem Cyrillus Alexandrinus Epist. 1. Gregorius Nazianzenus Oratione prima Apologetica circa finem, & oratione in funere patris. Cæsarius illius frater Dialogo 3. & 4. Hieronymus in prologo in Ieremiam & in Comment. super primum caput Epistolæ ad Galatas, & in Apologia aduersus Ruffinum. Ambrosius in Prologo lib. 1. de fide ad Gratianum. Et lib. 1. in cap. 1. Lucæ. Ioan. Chrysostomus sermone de Ieremia, tom. 1. Cyrillus Iero- E solymit. Catech. 3. Isidorus Hispalens. lib. de vita & morte Sanctorum cap. 38. Ioan. Maxentius lib. 1. Dialog. contra Nestorianos tom. 1. Bibliot. vet. Pat. Petrus Damiani lib. Sermonum sermone 23. qui est primus in Natiuit. sancti Ioan. Baptistæ, Rupertus Abbas lib. 2. in cap. 3. Matth. Bernardus Abbas sermon. de excellentia Ioannis Baptistæ. Et clariùs Epistola 175. ad Canonicos Lugdunenses. D. Thom. in Comment. in Ieremiam, & in 3. parte loco citato in prima expositione literæ. Et D. Bonauentura lib. 3. sent. art. 1. quæst. 3.

5 *Ieremias in vtero sanctificatur, & emundatus à peccato.* Origenes. Athanas. Greg. Nazia. Cæsarius. Hieronym. Ambrof. Chrysost. Cyril. Ierof. Isidorus. Io. Maxẽtius. Pet. Damianus. Rup. Abb. Bernard. D. Thom. S. Bonauent.

F Patrum istorum aliquorum hîc referam verba, quæ ad rem facere videntur. Ac primum Athanasius loco supra citato. *Sunt*, inquit, *multi sancti ab omni iniquitate repurgati. Ieremias verò ex vtero quoque sanctificatus est, & Ioannes cùm adhuc in vtero esset cum gaudio ad vocem Deiparæ Mariæ exultauit.* 6

Athanaf.

Ambrosius in Prologo citato. *Quid enim*, ait, *disces Imperator Auguste, cùm ab ipsis cunabulis pio fuisti semper affectu (Priusquàm te, inquit, formarem in vtero matris tuæ, noui te, & priusquàm exires* de

Ambrof. *Sanctificatio infunditur.*

de vulua sanctificaui te.) Sanctificatio ergo non A traditur, sed infunditur, & ideo diuina dona custodi.

Ambros.
Per sanctificationẽ intelligi electionẽ & prædestinationem.

Idem Ambrosius loco citato in Luc. Et alibi, inquit, *Viuendi substantiæ præcurrere sanctificandi gratiã potuimus aduertere, cùm dicit Dominus,* (*Priusquàm te formarem*, &c.) *Alius enim est spiritus vitæ huius, alius gratiæ. Ille nascendo sumit exordium, moriendo defectum: iste non temporibus, non ætatibus coërcetur, non obitu extinguitur, non aluo matris excluditur.*

7
Chrysost.
Ieremias meretur antequam nascatur secundũ Chrysostom.

Ioan. Chrysostom. loco citato *Magnum Ieremiæ sanctissimi meritum, magnum in eum collatum est* B *diuinitùs donum: magnum inquam Ieremiæ meritum, qui ante promeretur, quàm nascitur: ante sanctificatur, quàm edatur: ante propheta constituitur, quàm mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita, & ab eo nondum exercentur officia: dona narrantur, nec tamen donorum causæ tractantur: promotio dicitur, & nedum promotionis negotium aperitur. Noli inquit Dominus putare Ieremia, quod hodie te Prophetam constituo: aut nunc primùm ad istam gentem corrigendam præmitto; olim enim, olim mihi probatus, ac notus es: olim consecratus, ac dignus: olim Propheta gentibus constitutus. Te mihi aptum, te idoneum præscientia ipsa monstrauit, tibi* C *prophetiæ Dei præsagium, & fiduciam prædicandi attribuit. Per te prophetiæ officia, & meæ dispositionis nuncia perferri ad illos constitui. Te tamen nemo deterreat: nemo tibi formidinem vanam immittat. Inter me, & ipsos tu eris medius, qui iussa perferas, præcepta ostendas, mandata edicas: nec poteris reticere quæ loquor; neque enim silentio possis afferre salutem. Quid est, inquit, Dominator, Domine? Cur minori mihi tam onerosum pondus imponis? Cur ad corrigendum populum ætatem paruulam dirigis? Cur prophetandi mihi tantam credis prouinciam? Ego enim nec ad exequendum idoneus sum, quia ætate premor, sermone impedior, officio* D *terreor.* (Noli) inquit Dominus (*dicere, quia iunior ego sum.*) *Hoc enim pro te fieri volui: hoc per te impleri præcepi, vt iunior, senes, & ineloquens eloquẽtes obiurges. Te mihi dignum meritũ, non eloquentia constituit. Te idoneũ sanctitas, non qualitas sermonis asseruit. Apud me enim non ætas iunior impeditur, aut senior collaudatur. Sed affectus, & vita, & morum dignitas commendatur: In te amo, quod in alio non inuenio. Eloquentes plurimos video, sed probos inuenire non possum. Senes innumeros cerno: sed degeneres omnes aspicio. Quare te ad gentes, & populos mittam, vt corrigantur praui, digressi redeant, contemptores obaudiant. Nec aliud poteris velle,* E *quàm volo: quia propterea dilectus es, dum efficis, quod exopto.*

8
Cyril. Ierosol.

Cyrillus Ierosolymitanus vbi supra *Erat quidem* dicit, *& Ieremias sanctificatus: sed non prophetauit in vtero; solus autem Ioannes in vtero existens à Spiritu sancto sanctificatus exultauit in gaudio, & corporeis oculis nihil videns, spiritu Dominum cognouit.*

Io. Maxent.
Sanctificatio Christi haud est similis sãctificationi Ieremiæ & Ioã. Baptistæ.

Ioan. Maxentius loco sup. citato Ad interrogationem, qua Catholici dicebant. *Si non est Christus æqualis neque Prophetis, aut Ioseph, aut cuilibet Sanctorum, erit certè iuxta vos æqualis Ioanni Baptistæ, aut Ieremiæ, qui in ipsa formatione sanctificati sunt,* F *sicut dicit Deus ad Ieremiam.* (*Priusquàm te formarem*, &c.)

Respondentem in hunc modum proponit Nestorianum. *Non est Christus æqualis in vulua sanctificatis, quia isti quidem in vulua sanctificantur; ille verò in ipsa conformatione fit Christus: Et isti quidem particularem accipiunt gratiam, ille verò plenus est gratiâ, vtpote vnigenitus Dei.*

Quæ Nestoriani verba bonum habent sensum, si, quod dicitur, Iesum in conformatione fa- A ctum Christum, intelligatur Dei filium in formatione carnis, quam assumpsit, factum esse hominum Redemptorem, Messiam, Christumque, & hominum Regem, ac Sacerdotem, ob quam duplicem dignitatem dictus est Christus, atque vnctus oleo lætitiæ præ consortibus suis.

9
Isidorus.
Ieremias admonitus, vt virgo permaneret.

Isidorus Hispalens. loco cit. *Ieremias ex tribu Sacerdotali ortus in vico Anathoth, qui est tribus millibus distans ab Ierusalem, Sacerdos in Iudæa positus, Propheta in gentibus consecratus: antequam plasmaretur agnitus: antequam procederet sanctificatus: & vt virgo permaneret admonitus. Hic prædicare puer capit.*

Rup. Abb.

B Rupertus Abbas loco citato in Matth. *Reuera nisi sanguis Christi effusus fuisset, & aqua illa inundasset sanguis redemptionis, & aqua emundationis, neque Ioanni, nec illi cui ante illum dictum est* (*Priusquàm te formarem*, &c.) *neque alicui Sanctorum sanctitas illa suffecisset. Sunt autem plures modi, quibus sanctum quid dici consueuit.*

Petr. Dam.

Petrus Damiani Serm. citato quem vnâ cum reliquis eius operibus in lucem mundo dedit charissimus meus Abbas D. Constantinus Caietanus Congregationis Catinensis. *Cùm omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem vnquam mortalium* C *intra materna viscera sanctificatum legimus, præter Ieremiam & Ioannem Baptistam: quamquam & de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumsepta visceribus sublimiori sanctificationis genere mundata sit, vt pote sacrarium illud, in quo Deus Dei filius carnem fuerat sumpturus. Sed longè minor Ieremiæ sanctificatio, quàm Ioannis. Ille quidem in matris vtero sanctificatus, hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Multò quippe excellentius est, Spiritu sancto repleri, quàm sanctificari; ibi enim sanctificatio emundationem, hic repletio inundationem significat.*

Ieremiæ sanctificatio in vtero multò minor sanctificatione Ioãnis.

Bernard.
Sanctificatio Ieremiæ in vtero haud censenda prædestinatio.

Bernardus epistola citata. *Ieremiæ sic dictum est,* D (*Priusquàm te formarem*, &c.) *Quàm pulchrè inter figurationem in vtero, & parturitionem ex vtero diuinum distinxit oraculum: vt illam tantùm præcognitam, & istam sanctitatis munere præornatam ostenderet, ne quis Prophetæ prærogatiuam de sola præscientia, seu prædestinatione putauerit æstimandum.*

Ad tertium caput eos referemus Patrum, quorum ex verbis colligi nequit, quid peculiariter circa hæc senserint dicta. Ac primò Tertullianus 10

Tertull.

lib. de Anima cap. 26. Sic ait, *Et ad Ieremiam legis Dei vocem* (*Priusquàm te in vtero fingerem noui te.*) *Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordijs formæ:* [a] *Et* E *finxit Deus hominem, & flauit flatum vitæ; Nec nosset autem hominem Deus in vtero, nisi totum.* (*Et priusquàm exires de vulua sanctificaui te*) *& mortuum adhuc corpus. Vtique nequaquam: Deus enim viuorum, non mortuorum.*

a Genes. 2. 7.

Hilarius.
b Ierem. 20. 14.
Ieremias in vtero sanctificatus cur maledicat diei natalis sui.

Hilarius enarratione in Psal. 119. *Ieremias* [b] (*Maledicta, inquit, dies in qua genitus sum: Maledictus nuncius patri meo, & dicens, quia natus est tibi masculus.*) *Atqui idem à Domino audierat.* (*Priusquàm te formarem in vtero noui te, & priusquàm exires de ventre sanctificaui te.*) *Quid ergo? maledicit ne cæpisse se, qui antequam esset, & Deo cognitus est, & sanctificatus* F *à Deo est? Absit istud. Non enim hoc in se, quod sanctificatus est, odit; sed ea, quæ sanctificationem consequuta sunt, maledicit, profectum, scilicet per incrementa corporis in has molestias corporei incolatus, in quo sibi in malis sæculi, & infirmitatibus carnis, vitiisque viuendum sit.*

11
August.
Sanctificatio per gratiam præuenientem.

Augustinus lib. 1. Retract. cap. 26. legens. (*In vtero sanctificaui te, & cùm esses in renibus patris tui vidi te.*) *Id intelligere videtur de gratia præueniente. Subiicitque hæc verba. Quamuis testimonium illud,* (*Cùm esses in renibus patris tui vidi te.*) *Vnde mihi scriptum sit occurrerit nescio.*

Gratia doni Ieremiæ datū nō ex merito.

Idem lib. 3. Hypognosticō, tom. 7. *Quid enim dentius de gratia operibus dici potuit, quàm quod dictum est Ieremiæ Prophetæ, (Priusquam te formarem,* &c.) *Planè manifestat gratiæ donum,& non ex operibus: quæ enim erāt eius opera nondum formati in vtero?*

Leo Papa. *Humanum corpus à Deo formari.*

Leo Papa Epistola 93. ad Turibium Asturiensem Episcopum cap. 9. Quòd à Deo formetur corpus humanum ex hisce probat Domini verbis. (*Priusquam te formarem in vtero*, &c.)

Augustinus.

Idipsum probat ex his ipsis verbis Augustinus Epistola 146. ad Consentium, dicens, *Si Deus nunc ista non format, quomodo legitur.* (*Priusquam te formarem*, &c.)

Io. Cassian.

Et Ioannes Cassianus collat. 8. De Principatibus cap. 25. dicens: *Quamquam in corporis huius concretione ministerium tantummodo sit hominibus adscribendum; summa verò Deo omnium Creatori est tribuenda. Vnde ipse ad Ieremiam*, (*Priusquàm te formarem in vtero noui te.*)

12 Ambros.

Christus solus secundùm Ambrosium sanctificatus in vtero.

Ad quartum denique caput 11. spectant Patrum, qui hæc omnia non tam Ieremiæ, quàm Christo conuenire arbitrantur. Ita Ambrosius, qui in lib. Apologiæ Dauid, cap. 11. ait, *In quo voluit Dominus nulla originis esse contagia, dicit illi*, (*Priusquàm te formarem in vtero matris tuæ, noui te*, &c.) *Quis tantus, cui tam magna delata sunt? Numquid Ieremias? Sed non ille vtique in gentibus Propheta propositus, sed in Iudæa tunc temporis, nunc autem etiam in nationibus, quæ in Iesum Dominum crediderunt. Vide tamen, ne illi dicatur, qui antequam nasceretur ex Virgine, iamdudum erat, & erat semper, & operabatur in vtero Mariæ constitutus, & ita sanctus erat, vt sanctificaret Prophetas suos, in quo solo & conceptus virginalis, & partus sine vllo fuit mortalis originis inquinamento.*

Lactant. Firmianus.

Lactantius Firmianus lib. 4. Institutionum ca. 8. *In primis testificamur illum* sc. Christum, *bis esse natum, primùm in spiritu, postea in carne. Vnde apud Ieremiam ita dicitur* (*Priusquàm te formarem in vtero, noui te. Et item apud ipsum. Beatus qui erat antequam nasceretur, quod nulli alij contigit præter Christum, qui cùm esset à principio Filius Dei, regeneratus est denuò secundùm carnem.*

A Eucherius lib. 3. in Genes. pag. 308. *Christus sub Ieremiæ persona ad se dictum audiuit.* (*Priusquàm te formaui in vtero, noui te, & antequam exires de vtero sanctificaui te.*) Eucherius.

13 Rup. Abb. *Notitia Dei duplex. Sanctificatio duplex.*

Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 4. Posita duplici distinctione, tum notitiæ Dei, tum sanctificationis: in notitia, qua Deus cognoscit quoslibet electos,& eam, qua nouit filium suum. Et in sanctificationem, quæ fit per Dei gratiam sanctificantem, & eam quæ fit per separationem alicuius rei in vsum, vel ministerium sanctitatis, & ipsius Dei, ait, *Per coeternam sibi essentiam nostrûm*
B *quemque Deus nouit per constantem, atque certissimam præscientiam Igitur Prophetam quidem antequam formaret in vtero nouit, & antequam exiret de vulua sanctificauit: Ipsum autem, cuius hic typum gerit, Prophetam, & Prophetarum Dominum Filium suum vnigenitum solum singulariter nouit, & sanctificauit priusquàm formaretur in vtero, priusquàm exiret de vulua, factus homo, de eo, quod nouerit eum, dicit ipse filius,* [a] (*Nemo nouit filium, nisi Pater.*) *Porrò de eo, quod sanctificauerit eum priusquàm de vulua exiret, omnium piorum, & rectè credentium vna fides certa est, quòd non de virili semine, sed de Spiritu sancto conceptus est,*
C *& Propheta in gentibus, id est non Iudæorum tantùm, sed ad gentium quoque salutationem missus est.*

Christus quomodo dictus cognitus, & sanctificatus in vtero ex Rupp. Abb.

a Matth. 11. 27.

Peculiariter autem de Christo id quod hîc habetur(*& Prophetam in Gentibus dedi te*,) dictum putant Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 21. Gregorius Nyssenus, lib. aduersus Iudæos cap. de Incredulit. Iudæorum,& Ecclesia gentium. Ambros. in Psalm. 4. vers. 3. Origenes Homil. 1. in Ieremiam, qui, illum inquit Christum extitisse Prophetam, qui in lib. Deuteron. promissus est per Moysem, de quo nos plura egimus in secunda expositione.

Christus Propheta omniū gentium. Cyprianus. Greg. Nyss. Ambros. Origenes.

D Quamquam idem Origenes eadem Homil. 1. Ieremiæ etiam idipsum dictum asserat, quia illis prophetare debebat gentibus vniuersis, quas ab ipsomet enumeratas habemus in posterioribus. In quo cum Origene consentiunt Hieronymus, & Theodoritus in suis Comment. in Ieremiam.

Ieremias quomodo Propheta in gētibus. Origenes. Hieronym. Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς αὐτὸν λέγων.]

Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου] αὕτη μὲν ἡ ἀρχὴ τοῦ βιβλίου, οὐχ αὕτη δὲ τῆς προφητείας ἡ ἀρχή. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντες ἐξώκειλαν εἰς ἀσέβειαν, καὶ προφῆται λοιπὸν οὐκ ἦσαν. ἐβούλετο δὲ τὸν δίκαιον ἀποστεῖλαι ἐπὶ τὸ τοῖς οἰκείοις λόγοις μεταβαλεῖν τοῦ λαοῦ τὴν περὶ τὴν ἀσέβειαν σπουδήν.

[Πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν.]

Τοῦ αὐτοῦ] οὕτω καὶ Παῦλος· ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.

[Καὶ μετ' ὀλίγα] ἐγὼ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας. οὐ τῆς φύσεως τὸ ἔργον ἐστίν, οὐ τῶν ὠδίνων. ἐγὼ πάντων αἴτιος. ὥστε δικαίως ἂν ὑπακούσῃς ἐμοί, καὶ τοῦ εἶναι παρασχόντι.

Τοῦ αὐτοῦ] οὐ πρῶτον ἡγίακά σε. ἀλλὰ πρῶτον ἐπὶ

E *Et factum verbum Domini ad ipsum dicens.*]

14

Ioan. Chrysostomi.[a]] *Hoc sanè principium est libri, non Prophetiæ ipsius.* [b] *Postquam enim omnes in impietatē erant delapsi, Prophetæ quoque omninò deerant: velletque Deus virum iustum mittere, qui accommodatis verbis populi studia in impietatem vergentia commutaret.*

[*Antequam exires*, &c.]

F Eiusdem. [c]] *Sic & Paulus*, [d] *Qui me segregauit ex vtero matris meæ, vt ipsum Euangelizarem* [e] *in gentibus.*

[Et post pauca.[f]] *Ego qui formaui te ex vtero. Non naturæ hoc opus:* [g] *non dolorum hic partus: Ego omnium effector. Quocirca iure mihi auscultare debes, qui & tibi vt esses præstiti.*

Eiusdem.[h]] *Non primùm(sanctificaui te) sed primùm*

a Chrysost.
b *Dei bona voluntas in Iudæos eo ipso tempore, quo maxima erāt in impietate.*
c Chrysost.
d Gala. 1. 15.
e *Ieremiæ sāctificatio pro segregatione, & destinatione ad prophetandum.*
f Chrysost.
g *Hominis primus formator Deus. Ideò qui sequitur hominū Deo obtemperare debet.*
h Chrysost.

ἐπίσταμαί σε, καὶ τότε ἡγίακά σε. ἐνταῦθα πρόγνωσιν ἔδειξεν. μετὰ τὴν πρόγνωσιν τότε τὸν ὅρον.

[Ἐπίσταμαί σε] [Διδύμου] οὐχ ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ τὸν Ἱερεμίαν πεποίηκεν ἅγιον, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προέγνω ὡς θεός.

Ὀλυμπιοδώρου] ἐπίσταμαί σε, κατὰ τοὺς τῆς προγνώσεως λόγους.

Τοῦ Χρυσοστόμου] ἐπειδὴ ἔγνων σε, ἡγίακά σε. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος λέγει, οὓς προέγνω, καὶ προώρισεν. οὐκ εἶπε πρῶτον, προώριζεν: ἀλλὰ προέγνω, καὶ τότε προώριζεν.

Θεοδωρήτου] προεπαίρει τοῦ προφήτου τὸ φρόνημα, τῆς δειλίας ἐλευθερῶν, ἐπειδὴ νέος ὢν εἰς φονῶντα δῆμον ἐπέμπετο. δεικνὺς, ὡς οὐδὲ νῦν αὐτὸν εἰς τοῦτο χειροτονεῖ: ὡς δὲ πλάστης, καὶ ἄμεινον εἰδὼς τοῦ πλασθέντος τὸ πλάσμα, μᾶλλον δὲ προειδὼς καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἕξιν, ὡς ἐπιτήδειον εἰς τοῦτο προὐβάλλετο.

Ἐξ ἀνεπιγράφου] τὸ δὲ, πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε: οἷον τὸ, ἀφορίζας με ἐκ κοιλίας μητρός μου. ἁγιάζαι γὰρ, τὸ ἀφορίσαι πρὸς τὴν λειτουργίαν. πνεύματος γὰρ ἁγίου μετείληφεν, ὅτε δι' εὐσεβοῦς πολιτείας κατέστησεν ἑαυτὸν ἄξιον, ὡς τὴν προφητικὴν χάριν λαβεῖν. ὅπερ προέγνω ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. ὁποῖόν τε ἐν τῷ νζ. ψαλμῷ, ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας. καὶ πρὸς τὸν Φαραὼ δέ φησιν: εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου. ἀλλ' οὐχὶ ἡ πρόγνωσις ἁγιασμοῦ γέγονεν, ἢ πονηρίας αἰτία. ἃ δὲ ποιεῖν ἤμελλον, τῆς προγνώσεως αἴτια γέγονεν.

Τοῦ αὐτοῦ] οὕτως οἱ προφῆται δηλοῦσι τὴν ἀποκάλυψιν τῶν αὐτοῖς γνωριζομένων ὑπὸ θεοῦ, καὶ Δαυὶδ γάρ φησιν. ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ θεός. καὶ ἀββακοὺμ, ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ θεός. πρὸ δὲ πλάσεως αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων ᾔδει θεὸς, οὐχ ὡς ὄντα, κατὰ δὲ πρόγνωσιν. τὸ δὲ τῆς θείας γνώσεως ἄπταιστον ἐδήλωσεν τὸ ἐπίσταμαι. πλάσαι δὲ αὐτὸν λέγεται ἐν κοιλίᾳ. ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν ἀδὰμ προστάγματος, τὸ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, δρόμον λαβούσης τῆς φύσεως. καὶ ἀπὸ τοῦ γὰρ, βλαστησάτω ἡ γῆ, καὶ αἱ κέδροι τοῦ λιβάνου ἃς ἐφύτευσας.

Θεοδωρήτου] [εἰς ἔθνη] οὐ γὰρ μόνα τὰ ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν προθεσπίζει. οὕτω καὶ παῦλος. ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Χρυσοστόμου] εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐξῆλθε τὴν ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ πολλὰ περὶ τῶν ἐθνῶν προεφήτευσεν.

Τοῦ αὐτοῦ] οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν πέμπει. ᾔδει γὰρ ὡς ἡ τοῦ καιροῦ δυσκολία ὀκνηρότερον αὐτὸν περὶ τὸ πρᾶγμα ποιήσει. λέγει τοίνυν ῥήματα, ἀφ' ὧν προτρέπεσθαι αὐτὸν ἠδύνατο. πρὸ τοίνυν τῆς γενέσεως ᾠκειωσάμην σε: τοῦτο γὰρ τὸ, ἐπίσταμαι: καὶ διαπλασθέντα ἀφώρισα. εἶτα ἐπειδή ἐστιν ἀφορισθῆναι, καὶ εἰς ἱερατείας, καὶ εἰς ἄλλας τινὰς ὑπηρεσίας,

A *primum (noui te)* [a] *& tunc sanctificaui. Hic praecognitionem ostendit, post praecognitionem tunc destinationem.*

Didymi. [b]] [Noui te.] *Non praecognitio Dei Ieremiam sanctum effecit, sed quod euentum erat praecognouit tamquam Deus.*

Olympiodori. [c]] [*Noui te,*] *secundùm praenotionis rationes.*

Chrysostomi. [d]] *Postquam cognoui te, sanctificaui te: propter quod & Apostolus inquit.* [e] B *Quos praesciuit & praedestinauit: non dixit primũ praedestinauit* [f] *sed praesciuit, & tũc praedestinauit.*

Theodoriti. [g]] *Erigit ante res ipsas Prophetae mentẽ, metũ eximens.* [h] *Quippe qui iuuenis adhuc mittebatur ad populũ in caedes prōptum, ostendens se non nunc primũ ipsum ad hoc destinasse, sed vt factorẽ ipsius meliùs noscentẽ figmentũ suũ, quàm idipsũ quod factũ est: Quin & vim illius omnẽ, & habitum vti idoneum ad hoc munus promouisse.*

Incerti. [i]] *Hoc autem (antequam exires è* C *vulua sanctificaui te,) illi consimile.* [k] *Qui me segregauit* [l] *ex ventre matris meae. Sanctificare enim est ad ministerium segregare. Nam & Spiritus sancti particeps est effectus, quando, vita piè instituta, Prophetica gratia dignum se reddidit. Quod praeuidit qui praenouit omnia, cognouit antequam sint, qualéque illud Psalmi quinquagesimi septimi,* [m] *Alienati sunt peccatores à vulua: & quod ad Pharaonem dicit.* [n] *Ad hoc ipsum excitaui te,* [o] *vt ostendam in te robur meum. Sed vtique non fuit praecognitio sanctitatis vel mali-* D *tiae caussa. Verum quae ipsi erant facturi praenotionis causa fuère.*

Eiusdem. [p]] *Hac ratione Prophetae* [q] *reuelationem significant eorum quae ipsis demonstrata sunt, ait enim & Dauid,* [r] *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, & Abbacuc,* [s] *super custodiam meam* [t] *stabo, & ascendam super petrã, & diligẽter disquiram vt videam quid loquatur in me Dominus Deus. Antequam autem efformaretur, Deus omnium norat illum non vt tunc exi-* E *stentem, sed vt praecognitum, diuinae porrò sciẽtiae proprium quod falli non possit, significauit verbũ* [x] *(noui) efformasse autẽ ipsũ dicitur in vtero: praecepti illius vi, quod dictũ est Adae,* [y] *crescite, & multiplicamini: cursũ suũ auspicãte natura veluti & illius, &* [z] *germinet terra, & Cedri Libani* [a] *quas plãtasti.*

Theodoreti. [b]] [*In gentes.*] *Non enim solum Iudaeorum* [c] *sed reliquarum etiam gentium res praesagit: sic & Paulus,* [d] *Qui me segregauit ex vẽtre matris meae, vt ipsũ in gẽtibus, Euãgelizarẽ.*

F Chrysostomi. [e]] *Nam etsi Hierusalem non est egressus; de gẽtibus tamẽ plurima prophetauit.*

Eiusdem. [f]] *Non simpliciter illũ mittit: quoniam nouerat tẽporis difficultatem segniorẽ ipsum ad opus redditaram.* [g] *Verba igitur quibus illum incitaret profert. (Antequam natus esses, te mihi adsciui.) Hoc enim verbum (Noui) significat, & Creatum segregaui.* [h] *Deinde cùm segregetur aliquis, & ad Sacerdotiũ, & ad alia quaedam ministeria*

a *Dei praecognitio cuiusque rei ante eiusdem determinationem.*
15
b *Didymus Praecognitio Dei non est causa euẽtuũ nostrorum, sed è contra.*
c Olympiod.
d Chrysost.
e Rom. 8. 29.
f *Praescientia Dei causa praedestinationis.*
g Theodor.
h *Excitatur Ieremias à Deo ad prophetandũ impiis Iudaeis sine metu, ex aptitudine ad tale munus, qua ab ipso praecognitus, & ab antiquo ad id fuit destinatus.*
16
i Incertus.
k Gal. 1. 15.
l *Ieremias segregatus à Deo ad prophetãdi munus antequã nasceretur, simulque praecognitus sanctus futurus per sanctam vitam.*
m Ps. 57. 4.
n Exod. 9. 16.
o *Praecognitio Dei non est causa bonitatis vel malitiae, sed è contra.*
p Incertus.
q *Prophetae praenunciant sibi reuelata.*
r Psal. 84. 9.
s Abac. 2. 1.
t *Praecognitio Dei est ante realem existentiam.*
u *Sciẽtia Dei falli nõ potest.*
18
x *Ieremias formatus in vtero à Deo vi praecepti facti Adae de multiplicatione.*
y Gen. 1. 22.
z Gen. 1. 12.
a Ps. 103. 16.
b Theodor.
c *Ieremias vaticinatus est de gentibus.*
d Galat. 1. 15.
e Chrysostom.
f Chrysostom.
g *Cur Deus haud simpl. ci mittere Ieremiam suspicit ad prophetandum.*
h *Nescire Dei*

ρεσίας, δεικνὺς τοῦ ἀφορισμοῦ τὸ εἶδος, εἰς τοῦτο σε φησὶν ἀφώρισα, ὥστε προφητεῦσαι τῷ λαῷ. ἔθνη γὰρ τὰς φυλὰς λέγει. διὸ ὁ μὲν παραιτεῖται, ὡς οὐκ ἀξιόπιστος ὢν πρὸς τοσούτους διαλέγεσθαι, καὶ μάλιστα πρὸς βασιλέας: θεὸς δὲ θαῤῥύνει.

A *sterta, speciem segregationis ostendẽs. In hoc te ait, segregaui: vt populo Prophetes. Gẽtes enim Tribus dicit. Quapropter hic quidẽ abnuit, vt pote qui se non putat aptum ad sermocinandum tam multus, & maximè Regibus. At Deus animosum reddit.*

quempiã esse vel creasse segregare ad aliquod ministerium. Ieremias destinatus cùm dicitur ad gẽtes, gentium nomine significata Iudaici populi tribus.

Vers. 6.] Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

Paraphrasis Expositionis secundùm Literam.

a Vers. 6. Et dixi.

AVDITA [a] *Dei excitatione, qua me ad Propheticum promouit munus, totus in cordis mei commotus sum penetralibus: Itaut eamdem, quam intrinsecus senseram, coactus sim & extrinsecus proferre commotionẽ:* [b] *Ideoque meã ad tanti muneris intelligens ineptitudinem, simulq; eius, qui me excitarat obstupescẽs, maiestatem & metu, ac reuerentia erga eum affectus, dixi, A, a, a, Domine Deus; doleo quòd ineptum me agnoscens vix tibi in munere isto potero deseruire: cordis sanè dolore hac de mea angor miseria ob id potissimùm, quòd tibi obsequi in omnibus debeo,* [c] *à quo omne habui esse, cui & propterea nomen competit. Qui est, vt origini totius esse creaturarum: quem* [d] *vt meum specialem fateor Dominum, mei vt proprij serui particularem curam gerentem; quem denique vt vniuersalem omnium Deum veneror gloriosissimũ.* [e] *Nihilominus qualis, qualis sum, ecce me: proponã tãtum quos in me agnosco defectus, quorum causa & angor, verens, ne propter illos à delegato tuo isto præpediar munere: sunt quippe ij tres, & maximi momenti.* [f] *Primum, quòd nescio loqui, non solùm expers eloquentiæ, sed & multò magis prudentiæ illius ignarus, qua oportunè, & cum debitis homines sapientes loquuntur modo, & circunstantiis* [g]*: sum namque adhuc puer, atque adeò ob inexperientiam prudentis inscius elocutionis. Quin & verè nedum ætate, sed & puerilibus duobus aliis puer sum defectibus, & inconstantia, atque pauore, quibus sat noui, quàm reddar ineptus ad tam diuturnum, tamque laboriosum Prophetiæ onus.*

b A, a, a.

c Qui est. Sept.

d Domine Deus.

e Ecce.

f Nescio loqui.

g Quia puer ego sum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 EFFICACISSIMA, modicis licet verbis in versu quinto (vt vidimus) vsus est Dominus oratione, vt Ieremiam ad Prophetiæ munus subeundũ alliceret.

Humilis cùm se audit exaltari, tunc se deiicit magis. h Eccl. 3. 20. *Humilitate nil Deo gratius.*

Attamen, quia id peculiare est animi verè demissi, atque humilis, vt iuxta Sapientis illius consilium, [h] *quantò magnus est, humiliet se in omnibus*: Auditis insignibus iis, quibus singulari priuilegio ab ipso Domino fuerat euectus, quò potest demissiùs, se ante eius deiicit conspectum, cui, sat habeat exploratum nil ipsa gratius esse humilitate, prout à præcitato Sapiente significatum est, quando post præallatum consilium, adiecit illico, *Et coram Deo inuenies gratiam*, ac si diceret. Et per tam eximiam animi demissionem eris Deo gratissimus.

(*Et dixi A, a, a, Domine Deus: Ecce nescio loqui: quia puer ego sum.*) Humiliauit se quidem & Moyses, seque in simili apud eumdem Dominũ excusauit euentu, quando in signis, & prodi-
B giis eum destinauit ad Pharaonẽ, in Ducemque euexit populi sui Israël, dicens, [i] *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum.* i Exod. 4. 10.

Sed certè, si Moysis verba cum his, quæ à Ieremia dicuntur, simul conferentur, inueniemus, multò hæc illis esse demissiora, multóque & efficaciora, enimuerò Moyses humilitatem in duobus dumtaxat profitetur, in eo, quòd supplicem se ille exhibet Deo, cuius se iam norat iniisse familiaritatem, & à quo sublimem patrandorum
C miraculorum acceperat gratiam, & in eo, quòd nedum ineloquentem se fatetur, sed & ineptum, & impotentem ad loquendum; Cùm certè reuera ita esset, adeò vt propterea frater eius Aaron illi exhibitus sit, qui ei pro interprete deseruiret; Et nemo est, qui nesciat, necesse esse, vt vel celsissimi quique Spiritus iugiter ante Deum stent supplices.

Humilitas Moysis cõparata cum humilitate Ieremiæ.

At in perbreui ista Ieremiæ oratione tot sunt humilitatis indicia, quot sunt & verba, quodque ad rem magis facit, indicia ipsa singula sunt efficacissima.

D Ac primo in verbo, (*Et dixi,*) iuncto cum particula sequenti, indicat Ieremias, se non tam ore humilia protulisse, quàm interno animi affectu, quo ante Dei conspectum sese præ sua exiguitate sensit commotum, vt nedum supplici Deum alloqueretur oratione, sed & in spiritu humilitatis, & in animo contrito extrinsecus protulerit ore, quæ intrinsecus in suo iam prompserat corde. 2

Porrò per adiectam particulam (*A, a, a,*) efficacissimè internam hanc sui patefacit commotionem. Quamuis enim, אהה *ahah*, quam
E Hieronymus ferè seruasse visus est, sit interiectio dolentis apud Hebræos, atque adeo aliàs sæpius ab interprete nostro reddita reperiatur per aliam latinam item dolentis, Heu, vt Iosuë 7. vers. 7. Iudic. 11. vers. 35. & 4. Reg. 6. vers. 5. vbi, *Heu, heu, heu, Domine mi*, &c. Hoc tamen loco per illam Ieremias nedum dolorem illum exprimit, quem alio nomine contritionem, seu animum dicimus contritum: sed, & admirationem, stuporémque magnum: Nec non & reuerentialem in Deum, qui ipsum alloquebatur, timorem. Est alter huic similis locus in capite 6. libri Iu-
F dicum, in quo hæc habentur. [k] *Vidensque Gedeon, quòd esset Angelus Domini, ait* אהה *ahah*, Vulgata, *Heu mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Omnes autem affectus hi tres ex vna deriuabantur humilitate perfectissima, qua sanctus præditus erat Propheta: Humillimus quippe, quem sui ipsius habebat sensus, timorem ei incutiebat, quòd tam vilis, atque ineptus ante Dei conspectum staret, illiusque audiret & verba: cognitio ipsa suæ vilitatis illustriorem ei reddebat sibi loquentis Dei celsitudinem, & maie

A, a, a, particula, plures significans effectus.

k Iudi. 6. 22.

& maiestatem, iuxta axioma illud, *contraria iuxta se posita magis elucescunt:* ita vt & in tam excelsæ gloriæ, tantæque eiusdem Dei erga ipsum benignitatis commoueretur admirationem, atque stuporem. Sed qui præstantior in eo per eamdem humilitatem excitabatur affectus, dolor is certè erat, quo percepta Dei voluntate, quā in præcedenti versu sibi fuerat significatum, fuisse desuper destinatum, vt esset Propheta in gentibus, atque adeo & se prædictum ab æterno, & in matris suæ vtero sanctificatum fuisse: ad tanti muneris onus ineptum se reputans, atque indignum, de hac ipsa sua dolebat ineptitudine, & indignitate, qui alioqui, vt in vtero sanctificatus Deo suo obsequentissimus esse vellet.

3 Circa particulam istam *A, a, a*, seu Hebr. אהה *ahah*, adeò (vt dictum est) efficacem, in versione Sept. & modica quidem, sed magni momenti in textibus diuersitas. Nam Codex Vaticanus vltimò emendatus habet ὢ ὢν *ô on* cum accentu circumflexo, est autem particula ista ὢν sic scripta, Ionica, & Dorica pro alia particula οὖν *oun* significante *igitur*, seu *ergo*. Vt sic verti possit, (*Ergo Dominator Domine:*) per Aposiopesim. Ac si dicere velit Ieremias post audita Dei verba: Ipse ergo pro tanto munere tibi deseruiam Dominator Domine? Quî fieri id potest, cùm ego ignarus sim loquutionis? &c. Versio Latina eiusdem Codicis Vaticani voce Græca retenta sic habet, (*ô On Dominator Domine:* & vt (verum fatear,) nescio quem sensum istiusmodi habere queat lectio, Ni dicamus, particulam istam *On* in Latino esse redundantem, sicut & prædicta particula Græca ὢν *on* sæpius apud auctores Græcos redundanter posita reperitur, prout & nonnullæ aliæ. S. Hieronymus in suo Codice videtur habuisse simplex ὦ, ὁ, quod est articulus vocandi, vnde sic legit in versione Sept. quam affert, *Et dixi, ô Domine Deus, nescio loqui.*

Verùm communis reliquorum Codicum, Complutensis, Aldini, & Regij. Nec non & veterum Patrum lectio est, ὁ ὢν cum accentu graui. Quod est peculiare Dei nomen, vsurpatum ab iisdem Sept. in capite 3. Exod. & significat. Qui

a Exod. 3. 14.

est ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. [a] *Ego sum Qui est* (vulgata, *Qui sum*) & paulò post ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. *Qui est, misit me ad vos.* Vt sanctus Propheta Ieremias, quò magis Dei captaret in oratione sua beneuolentiam, tribus nominibus simul vnum Deum nuncuparit, *Qui est, Adonai, & Iehouah*, (tetragrammaton) habito respectu ad sanctæ Trinitatis mysterium.

Ambros.

Ambrosius serm. 14. in Psalm. 118. legit, (*Qui es Dominator, Domine!*) Admiratiuè. Cyrillus Alex.

Cyril. Alex.

lib. 1. in cap. Isaiæ 6. legit, (*Tu quis es ô Domine? Domine ecce nescio loqui.*) Ac si dicat: Tu quis es ô Domine? Nonne Deus es, cui omnia sunt perspecta? Nonne qui me nosti priusquàm me formares in vtero, nosti pariter, quàm modò ineptus ad istud sim Prophetæ munus, cùm nesciam loqui adhuc puer existens?

Chrysost.

Interpres sermonis Ioan. Chrysostomi de Ieremia. Qui habetur in Tomo 1. operum illius, (Neque enim habui, quem viderem eiusdem Chrysostomi Codicem Græcum) legit, (*Quid est Dominator Domine?*) vt sensus sit (vt idem ait Chrysostomus.) *Cur minori mihi tam onerosum pondus imponis? Cur ad corrigendum populum ætatem dirigis? Cur prophetandi mihi tantam credis prouinciam? Ego enim, &c.*

Ex quibus omnibus apparet, Sept. sic vertisse

A ὁ ὢν *Qui est*, seu *Qui es*, quod (vt dictum est) illud est Dei nomen; quod, vt sibi cæterorum nominum congruentissimum Moysi aperuit Deus: atque adeo dicendum, Sapientissimos illos Interpretes pro Hebraica particula אהה *ahah*, legisse, אהיה *ehieh*, vnico י *iod* interposito inter duo ה *he*: sat enim norunt, qui Hebraicam vel attigerunt linguam, prædictum Dei nomen in præcitato [a] Exodi loco positum Hebraico in codice, istud esse, אהיה *ehieh*.

a Exod. 3. 14.

4 (*Domine Deus.*) Nec *Domine* inquit tantum, nec tantum (*Deus.*) Sed ambo simul iunctim, vt & efficaciùs illius profiteatur maiestatem, & maiorem sui in illum protestetur obligationem: Nomine enim *Domini* illum vt suum peculiarem fatetur herum, ac principem, cui instar serui ipse deuinctus sit in omnibus: cuius & speciali regatur, & gubernetur prouidentia, quod meliùs expressum videre est in alio simili loco libri Iudicum [b] supra relato, vbi Gedeon ad istud Domini nomen adiecit pronomen *mi*, dicens, *Heu mi Domine.* Nomine verò (*Dei*) illum vt vniuersalem rerum omnium conditorem, celsissimaque gloriâ, & maiestate regnantem veneratur in cælis. Est quippe pro Dei vocabulo in textu Hebraico nomen tetragrammaton, quod vnâ cum simplicissima, purissimaque essentia gloriam, maiestatemque eiusdem denotat Domini: Vnde, quod in [c] Exodo sculptum in lamina aurea super frontem Summi Sacerdotis, dicitur *Sanctum Domino:* in libro Ecclesiastici appellatum reperies, [d] *Signum sanctitatis, & gloria honoris, & opus fortitudinis.*

Domini nomine Deum nuncupamus quatenus speciali prouidentia nos gubernat.

b Iudic. 6. 22.

Dei nomine nuncupamus, quē vt vniuersalem, & celsissimū veneramur omnium conditorem.

c Exod. 28. 36.

d Eccles. 45. 14.

5 (*Ecce nescio loqui.*) Haud otiosè crediderim adhibitam particulam (*Ecce:*) Quin potiùs opinor, per eam sanctum iuuenem Ieremiam Deo se se exhibere qualis qualis esset, explicans simul id, quod in se agnosceret ineptitudinis, atque inscitiæ: Vt iunctas & ipse seruaret, quæ ex consueto semper connexæ incedunt, humilitatem & resignationem. Prout & B. Virginem celsissimam simul atque humillimam eadem particula (*Ecce*) legimus fecisse, cùm dixit, [e] *Ecce ancilla Domini.* Quamuis Virgo benedicta apertiùs postmodùm eamdem patefacere volens sui resignationem, adiecit, *fiat mihi secundùm verbum tuum.* Porrò quod addit Ieremias, (*Nescio loqui,*) non tam in excusationem, per quam impositum prophetandi munus effugeret, prout communiter asserunt expositores, ab illo arbitror dictum, quàm vt verè humilis Deo suam proponeret ignorantiam, & ineptitudinem. Sicut & humillimam Dei genitricem Mariam legimus, Angelo sibi suam significanti electionem, vt Dei pareret filium, propriam exposuisse ignorantiam modi, quo tantum explendum in se esset mysterium, naturalemque ad partus ineptitudinem, iis verbis, [f] *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

Ieremias haud se excusauit, vt euaderet prophetandi munus.

Humilitas iunctā habere solet resignationem.

e Luc. 1. 38.

f Luc. 1. 34.

(*Nescio loqui.*) Restringunt aliqui Expositorum dictum istud duobus modis. Vatablus ad ignorantiam increpandi. Ac si dicatur. *Non noui*, scilicet, increpationem loqui. Alij ad inscitiam vaticinādi, ac si dicatur, (*Nescio loqui,*) id est, vaticinari, prout habet Paraphrasis Chaldaica, prout & de Propheta Samuele adhuc puero dicitur in primo lib. Reg. [g] *Porrò Samuel nec dum sciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo Domini.* Sed meliùs absque vlla id intelligemus restrictione: efficaciusque per hæc humilitatis, & ineptitudinis suæ Ieremias promet indicium, si generaliter ea sumantur. Moyses generaliter dixit, [h] *Non sum eloquens ab heri, & nudiustertius, & impeditioris, & tardioris*

Vatablus.

g Reg. 3. 7.

h Exod. 4. 10.

Verecundia in loquutione quàm neceſſaria concionatori.

diaris linguæ ſum. Corporei loquelæ organi Deo A ſuum proponens defectum. At Moyſem in humilitate noſter ſuperat Ieremias, quippe qui nedum corporis, ſed & animi proprium Deo patefacit defectum, inſcitiam eloquutionis, ignorantiamque prudenter loquendi, iuxta temporis opportunitatem, tum in erudiendo, tum in admonendo, tum in vaticinando, tum in arguendo, tum in obſecrando, tum in increpando, tum denique & in perſuadendo, quæ ſanè vniuerſa cùm ex vna deriuent prudentia, quando ait, (*Neſcio loqui,*) Æquè eſt, ac ſi dicat, Expers prudentiæ ſum, quæ prima eſt moralium virtutum omnium, & ſine B qua fieri nequit, vt Prophetæ, & Prædicatoris munus ritè quis expleat.

Quintilian. Quintilianus lib. 2. Inſtitutionum Oratoriarum cap. 20. *Hac ait, quam inſtituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono viro conuenit, quaque & vera Rhetoricæ virtus eſt. Quod Philoſophi multis quidem, & acutis concluſionibus colligunt: mihi verò etiam planiore, ac propriè noſtra probatione videtur eſſe perſpicuum. Ab illis hæc dicuntur. Si conſonare ſibi in faciendis, ac non faciendis, virtutis eſt, quæ pars eius* C *prudentia vocatur: eadem in dicendis ac non dicendis erit.*

7 Quod autem prædictis verbis, (*Neſcio loqui,*) nedum defectum illum Ieremias ſignificare voluerit, quem communiter aſſerunt Expoſitores, eloquutionis inſcitiam, ſed multò magis hunc, quem modò diximus, defectum prudentiæ, cuius id eſt præcipuum, vt edoceat opportunè eloqui, & congruos loco, perſonis, ac tempori proferre ſermones: ipſa indicat manifeſtè ratio, quam affert, eiuſdem defectus. (*Quia puer ego ſum.*)

Prudentiam non reperiri in puero ac iuniori.

Siquidem, tametſi plerumque contingat, vt D puer ſeu iunior naturali ea præditus ſit eloquentia, vt ſermonem habens admirationem incutiat audientibus. Attamen fieri naturaliter nequit, vt idem prudentia vel in conſultatione, vel in actione, vel in ſermonibus ipſis polleat opportunis, iuxta Ariſtotelis ſententiam, qui in lib. 6. Moralium ad Nicomachum cap. 8. hæc habet, *Iuuenes, licet geometrici, & mathematici, atque in eiuſmodi rebus ſapientes euadant: prudentes tamen euadere non videntur. Cauſa autem ea eſt, quòd particularium eſt prudentia, quæ ex experientia nobis innoteſcunt, iuuenis autem expertus non eſt; experientiam enim temporis afferet longitudo.* Vnde & Rex Salomon cùm adhuc iunior eſſet, hac prudentia, & experientia coram Deo ſe destitutum fatetur, dicens; [a] *Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum,* metaphorica phraſi iſta Hebraica egreſſus, & introitus prudentes quaſque deſignans actiones, iudicia, ac definitiones. Et Apoſtolus, vt rem ſat per ſe notam, cum paruulo iungens imprudentiam, Corinthiis ait, [b] *Nolite pueri effici ſenſibus,* id eſt. Ne ita ſitis prudentiæ expertes, vt meritò paruulis comparandi ſitis, qui naturaliter omni carent prudentia.

Ariſtot.

a 3. Reg. 3. 7.

b 1. Cor. 14. 20.

8 Quamquam per verba iſta. (*Quia puer ego ſum,*) vltra ſuum imprudentiæ, inſcitiæque opportunæ, prudentiſque loquutionis defectum deſignatum (vt vidimus) in præcedentibus, (*Ecce neſcio loqui*) alios in ſe exiſtentes Deo proponat defectus. Vt particula. (*Quia,*) non tam cauſaliter, quàm aſſeueranter hoc loco poſita ſit, pro altera particula *Verè* ſeu *certè*, vel *quidem* prout alibi obſeruare eſt ſæpius in ſacris literis, vt apud Iſaiam, [c] *Seruus meus es tu Iſraël, quia,* id eſt, verè, certè *in te gloriabor:* & apud Lucam, [d] *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia* id eſt, *quòd omne maſculinum adaperiens* A *vuluam, ſanctum Domino vocabitur.* Adeo vt Hebraicam particulam כִּי *chi*, quam hîc vertit *Quia*, idemmet noſter interpres per aliam ſæpius verterit particulam *Verè*. In cuius rei comprobationem vnum pro nunc ſat ſit exemplum libri Iob, vbi dicitur, [a] *Verè ſtultum interficit iracundia*, &c. Duos autem potiſſimùm Ieremias in verbis hiſce (*Verè ſeu, certè puer ego ſum*) ſuos Deo proponit defectus, qui & præcipuè in puerili, ſeu iuniori obſeruari ſolent ætate, Inconſtantiam, & timiditatem, vt apertiùs ex eiuſdem Dei facta, ad eum reſponſione colligere eſt. Qui ſanè duo defectus B prophetico muneri maximè ſunt aduerſi. Habent autem energiæ non modicum ad Ieremiæ conteſtandam animi demiſſionem maximam, quod duabus adhibitis vocibus hiſce (*Verè,*) & *Ego* prædictos exponit defectus cùm alioqui ſimpliciùs dicere quiuiſſet, (*Ecce neſcio loqui, & puer ſum.*) Eſtque eorum ſenſus iſtiuſmodi: Haud officij cauſa, & (vt Italicè dicitur, *Per ceremonia*) ſeu, iuxta conſuetum hominum morem illum, quo præſertim coram maioribus ore humilia de ſe proferunt, C quæ tamen in ſe minimè agnoſcunt, nec ab aliis audire tolerarent: puerum me Domine aſſero, atque adeo & inconſtantem, & pauidum: ſed quos intrinſecus in me agnoſco, hos verè fateor defectus: non curo, nec refero alienos, ego, ego verè puer ſum inconſtans, & pauidus.

Quia, particula poni ſolita aſſeueranter pro verè, certè.

c Iſai. 49. 3.

d Luc. 2. 23.

a Iob. 5. 2.

Inconſtantia in puero, & iuniori.

Pauor in puero & iuniori.

Ieremias prophetare cœpit adhuc puer.

Colligunt ex his Expoſitores communiter, Ieremiam in eis ad iuuenilem ſuam alluſiſſe ætatem, & valde iuuenem eumdem prophetare cœpiſſe, quippe qui vſque ad annum, quo lapidibus obrutus eſt, quadraginta quatuor, pauloque amplius prophetiæ exercuit munus. Et quidem ad- D modum bene id colligitur: dummodo in dictis perſiſtamus quoad primam eiuſdem Ieremiæ in his. (*Quia puer,* &c.) intentionem, cùm in ipſo pueri, ſeu iunioris nomine includatur & inconſtantia, vt deducitur ex Ariſtotele lib. 8. Moral. cap. 3. & pauor, vt colliges ex eo quod in 2. lib. Paralipom. legis. [b] *Roboam erat rudis.* (Hebraicè נער *nangar*, vox eadem, qua hîc vſus eſt Ieremias puer, ſeu iunior) *& corde pauido.*

Ariſtot.

b 2. Paralip. 13. 7.

Verſ. 6.] Et dixit A, a, a, Domine Deus: ecce E neſcio loqui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

9 *In Christo nulli defectus morales.*

SVPPOSITO, quod in Theologia certum eſt, in Chriſto nec extitiſſe, nec eſſe potuiſſe defectus morales: Aptari nihilominus eidem hæc poſſunt, vt myſtico Ieremiæ cum illorum defectuum excluſione, Tamquam ab illo dicta, illique à Patre reſponſa, vel cùm primùm carnem aſſumpſit, vel F cùm in duodecimo ætatis ſuæ anno à Patre excitatus eſt vt prophetæ in medio doctorum munus adiret in templo.

Humilitatē docere Chriſtus ſtuduit per annos triginta.

c Matth. 11. 29.

Enimuerò qui verè humilitatis in primis ſtatuerat ſe exhibere magiſtrum, vt dicere poſtmodùm poſſet, [c] *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde:* vſque ad perfectam triginta annorum ætatem latere ſubiectumque eſſe decreuerat. Atque adeo à Patre excitatus vt vel pro illo triduo ad deſtinatum prodiret prophetæ opus: Ait, maxima erga eum tunc fuiſſe commotum reuerentia, ideoque illum his glorificaſſe: *A, a, a, Domine Deus*, eo ferè modo, quo aliàs de eo legimus in Euange-

a Matth. 11. 25.

Euangelio, [a] *Reſpondens Ieſus dixit: Confiteor* (id eſt laudo, gratias ago, & glorifico) *tibi Pater, Domine cæli, & terræ:* Porrò quàm congruè per particulam (*Ecce*) eidem ſe obſequentiſſimum exhibuerit Patri explicatum pariter ab ipſo habes, cùm in Pſalmo 39. ait, [*] *Tunc dixi ecce venio.*

* Pſal. 39. 8.

10

Scientia experimentalis Chriſtus quomodo ſe dicat expertem in pueritia.

Quàm verò aptè ſuam Patri proponat pueritiam, experimentaliſque prudentiæ inſcitiam, ex Luca diſces Euangeliſta, qui ad finem hiſtoriæ illius, quæ in templo inter doctores peracta ab ipſomet Chriſto eſt, cùm puer eſſet duodecim annorum, hæc ait, [a] *Et Ieſus proficiebat ſapientiâ & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.* Quod certè, tametſi intelligi nequeat de ſapientia, & ſcientia ſimpliciter, cùm idemmet Euangeliſta paulò ſuperius dixerit.[b] *Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapientiâ, & gratia Dei erat in illo:* quæ ſunt ijs ſimilia, quæ à Ioanne dicuntur, [c] *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis,* id eſt, Sapientiæ, atque ſcientiæ: quandoquidem triplici is à primo ſuæ conceptionis inſtanti plenus exſtitit ſcientiâ, nimirum diuinâ, beatâ, atque infusâ. A pleriſque nihilominus Sanctorum Patrum intelligitur de eiuſdem profectu in ſcientia experimentali, quam cum in ætatis progreſſu adeptus ſit, prout & Paulus conteſtatus eſt, dicens: [d] *Didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam.* Haud certè incongruè ipſemet, qui in puerili ætate adhuc per paſſionum experientiam non didicerat obedientiam, hanc ſuam Patri exponit inſcitiam, dicens, (*Neſcio loqui, quia puer ego ſum.*)

a Luc. 2. 52.
b Luc. 2. 40.
c Ioan. 1. 14.
d Hebr. 5. 8.

11

Prudentia in loquẽdo quomodo Chriſtus potuerit dici expers, & inſcius.

Quamuis autem Euangeliſta in præcitatæ hiſtoriæ narratione hæc habeat: [e] *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis eius.* Licuit nihilominus illi, ſe fateri inſcium experimentalis prudentiæ in loquendo, eo modo, quo apud Iſaiam legis, [f] *Butyrum, & mel,* id eſt, lac, atque dulcia, *comedet, antequam ſciat ipſe reprobare,* ſeu repellere *mala, & eligere bona.* Sic habet verſio Sept. Et in verſu ſequenti,[g] *Ideo antequam ſciat puer bonum, aut malum, non credet malitiæ, vt eligat bonum.*

e Luc. 2. 47.
f Iſai. 7. 15. ſec. Sept.
g Iſai. 7. 16. ſec. Sept.

Auguſtin.

Quem locum Auguſtinus lib. 8. de Geneſi ad lit. cap. 14. his exponens verbis, ait: *Quomodo quod neſcit, contemnit, aut eligit? Quia hæc duo ſciuntur aliter per prudentiam, aliter per experientiam, per experientiam boni malum ſcitur, etſi non ſentitur, tenetur enim bonum, ne amiſsione eius ſentiatur malum. Item per experimentum mali ſcitur bonum, quoniam quid amiſerit ſentit. Priuſquàm ergo ſciret puer per experientiam, aut bonum, quo careret, aut malum, quod boni amiſsione ſentiret, contempſit malum, vt eligeret bonum; ſingulare exemplum obedientiæ, quippe qui non venit facere voluntatem ſuam, ſed eius, à quo miſſus eſt: non ſicut ille, qui elegit facere voluntatem ſuam, non eius, à quo factus eſt: quia ſicut per vnius inobedientiam facti ſunt multi peccatores, ita per vnius obedientiam iuſti conſtituti ſunt multi.* Quòd ſi particularem Chriſti in ætate puerili inſcitiam in loquendo in ſacris quoque literis tactam exquiris, Audi eundem Iſaiam in cap. 8. [h] *Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci,* &c. quem locum communi Sanctorum Patrum ſenſu de Chriſto exponi certum eſt. Neque verò indecens in illo inſcitia iſta cenſenda eſt, cui nec indecens extitit infantile corpus, & ætas puerilis. [i] *Puer enim natus eſt nobis.*

h Iſai. 8. 4.
i Iſai. 9. 6.

12

Chriſtus inſcium & ineloquentem ſe exhibuit in pueritia, vt cẽſeretur verus homo.

Quamquam, ſi quis forſan ipſum inſcitiæ, & ignorantiæ vocabulum in Chriſto omnino abhorreat, admodum etiam congruenter ita intelligere hæc poterit. (*Neſcio loqui, quia puer ego ſum.*) Cùm puer ego ſim, operæ-precium eſt, vt inſtar reliquorum puerorum coram populo me exhibeam neſcientem loqui, ac ſi loqui opportunè neſcirem pro docendo, & prædicando; eo modo, quo plerique Sanctorum Patrum intelligendum aſſerunt, & præallatum Euangelij locum. [k] *Et Ieſus proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ, apud Deum & homines,* quoad oſtenſionem extrinſecam. Cui ſenſui fauet id, quod in præcitata Lucæ hiſtoria, quando Ieſus dicitur fuiſſe repertus in templo in medio doctorum, non dicitur inuentus loquens, ac docens; ſed audiens, & interrogans illos doctores. Et reuera neceſſaria iſta viſa eſt inſcitiæ oſtenſio ad probationem veræ humanitatis Chriſti: Nam ſi, cùm ille iam grandæuior [l] *doceret in templo, Iudæi* (vt habes in Euangelio Ioannis) *mirabantur, dicentes, Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?* Profectò ſi illum audiſſent adhuc puerum opportunè, & ſapiẽter loquentem, atque docentem, nedum admirati fuiſſent: ſed & forſan exiſtimaſſent, illum haud eſſe hominem, ſed aliquem ſpiritum, hominis ſpeciem humanis exhibentem oculis.

k Luc. 2. 52.
l Ioan. 7. 14.

Verſ. 6.] Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVS MORALES.

13

QVAMQVAM qui modicum in Spiritu profecerunt ſumma perfundi ſoleãt lætitia quum primùm in Magiſtrorum album adſcripti fuerint, & ad prædicationis munus aſſumpti, vtpote [m] qui *ament ab hominibus vocari Rabbi.* Cùm alioquin opus iſtud difficillimum ſit. Enimuerò *Verbi diuini excelſique diſtributionem:* ait Gregorius Nazianzenus in Apologetica oratione ante medium, *Quam omnes hac ætate profitentur, ſi quis eſt alius qui audacter ſuſcipiat, aut cuiuſuis ingenij eſſe cenſeat, huius ſolertiam, animique aciem miror, ne dicam ſtultitiam. Mihi quidem nequaquam ea res leuis momenti, nec parui ſpiritus eſſe videtur, vnicuique verbi, perinde ac tritici menſuram tempeſtiuè dare, ac dogmatum noſtrorum veritatem cum iudicio diſpenſare.* Et poſt multa, quæ ſpeciatim proſequitur diſpenſanda in tali Prædicationis munere, præclara eiuſdem difficultatem probat ſimilitudine, dicens: *Ei qui de tantis rebus diſputationem habent, præſertim apud multitudinem, quæ ex variis ætatibus, habitudinibuſque conflata eſt, multifidique inſtrumẽti cuiuſdam muſici in modum pulſibus opus habet, difficile eiuſmodi orationem inuenire, quæ omnes concinnare, atque conciliare, ſcientiaque lumine colluſtrare poſſit.*

m Mat. 23. 7.
Prædicatio verbi Dei eſt munus difficillimum.
Greg. Naz.

14

Sancti cùm eliguntur in Prædicatores commouentur & metu, & dolore, pro ſui humili æſtimatione.

Sancti tamen viri, & qui reuera in ſacrarum literarum ſtudio bonos facere optant progreſſus, vt promptiſſimos ſeſe exhibent per obedientiam, cùm ad id deſtinantur muneris; Ita coram Deo ea de re non modico ſe affici ſignificant & dolore, & metu, his ipſis quibus & Ieremias, ad eum exclamantes verbis, (*A, a, a, Domine Deus.*) Tres enim affectus per interiectionem (*A, a, a,*) ſimul hîc exprimi oſtenſum eſt in prima literæ expoſitione, Dolorem, metum, atque admirationem. Quibus ſanè affectibus propter vnam hi

commouentur humilitatem, demissamque sui ipsius existimationem. Admirantur muneris celsitudinem; metuunt, ne ad illud sint impares, neue in illo Dei maiestatem offendant, pro quo in eo munere functuri sunt legatione: ac demum dolent, tum quia à tutiori abstrahi se intelligunt quietis statu, tum quia ineptos se ad id reputant.

15 *Progressũ in spiritu quanti faciat sapiens, & prudens.*

Quæ sanè omnia paucis Sapiens subindicasse visus est verbis. [a] *Pretiosi Spiritus vir eruditus.* Quod duplicem habere potest intellectum. Primum, Virum eruditum, veréque nedum scientiæ notitiâ, sed & affectu Spiritus sapientem, esse pretiosi spiritus, id est, magnifacere spiritum suum, in quo, Deo opitulante profecit cùm in silentio studiis, & contemplationi deditus lateret: habereque illum, vt rem pretiosissimam, atque adeo quæ facile amittatur foras exposita. Ad quem sensum referri non incongruè potest & altera eiusdem Salomonis sententia. [b] *Totum spiritum suum profert stultus:* quia nimirum veram adhuc adeptus non est sapientiam, ita vt nec intelligat quàm pretiosa res sit, quantiue facienda spiritus, cui præsertim in claustris benè institutis vnà cum literarum studiis indulgetur: propterea si quid eius fortasse in sanctis adeptus est orationis, silentij, & solitudinis exercitiis, illud statim ac ad magisterij, & prædicationis munus fuerit assumptus, profert, effunditque totum. Cùm è vestigio de vero sapiente, veréque spirituali rectè idem subiiciat Salomon. *Sapiens differt, & reseruat in posterum*, ipsum scilicet spiritum, quem summo labore, & speciali Dei ope adeptum, vt rem maximè pretiosam seruandam intelligit. Ideoque cum dolore, & metu quando per obedientiam ad prædicationem destinatur, ad Deum conuersus dicit,

a Prou. 17. 27.

b Prou. 29. 11. *Spiritus progressum nil æstimat qui imprudẽs est.*

16 *Prædicatoris munus quàm celsum, & nobile.*

(*A, a, a, Domine Deus.*) Iisdemque simul suum coram Deo promit stuporem, quo impositi muneris admiratur celsitudinem, ac nobilitatem, vt porte in quo pretiosissima, quin & opulentissimi proferuntur Thesauri sapientiæ simul, ac spiritus: recolens à Christo dictum [c] *quia omnis scriba doctus in regno cælorum*, id est, qui ita doctus, & scientiæ eruditione sit, & spiritu, vt ad regnum cælorũ ius habeat: *Similis est homini patris-familias, qui profert de Thesauro suo noua, & vetera.* Enimuero ei, qui benè prædicationis munus velit exercere, enitendum, vt primò Thesaurum in suo reconditum habeat corde; tum veterum, eorum videlicet, quæ ad scientiæ eruditionem spectant, vetera nuncupata, quia à veteribus, tum philosophis, tum sacris doctoribus prolata suscipiuntur, iuxta Terentij sententiam, *Nullum dictum, quod non dictum sit prius.* Tum etiam nouorum illorum, quæ ad spiritum pertinent, iure optimo noua nuncupata, quia spiritus verus in iugi, ac nouo fit progressu, ita vt nouorum potiùs habenda sit ratio, prout ab Apostolo monemur, vbi de semet ait, [d] *Quæ retro sunt obliuiscens ad ea, quæ sunt priora*, id est, vlteriora, ad nouos progressus, *extendens me ipsum, ad destinatum prosequor.*

c Matth. 13. 52.

d Philip. 3. 13.

17 *Prædicatoris sancti verba dicũtur pretiosa, & cur.*

Alter præallati Salomonis dicti illius. [e] *Pretiosi spiritus vir eruditus.* Et qui magis literæ est consonus intellectus, ex quo & altera colligitur ratio impellens sanctum virum ad exclamandum coram Deo cum dolore, metu, atque stupore. (*A, a, a, Domine Deus,*) cùm ad prædicandum à suis mittitur Prælatis, is est, vt significet; Virum eruditum, veréque sapientem, ac bonum, esse pretiosi spiritus, id est, pretiosorum verborum, quæ per spiritum, & vnà cum spiritu ex intimis penetralibus cordis emisso proferuntur, atque adeò Spiritus Hebraica phrasi nuncupantur, iuxta illud item Salomonis, [f] *Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu: ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.*

e Prou. 17. 27.

f Prou. 25. 28.

18 *Verborũ suorum eam rationem habẽt Sancti Prædicatores, quæ haberi solet rerum pretiosissimarum.*

Porrò pretiosorum verborum dicitur esse, qui verè Sapiens, bonusque sit: quia verborum, quæ à se proferenda sint, eam habet rationem, quæ rerum haberi solet pretiosissimarum: Et meritò, nam reuera pretiosissima ea sunt: nam siue illa consideràt, vt Dei verba sunt, (neque enim alia bono proferenda sunt Prædicatori) nouit de illis dictum, [g] *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum:* Et alibi, [h] *Sermo Domini erat pretiosus.* Siue eadem vt à se proferenda perpendit, scit in lib. Ecclesiastici scriptum. [i] *Aurum tuum, & argentum tuum consla, & verbis tuis facito stateram.* Atque adeò eximiam in se obstupescens Dei gratiam, & electionem sui in ministerium rerum ita pretiosarum, ait (*A, a, a, Domine Deus.*) Sed & cum metu eadem profert, & cum dolore, animaduertens operis arduum in re adeo pretiosa, ad quod & inscium se dolet, & ineptum se esse metuit: Ideo namque subiicit, (*Ecce nescio loqui.*) Ac si dicat. Spiritus quidem promptus est, ac propterea obedientiæ me qualis qualis sum dedo: Prudentia tamen in loquendo in me est imbecillis, & modica ad opus tam nobile, tam difficile, tamque subtile. In quo verba, vt aurum, & argentum, instar periti aurificis primò ad ignem diuinæ examinanda sunt dilectionis, tum ad lancem perpendenda sunt discretionis; ac denique per oportunum sermonem summa cum prudentiæ arte in opus deducenda sunt; quod & animas auditorum reddat speciosas, & diuinum oblectet intuitum. [k] *Mala enim aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo*: vt dicitur in libro Prouerb. Atqui lecti argentei, eæ sunt animæ puræ, in quorum mundo corde Deus requiescit, Christusque Salomon verus, verusque Pacificus, iuxta illud, quod de vnaquaque earum dicitur. [l] *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt*, &c. de quo aliàs.

g Psal. 18. 11.
h 1. Reg. 31.
i Eccles. 28. 29.

Prædicationis opus, quàm sit difficile.

Prædicator est quidam aurifex.

k Prou. 25. 11.

l Cant. 3. 7.

Humilis verus ad suos naturales cõfugit defectus, cũ alios nõ habet quos proponat.

[*Nescio loqui, quia puer ego sum.*] Hoc est verè humilium peculiare: vt cùm nil sibi conscij sint, quod ad peccati spectet reatum, & propter quod meritò vt immundi se se diuinis, humanisque deiiciant oculis: vel ad naturæ se se conuertant defectus, eosque & extrinsecus patefaciant; quò vel hac ratione se se demittant. Sic Ieremias, cùm iam-iam audisset, (*Antequam exires de vulua sanctificaui te,*) tametsi immunditiem promere nequiret, & cum Isaia dicere, [m] *Vir pollutus labiis sum*, prompsit quod valuit, in se existentis naturalis defectus, (*Nescio loqui, quia puer ego sum.*) Ad eorum retundendam prædicatorum superbiam, qui nullam vel magnorum criminum suorum habentes rationem, dignos se arbitrantur, qui purissimum verbi Dei adeant, & exerceant ministerium.

m Isai. 6. 5.

Vide Appendicem istius vers. 6. post expositionem tertiam vers. 8.

Vers. 7.] Et dixit Dominus ad me: noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcumque mandauero tibi, loqueris.

Paraphra

Paraphraſis Expoſitionis ſecundùm Literam.

a Et dixit Dominus ad me.

PRÆ [a] *expoſitis à me ad Dominum Deum meum habitis, mea is mirum in modum oblectatus animi demiſſione, ac preparatione, ea, quæ ſibi dulciora fuere, Puer ſum, proprio iterans ore intulit,* [b] *Noli tu amplius hæc repetere, Puer ſum: neue tibi puerilis ætas, puerileſque, quos in te eſſe cenſes, defectus quicquam ingerant moleſtiæ: nam mea ope eos facilè euades.* [c] *Tanta ſiquidem aduerſus puerilem inconſtantiam te donaui conſtantia, vt abſque vlla defatigatione promptiſſimè progreſſurus ſis, & quocumque, & ad quoſcumque te miſero populos, atque ea omnia expleturus ſis quæ tibi legauero munia.*

b Noli dicere puer ſum.

c Quoniã ad omnia, quæ mittam te ibis.

d Et vniuerſa, quæ mandauero tibi loquêris.

Quod [d] *ſi is prudens demum, & ſapiens dici meretur, cuius verba ponderata ſint in ſtatera: Tu certè & eloquentiſſimus iam dicendus es, & prudentis maximè gnarus eloquij, quippe qui ad ſtateræ tutiſſimæ præcepti mei libram proferes ea omnia, quæ mandauero tibi.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVOD ea prima extiterit Ieremiæ intentio, vt tres præallatos Deo ſuos proponeret defectus, qui impoſito repugnare ſibi viderentur prophetandi, & concionandi muneri, hoc ipſum, quod illico Deus ei dedit reſponſum patefacit. verſ.7. (*Et dixit Dominus ad me. Noli dicere puer ſum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: Et vniuerſa, quæ mandauero tibi loquêris, Ne timeas*, &c.) In quo aduertere eſt, quomodo tres iſtos à Ieremia propoſitos excludit defectus. Primum, inconſtantiæ, dicens, (*Ad omnia, quæ mittam te, ibis*:) Secundum, ignorantiæ, prudentiæ, & oportunæ loquutionis, primo loco propoſitum iis verbis. (*Ecce neſcio loqui*,) ſubdens, (*Et vniuerſa, quæ mandauero tibi? loquêris*:) Tertium denique, indebiti metus, adiiciens, (*Ne timeas à facie eorum.*)

Porrò in hoc Dei reſponſo nonnulla ſunt, quæ pro exacto literæ intellectu perpendantur. Ac primùm, quomodo neutiquam hîc iratus dicatur

e Exod.4.14. Dominus, ſicut reperis ſcriptum in libro Exodi,[e] *Iratus Dominus in Moyſem, ait*, &c. Quod in eius facit confirmationem, quod in principio huius primæ expoſitionis dictum eſt, Ieremiam haud æquè ac Moyſem impoſitum à Deo onus deuitare, ideoque excuſationes afferre. Quin potiùs Deo humillimum ſe exhibere, & planè reſignatum, præque ipſa animi demiſſione eidem ſuos dumtaxat proponere defectus, id quod ſciret illi eſſe pergratum: vt idemmet Deus comprobaſſe viſus eſt, dum inſtar illius, qui rem dulcem, ſibique periucundam intra ſuum euoluit os, quò maiori eius perfruatur dulcedine: quiue quæ grata ſibi extiterint amici verba, ſuo replicat ore: & ipſe quæ ab illo acceperat, (*Puer ſum,*) proprio repetens ore, ait, (*Noli dicere, Puer ſum.*) Ac ſi dicat, Ne tibi id ingerat moleſtiæ, quòd puer ſis: Neque tu amplius hæc iteres, *Puer ſum.*) Non negat, quòd is puer, ſeu iunior eſſet, cùm re vera in puerili adhuc eſſet ætate; ſed tribus ab illo propoſitis indicat, ſe vnius gratiæ ſuæ exhibitione proſpexiſſe defectibus; quos & idcirco ſub vno includit pueri vocabulo, quia ſub eodem pueri nomine ab eo expoſitos acceperat. Ac ſi dicat, Ne mihi pueriles tuos proponas defectus, quibus ineptus ad impoſitum Prophetæ onus tibi videris, & impotens, quoniam, me tibi opem ferente, eos omnimodo ſuperabis.

Humilia verba noſtra libenter repetit Deus.

Simile.

A Quæri hîc non immeritò ſolet, Cur Deus ad prophetandi munus deſtinarit Ieremiam iuniorem, ac puerum. Breuiter tamen ad hoc reſpondetur: Id ſummâ Dei prouidentia factum: tum quia per multos annos Ieremiæ prophetandum erat vſque ad euerſionem Ieruſalem. Tum, vt in pueri ſapientia magis diuina eluceret virtus: Tum tertiò, vt Iudæorum robur per pueri confunderetur imbecillitatem, quando illi fidem non præſtarẽt, iuxta illud Apoſtoli:[f] *Infirma mundi elegit Deus vt fortia quæque confundat.* (*Ad omnia, quæ mittam te, ibis.* Veriſſimũ id vſquequaque eſt Redemptoris B dictum:[g] *Quia qui ſe humiliat exaltabitur.* Puerilem præ humilitate Ieremias in ſe fatebatur inconſtantiam; En è veſtigio ſummæ conſtantiæ gloriâ Dominus eumdem extollit: vt pote quem prædicat fore conſtantiſſimum in ſuſcipiendis ab ipſo quibuſcumque legationum mandatis, & in peragendis quibuſcumque itineribus ad quemcumque locum, & ad gentes quaſlibet, quocumque diuina vrgeat iuſſio, idque abſque vlla defatigatione. In Hebræo pro (*ad omnia quæ*) על כל--אשר *ngal chol aſcier*, quæ cùm ancipitem habere queant ſignificationem, diuerſimodè quoque ab inter- C pretibus reddita reperiuntur: nam Sept. verterunt. (*Ad omnes, ad quos,*) ſcilicet homines, ſiue ad omnes gentes, ad quas (*mittam te, ibis.*) Alij cum Vatablo. (*Ad omnem,*) ſcilicet locum (*ad quem mittam te, ibis.*) Quidam per id quod dicitur, (*ibis*) ſignificatum cenſent, Ire poteris. Sic Maldonatus, vt in parte ſubſequenti (*loquêris,*) poſitum putant, pro loqui poteris. Sed tamen maiorem vim habent, ſi ſimpliciter prout ſonant, accipiantur, pro conſtanter ibis, & prudenter loquêris, prout iam explicatum eſt.

2 *Iuniorem cur Deus Ieremiã deſtinarit ad prophetandũ & prædicandum.*

f 1.Cor. 1. 27.

g Matth.15. 12.

Prædicatori quàm neceſſaria ſit conſtantia.

Maldon.

3 [*Et vniuerſa, quæ mandauero tibi, loquêris.*] Pro alio D illo humilitatis actu, quo Ieremias ignarum ſe aſſeruit prudentis præſertim eloquij, atque adeo & prudentiæ expertem. En iterum Dominus inſigni eum euehit encomio prudentiæ in loquendo. Enimuerò Salomon in libro Prouerbiorum in hoc vno veram conſtituit ſcientiam, veramque prudentiam; ſi oportunè quis loquatur.[h] *Qui moderatur*, ait, *ſermones ſuos*, id eſt, qui cum debito modo, & pro temporis opportunitate loquitur; qui etiam, cùm ſermones increpationis proferendi ſint, moderari illos nouit, *doctus, & prudens eſt.* Is certè haud dicendus eſt inſcius, at- E que imprudens, quin potius maximæ laudandus eſt ſcientiæ, atque prudentiæ.

Prudẽtia vera eſt in oportuna loquutione.

h Prou.17. 27.

4 Si quis autem quærat, qua ratione intelligi queat, An quis moderetur ſermones ſuos? Ex his id facilè colliget, quæ hic à Domino dicuntur. (*Et vniuerſa, quæ mandauero tibi, loquêris.*)[i] *Verba prudentium ſtatera ponderabuntur*, dicit Eccleſiaſtici auctor; Statera optima, atque tutiſſima, qua ponderantur verba, & ſermones prudentes, & mandatum, atque præceptum Domini. Vnde bene per Salomonem alibi dicitur.[k] *Qui cuſtodit præceptum non experietur quicquam mali.* Hac enim præ- F cepti vtens ſtatera, nil admittere, nilue poterit loqui, pro quo mali quidpiam ſibi experiendum ſit. *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.* Sapientem profectò, atque prudentem eum dicet vnuſquiſque, cuius nimirum cor in eadem diuini præcepti ſtatera ſingula librare ſatagens, quæ ſibi proferenda ſunt eloquia, intelligit, & temporis opportunitatem, quo vnum quodque ſit habendum: quaue ratione, & quibus ſermonibus ad propoſitas ſibi reſpondendum ſit auditorum, & ignaræ plebis interrogationes. Hinc eſt, quòd Sapiens

Prudentes ij ſunt ſermones qui ponderãtur ad ſtateram præcepti Domini.

i Eccl.21.28.

k Eccleſiaſt. 8.6.

Præcepta Dei ſunt optima verborũ noſtrorum ſtatera.

Sapiens ille in libro Eccleſiaſtici id vnicuique A potiſſimùm ſtudendum eſſe ſuadet, vt quò prudenter loqui ſciant, eadem diuini præcepti vtantur ſtatera, dicens;[a] *Verbis tuis facito ſtateram.*

a Eccl. 28. 29.

Facito inquit, non quia ſtateram præcepti Dei nos facere nobis valeamus, quam potiùs factam à Deo ſuſcipimus: ſed quia priuſquam data à Deo ſuſcipiamus præcepta, debemus ea nobis in præparatione animi efficere; Tum iiſdem actu à Deo exhibitis vti pro tutiſſima eloquiorum noſtrorum ſtatera; ita vt propterea adeo prudenter poſtmodùm loquamur; vt eloquentia ipſa noſtra à Deo directa appareat. Quæ ſanè omnia ad amuſ- B ſim in lib. Prouerb. expreſſit Salomon, vbi ait: [b] *Hominis eſt præparare animam, & Domini eſt gubernare linguam.* Seu magis ad rem noſtram, ſecundum alteram lectionem, qua vſus eſt Auguſtinus lib. 2. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 8. magiſque Hebraico textui conſonam. *Hominis eſt præparare cor, & à Domino reſponſio linguæ.* Non quòd hominis ſolius ſit præparare cor, vt aſſerebant Pelagiani: ſed quòd homo, diuina adiutus gratia, ſi inſcitiam euitare velit prudentis eloquij, in præparatione (vt dictum eſt) animi ſtateram ſibi faciat diuini præcepti. Vnde poſtmodùm C conſequitur, vt acceptis Dei iuſſis, iiſque pro ſtatera in ſuis ponderandis eloquiis vtens, & vniuerſa quæ ſibi ab illo mandantur loquens, ita in loquendo ſit prudens, & eloquentiam ipſam ſuam Domino ferat acceptam, à quo certè eſt reſponſio linguæ, quòd ſcilicet lingua ſua diuinis reſpondens mandatis opportunè, prudenter, atque cum fructu etiam auditoribus reſpondeat in ſermonibus ſuis.

5 *Præcepta Dei quomodo nobis facere dicamur ſtateram pro verbis noſtris.*

b Prou. 16. 1.

Auguſtinus.

Verſ. 7.] Et dixit Dominus ad me, Noli di- D cere, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

6 *Chriſtus à primo inſtãti conceptionis fuit vir ſapientiſſimus, & prudentiſſimus.*

BENE iuxta ſupra allatum ſenſum ſubditur in verſ. 7. (*Et dixit Dominus ad me. Noli dicere, Puer ſum.*) Nota, quomodo non dixit ad Chriſtum Pater: (*Noli dicere, Neſcio loqui,*) in ſenſu præexpoſito: ſed rationem eius excludens dicti, ait (*Noli dicere, Puer ſum:*) Vt per hæc conteſtatum omnibus faceret, ſe velle ſignificare, illum re ve- E ta & in ipſa puerili ætate, quin & in infantili, & in primo ſuæ conceptionis inſtanti ſemper extitiſſe virum præfortem, prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum, quod apertius poſtea per hunc ipſum Prophetam Ieremiam exponi curabit iis verbis,[c] *Creauit Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum*, Et per alium Prophetam, [d] *Vir oriens nomen eius*: id eſt. Oriens in ipſo ortu ſuo erit vir perfectus, ſicut ſapientiæ luce plenus, vt Sol in ſuo ortu ſenſibili item plenus eſt luce, tametſi aliquando contingat, vt eius lucis radios ob interpoſitam nubem minimè diffundat. Quis F inter viros fortior, velociorque gigante? & nihilominus Chriſtus adhuc puer aſpectu imbecillis, vel etiam intra matris vterum Gigas extitit fortiſſimus, atque celerrimus, iuxta illud Pſalmi.[e] *Exultauit, vt gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius.* id eſt, etiam quando egreſſus à ſummo cælo in vterum deſcendit matris.

c Ierem. 31. 22.

d Zach. 6. 12.

e Pſal. 18. 7.

7 *Obedientia Chriſti quàm prompta ad omnia Patris mandata implenda.*

[Hocque illud eſt, quod idemmet Pater ſignificare voluit, adiiciens: *Ad omnia quæ mittam te, ibis.*] Quod & re ipſa etiam in ſua pueritia à ſe A impletum idemmet ſignificauit Ieſus, quando duodecim annorum à B. Virgine repertus inter doctores in templo, audita eius querela, *Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te*, reſponſum hoc illi dedit, [f] *Quid eſt quòd me quærebatis? Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Ac ſi dixiſſet. An ignorabatis, quia ad hoc veni in mundum,[g] *Non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me?* Neſciebatis, mihi eò ſemper eundum, vbi voluntas implenda eſſet Patris mei? [h] *Dominus Deus*, ait idemmet apud Iſaiam, *Aperuit mihi aurem.* (He- B braiſmus, id eſt, mandata mihi exhibuit, quibus explendis omni intenderem ſtudio, faciens vt illa perciperem.) *Ego autem non contradico* (in re vlla) *retrorſum non abij* (à nullo deſtiti itinere, quò illius me vrgeret iuſſio.)

f Luc. 2. 49.

g Ioan. 6. 38.

h Iſai. 50. 5.

8 *Ad paſſionẽ, & mortem quàm prõptè & celeriter iuerit Chriſtus.*

Si (*Ad omnia, quæ mittam te, ibis,*) prout habent vulgata legamus: Ex Euangelio intelligemus, quòd Chriſtus promptiſſimè ad omnia tetenderit, ad quæ miſit illum Pater: quippe qui cum exploratum haberet, fuiſſe ſe à Patre miſſum in mundum, vt mortem pro mundo ipſo ſubiret, iuxta illud. [i] *Miſit Deus filium ſuum, vt ſaluetur* C *mundus per ipſum*, per ipſius videlicet mortem: adeò ardenter iſtud ipſum tam arduum arripuit iter, vt dixerit aliquando, [k] *Cucurri in ſiti*, id eſt, præ ingeniti deſiderio obſequẽdi mandato eius, qui miſit me, cucurri tanta cum celeritate ad mortem ſubeundam, vt planè ſiti anhelarem humanæ ſalutis. Impedientemque ſe currentem in eo itinere, aliquando iis repreſſit Petrum, [l] *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?* Aliàs verò duriùs eumdem à ſe repellens,[m] *Vade ait, retro me Satana, quoniam non ſapis, quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.*

i Ioan. 3. 17.

k Pſal. 61. 5.

l Ioã. 18. 11.

m Marc. 8. 33.

9 *Chriſtus quomodo iuerit ad omnẽ gentẽ, & ad omnem locũ ad quem miſit illum pater.*

D Si verò iuxta alias lectiones, in expoſitione literæ allatas, legamus, (*Ad omnem,*) ſcilicet locum, ſeu, (*Ad omnes,*) ſcilicet populos, vel homines, (*ad quem,*) ſeu, (*ad quos mittam te, ibis.*) Habemus & id pariter in Euangelio à Chriſto impletum, vbi dicitur:[n] *Et circuibat Ieſus omnes Ciuitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, & prædicens Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Et illemet idipſum confirmans alibi ait, [o] *Quia & aliis Ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei, quia ideo miſſus ſum.* Quid clarius? lege Euangelium Ioãnis,[p] & videbis illum & ad gen- E tem Samaritanorum iter tanto habuiſſe ſtudio, vt operæpretium fuerit fatigatum ex itinere ſupra fontem ſedere.

n Matth. 9. 35.

o Luc. 4. 43.

p Ioan. 4. 6.

10 *Chriſti doctrina & verba à Patre.*

[*Et vniuerſa, quæ mandauero tibi, loquèris.*] [q] Audi ipſum Ieſum facto id quoque à ſe impletum conteſtantem in Euangelio.[r] *Quæ ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.* Et alibi,[ſ] *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor,* Quod autem locutus ſit & vniuerſa, nihil eorum quæ ſibi mandata fuiſſent omittens, audi. [t] *Nunc cognouerunt, quia omnia, quæ dediſti mihi, abs te ſunt:* F *quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt.*[u]

q Ioã. 12. 50.

r Ioã. 12. 50.

ſ Ioan. 8. 28.

t Ioan. 17. 8.

u Iſai. 50. 4.

11 *Prudentia in loquẽdo quãta fuerit in Chriſto.*

Si prudentiam in opportunè loquendo, prout in litera ſumpſimus, deſignatam ſumpſerimus in his. (*Et vniuerſa, quæ mandauero tibi loquèris.*) Ipſemet pariter Chriſtus hanc ſibi perfectiſſimo modo à Patre exhibitam fatetur apud Iſaiam, dicens, [x] *Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum.* Quæ clariùs efficaciùſve ad rem noſtram ex textu

x Iſai. 50. 4.

textu Hebraico ita leges, *Dominus meus Iehouah dedit mihi linguam eruditorum, vt sciam opportunè, & ad tempus loqui cum lasso*, (seu, vt vertit Sanctes Pagninus, & Vatablus) *cum sitibundo verbum excitabit mane, mane excitabit mihi aurem ad audiendum, sicut ij qui docentur*, id est, excitabit mihi auditum primo quoque mane, quando aptissimum ad discendum est tempus. In quibus certè verbis ad viuum expressam habemus, summam in Christo eruditionem, ac prudentiam in loquendo, cum ingenti eiusdem promptitudine, & obedientia erga Patrem suum, à quo veluti discipulus se fatetur instructum, vt Euangelium doceret.

Vers. 7.] Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

12 NOTANDVM discrimen varij effectus, qui ex ista sancti Prædicatoris humilitate in Christo causatur, atque in Prædicatore ipso. Enimuerò vna eadémque pueritia, & paruitas electa ad mysteria diuina docenda, dolorem (vt dictum est) in Prædicatore causat, ita vt propterea ingenti cum affectu dicat, *A, a, a.* aut, *Heu Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum:* E vestigio verò Christus ob eandem, spiritu exultat: Vnde in Lucæ Euangelio legimus: [a] *In ipsa hora exultauit Spiritu, & dixit, Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à Sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

a Luc. 10. 21.

Porrò discrimen istud ex alia prouenit diuersitate considerationis in Deo, atque in humili Prædicatore vnius ætatis puerilis.

Loqui iuniorē coram senioribus indecens est.

Siquidem Prædicator humilis ex ætate in qua est, puerili, id considerat, quòd per illam ineptus ad tantum redditur munus, recolens dictum. [b] *Adolescens loquere in tua causa, vix cùm necesse fuerit. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul, & quærens. In medio magnatorum non præsumas loqui, & vbi sunt senes, non multùm loquaris.* Quod est consonum Sapientis pariter Gentilis, Solonis inquam legi, qua sanxit, ne quis admodum iuuenis ad magistratum, aut consultationes admitteretur, quamuis prudentissimus alioquin esset. Idcirco expauescens dicit intra se ad eos, quibus Prædicaturus est seniores, quod in lib. Iob dicebat Eliu. [c] *Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcircò demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam, sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret Sapientiam.*

b Ecc. 32. 10.

Solonis sanctio.

c Iob 32. 6.

13 At verò Christus hac ipsa de re, quòd puer in sanctum eligitur Prædicatorem, exultat, Patríque propterea (vt dictum est) gratias agit, eumdemque glorificat: quia quò magis ætas est imbecillior, & ineptior, eò magis in illius fructifera Prædicatione diuina, in eo appareat virtus, omnibusque est exploratum, non tam illum esse, qui ea verba profert Sapientiæ, quàm Deum qui in eo loquitur. Hocque illud est quod Deus ipse significat, dum eidem Ieremiæ dicit: (*Noli dicere puer sum.*)

Prædicatorem cur Deus aliquādo eligat iuniorem.

Quod expressiùs aperuit Eliu in loco paulò ante citato, dicens, [d] *Spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.* Ac si dicat: Haud ætas senectutis est, quæ eruditos reddit in Sapientia, ac prudentes ad opportunè loquendum: Sed Spiritus, & vita sancta: prout & in libro Sapientiæ legimus: [e] *Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: Cani autem sunt sensus*, id est prudentia *hominis* in ætate qualibet: nam *ætas senectutis vita immaculata.* Quia autem vita ista immaculata, quam alio nomine Eliu appellauit Spiritum, & Sapientia, prudensque eloquium ab vno est Deo, bene idem Eliu adiunxit: *Et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.*

d Iob 32. 8. *Non ætas sed spiritus Prædicatorē efficit bonum.*

e Sap. 4. 8.

14 In quibus tres sunt, quas ponderes, voces. Quòd Deum in hac Sapientiæ elargitione vocat Omnipotentem, quia tunc maximè Dei elucescat omnipotentia, cùm puerum ex naturæ vsu inscium, & opportunæ eloquentiæ expertem, prudentem reddit, ac sapientem. Quòd eloquentiam istam, quam puero omnipotens tribuit, nomine insignit intelligentiæ: vtpotè per quam nil extrinsecus promatur eloquio, quod accurata examinatum non sit prudentia, & circumstantiarum omnium intelligentia. Quòd denique istiusmodi intelligentiæ collationem appellat inspirationem, vt intelligas, in hac prudentis eloquij, diuinæque sapientiæ infusione omnipotentem Deum ita se habere, prout se habuit in prima hominis formatione, atque viuificatione. Sicut [f] enim, vt magis sua tunc appareret virtus, inspirasse dicitur spiraculum vitæ, vnáque cum anima viuente & summam prudentiam, ac sapientiam in fragilem, rudemque carnis faciem è vili luto formatam. Ita imbecilles, rudésque eligit aliquando pueros quibus eloquia tribuat Sapientiæ, vt iuxta Apostoli dictum, [g] *Infirma mundi eligens, vt fortia quæque confundat.* Quod certè ingens est omnipotentiæ eius indicium. Idque tanta cum facilitate, quanta fieri videmus inspirationem, & respirationem. Quamquam sub inspirationis vocabulo & id pariter indicetur, quòd talis intelligentiæ exhibitio fiat per Spiritus sancti communicationem. Quæ sanè omnia in vno puero Daniele obseruate est, de quo dicitur, [h] *Suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri Iunioris, cuius nomen Daniel, & exclamauit voce magna*, &c. Tum subditur, quomodo per puerum istum seniores sapientes confusi sint.

Iuniorem aliquando Deus assumit in Prædicatorē, vt per ipsum magis omnipotētiam suā ostendat.

f Gen. 2. 7.

g 1. Cor. 1. 27.

h Dan. 13. 45.

15 [*Ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa, quæ mandauero tibi, loqueris.*] Duo in his vnicuique proponuntur Prædicatori, quæ maximè illi sunt necessaria. Primum, vt eò duntaxat tendere statuat, quò per obedientiam, siue per internam inspirationem à Domino mittitur, non quò vel ab ambitione, vel ab interesse, vel à propria mittitur voluntate. Habentque peculiarem hac in re vim tres diuersæ lectiones in litera allatæ. Enimuerò id ei enitendum, vt tendat (*ad omnia,*) ad quæ mittitur, id est, non solùm ad prædicandum è suggesto: sed &, si opus fuerit, ad procurandam pacem inter dissentientes, ad instruendos rudes, & idiotas in iis, quæ spectāt ad fidem; ad peccatorum cōfessiones audiendas, nec non & ad opprobria, ac persecutiones subeundas pro nomine Iesu. Vt tendat (*ad omnes*) ad quos mittitur populos, siue propè sint, siue longè, siue sint nobiles, siue ignobiles. Et denique vt tendat, & (*ad omnem,*) ad quem mittitur hominem, haud multitudinis auditorum, sed fructus vel in vno sollicitus homine. Alterum est, vt nil vel pro timore, vel pro personarum respectu prædicare

Prædicatoris duo præcipua munera.

eorum

eorum omittat, quæ intrinsecus sibi à Deo nouerit demandata, caueatque ne alia quàm ea, quæ sibi mandauerit Deus loquatur.

Vide Appendicem expositionum Patrum istius, superiorisque vers. 6. & 7. post expositionem tertiam vers. 8.

Vers. 8.] Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, &c.

Paraphrasis expositionis secundùm Literam. B

a Vers. 8. Ne timeas à facie eorum.

INsuper [a] *tantùm in te conferam roboris, vt audacissimè obuiam iis proditurus sis, ad quos te misero, facièque ad faciem audacter cum illis præliaturus. Quòd si ipsi, quo tibi metum incutiant, persecutionibus, & ærumnis te demorari enitentur: Nil est, quòd paueas ab eorum superari insectationibus:* [b] *Ego enim vt bellator fortis iugiter tibi adsum comes, vt toleratis ærumnis, quas in Prophetico munere obeundo subibis, victorem te reddā, & coronæ participem gloriæ.* [c] *In tua hac figito mente, quòd Deus (tetragrammaton) gloriosus, fidelis, atque omnipotens ista tibi dixit.* C

b Quia ego tecū sum, vt eruam te.

c Dicit Dominus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Audacia Prædicatori necessaria.

Vers. 8. *NE timeas à facie eorum.*) Pro tertio humilitatis indicio, quo Ieremias coram Deo sese humiliauit ex pueril pauore, ac imbecillitate proueniente ex innata verecundia, *Recta enim ingenia* vt ait Plinius Iunior lib. 4. epist. Epistola ad Lepidum, *debilitat verecundia, peruersa confirmat audacia.* En tertiò pariter illum exaltat idemmet Deus, validissimum ei conferens robur, maximamque & audaciam. Circa hæc autem notandum est. Primò, discrimen, quo nunc tertiò illum ex robore, audaciaque exaltat; Cùm namque in duobus prioribus sic eum euexisset, (*Ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa, quæ mandauero tibi loquêris,*) in duobus verbis, (*loquêris, & ibis*) duas iam in illo supponens virtutes, constantiam, ac prudentiam præsertim in loquendo: Debuit & nunc pariter, eumdem seruans loquendi modum dicere. (*Non timebis à facie eorum quia ego tecum sum.*) Sicut in Psalmo 90. E *Scuto* [d] *circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.* Alioquin non videtur congruenter illum exaltare, cùm dicens, (*Ne timeas,*) tantum abest vt robur, & audaciam in illo supponat, ex quibus eum euehit, vt illum ipsum potiùs in eodem puerilem supponat adhuc perdurantem timorem, cuius is iam in sui ipsius meminerat humiliationem. Nihilominus ex ipsa locutionis phrasi, qua hîc vsus est Dominus, apparet, meritò & ex tertia Ieremiam exaltare, quam in ipso iam supponebat roboris, audaciæque virtutem. Neque enim simpliciter dixit, F (*Ne timeas eos, quia ego tecum ero*) sed, (*Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum,*) in præsenti. Cùm enim robur, audaciaque ex Dei proueniat præsentia: profectò cum iam ex tunc se illi assistere dicat idemmet Deus, haud ambigendum, quin & robur, & audacia in eodem Ieremia tunc pariter extiterint, vt suam consequentia causam.

Plinius.

d Psal. 90. 5.

2 A facie eorū significat propter eos.

In cuius rei confirmationem ea facit Phrasis, qua dictum ei à Domino fuit, (*A facie eorum,*) scilicet ad quos te mitto,

A Enimuerò tametsi communiter eam sic explicent Expositores, vt tantumdem sit in Hebraica lingua. (*A facie eorum*) ac si in Latina dicatur, Propter eos. Hoc tamen loco peculiarem vim habere illam crediderim. Quòd scilicet in puero Ieremia eximiam celebret audaciam magnumque & robur, quo in bellum prodeat aduersus illos, in quorum faciem, suam quoque faciem intendit, iuxta alteram illam scripturæ phrasim, qua audax bellum per faciei significatur ostensionem, vt pluribus explicatum habes in nostris Commentariis super verba illa Cantic. [e] *Columba mea, &c. Ostende mihi faciem tuam,* Vnde in subB sequentibus hoc ipso capit. 1. dicitur. *Et bellabunt aduersum te.*

A facie eorū indicat audax robur in bello.

e Cant. 2. 14. Expositione 2.

Cùm ergo non dixit, [*Non timebis*] sed, [*Ne timeas?*] Responderi primo potest, in originali Hebraico textu, idem ipsum hoc loco, atque in præcitato loco Psalmi 90. Haberi verbum in futuro אל--תירך; *althirah.* [*Non timebis.*]

Non timor ærumnarū, sed timor, qui per tribulationes ab hominibus incutitur, excludēdus est à Prædicatore.

Iuxta autem lectionem nostram congruentissimè nihilominus dictum potiùs: [*Ne timeas.*] Quo vniuersis fieret perspicuum, eidem Ieremiæ, audacter pro prophetico munere obeundo dimiC canti multos, magnosue à potentissimis Regibus, & validissimis gentibus incutiendos timores, & persecutionum, & ærumnarum, quas tamen is minimè timere deberet, vt suo impedimento futuras muneri. Ac si dicatur, Audacter obuiam illis obsistes, ad quos te mittam. Quòd si in hac mutua cum illis faciei ostensione, & in audaci hoc prælio metum ij tibi incutiant te persequendo, ærumnisque opprimendo, ipsas eorum ne timeas vllatenus persecutiones, & afflictiones, quasi per illas, quin in bello procedas, queas impediri.

D Vnde benè subditur, [*Quia ego tecum sum, et eruam te, dicit Dominus.*] iuxta illud Psalmi 90. [f] *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Neque enim Dei assistentia, & comitatus ita metum à Ieremia abstulit, vt simul & ea abstulerit, quibus idem illi incutiebatur metus, persecutiones, ærumnas, & tribulationes: quin potius ob hoc ipsum quòd Deum secum habuit in toto illo tempore, quo Prophetæ exercuit munus, effectum est, vt iugibus subiectus fuerit ærumnis, atque laboribus, quousque & lapidibus obrutus fuit.

3 f Psal. 90. 15. Tribulationes ex Dei assistentia insilē insurgunt.

E Affertque ipsemet huius rei rationem, cum in sequentibus ait, [g] *Dominus mecum est quasi bellator fortis.* Nam & in humanis obseruare est, milites ex societate ducis bellatoris fortis, militiæ laboribus & ærumnis subiici magis: Ita tamen vt eodem comite nedum libenter ea proferant vniuersa, sed & per eorum tolerationem gloriosam de iis, cum quibus bellum sustinuerint, reuehant victoriam, & gloriæ coronam. Et in hoc sensu, verissimum est, quod & hîc dicitur: (*Quia ego tecum sum, vt eruam te:*) quod in præallata Psalmi sententia dicebatur: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.*

g Ier. 20. 11. Dei societate subiicimur iugibus tribulationibus, sed cum prouentu. Simile.

Vers. 8.] Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

VIDE amabò, quàm bellè in eodem capite, quod in præcedenti versu prosecuti fumus, ipsemet Christus super ea, quæ hîc ad eum in vers. 8. subiicit Pater. (*Ne timeas à*

4 Christus quā audacter obuiā hostibus processerit.

facie

facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te dicit Dominus:) quaſi breues quoſdam faciens Commentarios, dicat: * *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* id eſt. Reſtiti in faciem, obuiamque vt ad prælium proceſſi audacter aduerſariis meis, qui me increpabant, & conſpuebant in me. Quod breuius hic ſignificatum diximus in litera, per duo illa verba, (*à facie eorum ne timeas.) Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: Ideo poſui faciem meam vt petram duriſſimam: & ſcio quoniam non confundar. Iuxta eſt, qui iuſtificat me, quis contradicet mihi?*

*Iſai. 50.6.

5 Quòd ſi moleſtiam cuipiam ingerat, quòd non dicitur, (*Non timebis*, &c.) Sed, (*Ne timeas.*) Recolat, quæ de codemmet Chriſto paſſionis tempore in horto orante dicuntur in Euangelio. [a] *Capit Ieſus pauêre, & tedêre.* Et quomodo [b] *apparuit illi Angelus confortans eum.* Quamuis enim ſecundùm Chryſoſtomum homil. de Trinitate, in Tomo S. Epiphaniæ, hæreſi 69. Theophilactum ſuper citatum Lucæ locum, & alios ex recentioribus, ex vi vocis Græcæ *ἐνισχύων eniſchion.* Angelus non tam corroborarit Chriſtum, robur ei indens quoquomodo, quàm illius admiratus, & laude proſequutus ſit robur. Iuxta communiorem nihilominus, & probabiliorem ſenſum. Chriſtum verè confortauit, proponendo ei rationes, quibus ipſius leniri pauor poſſet, atque triſtitia, inferiorem nimirum eius partem confortando, & dicens, (*Ne timeas, quia*, &c.) Quod certè clariùs hìc à Patre ipſo habes expreſſum.

Timor quomodo fuerit in Chriſto.
a Marc. 14. 33.
b Lucæ 22.43.
Angelus quomodo confortarit Chriſtũ in horto.
Chryſoſt.
Epiphan.
Theophil.

Verſ. 8.] Ne timeas à facie eorum quia tecum ego ſum, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

6 VIDE quæ ſupra notata ſunt in prima literæ expoſitione: faciunt enim & ad moralem ſenſum.

Vt tamen aliquid & in morali expoſitione iſta inſuper addamus, duo expendere eſt circa hanc Dei orationem, vt nedum Ieremiæ, ſed & cuilibet habitam animæ. Primùm, quam vim habeat hæc loquendi ratio. (*Ne timeas à facie eorum,*) cùm breuiùs alioquin, & clariùs dici potuiſſet. (*Ne timeas eos,*) niſi quid latentis in eo contineretur myſterij. Quod ſanè illud eſt, vt ab eo potiſſimùm timore pia quæque auertatur anima, quo plerumque defœdari conſuêuere, qui audaciores quàm par ſit, & ſibimet fidentiores in via ſunt ſpiritus, temeritatem admixtam habente vitium veræ fortitudini aduerſum, vt pote in turpem timiditatem, & ignauiam deſinens, iuxta illud Ariſtotelis lib. 3. Eth. c. 7. *Audaces* (ſeu temerarij) *quidem prompti* (ſeu præcipites) *ſunt, voluntque ante ipſa pericilitari, in ipſis verò cõſtituti abſiſtunt. Sed fortes in operibus ipſis acres, ac celeres, antea quieti ſunt. Fortiſſimus enim quiſque* teſte Cornelio Tacito lib. 1. hiſtoriarum *in ipſo diſcrimine exercitus, qui ante diſcrimen quietiſſimus*: Et è contra *ignaui & temerarij*, vt ait Titus Liuius lib. 7. *in caſtris feroces ſunt, in acie pauidi.* Quos ad literam deſcripſiſſe videtur Vates Regius de Ephremæis agens in Pſalmo 77. vbi ait. [c] *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli.* Quinimò idem Vates ſemet tali infectum vitio in alio patefaciens Pſalmo, cùm primùm dixiſſet. [d] *Ego dixi in abundantia mea*, id eſt, in nimia mei fiducia, *Non mouebor in*

Timor qui ex temeritate eſt, dãnatur.
Ariſtot.
Ignaui ſunt à longè audaciſſimi, proximi verò prælio ſunt timidiſſimi.
Cornel. Tac.
Tit. Liuius.
c Pſal. 77.9.
d Pſal. 29.7.

A *æternum*: mox ſubiecit. [e] *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Hoc ergo eſt, à quo nos deterret Deus, vt hanc quidem cauentes temeritatem, tunc potiſſimùm omnis nos expertes exhibeamus timoris, quum trucem aduerſariorum noſtrorum contra nos actu dimicantium inſpexerimus faciem: quumque proximis infeſtamur tentationibus, ærumnis, ac perſequutionibus, τὸ δὲ παρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον αἰεὶ κυμάτων λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν θυμόν. *Ex fluctibus ſemper is, qui circa pedem nauis voluitur, dicitur cuilibet maximè perturbare animum.* ait Pindarus in Alcimidem B Ode ſexta Neme.

e Pſal. 29.8.
Timor tunc potiſſimũ abiiciendus quũ præſens ſpirituale eſt prælium, & quũ præſẽtes ſunt tribulationes.
Pindarus.

7 Neque verò de ardenti quis in vitæ ſpiritualis zelo hac in re ſibi blandiatur. Quis enim in zelo ipſo erga Chriſtum Petro ardentior? Et tamen is ipſe qui mox eidem Chriſto conteſtatus fuerat. [f] *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor.* [g] *Et etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo:* Mox ad mulierculæ vocem eo concuſſus eſt timore, vt fœdiſſima Chriſti negatione pedem ab inſtanti auerterit periculo, à facie cuiuſque eorum, qui Chriſtum ipſum impugnabant, tremens. Quòd ſi quis ita in vita profeC ciſſe ſe intelligat ſpirituali, vt non exiguis arguat coniecturis, Deo ſe eſſe gratum, cuius plurima in ſe intelligit præſtita ſpecialis dilectionis indicia. Et huic pariter dicere eſt, quod modo ad Ieremiam aſſerit Dominus, (*Ne timeas à facie eorum.*) ſenſu præexpoſito, Cui namque à Chriſto patentiora exhibita fuêre ſpecialis argumenta amoris, quàm Euangeliſtæ Ioãni, cuius propterea is proprius eſt in Euãgelio titulus, [h] *Quẽ diligebat Ieſus.* Et nihilominus is ipſe qui audaciã, & fortitudinẽ præ ſe tulerat, cùm à longe ei propoſitum fuiſſet ærumnarum, mortiſque prælium, dicentique DoD mino, [i] *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* vnà cum fratre ſuo Iacobo reſponderat, *Poſſumus*: à facie militum, & eorum qui paſſionis tempore in Ieſum inſurrexerunt, [k] relicto ſindone, quo ſolo indutus erat, nudus aufugiſſe præ pauore in Marci dicitur Euangelio, iuxta ſententiam Ambroſij enarratione in Pſalmum 36. Ioannis Chryſoſtomi in Pſalmum 13. & Gregorij Papæ lib. 14. Moral. cap. 23. & lib. 6. Expoſitionis in 1. Reg. cap. 15.

f Matth. 26. 33.
g Matth. 26. 69.
Temeritatem nobis nõ ſuggerat magnus zelus noſter honoris Dei.
Temeritatem nobis nõ ſuggerant coniectura, quas forſan habemus quòd Deo ſimus grati.
h Ioã. 13.23.
i Matth. 25. 22.
k Marc. 14. 52.
Ambroſ.
Chryſoſt.
Gregor. PP.

8 Bonus tibi eſt animus, promptuſque ad grauia quæque pro Dei honore ſubeunda, rectè prompE titudinem tuam iſtam Deo quoque ex tua bona voluntate offers, optimè: At adhuc iſtam ipſius Dei ob oculos ſemper propoſitam habe ſententiam, (*Ne timeas à facie eorum.*) Si quidem & Thomas Apoſtolus quoad bonum animum nulli cõdiſcipulorum fuit ſecundus, ſuamque & talis animi promptitudinem, quam & in aliis Apoſtolis eſſe non dubitabat, Chriſto obtulit, coram illo & coapoſtolos ipſos ad ineundum vnà cum Ieſu mortis certamen inuitans, & antequam eius aduceniſſet certaminis tempus, dixit [l] *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Et tamen eumdem præ cæteF ris timuiſſe aduerſantium paſſionis Chriſti tempore faciem, exinde colligere eſt, quòd ita cum aliis aufugit, quando, vt legis in Euangelio. [m] *Omnes fugerunt relicto ſolo Ieſu*, à militum cohorte, atque à Iudæis hoſtiliter habendo: Sed & poſt glorioſam Chriſti reſurrectionẽ vltimus ſanè præ pauore è latebris prodiit, dicente Ioanne. [n] *Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus*: Nec ambigo, ex timore pariter adhuc haud penitus excuſſo factum, vt tandem ei comparenti dicentibus aliis diſcipu

Temeritas in vita ſpirituali cauẽda quantũlibet prõpta & bona nobis eſſe videatur voluntas.
l Ioan. 11.16.
m Matt. 26. 56.
n Ioã. 20.24.

a Ioã. 10. 25. discipulis.[a] *Vidimus Dominum*, ille responderit: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.* Ipsum scilicet resurrexisse, nostrique excutiendum timorem. A

9 *De salubri Dei assistẽtia animabus tribulatis.*

Alterum, quod in hac ipsa sententia. (*Ne timeas à facie eorum quia ego tecum sum, vt eruam te,*) Moraliter expendendum superest, secundum est illius membrum, qua nimirum ratione id intelligendum sit, Quod Dominus ait, ob id potissimùm piæ cuique animæ studendum, vt proximis non timeat in ærumnis, in tentationibus, atque in persequentium insultibus: quia ipse earum Deus cum vnaquaque illarum sit, vt singulas eruat. Et quidem de hac Dei assistentia sæpius in hoc opere agendum erit. Pro nunc tamen, cùm de illa sermo sit, quatenus eruit à tribulationibus & ab aduersariorum iaculis, sancti inhærens vestigiis Dauid, qui de eadem agens ait.[b] *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es:* Rationemque & modum istius exponens Dei assistentiæ sibi in tenebris densissimis constituto, dicit in alio Psalmo,[c] *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?* Istud ipsum hîc pro moribus explicare maximè censet opportunum, Quid hoc sit, Deum adesse, vt illuminationem tollentem omnem pauorem. Id autem ipse intelligo quadtupliciter. B C

Deus assistit animæ tribulatæ, per illuminationem eam eruens.
b Psal. 22. 4.
c Psal. 26. 1.
Assistentia Dei per illuminationem quidnam sit.

10 *Animæ tribulatæ assistit Deus vt illuminatio conferens illi lumen notitiæ qualitatis & ærumnarũ & tribulantiũ, quo fugatur omnis perturbatio.*

Primum, quòd specialis gratiæ lumine prædictis animabus præsentiâ suâ eam exhibet notitiam, qua & temporalium tribulationum intelligunt breuitatem, ac leuitatem, vt pote quæ & momentaneæ, & leues propterea à Paulo dicantur[d] Apostolo: earumdemque necessitatem, tum ob miserrimam humanæ naturæ conditionem, propter quam & Antiquissimus Poëta Pindarus tametsi Gentilis insignem eam in Melissum Ode 4. Isthm. protulit sententiam ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει. *Aliàs autem alius flatus ingruens omnes homines exagitat:* Tum ob arctam cum Deo necessitudinem, propter quam Tobiæ dixit Angelus:[e] *Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Quam notitiæ illuminationem, & de præexpositis, & de exiguo tentantium, & persequentium robore, ac de similibus ad omnis pariter pauoris exclusionem petière, & sibimet Dauid, & tribulatis omnibus Zacharias Ioannis Baptistæ pater: hic in Euangelio iis Deum orans,[f] *Illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*, internæ, nempè à concussione metus, & à reliquarum passionum perturbatione: Ille in Psalmo 12. Deum item sic deprecans:[g] *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte*, id est, præexpositæ ita mihi adsis exhibitione notitiæ, ne in ærumnis morti ferè similibus præ metu stupidus quodammodo efficiar: *Ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eum.* D E

d 2. Cor. 4. 17.
Pindarus.
e Iob. 12. 13.
Tribulationes in hac vita sũt quid necessarium.
f Luc. 1. 79.
g Psal. 12. 4.

11 *Assistentia Dei ad animas tribulatas tres modi indicati à Paulo.*

Tres alij modi, quibus assistens tribulatis animabus Deus, earumque factus illuminatio, & omnem ab illis fugat timorem à facie aduersantium, & salus eisdem est, ipsas gloriosè eruens, indicantur ab Apostolo Paulo in epistola ad Hebræos his verbis, quæ Ecclesia in Sanctorum Martyrum honorem legere consueuit.[h] *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* F

h Hebr. 11. 33.
Deus assistit animæ tribulatæ, illã fide illuminans.

Præcipua ratio, qua Deus nobiscum est, est inhabitatio illius nobiscum per fidem, teste eodem Paulo qui ait,[i] *Vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem* A *hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* Per fidem autem cùm adest, adesse & per illuminationem, per eiusdem Apostoli patet orationem, qua fidelibus dicit Ephesiis.[k] *Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes Sanctos, non cesso gratias agẽs pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det vobis Spiritum Sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius.* (Certè per fidei intelligit perfectionem) *illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis: & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus.* (Vide quomodo de fidei loquitur illuminatione) *secundum operationem virtutis eius.* B

i Ephes. 3. 16.
k Ephes. 1. 15.

12 *Assistẽtia Dei per illuminationem fidei, quàm valida ad fugãdum omnem timorem, atque ad afferendã salutem animæ tribulatæ.*

De hac fide in hunc modum illuminante in ipsamet epistola ad Ephesios, vt nouerimus quam valida sit ad omnem excludendum timorem, atque ad tutam de quibuscumque aduersariis largiendam salutem, dicitur,[l] *In omnibus*, scilicet tentationum, ac ærumnarum præliis, *Sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere:* statimque subditur. *Et galeam salutis assumite.* Galea namque operimentum est capitis: quis verò nesciat, caput animæ ipsam esse eius mentem, quæ tunc potissimùm tutissima armata salutis est spe, quum contra aduersarios audacter scuto depugnat fidei. Memini me legisse apud Plautum in initio Actus primi, Militis gloriosi, inani ostentatione iactabundas à superbo milite istas prolatas voces, quæ etsi vanæ, ad nostram tamen faciant rem, (*Curate vt splendor meo sit clypeo clarior. Quàm solis radij esse olim, cùm sudum est, solent. Vt vbi vsus veniat contra conserta manu oculorum perstringat aciem in acie hostibus.* O quantò & rationabiliùs, & veriùs miles quisque Christianus similia proferre potest verba, sed in spiritu humilitatis, & in animo contrito, qua victoriam vniuersam suæ acceptam ferat illuminationi, & in suo glorietur Deo, per fidem habitante in corde ipsius, adeoque & glorianter cum Propheta Dauid in ipsa scuti fidei assumptione dicens, iuxta lectionem Hieronymi ex Hebræo.[m] *Quia Sol, & scutum Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Dum fulgentissimæ fidei scutum in tentationibus, & ærumnis, ac persequutionibus meis omnibus obiicio iis, qui in me insurrexerint, gratiam clara luce pugnantem, & gloriam eximiæ victoriæ daturum sanè mihi Dominum confido: idque indubitanter pro certo me habere confirmo: quia tunc temporis in ipsa fide & Sol, & scutum is est, scutum nimirum ita præfulgidum, vt quasi solaribus radiis aduersariorum meorum perstringat oculos, vt iure optimo & cum Ieremia quoque dicturus sim.[n] *Confundentur qui me persequuntur, & non confundar ego: pauebunt illi & non pauebo ego.* C D E

l Ephes. 6. 16.
Plautus.
Scuto fidei, suâ Deus præsentia efficit vt perstringantur oculi aduersariorũ animæ tribulatæ, cũ qua is est, vt ipsã eruat.
m Psal. 83. 12.
Deus in sui fide est & Sol, & scutũ animæ tribulatæ, sicque illuminatione metum omnẽ ab ea fugat, eruitque ipsã gloriosè.
n Ierem. 17. 18.

13 *Fidei scuto facillimè resistitur Sathanæ eiusque ministris.*

Potentissimus certè noster est hostis Diabolus, qui à iugi tentationum quibus debellare satagit[o] prælio, tentatoris sortitus est nomen: Huic tamen resistunt facillimè, qui iuxta Petri consilium[p] fortes scuto sese opponunt fidei. Principes sunt & potestates validissimæ ministri Sathanæ; at principes & potestates tenebrarum, quæ ad fidei radios illicò euanescunt.[q] *Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra*, ait Ioannes: Idque per id declaratur Pauli, qui ait[r] *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum*, quem nobis vidimus assistentem, eaque replicantem, quibus in Euangelio Ioannis suos roborauit discipulos, dicens: F

o Matt. 4. 3.
p 1. Pet. 5. 9.
q 1. Ioa. 5. 4.
Fidei fulgore ac illustratione diuinæ assistentiæ animæ tribulatæ reuehũt victoriam ex aduersãtibus.
r 1. Cor. 15. 57.

In

a Ioa.16.33. *In* [a] *mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* Hocque eſt fide vincere & Reges, & regna, vt dicebat Apoſtolus, regnum Diaboli,
b Iob.41.45. de quo in libro Iob dicitur, [b] *Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ:* Regnum carnis: de quo
c Rom.6.12. Paulus, [c] *Non ergo*, inquit, *regnet peccatum in veſtro corpore:* Regnumque mundi, quod per fidem
d 1.Io.2.17. contemnimus, ſecundùm quem credimus [d] *tran-*
e Rom.8.18. *ſire mundum, & concupiſcentiam eius: &* [e] *non eſſe condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: vanitatique creaturam omnem ſubiectam eſſe propter eum, qui ſubiecit illum in ſpem.*

14 Sed eſt inſuper & tertius modus, quo Deus
f Hebr. 11. 33. aſſiſtentiâ ſuâ omnem noſtrum fugat timorem à facie aduerſariorum noſtrorum, ab illorum inſultibus nos eruens credentes in ipſum, aſſiſtens vt illuminatio noſtra: Quem modum ſecundo loco tetigit in ſupra citata ſententia Paulus, in qua cùm diceret, [f] *Sancti per fidem vicerunt regna*, adiecit, *Operati ſunt iuſtitiam:* quatenus nobiſcum exiſtens vt iuſtitiæ ſol, fidem ipſam ſplendentem iuſtitiæ, virtutumque reddit actibus, ſicque radiis vibrantem dilectionis in aduerſariorum oculos, vt ex ipſis facilè iam nobis ſit tenere victoriam. Quomodo contingit nonnunquam, vt vel validiſſimus in pugna ſuperetur viſibilis hominum exercitus ab exercitu in cuius parte ſit ſol, radiis militantium ex aduerſo oculos præſtringens. Quo ſtratagemate ex potentiſſimo Perſei exercitu victoriam retuliſſe L. Paulum Æmilium ſcribit in illius vita Plutarchus. Et hoc illud eſt quod & Paulus Tito perſuadet, di-
g Tit. 2. 7. cens: [g] *in omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum ſanum, irreprehenſibile, vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis.* Et Petrus
h 1. Petr. 2. 12. in prima ſua Catholica. [h] *Conuerſationem*, inquit, *veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum, in die viſitationis,* quando ſcilicet contingit, vt vos viſitet preſſura ærumnarũ. Hoc eſt quod hic idemmet ait Deus, (*Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te* tutam per fidei, operumque bonorum lucem & glorioſam exhibens victo-
i Rom.8.31. riam, ita vt & nobis pariter dicere liceat: [i] *Si*
k Rom.8.33. *Deus pro nobis quis contra nos?* [k] *Deus qui iuſtificat,*
l Rom.8.35. *quis eſt qui condemnet?* [l] *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an perſecutio? an gladius?*

Deus aſſiſtens animæ tribulatæ omnem ab ea fugat timorem, illã que eruit per illuminationem, qua virtutum radiis fulgentiſſima eius fide aduerſantium acies facilè ſuperatur. Solis acie ſuperatu facilis redditur aliquando exercitus alioquin potentiſſimus. Plutarchus.

15 Quartus denique modus, qui per illuminationem Deus animæ aſſiſtens tribulatæ, & omnem ab illa fugat aduerſantium pauorem, & glorioſè eamdem eruit, prout ad Ieremiam hoc loco ſignificat, cùm ait, (*Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te:*) tertio & præcitatæ Pauli ſententiæ deſignatur membro, [m] *Adepti ſunt repromiſſiones,* æternas quidem in ſpe tutiſſima, iuxta illud item Pauli, [n] *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit.* Sed & hic quoque ipſo ærumnarũ tempore præſentis lætitiæ adeò eximiæ, quæ non immeritò repromiſſionis regni cælorum nomine nuncupetur, teſte Chriſto
o Mat.5.10. Domino cùm in Euangelio ait. [o] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum,* nedum erit, ſed & *eſt regnum cælorum.* Per illuminationem autem hæc exhiberi dicuntur, iuxta frequentiſſimam ſacris in literis metaphoram, qua ſicut tenebris ſignificantur aduerſa & tri-

Deus aſſiſtens animæ tribulatæ vt illuminatio, fugat ab illa metum, glorioſéque eam eruit, impertiens illi lucē gaudij maximi in ipſis ærumnis.
m Hebr. 11. 33.
n Rom.5.3.
Tenebrarum metaphora ſignificat aduerſa ac tribulationes,

A bulationes, ita per lucem proſpera deſignantur, & gaudium atque lætitia, quam metaphoricam locutionem vna ſat ſit probare ſententiâ, qua
p Iſai.5.30. apud Iſaiam dicitur: [p] *Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: & lux, ſcil. gaudij obtenebrata eſt in caligine eius.* De hac illuminatione per Dei exhibita præſentiam locutum crediderim Dauid,
q Pſal. 4.7. cùm diceret. [q] *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, idque apertiùs explicans ſubiiceret, *Dediſti lætitiam in corde meo:* De hac & id pariter intelligo, quod à Chriſto Ieſu ei, qui præſtita tali illuminatione, non proficit, vt metum mœ-
B roremque à ſe repellat, dicitur: [r] *Si lumen quod in*
r Mat.6.23. *te eſt*, lætitiæ ex Dei aſſiſtentia tibi impertitæ, *tenebræ fuerint*, pauoris, atque doloris: *tenebræ ipſæ* ærumnarum, in quibus reperiris, *quantæ erunt?* Et è contra de eadem Dei illuminatione à fidelibus rectè admiſſa, ita loquitur Apoſtolus, [ſ] *Rememo-*
ſ Hebr. 10. 32. *ramini priſtinos dies in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, & ex altero quidem*, id eſt partim, ſeu in altera parte, *opprobriis, & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem*, id eſt,
C partim autem, ſeu ex altera parte *ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.* At hæc pro nunc ſatis, ſæpius enim de eiuſmodi gaudio in tribulationibus agendum erit.

Lucis vero incũda & proſpera.

VVLGATA.

Verſ. 6.] Et dixi A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, &c.

D *Verſ.* 7.] Et dixit mihi Dominus, Noli dicere puèr ſum, quia, &c.

Verſ. 8.] Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Καὶ εἶπα ὁ ὢν δέσποτα κύριε, ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν. ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι.

7. Καὶ εἶπε κύριος πρός με. μὴ λέγε, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς πάντας οὓς ἐὰν
E ἐξαποστείλω σε, πορεύσῃ, καὶ κατὰ πάντα ὅσα, ἐὰν ἐντείλωμαί σοι, λαλήσεις. οὐ μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, ὅτι μετὰ σοῦ ἐγώ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε λέγει κύριος.

Verſ. 6.] Et dixi: ô On Dominator Domine: ecce neſcio loqui, quia iunior ego ſum.

Verſ. 7.] Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, quia iunior ego ſum: quoniam ad omnes, ad quos miſero te, ibis: &
F iuxta omnia, quæ mandauero tibi, loquêris.

Verſ. 8.] Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum ſum, vt eruam te, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica: *Et dixi: ſuſcipe deprecationem meam Domine Deus: Ecce neſcio prophetare, quia puer ego ſum. & à principio meo tribulationem, & captiuitatem ego propheto* 1

contra populum hunc. verſ.7. *Et dixit Dominus mihi, Ne dicas,puer ego ſum : quia ad omnem locum , ad quem mittam te,ibis : & vniuerſa quæcumque mandauero prophetabis.* verſ.8. *Ne timeas à facie eorum,quia in adiutorium tuum erit verbum meum , vt eruat te,dicit Dominus.*

2 Circa prima illa verba, (*A,a,a,Domine Deus:*) præter ea , quæ in prima literæ expoſitione ex Patribus quoad lectionum varietatem dicta ſunt.

Theodorit.

Theodoritus (*Et dixi , Dominator Domine , qui es, ecce neſcio loqui.*) *Cognouit*,inquit, *Propheta cum quo ſermonem habebat : quamobrem eum magis peculiari appellat denominatione.Cum enim magnus ille Moſes quondam interrogaret Deum , ac nomen diuinum diſcere cuperet,dixit Dominus,*[a] *Ego ſum,qui ſum.*

a Exod.3.14.

Greg.PP. *A,a,a, dictũ à Ieremia, quia non haberet verba quibus diuinitus reuelata exprimeret.*

Gregorius Papa lib.1. in Ezech. homil. 8. *Loquente Domino Ieremias clamat , (A , a , a , Domine Deus,ecce neſcio loqui , quia puer ego ſum.) Iuxta enim ea verba , quæ audiebat , verba ſe non habere cognouerat.*

D.Thom. *Defectũ triplicem ſibi ineſſe fatetur Ieremias.*

D. Thomas in Comment. *Hic* ait , *ponitur Prophetæ contradictio, & primo ponit ſuum ſtuporem (A) propter defectum vitæ , (A) propter defectum ſcientiæ, (A) propter defectum eloquentiæ.*

3 Quoad ea , quæ ſequuntur , (*Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.*) Conſentiunt Patres vt ſint à Ieremia dicta in excuſationem , quò impoſitum effugeret Prophetandi,& prædicandi onus.

Greg.Naz. *Ieremias deuitare nititur prophetãdi , & prædicandi onus ſicut & Moyſes.*

Gregorius Nazianzenus in Apologetico. *Ieremias iuuenilem ætatem metuebat : nec Prophetiæ munus prius ſubire auſus eſt , quàm & pollicitationem,& vim,ac facultatem præſtantiorem ætate à Deo accepiſſet.*

Greg. Naz. *Prædicandi munus & deuitare, & ad illud accurrere, vtrũque poteſt eſſe bonum.*

Idem verò Oratione in Paſcha. *Bonum eſt* , inquit, *& Deo ſe ſe parumper ſubducere,vt Moſes , & Ieremias : & rurſus ad vocantem promptè accurrere, vt Aaron , & Iſaias , modò pio animo fiat : alterum ob propriam imbecillitatem , alterum ob vocantis potentiam.*

4 Baſil.Seleu. *Apud Iudæos prophetare erat maximè periculoſum.*

Baſilius Seleuicienſis oratione 31.in id Euang. *Ecce Aſcendimus Ieroſolymam* , &c. Hanc Ieremiæ excuſationem ob ſatis illi cognitam Iudæorum incredulitatem factam arbitratus. *Apud Iudæos*, inquit , *futura ante dicere ineuitabile erat , nec Prophetis optabile monita dare. Si quidem ,*[b] *Domine, ait , quis credidit auditui noſtro? Ieremias quidem ſpecioſam detrectati officij excuſationem ætatem prætendebat. (Puer ego ſum , neſcio loqui.) Moyſes ad populi ducatum vocatus eam dignitatem refugit , & ſibi refragatur. (Impeditioris ,*[c] *& tardioris linguæ ſum.) Accuſat enim lentam ingenij Iudaici credulitatem eorum,qui ad eos legebantur,deprecatio.*

b Iſai. 53. 1.

c Exod.4.10.

5 *Prædicandi ſicut & prophetandi impoſitũ à Deo munus deuitare non eſt omnino tutũ.*

Cyrillus Alexandrinus homil. 1. Paſchal. *Ieremias dum ad prophetandum mittitur clamat , (Qui es Dominator Domine , ecce neſcio loqui , quia iunior ego ſum.) Et ſi ſpecioſiſſimum modeſtiæ , ac reuerentiæ nobis exemplar exhibent Sancti viri dum hæc loquuntur , ipſe tamen ille in hac re timendi modus non exiguam , neque periculo vacuam infirmioribus iniicit cunctationem. Verumtamen addit animos Deus , omnemque procul eiicere timorem iubet ; ad Moſem quidem dicens. Quis dedit os homini , &c.* Exod. 4.[d] *Et nunc vade & ego aperiam os tuum. Ad beatum verò Ieremiam.(Noli,*inquit,*dicere quia iunior ſum,ad omnes enim ad quos mittam te,ibis* &c.

d Exod.4.11.

Greg.PP.

6 *Prædicationis munus libẽter amplecti propter ſtudium vitæ actiuæ, idemque fugere propter ſtudiũ vitæ contemplatiuæ , vtrũque bonũ.*

Gregorius Papa prima parte Paſtoral. cap. 7. *Duo,ait, ſunt præcepta charitatis , Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam vitam prodeſſe proximis cupiens Iſaias officium prædicationis appetit. Per contemplatiuam verò Ieremias, amori conditoris ſedulò inhærere deſiderans ne mitti ad prædicandum debeat,contradicit,inquiens , (A,a,a,Domine Deus,&c.) Quod* A *ergo laudabiliter alter appetiit , hoc laudabiliter alter expauit.* Idipſum ipſemet Gregorius habet Epiſtola 149.lib.6.Regiſtri.

Theophil. *Chriſtũ aliqui putarunt eſſe Ieremiam quia illũ videbant Ieremiæ ſimilẽ in Sapientia.*

Theophilactus in cap.16.Matth. *Qui* (vt dicitur in Euangelio.)[e] *Chriſtum dicebant eſſe Ieremiam: id dicebant, Quòd ſimili ſapientia præditus eſſet , quam à nullo didicerat. Etenim Ieremias cùm puer eſſet , in Prophetam aſſumptus eſt.*

7

e Matth. 16. 14.

Origenes. *Scientia experimentali Chriſtus dicit ſe inſciũ locutionis.*

Origenes homil. 1. in Ieremiam Chriſto hæc aptans,duobus modis ea exponit, quòd Chriſtus ſe neſcire ait loqui,cùm puer ſit. Primùm quoad humanam naturam,ea ratione, quam nos proſe- B quuti ſumus in ſecunda expoſitione , de inſcitia ſcientiæ experimentalis , ex locis Iſai. 7. & Lucæ 2. ibi & à nobis allatis. *Si* inquit , *euacuauerat ſeipſum , ad nos deſcendens,& euacuans ſeipſum,reſumpſit iterum ea , de quibus prius ſe euacuauerat , quid indignum eſt,profeciſſe eum ſapientiâ,profeciſſe ætate, profeciſſe gratiâ apud Deum, & apud homines , & vera de eo eſſe iſta, quæ dicta ſunt.*[f] *Priuſquàm cognoſcat puer bonum,aut malum,& ſimilia.*

f Iſai.7. 16.

8 *Neſcire aliqua quomodo non dicat imperfectionem in Chriſto.*

Secundò aſſerit,non ſolùm de Chriſto vt puero,ſed etiam de eodem ſimpliciter , vt primogenito omnis creaturæ dici non incongruè poſſe C quòd aliqua neſciat : nam & ipſe ad peccatores dixit,ſe reſponſurum,*Non noui vos. Putas ne* , inquit Origenes,*hoc quod ais,*[g] *Non noui vos,minorem virtutem eius approbat,an maiorem , atque mirabilem, quia malos perituroſque neſciat? Scit enim ab his differentias,ſcit meliora,ſcit Dominus eos,qui eius ſunt,& ſi quis ignorat , ignorabitur.* Tum ad rem veniens oſtendit inſuper magnum , & glorioſum eſſe, quod ab eo dictum eſt , (*Neſcio loqui.*) *Si aſcenderis ait , ad Saluatorem , & ſcieris eum in principio apud Deum verbum , inſpice quia neſciat loqui : cùm humanum ſit hoc,quod dicitur loqui lingua hominum , ſi ideo* D *neſciat,quia ſint maiora, quæ nouerit. Si autem & Angelorum linguas humanis comparaueris linguis, & ſcieris quia iſte maior ſit Angelis, intelliges , maiorem eum & Angelorum linguis fuiſſe,quando tantùm Deus verbum erat apud Patrem.*

g Matth. 7. 23.

Chriſto neſcire loqui poteſt eſſe glorioſum , & quomodo.

9 *Chriſtus neſcire ſe loqui dicens, ſignificauit, ſe didiciſſe diſciplinam inferiorum atque minorum.*

Dicit ergo & quodammodo accipit diſciplinam non magnorum , ſed inferiorum , ac minorum , Sicut & ego balbutire diſco,violentiam mihimetipſi faciens , quando cum paruulis loquor:neque enim ſcio (vt ita dicam) infantiliter loqui, & infractis verbis iam grandæuus cum pueris ſermocinari. Eodem modo Saluator in magnificentia gloriæ quidem Dei , & in Patre conſiſtens non lo- E *quitur humana , neſcit affari eos , qui deorſum ſunt. Quando autem venit in corpus humanum,dicit in principio, (Neſcio loqui,quia iuuenis ego ſum) Iunior propter diſpenſationem : Senex iuxta hoc quod primogenitus omnis creaturæ:iuuenis,quia in conſummatione iam ſæculorum , & in extremum huius vitæ tempus aduenit. Dicit itaque (neſcio loqui ,) Scio enim quædam maiora loqui,ſcio quædam iſto ſermone mortali vix eloqui terreſtribus.Nec dum aſſumpſi humanam fragilitatem: Habeo eloquium tuum,Verbum ſum:tibi ſcio loqui,hominibus neſcio loqui,iuuenis ſum.*

Simile.

10 Quoad verſ. 7. (*Noli dicere puer ſum.*) Ignatius F epiſtola ad Magneſianos. Et vos decet non contemnere ætatem Epiſcopi , ſed iuxta Dei Patris arbitrium omnem impertiri illi reuerentiam, quemadmodum noui facere ſanctos Preſbyteros,non reſpicientes ad eam , quæ videtur , adoleſcentiam , ſed ad prudentiam quam habet in Deo. Nec enim annoſi ſapientes continuò ſunt, nec ſenes intelligentiam poſſident , ſed ſpiritus qui in hominibus eſt. Daniel enim ille ſapiens, cùm duodecim eſſet annorum , ſpiritu Dei afflatus erat, & ſenes fruſtrà canos ferentes , calum-

niato

niatores, & alienæ formæ appetentes eſſe coarguit. Samuel autem puer paruulus Heli nonagenarium reprehendit, quod ſuos filios pluſquam Deum honoraret. Similiter Ieremias audit à Deo: Ne dicas Iunior ſum. Porrò Salomon & Ioſias, ille quidem duodecimo ætatis anno, hic verò octo natus annos, regni gubernaculis admotus eſt, aras & templa diruit, & lucos combuſſit, dæmonibus enim erant, non Deo conſecrata: & falſos illos Sacerdotes iugulauit, corruptores & impoſtores hominum, non Dei cultores. Adoleſcentia igitur non eſt contemnenda, quoties Deo dedita conſecrataque fuerit, verùm is contemnendus eſt, qui prauo eſt animo, tametſi malorum dierum tempore plenus ſit. Iuuenis erat Timotheus ille Chriſto plenus: verùm quid illi Magiſter ſcribat, audite. Adoleſcentiam tuam nemo contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo & conuerſatione.

Ambroſ. *Iuuenis maturus prudētia admittēdus ad docendum & prædicandum.*

Ambroſius ſermone 2. in Pſal. 118. *Et vtique Ieremias erat iuuenis; ſed probibet eum iuuenem ſe dicere, qui eſſet maturioris prudentiæ.* Vide eumdem Ambroſium in Serm. 13. & 14. & ſuper eumdem Pſalmum.

Baſil. Magn. *Quis iunior admittendus, vel arcendus à munere prædicationis.*

Baſilius Magnus Comment. in caput 3. Iſaiæ. *Non qui ætate iuuenis: ſed qui ſecundum animam eſt imperfectus, nec moribus integer dicitur iunior in ſcriptura. Nam quia tenellus flos ætatis nihil afferat impedimenti ei, qui velit vitam inſtituere iuxta tenorem virtutis, docuit ipſe Dominus ſuis ad Ieremiam reſponſis (Noli dicere quia iunior ſum) Neque enim negauit eſſe iuniorem: ſed adſtrinxit ipſam iuuenilem ætatem, nihil illi afferre impedimenti, quod attinet ad perfectionem animæ (quia ad omnes quoſcumque te miſero, ibis) Vidi enim ſenſu te eſſe ſeniorem, ego qui morum grauitatem occulti canitie ſoleo cernere.*

11 Hieronym. *Verecundia in iuuene quanti fiat à Deo.*

Hieronymus in Commentar. *Deteſtatur Ieremias officium, quod pro ætate non poteſt ſuſtinere, eadem verecundia, qua & Moyſes tenuis & gracilis vocis ſe eſſe dicit. Sed ille quaſi magnæ robuſtæque ætatis corripitur: huic pueritiæ datur venia, quæ verecundia, & pudore decoratur. Ne ætatem, inquit conſideres: alio enim Propheta loquente didiciſti: ([a] Cani hominis ſunt ſapientia eius:) tuæ ſit tantum voluntatis, vt pergas, me habebis comitem, quo cuncta adiuuante complebis: aperi os tuum, & implebo illud.*

a Sap. 4. 9.

Ioan. Chryſoſtomus.

Ioannes Chryſoſtomus eloquentiſſimè hunc locum pertractat, ſermone de Ieremia homil. 1. Sed, ne acta agamus, Vide illius verba relata in Appendice expoſitionum ſuper verſum quintum.

12 Greg. PP. *Iuniores abſtineāt à prædicationis munere.*

Gregorius Papa homil. 2. in Ezech. *Moyſes ſub allegoria myſterio admonens ait* Deut. 15. [b] *Non arabis in primogenito bouis. Primogenitum bouis accipimus in infirma ætate noſtri primi temporis bonam operationem. In qua tamen arandum non eſt, quia cum prima ſunt adoleſcentiæ, vel iuuentutis noſtræ tempora, nobis adhuc à prædicatione ceſſandum eſt, vt vomer linguæ noſtræ profcindere non audeat terram cordis alieni. Quoad vſque etenim infirmi ſumus continere nos intra noſmetipſos debemus. Nedum tenera bona citius oſtendimus, amittamus: quia & robuſta plantata ſi prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius areſcunt, at ſi ſemel radices fixerint, manus tangit, & tamen nihil officit, venti impellunt, nec tamen impellentes lædunt: & constructi parietes ſi impellantur, eruuntur, niſi prius à ſuo fuerint humore ſiccati. Ad exemplum ergo non ſunt oſtendenda, niſi quæ firma ſunt: Prius etenim conualeſcere debet mens, atque ad vtilitatem proximorum poſtmodum demonſtrari, cùm iam per laudem eleuata corruat, nec per vituperationem percuſſa contabeſcat. Nam etſi Timotheo dicitur,* [c] *Præcipe hæc, & doce, nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Sciendum eſt quòd in ſacro eloquio nonnunquam adoleſcentia iuuentus vocatur. Vnde ſcriptum eſt,* [d] *lætare iuuenis in adoleſcentia tua. Profectò igitur vt oſtendatur, cuius auctoritatis ſit in prædicatione, ætatis ſolidæ eſſe deſcribitur, quatenus ei cum vita, & ſpiritu omnia quæ ad prædicandum congruunt, concordare videantur. Nec contra hæc quempiam mouere debet, quòd Ieremias atque Daniel prophetiæ ſpiritum pueri perceperunt: quoniam miracula in exemplo operationis non ſunt trahenda, omnipotens enim Deus & linguas infantium fecit eſſe diſertas & ex ore infantium, atque lactentium perficit laudem. Sed aliud eſt quod nos de doctrinæ vſu, atque diſciplinæ dicimus; Aliud quod de miraculo ſcimus. Vide de eadem materia Gregorium ipſum tertia parte Paſtoralis Admonit. 26.*

b Deut. 15. 19.

c 1. Timot. 4. 12.

Adoleſcentia aliquando vſurpata pro iuuentute.

d Eccl. 11. 9.

Miracula nō ſunt trahēda in exempla operationis.

Circa id quod dicitur in Verſ. 8. (*Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te*) Hieronymus. *Ne conſideres multitudinem eorum, ad quos, & contra quos locuturus es: ſed me qui tecum ſum, vt eruam te, dicit Dominus. Liberat autem Dominus, non quo Propheta perſecutionibus careat, & anguſtiis, quippe cùm legamus, eum multa perpeſſum, ſed vt patiens omnia ſuperet, nec cedat anguſtiæ.* 13

Hieron. *A Tribulationibus quomodo Deus eruat iuſtū.*

Theodorit. *Deus ſua aſſiſtentia ſollicitatione eos corroborat, quos ad aliquod opus mittit.*

Theodoritus, *Confidendi cauſam docet.* (*Quia ego tecum ſum, vt eruam te*) *Hoc etiam diuino Moyſi dixit Dominus. Illi enim miniſterium extimeſcenti, ac dicenti.* [e] (*Quis ego ſum vt vadā ad Pharaonem*) *inquit Dominus* (*quonia ero tecum*) *candem Sanctis Apoſtolis pollicitationem dedit ratam, ac firmam: quos cùm iuſſiſſet docere omnes gentes, proficiens, vt Deus, & vt Verbum, qui fieri poſſet, vt vndecim viri pauperes, & facultate dicendi deſtituti vniuerſam terram peragrarent, ambiguitatem ſoluit, excuſſoque timore dicit,* [f] *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.*

e Exod. 3. 11.

f Matth. 28. 20.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS, [Verſ. 6.7. & 8.]

ΝΕΩΤΕΡΟΣ ἐγώ εἰμι.]

Χρυσοστόμου.] ὅρα τὸ ἄτυφον τῶν δικαίων, πῶς τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα ἀνάγραπτα ἀναλήθιασι. τίς οὐκ ἂν ἐρυθριάσειεν τοῦτο γραφῇ παραδοῦναι; ἀλλὰ καθαροὶ δόξης ἦσαν, καὶ φιλοτιμίας· καὶ εἴτε εἶπον, καὶ εἴτε ἤκουσαν, τοῦτο μετὰ πάσης ἀληθείας τεθείκασι.

IVNIOR ego ſum.]

Chryſoſt. *a Iuſtus verus adeo humilis eſt, vt proprios defectus libenter & audiat, ſcriptis etiam ſi opus ſit ſemet prodat.*

Chryſoſtomi. [a]] *Vide quàm abſint ab arrogantia iuſti homines en quomodo proprios defectus ſcriptis produt. Quis non erubeſceret hoc ſcriptis mādare? Sed liberi ab omni gloriæ ſenſu, & ambitione erāt: & ſiue ipſi quid loquerētur, ſiue ab aliis dictū audirēt: hoc totū veriſſimè in ſcripta re-*

(καὶ πάλιν.) ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν. ὁ προφήτης φησίν· ἵνα ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ῥητορεύοντα, καὶ πρὸς τούτους ἀποτείνοντα λόγους, μὴ τῆς ἐκείνου δυνάμεως νομίσῃς εἶναι τὰ ῥήματα. προλαβὼν γὰρ ὡμολόγησεν, ὅτι οὔτε λαλεῖν ἐπίσταμαι.

[Ὁ ὤν]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] τοῦτο οὐκ ἂν εἶπεν, εἰ ἐκ μήτρας ἐτετυχήκει τῆς χάριτος. οὐδ' ἂν ἐδεῖτο θεοῦ νῦν προσαπτομένου τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἤδη τούτου τυχὼν, καὶ θείας γνώσεως πληρωθεὶς, καὶ λόγων προφητικῶν. τοῦτο γὰρ τὸ, θεὸν ἅψασθαι στόματος. ὡς ἐπιγνοὺς δὲ προσδιαλεγόμενον ὁ προφήτης, ἀπὸ τῆς κυριωτέρας αὐτὸν ὀνομάζει προσηγορίας.

[Ὁ ὤν, νεώτερος ἐγώ εἰμι.]

[Χρυσοστόμου.] ἐπέγνω τὸν προσδιαλεγόμενον. οὗ δὴ χάριν αὐτὸν ἀπὸ τῆς προτέρας ὀνομάζει προσηγορίας. ἐρομένου γάρ ποτε Μωϋσέως, καὶ τὸ θεῖον ὄνομα μαθεῖν ἐθελήσαντος, εἶπεν ὁ δεσπότης· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. μιμεῖται δὲ καὶ τὴν Μωϋσέως εὐλάβειαν, οὐκ ἀξιόχρεων εἰς τὴν προφητείαν εἶναι τὴν νεότητα λέγων. ἀλλ' ὁ δεσπότης αὐτῷ παρεγγυᾷ, μὴ προβάλλεσθαι εἰς παραίτησιν τὴν νεότητα, ἀλλὰ δρᾶσαι τὸ κελευσθέν. ἐξελαύνει δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ δέος.

Τοῦ αὐτοῦ] μὴ λέγε, ὅτι νεώτερός εἰμι. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἐπιτάττῃ, ὁ τῆς φύσεως δεσπότης, καὶ ἡλικία, καὶ ἀγλωττία, καὶ πάντα ὑπείκει τὰ πάθη· ἐγὼ κελεύω, καὶ νεότητα προβάλλῃ; μὴ σκῆπτε, μηδὲ προφασίζου φύσιν.

Ὠριγένους.] ὁ γὰρ δίκαιος οὐκ ἔστιν ἐν νεότητι. ἐπεὶ τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς. ὡς πρὸς μὴ ὄντα γὰρ ἐν ὁδοῖς ψεκταῖς τὸ· μὴ λέγε, ὅτι νεώτερός εἰμι. ὁ ποῖος ῥοβοὰμ ἐγκαταλιπὼν τὴν βουλὴν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῇ τῶν νέων ἀκολουθήσας. διὸ καὶ τὴν βασιλείαν οὐκ ἐτήρησεν, οἵαν παρέλαβεν.

Ἀπολιναρίου] οὐκ εἶπεν, καὶ τί ὅτι νεώτερος εἶ; ἀλλὰ μηδὲ εἴπῃς. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἐπιτάττῃ, τὸ ἀνθρώπινον ἀτελὲς ἀναπληροῦται τῆς τοῦ τελείου παρούσης δυνάμεως.

Βίκτωρος] ὅρα τῶν πρὸς Μωϋσέα ῥημάτων τὸ παραπλήσιον. κἀκείνου γὰρ λέγοντος, τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι πορεύσομαι πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου; φησὶ πρὸς αὐτόν. ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ. τοῦτο καὶ τοῖς ἀποστόλοις. ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι. παραθαρρύνων εἰς παῤῥησίαν.

[Μὴ φοβηθῇς] ἐξ ἀνεπιγράφου] καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς θεοῦ προχειριζομένου καὶ μαρτυροῦντος, ἀπερίσκεπτον ἡ εὐλάβεια· καὶ μᾶλλον ἀπιστίας ἔχον κατηγορίαν, ἢ ἐπιεικείας ἀποδοχήν.

Μὴ φοβηθῇς] τοῦ χρυσοστόμου.] ἐγὼ ἐντέλλομαι, καὶ σὺ φοβῇ; ὅρα τὰ ἐκκλησιαστικὰ προαναλυπούμενα. ἰδοὺ ἐγὼ ὑμᾶς ἀποστέλλω ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. καὶ οὐκ εἶπον, ποῦ πέμπεις; εἶδες τὸ μέσον τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων;

[Ὅτι μετὰ σοῦ ἐγώ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε.]

Τοῦ αὐτοῦ] οὐκ ἄρα τοῦτο δείκνυσι τὸ, εἶναι μεθ' ἡμῶν τὸν θεὸν, τὸ ἐξαιρεῖσθαι ἡμᾶς αὐτόν. εἰ γὰρ

A *ferebant (& iterum [a]) (Ecce nescio loqui, Propheta [b] ait, vt cùm videris ipsum Oratorum more loquentem, & inter eos verba facientem, ne putes illius facultatis verba esse. Praeoccupans enim confessus est, se loqui nescire.*

a Chrysostom.
b *Praedicator bonus omnis eloquentiae suae bonorem Deo esse vult.*

[Qui es,]

15 Victoris Presbyteri. [c]] *Hoc [d] numquam dixisset, si à vulua gratiam sortitus esset, neque nunc Deo indigeret, qui tangeret os ipsius, iã hoc* B *assecutus, diuinaeque cognitionis plenus, sermonumque Propheticorum (hoc enim est os à Deo tangi,) Veluti autem alloquentem agnoscens Propheta propria ipsum appellatione compellat.*

c Victor Presbyter.
d *Ieremiam non fuisse gratia sãctificatum in vtero.*
Alludit ad id quod in vers. 9. dicitur. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum.

[Qui es, iunior ego sum.]

16 Chrysostomi. [e]] *Alloquentem agnoscit: Ideo antiquo ipsius nomine illum appellat. Cùm enim aliquando disquireret Moyses, [f] diuinumque nomen discere vellet, dixit Dominus, Ego [g] sum, qui sum. Moysis quoque reuerentiam aemulatur,* C *ineptam ad Prophetiam [h] iuuentutem dicens. Sed Dominus illi praecipit, ne iuuentutem obiiciat ad munus hoc recusandum: sed iussa exequatur, atque adimit illius timorem.*

e Chrysost.
f *Ieremias aemulator reuerentiae Moysis.*
g Exod. 3. 13.
h *Deo simpliciter obediendũ esse.*

Eiusdem. [i]] *(Ne dicas iunior sum) Quando etenim praecipit Deus, [k] qui natura Dominus est, & aetas, & infantia, & omnia incommoda cedunt. Ego iubeo, Tu iuuentutem ostendis? Ne plura haesites, Ne causeris inquit.*

i Chrysostom.
k *Praecipiens Deus dat vim implendi quod praecipit.*

17 Origenis. [l]] *Iustus enim intra iuuentutem* D *non est: [m] quando perfectionem adeptus modico spatio, longa impleuit tempora. Verùm vt ad non incedentem viis flagitiosis hoc dicitur, (Ne dicas Iunior sum,) Qualis fuit Roboam, [n] qui posthabitis consiliis seniorum, iunioribus adhaesit, [o] Quo factum est, vt non retineret regnum quale acceperat.*

l Origenes.
m *Iustus non est intra iuuentutem prauo sensu acceptam.*
n 3. Reg. 22. 8.
o *Quia Roboã incessit prauis iuuentutis viis.*

Apollinarij. [p]] *Non dixit; quid hoc ad rem, quod Iunior es? [q] Sed caue dixeris. Nam dum praecipit Deus, imperfectum hominis suppletur praesente perfecti potestate.*

p Apollinaris.
q *Praecipiens Deus dat & vim, tollitque omne impedimentum obedientiae.*

E 18 *[Ne timeas, &c.]* Victoris, [r]] *Obserua similia verbis, quae apud Moysem [s] sunt. Nã eo dicente. Quis [t] sum ego, vt proficiscar ad Pharaonem Regem [u] Aegypti? ait ad ipsum, ero ego tecum, hoc & Apostolis, Ecce ego vobiscum sum, ad loquendi libertatem animos addens.*

r Victor Presbyter.
s *Praesentia sua Deus animos addit ad implẽdum quod praecipit.*
t Exod. 3. 11.
u Matt. 28. 20.

[Ne timeas, &c.] Incerti. [x]] *Etenim [y] verè aliquẽ eligente, & testimonio suo comprobante Deo, inconsiderata est formido, Potiusq; infidelitatis reprehensione, quàm probitatis est laude digna.*

x Incertus.
y *Electus à Deo ad aliquid, si timeat prae se fert infidelitatem.*

F 19 *[Ne timeas.]* Chrysostomi. [z]] *Ego praecipio, & tu times? Vide Ecclesiastica praefigurata, [a] Ecce ego mitto vos, vt oues in medio luporum. Et non dixerunt, Quo mittis? Vidisti discrimen Apostolorum, & Prophetarum.*

z Chrysost.
Prophetae & Apostoli missi à Deo in medio hostium vbi tamen illis non esset quod timerent.
a Matt. 10. 16.

[Quia ego tecum sum vt eruam te.]

Eiusdem. [b]] *Non hoc ergo demonstrat esse nobiscum Deum, [c] quòd erat ipse nos. Si enim*

b Chrysost.
c *Deum cũ tribulatis esse & illos eruere sunt duo distincta.*

γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν προσέθηκεν, τὸ ἐξαιρεῖσθαί σε. ὥστε καὶ μὴ ἐξαιρούμενος, μεθ' ἡμῶν ἐστιν. ἐπεὶ καὶ μετὰ τῶν μαρτύρων ἐστὶν οὐκ ἐξαιρούμενος αὐτούς. καὶ μετὰ δικαίων ἐστὶ, συγχωρῶν αὐτοὺς ἀθλεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Ἰὼβ ἦν, ὅτε αὐτὸν ὁ διάβολος ἐπολέμει. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ ἔσομαι μετὰ σοῦ, ἀλλὰ τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, ἔχεις ὅπλον ἄμαχον, καὶ ἀκαταγώνιστον συμμαχίαν. μὴ φοβηθῇς. τίς γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας ἑστὼς, ῥανίδα δέδοικεν ὑδάτων? τίς τὸν βασιλέα ἔχων ἑστῶτα μεθ' ἑαυτοῦ, φοβεῖται καὶ τρέμει?

Ἀπολλιναρίου] οὐκ ἐν τῷ πάσχειν ἡ βοήθεια. πέπονθε γὰρ ὁ Ἱερεμίας τὰ μέγιστα. ἀλλ' ἐν τῷ πάσχειν, μὴ νικᾶσθαι.

A *enim hoc esset, nequaquam adiunxisset. (Vt eruam te.) Quocirca etsi non eruerit, nobiscum tamen est. Siquidem & cum Martyribus* [a] *est, nõ eruens eos. Et cum iustis est, permittens eorum certamina. Eratque cum Iob, quando illum Diabolus aggrediebatur:* [b] *Verùm non ab eo quòd tecum ero, sed ab eo quòd eruam te, habes armaturam inexpugnabilem, indefessumque auxilium.* [c] *(Ne timeas) quis enim petræ insistens guttulam aquæ timuerit? Quis Regem habens sibi fauentem ti-* B *met, & pauet?*

Apollinarij. [d]] *Non fert auxilium* [e] *Deus ne mala quis patiatur, passus enim est Ieremias grauissima sed ne, dum patitur, superetur.*

a *Cum Martyribus, & cũ sanctis fuit quidem Deus non tamẽ illos eruit.*
b *Qui Deum secum habet qui ei polliceatur eum eruere, censeat se armatum inexpugnabili armatura.*
c *Præsentẽ, & comitẽ Deum habẽtes in ærumnis nõ est quod timeamus.*
d Apollin.
e *Auxilians nobis Deus nõ efficit vt mala non patiamur, sed vt ab illis nõ superemur.*

Vers. 9.] Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore tuo.

Paraphrasis Expositionis secundùm Literam.

Ver. 9. Et misit Dominus manum suã, & tetigit os meum.

QVEM primò iam electum Deus declarat, & deinde in hac ipsa electione ad Propheticum munus confirmarat, tandem etiam in idipsum muneris me consecrare dignatus est, idque per modum Sacramenti. Adhibito nimirum tactu manus suæ in ore meo. Enimuerò similitudine manus potiùs, quàm alterius membri vti is voluit, pro eorum signo, quæ in me per suam operabatur consecrationem, infirmum puerum vna dextera sua potentia fulciens, roborans, & eloquentem efficiens: [b] *ac instar benignæ nutricis manu propria in os meum sua indens verba, quibus certè & manus competit nomen, cum æquè ac manus sint operatoria. Porrò ad tactum manus eius, qui ignis est, ne dum os meum, sed totus quantus sum, ingenti concaluĩ æstu, charitatisue in me exarsit flamma. Verba enim sua in os meum sua indidit manu, in qua ignea est lex. Propterea, ecce, inquit mihi, rem magnam tibi significo, verba mea dedi in ore tuo, vt puer adhuc existens prudentissimè post hâc loquâris.*

b *Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Ieremias primò electus, tũ confirmatus, & tertiò cõsecratus à Deo fuit in Prophetam.*

QVOD in bene ordinata Christi Ecclesia fieri obseruamus, vt qui ad gradum promouentur Episcopatus, quò creditum sibi populum doceant, & in salutis dirigant viam, primo declarentur electi, tum in electione confirmentur, ac demum tertiò Sacramentaliter consecrentur. Id & in sancti nostri Ieremiæ promotione ad Propheticũ munus est obseruare. Declaratus à Deo primùm fuit, & in Prophetam electus ibi. (*Et dixit Dominus ad me.*) *Priusquàm te formarem*, &c. *Et Prophetam in gentibus dedi te.*) Confirmatus tum in ipsa fuit electione, ibi, *Et dixit Dominus ad me, Noli dicere Puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuersa*, &c. En denique & tertiò eius exponitur consecratio; eaque vt bene super hunc locum notat D. Thomas) per modum Sacramenti. (*Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum*. En materialis Sacramenti actus, forma verò subiicitur: (*Et dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie*, &c. Vnde apparet, haud rectè opinatos illos, qui as-

Ieremiæ cõsecratio in Prophetam fuit per modũ Sacramenti.
D. Thom.

seruère, tantumdem, seu idem esse Domini manum, id est potentiam, seu Spiritum sanctum, manus Dei nomine sæpius in scriptura sacra appellatum, tetigisse os Ieremiæ, ac posita esse verba Dei in illius ore, ac si secundum dictum, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo*: non significet aliquid
C diuersi, sed sit explicatio eius, quod sub metaphorico actu prius significarat Propheta, dicens, (*Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum.*) Nã & in Ezechielis Prophetæ promotione hos dicendos distinctos actus, colligitur, vbi idem seruatus conspicitur promotionis ordo.

Siquidem primò actus præcessit simplicis electionis illius in Prophetam, significatus per verba, quæ in principio eius libri leguntur: [c] *Factum est verbum Domini ad Ezechielem*, phrasi illa supra à nobis obseruata in expositione prima, vers. 2. Qua tantumdem in scriptura est, factum
D esse verbum Domini ad aliquem, ac illum talem electum à Domino esse in Prophetam. Hunc primum electionis actum, consecutus est & secundus actus confirmationis in eadem electione, atque adeò ibidem immediatè subiectum legis. [d] *Et facta est super eum ibi manus Domini.*

2 *Ezechiel primò electus, tũ confirmatus, & tertiò consecratus à Deo in Prophetam per modum Sacramenti.*
c Ezech. 1. 3.
d Ezech. 1. 3.

Tertium denique actum consecrationis idemmet exponit in fine capitis secundi, & in capite tertio, dicens: [e] *Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber*, &c. *Et dixit ad me*, [f] *fili hominis quodcumque inueneris comede*, &c. *Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo*. Et in hac conse-
E cratione, præter actum materialem, obserua distinctum actum formalem, seu formam ipsam in verbis sitam ad instar formæ Sacramenti. [g] *Et dixit ad me, fili hominis vade ad domum Israël, & loquéris verba mea ad eos*, &c.

e Ezech. 2. 9.
f Ezech. 3. 1.
g Ezech. 3. 4.

Admodum autem congruenter in his duobus potissimùm Prophetis hæc licet obseruare, quæ in electione, confirmatione, & consecratione Sacerdotum, & Episcoporum in Ecclesia seruantur: cùm ambos hos de Sacerdotibus, & Sacerdotes extitisse legamus.

Ieremias & Ezechiel cõsecrati in Prophetas per modũ Sacramẽti, quia erant Sacerdotes.

Ex quibus illud etiam colligo, meritò neque
F id mihi probari, quod asseueranter ait Vatablus, & vt probabile ab aliis asseritur, tantumdem esse, (*Misit Dominus manum suam, ac misit Angelum suum*,) sicut & ad Isaiam [h] Dominum misisse Angelum, qui illius tangeret labia reperitur scriptum. Placet enim mihi quod in suis Commentariis hoc loco aduertit Hieronymus. Quòd hîc manus mittatur Dei, quæ tangat os Prophetæ, & dicatur ei, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo*:) In Isaia autem scriptum sit, *Et missus est ad me vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem*

3 Vatablus. *Ieremia haud à Deo missus Angelus, sed manus Dei quæ tangeretur illius os.*
h Isa. 6. 6.
Hieron.

forcipe tulerat de Altari, & tetigit os meum, & dixit, ecce tetigit iste labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua mundabit. Ibi etenim aut quia solidæ, & perfectæ ætatis erat, & ipse simpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis, mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat, & mundet peccata. Hic autem ipsius Dei manus mittitur, per quam cuncta operatus est, & quæ in alio loco brachium dicitur: non vt peccata auferat, quæ per pueritiam multa non fecerat: Sed vt loquendi gratiam tribuat. Porrò Ezechiel librum deuorat & intus, & foris scriptum, tam Sacramenta diuina, quàm simplicem historiam continentem. Ieremiæ os tangitur, & Domini verba tribuuntur, vt confidentiam accipiat Prædicandi: Pulchréque iuxta literam manus mittitur, vt humanorum artuum videns similitudinem, tactum manus non reformidet. Hæc Hieronymus.

4 *Ieremiæ exhibita vera & sensibilis similitudo manus.*
a Dan. 5.5.
Sensibili actu Ieremiæ os manu Dei tactum.

Iuxta quæ & ipse arbitror, re vera Dominum Ieremiæ exhibuisse sensibilis manus similitudinem, quomodo & in libro Danielis [a] legimus, conuiuium agente, sacraque vasa in conuiuio illo profanante Balthasar Rege, apparuisse digitos quasi manus hominis scribentis contra cādelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. Sensibili autem manus similitudine sensibilem pariter eidem exhibuisse oris tactum, qui instar actuum sensibilium Sacramentorum nostrorum, ita significarit collationem gratiæ loquendi verba Dei, vt simul eamdem quam significabat, contulerit, prout quasi per formæ per verba illa: (*Ecce dedi verba mea in ore tuo,*) manifestatum est.

5 *Cur non per linguæ similitudinẽ Ieremiæ exhibitũ donum locutionis.*
b Act. 2.3.

Quòd si quis quærat, si Ieremiæ haud opus erat, vt manuum opera vel immunda purgarentur labia, prout Isaiæ: vel liber exhiberetur comedendus, prout Ezechieli, cur non exhibita est potiùs similitudo linguæ, quæ multò est ad id, quod significandum, & conferendum illi erat aptius signum, quale & in die Pentecostes exhibitum legimus in Actibus Apostolorum, [b] quando adueniente Spiritu sancto super Apostolos, *apparuerunt illis dispertitæ linguæ, seditque supra singulos eorum?*

In die Pentecostes linguæ igneæ secundũ aliquos sederũt super linguas Apostolorum.

Neque enim defuêre, qui existimarint igneas illas linguas, per quas significabatur, & simul conferebatur linguarum & elocutionis donum, sedisse super ipsas Apostolorum linguas, quò proprius, & efficacius eæ essent signum.

Manus similitudo quàm aptum signũ exhibitionis doni prudẽtis eloquij.

Ad hæc respondendum, multò congruentius exhibitum signum per manus similitudinem, quàm per similitudinem linguæ, habito respectu ad plura, quæ per huiuscemodi signum erant significanda. Et quidem tria eorum ab ipsomet Domino exponutur. Primùm, id quod iam dictum est, exhibitio prudentis eloquij, ibi, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo.*) Secundum, collatio gradus, dignitatis, & potestatis super gentes, & regna, ibi, (*Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna:*) & tertium, communicatio quædam diuinæ virtutis, atque potentiæ in operando, ibi, (*Vt euellas, & destruas*, &c.) Quæ sanè omnia plenè, & optimè per vnam manus Dei similitudinem significantur, per quam eiusdem Dei designatur potentia prædictorum effectrix.

6 *Loquẽdi prudenter donum haberi nequit, præsertim à puero,*

Aptè insuper manu Dei tactum est Ieremiæ os, qui pueritiæ, & prudentis eloquij defectus in se existentes iam proposuerat: Neque enim pueri imbecillitas validius, quàm Dei fulciri poterat manu: Neque audax eidem efficacius exhi-

A beri quibat robur, quàm per Dei manum roboris vniuersi originem: Neque prudens eloquentia obtineri à puero, & inexperto quis videat, nisi manus adsit omnipotentiæ, & sapientiæ Dei; vnde bene Sapiens ille post enarrata ortus sui primordia, & pueritiæ incrementa, ait, [c] *Mihi dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur, quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia disciplina.*

nisi dimissa manus auxilio.
c Sap. 7. 15.

In manu, inquit, *illius*, quia ab ipsa eius manu & ortum habent, & diriguntur, & suos accipiunt progressus. Ita vt multò propriùs dicere possimus, numquid manus Dei est cum puero in omnibus, quæ prudenter loquitur: quàm ad viduam illam Thecuitam dixit Rex Dauid, [d] *Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis?* Quæ scilicet tanta locuta es cum prudentia? Multoque pariter propriùs, & veriùs, supposito prædictæ manus tactu, ex pueri prudenti eloquio arguere, & inferre licet, quod per tactum illum ne dum significatum, sed & factum in Ieremia fuit, posita nimirum verba Dei in ore illius, quàm C mulier illa Thecuita ad Regem intulit Dauid, *Ipse* scilicet Ioab, *posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.*

B (margin)
d 2. Reg. 14. 19.

7

Rationibus hisce duas insuper alias addere possumus, cur potiùs in manus signo prudens eloquium datum sit Ieremiæ puero, & inexperto, quàm in signo & similitudine linguæ.

Simile.
Instar bonæ nutricis in os Ieremiæ Deus manu propria indidit bolum verborũ suorum.

Enimuerò cùm Ieremias puerum se dixerit, voluit Deus cum illo agere, vti cum puero, & cum infante, in cuius os bona mater, & nutrix cibum propria indit manu, quod Italice dicimus *Imboccare*, sic enim & in eius os manu sua cibum D indidit verborum suorum, quod postea in formæ prolatione expressit, dicens, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo.*) Pro hac ratione facit Hebraica lectio, quæ pro eo, quod in vulgata legimus, *Et tetigit os meũ.* ויגע על־פי *vaiaggang ngalpi*, id est, *approximauit*, scil. *manum super*, seu *ad os meum.* Ad id nimirum, vt bolum in os ipsum meum manu illa inderet eloquij sui. Non sic autem cum Ezechiele fecit grandæuiori, cui etsi librum in manu sua apertum existentem ostenderit, non tamen illum manu propria Deus in eius indidit os, sed mandauit vt sui ipsiusque potius acceptum E manibus illum comederet: Sic enim legimus, [e] *Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me: Et dixit ad me: fili hominis quodcumque inueneris comede: comede volumen istud:* Pondera verba illa *quodcumque inueneris comede.* Neque enim iis contradicunt, quæ mox subiecta sunt, [f] *Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo*: nam per hæc significare voluit Propheta, ex Dei liberalitate sibi præstitum, vt comederet, & cibaretur volumine illo, cuius liberalitatis & ipsa eiusdem Dei manus extensio est typus.

e Ezech. 2. 9. 3. & 1.
f Ezec. 2. 2.

8 *Verba Dei efficacia, & in opus prodeuntia.*

F Postrema denique ratio est, quia per manus signum significatur id quod & Ieremiæ, & omnibus, quibus ei vaticinandum erat, debebat esse exploratum: Dei verba, quæ dabantur in ore illius, ad opus deducenda esse, hoc quippe proprium est verbum Dei, vt sit operatorium, sic reperimus apud Isaiam, & de Dei operibus, quæ ad hominum pertinent flagella, dici, [g] *Si nolueritis, & me ad iracundiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos: quia os Domini locutum est.* Et de iis quæ ab eodem Deo hominibus item fiunt iucunda: [h] *Tūc delecta*

g Isai. 1. 20.
h Isai. 8. 14.

delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, os enim Domini locutum est: Ac si dicatur, quia ex ore Domini prodiit verbum, quod prædictorum est operatorium.

9 Origen.

Ieremias tangente ipsius os Dei manu magno inflammatus æstu.

[*Ecce dedi verba mea in ore tuo.*] Origenes lib. 4. contra Celsum præsentem citans sententiam, ita eam legit, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo ignem. Ecce constitui te*, &c.) Quæ certè lectio, & si singularis sit, & videatur confundere ea, quæ hîc dicuntur, cum iis, quæ dicuntur ab eodem Domino ipsimet Ieremiæ infra in capite quinto vbi sic habentur, [a] (*Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem*, &c.) Excitat me nihilominus ad inquirendum pro intellectu exactiori eorum, quæ modò exponimus secundùm literam, Cum iam dictum sit, sensibiliter extensam Dei manum tetigisse os Ieremiæ, quidnam sensibile item in ore ipso, seu in Ieremia per eum tactum effectum sit. Per eam denique lectionem moueor ad asserendum, ad tactum illum nedum Ieremiæ labia, sed & totum illius corpus, internaque viscera ingenti inflammata esse caloris æstu, qui & ipse signum extitit commoti intra eumdem spiritualis æstus charitatis: Ita [b] vt sicut Isaias ad tactum labiorum suorum cum carbone desolatorio, seu potiùs purgatorio nedum labiis, sed & totus, vti per ignem purgatus est ab omni peccati scoria; sic & noster Ieremias ad tactum item labiorum suorum cum ipsa manu Dei, quem ignem esse omnes sacræ proclamant literæ, vt ab igne perfectiuo totus inflammatus sit, atque perfectus.

a Iere. 5. 14.

Charitatis æstu succensus est Ieremias ex tactu manus Dei.

b Isai. 6. 7.

10 Porrò si Sponsa ad Sponsi tactum non in labiis, vel in alio sui corporis membro, sed in suæ portæ pessulo, tali commota est æstu, vt dixerit. [c] *Dilectus meus misit manum suam per foramen, Et venter meus calefactus est ad tactum eius.* (Sic legit Theodotion, referente Theodorito) cur ambigamus asserere, & Ieremiam ad tactum ipsiusmet manus Dei in labiis, atque in ore totum flagrantissimo & externo, & interno commotum, & inflammatum æstu? Adde, quòd si prædicto manus Dei tactu in ore & significatum, & factum est, sicut iam declarauimus, vt eiusdem Dei verba darentur in ore Ieremiæ, iure optimo dici, per eum tactum igneum pariter Prophetæ impertitum calorem; cùm legamus in [d] Dei manu dextera esse igneam legem. Atque hinc arbitror prouenisse, vt Propheta sanctus, qui primò tot in se existentes Deo proposuerat defectus ex puerili causatos ætate, iam virili succensus æstu nil aliud obtendat, quod eum ab obsequio præpediat Dei, cuius totum inflammatum se sentiebat charitate.

c Cant. 5. 4.

d Deut. 33. 2.

Vers. 9.] Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

11 *Spiritu sancto Christus ante prædicationem consecratus quodãmodo fuit in id muneris.*

c Luc. 3. 22.

QVEMADMODVM cùm Prophetæ munus Ieremiæ adeundum fuit, externo illum suæ manus attactu Dominus consecrauit: Ita & accedente tempore, quo Christus prædicationem exordiri debebat, consecratus quodammodo à Patre fuit per missionem Spiritus Sancti, prout legis in Euangelio, quando. [c] *Ascendente illo è Baptismo, descendit super eum Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba.*

Sat quippe per se notum, Spiritum Sanctum nomine manus Dei in scriptura sacra designari solitum, vnde dicitur nonnunquam facta manus Domini super aliquem Prophetarum, quando Spiritus Sancti facta ei à Domino fuit specialis aliqua exhibitio. Missa autem tunc temporis hac manu Domini super ipsum, addit Dominus Iesus, per eamdem manum Patrem os tetigisse suum: Eodemque inunxisse Spiritu. Quæ apertè in Actibus Apostolorum per B. Petrum explicata habemus, vbi diceret, [f] *Vos, scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à Galilæa post Baptismum, quod prædicauit Ioannes. Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* Sed apertiùs ipsemet Iesus in initio suæ prædicationis, idipsum, referente Euãgelista Luca per verba, quæ per Isaiam prædicta erant, Exposuit, & quòd Spiritu Sancto vnctus, & quòd vnctus potissimùm in ore, vt verbis à Patre in suo ipso susceptis ore, Euangelizaret. [g] *Et egressus est*, inquit Lucas, *Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus:* [h] *Et venit Nazareth, vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbathi in Synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat. Spiritus* [i] *Domini super me, propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus misit me*, &c. *Et cùm plicuisset librum reddidit Ministro, & sedit, & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.*

Spiritus sanctus dictus manus Dei.

f Act. 10. 38.

g Luc. 4. 14.

h Luc. 4. 18.

i Isai. 61. 1.

Duo circa hæc quæri non immeritò possunt. 12
Primùm, quid commune habeat missio, tactusue manus Domini cum vnctione: Secundò, qua ratione intelligi hæc queant de vnctione, cùm vnctio, qua antiquitus vngebantur Sacerdotes, Reges, & Prophetæ fieret per effusionem olei super caput vt colligitur [k] ex Exodo, & ex lib. 1. Reg. [l] Vbi Samuel dicitur tulisse lenticulam olei, & fudisse super caput Saül, & ex lib. 4. Reg. [m]

k Exod. 29. 7.

l 1. Reg. 10. 1.

m 4. Reg. 9. 3.

Ad quorum primum dicendum, haud nouum esse, vt per missionem manus, seu alterius rei prophetica designetur vnctio. Nam & in tertio libro Reg. cùm describitur Elias, Domini implens iussionem, qua ei dictum fuerat, [n] *Elisæum filium Saphat vnges Prophetam pro te*, Sic dicitur, [o] *Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum, qui statim relictis bobus secutus est Eliam.* Quòd autem ea pallij sui missione super illum commissam explerit vnctionem, idemmet patefecit Elias, cum Elisæo dicenti, [p] *Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam & sic sequar te: respondit, Vade, & reuertere, quod enim meum erat feci tibi.* Ac si dixisset. Sat mihi id est, quod impositum mihi à Deo te in Prophetam vngendi munus expleui.

Spiritus sancti vnctio designata per missionẽ manus, aut pallij.

n 3. Reg. 19.

o 16. & 19.

Elisæus consecratus est in Prophetã per missionem pallij super eum.

p 3. Reg. 19. 20.

13 Et benè ea dumtaxat pallij sui missione super Elisæum ipsam perfecit vnctionem, qua illi Sanctum communicaturus erat Spiritum; quandoquidem pallio illo Spiritus sanctus designabatur, iuxta metaphoram illam, quam seruauit & Dominus, quando Apostolis præcepit, [q] vt *Sederent in Ciuitate, quoadvsque induerentur virtute ex alto*, pallio videlicet, sanctoque spiritu misso super eos. Id quod postmodùm confirmauit & Elisæus, qui ascendente Elia per turbinem in cælum, [r] *Leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei, reuersusque stetit super ripam Iordanis, & pallio Eliæ, quod ceciderat ei,* percussit

Spiritus sanctus designatus nomine pallij, & vestis.

q Luc. 24. 49.

r Reg. 2. 14.

percussit aquas. Videns quòd non essent diuisæ ad pallij A *illius percussionem, dixit* admirabundus, *Vbi est Deus Eliæ etiam nunc?* Ac si diceret. Iam bis expertus sum in hoc Eliæ pallio vel esse sanctum Eliæ spiritum, vel eumdem spiritum per illud designari: Nam & per eius pallij missionem super me vnctum ab illo in Prophetam me recolo, & mox per similem percussionem cum ipso has agnoui diuisas aquas: quid igitur noui est, quòd & nunc non sunt diuisæ? Numquid etiam nunc in hoc pallio non est Dei Eliæ virtus, ac spiritus? Iterumque aquas eodem percutiente pallio, dicit textus, *diuisas esse aquas huc atque illuc, ita vt Eliseus transierit.* B

14 *Spiritus sancti vnctio optimè designata per missionem manus Dei ob robur, quod per illam cōfertur.* Simile.

Multò autem congruentiùs Christi vnctio, de qua nunc est sermo, per missionem manus Dei, eiusdémve tactum, quàm per missionem designata pallij. Enimuerò cùm idcirco sub vnctionis metaphora communicatio exhiberetur Spiritus sancti, per quam robur & fortitudo ac virtus ingereretur, sicut & per externam vnctionem athletarum roborantur corpora, quanam meliori vti licuit metaphora, quàm missione manus, quæ diuinæ virtutis typus est ac potentiæ? *Genua* [a] *mea*, dicebat Propheta, *infirmata sunt à ieiunio, & caro immutata est propter oleum*, id est, propter defectum olei, quo vngerer. Hinc mihi tanta in carne mea immutatio, vt quæ primò fortissima erat, quando vnxit me Dominus, oleoque id indidit roboris, quo vniuersos prostraui inimicos meos, nunc adeò infirma facta sit, & imbecillis, vt vix genibus consistere valeam, quia ieiunus sum à Spiritus sancti gratia, qua veluti præforti inebriabar vino, oleoque sum destitutus, quo ab eodem vngebar Spiritu. E' vestigiò autem idem Propheta quando olei huius istiusue vnctionis in se sentiret robur, sub manus Dei metaphora id explicans ait, [b] *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.* Cùm nimirum sat sibi esset exploratum, quantum inesset Symboli inter Dei manum, & vnctionis oleum. C D

a Psal. 108. 24.

b Psal. 117. 16.

15 *Vnctio antiquitus fiebat in capite, &c.*

Ad id, quod secundo loco quærebatur, Dicendum, verum quidem id esse, quòd qui antiquitus per sacram olei vnctionem Christi Domini efficiebantur vel ob Regium, vel ob Sacerdotalem dignitatis gradum vngebantur in capite, vnde & Rex Dauid dicebat, [c] *Impinguasti in oleo caput meum*, & de summo Sacerdote Aaron aiebat, [d] *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron:* idue vt talis capitis vnctione designaretur, illos à Deo consecrari in caput corporis mystici, prout aliquando idem fatebatur Dauid, dicens, [e] *Constituit me in caput gentium*, apertiusque Regi Saul significauit Samuel, dicens: *Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israël factus es, vnxitque te Dominus Regem super Israël?* Et Deus ipse externo quoque thiaræ signo id in Aaron contestatum volens, dixit ad Mosem. [f] *Pones thiaram in capite eius, & laminam sanctam super thiaram, & oleū vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur.* E F

c Psal. 22. 5.

d Ps. 132. 2.

e 1. Reg. 15. 17.

f Exod. 29. 6.

16 *Spiritu sācto Christus vnctus in ore ob ministerium verbi.*

Nihilominus quando per vnctionem peculiaris designanda erat consecratio eiusdem Sacerdotis in ministeriū sacrorum, quæ manibus erant implenda, externam ipsam vnctionem manibus pariter adhiberi volebat Deus, vnde & dicebat item Moysi. [g] *Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi.* Simili igitur ratione quia Christus Dominus ita Spiritus sancti vnctus est vnctione, vt per eam Patri consecratus sit in ministerium verbi, [h] *vt Euangelizarem pauperibus*, ait, *me vnxit:* vtue eodem verbi ministerio & Regium exerceret robur, sicut ipsemet testatur, dicens: [i] *Vt sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo:* profectò tactu manus Dei in ore suo debuit inungi.

g Exod. 28. 41.

h Luc. 4. 18.

i Isai. 50. 4.

Christus vt Verbum Patris debuit vngi Spiritu sancto in ore.

Neque eum, qui Verbum erat Patris alibi congruentius, quàm in ore decuit vngi, oris quippe vocabulo verbum significari nonnumquam solitum vel ex eo colliges, quod ille Apostolis dixit, [k] *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.*

k Luc. 21. 15.

17 *Verborū Christi similitudo cum oleo.*

Ex quibus postremis verbis aliam colligere est rationem, cur attactu manus Dei, & Spiritu sancto in ore Christus dicatur inunctus. Quia videlicet per hoc, quòd à Spiritu sancto in Prædicationis ministerium vnctus est, talia à Patre in os suum indita acceperit verba talésve sermones, quibus insigniores competerent olei proprietates.

Olei proprietates verbo Dei competētes.

Ea nimirum in primis, qua athletarum corpora per ipsum roborari diximus oleum. Ob hoc namque vnctum [l] eum dici crediderim oleo lætitiæ, quia sicut per oleum exhilarari faciem legimus in Psalmo, [m] ita & per eius verba mundi in Euangelio exhilarata est facies: Græca siquidem Euangelij vox bonum lætumque significat nuncium, vnde in eiusdem Christi ortu Angeli ad Pastores dixêre, [n] *Ecce Euāgelizo vobis gaudium magnum.* De his certè Christi verbis multò veriùs dici id potest Psalmi, [o] *Molliti sunt sermones eius super oleum:* vtpote ex illius ore prodeuntibus, qui aliquando dixit, [p] *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* De his quoque rectiùs dices, [q] *Nitidius oleo guttur eius*, quod in libro legis Prouerbiorum. Quid enim nitidius, quid clarius Christi doctrina, quæ ob sui claritatem luminis sortita est nomen, iuxta illud Isaiæ, [r] *Et ambulabunt gentes in lumine tuo.*

l Ps. 44. 8.

m Psal. 103. 16.

n Luc. 2. 10.

o Ps. 54. 22.

p Matth. 11. 29.

q Prou. 5. 3.

r Isai. 60. 3.

18

Si per olei vnctionem sanantur corporum vulnera, vnde legimus in Euangelio, [s] Samaritanum in eius, qui à latronibus fuerat plagis affectus, vulnera id infudisse, & [t] Isaias de hoc queritur quòd, cùm in Iudaico populo essent vulnus, & liuor, & plaga tumens, non sint fota oleo. De Christi pariter verbo reperimus scriptum, [u] *Misit verbum suum, & sanauit eos:* & idemmet Christus item in Euangelio, [x] vbi dixit, Spiritum sanctum missum super se, adeoque & se vnctum fuisse, vt Euangelizaret, subiecit, *Sanare contritos corde:* vt peculiare videlicet olei Euangelij effectum. Si denique & ignis oleo exardescit, suscitaturque, & flamma, vt quotidiana probamus experiētia, sanè & Christi verbis ignis æstus in corda excitari ea audientium, duo illi testati sunt discipuli eius in Euangelio dicētes, [y] *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm loqueretur in via.* Ideo Origenes admodum congruenter loco citato in prima expositione hîc legit. *Et dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo ignem.* Præclarè autem tacto in hunc modum Christi ore, exhibitaque eidem ori Spiritus sancti vnctione, & per vnctionem illam inditis in idem os Dei verbis igneis. Excelsus exponitur, quem Pater filio suo contulit gradum per vnctionem, perque eumdem manus suæ tactum.

s Luc. 10. 34.

t Isai. 1. 6.

u Psal. 106. 20.

x Luc. 4. 18.

y Luc. 24. 32.

Origenes.

Vers. 9.] Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, &c.

EX

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

19 *Prædicator is bonus, quem Dominus Spiritu Sancto vnxerit.*

SI per Dei manum Spiritum Sanctum accipiamus, præter ea, quæ circa verba ista, (*Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum,*) in præcedenti expositione secunda dicta fuere: Istud duntaxat notandum hic superest.

Prædicator vnde dignoscet an sit Spiritu Sancto consecratus.

a Ioan.14.2.

Ex hoc loco colligi, eos demum censendos Prædicatores, quos Deus per Spiritus Sancti vnctionem sibi in tale consecrauerit ministerium. Quæ certè Spiritus vnctio exinde dignosci quoquo pacto potest, si ita se ad prædicandum senserint excitari, vt ab ipso Spiritu diuina edocti mysteria, ea solummodo prædicare statuant, quæ ille subministrauerit. [a] *Ille quippe docebit vos omnia,* (ait Dominus ad Apostolos) *& suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* In quibus Christi verbis nota, Spiritum Sanctum veluti manum suggerere, & subministrare doctrinam. Et Christum ipsum esse, qui dicit, & verba profert, vt appareat, quàm rectè hîc ab eo dicatur, (*Ecce posui verba mea in ore tuo:*) Eo ipso temporis momento, quo Pater extendens manum suam Spiritum Sanctum misit in nomine illius.

b 1. Ioan. 2. 27.

Quòd si manu ista tactum dicitur Prædicatoris os, atque adeo & sacra quodammodo vnctum vnctione: Tutum profectò illum tenere poteris in veritatis prædicatione, teste Ioanne in sua prima Catholica, vbi ait, [b] *Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium.* Vide quæ dicta sunt in citata Expositione secunda. Vt tamen diuersi aliquid & hîc dicamus.

20 *Prædicator duo potissimú prædicare debet, Dei, scilicet verba, & facta.*

c 1.Cor.1. 23.

d Psal. 25.7.

Hug Card.

Possumus insuper in hunc modum hæc explicare, Vt in Sancti Prædicatoris consecratione, actualique ad prædicandum destinatione, duo illi significata sint, quæ potissimùm debeat prædicare, Dei nimirum verba, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo:*) eiusdemque opera mirabilia, & ea in primis, quæ ad exemplum Christus gessit in carne, tum in totius vitæ suæ conuersatione, tum præcipuè in tempore passionis, iuxta illud Pauli, [c] *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam*, id est, In prædicationibus nostris exponimus audientibus ea præsertim Dei opera, quæ in Christi passione patrata sunt, tametsi illa Iudæis quidem scandalum ingerant, & gentibus videantur stulta. Cæterum iis qui vel ex Iudæis, vel ex gentibus ad fidem vocati sunt, prædicamus eumdem Christum, quæue ab illo gesta sunt, vt Dei virtus est, & sapientia, quæ summâ is operatus est sapientiâ, summâque virtute, & potentiâ. [d] *Vt audiam vocem laudis:* dicere potest Prædicator, respectu verborum, quæ à Deo in suo suscepturus est ore: *Vt enarrem vniuersa mirabilia tua Domine.* Nemo verò est, qui nesciat, manum typum gestorum esse, ac operum, *& competenter,* inquit Hugo Cardinalis. *Ordinatur hoc, (Ecce dedi verba mea, &c.) ad præcedens, (Misit Dominus manum suam,) vt primò sit operatio, deinde doctrina Act. 1.1. Cœpit Iesus facere & docere.*

Vide Appendicem istius versus post expositionem tertiam vers. 10.

Vers. 10.] Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt &c.

Paraphrasis expositionis secundùm Literam.

e Ecce cōstitui te hodie super gētes, & regna.

f Vt euellas & destruas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

SED [e] est insuper quod admireris, vti rem ingentis stuporis, hoc ipso tactu manus meæ, celsissimum tibi etiam puero contuli gradum, diuinum quid referentem: nam te puerum constitui, & præfeci super gentes multas, & super plurima regna: [f] tantaue in præstantissimo isto gradu te insigniui, atque muniui auctoritate, & potentia, vt euellere queas, destruere, disperdere, & dissipare gentes, ac regnorum populos, eosdemue, vel etiam alios ædificare, atque plantare, vaticinans illis transmigrationes, captiuitates, euersiones, Nec non & reductiones, & euectiones ad prospera, atque fœlicia.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Præteritum pro præsenti, & cur.*

CONVENIVNT quidem Expositores omnes, vt præteritum, (*constitui*) consueta sacrarum literarum phrasi, positum sit pro præsenti (*constituo.*) Quamquam re vera nec vacet mysterio, quòd Deus præterito expresserit id, quod in præsenti facit; per id enim Prophetæ contestatam voluit tutissimam eius, quod asserebant, veritatem, vt pote quòd ita tum faciebat, ac si iam diu à se esset factum, sicut & verè factum erat in æterna ipsius Dei intentione, prout superiùs significauit dicēs, *Priusquam te formarem*, &c. *Et Prophetam in gentibus dedi te.* Est tamen inter eosdem Expositores non modicum dissensionis in eius intellectu, quod dicitur, (*Super gentes, & super regna.*)

Vatablus. *Super, præpositio, pro contra, & pro, De.*

Io. Maldon.

Quidam enim præpositionem (*Super*) sumentes pro *Contra*, arbitrantur, Ieremiam in his constitui à Deo, vt illius nomine Gentibus, & regnis vaticinetur ruinas, prout ab illo factum ostendimus supra in expositione verborum illorum vers. 5. *Et Prophetam in gentibus dedi te.* Interminans videlicet eiusdem Dei hostibus ea, quæ subsequuntur, (*Vt euellas*, &c.) Alij verò negant præpositionem (*Super*) positam pro *Contra*, sed sumendam potiùs asserunt, vt significans materiam, Ac si dicatur, *De gentibus, & regnis*, sensusque sit, Ecce hodie te constituo Prophetam, vt omnium gentium, & regnorum contra Iudam concursum prædices.

Vt dicam, quid ipse in ista sentiam opinionum diuersitate. Vtrumque rectè, verèque dictum censeo; nam & vtrumque in hoc libro ab illo legimus factum. Attamen quid insuper aliud primoque à Deo intentum in hisce significatum crediderim. 2

Ecce, particula significans nouitatem, & magnitudinē rei.

Ieremias adhuc puer euectus à Deo est in gradū diuini quid referentem.

Id autem magnum quid esse significat præposita particula (*Ecce,*) cuius peculiare est, vt magnitudinem, nouitatem, & admirationem eius designet rei, de qua agitur, prout aliàs probasse me recolo. Nempe eleuationem Ieremiæ adhuc pueri in gradum Regibus ipsis superiorem, vt potè per quem non super vnam gentem, aut super regnum vnum, sed super gentes plurimas, & super plurima constitueretur regna, eaque cum auctoritate, & potestate, quam nullus Regum mundi habuit vnquam, designata (vt mox videbimus) in subsequentibus, *Vt euellas*, &c. Eo videlicet sensu, quo & Moyses quando in Prophetæ euectus est gradum, constitutus dicitur Deus Pharaonis, id est super Regem Pharaonem. Diuini enim cuiusdam gradus, diuinæque potestatis euectionem, & exhibitionem in hisce, (*Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna,*) id indicat verbum, quod istis

istis præpositus reperitur in textu Hebraico ראה *reeh* vide, id est, Admirare, obstupesce tu ipse, sicut videlicet obstupescent quicumque hoc audierint, quòd puerum constituerim vti Deum super gentes, & regna. Quam vim & in versione Sept. & in vulgata exprimit particula *Ecce*.

3 Sed multò magis sensum istum, istamue superioris gradus euectionem aliud confirmat quod in textu itẽ Hebraico est verbum הפקדתיך *hiphkadthicha*, quod noster, sicut & Sept. interpretes vertit *Constitui*. Illud enim verbum פקד *pakad*, tametsi & constituere significet: multò tamen est amplioris significationis: significatque in primis præficere in coniugatione præsertim *hiphghil*. Vnde in libro Genesis legimus.[a] *Inuenit Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus* Hebraicè ויפקדהו על ביתו *vaiphkidehu ngal betho*, *& præfecit eum super domum suam*, prout & hoc loco, *Præfeci te super Gentes, & regna*. Quodque magis ad rem nostram facit, vsurpatum idem verbum reperire est ad eum potissimùm designandum præfecturæ gradum, qui diuini quid in se habeat. Sic in libro Iob primùm in cap. 34. vbi noster interpres vertit,[b] *Quem constituit alium super terram?* sc. Deus omnipotens de cuius prouidentia ibi agitur. In Hebr. מי פקד עליו *mi pakod nhalau*. *Quem præfecit sibi super terram*. Seu, *Quem præfecit super se in terra?* Quæ confirmantur per ea, quæ mox adiiciuntur: *Aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est*. Eodemque sensu eodem libro Iob cap. 36. vbi Vulgata habent,[c] *Quis poterit scrutari vias eius*, scilicet Dei, de quo subditur, *Aut quis potest ei dicere, operatus es iniquitatem?* In Hebraico מי פקד עליו דרכו *mi pakad ngalau darcho*, id est, *Quem præfecit super se*, scil. Deus *in via sua*, seu, *viam suam*, scil. dirigere, vt sit ipse præses, ac Dominus, & Deus sit ei subditus, & dicat ei, operatus es iniquitatem, & non iussi, vt ita faceres; sic iuxta explicationem Rabbi Mosch: in Commentariis suis. A quo non discrepat Rabbi Abraham Perusol. ita eadem exponens. Quis inuenietur, qui sit constitutus, & ordinatus super Deum, vt illum doceat viam regiminis, & qui dicat ei, &c. prout & apud Isaiam legimus,[d] *Quis direxit Spiritum Domini, & vir consilij eius, qui scire faciet illum?* Vulgata. *Quis adiuuit Spiritum Domini, aut quis consiliarius ei fuit, & ostendit illi?* Ex quibus omnibus colligimus, iuxta Hebraicam lectionem, ea quæ modò exponimus, hunc habere posse sensum. Vide, & admirare manus meæ virtutem, diuinamque meam obstupesce omnipotentiam: Te enim sic puerum, vt asseris, & inscium prudentis eloquij præfecturâ quasi diuinâ præfeci super gentes innumeras, & super plurima regna.

a Gen. 49. 4.

b Iob 34. 13.

b Iob 36. 23.

d Isai. 40. 13.

Paraphrasis.

4 Versio Bibliæ Regiæ Hebraicum verbum nec (*constitui*) reddidit, nec (*Præfeci*, (sed (*legaui*.) Quod & ad rem nostram facit, cùm Legatus Regiam repræsentet personam. Porrò in subsequẽtibus meliùs explicatur, quidnam diuini extiterit in præfectura ista, ad quam Ieremias dicitur euectus.

(*Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*.) Sept. tria duntaxat habent tristia, (*Eradices, destruas, & disperdas*.)

Hortulani & cæmentarij metaphoris designata auctoritas, & potentia Ieremiæ.

In textu tamen Hebraico, sicut & in Latino quatuor reperiuntur verba, ita tamen, vt duæ illorum sint combinationes, in quarum singulis primum verbum pertinet ad hortulani metaphoram, secundum verò ad metaphoram cæmentarij, cuius est & destruere, & dissipare, sicut & ædificare; quemadmodum & hortulani est eradicare herbas malas, & perire facere, quæ horto noxia extiterint (hanc enim vim habet Hebraicum verbum ולהאביד *vlahabid*, quod noster interpres vertit, (*Et disperdas*,) quemadmodum & plantare. In libro Ecclesiastici vna solummodò seruata reperitur cæmentarij metaphora, sic enim ibi in cap. 49. vers. 9. habetur,[e] *Malè tractauerunt illum, qui, &c. euertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare*.

e Eccl. 49. 9.

5 Non ignoro, quosdam etiam Sanctorum Patrum, diuinam potentiam in his animaduertentes, arbitratos, ea secundùm literam nequaquam Ieremiæ conuenire posse, sed Christo potiùs dicta, cuius typum (vt dictum est) personamque ipse gessit Ieremias. Satque & id mihi exploratum, ob eandem rationem expositores alios ferè vniuersos, tametsi secundùm literæ sensum vt ad Ieremiam spectantia eadem sumenda arbitrẽtur, nihilominus asserere per illa minimè explicari auctoritatem eorum, quæ hic referuntur faciendi ipsi Ieremiæ præstitam.

Verùm in verbis, (*vt euellas*, &c.) iuxta frequentem scripturarum morem, positam rem signatam pro signo, vt sensus sit, vt prædicas, & prædices euellendum, destruendum, &c. Vt annuncies aduersa, & prospera. Si non resipuerint, nunciabis fore, vt eos euellam, &c. vt expressiùs habetur infra in cap. 45.[f] *Ecce quos ædificaui, ego destruo, & quos plantaui, ego euello*. Si resipuerint, nunciabis fore, vt ædificem, prout in cap. 42. dicitur. *Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo, & non euellam, iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis*. Ita vt in his verbis totum Ieremiæ ministerium comprehendatur, & totius libri huius argumentum exponatur. Cùm Prophetia sit de Ciuitatis, & templi vastatione, & populi captiuitate, & de reditu ex captiuitate, & reædificatione templi, & Ciuitatis, & aliarum gentium, & regnorum excidio. Quæ omnia ab ipso facienda dicantur Propheta, secundùm illam sacris in literis frequentem regulam, qua illud quis facere dicitur, quod denunciat faciendum, vt cùm Leuit. 13. vers. 6. vbi agitur de eo qui denunciandus erat mundus à lepra dicitur,[g] *Mundabit eum*, scil. Sacerdos, & è contra vers. 11. vbi asseritur denunciandus lepra immundus, dicitur:[h] *Contaminabit itaque eum Sacerdos, & nõ recludet, quia perspicua immunditia est*.

Signatũ aliquãdo pro signo ponitur in scriptura.

f Ier. 45. 4.

* Ier. 42. 10.

g Leuit. 13. 6.

h Leuit. 13. 11.

6 His tamen non obstantibus, existimo & sat bonum istorum verborum sensum eum esse, quẽ sub prædictis metaphoris primò significant, designatã nimirum auctoritatẽ, ac potentiam, qua Ieremias euulsurus esset & destructurus, &c. sicq; prædictæ, ad quam illũ euectũ à Domino vidimus munia expleturũ præfecturæ super gentes, & regna. Nam alioqui nisi Deus hanc illi collatam significare voluisset potentiam, & auctoritatem, haud ita auctoritatiuè locutus esset, (*Vt euellas*, &c.) Sed dixisset, vt vaticineris, vt prædicas, vt annuncies gentibus, & Regnis fore, vt à me euellantur, &c. prout sæpius in Prophetarum libris, necnon & in isto ipso Ieremiæ, reperire est, *Vade, & dic populo huic, vaticinare, vaticinare*, & cætera similia.

Ieremiæ collata à Deo auctoritas, & potẽtia euellendi destruẽdi, &c.

7 Tametsi non abnuam Sanctissimum Prophetam exhibita auctoritate ista tanta vsum esse modestia, vt qui sciret, eam diuinum quid sapere,

Ieremias maxima cũ modestia vsus

Deo

est potestia, & auctoritate sibi à Deo præstita.

Deo potiùs quicquid per illam faciendum esset, adscriberet, minitans semper aduersa, promittensque prospera ex Dei nomine, cuius se verba referre asserebat. Cuius rei vnum pro nunc sat erit exemplum, quod ex cap. 25. colligitur. Ibi enim Deus sub calicis metaphora illius manui auctoritatem quodammodo tradens exhibendi mandata, & imperandi euersionem plurimarum gentium, ait:[a] *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* (En præstitam auctoritatem: Vide eius auctoritatis vim.) *Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego,* (ad tui scilicet quodammodo iussionem, iuxta tuum verbum) *mittam inter eos.* Subditque Propheta quòd reuerenter exhibitam acceperit auctoritatem dicens, *Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus,* &c. Sed vide amabò, qua ille hac vsus sit modestia. *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël, bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos.*

a Ierem. 25. 15.

8 Neque verò quia iuxta verbum Domini præallata omnia euenêre, sequitur, Ieremiæ haudquaquam eorum à Deo ipso præstitam auctoritatem. Nam in libro tertio Regum apertiùs similis auctoritatis exhibitionem, illiusque exercitium in Propheta videmus Elia cùm diceret,[b] *Viuit Dominus Deus Israël in cuius conspectu sto: si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.*

b 3. Reg. 12. 1.

Et nihilominus postmodùm in sequenti capite legimus,[c] *Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens: Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ.* Et in libro Ecclesiastici, idipsum ab Elia factum dicitur verbo Domini, Sic enim ibi:[d] *Verbo Domini continuit cœlum.*

c 3. Reg. 18. 1.

d Eccl. 48. 5.

Sunt qui hæc, quæ verbis his à Propheta facienda dicuntur, ad vitiorum referant destructionem, bonorumque ac virtutum ædificationem. At istiusmodi explicationem ad morales potiùs pertinere crediderim sensus, agemusque de iis in tertia expositione: reuera enim sub istis verbis metaphoricis de gentium & regnorum destructione, transmigratione, captiuitate, & reductione pertractatur, iuxta morem sacrarum literarum, quem præcipuè in hoc Ieremiæ libro frequenter obseruare est.

Quæri etiam hîc solet, cur duobus duntaxat faustis adhibitis verbis, quatuor è vestigio posita reperiantur infausta. Et quidem circa hoc, alij alia dicunt, dicemusque & nos aliqua in sequentibus expositionibus. Quoad literæ sensum id tantùm probabilius dici mihi posse videtur. Hoc factum, quia cùm Ieremias infœlicissimis vaticinatus sit temporibus, totum ferè in tristibus pertractandis eum versari operæpretium fuit, vixque aliquando læta ei licuit permiscere, prout sat per se patet, si iste eius liber attentiùs euoluatur.

Essent denique perpendendæ adhibitarum metaphorarum congruentiæ, sed quia alias sæpius in his nostris Commentariis eæ occurrent, aliàs etiam commodiùs illas & exactiùs expendemus.

Vers. 10.] Ecce constitui te hodie super gentes, &c.

A EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

ADDICITVR ingens exhibiti Christo gradus, auctoritas, & potentia, *(Vt Euellas, & destruas,* &c. 9

Regni Domini exercitiũ, & auctoritas in vsu verbi.

Porrò quis sit gradus iste tam sublimis, quódue ita Regius sit, vt illius exercitium in vsu potissimùm sit verborum Dei, quæ à Patre (vt supra explicatum est) accepit, apertè ipsemet significauit in Euangelio, quando dicenti sibi Pilato,[e] *Ergo Rex es tu?* istud dedit responsum, *Tu dicis, quia* B *Rex sum ego: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.* Ac si dixisset. Rex certè sum super omnes gentes, & licet Rex sim constitutus super omnia mundi regna: attamen regnum meum non est de hoc mundo, simile videlicet regnis mundi, quorum dominia exercentur, conseruantur, & dilatantur per potentiam, vsumque armorum bellicorum; Verùm in hoc natus sum Rex, adeoque in Regem vnctus, vt testimonium meis verbis ei perhibeam veritati, quam Pater vnctione ipsa, manusque suæ tactu C in meum indidit os. Sed fusiùs, atque etiam apertiùs ista, de quibus hîc agitur regni Christi exhibitio, qualitas, exercitium, auctoritas, atque potentia multò ante explicata reperiuntur in Psalmo secundo: Exhibitio quidem, ibi,[f] *Ego autem constitutus sum Rex ab eo,* scilicet Patre meo, *super Sion montem sanctum eius:* vt ibi, videlicet in Ierusalem, & in Iudæa initia sumerem regni, quæ postmodùm dilatarentur super omnes gentes, & super omnia regna, prout postea subiicitur.[g] *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Regni huius nosse D vis qualitatem, & exercitium? *Constitutus sum,* inquit, *Rex prædicans præceptum eius.* Vt scilicet regni munia exercerem in prædicatione eorum verborum, quæ attactu manus suæ dedit in os meum.

e Ioã. 18. 37.

Christus quomodo constitutus Rex.

f Psal. 2. 6.

g Psal. 2. 8.

Quòd si eiusdem regni explicatam eam quæris auctoritatem, & potentiam, de qua Ieremiæ dicitur, *(Vt euellas & destruas,* &c.) quódve potentia ista tam grandis in ipso eorumdem verborum vsu sita sit. Audi Patrem eam Regi ipsi significantem.[h] *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* In virga inquit ferrea, in verbi E nimirum prædicatione, quod in ore tuo ex manus meæ tactu susceptum habes, & cui nil est quod obsistere valeat. Ita quippe hunc locum explicat in Apocalypsi Ioannes, dicens:[i] *Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, & ipse reget eas in virga ferrea.* Quæ certè ipse est gladius ex vtraque parte acutus, ex eius ore procedens, ipsum est verbum Dei, de quo Paulus,[k] *Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei,*[l] *Et viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Quàm pulchrè autem quæ quatuor verbis hisce, *(Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.)* F Hîc apud Ieremiam Christi, eiúsve regni explicatur auctoritas, & potentia, vno duntaxat verbo, vnaue exprimitur metaphorâ confractionis vasis figuli cum virga ferrea. *Et tanquam vas figuli confringes eos.* Ac si dicat. Quamuis gentium Reges altas in terra radices fixerint, qui instar celsissimarum Cedrorum in altum euecti sunt: Quamuis mundi regna instar marmoreorum ædificiorum, & celsitudine, & duratione cum cælis contendant: Quamuis gentium populi simul, instar lapidum ædificatæ præfortis turris

10 *Regni Christi potentia maxima in vsu verbi Dei.*

h Psal. 2. 9.

Verbum Dei est virga ferrea.

i Apoc. 19. 15.

k Eph. 6. 17.

l Hebr. 4. 12.

Verbi Dei ingens vis.

aduerſum te compacti ſunt: & inſtar denſiſſimarum ſylux arborum ad lucis tuæ radios excludẽdos conuenerint: Quamuis demum totus terrarum orbis falſorum Deorum tibi obſiſtentium plenus ſit Idolis, ac templis; Tu nihilominus, quem conſtitui ſuper gentes,& regna, vnico verbi mei inſtrumento ea facilitate, quâ vas figuli virgâ confringitur ferreâ, & Reges ipſos radicitus è terra, terreniſque euelles affectibus; Et Regnorum deſtrues ſuperbiam: & populorum diſperdes collectiones; gentiumque perire, ac deficere facies errores; & Idola denique, ac templa falſorum Deorum diſſipabis, atque proſternes. Quorum omnium effectus res ipſa poſtmodùm docuit.

11 (*Vt ad fices, & plantes.*) Qui conſtitutus à Patre fuit Rex ſuper gentes, & regna: idque per eiuſdem Patris manus extenſionem, attactumque, & vnctionem in ore ſuo accepit auctoritatis, vt ſuſceptorum verborum inſtrumento regeret in virga ferrea, vt explicatum eſt, eodem certè verborum Dei inſtrumento, eodemque gladio ancipiti, & virgâ ferreâ, & plantaturus dicitur plantationem ſanè nouam, ac admirabilem; & ædificaturus ædificium, quod deſtrui nullis quear mundi viribus. Quæ peregregie ab eodem Patre apud Iſaiam eidem ſignificata ſunt Chriſto, vbi diceret. [a] *Poſui verba mea in ore tuo: & in vmbra manus mea protexi te: vt plantes cælos, & fundes terram.* Quorum verborum primam partem ab ipſo filio alibi in hunc modum relatam apud eumdem Prophetam reperio. [b] *Poſuit os meum quaſi gladium acutum, in vmbra manus ſuæ protexit me.* Vnde colligere licet, tantumdem eſſe, Chriſto poſita verba Dei in ore, ac poſitum illius os à Deo quaſi gladium acutum.

a Iſai.51.16. *Verbo & doctrinâ Chriſtus plantat cælos.*
b Iſai.49.2.

Sed notandum, quòd quãdo [c] Chriſtum vidit Ioannes cum gladio vtraque parte acuto ex eius ore prodeunte, vidit etiam cum ſtellis in dextera, ſic enim ait in capite primo. *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius, &c.* Enimuerò is, quem Pater in vmbra manus ſuæ protexit, quandò (vt iam explicatum eſt) *miſit manum ſuam, & tetigit os eius,*) vngens illum Spiritu ſãcto potiſſimùm in ore, in quod indidit verba ſua, id eſt, per poteſtatem quam tunc in primis exercendam à Patre ipſo ſuſcepit, id pariter habuit, vt, quemadmodum in primo Iſaiæ loco dicebatur, *plantaret cælos, & fundaret terram.* Plantaſſe autem dicitur cælos vulgatâ illâ locutionis phraſi, quâ & in Euangelio reperimus dictum, [d] *Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam*, vites nimirum in vinea plantans, quam phraſim explicauit Salomon in libro Eccleſiaſtes, dicens, [e] *Plantaui mihi vineas, feci hortos, & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus.* Quæ verò in cælo plantatæ ſunt plantationes, niſi ſydera, & ſtellæ? Plantatæ, quia fixæ, & firmiter quodammodo radicatæ in firmamento, plantationibus multiplicium florum ſimiles; quatenus cælum ita decorant, vt non immeritò agro vernantibus floribus pleno illud aſſimiles. Idcirco ſtellas in Chriſti manû vidit Ioannes; quia nimirum ſtellas ipſas in cælo plantare ſtuduit, quando ex ore ipſius gladius verbi Dei exiuit. Quando Prædicatione ſuâ homines iuſtos effectos, atque adeo & ſtellas, de quibus loquẽs Apoſtolus ait, [f] *Stella differt à ſtella in claritate*, cælis illos inſeruit, quos primùm ad hoc in ſua tenuit manu, tum quia [g] *iuſtorum animæ in manu Dei ſunt*; tum quia [h] in manibus ſuis illos deſcriptos ſeruauit.

c Apoc.1.16. *Iuſti per Chriſti doctrinam plantantur in cælo veluti ſtellæ.*
Cælum plantatum ſtellis ſimile agro, vernantibus floribus pleno.
d Matth.21.33.
e Eccl.2.4.
Iuſti sũt ſtellæ in manu Dei.
f 1.Cor.15.41.
g Sap.3.1.
h Iſai.49.16.

A Sed & terram pariter eodem tempore, eodemque verbi Dei inſtrumento fundaſſe dicitur, iuxta ſibi exhibitam plantandi, & ædificandi poteſtatem. Enimuerò cum dicimus quempiam aliquam fundaſſe Ciuitatem, oppidum, aut terram, id ſignificare ſolemus, quòd is terram, vrbẽmque illa ædificauit, ædificiis in ea cõſtructis. Hac igitur ratione & Chriſtus Dominus fundaſſe dicitur Prædicatione ſuâ terram; quia tot in Eccleſia conſtruxit ædificia, quot animas iuſtas reddidit, ac ſanctas, quibus id competit Apoſtoli, [i] *Dei ædificatio eſtis.* Neque myſterio vacat, quòd fundaſſe potiùs, quàm ædificaſſe dicitur terram iſtam. Siue enim totum Eccleſiæ ſpectetur ædificium, quicquid in eo eſt firmi, & celſitudinis, Dei certè verbo eſt adſcribendum; ſic quippe de ea dicitur in Pſalmo, [k] *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam*, ſuper verbis nimirum Chriſti, de quibus in Euangelio, [l] *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quid cælo excelſius? Hanc cæli celſitudinem exinde ædificium habet Eccleſiæ, quòd fundamenta ſua habet in cælis, iuxta illud. [m] *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Et illud, *Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo à Deo:* quatenus quicquid eſt, quicquid credit, quicquid ſperat, quicquid ſibi tenet operandum, à verbo quod ex Dei ore proceſſit, per Chriſti habet doctrinam, iuxta illud, [n] *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me, ſi quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar.* 12

Iuſtos prædicatione ſuâ Chriſtus erexit in ædificia Eccleſia.
i 1.Cor.3.9. *Eccleſia à Chriſto ædificata, & fundata in doctrina ſua.*
k Pſ.103.5.
l Matth.24.35.
m Pſa.86.1.
* Apoc.21.10.
n Ioan.1.76.

13 Quòd ſi & ſingula pariter ſpectentur Eccleſiæ ædificia, ſingulæ & animæ, quas Chriſtus Dei reddidit ædificationes, congruentiſſimè etiam ipſam Eccleſiæ terram fundaſſe potiùs, quàm ædificaſſe dicitur Chriſtus, quandoquidem id quod in prædictis ædificationibus, nedum firmius, ſed & præſtantius cenſetur, eſt humilitatis fundamentum, quod etſi demiſſum maximè ſit, eſt tamen ſimul vſque ad celſiſſimum Dei Thronum erectum, animæ ædificationem eò exaltans. Quis verò neſciat, in humilitatis fundamento Chriſtum ſingulas verbo, doctrinâque ſuâ ædificaſſe animas, cùm illius recolamus vocem, [o] *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde?*

Iuſti per humilitatis doctrinam fundati à Chriſto in Eccleſia.
o Matth.11.29.

E *Verſ.* 10.] Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt eradices, & deſtruas, & diſperdas, & reædifices, & plantes.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

14 DVo ſunt, quæ cuique neceſſaria ſunt Prædicatori, eruditio, & auctoritas, ſeu quædam dignitatis poteſtas, quo aliquem F Prædicationis ſuæ obtinere queat effectum. Eruditionem tunc planè exhibebit perfectiſſimam, quando, Spiritus ſancti vnctione eum docente, illa prædicabit ſolummodo verba, quæ Deus in illius indiderit os.

Prædicatori duo neceſſaria ſunt, eruditio, & auctoritas.

Summæ verò apud gentes vniuerſas, & in omnibus regnis erit auctoritatis, & poteſtatis maximæ, cùm Chriſtum vita moribuſque ſuis referet. Hoc quippe Chriſtum ipſum Apoſtolis ſignificare voluiſſe crediderim, quando mittens illos ad Prædicandũ dixit eis, [p] *Data eſt mihi omnis poteſtas,*

Prædicator tunc ſumma apud auditores erit auctoritatis, cùm in vita, & in moribus ſuis Chriſtum referet.
p Mat.28.19.

potestas, Euntes docete omnes gentes. Ac si dixerit, Dedi verba mea in ore vestro, quibus docere possitis omnes gentes. Nec deficiet vobis potestas, & auctoritas super gentes ipsas, & super regna, quibus prædicabitis verba, si me & in vestra referetis facie conuersationis: quam enim mihi Pater dedit potestatem super omnes gentes, hanc & vobis communicaui. Id quod & hoc loco forsitan significatum est, per id, quod Prophetæ *(extensa dicitur manus Domini.)* Quæ idcirco eiusdem Prophetæ *(tetigit os)* vt verbi Dei Prædicatoribus fieret conspicuum, Tunc verbis, quæ ore protulerint, auditoribus profuturos, cùm Christi manum in se missam ostenderint; cùm Christum, eiusue potestatem sua referent vitâ.

15 Hug. Card. *Prelatus fieri nō debet, qui scientia, bonaque expers sit vita.*

Præter hæc, tria digna sunt, quæ ex supracitato hîc referantur Hugone: Primum, Bonum ordinem hîc notari: cùm priùs dentur Prophetæ verba, tum præferatur, iuxta illud Prouerb. 1. 5.[a] *Audiens Sapiens Sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Qui ergo non habet vitam, & scientiam non debet institui in Prælatione. Secundum: *Dicitur*, ait, *(Ecce constitui te:) quasi non tu te, id est, non tua voluntas sed mea.* [b] Hebr. 5. 4. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, sed multos hodie constituit caro & sanguis.* Tertium. *Non dicitur solùm (Super Gentes, sed & super regna.) Quidam enim bene sunt super gentes, id est, super minores: at non super regna; quia timent arguere principes, cùm è contra de Elia Ecclesiastici* 48. 13. *legamus.* [c] *In diebus suis non pertimuit principem.*

a Prou. 1. 5. Prelatū non faciat quis seipsum, vel caro, & sanguis, sed Deus.
b Heb. 5. 4. Prelatus recolat se cōstitutum nō solū super minores, sed etiā super Principes.
c Eccl. 48. 19. Prædicatori cauendum ne prædicet se ipsum.

Bonum & id pariter est Morale tactum ab Origene, vt habes in Appendice, quod hoc loco prosequitur Gaspar Sanctius: Viro Apostolico sedulò curandum, vt regna vitiorum ex auditorum conuellat animis: & in iisdem regna excitet noua, aut euersa instauret, quibus præest Dominus, & iura constituit. *Quod adeò magnæ ait est molis, vt præstare id nullatenus queat Spiritus mollis, & infirmus, qui aut primo languet impetu, aut machinas admouet ad ludum magis, & speciem, quàm ad verberationem, & plagam, illa nimirum quæ non tam acrem, & vehementem, quàm comptam, & putidam reddunt orationem.*

16 *Prædicatori ambitio, & superbia fugienda. Prædicator vt hortulanus, & vt cæmentarius.*

(Vt euellas, &c.) Quia ex præexpositis verbis, *(Ecce constitui te super gentes, & super regna.)* Ambitionis, & superbiæ excitari potuisset Spiritus. Opportunè prospiciens Dominus, omissis nobilioribus metaphoris, viles & maximè laboriosas assumit hortulani, & cæmentarij: Vt ad Prædicationis munus electi intelligerent, humilitati in primis sibi vacandum, iugibusque sibi desudandum laboribus, & ingentibus pariter se exponi periculis; prout & cæmentarios in continuo vitæ discrimine versari nouimus; & tum cæmentarios, tum hortulanos in perpetuis videmus laboribus.

Prædicator vitia primū insectetur. d Ps. 36. 27.

Sed cùm primò id studendum sit, vt vitia amoueantur, tum ad bonum deducendi sint auditores, iuxta illud Psalmi, [d] *Declina à malo, & fac bonum.* Primùm ea illis facienda proponuntur, quæ spectant ad vitia, tum quæ pertinent ad virtutes. Quia verò multò magis circa primùm, quàm circa secundum illis est laborandum, ideo admodum congruenter, cùm secundum duobus tantùm explicatum sit verbis. *(Vt ædifices & plantes,)* pro primo designando quatuor sunt adhibita, *(Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.)* Nec dedignari quisquam debet, in prædicationis munere hortulani munia gerere, & fabricatoris, ac

In vitiis profligandis est multò magis desudandum prædicatori, quàm in virtutibus inserendis.

A cæmentarij; quandoquidem nec Deus ea est dedignatus, de quo ait Apostolus. [e] *Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis.* e 1. Cor. 3. 9.

17 *Vitiorū radices in primis extirpandæ Prædicatori.*

(Vt euellas.) In id ante omnia Sanctus Prædicator suum intendere debet studium, & vires, vt vitiorum radicibus consulat. Quod eximius ille pœnitentiæ præco Ioannes Baptista significauit, quando in initio prædicationis suæ dicebat. [f] *Iam securis ad radicem arborum posita est:* quia nimirum iniquis, malisve arboribus prospicere volens, iam in ipso prædicationis exordio, ad earum radicem verbi Dei securim adhibere B satagebat. Quæ sit vitiorum radix ex iis facilè deducemus, quæ in libro Iob dicuntur. [g] *Vidi stultum firmâ radice: & maledixi pulchritudini eius statim.* f Matt. 3. 10. g Iob. 5. 3.

Vitiorū radix est nimius terrenorum, carnaliumque affectus. h 1. Ioan. 2. 16.

Enimuerò firmam, quam in terra cordis sui impius, ac stultus defixam habet radicem, haud aliam esse censeo, quàm nimium, vitiosumque terrenorum affectum. Ad hanc quippe respexit & Ioannes, cùm diceret. [h] *Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum.* Cuius radicis externa ea sunt indicia, quæ mundanam in stulto ipso, atque iniquo efficiunt C pulchritudinem, & fœlicitatē, diuitiæ, honores, gloria, carnis delitiæ, voluptates, & similia. Contra quæ in primis prædicandum Euangelico prædicatori, vt & ipsi dicere liceat, *Ego vidi stultum firmâ radice*, animaduerti totam hominis iniqui stultitiam, quòd nimis firmè in se habet radicatum terrenorum affectum, & idcirco pessimam radicem istam statim euellere curaui: maledicens pulchritudini eius; prænuncians, ac prædicans, quanta illi ex terrenis his, quibus pulchrum se gloriatur, atque fœlicem, immineant, proueniantque mala.

18 Simile. *Superbiam ex auditorū animis destruere in primis debet prædicator. Anima peccatoris est vetustū, & ruinosum ædificiū Diaboli.* i Luc. 11. 24.

D *(Et destruas.)* Qui excelsum destruere velit ædificium vetustum, quodque ruinam minetur, à culmine id incipit demoliri, & quæ celsiorem obtinent locum bipenni, ac scalpro in imum deiici terræ. Vetustum Diaboli ædificium iniqui animam esse nouimus ex Euangelio vbi dicitur: [i] *Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, & inaquosa, quærens requiem, & non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui*, &c. vetustam nimirum, & antiquam. *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se*, vniuersa scilicet vitia, *Et ingressi habitant* E *ibi.*

Superbia est causa ruinæ animæ. k Prou. 17. 16. l Prou. 16. 18. m Eccl. 10. 14. n Eccl. 10. 15.

Ruinam certè minitatur istiusmodi domus ob id in primis quòd nimis exaltata est per Superbiam. Siquidem, vt in lib. Prouerb. dicitur. [k] *Qui altam facit domum, quærit ruinam.* Et, [l] *Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur Spiritus.* Et quæ domus effecta est Diaboli, ideo in illius conuersa est ædificium, vetustumque habitaculum, quia cùm ædificatio Dei esset, nouitatem respuit Spiritus, [m] *Initium enim superbiæ hominis*, ait auctor libri Ecclesiastici. *Est apostatare à Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius.* F Sancto igitur Prædicatori id pariter in primis in sua enitendum est prædicatione: vt nedum euellat vitiorum radices, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, terrenorum affectus ex auditorum cordibus eradicans: Sed & superbiam vitæ in eisdem deprimat, destructurusque iniquorum vetustum, ac ruinosum Diaboli, ac vitiorum omnium ædificium, à culmine incipiat superbiæ: de qua in præcitato Ecclesiastici loco dicitur. [n] *Initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam adimplebitur*

maledictis, & subuertet eum in finem Id quippe & in vetustis ruinamque minitantibus ædificiis obseruamus; vt, ni tempestiuè à culminibus destrui cœperint, per eorumdem culminum pondus tandem subuertantur, & ingenti decidant ruinâ. Studeat itaque spiritualis, versatusque cæmentarius prædicator præforti scalpro, ac bipenni verbi Dei elatos superbiæ spiritus deiicere, auditorumque animas iis elatas spiritibus, in terram demittere, persuasos eos reddens, quòd tandem haud aliud sunt, quàm terra, & cinis, iuxta illud item Ecclesiastici, [a] *Quid superbit terra, & cinis?*

a Eccl. 10. 9.

B

19

Peccati nil relinquendū, quod pro occasione deseruire queat recidiuationis.

(*Et disperdas.*) Qui instar boni hortulani primum terrenorum affectus radices vitiorum, ac arborum malarum prædicationis verbo ex auditorum euulsit cordibus, id proinde studeat, vt eodem verbi Dei instrumento euulsas è radice adulterinas plantationes omninò perire faciat. (Hanc enim vim quod hoc tertio loco est Hebraicum verbum habere in prima literæ expositione ostensum est.) Disperdens quidquid illarum fuerit reliquum, ramos, folia, ac fructus: quasi ad se dicta ea accipiens, quæ vigil apud Danielem de cælo ait, [b] *Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* Enitens, vt vno Dei verbo, quasi ferrea roncina euulsæ malæ arboris ramos præcidat malorum habituum; quasi hasta, & baculo folia excutiat prauorum sermonum, & quasi funda dispergat fructus illius; qui ij sunt, quos Apostolus fructibus opponit spiritus, opera carnis illos nuncupans, ac dicens. [c] *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes*, &c.

C

b Dan. 11. 4.

c Gal. 5. 19.

D

20

Peccati totā structuræ molem Prædicator dissipat, diuinam prædicās charitatem.

Verbum Dei charitatē prædicans est instar bombardæ, & pulueris tormentarij igniti in cuniculis.

(*Et dissipes.*) Deiectis quoque superbiæ culminibus ex iis auditorum, qui Diaboli sint palatium, cæmentarij prosequatur munus, dissipans totam, quæ in iisdem reliqua fuerit, ædificij molem, vitiorumque structuram, eodem Dei verbo quasi, ferreis vtens cuneis. Facillimum autem id ei erit, vt illicò omnem eam demoliatur fabricam, si flagrantissimam prædicauerit Dei charitatem, propter quam Pater cælestis Cruci tradidit filium suum; vt & nos peccato mortui iustitiæ viuamus per ipsum, ignitis verbis hisce, quasi tormentis, bombardisque bellicis vtens. Vel pro igne pulueris tormentarij in cuniculis succensi: De tali quippe prædicatione dici id congruentissimè potest, *Lampades eius*, [d] *lampades ignis, atque flammarum*, seu, magis ad rem nostram, *Impetus eius impetus ignis atque flammarum*, id est, ignis vehementissimi.

E

d Cant. 8, 6.

21

Simile.

Prædicatoris proprium est ædificare.

(*Et ædifices.*) Quemadmodum Cæmentarij proprium non est destruere, dissipare, ac demoliri, sed ædificare: & quando destruit, destructionem ipsam ideo exercet, vt ædificet. Ita & Euangelici prædicatoris propriè haud id est muneris, vt destruat; sed vt ædificet, [e] *secundum potestatem*, ait Paulus, *quam Dominus dedit mihi in ædificationem, non in destructionem.* Destruat tamen aliquando operæpretium est; vt destructo Diaboli habitaculo, vitiorumque (vt explicatum est) dissipato ædificio, in ædificationem id construat Dei. [f] Christus enim Dominus, vt idem ait Paulus, *dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.* [g] *In quo scilicet Christo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu Sancto.*

F

e 2. Cor. 13. 10.

f Ephes. 4. 20.

A

g Ephes. 2. 21.

Ædificat Prædicator, vnico instrumento verbi vtens pro omnibus instrumentis fabricateris.

Ædificat autem Prædicator, vnico item verbi Dei instrumento, & pro scapello vtens in aptandis virtutum lapidibus; & pro trulla in adhibendo cæmento charitatis; & pro malleo in adnectendis virtutibus inter se cum ipso charitatis cæmento, quod est vinculum perfectionis; & denique pro mensura, funiculo, cæterisque instrumentis iis, quæ rectitudini, & æqualitati necessaria sunt ædificij, discretionem suadens, intentionisque in omnibus rectitudinem. Propriùs in versione Sept. est, (*& readifices*) Dei nimirum ædificationem, quam Diabolus illam incolens cum suis vitiorum spiritibus, vetustam reddiderat, atque rimosam.

B

22

Prædicatoris proprium est plantare.

(*Et plantes.*) Quod de cæmentario dictum est quoad ædificationem, & destructionem, idipsum & de hortulano est asserendum quoad euulsionem, & plantationem: eatenus enim se detinet in euulsione malarum plantationum, quatenus eæ proprio ipsius impedimēto sunt muneri, quod est hortum plantare plantationibus bonis. Idipsum & de Euangelico dicendum est Prædicatore, sicut & de Deo pariter dicitur in libro Ecclesiastici, [h] *Radices gentium superbarum arefacit.* Sed cur? Audi, *Et plantauit humiles.* Bene *humiles*, quia tunc & Deus ipse, & Euangelicus Prædicator plantare dicitur animas, quando hic prædicando humilitatem, ille eamdem inspirando, eiusque commoda reuelando, efficiunt, vt illæ quo valent profundiùs se se demittant in charitate radicatas, & fundatas, virtutumque habitus, quos in se plurimos habent, veluti radices totius probitatis abscondant, iuxta illud. [i] *Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & fructum faciunt*, & illud. [k] *Et mittet quod saluatum fuerit de domo Iuda radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* Quantò enim piæ illæ animæ profundiùs se, suasque radices deorsum demiserint, tantò magis in sanctitate proficiunt, actusque proferunt virtutum, ac sanctarum operationum fructus, qui sursum in cælo condantur. Istud hortulani in sancto Prædicatore studium quale demum esse debeat, indicauit qui in illo apprimè versatus est Paulus, siue cùm dixit. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*: siue cùm de semet ait, [l] *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit*, vt nouerimus, studium quidem id à bono quoque adhibendum Prædicatore, studij verò eiusdem virtutem, & efficaciam totam Deo adscribendam. Id quod & in altero, de quo mox sermo habebatur, ædificatoris studio seruandum mox per eumdem Apostolum significatum est, cùm eo ipso capite 3. epistolæ 1. ad Corinth. vers. 10. addidit: *Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis. Dei ædificatio estis. Secundùm gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens Architectus fundamentum posui.* Declaransque quodnam istud sit fundamentum, subiicit. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.*

C

h Eccl. 10. 18.

Plantantur animæ per verba humilitatem suadentia.

D

i Iere. 12. 2.

k Isai. 37. 31.

E

l 1. Cor. 3. 6.

F

SEPTVA

A

SEPTVAGINTA.

9. Καὶ ἐξέτεινε κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρός με, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου. καὶ εἶπε κύριος πρός με. ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου.

10. Ἰδοὺ καθέστακά σε σήμερον ἐπὶ ἔθνη, καὶ ἐπὶ βασιλείας, ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν.

Verſ. 9.] Et extendit Dominus manum ſuam ad me, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in os tuum.

Verſ. 10.] Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt eradices, & deſtruas, & diſperdas, & reædifices, & plantes.

VVLGATA.

Verſ. 9.] Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, &c.

Verſ. 10.] Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, &c.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 *Manus Dei ſunt verba prophetiæ eius.*

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et miſit Dominus verba Prophetiæ ſuæ, & ordinauit ea in ore meo, Et dixit Dominus mihi,* D *Ecce poſui verba prophetiæ meæ in ore tuo.* Verſ. 10. *Vide, quod conſtituerim te hodie ſuper populos, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & perdas, & diſſipes: & ſuper domum Iſraël, vt ædifices, & confirmes.*

Origenes. a Iſa. 6. 5. *Ieremiæ cum Iſaia comparatio.*

Circa primam partem verſ. 9.) *Et miſit,*) ſeu (*Et extendit Dominus manũ ſuam ad me, & tetigit os meũ.*) Origenes homil. 1. in Ierem. *Obſerua*, inquit, *differentias Ieremiæ, & Iſaiæ:*[a] *Iſaias ait, Immunda labia habens in medio populi immunda labia habentis ego habito, & Regem Domini Sabaoth vidi oculis meis. Et quoniam confeſſus eſt, non habere facta immunda, ſed* E *verba tantum (vſque ad hunc enim finem peccata commiſerat) non extendit Dominus manum ſuam: neque vnus ex Seraphim manu ſua labia eius tetigit: Sed forcipe ſolùm tangens, ait: Ecce abſtuli iniquitates tuas. Ieremiæ autem, quia ſanctificatus fuerat in vulua, non forceps mittitur, neque de altari carbo ſuccenſus; nihil quippe habebat igne dignum. Sed ipſa manus Domini tetigit eum.*

Hieron. D. Thom.

Quibus conſona aſſerit Hieronymus, tum in Commentariis ſuper hunc locum: tum in Commentariis ſuper cap. 6. Iſaiæ. Et D. Thomas in Comment. ſuper Ieremiam. F

2 Theodorit. *Sermonẽ ſuũ Deus confirmat opere.* D. Thom.

Theodoritus in Comment. *Sermonem opus confirmat: (Extendit) enim, ait, (manum ſuam, & tetigit os meum: Et dixit Dominus ad me. Ecce dedi verba mea in os tuum) & docet quæ ſint verba: (Ecce conſtitui te hodie, &c.)* D. Thomas manum accipit diuinæ liberalitatis.

Caſſiod. *Manus Dei eſt virtus ſpiritus propheticæ.*

Caſſiodorus Expoſitione in Pſalm. 50. *De Spiritus Prophetiæ virtute, ſic Ieremias teſtatus eſt, dicens: (Extendit Dominus manum ſuam ad me, & tetigit os meum: Et dixit ad me: Ecce dedi verba mea in os tuum:* A *Ecce ſtatui te ſuper gentes, & regna, eradicare, & demoliri, & perdere, & exterminare, & ædificare, & circumplantare.*

Procopius.

Procopius in cap. 6. Iſaiæ. *Cùm dixiſſet Ieremias, ô Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum: extendit manum ſuam Dominus, & tetigit os eius:*) implens ſpiritus prophetici gratiâ, cum purgatione opus non haberet.

3 Origen. *Chriſto data à Patre verba quibus euellat, &c.*

Origenes citata homil. 1. ad Chriſtum hæc aptans, ait. *Deinde commouit manum ad tangendum os eius, vt ei det verba, quibus eradicet imperia. Neque verò indigebat Saluator verbis, vt ea acciperet, quando* B *erat in Patre, nullis in Cœlo dignis, quæ mererentur euerti. Sed nunc accipit parua, differens maiora paulisper.*

4 Origen. *Verba Dei vim habent eradicandi & deſtruendi.* b Pſ. 67. 12.

Circa illa: (*Ecce dedi verba mea in os tuum.*) Origenes in fine dictæ Homil. 1. *Quid faciant ſermones dicit.* (Eradicare, & *ſuffodere, & diſperdere.*) *Sermones eradicant nationes, ſermones regna ſuffodiunt; ſed non regna iſta carnis, & ſæculi, digna deſtruentibus, digna eradicantibus verbis ea, quæ eradicata, & ſubuerſa ſunt ſenſi, iuxta illud,*[b] *Dominus dabit verba* Euangelizanti *virtute multa.*

Origen.

Idem Origenes lib. 4. contra Celſum in initio, ita hæc citat. (*Ecce dedi verba mea in ore tuo* C *ignem:* Ecce *conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt eradices, & diruas, & diſperdas, & demoliaris, ædifices, & plantes.*

5 Auguſt.

Circa illa. (*Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna.*) Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſti. c. 11. Tom. 3. *Quod dicitur Ieremiæ.* (Ecce *conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas,* &c.) *non dubium quin figurata tota locutio ſit.*

Origen. *Vitiũ quodque habet ſuũ regnum, & gentes ſub ſe.*

Origenes citata homil. 1. *Quomodo regna ſunt plurima, plures ſimiliter & gentes. Nec poteſt aliquod regnum dici, niſi quod ſub ſe continet nationes. Verbi gratiâ, Regnat fornicatio in homine peccatore, neceſſe eſt vt* D *regnum fornicationis habeat ſuas gentes, & illud ipſum generet delictum auaritiæ, & fraudis, quo vix aliquis immunis eſt. Habet regnum ſuum, & ſub regno vno multas poſſidet gentes, per plurimas ſcilicet ſpecies auaritiæ, & ob id opus eſt verbis Dei, vt iſtiuſmodi regna cum ſuis gentibus euellantur.*

6 Theodorit. *Ieremias prophetauit pluribus gẽtibus.*

Vt euellas, &c. *Prophetauit,* ait, Theodoritus in Comment. *Ieremias non ſolum Iudæorum captiuitatem, ſed etiam à Cyro præſtitam libertatem. Prophetauit item aliis pleriſque nationibus, non tantùm calamitates omnimodas, ſed & ſalutem per incarnationem Chriſti Domini donatam. Quapropter eradicãdi, & deſtruen-* E *di verba, collocauit inter triſtia: reædificandi verò, & plantandi inter contraria.*

Origen. *Triſtia lætis ſemper præponi ſolent in ſcript.* c Deut. 32. 39.

Origenes circa finem Homil. 1. in Ieremiam obſeruat, In Scripturis ſanctis primùm ſemper ſolere poni quæ ſunt triſtia, tum adiici quæ ſunt lætiora:[c] *Sic, ego occidam, & ego viuere faciam. Non priùs ego viuificabo, & poſtea occidam. Impoſſibile eſt enim,* ait, *quod ſemel viuificauit Deus, ab eo ipſo, aut ab alio occidi. A triſtibus ſemper, ſed neceſſariis inchoat Deus, atque adeo hic dicit primum,* (Eradicare, &c.) *tum (ædificare & plantare.) Primum eſt quippe, vt mala auferantur à nobis. Non poteſt in loco ædificationis mala* F *ædificare,*[d] *Quæ enim participatio iuſtitiæ, & iniquitatis? Oportet malitiam ex imis ſedibus eradicari. Oportet & ædificationem peſſimam ab animabus noſtris penitus auferri, vt poſtea verba ædificent, & plantent.*

Vitia prius tollenda, vt inſerantur virtutes. d 2. Cor. 6. 14.

7 Auguſtin.

Auguſtinus Enarratione in Pſal. 50. ita hæc citat. (*Ecce dabo tibi eradicare, ſuffodere, euertere, diſperdere, & rurſus ædificare, & plantare.* Hanc ferè lectionem habet & Paſchaſius Rathbertus lib. 6. in cap. 16. Matth.

Hieronym. *Vitiis extirpatis ſuccedit ædificatio, & plantatio bonorum.*

Hieronymus in Comment. *Conſiderandum, quod quattuor triſtibus duo læta ſuccedant. Neque enim*

ædificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicentur pessima. A

Greg. Nyss. *Vitia priùs extirpanda.* a Eccl. 3. 3.

In eumdem sensum Gregorius Nyssenus homil. 6. in Ecclesiastem.[a] *Tempus est diruendi, & tempus ædificandi. Hæc dici possunt etiam ex iis, quæ à Deo dicta sunt Ieremiæ Prophetæ, cui diuinitus data est potestas ad priùs purgandum, & radicitus euellendum, & fodiendum; & tunc excitandum, & ædificandum, & plantandum; oportet enim in nobis priùs dirui vitia, & tunc inuenire tempus, & spatium ad templi Dei constructionem, quod ædificatur in nobis, cuius materia est virtus.*

8 Greg. PP. *Vitia ni extirpentur frustra plantantur verba Dei.*

Ita & Gregorius Papa parte 3. lib. Pastoral. Admonit. 35. *Ieremiæ misso ad prædicationem dicitur.* (*Ecce constitui te, &c. vt euellas, &c.*) *Quia nisi priùs peruersa destrueret, ædificare vtiliter recta non posset. Nisi ab auditorum cordibus spinas vani amoris euelleret, frustra in eis sanctæ prædicationis verba plantaret.* B

Io. Cassian. *In vitiorum expulsione laborandū magis, quàm in acquisitione virtutum.*

Ioannes Cassianus Collat. 14. De Spiritu scientiæ, cap. 3. *Sciendum est, duplici nobis laboris intentione sudandum in expellendis vitiis, quàm in acquirendis virtutibus, vt colligitur ex eo, quod Ieremiæ dictum à Domino est.* (*Ecce constitui te, &c. vt euellas, &c.*) *In expulsione enim noxiarum rerum, quatuor esse necessaria designauit. In perficiendis verò virtutibus, & his quæ ad iustitiam pertinent acquirendis, duo tantummodo.* C

9 Cassiod. *Infidelitas euellenda vt inseratur fides & bonitas.*

Cassiodorus Expositione in Psal. 80. *Sunt ædificationes, quæ consurgere nequeunt, nisi eis fuerit præmissa destructio, vt Idolorum cultores, & pessimarum consuetudinum sequaces. Isti enim nisi à malis suis fuerint destructi, in bonum nequeunt ædificari. Sicut dictum est Ieremiæ,* (*Ecce posui te, vt ædifices, & destruas,*) *Misericordia Dei est, quæ non destruitur, sed ædificatur, viget, & augetur semper.*

D. Thom.

D. Thomas. *Primò exprimitur donum.* (*Ecce dedi.*) *Secundo gradus,* (*Ecce constitui.*) *Tertiò officium* (*vt euellas:*) *mala quantùm ad radicem:* (*destruas*) *quantùm ad mala ordinationis machinationem.* (*Disperdas*) *malorum adunationem,* (*Dissipes*) *mali defensionem* (*Ædifices*) *bona, quantùm ad ordinem* (*Plantes*) *quantùm ad radicem. Non enim indigent exteriori munimine, quasi sepe.* D

10 Origenes. *Plantationū quænam sint Dei, quæue Diaboli.* b Matth. 15. 13. c Matth. 13. 25. *Ædificationū quænam sint Dei, quæue Diaboli.* d Matth. 7. 24. e 1. Cor. 3. 9.

Origenes homil. 1. sæpius citata.[b] *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur, ait Dominus in Euangelio: Omnes quippe cogitationes pessimæ, homicidia, adulteria, & cætera huiusmodi, plantationes sunt, quas non plantauit cælestis pater. Si autem vis scire cuius sit plantatio istiusmodi cogitatus, audi;*[c] *Quia inimicus homo hoc fecit, qui superseminauit zizania in medio tritici. Sic est quædam ædificatio Sabuli, & quædam Dei: quod super arenam extruitur, hoc Sabuli est; super nullo enim stabilitur, abortumque non solidatur:*[d] *Quod autem super petram ædificatur, hoc Dei est: Vnde & his, qui eius sunt, dicitur,*[e] *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* E

11 *Occasiones peccatorum omnes eradicanda, & tollenda.* f Matt. 3. 12. g Matth. 13. 30. *Peccata omnino expurganda, & à mente tollenda.* h Leuit. 14. 40. i Psal. 17. 43.

(*Super gentes eradicare, & subuertere, & disperdere.*) *Si eradicatur aliquid, & eradicatio ipsa non dispergitur, adhuc permanet quod euulsum est. Si subruitur domus, & lapides in ruina sunt integri, dissipata est domus, non tamen perdita. Opus est igitur benignitate Dei, vt eradicatio ipsa, & subuersio tota dispereat. Diligentiùs lege, quomodo eradicata perdantur.*[f] *Paleas inquit comburite igni inextinguibili, &*[g] *ligate manipulos zizaniorum, & tradite eos igni, sic ea, quæ sunt eradicata disperdantur. Si autem vis scire, quomodo subuersio redigatur in nihilum: quomodo ædificationis pessimæ materia in puluerem comminuatur:*[h] *Domus est, quæ propter lepram destrui iubetur, cùm fuerit puluis effecta, extra ciuitatem proiicitur, vt nec lapis quidem ex ea residuus sit, iuxta quod scriptum est.*[i] *Vt lutum pla-* F

tearum delebo eos. Opportet quippè penitus interire malitiam. A

Non tantùm in eo stat verbum diuinum, vt eradicet, & destruas, & disperdat. Esto enim eradicata sint omnia in me mala, destructa, & dispersa sint pessima, quid mihi prodest, si non pro eis, quæ dispersa sunt, & eradicata, meliora in me plantentur, atque ædificentur? Propterea Dei verba primùm faciunt quod necesse est, eradicant, destruunt, perdunt, & post hæc ædificant, atque plantant. 12 *Vitia tollere, & nō inserere virtutes parū prodest.*

Ne igitur aliquis existimet triste quiddam Ieremiam recepisse, quia constitutus sit ad eradicationem regnorum & gentium. Bonitatis Dei istud est indicium, eradicare vitia per verba, inimica cælestis regni regna destruere: & bellantes cum sua gente euertere nationes, eradicare, & subuertere. Vide eumdem Origenem Tractatu primo in cap. 16. Matthæi, vbi ait, Idcirco[k] quosdam censuisse Christum Iesum fuisse Ieremiam, quia in eo implenda putarent, quæ in Ieremia ipso minimè forent impleta. Vide & eumdem homil. 13. in lib. Numer. *Prædicatorē euellere, & destruere noxia est signū ingens diuinæ bonitatis.* k Matth. 16. 14.

Innocentius PP. III. c. Solitæ. de maior. & obed. ad Imperatorem Constantinopolit. *Potuisses autem prærogatiuam Sacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictum est, non à quolibet, sed à Deo; non Regi, sed Sacerdoti, non de Regia stirpe, sed de Sacerdotali prosapia descendenti, de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathoth.* (*Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes.*)

Hieronymus in Comment. *Multi hunc locum super persona Christi intelligunt: Ieremias enim interpretatur, Excelsus Domini, qui destruxit regna Diaboli,*[l] *quæ sibi in montis ostenderas excelso, aduersarias perdidit potestates,*[m] *delens Chirographum errorum in Cruce. De quibus & in Psalmo post historiæ veritatem, tropicōs loquitur,*[n] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum. Pro his euulsis, destructis, & perditis, & in inferiora detractis, ædificatur, & plantatur Ecclesia Dei.* 13 Hieron. *Christus destructis Diaboli regnis ædificauit Ecclesiam.* l Matt. 4. 10. m Coloss. 2. 14. n Psal. 2. 1.

Paulò autem superiùs.[o] *Ædificationem* inquit, *super arenam constructam*[p] *consumet Iesus spiritu oris sui, & destruet aduentu præsentiæ suæ, omnem, scilicet sacrilegam, peruersamque doctrinam disperdet in perpetuum. Porrò ea, quæ eleuantur contra scientiam Dei, & in sua confidunt sapientia, quæ apud Deum stultitia est, dissipabit, atque deponet, vt ædificentur pro his humilia, & in locum Superiorum quæ destructa sunt, & euulsa, extruantur, atque plantentur quæ Ecclesiastica conueniunt veritati.* o Matth. 7. 26. p Thess. 2. 8. *Christus destruxit omnē doctrinā peruersam.*

Ambrosius in Psalm. 43. in Expositione vers. 3. *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos. De Christo animaduertit,* ait, *Propheta dictum,* (*Ecce dedi verba mea in os tuum, & constitui te hodie super Gentes, & regna, eradicare, & destruere, & perdere, & ædificare, & plantare.*) *Nam licet frequenter Deus locutus sit in Prophetis, in quo tamen expressiùs, quàm in suo locutus est filio, qui virtutem omnem exprimens Patris ait:*[q] *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Non ergo Ieremias, qui tempore captiuitatis suscepit exilium: Sed Dominus Iesus suis verbis eradicauit ex intimis pectoribus vitia Gentilium, perfidiam nationum, & versutarum cogitationum praua commenta destruxit, atque omnia vestigia iniquitatis aboleuit. Deinde infudit postea fidem, & continentiæ disciplinam, ne tanquam in vase corrupto confusione vitiorum coacescerent sacramenta virtutum.* 14 Ambros. q Ioan. 7. 16.

Gregorius Nyssenus lib. de Aduentu Domini in carnem aduersus Iudæos cap. de Incredulitate Iudæorum, & Ecclesia gentium. (*Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi, &c.*) *Si hæc de Ieremia, Quæ regna* 15 Greg. Nyss. *Christus extirpauit regna malitiæ ex anima, inseruit quæ virtutes.*

extir

extirpauit? aut quas gentes perdidit? Verùm de Domino dicta sunt, qui ex omni anima sibi credente regnum aduersarij extirpat: qui diruit structuras malitiæ, & vitiosis stolonibus, malleolisque meliores restituit.

Menna. Menna Episcopus Constantinopolitanus in sententia contra Anthimum quæ habetur in actione 4. Concilij Constantinopolitani, referens hæc ad omnes Ecclesiæ Episcopos ait, *Cùm Saluator noster Iesus Christus verus Deus noster dederit potestatem propriis Sacerdotibus euellendi, & plantandi, demoliendi, & ædificandi, orauimus quidem, nobis omne tempus esse ædificandi, & plantandi, nullum autem euellendi, & demoliendi; sed dira est (vt videtur) veritatis transgressio, & via maxima ad perditionem his qui vsi sunt.*

16 Rup. Abb. *Christo quanta sit data potestas.* Rupertus denique Abbas lib. 1. in Ierem. cap. 4. Christo item hæc dicta sumit, ac si dicatur. *Te factum obedientem vsque ad mortem crucis constituam super gentes, & super regna, prout de te canit Psalmista* [a] *Minuisti eum paulò minus ab Angelis,* (a Psal. 8. 6.)

A *gloriâ & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. (Vt Euellas) malè radicata (& destruas) malè ædificata, qualia sunt maximè Scribarum, & Pharisæorum conciliabula, radicem auaritiam fixam altè in terram habentia,* [b] *Similia quoque sepulchris mortuorum, quæ foris parent hominibus pulchra, intus autem mortuorum sunt ossibus plena. Istos autem euellas, & destrues: quando vindices tui* [c] *Romani venient, eorumque & locum, & gentem tollent:* [d] *& deinde cùm in manus materialis gladij traditi fuerint, euulsa à corporibus animæ, partes vulpium, id est, spirituum malignorum fient (& disperdas, & dissipes.) Non modò* B *ita euellas, vt saltem vno captiuitatis loco simul transponi permittas, sed disperdas in omnes gentes, dissipes in semitas, paruasque vicorum, aut ciuitatum particulas. (Et ædifices, & plantes) Non ipsos: sed pro ipsis alios, videlicet gentes hactenus desertas ædifices: gentes hactenus in testamento Dei locum non habentes in terra viuentium plantes.*

Christus Iudæis euulsis, destructis, & dissipatis, in eorum locum plantauit, & ædificauit gentes. — b Matth. 23. 27. — c Ioan. 11. 48. — d Psal. 62. 11.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS. [Vers. 9. & 10.]

ΚΑὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ.]

Χρυσοςόμου.] Ταύτης τῆς αἰσθητῆς εἰκόνος ἐδεῖτο ὁ προφήτης, ἐπεὶ καὶ ὁ χριςὸς οὕτω ἐποίει: ἐνεφύσησεν αὐτοῖς. καίτοι οὐκ ἐδεῖτο τοῦ ἐμφυσήματος, ἀλλ' ὑπὲρ πληροφορίας αἱ σωματικαὶ γίνονται εἰκόνες.

Θεοδωρήτου.] αἰσθητῆς εἰκόνος ὁ προφήτης ἐδεῖτο, ἐπεὶ καὶ ὁ χριςὸς ἐνεφύσησε τοῖς ἀποςόλοις. οὕτω καὶ τῷ ἰεζεκιὴλ, κεφαλὶς ἐδόθη βιβλίου. οὕτω καὶ οἱ ἀπόςολοι γλώττας ὁρῶσι πυρίνας. τὰ γὰρ ἀσώματα διά τινος εἰκόνος ἔδει φαίνεσθαι σωματικῆς. σώματι γὰρ ἐνταφεῖσα ψυχὴ, πρὸς τὴν τῶν νοητῶν ἀσθενεῖ κατανόησιν.

Βίκτορος.] χεῖρα θεοῦ ἀψαμένην τοῦ ςόματος καλεῖ τὴν θείαν ἐνέργειαν. ὁ ποῖον τὸ, αἱ χεῖρές σου ἐποίησαν με καὶ ἔπλασαν με. καὶ τὸ: ἰδοὺ χεὶρ κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων ἕως καιροῦ: πρὸς ἐλύμαν τὸν μάγον ὁ Παῦλος φησὶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ θείας χειρὸς ἡ τοῦ προφήτου χειροτονία.

[Ἰδοὺ καθέςηκά σε σήμερον.]

Χρυσοςόμου.] καὶ μὴν ἄνω ἔλεγεν, πρὶν ἢ σὲ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε. πῶς οὖν ἐνταῦθα, σήμερον, λέγει; ἐκεῖνο τῇ προγνώσει, τοῦτο τῇ ἐνεργείᾳ. Ὠριγένους [ταῦτα γὰρ οὐχ ἱςόρηται περὶ τοῦ προφήτου, ὅτι ἐξερρίζωσεν] βασιλέας, ἀλλὰ περὶ τοῦ χριςοῦ ἐκριζώσαντος ἀπὸ πάσης ψυχῆς πιςευούσης αὐτῷ τὴν βασιλείαν τοῦ ἀντικειμένου. τίς δὲ ἐκεῖ κατέσκαψε τὰ οἰκοδομήματα τῆς κακίας, καὶ τῶν μοχθηρῶν δογμάτων, ἢ ὁ σωτὴρ, καὶ κύριος ἡμῶν; ἀπολλὺς αὐτὰ, ἵνα ἐν τῷ τόπῳ τῶν ἐκριζωμένων, καὶ κατασκαπτομένων, οἰκοδομήσῃ, καὶ καταφυτεύσῃ τὰ κρείττονα?

Τοῦ αὐτοῦ.] Μακάριον τὸ, τοῖς θεοῦ λόγοις ἐκριζῶσαι τὰς τῶν ἀντικειμένων δυνάμεις καὶ βασιλείας, κατὰ τὸ: πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ

C ET *extendit manum suam.*] 17

Chrysostomi. [a]] *Huius sensui oblatæ imaginis indigebat Propheta:* [b] *Quippe & Christus hoc faciebat,* [c] *insufflauit illis, quamuis nulla sufflatione illi opus esset. Sed plenioris expressionis causâ corporeæ adhibentur imagines.*

Theodoriti. [d]] *Sensibilis imaginis indigebat Propheta:* [e] *nam & Christus* [f] *insufflauit Apostolis: sic & Ezechieli* [g] *capitulum libri datum fuit: sic & Apostolis* [h] *linguas conspiciūt igneas.* D *Incorporea enim per aliquam corporeā imaginem oportet apparēre, quoniam anima corpori innutrita ad intelligibilium perceptionem imbecillis est.*

Victoris. [i]] *Manum Dei* [k] *qui os tetigerat, diuinam vocat operationē, sicut & illud.* [l] *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: &, Ecce* [m] *Manus Domini super te, & eris cæcus, non videns ad certum tempus, ad Elymam magū Paulus ait.*

Olympiodori. [n]] *Diuinæ manus opus est, Prophetæ* [o] *constitutio.*

E Vers. 10. [*Ecce constitui te hodie.*]

Chrysostomi. [p]] *Et tamen dicebat superiùs, Antequam* [q] *exires è vulua sanctificaui te. Quanam igitur ratione hîc (Hodie) dicitur? Præcognitione illud, effectu hoc. (Vt eradices, &c.)* Origenis. [r] *(Hæc enim de Propheta non narrantur,) Reges nempe eradicasse; sed de Christo* [s] *eradicante ab omni anima credente ipsi regnum aduersarij. Quis porrò euellit malitiæ, & prauorum dogmatum ædificia, nisi Saluator & Dominus noster, qui ea destruxit? vt in loco eradicatorum, & euulsorum ædificet, & plantet meliora.* 18

Eiusdem.] *Benè est cùm diuinis sermonibus eradicātur aduersariorum vires, & regnum: Quò facit illud,* [t] *Omnis plantatio, quam non plātauit pater* 19

a Chrysostom.
b *Corporeæ imagines à Deo exhibitæ solitæ in collatione donorum Spiritus sancti ad pleniorem collationis expressionē.*
c Ioan. 20. 22.
d Theodorit.
e *Incorporea significātur animæ per signum aliquod corporeum.*
f Ioan. 20. 22.
g Ezech. 3. 1.
h Act. 2. 3.
i Victor Presbyter.
k *Manu Dei significat diuinā actionem.*
l Iob. 10. 8.
m Act. 13. 11.
n Olympiodorus.
o *Ieremiæ electio opus diuinæ manus.*
p Chrysost.
q *Præcognitio Dei distincta à rei præcognitæ effectu.*
r Origenes.
s *Euulsio, & plātatio in animabus à Christo, quomodo fiant.*
t Matt. 15. 13.

πατήρ μου, ἐκριζωθήσεται. οἷον οἱ πονηροὶ διαλογισμοί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, καὶ τὰ λοιπά. περὶ ὧν τῆς φυτείας φησίν· ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. ἐφέστηκε γὰρ ὁ θεὸς ἔχων τὰ σπέρματα, καὶ ὁ διάβολος. καὶ ᾧ ἂν δῶμεν χώραν, οὗτος ἐν ἡμῖν σπείρει. καὶ ἐπὶ οἰκοδομίας ὁ αὐτὸς λόγος. φησὶν οὖν ὁ Παῦλος· ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα. ἕκαστος δὲ βλεπέτω, πῶς ἐποικοδομεῖ. καὶ τὰ ἑπόμενα. χριστὸς ὁ θεμέλιος, καὶ ἀρραγὴς καὶ ἄσειστος πέτρα. ἐποικοδομεῖ δέ τις εὐσεβεῖς πολιτείας καὶ δόγματα, ὡς λέγεσθαι· θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. τὰ ἐναντία δὲ διὰ τῶν ἱερῶν κατασκάπτεται λόγων. ὃ δεῖ πρῶτον γίνεσθαι, καὶ οὕτως οἰκοδομεῖσθαι τὰ κρείττονα. ἐγὼ γάρ φησιν ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω.

Βίκτωρος.] ἐκριζοῦν λέγεται προφήτης, ἡνίκα προφητεύει τὴν ἐκρίζωσιν, καὶ τοὐναντίον. οἷον ἐξερρίζωσε τὴν βασιλείαν Βαβυλῶνος, καὶ πάλιν κατέσπασε τὴν βασιλείαν Νεχαὼ Φαραώ, καὶ τῶν ἄλλων καθ' ὧν προεφήτευσεν. [καὶ μετ' ὀλίγα.] κατεφύτευσεν ἔθνη καὶ ᾠκοδόμησεν, ἐν τῷ λέγειν· πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἐπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν, ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκριζοῦν, τὴν κακίαν.

Χρυσοστόμου.] τοῦτο γεωργίας εἶδος ἄριστον, ὀρύσσειν τὰς ἀκάνθας.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἃ μέλλει προφητεύειν, συντόμως ἔφη. ἐκριζοῦν, τὸ τῆς πόλεως ἐξιέναι. κατασκάπτειν, τουτέστι τοῦ ναοῦ τὴν καταστροφήν. καὶ ἀπολύειν, τοῦ πλήθους τὴν σφαγήν. καὶ καταλύειν, τῶν οἰκείων τὴν ἀπώλειαν. καὶ ἀνοικοδομεῖν, τὴν ἀνάκλησιν. καὶ μεταφυτεύειν, τὸ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῆς γῆς κατοικεῖν.

A *pater meus, eradicabitur, veluti praua cogitationes, cædes, adulteria, fornicationes, & reliqua, de quorum plantatione inquit,* [a] *Homo inimicus hoc fecit. Adstat* [b] *enim Deus manu tenens semina, itemque Diabolus, & cui locum dederimus, in nobis is seminat. Eadem est ædificationis quoq; ratio. Ait igitur Paulus, Vt* [c] *sapiens Architectus fundamenta ieci, vnusquisque autem videat, quomodo ædificet, & quæ sequuntur: Christus* [d] *fundamentum, infracta, & inconcussa petra, super-* B *ædificat vero quis pia opera, & dogmata: ita vt dici possit,* [e] *Dei ædificium estis: contraria verò sacris sermonibus euelluntur. Quod primùm facere oportet, atq; ita meliora ædificare.* [f] *Ego enim, inquit perdam, & vitam afferam.*

a Matt. 13. 28.
b *Seminare in nobis parati adstant & Deus & Diabolus.*
c Cor. 3. 10.
d *Ædificare in nobis parati adstant & Deus & Diabolus.*
e 1. Cor. 3. 9.
f Deut. 32. 39.

Victoris.[g]] *Eradicare dicitur Propheta dum eradicationem* [h] *Prophetat, & contra; vt eradicauit regnum Babylonis, & iterum, Dissipauit regnum Nechaoni Pharaoni, cæterorumque aduersus quos prophetauit.* [Et post pauca.] *Plan-* C *tauit gentes, & ædificauit cùm diceret,* [i] *Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent.* [k] *falsa quæsiuerunt Patres nostri Idola, & non est in eis vtilitas.*

20
g Victor Presbit.
h *Eradicationis &c. metaphora significata vaticinia proferenda à Ieremia contra gentes.*
i Iere. 16. 19.
k *Plantationis metaphora designata vaticinia Ieremiæ de Gentium conuersione.*

Olympiodori.[l]] *Eradicare malitiam.*

Chrysostomi.[m]] *Hæc agriculturæ species* [n] *optima, spinas euellere.*

Eiusdem.] *Quæ prophetare debet, compendio quodam proponit (Eradicare) è ciuitate* [o] *nempe exire (effodere) Templum euerti: (Dis-* D *soluere:) Multitudinem necari. (Disperdere:) Domesticos interimi. (reædificare) Reuocari.) Transplantare) post reditum tutò terram incolere.*

l Olympiod.
m Chrysost.
n *Eradicatio & plantatio est optima agriculturæ species.*
o *Ieremiæ Vaticiniorum compendium.*

Vers. 11.] Et factum est verbum Domini ad me dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi, virgam vigilantem ego video.

Vers. 12.] Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: Quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

HAVD [a] *passus est Deus meus, vt depositum mihi prophetiæ talentum vel tantillum temporis ociosum tenerem. Vt primùm enim sua ad me missa manu illius in ore meo tactu in Prophetam me consecrauit, hæc ad me habuit. Deueni iam ad Prophetandi actum; Tum* [b] *& Ieremia modo pro me quod tibi vaticinandum suggeritur. Quidnam illud est, quod Prophetarum more imaginaria intueris visione? Visio namque in Prophetis idipsum est, quod & verbum, quia quicquid sibi desuper ostensum viderint, verbo mox promant operæprecium. Tu inquam Ieremias puer ille, qui mox ineptum te asserebas ad loquendum, cùm te iam experiaris aptum ad videndum, ne ambigas aptum & ad loquendum; Enarra amodò, quid singulariter videas, quod ab aliis minimè cernitur. Tu instar totius Iudaici populi oculus intuens, quæ illi immineant, expone quod cernis, vt, quantùm in te est, id ab eis euitari queat,* [c] *Ipse autem mirabili dignatus visione, hæc illi responsa dedi,* [d] Ego *certè, qui dixeram A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum; fateor, modò video, atque adeò fari debeo, quod tua benignitate ostensum intueor, In manu ipsa tua, quæ mox me in meo tetigit ore, video virgam extensam, sic-ve vibrantem, vt non abs re sit, si vigilantem eam dixero,* [e] E *Virgam perdurantem, constantemque in tua manu.* [f] *Virgam absque vllo vel florum, vel foliorum decore, imò ita atram, & asperam, vt grauem illam appellem baculum nuceum ad percussionem paratum.* [g] *Quam & ita celerem sua ipsa denunciat vibratione, vt & amygdali illam dicam, Quæ præ arboribus reliquis ad flores festina est emittendos. Celerrimum sanè asperrimæ gentis per ea designatum intelligo impetum, & atrocis Regis, qui virga tua est, & baculus tuus. Hanc* [h] *ego video virgam meo imminentem populo.* [i] *Quibus auditis, intulit mihi Dominus, Benè certè te habes in exhibito Prophetandi munere:* Ex *hoc ipso primo eius actu* F *apparet, quàm aptus in eo sis, Quod protulisti virgæ indicium, id optimè indicat: Virgam tibi ostensam benè nuceũ indicasti baculum, benè indicasti & amygdalinam, bene constantem illam appellasti, bene in illa imminentem intellexisti vltionem meam, & per quem illa executioni mandanda est Regem, ac gentem festinã, atrocem, ac vigilantem. Noui profectò quod vigilantem summo cum iudicio illam dixisti.* [k] *Scito igitur, sciantque & vniuersi, ad quos hæc tibi referenda sunt, Quod re verà imminens, constansque est, atrox, festinaque vltionis meæ virga, vibransque, atque adeò &* vigilans

a *Vers. 11. Et factũ est verbum Domini ad me, dicẽs.*
b *Quid tu vides Ieremia?*
c *Et dixi.*
d *Virgam vigilantem ego video.*
e *Virgam constantem.*
f *Baculum nuceum.*
g *Virgã amygdalinam.*
h *Virgam imminentem.*
i Vers. 12. *Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti.*
k *Quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciã illud.*

vigilans eſt ferociſſimus Rex, quia ego ego ipſe ſum,qui feſtino, & vigilo, eam vibrans virgam, vt ſicut mei moris extitit ſemper, mea impleam verba, ita & modo conſtantiſſimè & illud per virgam iſtam impleam, quod rebelli tuo huic minitatus ſum populo.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 CONSECRATO iam Ieremia in Prophetam, exhibitoque illi & gradu, & poteſtate, quæ diuinum quid referrent, vt explicatum eſt in iis, quæ immediatè præceſſerunt.

Prophetiæ gradus tres in Ieremia.

Deuenitur modò ad traditi muneris exercitium, idque perfectiſſimo in Prophetiæ gradu, vtpotè quæ per maximè expreſſiuas ſit viſiones imaginarias, atque per Dei verba, illas ipſas expreſſiùs explicantia: Nec ambigo colloquentem quoque Deum quoquo modo viſum tunc à Propheta vigilante, qui mox illius ſe dixit vidiſſe manum ad ſe extenſam, ſuumque tangentem os. Ita vt ſimul in hoc primo Prophetici actus exercitio, omnes quatuor conuenerint, quos D. Thom. 2. 2. quæſt. 174. art. 3. gradus enumerat prophetiæ propriè ſumptæ. Porrò qui Ieremiam in Prophetam conſecrat, & actione tactus in ore eius, & verbis, is ipſe nunc illum in exhibiti muneris exercitium proprio promouens ore dixit illi.

D. Thom.

In viſionibus Virga, & olla ſignificatū argumentū libri Ieremiæ.

(*Quid tu vides Ieremia?*) Ac ſi dixerit, Prophetæ adiens munus expone, & prome, quid imaginaria videas viſione. Ad te enim ſpectat Prophetare, & videre: quæ duo ita ſeſe inuicem conſequuntur,[a] vt qui nunc dicitur Propheta, meritò olim vocaretur Videns.

a 1.Reg.9.9.

Duplicem autem eodem tempore illi porrigit viſionem totam, circa quam potiſſimùm is in prophetando verſaturus eſſet, per eas proponens, ac manifeſtans materiam, librique huius argumentum. Diuinam nimirum in Ciuitatem Ieruſalem, Iudaicumque in populum vltionem, & eiuſdem vltionis modum, quæ poſtmodùm hoc ipſo capite ſuiſmet verbis explicat apertiùs. Et quia circa dictæ vltionis modum, id quod magis imprimi volebat, illius erat imminens celeritas, & ſecuritas. Ad hæc deſignanda duas adhibet viſiones, ita vt propterea Ieremiæ & ea dici queant, quæ Pharaoni duplex referenti à ſe viſum ſomnium, reſpondit Ioſeph.[b] *Quod vidiſti ſecundò ad eamdem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt: eò quòd fiat ſermo Dei, & velociùs impleatur.* Quamquam viſio ipſa prima hæc peculiariùs ſignet.

b Geneſ.41. 32.

2 (*Virgam vigilantem ego video,*) Ioannes Maldonatus opinatus eſt dictum (*Vigilantem*) pro, (*Vigilantis,*) vt referatur ad Deum, qui illicò ſubiicit, (*Quia vigilabo ego ſuper verbo meo.*) Vnde deduci videtur, Ieremiam vidiſſe virgam in manu Dei vigilantis. Quod probauit & Hugo Cardinalis dicens. *Virgam vigilantem*, id eſt, *virgam vigilantis Domini, vel vigilantis Nabuchodonoſor ad expoliandum eos.* In quo minùs improbandus ipſe eſt Hugo, quàm in eo quod antea dixiſſe reperitur. *Virgam vigilarum, vel vigilans hic dicitur vncinus, quem latrones dormiente familia per tecta, vel feneſtras ſubmittunt in domibus ad extrahendas veſtes: vnde per hoc expoliatio Iudæorum ſignificatur.* Quam ſententiam ita refert Nicolaus de Lyra, (*Virgam vigilantem,*) *Aliqui ſic exponunt virgam vigilantium*, ſcil. *latronum qui vigilant de nocte, quando alij dormiunt, ad facienda furta, & habent aliquando virgam longam in extremitate vncinum ferreum habentem, cum qua extrahunt veſtes, vel alias res de domibus per feneſtras: & per hoc dicunt deſignari futura ſpolia ciuitatis per Chaldæos. Sed iſtud dictum*, inquit Lyra, *proceſſit ex ignorantia Hebraici ſermonis, qui ſic habet hic,* (*Baculum Amygdalinum ego video.*)

Ioan. Mald.

Vigilans cur dicta ſit virga, quā vidit Ieremias.

Hugo Card.

Nic. de Lyra.

3 Vt tamen verum fatear crediderim ipſe, Dei manum, quæ ſupra in verſu 9. dicta eſt miſſa, ſeu extenſa, adhuc in Ieremiæ conſpectu perſtitiſſe, in eaque Ieremiam vidiſſe poſt oris ſui tactum, virgam, quæ meritò vigilans ab ipſo ſit appellata, eò quòd extenſa viſa à ſe ſit, & vibrans. Eo planè modo, quo in libro Iob dicitur haſta, & clypeus vibrans,[c] *Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta, & clypeus:* Quo-ve & in Threnis iugum vigilare, id eſt extenſum eſſe dicitur,[d] *Vigilauit iugum iniquitatum mearum.* Quo ſenſu ſi hæc ſumantur, & maiorem habent vim, & magis conſona eſſe apparent iis, quæ mox inferet Dominus, (*Bene vidiſti,*) vt poſtmodùm explicabitur: Et haud operæprecium eſt, vt ad Ægyptia confugiamus Hieroglyphica, quo intelligatur, virgam dictam vigilantem, quia viſa ſit virga, in faſtigio oculum habens vigilantem, quali vtebantur Ægyptij ad deſignandum Regem, & Deum moderatorem omnium, ſuper vniuerſorum prouidentia intentum. Quem denique ſenſum in ſua verſione clarè expreſſit, Vatablus, legens ex Hebraico, *Virgam imminentem video ego.*

c Iob.39.16.

d Thren.1 14.

Virga vigilans quid apud Ægyptios.

4 Ex ambiguitate tamen Hebraicæ vocis שקד *ſciaked*, quæ cùm diuerſis punctis legi poteſt, & *ſcioked* participium præſens verbi שקד *ſciakad*, factum eſt, vt diuerſæ & reperiantur eius verſiones. Sicut enim noſter interpres vocem eam vt participium legens, vertit *vigilantem*. Ita non incongruè eamdem vertes *feſtinantem*, vel *conſtanter perdurantem*. Sept. tamen Interpretes non vt participium eius verbi vocem illam ſumpsêre, ſed vt nomen ſubſtantiuum; legerunt enim *ſciaked*, quod & Amygdalú, & Nucem ſignificat, & verterunt, *βακτηρίαν καρυΐνην, Baculum nucis*, ſeu *nuceum*: ſecundùm quam verſionem conſtantia, firmitas, & durities diuinæ illius, quam Propheta vaticinari debebat, deſignata eſt vltionis: Duriſſimum quippe, & admodum grauem nouimus eſſe nuceum baculum: Baculum quoque benè appellatam, quæ viſa eſt virga, vt conſtaret, virgam illam haud extitiſſe ſubtilem, vel frondibus, ac floribus decoram, ſed craſſam, & nigram, omnique decore ſpoliatam, ita vt viſu ipſo ſuo terrorem incuteret atrocium percuſſionum, in quem vnum vſum ex nucis arbore intelligebatur exciſa.

Virga vigilantis varia epitheta ex diuerſis verſionibus.

5 Porrò quia, vt iam dictum eſt, eadem vox punctata prout nunc eſt in Hebraico textu, non ſolùm Nucem ſignificat, ſicut & noſter interpres illam accepit in lib. Exodi:[e] Sed & frequentiùs Amygdalum, tum Aquila, Symmachus, & Theodotio interpretes antiquiores, tum Sanctes Pagninus, Bibliæ Regiæ auctor, Hebræorumque Doctores, vertunt, *Virgam Amygdalinam*: Iuxta quam verſionem, celeritas eiuſdem vltionis diuinæ, ea deſignata eſt viſione, quia Amygdalus præ arboribus reliquis feſtina ſit ad emittendos flores, vt tantumdem ſit virga Amygdalina, ac virga ſollicita, ſeu, vt eſt in vulgata, vigilans.

e Exod. 25. 34.

Hieronymus ait, Aquilā, & Symmachū vertiſſe virgam vigilantem, ſecus eſt in Annotationibus Bibl. Vaticanæ Sept.

6 Non eſt, quòd hic detineat ad probandum, quàm aptè per Virgæ ſpeciem deſignata dicatur diuina vltio, atque flagella, cùm id ſatis ſuperque

Virga metaphorā deſignata vltio diuina.

que sit notum, in sacrisque literis frequentissimè queat obseruari. Vnus duntaxat sufficiens sit Isaiæ locus, [a] *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.* Ex quo Isaiæ loco adducor, vt existimem & hic pariter per exhibitam virgam vigilantem, seu nuceam, aut Amygdali, nedum Dei vltionem in genere Ieremiæ (vt dictum est) indicatam: Sed & per quem ea facienda esset vltio, nempe per Regem, seu regnum, eiusque populum, illum quem postea Deus ipse aperte eidem manifestat in vers. 14. & sequentibus.

a Isai 10. 5. *Virga metaphorâ quàm aptè designetur Rex, Dei nomine castigans.*

Ab Aquilone, &c.) atque id admodum congruenter, tum quia virga symbolum Regis, regnique est, & apud profanos, & apud sacros, vnde in cap. 48. ipsiusmet Ieremiæ, de vastatione regni Moab sic scriptum legimus. [b] *Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus?* tum quia virga, quam pro sceptro Rex gestat, sicut & fasces virgarum qui ante Romanos Consules gestabantur, vim designat castigandi, & percutiendi, quæ in ipso est Rege. Vnde in Psalmo 109. legimus, [c] *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.*

b Ier. 48. 17.

c Psa. 109. 2.

7 Qui certè locus, si bene percipiatur, maximè cum hoc Ieremiæ conuenit. Nomine siquidem Virgæ virtutis Christi fortis ac firma significatur illius potentia puniendi, castigandi, ac vlciscendi, quam in Psalmo secundo virgam ferream reperire est appellatam, [d] *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.* Hanc virgam atque potentiam extendisse dicitur Deus ex Sió, vnde Christus ortus in mundum venit, sicut hoc loco extensam Ieremiæ ostendit virgam, & vim Regis Nabuchodonosor, & Chaldæorum ex Aquilone venientem. Atque adeò bene eidem Christo suadet, vt virgam illam suam exercens dominetur, suumque exerceat dominium in medio inimicorum suorum de illis vltionem sumendo, illos puniendo, & castigando. Vnde admodum aptè pro *Dominare*, Theodotio vertit παίδευε, id est, *castiga*: Cuius simile & de Nabuchodonosor legimus infra in ca. 43.* *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis seruũ meũ, & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi. & statuet solium suum super eos, veniensque percutiet terram Ægypti, quos in mortem in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem, & quos in gladium, in gladium*, &c. Huic sensui consentit apertè Paraphrastis Chaldaica, quæ pro, (*Virgam vigilantem*,) habet (*Regem festinantem ad malefaciendum*,

Christi potẽtia in castigando significata nomine virgæ virtutis eius.

d Psal. 2. 9.

* Ier. 43. 10.

8 Habet autem non exiguam vim, pronomen (*Ego*) in hac Ieremiæ responsione, (*Virgam vigilantem ego video*) sicut & in altera, (*ollam succensam ego video*:) Respondens alteri pronomini, *Tu* quo ipsum compellans vsus est Dominus, dicens. (*Quid tu vides Ieremia?*) Alioqui & Dominus breuiùs dicere potuisset, (*Quid vides Ieremia?*) Et Ieremias similiter, (*Virgam vigilantem video.*) Æquè est enim ac si Domino ei dicenti, Tu, qui te ineptum ad prophetãdi munus asserebas, quid modò singulariter vides, quod ab aliis minimè percipitur, quod-ve tu quasi totius Iudaïci populi oculus cernis, vt aliis manifestes, deuitarique quantùm in te est, facias. Respondeat Ieremias. Ille ego qui dixeram *A, a, a, Domine Deus: Ecce nescio loqui, quia puer ego sum*: iam ex tui benignitate, & gratia Prophetam me à te effectum sentio: ego enim ipse video, quod mihi exponendum proponis flagellum vigilans, meóque

A imminens populo. Ego tuis obsecundabo mandatis. Quibus consentiunt, quæ sequuntur.

(*Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti.*) Pro quibus vltimis verbis in textu Hebraïco sic habetur היטבת לראות *hethabtha liroth*, in qua lectione maximam habet, & peculiarem vim verbum היטבת *hethabtha*, quod à verbo יטב *iatab*, bonum pulchrum, & aptum esse hoc loco ab Interprete Bibliæ Regiæ redditum est, *Bonificasti videndo*, rectiùs tamen vertetur, *Bonum aptumque te exhibuisti ad videndum*: eo sensu quo idem verbum vsurpatum reperitur in cap. 16. lib. 1. Reg.[e] B Et ait, *Saül ad seruos suos Prouidete ergo mihi aliquem* מיטיב לנגן *metib lenaggen*, id est, *aptum, atque idoneum, & bene se habentem ad psallendum.* Vulgata, *Bene psallentem.* Vt ad præcedentia, iuxta præallatum sensum Dominus his respondere videatur. Ex hoc ipso, quod vidisse te asseris, Bonum & ipse iam te, & aptum ad prophetandum intelligo, & fateor; virgam namque videns, vidisti pariter in illa, quid facturus ipse sim, atque adeò virgam vigilantem vidisse te asseris, quia & ego, vt ex illa intellexisti, vigilabo, &c. 9

e 1. Reg. 16. 17.

Noster Interpres secutus Sept. vertit (*Bene* C *vidisti*,) quæ non sunt aliena à sensu mox allato. Quamquam & alterum obtineant: quasi per illa Dominus iudicium per ea approbet Ieremiæ, quòd in videndo ostensam virgam vigilantem illam appellarit. Quandoquidẽ ipse reuera vigilaturus sit, vt suum impleatur verbum de eius virgæ, Regisque Nabuchodonosor impetu. Siue, iuxta, aliam lectionem, quòd eamdem virgam iudicauit, asseruit nuceam, seu amygdalinam, vtpote maximè ad vaticinium, in quo versandum ei erit, accommodatam. Quia sicut Amygdalus in floribus emittendis festina, & celerD rima est, ita vltio, quam verbo meo minitor celerrimè adueniet, maturante me Chaldæorum impetum. 10

Quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud. Hebr. Quia, *Maturo*, vt Pagnin. aut *festinans*, vt Regia; seu, vt alij, *Vigilans ego super verbo meo ad faciendum.* Sept. *Quia vigilaui ego super verba mea, vt faciam illa.* In quibus tribus lectionibus tria omnia sunt tempora, præsens, futurum, atque præteritum. Quod facit ad rei, de qua agitur, omnimodam securitatem. Tametsi in versione Sept. specialis contineri videatur sensus. Dicens E quippe Deus. *Quia ego vigilaui super verba mea*, significat fortasse, se & modo vigilaturũ, in implẽdo suum verbum futuræ vltionis per Chaldæos, sicut experientia iam patefecit sæpius, cùm super quæcumque alia vigilauit verba sua.

In verbis suis implẽdis quã sedulus sit Deus.

Ex verbis his confirmant plerique expositorum, quod & per virgam vigilantem Deus significatus sit, ideò ab Ægyptiis figurâ virgæ cũ oculo inter sua hieroglyphica designari solitus, quòd prouidens omnibus vigilet super vniuerso. Verùm (vt iam dixi) alius est exhibitæ vigilantis virgæ significatus. Dum autem Dominus F ex illa infert, se vigilaturum, &c. id tantùm significare voluit, quòd vigilans futura sit, & vibrans illa vltionis suæ virga, Réxque Babyloniæ: quia ipse vigilaturus sit in festinum illius aduentum, & impetum, iuxta id quod apertiùs ab eodem infra explicatum inuenimus, vbi ait,[f] *Pro eo, quòd non audistis verba mea: Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis, seruum meum*, (ministrum, scil. virgam, & carnificem meũ:) *Et adducam eos super terram istã*, &c. 11

Deus significatus per virgam vigilãtem, atque cum oculo.

f Iere. 25. 9.

Et

& interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas, &c. Porrò ad hæc dicenda, *Quia ego vigilo*, &c. commotus est Deus ab aptissima &(vt ita dicam) indiciosissima, qua Ieremias vsus fuerat voce Hebraica שקר *sciaked*, præclarâ enim in illius comprobationem vtens paranomasiâ, simili, seu etiam eodem ipso vsus est verbo, dicens, *Bene vidisti*, Aptum beneque te habentem ad videndum te exhibuisti, כי שקר אני *chi scioked ani*: Quam paranomasiam non minùs egregiè noster expressit interpres vertens. *Quia ego vigilo*, cùm vertisset supra, *Virgam Vigilantem.*

12 Hieron. Notauit Hieronymus in versione Sept. paranomasiam istam, dicens in suis Comment. *Pro (virga vigilante) Sept. (Baculum nuceum) transtulerunt.* שקר *sciacked nux dicitur: vigilia autem, vel vigil, siue vigilare appellatur* שקר *scioked. Vnde in posterioribus*, [a] *Pardus vigilans hoc nomine appellatur. Ab eo igitur quòd dicitur nux, propter verbi similitudinem ad vigilij intelligentiam nomen allusit: quod quidem & in Daniele:*[b] *iuxta Theodotionem scriptum est, vt ab arboribus σχῖνα schinon, & πρῖνα prinon, Ilice videlicet, & Lentisco, scissio, atque serratio adulteris Presbyteris decernatur. Alioquin & in principio Geneseos*[c] *à viro, qui dicitur* איש *isc, mulier appellatur* אשה *iscia, quasi quædam virago eo quòd de viro sumpta sit.*

a Ierem. 25.
b Dan. 13. 55.
c Gen. 2. 23.

Vltio diuina dicta, vigilans, quia Deus in eam vigilat.

Habet particularem vim in his verbis, (*Quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud*,) pronomen (*Ego*) Æque est enim ac si Dominus dicat. Visa virgæ specie tibi ostensa, optime vigilantem illam pronunciasti, vigilat enim illa, at non ex se ipsa, sed quia ego vigilo, vigilia mea circa exequutionem minarum mearum, vigilantem reddit virgam indignationis, & flagellorum meorum: Ego ego sum, qui vigilo, manumque extendam & agitabo iræ meæ, idcirco Rex Babyloniæ, & Aquilo virga, & baculus meus vibrans tibi visus est.

Vers. 11.] Et factum est, &c. Virgam vigilantem, &c.

Vers. 12.] Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

13 *Verba significata aliquando nomine virga.*

QVI attentiùs Dei perpenderit rationem, propter quam bene à Ieremia visa sit virga vigilans, vbi dixit, (*Quia ecce ego vigilabo super verbo meo.*) Non ineptè profectò colliget, verbum, atque virgam hoc loco vnum & idem significare, catenus virgam bene dictam vigilantem, quatenus Dei verbum vigilans extitit dum impleretur. Neque nouum est, vt verba virgæ vocabulo nuncupentur. Cùm & propterea apud Gentilium Sapientes id in more fuerit, vt tam Palladi, quam Deam asserebant sapientiæ, quæ verbis exprimitur, & docetur: quàm Mercurio illorum ipsius eloquentiæ Deo, virgam reperiamus exhibitam. Et in Sacris literis ob idipsum, quæ verbis traditur doctrina, virgæ designetur appellatione, Ita vt idcirco id Psalmi secundi ad Christum Dominum [d] *Reges eos in virga ferrea*, admodum congruè ita intelligatur: Pasces eos doctrinâ cælesti solidissimâ, traducens illos ad religionem & fidem, quæ numquam deficiet: Hebraicâ phrasi quâ & regere, & pascere pro eodem sumuntur, vt

d Psal. 2. 9.

A etiam in Psalmo 22. vbi noster Interpres legit, [e] *Dominus regit me*: Hebræa habet *Dominus pascit me*: Et phrasi alterâ qua durum quodque ac solidum ferreum dici consueuit. Vnde bene ad confirmationem prædictæ significationis virgæ, eodem Psalmo subiectum est: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Apprehendite disciplinam*, &c. prout latè prosequitur Martinus Roias, locorum singularium lib. 2. pag. 129. à quo & pag. 140. id pariter in eumdem sensum quod immediatè post præallata. *Reges eos in virga ferrea.* adiectum est, Et tamquam *vas figuli confringes eos*,

e Psal. 22. 1.
Mart. Roias.

B his exponitur verbis: *Eas tua ista doctrina habebit vires, vt illi ita se subiecturi sint homines vel etiam infideles, vt vas subiectum est figulo.*

Quas doctrinæ vires clariùs apud Isaiam explicatas habemus in capite 11. vbi de vi verborum Christi est sermo, & dicitur. [f] *Et percutiet terram virgâ oris sui.* Quæ cùm ita sint, ad mysticum nostrum Ieremiam hæc aptantes, quo intelligere possimus, quamnam ille sibi exhibitam viderit virgam vigilantem: id primò explicãdum, quodnam illud sit Patris verbum, ideo vigilans dictum, quia circa illius exequutionem idemmet 14

f Isai. 11. 4.

Verba Dei duo, circa quæ Deus vigilauit.

C vigilat Deus. Et quidem duo reperio, quæ ea ratione vigilantia dici queant Dei verba; propterea enim Sept. non (*verbum*,) sed (*verba mea*,) pluraliter legisse crediderim: atque adeo duplicem & virgam vigilantem. Primum quidem verbum sententiæ, qua veluti virga, vniuersum humanum post Adæ peccatum percussit genus, damnans illud ad perpetuos labores, sudores, ærumnas, ægritudines, & mortem, vt habes in libro Genesis:[g] Alterum verò illud est, quod ab eodem Deo factum ad Christum fuit, mandatum nimirum, quo eidem Pater significauit, operæpretium esse,

g Gene. 3. 17.
Passionem in mãdatis Christus habuit à Patre.

D vt virgæ, quâ humanum genus per passionum mortisque sententiam percutiebatur, per propriam passionem & mortem ipse subiiceretur, prout idemmet Christus in Euangelio est contestatus, cùm diceret. [h] *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo*, vt ponerem scilicet animam meam; vt passiones, mortemque subirem; hoc est verbum quod vidi vigilans. Et alias, [i] *Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Surgite

h Ioã. 10. 17.
i Ioã. 14. 31.

E eamus hinc, ad locum nimirum, in quem venturi sunt hostes, vt me comprehendant, flagellent, & occidant.

15 *Passionis Christi mandatũ dictum virga vigilans.*

Dubitas fortasse verbum istud virgam vigilantem appellare? Audi ipsummet Christum apertiùs id indicantem apud Isaiam, vbi ait, [k] *Dominus Deus aperuit mihi aurem*, id est, fecit vt audirem verbum à se mihi factum: *Ego autem non contradico*, id est, libenter illud & vigilanter attendo, quia super illo eum vigilare vt fiat, & impleatur aduerto: atque adeo illud attendens, virgam

k Isai. 50. 5.

F vigilantem extensam, directam, atque vibrantem super me aspicio, *Corpus meum dedi percutientibus.* Statuit enim, eidem dorsum suum subiicere virgæ, quæ vigilans iam diu perseuerat super nos, iuxta illud item Isaiæ, [l] *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*, id est, quæ nostris nos iniquitatibus, ac sceleribus merebamur virgæ vigilantis flagella, & vulnera super ipsum cecidere: *Disciplina pacis nostræ super eum*, vt in pace nos, & in tranquillitate vitam ageremus, correptionem, verbera, & pla-

l Isai. 53. 5.

gas,

gas, quas commeriti eramus, ipse suscepit, *Cu-* A
ius liuore sanati sumus.

16 *In Passione Christus primũ egit Prophetia actũ, quaue ratione.* Quid verò, dicet fortasse aliquis, cum Prophetia habet commune ista Christi visio diuini verbi, seu virgæ vigilantis iam dictæ: Quáve ratione Christo id congruit, quod Ieremiæ hîc dicitur, virgam vigilantis visionẽ extitisse omnium primam, atque adeò ab ea proprie initium sumere librum Prophetiarum eius? Certè, etsi Prophetæ appellationem pluribus vicibus Christo tributam reperire sit: vnica tamen duntaxat vice prophetizandi actum ab eo efflagitatum reperiò in Euangelio, idque concordibus tribus B Euangelistis, Matthæo, Marco, & Luca, passionis tempore in domo Principis Sacerdotum, quando à cædentibus, & percutientibus illi dictum fuit, [a] *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Seu magis ad rem nostram, vt est in Euangelio Marci. [b] *Prophetiza* simpliciter, & generaliter. Et ipsemet Christus in initio libri primam hanc esse ait visionem suam prædicti verbi, virgæque vigilantis, cum in Psalmo trigesimo nono, post enarratam, vt mox explicabo, visionem, vbi dixit. [c] *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti* mihi, quod est idem, quod C apud Isaiam superiùs dicebat, [d] *Dominus Deus aperuit mihi aurem,* &c. *Corpus meum dedi percutientibus,* &c. idem ac id in præcitato loco Psalmi legit Apostolus; [e] *Corpus autem aptasti mihi.* Subintulit immediatè, [f] *In capite libri scriptum est de me.* Quidnam istud est, quod in capite libri scriptum est de te? *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Quòd visa virga vigilante in voluntate tua, qua vigilas vt facias, quod mihi significasti, verbum passionis, & mortis mihi subeundæ, firmiter statui, virgam istam complecti, vnáque cum lege D tua illam in arca cordis mei condere, quomodo & in arca testamenti virgam pariter, ac legem tuam conditam noui. Hoc illud est, quod in capite libri scriptum est de me, quòd in laboribus à iuuentute mea, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

a Matth. 26. 66.
b Marc. 14. 65.
c Psal. 39. 7.
d Isai. 50. 5.
e Heb. 10. 5.
f Psal. 39. 9.

17 *Crux Christi virga vigilans.* Præclare autem labores, & passiones virgam appellauit vigilantem, non solùm ob allatas rationes: sed propriùs, quia in prædicto Patris verbo vigilante, mandatisque sibi à iuuentute sua laboribus, virgam & baculum vidit Crucis, circa quam & Patrem in primis vigilantẽ intuitus est, E quamque vt sibi vigilantem exhibitã ita per obedientiam obseruauit, vt propterea dixerit eum Apostolus [g] *Factum obedientem vsque ad mortẽ, mortem autem Crucis.* Et nota quàm aptè hæc idemmet indicarit Christus in Psalmo, quem præ manibus habebamus, quando priusquàm diceret, *In capite libri scriptum est de me,* &c. ea habuit verba, *Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi.* Quid est enim *corpus aptasti mihi,* cùm sacrificia nolles antiquæ legis? nisi vigilans super tuo crucis verbo, vt facias illud, vigilantemque mihi ostendens eiusdem crucis virgam, aptasti corpus meum ad F illam, super qua noras sacerdotij munus me expleturum, acceptissimumque tibi oblaturum holocaustum eiusdem corporis mei, iuxta Apostoli explicationẽ, qua ait: [h] *Superius dicens quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, aufert primum, vt sequẽs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.*

g Phil. 2. 8.
h Heb. 10. 8.

18 Inest autem plurimi mysterij, quòd ista crucis virga tribus potissimùm nominibus, iuxta diuersas versiones insignita reperitur, quæ maximè ad rem nostram faciunt. Enimuerò si in illa, & per illam, vt mox dicebamus, Christi declaratũ, confirmatum, & consummatum est Sacerdotium, iure optimo virga dicta est Amygdalina, quandoquidem & Sacerdotium Aaron toti populo legitimum declaratum legimus in lib. Num. [i] atque adeò & confirmatum, per Amygdalinam virgam, *quæ germinauit, & turgentibus gemmis flores protulit qui foliis dilatatis in Amygdalas deformati sunt.* *Crux Christi virga Amygdalina.*

i Num. 17. 8.

Si intra externam amaritudinem, talem eadem crucis virga continet dulcedinem, vt vnà cum Ecclesia canamus, eamque dulce lignum asseramus: congruentissima pariter nuncupata est, appellatione virgæ, seu baculi nucei, ex quo nuces amarissimæ quidem, & duræ corticibus externis, at simul & dulcissimæ interno, quem continent nucleo.

Si denique in Cruce potissimùm Christus proclamatus est Rex, ita vt propterea super Crucis fastigium legamus positum titulum, in quo scriptum erat, [k] *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum,* & Isaias crucem ipsam à longè inspiciens, quam super humeros portauit Iesus meus dixerit. [l] *Cuius imperium super humerum eius,* tunc nimirum temporis, quando, teste ipsomet Isaia, [m] *iugum oneris nostri, & virgam humeri nostri, & sceptrum exactoris nostri* Diaboli, qui propter lignum durissimo regnabat imperio, *superauit,* è nostris ad suos virgam ipsam trãsferens humeros, eademque principem illum durum mundi huius eiiciens foras, congruentissima sanè ratione eam dixit virgam vigilantem, quam Regis, regnique hieroglyphicum apud Ægyptios extitisse diximus. *Crux Christi virga vigilans, ac regiũ sceptrum.*

k Ioa. 19. 19.
l Isai. 9. 6.
m Isai. 9. 4.

19 Virgam quoque constantem, perdurantem, ac firmiter persistentem, meritò crucem vocatam intelligemus, si ea recolamus Christi verba, quæ, instante passione, hancque in horto à Patre sibi ostensam intuens in agonia dixit, [n] *Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* *Crux Christi virga cõstãs.*

n Matth. 26. 42.

Quòd si in signum instantis, extremæque Dei vltionis crucem in die Iudicij exhibendam nouimus, teste eodemmet Domino apud Matth. dicente. [o] *Et tunc patebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ,* significatum videlicet illius signi percipientes: Aptissimè dicamus operæprecium est, eamdem appellatam vocabulo Virgæ imminentis, quam certè imminentis castigationis symbolum nouimus. *Crux Christi virga imminens in die Iudicij.*

o Matth. 24. 30.

Addamus denique optimè eamdem crucẽ dictam & virgam vigilantis (sic enim etiam verti posse ex Hebræo sat iis est exploratum, qui eam callent linguam) sic-ve tunc potissimùm temporis appellatam, cùm illius visioni altera mox adnexa est visio ollæ feruentis. Vt intelligeremus, in hac vna Christi cruce spem nobis præstitam, & remedium euadendi ex æstibus mundi huius ollæ feruentis, atque ex flammis inferni ollæ succensæ; si in illius dumtaxat virtute, & in Christi solummodo meritis fiduciam habeamus, sic pro salute nostra vigilantis, vt Ioannes in prima sua Catholica dicat, [p] *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed & pro totius mundi,* Sic tamen in ipso cruci confixo fiduciam habentes, vt per pœnitentiã, & per toleratas pro illius honore tribulationes, ipsi eius confixi simus cruci. *Crux Christi virga vigilantis.*

p 1. Ioa. 2. 1.

Vers.

Verſ. 11.] Et factum eſt, &c. Virgam vigilantem, &c.

Verſ. 12.] Et dixit Dominus ad me: Bene vidiſti, quia, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

20 *Vigilantiam in primis prædicare debent Sancti Prædicatores.*

SICVT nihil eſt, quod magis in Eccleſiaſticis neceſſarium ſit Prælatis, & Euangelicis Prædicatoribus, quàm vt vigilanter ſuo iugiter attendant gregi, ſuoque inuigilent miniſterio, teſte Apoſtolo, qui idcirco Timotheum alloquens ait,[a] *Tu verò vigila in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.* Idve quia aduerſus vigilantiſſimum Sathanam res ſibi ſit. Ita nil eſt, quod magis auditoribus, ac ſubditis ſuis debeant inculcare, quàm vt vigilantes continuè ſint pro ſua ipſorum ſalute, vigilante Diabolo in eorum perniciem, iuxta illud Domini,[b] *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem:* Vigilante Dei vltione in eorum vindicandis delictis, teſte ipſomet, cum hîc ait, (*Quia ego vigilabo ſuper verbo meo, vt faciã illud,*) quod ſcilicet minitatus ſum: Vigilante & eodem Deo in ipſorum cuſtodiam, iuxta illud Pſal.[c] *Ecce nõ dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſraël.* Idcirco congruentiſſimè ei, qui hîc deſcribitur progrediens ad exercitium Euangelicæ Prædicationis, dicitur, vt ante omnia illud explicet, quod primum vt maximè neceſſarium, ſibi vidit oſtenſum. Reſpondetque, (*Virgam vigilantem ego video.*) Porrò qui iam per diuinæ manus vnctionem illuſtratus eſt in intellectu, donatuſque eſt eloquentiâ, in vna ſibi exhibita virgæ vigilantis ſpecie quadruplicem agnouit, quam denunciaret Virgam vigilantem. Et quia nouit, initium Sapientiæ eſſe timorem Domini. Hunc primo loco in audientium animos ingerere ſatagens, vigilantiam eis prædicare proponit, & Dæmonis in ipſorum perniciem, & caſtigationis diuinæ in eorum vindictam.

a 2. Tim. 4. 5.

b Matth. 26. 41.

c Pſ. 120. 4.

21 *Diabolus virga Dei.*

d Iob. 9. 34.

Quòd Diabolus virga ſit, ſat ille nouit, qui præ cæteris hominibus eius expertus eſt percuſſiones, atque flagella patientiſſimus [d] Iob, vnde & hoc illi indens virgæ nomen, dixit in capite nono, *Auferat*, ſcilicet Deus *virgam ſuam*: neque enim niſi ad Dei nutum percutere vel tantillum Diabolus poteſt: *Et pauor eius*, ſcilicet virgæ, atque Diaboli *non me terreat*, ſtrangulans nimirum, circumagens, atque percellens vt exponit Olympiodorus ex vi Græci verbi στροβείτω *ſtrobeito*, quo vſi ſunt Sept. pro noſtræ vulgatæ verbo *terreat*. Diaboli enim eſt, vt hæc in eo operetur, quem opprimere ſibi licuerit: quod & Hebraicum verbum תבעתני *tebangtani* eodem loco à Iob vſurpatum indicat, idem ipſum quo de ipſomet Diabolo in primo libro Reg.[e] dicitur ובעתתו *vbingathatu* & *exagitabat eum*, ſcilicet Saül Spiritus malus. Sed & ob id Diabolus per virgam regni ſymbolum deſignatur, quòd Princeps extitit mundi huius, & regni imperium exerceat ſuper omnes filios iniquitatis, in quibus iuxta Apoſtoli dictum,[f] *regnat peccatum.*

e 1. Reg. 16. 4.

f Rom. 6. 2.

22 *Diabolus quantùm ſit vigilans in noſtram perniciem.*

g Iob. 1. 7.

Quàm benè autem Diabolus virga vigilans appellatus ſit, idemmet teſtatus eſt Iob, qui iuges illius enarrans vigilias repræſentat illum coram Deo adſtantem, eique dicentem,[g] *Circuiui terram, & perambulaui eam*, id eſt, & vigilanter eam pera-

A gratus ſum, vnde Dominus attenta hac illius vigilantia ei dixit.[h] *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob*, &c. Noſterque Ieremias infra hiſce eumdem appellat nominibus, dicens.[i] *Idcirco percuſſit eos Leo de ſylua Lupus ad veſpera vaſtauit eos, Pardus vigilans ſuper Ciuitates eorum.* Neque enim ſolùm maculoſi inſtar eſt Pardi vigilãtis, ſed inſuper eſt inſtar Lupi, qui ad veſperam, & quando reliqua animalia dormiunt vigilat, vt vaſtet: & vt Leo qui, etiam cũ dormit vigilat, apertis dormiens oculis, adeo vt apud veteres Ægyptiorum Sacerdotes illius caput vigilantiæ eſſet hiero-

h Iob. 1. 8.

i Ierem. 5. 6.

Leonis caput vigilãtiæ hieroglyphicum.

B glyphicum, vt videre eſt apud Pierium lib. 1. de Leone. Quamobrem dicente Sancto Prædicatore. (*Virgam vigilantem ego video.*) Tantumdem mihi eſſe videtur. Ac ſi diceret. Id mihi ſignificatum eſt in virgæ vigilantis viſione, quòd præ omnibus, vigilantiam aduerſus vigilantiſſimum Diabolum debeo prædicare, idque ſæpius iterare, audientiumque infigere animis: quod appetente nocte Petri Apoſtoli verbis quotidie Eccleſia repetit.[k] *Fratres ſobrij eſtote & vigilate: quia aduerſarius veſter Diabolus tamquam Leo rugiẽs*, id eſt, vigilantiſſimè *circuit, quærens quem deuoret.*

Pierius.

k 1. Pet. 5. 8.

C Ratio autem, quam Dominus hic affert, cur Ieremias bene viderit, & cur Euangelicus Prædicator videns virgam vigilantem, rectum protulerit iudicium, ſibi per eam viſionem id quod iam explicatum eſt fuiſſe ſignificatum, dicens. (*Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud.*) Subindicat, propter quid tanto ſtudio vigilandum ſit aduerſus vigilantem virgam prædictam, & vigilantiſſimum principem huius mundi. Quia nimirum ipſe Rex Regum, & Princeps vniuerſorum vigilat ſuper verbo ſuo, quo illis duriſſimè minatus eſt vlciſci, quos dormitantes

23 *In vltionem impiorũ quã vigilans ſit Deus.*

D vigilantiſſimus Sathan in ipſius offenſas depulerit. Ita ſi attentiùs hæc examinentur, alteram Dominus Prædicatori ſuggerit virgam vigilantem in prima illa latentem, vltionem videlicet, de qua aliâs dixit,[l] *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.*

l Pſal. 88. 33.

Pro cuius euitatione id pariter auditoribus prædicandum, vt vigilantes ſobrij ſint, ne propter voluptatis vinum ebrij, etiam ſi vigilare voluerint contra Diabolum, nequeant, atque adeo à vigilante diuinæ vltionis virga opprimantur. Quod nobis cauendum iubet Eccleſia eiuſque

24 *Sobrietas neceſſaria cum vigilantia.*

E princeps Petrus, cùm præallata proponit verba.[m] *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate.* Clariuſque Apoſtolus Paulus, cùm ait.[n] *Non dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus, & ſobrij ſimus: Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: Et qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt*, id eſt. Tam alieni à vigilia ſunt qui dormiunt præ ſocordia, quàm qui ebrij ſunt vino voluptatum oppreſſi. Ideoque tam iſti, quàm illi repentinâ Dei opprimentur vltione, quæ idcirco virga vigilans dicitur, quia noctu illis dormientibus, atque ebriis à Deo immittitur vigilante, teſte eodem Paulo, qui paulò ante præallata ait:[o] *Dies*

m 1. Pet. 5. 8.

n 1. Theſſal. 5. 6.

o 1. Theſſ. 5. 2.

F *Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & non effugient.* Quæ iis conſona ſunt, quibus Chriſtus Dominus nos admonens ait.[p] *Vigilate ergo, quia neſcitis, quâ horâ Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non fineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati, quia quâ horâ non putatis, filius hominis venturus eſt.*

p Matth. 24. 42.

25 Neceſſariam autem propterea & ſobrietatem ex aliis Domini verbis colligere eſt, quibus

Lucæ 21.34.ait: *Attendite autẽ vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repẽtina dies illa:* Quo loco notandum, ad sobrietatem referri etiam abstinentiam à curis sæcularibus, quòd iis non minùs, quàm vino nostra inebrietur mens, vigilare vt nequeat, prout opus esset.

In vltione quoque apparet indicium diuinæ benitatis.

In quibus Domini verbis duo animaduertenda sunt, alterum, quod ad diuinam spectat iustitiam, repentinus videlicet eius aduentus ad puniendum, virgaque vigilans aduersus ebrios, & dormientes: alterum quod diuinæ est bonitatis, summæque benignitatis indicium, admonitio repenti huius aduentus, qua [a] *dat metuentibus se significationem, vt fugiant à facie extensi arcus.* Quod & hoc loco obseruare est, cùm virgam Ieremiæ ostendit vigilantem, atque vibrantem, quam vt vitare quisque valeat vigilando, & sobriè viuendo, eumdem Prophetam, vt illam omnibus manifestet, prouocat, dicens. (*Quid tu vides Ieremia?*) vicissimque modum eam deuitandi subindicat ipsemet, cùm ait, (*Quia ego vigilabo super verbo meo, &c.*) Ac si dicere voluerit, vigilante me in executionem, & vsum vltionis, & virgæ, multò rationabilius est, vt vigilent, qui eas effugere optent.

a Psal. 59.6.

26 *Prouidentia diuina virga quàm aptè dicta sit vigilans.*

Quamquam, cùm iuxta versionem Sept. à Domino dicitur. (*Quia vigilabo ego super verba mea,* in plurali, *vt faciam illa:*) id quoque subindicare videatur, quòd vigilantissimus sit, vt impleantur omnia verba sua, nedum illa videlicet quæ comminatoria sunt, & ad iustitiæ spectant rigorem, sed & quæ ad suam pertinent prouidentiam, & quæ ad sanctam gregis sui spectant directionem: Omni enitens vigilantiâ, vt à fidelibus & sua impleantur præcepta, suâ illos virgâ dirigens in viam rectam; quod tantopere optabat is, qui dicebat. [b] *Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.* Quam suam vigilantiam pariter per exhibitam Prophetæ oculis virgam vigilantem significare voluit, quod postmodum apertiùs explicasse videbimus, vbi per eumdem Ieremiam dicet, [c] *Sicut vigilaui super eos, vt euellerem & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem.* (Quibus exactissimè virgam vigilantem vltionis, vigilantiamque suam in implendis verbis ad iustitiæ rigorem pertinentibus explicat.) *Sic vigilabo super eos, vt ædificem & plantem.* Aliis metaphoris idipsum explicans, quod hoc loco sub metaphora exponit vigilantis pastoris, vigilantisque virgæ, haud dubium, quin pastoralis illius. Quam exposcebat Michæas Propheta, cùm eidem Domino diceret, [d] *Pasce populum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ.* Et è qua tantùm Sanctus ille Dauid percipiebat consolationis, vt diceret. [e] *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Quidni verò omni repletum se censeret consolatione, qui in principio eiusdem Psalmi dixerat, *Dominus pascit* (Sic Hieronymus ex Hebræo) *me, nihil mihi deerit?* Sed notandum, quod & si talem habẽs Pastorem, ob cuius vigilantissimam prouidentiam nihil ei deesse queat, multa ex eadem eius prouidentia habuerit, quæ ipsum consolarentur, quæ & attigit, cùm diceret. [f] *In loco pascuæ, ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit.* Exinde tamen potissimùm summa se Propheta sanctus asserit à Pastore ipso suo repletum consolatione, quòd deduxit eum super semitas iustitiæ, deduxitque virgâ illâ suâ, quam alibi *virgam directionis* appellatam reperire est. Vnde & benè adiecit, *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Virga inquit, & baculus tuus:

b Psal. 118.6.

c Ierem. 31. 28.

d Mich. 7. 14.

Prouidentia diuina virga est maxima consolationi animæ piæ.

e Psal. 22.4.

f Psal. 44.7.

A ne offendaris, cùm & hoc loco iuxta diuersas versiones, *Virgam* ostenderit, siue, *vigilantem*, siue *festinantem*, siue *Amygdalinam: & baculum nucis:* Quinimò gaudeas, consolationeque perfruaris, & cùm virgam tibi exhibet, celeriter tibi in iis prospiciens, quæ iucunda extiterint, Celeresque in spe gloriæ cælestis exhibẽs fœlicitatis æternæ flores, quales & virga profert Amygdalina: Et cùm te ad maioris item gloriæ meritum baculo corripit tribulationis, attentiùs inspiciens, quòd baculus ille, quem Deus exhibet, baculus est nucis, qui etsi asper, ac durus sit, & teter, fructum B tamen proferet dulcissimi nuclei, tutissimè intra amaros, durosque cortices tibimet seruandos, iuxta illud Apostoli: [g] *Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.*

g Hebr. 12. 11.

27 *Vigilantiã à nobis exquirit Deus pro sua in nos vigilantia, & prouidentia.*

Congruentissimè autem sancto potissimùm Prædicatori, & in initio Prædicationis eius, tanta Dei proponitur vigilantia, & verbis iis, (*Quia ego vigilabo super verba mea,*) eo modo, quo mox explicauimus intellectis, & virgæ vigilantis, seu baculi nucis ostensione; excitaturque ab eodem, C vt dictam in publicum proferat visionem, (*Quid tu vides?*) Vt his ad auditores explicatis, satagat vicissim & illos reddere vigilantes in cooperando pastori ipsi suo vigilantissimo: quam cooperationem, & vigilantiam solam à fidelibus pro vigilantia ipsa erga illos sua tantoperè exposcebat Paulus, quando à Mileto discedẽs postquam illis significauit, quòd non ampliùs eum essent visuri, postque suam enarratam in eos vigilantiam, hæc ait. [h] *Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, ac die, non cessaui monens cum lachrymis vnumquemque vestrûm.* Tanta D certè, tamque continua vigilantissima est Dei nostri prouidentia erga nos, vt totus in hac ille sit vigilantia, quò nobis modis prospiciat omnibus, qui vt bene in eo qui inter opera Tertulliani est lib. de Trinitate cap. 6. asseritur, *Totus propterea dicendus est oculus, quia totus est in videndo: & totus auris, quia totus est in audiendo: & totus manus, quia totus in operando: & totus pes, quia totus festinans est, qui est & vbique.* Quantò igitur rationabilius, vnumquemque nostrûm æquum est in tam iugis diuinæ vigilantiæ compensationem vigilare, atque in illius ambulare obsequio, præsertim cùm in no-E strum potius commodum, & in salutem nostram istiusmodi sit vigilia, vtpote qui per eam filij seruemur diei, ac lucis, quam filiationem sua in nobis iugi operatur vigiliâ.

h Act. 20.31.

Tertullian. *Prouidentia Dei erga nos tãta, vt propter illum ii dicatur esse totus oculus, totus auris, totus pedes, totusque manus.*

28 *Quãto studio vigilandum vnicuique sit fidelium.*

Vnde Apostolus Paulus audacter fidelibus, quos in vigilia perdurare hortabatur, aiebat: [i] *Omnes vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri sed vigilemus.* Quibus Apostoli verbis & ea forsitan consona sunt sensu morali, quæ & Christus Dominus in Euangelio dicebat: [k] *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Vt sit F allusio ad morem eorum, qui excubias in arcibus seruare tenentur, ij siquidem ne obscuro opprimantur somno, & vt tutiùs vigilantes in suis persistant vigiliis, tota ipsa vigiliæ suæ hora iugiter vel ambulare, vel quid manibus satagunt operari. Ac si dicatur: dum vigiliæ lucem in præsentis vitæ militia seruandam habetis, iugi ambulare nitamini progressu, & vigilate perseueranter. Quod subsequenti sententia aliis his confirmatur verbis. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.* Quorum non incongruus iste potest esse

i 1. Thessal. 5.5.

k Ioã. 12.35.

eſſe ſenſus. Dum lucis commiſſam habetis vigiliam, fideliter eam ſeruare ſatagite, id eſt enim credere in lucem, quod in ſimili phraſi Auguſtinus in Tractat. 29. in Ioannem, & ſerm. 181. de tempore, cùm quis dicitur credere in Deum, ſignificari inquit, fidelem eum ſe exhibere in Dei obſequio fidei dilectioniſque erga eumdem Deũ ſtudio. Vnde & bene in prædictæ intelligentiæ confirmationem ibidem adiectum eſt, *Vt filij lucis ſitis*: Ac ſi dicatur, fideliter, & cum ſtudij affectu lucis ſeruare contendite vigilias, vt reuera ſitis perfecti vigilantes, & excubitores lucem in vigilia iugiter obtinentes, eâ phraſi, qua aliàs dictum reperimus, filium iniquitatis eximiè iniquum, & eum qui iniquitatem ſummo proſequitur ſtudio.

Auguſtinus.

29 Inſuper viſione, verbiſque iſtis. (*Quid tu vides, &c.*) Deus ipſummet admonitum facit Prædicatorem, quem [a] *quia vigilantem inuenit, ſuper omnia bona ſua cõſtituit*, quòd pro paſtore ſic ſit electus, vt & pro vigili, quo ſuper eius gregem vigilet, ſicque virgâ illum feſtinante dirigat in via mandatorum Dei, [b] virgâ inquam oris ſui maturè ei proſpiciens, & diuini verbi Prædicatione: vt pariter ſuper ipſis quæ prædicat verbis vigilet, vt faciat illa: ſic quippe vnâ eademque virgâ & ore paſcet vt feſtinante, & manibus, vt Amygdali, aut nucis, vtque fructiferâ. Quomodo Regem Prophetámque Dauid pauiſſe legimus, cùm de eo dicitur, [c] *Et pauit eos in innocentia cordis ſui*, (quam nimirum ore, verbiſque feſtinanter illis exhibere ſtuduit.) *Et in intellectibus manuum ſuarũ deduxit eos*, id eſt, & deduxit eos in viam rectam virgâ maximè efficaci, quam ſcilicet geſtabat in manibus, exponit Euthymius; ſeu virgâ prudentiæ, quam in actione exhibebat, & per quam primum manus ſuarum dirigebat operationum. Quæ omnia clariùs exponit Apoſtolus Petrus, cùm ait: [d] *Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè*, id eſt, in innocentia cordis veſtri, in virga oris, & vigilanti, ac feſtinante, *neque vt dominantes in cleris*, id eſt, non virgâ ferreâ Dominium exercere cum violentia ſatagentes, ſed virgâ Amygdalinâ, qualis extitit virga ſummi Sacerdotis Aaron, quæ in flores & in fructus erupit, qualem & quemlibet decet Sacerdotem, *Sed forma facti gregis ex animo*, virgâ vtamini, quæ & intellectus manuum dicitur, & efficaciſſimam experiemini ad commiſſum gregem ipſum bene deducendum.

Prædicatori & Prælato quàm neceſſaria vigilãtia in gregem ſibi cõmiſſum.
a Matth. 24. 47.
b Iſai. 11. 4.
Prælati virga paſtoralis qualis eſſe debeat.
c Pſal. 77.
Euthymius.
d 1. Pet. 5. 2.

Appendicem iſtorum duorum, verſ. 11. & 12. habes poſt expoſitionem tertiam, verſ. 13.

Verſ. 13.] Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVO [e] *magis iſtud ipſum, circa quod totum ferè meum futurum erat vaticinium; quòve firmiùs id meo impreſſum maneret animo, alteram addidit Deus viſionem; Ideoque eodem ipſo tempore, quo de prima viſione colloquium expleuerat, iterum me excitauit, vt quod viderem explicarem.* [f] *Cui ego: Is ipſe qui è rudi, & ineloquente per te iam in prima virga* A *viſione aptus ad vaticinia redditus fui; Quique in virga vigilante tuam vidi vltionem, gemenque ac Regem, per quem ea eſt implenda: Nunc Ciuitatem iſtam Ieruſalem, ita per eam virgam intueor percuſſam, vt videre mihi videar ollam ſuccenſam; ollam certè aneam illam dixerim, iuxta falſam Iudæorum fiduciam, qui nimium in eius confidunt mœnibus, & munitione, ac ſi intra æneos eſſent muros: ollam plenam carnibus Sanctorum, qui in ipſa interfecti fuêre; ollam certè nigram ob ſcelerum eius rubiginem, atque nigrorem; ſed ollam in primis ſuccenſam ob id, quod ei imminens video incendium; feruentem hanc video ollam, ac ebullientem,* B *Quia* [g] *ab Aquilone, ad quem nigerrimam peſſimæ ſuæ conuerſationis faciem habet conuerſam, cuius & irruenti faciei obdurata ſua obſiſtet facie, & facibus ſuccendetur, & impetu bellico exufflabitur, quo conflagretur magis.*

e Verſ. 13. Et factũ eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens.
f Ollam ſuccenſam ego video.
g Et faciem eius à facie Aquilonis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *factum eſt*, &c.] Circa hæc nihil eſt notandum: Niſi, quòd verbum iſtud ſecundùm haud alio, ſed eodem tempore à Domino factum eſt Ieremiæ, C quãdo duabus viſionibus idipſum ei patefecit, vt ſupra animaduertimus. Sicut & in libro Exodi [h] legimus, eumdem Dominum eodem tempore tria ſigna exhibuiſſe Moyſi, quando illum in Iudaici populi Prophetam deſtinauit, & in Redemptorem; Et idcirco crediderim, hac ſecunda vice Deum non repetiſſe nomen Ieremiæ, ſed dixiſſe tantùm. (*Quid tu vides?*) 1

h Exod. 4. 2.

(*Et dixi ollam ſuccenſam ego video.*) Ita & Sept. eodem ferè ſenſu: Pagninus, & Vatablus ex Hebræo, (*ollam ebullientem.*) Interpres Regiæ, (*ollam exufflatam,*) iuxta propriam ſignificationem Hebraici verbi D נפח *napach*, ſufflare, quod transfertur ad feruorem, & bullorem, qui tunc maior in olla exurgit, quando per exufflationem in ignem, & olla pariter exuffletur. Vel vt exufflatio non tam pro cauſa, quàm pro ſigno poſita ſit ingentis bulloris, quia tunc in ollam exufflari ſoleat, cùm nimius ſit illius bullor, ita vt ob feruorem vehemẽtiorem quæ intra eam ſunt altius aſcendentia in ignem extra ollam deiiciantur.

Tota huius loci difficultas in intellectu ſita E eſt ſignificatus iſtius ollæ: Enimuerò Chaldaicus Paraphraſtes Regem Babylonis per eam deſignatum voluit, Vnde & ita hæc tranſtulit. (*Regem feruentem quaſi ollam ego video.*) 2

Olla ſuccenſa metaphorâ ſignificatus Rex Babylonis.

Plerique eiuſdem Regis, & Chaldæorum exercitum hac ipsâ ollæ ſuccenſæ metaphorâ ſignificatum putant: cuius ſignificationis Chriſtophorus à Caſtro nullam aſſignat congruentiam, niſi quòd quaſdam affert rationes, quibus ex ipſius ſententia cogamur negare per eamdem ſignificari poſſe Ciuitatem Ieruſalem, quas rationes paulò poſt afferam, cùm ipſas diluam. F Gaſpar Sanctius vltra Caſtri rationes, quæ ad alterius ſententiæ excluſionem faciunt aptiſſimam, vt ipſe putat, hoc ipſum confirmantem iſtam aſſignat rationem, quòd Chaldæorum exercitum antecederet ignis in prunariolo, à Cælio Rhodigino lib. 8. cap. 2. ex Polluce, & Suida vocato, altare argenteum. Ita is ſuper cap. 33. Iſaiæ. Quod fuſiùs comment. ſuper hunc locum probat ex eo quòd Chaldæis, & Perſis ignis eſſet ita ſacer, vt quócumque eorum pergerent Reges, ignis ipſe antecederet illorum comes, &

Olla ſuccenſa ſecundùm aliquos ſignificatum Regis Babylonis, & Chaldæorum exercitum.
Chriſtoph. à Caſtro.
Gaſp. Sanct.
Ignis in prunariolo ſẽper deferri ſolitus ante Reges, & ante exercitus Perſarũ, & Chaldæorum.

dux, vt de Persis probat ex Xenophonte lib. 8. Cyropædiæ, Tertulliano in Apologetico ca.16. & aliis. Prunarium autem illud ignis Chaldaici præuium signum, à Ieremia hîc appellatum, ollam, seu lebetem, quia illius fundum altius est, sicut lebetis esse solet, ne ignis ille sacer, vel à vento dissipetur, extinguaturve, vel aliquo motu, seu concussu excidat. Dici verò accensam, quòd ollæ, seu lebetis proprium est, in qua portatur ignis; aut quia ab igne quem in se cohibet, ignescit, aut per metonymiam, quia ignem continet ardentem. Huius denique ollæ faciem dici ab Aquilone, quia ab Aquilonari regione in Iudæam Chaldæorum is aduēturus erat exercitus, quem olla ipsa antecedebat.

Tertullian.

Io. Pineda. *Iracundus quàm aptè comparatus ollæ feruenti.*

Ioannes Pineda congruentiùs, iudicio meo, eadem ollæ succensæ visione significatum censuit tam Dei quàm aduentantium Chaldæorum furorem; siquidem circa finem suorum Comment. in vers.11.ca.42.Iob, Dei indignationem, vel hostium furorem ollæ succensæ comparari inquit, quia iracundi spumas agunt ore, sicut olla feruens, perturbatione, & ebullitione viscerum.

3 *Ierusalē vrbs significata per ollam succēsam.*

Verum, si perfectissimam omnium prosequi velimus sacræ scripturæ exponendæ rationē per sacram scripturam, non video cur hîc de ipso ollæ significatu dubitetur, curuè ad Regem Babylonis eiusque exercitum, aut ad Chaldæos furore feruentes, seu etiam ad Dei referatur indignationem, cùm præter quàm quòd apertè Dominus ipse in cap.24.Ezech.[a] & in c.3.Michææ[b] sub eadem ollæ metaphora de ciuitate agit Ierusalem, vnicum habeamus apud eūdem Ezechielē locum in c.11.vbi Iudæorum principes, hæc ipsa deridentes Ieremię verba, per ollam, vrbem Ierusalem, Ieremiam ipsum significasse fatentur. Sic enim inquiunt.[c] *Nōne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.* Quorū germanus iste est sensus. Minitatur nobis Ieremias (vt patet ex illius cap.38.) dicens,[d] *Tradite vos Babylonis, & viuetis: quòd si in vrbe repugnare illis nitimini, ipsa succendetur, vosque peribitis.* Non est iam quod euersionē metuamus ciuitatis; cùm potiùs videamus illā in nouis excrescere ædificiis; Ecce enim dudum ædificatæ sunt domus. Ollam & lebetem succensam nostram hanc vrbem se vidisse testatus est Ieremias, hæc certè est lebes succensa, nos autem carnes. (Ironicè) ac si dicerent, Nil certè minus. Vel (vt ait Hieronymus à Prado in suis in Ezechielem Comment.) Non est, quòd nobis timeamus à Babylonio, firmissimis, & recens structis muniti præsidiis, quòd si Ieremias instat, se vidisse ollam succensam, sit sanè, hæc ciuitas est lebes, nos simus in ea carnes: malumus concremari igne, quàm gladio iugulari. Quibus postmodum in eo cap.11.respondet Dominus.[e] *Plurimos occidistis in vrbe hac, implestis vias eius interfectis: Hi sunt carnes, & hæc est lebes. Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, & eiiciam vos de medio eius, daboque vos in manu hostium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israël iudicabo vos.*

a Ezech 24. 6.

b Mich.3.3.

c Ezech.11. 13.

d Ier.38.17.

Hieronym. à Prado.

e Ezech.11.6

Quod igitur in prima virgæ vigilantis visione ostensum est, imminens nimirum Dei in Iudaicū populum vltio, & Rex, atque Gens, per quam ea Dei vindicta executioni mandanda erat: Hoc clariùs eidem in hac significatum est visione, sed variatis terminis; in prima quippe virgæ vigilantis similitudine terminus (vt ita dicam) à quo, designatus est, videlicet à quo imminens facienda erat vltio. In secunda verò ollæ succensæ, terminus (vt ita dicam) ad quem Ciuitas Ierusalē, ipseque Iudaicus populus, cuius ea est Regia; ad quā eadem complenda fuerat vltio, per eum ipsum Regem, ac gentem Aquilonarem, iam designatū per virgā, postmodùm verò descriptū per ignem in vers. sequenti, vbi iuxta original. Hebræor. & Græc. Sept. (*A facie Aquilonis exardescent mala.*) Quæ sunt explicatiua eorum, quæ & hîc quoque dicuntur, (*Ollam succensam ego video, & facies eius à facie Aquilonis*) vt paulò post explicabo.

4 *Congruentia inter Ierusalem, & ollam succensam.*

Vnde apparet, optimam esse ollæ succensæ metaphoram: tum quia ciuitas Ierusalem ob mœniorum fortitudinem tunc temporis quasi olla quædam ænea videretur: Tanta est enim inter fortem vrbem ac æneam ollā similitudo propter robur istud, & securitatem, vt propterea expositorum aliqui existimarint, illa Iudæorum principum verba, quæ ex cap. 11. Ezechielis supra retulimus, vt ab illis in præsentium verborum Ieremiæ derisionem dicta in hunc sensum,[f] *Nonne dudum ædificatæ sunt domus?* Nonne ad antiquas vrbis huius munitiones, insuper & aliæ denuò ædificatæ sunt, ita vt nihil sit, quod in ea nobis ab hostibus metuamus? *Hæc est lebes, nos autem carnes:* Ieremias lebetem eam dixit succensam, vt nobis timorem incuteret, certè lebes est: Nam nos intra ipsam adeò munitam ita erimus tutò conclusi, sicut carnes tutò intra æneam seruantur ollam, ac lebetem. Apertiorque est eiusdem similitudinis confirmatio in Psalmo 59.[g] & in Psalmo 107. vbi Dauid Moab, quam aliquando censuit se veluti tutissimam arcem habiturum, lebetem, seu ollam spei suæ appellat. Sed & ob aliam causam Ciuitas ipsa Ierusalem vt lebes succensa Ieremiæ ostensa est, signo sane congruentissimo; quia succensa & illa fuit, prout legimus & in ca.25.lib.4.Reg.[h] & in c.52.Ieremiæ.[i] Possumus addere & congruētiam tertiam, & quartam. Quia nimirum vrbs Ierusalem eo tempore quasi olla plena esset carnibus Sanctorum, qui in illa à Rege Manasse, & ab aliis impiissimè interfecti erant. Quam congruentiam suggessit Deus apud Ezechielem, dicens, *Interfectis*[k] *vestri, quos posuistis in medio eius*, scil. Ierusalem, *hi sunt carnes, & hæc*, sc. Ierusalem *est lebes.* Et quia ipsomet tempore vniuersa externa conuersationis illius facies ob ingentes, quibus denigrata erat iniquitates, atræ similis erat & ollæ, iuxta illud Nahum,[l] *Facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.* Quam postremā rationem ex nigrore, seu rubigine iniquitatis significatam habemus & à Domino apud Ezechielem, cùm illi ait,[m] *Pone ollam super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat æs eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem,* clariusque paulò superiùs.[n] *Væ ciuitati sanguinū, ollæ, cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea.* Quibus admodum consona sunt, quæ hîc subsequuntur.

f Ezech. 11. 11.

g Psa.59.10.

h 4. Reg.25. 9.

i Ier.2.13.

k Ezech. 11. 7.

l Nahum. 2. 10.

m Ezech.24. 11.

n Ezec.24.6.

5

(*Et facies eius à facie Aquilonis.*) Quamuis enim simplex iuxta Hebraicam phrasim eorum verborum hic esse queat sensus, & ipsa, sc. olla versus Aquilonem, sc. respiciebat, seu porrecta, aut collocata erat. Magis tamen ad rem nostram, & ad proprietatem Hebraicarum phrasium. Cùm in prima parte dicitur. (*Et facies eius.*) Faciei vocem sumendo pro anteriori ollæ parte, cùm verò in secunda parte dicitur, (*A facie Aquilonis,*) sumēdo phrasim (*à facie*) pro simplici præpositione A, aut Ab, sicut alibi dicitur à facie Dei, à facie terræ, à facie indignationis, & similium, pro à Deo, à terra, ab indignatione. Vel pro alia præpositione

A facie alicuius quid significet.

Pro

Propter, vt cùm dicitur, A facie peccatorum, à facie insipientiæ meæ, & apud nostrum Ieremiã, à facie iræ Columbæ, a facie iræ furoris Domini: pro, propter iram, &c. propter insipientiam, & propter peccata mea.

Vt sensus sit, olla quã vidi, quomodo & nostræ quando ad ignem ponuntur, anteriorem sui partem ad Aquilonem conuersam habebat, atque adeo ab ipso Aquilone eam vidi succensam. A Chaldæis enim (vt dictum est) vrbs Ierusalem fuit incensa. Seu, vidi eam succensam propter Aquilonem, id est, propter iram, furoréque Chaldæorum, qui vehementissima contra Iudæos ipsos exarserant rabie, quod tribus vocibus ob illorum defectionem, & improbitatem aduersus Ierusalem cum exercitu venire coacti sunt.

Quod & metaphoricè indicatur per id, quod dicitur, (*& facies eius,*) id est externa illius ollæ, seu ciuitatis facies nigerrima propter improbitatis malitiam. Vel simpliciùs, per prosopopeiam id dictum sumentes, ac si olla & ciuitas faciem habuissent, eamque more contendentiũ in acie cõuersam ad faciem Aquilonis, & Chaldæorum, qui contra eam insurrexerant, illis resistens in faciẽ. Ob hoc quippe tandem Ierusalem succensa, Iudaicúsque populus in captiuitatẽ ductus fuit in Babylonem, quia Regi Nabuchodonosor contra Ieremiæ consiliũ vsque ad euersionẽ suam restitêre, prout eis prædixerat Ieremias,[a] *Si in vrbe repugnare illis nitimini, ipsa succendetur, vosque peribitis.*

a Ier. 38. 18.

6 *In olla succẽsã spectro significatũ Ieremiæ futurũ incendiũ vrbis Ierusalẽ.*

Hic itaque germanus mihi videtur totius sententiæ istius. (*Ollam succensam ego video: & facies eius à facie Aquilonis*) sensus: vt in ostenso ollæ spectro futurum Prophetæ significatum sit incendium ciuitatis Ierusalem, adeoque & totius Iudaici regni euersio per Chaldæos facienda. Neque verò contra sensum istum quicquam faciunt tres, quas Christophorus à Castro, vt supra dicebam, affert rationes. Nõ prima qua ait, Hebræum participiũ pro nomine accipi solere, sicque & hîc sumendũ, prout accipiunt Tigurina, & Pagninus transferentes (*ollam feruẽtem,*) seu *ebullientem,* pro feruida, quæ erat exercitus Babylonius ebulliẽs quasi olla supposito igni præ ira, & euomens flãmas. Quãuis enim verum sit, vt plerumque Hebræa participia pro nominibus posita reperiantur: Id tamen hoc loco factum asserere non est necesse, præsertim cùm Hebraica vox נפוח *nappuah* sit participium præteritum passiuum, quod maximè ciuitati congruit Ierusalem, quæ succensa fuit, adeoque, & rectè tum à nostro Interprete, tum à Sept. redditum est *succensa.*

Reiiciuntur rationes, quibus allatus impugnatur sensus.

Participia Hebræa poni solita pro nominibus.

Non secunda. Quòd ipsius ollæ succensæ facies visa dicitur à facie Aquilonis: quia Chaldaicus exercitus venturus erat ab Aquilone, ac si dictum esset, video Chaldæorum exercitus furoris flãmas euomentem venientem ab Aquilone; cũ è contra ciuitas Ierusalem staret. Iam enim explicatũ est, quid propriè sit facies ollæ succensæ, anterior nimirum visæ ollæ pars, quæ succensionem passura ab exercitu veniente ab Aquilone quod magis exprimũt subsequentia, *Ab Aquilone pã letur omne malũ,* &c. Non denique tertia, quòd ollã succensã adumbretur malum impendens, non tantùm vrbi Ierusalem, sed aliis etiã vrbibus Iuda. Quis enim neget, id quod & profanis, & sacris literis frequẽtissimum est, vnius metropolis vrbis ruinã designari, & ruinam totius Prouinciæ, totiusq; regni? Id quod sæpissimè apud nostrũ ipsum reperimus Ieremiam, euersione Ierusalem totius Iudææ destructionem exponentem. Neque verò est necesse vt ad Persarum confugiamus morem, prout facit Sanctius, præsertim cùm sensus iste noster sit cõmunior & antiquorum Patrum, & Lyræ, Hugonis Cardinalis, aliorumque recentiorum.

Vers. 13.] Et factum est, &c. ollam succensam ego video, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

OLlam succensam ego video.) Si iuxta primam sententiam in litera allatam, sub ollæ succensæ specie Christi exhibitam oculis, Sathanam spiritualis Babyloniæ, & mundi huius Regem, ac principem designatum acciperemus, facilè quod hîc à Domino dicitur, per ea intelligeremus, quæ ab eodẽmet dicta reperimus in Euangelio vbi ait, *Videbã*[b] *Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem,* totũ videlicet ignitũ, instar igniti fulguris, atque adeo eo de cælo cadentẽ impetu, quo ignitus cadit & fulgur. Mutatã metaphora ollæ succensæ in succensum fulgur. Quamquã & eãdem ollæ succẽsæ metaphoram illi ipsi congruentissimam esse colligere liceat ex libro Iob, vbi in eius descriptione dicitur.[c] *De naribus eius procedit ignis, sicut ollæ succensæ, atque feruentis.* De qua olla bene hîc subiicit Dominus. (*Et facies eius à facie Aquilonis.*) Exinde enim & instar ollæ succensus ille est, atque instar igniti fulguris cecidit: quia de naribus superbiæ, qua exaltari voluit aduersus Deum in Aquilone, processit ignis, prout ex iis deducitur ipsius apud Isaiam verbis,[d] *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, in lateribus Aquilonis.* Quibus benè subiectũ est, *Verumtamen ad infernũ detraheris, in profundum laci,* siue ignis, siue aquæ feruentis. Si enim ab Aquilone fumus venire dicitur in eodẽ capite:[e] haud certè ambigendum, quin ignem ibi existentẽ Sathan conceperit, ab illoque fuerit instar ollæ succẽsus, cùm fumus naturale sit ignis signum. Et vulgatum est illud Sapientiæ dictum:[f] *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.*

7 *Diabolus olla succensa.*

b Luc. 10. 18.

c Iob. 41. 11.

Diabolus quomodo olla succensa ab Aquilone.

d Isai. 14. 13.

e Isai. 14. 31.

f Sap. 11. 17.

Verùm quia probabilius censuimus in prima literæ expositione per ollam succensam hîc designatã ciuitatem Ierusalem, congruẽtiùs & in hac pariter secunda expositione eodẽ significatu illã sumẽtes dicemus, tunc à Christo dici hæc potuisse, quando, vt legimus in Euangelio,[g] cùm quasi post virgæ vigilantis visionem, de qua mox actũ est, ad passionem tenderet, vt appropinquauit, *videns ciuitatem fleuit super illam.* Ob quid enim super Ierusalem fleuit, nisi quia illam vidit, vt ollã succensam à Patre sibi ostensam? Non est autẽ opus, quòd hîc detineamur in rationibus asserẽdis, cur Christus ciuitatẽ ipsam vt ollã succensam vidisse se asserat: legi enim queunt eæ ipsæ, quæ enumeratæ à nobis fuere in expositione prima. Illud solummodo notandum, adiectiuum (*succensa*) dupliciter à Christo Domino intelligi potuisse vel, vt sonat; de incendio ignis sensibilis, atque flammarum; vel metaphoricè de incendio iræ, atque furoris. Et quidem vtroque eam vidit, fleuitque igne succensam, & vtroque ab Aquilone.

8 *Passionis Christi tempore Ierusalẽ fuit olla succensa ab Aquilone.*

g Luc. 19. 54.

Quis enim nesciat, vrbem ipsam Ierusalẽ propter execrandum necis Christi scelus à Romanis demolitam, atque incensam? Et quidem & in ea succensione, sicut in alia, multò priùs facta fuerat per Chaldæos, facies eius à facie Aquilonis: cùm à parte Aquilonari ruptus sit eius murus, expugnataque, & succensa, tũ à Chaldæis, tũ à Romanis, vt constat ex Iosepho lib. 14. Antiquit. ca. 8. & lib. 6. de bello Iudaico c. 4. Quoniã ea tantũ parte murus

Ierusalem à latere Aquilonis capta & à Chaldæis, & à Romanis.

Iosephus.

murus arietibus cõcuti poterat:cũ à cœteris lateribus cingeretur rupibus præruptis, & altissimis.

9 *Passionis Christi tẽpore Ierusalem fuit ira rabieque succensa.*

Porrò quòd vniuersa ciuitas Ierusalem tempore passionis Christi furore, & iracundiæ rabie succensa aduersus illum fuerit, ex historia eiusdem passionis à singulis Euangelistis contexta intelliges, efficacissimisque verbis sæpius id explicatum habemus in libro Psalmorum, præsertim in Psalmo 34. vbi idemmet Iesus ait. [a] *Frenduerunt super me dentibus suis.* Et in Psalmo secundo, [b] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Quem locum explicantes fideles in Actibus Apostolorum inquiunt, [c] *Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus, & populus Israël,* &c. Pondera verba *frenduerunt dentibus, & fremuerunt.* Quæ certè ingentem indicant præcordiorum feruorem, quem ab ira causari cum externis his signis eruditè docet S. Thomas 1. 2. quæst. 48. art. 2. & habemus frequenter ex sacris literis, ita vt in Psalm. 17. his ipsis igneis signis ira Dei exprimatur, [d] *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Ac sicut sub hac metaphora dicitur, Ascendente fumo feruentis iræ Dei exardescere ignem à facie illius, id est, ab illo, ignem inquam diuinæ vltionis. Ita bene hoc quoque loco Christus vidisse se ait ciuitatem Ierusalem vt ollam succensam, seu iuxta aliam lectionem *feruentem,* seu præ rabie *ebullientem,* spumæque bullorem agentem à facie Aquilonis, vbi Sedes est Sathanæ, vbi tenebræ regnant. absente Sole, id est, à Diabolo, furoris flammis aduersum eundem Iesum ardente.

a Psal 34.16.
b Psal. 2. 1.
c Act. 4. 27.
Ira causatur, & causat feruorem.
D. Thom.
d Psal. 17. 9.

10 *Passionis tẽpore Diabolus rabiei igne succendit Iudaos.*

Quod & in Euangelio is subindicauit, cùm ad rabidos suos hostes passionis tempore dixit, [e] *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum,* id est. Hæc est hora, hocque est tempus in quo Diabolus ignem rabiei suæ vobis communicans ciuitatem istam instar ollæ reddit succensæ, atque feruentis. Congruitque & appellatio venti Aquilonis ipsi hîc assignata Sathanæ, præsertim si eam sequamur versionem, qua dicitur. *(Ollam exufflatam ego video.)* Quo significatur, vrbem quidem Ierusalem passionis Christi tempore instar ollæ extitisse ad ignem, commota vniuersa eius multitudine, Scribisque in primis, & Pharisæis, ac Principibus Sacerdotum in iram aduersus Iesum: sed multò maioribus rabiei flammis efferbuisse, ac succensam fuisse, quia à Diabolo, velut à vehementi Aquilonis vento fuit perflata, & exufflata, Quod vel vnius Iudæ exẽplo subindicauit Euangelista Ioannes, vbi dicit, [f] *Et Cœnâ factâ, cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.* Quid est enim, *cùm misisset in cor,* nisi, cùm in Iudæ cor iam ignem intra se habens, seu iam expositum ad ignem iræ contra Christum ob amissos trecentos denarios, per effusionem vnguenti factam à Maria Magdalena super illius caput, per vehementem proditionis magistri sui insufflasset suggestionem, consecutum mox est, vt elatis flammis ipsius Iudæ, totiusque ciuitatis rabies ad effectum capturæ, percussionum, flagellorum, ac crucifixionis eiusdem Christi deduceretur.

e Luc. 22. 53.
In Iuda cor Diabolus exufflauit, vt in ollam igni expositam.
f Ioan. 13. 2.

Vers. 13.] Et factum est, &c. Ollam succensam, &c.

A EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

11 QVIA sat Domino est exploratum, quàm apta sit, & efficax prædicandi methodus, si Euangelicus Prædicator ab iis suam exordiatur Prædicationem, quæ peccatoribus timorem incutiant, in quibus & tamdiu se detineat, quoadusque ingenito in eorumdem cordibus Dei metu, pœnitentiam illos aduertat agere delictorum suorum. Idcirco prout iam explicatum est, ostendit illi in prima visione, excitauitque eũ vt prædicaret B extensam, vibrantem, atque directam diuinæ vltionis virgam. Ne tamen is illico ab huiusmodi prædicatione desistat. Secundò eadem de re eum instruit, promouetque, vt ostensam sibi prædicet exardescentem Dei iram, paratumque scelestibus Gehennæ ignem, dicens.

(Quid tu vides?) Obaudiensque illi sanctus Prædicator, cæptam prosequitur Prædicationem, & ait, *(Ollam succensam,* seu *feruentem,* aut *ebullientem ego video.*

12 *Infernus quã rectè dicatur olla succensa ab Aquilone.*

C Et quidem, quòd olla succensa infernus dicatur atque Gehenna, haud abs re est; intra illam quippe vt in ænea, ignitaque olla vndique conclusa impij proiicientur, vt in ipsa iugi, æternoque feruore excoquantur, nec vmquam consumantur, nec vsquam inde euadere queant in vniuerso æternitatis tempore. Atque adeo sæpius in Euãgelio [g] appellata reperitur Gehenna ignis, & ignis æterni. Et notandum, per adiectum eidem Gehennæ, quod item in Euangelio frequenter reperitur, [h] *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Optimè & eam quæ hîc affertur ollæ feruentis similitudi- D nem declarari, & quod adiicitur, *(Et facies eius, à facie Aquilonis.)* Duo siquidem sunt, ob quæ olla quæpiam dicitur feruens, & ebulliens, ea nimirum, quæ intra ipsam ebullit, aqua, & id, quod ab extrinseco eamdem succendit ollam, bulloremque intra eam efficit. Si aquam, & aquam ebullientem in Gehenna exquiris, Audi, *Ibi erit fletus.* Quid est enim fletus, nisi ingens aquarum, & lachrymarum copia, earumque effusio cum gemitu, & fremitu tali, quem iure bullori assimiles, bulloremque appelles? Si alterum nosse cupis, per quod inferni olla succenditur, prædictusque per- E petuus in ea causatur fletus bullor. Audi. *Et stridor dentium.* Quid est enim stridor dentium, nisi frigus tam magnum, quod eum efficiat tremorem, atque rigorem, vt dentibus stridat operæpretium sit quisquis id in se senserit. Nil in humanis est, cui magis vehementis frigoris competat nomen, & in quo apertius frigoris reperiantur effectus, quàm iniquitas, & peccatum, prout fusiùs ostendi in meis Comment. Super Cantic. Expositione tertia super verbis iis, [i] *Iam hyems trãsijt,* &c. vbi & id collegi ex nostro Ieremia, dicente. [k] *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigi-* F *dam facit malitiam, iniquitas, & vastitas audietur in ea.* Et certè nemo est, qui nesciat, vniuersum Gehennæ incendium haud aliunde causatum, nec aliunde in æternum conseruari, nisi à peccato, quod in perpetuum regnat in damnatis. Hoc autem totum expressiùs colligere est ex his, quæ hîc habemus verbis, *(Et facies eius,* scilicet ollæ. *A facie Aquilonis,)* id est, ab Aquilone, scilicet, succenditur, Et ipsa olla ab Aquilone incendium accipit. Sat autem constat, Aquilonem esse ventum frigidissimum, & Aquilonares quoque regiones frigidissimas, quia à Sole sint maximè remotæ, prout à Deo iustitiæ Sole nil est peccato remotius.

g Mat. 5. 22.
h Mat. 8. 12.
Infernus olla ebulliens quoad lachrymarũ & adustione peccati frigidissima.
i Cant. 2. 11.
k Iere. 6. 7.

Neque

Neque nouum eſt quòd Aquiloni tribuatur incendium, quódque à frigore, & frigido cauſari dicatur feruor, ac bullor. Nam de ipſo Aquilone in libro Eccleſiaſtici dicitur, quòd * *exurat deſertum.* Et experimento viſibili nouimus, gelidam aquam viuæ iniectam calci bullorem, feruoremque ibi efficere, vbi calx ipſa incluſa ſit.

* Eccl. 43. 22.

13 *Ira Dei olla ſuccenſa, & feruens.*

Illud potiùs aliquid videtur habere difficultatis, vt probetur, quid congruentiæ ſit inter Dei iram, quam diximus etiam per ollam ſuccenſam, & ebullientem deſignari, & ollam talem: quæue ſit ratio, propter quam ira iſta dicatur olla talis. Quòd ſuccenſa ea rectè dicatur haud ambigendum, cùm ipſemet Deus de ea dicat, [a] *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.*

a Deut. 32. 22.

Porrò ollæ ſuccenſæ, atque ebullientis ſimilitudinem in eo habere crediderim ſuccenſam iſtam Dei iram, quòd inſtar ebullientis ollæ, & rumorem efficiat, & ſus deque inuertat quæ intra ipſam quodammodo ſunt. [b] *Ignis in conſpectu eius exardeſcet.* (En ſuccenſionem ollæ.) *Et in circuitu eius tempeſtas valida.* (En fragorem inſtar ebullientis maris.) Vis inuerſionem eorum, quæ in iſta ſunt Dei iræ olla? [c] *Commota eſt & contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.*

b Pſal. 49. 3.
c Pſal. 17. 8.

14 Ariſtot. *Ira Dei accẽditur magis per eiuſdem Dei longanimitatem.*

Dubitat Ariſtoteles ſect. 24. Problem. quæſt. 9. Quidnam ſit quòd maior in ebulliente olla ſit bulloris fragor, maiorque inuerſio, & vehementiores impulſus, ebullientibus iis, quæ grauiora ſunt, quàm ebulliente aqua ſola, quæ leuior iis ſit, vt patet in bullore leguminum. Reſpondetque id euenire, quia ignis quo bullor cauſatur, quantò in grauioribus intra ollam exiſtentibus maiorem inuenit reſiſtentiam ſibi obſtantem, ne ſurſum ſuos mittat vapores, tãtò magis ſit vehemẽtior, maioreſque ob magis vnitam virtutem exurgit in impetus, ita vt obſiſtentia propellens, & bulloris fragorem dare, & proſilire ea faciat vehementiùs. Igni iræ Dei nil profectò in creatis eſt, quod obſiſtere valeat, dicente Propheta, [d] *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua*, id eſt, è longo tempore inueterata, atque retenta, ideoque & maxima. Id quod ex illius bullore, fragore, & ingenti rerum impulſu, & perturbatione ſit manifeſtum. [e] *De cælo enim auditum feciſti iudicium, terra tremuit, & quieuit.* Vnus ipſe ſibi reſiſtit & iræ ſuæ. Quod à Sancto Iob ſignificatum cenſuêre Sept. Interpretes quando id, quod in vulgata dicitur, [f] *Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt*, ita vertերunt. *Ipſe enim auertit à ſe iram.* Vna eſt illius immenſa miſericordia, & longanimitas, quæ eidem reſiſtit iræ Dei, iuxta illud Pſalmi, [g] *Miſerator, & miſericors Dominus, longanimus & multùm miſericors, Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur.*

d Pſal 75. 8. *Ira Dei nil obſiſtere poteſt niſi eiuſdem Dei longanimitas.*
e Pſal. 75. 9.
f Iob. 9. 13.
g Pſal. 102. 8.

15 *Longanimitate exardeſcit magis ira Dei.*

Verùm quantò maiorem, & diuturniorem ab hac longanimitate habet reſiſtentiam, ita vt vltionis effectus, quaſi proprios vapores eiaculare, & emittere nequeat: tantò maius concipit robur, vehementiorique impetu feruens ſuſquedéque omnia euertit, & acrioribus eòs propellit, caſtigatque flagellorum, & vindictæ impulſibus, erga quos magis miſericors extitit, magiſque longanimis. Quod efficaciſſimis verbis idem Deus apud Iſaiam conteſtatus eſt, dicens. [h] *Tacui ſemper*, id eſt, hucuſque, diuturnoque tempore. *Silui, patiens fui: ſicut parturiens loquar.* Quò enim parturiens ſpiritum, halitumque diutiùs continet, eò maiori illum refundit impetu. Hacque ſimilitudine pere-

h Iſai. 42. 14.

A grègiè ſignificat Dominus, ſe vltionem hoſtium nequaquam differre ex indolentia, quòd ſcelerum ipſorum ſenſu non tangatur: ſed quia ex miſericordia ſe contineat, longanimitate iræ obſiſtente, ne in vltionis erumpat effectus, niſi cùm iam diutiùs moleſtiam ferre nequeat: tuncque iram reſiſtentem ſuperare longanimitatem, vehementiúſque ebullire; vnde ſubiicit, *Diſſipabo, & abſorbebo ſimul* & cætera, quæ ibi proſequitur.

16 *Ira Dei non tam ab ipſa Dei longanimitate, quàm à vento ſuperbiæ, & peccatorum noſtrorum accenditur.*

(*Et facies eius à facie Aquilonis.*) Optimè, & peroportunè adiecta hæc ſunt ad præcedentia. (*Ollam*
B *ſuccenſam*, ſeu *feruentem*, aut *ebullientem ego video.*) Intellecta de ira Dei, prout mox explicatum eſt. Vt omnibus innoteſceret, prædictum eiuſdem ollæ, iræque Dei vehementem bullorem, vehementeſque impetus propriè non ex diuinæ bonitatis, & longanimitatis, quam ei fieri diximus, prouenire reſiſtentia, ſed ex frigidiſſimo ſpiritus ſuperbiæ, cæterorumque peccatorum vento, quo ab hominibus quodammodo perflatur illius ignis; Id quod verbum ipſum. Hebraicum נפוח *napuach*, à noſtro interprete redditum. *Succenſa*, & ab aliis *ferutens*, ſeu *ebulliens*, ſubindicat, quod & perflare, ſeu exufflare ſignificat; ideoque aptè à
C Regia ita hæc verſa vidimus. *Ollam exufflatam ego video.* Declarari autem, & confirmari iſta omnia queunt per eam Apoſtoli ſententiam. [i] *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundùm autem duritiam tuam; & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.*
D

i Rom. 2. 4.

17 *Mundus eſt olla ſuccenſa.*

Quia tamen congruentiùs in prima literæ expoſitione per ollæ ſuccenſæ metaphoram vrbem Ieruſalem deſignatam diximus. Hoc quoque loco dicere poſſumus, Euangelico Prædicatori in hac ſecunda viſione ſignificatum, poſt iniectum Dei timorem in auditorum animos per Prædicationem vigilantis vltionis diuinæ, ſeduliqüe ſtudij Diaboli in deiiciendis animabus, tum in peccata, tum in peccati pœnas. Curandum illi eſſe, vt auditores ipſos ſuos à mundo abſtractos ad cæleſtem eleuet conuerſationem. Quod facilè
E obtinebit, ſi perſuaſos illos reddat, mundum ipſum eſſe inſtar ollæ ſuccenſæ, ſeu feruentis, aut ebullientis, à Diabolo iugi ignis ſubiectione ſuccenſæ.

Et quidem quòd mundus iſte olla ſuccenſa ſit, exinde facilè probatur, quòd Ioannes, qui de illo dixit, [k] *Mundus totus in maligno poſitus eſt*, dixit pariter. [l] *Quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ*: Quia mundus ipſe nil aliud eſt, quàm concupiſcentia, æſtuſque, & fumus ſuperbiæ. Quid
F verò concupiſcentia eſt, niſi incendium quoddam, quo mundus, eiuſque amatores ſuccenduntur? Quid ſuperbia, niſi flammarum elatio, fumuſque ex flammis ipſis in altum elatus? Hinc eſt, quòd in hominibus mundi incendia ſemper intuearis. Siue enim eorum ſpectes iraſcibilem? exardeſcunt irâ, ſicut legis in libro Eccleſiaſtici, [m] *In ſynagoga peccatorum exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira.* Et de ſuperbiſſimo Holopherne dicitur. [n] *Furore nimio exarſiſſe in iracundia magna:* Si ad eorum te vertas concupiſcibilem? aduertes in iis id Apoſtoli, [o] *Exarſerunt in deſideriis ſuis:*

k 1. Ioan. 5. 18.
l 1. Ioã. 2. 16.
In Mundanis omnia ſunt incendium.
m Eccl. 16. 7.
n Iudith. 5. 2.
o Rom. 1. 27.

suis. Si os illorum attendas, ollam certè ebullientem id intueberis, iuxta illud Prouerbiorum.[a] *Os fatuorum ebullit stultitiam.* Si ipsorum penetrares animi interna, ollam certè & illum videres feruentem, iuxta illud item Prouerbiorum. [b] *Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo.* Si denique totos eosdem consideres, singulas eorum potentias, singula membra, singula verba, singulas, & actiones, inuenies quanti quanti sunt, eos esse feruentes, & in bullore spumas agentes, iuxta illud Isaiæ,[c] *Impij quasi mare feruens*: & illud Iudæ [d] *Fluctus feri hi sunt maris, despumantes confusiones suas.*

a Prou. 15. 2.
b Prou. 19. 3.
c Isai. 57. 20.
d Iudæ 1. 13.

18 Ex quibus omnibus aduertes, quàm aptè sub ollæ feruentis, seu ebullientis metaphora & mundus & qui mundum ipsum faciunt, homines mundani designati sint. Atque adeo efficacissimè per hanc ollæ similitudinem à Sancto Prædicatore distrahi auditores, ne vel illum attingant, neue ad eum appropient, sicut nec ad ollam succensam appropinquarent, nec ollam contingere auderent feruentem, & ebullientem. Cùm ex istiusmodi approximatione saltem ab ea denigrarentur, & ex tactu adurerentur. Ita vt dicens, (*Ollam succensam ego video*, (tantumdem ferè sit, ac si ea Prædicaret Apostoli verba,[e] *Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu.*

e Coloss. 2. 21.

Mundani in mundo sicut in olla feruenti excoquuntur in cibum Sathanæ & mortis.

Quantaque sit mundanorum hominum stoliditas, qui tutos in mundo se censent, ac si in ænea seruarentur olla; nec ignis sensum habentes, quo ipsi vnà cum olla succenduntur; nullam habentes rationem, quòd Mundus haud ænea simpliciter olla est, sed olla feruens, quodque intra eam coniecti sunt in tot frusta dissecti, in quot diuisi sunt cupiditates, & voluptates. Nec intelligentes, quòd ad eiusdem ollæ bullorem, & ad æstus, feruoresque concupiscentiæ excoquuntur, vt postmodùm in cibum deseruiant & lautissimas dapes, & morti, & inferno, & Sathanæ iuxta illud. [f] *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Et illud. [g] *Ignorauit, quod ibi sint gigantes*, id est, Dæmones, *& in profundis inferni conuiuæ eius.* Qui videlicet conuiuio carnium eius assident.

f Psal. 48. 15.
g Prou. 9. 18.

19 Nec aduertunt miseri, quòd Diabolus, quò istiusmodi fruatur conuiuio, igne ipsam succendit, & ebullire facit mundi ollam, quod Sanctus Iob, de eodem Diabolo loquens manifestè contestatur, dicens,* *Feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet, quasi cum vnguenta bulliunt.* In quibus duo sunt, quæ notemus. Primùm, quomodo qui olla succensa, & feruens cùm sit, quasi mare feruens esse dictus est per Isaiam, [h] *Impij quasi mare feruent.* Vt intelligeremus, eidem ita inesse maris perturbationẽ, & amaritudinem, vt simul insit & incendij bullor, & consumptio, quæ ollæ feruentis peculiaria sunt: nunc mare ipsum Diaboli opera quasi ollam feruescere dicit. Secundò, quàm aptè mundi ac mundanorum mare, & olla ista feruens dicatur eiusdem Diaboli opera feruere, instar ebullientium vnguentorum, non quidem thimiamatis sacri, atque suauiter fragrãtium, sed fœtidorum. Quando enim magis in mundi amore feruent iidem mundani, tunc plures eleuant confusionis spumas, tuncque latiùs fœtorem spargũt scelerum suorum, iuxta illud, [i] *Et ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit.* Quin & cùm è mundo per mortem tunc temporis quando magis per superbiam elati sunt, egredi, & effundi contigerit, quasi vnguenta è feruenti olla super ignem effusa, maiores eleuant flãmas ignis æterni, iuxta illud Euangelij. [k] *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.*

Mundi ollam quomodo ebullire faciat Diabolus.
* Iob 41. 22.
h Isai. 57. 20.
Mũdani fœtidè ebulliũt.
i Ioel. 2. 20.
k Luc. 16. 22.

20 Hæc autem omnia inde potissimùm eis eueniunt, quia ipsa mundi olla succensa est (*à facie Aquilonis*:) quia Diabolus Rex Aquilonis, & algoris, & tenebrarum, vt eiusdem mũdi Princeps, totus est in subministrando nouo semper igne, vetereque in exufflando per prauas suggestiones, perque denuò præstitas peccandi occasiones. Qua in re duo sunt, propter quæ magis illum expauescere debeamus: Primùm, quòd haud fieri potest, vt illi vmquam ignis deficiat, quem denuò suggerat, cùm idemmet in prima Ieremiæ visione ostensus sit vt virga, & baculus, prout supra a nobis explicatum est, & apud Ezechielem legimus, [l] *Egressum ignem de virga ramorum eius.* Et ipsemet per Rhamnum designatus in libro Iudicum dicit, [m] *Egrediatur ignis de Rhamno & deuoret Cedros Libani*, elatos videlicet ac superbos quosque. Secundò, quòd iste eius ignis ab Aquilone cùm sit, quæ regio est frigidissima, & propter Solis distantiam tenebrosa, duas has pessimas habet conditiones, quòd quantò magis succendit, tantò maius vnà cum æstuum flammis in mundi ollam ingerit frigus; efficiens, vt quomodo dicitur in Euangelio, [n] *Refrigescat charitas multorum.* Quódque occultè & quasi in tenebris suggestionibus, occasionibusque tenebricosus ignis iste succendit. Quòd sub alia metaphora optimè expressit Dominus in Euangelio dicens, In tenebris, [o] *Et cùm noctu dormirent homines venisse inimicum hominem, & superseminasse zizania in agro.*

Diabolo in succendenda mũdi olla non deest ignis.
l Ezech. 19. 14.
m Iudic. 9. 15.
Diabolus succendens mundanos ingerit eis frigus in tenebris.
n Matth. 24. 12.
o Matth. 13. 25.

VVLGATA.

Vers. 11.] Et factum est, &c. Virgam vigilantem ego video, &c.

Vers. 12.] Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia, &c.

Vers. 13.] Et factum est, &c. Ollam succensam ego video, &c.

SEPTVAGINTA.

11. Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς με λέγων. τί σὺ ὁρᾷς; καὶ εἶπα. βακτηρίαν καρυΐνην.

12. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς μέ. καλῶς ἑώρακας, διότι ἐγρήγορα ἐγὼ ἐπὶ τοὺς λόγους μου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς.

13. Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐκ δευτέρου πρὸς μέ, λέγων, τί σὺ ὁρᾷς; καὶ εἶπα. λέβητα ὑποκαιόμενον, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου βοῤῥᾶ.

Vers. 11.] Et factum est verbum Domini ad me dicens: Quid tu vides? Et dixi: baculum nuceum.

Vers. 12.] Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: Quia vigilaui ego super verba mea, vt faciam illa.

Vers. 13.] Et factum est verbum Domini secundò ad me dicens: Quid tu vides? Et

Et dixi, ollam ſuccenſam, & faciem eius A à facie Aquilonis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et factum eſt verbum Prophetiæ à facie Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Regem feſtinantem ad malefaciendum ego video,* verſ. 12. *Et dixit Dominus mihi: Bene vidiſti: quia feſtinabo ego ſuper verbum meum, vt faciam illud.* verſ. 13. *Et factum eſt verbum Prophetiæ à facie* B *Domini ad me ſecundò dicens. Quid tu vides?* Et dixi, *Regem feruentem quaſi lebetem ego video, & vexillum exercitus eius, qui ducitur, & venit à facie Aquilonis.*

Origen.

Duas has viſiones virgæ, & ollæ iunctim exponunt aliqui ex Patribus. Primúmque Origenes Homil. 9. in lib. Numer.

2 *Virgam nucis vt Sacramẽtum Sacerdotale vidit Ieremias Sacerdos.*

Quia Sacramentum Sacerdotale eſt virga nucis, idcirco arbitror, Ieremiam, qui erat vnus de Sacerdotibus ex Anathoth vidiſſe virgam nuceam, & propheta ſſe de ea illa, quæ ſcripta ſunt, vel de virga nucea, vel de olla ſuccenſa, quaſi oſtenderet per hoc, in virga nucea eſſe vitam, & in lebete ſuccenſo eſſe mortem: Vita enim & mors ponitur ante faciem noſtram.

August. *Chriſtus in crucis virga, vita, & Diabolus eſt mors in olla ſuccenſa.*

Eadem, quæ Origenes habes & apud Auguſtinum Serm. 98. de Tempore. Tom. 10. Additis hiſce. *Et vita quidem Chriſtus in Sacramento crucis, mors autem Diabolus in figura lebetis ſuccenſa. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum olla ſuccenſa: Si autem iuſtè egeris, efficietur portio tua in virgam nuceam cum Magno Pontifice.*

3 Origen. *Qui virgam accipit diſciplinæ fugit inferni ollam ſuccenſam.*

Alio modo item Origenes Homil. 2. in Pſalm. 38. *Propterea Ieremiæ ſimul virgam oſtendit, & lebetem igne ſuccenſum: vt ſi quidem diſciplinam accipias per virgam, & emendêris, lebete non indigeas ſuccenſo; Si verò indiſciplinatus, & virgâ non emendêris, in lebetem mittêris, & lebes ſuccendetur.* His ſimilia & Hieronymus in Commentar. Ambroſius quoque Enarratione in Pſalm. 38. ſuper iis Pſalmi verbis. [a] *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Tabeſcit*, inquit, *anima quando peccatum minuitur. Vel cùm anima tabeſcit, culpa deponitur: incraſſatur, cùm peccata cumulantur. Ideo & Ieremias primùm baculum vidit nuceum, deinde ollam feruentem, vt tabeſceret anima Prophetæ incipientis, quò culpa diſcederet gratiâ. Sed cur prius baculum, poſtea ollam? Quoniam qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur vt ardeat, & tabeſcat. Et ideo ad Prophetam Ezechiel dicitur,* [b] *Accipe tibi ſartaginem, & accipies iniquitates domus Iſraël, & conſummabis, & tabeſcens,* (inquit) *in ſuis iniquitatibus.*

Hieron.
Ambroſ.
a Pſal. 38. 12.

Anima quomodo tabeſcat, & incraſſetur.

b Ezech. 4. 3.

4 Greg. Naz.

Quem ſenſum eloquenter, licet iſtum Ieremiæ non citet locum, Gregorius Nazianzenus oratione in plagam grandinis, ante medium, his proſequitur, *Acerba hæc quidem, & certè peracerba,* (loquitur de ea, qua tunc affligebantur grandinis plagâ.) *Quamdiu præſentia ſola moleſtiam nobis afferunt, nondumque atrocioris plagæ ſenſus mœrore animum pulſat: quandoquidem non ſecus, atque in morbis, calamitas ea, quæ præſenti ſenſu doloris afficit, grauior ſemper videtur, quàm ea, quæ nihil nobis moleſtiæ exhibet. Verùm his multò acerbiora diuinæ iræ theſauri apud ſe continent, quæ vtinam vobis experiri numquam contingat. Nec experiemini, modò ad Dei miſerationes confugiatis, eumque qui vult miſericordiam, lachrymis pernoctatis, ac morum emendatione quicquid deinceps iræ ſequitur auertatis. Adhuc lenitas, & clementia eſt ea calamitas, in quam incidimus, mitiſque correptio, plagaque elementa teneram ætatem coërcentis.* (Seu magis iuxta verbi Græci, παιδαγωγικῶς, pædagogouſis proprietatem, magiſque ad rem, *inſtruentis*, aut *erudientis*, vt ſit alluſio ad prima literarum elementa quibus primum à pædagogo tenera puelli ætas inſtruitur: Quamquam & ad puerilia verbera ea poſſit eſſe alluſio, quæ Italicè appellamus *caualli*: vt per elementa plagæ ſignificentur principia plagæ, ſeu primæ flagellationes, teneram ætatem erudientes.) *Adhuc iræ ſumus ſuppliciorum præludium. Nondum* [c] *ignem exurentem ſenſimus, hoc eſt concitatiſſimam Dei iracundiam, nec ſuccenſos carbones, id eſt extremæ pœnæ acerbitates, quam partim comminatus eſt, partim intentauit, partim vi compreſſit, partim etiam induxit: æquè nimirum & per plagam, & per comminationem nos erudiens, ac pro exuberanti bonitate ſua* [d] *ſemitæ iræ ſuæ viam ſternens, à minoribus quidem incipiens, ne aſperioribus opus habeat, cæterum maioribus etiam coërcens, ſi ea adhibere cogatur.*

Mala præſẽtia ſẽper nobis videntur grauiora.

Calamitates & flagella vitæ præſentis ſunt veluti elementa prima, ſeu etiam primæ vapulationes infantilis ætatis.

Caſtigãs nos Deus incipit à flagellis mitioribus.

c Pſal. 17. 9.

d Pſ. 77. 50.

5 Hieron. *Diſciplina deſignata per virgam vigilantem.*

Eorum autem qui ſeiunctim ambas, ſeu alteram explicant viſionum. Hieronymus in Comment. per virgam vigilantem deſignatam ſu- C mens diſciplinam. *Vigilat*, inquit, *virga cuncta populi peccata conſiderans, vt percutiat, & corripiat delinquentes. Vnde & Apoſtolus ſcribit peccantibus.* [e] *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Iſta eſt virga, & baculus, de qua Dauid loquitur,* [f] *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt, Pulchreque poſuit, conſolata ſunt, Ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quomodo nux, ſiue Amygdalus amariſſimum habet corticem, & teſtâ duriſſimâ cingitur: vt detractis auſterioribus, & duris, fructus dulciſſimus reperiatur: Sic omnis correptio, & labor continentiæ amara quidem* D *videtur ad præſens, ſed fructus parit dulciſſimos. Vnde & vetus illa ſententia eſt, literarum radices amaræ, fructus autem dulces.*

e 1. Cor. 4. 21.

f Pſ. 22. 4.

Correptio amara quidem videtur, ſed fructũ parit dulciſſimum.

Literarũ radices amaræ, fructus autẽ dulces.

Theodorit. *Vltionis diuinæ celeritas deſignata per virgam Amygdali.*

Similia & Theodoritus in Comment. quoad lectionem Sept. de virga nucea: tametſi quoad aliam lectionem de virga Amygdalina, dicat. *Virga Amygdalina indicat obſcurè celeritatem vindictæ: Siquidem floret hæc arbor ante reliquas arbores.*

6 Cyril. Alex. *Nucea virga vires habet ad tribuendã vigilantiam.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 10. de Adoratione pag. 199. *Illud promulgatum, & apud quoſdam fide dignum videtur, Nuceam virgam vires habere ad vigilantiam tribuendam, ſi illam ad caput quiſpiam poſuerit,* E *quod fortaſſe naturali quadam facultate ex voluntate Dei efficit. Eiuſque rei ipſe quoque Deus, qui omnia & nouit, & condidit, nobis quodammodo fidem facit, cùm Ieremiæ dicit, (Quid tu vides Ieremia?) Cùmque is reſpondiſſet (Virgam nuceam.) Ad hæc Deus (Rectè vidiſti,) inquit, (Vigilo enim ego ſuper verbis meis, vt faciam illa.) Pro vigilantiæ igitur ſymbolo, ac nota, non immeritò virga nucea poterit accipi.* Idipſum aſſerit & primo Glaphyrorum in Geneſim lib. 6. vbi agit de Iacob.

Cyril. Alex. *Deus ſignificatur per virgam cũ oculo.*

Ex eodem Cyrillo Alex. lib. 9. contra Iulianum pag. 650. colligi poteſt, per virgam vigilantem F deſignatum ipſiummet Deum; Sic enim ait, *Volentes Hieroglyphi ſignificare Deum, hoc eſt ſummam, & quæ ſuper omnia eſt naturam, pingebant oculum cui baculum ſubſtituebant: vt per hoc intelligatur, quòd omnia videat, & ſit ei Regia dignitas: Nam Sceptrum ferè ſemper Regis intelligitur ſymbolum. Quamuis etiam per ſtantem baculum, quod nullo modo diuina natura labefactari poſſit, ſed quaſi ſemper ſtare, & quodammodo ſuſtinere, & fundare omnia dicatur.*

Deus ſignificatur per baculum ſtantem.

7 Iſid. Peluſ. *Nucea virga typus Sacerdotij, & cæt.*

Iſidorus Peluſiota epiſtola 50. lib. 1. *Virgam nuceam vidit Ieremias Sacerdotij typũ, cuius ſuperficiariæ*

partes

partes adstringentes, & asperæ sunt, acrimoniaque prædita, occultæ autem & interiores partes solidæ sunt, ac fulciendi vim habent. Quamobrem & Sacerdotij labores strenuè ferre oportet, & ipsius præmia prompto, & alacri animo expectare.

Isid. Hispal. *Virga vigilans, est diuina correptio.*

Isidorus Hispalensis lib. Allegoriarum in sacr. Script. *Ieremias vidit virgam vigilantem diuinæ correptionis & potestatis.*

8 Hieronym. *Virga vigilans, seu nucea, Christus.* a Isai. 11. 1.

Ad Christum, visionem istam referunt aliqui. Vnde Hieronymus, in Comment. *Quidam virgam vigilantem, atque nuceam intelligunt Dominum, de quo dicit Isaias,* [a] *Exiet virga de radice Iesse. Vnde & virga Aaron, quæ putabatur mortua, in resurrectione Domini effloruisse narratur.*

Rup. Abb. *Christi aduentus duplex significatus per virgam, & ollam succensam.*

Rupertus Abbas in cap. 5. Comment. in Ierem. non solùm hanc, sed & secundam ad Christum refert, censens iuxta similitudinem virgæ vigilantis, & ollæ succensæ significari, primum Christi aduentum esse virgam correctionis pœnitentibus: secundum autem, impœnitentibus esse iudicium æternæ damnationis.

9 Theodorit. *Ad vltionem excitatio dicta vigilia.* b Psa. 43. 23. c Psa. 77. 65.

(*Quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.*) Theodoritus in Comment. *Vigilias appellat excitationem ad vindictam: longanimitatem verò somnum. Inquit enim Dauid,* [b] *exurge, quare obdormis Domine? & iterum,* [c] *& excitatus est tamquam dormiens Dominus.*

Primasius.

Primasius lib. 4. in cap. 16. Apocalyp. (*Euigilabo super verbum meum,*) *super verbum, tamquam de verbo Ablatiuo casu posuerit.*

S. Paschasius Rathbertus. *Peccata quæ in nobis torpere videtur, vigilantia sunt in manu Domini, vltionem in nos flagitantia.*

S. Paschasius Rathbertus lib. 1. in lament. Ieremiæ (*Bene, ait Dominus, vidisti, quia vigilabo & ego super verbum meum, vt faciam illud.*) *Quia nimirum licet nobis torpentibus peccata lateant, vigilant semper in manu Domini, dum nos ad vindictam iustæ retributionis accusant.*

10 Hieron. *Olla succensa Ierusalem,* Theodorit.

(*Ollam succensam,* &c.) Hieronymus in Comment. & lib. 4. in cap. 15. Ezech. literaliter per ollam succensam ciuitatem Ierusalem designatam inquit. Idipsum & Theodoritus, & D. Thomas in Comment. Ignem hanc ollam succedentem esse Regem Babylonis, ait Theodoritus.

Augustin *Olla succensa tribulationes à Diabolo.* d Isai. 13. 14.

Augustinus Enarratione in Psalm. 59. *Olla succensa ab Aquilone, tribulationes sunt à parte Diaboli, qui dixit;* [d] *ponam sedem meam ad Aquilonem.*

Ruffinus. *Tribulationes in Ecclesia à parte Diaboli.* e Isai. 14. 13. *In tribulationibus excocti sunt sancti.* f Rom. 5. 4.

Ruffinus quoque Presbiter Commentar. in 59. eodem sensu. *Filiæ Loth malè vtentes patre, id est, malè vtentes lege generauerunt Moabitas, per quos significantur opera mala. Inde tribulatio Ecclesiæ, inde olla ebulliens. De hac olla dicitur, (olla succensa in Aquilone) vnde, nisi à parte Diaboli, qui dixit,* [e] *Ponam sedem meam ad Aquilonem: Tribulationes ergo maxime non oriuntur aduersus Ecclesiam, nisi ab eis, qui lege malè vtuntur. Sicut autem in olla cibi, sic in tribulatione excocti sunt sancti. Apertè verò dicitur olla spei meæ, quia spes sanctorum venit à tribulatione, teste Apostolo.* [f]

11 Augustin. *Superbia est olla succensa à Diabolo.*

Sermone 12. ad fratres in Eremo Augustinus tom. 10. seu potiùs quisquis eius libri est auctor. Per ollam succensam intelligens superbiam. *Hæc*

A *inquit, est illa feruens olla, in qua decoquuntur omnes Principes, & Pastores tenebrarum, sectatores bonorum temporalium, generatores diuitiarum, qui primas cathedras appetunt in Synagogis, & salutari in foro, & vocari Rabbi. Hanc ollam succendit Diabolus, dum corda inflat ad altiora.*

Greg. PP.

Gregorius Papa lib. 18. Moralium cap. 11. & lib. 33. cap. 40. *Olla succenditur cùm mens humana maligni hostis suasionibus instigatur, olla autem feruet cùm iam etiam per consensum in desiderijs praua persuasionis accenditur: Et tot vndas quasi feruendo proijcit, per quot nequitias vsque ad exteriora opera extendit. Ab Aquilonis facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione aduersarij spiritus illicitis inflammatur desiderijs.* Eadem ferè & Hugo de Sancto Vict. Erudit. Theologicæ ex Miscellaneorum lib. 1. tit. 94. tom. 3. B

Cor malis desiderijs inflãmatũ est olla succensa ab Aquilone. Hug. Vict.

Greg. PP. *Iudæorũ mẽs olla succensa.*

Idem verò Gregorius Papa lib. 1. Homil. 2. in Ezechiel. *Iudæorum mens in persecutione sæuiens, atque in crudelitate malitiæ vndas cogitationum voluens, quid aliud, quàm olla succensa fuit? Cuius (facies à facie Aquilonis) esse dicitur, quia si se aduerso spiritui per torporem mentis non subderet, contra bonos in tanta malitia non exarsisset.*

12 Paulinus. *Christi caro olla vrẽs peccata.* g Luc. 12. 49. h Psal. 11. 7.

C Paulinus Epistola 3. ad Seuerum. *Caro Christi verè cibus est, & vita. Ipsa est illa secundùm Ieremiam olla vrens peccata, & illo igne consumens, de quo ait,* [g] *Ignem veni mittere in terram, quem & in nobis optemus accendi, vt in olla dominici corporis, id est, Ecclesia concoquamur, perustique, vitiis defœcati efficiamur* [h] *argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum.*

Cassiodorus. *Olla succensa & olla spei discrimen.* i Rom. 5. 4.

Cassiod. depositione in Psal. 59. *Et olla succensa ab Aquilone, mala illa quidem, eò quod in sensu prauo, velut vnda decoctionis exæstuat, de qua scriptum est (olla succensa in Aquilone,) quod vtique Diaboli significat mansiones. Est & olla spei, qua tribulatio illa significatur, quam in hoc mundo sancti sustinent Christiani, quæ ad spem vitæ æternæ Domino præstante porrigitur, sicut dicit Apostolus.* [i] D

13 Isid. Hispal. *Iudaica plebs olla succensa.*

Isidorus Hispalensis lib. Allegor. in Sacr. Scripturam. *Ollam succensam, id est, Iudaicam plebem igne carnalium desideriorum ardentem, aspicit Ieremias.*

Olla succensa Diabolus, & mundus.

Tom. 3. Conciliorum, Concilium Toletanum 11. *in principio. Eramus hucusque prolabentis sæculi colluuione instabiles: quia annosa series temporum subtracta luce conciliorum, non tam vitia auxerat, quàm matrem omnium errorum ignorantiam ociosis mentibus ingerebat. Cernimus enim quomodo Babylonica confusionis olla succensa nunc tempora auerteret conciliorum, nunc Sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret.* Quo loco ollæ succensæ nomine, vel mundus ipse intelligitur ac mundani, vel Diabolus. E

Bonauent. *Olla succensa infernus, in qua Diabolus coquit carnales.*

Bonauentura serm. 1. Domin. 12. post Pentec. *(Ollam succensam ego video.) Hæc olla infernum significare potest, in quo Diabolus tamquam coquus horribilis carnes suas, id est carnales, vel luxuriosos coquit, quæ succensa est igne æterno.* Deut. 32. [i] *(Ignis succensus est in furore meo.)*

CATE

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS. [Verſ. 11. 12. & 13.]

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα ἐκ διαλείμματος, ὅταν εἴπῃ. καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με λέγων, οὐ γὰρ ἐφεξῆς, ἀλλ' ἐδίδου συνιδεῖν τὰ λεγόμενα.

Τοῦ αὐτοῦ.] [βακτηρίαν καρυΐνην.]

Τὸ γὰρ ξύλον οὗτο στερρὸν, καὶ βαρὺ, καὶ πληκτικόν. τίνος ἕνεκεν ταῦτα ἔβλεπον; ὅτι τὰ πράγματα καὶ αἱ ὄψεις ἐναργέστεραι ἦσαν, καὶ μᾶλλον ἐπληττον τὸν ἀκροατήν. ἡ γὰρ ῥάβδος πληγῆς ἐστὶ σύμβολον.

Σεβήρου ἀπὸ λόγου, ιζ.] τὴν ἐπενεχθησομένην παιδείαν ἐδήλου, τὴν εἰς ἐγρήγορσιν τοὺς ἐν ἁμαρτίαις καθεύδοντας ἐπανάγουσαν. Καρυΐνην διὰ τοῦτο ὀφθεῖσαν, ἐπειδὴ στύφειν καὶ δριμύττειν ἡ παιδεία, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ καρύου λέπος ἐπίσταται.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ἐπιστολῆς] Φασὶ γὰρ οἱ ταῦτα καλεξητακότες, τὴν καρυΐνην ῥάβδον, καὶ μὴν, καὶ τὰ κάρυα φυσικῶς ἐγρήγορσιν τοῖς αὐτῶν μετέχουσιν ἐμποιεῖν [καὶ μετ' ὀλίγα] ὥσπερ τῶν ἀρετῶν ἡ κτῆσις σὺν μὲν πόνους ἔχει, καὶ σὺν ἱδρῶτας σὺν προηγουμένους πικρούς, τὸ δὲ τέλος φαιδρὸν καὶ τερπνόν: οὕτω καὶ τὸ κάρυον διὰ μὲν τοῦ ἔξωθεν λέπους τὸ αὐστηρὸν καὶ στῦφον προδείκνυσι, διὰ δὲ τοῦ ἔνδον ἀποκειμένου τὸ λευκόν τε καὶ τρόφιμον.

Τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ λόγου δεκάτου ἑβδόμου.] τὴν παιδείαν οὕτως εἶπεν τὴν στύφουσαν καὶ δριμύττουσαν τοὺς παιδευομένους, ὡς ποιεῖ καὶ τὸ τοῦ καρύου λέπος. ἅμα δὲ καὶ ὑπέμνησε τῆς τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδου, πρὸς ἔλεγχον καὶ ἀπειλὴν τῶν ἀντιτασσομένων θείοις προστάγμασιν.

[Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου.]

Θεοδωρήτου.] τοῦ τοίνυν εἰς προφητείαν δοθέντος πνεύματος λαλοῦντος, θεὸς λαλεῖ. γίνονται δὲ, καὶ ἐκ διαλειμμάτων οἱ λόγοι, οὐκ ἐφεξῆς. ἐνεδίδου γὰρ τῷ προφήτῃ ὁ θεὸς συνιδεῖν τὰ λαλούμενα. εἶδεν οὖν ῥάβδον καρυΐνην. καὶ τίνος χάριν ἑώρων τὰς τοιαύτας εἰκόνας; ὅτι τῶν πραγμάτων ἡ ὄψις τῶν λόγων ἐναργεστέρα, καὶ μᾶλλον ἅπτομένη ψυχῆς.

Τοῦ αὐτοῦ] ἰστέον, ὅτι ὁ ἑβραῖος ἀντὶ καρυΐνης, ἀμυγδαλίνην φησίν. ἡ δὲ ἀμυγδαλίνη τὸ τάχυ τῆς τιμωρίας αἰνίττεται, πρὸ γὰρ τῶν ἄλλων δένδρων ἀνθεῖ. ἐρωτᾷ δὲ συνεχῶς, ἵνα προσεκτικώτερος γένηται.

Βίκτορος] ἡ ῥάβδος ποτὲ μὲν ἀντὶ βασιλείας παραλαμβάνεται, ποτὲ δὲ ἀντὶ παιδείας. ὡς τὸν Ναβουχοδονόσορ διὰ ταύτης σημαίνεσθαι, βασιλέα ὄντα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ λαοῦ παιδείαν καλούμενον. τοιοῦτον ἐπὶ μὲν βασιλείας τὸ, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἐπὶ δὲ παιδείας τὸ, ῥάβδῳ τύπτε ἄνδρα ἀκάρδιον. καὶ τὸ, τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ

Et factum eſt verbum Domini.] Chryſoſt.

Olympiodori.] Hæc interrupto ſermone, cùm ait. (Et factum eſt verbum Domini ad me dicens,) Non [a] enim narrationem continuat, quippe vult conſiderari ea, quæ dicuntur. (Baculum nuceum.)

[a] *Attentionē & conſiderationem dictorum ſuorū requirit Deus.*

Eiuſdem.] Lignū [c] enim hoc durum, ac graue, & verberibus aptum. Quare hæc videbant? Quia res, & viſiones ſignificationes erant; & magis afficiebant auditorem: virga enim plagarum eſt ſymbolum.

Chryſoſtom. [c] *Nuceus Baculus quàm aptè in ſignū futurarū plagarum oſtenſus.*

15 Seueri ex oratione 17.] In ferendam [d] caſtigationem ſignificat, per quā excitantur qui in peccatis obdormitant. (Nucea) idcirco viſa eſt: quādoquidem adſtringere & mordere caſtigatio, ſicut & nucis cortex, conſueuit.

Seuerus. [d] *Caſtigatio adſtringēs & mordens, vt virga nucea.*

Eiuſdem ex Epiſtola ad Theodorum Archiepiſcopum.] Dicunt enim harum rerum inueſtigatores, nuceam [e] virgam, nuceſque ipſas naturæ ſuæ vi, eas ſecum habentes vigilaces reddere. [Et poſt pauca.] Sicuti autem virtutum [f] adeptio & labores habet, & ſudores præeuntes amaros, finem autem ſplendidum, & dulcem: ita & nux extrinſecus quidem per corticem auſterū, adſtringénſque offert: Per id autem quod intus occluditur, album, & cibo aptum.

Seuerus. [e] *Nuceā virgā vim habet reddendi vigilaces.* [f] *Nuceā virgā quàm aptè deſignata virtutu adeptio.*

Eiuſdem.] Sic caſtigationem dixit adſtringentem & mordentem eos qui erudiuntur. Veluti & Cortex nucis facit: ſimul autem, & Aaronis virgam in memoriam redegit, ad redargutionem & terrorem [g] eorum qui diuinis imperiis ſeſe opponerent.

Seuerus. [g] *Nucea virga ſpectro ſignificatum, quid cōtingat iis, qui ſe opponunt diuinis imperiis.* Num. 17. 8.

[Et factum eſt verbum, &c.]

16 Theodoriti.] Deus ergo loquitur, ſpiritu loquente [h] qui ad Prophetiam datus eſt. Fiunt autem etiam interrupta, & non continuata ſerie ſermones; Dabat enim ſpatium Deus Prophetæ conſiderandi quæ dicerentur. (Virgam nuceam) vidit igitur virgam nuceam. Quare autem has videbat imagines? [i] Quòd rerum aſpectus ſermonibus eſt euidentior, acriuſque animum pulſat.

Theodorit. [h] *Verba facit Deus ſæpe interrupta, dans tēpus ea conſiderandi.* [i] *Imaginum viſio acriùs, quàm ſermones animum pulſant.*

Eiuſdem.] Notandum Hebræum pro (Nucea) (Amygdalinam) legere; Amygdalina verò [k] pœnam citò affuturam ſignificat. Hæc enim arbor ante alias effloreſcit. Interrogat verò continenter, quò faciat attentiorem.

Theodorit. [k] *Amygdalinā virgā ſignificata pœna citò futura.*

17 Victoris.] Virga [l] Quandoque pro regno accipitur: quandoque etiam pro caſtigatione. Ita vt Nabuchodonoſor, qui & Rex erat: & ad populi caſtigationem vocabatur, per eam ſignificatur. Tale & illud de regno, virga rectitudinis virga regni tui: & de caſtigatione illud, Virgâ cæde virū vacordē, & illud; Quid vultis in virga veniā ad vos, an in charitate, ſpirituque manſuetudinis? Nuceam

Vict. Præsb. [l] *Virga ſymbolū regni & caſtigationis.* Pſal. 44. 7. Prou. 10. 13. 1. Cor. 4. 21.

γάπῃ πνεύματί τε πρᾳότητος. καρυΐνην δὲ διὰ τὸ στερεὸν, καὶ στύψιν ἔχειν πολλὴν, ἔνδοθεν δὲ καρποῦ τὸ ἐδώδιμον εἶναι. πᾶσα γὰρ παιδεία φησὶν ὁ Παῦλος, πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι ἀλλὰ λύπης, ὕστερον δὲ καρπὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] λόγος, τὸ κάρυον ἀγρυπνίας εἶναι ποιητικόν. εἶναι δὲ καὶ εὔθραστον τὸ ξύλον, καὶ σημαίνει τὴν μετριωτέραν ὀργήν. ὡς ἀγρυπνοῦντος μὲν τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, κολάζοντος δὲ μετριώτερον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] προτρεψάμενος αὐτὸν ἐπὶ τὴν προφητείαν, καὶ διὰ τῆς ὀπτασίας μᾶλλον δυσωπεῖ. τὸ δὲ καρυΐνην, ἀμυγδαλίνην τινὲς ἡρμήνευσαν. ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει: βακτηρίαν ἐγρηγορυῖαν ἐγὼ ὁρῶ. ἡ γὰρ ἐγρήγορσις, καὶ τὸ ἀμύγδαλον διὰ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ προφέρεται ῥημάτων. ἐπάγει γοῦν. [καὶ εἶπε κύριος πρός με, καλῶς ἑώρακας] τουτέστιν οὐκ ἔτι αὐτοῖς μακροθυμῶ, ἀλλ' ἐπάγω τὴν ψῆφον. ἔλαβε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρατηρούντων τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐπ' αὐτοφώρῳ αὐτοὺς εὑρισκόντων. τινὲς καρυΐνην ἔφασαν, διὰ τὸ ἰσχυρὸν τῆς τιμωρίας, ἑωρᾶσθαι. ὅτι μὲν οὖν τιμωρεῖται αὐτοῖς, ἐμήνυσε διὰ τούτων. τίνα δὲ τὸν τρόπον ἐπάγει.

[Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐγρήγορα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ καὶ ὁ ὕπνος ἐπὶ θεοῦ, μακροθυμία τίς ἐστιν: ἕως πότε ὑπνοῖς κύριε, τουτέστιν ἤδη ἐπεξέρχομαι. οὐ πείθω ῥήματι, τῇ ὄψει τῆς ῥάβδου πειθήνιω. οὐ λέγω, ἀλλὰ ποιῶ.

Ἀπολλιναρίου] τουτέστιν οὐκ ἄλλο ἀντ' ἄλλου.

[Λέβητα ὑποκαιόμενον.]

Ὠριγένους κατὰ θεωρίαν] ὁ ὑποκαιόμενος λέβης, ἀπὸ προσώπου τοῦ Βορρᾶ ὑποκαίεται. ἐχθρὸς γὰρ οὗτος ἅμα καὶ ἐκδικητής ἐστιν. διόπερ ὁ ἁμαρτήσας, εἴτ' ἐν βλασφημίᾳ, παραδίδοται τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῇ μὴ βλασφημεῖν: εἴτ' ἐν πορνείᾳ, παραδίδοται τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου. τίνας δὲ ὑποκαίει; τοὺς κατοικοῦντας, ἀλλ' οὐ τοὺς παροικοῦντας τὴν γῆν. βέλη γὰρ ἀπολύει πεπυρωμένα ἐπὶ τοὺς μὴ πάσῃ φυλακῇ τηροῦντας τὰς ἑαυτῶν καρδίας, ὡς ὑφ' οἱασδηποτοῦν ἁμαρτίας πυροῦσθαι.

[Ἀπὸ προσώπου τοῦ Βορρᾶ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸν Βαβυλώνιον φησί. βορειοτέρα γὰρ ἡ Βαβυλὼν ὡς πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ. πρὸς δὲ διάνοιαν, εἰς πρόσωπον τοῦ σκληροῦ Βορέου ὁ διάβολος λαμβάνεται.

[Καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ πρόσωπον, τουτέστιν ἡ ἔκκαυσις γίνεται τοῦ λέβητος. καλεῖ δὲ λέβητα τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἔκκαυσιν δὲ τὴν συμφοράν. ἀπὸ Βορρᾶ δὲ, ἵνα μηνύσῃ τὴν τῶν Βαβυλωνίων ἔφοδον.

[Λέβητα ὑποκαιόμενον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ μὲν τὸ γράμμα τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἄρχοντας: πρὸς δὲ θεωρίαν, τὴν συνείδησιν τὴν ἑαυτὴν δοκιμάζουσαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, ἐκεῖ ἑώρα, ἐκεῖ ἔβλεπεν,

A *ceam* [m] *autem propter soliditatem, eo quòd multã habeat vim adstringendi: intus verò esui aptum fructum abscondat, omnis enim castigatio Paulus ait, in præsens quidem non videtur delectationem adferre, sed molestiam: Sed postmodùm fructum pacis præstat iis, qui per illã sunt exercitati.*

m Nucea virga quòm asprum sit symbolum vtilis castigationis. Hebr. 12. 11.

Olympiodori.] *Nucem aiunt vigiliam inducere, lignumque eius facilè frangi, & significat moderatam* [n] *iracundiam; Deo quippe super peccatores vigilante, moderatè verò castiB gante.* 18

Olympiod. *n Nucea virga significat moderatã Dei iracundiam.*

Chrysostomi.] *Cùm adhortatus esset ipsum ad Prophetiam, etiam per visionem* [o] *magis vrget (Nuceam) (Amygdalinam) quidam interpretati sunt, sed textus Hebraicus ita habet (Baculum vigilantẽ ego video) Vigilia enim Amygdalumque iisdem apud Hebræos indicantur vocabulis: infert itaque, (Et dixit Dominus ad me, C Bene vidisti, &c.) Hoc est, non ampliùs eos sustineo, sed decretum fero; sumpta verò est metaphora ex his qui delinquentes* [p] *obseruant, in ipsoque facinore eos deprehendunt. Quidam etiam (nuceam) propter pœnæ grauitatem visam asseuerarunt. Pœnam porrò ipsis imminere, per hæc testatus est, modum verò eius subdit*

Chrysost. *o Visione Deus vrget Ieremiam ad prophetandum.*

p Obseruans Deus castigat repertos in delicto.

[*Quia ecce ego vigilaui.*] 19

Chrysostomi.] *Siquidem & somnus, cùm de Deo loquimur, longanimitas* [q] *quædam est, vsquequò obdormis Domine? hoc est iã ad pœnas D feror. Non persuadeo verbis, virgæ visione persuadeor. Non dico, sed facio. (Euigilo vt faciã illud)*

Chrysost. Psal. 43. 23. *q Summa designatur Dei loganimitas.*

Apollinarij.] *Hoc est non aliud pro alio.* Apollinarius

[*Lebetem succensum, &c.*] 20

Origenis.] *Secundùm Theoriam, Lebes* [r] *succensus à facie Aquilonis succenditur; Inimicus enim hic simul & vindex est. Quapropter qui deliquit, siue blasphemando, Sathanæ traditur, vt doceatur non blasphemare; siue scortatur, traditur Sathanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus sit E in die Domini. Quos autem* [s] *succendit? Eos qui quasi incolæ, non quasi peregrini terram inhabitant. Sagittas enim aduersus eos, qui non accuratè custodiunt sua corda emittit ignitas, vt qualicumque peccato ignescant.*

Origenes. *r Peccator est lebes succẽsus ab Aquilone, quatenus traditus Satanæ vt vindici.*

s Terrenos atque mũdanos Diabolus succẽdere dicitur vt Lebetes.

[*A facie Aquilonis.*] 21

Olympiodori.] *Propter Babylonium dicit; Aquilonaris* [t] *enim est Babylon ad Hierusalem comparata: quod ad sensum autem attinet, facies* [u] *asperi Aquilonis pro Diabolo accipitur.*

Olympiod. *t Aquilonis nomine significata Babylon, & Diabolus facies est Aquilonis.* *u Facies Lebetis pro eius successione.*

F [*Et facies eius.*]

Chrysostomi.] *Facies, Hoc est, succensio fit Lebetis, Lebetem* [x] *verò Hierusal. vocat: noxam succensionem, ab Aquilone item, vt aggressionem Babyloniorum indicaret.*

Chrysost. *x Lebetis nomine significata Hierusalem.*

[*Lebetem* [y] *succensum.*]

Olympiodori.] *Secundùm literam quidem Hierusalem, & Principes in ea: reconditiori verò sensu, conscientiam se ipsam probantem.*

Olympiod. *y Olla succẽsa conscientia probans seipsam.*

[*Lebetem succensum.*] [*Et facies eius, &c.*] 22

Chrysostomi.] *Hoc est, illuc visum dirigebat, illuc*

Chrysostom.

ἔβλεπεν, ἐκεῖ ἐτέτραπτο. τὸν θόρυβον, τὴν ζέσιν, τὴν ὀδύνην, τὸν τηγανισμὸν διὰ τοῦ λέβητος δηλοῖ.

A *illuc spectabat. Illuc conuertebatur. Tumultum, ebullitionẽ, dolores, frixionẽ per lebetem significat.*

Τοῦ αὐτοῦ.] τοῦτο ἰατρεία μεγίστη, τὸ διαφυλάξαι τὸν κάμνοντα, φοβῆσαι, σωφρονίσαι, ἐπαγαγεῖν διὰ τῆς ὄψεως αὐτῆς, καὶ ἀνασχεῖν, καὶ δοῦναι μετανοίας καιρόν. οὔτε γὰρ ἂν ἐπήγαγεν εὐθέως, ὥστε μὴ ἀνελεῖν τὸν ἐκ τῆς μετανοίας καρπόν: οὔτε ἀπέστη, ὥστε μὴ ἐκλύσαι τὸν φόβον. ὁρᾷς οὖν ἕκαστον μεμετρημένον, καὶ ἐξ ἐναντίων τὸ φάρμακον συγκείμενον, οἷόν ἐστι παρὰ τῶν ἰατρῶν. τί γὰρ ἔδει μὴ ἐπαγαγεῖν? ἀλλὰ ῥαθυμότεροι ἐγένοντο ἄν. ἀλλ' ἐπαγαγεῖν? ἀλλ' οὐδὲν ἂν ἐκέρδανον. διὸ καὶ ἀφίστησι, καὶ μηχανᾶται πιστὰ εἶναι διὰ τῆς ὄψεως, κατασείων τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ τὸν ἔμψυχον τοῦ λόγου δεικνύς.

Eiusdem.] *Maxima medicatio est hoc, ægrotantem seruare, timorem incutere, sanam mentem iniicere; Per visionem ipsam in rectã* [a] *viam inducere, & à praua auertere, pœnitentiæque locũ dare. Nec enim induxit illico, ne adimeret pœnitentiæ fructum, neque omnino deseruit, ne timorem dissolueret. Vides igitur moderata singula, & ex contrariis compositum medicamentum, quali* B *vtuntur Medici. Quid enim oportuit non infligere? Atqui inde segniores facti fuissent: an verò infligere? At nihil ita lucraturi essent. Quapropter aliquantisper astinget, & illud molitur, vt per visionem ipsis persuadeat: mentem ipsorum concutiens, & viuam, ac spirantem orationẽ exhibens.*

Chrysostom.

a *Medendi animæ ægritudini egregia Dei ratio.*

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me: ab Aquilone pendetur omne malum super omnes habitatores terræ.

Paraphrasis expositionis Literæ.

b Vers. 14. *Et dixit Dominus ad me.*

VIX [b] *secundæ visionis, ollæque succensæ expleram narrationem, & Dominus ab extremis meis ipsis verbis in hunc modum visionis eiusdem exorsus est explicationem. Benè sanè vidisti, rectoque iudicio pronunciasti, faciem eius ollæ ab Aquilonis facie esse succensam:* [c] *Re enim vera super Ierusalem, quam vt ollam succensam vidisti, A Chaldæa, quæ eidem Ierusalem Aquilonaris est, & à Nabuchodonosor Rege Babylonis per Aquilonares, quas subiget regiones, à Dan Iudææ termino Aquilonari incursio primum facienda est, tum* D *& ab ipsius Aquilonari latere rupto muro est expugnanda. Ideoque iam ex nunc hæc tibi prædico,* Ab Aquilone pandetur malum: *nam super vniuersos, qui terram Iudææ, eidemque adiacentem incolunt, Chaldæi, instar exercitus violenter diu detenti, quando apertis vallorum ianuis in hostes irrumpit, & instar aquarum impetus ruptis arginibus, apertoque ostio, erumpent, solutisque egredientur habenis, tantoque cum impetu exinde exardescent, mala euersionis, & succensionis, quantò altis magnisque flammis ardet ignis, qui intra fornacem, clibanumque conclusus ex aperto erumpat foramine: aut quem intra cubiculum* E *vehementia venti Aquilonis cubiculi ipsius ianuam expandens in eas eleuat flammas, quibus vniuersa incendatur domus.*

c *Ab Aquilone pandetur omne malũ.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 SICVT primam virgæ visionem suomet ore explicauit Dominus, sumpta occasione, seu argumento ex adiecto, quod eidem virgæ à Ieremia fuerat tributum, siue vigilantis, siue Hebraicæ vocis שקד *sciaked*, seu F *scioked*, dicens, *Benè dixisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.*

Ita & modò explicat visionem secundam ollæ succensæ, quamquam cùm visiones ambæ ad eamdem rem significandam tendant, explicans secundam explicat meliùs, & apertiùs primam quoque. Desumit autem argumentum explicationis totius ex vltimis iis Ieremiæ verbis, *Et facies eius à facie Aquilonis,* Ita vt non abs re sit, si & hoc pariter loco, quasi repetita subintelligamus priora illa eiusdem Domini verba, (*Benè vidisti*) tum hæc subiiciantur.

(*Ab Aquilone,* &c.) sensusque sit. Rectè iudi- C castì, nec te tuus fefellit intuitus, cùm ollæ succensæ faciem vidisti à facie Aquilonis. Enimuerò (*ab Aquilone,*) seu (vt habent Sept.) (*A facie Aquilonis pandetur omne malum,* &c.) Tum meliùs rem explicans, adiicit, (*Quia ecce ego conuocabo,* &c.) Examinemus singula.

(*Ab Aquilone.*) id est, à Babylonia, & Chaldæa, quæ respectu Ierusalem Aquilonaris est. Eius autem nominis causa est, inquit Franciscus Ribera in Ioel cap. 2. nu. 41. quòd Chaldæi Iudæis sunt ad Septentrionem vnde flat Aquilo. Nam Ierusalem habet 41. gradus latitudinis, & 40. Minuta, vt tradit Ptolomæus lib. 5. cap. 16. id est distat ab Æquinoctiali versus Septentrionem 31. gradus, Babylon verò distat 35. ex eodem Ptolomæo lib. 5. cap. vltimo. Quare quò magis ab Æquinoctiali distat, eò magis vergit ad Septẽtrionem. Versio Sept. quæ habet, (*A facie Aquilonis,*) 2
id est à latere Aquilonis, triplicem alium suggerit sensum. Primum, vt significetur, Regem Nabuchodonosor cæpturum malũ inferre, & exercitu suo aggredi regiones Aquilonares, prout res ipsa comprobauit, superata enim Niniue totam circuiuit Syriam, tum ex Aquilonaribus iis regionibus in Ierusalem, & in Iudæam irrupturũ, coactis primò, in exercitu suo Aquilonaribus, quas subegisset Nationibus.

Chaldæa cur dicta Aquilo.

Frãc. Ribera.

Ptolomæus.

Nabuchodonosor triplicẽ ob causam dicitur intulisse malũ Ierusalem à facie Aquilonis.

Secũdò, vt idipsum significetur, quod apertiùs infra dicetur, [d] *Vox annunciantis à Dan,* &c. [e] *Et à Dan auditus est fremitus equorũ,* &c. Quia Chaldæi damna Iudæis inferre cæperint à Ciuitate Dan, quæ erat illius terminus à latere & parte Aquilonari, sicut Bersabee, eiusdẽ alter erat terminus à parte Australi. Vnde illud frequentissimum in Script. *A Dan vsque Bersabee,* designãs Iudeæ terminos à Septentrione vsque ad meridiem. Tertiò, vt significetur, Ciuitatem ab ea sui parte capiendam, quæ ad Aquilonem vergit, quia ex Aquilonari eius latere ruptus, & ipsius murus, & expugnata à Chaldæis, vt constat ex Iosepho lib. 14. Antiquit. cap. 8.

d Ier 14. 15.
e Iere. 8. 16.

Iosephus.

Benè autẽ hæc omnia simul vnita, & vnica voce, 3
(*Ab Aquilone*) exprimuntur. (*Pandetur omne malũ.*) Hebr. & Sept. nõ habent (*omne,*) Sed Hebr. (*malũ*) Sept. (*mala.*) Difficultatem id mihi facit verbum. (*Pandetur.*) Neq; enim facile est affirmare quã hoc loco habeat vim, quidve hîc propriè significet.

Quadruplicem hoc vno in verbo agnosco allusionem. Quarum duas mihi suggerit Originale verbum Hebraicum פתח *patach* quòd & *aperire*, & *soluere* significat. Duas verò alias, versio Sept. quæ idem verbum reddidit ἐκκαυθήσεται *exardescent*.

Allusio.
In Peccatores Dei longanimitate abutentes irrumpũt mala omnia, vt vi detentus exercitus, cùm illi panditur ianua in hostes.

Prima est ad ferocem, copiosum, rabidumque exercitum, qui diu vi, iussuque Regio clausis detentus sit mœniorum, aut vallorum ianuis, ne in prouocantes hostes irrumpat. Prouocantibus quippe Iudæis cælestem Regem nouis semper offensis; omnis cunctarum creaturarum exercitus aduersus eos mala omnia in eos irrupissent à principio; vis tamen, & longanimitas Dei ea diutiùs quasi conclusa, & ligata continuit. At perseuerantibus iis in sua peruersitate, quasi vnam Aquilonis Chaldeæ portam aperiens, illico ingenti cum violentia mala vniuersa soluta, apertusque & dimissus erupit exercitus.

4
Allusio.
In Peccatores obstinatos irrumpunt flagella impetu aquarum vi detentarum.
a Iob. 38.8.
b Iob 26.8.
c Psal. 68.2.

Alluditur secundò ad impetus aquarum arginibus diu detentos, & quasi ligatos: claudi enim, & ligari aquas apud Iob legimus, vbi dicitur, [a] *Qui conclusit ostiis mare*, & [b] *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.* Et per aquarum metaphoram mala, ærumnas, & afflictiones designari frequentissimum est in sacris literis, [c] *Saluum me fac Deus*, dicebat Dauid, *quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.*

5
Allusio.
In peccatores obstinatos erumpũt mala impetu ignis violeter inclusi cum illi panditur aditus.

Sept. vertentes, (*A facie Aquilonis exardescent,*) suggerunt, vt cum in vulgata legimus (*pandetur*) arbitremur, alludi ad magnum ignem intra fornacem, aut clibanum, vel etiam in montium cauernis inclusum, aliquando tamen vel ex aperto clibani ostio, aut fornacis ore prodeuntem, vel à semetipso exitum sibi aperientem, tãtoque cum impetu erumpentem, vt detrimenti afferat plurimùm, sicut de monte Ætna in Sicilia legimus, & de Vesuuio in Campania. Quo sensu in hac Domini responsione eadem congruentissimè seruatur succensionis metaphora, quam in enarratione visionis ollæ succensæ seruarat Ieremias, sicut in responsione prima eadem seruata fuit metaphora vigilantiæ.

Vltio diuina instar vehementis venti eleuat in peccatores flammas & pœnas scelerum, quæ quasi operta latebant.

Eodemque pacto seruatam metaphoram aliam considerare possumus, quod & pro quarta faciat allusione. Enimuerò cùm Ieremias retulisset, à se visam ollam succensam, & iuxta vim Hebraici verbi ita succensam, quia perflata à facie Aquilonis, vnde & ventus perflat vehementissimus. Quasi illius verba reassumens intulit ei Dominus: Benè, reuera à facie Aquilonis tantus erumpet vẽti impetus, vt elatis in altum flammis pandatur malum omne, quod intra ipsam ciuitatem Ierusalem & in vniuersa Iudæa quasi opertus, occlususque ignis latebat.

Allusio.

Vt sit allusio ad ignem vel cinere opertum, vel in cubiculo aliquo accensum, qui commoto venti impetu tali, quo cubiculi valuæ expandantur, in tantas ob vehementem perflationem exurgit flammas, vt cubiculum, totamque comburat domum. Quo sensu significabitur hoc loco, Ab Aquilone, & à Chaldæa deuastandam, succendendamque Ierusalem; sed quod potissimùm illius vastationis, totiusque incendij causa erit, ea futura scelera, quibus ipsa intrinsecus flagrabat, quorum pœna eòusque velut ignis latebat opertus. Id quod postmodùm apertiùs in toto hoc libro sæpius idem repetit Dominus.

6
Eucherius.

(*Super omnes habitatores terræ.*) Eucherius lib. de Spiritualibus formulis cap. 3. legit, (*Super terram*) simpliciter. At certè originalia Hebr. & Græca habent sicut & nostra Vulgata. Inestque in hac lectione vis maior, consonatque magis cum præcedentibus. (*Ab Aquilone pandetur omne malum,*) iuxta quartam præsertim allusionem desumptis. Re enim vera in ciuitatum, ac regionum euersionibus, & incendiis eorum est flagellum, & afflictio, qui illas incolunt, & meritò, quia iidem sunt qui sceleribus suis ignem in eis accẽdunt, flagellorumque & iræ Dei quasi multam coaceruant ignis materiam. Nomine autem terræ hîc designatam sumere potes vel terram omnem generaliter, quatenus per Regem Nabuchodonosor vniuersus conturbatus, subactusque est Orbis terrarum. Quo sensu infra in cap. 50. idem Nabuchodonosor dicitur, [d] *Malleus vniuersæ terræ.* Vnde eidem Daniel dixit. [e] *Tu Rex Regum es, & Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filij hominum,* &c. Vel specialiter terram Iudææ, cum adiacentibus regionibus iis vniuersis, quas idem Rex Babylonis oppugnauit, quando venit contra Ierusalem. Quod meliùs dici crediderim, vt significetur, Iudæorum peccata ea ratione Deum exacerbasse; vt irà is exardescens Chaldæos commouerit, nedum in Iudææ, sed & in ei adiacentium regionum ruinam, quàm si ad Iudaicam dumtaxat terram hæc restringantur.

In peccatores redundãt terra & ciuitatum flagella, à quibus eorumdem prouenit causa.
d Ierem. 50. 23.
e Daniel. 2. 37.

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur, &c.

Vers. 15.] Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum, &c.

Vers. 16.] Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

7
Ob Christi occisionẽ Ierusalẽ & Iudæa à Romanis euersa.

NON est, quòd in singulorum, quæ hîc dicuntur, mystica detineamur explicatione: illud vnum sat sit adnotasse, quòd non incongruè hæc vt ad Mysticum Ieremiam, Christumque habita, de ea intelliges Iudææ, Ciuitatisque Ierusalem euersione, & succensione, quæ post eiusdem Christi mortem per Romanos facta est, vt quod dicitur, (*Ab Aquilone pandetur malum,*) in eo verificatum sit, quòd Romanus exercitus è latere Aquilonis rupto muro in ciuitatem ipsam irrupit teste Iosepho lib. 6. de bello Iudaico c. 4. Conuocatas verò omnes cognationes regnorum Aquilonis, ob barbaras illas nationes, quæ in eodem erant Romanorũ exercitu. Tuncque Deum quasi pro tribunali locutum iudicia, quod & Titus Imperator significauit, prolatam exequens sententiam super eo, quòd Iudæi dereliquerunt eum, quando Christum eius filium abiecerunt. Quod tam ingens extitit scelus, vt praeponderarit malitiæ omni.

Iosephus.

8
Christi occisio à Iudæis patrata quomodo dici queat Idololatriæ scelus.
Pet. Galatin.
f Ioã. 19. 15.

Neque contra hæc id obstat quod dicitur, (*Qui libauerunt Diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum.* Nam, dato quòd Iudæi tunc temporis Idololatriæ criminis essent expertes, prout probat Petrus Galatinus lib. 4. de diuin. Arcanis cap. 23. in eo tamen, quòd Christum, Deumque abiicientes dixerunt. [f] *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Quid aliud effecerunt, quàm Idolum adorare, quod veluti propriis effinxissent manibus, Dumque Christum ipsum interfecerunt,

crucique

a Ioã.11.48. crucique affixerunt, dicentes: [a] *Si hunc dimittimus venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem,* profectò Romanis ipsis, veluti Diis alienis, & in eorum gratiam sanctissimam illam mactarunt victimam. Adde, quòd si ex eorumdem Rabbinorum sententia Euersio ista, istaque captiuitas, vt refert idem Galatinus loco citato, ob duo potissimùm vitia Iudæis contigit, ob auaritiam, atque ob odium gratis: non incongruè prædita verba à Domino asseres pronunciata, cùm noueris, auaritiam quidem ab Apostolo nũcupatam, [b] Idolorum seruitutem; & odium, de quo Christus ipse in Psalmo ait. [c] *Odio oderunt me gratis,* meritò Idolum id esse dices, quod apud Ezechielem [d] appellatur *Idolum Zeli.*

b Ephes.5.5.
c Psal.34.19.
d Ezech. 8.3.

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur, &c.

EXPOSITIO TERTIA IUXTA sensus Morales.

9 PROSEQVENS Dominus Sancto Prædicatori materiam propositam de necessaria mundi huius fuga, deque eiusdem mundi, vt olla succensa est, damnis explanare, quò per eius Prædicationem maiorem ille referre queat fructum, ostendit primùm qua ratione mundi amatores omnia sequantur mala, tum culpæ, tum etiam pœnæ, dicens, (*Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ.*) In quibus verbis supposito, quod per habitatores terræ ij intelligantur, quos mundanos diximus, qui domos in terra, radicesque in mundo defixas habent, in quo & conuersantur, cum è vestigio ij quorum conuersatio in cælis est, nequaquam habitatores terræ dicendi sint, sed hospites, & peregrini prout eos appellat Apostolus.[e]

Mundani appellati habitatores terræ.
e Ephe.2.19.

Si Aquilonis vocabulo regionem aut ventum, qui ex ipsa regione perflat frigidissimum, quia ex frigidissima regione, & quem Philosophi sinistrum dixêre, & metaphoricè frigus charitatis designatum sumamus, ostendit primum in præallatis verbis Dominus, quomodo ex eo charitatis frigore omne culpæ malum, morsque ipsa, quæ est malorum omnium extrema, animæ proueniat, Et ex eodem frigore tutissimum prædictorum habeatur indicium. Eam enim hoc loco vim habet verbum. (*Pandetur.*) Ac si fiat allusio ad ægrotum, cuius exteriora ita frigent, vt & arteriæ quoque pulsus sit intermittens. Quemadmodum enim ex externo illo frigore, & ex intermissione panditur, quod in interno cordis est malum mortale; dicique tunc solet frigus illud mortem causaturum; cùm tamen re vera proxima mortis causa tunc nimius potiùs sit calor intrinsecus vrens, iuxta Aphorisma illud, *Exteriora frigent, interiora calent, mortale.* Ita cùm hominum mundanorum eo pacto refriguerit charitas, vt in externa sua conuersatione ingens appareat charitatis frigus, adeò vt & pulsus bonarum operationum iam sit intermittens, desistentibus illis ab operibus bonis panditur profectò super illos omne malum culpæ; colligitur tutò in illis peccata esse mortalia, perque frigus ipsum quod in eis conspicimus, peccati mortem in illis dicimus causatam, tametsi reuera prima & proxima mortis peccati causa sit nimius in præcordiis latens cõcupiscentiæ æstus, per quem & id pariter, quod extrinsecus est, causatum est frigus charitatis.

Ex Charitatis frigore est in anima malum omne tũ culpæ, tum pœnæ.
Allusio.
Simile.
Charitatis frigus est indicium internorum peccatorum mortalium.

A Cor [f] *stulti in sinistra illius* ait Salomon in libro Ecclesiastes. Sinister (vt dictum est) à Philosophis, appellatus est Aquilo, quia à sinistra flat regione Aquilonari frigidissima. Et certè hominis mundani, qui verus est stultus, respuens quæ Dei sunt, diligensve quæ sunt mundi, atque perditionis, cor in sinistra, in Aquilone, & in frigore est charitatis; quatenus in frigida conuersatione, & in pulsus intermissione suum pandit malum, & peccata, quæ sunt ad mortem.

f Eccl. 10.2.

10 Quòd si Aquilonis nomine Diabolum designatum sumamus, qui in [g] Aquilone se sessurum gloriatus est, quemue & Principem huius mundi B in Euãgelio [h] Dominus appellauit, videtur Deus in verbis hisce. (*Ab Aquilone pandetur, &c.*) significare, quomodo per eumdem Diabolum manifestanda sint & executioni mandanda omnia mala pœnæ, quæ in hac mundi habitatione homines mundani sibi congregarint. Videtur autem per verbum (*Pandetur*) fieri allusio ad eum, qui sibi in clauso cubiculo thesauros condiderit, quos tamen apertos dolet, cum Aquilonis impetu cubiculi effracta sit ianua.

Per Diaboli pœna omnis explenda, quã iniqui tibi congregarint.
g Isai.14.13.
h Ioã.12.31.
Allusio.

11 Quòd mundani thesauros in mundo isto accumulent, & thesauros iræ, atque pœnarum dicere C profectò non auderem, Dicit tamen id liberè Apostolus. [i] *Thesaurizas tibi iram in die iræ:* Quid est in die iræ? in die, quando flante Aquilonis vento, quando Diabolo accusante, conditosque iræ thesauros, reuelante, rupto mundi huius ostio in extremo iudicij die, vel etiam in die mortis, quoad mundanorum quemlibet: aut ostio bonitatis, & longanimitatis Dei, qua ira Dei condita celabatur, *Quando,* teste eodem Apostolo, [k] *Vniuscuiusque opus manifestabitur, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur.* Quid est, *In igne reue-* D *labitur?* reuelabitur à Diabolo flante per accusationem, ignemque illum exhibente, ad quem impios damnandos legimus in Euangelica illa sententia. [l] *Ite in ignem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Nec tunc solùm, sed & semper, quando, vt ait Paulus, [m] flante eodem accusatore, atque carnifice, *Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Qui sunt qui veritatem in iniustitia detinent? Mundani, qui iustam Dei iram, veritatis vocabulo hìc nuncupatam, sicut & in Psalmo, vbi dicitur, [n] *Vniuersæ* E *viæ Domini misericordia, & veritas.* Et alibi sæpius, detinent in iniustitia, in qua persistunt, diuinâ abutentes patientiâ, & bonitate. Quibus idem Paulus dicebat. [o] *An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Pondera extrema hæc verba, *& reuelationis iusti iudicij Dei.* iuxta ea, quæ mox dixi.

Mundani in hac vita sibi accumulant iræ thesauros.
i Rom.2.4.
k 1. Cor. 3, 13.
l Matth. 25. 41.
Mundani in iniustitia detinent diuina iustitia flagella.
m Rom. 1. 18.
n Psal.14.11.
o Rom. 2.4.

12 Hebraicum verbum תפתח *thippatah,* quod noster interpres vertit, (*Pandetur,*) verti non incon- F gruè posset, (*Euaginabitur.*) Tuncque non contemnendus in his. (*Ab Aquilone pandetur, seu, Euaginabitur omne malum super, &c.*) Hic esse poterit sensus, (*Ab Aquilone*) à regione Aquilonari, quam & sinistram à philosophis dici notauimus: A parte sinistra euaginabitur omne malum pœnæ in extrema videlicet iudicij sententia, super omnes mundanos, iuxta illud. [p] *Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium,* id est, extremi iudicij sententiam, *manus mea, Reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me retribuam.* Quod

Iudicij extremi sententia euaginabit Deus omne malum in peccatores.
p Deut. 32. 41.

a Matth. 24. 41.

Ex charitatis frigore fit, vt scelera omnia impetu magno instar aquarum expandantur in animã mundanorum.

& Dominus testatus est in Euangelio, [a] cùm dixit, iudicem iis, qui a sinistris eius erunt dicturum, *Ite maledicti in ignem æternum*, &c. Vnde bene Sept. (Exardescet omne malum.) Attamen ne discedamus à nostra, Vulgatæ, lectione, (*Ab Aquilone pandetur omne malum,*) sumentesque mali vocem pro malo culpæ, nomenque Aquilonis pro frigore charitatis, prout & supra alio id sumpsimus sensu; præclaris metaphoris videbimus, per hæc significari in hominibus mundi ex frigore charitatis prouenire, vt scelus omne violentiâ, impetuque maximo in eos, veluti aquæ expandantur eæ, quæ impetu suo murum, B ianuamque ruperint. Quod euidentiùs expressum à sancto est Iob vbi dixit,[b] *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerũt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt*, instar videlicet aquarum exundantium; quarum vortices, & vndæ magno cum impetu deuolui super eam solent tellurem, super quam per aperturas expanduntur. Bene autem dicit, *deuoluti sunt ad meas miserias*: quandoquidem ipsamet scelera acriter eos cruciant, in quos deuoluuntur; Quod istud ipsum verbum *Deuoluuntur*, significat, si illius penetretur vis, quæ ex Hebraico colligitur textu, in quo est C verbum התגלגלו *hithgalgalu*, à quo rotæ nomen גלגל *galgal*, quodque designat instar rotæ plaustri deuolutæ sunt. Iusto enim Dei iudicio fit, vt qui in peccatis, veluti in curribus in hoc mundo deliciosè obambulant, per peccata ipsa quasi item curruum rotis conterantur, quod & à Rege Dauid in populum Amon factum legimus in 2. lib. Regum, vbi dicitur, [c] *Et circumegit super eos ferrata carpenta.* Audi Apostolum, miserias, cruciatusque hos, qui ex peccatis ipsis super mundanos deueluuntur, his apertiùs exprimentem. [d] *Radix omnium malorum cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Bene *inseruerunt se doloribus multis*, dum ipsimet se & multis inseruêre peccatis.

b Iob. 30. 14. Simile.

Peccata acriter cruciãt eos, qui illa committunt.

c 2. Reg. 12. 31.

d 1. Timot. 6. 10.

Vide Appendicem Patrum istius, Vers. 14. post finem expositionis tertiæ, Vers. 16.

Vers. 15.] Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum, &c.

Vers. 16.] Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SIQVIDEM [e] *ego ipse eâ facilitate, quâ vel Imperator solâ vexilli eleuatione ingentem exercitum, vel nauclerus vnico sibilo multos conuocat nautas, conuocabo per internam inspirationem omnes Aquilonares nationes, vt auctis copiis Nabuchodonosor Regis Babylonis, ipsam Ierusalem aggrediãtur,* [f] *eaque captâ vnà cum Rege Nabuchodonosor, vt illius Domini, & in portarum introitu ponant singula solium suum, ius ibi dicentes; & super muros quoque eius, sicut & super omnes vrbes Iudæ, in eiusdem dominij signum, suum erigant vexillum.* [g] *Ponamque ibi & ego in illis solium meum, iudicio contendens, damnationisque vehementi cum obiurgatione, & increpationibus, quasi pro tribunali proferam, & implebo sententiam aduersus eos, qui eas incolunt terras, pro sceleribus eorum vniuersis, quibus me dereliquerunt auersione contentiosa: quam* [h] *in eo potissimum exhibuêre,*

e Vers. 15. *Quia ecce ego cõuocabo omnes cognatiõnes regnorum Aquilonis, ait Dominus.*

f *Et venient & ponent vnusquisq; solium suum in introitu portarũ Ierusalem, & super muros eius in circuitu, & vniuersas vrbes Iuda.*

g Vers. 15. *Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiã eorũ, qui dereliquerunt me.*

h *Et libauerũt Diis alienis, & adorauerunt opus manuũ suarum.*

A *quod & corporis prostratione, & victimis, ac libaminibus, atque thurificationibus Idola coluerunt, quæ ipsimet manibus sibi fabricarunt propriis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVIA ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus.) Eorum 1
videlicet regnorum, quæ à Rege Babylonis subacta sunt, ex quorum nationibus ille suum adduxit exercitum, quo Iudæam postmodùm expugnauit. Quomodo in libro Iudith de Holopherne postquam multas Orientis subegisset prouincias, dicitur, [i] *De vniuersis vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum.* Si modum istius conuocationis, promptamque exquiris nationum responsionem, & obedientiam, Audi Prophetam alium Isaiam ea describentem, [k] *Eleuabit Dominus signum in nationibus, & sibilabit eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet.* Enimuerò Deus internas per inspirationes Chaldæos, aliosve populos tãquam iustitiæ suæ instrumenta contra Hebræos ob eorum C mouens scelera, tametsi malo ij id executuri essent animo, ipso sic permittente, vt ex malis bona educeret, pro vt sæpe ait Augustinus, ea facilitate plurimas, easque remotissimas conuocat nationes, quâ Imperator solâ vexilli eleuatione totum vndique ad se multiplicium gentiũ conuocat exercitum: quave nauclerus sibilo vniuersos, quotquot per magnam nauem hinc & inde dispersi sunt conuocat nautas. Ac sicut ad tenuem sibilum velocissimè accurrunt nautæ, & ad vexilli Regij eleuationem festini aduolant equites, peditésque; ita haud dubium, quin & D conuocatæ Aquilonares nationes ad Dei nutum cucurrerint ad Iudaicam oppugnationem.

In peccatorũ flagellatione, quomodo, quaue facilitate Deus conuocat Reges, & nationes aduersarias.

i Iudith. 3. 8.

k Isai. 5. 26.

(*Et venient, & ponent vnusquisque solium suum in* 5
introitu portarum Ierusalem, & super muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda.) Ex eo quòd Hebraica vox כסאו *chiso*, quam noster interpres vertit (*solium suum*) Sept. verò, (*thronum suum*) *sedem suam* simpliciter significat: arbitrati sunt aliqui in verbis hisce descriptam diuturnã prædictarum gentium obsidionem, qua vndequaque Ierusalem obsidentes sua vndique circa illa fixêre tentoria, nomine sedium, seu soliorum E designata. Quo sensu apud Isaiam dicitur, [l] *Et equites ponent sedes suas in porta.* Et apud Ieremiã, [m] *Venit Nabuchodonosor Rex Babylonis ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu.* Meliùs qui hæc ad eiusdem ciuitatis referunt occupationem, quando, captâ iam Ierusalem, id factum est, quod idemmet Ieremias narrat in capite 39. [n] *Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quintâ mensis, aperta est ciuitas, Et ingressi sunt omnes Principes Regis Babylonis, & sederunt in porta media Neregel, Sereser, Rebimaque, & omnes reliqui F Principes Regis Babylonis.* Porrò per id quod adiectum hîc est, (*Et super muros eius, &c.*) intellige significari, prædictas nationes posuisse solium suum super muros Ierusalem, & super reliquas ciuitates Iuda, ponentes, & erigentes super iis vexilla sua, pro vt moris est in victoriis, & in expugnationibus, ac deditionibus vrbium; quem morem à gentibus seruatum describens Dauid dicebat, [o] *Posuerunt signa sua, signa*; vexilla nimirum sua in signa soliorum, & dominij sui, *& non cognouerunt*, scil. templi sanctitatem, *sicut in exitu super*

l Isai. 21. 7.

m Ier. 52. 4.

n Ier. 39. 2.

o Psal. 73. 5.

ſu‹er ſummum, ponentes ea vexilla ſua ſuper illius ſummum, ac ſi ea ponerent in exitu viarum, in viis, quæ tranſeuntiu pedibus teruntur. *Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius*, & cætera, quæ ibi proſequitur effectus illius dominij, eorumque ſignorum. A

3 Verſ. 16.] (*Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me.*) Ponentibus (vt dictum eſt) vniuerſis cognationibus Aquilonis ſolia ſua in portis Ieruſalem, vbi ius dici mos erat, & exerceri iudicia: ponet certè & Dominus ibi ſoliũ ſuum, ſicut idemmet infra ſignificauit in cap. 49. vbi poſt enarrationem grauium multorum, quæ faciet, vt contra Ælam ab eius fiant hoſtibus, concludit. [a] *Et ponam ſolium meum in Ælam.* Si vis autem ſcire, quid ſit, Deum ponere ſolium in Ælam, audi quod ſequitur, *Et perdam inde Reges, & Principes, ait Dominus*, id eſt, Dicet ius; pronunciabit aduerſus Ælam ſententiam; Ea verò erit, quòd actu perdet inde Reges, & Principes. Quod igitur ibi ſignificauit verbis iis, *Et ponam ſolium meum.* Idipſum hoc loco alterâ hac ſignificat phraſi, (*Et loquar iudicia mea cum eis,*) id eſt, veluti ſolio poſito proferam aduerſus eos damnationis ſententiam ſuper omnem impietatem, quam admiſerunt, me derelinquentes. Locutioni verò iſtius effectus ipſe erit teſtis, quando Principes Aquilonis, & in primis Nabuchodonoſor, in ſolio ſedens à ſe quoque prolatam iuxta Domini inſpirationem executioni mandabit ſententiam euerſionis vrbis, occiſionis Regiorum filiorum, Regis Sedeciæ excæcationem, & cętera tragica, quæ tunc impleta fuère. B C

Iudicia cum aliquo loqui, eſt ſententiam damnationis in illum proferre.

a Ier. 49. 38.

4 Iſte quidem facilis, & germanus mihi videtur eorum, quæ hîc dicuntur ſenſus, quem fortaſſe clariùs expreſſit verſio Sept. (*Et loquar ad eos cum iudicio,*) μετ̓ κρίσεως, *meta kriſeos*, id eſt, cum damnationis ſententia, (*de omni malitia eorum, ſicut dereliquerunt me.*) Neque nouum eſt, vt in ſacris literis; iudicium vſurpetur pro damnationis ſententia, atque etiam pro ipſamet pœna, quæ per ſententiam infertur. Nam & in lib. 3. Regum dictum ab Achab reperimus ad Prophetam quemdam, [b] *Hoc eſt iudicium tuum, quod ipſe decreuiſti*, id eſt, ea ipſa eſt tua ſententia, quam tibimet pronunciaſti. Et apud Ezechielem, [c] *Iudicabunt te iudiciis adulterarum,* id eſt, pœnis iis te damnabunt, quibus damnantur, & puniuntur adulteræ. Et de extremi iudicij ſententia in lib. Sapientiæ, [d] *Iudicium duriſſimum in his, qui præſunt fiet.* Confirmatur autem efficaciùs, quòd iſte ſit germanus præſentis loci ſenſus, ex alio loco ſimili in capite quarto, ex coniunctione pœnarum cum ipſa iudiciorum locutione, quæ ibi manifeſtè legitur. [e] *Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis, Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius: velociores Aquilis equi illius: væ nobis, quoniam vaſtati ſumus*, de quibus ibi plura, Deo dante, dicemus. D E

Iudicium pro damnationis ſententia, & pœna.

b 3. Reg. 20. 40.

c Ezech. 16. 38.

d Sap. 6. 6.

e Ier. 4. 11.

5 Non ſunt tamen improbandi alij eorumdem verborum ſenſus, vt quòd tantumdem ſit, (*loquar iudicia cum eis,*) ac quod alibi ſæpius, & in ſequenti capite dicitur, Iudicio cum eis contendam; oſtendam me iuſtis de cauſis pœnas de eis vt ingratiſſimis ſumere ob malitiam eorum, &c. Vel iudicio cum illis contendens increpabo, & obiurgabo eos de malitia ipſorum, qua dereliquerunt me, ſeu, Quoniam dereliquerunt me. Aut de vniuerſis ſceleribus eorum, qui dereliquerunt me. Eo ſenſu, quo F

Loqui iudicia cum aliquo quid ſit.

Iob dicebat, [f] *Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus*, id eſt, Cum illo iudicio contendam, liberéque proferam quas aduerſus eum habeo querelas. Quove in lib. 4. Reg. 5 & [g] apud noſtrum Ieremiam, tum in cap. 39. tum in cap. 52. legimus, Regem Nabuchodonoſor cum Sedecia Rege Iuda locutum iudicia, id eſt, increpationes, acriter, ſcil. illum obiurgans, & oſtendens illi, quàm iuſtè in eum inſurrexiſſet, qui ſe tam indignè rupto receſſiſſet fœdere. Prout explicat Ioſephus lib. 10. cap. 10.

f Iob. 23. 4.

g 4. Reg. 25. 6.

Ioſephus.

(*Et libauerunt Diis alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum.*) Cùm vnica *malitia* voce vniuerſa Dominus ſignificaſſet ſcelera, quibus tunc præſertim temporis Iudaicus plenus erat populus, quibus Iudæi, & Deum dereliquerant, quod per quodlibet fit peccatum mortale, & propter quæ diutiùs ad iracundiam illum prouocarant: ſpeciale nunc aſſignat ſcelus, in quo expreſſiora exhibita fuère ſigna, quòd etiam cum contentione ipſum dereliquerint, & propter quod potiſſimùm coactus quodammodo ipſe fuit, vt cum illo loquens iudicia, ſententia eum damnaret euerſionis, incendij, & captiuitatis, id autem fuit ſcelus Idololatriæ, quo nedum interno cordis affectu, ſed & externo corporis habitu opus adorauerunt manuum ſuarũ, ita vt etiam ſacrificiis, libaminibus, & thurificationibus Deos coluerint alienos. Id vnum hoc loco eſt, quod notetur, in tribus præcipuè lectionibus, Hebraicâ, Sept. & Vulgatâ omnia apertè explicari ſacrificiorum genera: Hebraicum verbum ויקטרו *vaikatteru*, propriè ſignificat, (*Et ſuffiuerunt,*) prout vertit Pagninus, referturque ad quamlibet thuris oblationem. Verbum verò, quo illud reddidere Sept. ἔθυσαν *ethiſan*, propriè ad victimas refertur, quæ mactabantur, & comburebantur. Et vulgatũ verbum [*libauerunt*] propriè ea deſignat ſacrificia, eaſque oblationes, quæ fiebant ex rebus, quæ nec mactabantur, nec incendebãtur, iuxta illud Tullij lib. 3. de legibus, *Certas fruges, certaſque baccas Sacerdote publicè libanto*, illudve Maronis lib. 3. Æneid. *Et munera libo intemerata focis.* Sed iam vſus obtinuit, éſtque is frequens in ſacris literis, vt hoc libandi verbo quodcumque ſignificetur oblationis genus.

Libare quid propriè ſignificet.

Tullius.

Maro.

Porrò quod hîc dicitur de immolatione, & adoratione Idolorum, poteſt referri ad id, quod prædictum eſt, (*ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me,*) vt ſignificetur, in vno Idololatriæ ſcelere contineri vniuerſam aliorum ſcelerum malitiam, qua de re nil eſt, quod dubitemus, facítque pro hoc ſenſu Hebraica illa dictio אשר *aſcer*, quam noſter interpres vertit, (*Qui*) reddi enim poteſt, (*Quoniam,*) & Sept. illam vertère ὡς ος, quod & *quoniam* ſignificat, & *quomodo*, vt ſic dicatur. *Super omnem malitiam eorum, quoniam dereliquerunt me immolantes Diis alienis, & incuruantes ſe ad Idola, opera manuum ſuarum.*

In Idololatria continetur omnis malitia.

Pro Expoſitione ſecunda Myſtica, vide dicta in expoſitione ſecunda, Verſ. 14.

Verſ. 15.] Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum, &c.

Verſ. 16.] Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVS MORALES.

7 EXPLICAT iam apertiùs, quod obſcuriùs fortaſſe in præcedenti dixerat ſententia, *Ab Aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ.* Omne videlicet ſceleris genus in mundanos irruere ex frigore charitatis: Idque in pœnam eorumdem, quã meritò eis infligit, dum in ipſius mundi perſeuerant habitatione, atque dilectione. Per cognationes, ſeu nationes regnorum Aquilonis, actus intellige malorum habituũ, quorum ſinguli proprium ibi obtinent regnum, vbi, iuxta Apoſtoli dictum [a] *regnat peccatum.* Sicut enim in libro Prouerbiorum [b] reperimus ebrietatis regnum, ita & reliquorum prauorum habituũ regna eſſe, eaque omnia in parte Aquilonis, & in frigore charitatis, non eſt quòd ambigat quis. Illud potiùs aliquid habet difficultatis, quod Deus ipſe ſe hos peccatorum actus in pœnã frigoris charitatis, atque ex eodem frigore conuocaturum inquit. Verùm id totum intelligendum eo ſenſu, quo Patres illud exponunt Pauli ad Romanos. [c] *Propter quod*, ſcilicet ſcelus iam enarratum, *tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.* Et paulò infra. [d] *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.* & cætera, vbi plures enumerantur ſcelerum actus. Quomodo enim ibi non dicitur Deus tradere hominem, quaſi inducens in peccatum, ſed permittens illum operari ex ſuo proprio appetitu, nec eum retrahens ſpeciali auxilio gratiæ ſuæ: pari ratione & hoc quoque loco dicitur, Conuocaturus ſuper mundanos homines ſcelerum actus, idque in pœnam præcedentium ſcelerum, quæ ex frigore charitatis in illis prouenêre. Id quod aduerſus iſtiuſmodi homines imprecatus eſt aliquando Regius vates, dicens, [e] *Appone iniquitatem ſuper iniquitatẽ eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam*, id eſt. Peccata in eis puni aliis ſceleribus, permittens, vt aliæ in ipſis regnent iniquitates, ſubtrahenſque gratiam, & alia iuſtitiæ media. Benè autem addit, *Et non intrent in iuſtitiam tuam.* Neque enim fieri poteſt, vt tales mundi homines, ſuper quos Deus prædicto modo conuocarit omnes cognationes regnorum Aquilonis apponens iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, in iuſtitiam ingrediantur ipſius Dei: cùm eadem ſcelera iam vniuerſas occupauerint portas, per quas ingrediendum in eam eſſet.

Peccata ſingula propriũ habent regnũ in Mundanis.
a Rom. 5. 21.
b Prou. 31. 4.

Peccatorum actus quomodo conuocare in mundanos dicitur Deus in illorum pœnam.
c Rom. 1. 24.
d Rom. 1. 26.

Peccatorum actus à Deo permittuntur in pœnã peccatorum præcedentium.
e Pſ. 68. 28.

Peccatorum habitus quomodo arceant mundanos ab ingreſſu in iuſtitiam.

8 Hocque illud eſt, quod idemmet exponit Dominus, ad præallata adiiciens. (*Et ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem.* Portæ, per quas ingrediẽdum illis eſſet in Dei iuſtitiam ſunt Sacramẽta, per quæ iuſtificari iidem poſſent, de quibus in Pſal. 117. dicitur ad Sacerdotes per Prophetam, [f] *Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino.* Porrò ſcelerum actus non dicuntur ponere ſolium ſuum ſimpliciter in portis iſtis, ſed in introitu illarum, quatenus in eo ſui in animas prædictas dominij iura exercent, atque tuentur, vt illas ab introitu arceant earum portarum, atque ab vſu Sacramentorum, per quæ iuſtificarentur. Sed & in eo eiuſdem dominij ſui extendunt iura, vt ſi quid fortaſſe boni, quodque ad virtutum actus ſpectet à miſeris iis hominibus fieri aliquando contingat, vt eleemoſynæ, ieiunij, continentiæ, & ſimilium, deprauatum id omne per ipſa reddatur, quod indicat Dominus addẽs. (*Et ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda:*) Ponentes videlicet ſolium ſuum: ponẽtes proprium vniuſcuiuſque vexillum. Muri quippe in circuitu animæ virtutes eæ ſunt, quibus illius cor ambitur, tutuque redditur, de quibus pœnitens Dauid, qui illos in ſui ipſius circuitu ædificari optabat, ait [g] *Benignè fac in bona voluntate tua Domine, vt ædificentur muri Ieruſalem,* id eſt, gratiã & fauore tuo benignum te mihi exhibeto, idque in eo potiſſimùm opto, vt, te fauente, ædificium circa animam meam conſurgat, & ſtabiliatur virtutum, quas præfortes noui muros Ieruſalem, & cuiuſcumque animæ fidelis. Cæterùm ſuper hos muros ea, quæ regnant in hominibus mũdanis ſcelera, ponunt ſigna, & vexilla ſua, iuxta illud item Pſalmi. [h] *Poſuerunt ſigna ſua ſigna in victoria*, ſcilicet trophæum, & in dominij inſignia, poſuerunt vexilla ſua ſuper ſummum murorum eius, ſicut fieri ſolet in exitu & cõpitis viarum, *& non cognouerunt*, nullamque rationem habuerũt eorum, ſcilicet murorum, actuumque, qui ad virtutem pertinerent. Vtinam autem hæc non ingemiſceremus quotidie in fidelibus iis, qui cùm nobiles iam eſſent vrbes Iuda, & confeſſionis, vt potè per quos Deus glorificabatur, ita ſe mundo addixerunt, ſicque in charitate friguerunt, vt regnum in eis obtinente ſuperbiâ, ambitione, vanâ gloriâ, libidine, & ſimilibus vitiis, etiam cùm eleemoſynas aliquando largiuntur, vel cùm quid ſimile agunt, praua id totum agant intentione, peſſimiſque mediis.

Sacramenta ſunt iuſtitiæ portæ, quæ introitũ impediunt peccatorum habitus.
f Pſal. 117. 19.

Peccatorum habitus deprauãt & ea, quæ à Mundanis fiũt ad virtutẽ ſpectantia.

Virtutes ſunt muri animæ.
g Pſ. 50. 20.
h Pſal. 73. 5.

Aliter hæc ad mores refert Hugo Cardinalis dicens. *Omnes cognationes regni Aquilonis ſunt principatus, & poteſtates diaboli qui aduerſus Eccleſiam inſiunt: ponere autem eorum vnumquemque ſedem in introitu portarum Ieruſalem, inquit, quia Dæmon in Prælatis, per quos intrandum eſſet in regnum cælorum, ponit ſolium auaritiæ, vel ſuperbiæ, vel luxuriæ, & ſic de aliis. Additque per portas Ieruſalem intelligi etiam quinque ſenſus, quos dæmones obſident, vt Os per mendacium, detractiones, adulationes, gulam: Aures per rumorũ curioſitates, & auditum mali de proximo, & huiuſmodi: Tactum per immunditiam luxuriæ, & ſuperfluitatem veſtium, & ſic de aliis. Per vrbes Iuda religioſos quos & Diabolus obſidet. Per muros, Prælatos* Atque hæc quidem rectè ſi præcedentia intelligantur de malo culpæ.

Hug. Card.

Quòd ſi eadem de malo ſumantur pœnæ, quæ mundanos manet in extremo præſertim iudicio: Dicendum, in his Dominum id magis explicare, quod tunc aduerſus illos faciendum iam ſignificauit obſcuriùs, & propter quid ea potiſſimùm ſint facienda. Ac primùm dum ait, (*Quia Ecce conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, & ponent, &c.*) ſignificat, in illa die ſedente ipſo pro tribunali, illas ſingulas creaturas regnorũ huius mundi, quatenus ad Sathanam quoquo modo ſpectant eius principem, ſiue ex regno ſint terræ, ſiue ex regno aquarum, ſiue ex regno aëris, vel etiam ex regno cæleſtium orbium, ab ipſo conuocandas, vt ſuo modo ſecum in damnandis illis, qui eis abuſi ſunt ad Dei offenſum, eo ſedeant tẽpore, eoque & loco vnde alioqui in cæleſtem ij ingredi debuiſſent patriam, iuxta id, quod ſub alia pugnandi metaphora in libro Sapientiæ dicitur. [i] *Et accipiet armaturam Zelus illius, Et armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Et paulò poſt: [k] *Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.* Clariùs verò eadem conuocationis metaphorâ idipſum habes in Pſalmo 49. in quo literaliter de eodem iudicio agitur. [l] *Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram, A ſolis ortu vſque ad occaſum.* [m] *Deus manifeſtè veniet, & non ſilebit. Aduocabit cælum de ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.*

9 *In die iudicij Deus conuocabit omnes creaturas aduerſus iniquos.*
i Sap. 5. 18.
k Sap. 5. 28.
l Pſal. 49. 1.
m Pſal. 49. 4.

Diſcer

10 Discernentes, atque simul cum supremo iudice iudicij acta exercentes creaturæ de quibus mox sermonem fuisse vidimus primæ erunt, quæ miseros mundanos increpabunt, & de admissis redarguent sceleribus, loquentes cum illis iudicia, prout & in libro Sapientiæ legimus, [a] (Et traducent Græcè ἐλέγξει elenxei arguent, increpabunt illos ex aduerso iniquitates eorum, ea nimirum singula, quibus illi abusi fuerint in admittendis iniquitatibus, atque sceleribus. Benè autem additur *Ex aduerso*: vt intelligas, supremum iudicem in medio sedentem rectaque terribilem in infelices illos suam intendentem faciem, eas verò futuras tamquam assessores, & ex aduerso, & è lateribus iudicij actus prosequentes. Non quidem vt iudices, sed vt accusatores, quos etiam in iudiciis sedere solitos colligere est ex libro 2.Reg.21.13. vbi duo falsi testes contra Naboth sedisse dicuntur.

In die iudicij creaturæ assidentes iudici vt accusatrices primæ erunt quæ redarguẽt iniquos pro admissis sceleribus.
a Sap.4.20.

Ideoque Iudex ipse directus sibi potissimùm tribuens, & iudicium, & redargutiones, & sententiam, post prædicta, (*Quia ecce ego conuocabo, &c.*) ait, (*Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam*, &c.) Quæ explicauit meliùs idemmet in præcitato Psalmo 49. vbi post obiecta, & enarrata aliquot scelerum, quæ in hoc mundo admisit, increpationem adaugens hæc ad Reum sibi constitutum dicit, [b] *Hæc fecisti, & tacui: Existimasti, inique, quòd ero tui similis*, id est, (vt benè exponit Ioan. Chrysostomus) Meam dissimulationem & silentium sic es interpretatus, quasi ego tui similis essem, delicta approbarem, & malefactis oblectarer, atque adeo & iniquus, & scelestus essem sicut & tu. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam*: Ipsas scilicet, quas patrasti malitias, & rationes proferam, propter quas te iustè, debitoque damnem iudicio.

In die iudicij qualibus increpationibus Christus arguet impios.
b Psal. 49.21.

11 Quarum autem virium istæ sint Iudicis increpationes: quaue ratione is tunc loquens iudicia sua cum iniquis, damnationis simul proferet in eos sententiam, explicatum habemus in Psalmo alio iis verbis, [c] *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* Tabidum videlicet illum præ confusione reddens, quòd animam suam miser in inanibus consumpserit, propter quæ oppressus à diuina illa sententia perpetuæ addictus sit morti. quomodo & aranea in inanibus se se consumit contexendis telis iis, propter quas à domus domino oppressa occiditur. Benè autem addit Regius vates, *Verumtamen vanè conturbatur omnis homo.* Mundani scilicet illi, quibus Apostolus ait, [d] *Nonne homines estis? nonne carnales estis?* Vanè enim tunc conturbantur, quando iam nulla est redemptio.

In die iudicij qua ratione se habebunt damnati, & qualis erit in illos sententia.
c Psal.38.12.
d 1.Cor.3.4.

12 Porrò si subtiliùs ea, quæ hìc à Domino dicuntur, (*Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum, qui &c.*) perpendantur, reperientur, singulari ratione cum iis conuenire, quæ in Euangelio iudex ipse Christus se impiis in extremo illo iudicij die locuturum, facturumque asserit.

Pro quorum intelligentia supponendum primò, iudiciorum nomine sæpius in sacris Literis designari solita Dei præcepta & leges, itavt propterea Dauid diceret, [e] *A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi.* Atque adeò loqui iudicia cum aliquo, tantumdem congruentissimè esse potest, ac leges illi proferre, atque obiicere: præsertim cùm id tribuitur superiori, aut iudici obiurganti. Supponendum secundò, Dei iudicia, & leges, præceptaque omnia ad vnum dumtaxat meritò reduci, ita vt non abs re sit, si & hoc quoque pacto id intelligamus, quod alio sensu dicit Deus in lib. Numer. [f] *Vnum præceptum erit, atque iudicium tam vobis, quàm aduenis terræ.* Id quod tutò affirmat Apostolus, dicens. [g] *Qui diligit proximum, legem impleuit: Nam non adulterabis*, &c. *Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

Iudiciorum nomine designata Dei præcepta, & leges.
Iudicia loqui est obiicere leges.
e Psal. 118. 182.
In dilectionis præcepto tota cõtinetur Dei lex.
g Rom.13.8.

13 Vnde consequitur, vt malitia vniuersa iure dici queat sita in vnius huius diuini præcepti trãsgressione, & è vestigio is, in quo ea fit transgressio, dici, & argui queat malitiæ omnis. Ideo quod hìc apud Ieremiam Dominus dicit, se locuturum, & obiecturum iudicia, leges, atque præcepta mundanis, propter omnem malitiam eorum: per id explicatur Euangelij, Quòd iudex vnum prædictum iisdem obiiciens præceptum dicet, [h] *Ite maledicti*, &c. [i] *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare*, &c. Quæ omnia ad id vnum spectant præceptum dilectionis proximi. In quibus Christi verbis præsertim in postremis illis. [k] *Amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus istis*, scilicet, proximorum vestrorum, *nec mihi fecistis*, id est, sicut illos reliquistis, & in eo quòd illos reliquistis, me pariter dereliquistis: id explicatur, quod hìc à Domino dicitur. (*Super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me.*) Ex dictis enim patet, malitiam omnem sitam in auersione à dilectione proximi, & per consequens etiam à dilectione Dei, & ab ipsomet Deo, id quod in capite sequenti Deus tribuet malitiei in genere dicens. [l] *Arguet te malitia tua & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te.*

In transgressione præcepti dilectionis proximi est omnis malitia.
Ideoque in die iudicij pro ea potissimũ impij à Christo damnantur.
h Matth.25.42.
i Matth.25.43.
k Matth.25.46.
l Ierem. 2.19.

14 Quàm benè hìc item adiectum sit, (*Et libauerunt Diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum.*) Quibus duplex potissimùm indicatur vitium, duplexque præsertim malitia, ad quam omnis alia reducitur malitia, contra vnum illud præceptum dilectionis proximi, neglectus nimirum curæ, & indigentiæ eiusdem proximi, & auaritia: vitia hæc, malitiasque has ambas hìc sub vno designat Idololatriæ scelere. Porrò quòd malitia neglectus curæ proximorum libatio dici possit Diis alienis exhibita, eaque quodammodo peior, ex iis colliges Apostoli verbis, quibus ait. [m] *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Negauit certè fidem per opera, estque infideli deterior, quandoquidem curam, quam habere deberet proximi, & obedientiam quam præstare debuisset præcepto Dei de eiusdem proximi dilectione, desideriis præstat, & carni adhibet suæ, contra eiusdem Apostoli consilium. [n] *Carnis curam ne feceritis in desideriis*, id est, Cauete ne nimiam carnis habeatis curam, ita vt in omnibus obsequentes sitis desideriis & concupiscentiis illius. Quod autem & auaritiæ vitium sit Idolorũ adoratio, audi Oseam Prophetam, [o] *Argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi Idola, vt interirent*: & sat constat, [p] Paulum appellasse auarum Idolis seruientem.

In die iudicij impij damnabuntur potissimùm ob neglectum curæ proximi, & ob auaritiam.
Proximi curæ neglectus, est quædam idololatria.
m 1. Timot. 5.8.
n Rom. 13.14.
Auaritia est idololatria quædam.
o Osee 8.4.
p Ephe. 5.5.

Antequam ad vlteriora procedamus, vnũ haud prætereundum censeo, quod & ad literam, & ad mores facit circa ea, quæ hìc ait Dominus. (*Quia ecce ego conuocabo*, &c. *Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam*, &c.) Cùm enim dicit, (*loquar*) indicat imò apertè contestatur, linguam suam, voces, atque increpationes suas esse flagella, quibus nos cædit.

Flagella sũt lingua quã loquitur Deus cum impiis.

Ac si dicat: cùm collocauero, & inclusero in domibus vestris hostes, cùm hostium vexilla super muros vestros erexero, cùm aduersarij vestri bello, cædibúsque vos opprimen,tunc loquar iudicia mea vobiscum, Munitiones illorum, enses, ac tela, quibus in vos irruent, erunt voces, & verba mea, nec non & altisoni præcones, qui quales vos estis, prædicabunt.

VVLGATA.

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur, &c.

Vers. 15.] Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum, &c.

Vers. 16.] Et loquar iudicia mea cum eis super omnem,&c.

SEPTVAGINTA.

14. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς μέ, ἀπὸ προσώπου βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.

15. Διότι ἰδοὺ ἐγὼ συγκαλῶ πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς ἀπὸ βορρᾶ λέγει κύριος, καὶ ἥξουσι, καὶ θήσουσιν ἕκαστος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῶν πυλῶν ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ τείχη τὰ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς πόλεις ἰούδα.

16. Καὶ λαλήσω πρὸς αὐτοὺς μετὰ κρίσεως, περὶ πάσης κακίας αὐτῶν, ὡς ἐγκατέλιπόν με, καὶ ἔθυσαν θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me: à facie Aquilonis exardescent mala super omnes habitatores terræ.

Vers. 15.] Quia ecce ego conuoco omnia Regna terræ ab Aquilone, ait Dominus. Et venient,& ponent vnusquisque solium suum super vestibula portarum Hierusalem, & super omnes muros,qui in circuitu eius, & super vniuersas vrbes Iudæ.

Vers. 16.] Et loquar ad eos cum iudicio de omni malitia eorum, quomodo dereliquerunt me, & sacrificauerunt Diis alienis, & adorauerunt opera manuum suarum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus mihi, Ab Aquilone incipiet venire malum super omnes habitatores terræ.* Vers. 15. *Quoniam ecce ego conuoco omnes cognationes Regnorum Aquilonis, dicit Dominus: & venient & proiicient vnusquisque solium suum contra portas Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes domus Iudæ.* Vers. 16. *Et loquar vltionem iudiciorum meorum cum eis super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt cultum meum, & adoleuerunt aromata Idolis populorum, & seruierunt operibus manuum suarum,*

2 Basilius Comment.in Isaiam super finem,cap. 14. *Quod Aquilo aduersetur bonæ operationi, dicto illo perspicuum sit, (à facie Aquilonis exardescent mala super omnes habitatores terræ:) & hac quidem sententia reddita est in visione ollæ succensæ.*

Basilius. Aquilo aduersus,operationibus bonis.

Hieronymus in Comment.(*Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ,*) *vel terræ Iudæ, vel certè vniuersæ terræ, de quibus in Apocalypsi scriptum est.*[a] *Væ super omnes habitatores terræ. Sancti enim non sunt habitatores terræ, sed aduenæ, atque peregrini, quorum vnus dicit,* [b] *Aduena ego sum super terram & peregrinus sicut omnes patres mei: Et alius,* [c] *Parui sunt, & pessimi dies mei quibus ego peregrinor in terra. Et iuxta mysticum intellectum Salomon loquitur:* [d] *Aquilo durus ventus, nomine autem dexter vocatur, ab his videlicet, qui eius obriguêre frigore, & calorem fidei perdiderunt.*

Hieron. *Iusti nõ sunt habitatores terræ, sed peregrini.* a Apoc.8.13. b Psa.38.13. c Gen. 47.9. d Prou.27. Sec. Sept.

3 Theodoritus Quæstionibus in lib.Num.quæst. 3. ita hunc citat locum, (*A facie Aquilonis attendentur mala contra omnes habitantes terram.*) Dubito tamen ne pro *attendentur*, legendum in ipso sit, *Acendentur* iuxta versionem Sept.quæ habet, *Exardescent.* Si eum Græcè haberem ab hoc eruerer dubio.

Theodorit.

Eucherius lib. de Spiritualibus formulis, cap. 3. *Aquilo Diabolus, vel homines infideles, vel frigus peccatorum. In Propheta, Ab Aquilone exardescent mala super terram, & ab Aquilone pandetur malum.*

Eucherius. *Infideles significati per Aquilonem.*

Eulogius Alexandrinus, Oratione 6. apud Photium Bibliothecæ pag. 878. expendens ea Apostoli Ephes. 3.*Christum habitare in cordibus nostris,* &c. Ephes.3. *Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis, Habitat* ait, *Sapientia Dei in iis quibus imperat, & qui in illo radicati & superædificati sunt. Induit autem Christum, qui illum postea rursum exuere potest. Quapropter meritò de radicatis in eo dicitur, illum habitare in eis. Aliis autem ob inexplicabilem clementiam suam indumentum fit, quibus tegumentum præbet, ne ab Aquilone vento aspero frigidoque, qui pestilentem, & exitiabilem animabus efflat auram, conuersi ad Christum perimantur: à facie enim Aquilonis exardescent mala.*

Eulogius Alexandrinus. Ephes.3.17. *Christus in aliquibus fidelibus habitat, & in aliis pro indumẽto inseruit contra frigus Aquilonis.*

4 Bernardus serm. 63. in Cant. *Vstionem metuo floribus primi feruoris, & vstionem à frigore. Aquilo mihi suspectus est, & frigora matutina, quæ intempestiuos solent flores perdere, fructus præripere. Itaque ab Aquilone pãditur vestrum malum. A facie frigoris eius quis sustinebit? Hoc frigus si semel animam, animæ quidem incuria, vt assolet, Spiritu dormitante, peruaserit, ac nemine deinde,quod absit,inhibente,ad interiora eius penetrauerit, descenderitque in viscera cordis, & sinum mentis concusserit, occupauerit consilij semitas, perturbauerit iudicij lumen,libertatem addixerit Spiritus,mox (vt in corpore solet euenire febricitantibus) subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virium, horror austeritatis intenditur, timor sollicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur animus, subtrahitur gratia,* &c.

Bernard. *Frigus spiritus quã metuendũ præsertim in incipientibus.*

D. Thomas in Comment.(*Ab Aquilone*) *id est, à Rege Babylonis,qui ad Aquilonem erat respectu terræ Sanctæ (Habitatores terræ) Ierusalem vel aliarum adiacentium, quæ per ipsum vastatæ sunt, infrà.* [e] *Ecce veniet commotio magna de terra Aquilonis,vt ponat Ciuitates Iudæ solitudines, & habitacula draconum.*

D.Thom. e Ier. 10.22.

5 (*Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes,* &c.) Hieronymus, *Nulli dubium, multas gentes, & singularum gentium Reges Babylonio Regi fuisse subiectos,*

Hieron.

qui

qui obsessâ Ierusalem posuerunt in circuitu, & maximè in exitibus portarum thronum suum, atque tentoria, ne quis eorum, qui clausi erant, posset erumpere: & non solùm Ierusalem, sed omnes vrbes Iudæ simili obsidione vallatas.

D.Thom. — Consentit Hieronymo, & D. Thom. in Comment. Additque, *vel ponit ipsam captiuitatem vrbis, & tangitur id, quod habetur infra 39. Ingressi sunt omnes Principes Regis Babylonis, & sederunt in porta media, (conuocauit) inspirando.*

Theodorit. *Vltio Dei in peccatores quàm iusta.* — Theodoritus in Comment. Quid hàc vindictâ iustius? *Iudæi relicto proprio conditore, figmenta sua, Deos constituerunt: hic verò post diuturnam patientiam sæpe numero gratia sua priuauit eos, quâ destituti impuris hominibus seruierunt.*

6 Pet.Damian. — Petrus Damiani lib. 5. Epistolarum epist. 3. *Quæ sunt istæ cognationes Regnorum Aquilonis, nisi*

A *malignorum spirituum multitudines in frigidis adeo mentibus superbè regnantes? Hi solium suum vnusquisque in introitu portarum Ierusalem ponunt, cùm egredientem de corpore infœlicem animã, circumposita ne liberè prodeat, obsidione custodiunt, vt eam secum nunc ad ignis supplicium pertrahant, in cuius antea frigidâ mente regnabant.* Mortis tẽpore Diabolus obsidet custoditque impios.

(*Et loquar iudicia mea cum eis*, &c.) Hieronymus in Comment. *Cum capta fuerit ciuitas, tunc loquar ad eos, recta fuisse iudicia mea, & recepisse singulos, quæ merebantur, non pro cæteris vitiis, quibus subiacet humana conditio: sed maximè pro idololatria, per* B *quam deserentes me, adorauerunt opera manuum suarũ.* Hieronym.

D. Thomas in Comment. *Ponitur habitantium punitio, (Et loquar iudicia) non verbis, sed pœnis.* Ezech. 16. [a] *Iudicabunt te iudiciis adulterarum, & effundes tuum sanguinem.* D. Thom. — a Ezech. 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM. [Vers. 14. 15. & 16.]

ΔΙΟΤΙ ἰδοὺ ἐγὼ συγκαλῶ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τῶν βασιλέων τὸν πόλεμον δηλοῖ ἐνταῦθα, τὸν τῶν Βαβυλωνίων. οὐχ ἕνα βασιλέα, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ πάντας.

[Καὶ λαλήσω πρὸς αὐτοὺς μετὰ κρίσεως.]

Τοῦ αὐτοῦ.] μετὰ κρίσεώς μου διαλεχθήσομαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐλέγξας αὐτοὺς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ, οὕτως αὐτοὺς τιμωρήσομαι.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ συγκαλῶ, καὶ τὰ λοιπά. καὶ ἥξουσι καὶ θήσουσιν. οὐ γὰρ μὴ βουλομένους καλεῖ, τῇ δὲ οἰκείᾳ πονηρίᾳ, κινουμένους πρὸς τὴν τῶν ἀξίων ἀποκειμένην τιμωρίαν. τὴν δὲ πολλὴν αὐτῶν παρίστησιν ἄδειαν, τὸ ἐπὶ τὰ τείχη θήσειν τὸν θρόνον αὐτῶν. πρὸς τίνας δὲ λαλήσει περὶ τῆς κακίας αὐτῶν, ἢ πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους. ἔφη γὰρ ὁ Ναβουζαρδὰν πρὸς τὸν προφήτην. Κύριος ὁ Θεός σου ἐλάλησε τὰ κακὰ ταῦτα εἰς τὸν τόπον τοῦτον. καὶ ἐπήγαγε κύριος, ὅτι ἡμαρτήσατε αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠκούσατε τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

[Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ συγκαλῶ.]

Χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς ἐφίστησιν αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς, ὡς οὐδὲ πολέμου καὶ μάχης οὔσης, ἀλλ' ὡς ἐπὶ προκειμένην ἥκοντας ἁρπαγὴν, ὡς ἐπὶ δούλους ἑτοίμους, ὡς ἐπὶ ἁλόντας καὶ χειρουμένους. δύο ἐνταῦθα γίνεται: ὥστε μηδὲ τούτους νομίσαι, ἐκείνους εἶναι τοὺς ἰσχυροὺς, καὶ πείθοντας,* ὅτι ὁ θεὸς πάντα ἄγει, καὶ φέρει. * ἵνα μὴ νομίσαντες πάλιν αὐτόματον πόλεμον, καὶ πολιορκίαν δηλοῦν, θήσωσι τοὺς θρόνους αὐτῶν οὐχ ὡς πολεμοῦντες ἀλλ' ὡς ἀναπαυόμενοι.

*ἴσ: ἀλλὰ πείθωσιν.
* *Videtur deesse* ἐκείνους, *&c.*

[Τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐδὲ λέγω ἕτερον, ἀλλ' ὅτι ἀλλότριον. καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν. οὐδὲν οὕτως ἀνάξιον Θεοῦ, ὡς τὸ γίνεσθαι. μάλιστα μὲν καὶ τὸ γίνεσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὸ παρὰ ἀνθρώπων.

C *QVIA ecce conuoco*, &c.] 7

Chrysostomi.] *Regum hic bellum à Babyloniis inferendum declarat. Non vnum aut alterum Regem, sed omnes.* Chrysostom.

[*Et loquar ad eos cum iudicio*, &c.]

Eiusdem.] *In iudicio meo loquar cum illis: & illos iniquitatis* [a] *conuictos, ita puniam.* Chrysost. — a Deus iudicaturus peccatores quasi reum se constituit cũ illis in iudicio.

Victoris.] *Quia ecce ego conuoco*, &c. *veniunt, & ponent*, [b] &c. *Neque enim* D *nolentes vocat, sed qui propriâ malitiâ ferebantur, ad commeritorum supplicium* [c] *assumpsit. Multam autem ipsorum designat licentiam, quòd dicitur, eos posituros esse suam sedem super muros. Ad quos autem loquetur de malitia ipsorum, nisi ad Babylonios? Dixit enim Nabuzardam ad Prophetam, Dominus Deus tuus, mala in hunc locum locutus est: & Deus inflixit, qui peccastis illi, nec* E *vocem ipsius audistis.* Vict. Presb. — b Babylonios, aliasque gentes quomodo Deus conuocasse dicitur cõtra Iudæos. — c Chaldæis Deus locutus est iudicia sua contra Iudæos. — Ierem. 40. 2.

[*Quia ecce ego conuoco*, &c.] 8

Et ponet, &c.

Chrysostomi.] *Vide quomodo adducit Reges* [d] *ipsos, perinde ac si nec bellum nec pugna futura essent, sed vt ad prædam propositam venirent, vt ad paratos seruos, vt iam ad captiuos, & mancipia. Duo hic aguntur. Vt neque hi putent illos esse fortes, sed credant,* [e] *quòd Deus omnia agit & fert: neque illi bellum casu oblatum sibi opinantes, & obsessionem à Propheta* F *significari, ponant sedes suas, non tamquam bellum inferentes, sed quieti* [f] *se dantes.* Chrysostom. — d Chaldæi quantâ securitate venerint contra Iudæos. — e Chaldæorũ robur contra Iudæos nõ ab ipsis, sed à Deo. — f Chaldæi Iudæã occupaturi, vt in pace quiescẽtes.

[*Opera manuum suarum.*]

Chrysostomi.] *Non dico alterum, sed quòd alienum, neque hoc solum, sed quòd opera manufacta adorauerunt. Nihil tam Deo* [g] *indignum, vt fieri; maximè quidem fieri, sed multo maius ab hominibus fieri.* Chrysostom. — g Fieri ab hominibus quã Deo indignũ.

*Verſ.*17.] Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge,& loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Verſ.*17.Tu ergo accinge lūbos tuos.

TANTO[a] *igitur cùm tibi verſandum ſit in argumento in vaticiniis tuis, Accingens lumbos tuos æquum eſt, vt paratus ſemper adſis ad mea qualibet iuſſa, feſtinumque tete exhibeas, animoque ſis forti:* [b] *operæpretium pariter eſt, vt ea ratione accinctus omni abiecto torpore ſurgas, ita vt quò maiorem vim tua habeant verba erectus loquaris,& ſtans,*[c] *Præſertim cùm haud ea ſis locuturus, quæ ex tuo ſint marte, ſed quæ grauiſſima ſint, quæue ego tibi mandauero. Caueb isque ne quidquam eorum ob humanam rationem aliquam omittas, ipſe enim ſim, qui illa & ſuggeram, & præcipiam.* [d] *Scito, nil eſſe, quod meis magis obnoxium ſit præconibus, quàm humanum timorem, hunc omni contentione à te ſtudeas effugare:*[e] *Neque enim meum eo in ſtudio tibi vnquam defuturum eſt auxilium: cùm optimè mihi ſit exploratum, obſiſtendum tibi facie vel ira flammas emittenti vultui Regum, & eorum, ad quos ego te mitto.* [f] *Caue, ne mea iugi diffidas ope, atque adeo aliquando illos paueas, ne forte eâ tuâ indignatus diffidentiâ, quæ certè ſemper mihi extitit per moleſta, te deſerens permittam, vt verò ab illis concutiaris terrore, conſternaris & pereas. Neque enim id vel in mentem tibi venire debet, fieri forſitan poſſe vnquam, vt ni tu tibimet id cauſes, permittam, vt coram illis exterrearis,& conſternêris, ad quos te legaui.*

b Et ſurge.

c Et loquere omnia, quæ ego præcipio tibi.

d Ne timeas à facie eorū.

e Nec enim timère te faciam vultum eorum.

f Ne fortè timere, ſeu confringere te faciam coram eis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

POST propoſitam ſub duabus viſionibus virgæ vigilantis, & ollæ ſuccenſæ ab Aquilone præcipuum totius vaticinij Ieremiæ materiam, modum nunc illum Deus edocet, quem in Prophetandi ſeruare is debeat munere.

Porrò in primis his verbis. (*Tu ergo accinge lumbos tuos.*) non modicam vim habet dictio (*Ergo,*) quam noſter interpres poſuit pro dictione (*Et,*) quæ eſt in Hebr. & in verſione Sept. ſignificat quippe, ex propoſiti argumenti grauitate conſequi, vt neceſſariò enitendum Prophetæ ſit, vt omni quo poſſit, meliori ſe ſe diſponat ratione ad id ritè pertractandum. Primoque curandum, vt accingat lumbos ſuos. Quâ conſuetâ ſacrarum literarum phraſi tria illi facienda denotantur. Primò, vt paratum ſe ſemper ſeruet ad progrediendum, & proferendum quicquid, & qualicumque tempore ſibi ſenſerit imperatum: quomodo de Tobia legimus. [g] *Angelum inueniſſe ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum.* Quomodo & Dominus in Euangelio ſuadet dicens, [h] *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando reuertatur à nuptiis.* Quamquam per id, quod Dominus ibi adiicit, *Vt cùm venerit, & pulſauerit ianuam confeſtim aperiant illi.* Id etiam ſignificetur, quod hîc ſecundo loco faciendum innuitur, nimirum vt feſtinus iugiter ſit in implendis diuinis iuſſis quoad vaticiniorum exercitium, quomodo accinctos lumbis le-

Lumbos accingere quid ſignificet in ſacris literis.

g Thob.5.5.

h Luc.12.35.

A gimus,[i] qui feſtinanter Paſcha comedebant. Tertiò, vt forti ſit animo, eo ſenſu quo & in libro Iob dicitur, [k] *Accinge ſicut vir lumbos tuos.* Atque vt ad prælium proditurus paratus & armatus, vt Paulus,[l] *State ergo, ait, ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ.* Sic Chaldæus qui pro (*Accinge,*) legit, (Corrobora lumbos tuos.) Moris eſt enim & ſacrarum literarum, & prophanarum, vt ſicut diſcinctos eos appellant, qui inermes, ineptique ſint ad bellum, ita è contra eos, qui benè armati ſint, atque ad prælium diſpoſiti, nuncupent accinctos ſic 3.Reg.20.11. Achab ad

i Exod.12.11.

k Iob.38.3.

l Epheſ.6.14.

B Regem Benadad inſolenter ſibi ante prælium minitanti dixit. [m] *Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.* Quem locum communiter exponunt, vt ſignificetur, Neutiquam Regi Siriæ inaniter bene ad prælium armato gloriandum quaſi certam iam obtinuiſſe ſe iactet victoriam, ac propterea arma depoſuerit. Ipſe tamen crediderim, eâ ſententiâ generaliter ſignificatum, nulli ante concertationem vel gloriandum ſi bono armatus ſit robore, vel expauendum ſi pari deſtitutus ſit armorum vel exercitus inſtructione, ſicut lib.1.Machab. 3. 18. dixit Iudas. *Facilè eſt concludi multos in*

m 3.Reg.20.11.

1.Machab. 3. 18.

C *manus paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis: quoniam non in magnitudine exercitus victoria belli. Sed de cælo fortitudo eſt.* Sic Titus Liuius lib.1. belli Macedonici *Nihil primo, inquit, aſpectu contemptius: equi, homines paululi, & graciles, diſcinctus, & inermis eques.*

Tit.Liuius.

(*Et ſurge.*) Benè hoc adiicitur verbum, quo eidem ſignificetur, ſtudendum, vt omnem à ſe repellat torporem, animique pigritiam, fieri enim poteſt, vt quis accinctus lumbis iuſſa expectet paratus ad progrediendum feſtinanter, ſed interim tamen pigro ſit animo, atque adeo & corpore vel

3 *Negligentia arcenda.*

D iaceat, vel ſedeat. Quamuis per idem verbum & modus pariter edoceatur ſitus, quo vaticinia ei proferenda eſſent.

Stando dicetur efficacius.

Siquidem (vt benè notat Benedictus Arrias Montanus in Comment. ſuper cap.9. Amos) attentiùs, & grauiùs multò ea, & iuberi, & agi, & excipi ab aliis ſolent, quæ à grauiſſimis perſonis agenda, aut imperanda curantur, ſic Ieremiam negotium, munuſque ſuſceptum exequi iubet Deus, ac ſi dicat: Tu ergo accinge lumbos tuos, & erectus, ſtanſque loquere, &c. In quorum confirmationem vnus ſat ſit Actuum Apoſtolorum

B.Arrias Môtanus.

E locus, in quo Angelus, qui Apoſtolos de carcere eduxerat, ita illis iubet vt loquantur, dicens: [n] *Ite, & ſtantes loquimini in plebe omnia verba vitæ huius.*

n Act.5.20.

Gaſpar Sanctius ob id potiùs cenſet mandatum Ieremiæ, vt ſtaret, quo eo corporis habitu conteſtaretur, reuerenter ſe ſuſcipere Dei verba, de quibus mox ſubiicit Deus ipſe: (*Et loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi.*) Iubetur, inquit, *Ieremia aſſurgere & lumbos accingere, vt reuerenter nempe audiat diuinum oraculum, & ad illud implendum confeſtim aſſurgat.* In cuius ſenſus confirmationem fu-

3 *Stantes verba Dei antiquitùs audiebant.*

F ſiùs antiquum pertractat morem, quo ab ſtantibus Dei verba audiebantur, prout nunc in Eccleſia ſeruari videmus, quando legitur Euangelium. Vide eius Commentarios ſuper hunc locum. Mihi certè magis ille probatur ſenſus quem primò attuli.

(*Et loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi.*) Quia fieri poſſet, vt præcinctis lumbis, impigrè, & erectus, ac ſtans loqueretur quidem, ſed vel quæ ex proprio eſſent marte, vel quæ à Deo quidem præciperentur, attamen minimè omnia, & ſingula

4 *Timor omnino arcendus à Prædicatoribus.*

singula illa proferret ob humanam aliquam rationem. Admodum opportunè, & necessariò ista nunc denuò sancto repetit Prophetæ, quæ & supra eidem in vers. 7. dixerat. Sicut & alia, quæ supra in vers. 8. habuerat, *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te*, modò repetens ait, *Ne formides à facie eorum.* Cùm nil sit, quod Præconi eloquiorum diuinorum maiori esse queat impedimento, quàm humana formido, è qua & pessimi ij sunt respectus, per quos eiusdem obstruitur os. Vnde & Dominus Iesus in Euangelio viribus omnibus timorem istum à discipulorum cordibus remouere studuit.

Prædicatoribus quàm noxius sit timor humanus.

5 *Timor humanus arceri nequit sine Dei ope.*

Quia verò pauor hic cùm sit naturalis, naturalibus arceri neutiquam potest viribus, parumque prodest, quòd præcepto Domini is prohibeatur, ni Deus ipse, qui iubet, sit & qui arceat; sicut & propter similia præcepta sanctissimè dicebat Augustinus, *Da quod iubes, & iube quod vis.* (Augustin.) Ideo ne aliqua Ieremiæ exurgat excusatio, Ad præceptum. (*Ne timeas,*) subiicit illicò Deus ipse. (*Nec enim timere te faciam vultum eorum.*) Benè, (*vultum eorum*,) tum quia, sicut [a] *in hilaritate vultus Regis, vita*, vt dicitur in lib. Prouerb. Sic è contra in iracundia, & furore vultus Principũ, mors: atque adeo Regius vates, [b] *Vultus*, inquit, *Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*: tum quia obiecto vultu proprio vultui Principum Prophetæ obsistendum erat audacter, prout explicatum est supra in vers. 8.

a Prou. 16. 15.

b Ps. 33. 17.

6 In versione Sept. triplex istorum iuxta varios codices reperitur lectio, In quibusdam enim libris, vt in Regio est, *μὴ δὲ πτοηθῆναί σε ποιήσω, mi dè ptoibinai se poiso.* (*Neque exterreri te faciam,*) sensu nostræ vulgatæ: In aliis, vt in Complutensi, in Aldino, & in Vaticano correcto *μηδὲ πτοηθῇς mide ptoithis.* (*Neque exterrearis*) S. Hieronymus videtur legisse pro *μηδὲ mide, Ne μή ποτὲ mi pote.* (*Ne fortè.*) Ita enim ait, siue vt Sept. & cæteri habent interpretes, (*Ne fortè timere te faciam.*) In quo postremo sensu & lectionem Hebraicam noui omnes accipiunt interpretes, cùm dictio פן *pen*, tametsi aliquando in sacris literis posita reperiatur pro לא *lo*, id est. Non, seu Ne, prout hîc eam accipit noster interpres, & etiam Sept. secundùm duas priores lectiones: frequentiori tamen, & propriori significatu vsurpatur ad designandum, *Ne fortè.* Est autem in Hebraica lectione alterum, quod hîc notetur, egregia videlicet paranomasia, cùm dixisset Dominus אל־תחת *al techath.* (*Ne timeas*, seu propriùs, (*Ne confringaris*, seu *consterneris animo,*) subiicit pro pœna, si timuerit פן אחתך *pen achithcha*, id est, (*Ne confringere*, seu *conterere te faciam ante eos.*) Sic Pagninus Regia, (*Ne fortè consternam te ad facies eorum.*) Vatablus & Isidorus Clarius. (*Ne pauere te faciam à conspectu eorum*, Vel *Confringam* aut *Perdam te illis conspicientibus.*) Verbum quippe חתת *chatath*, propriè significat confringere, conterere, tametsi referri etiam solent ad designandam animi consternationem, & confractionem.

7 *Diffidentiam quomodo puniat Deus permittens augeri metũ.*

Huius porrò lectionis siue Hebraicæ, siue Sept. germanus is est sensus, quem omnes ex Hieronymo afferunt, Ac si dicatur. (Hieron.) *Habeto meæ confidentiam iussionis: si enim non obtuleris quod habes, vt timere desinas, derelinquam te, & tradam timori: ita vt quodammodo videar timere te facere, dum relinquo formidini. Indignus est enim Dei beneficio, qui minus verbis Dei fidit, quod Petro euenisse legimus, in Euangelio* [c] *Vnde & obiurgasse illum Dominum legimus Modicæ fidei, quare dubitasti?* In cuius sensus confirmationem Petrus à Figueira super hunc locum affert verba Rabbi Dauid, Hebræa sic pariter exponentis, *Si non timueris eos, & in me confisus fueris, liberabo te de manu eorum: si autem timueris eos, perterrere faciam te, & cadere te faciam in conspectu eorum. Nota ergo*, ait ipse Figuerius, *quòd Dominus interdum facit, aut permittit vt peccatores timore capiantur, Vnde dicitur de Saül 1. Reg. 28. 5. Vidit Saül castra Philisthim, & timuit, & expauit cor eius nimis. Contra autem de Dauid 1. Reg. 30. 6. dicitur Confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo.*

c Matth. 14. 31.

8 *Prædicator quàm tutus esse debeat de Dei auxilio contra omnẽ metum.*

Alterum tamen eiusdem lectionis addere possumus non minus certè probabilem sensum, & quo dicta lectio cum nostra, Vulgatæ, lectione consentiat. (Ne timeas à facie eorum,) existimans fieri posse, vt ipse timere, confringi, atque cõsterni te permittam coram illis, qui te in Prophetam illis destinaui, quem semper meâ comitarer præsentiâ; Vnde & benè subditur, *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam*, &c. in confirmationem eius, quod expressiùs dicitur in lectione Vulgatæ, (*Nec enim timere te faciam vultum eorum.*) Vt locus iste alteri sit similis loco, quo Dominus ad Iosue dixit: [d] *Non dimittam, nec derelinquam te: Confortare, & esto robustus.* Quod & antea eidem significatum fuerat per Moysem, ei dicentem. [e] *Dominus, qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te, Noli timere, nec paueas.*

d Iosue 1. 5.

e Deut. 31. 8.

Vers. 17.] Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere, &c.

Vers. 18.] Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, &c.

Vers. 19.] Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MYSTICVM.

9 *Christus tãti à nobis æstimandus, & custodiendus, quanti à Regibus sit Ciuitas munitionis.*

EX dictis in prima literæ expositione facilè est deducere qua ratione ea, quæ in tribus his versibus Ieremiæ dicuntur à Domino, & Christo pariter competant, additis præsertim iis, quæ superiùs adnotata videre est in expositione secunda versuum 7. & 8. istiusmet capitis primi. Quòd Ciuitas is dicatur munitionis, id nos admonet; quòd tanti eum facere debemus vt, si illum vnum in nobis habeamus, tametsi quicquid in hoc mundo habebamus, amiserimus, siue diuitias, siue honores, siue gloriam, siue parentes, & cognatos, siue denique & amicos, læto, tutoque animo simus. Sicut & in terrenis regnis, stante Ciuitate munitionis, tuta certè perdurat & regni possessio, licet per hostes & domus direptæ sint, & oppida expugnata, & agri depopulati. Et è vestigio tanti Christum faciamus, vt pro illius adeptione non vereamur cætera nobis deperire vniuersa, dicentes cum Apostolo. [f] *Vincula & tribulationes me manent, sed nihil horum vereor, dummodo consummem cursum meum, & ministerium, quod accepi à Domino Iesu*, Et, [g] *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.*

Pro Christi adeptione omnia contemnenda.

f Act. 20. 23.

g Philip. 3. 8.

10 *Christo innitendum, vt columnæ ferreæ.*

Quòd idem Iesus columna dicatur ferrea id nobis suggerat, quod & per Isaiam aliàs dictum fuit,

a Isai. 9.6.

fuit, [a] *Cuius principatus super humerum eius.* In hoc videlicet dignosci posse, an is regnet in nobis, si toti, & vni innitamur, sicque innitamur immobiliter, ac si vniuersa nostra spiritualis ædificatio columnâ fulciatur ferreâ. Ita vt cum Paulo dicere possimus, [b] *Quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.*

b Phil. 1.20.

Christus nobis muri anei per diuinitatem, & per humanitatē.

Denique in eo quòd in murum æneum, seu (vt est in Hebræo) in muros æris datus is dicitur, intelligimus, quò Deum ingens impulerit charitas erga nos, quippe qui filium suum vnigenitum nobis dedit in muros, iuxta illud & Isaiæ, [c] *Saluator ponetur in ea murus*, per diuinitatem, & *antemurale* per humanitatem. Et hanc quidem vt murum æneum, ne ampliùs dicamus, quod olim dicebat Iob. [d] *Nec caro mea anea est*: illam verò in murum igneum, iuxta illud. [e] *Et ego ero eis, ait Dominus, murus ignis in circuitu.* Murus certè ignis Christus suâ nos ambiens diuinitate, suáque succendens dilectione.

c Isai. 26.1.

d Iob. 6.12.

e Zach 2.5.

Christus murus ignis per diuinitatem, & antemurale aris per humanitatē.

Sed antemurale & externus murus æneus eius nobis est caro, quam in omnibus tentationibus infernalibus obuciamus hostibus, quaue vniuersos tribulationum, persecutionum, & ærumnarum tutò accipiamus ictus, [f] *Recogitantes eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem; vt ne fatigemur animis nostris deficientes.*

f Heb. 12.3.

Vers. 17.] Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos quæ, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

Prædicatori quàm necessaria sit continentia.

PRÆTER ea, quæ in prima literæ expositione dicta sunt, Notandum primo, Cōtinentiam præ omnibus Prædicatori necessariam esse Euangelico: Ideoque hic ante omnia illi à Domino dici, (*Tu ergo accinge lumbos tuos.*) Quæ ab Apostolo Petro his verbis declaratur, [g] *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij sperate*, &c. Clariúsque ad nostram Paulus item Apostolus in Epistola ad Titum vbi necessarias describit Episcopi qualitates, quatenus bonus is esse debet Prædicator, & dispensator verbi Dei, vnâ benignitatis recensitâ qualitate, sine qua re vera cum proximo agere non possit, totus denique est in hac altera variis nominibus puritatis, castitatisque prouehenda virtute sic enim ait, [h] *Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorē*: postquam enarrata, quæ in illo esse non debent vitia, subdit. [i] *Benignum, sobrium*, Græcè σώφρονα *sophrona*, quod Hieronymus legit Castum, sanctum, quod & ad pudicitiam pariter spectare, in qua perfecta est sanctitas, per id patet quod alibi ab eodem Paulo dicitur, [k] *Hac est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione. Continentem*, ne dum scil. à libidine, sed & à gula, vtpote per quam nisi per temperantiam compescatur, omnis & puritatis continentia profligetur.

g Petr. 1.13.

h Tit. 1. 7.

i Tit. 1. 8.

k Thess. 4.3.

12

Phrasis, lūbos accingēdi, vt designat continentiam, quàm rectè significata tria quæ maximè cuique

Ad quid hæc (dicet fortasse aliquis) ad verum istius phrasis sensum? *Accinge lumbos tuos*, quo tria hoc loco significata diximus in prima literæ expositione, quæ bono cuique necessaria sunt Prædicatori. Sanè etsi semper in suis eloquiis admiranda sit Dei cautela, atque peritia, hoc tamen loco, & admiranda summopere ea est, & ad cælum vsque euehenda. Hac quippe symbolicâ locutione *Accingendi lumbos*. Quæ ad continētiam castitatemque designandam frequentissima in sacris est literis, aptissimè & ea tria hîc sunt exposita, quæ cuilibet necessaria sunt, qui Prædicationis munus dignè velit exercere; quandoquidē nil eorum trium impleri à quoquam potest, cui symbolica desit lumborum constrictio, & continentia. Id quod quotidie ipsa edocet praxis. Vt primum concionatorem aliquem discinctum des lumbis, incontinentem, & carnali quopiam affectu detentum eò loci vbi eum commorari cōtigerit. Quando ab eius Prælato iussum ei fit, vt aliò in longinquam aliquam ad prædicandū tendat regionem, animaduertes illum pro viribus impositam tergiuersare obedientiam, varias contexere excusationes valetudinis, insufficientiæ, & similium; multas Prælato adhibere sæcularium, & Ecclesiasticorum Principum intercessiones: vtpotè qui minimè suis accinctus sit lumbis, iuxta primum eius locutionis significatum, nequaquam videlicet promptum se exhibens, & paratum ad implendum quicquid in Prædicationis munere iusserit Deus.

necessaria sūt Prædicatori.

Praxis moralis de Prædicatoribus incontinētibus.

Prædicatores incontinentes quàm refractarij ad discedendum à loco vbi affectu detinentur, ad locum vbi eos ire iubeat obedientia.

Quòd si vi ad hoc compellatur obedientiæ, cùm iam refragari nequeat ad subeundum discedendi onus, dilationes nihilominus ordiri non cessat temporis, expedienda necessaria fingens negocia, commodioremque se expectare inquiēs aëris temperiem, vel nouam aliquam causans corporis imbecillitatem. Idque totum quia discinctus est lumbis per libidinis affectum, neque secunda quæ in litera allata est, ratione accinctus suis est lumbis, vt ne dum Dei, Prælatorumque eius capessat iussa, sed & vt quæ iam cæperit festinanter exequi satagat; Neque enim sat est, vt per promptitudinem cum peregregio Sanctorum Prædicatorum Paulo dicat, [l] *Domine quid me vis facere?* Sed & id pariter studere debet, vt ita se exhibeat festinum, quem inter volantes adnumeremus illos item diuini verbi præcones, quos Isaias admiratur cùm ait, [m] *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas?* Quo loco notandum, bene eos Prædicatorum dici volare, qui instar nubium sint, quæ è terrenis quidem sunt vaporibus, at à Sole in altum elatis: in qua celsitudine circa cælum volant à spiritibus impulsæ, ad hocque volant, vt pluant quocumque ipsas impulerit ventus. Sancti namque Prædicatores, qui verè accincti, dici queant lumbis, & à terrenis, & à carnalibus vi cælestis Solis abstracti, in altumque ad æthera elati, sancto impulsi spiritu & circa cælestia per sublimem volant conuersationem, & ad hoc quoque volant vt sancto Prædicationis imbre in eum omnem pluant locum, quò sanctæ ipsos immiserit vis obedientiæ.

13

Prædicator incontinens quàm tardus sit ad implēdum obedientiam, quando ab ea cogitur discedere à loco, in quo prauo detinetur affectu.

Prædicator bonus quàm celeri obediētia tēdere debeat eò quò mittitur.

l Act. 9.6.

m Isai. 60.8.

Prædicatores boni quàm rectè volare dicūtur sicut nubes, quámque aptè illis congruat nubium nomen.

14

Prædicatores boni quàm aptè columbis volantibus assimilati.

Atque admodum congruè isti ipsi insuper ab eodem Propheta immediatè dicuntur volare etiam *quasi columba, & ad fenestras suas*, seu *ad foramina nidosque suos.* Nemo est enim qui nesciat, columbas in sacris literis puritatis symbolum esse, continentiæ, & castitatis, vnde sponsus in Canticis eam, de qua Apostolus ait, [n] *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* [o] Columbam immaculatamque suam appellat: talisque sponsæ oculos spiritales qui ipsi sunt Ecclesiæ Prædicatores, columbis pariter assimilat, iuxta eam Sept. lectionem quæ habet, [p] *Oculi tui columba*: quæ consonant cum iis quæ modò tractamus, lumbis suis accinctos eos asserentes.

n 2. Cor. 11. 2.

o Cant. 6.8.

p Cant. 1.15.

Facit-

Prædicator bonus est quæque proprium sibi deputat locum, in quo velut in nido quiescat,& si quis sit etiam moriatur,quò eum miserit obedientia ad prædicādum.

Facitque & maximè ad rem nostram, quòd Prædicatores iidem lumbis accincti, & castitate, & promptitudine,& festinatione insignes ad volandum,volare & vt columbæ dicuntur, & vt columbæ quæ volent ad fenestras, seu ad foramina nidosque suos:quippe qui nedum promptè, & celeriter iter eò arripiunt ad prædicandum, quò ipsos Prælatorum direxerit obedientia, sed & quoscumque eorum monasteriorum, & locorum,ad quæ destinati sunt,absque vllo alterius,è quo discedunt affectu, vt propriam deputant domum, in qua & cælestia veluti in fenestra meditentur;& quas Prædicatione exemploque suo acquisiuerint animas,veluti in proprio foueant nidulo & quiete, si opus sit mortem ibi expectent, dicentes & cum B. Iob. [a] *In nidulo meo moriar, & sicut Palma multiplicabo dies meos,*id est,In assignato hoc mihi loco ex obedientia, veluti in pacatissimo meo nidulo, vsque ad mortem lætissimè, & quietissimè commorari paratus sum, tametsi in longissimum tempus mihi prorogetur vita; hoc enim est,*& sicut Palma multiplicabo dies meos.*Palma enim, sicut & Cupressus præ omnibus arboribus longissimæ vitæ est,vt ait Aristoteles lib. de longitudine & breuitate vitæ cap. 3. Cum è contra, iuxta moralem,quam cæpimus praxim,in Prædicatore, quem lumbis suis minimè accinctum considerabamus, incontinentem carnalique affectu alicubi deuinctum, tametsi coactè tandem eò iter suscipiente, quò missus ab obedientia sit, defixus remanet semper loci eius vnde discedit affectus, eóque redeundi voluntas, quam & cùm primùm potest,explere omnibus contendit neruis.

a Iob 29.18.

Palma & Cupressus præ omnibus arboribus longissima sunt vita.
Aristot.

Prædicator incontinēs semper voluntatē redeundi habet eò, vbi carnali defixus est affectu.

15
In Prædicatore bono requiri expeditum ad præliū robur, plenāque armaturam.
b Tit.1.9.

Neque verò abs re factum crediderim,vt Apostolus Paulus qui accinctionem mysticam lumborum adeo necessariam Sancto verbi Dei dispensatori significarat, vt triplici quemadmodum vidimus,eam recensuerit vocabulo,dicens, illum oportere esse sobrium, sanctum, ac continentem,immediatè subiecerit:[b] *Amplectentem eum,qui secundùm doctrinam est,fidelem sermonem.* Hoc namque adiecto, tertiam indicat necessariam lumborum præcinctionem, iuxta eum quem in expositione literæ tertio loco attulimus significatum phrasis istius, *Accingere lumbos*, instructionem nimirum, ac expeditum ad prælium robur, plenamque armaturam, quo sensu & apud Prophanos expediti, armatique milites accincti dicebantur. Nosse autem si velis, quanam instructus sanctus Prædicator esse debeat armaturâ. Audi Salomonem, iuxta versionem Sept. hisce eam tibi exponentem. [c] *Arma intellectus labia sapientis.* Quæ Ambrosius lib. 7. epistolarum, epist. 1.quæ epistolarum numero est 44. ita exponit. *Fulgeat sermonum tuorum manifestatio, intellectus coruscet, & alloquium tuum atque tractatus aliena non indigeat assertione, sed sermo tuus velut armis suis sese ipse tueatur, nec vllum verbum tuum in vanum exeat, & sine sensu prodeat.* Audi expressiùs eamdem armaturã explicantem in præcitato loco Paulum, vbi pro,vulgatæ, participio, *Amplectentem* aliud istud est ἀντεχόμενον antechomenon, *tenacem, mordicusque retinentem.* Sicut retineri solet à milite armatura, quam mox subiicit, addens, *eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem.* Illum nimirum, quem docuerit Dominus, iuxta id quod & hic Ieremiæ ait, (*Et loquere ad eos omnia quæ præcipio tibi.*) Sermonem certè fidelem, atque veracem. Quem alio loco idem Apostolus nomine insigniuit veritatis, cui nouimus in lib.

Prædicatoris boni armatura præcipua est verbū Dei, sanctique illius sermones, quos Prædicandos à Deo accepit.
c Prou. 14.7.
Ambros.

Veritas est præcipua sanctorum Prædicatorum armatura.

A Esdræ [d] primas tributas fortitudinis; Sic quippe in Epistola ad Ephesios, vbi ex proposito de spirituali agit armatura dicit: [e] *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Succincti inquit lumbos vestros, id est armatis veris sermonibus. Id quod & sub Galli aptissima allegoria à [f] Salomone significatum censuit Gregorius Papa lib. 30. Moral.cap. 5. *Gallus* inquiens, *succinctus lumbos, id est, Prædicatores sancti inter huius noctis tenebras verum manè nunciantes, Qui succincti lumbos, quia à membris suis luxuriæ fluxa restringunt.* Cùm tamen iuxta literam Gallus ipse succinctus
B dicatur lumbos, quòd per lumborum fortitudinem promptus sit ad pugnam, quam quotidie cum aliis Gallis inire videmus,vt pote qui ad hoc sit semper accinctus.

d 3.Esd.3.12.
e Ephe.6.14.
f Prou.30.31.
Gallū accinctum esse lūbos quid significet.
Greg.PP.

Accinctus autem hac ratione esse non potest Prædicator, qui præcinctus non sit & continentiâ. Idcirco Paulus in loco, quem tractabamus, tam istam, quàm illam ad hoc necessariam asserit lumborum accinctionem, vt armaturâ ipsâ suâ Prædicatores honorificè decertare queant, & superiores referre partes, *continentem* dicens dispensatorem Dei esse oporte-
C re, [g] *Et amplectentem eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Qui carnalibus desideriis incubat, vitam aliorum spiritualem constituere necesse est erubescat*, ait Hugo Cardinalis ex Gregorio Papa. Et profectò nihil est à quo magis cauere sanctus quisque debeat Prædicator, quàm à desideriis istiusmodi, quibus per incontinentiam reddatur discinctus. *Si viros illos*, ait Gregorius Nyssenus circa finem libri de vita Mosis, *qui Ægyptiorum equitatum diuinitus tecti non timuerunt; qui Amalechitas fude-*
D *runt; qui ipsorum Madianitarum legiones fugarunt,*[h] *simul ac visa sunt mulieres, voluptatis mancipium factas asserit Scriptura. Quid aliud hic nos instruit, quàm voluptatem hanc valdè cauendam esse, quæ titillationibus suis viros armis inuictos superauit:quodque impudentius est, palam agi turpitudinem persuasit?*

16
Prædicator fortis,& promptus esse non potest ad pugnam, qui nō sit continens.
g Tit.1.9.
Greg.PP.
Greg. Nyss.
h Num.25.1.

Aptissimè verò hoc loco apud Ieremiam, quo Prædicatori iubentur omnia præexposita perbreui eâ locutione, (*Tu ergo accinge lumbos tuos,*) vnicum id eidem adiicitur verbum, (*Et surge*) quod & multiplicis est significationis, si-
E cut & phrasis præcedens. Primum quippe id per illud eidem præcipitur Prædicatori, vt si implere, vt par est, velit perfectæ continentiæ castitatisque mandatum suos accingendi lumbos, omnimodè surgat, pessimum deuitans otium: parum enim prosit, accinctum esse veritatis, vt explicatum est, armaturâ, expeditumque & instructum esse ad prælium, ita vt & ipsi competat quod in Psalmo 91. de sanctis dicitur viris Euangelicis, [i] *Et bene patientes.* Græcâ phrasi, id est, benè dispositi, id enim participium significat Græcum εὐπαθοῦντες eupathundes, vt *annuncient,*
F prædicationisque expleant munus, ni tandem à suo surgant otio. Nouimus, & instructissimos milites quando otio detinentur à libidinis vitio maximè defœdari, vt fortissimi Regis Dauid [k] adulterij contestatur historia. Adeoque apud Lucianum in Dialogo Veneris., atque Cupidinis, de Marte bellorum ac fortitudinis Gentilitio Deo, Cupido libidinosi Deus amoris ait, *Ille cupide me recipit, atque vltro etiam inuitat.* Et vt exploratum esset, id omne ex otio prouenire: De Diana Dea pariter armata, at otium

17
Otium omni conatu fugiat Prædicator, qui continentia diuinum seruare velit mandatum.
i Psal.91.15.
Otium etiam in fortissimis militibus est causa libidinis.
k 2.Reg. 11.1.
Lucianus.
Libidinis vitium esse nequit vbi non sit otium.

omne deuitante in finem eiusdem dialogi hæc idem infert Cupido. *Vt breuiter dicam. Hanc ne deprahendere quidem vsquam sum potis, quippe perpetuò per montes fugitantem, detentam venatu Ceruorum, & Hinnulorum, quos insectatur vt capiat, & iaculo figat, ac prorsus rerum huiusmodi studio.* Celebresque ad idipsum ij sunt Ouidij versus, quibus in libro de Remedio amoris ait,

Ouid.

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus
Extinctaque iacent, & sine luce faces.

18 *Prædicatorē benè prædicare stantē, significat, illū & exēpla bonorum operū cū Prædicatione exhibere, & promptitudinem ad pugnæ necessitatem.*

Greg. PP. a 1. Reg. 3. 1. b Luc. 22. 27.

Cæterùm si eodem surgendi verbo situs designetur corporis, quo Prædicatori stantem prædicare significetur, prout secundo loco explicatum est in litera: quid hoc sit, Gregorij Papæ intelligere est verbis, quibus lib. 1. Expositionis in primum librum Regum, in id capitis tertij. [a] *Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre: lucerna Dei antequam extingueretur: ait, locus Prædicatoris standi, non iacendi officium habet. Vnde & de se ipso Dominus formam eisdem Prædicatoribus præbet, dicens.* [b] *Ego autem in medio vestri sum, sicut qui ministrat. Stare etenim in medio fratrum est per laboriosam conuersationem se in exemplum minoribus præbere. Stare itaque ad laborem operis pertinet, & ad pugnæ necessitatem. Vnde & agonotheta spiritualis certaminis præcipit dicens:* [c] *State ergo succincti lumbos in veritate. Et quia iacere quiescentis est, in loco prælij, & laboris, quietis tempora sequi reprehenditur, qui in loco suo iacere memoratur. Stare etiam iusti est: Vnde* [d] *& Paulus dicit: fide enim statis: Iacere ergo etiam ad remissioris vitæ negligentiam pertinet. Tunc itaque Heli iacet in loco suo, cùm per lapsum prauitatis reprobus Prædicator requiescit in sede iusti.* Et post aliqua. *Prædicator enim carnalis dicitur lucerna per officium, cæca per intentionem: quia dignitate fungitur præbendi luminis: sed mentem figit in tenebris vanitatis. Cuius profectò consummata peruersitas designatur, quia non dicitur, non videbat; sed, videre non poterat.*

c Ephes. 6. 14.

d 2. Cor. 1. 23.

Prædicator incontinēs est lucerna cæca, & tenebrosa.

19 *Prædicator caueat otium à Prædicatione, sed si opus sit non se abstineat ab iisdem iterādis.*

Bene autem hîc apud Ieremiam ita eidem Prædicatori surgendum præcipitur, vt stans loquatur, Sic quippe dicitur. (*Surge & loquere,*) quo intelligeremus, otium in primis à Prædicatione cauendum illi esse, & silentium: quin potiùs enitendum, vt in in ipso Prædicationis studio persistat, iterum, iterumque ea repetens, quæ vt auditoribus proficua suggesserit Dominus. *Non laudatur silentium in pastore,* inquit Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 6. (Patrum enim libenter hoc loco, vt cæpi, vtar verbis.) *Sicut nec talentum Domini in fœcundæ terræ taciturnitati commendandum: Sed* [e] *nummulariis est dispertiendum, vt inde cum fœnore Saluator illud exigat, quasi fertile semen in terra fœcunda viuificans. Horum confirmationem Baptistæ discimus exemplo, quem non piguit iterum atque iterum ostendere Dominum:* [f] *qui hac iteratione doctrinæ tantum discipulis suis contulit, vt quibusdam iam persuaserit: sequuti enim duo discipuli eius illicò Dominum sunt.*

Cyril. Alex.

e Matth. 25. 27.

f Ioan. 1. 36.

20 *Prædicator cū sollicitudine prædicet cūcta quæ desuper Prædicanda acceperit.*

Sicque stantem hîc dicitur oportere Prædicatorem loqui, vt loquatur omnia, quæ ei iusserit Deus, (*Surge* enim, ait, *& loquere omnia quæ mandauero tibi.*) Vt nimirum nedum perfunctoriè munus exerceat Prædicationis, loquens duntaxat quæ, & quando sibi libuerit: sed & cum sollicitudine ea solummodo, & cuncta prædicet, quæ desuper acceperit prædicanda: ea verò Apostolus Paulus breuiter hic exposuit; [g] *Nos autem Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & sapientiam.* Iste est lapis supermolaris, quo vti quisque debet Euangelicus Prædicator, ad molendum quæ traditurus est. Sunt enim plerique suamet crassa, & propriis, vt ita dicam manibus contusa, suique ingenij inepta demolita mola porrigentes quæ esurientibus obsint potiùs, quàm prosint auditoribus. Hac namque molæ, molentisque metaphora egregiè ad rem nostram de talibus Prædicatoribus agit Ambrosius lib. de Tobia cap. 21. *Vide* inquiens, *ne molam tuam obliges, aut lapidem supermolarem* ([h] *prohibet enim lex ne ea oppignorentur.*) *Mola est qua similago conficitur, quæ molit similaginem vna mulier, quæ assumitur & altera relinquitur.* (alludit ad id quod dixit Dominus [i] Matth. 24.) *Fortassè illa assumitur, quæ semper molit verbum Dei, vt habent similaginem, & spiritalem facit farinam. Custodit molam suam; interpretatur scripturas; seruat sibi lapidem supermolarem. Illa autem relinquitur, quæ oppignorat molam suam. Cùm autem aliquid emoluerit perfunctoriè, oppignorat lapidem qui est super molam. Quis iste sit lapis quæro, legisti lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quare super molam? Quia ipse est qui molentes iuuat.*

g 1. Cor. 1. 23.

A

Prædicator caueat suamet Prædicare, sed ea prædicet quæ Christi sint.

Prædicatio quàm aptè designata metaphorá molæ, & Prædicator metaphorá molentis.

B

Ambrosius. h Deut. 24. 6. i Matth. 24. 41.

C

21 *Concordia & concursus liberi arbitrij nostri cū diuina gratia.*

(*Ne formides à facie eorum, neque enim timere te faciam vultum eorum.*) Contraria quidem primo aspectu in hac sententia protulisse videtur Dominus, sicut enim ad simile argumentum dixit aliquando & Apostolus. [k] *Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet?* Ita & dici hoc loco potest. Deus timere suos non facit cuiuspiam vultum, cuius ergo facies formidinem incutere eis potest?

k Rom. 8. 33.

D

Nihilominus contraria hæc minimè sunt, & quidem si generaliter cuilibet fideli ea dicta sumamus, & sensu quoque morali aptissime, & necessariò, supposita suaui Dei prouidentia, ambo hæc adhibuit, quibus concordia designetur liberi arbitrij cum voluntate, & præmotione diuina, liberque hominis concursus, & cooperatio cum exhibita Dei gratia præseruante à malo.

22 *Prædicatori formido est, vt non liberè prædicet ex duobus illius defectibus.*

E

Cæterum si cæptum in præcedentibus verbis sensum prosequamur moralem, vt hæc ad Euangelicum Prædicatorem habita sint, Admodū sanè consequenter iis ista subiecta intelligemus, & vtrumque huius sententiæ membrum congruentissimè adhibitum. Enimuerò duo potissimùm in præcedentibus istiusmet versiculi partibus significata, vt vidimus fuère à Domino, quæ necessariò cuique curanda essent Prædicatori, alterum, vt continentem in primis se exhiberet, vitæque & rectitudine stantem, ibi. (*Tu ergo accinge lumbos tuos & surge:*) alterum, vt non suamet, sed quæ desuper ipsi data essent, loqueretur verba, ibi. (*Et loqueris omnia quæ ego mandauero tibi.*) Cùm igitur ob defectum duorum istorum, vel amborum, scilicet, vel eorum alterius euenire soleat, vt concionator aliquis cum formidine suū exercere cogatur munus, opportunè in his subiicit. (*Ne formides à facie eorum, neque enim timere te faciam vultum eorum,*) ac si dicat, Ex parte mea non deerit tibi auxilium, & robur omnem quorumcumque expellens timorem, vide tu, Quantum in te est, ne committas, ob quæ meritò à cuiuslibet auditorum metuendum sit facie. Examinemus breuiter singula.

F

23 *Prædicatoribus formidinē in Prædicādo causat, quòd nimis oratoriæ arti addicti sua potiùs quàm Dei prædicant.*

Quòd is concionatorum defectus iure eis causare soleat pauorem, quo in vana confisi oratoria arte, sua potius, quàm Dei prædicent verba, ex sacris vno, & ex prophanis altero sat sit probare argumento. Inter præstātissimas certè Antiquorum

orato

Oratores non immeritò is adnumeratur, qui & magnanimus,& fortiſſimus, inuictuſq; & miles, & dux extitit Pericles,de quo M. Cicero Oratorum facilè Princeps lib.3.de Oratore hæc habet. *Quid Pericles? de cuius dicendi copia ſic accepimus,vt cum contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ, ſeuerius tamen idipſum, quod ille contra populares homines diceret,populare omnibus, & iucundum videretur:cuius in labiis veteres comici, etiam cum illi maledicerent, (quod tum Athenis fieri licebat) leporem habitaſſe dixerunt,tantamque in eo vim fuiſſe,vt in eorum mentibus qui audiſſent,quaſi aculeos quoſdam relinqueret.* Et nihilominus de eodem Plutarchus in illius vita ſcribit. *Pericles ad dicendum timidè aſcendebat,vt cùm ſuggeſtum eſſet aſcenſurus diis vota faceret, ne quod verbum ſe impudente,aut inuito affueret, quod ad rem ipſam minimè pertinere videretur.* Ex quo fit exploratum, quàm rationabiliter & Prædicator Euangelicus tunc meritò formidoloſus ſit, cùm humanæ eloquentiæ verba iuxta oratoriam prædicet artem,quæ formidinem ſemper habet adnexam.

Cicero. *Periclis quãta in orando excellentia.*

Pericles. *Pericles maximus orator ingenti cum formidine orabat.*

24 Id quod magis confirmat alterum iſtud ex ſacris argumentum: cùm in ſcriptura ſacra Prædicatores ipſi Euangelici vt ſic, & iuxta eorum naturæ vires conſiderati in fœminino deſignari conſueuerint genere, quod nemo eſt qui ignoret per ſe eſſe formidoloſiſſimum. Vnde benè notat Hieronymus in id Iſaiæ. [a] *Super montem excelſum aſcende qui Euangelizas Sion.* in Hebræo & apud cęteros Interpretes haberi. *Quæ Euangelizas Sion,* eodemque genere.Sapientia [b] in lib.Prouerb.*miſiſſe* dicitur & in vulgata noſtra,*ancillas ſuas:*[c] *Infirma enim mundi,*vt ait Apoſtolus, *elegit Deus vt fortia quæque confundat.* Si tamen diuinam ij in ſe agnoſcant, eaque vtantur fortitudine propter quam & hîc Deus ait. (*Neque enim timere te faciam vultum eorum.*)

Prædicatores ſæpe in ſcriptura fœminino genere nũcupati, quòd iuxta naturæ eorum vires formidinem muneri ſuo adiunctã habeant. Hieron. a Iſai.49.1. b Prou.9.3. c 1. Cor. 1. 27.

Porrò quòd fortitudo iſta exinde eis ſit, quòd prædicandum verbum à Deo ſuſceptum iuxta eiuſdem Dei iuſſionem debita proferunt ratione, manifeſtè Vates conteſtatus eſt Regius vbi ait, [d] *Dominus dabit verbum Euangelizantibus.* Fœminino item genere,vt patet ex Hebræo, & verſione Hieronymi,*virtute multa.* Quorum ſenſus eſt,Dominum virtute, & fortitudine multa dare conſueuiſſe verbum iis, qui nihil in ſe confidentes, quippe qui inſtar fœminarum quoad propria infirmiſſimis ſe agnoſcunt viribus, Euangelium tamen,ſuſceptumque validiſſimum prædicant verbum; Vt & verbum,*dabit,* futurũ poſitum ſit pro præterito,prout intellexit Chaldæus, & Symmachus legens *ἔδωκε dedit,*& in eo quod vltimo poſitum eſt,ordo ſit inuerſus: vt admodum congruè Gilbertus notat Genebrardus. Quamquam & optimo pariter ad rem noſtram, abſque vlla mutatione hoc exponi poſſunt ſenſu vt in iis ſignificetur,Deum iis,qui infirmi debileſque ſe tenent ex propriis virtute tamen multa,magnoque robore omnem excludente formidinem deſuper acceptum prædicant Euangelium, & dediſſe, & dare,& inſuper ſubminiſtraturum verbum, iuxta eam regulam qua frequenter futura in ſacris literis ponuntur ad deſignandam eius de quo agitur cõtinuationem. Aut clariùs ad rem ipſam noſtram proſequentes verſionem Hieronymi ex Hebræo. *Dominus dabit verbum annunciatricibus fortitudinis plurima,* iis nimirum Prædicatoribus qui ea annunciant,ſeu,vt hîc dicitur,loquuntur omnia, quæ diuino mãdata ſint imperio,tantæ nimirum fortitudinis, vt propter illa dicat idemmet Do-

Prædicatores muneri ſuo maximã fortitudinẽ habent adiunctam,dũ prædicare ſatagunt iuxta Dei iuſſionem verbum eius. d Pſ.67.12.

Genebrar.

Futura adhibita ad deſignandã continuationem actus, de quo agitur. *Verbum Dei, quàm validum.* Hieron.

A minus,(*Neque enim timere te faciam vultum eorum:*) & de iiſdem Ieſus in Euangelio dixerit Apoſtolis.[e] *Ego dabo vobis os, & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.* e Luc.21.15.

Quoad alterum Prædicatorum defectũ, à quo deterreri hîc diximus à Domino, vbi ait, (*Ne timeas à facie eorũ,* id eſt.Ne committas, vt talis tua ſit vita,& conuerſatio,vt in Prædicationis munere exercendo, à facie eorum qui tuæ adſint concioni, & quibus ipſa tua mala explorata eſt viuẽdi ratio,formidandum meritò tibi ſit.(*Neque enim timere te faciam vultum eorũ.*) id eſt Nam ipſe quan-

B tum ad me ſpectat, & verba conferre non deſinam,& robur,quibus ita cõforteris, vt neminem paueas.Dicendum,neceſſariò(vt ſupra tetigi)hæc præcedentibus ſubiecta, nec eſſe quòd quis de iſtorum ambigat veritate,cùm ſatis ſuperque experiẽtia pateat, ex hoc defectu improbitatis vitæ, præſertimque incontinentiæ formidoloſũ ipſum reddi Prædicatorem Euãgelicum,ita vt ad excludendam ab eo omnem formidinem iure optimo prædictum ſit,(*Tu ergo accinge lumbos tuos & ſurge.*)

25 *Prædicatori, vt ſine formidine ſuum prædicandi exerceat munus, neceſſariũ eſt,ſit vita bona, & caſta imprimis.*

Suppoſito enim quòd Prædicator eſſe debeat, vt vena aquæ terrã largè irrigans animos auditorũ,

C iuxta illud Domini, [f] *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ,* cùm & id ſit exploratum, quod & Plinius lib.31.c.4.ait,tales eſſe aquas,qualis terra per quam fluunt, qualeſque herbarum, quas lauant ſucci:quis abnuat, carnalis Prædicatoris fœtidã, amaramque apud auditores eſſe Prædicationem, qui illius magis mouentur vita,quàm verbis?

Prædicatoris cuiuſque prædicatio redolet vitam illius, ſicut aqua redolet odorẽ, & habet ſaporem, quem ſumit ex vena per quã tranſit. Plinius. f Ioan. 7.38.

Adde quòd qui carnalis, ac improbus eſt, vel prædicat contra vitia,quibus infectus eſt,vel non prædicat:Si non prædicat,quis non videat, eum ſic formidare à facie audientium,vt à ſuo deficiat munere,quod hoc loco his expoſitum eſt? (*Et lo-*

D *queris omnia,quæ ego mandauero tibi.*) Si prædicat, inuehere ſtudens contra illa,maxima certè id neceſſe eſt faciat formidine, illud ſemper ob mentẽ habens, quod vulgò ex Catone dicitur. *Turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ſe ipſum.* Metuit enim, ne quæ exaggerat arguens,in ipſum ſtatim à quoquam refundantur, ſimilia iis ei obiiciente, quæ ait Paulus,[g] *Qui alios doces non furandum, quomodo & ipſe furaris?* Et ſi veræ ſunt illæ duæ ſententiæ, Hieronymi altera, *Primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri,*& altera Gregorij Papæ homil.in Euang. *Cuius vita deſpicitur,reſtat vt eius Prædicatio contem-*

26 *Prædicator carnalis, & improbus prædicet ſemper neceſſe eſt cũ formidine, ne ab auditoribus arguatur.* Cato. g Rom.2.21. Hieron. Greg.PP.

E *natur:* profectò qui ſe magiſtrum agnoſcit ignobilem, atque ob fœdam vitam contemptibilem, formidet ſemper æquum eſt,ne & de ipſa ſua derideatur prædicatione. Ne videlicet ſibi ingerãt, quod per Salomonem dicitur: [h] *Nubes:& ventus, & pluuiæ non ſequentes vir glorioſus & promiſſa non complens,*iuxta expoſitionem Hugonis Cardinalis dicẽtis.*Vir,id eſt, Doctor,ſiue Prædicator glorioſus doctrinã & Prædicatione,& promiſſa non complens id eſt, quod docet non faciens eſt ſimilis nubibus, & vento pluuiam non ferentibus:quia ſicut huiuſmodi nubes tantùm vento agitantur, & numquam terram fœcundant plu-*

h Prou. 25, 14. Hug.Card.

F *uiã:Sed ſolis lucẽ potiùs obnubilãt. Ita huiuſmodi Prædicatores qui dicunt,& non faciunt, vento vanæ gloriæ, aut certè ambitionis exagitantur,& numquã corda ſimplicium bono exemplo fœcundant, imò malè viuendo lumen doctrinæ obſcurant: de quibus Petrus,*[i] *Hi ſunt,* inquit *fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.* i 2.Pet.2.17.

Et quotidie re ipſa verum eſſe probamus quod in libro dicitur Eccleſiaſtici: [k] *Homo acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſſidua erit:* Videmus enim,& ingemiſcimus,iſtiuſmodi Præ-

27. *Prædicator improbus & incontinẽs, eſt fabula auditorum.* k Eccl.20.21.

dicatores esse mundanorum fabulam, quam iugi derisione suo in triuiis versant ore, vt pote qui ipsis achares, id est, ingrati sunt, minimeque accepti. Cum *nemo*, vt inquit Gregorius Papa lib. 5. Expositionis in c. 14. lib. 1. Regum, *possit in Prædicatione venerabiliter recipi si prius in se honorem ministerij non prafert luce bonæ conuersationis.* In quem sensum id citat Pauli egregij Prædicatoris. [a] *Quamdiu quidem sum Gentium Apostolus ministerium meum honorificabo*, id est, honoratum reddam, honorificè prosequar. Curans nimirum, vt nulla indigna ex se ab auditorum mihi formidandum sit facie.

Gregor. PP. *Prædicationis munus honorificè exercendum.*

a Rom. 11. 13.

Appendicem Patrum istius vers. 17. Vide post expositionem tertiam vers. 19.

Vers. 18.] Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ.

Vers. 19.] Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum ait Dominus, vt liberem te.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVINIMO [b] *scias velim, tantum ab hoc me abesse, vt hodie ea te roborarim ratione, quòd iis omnibus instar munitæ eris ciuitatis, quam nec eorum exercitus valeat expugnare, & instar ferreæ columnæ firmus & immobilis vniuersis eorum impulsibus, atque instar muri ænei cunctos illorum reiiciens ictus.* [c] *Dederam certè Prophetam, vt & Reges, ac Principes Iuda ad te confugientes, veluti in Ciuitate munitionis & se, & regnum ipsum suum tutum seruarent, repertis in te & cibis diuinorum mandatorum abundantissimè, & omni armatura fortium in verbi Dei robore, & præfortibus Angelorum aciebus:* [d] *Viue & Sacerdotes per te discerent, quo pacto instar columnarum esse deberent & templi, & veri Dei cultus: aut saltem tua ope, veluti columna ferrea idem firmum tenerent templum, eumdemque fulciri sinerent Dei cultum:* [e] *Ac denique vt & populus terræ tibi obtemperans, in tuisque confisus precibus, quasi æneis sese circumdatum censeret mœnibus.* [f] *Tamen e contra accidet, vt omnia tria hæc Iudaicæ terræ membra se tibi opponant. Tam enim Reges, Principesque, quàm Sacerdotes, ac populus bellum aduersum te mouebunt, gerentque perpetuò. At non præualebunt; nam & Reges inexpugnabilem te experientur Ciuitatem: Nec te vel tantillum deflectere poterunt Sacerdotes, ferream te probantes columnam. Neque populus vel lapidibus, quos violentissimè in te iaciet, efficere poterit, quin illimet orationibus tuis murus sis æneus.* [g] *Porrò hæc omnia in te euenient, quia ego tecum sum, qui te, & vt Ciuitatem mea munio ope, & vt ferream columnam meâ firmo gratiâ, & vt æneos muros mea obduro dilectionis igne, ita vt omnino ab illis liberum te seruem, atque illæsum.*

b *Vers.* 18. Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitã, & in columnam ferream, & in murũ æreũ.
c Super omnem terram, Regibus Iuda, Principibus eius.
d Et Sacerdotibus.
e Et populo terræ.
f *Vers.* 19. Et bellabũt aduersum te, & non præualebunt.
g Quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Vers.* 18.] *EGo quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, &c.*) Quoad lectionum varietatem. Notandum, in versione Sept. ante hæc verba reperiri ista. (*Quia ego tecum sum*

A *vt liberem te, dicit Dominus. Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs: vade, & lege in auribus filiorũ Israël.*) Quæ certè à Notariis, & Scriptoribus adiecta hîc fuere & transposita; nam id quod dicitur, (*Et factum est, &c.*) Est initium sequentis capitis secundi, vt patet ex Hebr. & Vulgat. Priora verò, (*Quia ego tecum, &c.*) Sunt repetita ex superiori versu octauo. Quod tamen magis ad præsentem facit sententiam. (*Ego quippe, &c.*) In eadem versione desunt hæc (*Et in columnam ferreã. Et Sacerdotibus.*) Sic namque legitur. (*Ecce posui te in hodierna die vt Ciuitatem munitam, & vt murum æneum munitum omnibus Regibus Iuda, & Principibus eius, & populo terræ.*) Lectio tamen Hebræa consona Vulgatæ sic habet, (*Et ego ecce posui,* (seu dedi) *te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam ferri, & in muros æris super omnem terram, Regibus Iuda, Principibus eius, Sacerdotibus illius, & populo terræ.*) Ex qua lectione apparet, quod dicitur, (*Super omnem terram;*) intelligendum de omni terra Iuda, ad cuius Reges, Principes, Sacerdotes, ac populum mitti Propheta dicitur.

Facilis autem istorum sensus hic est, Tantum 2
abest, vt timere te faciam, permissurusue sim, vt quis pauorem tibi incutiat, aut mente & corpore confringaris, & consterneris ante faciem illorum, ad quos te destinaui Prophetam; vt præforti te roboratum robore illis omnibus, & singulis exhibuerim, instar munitæ Ciuitatis, quam nec præpotens debellare queat exercitus; instar ferreæ columnæ, quam nulla vel trochlearum, vel ictuũ dimouere possit vis; nec non & instar æneorum mœniorum, quæ nec arietum, nec bellicorum tormentorum concutere valeat oppugnatio. Vnde & benè adiicitur, (*Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt, &c.*)

D Tribus autem distinctis similitudinibus vnum 3
ipsum Ieremiæ robur meliùs communi expositorum omnium sententia significatum censeo, quàm vnâ dumtaxat similitudine ciuitatis munitæ tum domibus bonis columnarum fulcris præfortibus, tum validissimis mœniis; quod arbitratus denuo est Gaspar Sanctius: hunc istorum afferens sensum, ac si dicatur, *faciam te esse vsque adeo munitum, vt inimicorum tela frangas, & illudas, non aliter quàm Ciuitas hostiles machinas ridet, atque arcet, quam ferreæ sustinent columnæ, & murus aheneus circumuallat.* Gasp. Sanct.

E Et cùm tam exactè, ac distinctè ij nominentur, 4
quibus Ieremias à Deo datus dicitur in Ciuitatem, &c. Reges, Principes, & Sacerdotes, & populus terræ. Non ab re mihi videtur, si dicamus, in his à Domino Ieremiæ significatum, se ita illum corroboraße, vt & tutò omnem terram Iuda, ad quam potissimùm mittebatur, iuuare posset; Si quidem terræ eius membra iuuari se ab ipso sinerent. Vt Regibus, ac Principibus dederit eum in Ciuitatem munitam, Sacerdotibus in columnam ferream, Populo verò vniuerso in murum æneum. In cuius rei confirmationem facit, quod F in Vulgata sine coniunctione distinctiua. *Et,* sic habetur, *Regibus Iuda, Principibus eius.* Quæ tamen adiecta duobus aliis est, vt tria tantùm enumerentur terræ membra.

Benè autem Regibus specialiter, ac Principi- 5
bus Iuda Ieremias à Domino datus dicitur in Ciuitatem munitam, seu (vt ad verbum est in Hebr.) munitionis. Ciuitas munitionis est propriũ Regis, Principisue cuiusque confugiũ, in quo & validissimas habet militãtium acies, copiosissimã & ciborum annonã, & omnem armaturam fortium, ita

Prædicator bonus est Ciuitas munitionis Regibus, & Principibus.

ita vt vel vna tali ciuitate plerumque Reges tu- A
tos se, populumque, ac regnum totum teneant aduersus quoslibet hostium incursus felices, certè Reges Iuda, si ad Ieremiam, vt ad ciuitatem ipsis à Deo munitam confugissent; habuissent profectò in illo omnem fortium armaturam verbi Dei: habuissent horrea plena ciborum diuinæ legis, nec defuissent insuperabiles ad illius preces, Angelorum acies, quales ad preces Elisæi vidit Giezi in circuitu eiusdem Prophetæ.[a]

a 4. Reg. 6. 17.

6 *Prædicator bonus & sanctus positus à Deo Sacerdotibus in columnam ferream.* *Sacerdotes debent esse columnæ religionis Christianæ & veri cultus Dei.*

Benè quoque Sacerdotibus specialiter in columnam ferream datus dicitur à Domino idem Ieremias: quia per illum Sacerdotes veluti ferreâ B
columnâ integrum seruare quiuissent Dei templum, vniuersamque veri Dei cultus ædificationem; Positi certè ij fuerant qui columnæ essent, & firmamentum veritatis; cuius rei testes, ac monumentum duas habebant æneas columnas, quas propterea à Sapientissimo Salomone in templi porticu erectas crediderim, vt illi eius rei admonerentur, quotiescúque in templum ingredi vellent, quòd & illarum nominibus significatū est, dicitur quippe in lib. 3. [b] Reg. Salomonem statuisse quas ex ære finxerat duas columnas in porticu templi, columnamque dexteram vocasse nomine Iachin, quod interpretatur, firmabit, seu stabiliet, alteram verò nomine Booz; quod interpretatur, in fortitudine. Vtinam autem Sacerdotes illi vel Ieremiā inspexissent, qui & de Sacerdotibus fuit in Anathoth, ab illo discentes, qua ratione in fortitudine sibi innixum firmare, & fulcire debuissent veri Dei cultum.

b 3. Reg. 7. 21.

Prædicator Sanctus est murus æneus populo.

Sed & fœlix certè, tutusque, & illæsus perstitisset Iudaicus populus, si Ieremiæ obtemperans sub illius sese tutasset vmbra, si spem in illius tutam seruasset precibus. Benè quippe specialiter populo terræ datus is dicitur à Deo in murum D
æneum, seu in muros æris: Hæc namque solet spes esse plebis, quòd præfortibus ambiatur mœnibus, intra quæ & se contineat.

7 *Vers.* 19.] Tantùm abfuit, vt vel Populus Ieremiâ se tutari voluerit, vt securis mœniis: vel Sacerdotes eodem vsi sint pro templi, verique cultus fulcro, atque columna: vel Reges & Principes Iuda ad illum, vt ad ciuitatem confugerint munitionis; vt illum potiùs expugnare, deiicere, & oppugnare contenderint. Vnde & bene adiectum est. (*Et bellabunt aduersum te.*) Et quidem quòd aduersum illū præliati sint Principes, & Reges, vel E
ex capite 38. colligere est: quòd Sacerdotes, vel ex cap. 20. vbi dicitur, [c] *Et audiuit Phassur filius Emmer Sacerdos, qui constitutus erat Princeps in Domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phassur Ieremiam Prophetam, & misit eum in neruum, quod erat in porta Benjamin superiori, in domo Domini.* Quòd denique & populus terræ contra eumdem bellum gesserit infestissimum colligere vel ex hisce, quæ habes in cap. 18. [d] *Et dixerunt, Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex à Sacerdote, neque consilium à Sapiente, nec sermo à Propheta: venite, & percutiamus* F
eum linguâ, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. (*Et non praualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.*) In tam grandi, acerbo, & multiplici bello, dimicatum quidem à Ieremia fuit magnis laboribus, iugibusue ærumnis; nec Reges tamen in illum præualuerunt, quia fortiter illis obstitit vt ciuitas bene munita; Nec Sacerdotes impedire eum valuerunt, quin ipse veri Dei cultum sustentaret, quē ad suos ictus ferreā probauêre columnā: nec oppugnare quiuit populus vniuersus, vel vehementissimo, quibus eum interfecerunt lapidum iactu: quia & mortuus vt murus æneus diuinæ sese obiicit iræ, iuxta illud Oniæ, [e] *Hic est fratrum amator, & populi Israël: Hic est qui multùm orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei.* Hæc autem omnia & Sanctus Propheta, nec à prædictis omnibus superatur in bello; quia Deus cum illo extitit tamquam bellator fortis, muniens illum supra omnem ciuitatem munitionis; firmansque & obdurans eum gratiæ suæ robore supra ferream quamlibet columnam; atque igne dilectionis vt æneum illum reddens murum.

c Iere. 20. 1.

d Ierem. 10. 18.

Ieremias quā fortiter restiterit Regibus, Sacerdotibus, & populo.

e Machab. 15. 14.

Vide Expositionem secundam iuxta sensum Mysticum istorum vers. 18. & 19. supra in expositione secunda vers. 17.

Vers. 18.] Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem, &c.

C *Vers.* 19.] Et bellabunt, &c.

EXPOSITIO TERTIA IVXTA SENSVM MORALEM.

CONGRVENTISSIME Euangelicus Prædicator dicitur datus in Ciuitatem munitam, seu ex Hebr. munitionis: tum quia, instar arcium munitionis, quæ in locis eminentibus, & super montem aliquem construi solent, prout de Ciuitate Dauid legimus, [f] *Capit Dauid arcem Sion.* (ædificatam nimirū super montem Sion,) *hæc est ciuitas Dauid.* Super Christum, montem illum magnum, ex paruo lapide ædificatum exhibere se debet, atque fundatum; Ideo quippe & in Euangelio appellatus reperitur, [g] *Ciuitas supra montem posita.* Quæ & idcircò abscondi nequit, effulgentibus in ipso eiusdem Christi virtutibus. Tum quia sicut ciuitates munitionis, tantâ seruari solent æmulatione, ac Zelo, vt nemo in eas admittatur, ni priùs exactè sit cognitus: Ita & semetipsum tanto is seruare debet studio; vt ne vel minimam in se admittat cogitationem, nec opinioni aditum cuipiam concedat, quàm priùs exactiùs non examinarit: [h] *Ne manum suam mittat hostis ad omnia desiderabilia eius:* doleatque postmodùm, *videns gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperat Deus, ne intrarent in munitionem suam.* Tum quia ita in perpetuis sibi desudandum est laboribus, in periculis iugibus, & in continua æmulatione, sicut & in ciuitate munitionis vix vlla vnquam à laboribus datur cessatio, seu per excubias, seu per lustrationes militum, seu per armorum expolitionem, seu per cibariorum deportationem; nec vnquam desunt pericula, vel hostium incursus repentini, vel saltem internæ proditionis. Adeò vt & sibi cum Apostolo dicendum persuadeat. [i] *In laboribus plurimis, in frigore, & nuditate, periculis vndequaque, & in falsis fratribus.*

8 *Prædicator exhibere se debet fundatū super Christum vt ciuitatem munitionis.*

f 2. Reg. 5. 7.

g Matth. 5. 14.

Prædicator custodire se debet quomodo & ciuitas munitionis.

h Thren. 1. 10.

Prædicatori iugiter versandū in laboribus & periculis sicut & ciuitas munitionis.

i 2. Cor. 11.

Cæterùm sicut parum terrenæ ciuitati vniuersa prodessent munimenta, quin potiùs quò validiora ea essent peiori illi obessent detrimento, si vna ei deesset suo Regi fidelitas in duce, ciuibusque ipsius. Ita & Prædicatori Euangelico ciuitati supra Christum montem positæ. 9

Quod præ omnibus necessarium est, quo ei, totique Catholicorum regno proficua sit omnimodæ munitionis instructio, vna est in eius ratione, quæ dux in ipsa constituta est, in eiusque potentiis, quæ ciues militesque illius sunt, vna inquam fidelitas Deo & Christo Iesu legitimo Domino, & ædificatori, iuxta illud Apostoli, *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Ex cuius fidelitatis defectu factum est vt multùm sæpè ingemiscendum fuerit de immensis damnis, quæ per magnos Prædicatores, eximiosque doctores sanctæ prouenère Ecclesiæ, dato in eius loco Diabolo per hæreses, erroresque multiplices, regnanteque in illis peccato.

10

Prædicator patientiâ, & cõpassione instar columnæ ferri esse debet in fulciẽdis peccatoribus.

(*Et in columnam ferream.*) Notandum, Sanctum Prædicatorem curare id debere, vt dorsum humerumque ita habeat forte in fulciendis peccatoribus, verboque illis sustẽtandis, vt onere neutiquam grauatus columnæ æquiparari queat ferreæ. Sicque nouerit, se iuxta [a] Apostoli dictum, debere esse columnam, & firmamentum veritatis in doctrina, vt & in patientia, & in compassione duritiei non cedat ferri, dicens absque vlla perturbatione, [b] *Posuisti tribulationes in dorso nostro: Imposuisti homines super capita nostra.* [c] *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem sibi.* Ac tunc in ipso viuificatum appareat, quod apud Sophoniam dixit aliquando Dominus: [d] *Tunc reddam populis labium electum*, ipsum videlicet sanctum Prædicatorem, per quem fiet, *vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno.* Quo scilicet ab vno eodem Prædicatore inflexibiliter, veluti ferreâ columnâ in Dei obsequiis sustentantur.

a 1. Timoth. 3.15.
b Ps. 65.11.
c Ps. 128.3.
d Sophon. 3. 9.

11

Prædicatorũ bonorũ plures congruentiæ cum colũnis nobilibus.

Multa hîc quidem expendi moraliter possent præclara Sanctorum Prædicatorum insignia, congruentia cum nobilium columnarum proprietatibus, vt rectitudo intentionis, altitudo conuersationis, crassitudo doctrinæ, rotunditas perfectionis, læuor benignitatis, color mixtus multiplicium virtutum, splendor illustrium operum.

In Prædicatore bono firma in primis celebranda fidelitas.

His tamen omnibus pro nunc omissis, id solummodò in eis hîc celebrandum proponi videtur, quòd ipsis insit firmitatis columnarum maximè proprium, cuius sanè firmitatis solidissimæ encomium tale hîc fit, vt nec præstantius, nec verius afferri possit aliud, cùm *ferreæ columnæ* dicuntur; satisque sit exploratũ, ferrum in scriptura sacra soliditatis firmissimæque Symbolum esse duritiei. Porrò firmitas ista adeo præcipuè in Euangelico Prædicatore commendata: ea ipsa fidelitas est, quam mox & iuxta primam ciuitatis munitæ similitudinem eidem præ omnibus dixi necessariam. At aliter fidelitas, firmitasque ista in illo hac columnæ ferreæ celebratur similitudine, atque in prima illa ciuitatis munitæ, de qua paulò ante.

12

Columnarum tres præcipui vsus, eorũque cõmunior est sustentatio.

Prædicatori bono necessaria ferrea firmitas, & fidelitas Deo in sustendandis ignorantibus suâ prædicatione & doctrinâ.

Enimuerò cùm ad tria erigi consueuerint columnæ, ad ea omnia, & in eorum singulis firmissima fidelitate insignis operæpretium est sit bonus Prædicator. Nemo est qui nesciat, communiorem columnarum vsum esse ad ædificij sustentationem. Qua de re mox nec non & in prima literæ expositione. Necessariam verò in hac sustentatione eidem Prædicatori firmam muneris sui fidelitatem Deo, qui ob id illum in columnam Ecclesiæ dedit, iuxta illud Isaiæ. [e] *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est verbo*: vno sat sit probare Salomonis

e Isai. 50.4.

A consilio, qui in lib. Ecclesiastes ait, [f] *Bonum est sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manũ tuam: quia qui timet Deum nihil negligit.* Quod Nicolaus de Lyra rectè ita exponit: *Bonũ est te sustentare iustum, cum in sua iustitia protegendo, & subditur causa, quia qui timet Deum, conseruationem iustitiæ præcipientem in veteri, ac nouo testamẽto, nihil negligit, id est, nihil omittit de contingentibus ad iustitiam conseruandam.* Aptiusque ad rem nostram, Bonum est, columnam in Ecclesia positum esse Prædicatorem quempiam ad fulciendum aliquem in iustitia, & recta viuendi ratione: Sed quisquis Prædicato-
B rum ad id positus à Deo est, vt sustentet, id toto satagat conatu, vt columna sit ferrea firmam in sustentandi hoc munere seruans fidelitatem, ab eo numquam desistens, nec vllatenus dimoueri se sinens: quantumlibet modicum exiguumque sit, quod eius egeat opera. Siquidem qui in Dei timore id rectè Prædicatoris explere studeat munus: nihil vel quantumuis pusillum negligit, quod non enitatur fulcire: Descriptoque per parenthesim ferreo, & inconcusso robore talis Prædicatoris, quod à diuina habet sapientia verbis istis: [g] *Sapientia confortauit sapientem*: contra
C omnia scilicet impulsuum obstacula *plusquam decem Principes ciuitatis*, id est, plusquam quælibet humana potestas: adiicit idem Salomon rationem necessariæ iam dictæ firmissimæ in sustentando fidelitatis, dicens: [h] *Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet*, qui in aliquo non erret, adeoque & eruditæ linguæ non indigeat sustentatione.

f Eccl. 19.
Nicolaus de Lyra.
g Ecclesiast. 7.20.
h Ecclesiast. 7.21.

13

Columnarum secũdus vsus ad pulchritudinem, & ornamentum.

Secundus columnarũ vsus est ad ipsarummet pulchritudinis dumtaxat decorẽ, locique in quo erectæ sint, ornamentum. Ad quem vsum Salomonem [i] duas illas æneas, maximéque insignes
D statuisse inquit Abulensis super caput septimum lib. 3. Regum in hunc vsum statuendos & Euangelicos Prædicatores, qui fortiter gladio verbi Dei decertantes victoriam ex iis quos converterint, vel infidelibus, vel peccatoribus retulissent, pollicitum legimus Dominum in Apocalypsi, vbi ait: [k] *Qui vicerit faciam illum columnam in tẽplo Dei mei*, id est, meo, in Ecclesia fideliumque collectione, quæ tẽplum Dei est. Quòd autem ad pulchritudinis vsum perfecti in Ecclesia Dei statuti, instar pulcherrimarum columnarum sint Euangelici Prædicatores ex eo colligere est, quòd ob pul-
E chritudinem potissimùm eos admirandos cẽsuit Isaias Propheta dicens: [l] *Quàm pulchri super mõtes*, id est, super bases excelsas, *pedes*, synedoche, pars pro toto, *annunciantis, & prædicantis pacem, annunciãtis bonum, prædicantis salutem, dicentis, Sion, Regnabit Deus tuus.* Ac si dicat: Quis non obstupescat de præstantissima pulchritudine Euangelici Prædicatoris eximij, instar maximæ insignis columnæ super Christum montem, vt super sublimem basim suis firmatæ pedibus. Quæ sic citat Apostolus Paulus: [m] *Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona*, id est, Quàm speciosi
F Euangelizantes, &c.

i 3. Reg. 7. 25.
Abulensis.
k Apoc. 3.12.
Prædicatores erecti in Ecclesia instar columnarum deseruientiũ ad pulchritudinem.
l Isai. 52.7.
m Rom. 10. 15.

14

Prædicatores sancti ad pulchritudinis vsum instar pulcherrimarum colũnarum, quatenus vitæ sãctitate sanctisque exemplis prosunt fidelibus.

Nosse si aues quanam in re, qualisue ista sit harum mysticarum colũmnarũ pulchritudo. Quidue pulchritudo ea conferat, propter quod in Ecclesiæ templo (vt dictum est) à Deo statuuntur, & fidelium proponũtur oculis. Audiat quod in epistola ad Ephesios dicitur. *Et ipse* scil. *Christus* [n] *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores.* Quorum tamen omnium munus esse prædicare verbum Dei aliàs ostẽsum: *Ad consummationẽ*, seu,

n Ephes. 4. 11.

vt legit

vt legit Hieronymus, *ad instructionē, & perfectionem* A
Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hoc est opus ministerij istarum de quibus agimus columnarum; ad id in templo Dei erectæ sunt, vt fidelibus pulchritudinem sanctitatis eorum admirantibus, templum Christi, quod iidem sunt, virtutum, exornetur, ac perficiatur exemplis; perque rectam, quam imitari contendant & decoram talium Prædicatorum viuendi rationem ad perfectum illi ipsi deducatur ædificium corporis Christi, quibus dictum est, [a] *Vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Ferreas scriptum est esse debere pulchras istas columnas, B haud dubium quin & asperâ limâ tribulationū, & persecutionum benè perpolitas, neque enim aliàs pulchrum est ferrum: quo id confirmatur, quod asserebam, & in hoc quoque secundo vsu quàm maximè necessariam esse firmam perseuerantis ministerij eiusdem spiritalis pulchritudinis fidelitatem. Quod iis significatum est nominibus, quæ Salomonem duabus illis templi columnis imposuisse diximus in literæ expositione. *Iachin*, [b] id est, firmabit, & *Booz*, id est in fortitudine, Firmam, perseuerantemque hanc fidelitatem Tito in talem columnam erecto neces- C sariam commendans Paulus ait: *In* [c] *omnibus* (Nota) *te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Expressiusque præstantissimo Prædicatori columnæque alteri Timotheo, [d] *Exemplum*, inquit, *esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate:* & paulò post: *Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis.*

a 1. Cor. 12. 27. *Prædicatores sancti instar columnarum ferrearum, cum tribulationum perpoliti limâ perseuerāt in exhibitione pulchritudinis vitæ sanctæ, & bonorū exemplorum.*
b 3. Reg. 7. 21.
c Tit. 2. 7.
d 1. Timot. 4. 12.

15 Tertius denique columnarum vsus, isque perantiquus est ad alicuius gloriā, insigneque Trophæum, de quo Plinius lib. 34. cap. 5. vbi de sta- D tuis, quæ ob id ipsum super columnas erigebantur. *Antiquior*, inquit, *columnarum, sicut C. Menio, qui deuicerat priscos Latinos, quibus ex fœdere tertias præda Rom. populus præstabat, eodemque in Consulatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus fixerat. Anno vrbis CCCCXVI. Item C. Duellio, qui primus naualem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in foro.* Ita Plinius.

Plinius. *Columnarum tertius vsus ad insigne alicuius gloriam, & ad trophæum.*

Sed & adhuc Romæ duæ visuntur celsissimæ, magnaque crassitie, & sculpturæ insignibus speciosæ marmoreæ, & in cochleæ modum intrinsecus peruiæ, Traiani Imperatoris tro- E phæum altera, altera verò Imperatoris Antonini, super quibus dictorum Imperatorum æneæ fuisse dicuntur statuæ: in quarum tamen locum piissimè nostro hoc sæculo à felicis, rec. Papa Sixto V. & erigi vidimus, & erectas veneramur æneas item statuas in trophæum duorum Principum Apostolorum, vt pote eiusdem vrbis Patronorum, Petri in columna Traiani, & Pauli in altera Antonini, ambasque auro fulgentes. Sicut & erectam adoramus æream, item, & inauratam imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ Christum Iesum filium suum infantem è collo pendentem F habentis, super tertia columna non minùs certè duabus iam dictis insigni, quam paucis ab hinc annis Sanctissimus D. noster Paulus Papa V. quē Deus & Vrbi, & Orbi dignum Ecclesiæ suæ caput incolumem seruet, è ruderibus magnificentissimi pacis templi à Vespasiano Imperatore ad æternitatem falsò extructi, longo itineris tractu, magnoque translatam sumptu in honorem tantæ Virginis, regisque Pacifici filij eius in triūphum, ante fores in mediaque platea nobilissimæ eius Basilicæ dictæ sanctæ Mariæ Maioris, & ad Præsepe, religiosissime erigendam, & statuendam curauit. Sicut & alias Ecclesiastico more antiquo adhuc superstites in templorum plateis ad eorum fores inspicimus collumellas signo Crucis, vel etiam Christi cruci affixi imagine ad verticem insignitas.

Columnæ duæ maximè insignes Romæ visuntur erectæ in trophæum, altera Traiani, altera Antonini Imperatorum.

Columnam tertiā vltra prædictas, itēque insignem erexit Paulus Papa V. in honorē B. Virginis, & in trophæū Pacifici eius filij.

Tales columnas, in huncque tertium vsum, 16
nempe in Dei honorem, erigendos in cælesti templo quotquot per varias tribulationes intrabunt in Regnum Dei dicere possumus secundùm probabiliorem, verioremque intellectum verborum eorum, quæ supra ex libro retulimus Apocalypsis, [e] *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei*, id est, in cælesti patria, quæ Dei & Regnum, & templum est. Pro quo sensu facit, quod mox ibi subiicitur de iisdem in columnas, Deique trophæa erectis. *Et foras non egredietur amplius*, quo significatur perpetua firmitas in hoc columnæ vsu, quem magis exprimunt sequentia: *Et scribam super eum nomen Dei mei*, vt pateat scilicet, illum sic ibi honorificentissimè, & gloriosissimè erectum, vt sit in titulum celsissimi Dei, ineffabilisque in eius nominis honorem. De quo Petrus Apostolus [f] ait: *In quo*, scil. tempore nouissimo, *exultabitis modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro, (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi.*

Tribulationes tolerātes iusti post mortē in cælesti patria erigēdi instar pulcherrimarū columnarū in Dei honorē & in trophæū Christi.
e Apoc. 3. 12.
f 1. Pet. 1. 6.

Cæterùm & Euangelicum quemque Prædica- 17
torem, quem in Ecclesia præsentis sæculi columnam esse ostendimus ad duos præexpositos vsus, ad hunc quoque tertium columnam esse debere pro certo habendum, firmissimamque in eodem vsu fidelitatem illi necessariam. Qua de re præ omnibus egregius nos instruet Gentium Prædicator Paulus qui de sua primùm agens ad id muneris electione, vt portaret Christi nomē coram Gentibus, & populis dicit, *In quo* [g], scil. Christo Iesu *etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundùm propositum eius, qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antea sperauimus in Christo.* Magisque ad rem nostram alibi. *Deo* [h] *autem*, inquit, *gratias, qui semper triumphat, nos in Christo Iesu*, super quæ Anselmus ait, *Apostolus multa perpessus aduersa gratias agit Deo in Christo Iesu, quem Gentibus prædicabat, quod dignum ipsum elegerit triumpho filij sui, vt quod dicitur, qui semper triumphat nos in Christo Iesu æquè sit, ac triumphum suum super nos agit.* Additque idem Anselmus: *Triumphus Dei est passio Martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. Cùm enim quis viderit tanta perseuerantia stare Martyres, atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei disseminatur in Gentes, & sibi tacita loquitur cogitatio, quòd nisi verum esset Euangelium, numquam sanguine defenderetur.*

Prædicatores sancti stabiles persistunt in Dei honorem & in Christi trophæum instar colūnarum gloriæ, & trophæi.
g Ephes. 1. 11.
h 2. Cor. 2. 14. Anselmus. *Martyres sūt colūnæ triūphorum, & trophæa Christi.*

Quod asserit S. Anselmus de Martyrio per san- 18
guinis effusionem, ac mortem, de iugi pariter tribulationum, persecutionumque tolerantia, atque carnis intelligendum mortificatione, de qua legis in Psalmo, *Quoniam* [i] *propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis*, & in qua veram Christi crucifixi Prædicatores super se erectam deferunt imaginem, eiusdémque trophæum, quod suomet exemplo idem contestatur Gentium Prædicator, vbi ait, [k] *In omnibus tribulationem patimur, sed nō angustiamur: opprimimur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non*

Tribulationū tolerātia Prædicatores & iusti quique sunt instar columnarum erectarum in triumphū, & trophæum Christi.
i Psal. 43. 22.
k 2. Cor. 4. 8.

 derelin

derelinquimur: deiicimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Quid clarius? Quod autem istud sit imaginis Christi crucifixi trophæum declarat ipse Apostolus aliàs dicens.[a] Christo confixus sum cruci, sicut & alibi cõtestatam firmissimam suam in hoc tertio columnæ vsu faciens fidelitatem, non solùm in defenenda (vt ostensum est) Christi crucifixi super se erecta imagine, sed & in conseruandis in se, vt in triumphali columna sculptis insignioribus eiusdem Christi gestis. Prædicamus, [b] inquit, Iesum Christum crucifixum: &, [c] Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Ista illustria Christi gesta, quæ in me excellentissimâ manu impressa conseruo, & curo pro viribus, vt hæc vnà cum insignioribus aliis indelebiliter in me permaneant. Ideo subdit: [d] De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

a Gal. 2.19.
In sanctis Prædicatoribus sicut in columnis trophæorũ sunt & imago Christi crucifixi, & insculpta insigniora illius gesta.
b 1.Cor.1.23
c Gala 6.14.
d Galat. 6. 17.

19 Prædicator bonus precibus est populo instar firmissimi muri.

(Et in murum æreum.) Quòd sancti Prædicatores in murum à Deo dati sint, vt hìc dicitur, Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ, id est fidelibus vniuersis cuiuscumque gradus sint, atque ordinis, vt suis ipsi precibus pro illis diuinæ obiecti essent iræ, satis superque idemmet Deus apud Ezechielem contestatus est, vbi conquerens quòd iam nulli essent, qui fideliter erecti starent in exhibito hoc munere, ait:[e] Quæsiui inter eos virum qui staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.

e Ezech. 22. 30.

20 Prædicatores sancti precibus suis in murum æneũ dati dicuntur nedum ob efficaciam, sed & ob perseuerantiam in augendis orationibus.

Quòd verò iidem non tam dicantur dati in murum ferreum, quàm in murum æneum, haud ità facilè est rationem assignare congruam, Duas tamen pro nunc ipse indicabo à moribus non alienas: Primam, quia Euangelico Prædicatori id hac in re significaretur esse debere studij, vt precibus suis nedum succensa Dei iacula à suo auertat populo, sed insuper efficiat, vt Deus haud iam amplius vel terram, vt ait in libro Leuitici, [f] vel cælum vt dicit in libro Deuteronomij, [g] det ænea. Secundam, quia iidem sancti Prædicatores in hoc munere obsistendi Deo habere se debeant, instar muri ænei, qui per depugnantium armorum ictus non solùm minimè deiicitur, sed tunc maximè sonorum dat sonum: sic quippe & sanctus Prædicator orans pro populo nedum lassari debet, & ab orando desistere, quando se non exaudiri intelligit, ictibusque diuinæ iræ, & calamitatum vnà cum populo, pro quo orat, percuti sentit: sed quantò magis percussionibus tunsum à Deo se reiici animaduertit, tantò validiori robore eidem obsistentem perseuerare, sonitumque emittere vehementiorum orationũ: Quod [h] à sancto Moyse, & à nostro Ieremia eximiè præstitum infra ostendemus, cùm Deo illi resistente, atque apertè eum reiiciente, adeoque dicente, [i] Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te: Obstitit nihilominus ei semper Propheta adaugens preces, ita vt & post mortem de eo scriptum legamus, Hic est qui multum orat pro populo. At hæc satis pro nunc.

f Leuit. 26. 19.
g Deut. 28. 23.
h Exod. 32. 10.
i Iere.7.16.

21 Prædicatores sancti quasi muri ad fines Regnorũ erecti cõtra hostiles finitimorum impetus stant aduersus fidei, & morũ bonorum hostes.

Cæterùm magis propriè in murum validissimum à Deo dicuntur erecti ipsi Prædicatores, quòd statuti sint qui irruentium Ecclesiæ hostiũ impetus, vel contra fidem Catholicam, vel contra bonos mores, & sustinerent, & arcerent, tãquam videlicet muri, qui ad Regni, aut regionis alicuius fines propinquis obiiciuntur hostibus. Qualis certè is fuit, quem Adrianus Imperator in Britannia contra Pictorum, & Scotorum hostiles in Romani Imperij fines incursus portentosæ molis erexit octoginta millium passuũ, vt asserit Spartianus. Qualis & multò longior ad fines Synarum regni contra ímpetus Tartarorũ, de quo omnes qui de Synicis scribunt rebus. In muros istiusmodi ad Ecclesiæ fines in hoc ipso Prædicationis munere sanctos Apostolos à Deo erectos significasse visus est Paulus, cùm diceret, [k] Puto quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tamquam morti destinatos, id est, vt omnibus impiorum insultibus obiecti essemus: Quo loco nota adhibitam particulam, Tamquam, id est, quia reuerà muri isti numquam contriti, deiectique è suo fuêre munere: tametsi tot in illos aduersariorum ictus extiterint, atque impulsus, vt propterea, sicut mox ibidem subiicitur. Spectaculum facti sint mundo, Angelis, & hominibus, malis quidem ipsorum expectantibus ruinam, bonis verò validissimum eorumdem admirantibus robur in perferendo, ac obsistendo.

Spartianus.
Apostoli statuti à Christo in muros fortissimos ad Ecclesiæ fines contra hostiles impetus.
k 1.Cor.4.9.

Prædicator quisque bonus est fortissimus murus populo contra prauos, & infideles.

Talem murum prauis quibusque ne aliis officiant obsistentem bonum quemque verbi dispẽsatorem esse debere significabat in loco quem supra pertractauimus fusè cùm diceret, [l] Vt possit eos, qui contradicunt arguere. Addens: Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores: maximè qui de Circuncisione sunt: quos oportet redargui. Talem murum voluit esse Titũ, quando illum ad ipsum Prædicandi instruens munus, dicebat ei: [m] Increpa illos durè, vt sani sint in fide, & aliàs: [n] Argue cum omni Imperio. Nemo te contemnat.

l Tit. 1. 9
m Tit. 1. 13
n Tit. 2. 15.

22 Prædicatores sancti dicti æneus potiùs, quàm ferreus murus, quia ærumnis, & persecutionibus, & magis sonori redduntur ad Prædicationem, & vita bona exemplis exhibentur illustriores.

Aptiùs autem ad duritiem istam, seu perdurantem in tali explendo munere Sanctorum Prædicatorum fidelitatem ænei potiùs muri, quàm ferrei vsurpata est hic similitudo, vt ad duo fiat allusio, quæ ex assidua percussione æneæ cuique rei contingere solent; vt in æneis aduertere est campanis, in quibus eò loci, vbi fit mallei ferrei percussio, ex percussione ipsa frequentiori, & sonus emittitur frequentior, vehementiorque, & æs micantius redditum conspicitur.[o] Lege Actus Apostolorum, & videbis sanctos Apostolos eductos ab Angelo è carcere, in quem à Principe Sacerdotum, cæterisque qui cum illo erant fuerant coniecti. Quia Christum prædicabant: multò magis in eamdem rediisse Prædicationem, [p] Dicentique Principi Sacerdotum adductis in Concilium: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrinâ vestrâ: Petrum reliquosque respondisse, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, nouam ibidem coram Concilio de ipsomet Christo Iesu fecisse concionem. Ac demùm, [q] cum cæsis denunciassent, ne omnino loquerentur in nomine Iesu, Sanctos ipsos Dei præcones iuisse gaudentes à conspectu Concilij illustrem quem exinde consecutos se agnoscebant, profitentes splendorem, Quòd digni habiti sint pro nomine Iesu contumeliam pati. Subditque textus vehementiorem Prædicationis eorum sonum, dicens: [r] Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & Euangelizantes Christum Iesum. Idque tamdiu fidelissimè sunt prosecuti, & tanta fortitudine, vt sicut prædictum in Psalmo fuerat, [s] In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

o Act. 5. 19.
p Act. 5 28.
q Act. 5. 40.
r Act. 5. 42.
s Psal. 18. 5.

23

Porrò quemadmodum primum Sanctorum Prædicatorum exemplar Christus, qui de se ipso ex

a Luc. 4. 18. *Prædicatores, & Doctores sancti persecutionibus, & infidelium resistentiâ redduntur illustriores, sicut & Christus per passionem, ac morte fuit clarificatus.* b Ioa. 14. 28. c Ioa. 12. 23. d Ioa. 12. 24.

ex Isaia legit in templo, [a] *Euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum*, per maximas, quibus eius Prædicationem impedire conati sunt, persecutiones, maximè quoque clarificatus est, & quò magis passionis tempore propter idipsum percussus fuit, & cruci affixus, eò & clarificatus est magis sicut à cælesti eius Patre discimus ex Euangelio in verbis illis, *Et* [b] *clarificaui, & iterum clarificabo*, cùm paulò ante Christus ipse dixisset, [c] *Venit hora vt clarificetur filius hominis*, per passionem videlicet, de qua mox subdit: *Nisi* [d] *granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem* B *mortuum fuerit, multum fructum affert.* In eumdem modum & Doctores, prædicatorésque sancti hæreticorum, & impiorum resistentia, & persecutionibus illustriores redduntur, æquè ac æs malleis percussum. Sic Magnum illum Athanasium toto terrarum Orbi clarissimum exhibuerunt hæretici Arriani, impiique infidelitatis, scelerumque fautores. Quid adeò nostrum magis clarificauit Augustinum, quàm Donatistæ, Manichæi, & Pelagiani? per Nestorium, & Euthychetem eorumque complices celebri scientiæ fulgore adhuc emicat Cyrillus Alexandrinus, & sic de cæteris.

Versus 19.

24 *Prædicatores bonos odio prosequũtur impij, cum ægrè ferant illorũ correptiones, ideoque in illos turbas cient, & prælia.* e Prou. 10. 12. f Pro 15. 12. Ambros.

(*Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt.*) Peruulgatæ, & quotidianâ probatæ experientiâ duæ sunt Sapientis sententiæ, quarum altera est, [e] *Odium suscitat rixas*, altera verò, [f] *Non amat pestilens eum qui se corripit.* Hinc iuge iniquorum cum sanctis Prædicatoribus, quod hîc dicitur, prælium, quia eorum ferre nolentes correptiones in defesso & ipsos, & ipsorum odio prosequuntur Prædicationes. *Ægyptiis*, inquit Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel cap. 6. *abominationi erant pastores ouium: omnes enim, qui corporis passionibus dediti sunt, & voluptatibus suis indulgent, disceptatorem verbi, doctorémque virtutis quâdam execratione declinant.* Implacabile istud odium duabus similitudinibus egregiè declarat Isidorus Pelusiota Epistola 183. lib. 1. dicens: *Sancti Prædicatores, ac Prælati dum turpes impiorum actiones coarguunt, ab eis tamquam speculum à deformi, ac medicus ab ægrotante fugiuntur, & odio habentur. Siquidem deformis speculum ideircò fugit, quòd turpissimæ formæ ipsum admoneat: ægrotus autem eâ de causâ medicum fastidit, quia partem infirmam incidit, aut exurit.*

Isidorus Pelusiota.

25 *Prædicatores, Doctorésque sanctos duo hominum genera impugnant, alterũ eorũ, qui argui prauos suos mores ab illis ferre nequeunt: alterum eorum, quorum falsa doctrina per illos deprehẽditur.* g Ioa. 15. 19. h Ioa 15. 20. *Diabolus vt mendacij pater causa omnis impugnationis veritatis, & eorum qui illa docẽt, & prædicant.* i Ioan. 8. 43. k Ioan. 8. 44.

Porrò cùm duo sint hominum genera, qui Euangelicos odio prosequuntur Prædicatores, bellàque contra eos cient, alterum eorum, qui (vt dixi) corripientes, & arguentes ferre nequeunt, alterumque illorum, qui falsa docent, atque disseminant, falsitatisque suæ deprehensores, & redargutores omnibus persequuntur neruis. De ambobus istis per suimet exemplum ad Apostolos dicebat Iesus, [g] *Si mundus inquiens, vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit*, & [h] *Non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt* (per ironiam) *& vestrum seruabunt.* At idem met primam & odij, & belli vtrorumque tam contra ipsum quàm contra sanctos ipsius doctores, ac Prædicatores in eodem Ioannis Euangelio subtiliter his patefacit verbis, [i] *Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum*, voluntate nimirum obduratâ veram meam auersantes doctrinam summoque veros sermones ipsos meos, prosequentes odio. *Vos* [k] *ex Patre diabolo estis*, quoad imitationem in hoc quòd veritatem A auersamini, méque eam prædicãtem impugnatis, mortem propterea mihi satagentes inferre: hoc est enim quod subdit, *& desideria*, id est, studia & consilia *patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio*, scil. mundi. *Et in veritate non stetit.* Ita sunt præcipua diaboli studia, & prima, quòd in veritate, ac veracitate minimè perstitit eorum, sc. quæ primis hominibus Deum mandasse, ac denunciasse intellexerat, vt [k] non comederent ex ligno scientiæ boni & mali, quod in medio erat Paradisi, quia alioquin morte morerentur, [l] imò hanc mendacio impugnans homicidia procurauit, primò vniuersum humanum genus morti subiiciens, tum & omnium dissensionum, atque bellorum, ex quibus innumera consecuta sunt homicidia extitit, atque adhuc causa. Sic in eo quod dicitur, *Et in veritate non stetit*, particulam *&* ipse sat commodè ad rem nostram accipio, vt positam causaliter pro, *quia*, prout eamdem sæpe vsurpatam in sacris literis ostendemus aliàs, vno eo loco dumtaxat hîc allato Ioannis quo dicitur, *Et* [m] *verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, super quæ Ioannes Chrysostom. homil. 10. in Ioannem, sicut & alij Sanctorum Patrum, cau- C saliter id quod secundo loco dicitur, *Et habitauit in nobis*, sic interpretatur. *Tantùm non dicens, nihil absurdum suspiceris cùm factum dicimus. Non enim immutabilis illius naturæ mutationem, sed diuersorium & habitationem mutatam dixi*, vt sensus nimirum sit, Verbum caro factum est, quia habitauit in nobis.

k Gen. 2. 17.
l Gen. 3. 1.
m Ioan. 1. 14. Ioan. Chrysostomus.

26 *Veritatis odiũ est primaria causa impugnationis sãctorum Doctorũ, & Prædicatorum.* Augustin. *Veritatis odiũ vnde sit in hominibus.*

Itaque ex iam dictis prima ac radicalis ratio sat patet, & eius quod hic apud Ieremiam sancto cuique Prædicatori dici à Deo obseruauimus.

Et bellabunt aduersùm te: quia nimirum veritas odium pariens in vniuersis Diaboli filiis, impiis, D infidelibus, & hæreticis, & ex istiusmodi odio bella contra ipsius veritatis Doctores suscitantur. Qua de re peregregiè Augustinus lib. 18. Cõfessionum cap. 23. Deum alloquens, *Cur*, ait, *veritas parit odium, & inimicus eis factus est homo tuus verum prædicans, cùm ametur beata vita, quæ non est nisi gaudium de veritate? nisi quia sic amatur veritas, vt quicumque aliud amant, hoc quod amant velint veritatem: & quia falli nollent, nolunt conuinci quòd falsi sint. Itaque propter eã rem oderunt veritatem; quam pro veritate amant. Amant eam lucentem, oderũt eam redarguentem. Quia falli nolunt, & fallere volunt.* E *Amant eam cùm se ipsa indicat, & oderunt eam cùm eos ipsos indicat. Inde retribuet eis, vt qui se ab ea manifestari nolunt, & eos nolentes manifestet, & eis ipsa non sit manifesta.*

Prædicatores sancti sunt inuicti, quia secum veritatem, Deũque habent in pugna. n 3. Esdr. 3. 13. o Psa. 116. 2. Plato. p Ioan. 14. 6. August.

(*Et non præualebunt.*) Benè id prædictis adiectum est, cùm firmissimum id sit, quod in libro Esdræ conclusum fuit, *Super* [n] *omnia vincet veritas.* Quodque in Psalmo asseritur, [o] *Et veritas Domini manet in æternum.* Horum verò omnium hîc subiicitur ratio, (*Quia ego tecum sum ait Dominus vt liberẽ te.*) Siquidem *veritate duce*, dicit Plato lib. 5. Legum, *procuidubiò numquam malorum* F *dicemus chorum consequi.* Veritas autem ille est qui de se in Euangelio dixit, *Ego* [p] *sum via, veritas, & vita.* Veritas Deus ipse est qui hîc Ieremiæ loquitur, qui & æternitas est, & charitas fortis vt mors. Adeoque magno cum affectu Augustinus lib. 7. Confess. cap. 10. exclamat. *O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas! Tu es Deus meus, tibi suspiro die ac nocte,*

VVL

VVLGATA.

Vers. 17.] Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere, &c.

Vers. 18.] Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, &c.

Vers. 19.] Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Καὶ σὺ περίζωσαι τὴν ὀσφύν σου, καὶ ἀνάστηθι, καὶ εἰπὸν πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαί σοι. μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, μηδὲ πτοηθῇς ἐναντίον αὐτῶν, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, λέγει κύριος.

18. Ἰδοὺ τέθεικά σε ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ὡς πόλιν ὀχυρὰν, καὶ ὡς τεῖχος χαλκοῦν, ὀχυρὸν πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν Ἰούδα, καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ, καὶ τῷ λαῷ τῆς γῆς.

19. Καὶ πολεμήσουσί σε, καὶ οὐ μὴ δύνωνται πρὸς σέ. διότι μετὰ σοῦ ἐγὼ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, εἶπε κύριος.

Vers. 17.] Et tu accinge lumbum tuum, & surge, & dic omnia, quæcumque mandauero tibi. Ne timeas à facie eorum, neque exterrearis coram eis: quia tecum sum, vt liberem te, dicit Dominus.

Vers. 18.] Ecce posui te in hodierna die in Ciuitatem munitam, & in murum æneum munitum Regibus Iuda, & principibus eius, & populo terræ.

Vers. 19.] Et bellabunt aduersùm te: & non præualebunt aduersùm te, quia tecum ego sum, vt liberem te, ait Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Tum autem confortabis lumbos tuos, & surges, & prophetabis eis omnia, quæ præcipio tibi: ne desinas corripere eos, ne fortè conteram te coràm eis.*

Vers. 18. *Et ego ecce dedi te hodie fortem sicut ciuitatem munitam, & sicut columnam ferream, & sicut murum æreum, ad propinandum calicem maledictionis omnibus habitatoribus terræ, & Regibus domus Iuda, & principibus eius, & Sacerdotibus eius, & populo terræ.* Vers. 19. *Et erunt contendentes, & bellantes aduersùm te, vt celent verba Prophetiæ tuæ, & non præualebunt tibi, quia in auxilium tuum erit verbum meum, dicit Dominus, vt eruam te.*

2 Hieronym. *Prædicatori maximè necessaria continentia.* (*Tu ergo accinge lumbos tuos.*) Hieronymus in Comment. *Quicumque sermones locuturus est Dei debet accingere lumbos suos, sciens quod Diaboli omnis virtus in lumbis sit. Cùmque accinxerit lumbos audiat illud, quod scriptum est.*[a] *Surge, qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus, vt semper vigilãs, & de somno consurgens loquatur, quæ Dominus præceperit.*

a Eph. 5. 14.

A Gaudentius quoque Brixiensis serm. 2. de manducatione Agni Paschalis. *Præcinctione lumborum designatur hoc loco concupiscentiæ carnis mortificatio, quæ maximè necessaria est, vt præcedat Prædicationem.* Gaudentius.

Theodoritus in Comment. *Iubet, vt lumbos accingat, hoc est succinctè, & viriliter se ornet.* Theodorit.

S. Thomas, *hic docet vt promptè exequatur Prophetæ munus, accingens lumbos suos, quasi qui parat se ad velociter eundum.* S. Thom.

(*Ne timeas à facie eorum*, &c.) Vide quæ ex Hieronymo in Comment. circa sensum versionis Sept. allata sunt supra in literæ expositione. Hieronym.

B (*Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatẽ munitam*, &c. 3 Lucifer Calaritanus Episcopus lib. de non parcendo in Deum delinquentibus. *Eousque nobis Antistitibus suis dedit Deus potestatem ad vos* (loquitur ad Constantium Imperatorem) *nobis commissos increpandos, docendos, vt dixerit: Ne timeas à facie eorum, ne formides in conspectu eorum. Ecce posui te in hodierna die, sicut ciuitatem firmatam, & sicut murum æreum, firmum omnibus Regibus Iuda, & Principibus eius, & plebi terræ. Et pugnabunt ad te, & non poterunt aduersùm te. Quia ego tecum sum, vt liberem te.* Nota hanc esse lectionem Sept. Lucifer. *Prælatis & Ecclesiasticis quanta à Deo data sit auctoritas in Principes sæculares.*

C Gregorius Nazianzenus oratione 43. In nouam Dominicam. *Innouatur etiam apud alium Prophetam murus æreus, hoc est, ni fallor, anima firma, & aurea, recensque ad pietatem compacta.* Super quæ Nazianzeni verba ait Nicetas. *Murus quidem æreus apud Ieremiam reperitur. Murus autem innouatus simpliciter, ac non æreus apud Isaiam, cùm ait*[b] *Venter meus ad Moab vt cythara sonabit, & præcordia mea quasi murus, quem innouasti. Per murum animam significari dicit, quæ dura quidem, & firma est (non huiusmodi murus est) aurea autem, quia æris quoque forma colorem refert auri, recens autem ad pieta*D*tem compacta propter innouationem.* Greg. Naz. Nicetas. b Isai. 16. 11.

4 Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in cap. 24. Isaiæ, *Solenne & sacræ Scripturæ viros robustissimos, & muris, & vrbibus conferre, atque ad Ieremiam Dominus,* (Ecce posui te hodie, &c.) Cyril. Alex. *Prædicatorũ quale robur.*

Hieronymus in Comment. (*Ego posui, siue dedi te hodie.*) *Hoc est in præsenti vita, donec vocatur hodie, quasi ciuitatem firmissimam, non & vnam domum, nec turrem, aut aliqua mœnia, sed omnem Ciuitatem, quæ sita super montem latêre non potest. De qua scriptum est,*[c] *Et ego Ciuitas firma, ciuitas quæ* E *oppugnatur.* (*Et in columnam, inquit ferream*) *de qua inquit Apostolus,*[d] *Columna, & firmamentum veritatis,* (*Et in murum æreum*) *qui nullâ, violatur rubigine, nec casus imbribus deperit, sed vetustate fit fortior. Eris autem talis contra Reges, & Principes, & populum terræ, id est eorum, qui terrena sapiunt, & cælestia non nouerunt, qui habent imaginem* χοϊκοῦ *bilu,* (id est terreni,) *& non cælestis.* Hieronym. c Isai. 27. Sec. Sept. d 1. Tim. 3. 15.

D. Thomas in Comment. *Promittit fortitudinẽ ad resistendum.* (*In ciuitatem munitam*) *tum ad alios sustentandum,* (*& in columnam ferream.*[e] *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum* F *qui lapsus est verbo, tum vt in se non deficiat.* (*Et in murum æreum,*)[f] *vt adamantem, & silicem dedi faciem tuam.* D. Thomas. e Isai. 50. 4. f Ezech. 3. 9.

5 (*Et bellabunt*) &c. Hieronymus in Comment. *Si quando Reges Iuda, quæ interpretatur confessio, & Principes eius, & Sacerdotes, & Populi, Episcopi videlicet, & Presbyteri, & Diaconi, & vulgus vile, contra sanctum virum insurgere voluerint, habeat fidei firmitatem, & timere desistat: quia Domino auxiliante superabit.* Hieronym.

Theodoritus in Comment. *Pollicetur ei non pacem* Theodorit.

Prædicatori & Ecclesiæ Deus pollicetur certamina, non quietem.
a Matth. 16. 17.

cem, & quietem, sed certamina, & victoriam. (Pugnabunt enim, inquit, tecum) &c. Quam quidem pollicitationem fecit etiam Ecclesiæ. Nam Petro dixit, [a] A *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Non dixit, Nõ pugnabunt, sed pugnando non præualebunt.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM. [Vers. 17. 18. & 19.]

ΚΑὶ σὺ περίζωσαι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Σύμπραξόν μοι, συνεργησόν μοι. τί ἐστι τό, περίζωσαι; καθάπερ γὰρ ἰατρὸς μαθητῇ ἐπιτάττων πρὸς ἔργον μέγα: οὐ γὰρ ψιλὰ ἦν ῥήματα, οὐδὲ ἅπαξ εἰπεῖν ἔδει, οὐδὲ βραχεῖ χρόνῳ. τουτέστιν, ἀνδρεῖος γενοῦ: παράταξίς σοι, μάχη καὶ πόλεμος οὐχ ὁ τυχών.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] ὡς ἐν καιρῷ χαλεπῷ, καὶ πολλῶν ἐλέγχων δεομένῳ διὰ τὰ μέλλοντα δυσχερῆ, τὸν προφήτην ἀνίστησι. παραθαρρύνει τε τοῦτον, ὡς ἐπ' ἀγῶνι ἐπαλείφων τὸν ἀθλητήν, καὶ ζώσασθαι πρὸς ἀνδρείαν καλῶν. C

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, ἀνδρίσαι, θαρρῶν πορεύου. πρὸς δὲ διάνοιαν, περιζώννυται τὴν ὀσφὺν ὁ σώφρων. ἐν γὰρ τῇ ὀσφύϊ λέγουσιν εἶναι τὰ σπέρματα. εἴρηται γὰρ περὶ τοῦ Λευΐ, ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρός σου ἦν.

[Καὶ ἀνάστηθι.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχ ὅτι ἐκάθητο. πῶς γὰρ τοιαῦτα ὁρῶν, καὶ τοιαῦτα ἀκούων; ἀλλὰ διέγειρον σαυτόν, πρόσεχε τοῖς λεγομένοις, D διπλῆς σοι δεῖ τῆς προσοχῆς, πρός τε τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα, πρός τε τὸ ἐκείνοις διαπορθμεύσασθαι. ἐνταῦθα μὲν νηπτικῶς, ἐκεῖ δὲ ἀνδρικῶς.

[Μὴ φοβηθῇς ὅτι μετὰ σοῦ εἰμί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] περιφράξας ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσιν.

[Καὶ πολεμήσωσί σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε ἐξ ὧν πάσχεις, βλάπτειν μᾶλλον τοὺς ποιοῦντας, ἢ αὐτόν σε τι ὑπομένειν ἄτοπον. E

Θεοδωρήτου.] οὐκ εἰρήνην αὐτῷ, ἀλλὰ νίκην ἐπαγγελλόμενος. ὃ καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας πρὸς Πέτρον φησί. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· οὐ γὰρ μὴ πολεμήσειν, ἀλλὰ νικήσειν τοὺς ἐπιόντας ὑπέσχετο. τί οὖν πέμπει τὸν προφήτην; τὴν τῶν ἰουδαίων ἀντίστασιν προειδώς. ἐπειδὴ πρέπων αὐτῷ παιδεύειν, κἂν ἡμεῖς οὐ δεχόμεθα, τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας πρὸς ἀπολογίαν οὐχ ἕξοντες πρόφασιν: καὶ τὸ μὴ προνοεῖσθαι τὸν Θεὸν ἡμῶν, αἰτιᾶσθαι μὴ δυνάμενοι.

B [*Tv ergo accinge*, &c.] 6

Chrysostomi.] *Agentem me adiuua, simul labora. Quid sibi vult Accingere?* [a] *sic Medicus discipulum imperio suo ad opus magnum excitat: Nec enim nuda verba esse debebãt, neque semel ea dicere conueniebat, nec breui temporis spatio, hoc est, vir esto, in acie es; prælium & bellum non qualecumque imminet.*

Chrysostom.
a Accingendi verbo significata study sollicitudo, & robur, atque instructio ad prælium.

7

Victoris Presbyteri.] *In tempore difficultatibus pleno, multasque obiurgationes requirente ob futura discrimina Prophetam excitat, animosque illi addit, veluti in certamine Athletam inungens, illum ad fortitudinem se accingere* [b] *iubẽs.*

Vict. Presb.
b Accingendi verbo excitatur, daturque animus, & fortitudo Prophetæ.

Olympiodori.] *Perinde ac si diceret, viriliter age, audax* [c] *aggredere: morali verò sensu, temperans* [d] *lumbos cingit; lumbis enim semen inesse aiunt. Nam & de Leui dictum. Adhuc in lumbis patris sui erat.*

Olympiod.
c Accingendi verbo indita audacia.
d Accingere lumbos significat temperãtiam.
Hebr. 7. 10.

8

[*Et surge.*] Chrysostomi.] *Non quòd sederet, qui enim fieri id potuit, cùm talia videret & talia audiret? Sed* [e] *erige te ipsum: Attende hæc quæ dicuntur. Duplici tibi attentione opus, & ad ea, quæ à me dicuntur percipienda, & ad hæc ipsa illis porrigenda. Hic quidem accuratè, illic verò fortiter.*

Chrysostom.
e Surgendi verbo nõ hic significatur surrectio à sessione, sed erectio attentionis.

[*Ne timeas, &c. quia ego tecum sum, &c.*]

Olympiodori.] *Angelicis* [f] *virtutibus obsepiens.*

Olympiod.
f Angelica nobis sepes.

[*Et bellabunt, &c.*] 9

Chrysostomi.] *Ita vt quibus rebus vexaris, noceas* [g] *magis iis qui tibi malefaciunt, quàm tu ipse indignè aliquid sustineas.*

Chrysostom.
g Ex tentationibus, & persecutionibus maior iustorum victoria.

Theodoriti.] *Non pacem* [h] *illi, sed victoriam annuncians: quod & de Ecclesia ad Petrum inquit. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Nec enim non præliaturum, sed victurum aggressores promisit. Cur igitur mittit Prophetam? præuidens* [i] *fore vt Iudæi resistant. Nam ipsi cõuenit erudire, etsi nos recusemus disciplinam, nullam ab ignorantia ad nostram defensionem habituri excusationem, neque Deum nostrum, quòd nostri curam non gesserit iure accusaturi.*

Theodorit.
h Nõ pax nobis à Deo promittitur, sed victoria in prælio.
Matt. 16. 18.
i Nihil omittit Deus, quod ad nostrã faciat salutem, licet præsciat nos illis minimè vsuros.

IN IEREMIAM PROPHETAM.

CAPVT SECVNDVM.

1 ET factum est ver-
bum Domini ad
me, dicens.
2 Vade, & clama in
auribus Ierusalē,
dicens : hæc dicit
Dominus. Recor-
datus sum tui, mi-
serans adolescentiam tuam, & charitatem
desponsationis tuæ, quando secuta es me
in deserto, in terra quæ non seminatur.
3 Sanctus Israël Domino, primitiæ fru-
gum eius : omnes, qui deuorant eum, de-
linquunt : mala venient super eos, dicit
Dominus.
4 Audite verbum Domini domus Ia-
cob, & omnes cognationes domus Israël.
5 Hæc dicit Dominus : Quid inuene-
runt in me patres vestri iniquitatis, quia
elongauerunt à me, & ambulauerunt post
vanitatem, & vani facti sunt?
6 Et non dixerunt vbi est Dominus, qui
ascendere nos fecit de terra Ægypti : qui
traduxit nos per desertum, per terram in-
habitabilem, & inuiam, per terram sitis,
& imagimem mortis, per terram, in qua
nō ambulauit vir, neque habitauit homo?
7 Et induxi vos in terram Carmeli, vt
comederetis fructum eius, & optima il-
lius: & ingressi contaminastis terrā meam,
& hæreditatem meam posuistis in abomi-
nationem.
8 Sacerdotes non dixerunt : vbi est Do-
minus? & tenentes legem nescierunt me,
& Pastores præuaricati sunt in me: & Pro-
phetæ prophetauerunt in Baal, & idola se-
cuti sunt.
9 Propterea adhuc iudicio contendam
vobiscum, ait Dominus & cum filiis ve-
stris disceptabo.
10 Transite ad Insulam Cethim, & vi-
dete : & in Cedar mittite, & considerate
vehementer: & videte, si factum est huius-
cemodi.
11 Si mutauit gens Deos suos, & certè
ipsi non sunt Dij: populus verò meus mu-
tauit gloriam suam in idolum.
12 Obstupescite cæli super hoc, & portæ

A eius desolamini vehementer, dicit Do-
minus.
13 Duo enim mala fecit populus meus:
me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &
foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas,
quæ continere non valent aquas.
14 Numquid seruus est Israël, aut ver-
naculus? quare ergo factus est in prædam?
15 Super eum rugierunt Leones, & de-
derunt vocem suam, posuerunt terram
B eius in solitudinem : Ciuitates eius exustæ
sunt, & non est qui habitet in eis.
16 Filij quoque Mempheôs, & Taph-
nes constuprauerunt te vsque ad verticē.
17 Nunquid non istud factum est tibi,
quia dereliquisti Dominum Deum tuum
eo tempore, quo ducebat te per viam?
18 Et nunc quid tibi vis in via Ægy-
pti, vt bibas aquam turbidam? Et quid
tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam
C fluminis?
19 Arguet te malitia tua, & auersio tua
increpabit te. Scito, & vide, quia malum,
& amarum est, reliquisse te Dominum
Deum tuum, & non esse timorem mei
apud te, dicit Dominus Deus exercituū.
20 A sæculo confregisti iugum meum,
rupisti vincula mea, & dixisti : Non ser-
uiam : In omni enim colle sublimi, & sub
omni ligno frondoso, tu prosternebâris
D meretrix.
21 Ego autem plantaui te vineam ele-
ctam, omne semen verum : quomodo er-
go conuersa est mihi in prauum vinea
aliena?
22 Si laueris te nitro, & multiplicaue-
ris tibi herbam Borith, maculata es in
iniquitate tua coram me, dicit Dominus
Deus.
23 Quomodo dicis : Non sum polluta,
E post Baalim non ambulaui? vide vias tuas
in conualle, scito quid feceris : cursor le-
uis explicans vias suas.
24 Onager assuetus in solitudine, in
desiderio animæ suæ attraxit ventū amo-
ris sui : nullus auertet eam : omnes, qui
quærunt eam, non deficient : in menstruis
eius inuenient eam.

25 Pro

25 Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti: & dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.

26 Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi, & Reges eorum Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum.

27 Dicentes ligno: pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti: verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos.

28 Vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: secundùm numerum quippe ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda.

29 Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

30 Frustrà percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester Prophetas vestros, quasi Leo vastator, generatio vestra.

31 Videte verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israëli, aut terra serotina? Quare ergo dixit populus meus: recessimus non veniemus vltra ad te?

32 Numquid obliuiscetur Virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris.

33 Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium?

34 Non in fossis inueni eos, sed in omnibus, quæ supra memoraui.

35 Et dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum, & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccaui.

36 Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas: & ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

37 Nam & ab ista egrediêris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

Vers. 1.] Et factum est verbum Domini ad me dicens.

Vers. 2.] Vade, & clama in auribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit Dominus. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra, quæ non seminatur.

A *Vers.* 3.] Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

CVM[a] *iam iuxta superiùs expositam Dei iussionem, accinctis lumbis surrexissem, staremque ad eiusdem Dei mandata capessenda paratus,*[b] *Qui me perfectum in prophetali voluit munere, perfectionis præ-* B *cepto his me allocutus est denuò, Egrediens de Anathoth terra cognationis tuæ, déque domo parentum tuorum iter arripe Ierusalem versus, ibique elata prædica voce & audientibus eiusdem ciuitatis incolis, vt bonus tyro, qui puer adhuc es, meam hanc lege orationem, clamans, hæc dicit Dominus.*[c] *Cùm tui quasi oblitus permittere debuissem, vt exciderêris ob multitudinem iniquitatum tuarum, quibus temporibus hisce contaminatam te vidi, nihilominus nequaquam oblitus, sed recordatus tui sum, Ciuitas Ierusalem, Ecclesiaque & domus Iuda, eruens te ab euersione, malisque iis, quæ tibi ob tua imminẽt scelera; misericordiâ sanè hucusque erga* C *te motus ob ea, quæ in te acta sunt in adolescentia tua, quando te possedi ab initio in Ægypto.*[d] *Nec certè habeo, quod tibi adeò beneficiorũ meorum obliuiosæ obiiciã efficacius, quàm quòd ipse ita tui sum recordatus in extrema existentis miseria, vt nil in te amabilis apparente, instar adolescentulæ, quæ nuda sit, absque pulchritudine, & absque vlla dote, confusionisque plena, tui misertus plurima, eaque maxima in te contulerim.*[e] *Vtinã autem & tu recordarêris eius, quæ ex misericordia illa mea tumet in illo adolescentiæ tuæ tempore erga me succensa es charitate, quanè in susceptione legis, cum promissione exactæ obedientiæ desponsata mihi es, neque vt sponsum* D *dilectissimum etiam in deserto secuta es, nil vel in charitate ista tua, vel in obedientia, vel in fide admittens diminutionis, vel ex ipso itinere in terra, quæ non seminatur.*[f] *Sanè ex tunc Israël mihi consecratus est Deo, vt populus in peculiarem electus, & instar præcipuarum frugum illarum, quæ mihi in sacras offeruntur primitias,*[g] *Ideoque quotquot illum conterere ausi fuerint, eos censeo criminis reos, eique & pœnæ definio obnoxios, quæ iuxta legem puniuntur, qui primitias mihi sacratas profani comedunt. Et mala super eos aduenient grauissimarum pœnarum, tametsi in eo ipso mihi ministrent, quia summa cum auiditate illum deuorant, affliguntq́;* E *ad propriæ potiùs famis rabiem sedandam, & in mei contumeliam.*[h] *Quidni igitur memor & tu eorum es, quorum memoria iugiter meæ insidet menti, pietatis, misericordiæ, ac beneficiorum, quæ in te contuli, cùm te eduxi ex Ægypto, quando eã te deperij charitate, vt te, licet omnino immeritam desponderim, dotis loco meam tibi donans legem, monilibusque te ornans mandatorum meorum, & eo insignem reddens decore, atque ingenuitate, vt præ nationibus vniuersis tu sancta mihi esses, electa, & peculiaris, instarque præstantissimorum, qui mihi in primitias offeruntur fructuum speciosissima. Cur non & singularis meæ erga te recordaris* F *prouidentiæ, quã tui offensionem, delictum in me admissum reputem? ideoque & quotquot te contriuerint grauissimis puniam pœnis.*[i] *Delessem te certè iamdiu, id tuis merentibus sceleribus. Id, quod me hucusque detinuit illud est, quòd ob oculos habui, memoriáque versaui sanctorum Patrum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob, insignem pietatem, tenerumque in verum mei cultum affectum, quando in illorum ætate adolescens tu dici poteras:*[k] *Recordatusque sum eorumdem Patriarcharũ, flagrantissimam erga me charitatem, qua ambulantes coram me, neque eâ ratione sequentes perfectionis culmen*

a Vers. 1. *Et factũ est verbum Domini ad me.*

b Vers. 2. *Vade & clama (seu lege) in auribus Ierusalem. Hæc dicit Dominus.*

1. Sensus.

c *Recordatus sum tui, miserans adolescẽtiam tuã.*

2. Sensus.

d *Recordatus sum tui mis. adolescentiã tuam.*

e *Et charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto in terra, quæ non seminatur.*

f Vers. 3. *Sãctus Israel Domino primitiæ frugum eius.*

g *Omnes qui deuorant eum delinquent: mala veniẽt super eos.*

3. Sensus.

h *Recordatus sum pietatis adolesc. tuæ, &c.*

4. Sensus.

i *Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ.*

k *Et charitatis perfectionis tuæ sequi te sanctũ Israel, sanctus Israel Domino.*

a Principium geniminum eius.

b Generationum eius.

c Omnes edētes illum, delinquent, mala veniēt super eos, dicit Dominus,

A *attigêre, transformati per dilectionem ipsam suam in me sanctum Israel, sanctique & ipsi effecti, sanctitatem in se, veluti in speculo suspicientes meam, ita vt tunc & tu Sanctus Israel Domino diceréris.* [a] *Memor insuper fui, qua ratione iidem Sancti Patres tui primos mihi tuos exhibuêre fructus virtutum, initiumque mihi exhibuêre geniminum delectabilium ex te, quæ in vineam plantaram electam. Et* [b] *principium pariter extuêre generationum earum, ex quibus filius meus tuam sumpturus est carnem.* [c] *Vnde factum est, vt ferre nequiuerim, te à quoquam lædi, & sicut ferre non potui, quin grauiter in eos animaduerterem, qui vel calumniis tuos ipsos comederent Patres, ita & illos graui prosecuturus* B *sim vltione, quotquot quasi deuorando te affligere tentarint.*

5. Sensus.
d Record. sum tui misericordia pietatis adolescentiarum tuarum.

Confundêre [d] *& præ confusione ipsa erubesce, Te penitus mei, mearumque perfectionum obliuiscente, ipse tui sum recordatus: idque vnum optarim, vt & tu eorum recordarêris, quorum ipse sui memor, tui recordatus. Ea verò sunt, quæ præclara in me exhibuisti tunc temporis, cùm adolescens adhuc esses in Ægypto, Misericordiam dico, quâ mei quodammodo misertu, quem nationes reliquæ omnes reliquissent, nec propter grauissimas, quibus in Ægypto premebaris ærumnas, meum abiicere voluisti cultum* [e] *Et charitatem insuper in me tuam, quâ plu-* C *ribus perfectionis actibus mihi desponsata es, actu videlicet perfectissimæ vnionis, quâ mihi conglutinata secuta es me, actu exactissimæ obedientiæ, & resignationis, quæ absque vlla tergiuersatione etiam in deserto duci a me passa es; Et actu tutissimæ fidei, quâ in terra non seminata pasci à me firmissimè & credidisti, & sperasti. Multùm quidem etiam tunc temporis à patribus iis tuis irritatus sum, plurima & mihi in illis displicuêre, At prædictorum dumtaxat bonorum recordatus sum, vt scias, & nunc pariter tuorum me obliturum scelerum, cum eorum pœnitentiam egeris,* [f] *At sicut tanti tunc ob enu-* D *merata bona te feci, vt ex desponsatione ipsa, quam tecũ inij, & gloriam, & opes adeptus mihi visus sim, nomen tuum Israel instar sanctitatis meæ, instarque gloriosissimi nominis mei gloriam mihi reputans, Optimumque, virtutum, & timoris mei, in quo mihi thesaurus est, initium ex te prouenisse censui; qui alioqui pauperrimus frugum videbar prouentus istius, cùm nix quisquam esset, qui in vniuerso terrarum Orbe vel frugum primitias, vel sacrificia, vel veras referret virtutes.* [h] *Ita nunc quoque ita erga te sum affectus, vt vel ob prædictorum memoriam læsæ maiestatis meæ crimine delinquere definiam, adeoque & desolandos singulos, qui te, quam mihi recolo spõsatam, offenderint; Malumque omne in illos meâ pro-* E *nuncio sententiâ. Cur ergo & tu modo ad me vt ad tuum non conuerteris sponsum?*

e Et charitatis perfectionũ (seu) desponsationũ tuarum, ire tuĩ post me in deserto in terra nõ seminata.

f Vers 3. Sãctitas Israel Domino.

g Initiũ prouentus eius.

h Omnes edẽtes eum, delinquent, seu desolabuntur: malũ veniet eis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Gaspar Sanctius.

PRo, interiectione Hebraicâ phrasi, adhibitum hîc putat Gaspar Sanctius verbum *Vade*: quâ Hebræi vrgêre alios solent, vt seriò statim aliquid faciant, vt cùm dicitur in scriptura, *Venite, adoremus, Venite exultemus. Vade, & posside. Vade, & solue saccum*: qualia apud Latinos, *Age, agedum*, & apud Græcos, φέρε *fere*, φερεδὴ *feredi*, δεῦτε *deute*. Placet tamen mihi magis, quod ab aliis asseritur, idem verbum *Vade* proprio & verbali significatu positum sumere. Enimuerò perfectionem profitẽti Ieremiæ & totum ex Dei nutu pẽdere congruebat, & nil sine Dei aggredi iussione, & id in primis in mandatis à Deo accipere, quod ad eius spectaret perfectionẽ, qui diuino ministerio addictus omnino esse debebat. Quapropter cui in fine capitis præcedentis man-

Ieremiæ antequam prædicare incipiat datur præceptũ perfectionis.

A datum fuerat, vt accinctis lumbis paratus staret ad diuina iussa capessenda, speciali nunc Dei præcepto imperatur, vt *vadat*, iterque arripiat, perfectum videlicet in eo se exhibeat, vt è patria sua Anathoth, è cognatione sua, tametsi sanctâ illâ quidem, & sacerdotali; & è domo patris sui, relictis cognatis, & parentibus, adhuc puer, dimissisque iis omnibus, à quibus ab imposito prophetali munere retardari quoquo modo potuisset, tamquam alter egrederetur Abraham [h] ille perfectissimus. Et tamquam vnus vaderet ex Apostolis, perfectisque iis Euangelij B prædicatoribus, quibus Christus Dominus dicturus erat, [i] *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium.* Atque adeo bene cùm illi iubetur, vt *vadat*, additur, *Et clama*, seu vt alij legunt) *& prædica*.

Perfectionũ præceptũ est, vt quisque videt.

h Gen. 12. 1.

i Mat. 16. 15.

Assignatur autem locus, & quò iturus esset, & vbi potissimùm esset prædicaturus, Ierusalem ciuitas Regia, cui & per prosopopeiam Deus aures tribuit, cùm ait, *& clama in auribus Ierusalem*, iuxta frequentissimum illum sacrarum literarum morem, quo ad Prouincias, & ciuitates, vt ad mulieres verba habentur, & vti cum mu- C lieribus cum iis agitur, vt & in sequenti versu seruatum videre est. Quamquam & vt per metonymiam dicta ea accipi queant, *clama in auribus Ierusalem* pro, Audientibus ciuibus, & incolis Ierusalem prædica, atque hæc refer, quæ modò suggero; vnde illicò subiicitur, quid clamaturus esset, *Hæc dicit Dominus*, &c. A quibus postremis verbis caput istud secundum, initium sumit in versione Sept. vt notat Hieronymus in suis Cõment. dicens, in Sept. priora illa verba neutiquã haberi, sed sub asteriscis, de Theodotionis editione addita esse, sicque in Codice Vaticano, & in D Aldino ea minimè reperiuntur, licet ea habeant codices, & Complutensis, & Regius. Et quidem ad finem primi capitis, in versu nimirũ 17. notatum à nobis est, hæc ipsa in eum locũ transposita reperiri apud Sept. Quicquid tamen sit de versione Sept. certum est, hoc loco & in textu Hebraico, sicut & in nostra vulgata ea haberi: tametsi circa Hebraicam lectionem id minimè sit prætereundum, quòd pro eo, quod in vulgata dicitur, *& clama*, est verbum וקרא *vecaratha*, quod ambiguum est ad triplicem in primis significatum, clamandi, prædicandi, & legendi; Ideoq; E admodum congruenter à Theodotione referente Hieronymo, versum est, *& lege* sicque in versiculo 17. primi capitis apud Sept. videre est καὶ ἀνάγνωθι *chai anagnothi*, *& lege*. Quod quidem legendi verbum etsi idipsum significare queat, quod iuxta alias versiones dicitur, *& clama*, seu *& prædica*, clama docendo, prædica instruendo, & monẽdo, eo sensu quo & doctores, & concionatores frequenter lectores appellare solemus, & cùm actu prædicant, aut in schola è suggesto docent, legere eos dicimus; Specialem nihilominus illud hoc loco vim habere crediderim. Vt ex ipso in- F telligeremus, Deum cum Ieremia adhuc puero, se gessisse instar sapientis illius Rethorices Magistri, qui tyronem suum haud aliam sinit declamare orationem, quàm eam, quæ ab ipsomet ei legenda sit tradita, sic enim paulatim illi animũ indit, promptioremque eum reddit, & ad mouendos auditorum affectus magis idoneum.

2

Mulierũ persona Prouinciis, & ciuitatibus, & populis tribui solita.

Hieronym.

Prædicator quasi legens Dei orationẽ prædicare debet.

Simile.

Porrò ita & Ieremias bonũ, & obsequentẽ tanti se exhibuit magistri discipulum, vt ne dum cùm puer esset, vt modò est, cùm primò ad prophetãdum egreditur, sed & in toto suo prophetãdi munere, 3

Prophetæ vaticinia proferebant quasi legentes.

A nere,inſtar tyronis erga Deum ſe habuerit,vt vaticinia quælibet proferens,in Deum ipſum reuelantem,vt in ſcriptam ab illo orationẽ ſuos coniectos habuerit oculos, adeoque & quaſi legens ea protulerit,cuius rei oculatus teſtis extitit Baruch eius ſcriba,qui cùm à principibus Iuda interrogaretur,[a] *Indica nobis,quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius*,ſc.Ieremiæ: hoc illis dedit reſponſi: Ex *ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos , & ego ſcribebam in volumine,atramento.*

a Ier.36. 17.

Quamquam per idem legendi verbum illud pariter ſignificetur , quod de omnibus Prophetis
B aſſeruit Apoſtolus Petrus dicens : [b] *Non enim voluntate humanâ allata eſt aliquando prophetia,ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines* , id quod & Dauid peregregiâ ſcribæ deſcribentis, quæ prius legerit,ſeu dictata acceperit, exprimẽs metaphorâ,dicebat,[c] *lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.*

b 2.Pet.1.21.
c Pſal.44.2.

*Hac dicit Dominus:recordatus ſum tui miſerãs adoleſcentiam tuam.*Quod à Domino in mandatis acceperat,qui humillimus ſemper extitit Ieremias, vt ea proferret,& quaſi legens loqueretur , quæ ab illo fuiſſent exhibita , id ſic adamuſſim ſeruauit,vt vel in ipſo vaticiniorum ſuorum limine, quo & vniuerſis iſtud eſſet exploratum , Deum ipſum inducat in ſe loquentem, hæc ante omnia præfigens , *Hac dicit Dominus.*

4
1. Senſus.
Recordari Deum alicuius, aliquãdo eſt illi opem ferre.

*Recordatus ſum tui.*Dupliciter verbum iſtud accipi poteſt,vel propriè vel trãſlatè.Trãſlatè id ſumitur,quando deſignat præſens Dei auxiliũ, quo afflicti liberantur,aut adiuuantur, quorum antea idemmet Deus quaſi oblitus videbatur, iuxta illud, [d] *Quare oblitus es mei,& quare cõtriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?*Quo ſenſu quod hìc à Do-
D mino dicitur , tale eſt,infœliciſſimis temporibus his,quibus ob innumera tua ſcelera penitus excidi meruiſſes, opem hucuſque tibi tuli, eruẽs te ab iis,quæ tibi imminẽt malis , miſericordiâ erga te motus,ob ea,quę in te acta ſunt in adoleſcẽtia tua,quando primũ ex omnibus elegi nationibus, tuque mihi in dilectione reſpondiſti,ſequens me in deſerto. Vt hac ratione benignè cum rebelli agere incipiat populo, vel ex præſenti illum deliniens ope.

d Pſal.41.10.
Paraphraſis.

5
2. Senſus.

Meliùs tamen idem recordandi verbũ hìc nõ tranſlatè,ſed propriè ſumetur, vt exordiũ oratio-
E nis Domini cum adeo iniquo populo non tam à benignitate ſit,quàm ab increpatione , eaque vehementiſſima,quam & per totũ caput iſtud egregiis coloribus Deus amplificet. Sicq; quòd illius recordatus dicitur,nõ ad præſens,ſed ad antiquũ referatur tẽpus. Porrò cùm duo potiſſimùm ſint, quibus increpatus aliquis confundi permaximę ſoleat, propoſitio inſignium beneficiorũ,quibus ab ipſo cumulatus eſt increpante; & cõmemoratio priſtinę gratitudinis, bonæque erga beneficũ ſuum propẽſionis. Ambobus his in increpatione hac ſuâ Deus vſus eſt argumẽtis.Primò,in prima
F ea parte, *Recordatus ſum tui,miſerans adoleſcentiã tuã.* Sicut & apud Iſaiã,[e] *filios enutriui,& exaltaui.* Secundò, in parte altera , *& charitatem deſponſationis tuæ quã*, &c. Ponderemus argumentũ vtrumque.

Confuſio excitatur in aliquo duobus præcipuis argumentis.
e Iſai. 1.2.

6
Beneficiorum ſuorum propoſitione v'i ſolet Deus cũ aliquem increpat.

Primum quidem frequentiſſimè & aliàs à Deo vſurpatum reperire eſt , vt cum [f] Sacerdote Heli per puerum Samüẽlem,cum[g] Dauide per Nathã, Sed in primis per Ezechielẽ [h] cum ipſamet Ciuitate Ieruſalem, eadẽ, quæ,& hìc,mulieris ſeruatâ metaphorâ, ſeu proſopopeiâ. Ex quo Ezechielis loco, vbi & fuſiùs hoc pertractat argumentum,

f 1. Reg.2. 27.
g 2.Re 12.8.
h Ezec.16.3.

A & eorum quæ hìc ab eo dicuntur facilè eſt colligere ſenſum;ibi ſiquidem poſt multa,quæ à verſ. 3.c.16. à Deo in iſtius argumenti amplificatione exponũtur,in verſu denique 22. hæc habentur,[h] *Et poſt omnes abominationes tuas , & fornicationes non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ,quando eras nuda, & confuſione plena , conculcata in ſanguine tuo.* Ex quibus duo colligimus , primum, quàm rectè obliuioſæ Ieruſalem , quæ miſeriarum ſuarum à quibus ipſius beneficentia euecta fuerat , diuinorumque beneficiorum minimè recordaretur, ſuam Deus & benigniſſimam obiiciat recorda-
B tionem ipſius. Quod certè maximam habet vim, adeo vt huius potiſſimùm rei admiratione commotusDauid in ea proruperit verba,[i] *Quid eſt homo*?Hebraicè אנוש *benoſc* obliuioſus,*quod memor es eius*? Ac ſi diceret prout perpendit Euſebius Cæſarienſis lib.11.de præparatione Euangelica cap. 4.Quid hoc tam magnum eſt , quòd cùm homo ſit obliuiſcens & tui,& ſui ipſius,tu è veſtigio illius obliuioni tuam opponens eius recordationẽ, memor ipſius es? Alterum,quàm ſapienter idemmet Deus commemoratione priſtinæ illius ſuæ recordationis,ſuæque miſericordiæ erga Iſraëli-
C ticum populum , cùm is adhuc in adoleſcentia eſſet : in illius memoriam reducere ſtuduit,nedũ quibus cum ex tunc deuinxerit beneficiis, ſed & in quo miſero ſtatu illius tũc ſe habuerint res,vt pote quæ erat inſtar adoleſcentulæ nudæ , tranſeuntium oculis expoſitæ,ideoque & plenæ confuſione,quámve omnes conculcarent, quãdo nimirum Ægyptiacâ opprimebatur tyrannide , & captiuitate, eam quippe eius plebis extitiſſe adoleſcentiam, colligitur manifeſtè ex iis Oſeæ,[k] *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ , & iuxta dies aſcenſionis ſuæ, de terra Aegypti* , Id quod & hoc loco
D ſubindicatur in his , quæ mox ſubiiciuntur.

h Ezech. 16. 22.
Obliuioſæ animæ quàm rectè Deus ſuam de illa obiiciat memoriam.
i Pſal. 8.5.
Euſebius.
k Oſe 2.15.

7
Virtutũ priſtinarũ commemoratio optimum argumentum in increpationibus.

Et charitatem deſponſationis tuæ , quando ſecuta es me in deſerto , in terra quæ non ſeminatur. In quibus ſecundum continetur increpationis diuinæ argumentum.Quo eidem Iſraëliticę plebi præſtantiſſimum pariter obiicit,& in memoriam reducit ſtatum, ad quem eodem adoleſcentiæ eius tempore per ipſius gratiam euectus eſt;quáue in primis erga ipſum vt dilectum ſuum prædita fuit charitate, eo ferè modo, quo in libro Apocalypſis Angelo & Epiſcopo Epheſi dicitur. [l] *Sed habeo aduerſum te pauca , quod charitatem tuam primam*
E *reliquiſti : Memor eſto itaque vnde excideris , & age pœnitentiam.* Charitatem autem deſponſationis illi potiſſimùm obiicit,qua ſcilicet illa in diuinæ legis ſuſceptione cùm dixit , [m] *Omnia , quæ mandauit nobis Dominus,faciemus*,matrimoniale quoddam cũ ipſomet Deo iniit fœdus,quaue & ſponſa fidiſſima & obſequentiſſima illum vt ſponſum virumque ſuum in ipſamet adoleſcentia ſua ſecuta eſt in deſerto. Magnam verò vim ad charitatem, fidemque iſtam, & iſtud obſequium conteſtanda id habet , quod hìc vltimò adiectum eſt , *in terra , quæ non ſeminatur.* Hic mihi eorum
F quæ in hoc 2. verſ. dicuntur facilior videtur ſenſus , qui & conſequentibus eſt,maximè conſonus.

l Apoc.2.4.
In legis ſuſceptione ſynagoga cũ Deo iniit deſponſationis fœdus.
m Deut. 5. 27.

Verſ.3.

Sanctus Iſraël Domino, primitiæ frugum eius, quæ iis ſimilia ſunt,quibus in libro Deuteronomij dixit Moyſes , eamdem alloquens Iſraëliticam plebem , [n] *Populus ſanctus es Domino Deo tuo*, id eſt, conſecratus , & electus , quod declarant ſubſequentia,*Te elegit Dominus Deus tuus,vt ſis ei populus peculiaris , de cunctis populis , qui ſunt ſuper terram.*

8
Iudaicus populus qua ratione ſanctus dictus ſit.
n Deut. 7. 6.

Eà nimirum ratione, qua & primitiæ, quæ Deo consecrantur, ex omnibus electæ sunt frugibus, iuxta illud, quod sub eadem metaphora apud Oseam ait idemmet Deus; [a] *Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi*, id est, elegi *Patres eorum*. Est autem notandum, haud sine causa factum esse, vt absque vllo verbo hîc dicatur. *Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius.* Per id quippe innuitur, & tunc in ipsa adolescentia sua, de qua in præcedentibus actum fuerat, quando vt per Moysem dictum est, [b] *Pars Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius, Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum, & docuit*, per legem scilicet, quâ illi desponsatus est, & *custodiuit quasi pupillam oculi sui*: & eo pariter tempore, quo à Deo per innumera is recesserat scelera, quantùm ex parte erat ipsius Dei, adhuc eum esse illi sanctum, & consecratum, instar primitiarum frugum, ita vt vel ex tanta illius benignitate adduci deberet ad pœnitentiam, In quorum confirmationem bene adiectum est.

Iusti sunt instar primitiarum Deo sacratarum.
a Ose.9.10.
b Deut.32.9.

9
Iustos affligentes quàm grauiter delinquunt.

Omnes qui deuorant eum delinquunt. Neque enim dicitur in præterito, omnes qui deuorauerunt eum deliquêre, *Delinquunt*, autem inquit, quia rem attingere audent Deo sacratam, quia cùm populum affligunt Israel, quasi primitias frugum Deo consecratas comedunt; Vnde nil mirum si tanti delicti & pœnas postmodùm referant grauissimas, *Mala venient super eos, dicit Dominus*, ille nimirum ipse, qui in libro Leuitici dixerat, [c] *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & obtulerint filij Israel Domino, peribit coram Domino*, ob delictum videlicet, quod admittet, pro quo & pœnam referet mortis, [d] *Non contaminabunt*, inquit, *Sanctificata filiorum Israel, quæ offeruntur Domino, ne fortè sustineant iniquitatem*, id est, pœnam delicti sui, cùm sanctificata comederint, quæ solis Sacerdotibus in cibum obtigerant, iuxta illud, [e] *Omnes primitiæ, quas offerunt filij Israel, ad Sacerdotem pertinent.*

c Leuit. 23. 3.
d Leuit. 22. 15.
e Num. 5. 9.

10
Iniquos cur Deus castiget quos vt suis vtitur ministris in castigandis peccatoribus.

Habet autem apud me magnam vim quod hîc lego deuorandi verbum. *Omnes qui deuorant eum delinquent.* Per id quippe crediderim solui difficultatem, quæ contra hæc obiici posset. Qua ratione delicti arguantur, qui in castigando Israelitico populo Dei impleuêre mandata, quáue iustitiâ pœnas ex Dei referant obsequio, obsequium enim Dei id extitisse idemmet contestatus est Deus, qui propterea sæpius Regem Nabuchodonosor vocauit seruũ suum. Et apud Isaiam is ipse ait, [f] *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea*: iuxta illud Sophoniæ, [g] *Præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos.* Ideo Rabsaces nomine Regis Sennacherib dicebat, [h] *Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc & demolire eam.*

f Isai.13.3.
g Soph. 1. 7.
h 4.Reg.18. 25.

In eo quippe ij deliquisse conuincuntur, iustasque luisse pœnas, quòd & si Deus illis vsus sit vt ministris; ipsi tamen non ob Dei obsequium id præstitêre, sed ob proprium commodum, ob proprium sensum, vel ad propriæ cupiditatis esuriẽ, & ad vindictæ famem exaturandam, vel ad voluptatem explendam gustus, quo ex aliorum reficiuntur afflictionibus; vel etiam, quod omnium pessimum est, in eiusdem Dei contemptum, illius populum contriuêre; cum summâ quodammodo deuorantes auiditate, qua præcipui fructuum, & primitiæ ab eis inhiantibus deuorari solent frugum: ita vt propterea de illis in Psalmo idẽ Deus dixerit, [i] *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Ideoque infra in cap.25. cùm priùs dixisset.[k] *Pro eo, quod non audistis verba mea, ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam*, &c. Subdit illicò: [l] *Visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas*, &c.

i Psal.13. 9.
k Ier.25.8.
l Iere.25.12.

Quoad lectionum varietatem, Sciendum', in textu Hebraico tres esse voces in duobus versiculis secundo, & tertio, quæ alterum nobis suggerunt eorum sensum aliquantùm à præallato diuersum. Primo in vers.2. est vox חסד *hesed* quæ non solùm significat misericordiam, sed & bonitatem, probitatem, pietatem, propensumque amorem, ac bonam voluntatem. Sept. illam sumpsêre in significatu misericordiæ, sic enim hæc vertêre ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου. 11

Misericordia vox pro bonitate, & bona voluntate, propensoque amore erga aliquem.

(*Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ.*) Sicque & versio Bibl. Reg. (*Recordatus sum tui misericordia pueritiarum tuarum.*) Eodemque significatu illam & noster desumpsit, Vulgatæ, interpres, in septimo casu vocem hanc sumens. *Misericordia*, scilicet motus, ideoque vertit *Miserans*, neque enim placet, quod addit Ioan. Maldonatus, illum eam vocem pro participio legere potuisse verbi חסד *hasad*, pro hesed legens hosed in benoni coniugationis *kal*, nam in vsu non reperitur id verbum in dicta coniugatione, sed in coniugatione Piel, qua diceretur מחסד *Mehassed*. *Miserans*. In significatu alio eamdem vocem desumpsêre & Sanctes-Pagninus, vertens. *Recordatus sum tui pietatis adolescentiæ tuæ.* & Vatablus, vertens, *Recordatus sum tui bonitatis adolescentiæ.* Secundùm quam significationem & nomen *misericordia* desumi potest actiuè pro tenero amore, & propensione Israeliticæ plebis erga Deum.

Io.Maldon.
Sanct. Pagn.

Secunda vox Hebraica est כלולתיך *chelu'othaich*, siquidem כלולה *cheulah* propriè significat perfectionem, translatè verò significat & desponsationem, quia desponsationis, & sponsaliorum tempore perfectio exhiberi soleat ornamentorum, & pulchritudinis puellarum. Ideoque tametsi & à nostro interprete, & ab Hebræis, & ab interpretibus recentioribus Sanct. Pagn. Vatab. & Reg. in secunda accepta sit significatione, cùm verterint, *Et charitatem desponsationum tuarum*, seu *Sponsaliorum tuorum.* Congruentissimè nihilominus sumetur in primo magisque proprio significatu perfectionis, quomodo illam sumpsêre Sept. qui propterea ita hæc vertêre. καὶ ἀγάπης τελειώσεώς σου. *Et charitatis, seu dilectionis perfectionis tuæ.* 12

Perfectionis nomen apud Hebræos significat & desponsationem.

Tertia vox est קדש *kodesc* propriè sanctitas, Ideoque ita recentiores interpretes tertium vertêre versiculum. *Sanctitas Israel Domino initium prouentus eius*, seu *primitiæ frugum eius*, *omnes comedentes*, seu *deuorantes eum delinquent*, seu iuxta versionem Reg. *dissoluentur*, *malum*, seu *afflictio veniet ad eos dicit Dominus.* Noster Interpres abstractum, *Sanctitas* sumpsit pro concreto *Sanctus*, eo ipso sensu, quo & in Psalmo 113. dicitur, [m] *In exitu Israel de Ægypto, facta est Iudæa Sanctificatio eius* Hebr. *factus est Iuda sanctitas eius*, id est, populus sanctus, & consecratus, ac peculiaris, prout per ipsummet Deum tunc temporis, cùm ex Ægypto egressus est, dictum illi reperimus in libro 13

Sanctitas & sanctus idem apud Hebr.
m Ps. 113.1.

Exodi:

* Exo. 19.5. Exodi: * *Eritis mihi in peculium de cunctis populis, Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens ſancta,* id eſt, non iam ampliùs Pharaonis, ſed ſpecialiter mihi dicata. Eodemque ſenſu Vatablus hîc vertit, *Sacroſanctus erat Iſrael Domino.* Quin & Sept. quoque, in quorum tamen codicibus varia eſt iſtorum lectio. Quamuis enim codices omnes conueniant, vt bis ponant (*Sanctus Iſrael*) quod prima vice referunt ad Deum legentes τοῦ ἀκολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ ἰσραὴλ *tou akolouthiſe ſe to agio Iſrail,* id eſt. (*Quando tu ſecuta es ſanctum Iſrael,*) vt eſt in verſione Latina Vaticana, ſeu, vt habent Complutenſis, & Regia, (*Vt ſequerêris tu ſanctum Iſrael.* Diſcrepant in eiuſdem repetitione, Nam Codex Vaticanus, ſicut & Aldinus legentes ὁ ἅγιος, *o agios* cum articulo, ad Deum pariter id referunt, ſicque interpungunt. λέγει κύριος ὁ ἅγιος ἰσραὴλ *legi kirios o agios Iſrail,* comáque interpoſito τῷ κυρίῳ ἀρχὴ, *to kirio archi,* &c. id eſt, (*Dicit Dominus ſanctus Iſrael Domino primitiæ,* &c.) At Complutenſis, Regia, & apud Theodoritum idipſum ſine articulo legitur, & ſine interpunctione, refferturque ad populum Iſraeliticum, prout & in Vulgata, & in Hebr. ſic enim habent λέγει κύριος *legi kirios,* hicque adhibent coma, *Dicit Dominus,* tum ſubiiciunt ἅγιος ἰσραὴλ τῷ κυρίῳ *Agios Iſrail to kirio Sanctus Iſrael Domino.* Porrò apud Sept. deſunt verba illa, *In deſerto, in terra quæ non ſeminatur.* Quæ & in Vulg. & in Hebr. habentur, eorum verò loco præallata adiecta reperiuntur. *Sanctum Iſrael.*

14 *Iudaico populo quanta Deus exhibuerit educēs illum ex Ægypto.* 3. Senſus.

His exactiùs perpenſis circa lectionum varietatem, duos eorum, quæ hîc à Domino dicuntur addere poſſumus alios ſenſus. Alterum, quem & lectioni vulgatæ aptare facile erit. Vt vna dumtaxat ſit in his Domini intentio obiurgandi Iudaicum populum ob iniquitatem & ingratitudinem; quóue hæc magis pateant, ea ſubindicet, quæ in illum exhibuit beneficentiæ indicia; vt tam miſericordiæ, ſeu pietatis, aut bonitatis, quàm charitatis, ſeu dilectionis vox paſſiuè ſumatur, ſenſuſque ſit. Recordatus ſum, vtinamque & tu recordarêris, quæ ab initio feci propter te, pietatis, ac beneficiorum, quæ in te contuli in adoleſcentia tua, cùm te eduxi ex Ægypto, & charitatis, quâ te deperij in ſponſamque accepi, &c. vt habes in Paraphraſi præmiſſa huic primæ expoſitioni, ſenſu item tertio.

15 *Beneficia tria collata Iudaicæ Eccleſiæ commemorat Deus.* Gaſp. Sanct.

Placet autem mihi iuxta hunc tertium ſenſum, quod ſuper hæc in ſuis Commentariis perpendit Gaſpar Sanctius, Tria hîc præcipua à Domino commemorari beneficia, quæ Iſraeliticæ contulit Eccleſiæ, quando illius recordatus eſt adoleſcentiæ, & vehementiſſimæ dilectionis, qua ipſum aſſumpſit in Sponſam. Primum, eximiæ ſpecialiſque prouidentiæ, quæ in terra deſerta & inuia, quando vt ſponſam in domum ſuam terræ nimirum promiſſionis ducens, prout moris eſt ſponſorum, ducem ſe illi exhibuit in columna quidem nubis per diem, & in columna ignis per noctem, ibi: *Quando ſecuta es me in deſerto*: quatenus ſequi non poteſt quis, niſi ducentem, ac præcedentem. Secundum, ſingularis rationis, qua eamdem Angelico cibo è cælis cibauit Mannâ, & vberi è petra potauit aquâ: cùm terra per quam eam duxit; nedum deſerta eſſet, ſed & ita ſterilis, & arida, vt neque arari à quoquam, aut ſeminari poſſet, neque cibum aleret vllum humano vſui aptum: ibi: *In terra quæ non ſeminatur.* Et tertium, ſanctæ electionis, qua nimirum ex omnibus Gentibus eam elegit, quam ſibi ſpeciali quodam ritu conſecrari voluit, ibi, *Sanctus Iſrael Domino,* &c.

Poſtremus denique ſenſus eſt, vt voces miſericordiæ, ſeu pietatis, aut bonitatis, & dilectionis, ac charitatis actiuè ſumantur, pro dilectione nimirum, & bonitate Iſraeliticæ plebis, qua nimirum per gratiam gratis facientem bona extitit, & per charitatem erga Deum perfecta, & ſancta. 16 4. Senſus.

Patrum antiquorū ſanctitatem conſiderare maximè proficuum.

Diuerſimodè autem ſenſus iſte explicari poteſt iuxta varias lectiones Hebraici textus, & verſionis Sept. Nam iuxta verſionem Sept. in qua deeſt *in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur.* Et ad verbum ſic legitur. *Recordatus ſum miſericordiæ adoleſcentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ, ſequi te ſanctum Iſrael, dicit Dominus, Sanctus Iſrael Domino initium generationum,* ſeu *genimimum eius, omnes edentes eum delinquent, mala venient ſuper eos, dicit Dominus.* Dici admodùm congruè poteſt, Deum in principio orationis iſtius, quam toto hoc ſecundo capite proſequitur, quo maiorem vim ſua habeat increpatio ad rebellem populum Iudaicum, illi proponere, & obiicere ſanctitatem, & perfectionem Patrum eius, ſanctorumque Patriarcharum, ex quibus ortum is duxit: ſimul ad eadem inſpicienda illum allicere, eo modo, quo & apud Iſaiam dixit. [a] *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis: Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos,* &c. Vt hac conſideratione is confunderetur in ſemetipſo quod eius vita, tantùm ab eorum diſtaret pietate, religione & ſanctitate. a Iſai. 51, 1.

17 *Miſericordia pro pietate & religione ſicut & miſericors pro Sancto, pio, & religioſo.*

Dicit autem primò recordatum ſe miſericordiæ iuuentutis eius vocabulo *miſericordiæ* pietatem intelligens, tenerumque erga ipſum religionis affectum, quo ſenſu miſericordis nomen pro ſancto vſurpatum reperimus, & apud Michæam. [b] *Periit de terra Sanctus.* Hebr. חסיד *haſid miſericors* Sept. εὐσεβὴς *pius* ſeu εὐλαβὴς *religioſus,* vel *reuerens* vt vertit Hieronymus in Comment. Et in Pſalmo quarto. [c] *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.* Hebr. *Miſericordem ſuum.* Sept. ὅσιον αὐτοῦ, id eſt, *religioſum, ac pium ſuum.* Pietatem verò commemorat iuuentutis eiuſdem populi; non enim ad illius primos confugit infantiæ, ſeu pueritiæ annos, ad ætates, ſcilicet Adam, aut Noë, ſed ad ætatem Abraham, Iſaac, & Iacob propiores illius patres. Tum poſt commemorationem eorum pietatis, ac religionis, commemorat eorumdem eximiam erga ipſum charitatem; bene autem dicit, *Et charitatis perfectionis tuæ,* quia non tam in ſimplici pietate, ac religione, quàm in dilectione ſita eſt perfectio, iuxta illud Apoſtoli. [d] *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Quia verò probatio iſtius dilectionis exinde eſt, ſi quis diligit Deum, illum & ſequatur contemptis omnibus, prout & Chriſtus Dominus docuit in Euangelio, dicens. [e] *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & ſequere me.* Et ad Abraham propterea à Deo legimus dictum, [f] *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Et Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 4. ait, *Hoc, quod pro magno inter Sapientum dicta celebratur, Sequere Deum, perfecit Abraham, factoque præuenit dicta Sapientum, & ſecutus Deum exiuit de terra ſua*: Ideo aptiſſimè hîc dictum eſt. *Et dilectionis perfectionis tuæ, ſequi te ſanctum Iſraël.* τοῦ ἀκολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ ἰσραὴλ *tou akolouthiſe ſe to agio Iſrail.*

b Mich. 7.2.
c Pſal. 4.3.
d Coloſ. 3. 14. *Perfectio ſita eſt in charitate.*
e Matth. 19. 21. *Charitatis perfectio eſt vt ſequamur Deum.*
f Gene. 17.1. Ambroſ.

Sequens Deũ Sanctũ recipit in ſe veluti in ſpeculo illius Sanctitatem, & trãsformatur in Sanctum.

a Gen. 17.1.

b Iere. 31.3.

18 Porrò quia id proprium dilectionis eſt, vt A amantem in amatum transformet, prout ſæpius pertractaui in Comment. meis ſuper Cantic. Et quia ſequi Deum haud aliud eſt, quàm ambulare coram illo, & in conſpectu illius, prout ex præallatis eiuſdem Dei verbis ad Abraham [a] deducitur: Congruentiſſimè ad præcedentia, *Et dilectionis perfectionis tuæ, ſequi te Sanctum Iſraël,* immediatè ſubiicitur, *Sanctus Iſraël Domino,* vt intelligeremus, quòd ſicut Deus, qui ab æterno, & ſubſtantialiter extitit Sanctus, per dilectionem erga populum Iſrael, de qua dixit. [b] *In charitate perpetua dilexi te.* Factus eſt eiuſdem Iſrael ſanctus, in B illum quodammodo transformatus: Ita viciſſim in perfectis patribus ſuis, ac per eorum charitatem, & ipſe Iſrael Domino ſanctus effectus eſt, & in eum ſanctum transformatus, ſanctitatis eius formam, ambulans coram illo in ſe, veluti in ſpeculo repræſentans.

Patriarchæ principium fructuũ Dei.

c Iere. 2.21.

d Iſai. 5.7.

19 ἀρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ *Archi genimáton autu.* (*Principium generationum*, ſeu *geniminum*, & *fructuum eius.*) In perfectis quippe iis Patriarchis, in quibus Sanctus extitit Iſrael Domino, initium fuit fructuum vineæ eiuſdem Dei, de qua infra in hoc ipſo capite ſecundo, [c] *Ego te plantaui* C *vineam electam, omne ſemen verum*, & apud Iſaiam, [d] *Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt, & germen eius delectabile.* Germen nempe ſeu genimina, & fructus virtutum, quas in ſingulis Sanctorum illorum patrum ſumma cum voluptate Deus percepit, quaſque & Apoſtolus fructus Spiritus appellat.

Patriarcharũ maximã rationem Deus habuit quia ex illis erat oriundus ſecundùm carnem.

e Matth. 1.2.

Ob Chriſti generationem Iudaici populi antiquitus ſummã Deus habuit prouidentiam.

f Zach. 2.8.

Sed & in iiſdem principium pariter fuit generationum eiuſdem Dei, ex quibus videlicet oriundus is fuerat, quando carnem erat induturus, prout habes in libro generationum illius, apud Matthæum, [e] ad hos quippe patres primùm D repromiſſio facta eſt generationis Chriſti, ad Abraham, ad Iſaac, ad Iacob. Quid mirum autem, ſi omnes qui deuorant populum iſtum Iſraëliticum, ex talibus prouenientem patribus, & ex quibus Chriſtus carnem erat ſumpturus, delinquere dicantur, pœniſque affligendi aſſerantur, [f] cùm qui illos tangerent, Chriſtum ipſum tangerent Dei filium, & pupillam oculi eius, prout ipſemet eis conteſtatus eſt, dicens, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Quamquam ſi hæc verba, *Omnes deuorantes eum*: referantur ad Iſrael, vt ſanctum Domino in Patriarchis, per illa inter- E pretanda ea ſint, quibus in primo libro Paralipom. dicitur, [g] *Non dimiſit quemquam calumniari eos: ſed increpauit pro eis Reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & Prophetis meis nolite malignari.* Quo loco pondera quod aſſeritur, *Non dimiſit quemquam calumniari eos*: qui enim illos deuorare hîc dicuntur, calumniando eos comedere, & deuorare intelligi debent, vt pote ex generatione illa, de qua in lib. Prouerb. per Salomonem dicitur; [h] *Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis.* De qua deuoratione apertè Paulus ad Galat. 5.15. ait, *Quod ſi inuicem mordetis, &* F *comeditis, videte, ne inuicem & conſumamini.*

g 1. Paralip. 16 22.

Calumnians aliquem illũ deuorat.

h Prou. 30. 14.

Recordatio Sanctorũ Patrũ vim maximam apud

20 Vnum hoc loco, antequam vlteriùs procedam, notandum mihi ſupereſt; Si hæc ſic ſumantur de pietate, dilectione, perfectione, & ſanctitate Patriarcharum, vt modò explicaui, maximam vim in principio Prophetiæ Ieremiæ ea, quæ hîc dicuntur, habere, in primiſque quod ante omnia adhibitum eſt verbum, *Recordatus ſum.* Expoſiturus enim Propheta Iudaici populi ſcelera, propter quæ iam diu deleri à Domino debuiſſet, minaſque diuinæ vltionis, & inſtantem eidem enarraturus euerſionem, Dominum ipſum primò proponit ſignificantem, quidnam illud ſit, fueritque, quod eò vſque vlciſcentem ſuam detinuerit manum. Recordationem verò eſſe inquit prædictorum Patrum ſanctorum, eorumdemque pietatis, dilectionis, perfectionis, ac ſanctitatis; Et benè, cùm nil apud ipſum reperiretur efficacius: quod optimè conſtitit & Moyſi, qui delere volenti populum ſuum propter vituli adorationem, hanc vnam ei obiecit recordationem, dicens. [i] *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum,* &c. & tribus pueris apud Danielem, dicentibus. [k] *Ne quæſumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum*, quòd illud certè eſt, quod aliàs ſæpius Deus ipſe ſignificat. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*, Vnde illicò adiiciunt. *Et ne diſſipes teſtamentum tuum, neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum.* In quibus tres potiſſimùm tribus epithetis eas Deo proponunt Patrum illorum virtutes, quarum hoc loco recordatum ſe ait idemmet Dominus, pietatem nomine *ſerui*, dilectionis perfectæ nomine *dilecti*, & ſanctitatis nomine *ſancti tui.*

Deum ſemper habuit ad eũ ab vltione noſtra continendum.

i Exod. 32. 13.

k Dan. 3.34.

21 Iuxta lectionem Hebraicam quæ ad verbum ſic verti poteſt, *Sic dixit Dominus. Recordatus ſum tui miſericordiæ pietatis*, ſeu *bonitatis adoleſcentiarum tuarum, dilectionis perfectionum*, ſeu *deſponſationum tuarum, ire tuum poſt me in deſerto, in terra non ſeminata. Sanctitas Iſrael Domino, principium prouentus eius, omnes edentes eum delinquent* ſeu *deſolabuntur, malum veniet illis, dicit Dominus.* Eodem poſtremo ſenſu in his Deus Iudaico populo in præceps ruenti non tam ſanctorum Patriarcharum, quàm totius Iſraëliticæ multitudinis antiquas ob oculos ponit virtutes, ſceleribus iis omnino contrarias, quibus idem tunc temporis erat addictus; vt vel hac ratione is confunderetur, exploratumque haberet, quàm rationabiliter diuinam ei Propheta interminabitur vltionem. Summam autem ſingula in his habent vim. Nam quod primò Deus ait, *Recordatus ſum tui*, ingentem continet increpationem, eamque duplicem. Primam ac ſi dicat. Te mei penitùs obliuiſcente, ego tui ſum recordatus. Secundam, Tui ipſe recordatus ſum, idque opto, vt & tu recordêris non dico mei, ſed tui ipſius, qualis iam eſſes, qualiſve ſis. Explicanſque magis particulariter, qualis extiterit, & quorum recordatus ſit, & recordari eam velit, id aſſumit tempus, quando egrediens ex Ægypto ipſum in deſerto ſecutus is eſt, quod adoleſcentias nuncupat.

5. Senſus.

22 Enumeratque primum illius miſericordiam, ſeu pietatem, aut bonitatem certè erga ipſum; Enim verò tunc quaſi miſericordia dignum Deus ſe extitiſſe ſignificat, cùm à nationibus vniuerſis derelictus, & per totum terrarum Orbem iniuriis laceſſitus expelleretur, vniuerſis idola colentibus. Ideoque maximam eius populi habens rationem, qui cùm in Ægypto inter Idololatras eſſet, nec propter duriſſimas, quibus ab Ægyptiis premebantur afflictiones ab ipſius recedere voluit cultu, iſtam eius bonitatem, pietatemque miſericordiæ inſignit vocabulo. Secundò addit, *Et charitatis*, eius videlicet erga ipſum. Hoc namque in Dei more eſt, vt ad hanc vnam potiſſimùm in ſingulis humanarum actionum ſuos conuerſos habeat oculos, atque adeo prædictæ indicat rationem habuiſſe miſericordiæ, quia ex

Miſericordiã quomodo homines exhibeant erga Deum.

Charitatis in virtutibus omnibus præcipuam ſemper Deus habet rationem.

inte[illegible]a

interna erga ipsum ortam eam nouit dilectione, cuius & specialiter propterea recordatum se ait.

Per actus perfectionis manifestatur charitas.

Perfectionis actibus anima contestatur se Dei sponsam.

Perfectionum, seu *desponsationum tuarum*: addit, quia eiusdem populi charitas innotuit ex pluribus perfectionis actibus illius, quibus is quasi tot nouis desponsationibus Deo dilecto suo est iunctus, & quasi nouis matrimonialis dilectionis indiciis se Dei sponsam est contestatus. Quos certè actus, quæue indicia insinuat, cùm adiicit, *Ire tuum post me, in deserto, in terra non seminata.*

23 *Perfectionis actus præcipui tres.*

Quibus in verbis tria potissimùm attinguntur, Primum, actus perfectissimæ cum eodem Deo vnionis, quæ sanè culmen est ipsius charitatis. *Ire tuum post me.* Vnde in Psalmo 62. vbi Dauid significare Deo voluit, se post ipsum iuisse, sic locutus reperitur, [a] *Adhæsit*, & efficaciùs (vt legit Augustinus in eius expositione) *conglutinata est anima mea post te.* Secundum, Actus perfectissimæ obedientiæ, quæ præ omnibus bonæ cuique necessaria est sponsæ erga virum suum; vt ne dum ea faciat, quæ ab illo in mandatis acceperit, sed & ipsum quocumque sequatur, nec itinerum respuens aspera, nec locorum horrens distantiam, nec viarum perpendẽs pericula, *In deserto*, inquit, Tertium demum subindicans adiecto illo, *in terra non seminata*: Actum fidei pariter perfectissimæ, quæ præcipuum bonum numerari solet inter bona matrimonij: [b] *fide* enim, sicut & de Abraham eius patre, ait Apostolus, *obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit nesciens quò iret*: instarque eiusdem Abrahæ, [c] *in spem contra spem credidit*, vt opiparè à Deo pasceretur dilecto suo: tametsi terra illa, per quam sibi iter habendum erat, nil exhiberet spei ciborum, & frugum: cùm nec seminata esset, nec esset apta ad semen ipsum suscipiendum atque fouendum.

a Psal. 62. 9.

b Hebr. 11. 8.

c Rom. 4. 18.

24 *Gloriandum tantũ in Deo.*

d Exod. 28. 36.

Sanctitas Israel Domino. In libro Exodi [d] post descriptionem indumentorum Summi Sacerdotis iubet Deus, vt ille super mitram, atque tiaram Laminam auream in fronte gestet, in qua sculptum sit, *Sanctitas Domino* קדש ליהוה *kodesc laiehouah.* Quod ita communi expositorum sensu intelligitur, vt super Lamina illa sanctũ sculptum esse deberet Dei nomen tetragrammaton, in quo omnis perficienda esset Sacerdotalium indumentorum gloria, vt & populus intelligeret, & Sacerdos ipse contestaretur, in Dei tantùm nomine gloriandum. Simile quid ad eximij erga Israëliticam Ecclesiam sponsam suam affectus vehementiam significãdam à se factum indicare videtur Deus ipse; Cùm enim post enumerationem præstantissimarum virtutum eius, quarum se recordatũ asseruit, subiiciat קדש ישראל ליהוה *kodesc Israel laiehouah*, indicat, quasi super mitram gloriæ suæ, & super caput suum quodammodo scriptum, seu sculptũ gestare nomen Israel. Quod nomen ita ferè sibi censet sanctitatẽ, & gloriam, sicut sanctitatem, ac gloriam sibi reputat propriũ & ineffabile nomen יהוה *iehouah.* Id quod apertiùs aliàs apud Isaiam contestatus est, dicẽs, [e] *Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor*, id est, certè in te gloriabor, in ipso tui nomine, æquè ac in nomine pariter meo meam sitam censebo gloriam. Facitque in istorum confirmationem, quod item in libro [f] Exodi legimus, Deum à Moyse interrogatum, quodnam esset ipsius nomen gloriosum Israelitico populo à se proponendum, primò quidem nomen illi aperuisse tetragrammaton; tum illico immediatè adiecisse, [g] *Hæc dices filiis Israel, Dominus Deus Patrum vestrorum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc* A *nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum*, Hebr. זכרי *Zichri*, id est, *memoria & recordatio mea in generatione & generationem.* Vnde toties reperis ipsum se dicere Deum Israel.

In Sãctis suis ita gloriatur Deus, vt eorũ nomen quodãmodo sculptum gestet in fronte.

e Isai. 49. 3.

f Exod. 3. 14.

g Exod. 3. 15.

25 *Desponsatione cum Ecclesia, & anima sãcta Deus reputat se honestatum & gloria, & opibus.*

Principium prouentus eius, ראשית תבואתה *resit thebuathoth.* Duo in primis sunt propter quæ maximè sibimet quis complacet ob desponsationem cum puella aliqua initam, gloriam nimirũ, & opes, quæ ab illa sibi prouenère. Ad amplificationem affectus sui erga Ecclesiam Israel sponsam suam ambobus hisce se ex illius desponsatione quodammodo cumulatum significat, qui B alioqui ex semetipso est laudabilis, & gloriosus in sæcula, & diues in omnes, qui inuocant illum. Et quidem de gloriæ adeptione egit in præcedẽtibus verbis. *Sanctitas Israel Domino*, vt explicatum est. De adeptione verò opum, earumque solidissimarum, quæ ex frugum fructuumque sunt prouentu, agit in modicis hisce, *Principium prouentus eius.* Ac si ex tunc frugum colligere cæperit copiam, qui prius pauper quodammodo esset, à paucissimis cognitus, adeoque & à paucis frugum in terra primitias, & victimas habens.

Sancti quodãmodo ditant Deum.

26 *Diuitiæ quibus Deus ditatur ab hominibus sunt actus virtutum, quarum thesaurus est in timore Domini.*

Si enim quæris, quænam sint opes, quibus ab C hominibus ille ditetur, audi Isaiam, modicis id exponentem verbis hisce, [h] *Timor domini ipse est thesaurus eius*, scilicet Dei. Bene autem opes istas in frugum præsertim prouentu reponit; quia ex illis opiparè & se pariter cibat, & alios, in quorum exemplum, & commodum scriptis insignia timoris sui voluit consignata: prout significauit Iesus in Euangelio cùm Apostolis dixit. [i] *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: actus videlicet virtutum, quas ex muliere Samaritana nouiter conuersa colligebat; Virtutes quippe sunt cibi, frugesque ex quibus thesaurus illius est, timor D Domini in quo virtutes vniuersæ collectæ sunt, iuxta illud, [k] *Initium* Hebraicè ראשית *resceth*, quod nedum initium, aut principium, sed & sæpius summam significat, *Summa Sapientiæ*, id est, iustitiæ, & sanctitatis, *timor Domini.*

h Isai. 33. 6.

i Ioan. 4. 32.

Virtutũ actus sunt fruges ex quibus pascitur Deus.

k Psal. 110. 10.

Timor Domini summa virtutum.

27 *Christianum quemque offendẽs crimine læsæ maiestatis apud Deum delinquit, atque punitur.*

Omnes comedentes eum delinquent, seu desolabuntur. כל־אכליו יאשמו *chol ochelau iesciamu.* Prosequens amplificationem sui erga Israeliticam Ecclesiam affectus ait, ex prædictis factum, vt, & cum illa ab ea, quæ commemorata est, deciderit Sanctitatis perfectione, eam ipsius etiam tunc, quando hæc dicebat, haberet rationem, vt quotquot illam læ- E serint, quasi crimen læsæ maiestatis admisisse decernat, vt pote qui regiam lædere ausi sint sponsam, ideoque vt criminis læsæ maiestatis desolandos: id enim & in humanis seruatur, vt & ciuitates, & domus ad solum reducantur eorum, qui in Regem, Reginamque deliquerint: atque hoc per vnum hoc loco significatum est Hebraicum verbum יאשמו *iesciamu*, à radice אשם *asciam*, quod ambo hæc, delinquere, & desolari significat. Idque confirmant, quæ sequuntur. *Malum veniet eis dicit Dominus.* Malum nimirum, omne continens malum, quale illud profectò est, F quod læsi Regis sententia in delinquentem læsæ maiestatis crimine infligit.

28 *Iudaicus populus quomodo à Deo laudetur vt ditissima perfectionis in deserto: vbi fuit & imperfectissimus.*

Vnum est, quod in fine huius sensus notes: fuisse quidem Ecclesiam Israel Deo maximè rebellem, quando illum secuta est in deserto, alienamque sæpius extitisse in itinere, & à pietate, quæ vitulum aureum adorans dixit, [l] *Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt ex Ægypto*, & à dilectione, quæ vicibus pluribus suis eum irritauit querelis, quasique hostem reputauit à quo in desertum educta esset, vt ibi ipsam internecioni daret:

l Exod. 32. 4.

& à depositionis fide, quæ nec illius mandata seruauit, nec eius credidit prouidentiæ, adeò vt & dixerit in seditione contra Moysem, & Aaron, *Cur* [a] *eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem, vt & nos, & nostra iumenta moriamur? Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri, non potest?* &c. Quæ omnia apertè Deus ipse sæpius, sed præsertim in Psalm. 95. his fatetur verbis.[b] *Quadraginta annis offensus fui generationi illi*, eius abominans mores. *Et dixi, semper hi errant corde*, à recto enim aberrantes itinere, instar vecordium sese gessêre: *ipsi verò non cognouerunt vias meas*, quas certè illis & per exhibitam legem ostendi, & per prodigia, quæ ipsis videntibus patratus sum.

a Num. 20. 4.

b Psa. 95. 10.

29 Hæc tamen, & similia haud pugnant cum iis, quæ hoc loco apud Ieremiam tanto erga eamdẽ Israëliticam Ecclesiam affectu idem protulit Dominus; hîc enim eius dumtaxat recordatum se inquit, quando vel in Ægypto, vel in egressu in desertum, vel in ipso deserto aliquid præclari gessit, saltem in iis, qui in ea boni sanctique fuêre, quorum haud ambigendum extitisse semper aliquos. Vt vel hac ratione impiorum, quos modò alloquitur Iudæorum animos in admirationem tantæ alliceret bonitatis suæ, erigerétque in spem veniæ ab ipso obtinendæ, si eos pœnituisset eorum, quæ admiserant, iuxta id, quod eisdem manifestè per Ezechielem significauit, dicens: [c] *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam vitâ viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet*, id est, eius solummodò recordabor iustitiæ, quam opere exhibuit, eorumque dumtaxat memor ero actuum, quibus ipse quid præstitit pietatis, dilectionis, fidei, spei, perfectionis, & sanctitatis, propter quæ & in memoria mea perpetuam illi seruabo vitam.

Operum bonorum quam memoriam Deus seruet.

Operum bonorum pœnitentis quantam Deus habeat rationẽ.

c Ezech. 18. 21.

CAPVT II.

Vers. 1.] Et factum est verbum Domini ad me dicens.

Vers. 2.] Vade, & clama (seu lege) in auribus Ierusalem: Hæc dicit Dominus Recordatus sum tui.

Vers. 3.] Sanctus Israel Domino, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

30 SVPPOSITO eo, quod in prima literæ expositione pertractatum est, Euangelico Prædicatori ante omnia id implendu perfectionis præceptum, vt *vadat*, egrediens ex iis, quæ retardare eum possent, & in virtutum studio iugiter progrediens. Alterum hîc eidem à Domino datur in mandatis, sine quo vix quidquam fieri ab ipso potest boni in eo quod exerceat muneris.

Prædicator in studio contẽplationis accipere debet lectionẽ scriptam in visceribus suis, quam postmodum prædicãs legat.

Id autem est, vt ita prædicet, vt simul & legat, & clamet, legat inquam, curans priusquàm suggestum adeat, in meditationis studio id, quod prædicaturus est quasi Dei digito in præcordiis ipsis suis scriptum accipere: vt & de eo dici à Deo queat, quod infra ad aliud ait propositũ. [d] *Dedi legem meam*, id est lectionem meam *in visce-*

d Ier. 31. 33.

A *ribus eorum, & in corde eorum scribam eam*, studeatque, vt affectu id totum primò in se sentiat, siue illud dulce sit, siue amarum. Id quod clariùs Ezechieli significatum à Domino fuit in peruulgata exhibitione libri, vbi hæc habentur. [e] *Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi.* In libro autẽ Apocalypsis additur, [f] *Et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.* Tum prædicans clamabit quidem non in persuasibilibus humanæ eloquentiæ verbis, aut inanibus aërem verberans vocibus, sed ea ratione, vt ne verbum, vel syllaba eius depereat, quasi ad aures
B legens auditorum, ita vt confidere queat tanto cum fructu eis prædicare, vt cælestis Ierusalem ciues iam eos arbitretur.

Prædicator vt in aliis fructum faciat, studeat prius ea in se sentire, quæ aliis prædicat.

e Ezech.

f Apoc. 10. 9.

Quamquam per hoc, quod hîc dicitur, *& clama*, seu, *lege in auribus Ierusalem*, perpensis iis quæ prædicanda, seu legenda hîc percipiuntur in subsequentibus, significari videtur, Prædicatori id pariter primò enitendum, vt Prædicatione sua religiosos, Deoque dicatos ad bonam reducat frugem, Cùm ex illorum vita emendationi maxima ex parte totius fidelium Ecclesiæ pẽ-
C deat reformatio. Ita vt per prosopopeiam ipsimet Religioni in genere, & aures tribuantur, & congruo nomine Ierusalem appelletur, quod interpretatur visio pacis, cùm nusquam in terris tutior pax, & quies reperiatur, quàm in Religione.

Religiosorum ex obseruãtia magna ex parte Ecclesiæ totius pẽdet reformatio.

Religio quàm congruè dicatur Ierusalẽ.

(*Recordatus sum tui.*) Possunt primò hæc sumi, vt à Domino dicta in responsionem tacitæ querelæ, vel animæ cuiuspiam religiosæ, vel per prosopopeiam ipsimet religioni, de suo casu à pristino perfectionis, & obseruantiæ statu secum his propemodum conquerentem verbis, quæ
D apud Isaiam clarè exponuntur, [g] *Et dixit Sion: dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Porrò quam vim hæc habeant, (*Recordatus sum tui,*) intelliges ex iis, quæ ibidem apud Isaiam respondit idemmet Deus. [h] *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* 31

g Isa. 49. 19.

Recordetur quomodo Deus religiosæ animæ.

Et nota istarum responsionum consonantiã. In vtraque enim iugis Dei recordationis insignis fit propositio, in vtraque teneræ ætatis, & misericordiæ in ætatem illam fit commemoratio:
E nam & hîc rectè subiicitur, (*Miserans adolescentiam tuam.*) Quin & in vtraque efficacissimis verbis ipsa Dei in religionem ipsam, seu animam religiosam amplificatur charitas; hîc quidem, cùm dicitur, (*Et charitatem desponsationis tuæ,*) qua videlicet te in meam despondi sponsam, (*quando secuta es me*, &c.) Apud Isaiam verò, cum præallatis adiicitur,[i] *Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.* In quibus duo enumerantur ipsius charitatis indicia. Primum, quòd summam eius habuerit rationem ob id, quòd per legis exhibitionem sponsalitio illam sibi iun-
F xerit fœdere, alterum, quòd claustra ipsa in quibus veluti in deserto ipsum sequuta esset, semper ob oculos tenuerit. *Muri tui*, claustra tua, in quibus sola, & veluti in deserto cõcludebaris, *in oculis meis semper.* (*Quãdo secuta es me in deserto,*) ait hîc apud Ieremiam, Respondi te iam olim per legẽ, mandans tibi vt eam veluti annulum gestares in manu: En ita tui recordatus sum, miserans charitatem desponsationis tuæ, quæ regulæ tuæ legem iam ad manum habebas, & operatione perficiebas: vt ob ingentem tui charitatem ipse te vicissim 32

In Religiosã animã quanta sit Dei Charitas.

i Isai. 49. 16.

Claustrorum quantam rationẽ habeat Deus.

Religiosi boni sunt quodãmodo regulæ Deo in actionibus.

Religioſos in ipſo ſolo confidentes Deus deſert quodãmodo ſuper palmas ſuas.

A vicißim in meis deſcriptam geſtarim manibus, vt quodammodo tu mearum regula eſſes actionum. Quòd ſi ſecuta es me in terra, quæ non ſeminatur: in mea dumtaxat confidens prouidentia, terrenarum rerum abiectâ ſollicitudine omni: *Ecce ſuper palmas ſtatui te.* (ſic vbi vulgata legit.) *Ecce in manibus meis deſcripſi te*, Hebræa habent הן על־כפית הקתיך *hen ngal chappaich hakotich. Ecce ſuper palmas ſtatui*, ſeu, *conſtitui te*, iuxta vulgare noſtrum prouerbium quo Italicè diceremus, *Ti portai in palma di mano*, id eſt, inuigilaui, vt nil tibi deeſſet. Ponderemus ſingula.

33 B (*Miſerans adoleſcentiam tuam.*) Hebr. & Sept. *Miſericordiæ*, ſeu *pietatis*, aut *bonitatis adoleſcentiarum tuarum.* Adoleſcentiæ vocabulum ſumi hîc poteſt vel pro ipſius adoleſcentiæ ſtatu ante conuerſionem, vel pro ſtatu eiuſdem poſt conuerſionem. Si primo modo illud accipiamus, magnam certè hæc habent vim. Neque enim facilè exprimi poteſt quàm ingens cum peccatore quolibet, & in primis cum religioſo ſit Dei miſericordia, quando illum in adoleſcentia a malis abſtractum conuertit ad ſe. Quot autem in hac vna miſeratione ſimul eidem collata ſint beneficia, intelliget planè ille, qui imperceptibilem quodammodo penetrare valeat eius ætatis ſtatum.

Adoleſcentiæ quanta neceſſaria ſit Dei miſericordia.

Adoleſcentiæ ſtatus qualis quàmve imperceptibiles ſint viæ illius.

C Cùm & Plato lib. 2. legum quod experientia comprobamus, dicat: *Adoleſcentium ingenia ſemper multis in vita mutationibus ſubiiciuntur.* Et ante Platonem Homerus idipſum expreſſerit carmine.

Plato.

Iliad. γ. 208.

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
Semper iuniorum virorum animi leues ſunt.

a Prou. 30. 18.

Tria [a] *ſunt mihi difficilia*, ait Sapientiſſimus Salomon, *& quartum penitus ignoro; Viam Aquilæ in cælo, viam Colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia.* D Cæterùm iſtius quarti aliqua forſitan colligi poteſt notitia, ſi dixerimus, viam viri in adoleſcentia eſſe inſtar viæ Aquilæ in cælo, quatenus per arrogantiam, & ſuperbiam [b] *exaltatur cor illius, ambulatque iugiter in magnis, & in mirabilibus ſuper ſe*, ita vt illi pariter dici queant, quæ apud Abdiam dicuntur à Domino, [c] *Superbia cordis extulit te: Qui dicis in corde tuo, quis detrahet me? Si exaltatus fueris vt Aquila, & ſi nidum* (inanibus videlicet cogitationibus, & imaginationibus tuis,) *inter ſydera poſueris, inde detraham te.* Nec non & viæ Colubri ſuper terram, quatenus inſtar Colubri, qui iux- E ta Domini ſententiam, [d] *Super ventrem ſuum ambulat*, mirifique ſpiris ambulans gyrat ſuper terram, adeo vt propterea tortuoſus dicatur in libro Iob, [e] & ipſe inexplicabilibus ſuper terrã ambulat ignorantiæ ſpiris, terrenis ſemper inhærens voluptatibus, ita vt meritò dicere queat, [f] *Adhæſit in terra venter meus.* Ac demum inſtar viæ nauis in medio mari propter continuam in propoſitis inſtabilitatem, & propter multos, immenſoſque perturbationum fluctus, vehementeſque paſſionum ventos. Quorum omnium ex F duobus Euangelij adoleſcentibus colligere eſt veritatem, ex illo, qui apud Matthæum [g] bonum propoſitum ſuum cùm Chriſto aperuiſſet, vt ipſum ſequeretur, illius tamen illico pœnitens abiit triſtis ob affectum videlicet nimirum, quo tenebatur diuitiarum, & ex filio prodigo, cuius hiſtoriam ad viuum ipſas adoleſcentiæ paſſiones, ac perturbationes, & ignorantiam, (ad hæc enim duo, ignorantiam, paſſionum vehementes perturbationes, vniuerſas eius ætatis imperfectiones reducit Ariſtoteles

b Pſa. 130. 1.

c Abdi. 1. 4.

d Gen. 3. 14.

e Iob. 26. 13.

f Pſal. 43. 25.

g Matth. 19. 16.

Adoleſcentiæ imperfectiones ad duo capita reducit Ariſtoteles.

Ariſtoteles.

A lib. 1. Ethicorum cap. 3.) habes in Euangelio Lucæ. [g]

g Luc. 15. 12.

35 Quòd adoleſcentiam ſecundo modo hîc ſumpſerimus, vt conſideratam poſt conuerſionem à peccatis, & ad Religionem, ingentem pariter hæc habent vim, (*Miſerans adoleſcentiam,*) ſeu (*Recordatus ſum tui miſericordiæ adoleſcentiarum tuarum,*) præſertim cùm ad Religionem aliquam, ſeu ad quampiam religioſam animam à priſtino obſeruantiæ feruore delapſam habentur. Per ea quippe Deus illi ſignificat, maximâ ſe erga eam commotum miſeratione, recordatus primos il- B los eius ſpiritus, primos feruores, primos obſeruantiæ rigores, ſimulque illa ipſa ei tacitè obiiciat, & ad memoriam reuocat; vt vel hac ratione ad bonam ſaltem reducatur frugem, Indicat autem hoc loco dumtaxat eximij illius priſtini adoleſcentiarum ſtatus inſignia, quæ tamen per hunc ipſum Prophetam in Threnis deſlens poſtmodùm explicabit, vbi dicet. [h] *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, Sedebit ſolitarius & tacebit, & leuabit ſe ſuper ſe.* De quibus ſuo loco Deo dante agemus.

Religioſo in memoriam reducit li priſtini feruores.

h Thren. 3. 27.

36 Quanquam ſi ſubtiliùs hæc ipſa, quæ modò C exponimus perpendantur, videbimus exactiſſime & hoc pariter loco eadem exponi, tum in iis, quæ ſubſequuntur: (*Et charitatis deſponſationis tuæ*, &c.) tum etiam in verbis hiſce, iuxta lectionem originalium Hebræorum, & Septuag. Recordatus ſum tui miſericordiæ, ſeu *pietatis*, aut *bonitatis*, vel bonæ voluntatis, tenerique affectus *adoleſcentiarum tuarum.* Sumendo miſericordiæ vocem non paſſiuè, vt ſumenda videtur iuxta noſtram, Vulgatæ, verſionem, ſed actiuè, vt explicatum eſt in quarto, & quinto ſenſu primæ expoſitionis. Neque D verò eſt, quòd quem turbet tribui animæ, & homini miſericordiam erga Deum, quem fieri nequit, vt aliqua attingat miſeria, quæ miſericordiæ noſtræ poſſit eſſe obiectum. Nam & in hoc ipſemet ſuam exaltare voluit in homines charitatem, vt tunc quaſi miſerum ſe eſſe ſignificarit, & miſericordiâ dignum, cùm ab hominibus ipſis relictus, offenſuſque fuerit. Adeo vt anima pariter quæ ipſum per conuerſionem in ſe admittit, miſericordiâ ſe in eum commotam dicere non vereatur, Quorum omnium confirmationem ex iis colligere eſt, quæ in Canticis Canti- E corum primo quaſi ad ſui commiſerationem à Deo ipſo dicuntur. [i] *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meũ plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*, quia ab animarum domibus expulſus, quaſi ſub dio frigidiſſimis iniquitatibus madefactus extra tuas quoque maneo fores. Tum ab ipſa anima, ſuam explicante in eumdem Deum commiſerationem hæc dicuntur. [k] *Et venter meus intremuit*, clariúſve iuxta lectionem Hebraicam, *Et viſcera mea conturbata ſunt ſuper eum*, ſc. miſericordia, prout eadem phraſis aliàs à Domino expoſita eſt apud F Prophetam noſtrum Ieremiam, [l] *Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor eius, Surrexi vt aperiam dilecto meo*, &c.

Miſericordiæ obiectum quomodo eſſe poſſit Deus.

Miſeretur quodammodo Dei qui peccata, mundùmque relinquit.

i Cant. 5. 2.

k Cant. 5. 4.

l Ier. 31. 20.

37 Summa autem ratione hæc modò referens Dominus, *Recordatum ſe*, ait *miſericordiæ*, ad miſericordiam ipſam ſignificandam eà vtens Hebraicâ voce חסד *heſed*, qua & bonitas ſignificaretur, & bona, propenſaque ad eum voluntas, & pietas, religioſuſque cultus, addens, *Adoleſcentiarum tuarum*, qua in ætate difficiliùs (vt explicatum eſt) hæc, & ſimilia contingere apud homi

Adoleſcentiæ obſequia quãti à Deo ſiant.

homines solent; vt intelligas, quanti apud ipsum ea sint, quæ in illius à nobis fiunt obsequium, iuxta illud Apostoli.[a] *Non iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.* Eaque præsertim, quæ in prima fiunt adolescentia. Vnde in capite sequenti id in primis ab eadem efflagitat anima religiosa, vt & ipsa recordetur, quæ præstantissima a se acta fuere in adolescentia, & eadem sibimet suo commemoret Deo, in cuius ea exhibuit obsequium, dicens.[b] *Dux virginitatis meæ*, Hebraicè נעורי *nengurai adolescentiæ meæ tu es.*

a Heb. 6. 10.

b Ierem. 3. 4.

38 *Adolescentiæ conuersio est quædam desponsatio cum Dei lege.*

(*Et charitatis desponsationis*,) seu *perfectionis tuæ:*) Vel (*desponsationum, seu perfectionum tuarum.*) Dubitans quodammodo Regius vates ita aliquando Dominum allocutus est.[c] *In quo corrigit adolescentior viam suam?* Scire optans, quidnam propriè sit correctio, seu conuersio, quæ hoc loco appellata est, (*Misericordia adolescentiæ*, seu *adolescentiarum.*) Propositæque hæsitationi modicis iis sibi satisfacit verbis, *In custodiendo sermones tuos.* Idque illud est, quod & hoc loco Dominus manifestiùs in his explicat, *Et charitatem desponsationis tuæ.*[d] *Si quis diligit me*, ait in Euangelio Iesus, *sermonem meum seruabit:* & obseruatio sermonum, & præceptorum Dei desponsatio profectò est cum eiusdem Dei lege. Enimuerò cùm adolescentior à peccatis, vel à sæculo recedens corrigit viam suam ad Deum conuersus, vel etiam religionem adiens, ita charitate in ipsum succenditur Deum, vt illius cum lege, seu cum monasticæ vitæ regula arctam contrahat desponsationem, sponsalique vniri cum ea satagat affectu, quod modicis iis verbis idem Dauid in primo significare videtur Psalmo, *In lege Domini voluntas eius:* iuxta vim Hebraicæ vocis חפצ *hefez*, quæ haud simplicem significat voluntatem, sed maximam animi propensionem vehementissimumque affectum, qualis is certè est, qui est ad sponsam, quo nullum maiorem visus est reperire potuisse ipsemet Dauid in 2. libro Reg. quando Ionatham deflens interfectum dicebat,[e] *Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.*

c Ps. 118. 9.

Obseruatio diuinæ legis est desponsatio quædam.

d Ioā. 14. 23.

Religiosus desponsatur cum regula suæ religionis.

Cum Dei lege sponsatur iustus.

e 2. Reg. 1. 26.

39 *Desponsatio iusti, & religiosi triplex, & vna.*

Benè autem in Hebraico textu hîc dicitur, (*Et charitatis desponsationum tuarum*,) in plurali; Nam vnico prædicto charitatis actu plures simul contrahit desponsationes, quæ & plures dici queunt, & vna. Desponsationem cum Dei lege, vt iam dictum est; desponsationem cum Sapientia, de qua Sapiens ille.[f] *Hanc amaui*, inquit, *& exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui sponsam illam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius:* Et desponsationem cum vera prudentia, de qua in libro Prouerb. dicitur.[g] *Prudentiam voca amicam*, id est, *sponsam tuam.* Quo Prouerbiorum loco simul hæ tres indicantur desponsationes, vbi is est ad adolescentem sermo.[h] *Serua mandata mea & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. Dic Sapientiæ soror*, id est, *sponsa mea es.* Prout aliàs explicaui. *Et prudentiam voca amicam tuam.* In quorum confirmationem facit quod subiicitur de muliere extranea. *Vt custodiat te.* (Obseruatio scilicet diuinæ legis, ad cuius desponsationem reducuntur & duæ aliæ) *à muliere extranea & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit*, vt nimirum ea præferantur verbis diuinæ legis, veræque sponsæ.

f Sap. 8. 2.

g Prou. 7. 4.

h Prou. 7. 2.

40 (*Et charitatis perfectionis.*) seu *perfectionum tuarū* (*sequuta es me in deserto.*) Quàm benè omnia sibi inuicem concinunt, Pro voce (*desponsationis.*) Sept.

A

posuêre (*perfectionis.*) Tunc enim demum perfectus quis est, cùm desponsationis fœdus cum Deo inierit dilecto, perfectoque suo; Vnde fit vt illius animam Deus eo ipso tempore, quo eam suam fatetur sponsam, suam pariter nuncupet & perfectam Cantic. 6.[i] *Vna est columba mea*, ita mihi scil. vna sponsa, & ego vni illi spōsus, sicut & columba, & columbus vni sibi inuicem sunt. Additque illicò, *Vna est perfecta mea*, sic mihi videlicet & vna pariter in perfectione, vt sit perfecta, sicut & ego perfectus sum. Quamuis, si per charitatem desponsationis coniunctionem, iuxta prædicta intelligamus cum Dei lege, ipsamque eiusdem legis, & mandatorum Dei obseruationem, ipsum perfectionis nomen quid amplius significet, quod admodum opportunè hîc explicandum erat.

i Cant. 6. 8.

Perfectionis nomen addit aliquid supra desponsationē cū lege Dei.

B

Ex loco Euangelij, in hac ipsa secunda expositione aliàs citato id intelligemus. Interrogante enim adolescente quodam Iesum,[k] *Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?* Respondit ei Iesus, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, iisque enumeratis, dicente iuuene, *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?* Intulit illico Dominus. *Si vis perfectus esse, vade & vende quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.* Ex quibus Domini verbis colligimus perfectionem non solùm esse despōsationē, sed illi id addere, quod ei deesse quoquo modo videtur. Per ipsam quippe ad obseruationem mandatorum, additur obseruatio etiam cōsiliorum Dei, quam consiliorum obseruationem cùm religiosi in primis profiteantur, necessariò hîc eius facienda erat commemoratio.

41 *Consiliorum obseruatio est actus perfectionis additus actui desponsationis cū Dei lege.*

k Matth. 19. 16.

C

Sed ex præallata Domini sententia in Euangelio,[l] sicut & ex iis, quæ hîc subiiciuntur. *Quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur*, colligere est etiam, quibus potissimùm in rebus ista sita sit perfectio. Nempe in tribus, in abiectione vniuersorum, quæ habentur; in abiectione omnis spei rerum similium; & in sequendo Dominum. *Et veni & sequere me*, dicit Euāgelium, cui respondet, quod hîc dicitur, (*Quando secuta es me*,) quod hîc adiicitur. (*In deserto*,) respondet ei Euangelico dicto, *Vade, vende omnia, quæ habes:* quodue hîc dicitur, *in terra non seminata*.) respondet ei quod in Euangelio asseritur, *Et da pauperibus.* Enimuerò qui diuitibus in mūdo largiuntur donum quasi semen iaciunt, vt exinde aliquando fruges colligant, vel opulenti alicuius gradus, vel Ecclesiasticorum beneficiorum, vel censuum, aut rei alterius cuiuspiam similis; atque adeo non incongruè diuites ipsos terram dices seminatam. Cùm è vestigio pauperes terra dici debeant non seminata, & quæ seri non potest, cùm ex iis spei nil exhibeatur, vt quid terrenorum referant, quorum omnino sunt inopes, iuxta illud eiusdem Domini.[m] *Benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes.* Quod & Gentilis quoque Plinius Iunior lib. 9. Epistolarum, epistola ad Geminium, contestatus est, dicens: *Volo eum qui sit verè liberalis tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis, sed amicis dico pauperibus, non vt isti, qui iis potissimùm donant, qui donare maximè possunt. Hos ego viscatis, hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.*

42 *Perfectio religiosi sita est in tribus.*

l Matth. 19. 21.

D

Pauperes dicti terra non seminata.

E

m Luc. 6. 35.

Plinius Iun.

F

Non minùs autem congruenter renunciationem omnibus, quæ possidentur, desertum hoc loco appellatur, quod certè priuatio quædam est speciosorum omnium, quæ in terra conspici, & possideri solent; vnde & alibi appellatur,[n] *terra horroris, & vastæ solitudinis*, expers nimirum palatiorum,

43 *Paupertas voluntaria dicta desertum.*

n Deut. 32. 10.

tiorum, pomœriorum, vinearum, atque agrorum, A quæ ea ipſa ſunt, de quibus dicitur, *Vade, & vende omnia quæ habes,* &c, [a] *Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

a Luc.14.32.

44 *Sequi quomodo debeat Chriſtum religioſus.*

Quid ſit autem, quaue ratione anima religioſa ſequatur Deum, cui hîc dicitur. (*Quando ſecuta es me,*) ſeu iuxta lectionem Hebr. (*Ire,* aut *venire te poſt me.*) Ex alio Euangelij loco fuſiùs explicatum habemus, vbi Dominus hæc ait, [b] *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios & fratres, & ſorores, adhuc autem & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus:* B Circa quorũ ſingula multa eſſent, quæ dicerem; Id tamen duntaxat adnotabo: ea omnia duobus ſolis verbis hîc exprimi, dum iuxta Hebraicam lectionem dicitur, *Et charitatis perfectionum tuarum. Ire, &c.* Si quidem tunc demum rectè poſt Deum quis venit, cùm ea erga illum affectus eſt charitate, vt nil ſit, quod ſupra illum diligat iuxta illud, [c] *Qui amat patrem, aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Cúmque inſuper ita & in ipſa eius prouectus ſit charitate; vt nedum prædictos ſibi ſecundùm carnem alioquin maximè C iunctos, ſuper Deum non diligat, Sed & propter eumdem Deum odio illos proſequatur. Et quod maius eſt, in animam quoque & vitam ſuam pari affectus ſit odio: quodue eſt maximum, pro ipſo libentiſſimè quaſlibet patiatur ærumnas, id namque eſt baiulare crucem ſuam. Quæ ſanè omnia plurium perfectionum vocabulo hîc deſignãtur; quia reuerâ in eorum ſingulis ſpecialis eſt perfectio, vt pote quæ fieri nequeat ab eo, qui in charitate non ſit perfectus, & dicere cum ſponſa queat, [d] *Ordinauit in me charitatem,* habito reſpectu ad ipſius charitatis ordinem: ſeu *ordinauit, &* D *instruxit in me aciem charitatis,* quam aciem ſingulæ prædictarum faciunt perfectionum, perfectorumque actuum.

b Luc.14.26.

Charitatis perfectæ actibus eundum poſt Deum.

c Matth. 10. 37.

d Cant.2.4.

Verſ. 3.

45 *Religioſus dicitur Iſrael, & ſãctus Domino ob perfectos charitatis actus.*

(*Sanctus Iſrael Domino. Primitiæ frugum eius.*) Vide quæ ſuper verbis hiſce in prima dicta ſunt literæ expoſitione, præſertim in explicatione ſenſuum ſecundi, quarti, & quinti, facilè enim ea aptabis ad religioſos, ad Religionem, & ad Eccleſiam fidelium, quos Apoſtolus Petrus, [e] dicit *genus electum, Regale Sacerdotium, gentem ſanctam.* E Duo duntaxat breuiter hîc addam. Primum, per hoc quòd Religioſus appellatur Iſrael, quod interpretatur videns Deum; & dicitur Sanctus Domino, confirmari, quæ hucuſque dicta fuêre, eſſe nimirum in illo inſtructam charitatis aciem, inſignemque eumdem eſſe charitate perfectionum, eundo poſt Deum in deſerto, & in terra non ſeminata: atque adeo & in ſanctitate perfectum, iuxta illud, [f] *Perfectus omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius,* & illud Petri, [g] *Secundùm eum, qui vocauit vos Sanctum, & ipſi in omni conuerſatione Sancti ſitis.*

e 1.Pet.2.9.

f Luc.6.40.

g 1.Pet.1.15.

46 *Religioſus quàm cõgruè dictus primitiæ frugum Domino, qui frugum ſollicitudinẽ pro Domino abiecit.*

Alterum, quàm congruè Religioſus, qui Deum ſecutus eſt in terra non ſeminata, renũcians om- F nibus agrorum poſſeſſionibus, omniue frugum prouentui, & ſpei omni earumdem frugum collectionis, illud implens Domini conſilium, [h] *Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, aut quid bibatis:* eò euectus dicitur, vt ſit eiuſdem met Dei primitiæ, & primitiæ ex illius frugibus, quas videlicet ex omni humano genere ſibi is deligit, velutique in peculiari ſegregat, & condit penu, atque horreo, vnde potiſſimùm in terris iucundum deſumit cibum.

h Matth. 6. 25.

(*Omnes, qui deuorant eum, delinquent, mala venient ſuper eos.*) Rectè hæc aduersùs eorumdem religioſorũ calumniatores ex illo intelliges Pſalmi, quo dicitur, [i] *Dilexiſti omnia verba præcipitationis,* id eſt, deuorationis, iuxta verſionem Hieronymi ex Hebr. *omnia verba ad deuorandum lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te,* &c.

Religioſorum calũniatores, quàm grauiter puniãtur.

i Pſal.51.5.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Et factum eſt verbum Domini, &c.

Verſ. 2.] Vade, & clama, &c. Recordatus ſum tui miſerans, &c.

Verſ. 3.] Sanctus Iſrael, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Καὶ εἶπε.

2. Τάδε λέγει κύριος, ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου, καὶ ἀγάπης τελειώσεώς σου, τοῦ ἐξακολουθῆσαι σε τῷ ἁγίῳ ἰσραήλ.

3. Λέγει κύριος, ὁ ἅγιος ἰσραὴλ τῷ κυρίῳ ἀρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ. πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν πλημμελήσουσι, κακὰ ἥξει ἐπ' αὐτοὺς φησὶ κύριος.

Verſ. 1.] Et dixit.

Verſ. 2.] Hæc dicit Dominus: Recordatus ſum miſericordiæ adoleſcentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ, quando ſequuta es ſanctum Iſrael.

Verſ. 3.] Dicit Dominus Sanctus Iſrael Domino, principium geniminum eius: Omnes, qui comedent eum, delinquent: mala venient ſuper eos, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et factum eſt verbum Prophetiæ à facie Domini ad me, dicens.* Verſ. 2. *Vade, & vaticinare coram populo, qui eſt in Ieruſalem dicens, Hæc dicit Dominus: Memor ſum vobis beneficiorum dierum antiquorum, & dilectionis patrum veſtrorum, qui crediderunt verbo meo, & ambulauerunt poſt duos nuncios meos Moyſem, & Aaron in deſerto quadraginta annis, abſque cibariis in terra non ſeminata.* Verſ. 3. *Sanctitas eſt domus Iſrael coram Domino aduersùs direptores ſuos, ſicut primitiæ oblationis frugum: quicumque comederit ex eis, reus erit mortis: &* F *ſicut principium meſſis manipuli oblationis, ex quo ſi aliquis comederit, antequam offerant Sacerdotes filij Aaron oblationes ſuper altari, condemnatur; ſic omnes, qui deprædantur domum Iſrael condemnabuntur, malum veniet ſuper eos, dicit Dominus.* 1

Beneficiorum ſuorũ in nos iugiter recordatur Deus.

Iuſtos lædẽtes quàm grauiter puniendi.

Verſ. 1.

(*Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,* &c.) Iam in prima literę expoſitione notaui, Hieronymum aſſerere, Hoc in Sept. non haberi, ſed ſub aſteriſcis de Theodotionis editione adiectum eſſe.

Verſ. 2.

Vers. 2.

(*Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans.*) &c. Hieronymus, *Plenius hoc in Ezechiele*[a] *dicitur, quando Ierusalem sibi in matrimonio Deus copulat: & sub persona uxoris suis iungit amplexibus: siue ut ardentiorem monstret affectum, puellam eam, & adolescentulam, & desponsatam vocat. Quo enim nec dum potiti sumus, magis ut potiamur appetimus.* (*Quando inquit secuta es me in solitudine*) *& instar sponsaliorum, & dotis, legis tibi ornamenta, & verborum distribui monilia. Totumque hoc non ad meritum eius refert, sed ad suam misericordiam, per quam & charitatem consecuta est. Hoc quoque quod posuimus* (*in deserto, in terra quæ non seminatur,*) *in Septuag. non habetur.*

> Hieron. 2 — a Ezech. 16. 3. — *Ex misericordia Dei esse quicquid in nobis est boni.*

3 Theodoritus. (*Adolescentiam*) *vocauit initium vocationis Iudæorum: Tunc enim ipsi in Ægypto miserè afflicti ingemebant: ipse vero misertus est, & ministerio Mosis utens liberauit eos. Istud autem,* (*dilectionem perfectionis tuæ*) *ironicè posuit. Non enim umquam Iudæi perfectam dilectionem habuerunt erga benefactorem, quod ex Dauide discimus.* [b] *Dilexerunt enim eum, inquit, in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: Cor autem non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.*

> 3 Theodorit. *Iudæi numquã perfectè dilexerunt Deum.* — b Psal. 77.

D. Thomas in Comment. *Tria hic ponit, quæ ad pietatem mouent: Primum est puritas ætatis,* (*adolescentiam tuam,*) *in qua sponsæ vehementius amantur, quæ fuit quando egrediebantur de Ægypto. Secundum est memoria pristini amoris,* (*& charitatis*) *quæ scilicet desponsaui te mihi in legislatione, infra*[c] *in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: Tertium est obedientia operis,* (*Quando secuta es me, &c.*) *Vnde difficultate itineris retrahebatur, quamuis quidam murmurantes dixerint,* [d] *Adduxisti nos in locum istum pessimum, qui seri non potest, &c.*

> D. Thom. *Pietatẽ tria in Deo excitant in nos.* — c Ierem. 31. — d Num. 20. 5.

Vers. 3.

4 (*Sanctus Israel Domino, &c.*) Lucifer Calaritanus libro 2. ad Constantium Imperatorem pro sancto Athanasio, in principio. *Aduerte per Ieremiam, quæ vobis persecutoribus promittat Deus dicens,* (*Sanctus Israel Domino, initium generationum eius. Omnes, qui edunt eum, pœnitebunt: Mala inducam super eos dicit Dominus.*)

> 4 Lucifer.

(Nota lectionem singularem ex versione Sept.)

Hieronymus in Comment. *Quando Israel dicit primitias frugum Domini, ostendit populum de gentibus congregatum esse post primitias, iuxta illud, quod in alio loco scriptum est,* [e] *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Primitiæ autem debentur Sacerdotibus, & non hostibus.*

> Hieronym. *Iudæi primitiæ Deo respectu gentium.* — e Psal. 73. 2.

5 Theodoritus in Comment. (*Sanctus, &c.*) *Perinde est, ac si diceret, Cælesti gratiâ praeuli te reliquis*

> 5 Theodorit.

A *nationibus, & populus meus appellatus es. Hunc etiam in modum B. Moyses dixit,* [f] *Et factus est portio Domini populus ipsius Iacob: & funiculus hereditatis eius Israël.* (*Primitiæ frugum ipsius.*) *Nam præ cæteris omnibus elegit ipsum. Quapropter dixit Pharaoni,* [g] *filius meus primogenitus Israel, & per alium Prophetam sic ait,* [h] *Velut uuam in deserto reperi Israelem, ac velut fructum ficus maturum inueni patres eorum.*

> f Deut 32. 9. — g Exod. 4. 22. — h Ose. 9. 10.

Gregorius Papa in principio Homil. 11. in Ezech. *Quia bona animæ fruges appellatur Dei, Propheta alius testatur, dicens* (*sancti Israel Domino primitiæ frugum eius,*) *fruges etenim Domini etiam B conuersæ ad fidem gentes postmodum factæ sunt. Sed quia prius Israël Domino credidit, rectè hunc Propheta frugum eius primitias appellauit.*

> Greg. Pap. *Iustorũ animæ sunt fruges Dei.*

Rupertus Abbas lib. 1. Comment. in Ierem. cap. 6. (*Primitiæ frugum eius*) inquit, *Hoc pro parte credentium, vel benè operantium verum est, Nam*[i] *gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco.*

> Rup. Abb. *Iusti sũt primitiæ frugũ Dei.* — i Rom. 2. 10.

D. Thomas in Comment. *Sumit rationem ex populi dignitate* (*Sanctus*) *qui dicatus ad cultum Domini, & Domino consecratus.* (*Primitiæ*) ut Theo- C doritus.

> D. Thom.

6 (*Omnes qui deuorant eum, &c.*) Hieronymus in Comment. *Hunc habent sensum, quomodo qui primitias deuorant, nequaquam de genere Sacerdotali, sceleris rei sunt: sic qui contaminant Israel malis subiciuntur, iuxta illud Psalm. 26.* [k] *Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Neque enim ex eo quod Dei exequuntur sententiam, immunes erunt à supplicio: malaque venient super eos:)* [l] *oportet enim venire scandala: verùm væ ei, per quem D veniunt scandala.*

> 6 Hieron. *Iustos lædentes grauiter puniendi.* — k Psal. 26. 2. — l Matt. 18. 7.

7 Ioannes Chrysostomus Homil. in Psalm. 13. *Etiam si propter peccata nostra ab inimicis, tamquam à Leonibus deuoremur: propter nostram tamen in Deũ pietatem ultionem assequemur. Audi Ieremiam dicentem.* (*Sanctus Israel Domino, omnes qui deuorant ipsum delinquent, & inducam super ipsos, dicit Dominus.*)

> 7 Ioan. Chrysostomus. *Vindicat nos Deus ab infidelibus nos affligentibus propter peccata nostra.*

Theodoritus in Comment. (*Omnes, qui deuorant, &c.*) *Quandoquidem non tamquam Deo inseruientes bellum gerebant, qui pugnabant aduersus Israe- E lem: sed quasi ipso Deo superiores euadere possent. Sic etiam Sennacherib aiebat,*[m] *Ne te decipiat Deus tuus, in quo confidis, dicens, quòd Dominus liberabit Israelem de manu mea. Hac de causa etiam illis minatur vindictam.*

> Theodorit. — m 4. Reg. 18. 29.

D. Thomas in Comment. consentientia habet cum dictis Hieronymi.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ἘΜΝΗΣΘΗΝ ἐλέους νεότητός σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν λέγει. οὐχὶ αὐτῶν ἐγκώμια. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὴν τιμωρίαν, ἵνα δείξῃ, ὅτι δικαίαν ταύτην ἐπάγει, λέγει ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πολλάκις, ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου. τουτέστι τοῦ ἐλέους. οὗ σε ἀπεδεξάμην

Vers. 2. RECORDATVS *sum misericordiæ adolescentiæ tuæ,* &c.)

Chrysostomi.] *Beneficia*[a] *in illos collata enarrat, non eorum encomia: postquam enim pœnæ mentionem fecit, ut ostenderet se illã iusto iudicio inferre, ait, semel, & bis, ac sæpius:* (*Recordatus*[b] *sũ misericordiæ adolescentiæ tuæ*) *.i. misericordiæ, quæ tecum*

> Chrysostom. a *Beneficiorũ suorum commemoratione iustitiã Deus illatæ se pœnæ probat.* b *Æquè ac*

ξάμην πρὸς σὲ νέαν οὖσαν ἐμνήσθην. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς περὶ τὰ παιδία μικρὰ ὄντα πολλὴν ἔχομεν φιλοστοργίαν, ὅτε οὔπω παροξύνουσιν ἡμᾶς. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐν προοιμίοις ὅτε ἀπὸ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἔσωσε μόνης αὐτούς. καὶ οὐκ ἀπῄτει τὰ παρ' ἑαυτῶν, πλὴν ἔλεον ἐπιδείκνυται. ἀλλ' ὅμως εἰς λήθην αὐτὸν ἐποίησας ἐμπεσεῖν μετὰ ταῦτα.

Θεοδωρήτου.] ἐντρεπτικῶς ἄγαν μαλάττει, πρὸ τῶν ἀπειλῶν. νεότητα τοῦ λαοῦ, τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου λέγων. ἀφ' ἧς οὐ διέλιπόν σου φησὶ προνοούμενος. διὸ καὶ νῦν ἐπ' ὠφελείᾳ σε παιδεύσω, τὰς πρὸς τοὺς σοὺς πατέρας ἐπαγγελίας πληρῶν. οὐ γὰρ ἡ ἀπιστία τοῦ Ἰσραὴλ τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει. καὶ πρὸς Δαυὴδ γὰρ ἔλεγεν. ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοί σου τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν. ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. ὃ δὴ καὶ νῦν ποιοῦσιν * ἐπαγγέλλεται. ὡς ἂν διὰ μετανοίας ἀκολουθήσωσι τῷ προπάτορι αὐτῶν Ἰσραήλ, ἁγίῳ γεγονότι, καὶ τὴν ἐπηρτημένην αὐτοῖς ἀποφύγωσι δίκην. [τοῦ ἐξακολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ Ἰσραήλ.

* ποιήσειν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν ἐκ τούτου ἔλεον ἐπεδειξάμην, ἐν τῷ ποιῆσαι ἐξακολουθῆσαί μοι. ἐν τῷ προηγεῖσθαί σου. ἐν τῷ ἀπιέναι καὶ προετοιμάζειν καταγώγια ἐν γῇ μὴ ἀσπορίμῃ. οὐχ ἁπλῶς ἐν ἐρήμῳ. οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων καταλελειμμένῃ, ἀλλὰ μηδέποτε δεξαμένῃ καρπόν. ἐκεῖ ἠκολούθεις μοι. [ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ.] τουτέστιν ἐκεῖ σου προηγούμην. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἅγιόν σε ποιῆσαι, καὶ ἅγιον ἐμοί. μέγα μὲν γὰρ καὶ ἅγιον εἶναι. ὅταν δὲ καὶ Θεοῦ ἅγιος εἶ ἐννόησόν μοι.

Ὀλυμπιοδώρου.] τῷ σωτῆρι Χριστῷ ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ. ὁ ἀληθινὸς Ἰσραήλ. ὁ νοῦς ὁ ὁρῶν Θεόν. ὃν καὶ ἡδέως ὁρᾷ ὥσπερ ἀπαρχήν τινα γεννημάτων. λέγεται οὖν Ἰσραὴλ ποτὲ μὲν ὁ Ἰουδαίων λαός. ποτὲ δὲ οἱ διορατικώτεροι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ πατριάρχης, καὶ ὁ κατὰ σάρκα ἐξ Ἰσραὴλ Χριστός.

[Ἐμνήσθην ἐλέους.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ ἔλεος φησὶ καὶ ἀγάπην ἔχρισά σε εἰς προφήτην. οὐ γὰρ ἐκ κατορθωμάτων τὰ χαρίσματα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τῶν λόγων τοῦ προφήτου τῶν πρὸς τὸν λαόν. ὡς γὰρ κρινόμενος πρὸς αὐτοὺς ἀπομιμνήσκει τῆς ἰδίας εὐεργεσίας πείθων τὸν προφήτην, ὡς οὐκ ἀδίκως ἐκφέρει κατ' αὐτῶν τὴν ψῆφον. λέγει τοίνυν ὅτι ἄνωθεν πολλῆς τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀπήλαυσας. νεότητα δὲ λέγει τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διατριβὴν τοῦ λαοῦ. ὡς τότε ἐκλεγμένων παρὰ Θεοῦ. τὸ δὲ ἀγάπης τελειώσεώς σου, ἀντὶ τοῦ τελείως σε ἠγάπησα, πᾶσαν πρόνοιάν σοι νέμας. καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου, ἐν τῷ, φησίν, ἐξακολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ Ἰσραήλ. ἀντὶ τοῦ ἡνίκα ἐδεήθης μου πάσχων παίδευτα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ

A *usus sum cùm iuuenis esses. Quemadmodum nos gerimus erga pueros paruulos, quando nondum nostram iracundiam exacuunt: ita & Deus in principio & circa exordia, quando solius gratiæ ipsius ope nos seruabat, neque quidpiam ex parte illorum requirebat. Sed tamen post hæc fecisti vt ipse tui obliuisceretur.*

cum pueris patrē nōdum ad iracundiā prouocātibus, nec apud illū quidquā merentibus, nobiscū vt bonus pater habuit se Deus à principio vocationis nostræ.

Theodoriti.] *Ante minas demulcet, sed non nisi* [c] *pudore vehementi incusso. Populi iuuentutem ex Aegypto exitum dicens: à quo num-*
B *quam destitui* [d] *te inquit prouidentiâ meâ, Propterea & nunc cum fructu puniam te patribus tuis promissa implens. Nam Israel infidelitas fidem Dei numquam euacuabit. Aiebat enim & ad Dauid si dereliquerint filij tui legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non disper-*
C *gam ab eis. Quod & nunc facturum se pollicetur, vt per pœnitentiam Israelem suum progenitorem, qui sanctus fuit, sequantur, & imminens ipsis effugiant iudicium.*

Theodorit.
c *Suauis Dei agendi ratio.*
d *Prouidētiâ, & misericordiâ suâ nos nūquā Deus destituit, si conuerti ad pœnitentiam velimus.*
Rom. 3. 3.
Psal. 88. 31.

Chrysostomi.] *Quando secuta es Sanctum* 9
Israel.) Hoc est, in hoc misericordiam [e] *demonstraui, dum effeci, vt me sequereris, dum me tibi ducem præbui: dum iter capesserem, tibique pararem diuersoria in terra, quæ sementem non admittebat, non simpliciter in deserto, non ab*
D *hominibus derelicta, sed quæ numquam fructus tulerit, ibi me sequebare (Sanctus Israel Domino.) Hoc est eo in loco tibi viæ dux fui, neque hoc solùm sed & dum te & sanctum mihi effeci. Etenim magnum quidem est & sanctum* [f] *esse, quid verò sit, si sanctus Dei sis, attentè mihi cogita.*

Chrysost.
e *Misericordia Dei in Iudaicum populum quando illum eduxit ex Aegypto.*

f *Deus dum ducit efficit simul cū quē ducit sanctū.*

Olympiodori.] *Saluatori Christo Sāctus* [g] *Israel Domino: verus Israel mens Deum* [h] *videns, quem & iucundè videt veluti rerum omnium creatarū principiū quoddam. Vocatur igitur Israel interdū* [i] *quidem Iudæorū populus, interdū*
E *verò, qui ad contemplandū perspicaciores, ipseque Patriarcha, & qui secūdū carnē ex Israel Christus.*

Olympiod.
g *Sācti Christo sunt sancti, & segregati.*
h *Israel verus est mens Deū videns.*
i *Israelis vocabulū variè sumptum.*

[Recordatus sum misericordiæ.]

Olympiodori.] *Ex misericordia ait, & charitate vnxi te in Prophetam, non sunt enim ex meritis* [l] *dona.*

Olympiod.
l *Prophetādi munus Ieremiæ à Deo collatū absq; eius meritis.*

Chrysostomi.] *Hinc Prophetæ sermonum ad populum initium,* [m] *tamquam enim in iudicio cum ipsis certans propriam beneficentiam memorat suadens Propheta, non iniustam à se ferri*
F *in eos sententiam. Ait igitur, superioribus temporibus multam tui curam in me expertus es. (Iuuentutem,) in Aegypto populi moram dicit, vt pote qui tunc à Deo fuerant electi. Illud item (Charitatis* [o] *perfectionis tuæ) perinde est atque perfecto amore te dilexi, omnem prouidentiam tibi præstans, cuius certum argumentū in eo quod sequitur. (Quādo ait comitatus es Sanctū Israel) ac si diceret: Quando in Aegypto*

Chrysostom.
m *Suā Deus recenset primam cū Iudæis suauem agendi rationem, Propheta illam in exemplū adducens.*
n *Iuuentus Iudaici populi quādo fuit in Aegypto.*
o *Charitas perfectionis nostræ dictus perfectus Dei amor in nos.*

A ἐξήγαγόν σε καὶ ἡγούμην ὑποδεικνὺς τὴν ὁδὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ παρεῖχόν σοι ἄφθονον τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν ἐν ἐρημίᾳ ἀτριβεῖ. [ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ.] τουτέστιν ἀφωρισμένος τῷ Θεῷ. οὕτω γὰρ λέγει καὶ ὁ Μωσῆς. ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν, κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ.

[Ἀπαρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καίτοι καὶ οἱ ἄλλοι αὐτοῦ. ὅμως οὖν λέγεται πρωτότοκος, οὐ διὰ τὸ πρῶτος γενέσθαι, οὐ διὰ φύσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἡ πρωτοτοκία ποιεῖ τὴν ἀγάπην. ἐνταῦθα δὲ ἡ ἀγάπη ἐποίησε πρωτότοκον εἶναι.

Τοῦ αὐτοῦ] [ἀπαρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ.] τουτέστιν ἡ ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ οἰκεία, καὶ οὐ δύναται ἄλλως γενέσθαι. οὕτω καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν γενόμενος. [πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν πλημμελήσουσι κακὰ ἐπ' αὐτούς.] τοῦ αὐτοῦ] οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο δῶρον τὸ ποιοῦν τοὺς ἐχθροὺς ἀπολλύσθαι αὐτοῦ.

τοῦ αὐτοῦ.] ὡς γὰρ ἁμαρτάνει ὁ τῶν ἀπαρχῶν γευόμενος, οὕτως καὶ ὁ εἰς σὲ πλημμελῶν. διὰ τοῦτο πάλαι, καὶ τὸν Φαραὼ ἐτιμωρησάμην, καὶ πάντας τοὺς ἐπανισταμένους. τὰ γὰρ παλαιὰ διηγεῖται. τὸ δὲ ἐσθίοντες ἀντὶ τοῦ φαγόντες. καὶ τὸ πλημμελοῦσι ἀντὶ τοῦ ἐπλημμέλησαν.

Θεοδωρήτου.] πάντες οἱ ἐσθίοντες.] δείκνυσι τὴν τοῖς Ἀσσυρίοις ἀκολουθήσασαν δίκην. ὁμοῦ δηλῶν ὡς οὐκ αὐτὸς αὐτοὺς ἐκάλεσεν. οὐ γὰρ ἂν ἐτιμωρήσατο. ἅγιον δέ φησι τὸν Ἰσραὴλ ὡς καὶ ἐξαίρετον διὰ τοὺς πατέρας ἀφορισθέντα τῷ Θεῷ.

[Καὶ μετ' ὀλίγα.] τιμωρεῖται δὲ τοὺς ἑλόντας αὐτούς. οὐ γὰρ ὡς αὐτῷ διακονήσαντες ἦλθον, ἀλλ' ὡς καὶ μὴ βουλομένου τὴν πόλιν αἱρήσοντες. ὡς ἐκ τῶν λόγων δῆλον Σενναχηρεὶμ εἰπόντος, μή σε ἀπατάτω ὁ Θεός σου ἐν ᾧ πέποιθας. ὅτι ῥύσεται τὴν Ἱερουσαλὴμ Κύριος ἐκ χειρός μου.

grauia prorsus patiens meum auxilium implorasti, & eduxi te, & praeibam, iter in deserto commonstrans: & suppeditaui tibi vbertim necessaria in solitudine nullis trita vestigiis (Sanctus Israel Domino.) Hoc est Deo selectus,[p] sic enim ait & Moyses, quando diuidebat altissimus gentes, quando seminauit filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei: & factus est pars Domini populus eius Iacob.

p *Sanctus Domino dicitur qui Deo sit selectus.* Deut. 32.

[Principium geniminum eius.]

B Chrysostomi.] *Hoc est cunctorum hominũ vniuersæ terræ; quamquam & reliqui illius sunt. Appellatur autem primogenitus,[q] non quòd primus factus sit, non naturâ, in aliis enim primogenitura amorem gignit, hîc autem amor effecit vt primogenitus esset.*

Chrysostom. q *Primogenitus Dei dictus Iudaicus populus non origine, sed ex Dei gratia, & charitate.*

Eiusdem.] *(Primitiæ fætuum eius) hoc est, vt primitiæ Deo propriè conueniunt, nec aliter fieri potest, sic fuit & Israel ex vniuersis gẽtibus.)* C *Omnes qui comedent eum delinquent, mala adducã super eos.)* Chrysostomi.] *Non modicũ & hoc munus, quod facit, vt inimici eius depereant.*

Chrysost. *Iudaicus populus peculiaris Dei ex omnibus gentibus.* Chrysost.

Eiusdem.] *Sicut enim qui primitias degustat, delinquit,[s] ita vtique & qui contra te iniquè agit: ob hoc Pharaonem olim mulctaui, omnesque contra insurgentes: antiqua enim narrantur. (Qui comedent) verò ait pro, qui comederunt, & (Delinquent) pro, deliquerunt.*

Idem. s *In Deũ delinquunt qui eos offendunt qui Dei sint.*

Theodoriti.] *(Omnes qui comedent eum,* D *&c.) Pœnas intelligit illatas Assyriis,[t] quos etiam à se vocatos non fuisse significat, nec enim pœnas sumpsisset. Sanctum autem Israel vocat, quòd singulari quadam ratione propter patres Deo fuerit segregatus.*

Theodorit. t *Assyrios Iudaos affligentes castigauit Deus, quia ad id muneris illos non vocarat.*

[Et paucis interiectis.] *Punit[u] autem eos qui captiuos duxerant, non enim vt ipsi obsequiũ exhiberent, venêre, sed vt etiam ipso inuito, Vrbem deuastarent, quod ex verbis Sennacherib clarum apparet, qui dixerat: ne illudat tibi Deus* E *tuus, in quo sperasti, quòd seruabit Ierusalem Dominus è manu mea.*

u *Assyrij à Deo castigati quia vel inuito Domino ciuitatem Ierusalẽ vastare voluêre.* 4. Reg. 18. 19.

Vers. 4.] Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israël.

Vers. 5.] Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?

Paraphrasis expositionis Literæ.

AVRIBVS[a] iam percipite, quæ vobis loquitur Dominus, eaque mente retinete, ac si vnum duntaxat esset verbum. Arrigite inquam aures, quotquot ciues estis Ierusalem, siue ex duobus estis tribubus, ad regnum Iuda spectantibus, siue ex reliquiis cognationum decem aliarum tribuum Regni Israel, quæ iam ab Assyriis in captiuitatem ductæ fuêre. Vos alloquitur Deus Iudæos vniuersos, qui propter singularem electionem, qua in Iacob electi fuistis, ad domum spectatis Iacob, sicut & propter eximiam Dei cognitionem, qua præ cæteris populis donati estis, ex cognationibus estis eiusdem Iacob, quatenus Israel appellatus ob id fuit, quòd Deum singulari viderit ratione.

a *Audite verbum Domini domus Iacob & omnes cognationes domus Israel.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

DIXIT in principio præsentis capitis secundi Ieremiæ Dominus, *(Vade & clama in auribus Ierusalem.)* Intellexit autem optimè Prophe- 1
F ta, quid eâ sibi præciperetur phrasi, diuinæque obtemperans iussioni, quò habitatores Ierusalem attentas sibi præstarent aures, duplici eos compellans nomine, attentionem exposcit intentam, quandoquidem haud sua, vel simplicis alicuius, sed Dei prolaturus sit verba, quæ nec tanta futura sint, vt illos fastidiant, cùm quasi verbum vnum dici queant.

Cæterùm duplicis nominis *(domus Iacob)* & *(cognationes Israel)* appellationis duplicem pariter adhibendam censeo rationem. Primâ, vt nomina ipsa distinctè sumantur, & propriè, vt per domũ Iacob ij intelligantur Iudæorum, qui erant ex duabus

Domus Iacob appellata tribus Iuda, & Benjamin.
Cognationes Iſrael appellata reliquiæ decē tribuū.

duabus tribubus, Iuda, & Benjamin, alio vocabulo nuncupati Domus Iuda, quique propriè ad Regnum ſpectabant Iuda, cuius Regia erat Ieruſalem: per cognationes verò Iſrael ij intelligantur, qui inter prædictos Iudæos remanſerant, iique in primis, qui Ieruſalem incolerent ex reliquiis decem tribuum, quæ ad Regnum ſpectarant Iſrael, cuius Regia fuerat Samaria. Quamuis enim Regnum illud iam deſiiſſet, tranſlatis decem tribubus à Rege Aſſyriorum, vt habemus ex lib. 4. Reg. conſtat nihilominus pleraſque earumdem tribuum familias confugientes ad vrbes Regni Iuda, inter Iudæos ipſos permixtas ibi remanſiſſe. Nequis ergo tunc in Iudæa exiſtentium à ſuo excluderetur ſermone hos quoque ſe compellare teſtatur, adeoque addit. (*Et omnes cognationes domus Iſrael.*)

2

Iudæi dicti domus Iacob propter electionem, ſicut & propter Dei cognitionem vocati ſunt cognationes Iſrael.

Secundò, vt non tam diſtinctè ea adhibita ſint nomina ad diſtinctos deſignandos Ieruſalem, & Iudææ incolas, quàm vt duplicem ob rationem vnus, idemque Iudæorum populus incola Ieruſalem arrectis, quod proferendum erat verbum Domini perciperent auribus, indeque & iiſdem rationibus magis magiſue de iis, quæ à Domino ſibi obiicerentur erubeſcerent. Siquidem in nomine (*domus Iacob*) gratuitam, & præcipuam illis in memoriam reducit electionem, qua in ſuo electi fuerunt patre Iacob, de quo aliàs Dominus, *Iacob* inquit, *dilexi, Eſau autem odio habui.*[a] *Cum nondum nati eſſent*, vt ait Apoſtolus, *aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundum electionem propoſitū Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori.* In nomine verò cognationum, ſeu familiæ Iſrael, alteram eiſdem proponit rationem eximiæ cognitionis Dei, qua & præ cæteris donatus fuerat populis, in ipſomet patre ſuo Iacob, qui propter hanc ipſam ſpecialem cognitionem Iſrael dictus eſt, quòd videns Deum interpretatur, vt habes in Geneſi illum propterea dicentem, Vidi Dominum facie ad faciem indicantur iiſdem duobus nominibus & plures aliæ rationes, quas in alterā expoſitionem commodiùs reiicio.

a Rom. 9. 11.

Verſ. 5. PARAPHRASIS LITERÆ.

b *Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis,* ſeu, negligētiæ, aut contumaciæ?

QVod [b] *ait Dominus, illud eſt vt intelligatis, quàm magna veſtra ſit, extiteritque ingratitudo, atque malitia erga me, qui tanti iam ab initio vos in veſtris, vt* E *iam expoſitum eſt, feci patribus. Eos ipſos interrogate patres veſtros, quorum peſſima imitamini facta, quique cum proximiores præenumeratis meis illis ſingularibus fuerint beneficiis, feruentiori me quærere debuiſſent ſtudio; Sed è contra id vnum potius ſedulo inquiſiſſe viſi ſunt, vt me incuſarent. Interrogate illos an in ſedula ſua iſta inquiſitione quid re vera ſubſiſtens, & quod verè dici quid queat, in me benigniſſimo inuenerint crudelitatis, qua duriùs cum ipſis egerim, qui immenſis illos proſecutus ſum miſerationibus: ſi quid inuenerunt iniuſtitiæ in me, qui iuſtus, rectuſq́; ſum in omnibus operibus meis. Si quid in me ſancto per eſſentiam vel imaginare potuerunt* F *delicti. Si quid negligentiæ inuenère in accuratiſſima, quâ cuncta vel minima rego, prouidentiâ, Et ſi quid demum in me inuenerunt contumaciæ, qui & eò me demiſi, vt veluti ſubiectus illis obtemperarim.* [c] *Afferant, afferant rationem aliquam, ex mea parte prouenientem, cur tam diu à me recedentes infinitâ ſe elongauerunt diſtantiâ, ea proſequentes quæ in infinitum à me diſtant, tum ſcelera reliqua, tum in primis ſcelus idololatriæ, Qui enim felicius poſt me ambulare debuiſſent, vt eſſent perfecti, & poſt multiplicia ambu-* A *lauerunt delicta, & poſt multa iuère Idola, quæ omnia ita inania ſunt, vt vanitatis inſtar vanos eos reddiderunt.*

c *Quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatē, & vani facti ſunt.*

Verſ. 5. EXPOSITIO LITERÆ.

QVid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis?) En iam Deum ipſum introducit loquentem, ideoque & his præpoſuit. (*Hæc dicit Dominus.*) Ne vel ſuſpicio oriri in Iudæis poſſet, aliquid de proprio ſenſu ab ipſo additum verbo Domini, ad quod eos excitarat audiendum. Con- 3
B gruo autem ordine poſtquam in præcedentibus mirum in modum illos euexit conteſtatus, quanti illos iam fecerit, quæ beneficia in ipſos contulerit, quantiue illorum æſtimauerit obſequia, nuncupans illos Sanctum Iſrael Domino, & primitias frugum eius: primaque eorum obſequia appellans miſericordiam, & charitatem deſponſationis, ſeu perfectionum: nec non & quà præcipua eos tueatur prouidētiā, cùm omnes, qui illos læſerint, læſæ maieſtatis ſuæ crimini, pœnæque obnoxios definierit. Ingratitudinis nunc, & malitiæ eoſdem arguere incipit, quos certè, abſtractâ C diuinæ ſuæ bonitatis naturâ, nec beneficiis cumulare debuiſſet, nec laudibus celebrare, cùm vel in iis, quæ boni egiſſe viſi ſunt, imperfectiſſimi re vera extiterint, vt colligere eſt ex illis ipſis, quæ vel in exhibitione geſſerunt diuinæ legis, vel in eo quòd, Deum in deſerto ſequentes egerunt contra Moyſem, & Aaron, & contra ipſummet Deum, ita vt ab eodem Deo ſæpè dicti propterea fuerint, populus duræ ceruicis.[d] Moyſeſque id eis probans dixerit.[e] *Scito, quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus.* D *Memento & ne obliuiſcaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudine ex eo die, quo egreſſus es ex Ægypto vſque ad locum iſtum, ſemper aduerſus Dominum contendiſti. Nam & in Horeb,* &c.

d Exod. 32. 9. & 33. 5.
e Deut. 9. 6.

Porrò iſtorum verborum, (*Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis?*) Singula peculiarem habent vim, quam perpendamus operæprecium eſt. 4

In Deo nil reperiri poteſt iniqui, quod dici queat, Quid.

(*Quid*) Vtinam blaſphemiis magnis plurium apud pleroſque hominum non argueretur Deus, inæqualis prouidentiæ, iniuſtitiæ, negligentiæ, E crudelitatis, & ſimilium; attamen blaſphemiæ iſtiuſmodi ab iis proferuntur qui vnà cum inſipiente illo Pſalmi,[f] inſipiētes & ipſi dicunt prius in corde ſuo. *Non eſt Deus*, vnde nil mirum, ſi talia effutiant, quæ reuera non ſunt, & ſi quo honeſtanda ſunt nomine, nequaquam appellanda ſunt. *Quid*, ſed potiùs nihil. Neque enim reperiri poteſt iniqui in Deo, quod in re ſit, & quid dici queat. *Inuenerunt.* Non ait, (*quid viderunt,*) aut (*quid obſeruarunt,*) vel (*audierunt.*) Sed quaſi etiam ſummâ diligentiâ in hac inquiſitione laborauerint, *quid* inquit, vel in exactiſſimo operum F meorum examine, quod repræhenderent. (*inuenerunt.*) Nec dicit, (*Quid inuenitis?*) ad eos, quos præſētes alloquebatur, At multò efficaciùs. (*Quid inuenerunt Patres veſtri?*) quò magis præſentium argueret malitiam, & ingratitudinem, quæ haud recens eſſet, ſed maximè inueterata, vt potè antiquiſſimorum patrum ſuorum, quorum ipſi adhuc eſſent imitatores. Benè autem patres potiſſimùm ea de re interrogandos proponit, an quid inuenerint in ipſo iniquitatis, qui vt magis eius bonitatis participes in egreſſu de Ægypto,

f Pſal. 13. 1.

illius debuissent esse propugnatores. Eo modo, A quo & Moyses in suo Cantico eosdem Iudæos arguens ait,[a] *Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia*, id est, omnia, quæ agit cum iudicio; & sapientissimè peragit. *Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus*, id est, in idolis. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.*

a Deut. 32. 4.

5 *Crudelitatis nil in Deo reperiri potest.* b Mich. 6. 3.

Cæterùm quod hîc peculiariter est vocabulum (*iniquitatis*) admodum congruè in significatu accipies crudelitatis, vt locus iste alteri sit similis loco Michææ, [b] vbi idem Dominus ait, *Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi: Quia eduxi te de terra Ægypti*, &c. B Vel in significatu iniustitiæ, eo sensu quo Apostolus, [c] *Numquid iniquus est Deus, qui infert iram?*

c Rom. 3. 5.

Peccati nil in Deo reperiri potest. d Ioan. 8. 46.

Commodiùs tamen illud sumes in generali significatu delicti, atque peccati, vt hæc interrogatio sit ei similis, qua Iesus in Euangelio dixit, [d] *Quis ex vobis arguet me de peccato?* congruitque huic significatui quòd immediatè subiectum est verbum, (*Quia elongauerunt à me*,) cùm nil sit, quod magis abominari, & à quo magis elongari debeant homines, quàm peccatum, iuxta illud, C [e] *Quasi à facie Colubri fuge peccata*: benè, *quasi à facie Colubri*: cum quo homo naturalem habet, magis quàm cum vllo animali alio repugnantiam, ob illam certè Dei maledictionem, qua Serpenti dictum fuit à Domino, [f] *Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen illius.*

e Eccl. 21. 2. *Peccato nil magis abominabile.*

f Gene. 3. 15.

6 *Negligentia nil inueniri potest in Deo.*

Interpres Ioan. Chrysostomi ita locum istum ex ipso Chrysostomo, vt habes in Appendice nostro, reddit, (*Quid inuenerunt in me negligentiæ?*) Si ita legit Chrysostomus (neque enim ipsius librũ illum de prouidentia, & fato videre mihi licuit in codice græco, quem minimè habui) egregia D erit Domini interrogatio aduersum communiorem hominum, eorumque in mundana plerumque philosophia magni nominis, errorem, quo improuidum Deum asserunt erga res humanas, & negligentiæ inferiorum istorum, vt sensit Aristoteles, Epicurus, Tullius: & sensisse etiam ex Iudæis ipsis aliquos colligitur ex libro Ecclesiastes, vbi dicitur. [g] *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram Angelo, non est prouidentia: ne fortè iratus Dominus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum.* Facitque pro hoc sensu, in confirmationem, E quòd nil à patribus illis in Deo inueniri potuerit istiusmodi negligentiæ, allatum summæ prouidentiæ, curæ, atque sollicitudinis exemplum in subsequenti versu sexto. *Et non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per desertum, per terram?* &c.

Prouidentia Dei quàm exacta.

g Eccle. 5. 5.

7 *Deus eò sese demisit, vt homines iudices aduocet gestorum suorũ.*

Singulari denique lectione, vt pariter in Appendice habes, Lucifer Calaritanus lib. de non conueniendo cum hæret. ita hæc refert. (*Quid inuenerunt in me patres vestri contumaciæ?*) (Quæ certè (*contumaciæ*) vox magnam hîc habet vim, si in significatu sumatur proprio, pro inobedientia, & F resistentia aduersùs superiores. Vt Deus, qui eò se hîc demisit, sicut & aliàs frequenter, pro sua erga homines bonitate, vt quasi suos iudices illos constituens, rationem suorum eis non dedignetur dare gestorum; eò insuper sese demiserit, vt rationem eius pariter se dare velle significarit, quòd semper in rebus iustis Iudæorum patribus velut suis superioribus obsequens fuerit, itavt nil ab eis in ipso inueniri quiuerit contumaciæ. In cuius rei confirmationem est peruulgatus locus ille in libro Iosue, vbi dicitur, [h] *Obediente Domino voci hominis.* Habet & vim suam vox (*in me*) supponens pro in Deo. Neque enim vel capere mens sana potest, vt in Deum cadere queat vel tantillùm imperfectionis, quem propterea rectè Philosophus Actum purum nuncupauit. Atque adeo cùm hîc ait. (*Quid iniquitatis patres vestri inuenerunt in me?*) *In me*, inquiens æquè est ac si dicat, In me, qui sum [i] *suauis Dominus vniuersis, & miserationes meæ super omnia opera mea*: In me, qui sum [k] *iustus Dominus & iustitias dilexi, æquitatem vidit vultus meus.* In me, [l] *qui iustus sum in omnibus viis meis, & sanctus in omnibus operibus meis.* In me, qui [m] *rectus sum Dominus Deus vester, & nõ est iniquitas in me*: In me qui sum [n] *pater cælestis pascens vel minima animantia, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea.* In me demum, qui tanta benignitate, & promptitudine [o] *voluntatem timentium me facio, & deprecationem illorum exaudio.*

Hominibus quasi suis superioribus Deus rationẽ sua erga illos reddit obedientiæ.

h Iosue. 10. 14.
i Psal. 144. 9.
k Psal. 10. 7.
l Ps. 199. 17.
n Ps. 91. 16.
o Matth. 6. 26.
o Ps. 144. 19.

8 *A peccatore Deus distat in infinitum.*

(*Quia elongauerunt à me.*) Ad temporis longitudinem hæc aliqui referunt. Ac si dicatur, quòd tam diù à me recesserunt, seu, quia à tam longo & antiquo tempore me dereliquerunt. Meliùs tamen ea referes ad elongationem animæ peccantis à Deo, quæ per quodlibet fit peccatum mortale, maximè verò per scelus Idololatriæ, de quo hîc est sermo. Et est elongatio distantiæ infinitæ, sicut infinitè distant Deus, sanctitas, puritasque per essentiam, & malitia. Actusque purus, cuius præcipuum nomen, *Qui est*, à vanitate, quæ merum est nihil, Vnde bene illico adiectum est. (*Et ambulauerunt post vanitatem.*) Post vanitatem quippe ambulet necesse est, qui à vera elongatur luce: Quia [p] *qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.* Vanitatem autem hîc appellat Idololatriam, seu Idola, tum quia inter peccata, quæ priuatio sunt, Idololatria præcipua est; tum quia Idola ipsa vana sunt, ipsaque vanitas, non solùm quia expertia sunt Deitatis, quæ falsò illis tribuitur, verùm etiam quia vanos reddunt quotquot post illa ambulant, illa colunt, inani eos fallentes spe, omnisque boni expertes, & opis omnis, quam præstare nequeunt, quæ nec vires habent, nec motum. Ideoque subiicitur, (*Et vani facti sunt.*)

Idola appellata vanitas & ratio eius nominis.

p Ioã. 12. 35.

Nec mirum, quòd vani dicantur facti, qui post illa ambulauerint. Nam & si quem in vanum ambulare nouerimus, absque termino videlicet reali sibi præfixo, quantò diutiùs illum ambulare contigerit, tantò magis veriùsque vanum eum appellare consueuimus.

Vers. 4.] Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes, &c.

Vers. 5.] Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres vestri? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

AD diuini verbi auditionem nil sanè est, quod alliciat magis, quàm quòd ex Dei quis sit electis, iuxta illud Domini, [q] *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Hanc ergo electionem admodum opportunè prudens Prædicator fidelibus in sua quaque proponet concione, Ieremiam imitatus, qui idcirco domum Iacob præ Esau electi suos nuncupauit audito

9 *Verbum Dei audiunt libẽter electi.*

q Ioan. 8. 47.

auditores. Plura autem in hac vna fidelium electione ſunt, quibus illi ad idem Dei verbum inhiare debeant. Eaque in vno includuntur vocabulo, *Domus*, quo frequẽter ipſam eorumdem fidelium Eccleſiam nuncupatam reperire eſt.

Electionis indicia quatuor exhibet nomẽ Domus.

Enimuero quatuor ex nomine iſto colligere quiſquam poteſt amoris motiua erga Deum. Primum, ex eo quòd ab illo veluti propria inhabitatur domus, iuxta illud,[a] *Inhabitabo in illis.* Secundum, ex eo, quòd in ipſo veluti etiam in domo ſua chariſſima is pretioſiſſimam condiderit Sacramentorum ſupellectilem, diuinæque gratiæ theſauros, iuxta illud [b] Epheſ. 3. 16. *Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum: Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem.* Quippe qui ſcilicet vnâ cum Chriſto, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei*[c] *& qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio.*[d] Pleni & nos inſtar domuum ſimus theſaurorum Dei. Tertium, ex præcipua prouidentia, qua ſollicitudine quaſi maiori in ipſius, vt in domus propriæ inuigilet curam. Et quartum, ex ſingulari dilectione, qua in ipſo idem tamquam in propria domo familiariter agat.

a 2. Cor. 6. 16.
b Epheſ. 3. 16.
c Coloſſ. 2. 3.
d 1. Cor. 1. 30.

Verſ. 5. Quid inuenerunt? &c.

10 Inter alias quibus Traianum Imperatorem Plinius ſuo in Panægyrico congerit æternæ laudis glorias, ea certè eſt præſtantiſſima, qua his illum celebrat verbis. *Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo, ſequere ad Tribunal: nam Tribunal quoque excogitatum cruciatu eſt par cæteris*, (id eſt, Ibi omnibus par iuſtitia redditur, ſicut in cæteris tribunalibus) *niſi illud litigatoris amplitudine metiaris*, (id eſt, Niſi quis Tribunal hoc ita ſeuerũ maius diceret, quia litigant, qui Imperatoris perſonam repræſentant.) *Eodem foro vtuntur principatus, & libertas. Quæ præcipua tua gloria eſt. Sæpius vincitur fiſcus, cuius mala cauſa numquam eſt, niſi ſub bono Principe.* Sic pariter inter alia, quæ in ſuæ innocentiæ comprobationem Sanctus attulit Iob, illud eſt præcipuum, quod de ſemetipſo ait,[e] *Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarent aduersùm me.* Quibus in verbis ſupponit, ſeruum, ancillamque ſuam diſceptaſſe aliquando aduersùm illum, ipſumque vt bonum, benignumque dominum, qui maximi ſuos facit ſeruos, neutiquam iudicium id contempſiſſe, quin potiùs benigno id ſubiiſſe animo, vt pote qui exploratum haberet, per iſtiuſmodi iudicij diſceptationem ſuam euidentiùs manifeſtandam iuſtitiam. At verò, & Traiani Imperatoris, & cuiuſcumque iuſtiſſimi principis & ipsâ Sancti Iob probitate multò ſuperior Dei eſt bonitas, qui tanti ſuos facit ſeruos, vt vel ab ipſis offenſus, nedum haud illos contemnat, ſed etiamſi illi haud auſi fuerint eum arguere, prouocet nihilominus ipſos, vt ſubiens cum illis iudicium ſua in eos ipſiſmet magis eluceſcat bonitas; Sic & apud Iſaiam ait.[f] *Reduc me in memoriam, vt iudicemur ſimul: narra ſi quid habes vt iuſtificeris.*

Plinius.
e Iob. 31. 13.
Dei bonitas quàm magna, cum peccatorum non renuat iudicij ſententiã.
f Iſai. 43. 6.

11 *Ad iuſtificationem cõfert conſideratio rectitudinis, bonitatiſve Dei cõparata cum iniquitatib. noſtris.*

Habet autem apud me magnam vim vltimum verbum iſtud, *vt iuſtificeris*, Neque enim id ſolùm per illud ſignificari crediderim, vt ex eo, quod narraueris, iuſtus appareas, Superiorque in cauſa ſis, atque iudicio; verùm etiam, vt ex hac mei memoria, internoque iudicio, quo tuas, meaſque

A ſimul æquâ lance perpenderis rationes, intelligens, nihil tibi occurrere, quo me valeas incuſare, quodue expoſitum argumentis probare queas ſubſiſtentibus; id tandem ex hoc conſequaris boni, vt de tuis erubeſcens ſceleribus, & te illorum pœniteat, & iuſtificationem aſſequaris. Ideo admodum congruenter & hîc pariter ſtatim ac iugem, antiquiſſimamque ſuam noſtri commemorauit recordationem, vbi dixit, *Recordatus ſum tui, miſerans*, &c. (*Quid inuenerunt*, inquit, *patres veſtri in me iniquitatis?*) ad prædictam ſui nos excitans memoriam, ad prædictumque & iudicium, B noſtram vel hac ratione promouere ſatagens iuſtificationem. Vide quæ notata ſunt in expoſitione literæ circa eorumdem verborum vim.

12 (*Quia elongauerunt à me.*) Non dicit quid elongauerint, vt intelligas, peccatores ſingulas quaſque potentias ita à Deo elongare, vt nec intellectum ſuum ſinant quæ Dei ſunt cogitare, nec affectum ſuum aliò conuerſum habeant, quàm ad illa, quæ Deo ſint aduerſa; nec in memoria ſua quidquam reliquum ſinant diuinorum beneficiorum: nec cælum oculis ſuis reſpiciant. In contrarium omnino ei, quod quando iuſti eſſent in C ipſis fiebat, cùm iuxta Apoſtoli dictum [g] *Deus* illis eſſet *omnia in omnibus*. Tunc quippe vt bene ait Origenes lib. 3. Periarchon cap. 6. *Dicitur Deus eſſe omnia in omnibus, cùm quicquid rationalis mens à vitiis expurgata, vel ſentire, vel intelligere, vel cogitare poteſt, omnia Deus ſit, nec vltra iam aliud quid, niſi Deum videat, Deum teneat, omnis motus ſui Deus modus ſit, & menſura.* Quinimo ab eodem Deo ea ipſa elongare, quæ illius ſunt propria, idque vel ea ſibimet tribuendo, quæ dona eius ſunt: vel falsò aliis ea adſcribendo, quæ peculiaria ſunt diuinitatis. Quamquam elongandi verbum, quod pe- D dum deſignat motum, id pariter hoc loco ſignificet eoſdem peccatores affectuum pedibus à Deo ſeſe elongare, conuerſis nimirum affectibus, amoris præſertim, ſpei, ac delectationis ad ea, quæ eidemmet Deo ſint aduerſa. Cùm è veſtigio pariter id eorumdẽ, cùm iuſti eſſent, præcipuum eſſet ſtudium, vt ſuis ipſis affectibus, veluti glutine eidem agglutinati eſſent Deo, omnem ſuam illi colligatam ſeruare ſatagentes ſpem, iuxta illud Pſalmi.[h] *Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.*

Peccator elõgat à Deo omnia ſua.
g 1. Cor. 15. 28.
Origen.
Peccator elõgatur à Deo affectuum pedibus.
h Pſ. 72. 27.

13 Quod ſi noſſe quis velit, quid propriè iſta ſit E peccatoris elongatio à Deo, quidue ex ea is referat, ex eodem Pſalmo 72. 27. id planè intelliget, cùm ibi Sanctus hæc ad Deum habeat Vates, *Ecce qui elongant ſe à te, peribunt.* Hoc eſt quod referunt, mortem non tam corporis, quàm animæ. Quæ tamen diuerſa ratione illis contingit, ac mors contingit corporis. Nouimus namque omnes, corpoream mortem exinde fieri, quòd anima elongetur à corpore. At verò ſpiritalis iſta peccatoris mors, exinde potiſſimùm eſt, quòd Peccator ipſe à Deo ſeſe elonget, propterea ſapienter Propheta dixit.[i] *Qui elongant ſe à te,* non autem. F *A quibus tu elongaris, peribunt*, vt obſeruaſſe viſus eſt Chryſoſtomus lib. 1. de Prouidentia, poſt dimidium, dicens: *Seipſos illi Deo priuarunt, non autem à Deo derelicti ſunt. Ecce enim, inquit, qui elongant ſe à te, peribunt.* Quamquam haud negandum nihilominus ſit, hanc ipſam mortem exinde à Deo eſſe, quòd elongante ſe ab illo peccatore, Elongatus conſequenter & ipſe ab illo ſit, per quod animæ illius eſt mors. Vnde bene eodem loco Pſalmi citati ſubiicitur. *Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.* Tu perdidiſti, cùm illi fornicen-

i Pſal. 72. 27.
Chryſoſt.

tur, id est, elongantur abs te. Elongari enim à Deo, est fornicari ab illo. *Quid est abs te fornicantur?* dicit Ambrosius enarratione in Psal. 43. *Quia turpitudinis suæ ludibrius te relinquunt, & à te recedunt, & à præceptis tuis deuij sunt.* Sed peroptimè idipsum explicat Deus ipse, cùm hîc apud Ieremiam ait.

Ambros.

14 *Ambulare animo, fit per affectum, & voluntatem.*

(*Et ambulauerunt post vanitatem,*) peruulgatum est enim Philosophorum axioma, amantem tendere in rem amatam, in eoque affectum, seu voluntatem discrepantem ab intellectu in suis esse operationibus, quòd intellectu intelligibilia ad se attrahente, affectus ab amabilibus e vestigio allectus obiectis, ad ea velociùs ambulat, ad quæ afficitur. Hancque esse crediderim rationem, quòd de sanctis quibusque viris dicitur, ambulasse post Deum, seu coram Deo, aut antè Dominum, seu cum Deo. Et in hac ambulatione perfectionem à Deo ipso Abrahæ præscriptam legimus in Genesi. [a] *Ambula coram me, & esto perfectus,* & Michæas Propheta, [b] *Indicabo tibi,* ait, *ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtique sollicitum ambulare corā Deo tuo.* Sicut enim in Dei dilectione sita est perfectio omnis, iuxta illud Pauli. [c] *Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*: ita & in ambulatione post Deum, seu coram Deo: idem enim sunt ambulare post aliquid, atque diligere illud sacrâ scripturarum phrasi.

a Gene. 17. 1.
b Mich. 6. 8.
c Coloss. 3. 14.

15 *Ambulare post vanitatē est idem quod diligere illā.*

Atque adeo cùm hîc dicitur, (*Et ambulauerunt post vanitatem,*) tantumdem est, ac si diceretur, & dilexerunt vanitatem. Quod expressiùs declaratum habemus ex eo quod dicitur in Psalmo quarto, [d] *Filij hominum vsquequò graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quæ sanè verba optimum mihi videntur eorum, quæ hîc dicuntur commentarium, præsertim si eadem legamus, iuxta versionem Hieronymi ex Hebræo, quæ sic habet. *Filij viri vsquequò inclyti mei ignominiosè diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quos enim insignibus iis appellationibus, *Sanctus Israel Domino primitiæ frugum eius,* hîc paulò superius decoratos vidimus, hosce Regius vates filios viros id est strenuos, & virtute præditos, inclytosque ac nobiles nuncupat. Quosque hîc Dominus ait, ambulasse post vanitatem, Dauid inquit quærere mendacium: Ac demum, quos hîc legimus vanos factos, Propheta asserit ignominiosè diligere vanitatem.

d Psal. 4. 3.
Hieronym.

16 *Peccator quantùm à Deo se elōget.* *Peccator quā inaniter ambulet.*

Porrò si ambulare post vanitatem, idem est ac quærere mendacium, maximam certè vim id, quod hîc dicitur, (*Et ambulauerunt post vanitatem,*) habet ad confirmandum, quantùm peccatores elongentur à Deo. Cùm enim mendacium inane quid sit, ac vanitas ipsa, profectò qui quærit, vt illud inueniat, perpetuo errore ambulet operæprecium est, cùm nullum inuenire queat terminum verè subsistentem. Non secus, ac qui ambularet post inanes ventos, postque volantes volucres, vt illorum fieret compos, inani profectò labore id vnum dumtaxat efficeret, quòd eò se magis ab iis, quæ verè obtinebat, elongaret, quò magis cæptum prosequeretur iter: prout haud obscurè significauit Sapiens, cùm diceret. [e] *Qui nititur mendaciis,* seu, vt legit Augustinus lib. 2. contra Cresconium cap. 9. *Qui fidit in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes.* Similiter quippe, sese hi habent ac qui in terra ambulans eas, quæ in cælo volant, sequitur aues, & qui instar pastoris sequentis oues, pascit, Græcè ποιμαίνει, sequitur velocissimos

e Prou. 10. 4.
Augustin.

A ventos, & qui in mundanis his rebus, per quas Deum offendit, confidens, ea sequitur, vt earum compos fiat voluptatum.

Vidi cuncta, quæ sub Sole fiunt, ait idemmet Sapiens, *& ecce vniuersa vanitas* ורעות רוח *vrnguth ruah, & pastio venti,* sensu allatæ ex Prouerbiis sententiæ. Omnia igitur quæ à peccatoribus fiunt sub Sole, sunt vanitas & pastio venti, seu Spiritus: quod idem est, ac ambulatio post ventos, atque post Spiritus: Ambulantes quippe post peccati mendacium, ac vanitatem, ambulant pariter & post nequitiæ Spiritus. Eccl. 1. 14.

B *Et vani facti sunt.* Necessaria planè consequentia: Nam si dilectione post vanitatem ambulat peccator, diligens quæ vana sunt, cùm amans in rem transformetur amatā, vanum profectò cum fieri operæprecium fuit: iuxta illud [f] *facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt,* Abominationem, & ignominiam magnam cum vanitate ipsa adepti, prout & Regius Vates in iis, quæ supra retulimus, contestatus est, dicens, [g] *Ignominiosè diligitis vanitatem.* Vis videre ignominiam: audi eumdem Prophetam, [h] *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis*

17 *Peccator quàm vanus sit, & abominabilis.*
f Ose. 9. 10.
g Psal. 4. 3.
h Ps. 48. 13.

C *factus est illis.* Intelligere vis, quomodo idem peccator vanus effectus sit: Ipsemet id palàm tibi faciet Dauid, dicens, [i] *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, Verumtamen in imagine pertransit homo.* Ac si dicat: Certè *Omnis homo* terrenis addictus, adeoque & terrenus. (In Hebræo enim est *Omnis Adam,* nomine ab Adamah, id est, terra, deducto) *viuens* (seu vt est item in Hebræo,) *stans* videlicet in ipsa terra, terrenisque affixus, est vniuersa, summaque vanitas, & quædam vanitatis omnis, quæ in iis est inanibus rebus, post quas ambulat à Deo se elongans, epitome. Sane eo

Peccator est ipsa vanitas.
i Psal. 38. 7.

D ipso tempore, quo terrenis inhærens stat, seu potiùs stare videtur, pertransit in imagine, ambulatque post ea, quæ haud aliud quid quàm vanitas sunt, ac vmbra inanis, pertransiens, & ambulans: pariter stans cum inconstantiæ perpetuæ motu, vt vanæ contingere solet arundini in terra defixæ. Ad hoc quippe alludere voluit in Euangelio [k] Dominus, dicens, Ioannem haud extitisse instar arundinis vento agitatæ.

Peccator inhærens terrenis pertrāsit vt vmbra.
k Matth. 11. 7.

Ad Clericos potissimùm, & Religiosos hæc dicta sumit Abbas Ioachimus super hunc locum. (*Quid inuenerunt,* &c.) *Siue ad Clericos* inquit, *Siue*

Abb. Ioach.

E *ad Religiosos verbum extendatur, patet, quia Clerici elongant se à conuersione: Religiosi ambulant post vanitatem sæcularis concupiscentiæ, & vani facti sunt, id est, instabiles.* Hugo Cardinalis etiam, *Dici potest* ait, *hoc Religiosis, qui relicto Deo, cum quo frequenter in lectione, in oratione, in meditatione loquebantur. (Post vanitatem abierunt) id est, post temporalia vana, quæ nullam satietatem dant. (Et vani facti sunt.) Sequendo vanitatem, quo nihil vanius.*

Hug. Card.

Veterum Patrum expositiones habes post Exposi-
F *tionem secundam vers. 7. in Appendice, quæ ibi sequitur.*

Vers. 6.] Et non dixerunt vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?

Vers. 7.

A *Verſ. 7.*]Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingreſſi contaminaſtis terrã meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verſ. 6. *Et dixerunt. Vbi eſt Dominus.*

VANI [a] *ſiquidem facti ſunt, in vanum ambulantes, vano ſibi præfixo itineris termino. Cùm reuera vnus duntaxat ipſe eorum eſſem terminus, Neque enim dixêre, vbi eſt* B *Dominus? vt ad eum noſtrum dirigamus iter, vtue illum & itineris noſtri fidiſſimum habeamus ducem,* [b] *haud recordati, quòd ipſos è duriſſima eduxerim Ægypti captiuitate, & à quantis, me duce, erepti ſint itinerum ſuorum difficultatibus, quando tutò illos per deſertum traduxi, per terram inhabitabilem, & inuiam, ſolitudinis, tantaque deſolationis, vt abyſſus ob multiplices videretur foueas, ideoque & inuſitatam, & impertranſibilem: per terram adeo inaquoſam, vt meritò terram eam dicas ſitis, ideoque omnium expertem frugum, atque fructuum, feriſque ac ſerpentibus refertam, vt præ multiplicibus mortis periculis, mortis ima-* C *ginem iurè eam dixeris, & vmbram: per terram, in qua nec quiſquam habitauit vnquam, nec quiſquam habuit iter.*

b *Qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiã, per terram ſitis, & imaginẽ mortis, per terrã, in qua nõ ambulauit vir, neque habitauit homo.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Terminus omnis itineris noſtri vnus eſt Deus.*

ET non dixerunt, vbi eſt Dominus?) Hæc eſt vbicatio (vt ſcholaſtico vtar vocabulo) *Dominus Deus*: hicque eſt vnicus, & tutiſſimus hominum terminus, ad quem in omni ſibi præfigere debent itinere, dicentes (*Vbi eſt Dominus?*) ad eum tendere, & poſt illum ambulare, D & dicere cum Apoſtolo Petro, [c] *Domine ad quem ibimus?* cùm videlicet alium reperire nequeamus, quem pro termino nobis præfigamus, & non ſit vanitas. Dominus Deus ita eſt itineris noſtri terminus, vt ſit pariter & dux tutiſſimus. In cuius rei probationem, facit quod ſequitur, (*Qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per deſertum, per terram*, &c.) Itinere nimirum tam difficili, vt ſine tali duce eius difficultas ſuperari nequiuiſſet. Cæterùm in vocibus adhibitis ad E difficultatem iſtam deſcribendam eſt quod notetur aliquod diſcrimen variarum lectionum, Pro eo enim quod in vulgata legimus, *Qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiam.* Hebræa ad verbum ſic reddes. *Qui ambulare fecit nos in deſerto, in terra ſolitudinis, & deſolationis*, ſeu *foueæ*: vtrúque enim ſignificabat שוחה *ſuhah*, ac ſi dicatur per terram deſolatã, foueiſque profundam, ſeu per terram abyſſi. Sept. ὁ καθοδηγήσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῇ ἀπείρῳ καὶ ἀβάτῳ, *o katodigiſas imas en ti erimo, en ti apiro, kai auato*, id eſt, *Qui traduxit nos in eremo, in terra inuſitata*, (vt F habet verſio Vaticana,) ſeu, *inexperta* (vt habent verſiones Complutenſis, & Regia) *& inuiá*, ſeu *impertranſibili.* Pro iis verò, quæ ſic in Vulgata ſequuntur, *Per terram ſitis, & imaginem mortis.* Hebr. בארץ ציה וצלמות *beretz tziah vetzalmaueth*, id eſt, *in terram ſitis, & vmbram mortis*, prout bene vertêre & Theodotion & Pagninus, & Vatablus, & prout eamdem vocem, tzalmaueth, & noſter interpres vertit aliàs, vt in Pſalm. 22. [d] *Si ambulauero in medio vmbræ mortis.* Imò & hoc quoque loco imaginis vocem pro vmbra deſignanda

c Ioan. 6. 68.

d Pſal. 22. 4.

A ab eo vſurpatam crediderim, prout eo loco Pſalmi, [e] *Veruntamen in imagine*, id eſt, in vmbra, & ad modum vmbræ, *pertranſit homo.*

e Pſal. 38. 7.

2 *Vmbra mortis cur dictus ſit deſertus per quẽ tranſierũt Iudæi.*

Si quis autem quærat cur illa deſerti terra appellata ſit vmbra mortis, ex verſione reſponderi ei poteſt Sept. quæ cùm ſic ea reddiderit ἐν γῇ ἀνύδρῳ καὶ ἀκάρπῳ, *en gi anidro kai acarpo*, id eſt, *in terra inaquoſa, & infructuoſa*, indicare videtur, vmbram mortis illam extitiſſe ob certum mortis periculum, quod ex fame illis imminebat, qui ex ea cibos, quibus alerentur colligere nequirent. Sed & propter horrorem terra illa vm- B bra mortis dicta eſt, id eſt, horrida, variiſque plena mortis periculis, ferarumque in primis, ignitorumque ſerpentum, iuxta illud Deuteronomij, [f] *Ductor fuit in ſolitudine magna, atque terribili in qua erat ſerpens flatu adurẽs, & Scorpio, ac Dipſas*, id eſt, illud ſerpentis genus, quod morſu ſuo inexhauſtam in arida illa terra, & inaquoſa ingereret ſitim.

f Deut. 8. 15.

Denique pro his, quæ in noſtra vulgata ſic legimus, *Per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo.* Hebræa ferè eodem modo ſic habent. *In terra non tranſiuit in ea vir, & non habi-* C *tauit Adam*, id eſt, homo. Sicque & Sept. *In terra in qua non pertranſiuit in ea vir vnquam, neque habitauit homo illic*, ſeu, vt habent verſiones Complut. & Regia, *Et non habitauit illic filius hominis.*

Verſ. 7. PARAPHRASIS LITERÆ.

3 g Verſ. 7. *Et induxi vos in terram Carmeli vt comederetis fructum eius & optima illius.* h *Et ingreſſi cõtaminaſtis terram meã, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominatiõnẽ.*

NEc [g] ſolùm è tantis tunc eos erui itineris difficultatibus, ſed & pro iis ipſis itinerum laboribus in opiparã, amœniſſimamque vos induxi terrã, inſtar Carmeli deliciis exuberantem: vt illius potiremini fructibus, & gratias in ipſa eorum comeſtione mihi referretis, atque in ea D dignè me coleretis, illius fruẽtes voluptatibus,[h] Quamquam vos ingrati opimam illam adeuntes terram veſtris è veſtigio totam eam polluiſtis ſceleribus: quamuis vobis ex mea benignitate in eximiam conceſſeram hæreditatem, per abominationum Idola, execrabilem reddidiſtis, & abominabilem.

Verſ. 7. EXPOSITIO LITERÆ.

4 Hieron. *Carmeli mõtes duo.*

ET induxi vos in terram Carmeli.) Notat Hieronymus Comment. in primum caput Amos, duos in Iudæa extitiſſe montes, Carmeli nomi- E ne inſignitos, alterum, in quo fuit Nabal Carmelus maritus Abigail, [i] ad Auſtralem plagam in tribu Ephraim, & iuxta ſolitudinem, aridum quidem illum: alterum verò, iuxta Ptolemaidem, quæ priùs vocabatur Acho, in quo Elyas Propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Hicque erat maximè fertilis, & amœnus, obque eius fertilitatem Iacob in benedictione Azer, in cuius tribu is erat mons, dixit,[k] *Azer pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus*, propter amœnitatem nimirum & nemoroſitatem montis eiuſdem.

i 1. Reg. 25.
k Genes. 49. 20.

Hieronym. *Carmeli nomine vocatur terra optima.*

F Ex eodem autem Hieronymo Comment. in cap. 16. Iſaiæ ſciendum Idioma ſcripturarum eſſe, quòd ſemper hunc Carmelum montem opimum, atque nemoroſum fertilitati, atque abundantiæ comparet. Inde verò factum eſt, vt & terra in genere, quæ fertilis amœnaque ſit, Carmeli pariter nuncupetur vocabulo. Sicut aliis vocabulis apud prophanos ſcriptores ſimilis quæ deliciis, frugibuſque redundet terra, Tempe dicitur, aut Heſperidûm horti. Quamquam altiùs fortitan eius nominis ſiue prædicto monti, ſiue

Carmel ſignificat ſpicã plenam.

ti, siue terræ fertili attribuendi exinde desumi vna, & eadem queat ratio, quia primo, proprioque significatu Hebraica vox כרמל *Carmel*, significat spicas plenas, quæ certè fertilitatis optimum sunt hieroglyphicum.

Cùm ergo hîc dicitur, (*Et induxi vos in terram Carmeli*) æquè est, ac si dicatur, è deserto induxi vos in terram vberrimam, & deliciosissimam, vt Carmelus opponatur deserto, & terra opima terræ aridæ, & vmbræ mortis, prout & aliàs apud Isaiam dicitur.[a] *Et erit desertum in Carmel*, de quo loco pluribus agemus infra. Nota autem, hîc fieri mutationem à tertia ad primam personam, iuxta scripturarum morem, quo frequens istiusmodi fit personarum mutatio, vt in ipsomet Cant. Canticorum initio, [b] *Osculetur me*, &c. statimque à tertia ad secundã transiens sponsa subiicit, *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

a Isai. 32. 15.

b Cant. 1. 1.

5 *Labores quã largiter Deus compenset.*

(*Vt comederetis fructum eius, & optima illius.*) Cõfirmatur per hoc quod dictum est de Carmeli significatu in præsenti sententia suamque in his Dominus patefacit intentionem inducendi Iudæos in terram Carmeli, vt videlicet labores, famem, ac sitim opiparè illis compensaret, voluptatemque & ipsemet perciperet, dum illi tãtum agnoscentes beneficium, actu & comederent, & potirentur optimis terræ eius. Tametsi & altior quoque per eadem indicetur eiusdem Dei intentio, vt nimirum ibi comedentes, atque fruentes ij suo iugiter gratias agerent benefactori, eidemque deuincti in terra illa debitum exhiberent cultum, Cuius tamen contrarium ab illis præstitum est, iuxta illud Mosis, [c] *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum: vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo: Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basasci, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimum. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in Diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.* Quæ sanè Mosis verba quasi optimum hîc adhibenda censui cõmentarium eorum, quæ hîc dicta sunt, moxque quæ subiiciuntur.

c Deut. 32. 12.

6 *Abominationem ponere quid sit.*

Idola appellata abominatio.

(*Et ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam,*) id est, terrã ipsam, quam vobis largitus sum, in hæreditatem, Posuistis in abominationem, id est, execrabilem reddidistis, & abominabilem, propter Idola ibi à vobis erecta, & venerata, quæ abominationis vocabulo frequenter in sacris literis appellantur, vt & in præcitatis verbis nuncupauit ea Moyses. Vt modicis hisce vniuersa complexa sint eorum Iudæorum scelera, Idololatriæ quidem per abominationem, cæterorum verò vitiorum per cõtaminationem. Quamquam per ambo hæc verba & id pariter designatum crediderim, quod in fertili, amœnaque terra ipsa propter idololatriæ, aliorumque vitiorum scelera consecutum est, vt prohibitis è cælo super eam imbribus, vt squallida & arida, ac sterilis sit reddita abominabilis, atque contaminata, prout alias sæpe in hoc Ieremiæ volumine videbimus deploratum.

Vers. 6.] Et non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere, &c.

A *Vers.* 7.] Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MORALEM.

7 *Peccatores quàm malè respondeant diuinis beneficiis.*

VNIVERSVM peccatorum malum exinde prouenit, quòd mente minimè reuoluunt, ædificatos se in domum, quantaque per hoc ipsum à Deo adepti sint, quòd in earum animabus Deus ipse inhabitare dignatus sit. Ideo & Ieremias supra in vers. 4. vt hoc illis B in memoriam reduceret, domus vocabulo, (vt visum est eos cõpellauit dicẽs, *Audite verbum Domini domus Iacob, & vniuersæ cognationes domus Iacob, & vniuersæ cognationes domus Israel*, indicans simul vnica eã domus voce quatuor eximia Dei in illos amoris indicia, inhabitationem, Sacramentorum, gratiarumque cælestium suppellectilem, Singularem prouidentiam, atque præcipuam dilectionem. Quibus quàm prauè è vestigio ab illis responsum sit, patefactum est à Domino in versu quinto, quòd videlicet pro inhabitatione ipsi se, suaque omnia ab illo elongauerint: C pro eximia eius dilectione, ambulauerint post scelera, & inania mundi, vanitatemque ipsam dilexerint; Ac demum pro preciosissima cælestium gratiarum, diuinorumque donorum suppellectili, vani facti sint, gratiæque omnis expertes. Reliquum erat, vt & id pariter Deus indicaret, quomodo ab eisdem & singulari suæ responsum sit prouidentiæ: facit autem id inquiens, (*Et non dixerunt, vbi est Dominus qui,* &c.) Ac si dicat, Cùm adeo ipse pro eis sollicitus fuerim, illi è contra nullam mei habuêre rationem. Quamquam dici quoque posset, his verbis au- D geri id, quod mox dictum fuerat, *Et vani facti sunt*, vt dictio (&) non tam coniunctiuè hîc posita sit, quàm (vt itam dicam) augmentatiuè, prout & aliàs sæpius, Ac si dicatur, (*Insuper non dixerunt, vbi est Dominus.* Non solùm vani facti sunt, sed quod peius est, non animaduerterunt, se & domum esse vanam, atque vacantem, sine inhabitante Domino, à quo aliàs de Ægyptiaca, & potestatum tenebrarum erepti fuerant seruitute. Vnde id eis profectò contigit, quod in Euangelio [d] legimus, Spiritum immundum inuenta ea domo vacante, ac vana, assumptis septẽ E aliis spiritibus nequioribus se in illam intrasse, ibique habitasse.

Prouidentiæ Dei quã malè respondeãt peccatores.

d Matth. 12. 44.

8 *Conuersionis à peccatis memoria quã vtilis.*

(*Qui ascendere nos fecit de terra Ægypti.*) fœlices certè peccatores, si eius recolerent temporis, quando Dei ope qui è mundi tenebris educti fuêre, & maximi illius meminerint eiusdem Dei beneficij conuersionis à peccatis, quando & Spiritus [e] ille immundus, de quo mox dictum est, ab eis exiuit, ambulans per loca arida, & inaquosa, adeoque neque inueniens requiem. Præclarè sanè beneficium istud hîc describitur. F Ac primùm mundus iste, mundanorumque, ac peccatorum vita appellatur *terra Aegypti*: congruitque mundo ista appellatio, ratione multiplicium voluptatum, in quas sese in illo miseri diffundunt mundani, propter quas voluptates & quasi Paradisum illum sibi statuunt, sicut & de Ægypto legimus in libro Genesis, [f] *Eleuatis Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut Paradisus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor.* Cùm tamen idemmet mundus molestissimis vndequaque sit

e Matth. 12. 43.

Mundus iste dictus terra Aegypti.

f Gen. 13. 10.

refer

refertus, tum ob miſerrimam videlicet Infernalis Pharaonis captiuitatem, multò certè aſperiorem, quàm captiuitas extiterit Ææegyptiaca: tum ob difficillimos in lateritiis, terreniſque operibus labores: tum denique ob denſiſſimas per Ægypti vocabulum deſignatas tenebras, quibus obſcuratur inſipiens eorumdem mundanorum cor, euaneſcentibus illis in cogitationibus ſuis, vt ait Apoſtolus, [a] adeoque & vanis effectis, vt dictum eſt ſupra.

a Rom. 1. 21.

Conuerſio dicitur aſcēſio, & cur.

Ex hac terra Ægypti aſcendere facit Deus, quando quem è mundo eruit, facit inquam aſcendere, tum quia veluti è profundo tenebrarum illum eleuatum ad ſublimia ſcandere facit virtutum: tum quia à voluptatibus eum abſtrahens ſæculi difficile ipſum ambulare facit virtutis iter, ob hanc quippe itineris difficultatem in initio præſertim vitæ ſpiritualis, & cæleſtes quoque ſpiritus talem animam admirantes dixère aliquando, [b] *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum quaſi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* de quo aliàs egimus. Et in Euangelio Dominus ad difficillimam iturus paſſionem, itineris illius vt deſignaret difficultates, hoc ipſo vtēs verbo dixit, [c] *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur*, &c.

b Cant. 3. 6.

c Matth. 20. 17.

9 *Vitæ ſpiritualis difficultates quātæ.*

Cæterùm vitæ ſpiritualis difficultates inſignioribus depictas coloribus hîc habemus in iis, quæ ſubſequuntur, (*Qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem & inuiam*) & cætera, quæ ſecundùm falſam mundanorum opinionem eidem vitæ tribuuntur ſpirituali. Dicunt enim primò illam (*deſertum*,) quia reuera à ſæculi hominibus omnino deſeritur, Secundò (*inhabitabilem*) quia vix credere poſſunt, vt diu quis perſeuerare queat, commorans in illa, adeoque & (*ſolitudinem*) iuxta Hebraicam lectionem, (*& inuſitatam*) iuxta verſionem Sept. ſimul eam aſſerunt quòd experiri eam nolentes, ſolam eam dimittunt. Tertiò nuncupant illam (*inuiam*,) vel ex Hebræo (*deſolationis*,) aut (*foueæ*:) quia viam minimè intelligunt, qua tutò per illam queat ambulari: adeoque & deſolatam inquiunt etiam ab iis, qui illam aliquando adierint, idque præſertim propter frequentes ſcopulorum anfractus, ac foueas. Quartò eam (*ſitis*) pronuntiant, & (*inaquoſam*) haud ſibi perſuadere volentes, in illa quippiam reperiri poſſe aquarum conſolationum, imò arbitrantes eos, qui illam terunt ſpirituales, iugi tabeſcere earum voluptatum ſiti, quibus ipſi ingenti animarum ſuarum detrimento inebriari ſtudent in mundo. Quintò, eamdem (*mortis* vocant *imaginem & vmbram*,) & vt vertunt Sept. (*Infructuoſam*,) Infructuoſos, atque inutiles eos pronuntiantes, qui in illa ambulauerint, falſoque illis ea adſcribentes, quæ ipſis potiùs apud Baruch dicta reperiuntur, [d] *Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum deſcendentibus in infernū.* Neque enim mortificationis percipere queunt fructus.

Mundani quàm malè ſentiant de vita ſpirituali, & religioſa.

d Baruch. 3. 11.

Sextò tandem, definiunt in ea non ambulare, nec quaſi fixo habitaculo cōmorari, aut ſeſe detinere virum, aut hominem quem ſapientem, ac ſtrenuum, dicentes ipſam, *terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo.*

10 *Mundani quàm decipiantur in opinionē vitæ ſpiritualis.*

Non eſt autem, vt quis ob id turbetur, quòd præallatis nominibus à Domino vita appellata ſit ſpiritualis, hoc quippe loco ſecundùm opinionē locutus is eſt mundanorum: Eo ferè modo, quo aliàs Sanctus Dauid eamdem ſeruans loquendi rationem dixit. [e] *In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutē tuā, & gloriam tuam.* Quorum is videtur eſſe ſenſus. Quamuis vita ſpiritualis à mundanis exiſtimetur eſſe deſerta, inuia, & inaquoſa: ſic nihilominus ipſe coram te in eodem me præſentaui ſpiritualis vitæ obſequio ſancto: idque vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam, quam in hoc oſtendis, quòd tres illas conditiones falſas animabus exhibes ſpiritualibus. Enimuerò mundani cenſent, illam eſſe ab omnibus deſertam, & inhabitatam. At certè in hoc vidi virtutem, & gloriam tuam, intelligens, quàm è contra ab innumeris ea frequentata ſit animabus, quæ vel etiam in adoleſcentiæ ſuæ flore in eadem tibi ſponſantur, quarum tu tantam habes rationem, vt earum ſingulis dixeris, [f] *Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto*, in vita, quam mundani deſertam deputant. An non ingens & in eo videtur Dei virtus, & gloria, quòd vita illa, quam iidem mundani inuiam arbitrantur, & prædicant, viam inuenire neſcientes, qua ei ſeſe dedant, quomodo per aliquod temporis ſpatium abſque peccatis viuere queant, qua ratione infinitis propemodum diſtracti ſollicitudinibus, & cogitationibus quietè vacare poſſint orationi, maximè is efficit peruium, facillimam illi ſternens & exhibens viam, prout bene apud Iſaiam ſignificauit dicens, [g] *Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea. Ponam in deſerto viam.*

Vitæ ſpiritualis difficultates quàm facilè per Dei virtutem ſuperentur.

e Pſal. 62. 4.

f Ierem. 2. 2.

Vita ſpiritualis maximè peruia.

g Iſa. 43. 19.

11 *Obediētia eſt tutiſſima via vitæ ſpiritualis, & religioſæ.*

Quæ eſt autem iſta via, niſi via vnius obedientiæ, & diſciplinæ, de qua Sapiens ait. [h] *Viā ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum*, viam videlicet facillimam ſimul, atque tutiſſimam, [i] *Tene diſciplinam, ne dimittas eam, cuſtodi illam, quia ipſa eſt via tua.* Via certè ſancta, de qua Iſaias, [k] *Et erit ibi*, ſcilicet in deſerto, *ſemita, & via, & via ſancta vocabitur. Non tranſibit per eam pollutus*, id eſt, Nemo qui per eam tranſeat, peccati ſorde pollutus erit: *Et hæc erit vobis directa via.* Via adeo directa, vt per eam Regius Vates mirabilia ſe confidat in exercitiis ſpiritualibus habiturum itinera, cùm diceret, [l] *Viam iuſtificationum tuarum*: obedientiæ videlicet præceptorum tuorum inſtrue me: *& exercebor in mirabilibus tuis*, illis nimirum ipſis, quæ iam apud Iſaiam Dominus ipſe pollicebatur dicens, [m] *Ecce* (dictio mirabile quid ſignificans,) *Ego facio noua.* An non nouum, & mirabile, quòd qui per multorum annorum ſpatium deliciis aſſuetus ſit, mortificationibus, iam addictus ſit totus: An non nouum, & admirabile Dei opus, vt in ipſo iuuentutis feruore purus, humiliſve quis perſeueret?

h Prou. 4. 11.

i Prou. 4. 13.

k Iſai. 35. 8.

Per obedientiam ſūt mirabilia.

l Pſ. 118. 27.

m Iſai. 43. 19.

Vita ſpiritualis abundans conſolationibus.

Videtur denique virtus, & gloria Dei in eadem vita ſpirituali, dum quam mundani conſolationum putant expertem, adeoque & inaquoſam appellant, electis tamen ſpiritualium deliciarum aquis abundantiſſimam reddit, prout ipſemet in loco paulò ante citato apud Iſaiam conteſtatus eſt, dicens, [n] *Ponam in deſerto viam, & in inuio flumina. Glorificabit me beſtia agri, Dracones, & Struthiones*, ij ſcilicet hominum, qui priùs beſtialem agebant vitam, perque vitiorum ſcelera inferni ſimiles erant Draconibus: *quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio: vt darem populo meo, electo meo.* Quibus in verbis

n Iſa. 43. 20.

verbis ingens earum consolationum copia exprimitur, dum in plurali significantur aquarum, fluminumque numero.

12 Cæterùm hæc vniuersa, quibus (vt explicatum est) in ipsa vita spirituali terra deserta, inuia, & inaquosa, Dei perspicitur virtus, & gloria: hoc quoque loco idemmet significat Dominus, dum post enumerata præexposita eius vitæ attributa, subiicit illico. *Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius.* Quorum verborum sensum pleniùs ex aliis colligere est Isaiæ verbis, [a] *Donec effundatur super nos Spiritus de excelso: Et erit desertum in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur.* Cùm enim in eorum quoque viam qui mundo addicti sint, & mundanis fruuntur voluptatibus, Sanctus effunditur Spiritus, tunc planè fit sortium mutatio. Enimuerò mundus, quem priùs vt deliciosissimum prædicabant Carmelum, illis reputabitur in saltum, syluamque cum esse intelligent ferarum potiùs, quàm hominum, innumerisque refertam periculis, & infrugiferam: Et è vestigio iisdem vita illa spiritualis, quam eò vsque appellarant desertum, erit in Carmel terram omnium frugum, fructuumque & consolationum copiâ redundantem. Quæ vt expressiùs pateant, subiicit Propheta. *Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Carmel sedebit.* Ac si dicat, Quam priùs solitudinis, desolationis, & terram asserebant inhabitatam, insignibus repletam conspicient palatiis iudicij, atque iustitiæ, habitantibus in ea, vt in opima, & amœnissima Carmeli terra, tot probis, ac sanctis viris, qui iugiter in sanctitatis, ac iustitiæ studio perseuerant, vt iure optimo iudicium, ac iustitiam ibi suum & habitaculum, & sedem fixisse asseuerent.

Midus qualis esse videatur ei, qui illum reliquit. Qualisue eidem videtur, esse vita spiritualis.

a Isai. 32. 15.

13 Quòd si & Propheta Regius summam iis tribuit consolationum copiam, & fœlicitatem, qui in ista vitæ spiritualis terra, & in habitaculis perseuerant probitatis, ac sanctitatis, dicens. [b] *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore,* hanc pariter consolationum copiam, & fœlicitatem & hîc in Ieremia exhibuisse se ait Dominus iis, quos induxit in prædictâ Carmeli terram, dicens, *Vt comederetis fructum eius, & optima illius.* Quis sit autem vitæ spiritualis fructus, quæue sint eius optima, & quæstui animæ dulcissima ad comedendum, explicat in Canticis sponsa, vbi ait, [c] *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Fructus inquam haud alius, quàm qui ex sessione sub Christi vmbra prouenit pacis, atque quietis. Quod apertiùs declarat Isaias in loco paulò ante citato subiiciens iis, quæ præexposita sunt, [d] *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium & securitas vsque in sempiternum.* Ac si dicat, Habitante in solitudine iudicio, & iustitia in Carmel sedente, sensu iam explicato, in Carmelo ipso, & in terra vitæ spiritualis, effectus, factura, & fructus eius, quæ in ipsa est, iustitiæ, ac sanctitatis, erit pax summa: & eiusdem iustitiæ cultus, & exercitium erit silentium, nedum oris, sed & cunctarum animæ passionum, Hebraicè השקט *hasketh*, id est, quiescere, seu quies, cui significatui consonat, quod sequitur, *Et securitas vsque in sempiternum.* Quæ vt magis essent conspicua iungens cum sessione pacem, fiduciam, ac quietem, prout fuerat à sponsa factum addit, *& sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Quid latius?

b Psal. 105. 3.

Vitæ spiritualis fructus dulcissimus est, summa quies, & pax.

c Cant. 2. 3.

d Isai. 32. 17.

14 *Et ingressi contaminastis terram meam.* Domini terram quatuor modis, seu per quatuor contaminari ex sacris literis, ipsomet Domino docente, didicimus, quæ admodum congruenter ad contaminationem vitæ spiritualis, atque religiosæ aptata, pleniùs hæc, quæ modò exponimus explicabunt.

Terra contaminari quatuor modis dicitur in scriptura.

Primus modus colligitur ex cap. 19. libri Leuitici, vbi hæc ait Dominus. [e] *Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur & impleatur piaculo.* Filiæ tunc à parentibus prostituuntur, cùm exponuntur, vt polluantur. Et filiæ animarum spiritualium, quæ sunt opera bona, ab ipsis quasi cum partus dolore prolata, haud tantæ perfectionis, vt filij dici queant, tunc ab iisdem prostituuntur religiosis, cùm ad inanem captandam ex illis gloriam exponuntur, vt polluantur, puritate finis priuatæ. Per quod certe terra contaminatur religiosi instituti, cuius id debet esse constantissimum, vt sicut in eo absconditè, & in claustris viuitur, sic saltem in intentione opera abscondita, & illibata Deo seruentur, ne alioquin de Religiosis, vt de Scribis, & Pharisæis verba dicenda sint Domini, [f] *Faciunt opera sua, vt videantur ab hominibus.*

Vita spiritualis contaminatur quatuor modis.

e Leuit. 19. 29.

Religiosi quã cauti esse debeant in bonis operibus.

f Matt. 6. 16.

Secundus modus habetur ex his libri Num. [g] *Præcipe filiis Israel, vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: tam masculum, quàm fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, cùm habitauerint vobiscum.* Per quæ significatur, maximam contaminationis religiosæ vitæ, atque religionis cuiusque causam exinde prouenire, quòd cum bonis religiosis sinantur cohabitare, qui immundi illam adiêre, & in prauæ vitæ immunditia, quam è sæculo detulêre, persistunt, cùm potiùs, iuxta Domini præceptum antequam professionem emittant, extra Castra, & claustra eiiciendi ij sint, ne illa contaminent.

15 *Religionibus obest quàm maximè admissio præsertim ad professionem eorum qui alios inficiunt.*

g Num. 5. 2.

Tertius modus deducitur ex iis libri Deuteronomij, [h] *Non permanebit cadauer eius.* (qui suspensus fuerit propter aliquod delictum,) *in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabitur terra tua, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.* Quo significatur, tantùm detrimenti per impium vitæ inferri religiosæ, vt nedum viuus illi maximè obsit, in qua degit, religioni, sed & per apostasiam mortuus illam & prauorum exêplorum reliquiis, & fœtore pessimi contaminet nominis: Ideoque omni enitendum studio, vt & illo mortuo quicquid eius reliqui fuerit terræ condatur, penitusque eius tollatur memoria.

16 *In religionibus curandũ, vt apostatarũ omnis tollatur memoria, si incorrigibiles sint, & mortui Deo.*

h Deut. 21. 23.

Quartus denique modus colligitur ex Isaia, vbi Dominus Babylonem alloquens, ait, [i] *Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua.* Quibus in verbis contaminata dicitur terra, & populus hæreditatis Domini, quatenus quæ sancta, Deoque segregata, atque sacra erat, communis facta est, hostiumque iniuriæ exposita. Hacque ipsa ratione & terra sacræ contaminatur religionis, cùm quæ Deo segregata, atque adeo & sancta esse deberet: propter sæcularium negociorum multiplicitatem, & propter nimiam cum hominibus sæculi conuersationem communis fit, ideoque & Babylonis, ac mundi eius præcipui hostis exposita insultibus. Quod certè pessimum est cuiuscumque Religionis flagellum iræ Dei. Vnde benè subditur in nostro Ieremiæ textu.

17 *In religionibus quam nociua sint sæcularia negotia*

i Isai. 47. 6.

Et hæreditatem meam posuistis in abominationem. Non dicit, *Posuistis in abominationem mihi.* Id enim supponit ex eo quod dictum fuerat, *Ingressi contaminastis terram meam:* cùm, iuxta Sapientis dictũ, [k] *Abominatio Domini sit omnis illusor*, id est, omnis

18 *Religiosus malus illudit Deum.*

k Prou. 3. 32.

qui terram ingreditur vitæ ſpiritualis, ac religioſæ, illamque vt ſupra expoſitum eſt, contaminans Deum illudit, cui in puritate, & innocentia ſeruire promiſerat, Sed ait ſimpliciter. *Poſuiſtis in abominatione hæreditatem meam.* Vitam ipſam ſpiritualem appellans hæreditatem ſuam, tum quia ipſemet vt Dei filius incarnatus illam cum vniuerſis, qui ei indulgerent, à Patre in hæreditatem accepit, iuxta illud. [a] *Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi:* tum quia eamdem in nobiliſſimam ſeruis ſuis reliquit hæreditatem, iuxta illud Iſaiæ, [b] *Hæc eſt hæreditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit Dominus,* id eſt, fideliſſimum iſtud eſt Dei dictum, ſeruis meis in hæreditatem præſtiti ipſammet iuſtitiam, & ſanctitatem eorum, qua apud me in vita ſpirituali ſanctè degunt.

Vita ſpiritualis dicta hæreditas Christi.

a Pſ. 32. 12.

b Iſai. 54. 17.

19 Quid ſit autem ponere in abominationem hanc Domini hæreditatem ex eo colligere eſt Pſalmi, quo Dauid. [c] *Longè ait, feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi,* alludens ad morbi contagium, propter quod etiam qui coniunctiſſimi alioquin ſunt, abominationi, & execrationi habentur. Vt ſignificetur, per prauos ſpirituales, ac religioſos, non ſolùm vitam contaminari religioſam (vt dictum eſt:) verùm etiam ita eam reddi abominabilem, vt vel etiam homines ij, qui erga eam optimè alioqui eſſent affecti, ita illam deteſtentur, & vitent, ac ſi metuerent, ab ipſa, ſeu à viris religioſis grauis, fœdiue alicuius morbi contagio infici. Poſſet inſuper tribus aliis modis idipſum explicari.

c Pſal. 87. 8.

In abominationē ponere aliquid quid ſit.

Religioſi, & ſpirituales praui reddūt vitam ſpiritualē, & religioſam abominabilē etiā iis qui erga illā bene erāt affecti.

Primò vt ſignificetur, Per eoſdem prauos religioſos odioſam mundo fieri vitam ſpiritualem, vt tantumdem ſit, *Et hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem,* ac illud quod Simeoni, & Leui reuertentibus è cæde Sichimitarum dixit Iacob. [d] *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius.* Secundò, ne dum odioſam eamdem fieri, ſed & fœtidam, peſſimique nominis, adeo vt propter ea principes ſæculi religioſos quoſque inſectentur, vt tantumdem hoc ſit, *Et hæreditatem meam,* &c. ac id quod à Iudæis dictum eſt Moyſi, & Aaroni: [e] *Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium vt occideret nos.* Fieri denique vt & vita ſpiritualis, & Deus ipſe ab hominibus blaſphemetur, iuxta illud Pauli. [f] *Per præuaricationem legis Deum inhonoras, Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt,* apud Iſaiam. [g] Quod & apud Ezechielem idem hiſce conteſtatus eſt Dominus, [h] *Polluerunt nomen ſanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Domini ipſe eſt, & de terra eius egreſſi ſunt.*

Reddunt & odioſam.

d Gen 34. 30.

Et fœtidam.

e Exo. 5. 20.

Religioſi mali ſunt cauſa vt Deus blaſphemetur à mundanis.

f Rom. 2. 23.

g Iſai. 52. 5.

h Ezech. 36. 20.

VVLGATÆ.

Verſ. 4.] Audite verbum Domini domus Iſrael, & omnes, &c.

Verſ. 5.] Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres veſtri? &c.

Verſ. 6.] Et non dixerunt vbi eſt Dominus, qui aſcendere? &c.

Verſ. 7.] Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Ἀκούσατε λόγον κυρίου οἶκος Ἰακὼβ, καὶ πᾶσα πατριὰ οἴκου ἰσραήλ.

5. Τάδε λέγει κύριος, τί εὕρησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα; ὅτι ἀπέστησαν μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων, καὶ ἐματαιώθησαν.

6. Καὶ οὐκ εἶπαν, ποῦ ἐστὶ κύριος ὁ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὁ καθηγήσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀπείρῳ, καὶ ἀβάτῳ, ἐν γῇ ἀνύδρῳ, καὶ ἀκάρπῳ, ἐν γῇ ᾗ οὐ διώδευσεν ἐν αὐτῇ ἀνὴρ οὐθέν, καὶ οὐ κατῴκησεν ἄνθρωπος ἐκεῖ.

7. Καὶ ἤγαγον ὑμᾶς εἰς τὸν Κάρμηλον, τοῦ φαγεῖν ὑμᾶς τοὺς καρποὺς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, καὶ εἰσήλθετε, καὶ ἐμιάνατε τὴν γῆν μου καὶ τὴν κληρονομίαν μου ἔθεσθε εἰς βδέλυγμα.

Verſ. 4.] Audite verbum Domini domus Iacob, & omnis cognatio domus Iſrael.

Verſ. 5.] Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres veſtri in me delictū, quia receſſerunt longè à me, & ambulauerunt poſt vana, & vani facti ſunt?

Verſ. 6.] Et non dixerunt: Vbi eſt Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti: qui deduxit nos in deſerto, in terra inuſitata, & inuia, in terra inaquoſa, & infructuoſa, in terra, in qua non pertranſiuit in ea vir vnquam, neque habitauit homo illic?

Verſ. 7.] Et duxi vos in Carmelum, vt comederetis fructus eius, & bona eius. Et ingreſſi eſtis, & contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Suſcipe verbum Domini domus Iacob, & omnis cognatio domus Iſrael.* Verſ. 5. *Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt patres veſtri in verbo meo falſitatis, quia elongauerunt ſe à timore mei, & errauerunt poſt idola, & abierunt in vanitatem?* Verſ. 6. *Nec dixerunt, timeamus à facie Domini, qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, qui duxit vos per deſertum, per terram ſolitudinis, & deſolatam, per terram vaſtam, & vmbram mortis, per terram, per quam non tranſierat homo, nec ibi habitauerat quiſquam.* Verſ. 7. *Et introduxi vos in terram Iſrael, quæ erat plantata ſicut Carmelus, vt comederetis fructus eius, & delicias eius: & intraſtis, & contaminaſtis terram maieſtatis meæ, & hæreditatem meam dicaſtis cultui Idolorum.* 1

Verſ. 4. (*Audite verbum Domini*, &c. Hieron.

Hieronymus in Comment. *Vtrumque nomen Iacob;*

cob, & Israel ponitur non secundùm duas, & decem tribus, sed iuxta omnem populum, cùm & ipse Iacob postea appellatus sit Israel.

Vers. 5. (*Quid inuenerunt?* &c.)

Athanasius. Athanasius lib. de communi essentia Patris, filij, & Spiritus Sancti pag. 467. *Filius per Ieremiam ait, Dixi colonis Israel* (*Quid inuenerunt in me patres vestri, aut quod delictum, aut iniuriam, quod ita longè à me recedunt?*)

Athanasius. Idem Athanasius eodem libro aliquantò superiùs. *Ieremias de Patre loquens ait: Ipse dux fuit Israel in deserto,* (*& ne dixeritis, Vbi est Deus, qui eduxit nos ex Ægypto: qui nos direxit in deserto.*)

Lucifer. Lucifer Calaritanus libro de non conueniendo cum Hæreticis pag. 203. ita totum hunc citat, & legit locum. (*Quid inuenerunt in me patres vestri contumaciæ, quod recesserunt longè à me, & abierunt post superuacua, & frustrati sunt; & non dixerunt: Vbi est Deus, qui liberauit nos de terra Ægypti, qui eduxit nos, ducatum præbens in deserto, in terra inculta, & ignota, & in terra sine aqua, & sine fructu: in terra, in quam nemo commeauit vir, neque commoratus est ibi filius hominis? Et induxit vos in Carmelum, vt manducaretis fructum eius, & bona eius. Et intrastis, & coinquinastis terram, & hæreditatem meam posuistis in exterminationem. Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus? Et Seniores legis meæ nescierunt me: & pastores impiè egerunt in me; & Prophetæ prophetauerunt in Baal, & post inutilia abierunt.*)

Basil. Mag. Basilius Magnus in illud Isai. 1. 18. *Venite & arguite me: Multis* ait, *Scripturæ locis tales nobis se offerunt dicendi formulæ, quasi Deus se dimittat ad hominum iudicium;* postque aliquos allatos Scripturæ locos, inter quos & præsens adnumerandus est Ieremiæ, subdit: *Decet Dei iudicium nihil habere confine tyrannidi: Sed iudicum more, qui inter homines familiarem ineunt communicationem, qua fit, vt locum exhibeant sui purgandi his qui ad causam dicendam sistuntur iudicio; vt videns vnus aliquis sententiam in reum dilucidè pronunciatam, assentiatur in controuersis Dei iudiciis, & inflictam pœnam comprobet adstipulans iniquam iudicis, iuxta omnem iustitiæ formulam sibi productis: vt denique contempletur eorum quæ sibi condonata sunt, remissionem erga se factam sermone & ordine. Atqui sæpiùs repræsentat hæc per prosopopeiam, non quod aduersus vnumquemque nostrùm interrogationes producendæ sint, & responsiones futuri iudicis inducendæ aduersus eum, qui iudicium subiturus est: sed vt anxiam sollicitudinem nobis inferat; ne inerti otio desidentes negligamus nos expurgare.*

Dei iudicandi ratio quam nobiscum seruat, quàm aliena à tyrannide.

Iudicandi ratio qua nobiscum vtitur Deus quàm egregia.

Iudicia Dei excitare nos debent ad vitæ emendationem.

Hieronym. Hieronymus in Comment. *Offensam ducit à patribus, non quò peccata patrum filiis imputentur: sed quò & filij habentes patrum similitudinem, & suo, & parentum scelere puniantur. Sæpè legimus, quòd propter sanctos patres filiorum misereatur Deus. Dereliquerunt autem patres populi peccatoris Deum, & non breuiter, sed longo tempore, & pro Deo secuti sunt vanitatem, idola videlicet, quæ nihil prosunt cultoribus suis, & ipsis similes facti sunt, secundùm illud, quod scriptum est,* [a] *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.*

a Psal. 113. 16.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus Sermone de Ieremia Tom. 1. Hæc dicit Dominus. (*Quid inuenerunt in me patres vestri delictum, quia recesserunt à me?*) *Proh dolor! Dominus cum contemnentibus loquitur, Vult enim inter se, atque ipsos iudicium celebrari: vult offensionis auctorem detegi: vult delicti causam, atque contemptus denudari. Cur me sacrilega mente deseritis, si vobis numquam contraria intuli? Si prospera denegaui? si vos in aliquo deserendo offendi? narrate. Si verò cuncta præstiti, quæ optatis, nec vnquam vobis aut solatia abstuli, aut beneficia denegaui, vos denique ipsi cur bonis mala rependitis?* &c. quæ ibi prosequitur fusiùs.

Iudicio contendit Deus cum peccatoribus.

5 Io. Chrysost. Idem Chrysostomus sermone 4. de Prouidentia, & fato Tom. 5. Super hisce philosophans, *Quid* inquit, *tam benigno, misericordique Deo æquale? Nos vindicaturi sæpè dedignamur rationem reddere: ipse autem nisi priùs te docuerit, nisi priùs te admonuerit, nisi rationem à te acceperit, vt iustè pœnam irroget, non animaduertit in eos, qui iam olim pœnas meruerant, paratus vbique rationem reddere, & non dedignatur iudicari. Vbique Prophetæ eiusmodi sermonibus pleni sunt, Vbique iudicia Dei cum hominibus audiuntur. Sæpè ipsi, qui iniustè egerant ad iudicium vocantur: sæpè etiam ad manifestandam iudiciorum euidentiam creaturas considere facit: neque ipsum aduersarium, neque creaturas insensatas in iudicio audire refugit Deus, qui noster est, cùm maximè iustas nostras esse causas confidimus.*[b] *Audite Valles, & fundamenta terræ, quia iudicium Domino. Et iterum,* [c] *Audi cælum & auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Sæpe autem illos ipsos citat,*[d] *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo iniuriâ affeci te? & Ieremias,* (*Quid inuenerunt in me patres vestri negligentiæ?*) *Neque solùm ita agit cum ciuitatibus, & gentibus, sed & cum priuatis quibusdam hominibus.*[e] *Cum Dauide per Prophetam disceptat: Ionæ, qui Niniuitis prædicare renuerat, per Coloquintidas respondet.*[f] *Si tu parcis propter Coloquintidas, ego non parcam propter Niniuem: Plenas inuenies talibus scripturas.*

Dei humanitas in peccatores quanta: Dei iudicandi ratio quàm suauis.

Iudicaturus peccatores, Deus, ad iudicium frequēter quasi cōsedere facit creaturas etiā inanimatas, nec refugit diabolum ipsum.

b Mich. 6. 12.
c Isai. 1. 2.
d Mich. 6. 3.
e 2. Reg. 12. 1.
f Ionæ 4. 10.

6 Theodorit. Simili consideratione hæc ponderans Theodoritus Comment. in Ierem. *Quis*, inquit *satis idoneus ad extollendam laudibus pro dignitate beneuolentiam Domini, atque humanitatem? Quippe qui non vt iudex iudicat, sed quasi Reus defensionem proponit, & vult conuinci, aut quid facere debuerat, & non fecit? Cúmque sit Deus sacrosanctus iniquis hominibus dicit. Quid peccaui? quâ iniuriâ vos affeci? Dicite. Redarguite. Quam habentes accusationem patres vestri me benefactorem quidem reliquerunt, idolis autem manufactis seruierunt? Atqui liberaui eos ex Ægyptiorum seruitute. per terram impermeabilem deduxi, in deserto aquâ carente copiosarum aquarum fluentum dedi.*

Iudiciū quasi reus subire nobiscum non dedignatur Deus.

Gildas. Gildas Sapiens Presbyter Castigatione in Ecclesiasticum ordinem Tom. 5. Bibliot. Veterum Patrum, *Ieremias quoque virgo, Prophetaque quid insipientibus loquatur pastoribus attendite, Hæc inquiens dicit Dominus.* (*Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, qui se elongauerunt à me?* &c.

Ieremias Virgo.

D. Thomas. D. Thomas in Comment. *Purgat Deus à se culpam, ne in ipsa videatur ingratitudinis causa.* (*Quid inuenerunt* &c.) *mali quasi dicat nihil.* (*Elongauerunt*) *longo tempore recesserunt.* (*Vanitatem*) *idola, quæ non prosunt cultoribus. Tum tangit tripliciter beneficium eductionis ex Ægypto. Quantum ad locum vnde eduxit* (*& non dixerunt, Vbi est*) *quærentes me toto desiderio,* (*Ascendere*) *propter situm terræ. Quantùm ad viam per quam duxit* (*Qui traduxit per desertum* (*Imaginem mortis*) *quia ipso aspectu mortem comminabatur. Et quantùm ad terram, in quam induxit:* (*& induxi vos,* &c.)

Vers. 6.

7 Hieronym. (*Qui ascendere nos fecit,* &c.) Hieronymus in Comment. *Hoc cùm iuxta historiam manifestum sit, illud considerandum est secundùm Anagogem quòd*

E mũdo eductus transit per illum vt per desertum, &c.

quod quamdiu in isto sæculo sumus, de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus, terram inhabitabilem, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam, vt difficultatem monstret itineris. Per terram sitis, vbi semper maiora cupimus, nec præsentibus contenti sumus: & imaginem siue vmbram mortis: semper enim in periculo consistimus, & vbique Diabolus tendit laqueos suos: Per terram in qua non ambulauit vir, qui perfectæ ætatis in Christo est, [a] *Omnes enim resurgemus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Neque vnquam in ea habitat qui homo Dei est, vel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspicuum est, non esse perfectionem in via, sed in fine viæ, & in mansione, quæ sanctis in cælestibus præparatur, & quibus dicitur, Qui* [b] *statis in domo Domini in atriis Domini Dei nostri.*

a Eph. 4. 13. *Perfectio non est in via, sed in termino, & fine.*

b Psal. 133. 1.

Vers. 7. *Et induxi vos in terram Carmeli, &c.*

8 Hieron. Hieronymus in Comment. *Pro labore durissimi itineris dedi vobis omnium rerum abundantiam. Hoc quippe significat Carmelus, qui Hebraicè appellatur* כרמל *Charmel, & in lingua nostra sonat, cognitionem circuncisionis. Quomodo autem ille populus terram* A *sanctam, & omnium rerum fertilem idololatria polluit, atque violauit, sic nos veræ circuncisionis accipientes scientiam, comedimus fructus eius, & si negligentia subrepserit, contaminamus terram Dei, & hæreditatem illius abominabilem facimus.*

Carmeli nomen tributũ terræ fertili.

Theodoritus quoque per Carmelum vniuersam terram promissionis significatam censet, & idipsum pariter D. Thomas, sic dictam propter similitudinem, non quòd Carmeli mons sit in terra promissionis. Theodorit. D. Thom.

9 D. Bonauentura in id Euangelij Lucæ 13.[c] (*Et* B *venit quærens fructum in illa*) fructum intelligens pœnitentiæ. Hunc inquit in tribus consistere. Primò in resecatione superfluitatis, vt his significatur, (*Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & bona illius:*) Carmelus, ait, *interpretatur, scientia circuncisionis, & designat resecationem superfluitatis. Secundò in mortificatione carnis.*[d] (*Nisi granum frumenti,*) *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*) *Tertiò, in purificatione mentis.*[e] (*Dimittetur iniquitas domui Iacob, & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius.*

D. Bonauent. c Luc. 13. 6. *Pœnitentiæ fructus consistit in tribus.* d Ioan. 12. e Isai. 27.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΚΟΥ͂ΣΑΤΕ λόγον Κυρίου οἶκος Ἰακώβ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ θαῤῥῶν τοῖς ἑαυτοῦ δικαιώμασι, οὐ παραιτεῖται πολλοὺς εἶναι τῶν ἀκροατάς. ἀλλὰ καὶ σπουδάζει πανταχοῦ λαμπρὸν ἔχειν τὸ θέατρον. ὅπερ καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄψυχα καλῶν. καὶ αἱρούμενος καὶ ἐπὶ τῶν ἔξω δικαστηρίων δικάζεσθαι. ὁ βουλόμενος ἀκουέτω, διὰ τὸ περιφανὲς τῶν δικαίων. ὡς ὅγε ὑποπτεύων ἀεὶ παραιτεῖται τοὺς δικαστάς.

[Τί εὕροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα.]

* ἀπολογῆ). Τοῦ αὐτοῦ.] τί λέγεις; μετὰ τοσαύτην ἀπειλὴν, μετὰ τοσοῦτον φόβον ἀπολογῇ, * καὶ φησί. τοιοῦτος γὰρ ὁ ἐρῶν οὐκ ἀνέχεται μέχρι πολλοῦ, φορτικὰ φθέγγεσθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον. ἀλλὰ * βαρέα καὶ ἐντρεπτικὰ αὐτοῦ. μᾶλλον ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς ἐκείνου κακοῖς. τί εὕροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα; τί τοὺς τῶν πατέρας παρ-

*ἄλ. κουφία. σάγεις πρὸς τούτους ἔχων τὸν λόγον; ἵνα δείξῃ, ὅτι τούτους οὐ δι' ἐκείνους εὐηργέτησεν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν. ὃ μᾶλλον αὐτῶν ὑπευθύνους ποιεῖ τῇ κολάσει.

Θεοδωρήτου.] κοινὸς νῦν ὁ λόγος καὶ πρὸς τὰς ἐν αἰχμαλωσίᾳ δέκα φυλάς. πάσῃ γὰρ Ἰσραὴλ διὰ φιλανθρωπίαν εἰς ἀπολογίας ἑαυτὸν εὐθύνας καθίστησιν. ἃ μὲν ἄνωθεν ἑαυτοὺς εὐηργέτησε λέγων, ὡς δὲ γεγόνασιν ἀσεβεῖς διηγούμενος. [ὅτι ἀπέστησαν μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς τὴν κατηγορίαν

C Vers. 4. AVDITE *verbum Domini domus Iacob, &c.*)

Chrysostomi.] *Qui suæ sidit iustitiæ multos auditores non refugit,* [a] *sed omni studio præclarum sibi theatrum parare nititur, quod & Deus facit non homines modò, verùm & inanimata* [b] *conuocans, volénsque vel apud profana tribunalia iudicio contendere. Audiat qui vult, habet enim clarissimis rationibus iustitiam à se stantem. Qui verò suspicione labo-* D *rat, semper ille arbitros* [c] *subterfugit.*

Chrysost. a *Audiri à multis non metuit qui sua sibi conscius sit iustitia.* b *Iustitiam propriã Deus vniuersorum examinãdam proponit iudicio.* c *Arbitros subterfugit qui causæ suæ conscius est iniustitiæ.*

Vers. 5. (*Quid inuenerunt patres vestri in me delictum, quia, &c.*)

10 Chrysost. Eiusdem.] *Quid ais? post tot minas totque terrores sui defensionem suscipit, & ait. Hoc enim amantis est,* [d] *non fert diu cum amato asperos habere sermones, sed minimè molestos, & qui ruborem illi iniiciant, dolens potiùs de malis eius.* (*Quam inuenerunt patres vestri* E *in me iniquitatem?*) *Quid est hoc? Patres profers in medium, cùm ad ipsos sermonem habebas? vt ostenderet, quòd hos non intuitu maiorum, sed ipsorum affecerit beneficiis,* [f] *quod maioribus ipsos pœnis reddit obnoxiores.*

d *Amans nõ potest diutius aspero sermone eum alloqui, quem diligit.* e Idem. f *Ingrati eò peiores, & damnabiliores, quò immeritis beneficia eis fuerint collata.*

Theodoriti.] *Ad omnes nunc hic sermo, & ad decẽ tribus in captiuitatẽ deductas. Vniuersũ enim Israëli ob suum in homines amorẽ,* [g] *veluti in iudiciũ vocatus, partes sibi assumit ad respõdẽdũ, narrãs quæ ab initio in eos beneficia ipse cõtulerit, quæq; illi in eũ impiè gesserint.* (*Quia recesserũt longè à me, & ambulauerũt post vana, &c.*)

Theodorit. g *Amor Deũ impulit, vt veluti in iudicium vocatus partes assumeret rei, & responden-tis.*

Ch.] *Cernis querelas nõ admodum vehemẽtes?* Chrysostom.

οὐχ ἁπλῶς ἀπέστησαν, ἀλλὰ μακράν. πολὺ γὰρ ὄντως, μακρὰν ἀπὸ τῆς θείας φύσεως ἐκείνης ἐπὶ λίθους ἐλθεῖν. οὕτω μακρὰν ὁδὸν ἑκάτερα ταῦτα τὰ πράγματά ἐστιν.*

*ἀπ. πράγμ.

Θεοδωρήτου.] πλεῖστον γὰρ τὸ μέσον θείας τε φύσεως καὶ λίθων, οἷς προσεκύνησαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων. τῶν εἰδώλων καὶ τῶν τρόπων τῆς κακίας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ἐματαιώθησαν. τουτέστιν οὐδὲν εὗρον. καὶ οὐδὲ οὕτως ἀνέστησαν, οὐδὲ μετενόησαν. πολὺ μῖσος τὸν εὐεργετοῦντα ἀποστρέφεσθαι, καὶ τοὺς βλάπτοντας αἱρεῖσθαι.

[καὶ οὐκ εἶπαν ποῦ ἐστι Κύριος ὁ ἀναγαγών.

[Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ μόνον οὐχ εὑρόντες εἶπον, καίτοι γε ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης ὠθούμενοι. τὰ γὰρ ἀγαθὰ παρόντα μὲν καταφρονεῖσθαι εἴωθεν. ὅταν δὲ ἀποστῇ τότε μάλιστα ἐπιζητεῖται. ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, καίτοι γε ἔχοντες ἱκανὰ μνημόσυνα τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ.

[Ὁ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου.]

Τοῦ αὐτοῦ] αὕτη δευτέρα εὐεργεσία, τὸ ὁδηγηθῆναι.

Τοῦ αὐτοῦ.] Καὶ τίνος ἕνεκεν ἐκεῖθεν ἀνέφερεν. ἵνα μὴ πάλιν τὴν Αἴγυπτον ζητήσωσι, τὸν πόλεμον ἰδόντες. εἰ γὰρ μακρὰν αὐτοὺς περιέτρεψε, καὶ μνησθῆναι ἐκείνης ἔπεισε, πολλῷ μᾶλλον τότε νεαρῶν ὄντων τῶν δεινῶν, καὶ τῆς ἀπαλλαγῆς, καὶ τῆς μνήμης αὐτοῖς μενούσης. ταυτὸν γὰρ ἐποίει θεός, οἷον ἄν εἴ τις καμάτῳ πολλῷ εἰς ὑγείαν τινὰ περιαγαγὼν. καὶ μηχανῆς δέοιτο πρὸς τὸ πεῖσαι ἑλέσθαι τὰ συμφέροντα.

Τοῦ αὐτοῦ.] εἰρηνικῶς τὰς οἰκείας εὐεργεσίας, αὐτὸν ἐκεῖνον μάρτυρα τῶν λεγομένων παράγει. ἀκολούθως δὲ πάντα λέγει τὰ ἀνωτέρω λεχθέντα.

[Καὶ εἰσήγαγον ὑμᾶς εἰς τὸν Κάρμηλον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ταῦτα εὐεργεσία μεγίστη, τοὺς πτωχοὺς, τοὺς γυμνοὺς εἰς τὰ ἀλλότρια εἰσήγαγον ἀγαθά. οὐ ποιήσαντας οὐδὲ ἐνεργήσαντας. ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν ἤγαγον ἕτοιμον. οὐχὶ ὡδήγησα μόνον, ἀλλὰ καὶ λιμένα παρέσχον, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν. τί ταύτης τῆς φιλοφροσύνης ἴσον? ἀγαθὰ δὲ Καρμήλου, τὸν πλοῦτον λέγει τὸν πολύν.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τὸν Κάρμηλον. ὄρος τοῦτο τῆς Παλαιστίνης. ἑρμηνεύεται δὲ ἐπίγνωσις περιτομῆς. δι' ἧς ἀποτεμνόμεθα τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ τῶν φαύλων.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπὸ τοῦ τόπου τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας λέγει. ὁ δὲ Κάρμηλος τὴν πίονα γῆν ἔχων. καὶ γενναίους φέρων τοὺς καρπούς.

[Καὶ εἰσήλθετε καὶ ἐμιάνατε τὴν γῆν μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τούτοις ἠμείψασθε τὸν εὐεργέτην, ἀφ' ὧν εὖ ποιῆσαι ἔδει, ἀπὸ τούτων ὑβρίσατε. δι' ὧν εὖ ἐπάθετε, διὰ τούτων ἐκακοποιήσατε. καὶ τὴν χάριν αὐτὴν ἀνατρέψατε.

Τοῦ αὐτοῦ] ὅρα πῶς οἰκειοῦται τὸν τόπον, ἵνα δείξῃ μείζω τὰ ἁμαρτήματα. ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἐνταῦθα ἀνέπαυσα εἰσαγαγὼν. ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ἐποιήσατε.

Non simpliciter defecerunt, sed longè: multùm enim equidem longè, à diuina[h] *illa natura ad lapides se conuertere. Sic magnis viarum spatiis hæc inuicem distant.*

Theodoriti.] *Maximũ enim inter naturam diuinam & lapides, quos adorauerant intermedium interiacet.*

Olympiodori.] *(Et ambulauerunt*[i] *post vana.) Idolorum, & iniquitatis morum.*

Chrysostomi.] *(Et vani facti sunt.) Hoc est, nihil adinuenerunt, nec tamen erexerunt se, nec pœnitentiam egerunt. Ne ingens id offensionis, & maleuolentiæ signum, benefactorem auersari,*[k] *& noxios amplecti.*

Vers. 6. *(Et non dixerunt vbi est Dominus, qui, &c.)* 12

Chrysostomi.] *Non solùm non inuenientes dixerunt, etsi rerum necessitate coacti: bona enim cùm adsunt contemni solent, cùm absunt tunc potissimùm quæruntur. Hîc autem non ita: cùm tamẽ multas beneficiorum eius haberet memorias.*

(Qui deduxit nos de deserto.)

Eiusdem.] *Secundum hoc beneficium, ducem illum habuisse.*

Eiusdem.] *Et quanam de causa ex Aegypto deduxerat? ne denuò bellum videntes Aegyptum quærerent; si enim longè eos auertisset, multò magis*[l] *tunc eos in illius memoriam prouocasset, recentibus adhuc malis, & liberatione & memoriâ adhuc vigente. Deus enim perinde agebat, ac si quis magno cum labore vbi cuipiam sanitatem recuperarit, arte etiam indigeat, qua illi persuadeat eligenda esse quæ conducunt.*

Eiusdem.] *Commemoratis à se collatis beneficiis illum ipsum testẽ dictorũ producit, consequẽterque ad ea quæ superiùs dixerat, omnia dicit.*

Vers. 7. *(Et eduxi vos in Carmelum, &c.)* 13

Chrysostomi.] *Et hæc pro maximo beneficio adnumeranda, Pauperes, nudos, ad aliena bona perduxit,*[m] *nullis laboribus, nulla vsos ope agriculturæ. Sed ad paratam mensam adduxi. Nec solùm dux illis præiui, sed & portũ dedi, & quietẽ. Quid huic humanitati beneuolentiæque par esse poterit? bona autẽ Carmeli*[n] *immensas vocat opes.*

Olympiodori.] *(In Carmelum) Palestinæ mons hic: recognitio*[o] *autem circuncisionis interpretatur, per quam bona à malis recidimus.*

Chrysostmi.] *Per locum hunc, terram promissionis significat. Carmelus autem & terram*[p] *pinguẽ habebat, & fructus producebat generosos.*

(Et ingressi estis, & contaminastis terram, &c.)

Chrysostomi.] *Hæc benefactori retribuistis, ex quibus bona reddere oportebat, ex his contumelias*[q] *intulistis: per quæ ipsi bona suscepistis, per ea iniquè egistis, gratiamque ipsam euertistis.*

Eiusdem.] *Vide vt locum sibi vendicet, quo nequitiam ostendat enormiorem. Ego quidem vos huc adductos quiescere feci, vos autem contrarium effecistis.*

h *Elongatio Idololatræ, & peccatoris à Deo tanta est, quantum distant lapides, aliaque creata ab ipso Deo.*

Theodorit.

Olympiod.

i *Ambulare post vana mos est iniquitatis.*

Chrysost.

k *Peccator à Deo ad creaturas auersus quã inaniter, & grauiter delinquat.*

Chrysost.

Chrysost.

Idem.

l *In eductione Hebræorũ ex Ægypto, atque in ducatu eorũdem quantâ prudentiâ se gesserit Deus.*

Idem.

Chrysost.

m *Introductionis Hebr. in terrã Promissionis beneficium Dei maximum.*

n *Carmeli bonorum vocabulo designata opes immensæ.*

Olympiod.

o *Carmelus quid, eiusque nominis interpretatio.*

Chrysost.

p *Carmelo designata terra promissionis vberrima.*

Chrysost.

q *Ingratitudinis exprobratio Dei in Iudæos.*

Vers. 8.]

Vers. 8.] Sacerdotes non dixerunt: vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & Pastores præuaricati sunt in me: & Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vers. 8. Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus?

ID [a] autem malum vniuersum ex vestris prouenit capitibus. Enimuerò primum Sacerdotes, quorum vnum, sedulumque debuisset esse studium circa verum, debitumque mei cultum, nullam veræ religionis habentes rationem, negligentissimi in eo extitère, vt inquirerent in populo, vbi ipse essem, & si vt verus, vnusque coleretur Deus. [b] Doctores quoque ac Iudices, qui legem meam tractare profitentur, idque sibi vendicant, mordicùsque retinere nituntur muneris, vt alios doceant legem ipsam meam, ac iuxta illam & iudicent, & mei ignari fuerunt, & ita iudicarunt praué, ac si me minimè nossent. [c] Et Reges, quos super eos euexi, vt instar bonorum pastorum pascerent gregem meum, impiè agentes aduersum me præuaricati sunt, à retro discessère, & cum contemptu à me defecère. [d] Quinimo & qui Prophetarum exercuerunt munia, atque adeo recta eis consilia exhibere, meaque illi responsa referre, & me pro eis deprecari debuissent, & responsa ab idolo Baal ipsis detulère, & preces eidem Baal pro ipsis obtulère. Ac insuper aliis etiam inhæsère Idolis, ex quibus nil haberent opis, nilue referrent commodi.

b Et tenētes legem meam nescierūt me.

c Et pastores præuaricati sunt in me.

d Et Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sūt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccatorum causa in populis sunt eorum superiores.*

SACERDOTES *non dixerunt vbi est Dominus?*) Deueniens ad particulares personas, per quas, vt prædixerat, contaminata, & abominabilis facta fuit terra hæreditatis suæ, tametsi singulæ ferè eius populi enumerare quiuisset, quatuor nihilominus earum enumerat genera, eaque ad caput spectantia, capitisque locum in mystico Ecclesiæ illius corpore obtinentia, cum enim à capite omne sit in corpore malum, in personarum earum enumeratione singulas planè alias quasque tacitè recensuit. Cúmque [e] *omne caput* extiterit *languidum, & omne cor mærens*, vt ipsemet Dominus per Isaiam dixit, necessariò consequitur, vt in prædicto corpore *à planta pedis vsque ad verticem non fuerit sanitas.*

e Isai. 1. 5.

Religionis errores ex Sacerdotum negligentia.

Et vt intelligas peccata populi, eaq; in primis, quæ sunt contra religionem, verumque Dei cultum, Sacerdotibus potissimùm esse tribuenda, quorum id vnum, sedulumque deberet esse studium, vt pietatis cultum, & religionem sartam tectamque in subiectis sibi seruarent hominibus: Cùm Ieremias iam in versu sexto ex ore Domini de vniuerso populo, generaliter dixisset, *Et non dixerunt, vbi est Dominus?* nunc in hoc vers. 8. Deus ipse idipsum tam grande nefas solis tribuens Sacerdotibus, ait, *Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus?* Et bene nota, Sacerdotes hoc loco damnari de peccato omissionis, sicut & Doctores: cùm alia duo personarum genera commissionis potiùs arguantur.

2 (*Et tenentes legem meam nescierunt me.*) Pro hoc, quod in Vulgata legimus, (*& tenentes legem meā,*) & in Hebræo, & in versione Sept. sunt duo verba, seu participia multò efficaciora, Hebræa enim sic habent וְתֹפְשֵׂי הַתּוֹרָה *vethophese hathorah*, verbum autem תפש *thaphas* vnde participium vethophese, non solùm significat tenere, sed & capere, seu apprehendere, Versio Biblioth. Reg. vertit (*& tractans legem meam.*) Sept. optimè Hebraicam expressère lectionem vertentes καὶ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, quam versionem & si codex Vaticanus simpliciter ita Latinè reddiderit, vt est in vulgata (*Tenentes legem meam,*) Complutensis, & Regia, (*Profitentes legem meam:*) ex vi tamen verbi ἀντέχομαι *antechome*, optimè reddes, *Amplectentes, sibi vsurpantes*, seu *vendicantes*, vel etiam *mordicùs retinentes legem.*) Vnde aliqua colligere erit, quæ ad mores pertinent.

Doctores arguūtur ignorātia & prauitatis.

Cæterùm quod de Doctoribus istis, qui præallatâ descripti sunt periphrasi, (*Tenentes legem meam,*) adiectum est, (*Nescierunt me*, seu, vt est in Hebræo, (*Non cognouerunt me,*) Duo in illis arguit, ignorantiam, & prauitatem; ignorantiam, in eruditione eius, quod præcipuum totius legis obiectum est Dei, prauitatem verò in iudiciis, & sententiis, quas prauas dederint, operæ precium est, cùm Deum ob oculos non habuerint, quem minimè cognouerunt. Quid autem ex his expectandum, nisi quod Iesus ait in Euangelio, [f] *Cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt*, tam enim doctores, & iudices ipsi, quàm ignorans plebs in foueam cecidère Idololatriæ, & vniuersorum scelerum.

f Matth. 15. 14.

3 *Reges appellati pastores.*

(*Et pastores præuaricati sunt in me.*) Pastorum nomine, quo superiorum hîc fiat mentio, Reges significatos crediderim, eo modò, quo idemmet Dominus apud Isaiam ait. [g] *Qui dico Cyro, Pastor meus es*, Quive ad Dauid, cùm eum Regem destinaret, [h] *Tu*, inquit, *pasces populum meum*: ipseque Dauid de se ait, [i] *Et elegit Dauid seruum suum, Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suā. Et pauit eos*, &c. Quo sensu id sumpsit & Paraphrasis Chaldaica, vt videre potes in Appendice. *Reges* igitur, dicit Dominus, (*præuaricati sunt in me,*) id est contra me. Est autem præuaricari, à recto discedere, & à præscripto sui officij; aptè id expressère Sept. legentes ἠσέβουν εἰς ἐμέ, *esebun is eme*, id est (*iniquè*, seu *impiè egerunt in me.*) Qua verò potissimùm ratione impiè egerint, per verbum significatur Hebraicum פשעו בי *pascengu bi*, פשע *pasçang* enim verbum non tantùm significat præuaricari, sed & deficere, & rebellare cum seditione, & cum contemptu: & Isai. id est, [k] פשעו בי *pascengu bi*, noster interpres vertit. (*Spreuerunt me.*) Lege libros Regum, & Paralipomenon, & intelliges, quomodo prædicta omnia à Iudæorū Regibus aduersùs Deum patrata sint secundùm historiæ veritatem.

g Isai. 44. 18.

h 2. Reg. 5. 2.

i Psa. 77. 71.

Præuaricari in Deū quid sit.

k Isai. 1. 2.

4 *Et Prophetæ prophetauerunt in Baal.* Enumeranti Domino personarum genera, quibus caput constitueretur, seu quæ ad caput spectarent mystici Iudæorum corporis, meritò & quartum istud erat recensendum. Prophetarum enim duo præcipua in populo erant munera, ideoque maximi apud eum fiebant. Munera eorum erant, vt Dominum consulentes, Dei referrent responsa, ideoque & populus, & Principes, Regesque illos potissimùm consulebant, Sic in primo libro Regum legimus, [l] *Olim in Israel, sic loquebatur quisque vadens consulere Deum, Venite, & eamus ad videntem: Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.* Sic & in libro 3. Reg. Iosaphat Rex Iuda ad bellum iturus cum Rege Israel dixit, [m] *Non est hic Propheta Domini quispiam, vt in-*

Prophetarum apud Iudæos duo erāt præcipua munera.

l 1. Reg. 9. 9.

m 3. Reg. 22. 7.

terrogemus per eum? Alterum munus eorumdem prophetarum,idque præcipuum, erat, vt Deum laudarent, proque vrgentibus deprecarentur necessitatibus, sic Asaph, Ethan, aliique, qui vel

a 1.Paral.15. 1. componebant,vel cantabant Psalmos,[a] Prophetas dictos reperimus. Et in lib. 4. Reg. legimus, tribus regibus cum suis exercitibus aquarum penuriâ propè deficientibus Regem Iosaphat, vt

b 4 Reg 3. 11. pium dixisse.[b] *Est ne hîc Propheta Domini,vt deprecemur Dominum per eum?*

5 *Pseudoprophetæ plurimi antiquitus.*

Cæterùm sicut in mystico Ecclesiæ corpore Pseudo-Apostolos extitisse legimus,ita & in corpore Synagogæ plures extitère Pseudoprophetæ, ad hoc à peruersis ipsis eius populi Regibus inductis, vt per illos ignaram seducerent, atque à Deo vero alienarent plebem,prout & ab Achab, & à Iezabele factum colligere est ex verbis Elisæi, quibus ad Ioram Regem Israel dixit.

c 4. Reg. 3. 13. [c] *Quid mihi,& tibi est? Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ*:quos scilicet,ipsi sibi instituère.Istiusmodi Prophetarum hîc meminit Dominus, quos exinde arguit,quòd Prophetauerint in Baal:Prophetandi verbo prædicta duo designans Prophetarum munia.

Baal dupliciter sumi, & pro omni Idolo,& pro Idolo particulari Sidoniorum. Baal propriè significat dominum, seu maritum.

Porrò quòd munia illa,seu responsa ferendi, seu laudes proferendi, & deprecandi fecisse dicantur in Baal, Paraphrasis Chaldaica, quam & plures sequuntur, ad idola refert in genere, quatenus Hebraica vox בעל *bangal*, quæ propriè Dominum, seu maritum significat, cuique tribui solet Idolo,vt manifestè colligitur ex cap.2.Oseæ vbi Dominus ait, [d] *Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum.* Et

d Oseæ.2.13.
e Ose. 2.16.

infrà, [e] *Et erit in die illa ait Dominus:vocabit me Vir & non vocabit me vltra* בעלי *bangali*,id est, vocabit me quidem vir meus, at non eo vtetur, quo ad hoc significandum vti posset vocabulo bangali, in horrorem Idolorum,quibus vsus obtinuit, vt id tribuatur nomen Baalim. Vnde bene subiicitur, *Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabuntur vltra nominis eorum.*

6 *Idola singula apud Hebræos habebāt suos Prophetas.*

Ipse autem crediderim,hoc loco nomine Baal particulare illud intelligi Sidoniorum Idolum, cuius cultus tunc temporis apud Iudæos maximè vigebat,quique præ idolis cæteris peculiares, pluresque habebat Pseudoprophetas; singula enim idola Prophetas proprios tunc temporis

f 3.Reg. 18. 19. habuisse manifestè colligitur ex lib. 3. Reg.[f] Vbi legimus,iubente Elia congregatos in mōte Carmeli Prophetas Baal quadringētos quinquaginta,Prophetasque alios quadringentos Lucorum, aliorum videlicet Idolorum, quæ in Lucis coli

Prophetare in idolis quid extiterit.

solerent.Ex quo etiam loco colligimus,eos Prophetasse in Baal clamando,& deprecando, sacrificiisue illum colendo,sicut &Prophetæ aliorum

g 3.Reg.18. 25. Deorum,vnde illis ait Elias. [g] *Eligite vobis bouem vnum, & inuocate nomina Deorum vestrorum,* Et ex capite vltimo eiusdem libri habemus, eosdem Prophetasse prædicendo,& consulendo,vbi dici-

h 3.Reg. 22. 6. tur,[h] *Congregauit Rex Israel,* idem scilicet Achab, qui supra, *Prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos,Ire debeo Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt, Ascende, & dabit tibi eam Dominus in manus Regis.* Intelligens autem Iosaphat Rex Iuda, eos Prophetasse in Baal, seu in aliis Idolis,id est, ex eorum oraculis

i 3.Reg. 22. 7. respondisse,opportunè dixit, [i] *Non est hîc Propheta Domini quispiam:vt interrogemus per eum?* Vnusque adductus est Michæas filius Iemla.Quòd autem de duobus his distinctis Prophetarum generibus Baal, sc. & aliorum Idolorum hîc facta sit commemoratio, confirmat id,quod post præex-

A posita. (*Et Prophetæ prophetauerunt in Baal,*) adiectum est,(*Et idola secuti sunt.*)

In Originalibus autem, Hebræo r. & Sept. est peculiare Idolorum attributum illud ferè ipsum, 7

Idolorum attributū. Non proderunt.

quod descriptum videre est in præcitato cap. 18. lib.3.Reg.[k] vbi cùm multitudo illa Prophetarū, k 3.Reg. 18. 27.

seu Lucorum diutiùs ad Baal, suaque clamassent Idola,dicit textus, *Et non erat vox,nec qui responderet:* Vnde eos illudens Elias dicebat, *Clamate voce maiori,Deus enim est,& forsitan loquitur,aut in diuersorio est, aut in itinere,aut certè dormit,vt excitetur.* Sic autem hîc habet Hebr. ואחרי לא יעלו הלכו

B *veahare lo ionghilu alachu*,id est, (*Et post non prodeerunt.*)id est,quæ prodesse non poterunt, (*ierunt.*) Quibus consentit versio Sept. καὶ ὀπίσω ἀνωφελοῦς ἐπορεύθησαν,id est,*Et post inutiles ierunt.* Vnde ad hoc Idolorum nomen alludens Habakuc ait,[l] l Habac. 2. 18.

Quid prodest sculptile,quia sculpsit illud fictor suus conflatile,& imaginem falsam?

Vers. 8.] Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus? &c.

C

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM MORALEM.

ENVMERATIS iis, quibus ruina est vitæ spiritualis, atque religiosæ (vt explicatum est) prosequitur vlterius Dominus enarrare, è 8

Sacerdotes mali quàm damnosi toti sint Ecclesiæ.

quibus,siue per quæ toti fidelium Ecclesiæ damna proueniant vniuersa. Ac primò, id prauitati tribuit Sacerdotum: subtili autem ratione hanc illorum exprimit prauitatem: Crediderim enim tantumdem esse phrasim istam.(*Non dixerunt,Vbi est Dominus?*) ac si [m] Apostolicâ diceretur phrasi m 1. Cor. 6.

D alterâ, Non glorificauerunt, & portauerunt Deum in corpore suo.

Enimuerò cùm Sacerdotum munus sit, vt sacrificium offerentes ad altare, Deum in Eucharistiæ sacramento nedum contrectent,sed & in sua

Sacerdotes debent se censere vt in crystallinum deferēs Christi corpus.

condant viscera,iugiter profectò in conuersatione sua, & in singulis suis actionibus id intra se dicere deberent.(*Vbi est Dominus?*) id est, Defero ne Dominum? est ne in me Dominus? glorifico ne Dominum in hoc,quòd agere aggredior?Existimantes se esse veluti crystallinum vas, in quo Christi sacratissimum deferatur corpus: & in

E quod fideles cuncti coniectos habent oculos,attendentes an in ipso videant Deum.Porrò sicut,si Christi corpus, & hostia posita quidem esset in vase crystallino,sed vas illud atramento, vel cœno infectum intuentium id non referret oculis, vas illud nulli haberetur venerationi, fidelibus haud sibi persuadere valentibus,in vase tam sordido hostiam sacram, Deumque esse, quam nec viderent;Et etiam si id certò scirent, venerarentur quidem illud,at non modicum ex eodem vase conciperent scandali.

Pari ratione videntes fideles iidem prauam,

F turpemque Sacerdotum conuersationem,etsi ab illis Christus deferatur in missæ sacrificio quotidie sumptus,vix sibi persuadere possunt, Deū in illis esse; quin potiùs ex eo ipso quod norunt, eos tam frequenter sacramentum assumere, maximè scandalizantur. [n] Mandarat Deus in veteri n Ex.28.36.

lege, vt Summus Sacerdos egrediens ad populum Deum suo deferret habitu,ideoque in totius habitus, & in indumentorum culmine sculptum ad frontem gestaret ineffabile eiusdem Dei nomen, quò propterea moneretur, vt in singulis, quæ

A quæ ſibi forent agenda, hanc ſibimet faceret interrogationem, (*Vbi eſt Dominus?*) Quod certè mandatum ad omnes nouæ legis deriuandum eſt Sacerdotes, quibus ne dum Dei nomen, ſed ipſemet Deus quantus quantus eſt, non ſculptus in lamina aurea, ſed in ipſa eius deferendus eſt ſubſtantia.

9 *Sacerdotes ij arguũtur, qui in qualibet re, & actione propoſita non quærunt Deũ, quem pro obiecto ſemper habere debẽt.*

Præter hæc autem poſſumus hoc, quod hic habetur, (*Sacerdotes non dixerũt*) intelligere, vel quòd non dixerint ſibimet, vel quòd non dixerint aliis. Si primo modo, ij in his arguuntur Sacerdotes, quibus cùm vnum deberet eſſe ſtudiũ, vt in vnaquaque & re, & actione, Deum pro obiecto habere B ſatagerent, quorum is vnus ipſi exhibitus eſt portio, atque theſaurus; eius nihilominus nulla habita ratione, in vana potiùs, vtinam non & in peruerſa ſuum hinc & inde diſtrahi ſinerẽt cor. Et cum quibuſque ſibi agẽdi oblatis, rationibus, proponentibus ipſis dicere deberent, Vbi eſt hac in re Dominus? Vbi eſt hoc in ſtudio Dei obſequium? Id è contra diſquirunt, vbi ſuum ſit eo in negocio lucrum: vbi proprij honoris decus, & ſimilia, & iuxta hæc peruerſo gyrant errore.

10 *Sacerdotes ij arguũtur deficientes in eo ſuo munere, quo intermedij ſunt inter Deum, atque homines.*

Si ſecundo modo eadem ſumantur: cùm exploratum ſit, Sacerdotes ita intermedios Dei eſſe C atque hominũ, vt & apud Deum pro hominibus agere teneantur: & apud homines pariter quæ Dei ſunt procurare. In vnoquoque iſtorum pieroſque eorum deficientes hìc arguuntur, cùm aſſeruntur non dixiſſe ſæcularibus, *Vbi eſt Dominus?* Eos primùm redarguendo, & de ignorantia circa res fidei, & de vitæ peruerſitate circa mores, quibus Deum à ſe expulêre, & ſæpè etiam catholicã de illo fidem: Ita vt meritò ab ipſis cum obiurgatione, quærere Sacerdotes idẽ poſſint. Vbi apud vos eſt Deus, apud quem pro vobis, reſque agam

Sacerdotes praui quàm malè apud ſæculares agant rẽ Dei.

D veſtras? Parique ratione apud eoſdem rem agentes Dei: cùm illis perſuadére deberẽt, vt & in colloquiis animaduerterent, an inter ipſos eſſet Dominus; & in negociis: an rectè coram Deo ea agi affirmari poſſet: itẽque monere, vt perpenderent, vbi fœditatis propria ob ſcelera ſuum poſuerint Dominum, dicẽtes nimirum eis, (*Vbi eſt Dominus?* Sicut de peccatore ſollicitus ipſemet Dominus in Euangelio dixiſſe reperitur. [a] *Vbi poſuiſtis eum?* a Ioã. 11. 34. iiſdem nihilominus ſæcularibus plerique Sacerdotum haud dicere comperiuntur, (*Vbi eſt Dominus?*) Sed potiùs, Vbi ſunt meæ decimæ? Vbi mei E cenſus? Vtinam non frequenter, Vbi cras ſit Comœdia? Vbi exercetur ludus? Vbi id habitat ſcortum? &c.

11 *Sacerdotes debẽt eſſe depoſitarij diuinæ legis. Quámue eorum damnoſa ſit ignorãtia.*

(*Et tenentes legem meam neſcierunt me.*) Ad Sacerdotes quoque hæc referenda id ſuadet, quo in Malachia legimus, [b] *Labia Sacerdotis cuſtodiẽt ſciẽtiam, & legem requirent ex ore eius.* Sacerdotũ quippe eſt, tenere Dei legem, vt eam veluti depoſitũ cuſtodiant immutatum, & illibatum, quod per plenam illius ſcientiam ſuo proferant ore, erudientes quotquot depoſiti illius aliquid ex ipſis requiſierint: vt hîc eorum arguatur ignorantia, b Malach 2. 7. F quam aliàs apud Oſeam is idem arguit Dominus: [c] *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* c Oſe. 4. 6.

12 *Prædicatorũ ignorantia quàm dãnoſa Eccleſiæ.*

Magis tamen ad rem noſtram, vel Prædicatores, vel Iudices Chriſtiani populi hîc argui dicemus. Prædicatores quippe ſunt, qui peculiari ratione Dei legem tenere dicuntur, quatenus ſacras profitentur, tractantque ſcripturas. Quis verò explicet, quãtum venerit, veniatque quotidie damni fidelium Eccleſiæ ex Prædicatorum, Doctorumque eius ignorantia? Sanè vniuerſæ exinde

A prouenêre hæreſes, quod ij tenentes Dei legem, Deum ipſum neſcierunt, quem prædicarent, prædicantes potiùs ſemetipſos, docentes prauas, falſaſque doctrinas. Explicãtur autem hæc peregregiè apud alium Prophetam, his verbis. [d] *Hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntẽ, ignorauerunt iudicium.* Vino enim terrenarum voluptatum obcæcati, & præ ebrietate ſæcularis ſapientiæ extra ſeſe egreſſi Deum omnia conſiderantem, atque videntem neſcierunt, adeoque in B magnis errauerũt erroribus, & circa fidei doctrinam, & circa morum eruditionem, cùm & iudicium, ipſamue quam tractant ignorarent Dei legem. Quid tum? audit. [e] *Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordibuſque, ita vt non eſſet vltra locus.* Menſæ omnes in quibus apponitur panis, cibuſque verbi Dei, omnia pulpita, cathedræ vniuerſæ, omneſque Eccleſiæ vomitu repletæ ſunt vini, quo ebrij ſunt tenentes legem, doctriniſque carnalibus, & terrenarum voluptatum, ac Sordibus hæreſum turpiſſimarum, ita vt vbi tales permiſſi ſunt eſſe doctores, iam non ſit ampliùs Catholi- C cæ Eccleſiæ, veroque Dei cultui locus. Quod vtinam hodie non videremus, & ingemiſceremus: Illud hìc in noſtris, quæ exponimus verbis, eſt, quod notes. Ex iis potiſſimùm Prædicatorum, atque Doctorum hæc prouenire damna, qui munus iſtud haud ex Epiſcoporum, & Superiorum obedientia, ſed ex proprio Marte & libito id ſibi vſurpant vendicantque: vt deducitur ex Originalibus Hebr. & Sept. quæ, ſicut in prima literæ expoſitione notatum eſt, pro (*& tenentes legem,*) iis vtuntur verbis, quorum vis ea eſt, vt vertenda ſint, (*Et amplectentes,* ſeu (*vſurpantes,*) ſeu (*ſibi vendi-* D *cantes*) legem meam.

d Iſai. 28. 7.

e Iſai. 28. 8.

Prædicatoris munus ſibi vſurpãtes maximis damnis Eccleſiã afficiunt.

Et profectò de his prædicatoribus etiam Catholicis id dici poſſe crediderit, quòd tractare audeant ſacras literas, cùm & ignorantes diuinorum ſint, & Deum vita pariter, ac moribus neſcire ſe fateantur.

13 *Iudices inepti ad id muneris arguuntur.*

Quòd ſi de Iudicibus hæc ſumas, (*Et tenentes,*) ſeu (*amplectentes legem meam, neſcierunt me.* Id primò pondera, quòd iuxta præallatas Hebr. & Sept. lectiones, ij potiſſimùm hic arguuntur Iudicum, qui eatenus Dei legem amplectuntur, & apprehendunt, eamdemque ſibi vendicant, quatenus E inepti in id ſeſe ingerunt muneris, à qua re ſingulos quoſque ille auertit Sapiens, qui in libro Eccleſiaſtici ait, [f] *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem Principis, & ponas ſcandalum in agilitate,* ſeu, vt melior habet lectio, *in æquitate tua,* id eſt, Ne amplectaris iudicandi munus, niſi tanta ſis præditus virtute, & ſcientia, tantoque & animi robore, vt Deum ob oculos habens, cuius tractare debes legem, valeas vel in Principum irrumpere iniquitatem, nullius reſpiciens perſonam: Ne alioquin potentiorum metu percul- F ſus à recto æquitatis dimotus, & tibimet ſcandalum ponas, & aliis quoque ſcandalum ex volubilitate ingeras tua. Iudices itaque iſti potiſſimùm, aliique vniuerſi, quorum in iudiciis exercendis eſt tenere, profiteri & tractare legem Domini, quibus & propterea ait in Pſalmo Dominus. [g] *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes:* quia ſunt participes ſermonis, legiſque Dei, vt exponit Ieſus in Euangelio: [h] vnico quidem verbo hîc arguuntur. (*Neſcierunt me:*) ſed quo multa, eaque pergrauia denotantur.

f Eccl. 7. 6.

g Pſal. 81. 6.

h Io. 10. 35.

14 Cæterùm quid istud sit, (*Nescierunt me:*) quæue ex hoc fidelium Ecclesiæ proueniant damna, ex aliis Domini verbis colligere possumus. Siquidem in præcitato Psalmo Deus stans in Synagoga, & collectione conuentuque Deorum, ac iudicum, & in medio eiusdem conuentus illos diiudicans, & arguens, hæc ait, [a] *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ.*

a Psal. 81.5.

Iudicũ quanam potissimũ à Deo arguatur ignorantia.

Nescierunt, primùm inquit generaliter: vt intelligeres, haud vnam esse eorum ignorantiam iuris: ea enim fortitan condonanda illis esset, At in eo sunt maximè arguendi, quòd id etiam nescierunt, quòd non tam humanas tractare debent leges, quàm legem profiteri diuinam, quòd Deum ipsum, quem semper ob oculos habere deberent, sic ignorant, vt & nullam eius rationem habeant, dicentis, [b] *Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè iudica proximo tuo.*

b Leuit. 19. 15.

Benè autem additur, *Neque intellexerunt:* Etenim nedum rectum non nouerunt, ac Deum illud eis mandantem: Sed neque cùm à iurisperitis, atq; a viris probis de eo moniti fuerint, cumque Deus, eiusque iudicia illis obiecta fuerint, intelligere, eaque aduertere voluêre: Ac si nullum alium agnoscerent Deum, quàm id quod in ipsorum redundet commodum; Ideoque subditur. *In tenebris ambulant*, id est, cæcè in iudiciis ambulant, iudicant excæcati; Si quæras qua ratione ita excæcati in ipsis sint iudiciis, audi Dominum, [c] *Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.* Nomine autem munerum intellige significatum totum id quod vulgato nomine dicimus interesse proprium, quo excæcati iidem indices pro Deo id habent, quo rationis sit politicæ, Italicè, *di raggion' di stato*, Ex quibus id maxime in Ecclesia sequitur damni, quod vt in prææallato subiicitur Psalmo.

c Exo. 23.9. *Indices excæcantur à muneribus, & ab interesse proprio.*

15 *Mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Tria præcipua fidelium Ecclesiæ in sacris literis reperio fundamenta, iustitiam, charitatem, & fidem; de iustitia enim dicitur in Isaia, [d] *In iustitia fundaberis:* De Charitate ait Apostolus, [e] *In charitate radicati, & fundati:* & de fide idem Paulus inquit, [f] *In fide fundati & stabiles.* Ob iudicum præsertim Ecclesiasticorum cæcitatem, prauitatem, & peruersitatem omnia hæc in terra, in qua illi praua exercent iudicia, mouentur, & nutant; perturbatur quippe iustitia vniuersa, æquitas omnis, omneque iudicium: tollitur hominum Societas, & vniuersa inter illos charitas, quæ est vnum humanæ Societatis, amicitiæ, & pacis gluten, ac vinculum. Quodque omnium est pessimum, nutat & in fidelibus ipsis, qui eam incolunt terram, fides, quam Sancti Patres iure fundamentum iustitiæ dixerunt iustificationis, & ipsiusmet charitatis. Idque illud est, quod deplorat aliquando Isaias, dicens, [g] *Quomodo facta est meretrix Ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Ac si diceret, Quomodo Ciuitas, quæ iam maximè erat fidelis, super præfortibus fundata fundamentis fidei, iudicij, atque iustitiæ, nunc, habitantibus, & gubernantibus in ipsa iudicibus homicidis, qui iniustè, & peruersè innocentes mortis damnant sententiâ, & iniquè iustos possessores suis priuant substantiis, in quibus eorum sita est vita, facta est meretrix, à vera Christi, Apostolicæque Ecclesiæ fide alienata, multipliciumque hæreticorum exposita erroribus?

Ecclesiæ fundamẽta tria, iustitia, charitas, & fides.
d Isai 54.14.
e Ephes. 3. 17.
f Coloss. 1. 23.
Iudicum peruersitate nutant in Ecclesia, & Repub. iustitia, charitas, & fides.
g Isai. 1.21.
k Io. 11. 46.

16 Porrò ex prædictorum spiritualium fundamentorum commotione, consequitur plerumque, vt & terrenis motis eiusdem terræ fundamentis, & mundanis illa corruat cladibus; ex iudicij iniquitate vel ipsis terræ habitatoribus eas procurantibus, aut saltem expetentibus clades, Deoque illas in eos immittente: prout manifestè ex præcitato Isaiæ loco colligitur, Vbi post exposita complura iudicum scelera, [h] *Principes*, seu *Iudices tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa Viduæ non ingreditur ad illos.* Illico subiicitur: *Propter hoc ait Dominus exercituum fortis Israel: Heu, heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te:* (terram alloquitur, & Ciuitatem Ierusalem, in qua peruersi ij iudicabant iudices) *& excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum:* cladem videlicet illi minitans ignis, quâ à Chaldæis fuit incensa.

Ob Iudicum peruersitatẽ clades veniũt plerũque super prouincias.
h Isai. 1.23.

17 Liceat mihi hæc vniuersa, quæ circa hanc sententiam (*Et tenentes legem meam nescierunt me,*) hucusque dicta sunt, & ex Euangelio confirmare. Apud Iudæos qui legem Dei tenere, & tractare profitebantur, erant Pontifices, Scribæ, & Pharisæi, qui & idcirco dicebant, [i] *Nos discipuli Moysi sumus, & scimus quia Moysi locutus est Deus*, legem nimirum illi dans, quam tenemus. Vis videre quomodo isti ipsi nescierunt Deum? Audi eos ipsos id profitentes, quando, cùm certiores facti de euidenti diuinitatis Christi signo, in miraculo illuminationis cæci nati; Nihilominus de Christo ipso impia ea protulère, *Hunc nescimus vnde sit*, id est, An sit à Deo nec ne ignoramus. Vis videre quomodo nedum *nescierunt*, sed & iuxta citatum Psalmi dictum *Neque intellexerunt*, Cùm à cæco ipso moniti ij essent, *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo non poterat facere quicquam*, id intelligere nolentes, Responderunt ei, *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Similiter cum de maximo illo moniti essent signo suscitationis Lazari quatriduani, [k] quod ab vno fieri poterat Deo, dicit Euangelista de eis, [l] *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium, & dicebant: Quid facimus?* Vide amabò, quomodo *nescierunt*, nescientes quid facerent? Audi, quomodo *nec intellexerunt? Quia hic homo multa signa facit*; fatentur, multa ab illo fieri signa, è quibus arguenda fuisset in eo diuinitas, cuius est talia patrare. Id tamen minimè intelligentes, nec recta vtentes intellectus ratiocinatione hominem potiùs eum nuncupant. Nec mirum, cùm *in tenebris ambularint*, à proprio excæcati interesse, atque à politica ratione, prout manifestarunt, adiicientes, *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Vnumque propterea Cæsarem & pro Rege, & pro Deo habentes, prout eadem politica suadebat ratio: ideoque dicentes, *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Et eumdẽ vt Deum etiam Pilato obiicientes iudici, quem ab ipsamet politica ratione norant excæcatum. Quæ explicans B. Ioãnes scribit, [m] *Responderunt ei*, sc. Pilato Iudæi, *Nos legem habemus* (loquebantur enim tenentes legem Dei) *& secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit.*

Iudices Iudæorum quomodo nescierint nec intellexerint.
i Ioan. 9.28.
k Io. 11. 46.
l Io. 11. 47.
Iudices Iudæorũ excæcati à proprio interesse damnarũt Christum.
Iudæorũ Iudices Cæsarem & pro Rege, & pro Deo habuêre, sicut & Pilatus.
m Ioan. 19. 7.

a Ioã. 19. 12.

timuit. Et paulò infra, [a] *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regẽ facit contradicit Cæſari. Pilatus cùm audiſſet hos ſermones adduxit foras Ieſum.* Protulitque in eum mortis in cruce ſententiam. In quibus pondera, duabus vicibus dici, Pilatum, auditis Tenentium legem Dei ſermonibus commotum fuiſſe, primùm, dicentibus illis, quòd Ieſus Filium Dei ſe fecit; & ſecundò, cùm dicerent, eumdem ſe feciſſe Regem, atque adeò contradixiſſe Cæſari. Commotus namque is eſt, quia Cæſari à Ieſu contradictum accepit, quem & Regem, & Deum habebat; quemve & vt Regem, & vt Deum metuebat. Vis denique noſſe, quomodo ex his quæ iam explicata ſunt, conſecutum & id pariter ſit, quòd commota fuère omnia fundamenta terræ Iudæorum: lege libros Ioſephi Hebræi de bello Iudaico.

18 *Rigidi nimis erga alios arguuntur.*

Iuxta lectionem Sept. quæ pro, (*Et tenentes legem meam*, habet ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, & verti poteſt, *Et mordicus retinentes legem neſcierunt*, ſeu *non cognouerunt me*. Exiſtimo in his eos argui, qui erga alios nimis ſunt rigidi circa legis Dei obſeruantias clauſtrales; vel in vleiſcendis in iudicio delictis etiam leuiſſimis. Cui ſanè errori optimè id aptabis adagij, quod à Plinio lib. 18. cap. 6. affertur, vbi ait, *Temerarium videatur vnam vocem antiquorum poſuiſſe, & fortaſſis incredibile penitus exiſtiment: Nihil minus expedire quàm agrum optimè colere*, Et poſt aliqua, *Bene colere neceſſarium eſt, optimè, damnoſum.* Quid Plinium refero, cùm ab eodem nimio præſertim rigidorum Prælatorum commiſſi eis ſpiritalis agri cultu, alio quoſcumque arceat adagio Sapiens in lib. Eccleſiaſtes, dicens, [b] *Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias.* Seu vt ex verſione Sept. legit Hieronymus in Comment. ſuper Eccleſ. *Et ne quæras amplius.* Seu, vt legit Cyprianus lib. 3. Teſtimoniorũ ad Quirinum cap. 53. *Et noli argumentari pluſquàm oportet, ne obſtupeſcas*, id eſt, Ne pluſquàm oportet, neve rigidior ſis, inquirendis, & in captiosè, & cauillosè arguendis aliorum circa diuinam legem defectibus: alioquin ſcito, quòd obſtupeſces, ſicque ſtupidus fies, vt & Deum quoque neſcias: quæ hiſce conſona ſunt, (*Et mordicus tenentes legem neſcierunt me.*) Quales Scribæ erant, & Phariſæi, ſæpius hac de re à Chriſto Domino in Euangeliis reprehenſi, [c] quòd feſtucam ex fratris oculo educere ſatagerent, trabem habentes in oculo, per quam impedirentur, ne Deum viderent, ac ſcirent. Quòd ſanctos arguerent Apoſtolos, [d] quia non lauarent manus, cùm comederent panem, [e] quia vellerent ſpicas in Sabbato, & ſimilium, cùm ipſi vitâ, moribuſque Deum ſe neſcire profiterentur.

Plinius.

b Eccl. 7. 17.

c Matt. 7. 4.

d Matth. 15. 2.

e Matth. 12. 2.

19 *Qui erga alios nimis sũt rigidi ſolent eſſe imperfectiſſimi.*

Peregregie in præſentis ſententiæ: (*Et mordicùs tenentes legem me neſcierunt*,) explicationem iſtos ipſos nimis rigidos legis obſeruatores in aliis deſcribit, arguitque Dominus apud Iſaiam, Ac primùm quomodo legem mordicùs tenere profiteantur, dicens: [f] *Me de die in diem quærunt*, (non vnâ voce dumtaxat, ſed quotidie, vtinam & non quocumque momento, (*Et ſcire vias meas volunt*: (non quidem quas ipſi ambulent, ſed, qua ratione ab aliis terantur:) *quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit*, (quaſi ipſi ſanctiores eſſent, cùm reuera vt Deum neſcientes, ſeu, ac ſi me agnoſcerent, viuant & ſine virtute, & ſine vlla legis obſeruatione: cùm & in iis ipſis, quæ ſecundùm legem facere ſeſe oſtentant, hanc ſuam mei fateantur ignorationem. Vnde bene ſubdit.) *Rogant me iudicia iuſtitiæ appropinquare Deo volunt*, (vide ſi Deum neſciunt, contendere cum ipſo volunt, à quo omne bonum, & donum perfectum: proximè ad illum ſua accedere volunt falſa, peruerſaque virtute, quem ſi agnoſcerent, ſcirent vtique eſſe inacceſſibilem. Nec proteruiæ illum arguerẽt, atque inſcitiæ, *dicentes*) *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti?* Audi quomodo & improba vita eamdem ſuam conteſtarentur Dei ignorationem. *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno.* Ac ſi dicat: ſi in diebus ieiunio ſacratis; ſi, quando pro legis obſeruantia ieiuniis vos affligitis hæc nihilominus admittitis tam impia, quid aliis temporibus committitis?

f Iſai. 58. 2.

(*Et paſtores præuaricati ſunt in me.*) Si paſtorum appellatione, ſicut in prima literæ expoſitione diximus, Reges & in hac quoque expoſitione morali ſumendos quis velit tria quæ in hac ſunt ſententia moraliter expendentes verba, Circa primum, nomen videlicet ipſum Paſtoris, quod & ab Homero Regi tributum eſt Agamemnoni, Nota apud Xenophontem lib. 8. de Pædia Cyri ſcriptum quidem eſſe, *Similia eſſe opera boni paſtoris, & boni Regis. Nam & paſtorem decere id præſtare, vt pecora habeant feliciter: & iis vti, ſi qua modo pecudum eſt felicitas: & Regem idemidem decet vrbes, atque homines felices facere, & iis vti.* Reuera tamen non tam ſubditorum vſum bono cuique Regi, quàm eorumdem ſubditorum ſuorum felicitatem pro primario habendam obiecto, ita vt vſus ipſe per perſonarum, vel rerum ipſorum ſubditorum ad illorum ſemper directus ſit vel augendam, vel ſeruandam felicitatem. Paſtoris enim nomen ſtudium dicit non tam ad ſemet, quàm ad gregem: Studiumque laborioſiſſimum ſummæ ſedulitatis, ſummæque vigilantiæ, & ſummæ claritatis: Quæ ob oculos mentis habere præſertim fideles deberent Reges. *Regium namque eſt inſudare laboribus*, dixit Pomponius Lætus de Licinio, & Arrianus lib. 7. vitæ Alexandri Magni refert, illum hoc ad ſuos habuiſſe milites. *Plus vigilare, quàm vos me certò ſcio, vt ipſi quietos ſomnos capere poſſitis, Dux veſter, laborum, & periculorum ſocius.* Ei ſanè ſimile Ageſilai, quod in Apophteg. Laconicis affert Plutarchus. *Non mollitie, & delitiis, ſed tolerantiâ, & fortitudine, ceteris præſtare conuenit Principi, non aliter, atque canes nocturnam agentes cuſtodiam.* Sedulam, &, vt ita dicam, affectuoſam eam habere in gregem ſuum ſatagant charitatem, qua Deum referant nuncupatum paſtorem vnum. [g] Quod in ſuo Traiano celebrans Plinius iunior dicebat: *Velociſſimi ſideris more omnia inuiſere, omnia audire, & vndecumque inuocatum, ſtatim numen velut adeſſe, & aſſiſtere. Talia eſſe crediderim, quæ ipſe mundi parens temperat: te enim dedit qui erga hominum genus vice ſua fungereris: fungeris enim, ſufficiſque mandati: cùm tibi dies omnis ſumma cum vtilitate noſtra, cum tua laude condatur.* 20

Regibus quã congruat nomen Paſtoris.

Xenoph. *Paſtoris atq; Regis ſimilia opera.*

Reges nõ tam vſum ex ſubditis, quã eorumdem ſubditorum felicitatem pro primario habere debent obiecto.

Ex Paſtoris nomine Reges monentur, ipſorum maniis ſummam expoſcere vigiliam, maximoſque labores.

Pomponius. Arrianus.

Plutarch.

Reges charitate ſuâ in ſubditos Deũ referant dictum Paſtorẽ vnum.

g Ezech. 34. 23. Plin. Iun.

Hæc quoad primam vocem eius, quam modo exponimus, ſententiæ, quæ libentiùs Gentilium probaui dictis, vt ex hoc magis Chriſtiani ad ipſum paſtoris munus rectè proſequendum excitentur Reges. Quorum nihilominus pleriſque querela competit Domini, quâ hic dicitur, (*Paſtores præuaricati ſunt in me.* Præuaricatio id potiſſimam 21

Reges in Deũ præuaricari dicuntur, quando deficiunt in munere bono praeſtando ſubditis...

tissimùm eorum est, quòd ipsas bene pascendi à Deo eis traditas minimè seruant leges. Quam præuaricationem in se factam ait Dominus, tametsi in damnum ea vt plurimùm sit subditoru, quia & quæ ab eis patiuntur subditi, contra se ipsum facta reputat, cuius ij sunt grex maximè dilectus. Adde quòd & ob id Principes quique mali in Deum præuaricari dicuntur, quia diuinam eius nec ipsi custodiunt legem, nec curant, vt ea custodiatur à Subditis. Vel etiam quia in superbiam eleuati ab eodem Deo deficiunt. Cùm alioqui propterea [a] Deuteronomij 17. legamus mandatum vt Rex quam primùm in solio sederet, legem Dei scriptam à Sacerdotum accipiat manibus, & Ne in superbiam eleuetur cor eius. Quamquam in eo potissimùm Principes à Deo deficere dixerim, quòd illo, eiusque timore posthabito, ad idolum rebellasse factis profitentur, quod est interesse politicum, illius addicti legibus, qua Italicè dicimus, *raggion' di stato.*

Præuaricantur etiã in Deum quando nec custodiũt ipsi, nec curãt vt subditi custodiãt illius legem. Vel etiã quando in superbiam eleuantur

a Deut. 17.

Principes in eo potissimùm in Deum præuaricari dicuntur, quòd ad idolum interesse proprijs factis rebellasse ab illo protestantur.

Quod si per Ecclesiæ Pastores intelligendos velimus Ecclesiæ ipsius Prælatos, Episcoposque in primis, cùm & Christus Iesus, cuius vices Episcopi gerunt, & Pastor & Episcopus ab Apostolo appellatus sit, Petro dicente, [b] *Cóuersi estis ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum.* Manifestum est, quòd & ij hîc arguuntur, tacitéque innuuntur & damna, quæ per illos in Christi veniunt oues, & in Ecclesiam vniuersam. Iam in literæ expositione dictum est, præuaricandi verbum significare à recto discedere, & à præscripto sui officij declinare, necnon & deficere, ac rebellare ab aliquo. Et quidem in Pastoris metaphora persistentes, multipliciter illos à recto sui officij declinare contingit. Breuiter tamen ad vnum ea omnia reduci queunt delictum, non habendi curam, neque sollicitudinem gregis regendi, quo exinde potissimùm delinquunt Prælati, cùm minimè residentes, nec munus explent Episcopi, quod iuxta nominis significatum est vigilanter superintendere, quodque requirere oues appellat Dominus apud Ezechielem, de eo potissimùm cum de talibus querens Pastoribus, magnoque cũ affectu dicens, [c] *Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat inquam, qui requireret.* Et paulò post, *Neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & gregem meum non pascebant.* Cùm è vestigio Iesus, de semet dicat, [d] *Ego sum pastor bonus, & pasco oues meas, eatve cognosco, & cognoscunt me meæ.*

22

Episcopi dicti Pastores.

b 1. Pet. 2. 25

Residẽtia defectus est maxima Prælatorum præuaricatio.

c Ezec. 34. 6.

d Ioa. 10. 14.

22 Cæterùm si præuaricari pro deficere, & rebellare sumamus, admodum congruenter ait Dominus. (*Pastores præuaricati sunt in me,*) id est contra me rebellarunt. Siquidem duobus modis à Deo spirituales Prælati deficiunt, quibus & Pastores rebellare dicuntur à vero gregis Domino: Rebellãt enim vel quatenus sibimet gregis vsurpant lucra, & vsum fructum; vel, quòd multò est peius, quatenus nedum vsumfructum, sed & ipsum sibi vendicant dominium. Amborum istorum & Episcopos à Deo argui reperimus in præcitato Ezechielis loco, vbi ait, [e] *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis.* En primam rebellionem. Vis secundam? Audi: *Et cum austeritate imperabatis, & cum potentia,* vt veri scilicet domini.

Episcopi dupliciter à Christo deficiunt.

e Ezec. 34. 4.

24 A præuaricationibus hisce, siue delicti, siue defectionis in hunc modum cunctos deterret Prælatos Apostolus Petrus dicens. [f] *Pascite qui in vobis est gregem Dei, non coactè, sed spontaneè prouidentes.* (Græcè ἐπισκοποῦντες *Episcopuntes*, vnde nomen Episcopi) *secundum Deum.* En pastoris nomen illis tributum, simulque & delicti indicatam præuaricationem in Deum. Æquè enim est, ac si dicat, Pastores à Domino positi estis, cauete igitur, ne in illum præuaricemini, à præscripto officij vestri declinantes. At gregem ipsum Dei, qui vobis commissus est, debitâ pascite curâ, & sollicitudine, summâ vigilantes prudentiâ, idque non vt coactè, sed vt ministri spontanei, libenter, alacriterque, quæ vobis commissa sunt, exequentes, & secundùm Deum, id est rectâ semper intentione ad Deum directâ, vt ad verum vestrum, gregisque dominum. Tum secundam indicans quam vitare debeant præuaricationem primæ rebellionis ab ipso Domino, addit, *Neque turpis lucri gratiâ.* Ac si dicat, illud pariter cauete, ne lucrum, quod ex grege ipso in Deum illius dominum redundare deberet, ab illo deficientes vindicetis vobis ipsis. Adiiciens denique & præuaricationem tertiam rebellionis secundæ, ait, *Neque vt dominantes in cleris.* Ac si dicat, Insuper & id cauete, ne in fidelium vobis commissis gregibus, cleris & sortibus Christi Domini dominium vobis vsurpetis. Concludensque addit: *Sed forma* seu (vt alij codices habent) *forma facti gregis ex animo.* Ac si dicat. Præallatas deuitantes præuaricationes in Deum, tunc planè optima ratione vestrum pastoris explebitis munus, si verè absque fictione, & hypocrisi eidem gregi vitæ probitate formam, & quasi tot viua exhibeatis exemplaria. Vt videlicet eis competat, quod ait Iesus in Euangelio, [g] *Cum proprias oues emiserit ante eas vadit, & oues illum sequuntur.* Prout & de semet idem significasse visus est, cùm diceret. [h] *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.*

Prælati quã vitare debeant præuaricationes.

f 1. Pet. 5. 2.

g Ioan. 10. 4.

h Ioa. 10. 25.

Porrò damna Ecclesiæ, quæ in hisce, (*Et pastores præuaricati sunt in me continentur,*) in præcitato Euangelij capite tacta in iis habemus verbis, [i] *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.* Fusiùs autem eadem prosequitur Deus apud Ezechielem, ipsos alloquens pastores præuaricantes, & dicens. [k] *Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat non quæsistis. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.*

25

Per Prælatorum præuaricationẽ quæ damna contingant Ecclesiæ.

i Ioa. 10. 12.

k Ezec. 34. 4.

(*Et Prophetæ prophetauerunt in Baal,*) Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, [l] ait Iesus in Euangelio, quia vsque ad Ioannis Prædicationem viguit lex, & Prophetæ ad vetus pertinentes testamentũ. Non quòd in nouo testamento & in Ecclesia non fuerint aliqui Prophetæ, id enim falsum esse colligitur ex Apostolo, dicente. [m] *Posuit Deus in Ecclesia primò Apostolos, secundo, Prophetas,* Ioannem Euangelistam in Apocalypsis descriptione Prophetam extitisse nemo iure negabit, dicente eodem Ioanne, [n] *Beatus qui audit, & legit verba Prophetiæ huius.* Cæterùm sicut in veteri testamento (vt in expositione literæ probatum est) Prophetæ dicebantur, quotquot alterutrum ex duobus præcipuis Prophetarum muneribus exe-

26

Prophetæ fuerunt etiã in nouo Testamento.

l Luc. 7. 16.

m 1. Cor. 12. 28.

n Apoc. 1. 3.

exercuiſſent. Vel in deprecando Deum pro aliis, A ſicut in libro Geneſis de Abraham legimus, Deū
a Gen. 20. 7. dixiſſe Regi Abimelech. [a] *Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, quia Propheta eſt, & viues.* Vel in conſiliis, Deique reſponſis exhibendis, quomodo Samuel, cæterique Prophetarum.[b] Et Prophetare ij dicebantur, qui ſiue bene ſiue prauè ea exercebant munia. Licet cū eo diſcrimine, vt ſoli ij bene prophetarēt, verique eſſent Prophetæ, qui in veri Dei nomine illa præſtarent, qui verò malè prophetarent, tametſi & ipſi Prophetæ appellarentur, re tamen vera pſeudoprophetæ eſſent, munia illa neutiquā in Dei B nomine, ſed potiùs in nomine idolorum, vel ſaltem ex proprio marte audacter proſequentes.

Prophetarum qui boni, quiue mali.

27 Idipſum & in noui teſtamenti Eccleſia euenire crediderim, ideoque Prophetarum nomine illos hìc ſignificatos arbitror, qui apud populum fidelē in opinione ſunt ſanctitatis, & rectitudinis, quoſque propterea de Dei conſulit voluntate, & quorum precibus ipſe ſeſe ingiter commendat populus. Vtinam autem eorum plerique non eſſent potiùs pſeudoprophetæ, per hypocriſim falſam mentientes ſanctitatem. Hique ſunt, qui hìc arguuntur, cùm dicitur, (*Et Prophetæ prophetauerunt in Baal.*) Qui, quando quis C illos conſulit, in Baal Prophetare dicuntur, quatenus illud referunt reſponſum, quod eis conſulit, exhibetque Baal, quod idolum quoddam deſignat, & interpretatur dominans, ſeu Dominus, id eſt paſſio illa amoris, odij, æmulationis, ambitionis, &c. quam velut idolum colunt, cuius dominio ſubiecti ſunt, & cui denique vt idolo ſeruiunt. Idolis quippe ſeruientes tales appellat Apoſtolus, cùm ait, [b] *Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens.* Atque adeò etiam cùm petitas à ſe preces pro aliis D faciunt, non tam Deo, quàm ſuæ illi eas faciunt paſſioni, ſuoque illi prophetant Idolo Baal.

Prophetāt in Baal qui cōſulūt ſimplicibus ſecundum proprias paſſiones.

b 1. Cor. 5. 11.

28 (*Et Idola ſecuti ſunt,*) Seu, iuxta originalia Hebr. & Sept. (*Et poſt non proderunt,* ſeu *poſt inutilia ambulauerunt.*) Prædicti pſeudoprophetæ, falſóque ſancti reputati non ſolùm in eo maximè ſanctæ obſunt Eccleſiæ, & cuicumque Congregationi, quòd (vt explicatum eſt) prophetant in Baal. Sed & inſuper, multoque magis per peſſima, quæ ſimplicioribus exhibent vitiorum exempla, & vt idola ſequentes, quibus ſeruiunt,[c] E *errantes,* vt ait Paulus, *& ſeruientes deſideriis ac voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.*

Exēplis malis quàm obſint hypocritæ.

Vitiis indulgens ſequitur Idola.

c Tit. 3. 3.

Quæ & bene inutilia dicuntur, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli, [d] *Quem fructum habuiſtis in quibus nunc erubeſcitis?* Et appellantur etiam. (*Non proderunt,*) iuxta id, quod ab impiis dicitur in libro Sapientiæ. [e] *Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Explicat iſta omnia peregregiis metaphoris Oſeas Propheta, dicens, [f] *Ephraim paſcit ventum, & ſequi-* F *tur æſtum, tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat.* Ephraim cùm interpretetur frugifer, & deliciis excreſcens voluptuoſos prædictos ſignificat, qui bene cùm poſt præexpoſita vitiorum idola ambulant inutiliter & cum labore ingenti, dicuntur inſtar Paſtoris, qui paſcit, vaditque poſt oues, paſcere atque ire poſt ventum, & cùm æſtuantes ſuas ſequuntur paſſiones, illi aſſimilantur, qui ſummâ contentione æſtum ſequatur, vnde nil habeat præter quàm defatigationem, at-

Peccator quā inutiliter ambulet cum labore ingenti.

d Rom. 6. 21.

e Sap. 5. 8.

f Oſe. 12. 1.

A que ſudorem, ardentemque ſitim. Multiplicare autem dicuntur mendacium in ſanctitate, quam mentiuntur, & in falſis, quæ referunt Dei reſponſis, & peſſimis quæ exhibent conſiliis: Nec non & vaſtitatem in damnis quæ per ea cauſant fidelibus, quorum pluribus frequenter cauſant vaſtitatem & doſolationem animarum.

VVLGATÆ.

Verſ. 8.] Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt B Dominus? &c.

SEPTVAGINTA.

8. Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπαν, ποῦ ἐστι Κύριος. καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, οὐκ ἠπίσταντό με. καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβουν εἰς ἐμέ. καὶ οἱ προφῆται ἐπροφήτευον τῇ Βάαλ, καὶ ὀπίσω ἀνωφελοῦς ἐπορεύθησαν.

Verſ. 8.] Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt C Dominus? & tenentes legem, neſcierunt me: & Paſtores impiè egerunt in me: & Prophetæ prophetabant in Baal, & poſt inutile ambulauerunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Verſ. 8. *Sacerdotes non dixerunt: Timeamus à facie Domini: & Doctores legis non didicerunt ſcire timorem mei: & Reges rebellarunt in* 1 D *verbum meum: & Prophetæ falſi prophetauerunt in nomine idolorum, & poſt ea, quæ non proderunt eis ambulauerunt.*

Verſ. 8. *Sacerdotes non dixerunt,* &c.

Gregorius Nazianzenus in Apologetico pag. 110. *Deus Sacerdotes coarguens his ad Ieremiam verbis vtitur, (Sacerdotes non dixerunt vbi eſt Dominus? & qui legem meam complectebantur, neſciebant me: & Paſtores impiè agebant aduerſùm me.)* Vnde apparet Nazianzenum omnia hæc de Sacerdotibus accepiſſe.

Greg. Nazia. *Sacerdotum delictum.*

Hieronymus in Comment. *Poſt tanta beneficia verterunt in contemptum priuilegia dignitatis, vt* E *Sacerdotes Dominum non quærerent, vt doctores legis ignorarent eum, qui alios docere debebant: & Paſtores per negligentiam præuaricatores fierent: & Prophetæ, qui in populis diſputant, non Deo loquantur, ſed Idolo, & ſua figmenta venerentur. His autem verbis vtendū eſt,* (ait idem Hieronymus) *aduerſus noſtri ordinis magiſtros, qui deuorant plebem Dei velut cibum panis, & per mala opera non inuocant Dominum.*

Hieronym. *Sacerdotes, & Doctores praui arguūtur.*

Theodoritus in Comment. *Hoc omnium maximè profanum, eos,* qui dicunt, factos eſſe principes erroris, (*& tenentes,* &c.) *Hoc loco Scribas,* 2 F *& Doctores accuſat, vt qui legem quidem interpretentur, primi verò tranſgrediantur eam.* (Patres, &c.) *Sic Reges appellauit.* (Et *Prophetæ,* &c.) *Prophetas vocat eos, qui ſunt Pſeudoprophetæ, velut rurſum Deos, illos qui non ſunt Dij. Et abierunt poſt id, quod eſt inutile. Oſtendit ſtupiditatis exceſſum. Relicto quorumcumque bonorum ſuppeditatore, damnoſiùs idolis ſeruierunt.*

Theodorit. *Paſtorū nomine appellati Reges.*

Gregorius Papa prima parte Paſtoralis cap. 1. 3 tangit pertractatque ea, quæ hìc habentur, (*Et tenentes legem meam neſcierunt me.*) Quia verò quæ dicit

Greg. PP.

In Prælaturas se ingerẽtes & Deum ignorant, & à Deo ignorantur.

dicit faciunt in confirmationem eorum, quæ dixi in principio tractationis eorumdem verborum in secunda expositione, in hisce agi de iis, qui se ingerunt in cathedras, libenter ea refero. Ait igitur. *Sunt nonnulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt: transcendere cæteros concupiscunt: atque attestante veritate, primas salutationes in foro, primos recubitus in cœnis, primas in conuentionibus quærunt cathedras: qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare dignè tantò magis nequeunt, quantò ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud dicitur, & aliud docetur. Contra quos Dominus per Prophetam queritur, dicens,* [a] *Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Ex se autem, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati, sed suâ cupidine accensi culmen regiminis rapiunt potius, quam assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit, quia quos permittendo tolerat, profectò per iudicium reprobationis ignorat. Pastorum imperitia voce veritatis increpatur, cùm per Prophetam dicitur,* [b] *Ipsi Pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursus detestatur Dominus, dicens:* (Et *tenentes legem meam nescierunt me.*) Et *nesciri se ergo ab eis veritas queritur: & nescire se principatum nescientium se protestatur: quia profectò ij, qui ea, quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait,* [c] *Si quis autem ignorat, ignorabitur.*

a Ose. 8. 4.

b Isai. 56. 11.

c 1. Cor. 14. 38.

Idem Gregorius Papa lib. 3. Expositionis in lib. 1. Regum cap. 1. *De reprobis prædicatoribus Dominus dicit, Tenentes legem meam nescierunt me.*

Greg. Pap. 4 *Prædicatores praui arguuntur.*

Concilium Aquisgranense sub Ludouico Pio cap. 14. *Ad se quibusdam & post miracula venientibus Dominus dicit,* [d] *Recedite à me operarij iniquitatis, nescio qui estis vos, Pastorum imperitia voce veritatis increpatur, cùm per Prophetam dicitur,* (*& tenentes legem meam nescierunt me,*) *& nesciri se ergo ab eis veritas conqueritur, & nescire se principatum nescientium se protestatur: quia profectò hi, qui ea quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante qui ait,* [e] *Si quis autem ignorat ignorabitur.*

Sacerdotes, & Prælati qui Deũ, & quæ Dei sunt nesciunt ignorãtur à Deo.

d Luc. 13.

e 1. Cor. 14

Hincmarus lib. de Diuortio Lotharij Regis & Tedbergæ. (*Et tenentes legem nescierunt me,*) *Quoniam qui fide & operibus vitâ & moribus, vitâ & exemplo commissis non prædicant, licet nomine tenus colant, secundùm veritatem Dominum nesciunt.*

Hieron. *Prælati qui bonæ vitæ exemplo non prædicant, dicuntur Deum ignorare.*

D. Thomas in Comment. (*Sacerdotes,*) *quorum est ducere in Deum,* Tenentes, &c.) *Doctores,* (*Pastores,* &c.) *Principes, quorum est ab idololatria reuocare.* [f] *Ipsi Pastores ignorauerunt intelligentiam.*

D. Thom.

f Isai. 56. 11.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὓς μάλιστα ἔδει καὶ ἑτέρων εἶναι καθηγητάς. ὅρα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὰ κακά.

Τοῦ αὐτοῦ] τουτέστιν οἱ γραμματεῖς, οἱ διδάσκαλοι οὐκ ᾔδεισάν με. ἐνταῦθα τὸν βίον λέγει τὸν ἀκάθαρτον. εἰ γὰρ μηδὲν ἐκείνων ἦν. εἰ γὰρ μὴ ἐξήγαγον ἐξ Αἰγύπτου, ἱερεῖς ἦσαν, ἔδει τὸν νόμον φιλοσοφεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τιμηθέντες ἀρχῇ παρ' ἐμοῦ. [καὶ οἱ προφῆται.

Τοῦ αὐτοῦ] τοὺς ψευδοπροφήτας φησὶν ἐνταῦθα.

Τοῦ αὐτοῦ] οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπον περὶ τῶν τὰς λειτουργίας ἐκπληρούντων λέγει. [καὶ οἱ ἀντεχόμενοι] περὶ τοῦ ἀρχιερέως λέγει, ὃς καθηγεῖται τοῦ λαοῦ.

Vers. 8. Sacerdotes non dixerunt, &c.)

5 Chrysostom.

Chrysostomi.] *Quos maximè decebat* [a] *& aliorum esse magistros. Vide à capite mala.*

a *Prælatis & Doctoribus mala omnia.*

Eiusdem.] *Hoc est Scribæ, & Doctores nescierunt me: hîc vitam impuram dicit: si enim nihil ad illos spectaret, si non eduxissem de terra Aegypti, Sacerdotes erant, oportebat eos teneri legis studio.*

Idem.

Eiusdem.] (*Et Pastores,*) *Honore Principatus à me aucti,* (*& Prophetæ.*)

Idem.

Eiusdem.] *Pseudoprophetas hîc ait.*

Idem.

Eiusdem.] *Sacerdotes non sunt locuti. De his qui sacra ministeria obeunt loquitur,* (*& defendentes,*) *De principe Sacerdotum loquitur, qui præit populo.*

Idem.

Vers. 9.] Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus & cum filiis vestris disceptabo.

Vers. 10.] Transite ad Insulam Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte, si factum est huiuscemodi.

Vers. 11.] Si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SVBIIT iam pro ea, quæ in me est in vos benignitate, iudicium cum patribus vestris, eòque me demisi, vt in eo iudicio Rei coram ipsis quasi actoribus, & iudicibus gesserim personam, indeque eorum apparuit ingratitudo, innumeraque apparuêre & scelera. Propter quæ vt eorum, quorum & imitatores estis,

a Ver. 9. *Propterea adhuc iudicio contẽdam vobiscũ, ait Dominus & cum filiis vestris disceptabo.*

estis, maior vos capiat confusio, iterum nouum vobiscum, & cum posteris vestris inibo iudicium; Actoris tamen personam gerens, vos nimirum arguens, qui patrum vestrorum inhaeretis vestigiis, arguensque pariter & vestros, qui vos imitantur, imitabunturque in posterum filios, atque nepotes.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 PROVOCAVIT iam supra in vers. 4. Iudæos Dominus ad iudicium. Quia tamen cum ipsorum, quos alloquebatur, patribus potiùs quàm cum ipsis in iudicium ibi venisse visus est, cùm dixisset, *Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia*, &c.

Dei benignitas maxima in peccatores. Prouocat nunc iterum ad id iudicium ipsosmet præsentes, quin & eorum posteros. Ideo apponit particulam. (*Adhuc.*) Habetque vim maximam præcedens dictio. (*Propterea.*) Æquè enim est, ac si dicat. Quia imitatores estis patrum vestrorum in sceleribus, quæ iam enumeraui, iudicium cum illis subiens: Idcircò insuper etiam vobiscum inibo iudicium, ne vlla vobis sit reliqua excusatio; Imò addam & cum posteris vestris idipsum efficere. Quæ admodum congruenter ad amplificationem spectare videntur diuinæ eius benignitatis, ac bonitatis, & longanimitatis.

Dei iustitia in peccatores. **Io. Maldon.** Ex Paraphrasi tamen Chaldaica, quæ pro (*Iudicio contendam vobiscum*) habet, *Puniam vos,*) Ioannes Maldonatus in suis Comment. non tam benignitatis, quàm iustitiæ diuinæ hæc esse arbitratur verba, Ac si dicatur, Summo iure agam vobiscum, non misericordiâ, & cum posteris vestris. *Visitabo iniquitates vestras in filios vestros in tertiam, & quartam generationem, vt per Moysem Idololatris minatus sum.* Cui sensui fauet, quod & in Hebr. & in versione Sept. habetur, (*& cum filiis filiorum vestrorum.*)

2 *Iudicium subiens Deus cum peccatoribus aliquãdo induit personã Dei, aliquando personã Actoris.* Mihi videtur dicendum, non tam ad ostensionem diuinæ benignitatis, seu diuinæ iustitiæ, atque rigoris dicta hæc esse, quàm ad inducendam præsentibus confusionem maiorem: diuersaque ratione Deum subiisse iudicium in versu quinto, atque hoc loco cum eisdem Iudæis, & duplicem induisse personam Rei, atque Actoris. Enim verò primùm eò sese dimisit humilitatis, vt quasi Rei personam gerens illorum sese subiecerit iudicio, eos nedum vt actores, sed & vt iudices compellans, quod & locutionis contestatur forma, *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis?* seu, iuxta alias lectiones, ibi allatas, *negligentiæ*, aut *contumaciæ*? Ac si dixerit, Dicant illi, dicite & vos, qui præsentes adstatis; Exponite vt actores; damnate me, vt iudices; neque enim refugio sententiam vestram, si quid inueneritis cuius me arguatis. At verò nunc in hoc, quem præ manibus habemus vers. 9. mutatâ iam personâ, cùm in præcedentibus summam (vt visum est) ex habito iudicio intulerit illorum ingratitudinem, compluraque tum totius populi, tum singulorum ordinum eius scelera: propter scelera ipsa, quoque magis illos de prætacta conuincat ingratitudine prouocat iterum eos in nouum iudicium, vt Actor aduersùs ipsos. Ideo bene ait. (*Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, & cum filiis vestris disceptabo.* Ac si dicat, Propter ea, quæ iam in lucem prodière scelera Sacerdotum, Doctorum, Regum, & Prophetarum vestrorum, & propter antiquissimam vestram in me ingratitudinem,

A nouum instituo iudicium, quo vos, filiosque & posteros arguam vestros, quos vestris inhæsuros noui vestigiis aduersùs me, sicut & vos vestigiis inhæretis vestrorum parentum.

Vers. 10. PARAPHRASIS LITERÆ.

ENimuerò [a] *barbaris quibusque, quin & ferinis nationibus longè facti estis deteriores: quod ipsi fateri cogemini: Si quidem ad illas quidem, quæ etsi barbaræ sint, haud tamen à ciuili aliena sunt conuersatione, vt Græci sunt, atque Itali, tendere vobis, licebit, earumque regiones attentiùs peragrare, mo-* *a Vers. 10. Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer.*

B *resque perpendere: Ad illas verò, quas propter ipsarum feritatem adire non est animus, mittite, qui eas obseruent, attentâque consideratione perpendite, quæ ab illis obseruata acceperitis:* [b] *Num simile quid apud gentes alias, quale apud vos, num similia sceleribus vestris facta noueritis. Quod vel ex hoc vno manifestum est.* *b Et videte si factum est huiuscemodi.*

Vers. 10. EXPOSITIO LITERÆ.

TRansite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, &c. Incipiens iudicium istud nouum, Actorisque arripiens munus, seu 3

C potiùs eloquentissimum agens Oratorem (vt ita dicam) Philippicum, efficacissimâ ratione duo simul agit, & delictum eorum exponit, & eiusdem ita illos reddit conuictos, vt os eis claudat. Delictum est, quòd sibi vnico, veroque Deo falsos prætulerint Deos, ipsumque eis maximè gloriosum in inania, & inutilia idola mutarint: Ratio conuincens sita in eo est, quòd nec à barbaris quibusque gentibus simile quid factum vnquam accipient, vt Deos mutauerint, quos à suis accepère maioribus. Habent singula verba vim maximam, perpendamus itaque illa singillatim.

D Ac primùm nota, in textu Hebraico ante verbum. (*Transite,*) esse dictionem כי *chi*, quam etiam Sept. posuère vertentes eam, διότι, id est, (*Ideirco*) seu, (*Quia.*) Nos ita dicamus; Agam vobiscum, & cum posteris vestris in iudicio vt actor: (exordiensque actionis orationem.) *Quare transite ad insulas Cethim.*

Nota secundò, insularum vocabulum איי *iie*, & in singulari אי *ai*, in sacris literis vsurpari solitum, non solùm ad terras illas significandas, quæ vndique & ex partibus omnibus à mari am- *Insularum nomen in sacris literis tribuitur etiam ciuitatibus mediterraneis.*

E biuntur: sed & ad prouincias quoque eas designãdas, & ciuitates, quæ sunt mediterraneæ, longéque à mari remotas, vt manifestè Hebræorũ Doctores; & aliqui etiam ex nostris ex eo colligunt Isaiæ, vbi cùm sermo sit de Ierusalem dicitur, [c] *Et dicet habitator insulæ huius in die illa.* *c Isai. 20. 6.*

4 *Cethim quid significet.* Nota tertiò, haud quidem constare, quam peculiariter prouinciam, quosue propriè populos significare hic Dominus velit nomine *Cethim*: cùm diuersis, longeque inter se distantibus id tributum in sacris reperiatur libris; nam & Itali sic appellati reperiuntur lib. Numer. in vaticinio

F Balaam. [d] *Venient in trieribus de Italia.* (Hebr. Cithim) *superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum ipsi peribunt*: Et Romani lib. Danielis. *Et* [e] *venient super eum trieres, & Romani.* (Hebr. Cithym) *& percutientur*: & Græcia lib. 1. Machab. *Postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia egressus de terra Cethim.* Sic Macedonia Græciæ prouincia nuncupatur ibi, sicut & eodem libro inferiùs [f] Philippus, & Perses postremi Reges Macedoniæ Cethæorum vocantur Reges. Quamquam propriùs, vt asserit Hiero- *d Num. 24. 24.* *e Dan. 11. 38.* *f 1. Machab. 8. 5.*

Hieronym. Iosephus.

Hieronymus hic in suis Comment. & ante illum Iosephus Hebr. lib. 1. antiquit. c. 11. idem nomen insulæ competit Cypri ab insigni sic dicta eius Ciuitate Cithium nuncupata, e qua insignis & prodit Philosophus Zeno Stoicorum princeps. Vnde Iosephus vbi supra, asserit, à Cypro apud Hebræos insulas vniuersas, maritimaque loca appellari Cethim; Additque Hieronymus eodem nomine ab iisdem nuncupari regiones omnes Occidentales, è quibus videlicet in trieribus, & per mare in terram deueniretur Iudææ, quæ in continente esset. Vt hoc loco exemplo à gẽtibus, seu regionibus tum Occidentalibus, tum Orientalibus designatis per nomen Cedar, desumpto arguantur Iudæi, & conuincantur.

5 *Cedar quid significet.*

Cæterùm cùm per Cedar, Cedarenorum significetur Regio, quæ est in solitudine Arabiæ, a Cedar Ismaelis filio sic nuncupata, quã Agareni, & Arabes incolerent homines truces, latrociniisque dediti, & ideo ferè in turpissimis degentes tabernaculis, de quibus in Canticis Canticorũ sponsa,[a] *Nigra sum sicut tabernacula Cedar*, adeoque ad ferissimos designandos populos alias vsurpati reperiantur, vt in Psalmo,[b] *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.* Ideo crediderim, Deum hic voluisse quidem Iudæos exemplo cõuincere gentium, quæ apud illos barbaræ censerentur; at in hoc, oratione vsum, quæ semper excresceret: atque adeo nomine *Cethim* eas primùm significasse vniuersas, quæ etsi barbaræ, ciuiles tamen essent moribus, adeo vt adiri possent; quales certè & Græcos, & Italos, Romanosque in primis extitisse patet: nomine verò *Cedar* illas designasse, quæ cum barbariæ cultus, & feritatem haberent annexam, in solitudinibus errantes, adeòque & ferinas potiùs, seu feras dicendas, quàm homines, quos liceret adire, vt per auxesim & verba hic adhibita sint & nomina.

a Cant. 1. 5.

b Psal. 119. 5.

6 Enimuerò primum dicitur, (*Transite ad insulas Cethim & videte.*) Ac si dicatur, Innumeræ sunt in vniuerso terrarum Orbe regiones & gẽtes quoad religionis cultum barbaræ, quarũ quædam moribus quidem sunt ciuiles, quædam verò inciuiles, & feræ: Ad illas, quæ ciuiles sunt vosmet trãsite, oculisque propriis obseruate. Quòd si ad alias, quæ insociabiles ob feritatem sunt, & ob solitudinum asperitatem tendere non audetis, (*Mittite in Cedar, & considerate diligẽter:*) id est per alios fieri poteritis certiores, & diligenter, attentaque perpendite attentione, quæ ab iis, quos miseritis accipietis. *Et videte, si factum est huiuscemodi*, seu, vt legunt Sept. *Si facta sunt talia*, id est ex iis, quæ de quibuscumque prædictorum populorum acceperitis, seu propriis obseruaueritis oculis: id in primis est, quod mente intueamini, an apud illos vel barbaros, vel bestiales tale vnquam factum sit, qualia à vobis patrantur. In textu Hebraico versus iste sic habetur ad verbum. (*Quare*, seu *Siquidẽ transite insulas Citaim, & videte: & Cedar mittite & intelligere facite*, (sc. vos ipsos) *vehementer: & videte, si fuit sicut istud.* In qua lectione aliquid proprij habere videtur ea locutionis phrasis, (*transite insulas Citaim*,) vt significet, nedum transite, & tendite ad insulas, &c. vt intellexit noster Interpres; sed maiori cum vi, Tendite ad insulas, &c. seduloque vndequaque illas peragrate, vt proprio videatis intuitu. Si fundamentum in re haberet, nõ displiceret mihi, quod super hunc locum ait magnæ auctoritatis apud Hebræos Rabbi Dauid, duas istas potissimùm hoc loco nominatas fuisse

Cur hæ duæ potissimũ hic nominatæ sint gentes, Cethim, & Cedar secundũm R. Dauid.

A gentes, quoniam Cedarei colebãt ignem, Cethæi aquam. Neutram tamen suos mutasse Deos, tametsi experientiâ haberent exploratissimum, & ignem ab aqua extingui, & aquam ab igne consumi.

Vers. 11. PARAPHRASIS LITERÆ.

Anè[c] enim gentes alias vniuersas videre est tenacissimas cultus Deorum suorum, ita vt nulla ratione ab illo amoueri se siuerint ad vnius veri Dei cultum, cùm tamen eorum Dij omnis expertes essent B *deitatis.*[d] *Et nihilominus vos, quos peculiari dilectione in meum elegi populum, quosue idcirco immutabiliter mihi conglutinatos perseuerare oportuisset mei cultũ qui summam vobis redundabat in gloriam etiam apud exteras gentes, meque ipsum quo adeo gloriabamini, vt ipsam censeretis, & prædicaretis gloriam vestram, & cuius ope nedum in cultu, sed & in præclaris gestis gloriosissimi reddebamini per vniuersum terrarum orbem,*[e] *Mutastis, & Mutastis in fœdissimum falsorum Deorum cultum, in idolum, vnde erubescentiam contraxistis, & abominationem; mutastis me, cuius auxilio eò prouecti eratis gloria, vt ferè omnipotentes videremini, & mutastis in inane quid, & planè inutile, cuius ope* C *nil iuuari potestis.*

c Vers. 11. Si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij.

d Populus verò meus mutauit gloriam suam.

e In Idolum.

Vers. 11. EXPOSITIO LITERÆ.

7 *I mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij.*) Nec in Hebr. nec apud Sept. est dictio (*Certè.*) In versione Sept. est in plurali. (*Si mutauerunt gentes Deos suos.*) Hoc est illud (*istud*) in quo vno omnia continentur scelera, de quo dixerat. (*Si factum est istud,*) seu ex Hebr. (*Si fuit sicut istud,*) ideoque bene in plurali a Sept. sic redditũ, (*Si facta sunt talia.*) Mutatio religionis, quod est maximum omniũ piaculum, à quo ad Iudæorum confusionem abhor- D ruere semper gentes vniuersæ, vel barbaræ, vel ferocissimæ. Porrò quod dicitur, (*Si mutauit gẽs Deos suos:*) haud crediderim simpliciter intelligendum de quacũque Deorum mutatione; mutasse enim pleraſque Deorum religionem saltem addendo cultum aliorum Deorum, vel ipsi, qui religiosiores visi sunt Romani contestãtur, de quibus præclarè à Leone Papa serm. 1. in Natali Apost. Petri, & Pauli. *Hæc autem ciuitas*, sc. Roma *ignorans suæ prouectionis auctorem, cùm penè omnibus dominaretur* E *gentibus, omnium gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* At vt argumentũ habeat vim, intelligi debere de mutatione iuncta cum contemptu, & abiectione pristini Dei cuiuspiam cultus; Vel de mutatione cultus falsorum Deorum in cultum veri Dei; id enim indicat, quod additũ est,) *Et certè ipsi non sunt Dij,*) sicque optimè infertur. (*Populus autem meus mutauit gloriam suã in idolum.*) Estque argumentum à comparatione, & à minori ad maius, Ac si dicatur, Gentes barbaræ nullatenus admisère vnquam mutationem cultus F falsorum Deorum in cultum veri Dei, multò certè magis populus meus tenacior esse debuisset cultus Dei sui, & ille ignominiosissimè mutauit me verum Deum in Idolum. Vim autem maximam habent singula verba illationis huius.

Religionis mutatio scelus omnium maximum.

Leo Papa.

(*Populus autem meus mutauit gloriam suam in idolum.* Dicens quippe (*populus meus*) primùm indicat rationem, ob quam à tali debuissent abhorrère mutatione, quia ipse Deus verus illos in populũ sibi elegisset peculiarem, prout & supra contestatus est, dicens.[f] *Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum* 8

f Iere. 2. 3.

a Deut. 32. 8. *frugum eius*: quando [a] *Conſtituit terminos populorum* A *iuxta numerum filiorum Dei, Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis ſius.* Augetque inconuenientiæ argumentum ratio ſecunda, tacta in eo, quod haud ſimpliciter dicitur, (*Mutauit Dauid ſuum.*) Sed efficaciùs, *Mutauit gloriam ſuam.* Quod triplicem habere poteſt ſenſum.

Cultus veri Dei dictus gloria noſtra. Primum, vt gloriæ vocabulo ea intelligatur gloria, quæ ex cultu veri Dei illi prouenieba t populo, prout eam ſumpſit Paraphraſis Chaldaica, dicens, *Et populus meus deſeruit cultum meũ, propter quem ego induco ſuper eos gloriam.* Et quidẽ ſummam gloriam Iudaicum illum populum ex tali B contraxiſſe cultu conſtat, ex eo, quod de Alexandro Magno venerante Summum Sacerdotem ſibi obuiam factum in indumentis Sacerdotalibus, & Ioſephus. adorante in templo Dei refert Ioſephus lib. 11. Antiquit. c. 8. quodque legimus in lib. 2. Machab. b 2. Mach. 3. 1. *Igitur* [b] *cùm ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiã adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat, vt & Reges, & Principes locum ſummo honore dignũ ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent.*

9

Deus gloria noſtra. Secundo, vt eodem gloriæ nomine Deus ipſe deſignetur, quo verè is gloriari poterat populus, C c Pſal. 3. 4. iuxta illud Pſalmi, [c] *Tu es gloria mea, & exaltãs ca-* d Pſ. 105. 20. *put meum,* & illud, [d] *Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* In cuius rei ſignum Summus Sacerdos, qui totum illum repræſentabat populum, eiuſdem Dei glorioſum e Eccleſ. 45. 14. ſuper frontem deferebat nomen, [e] quod idcirco gloriam honoris appellauit auctor libri Eccleſiaſtici.

Deus dictus gloria noſtra, quatenus ope ſua efficit nos glorioſos. Tertio, vt idem Deus quidem ſignificetur, at non quatenus eo populus Iudaicus gloriabatur, ſed quatenus ille ſuã virtute, & ope eumdem populum reddebat glorioſum, ne dum in cultu, ve- D rùm etiam in præclaris geſtis, eo ſenſu, quo Moy- f Deut. 33. 29. ſes ea protulit verba, [f] *Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui? Popule, qui ſaluaris in Domino: ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ,* id eſt, qui ſ. Dominus eſt ſcutum te protegens, & gladius glorioſum te reddens, ſeu per quem maxima tibi conciliatur gloria, Ac ſi gloriæ vocabulo ſignificetur non tam Deus ſimpliciter, quàm Deus opem ferens, & ro- g Pſal. 61. 7. bur ingerens, quomodo in Pſalmo 61. dicitur. [g] *Quoniam ipſe Deus meus, & Saluator meus, adiutor meus non emigrabo. In Deo ſalutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei.*

Petr. Galat. *Religionem mutans Chriſtianus, quãtum in ſe eſt, priuat Deum gloriã ſuã.* Denique Petrus Galatinus lib. 1. de Arcanis Cath. veritatis cap. 8. pàg. 30. notat, ab Hebræorum Doctoribus dici, pro eo quod nunc in textu Hebraico, ſicut & in noſtra vulg. legitur. (*Et populus meus mutauit gloriam ſuam,* כבודו *chebodo,* antiquitùs ſcriptum fuiſſe כבודי *chebodi,* id eſt, (*gloriam meam.*) Quod ſi ita eſſet, non incongruus eorum eſſet ſenſus, efficacemque aliam per ea tangeret Deus rationem, qua Iudaicus argueretur populus, quòd Deum ipſum mutans, quãtum in ſe fuit, eumdem ſuã priuauit gloriã, quã videlicet pro ſua erga eum populum dilectione, in eo gloriabatur, eo ſenſu, quo ipſemet apud Iſaiam h Iſai. 49. 3. ait. [h] *Seruus meus es tu Iſrael, quia,* id eſt, certè profectò, *in te gloriabor.*

10 *In Idolum.* Hebr. בליא יועיל *belo ionghil,* id eſt, (*in non proderit.*) Reg. (*In id, quod nõ proderit.*) Vatablus, (*In eo, qui non prodeſt.*) Sept. ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται, id eſt, (*Ex qua nihil iuuabuntur*) ſic verſio Vaticana: Complutenſis verò, & Regia (*de qua non proderit eis*) referentes relatiuum ad ſubſtantiuũ, quod repetitum ſubintellexiſſe videntur, ac ſi dicere-

A tur, Mutauerunt gloriam ſuam in gloriã, ex qua nihil iuuabuntur, ſeu de qua non proderit eis ſcilicet quicquã. Eſtque in extremo iſto verbo maxima allatæ argumentationis vis, ingenſque præ- *Idololatria quàm magnũ malum.* tractarum rationum amplificatio. Primò enim iuxta primam gloriæ acceptionem, Æquè eſt ac ſi Deus dicat. Mutauerunt glorioſiſſimum mei cultum, quodque eſt peius, illum mutauerunt in fœdiſſimum cultum idoli, vt ſit ſimile ei, quod dicitur in Pſalmo. [i] *Immolauerunt Dæmoniis, & non* i Deut. 32. 17. *Deo, Diis, quos ignorabant.* [k] *Et immolauerunt filios* k Pſ. 105. 37. *ſuos, & filias ſuas Dæmoniis, & effuderunt ſanguinẽ in-* B *nocentem,* &c. *Et infra eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt terra in operibus,* id eſt, *ſacrificiis eorũ, & fornicati ſunt,* recedentes, ſc. à cultu veri Dei, *in adinuentionibus ſuis,* & cultibus, quos ſibi inuenêre. Secundo: Si me, in quo gloriabantur, in aliquid mutaſſent, quo aliquã gloriari poſſent ratione, minùs forſitan erraſſet, At intolerabile id certè eſt, quod in idolum mutarunt, quo erubeſcere debeãt: vt hoc ſit ei ſimile, quod à Paulo dicitur, [l] l Rom. 1. 23. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* Tertio. Mutaſſent ſaltem me, cuius ope, robore, & auxiliis maximam apud gentes vniuerſas adepti ſunt gloriã, in gloriam aliquam, eis vtilem, ſeu in aliquid, aut aliquem, cuius ope quid clari aſſequi poſſent. (Mutarunt in id, quod nullã eis prodeſſe poteſt ope: in ſibi imaginata gloria, ex qua nihil iuuari queunt, In idolũ planè inutile, iuxta illud Iſaiæ: [m] m Iſai. 46. 7. *Sed & cùm clamauerint ad illud non audiet: & de tribulatione non ſaluabit eos. Mementote illud & confundamini.*

Verſ. 9.] Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, &c.

Verſ. 10.] Tranſite ad inſulas Cethim, & videte, & in Cedar, &c.

Verſ. 11.] Si mutauit gens Deos ſuos, & certè ipſi, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

E PRopterea, &c. Duplici ratione interpretari 11 hæc poſſumus. Primùm de iudicio, quod in præſenti vita in interno peccatoris cõſcientiæ Deus agere conſueuit. Quamuis enim *Peccatorẽ allicit ad ſe Deus excitãs illum ad conſiderationem diuinæ benignitatis erga ipſum.* benigniùs ſæpè cum illo ſeſe gerens iudiciũ cum eo ſubeat, quaſi Rei ſuſtinens perſonam, quando interna inſpiratione illum excitat ad conſiderationem diuinæ bonitatis ipſius, aduerſus quã nihil habet, quod opponat, iuxta illud, [n] *Reduc me* n Iſai. 43. 26. *in memoriam, & iudicemur ſimul,* id eſt. Conſideratione bonitatis, & benignitatis meæ, qua & donis te cumulaui ingentibus, & patienter tua per- F tuli ſcelera, tua me verſa in memoria, ſimulque tunc quietum ineamus iudiciũ: *Narra ſi quid habes vt iuſtificeris:* Si quid tibi eſt, in quo me arguere queas, en me tibi adſtantem vt Rei gerentẽ perſonam, expone quicquid illud eſt, ediſſere, ſi quid inueneris in me delicti, prout ſupra in verſ. 5. *Peccatorẽ excitat Deus ad conſiderationem diuinorũ iudiciorũ, vt vel viã timoris illũ ad ſe alliciat.* *Quid inuenerunt in me patres veſtri,* &c.

Alia nihilominus ratione, quæ timoris eſt, iudicio cum eodem peccatore in interno item eius conſcientiæ diſceptat frequenter, quaſi Actoris ſuſtinens perſonam, quando illum poſt irritam

diuinæ bonitatis considerationem, ad id promouet, vt ipsum mẽte intueatur, vt sibi indignatum, grauiaque in eum intentantem flagella. Tunc quippe talibus summo cum pauore eum se affantem audire videbitur, Quia mea hucusque abusus es benignitate. Propterea adhuc alio pacto, vt durus exactor tecum inibo rationem. At sicut tu mecum hucusque contentiose egisti, Ita & ipse pariter tecum acriter contendam, Quin & cum tuis disceptabo liberis, subtiliter tua examinans opera, quæ instar filiorum protulisti, cùm pareres iniquitatem, *Transi*, &c.

Æquum est autem, vt & nos exactiùs acerrimam istam Dei perpendamus contentionem. Contentionem hanc iure appellarim rationem, vt pote ei oppositam peccatoris contentioni, cui id congruit Moysis.[a] *Scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam.*

a Deut. 31. 27.

Vers. 10.

12

Peccator Christianus arguitur à Deo per comparationẽ ad infideles.

b Matt. 5. 20.

Religiosus malus cõfunditur ex comparatione ad homines sæculi.

(*Transite ad insulas Cethim.*) In Euangelio[b] ait aliquando Dominus, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in Regnum cælorum*, eos nimirum damnans fideles, qui in iustitia, atque virtute superiores iis non essent, qui arctiorem diuinæ & antiquæ legis profitebantur custodiam; At modò, quò maiores de obstinato peccatore sumat pœnas, quoue vehementiori eumdem suffundat confusione, illos ei opponit, qui nedum diuinæ legis essent ignari, sed & omnis ferè expertes essent humanitatis, religionis cultu barbaros, & moribus inhumanos. Vt exinde eidem constet, quod alibi in Euangelio dicitur,[c] *Quia filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt*: cùm Cedareni, & filij huius sæculi, genitique in ignorãtiæ, infidelitatis, & iniquitatis tenebris, in tenebris ipsis suis prudentiùs sese gerant, quàm ij, qui in luce geniti essent cognitionis veri Dei, & iustitiæ illius. Ideo namque quò & ex hoc magis arguantur, quòd filij meruère esse lucis, toties eis istius lucis iterat vsum, attentam ab illis extorquens considerationem, dicens, (*Transite*,) mentis nimirum incessu, (*& videte*) sedulâ intentione, (*Et mittite*) quascumque in vobis habetis potentias, siue auditiuas, siue abstractiuas, siue intuitiuas, atque percipientes (*considerate vehementer.*)

c Luc. 16. 8.

13

Mũdani quomodo dicãtur prudentiores plerisque spiritualibus.

Cæterùm id, in quo prudentiores esse probantur filij huius sæculi, & tenebrarum est, quòd totos tenacissimè se suis deditos seruant Diis, nulla ratione à studio se auertere sinentes carũ sæculi rerum, quas instar Deorum sibi colendas sumpsêre, nullis propterea parentes laboribus, ita vt quidam illorum aliquando dixerint,[d] *Lassati sumus in via iniquitatis.* Cùm è vestigio peccator, qui alioqui filius erat lucis, atque adeo vt filius lucis ambulare debuisset, per auersionem à verbo iustitiæ Sole, & per conuersionem ad iniquitatem, mutauit gloriam suam in idolum. Licet enim fidem, cultumque veri Dei actu minimè dimiserit, mutans religionem, quod & à plerisque etiã fieri quotidie ingemiscimus; eam nihilominus suam mutauit gloriam, quæ in probitate vitæ sita erat, in iustitia, & sãctitate, de qua Apostolus dicebat,[e] *Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ nostræ*, clariusque auctor libri Ecclesiast.[f] *Timor Domini* (qui certè ipsa est iustitia, & virtus) *gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Quid enim homini gloriosius ipsâ est virtute, & vitæ innocentiâ, per quam veluti coronâ redimitus regiâ summa cum exultatione rebus omnibus mundi huius, sibique in primis dominatur?

d Sap. 5. 7.

Peccator fidelis quomodo dicatur mutare gloriam suam.

Virtutis studium & vitæ probitas est gloria Christiani.

e 2. Cor. 1. 12.

f Eccl. 1. 11.

Virtus coronat hominem in regem.

A Quod præclarè regius expressit Psaltes, hanc ipsam tam excelsam admirans, & celebrans hominis gloriam, cùm diceret,[g] *Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum?* Quasi Rex videlicet alium visitans Regem. *Minuisti* enim eum *paulò minus ab Angelis: gloriâ, & honore*, iustitiâ nimirum olim originali, & vitæ postmodum innocentiâ, ac probitate, *coronasti eum*, vnde postea eumdem veluti Regem tali redimitum gloriâ, ac diademate *constituisti super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersos, insuper & pecora campi, volucres cæli*, &c. Hanc gloriam, Regiumque honorem mutatum à peccatore in idolum idem alias deplorat Dauid, cùm ait,[h] *Homo cùm in honore esset*, quando nimirum erat filius lucis, *non intellexit*, ambulans in luce; nulla etenim tanti honoris regij, tantæue gloriæ suæ habitâ ratione, factus omnino animalis, atque adeo non percipiens, vt inquit Paulus,[i] quæ Dei sunt, *comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*: dum eorum maiorem rationem habet, quàm virtutis. 14

g Psal. 8. 6.

B

h Psal. 48. 13.

Peccator quomodo virtutis gloriam propriam mutet in idolum.

i 1. Cor. 2. 14.

Præclarè autem hanc adeo execrabilem peccatoris mutationem exprimit hoc loco Dominus, inquiens, (*Populus meus mutauit gloriam suam in idolum*,) duo præter ea, quæ superiùs à nobis notata sunt subindicans, eidemque exprobrãs peccatori. 15

C

Primum, quòd qui priùs gloriabatur in vno Dei timore, virtutisque studio, postmodum, quasi idolo sibi fabrefacto ex rebus sæculi huius, & ex carne ipsa sua, gloriatur in malefactis, & iuxta Pauli dictum,[k] gloria eius, qua in sua gloriatur carne, in confusione est ipsius.

Peccator facit sibi idolũ ex carne sua, & ex sæculi rebus.

k Phil. 3. 19.

Secundum: quòd qui priùs in vera, ac solida gloriabatur Christiani vita, & in exercitio virtutum Christi, glorificans, & portans Deum in corpore suo, Christum indutus, eumdemque in omnibus suis referens actibus: iam in idolo duntaxat, & simulachro gloriatur Christiani, ita vt quod de inanibus gentium simulachris dicitur in Psalmo,[l] *Os habent, & non loquentur, oculos habẽt, & non videbunt, Aures habent & non audiẽt*, &c. Ita & ipse in vna glorietur externa Christiani effigie, vnoque Christiani nomine, per hypocrisim quasi quoddam inanime Christi referẽs simulachrum, quod tamen etsi Christi, ac Christiani repræsentet os, oculos, aures, nares, manus, pedesque, ac totum denique corpus, nullatenus tamen instar Christi, atque vt verus Christianus vel loquatur, vel videat, vel audiat, vel operetur, vel ambulet. Vnde bene, iuxta aliam lectionem in prima literæ expositione relatam, Idolum istud, sub alio expresso est vocabulo. (*Quod non proderit*,) seu (*ex qua nihil iuuabuntur.* Ex hac quippe hypocrisi, inanique Christiani effigie nil in peccatorem redundat commodi, quin potiùs plurimùm eidem prouenit detrimenti, atque confusionis.

D

Peccator idolo duntaxat, & simulachro externo Christiani gloriatur.

l Psal. 113. 13.

Hypocrita refert in se inanime quoddã Christi, & Christiani simulachrum.

E

Ex hypocrysi nil prouenit commodi.

Aptissimus insuper est locus iste ad inuehendum contra hæreticos nostri præsertim tẽporis, per contentionem ad Turcas, ad Saracenos, atque ad Tartaros, barbaras quidem gentes, truces, omnisque scientiæ expertes, ita tamen veterum suorum religionis, tametsi fœdissimæ, atque falsissimæ tenaces, vt morti potiùs vel in periculosissimis prœliis sese exponant, quàm vel tantillũ cultus mutare velint auiti. Cùm nihilominus Christianorum in vera, & Orthodoxa Maiorum suorum fide genitorum tot videamus myriades, qui in sectas Lutheri, Caluini, Zuinglij, aliorumque hæreticorum, quorum quemque veluti 16

F

Hæretici peioris cõditionis quã Turcæ, & Tartari, in eo quod veram Catholicæ religionis mutarunt fidem.

diuinum

diuinum venerantur idolum, Romanam mutarunt Eccleſiam, [a] firmamentum veritatis appellatam ab Apoſtolo, gloriam certè alioquin illorum, ſicut & Maiorum eorum, & fidelium vniuerſorum, cui videlicet id congruit Pſalmi, [b] *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei*, Sedes Apoſtolorum, de quibus alio in Pſalmo dicitur, *Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.* Cuius ſanè glorioſi principatus æmuli ſunt quotquot variarum hæreſum diſſeminatione ignominioſiſſimam eius procurat mutationem.

a 1. Timot. 3. 15.
b Pſal. 86. 3.

Religionis mutatio principatui cuiq; maximè perniciosa.
August.

Experientiâ enim compertum eſt, religionis mutationem principatui cuique multoque magis Eccleſiaſtico eſſe pernicioſiſſimam. Vnde factum eſt, fitque quotidie in regionibus pleriſque Chriſtianorum, quod Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 32. ait, *Quod ſicut Dæmones niſi eos quos fallendo deceperint, poſſidere non poſſunt, ſic & homines principes non ſanè iuſti, ſed Dæmonum ſimiles ea quæ vana eſſe nouerint religionis nomine tamquam vera populis ſuadeant, hoc modo eos ciuili ſocietati velut arctius alligantes, quo ſimiliter ſubditos poſſideant.*

17
In die iudicij quàm diuerſimodè cum peccatore ſe geret Chriſtus, ac ſe gerit modò.

Præter hanc primam exponendi rationem, poſſunt inſuper ea, quæ hic dicuntur ſecundo modo explicari, vt dicta à Chriſto in die iudicij; Is namque, qui, dum in hac vita degimus, totus eſt miſericordia, adeoque & pro immenſa, qua præditus eſt benignitate, nobiſcum iudicium ſubiens, & Rei quodammodo perſonam ſuſtinere aliquando non dedignatur, vt vel hac ratione conuictos nos reddat, ſicut ex præcedentibus patet: In die iudicij, quando *induet*, vt dicitur in lib. Sapien. [c] *pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum*, id eſt, infallibile, ac ineuitabile, ne dum iudicis, ſed & actoris contra peccatores aget perſonam, ita vt illis omnino os obſtruatur, quo ſe tueri queant. Neque enim ex benefactis infidelium aliquorum illos arguet, prout ipſemet ſignificat in Euangelio, vbi ait, [d] *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ, audire Sapientiam Salomonis. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationē Ionæ.* Verùm & ex ipſis eos conuincet barbararum gentium, ferinarumque nationum geſtis, vel etiam non bonis, dicens, (*Tranſite ad Inſulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite*, &c.) mandans, vt ipſimet attentiùs gentium illarum conſiderent vel in cultu falſorum Deorum ſuorum obfirmationem tenaciſſimam, vel indefeſſos in prauis ipſorum ſtudiis labores.

c Sap. 5. 19.
d Luc. 11. 31.
In die iudicij arguentur Chriſtiani peccatores cōparati cū infidelibus, & barbaris gentibus.

Bene autem adiiciet Iudex ille terribilis, (*Et populus meus mutauit gloriam ſuam in Idolum,*) exinde potiſſimùm illos damnans, quòd ipſo abiecto, quando virtutis abiecēre ſtudium, vnde glorioſi reddebantur in fortiſſimis aduersùs ſpiritalia nequitiæ geſtis, atque præliis, in iis ſuam omnem collocarunt gloriam, atque ſpem, ex quibus quaſi quoddam ſibi fabricarunt Idolum ligneum, vel fœno, ſtipuliſque refertum, quod in ignem gehennę proiectum ipſos ſuos in æternum comburat ductores. Tunc quippe *vnius cuiuſque opus*, teſte Apoſtolo, [e] *manifeſtum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.*

In die iudicij peccator igni damnabitur, vt idolum ligneum, aut fœno, ſtipuliſque refertū.
e 1. Cor. 3. 13.

VVLGATÆ.

Verſ. 9.] Propterea adhuc iudicio contendam, &c.

Verſ. 10.] Tranſite ad inſulas Cethim, &c.

Verſ. 11.] Si mutauit gens Deos ſuos, & certè ipſi, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Διὰ τοῦτο ἔτι κριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν ὑμῶν κριθήσομαι.

10. Διότι ἔλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ, καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, καὶ ἴδετε εἰ γέγονε τοιαῦτα.

11. Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί, ὁ δὲ λαός μου ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται.

Verſ. 9.] Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum: & cum filiis filiorum veſtrorum iudicio contendam.

Verſ. 10.] Idcirco venite ad inſulas Chetiim, & videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer: & videte, ſi facta ſunt huiuſmodi.

Verſ. 11.] Si mutauerint gentes Deos ſuos: & iſti non ſunt Dij. Populus verò meus mutauit gloriam ſuam in id, ex quo nihil iuuabuntur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea ego ſumam vindictam de vobis, dicit Dominus, & de filiis filiorum veſtrorum: quod ſi fecerint iuxta opera veſtra, iidem ego vlciſcar.* Verſ. 10. *Tranſite enim ad inſulas Cethim, & videte: ad prouincias Arabum mittite, & contemplamini diligenter: & videte populos, qui migrauerunt de arce in arcem, & de prouincia in prouinciam, portantes idola ſua, & ducentes ea, & in loco, in quo ſubſiſtunt, extendunt tabernacula ſua, & ſtatuunt idola ſua, & adorant ea, quænam eſt enim gens, & lingua, quæ fecerit ſicut vos?* Verſ. 11. *Ecce populi nō relinquunt cultum idolorū, cum ſint idola, in quibus nulla eſt vtilitas, & populus meus deſeruit cultum meum, propter quem ego induco ſuper eos gloriam, & abierunt poſt ea, quæ non proſunt eis.* 1

Athanaſius ſermone de Paſſione, & Cruce 2
Domini. (*Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum.*) *Adhuc deſignat bonitatem ſuam, & tolerantiam: dicit enim, (Peragrate inſulas Cethim, & in Cedar mittite legatos, & videte:)* niſi longanimiter agere vellet, non admonuiſſet, iuſſiſſetque eos peragrare, & peragrando diſcere, *ex contrariis boni comparationem & diſcrimen.*

Athanaſ.
Dei longanimitas quāta.

Ad eandem Dei bonitatem conteſtandam hæc dicta putant & Hieronymus, & Theodoritus in ſuis Comment. Vnde Hieronymus. (*Propterea adhuc*, &c.) *Ne videatur*, inquit, *percutere per potentiam, quaſi cum paribus ratione contendit, iuxta illud, quod Dauid* [a] *canit, & vſurpat Apoſtolus,* [b] *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Quodque poſuit, (Adhuc) ſæpè ſe feciſſe teſtatur, & quod intulit, (Cum filiis veſtris) ſimilem*

Hieron.
a Pſal. 50. 6.
b Rom. 3. 4.

ostendit etiam in filiis malorum pertinaciam. Occultè A autem significat, quod antiquam in Deum negationem etiam filij eorum in aduentu Domini sint secuti.

Theodorit. Dei modestia cum Iudæis.

4 Theodoritus verò ait, *Perseuerat adhuc in modestia. Non enim dixit iudicabo vos, posterosque vestros: sed (iudicio contendam vobiscum, & cum illis,) ac si diceret, Iudicium inibo, & conuincam transgressores.*

D. Thomas.

At D. Thomas in suis item Comment. Deum hîc proponere, inquit iudicium, quo contendet super enormitate, sicut & pro ingratitudine cum filiis, qui malitiam patrum imitantur, iuxta illud, Micheæ, [a] *Iudicium Domini cum populo suo, & cum* B *Israel diiudicabitur.*

a Mich. 6. 2.

5. Vers. 10. Clem. Rom.

Transite, &c. Clemens Romanus lib. 2. Apostolicarum constitut. cap. 60. ita hunc citat locum, *Transite in insulas, & videte, & mittite ad Cedar, & considerate diligenter, An sint facta talia. Quia illi quidem non mutant quæ legis suæ sunt: populus vero meus mutauit gloriam suam, quæ ei non proderit.*

Tertullian.

Tertullianus lib. aduersùs Iudæos cap. 12. sic pariter & hæc refert, *Mittite & interrogate nimis, si facta sunt talia. Si mutabunt gentes Deos suos, & isti non sunt Dij: Populus autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis.*

Basilius. Virginis sacræ lapsus, quàm ingens sit malum.

Basilius Magnus Epistola ad Virginem lapsam. *Ecce decepta es a serpente amarulentius quam Eua. Corrupta est autem non solùm mens tua, sed etiam cum illa corpus tuum. Hoc solum inter omnia malum etiam nihil habet, cui comparari possit. Hoc nonum est in vita facinus. (Transite, inquit ad insulas Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, an facta sint talia, an permutarint gentes Deos suos, & hi non sunt Dij.) Virgo autem mutauit gloriam suam in turpitudine sua.*

4 Cyril. Alex.

Citat eundem locum & Cyrillus Alexandrinus lib. 3. in Genes. sed in illius lectione nil reperire est diuersi à versione Sept. nisi quòd illius A interpres, vltima verba sic vertit, (*Ex quo nullam consequetur vtilitatem.*)

Hieronym.

Per insulas Cethim, Cyprum, & partes regionesque Occidentales, per Cedar verò Orientales, & quæ in solitudine sunt, intelligunt & Hieronymus, & Theodoritus, & D. Thomas in suis Comment. *Comparationem*, ait Hieronymus, *facit eius rei, quæ increpabilis est, & verum Deum confert mendacibus, & est sensus, vel ad Occidentem pergite, vel in solitudinem mittite, & videte, si qua gens hoc fecit, quod vos fecistis: nulla enim earum spreuit Deos suos, &c. Populus verò meus mutauit mendacio veritatem, & idolum mihi prætulit, quod eis necessitatis tempore prodesse non poterit.*

5 Vitia maiori studio, quàm virtutes sequuntur homines.

Additque idem Hieronymus. *Possumus hoc & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur vitia, quàm virtutes, quos monet Apostolus dicens, Humanum [b] loquor propter infirmitatem carnis vestræ, Sicut exhibuistis membra vestra seruientia immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruientia iustitiæ in sanctificationem.*

b Rom. 6. 19.

D. Thomas. c Ezech. 5. 6.

D. Thomas, (*Si mutauit gens*) quasi dicat, Non mutauit, vnde *constat, quod Iudæi comparatione aliorum damnati sunt, iuxta illud Ezechielis. [c] Contempsit iudicia mea, vt plus esset impia, quàm gentes,* C *& præcepta mea vltra quam terræ, quæ in circuitu eius sunt.*

Rabanus. Contra Antropomorphitas.

Rabanus Maurus in suis Comment. vltima verba ista, (*Populus autem meus mutauit gloriam suam in idolum*,) de iis pariter Christianis intelligit, qui antropomorphitarum hæresi infecti, Deo corpoream tribuunt figuram. Vt ex hoc loco deducatur, quòd nulli liceat in oratione posito de diuina maiestate corporaliter aliquid tractare, aut fingere, iuxta prædictam hæresim, in quo errore Serapionem Monachum antiquissimum delusum legimus in Collat. Patrum apud Ioan. Cassianum.

Collatione 10. cap. 2.

CATENA EX VETERIBVS

PATRIBVS GRÆCIS.

ΔΙΑ' τοῦτο ἔτι κριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν οὐκ ἔδει κρίσεως: ἀλλ' ἀποφάσεως ἀλλὰ καταδίκης. ἢ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι οὐ πάντα εἶπον, ἀλλ' ἔχω καὶ ἕτερά τινα εἰπεῖν. ἔτι ἔχω κριθῆναι. ἢ ὅτι ὑμεῖς με ἠναγκάσατε δικάσασθαι πρὸς ὑμᾶς.

Θεοδωρήτου.] ἐπιμένων τῇ μετριότητι, οὐκ εἶπε κρινῶ ὑμᾶς, ἀλλ' οἱονεὶ δικάσομαι, καὶ ἐλέγξω παρανομοῦντας, ὀνειδίζει δὲ αὐτοῖς, ὡς μηδὲ τὴν εἰδωλολατρῶν τὸν * βίον ἔχουσιν. ὅπως ἐκεῖνοι περὶ τοὺς ἰδίους θεοὺς ἐπιδείκνυνται. ἐκεῖνοι E μὲν γὰρ ἐπιμένουσιν. ὑμᾶς δὲ ἠλλάξατε, οὐ τὴν ἐμὴν δόξαν, ἀμετάθετος γάρ, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν, τῆς τῶν προσκυνουμένων ἀτιμίας ἐμπλησθέντες. κατὰ τό, ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά. καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. [καὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν ὑμῶν κριθήσομαι.]

* τὸ ἴδιον.

Vers. 9. PROPTEREA *adhuc iudicio contendam vobiscum.)* 6

Chrysost. a Iudicijs Dei quanta animi moderatione fiat nobiscum.

Chrysostomi.] *Et certè non opus erat iudicio, [a] sed sententiâ, & condemnatione. Vel hoc ibi vult: non omnia dixi, sed & aliqua quædam supersunt dicenda: Adhuc iudicio conueniri volo. Vel quod vos me vt vobiscum iudicium hoc ineam impulistis.*

Theodorit.

Theodoriti.] *Perseuerans in moderatione animi non dixit, (iudicabo vos,) sed quasi iudicio contendam, & arguam præuaricantes. Exprobrat autem ipsis, quod nec iuxta Idololatras erga suos Deos se gerant, illi enim Deos non mutant, vos verò commutastis, non gloriam meã, immutabilis enim est, sed vestram: & eorum quæ adoratis ignominiâ [b] oppleti estis, iuxta illud, similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. (Et cum filiis filiorum vestrorum iudicio contendam.)*

b Peccans nō Deo, sed sue met propria gloriæ infert ignominiam. Psalm. 103.

Τοῦ Chry

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκοῦν τούτους οὐ κολάζεις· ναί φησι. τὴν ὑπερβολὴν λέγει. ὅτι καὶ ἔτι κρίνομαι, καὶ οὕτω ὄντων τῶν δικαιωμάτων, οὐ παραιτοῦμαι, καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς ὑμῶν κριθῆναι, καὶ λόγον δοῦναι ὑμῖν κἀκείνοις. μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ἀπὸ τῶν προτέρων ἐγκλημάτων ἐκείνους με καταδικάζειν, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους κρίνομαι, οὐ παραιτούμενος πρὸς πάντας κρίνεσθαι.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐπειδὴ ἔμελλον λέγειν ὡς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, εἰ οἱ πατέρες ἥμαρτον, οὐδὲ δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἑτέρων πλημμελημάτων δίκην δοῦναι. βουλόμενος δεῖξαι ὅτι οὐκ ἐλάττους καὶ οὗτοι τῶν προγόνων φησίν. οὐ πρὸς ἐκείνους κριθήσομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ πρὸς ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ, καὶ πρὸς τοὺς ἐγγόνους, ἵνα τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας παραστήσῃ. ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον ἐνέγκας τοὺς ἁμαρτάνοντας οὐκ ἔπεισε μεταβάλλεσθαι τὴν γνώμην.

[Διέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ αὐτοὶ παραγίνεσθε. καὶ δι' ἄλλων μάθετε, οὐ κωλύω. οὐδὲν εὐηργέτηκα. οὐδὲν τὰ πεποίηκα. πατρικῶς ὑμῖν εἰμὶ θεός. μιμήσασθε τὰ ἔθνη, οἱ τοὺς αὐτῶν οὐκ ἀφιᾶσι, καὶ ποτὲ μὲν ὄνον, καὶ βοῦν, ποτὲ δὲ ἀσπίδα ἔχοντες θεούς.

Βίκτορος.] Χεττιεὶμ ἡ Κύπρος ἐστί. Κηδὰρ δὲ ἦν υἱὸς Ἰσμαὴλ υἱοῦ Ἀβραάμ. ἐξ οὗ χώρα Σαρακηνῶν ἐπωνόμασται.

Ὀλυμπιοδώρου.] τινὲς μὲν Κυπρίους φασί, τινὲς δὲ Ἰνδῶν ἔθνη.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁ Κηδὰρ τοῦ Ἰσμαὴλ ἀπόγονος. σημαίνονται δὲ διὰ τούτου τὰ Σαρακηνῶν ἔθνη. ἑρμηνεύεται δὲ σκοτασμός, φασὶ δὲ καὶ ὀστρακίνην δηλοῦσθαι διὰ τοῦ Κηδάρ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ὁ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγχος ἀπὸ παραδείγματος. ὅτι διέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ. ἱστορίαν τοιαύτην φησὶν ἐνταῦθα. Χεττιείμ, τινὲς ἔφασαν Κυπρίους, τινὲς δὲ Χίους. Κηδὰρ δὲ ὄνομα πόλεως Σαρακηνῶν. φασὶ δὲ ἐν μὲν τῇ Χίῳ πολυομβρίας εἶναι. ἐπιλείπειν δὲ ὑετὸν Σαρακηνοῖς ὡς οὖν εὐφορούσης τῆς γῆς ἐκ τοῦ ὑετοῦ, νομίζοντες οἱ τὴν Κηδὰρ οἰκοῦντες, ὡς ὅτι ὡς κατὰ προστασίαν τοῦ αὐτόθι Θεοῦ ὁ ὑετὸς γίνεται, τὸν ἑαυτὸν θεὸν, κατὰ μέν τινας ἐκ χρυσίου κατασκευασμένον, κατὰ δέ τινας καὶ ἀπὸ μαργαρίτου, ἀνεκόμισαν πρὸς τοὺς Χίους, ξύλινον ἔχοντας Θεὸν ἢ ὀστράκινον, ὥς τινές φασιν ἀνταλλάξασθαι βουλόμενοι, οἱ δὲ οὐ πρὸς τὸ πολύτιμον τῆς ὕλης ἀφορῶντες, ὅλως δὲ τιμῶντες τὸν ἑαυτῶν θεὸν, οὐκ ἠλλάξαντο. τοῦτο οὖν φησιν ὅτι τὰ μὲν λοιπὰ ἔθνη, τοσοῦτον τὸ σέβας ἔχουσι εἰς τὸν οἰκεῖον θεὸν, ὥστε οὐδὲ τιμίας ὕλης ἀλλάξασθαι ἐλάττονα διδόντα. ὁ δὲ λαός μου τοσαύτης τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀπολαύσας καὶ δόξης τετυχηκώς, ὥστε καὶ παρὰ πᾶσιν ᾄδεσθαι τὰ εἰς αὐτὸν γενόμενα θαύματα. ἐν οὐδενὸς θέμενος μέρει, τὴν μεγαλουργίαν ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἧκε θεραπείαν. καὶ ταῦτα κέρδος ἔχων οὐδέν.

[Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι αὐτοὺς οὐκ ἀφιᾶσιν οὕτως

A Chrysostomi.] Anne igitur ab his pœnas non sumis? sumam ait. Dilationem [c] dicit; quòd adhuc iudicor, cùm adeo manifesta sint ea quæ profero, non refugio vt vobiscum, & cum vestris filiis ad iudicium stem, vobisque & illis rationes reddam. Nolim quippe putetis me propter prima delicta eos condemnare, & cum illis, & aliis omnibus iudicium subeo. — Chrysost. — c Damnationis sententiam quanto studio differt Deus.

Eiusdem.] Quoniam dicturi erant, Nihil ad nos, si patres peccauerunt: neque iustum est, pro B iniquè patratis ab aliis nos pœnas dare, volens ostendere, hos minimè maioribus suis meliores. Non cum illis, ait, tantùm iudicio contendam, sed & vobiscum; Nec tantùm [d] vobiscum, sed & cum posteris: vt immensam suam humanitatem adstrueret, quandoquidem tamdiu sustinuit peccantes, neque persuadère potuit, vt sententiam mutarent. — Chrysostom. — d Dei longanimitas maxima in peccatores.

(Ver. 10. Idcircò venite ad Insulas Chetiim, &c.)

Chrysostomi.] Et ipsi proficiscimini, & ab C aliis discite. Non prohibeo. Nihil beneficij contuli, nihil dedi. Paternus vobis sum Deus. Aemulamini gentes, qui Deos proprios [e] non relinquũt, & vos quandoque Asinum, & Bouem, quandoque vero Aspidem colitis pro Deo. — Chrysost. — e Religio vera à maioribus nostris suscepta nullatenus relinquenda.

Victoris.] Chetiim Cyprus [f] est. Cedar autem erat filius Ismael filij Abraham, ex quo Saracenorum Regio nomen sumpsit. — Vict. Presb. — f Cyprus appellata Cethim.

Olympiodori.] Quidam Cyprios, quidã Indorũ populos Cedar [g] nomine fatentur significari. — Olympiod. — g Cedar vocabulo significata Cyprus, vel Indorum Regio.

D Eiusdẽ.] Cedar ab Ismaele ortum ducens, per hunc vero Saracenorum significantur populi. Interpretatur autem tenebricosus. Quidam autẽ per Cedar testaceum intelligi asserunt. — Idem.

Chrysostomi.] Deinde ab exemplo eorum sumitur reprehensio. (Transite ad Insulas Chetiim) Historiam huiusmodi attingit: Chetiim [i] quidam Cyprios, Chios alij exposuère: Cedar autem nomen vrbis Saracenorum. Aiunt porrò Chium [k] insulam multis irrigari imbribus, Saracenos contra imbribus destitui, cùm igitur ter- E ra fertilis reddatur imbre, qui Cedar habitabant putantes præsidio Dei, qui Chiis coleretur, imbris copiam effundi, Deum suum, vt quidam ferunt, ex auro, vt alij, ex margaritis constructum ad Chios asportarunt, qui Deum ligneum, vt aiunt, vel testaceum venerabantur, ad permutandum. Hi verò, despecta preciosa materia, Deũque suum prorsus venerantes permutationem abnuerunt. Hoc itaque ait: quod reliquæ gentes tanta veneratione Deum suũ prosequuntur, vt nec viliorem F materiam preciosa permutare vellent. At populus meus tanta cura diligentiaque à me exceptus, eamque consecutus gloriam, vt & apud omnes celebrentur miracula ipsi exhibita, magnorum operum effectionem nullo loco habens ad Idolorum cultum se transiecit, idque nullum lucrum inde capiens. — Chrysost. — h Cedar vocabulo significata Regio Ostracensis. — i Cethim nomine designata Cyprus, vel Chios insula. — k Chios insulæ populi noluerunt mutare Deũ suũ è vili materia cum Deo Cedarenorum auro, margaritisque fabrefacto.

Vers. 11. (Si mutauerint gentes Deos suos, &c. 8

Chrysostomi.] Quòd ipsos non derelinquit adeo — Chrysost.

ὕτως ἀσυνειδήτως ἔχουσι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν. ὁρᾷς A τὰ παραδείγματα καὶ ἐξ ἁμαρτημάτων γινόμενα.

* τι.α. Τοῦ αὐτοῦ.] τὸ * γὰρ δεινὸν, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἔλαχον, καὶ ἔχουσιν. οὐ τοῦτο προτρέπων λέγει, ἀλλὰ καὶ τούτους ἐντρέψαι βουλόμενος. οὐκ ἀποδεχόμενος αὐτοὺς οὐδὲ θαυμάζων μὴ γένοιτο.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐκεῖνοι καὶ ἐπὶ βλάβῃ παραμένουσι τοῖς οἰκείοις. ὑμεῖς δὲ ἐπὶ βλάβῃ μεταπηδᾶτε τοῦ οἰκείου δεσπότου. ἐκεῖνοι κἂν δεινόν τι δέῃ, οὐκ ἂν ἕλοιντο ἀφεῖναι τοὺς αὐτῶν. ὑμεῖς δὲ ὠφελούμενοι, οὐκ ἂν ἕλοισθε παραμεῖναι.

adeo pura mente ſunt in peccato. Vides [1] exempla & à delictis de romi? — 1 Exēpla ſumi & à delictis.

Eiuſdem.] Hoc enim nefarium, quia tamen ſortiti eos ſunt, tenent. Non hoc cohortans ait, ſed vt rubore ſuffundantur, exhortans: Non probans, aut laudans: Abſit. — Idem.

Eiuſdem.] Illi etiam damna ferentes ſuos retinent Deos: damno veſtro proprium dominum deſeritis: Illi, vel ſi per acerbũ quid ferre oporteat, numquam reliquerint Deos proprios, vos autem B etiam cum magnis emolumentis id nequaquam effeceritis, ſed deſiſtere compellimini. — Idem.

Verſ. 12.] Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verſ. 12. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc.*

b *Et portæ eius deſolamini vehementer.*

c *Obſtupuit cælum ſuper hoc, & inhorruit terra extra modum vehementer.*

d *Deſolamini cum ſtupore cæli, & inhorreſcite ſuper hoc, & deſolamini vehementer.*

e *Et exareſcite vehemēter.*

PROPTER [a] *hoc tam impium ſcelus, quod miſer iſte populus minimè expendit, mutans gloriam ſuam in idolum, vos ipſi cæli, quamuis naturaliter omnis expertes ſitis perturbationis, vel id quod poteſtis exhibete magni ſtuporis indicium;* [b] *Syderibus, per quæ veluti per portas quaſdam lumen ad nos tranſmittitis, maximè & præter conſuetum modum obſcuratis, quaſi omni deſolata ſint lumine,* [c] *Non horruit populus iſte rationis compos pro tanto ſcelere, videre mihi videor, creaturam omnem ſuper illud obſtupuiſſe, ac horruiſſe, rationis licet expertem, eaſque in primis, quæ inter vniuerſas præcipuæ exiſtunt cælum, & terrã, hæc enim commota eſt, & illud exhorruiſſe viſum eſt, adeo vt mundũ totum ſus déque motum crediderìs præ ſtupore, & horrore.* [d] *Cur non & æthera conteſter? Vos, vos propter hoc nephas modis iis, quibus vobis permittitur, & ſtuporis pariter, & horroris ſigna monſtrate, vel per commotionem obſcuræ, ac vehementis tempeſtatis, perq́ violentos imbres, cum horrendis tonitruis, atque fulguribus, & fulminibus, è nubibus, vt è veſtris portis emiſſis, ita vt præ iſtorum omnium copia eadem nubes deſolatæ dici queant.* [e] *Vel prout & aliàs ob immenſa ſcelera, vt illorum teſtificaremini grauitatem, arida vos exhibuiſtis, & quaſi ænea, atque ferrea; Ita multò magis nũc aduersùs facinus iſtud præ ſtupore, & horrore quaſi omni prorſus humiditate deſolata, exareſcite vehemēter, nec ſtillam pluuiæ in terram demittentia, ac ſi nubes, per quas veluti per portas imbres demittitis, omnibus iis, ex quibus naturaliter conſtant, deſolatæ eſſent vaporibus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 OBſtupeſcite cæli, &c.) Quod in præcedentibus cæpit, miro artificio, maximaque efficacia modò amplificat Propheta indignum Iudaici populi facinus, quo gloriam ſuam, verumque Deum in inane mutauit idolum, vtiturque in maiorem huius amplificationis vim inſignibus tropis, quos operæprecium eſt, vt quoad fieri poſſit, penetremus intimiùs. Vt autem primi eius tropi, quo in hoc verſ. 12. vſus eſt, totam eruamus energiam, variæ illius adnotandæ ſunt lectiones. Siquidem in textu Hebraico prima pars eodem ſenſu, quo & Vulgata, & peregregiâ paranomaſiâ quæ in vulgata minimè expreſſa eſt, ita habetur שמו שמים *ſciommu ſciamain*, id eſt (*obſtupeſcite* ſeu propriùs, *Ad ſtuporem deſolamini cæli ſuper hoc.*) In ſecunda parte diuerſa ratione lectum fuit à noſtro, Vulgatæ, interprete, atque nunc legitur ob vnius vocis ambiguitatē. Enimuerò quod modò legitur ושערו *veſangaru*, id eſt (*& expaueſcite,*) ſeu (*exhorreſcite.*) Noſter interpres non vt verbum id accipiens, ſed vt nomen, legit ושעריו *veſciangarau*, haud per ſin, ſed per ſcin, cuius diſcrimen in vno eſt vario puncti ſitu vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram C eiuſdem literæ, id eſt (*& portæ eius,*) optiméque reddidit & ſubſequens verbum חרבו *harebu*, (*deſolamini*:) Quamquam ex vi proprioris ſignificatus eiuſdem, verti queat, *& exareſcite*. Præter noſtram igitur, Vulgatæ, lectionem, & hanc Hebraici textus habemus, quam ad verbum ſic vertes, (*Cum ſtupore, ſeu ad ſtuporem deſolamini cæli ſuper hoc, & inhorreſcite, exareſcite vehemēter, dicit Dominus.*) Nicolaus de Lyra acceptis verbis in actiua ſignificatione ait, Hebræa ita hæc habere, *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & turbetis, ac diſſipetis*. Re tamen vera Hebraica verba ſunt paſſiua. — Nicol. de Lyra.

D Tertiam, quartamque lectionem ex verſione habemus Sept. Interpretum, qui cælorum vocabulum, & ſingulare ſumentes eo modo, quo & nos ſingulares ciuitates plerumque vocibus deſignamus in numero plurali, vt Venetias, Senas, Pariſios, &c. Hebraicumque verbum, quod nunc cum punctis in imperatiuo legitur שמו *ſciommu* cum abſque punctis tunc eſſet, vt præſertim legerunt שמו *ſciommu*, id eſt obſtupuerunt, adeoque vertêre, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, id eſt, (*obſtupuit*) ſeu, vt Tertullianus lib. aduersùs Iudæos cap. 12. & Eucherius lib. 4. in librum Regum E pag. 169. legunt, (*Expauit cælum ſuper hoc.* In ſecunda autem parte variant eorumdem textus: Quidam enim habent, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα λέγει κύριος, id eſt, *& inhorruit extra modum vehementer dicit Dominus.* Sic in Complutenſi, in Regia, & in Vaticano Codice, hancque lectionem ex Antiquis Patribus ſequuntur Tertullianus in loco ſupracitato, Hieronymus, ac Theodoritus in ſuis Comment. Auguſtinus lib. 2. contra Epiſtolam Parmeniani cap. 10. tom. 7. & Cyrillus Alexand. lib. argumentorum, Quod Spiritus ſit Deus. — 2 — Tertullian. Eucherius. — Tertullian. Hieronym. Theodorit. Auguſtinus. Cyril. Alex.

F Alij verò habent, καὶ ἔφριξεν ἡ γῆ ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, id eſt, *Et inhorruit terra valde nimis*, ſic in Codice Aldino, & iuxta hanc lectionem citatur præſens ſententia à Clemente Alex. lib. 1. Pædagogiæ cap. 9. Ioanne Chryſoſtom. Homil. de Spiritu ſancto, tom. 3. Cyrillo Alexandrino lib. 3. in Geneſ. & ab Eucherio loco ſupra citato, vbi legit, (*& terra commota eſt.*) — Clem. Alexand. Chryſoſtom. Cyril. Alex. Eucherius.

Iuxta quatuor igitur has lectiones quatuor loci huius afferre eſt ſenſus, quorum & ſinguli noſtræ etiam congruãt Vulgatæ. Suppoſito namque — 3 *In peccatorũ grauitatem conteſtandam*

prouocantur cæli. *1. Sensus.* que quòd Propheta per prosopopeiam cælos alloquatur, illos primùm in testes aduocat execrandi sceleris, prouocans eos, vt signo aliquo externo, eoque haud ex consuetis, sed extraordinario, & summæ admirationis, tanti facinoris protestentur indignitatem. Eo nimirum modo, quo cum illud crucifixionis Christi pessimũ omnium ab eisdem Iudæis admitteretur scelus, singulari, & inaudità obtenebrati sunt eclypsi, quando iuxta Lucæ Euangelium, [a] *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Admiratur enim*, inquit Gaspar Sanctius, *obstupescitque cælum despecto Deo, postque habito rebus indignissimis, sicut in crucem acto, & ibi per summum ludibrium atque ignominiam moriente.* Vt per portas cæli ipsa designentur sydera, per quæ quasi per portas quasdam cælorum in inferiora transmittitur lumen, quæue, cùm ipsum non transmittunt lumen, congruè & desolata dicuntur, quomodo & Ciuitatum portas desolatas tunc dicimus, cùm nemo sit, qui per illas transeat. Vel, vt sit id iuxta eam phrasim dictum, *desolamini*, qua in scriptura sacra sæpissimè Deus loquitur iuxta hominum opinionem; opinantur siquidem homines quid periisse, & defecisse, cùm illud non apparet. Vnde vox defectus Lunæ. Quo sensu desolandi verbum maiorem hìc habet vim, ipsam nimirum designans cælorum astrorumque ruinam. Vt sensus sit, Populus iste grauitatem minimè percipit huius sui criminis, quo propter idola verum suũ dereliquit Deum; In stuporem certè tantæ suæ peruersitatis is commoueri debuisset, summoque & concuti pauore, atque horrore, animaduertens se desolatum, cùm absque suo est Deo. At cùm eâ præfractâ sit mente vt nullatenus commoueatur super hoc, vos cæli, & cætera: vt habes in principio, paraphrasis allatæ in hanc sententiam. Sicue quod hìc dicitur explicari poterit per id, quod apud Iohelem legimus, [b] *A facie eius moti sunt cæli, Sol, & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.*

a Luc. 23. 44. *Pro peccatis nostris obstupescunt cæli, sicut fecere in peccato crucifixionis Christi.* *Cæli portæ sunt sydera.* *Periisse opinantur homines id quod non apparet.* *b Ioel 2. 10.*

4 *In peccatorũ detestatiomẽ æther exarescit.* *2. Sensus.* Iuxta secundam lectionem, quam ex Hebraico assignauimus textu, in idipsum eiusdem sceleris testimonium à Propheta aduocatur cælum, illud tamen quod æther nuncupatur, cælumque aëreum cælorum vocabulo frequentissimè in sacris literis designatum. Vt quemadmodum Rex Dauid in detestationem mortis Saül, & Ionatæ, montibus Gelboë, vbi ea contigit, dixit, [c] *Nec ros, nec pluuia veniant super vos, vbi ceciderunt fortes Israel*, & Dominus in execratione Iudaici sceleris, quo illum ab ipso recessurum norat, ait in libro Deuteronomij, [d] *Sit cælum, quod supra te est, æneum.* Ita & modò in detestatione infandi eiusdem populi sceleris idem aduocetur cælum, vt vel per ipsum eius facinoris innotescat peruersitas, quippe quod propterea ad stuporem vsque omni desolatum humiditate, & quasi præ horrore tantæ impietatis, metu quodammodo ac pauore contractum vehementi exarescat ariditate. Qui certè sensus nedum secundæ illi congruens est lectioni, qua iuxta Hebraicum textum dicitur, (*Desolamini cum stupore*, seu *ad stuporem cæli, & exhorrescite, exarescite vehementer propter hoc, ait Dominus.* Sed & lectioni vulgatæ, si per cæli portas ipsæ intelligantur nubes, quas in libro Genesis [e] cataractas cæli dictas reperimus, eæque eatenus desolari dicantur, quatenus omnis pluuiæ expertes, quasi propriâ desolatas humiditate sese exhibeant, vt propterea cælum ipsum dicendum sit instar aridissimi ferri, iuxta illud, quod alibi idemmet Dominus ait iisdem Iudæis, [f] *Dabo vobis cælum desuper sicut ferrum.* Est autem locus iste hoc secundo sensu acceptus alteri eiusdem Ieremiæ similis, quo clariùs in subsequenti cap. 3. dicitur, [g] *Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit, frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere*, id est, Cùm tu de tantis tuis iniquitatibus erubescere, vt par esset, nolueris, erubuit pro te cælum, obstupescens super eas, inhorruit exarultque vehemẽter: atque ita desolatæ sunt portæ, nubesque eius naturali humore, vt propterea nec stillas demiserint minimas.

c 2. Reg. 1. 21. *d Deut. 28. 23.* *Cæli portæ sunt Nubes.* *e Gen. 7. 11.* *f Leuit. 26. 19.* *g Ier. 3. 2.*

5 Confirmat denique secundùm hunc sensum singularis præsentis sententiæ lectio, quam vsurpatam reperi apud Augustinum loco supracitato contra Epistolam Parmeniani, (*Expectauit cælum super istud, & exhorruit multò vehementiùs, dicit Dominus.*) Quid est enim Dominum dicere, cælum super istud expectare, nisi quòd pro isto Iudaici populi scelere haudquaquam sua exercuit munia, vt præberet imbrem primitiuum, & serotinum, per quos fructus prouenirent in terra, daretque pluuiæ stillas, & percepta tanta eius populi iniquitate expectasse, & quasi ferreum, atque æneum in nubibus ipsis suis, quarum alioquin esset, vt imbribus fluerent, stetisse obduratum, ac perseuerante populo in malitia sua, & ipsum multò exhorruisse vehementiùs, & immotum quasi maximo stetisse horrore. *August.*

3. Sensus. Hebræorum doctores, & plerique ex nostris contrario potiùs sumunt sensu hæc quæ hìc dicuntur de cæli, seu ætheris stupore, horrore, ac desolatione tam grandi, de grandi aliqua tempestate, deque fulguribus, & tonitruis, quibus maximam sui significat commotionem, vehemẽtissimæque contra hostes iræ Dei exhibet signa eximia, de quibus [h] Iob 38. dicitur. *Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? quæ præparaui in tempus hostis, in die pugnæ, & belli?* Et iuxta hunc sensum ita lectionem commodiùs vertes Hebraicam, quomodo vertitur & à Sancte-Pagnino, & in Regia. (*Obstupescite cæli super hoc, & exhorrescite, desolamini vehementer, ait Dominus.*) Et in lectione vulgatæ quod dicitur, (*Et portæ eius desolamini vehementer*, intelligendùm de nubibus, seu, vt dictum ex Genesi est, de cæli cataractis, ex quarum apertione ingentes vnà cũ tonitruis, & fulguribus defluunt imbres, vnde in nubibus ipsis prouenit, vt desolentur, in pluuias nimirum diffluentes. *h Iob. 38. 22.*

6 *4. Sensus.* *Peccata grauia commouent ad stuporẽ, & horrorem & terram, & cælũ, quave ratione.* Quarto denique, eoque & aptiori, & faciliori sensu hæc, vt per hyperbolem dicta desumes, vt sit loquendi, & exaggerandi modus, quem & nos sæpius vsurpare consueuimus, magnum aliquod amplificantes scelus, dicentes, Nescio quomodo super hoc non contremiscit orbis, nõ moueatur, & aperiatur terra: Quomodo totus non obstupescit, horretque & mundus. Quam loquendi rationem vsurpatam reperire est in lib. Prouerbiorum vbi dicitur, [i] *Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere. Per seruum, cùm regnauerit, per stultum, cum saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem, cùm in matrimonium fuerit assumpta; & per ancillam, cùm fuerit heres dominæ suæ.* Et in Lucæ Euangelio eadem phrasi Dominus, [k] *Si hi*, inquit, *tacuerint, lapides clamabunt.* Bene igitur, iuxta hunc sensum Propheta ex persona Domini euehens Iudaici sceleris grauitatẽ: Tantam eam esse ait, vt cælos, terramque commo-

i Prou. 30. 21. *k Luc. 19. 40.*

uerit, ac quodammodo sus déque turbarit, secundùm eam lectionem Sept. quarto loco supnotatam (*obstupuit*,) seu (vt alij vertunt,) *Expauit cælum super hoc, & inhorruit*,) seu (vt legit Eucherius loco supra citato,) (*Et commota est terra supra modum vehementer, dicit Dominus.*) Ac si dicat. Non horruit, nec expauit populus meus rationis compos pro scelere isto, quòd me dereliquit gloriā suam, idque pro idolo: expauêre & supra modum pro eo ipso insensibilia, quæue in illis sunt præcipua, cælum, & terra, facinoris horrentia enormitatem. Ac si Italicè diceremus, *E restato il Cielo, e la terra s'è turbata tutta*, prout aptiùs exprimitur per lectionem Augustini superiùs allatam, (*Expectauit cælum super istud, & exhorruit multò vehementiùs, dicit Dominus.*)

7 Eodem sensu in nostra, vulgatæ, lectione (*obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit Dominus,*) imitatus est quidem Ieremias, & Moysem, [a] & Isaiam [b] Prophetam, quorum vterque per prosopopeiam cælos prouocauit, & terram, vt audirent, sed maiori sanè emphasi haud ad audiẽdum duntaxat ipse ea aduocat; verùm & ad contestandam facinoris, quod perceperint grauitatem, eā nimirum ratione propter stuporem concussā, quo ad ingens aliquem fragorem tota concuti solet Vrbs, & portæ eius contremiscêre: vt cùm dicitur, (*Et portæ eius desolamini*) tantumdem sit, ac, exhibete vos desolatos, quod aliā luctus metaphorā, terram alloquens expressit Isaias, tum in cap. 24. dicens, [c] *Luxit, & defluxit terra, & infirmata est*: tum in c. 33. vbi ait: [d] *Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines: Luxit, & elanguit terra cõfusus est Libanus, & obsurduit*, &c.

a Deut. 32. 1.
b Isai. 1. 2.
c Isai. 24. 4.
d Isai. 33. 8.

Habet autem peculiarem vim, quòd cùm iuxta antecedens plurale cælorum nomen, & in plurali pariter pronomen adhibendum fuisset, ac dicendum, (*Et portæ eorum,*) in singulari nihilominus dicitur, (*Et portæ eius*:) Quamuis enim rectè asseratur, sic dictum, quia plurale cælo inditum sit nomen, quod æquipolleat singulari in idiomate Hebraico, sicut in Latino nostro idiomate sunt nomina ciuitatum quarumdam, Senarum, Athenarum, Parisiorum, & similium: efficaciùs tamen pronomen eius in singulari hîc adiectum dicemus, vt sit quid ipsorum cælorum distributiuum, quorum vnicuique respondeat, ac si dicatur: Et portæ singulorum cælorum, seu vniuscuiusque cæli simul propriā cuiusque ratione desolamini, &c.

Vers. 12.] Obstupescite cæli super hoc, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 ADEO plerumque in hominibus & peruersitas viget, & stoliditas, vt cùm vix quisquam reperiatur, qui per grauissima Deum non offendat delicta, vix tamen inuenire sit, qui ea consideret, quiue eorum grauitatem, vt congruum, & par esset, expendat. Hinc Deus, cui hæc optimè sunt explorata, proclamaturus ea, quæ maxima in mundo admittuntur duo delicta, quasi deuitans homines ipsos, vt in expendenda grauitate iniuriæ suæ illatæ Maiestati penitus vecordes, ad cælos confugit, vbi quæque iusta librantur lance; Ideoque illos, æquè ac si animati essent, ac rationis compotes compellans, ad consuetum tam indignissimæ rei stuporem illos excitat, dicens (*obstupescite,*) id est obstupuistis hucusque, quomodo fieri posset, vt à quoquam hominum Deus offenderetur, qui in vobis habitat, at nunc multò magis est, quòd stuporem augeatis, inspicientes ab vniuerso populo, quin & à toto terrarum Orbe grauissimis me lædi criminibus.

Peccati ob grauitatē, vt offẽsa Dei obstupescũt cæli cùm illum nõ expendãt homines.

9 Vel alia ratione, per hæc significari potest, Deum, cùm animaduerteret terræ peruersitatem, vt pote in qua vix vlla habeatur ratio & offensionis Dei creatoris sui, & perditionis hominum ipsam incolentium, ab illa ea quodammodo auferẽs, quibus ab hominibus lædi se norat, ad cælos eadem defert, quos & secum iis iniuriis læsos intelligebat, iuxta illud Lucæ, [e] *Pater peccaui in cælum, & coram te*, & ait, *obstupescite super hoc*, quî scilicet fieri queat, vt homines, qui ad hoc conditi sunt, vt in vobis perpetuò regnent, me offenderint, vosque vnà mecum, vt propterea à vobis excludendi sint. Quod meliùs exprimunt, quæ adiecta sunt, (*Et portæ eius desolamini vehementer,*) quibus significatur, ad solitudinem redactas cæli vias, ita vt illius portæ, amplissimæ alioquin, per quas vniuersum ingredi posset genus humanum, ad implendas Angelorum, qui exinde deciderunt ruinas, desertæ quodammodo redditæ sint, & ab iis qui ingrederentur desolatæ; vt quod hîc dicitur ei propemodum sit simile, quod ab eodẽ Ieremia de terrena dicitur Ierusalem. [f] *Viæ Sion lugent, eò quòd nõ sint, qui veniant ad solennitatem: omnes portæ eius destructæ.*

Per peccatũ à cæli hæreditate excidere, cùm homines vix moueat, commouet cælos ipsos.
e Luc 15.21.
f Thren. 1. 4.

10 Pro quo sensu facit perbellè ea, quam supra retulimus Hebraica lectio, (*Desolamini cæli ad stuporem & inhorrescite, & exarescite vehementer super hoc.* Ac si efficaciā maximā hominum peruersitatem euehens Dominus, iuxta id quod in Euangelio dicitur, [g] *Multi sunt vocati, pauci verò electi*, adeo futuros paucos significet, qui in cælum admittendi sint, vt cæli propemodum desolati dicendi sint, & redditi instar horridi, aridiue deserti, quæ per hyperbolem in humanæ peruersitatis detestationem peregregiè dicuntur. Ac si quod in his habetur, tale sit. Populus meus, quem elegi, vt mecum Regni consors esset cælorum, sceleribus ipsis suis, quibus me grauissimè offendit cælis aduersa incessit via: Quamobrem vos, vos cæli illis contestamini, quòd à vestri exciderint hæreditate, exhibete qua ratione ex parte eorum redditi sitis desolati, ac solitarij vsque ad stuporem, & instar horridi, aridique deserti. Quæ faciunt pro alio Euangelij loco, vbi ait Iesus, [d] *Angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, pauci sunt, qui inueniunt eam.*

Saluãdi pauci.
g Matth. 20. 16.
Paraphrasis.
h Matt. 7. 14.

11 Quamquam hæc ipsa Hebraica lectio, (*Desolamini ad stuporem super hoc, & inhorrescite, exarescite vehementer,*) & hunc pariter admittat sensum. Super hoc, quòd populus meus iniquissimè mutauit gloriam suam, cælestem nimirum hæreditatem, à me ei in vobis paratam in terrenorum viliumque rerum mundi, per quæ nihil iuuabuntur possessionem, ostendite vos cæli desolatos; vosque ad stuporem propter illum, & præ tanti eius sceleris enormitate iam exarescite, quique super illum copiosiùs diuinæ, cælestisque gratiæ demisistis imbres, aridos quam maximè amodò vos exhibete, vt qui tam peruersè me dereliquit fontem vitæ, à quo veluti à perenni fonte, largissimis

Peccata gratia nedum habita priuãt gratia, sed & cælos quodãmodo aridos faciũt, ne nouam stillent.

giſſimis per vos eiuſdem gratiæ vitalibus irrigabatur aquas, ex ariditate veſtra inſtar aridæ, & horridæ terræ, & ipſe deſolatus omni ſit bono, euadatque deſertus, ſpinis repletus iniquitatum, & habitatio Draconum inferni, iuxta illud Apocalypſis.[a] *Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.*

a Apo. 22. 11.

12 *Gratiæ ſubtractio cauſata ex peccatis.*

Nemo eſt enim, qui neſciat, peccatis eam tolli gratiam, quæ in homine ſit, iuxta illud Euangelij,[b] *Auferetur à vobis regnum Dei* gratia nimirum, quam è cælis habebatis, & per quam regnum Dei aſſecuturi eratis, *Et dabitur genti facienti fructus eius*: quandoquidem vos cæleſti hoc imbre ſuſcepto eius fructum afferre noluiſtis & iuxta aliam talenti metaphoram,[c] *Tollite ab eo talentum, ei enim qui non habet*, id eſt, qui ea minimè vtitur gratia ac ſi eam non haberet, *auferetur ab eo, & quod videtur habere*, Vnde conſequitur, vt arido exiſtente cælo, & obdurato, ac ſi æneum eſſet in gratiæ pluuia demittenda, ſceleſtus populus aridus pariter fiat, boni omnis expers, & induratus, iuxta illud,[d] *Induratum eſt cor Pharaonis*,[e] *& Indurauerunt facies ſuas pluſquam petra.* [f] *Indurauerunt ceruices ſuas, & peius operati ſunt, quàm patres eorum.* De qua induratione gratiæue ſubtractione agemus pleniùs, Deo dante, in præcitata noſtri Prophetæ ſententia capitis quinti.

b Matth. 21. 43.
c Matth. 25. 28.
d Exo. 8. 19.
e Ierem. 5. 3.
f Iere. 7. 26.

13 *Angeli ſignificati calorū appellatione. Angeli excitantur ad deflenda hominum ſcelera, non deflentibus ea hominibus*

Per cælos quidam (vt habes in Appendice) cæleſtes intelligunt ſpiritus, vt continens poſitum ſit pro contento, ſecundùm quam acceptionem triplici ratione explicare hæc poſſumus: primò, vt excitentur iidem Angeli ad deflendam hominum, & fidelis præcipuè populi defectionem à Deo ſuo, vt locus iſte ei ſit ſimilis, quo ſenſu item tropologico dicitur apud Iſaiam,[g] *Ecce videntes clamabunt foris.* Præ magno nimirum ſtupore, *Angeli pacis* quos iam dixit videntes, tum quia obſtupeſcentes in hominum malitiam öculos habent defixos, tum quia ſimul ſemper vident faciem patris, à cuius conſpectu numquam recedunt, iſti videntes, & Angeli pacis *amarè flebunt.* obſtupeſcentes, idque quia (vt bene ſubditur) *diſſipatæ*, ſeu iuxta vim Hebraici verbi נשמו *naſciammu deſolatæ ad ſtuporem ſunt viæ*, eæ videlicet, per quas cælum verſus tendendum eſſet, *ceſſauit tranſiens per ſemitam*, de qua aliàs idem Iſaias.[h] *Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti. Irritum quippe factum eſt pactum*: derelinquentibus hominibus Dominum Deum ſuum. Sic ergo & quod hîc à Domino dicitur tale mihi eſſe videtur, Super hoc, quòd populus meus me dereliquit, obſtupeſcite vos cæleſtes ſpiritus, & meas perpendentes incurias, quas mihi is infert, & illius deflentes iacturam, qua alienus factus à me, & à vobis pariter alienatus eſt, & à regno cæleſti. Idcirco & portæ eius deſolamini vehementer, id eſt. Qui inter vos ſunt principes, portiſque eiuſdem regni adſtantes, tollenteſque illas ad ingreſſum ſanctorum, exhibete & ſignificate, eas ipſas portas eſſe per huius populi perfidiam deſolatas, vt ſupra explicatum eſt: vt alludatur ad illud Pſalmi.[i] *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.*

g Iſai. 33. 7.
h Iſai. 26. 7.
k Pſal. 23. 7.

14 Io. Pineda. *Angeli excitantur vt & in terris Deo ſe exhibeant comites, quē homines derelinquunt ſolum.*

Secundò in hunc modum hæc explicat Ioannes Pineda, & peregregiè in cap. 16. Iob verſ. 8. num. 4. Cælites, qui ſemper aſſiſtitis ante dominatorem vniuerſæ terræ, nunc tanquam in deſolatione quadam ſtupenda obſtupeſcite vehementer, namque videbitis optimum, maximumque Deum, cui[k] *millia millium miniſtrant, & decies centena millia aſſiſtunt ei*, cuius[l] *deliciæ eſſe cum filiis hominum*: nunc deſertum ab hominibus, ſolum relictum, deſolatum ad ſtuporem vſque, abeunt enim ad idola cuncti. Nunc ergo portæ cæli, in quibus eſt maxima Angelorum frequentia, quos habetis, huc mittite omnes, Angeli inquam qui cæli portas frequentatis, deſertas illas, & deſolatas relinquite, & Deum in terris comitamini, à quo diſceſſit Iſraeliticus populus.

k Dan. 7. 10.
l Prou. 8. 31.

Tertio denique, vt in hiſce Deus, quem alius Propheta[m] benignum, & miſericordem dicit, ac præſtabilem ſuper malitia, ita in his ſanctos ad obſtupeſcendum ſuper fidelis populi ſui malitiam prouocet Angelos, vt ſimul illos excitet ad eidem opem ferendam populo, ſi fortè per eorum miniſterium conuertatur, & reuertatur ad ipſum, vt ſenſus iſte fundetur ſuper iis Apoſtoli verbis,[n] *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Quod & ipſimet fatentur in cap. 51. noſtri Ieremiæ, quando ad opem ſceleſtiſſimi item populi Babylonici, iuxta Domini mandata deuenêre, licet abſque vllo eius populi fructu dicentes,[o] *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam*, in ſuum nimirum cæli locum. Ac ſi quod hîc dicitur ita reddas. Super hoc tam execrandum populi mei ſcelus obſtupeſcite cæleſtes ſpiritus, Et qui ad cæli portas frequentes ad mea iuſſa capeſcenda perſiſtitis, deſolatas nunc veſtras exhibete cæli portas magis quàm aliàs vnquam deſcendentes in miſeri eius populi opem, quâ modò indigent quàm maximè, *Duo enim mala fecit*, &c.

15 *Angeli excitantur ad opē ferendā magnis peccatoribus.*
m Ioel. 2. 13.
n Heb. 2. 14.
o Iere. 51. 9.

Appendicem Patrum iſtius verſ. 12 vide poſt Expoſitionem ſecundam verſ. 13.

Verſ. 13.] Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ENIMVERO[p] *populus iſte, quem mihi in peculiarem elegi, nedum vno me offendit omiſſionis peccato, ſed & duplici ad iracundiam me prouocauit commiſſionis ſcelere, mutans gloriam ſuam in idolum.* [q] *Siquidem me, qui ex innata mei bonitate illum aſſumpſeram in partem meam, quemue ipſe viciſſim in ſuam elegerat portionem, in ſuumque & Deum, ne dum recedentes ab inito mandatorum meorum fœdere offenderunt; ſed & penitus dereliquerunt, qui alioquin ita in illos eram affectus, vt quaſi cum iis conglutinatus, ab eis diſiungi vix pati poſſem; quodue ex parte mea fieri nequibat, peruerſà ipſi fecêre voluntate ſuâ, voluntariè me derelinquentes,* [r] *Qui inſtar fontis aquæ viuæ, & inſtar venæ aquarum viuentium benignè eis obuiam proceſſeram, largiſſimis benedictionum aquis me eis communicans, quibus & potus ſatisfacerent neceſſitati, & vitam, vim, motum, fructus, omneque haberent & gaudium, non minus quàm hortus, & tellus quæque aquarum ex irrigatione lætificatur, plantiſque ac arboribus vegetat, nec non & flores parit, & fructus.* [s] *Quod autem multò eſt ſceleſtius, illud eſt alterum, in quo deliquêre, quando derelinquentes me, quem ſine vllo labore, & ſine expenſis ſemper habebant in promptu, vt fontem aquarum perennium; ingenti è veſtigio cum labore, maximiſque ſudoribus ſibi fabricarunt idola lapidea,*

p Verſ. 13. *Duo enim mala fecit populus meus.*
q *Me dereliquerunt.*
r *Fontē aquæ viuæ.*
s *Et foderunt ſibi ciſternas.*

de.a, lignea, aurea, & argentea, idque maximis etiam propriarum opum sumptibus, aquè ac ij qui cisternas plurimis effodiunt impensis. [a] *Cisternas quippe eà dixerim in me, qui instar perennis sum fontis comparatione, non solùm quia me vno relicto plura illa sibi fecêre: Verùm etiam, quia diuinitatem illis tribuere, quasi aquas è cælo defluentes in cisternis subtus terram condentes:* [b] *Sed tamen instar illorum, qui in cisternis dissipatis in initer cœlestes congregant aquas, vano certè labore & ipsi diuinum simulacris adscribunt Idolorum, quæ ærugini, cariei, & demolitioni subiecta sunt:* * *Et cùm nullum in se existentis exhibere queant indicium diuinitatis vel in aliqua saltem minima cultoribus suis præstita ope, vel in se ipsis tuendis, meritò & dissipatæ cisternæ dicendæ sunt, & quæ continere non valent aquas.*

a *Cisternas.*

b *Dissipatas.*

* *Quæ continere non valent aquas.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVIA *duo mala fecit*, &c. Præposita particula. (*Quia*) rationalis, sat manifestat, non ob id obstupescendum cælis portisque eius desolandum, vt in superiori mox dicebatur sententia, quòd desolanda esset domus sanctuarij, & dissipanda, vt censuit Rabbi Salomon: Cùm potiùs ob ipsam Iudaici populi peruersitatem, quæ & desolationis templi causa extitit ea, vt mox expositum est, à Deo facta fuerit cælorum contestatio. Porrò quod supra in vers. 11. propriis Deus ipse expresserat verbis iis. *Populus autem meus mutauit gloriam suam in idolum.* Id modò duplici amplificat ratione: Primò enim patefacit, id haud vnum duntaxat censendum scelus, at duo eaque permaxima crimina, ad cuius primæ rationis energiam maiorem facit vox καὶ, id est, *&*, quæ versione Sept. habetur in plerisque Codicibus, Complutensi, Aldino, Regio, & Vaticano, (*Quia duo, & mala fecit populus meus.*) Secundò aptissimis mala ipsa duo exprimit metaphoris, fontem se appellans vitæ, Idola verò cisternas, amplificans & secundam hanc rationem cùm per reduplicationem ait, (*foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas,*) seu, (vt habent Sept.) (*lacus contritos. qui non possunt aquam portare,*) vt legit Cyprianus epistola 70. ad Ianuarium, & Episcopos Numidas, & Augustinus loco iam citato contra Epistolam Parmeniani, seu (*qui non tenent aquas,*) vt legit Paulinus, in Epistola ad Augustinum, quæ est 58. inter eiusdem Augustini epistolas.

Cyprian.
August.
Paulinus.

2 Et quidem circa primam rationem haud est, quòd detineamur, significatur quippe peccatum, de quo modò agitur, haud extitisse vnum ex iis, quæ omissionis dicuntur, sed ex illis, quæ sunt & appellantur commissionis, in quorum singulis duplex est malitia, moralis, auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturam, estque contra duplex Dei præceptum, quod Regius Propheta expressit, dicens, [c] *Declina à malo, & fac bonum.* Secus in secunda perpendenda ratione æquum est, vt singulorum verborum efficacissimam eruamus vim. Nam quod primum est pronomen. (*Me,*) vt relatum ad eum, qui iam iam dixerat. (*Duo enim mala fecit populus meus.*) hæc designat, *Me*, qui ex mera mea benignitate illos inter vniuersas Orbis terrarum nationes in peculiarem meum elegi populum, vtque propriam elegi partem, iuxta illud, [d] *Pars autem Domini populus eius.* Me, quem & ipsi à me priùs electi elegerunt sibi in Deum, cum quo indissolubile inierunt & fœdus iuxta illud Moysis, [e] *Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias cæremonias illius, & mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio.*

Peccata commissionis duplicem adnexam habent malitiam.

c Psal. 36. 27.

Per peccatum relinquere Deũ quid sit.

d Deut. 32. 9.

e Deut. 26. 17.

3 Porrò quod immediatè adiecit verbum. (*Dereliquerunt*) eorum voluntariam designat peruersitatem, quippe qui contra prædictum fœdus, nedum à meis recessêre mandatis, sed & insuper me ipsum dereliquêre, qui eà ipsos prosequebar dilectione, vt quantum ad me spectabat, ab illis disiungi non possem, vt pote illi conglutinatus, iuxta illud item Mosis, [f] *En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea sunt: Et tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos.*

Peccatum est ex libera hominum voluntate.

f Deut. 10. 14.

4 Non dicit autem simpliciter. (*Me dereliquerunt:*) At efficaciùs addit (*fontem aquæ viuæ,*) id est, quæ quasi vitam habens suam & vi fluat, ac moueatur, seu propriùs ex Hebr. (*Venam aquarum viuarum.*) Quà metaphorà primò id confirmat, quomodo ipse ex sua bonitate absque vllo eorũ studio sese illis exhibuerit, instar naturalis aquarum fontis obuiam ipsis defluẽs: tum patefacit, quàm necessariò illis adesset, cum hominibus, qui innumeris in miserrima hac vita indigent, nil reperire sit magis necessarium, quàm aqua, vnde Auctor libri Ecclesiastici primo semper loco eam collocans inter necessaria ad vitam, tum in cap. 39. ait, [g] *Initium*, id est, præcipuum *vitæ hominis*, sc. necessarium *aqua, panis & vestimentũ, & domus*, &c. tum in cap. 39. [h] *Initium necessariæ rei vitæ hominum aqua, ignis*, &c.

Fontis aquæ vitæ metaphorâ quàm aptè cõpetat Deo quatuorque similitudinis rationes.

g Eccles. 29. 28.

h Eccles. 39. 31.

Tertiò indicat, quòd per ipsum, & in ipso habeãt homines vitam omnem, omnemque & motum, imò & esse omne, iuxta illud ab Apostolo relatum, [i] *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus:* quomodo & terra, & quicquid in ipsa exoritur herbarum, atque plantarum ab aquis habet, vt vireat exoriantur, virescant, & vegetent, atque fructificent, iuxta illud quod per nostrum Ieremiam alibi dicitur: [k] *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius*, id est, qui pro idolo, vel pro creatura vlla Dominum non dereliquit: [l] *Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.* Vnde ad eumdem Iudaicum populum, qui pro idolis Deum, verumque vitæ, seu vitarum omnium fontem dereliquerat, per Isaiam dicitur, [m] *Confundentur ab idolis, quibus sacrificauerunt:* cùm priùs dixisset. *Qui dereliquerunt Dominum confundentur*, subiicit, *cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua.* [n] *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:* ex aquis enim illud omne prouenit, quod & in ciuitate, & in horto huiusmodi lætificat; & legimus apud Isaiam, [o] *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris:* quippe qui Deus ille est, [p] *qui lætificat iuuentutem nostram*, quique [q] *lætificat nos in gaudio cum vultu suo* [r] *delectationes enim in dextera eius vsque in finem.*

i Act. 17. 28.

k Iere. 17. 7.

l Iere. 17. 8.

m Isai. 1. 29.

n Psal. 45. 5.

o Isai. 12. 3.

p Psal. 43. 4.
q Psal. 20. 7.
r Psal. 15. 11.

5 Quarta quoque vox. (*Et foderunt*) allatam mirum in modũ amplificat rationem: Si enim fontem aquæ viuæ dereliquissent pro alio fonte, aquis defluentibus sibi obuio, haud forsitan tantæ arguendi fuissent insipientiæ, sed proprio labore, & sudore falsos sibi fecerunt Deos, eorumque simulachra, iuxta illud, [s] *Quia lignum* de

Peccata admittuntur & cum laboribus, & cum impensis.

s Ierem. 10. 3.

de saltu præcidit, opus manus artificis in ascia: Argento & auro decorauit illud, clauis, & malleis compegit, vt non dissoluatur. Insuper cum laboribus miseri & proprias in illorum fabricatione consumunt opes, quod (*cisternarum*) designat quinto loco adhibitum vocabulum, in quarum fabricatione plurimum impendatur, operæprecium est, pro cæmento, pro lapidibus, & lateribus, pro canalibus & pro artificibus. Sat autem constat, [a] Quod ab eodem Iudaico populo factum fuit, cùm vitulum sibi erexerunt in Deum, non parcentes vel iis, quæ charissima sibi essent aureis inauribus.

Idola quam similitudinē haberit cum cisternis.

a Exod. 32. 3.

6 Verùm quod per anadiplasiasmon & reduplicationem adiicitur, (*cisternas*) suam pariter habet vim, quod enim intendit Dominus, est, quòd sicut qui fodit cisternam, ad hoc eam fodit, vt quæ è cælo defluunt, in illam, & subtus terram condat aquas. Eadem ratione qui ipsum pro Idolis dereliquère, diuinum ac diuinitatem cælestem per Idololatriam in terrenis reponere satagunt simulachris lapideis nimirum, ligneis, vel etiam aureis, & argenteis. A qua re Athenienses deterrens Paulus dicebat, [b] *Non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis diuinum esse simile.* Et Isaias ob idem conquerens cum Iudæis. [c] *Cui inquit similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Numquid sculptibile conflauit faber, aut artifex auro figurauit illud?* &c. Bene autem addit, *forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit, quomodo statuat simulacrum quod non moueatur.* Id quod magna cum emphasi, vt allatam augeret rationem sexta significauit voce cisternas hasce dicens (*dissipatas*) seu, iuxta versionem Sept. *contritas*: Quis enim nesciat, Idola lignea tineis, & cariei, aurea verò, argentea ærugini esse subiecta?

Idolorum simulacris quā inaniter tribuatur diuinitas.

b Act 17.29.

c Isa. 40.18.

Arguit demum quàm maximè eiusdem stoliditatem, atque peruersitatem in præexpositis duobus sceleribus, quod vltimo de iisdem Idolis sub eadem cisternarum Metaphora dicitur, (*Quæ continere*,) seu, vt Cyprianus, & Augustinus locis infra citandis legunt ex Sept. (*portare non valent aquas*:) Si enim quæ tantis laboribus, atque sumptibus vel saltem aliqua ratione aquas continere possent sibi adscriptæ diuinitatis, vel in se ipsis defendendis, vel in afferendis aliquibus saltem minimis auxiliis cultoribus suis, forsan aliqua ipsi digni essent excusatione: Sed nec quid diuinum in se ea cōtinere possunt, nec quid aliis afferre queunt opis, quo diuinitatis exhibeant specimen: lege cap. 6. Baruch, [d] vbi fusiùs hæc pertractata reperies.

d Baruch. 6.

Vers. 13.] Duo enim mala, &c. Me dereliquerunt fontem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 CVM inter vniuersas animantium passiones nulla experientiâ ipsâ teste, siti sit vehementior, quæ vel in rabiem, iuxta peruulgatam loquendi phrasim, nedum canes, sed & homines quoque deducat: Cumque & appetitus delectationis, ac voluptatis, qui pari ratione animantibus vniuersis summa inditus est cum violentia, sitis ob vim ipsam, & vehementiam, & nomen sortitus sit, & effectus, iuxta illud Isaiæ, [e] *Omnes sitientes venite ad aquas.* Summâ

Sitis vehemētior est passione qualibet.

Sitis metaphorâ quàm aptè designatus appetitus delectationis.

e Isai. 55. 1.

A certè prouidentiâ factum est, vt huic potissimùm siti Deus per sui exhibitionem plene prospexerit, hocque illud est, quod hoc loco significat (*fontem*) se dicens, & fontem indeficientem (*aquarum viuentium*,) vel (vt alij legunt) (*aquarum vitæ*) fontis, seu aquæ metaphora delectationes designans, & consolationes spirituales; quia nil reperire sit, quod magis oblectet, quam aquæ potus sitienti porrectus, vnde nec Sapiens Salomon iucundissimum quid exprimere volens aptiorem reperisse visus est similitudinem, cùm dixit, [f] *Aqua frigida animæ sitienti, &* B *nuntius bonus de terra longinqua.*

Fōs Deus vt satisfaciens appetitui cōsolationū, qui in homine est.

f Prou. 25. 25.

8 Cæterùm diuinarum consolationum aquæ & viuæ dicuntur, & vitæ: viuæ, quia indeficientes, adeoque perenniter, & vbertim fluentes, vt nostram extinguere queant sitim, iuxta illud Domini in Euangelio. [g] *Qui biberit ex hac aqua non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Circa quæ duo sunt, quæ perpendas, primum, quod dicitur, *Non sitiet in æternum*, intelligendum de siti vera, esse enim & sitim, quam vulgo mendacem nuncupamus, sat omnibus constat, sitis C quippe vera est, quæ ex interna prouenit ariditate, atque ex defectu potus, & quæ in anima reliqua esse potest ariditas, quæ os semper habeat ad fontem perennem: Quamquam & id sit pariter verum, quod diuinarum consolationum aquæ tantum in se obtinent, communicántque dulcedinis, vt meritò optandum sit earum potui iugiter adhærere, quod in libro Ecclesiastici perpetuæ appellatum est sitis vocabulo, vbi increata Sapientia ait, [h] *Qui bibet me, adhuc sitiet.* Cùm fastidium ex hac satietate minimè fit, prout est ex satietate tēporanea voluptatum sensibilium.

Cōsolationes spirituales quomodo aquæ viuæ extinguentes sitim.

g Ioan. 4. 13.

Sitis duplex, vera, & mēdax.

h Ecclesi. 24. 29.

D 9 Alterum, quod perpendas est, quòd prædictæ aquæ è Deo haustæ, vt è fonte perenni, id habent peculiare, vt cùm potantur, alium eleuentur in fontem, eumque perennem, fontem inquam Deum ipsum oblectantem, ac reficientem in cælis. Enimuerò cùm pia anima vero Dei refecta gustu, quo diuinarum consolationum aquas nedum in rebus haurit secundis, sed & in aduersis gaudet & in tribulationibus à Deo sibi immissis, ex gratiarum actionibus quas profert, ex patientia, atque ex bonis aliis operibus, quæ tunc cælum versus emittit, fontem in vitam facit E æternam, fontem inquam aquarum, quibus Deus ipse suam exsaturet sitim; de qua Iesus super Cruce, ne dum vt homo, sed vt & Deus dixit, [i] *Sitio* quibus & mirum in modum idem oblectetur, iuxta illud. [k] *Gaudebit super te Deus tuus*, & illud, [l] *Iucundum sit ei eloquium meum, ego verò delectabor in domino*, id est, Ego bibere satagam aquas diuinarum consolationum, ex Deo perenni fonte manantes, idque & ob id efficiam, vt & illi aquas vicissim porrigam delectationum è fonte saltem eloquij mei salientis in vitam æternam.

Consolationū cælestium aquæ eleuantur in alium fontem quo oblectetur Deus,

i Ioan. 19. 28.

k Isai. 62. 5.

l Psal. 103. 34.

F 10 Hæc dixerim, vt vis percipiatur eorum, quæ hîc dicuntur, (*Me dereliquerunt fontem aquarum viuentium*,) Id quippe peculiare est aquarum è viuo fonte manantium, vt & vitam à fonte habeant, per quam sic moueantur, vt quantùm descenderint, tantùm & in altum pariter sese eleuent, quod in aquis mortuis minimè euenit. Tanta nihilominus hominum est socordia, vt viuis hisce dimissis, aquas quærant mortuas, imò in aquis mortuis mortem exquirāt; mortis enim nomine illas appellauit Dominus in Euangelio, cùm

Voluptates mundi mortis nomine appellata.

a Ioan. 8. 51.

cùm dixit.[a] *Si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum*, cùm voluptas sit, quæ gustetur: & qui diuinis obtemperat iussionibus id potissimùm cauet, ne ex sæculi gustum percipiat voluptatibus. Aquæ verò vitæ, imò & vita ipsa sunt, quæ diuinas exhibent consolationes, sicut & de suis verbis asseruit Dominus[b] Ioan. 6.63. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, Spiritus, & vita sunt.* &[c] Ioan. 1.4. de consolationibus, quæ habentur ex Christi gestis, & passione dicitur, *Quod factum est in ipso vita erat.*

Consolationes diuinæ appellata vita.

b Ioan. 6.63.

c Ioan. 1.4.

11

In peccato id Deus offendit magis, quòd in eo relictum se is videt pro vilissimis voluptatibus.

(*Et foderunt sibi cisternas.*) Id est, quo Deus offensum se censet magis, quòd pro vilissimis derelictus est voluptatibus, quæ etsi plures, & multiplices sunt, prout & multa sunt sensibilia ex quibus mundani haurire eas satagunt, nullâ nihilominus ratione cum ipso conferendæ sunt, qui vnus duntaxat est fons: Tum quia quò ea sunt plura, eò maioribus in illorum adeptione insudandum est laboribus, pluresue faciendæ & expensæ, prout effossionis cisternarum designatur metaphorâ; tum quia post laboriosissimos sudores, maximasque expensas id minimè in eis obtinetur, quod exquiritur voluptatis, vt siti satisfieri vel ex minima queat parte cùm in illis[d] *nec satureтur oculus visu*, iuxta Ecclesiastes sententiam, *nec auris auditu*, cúmque instar vacuatum cisternarum inania sint vniuersa, prout idem qui ea expertus fuerat testatus est Salomon,[e] *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole?* Ac si dixerit, Post indefessos exãtlatos labores nil homini præter labores ipsos sit reliqui, quàm vanitas & inane, prout clariùs explicauit infra, dicens.[f] *Dixi ergo in corde meo, vadam, & affluam delitiis, & fruar bonis. Et vidi quod in hoc quoque esset vanitas.*

Voluptates sæculi quò sūt plures, eò minus æstimãda, earumque vanitas.

d Eccles. 1. 8.

e Eccles. 1. 2.

f Eccles. 2. 1.

Nec mirum, cùm pro voluptatum aquis potiundis *foderit sibi puteos pertusos* (vt ex Hebr. vertit hoc loco Vatablus) *lacusque detritos*, (vt vertunt Sept.) lacus inquam ad recipiendas aquas illas effossos, quæ super terram defluerent, atque adeo & cænosæ essent, & fœtidæ.

12

Voluptatibus sæculi duplex dissipatio.

Peculiarem tamen vim habent in versione Vulgata & cisternarum nomē, & adiectum participium, dissipationem in illis patefaciens. Enimuerò duplici ratione cisternæ, in quibus è domuū tectis pluuiales conduntur aquæ, dissipatæ dici queunt; vel quia earum dissipatum sit vas, vel quia dissipati sint earumdem canales. Ambas in his sensibilium voluptatum cisternis, de quibus hîc sermo est, reperire est dissipationes; sed quæ à diuersis, diuersoque modo fiunt. *Oblectatio corporea voluptatis*, dicit Basilius Magnus Homil. in Psal. 33. *Plus doloris habet, quàm iucunditatis: nuptiæ enim sæpè steriles sunt, viduitates continent, & stupra: agricultura sterilitatem, mercatura naufragium, diuitiæ insidias patiuntur. Sed & delitiæ, & satietas, & continua voluptatum fruitio varios secum trahunt morbos, & affectionum varia genera.* Ideoque peroptimè Speucippus, & omnis vetus Academia apud Gellium lib. 9. cap. 5. voluptatem & dolorem duo mala opposita inter se esse dicunt, cùm videlicet dolor ipsam fuget voluptatem. Quamquam etiam cùm dolorem fugare videatur voluptas, nec tunc nihilominus ipsa sine dolore sit, quæ noxia, malaque eidem est corpori cui delectationem affert. Quod egregiâ similitudine probat Plutarchus lib. de tuenda valetudine dicens: *Quemadmodum axillarum titillationes haud proprium, neque amabilem risum prabent animo, sed molestum spasmorum similem: Ita quascumque voluptates corpus extimulatum ab animo capit, hæ nimirum & stupidæ sunt, & turbulentæ, & a natura alienæ.*

Voluptates corporis, ac mūdi plus doloris habent quàm iucunditatis.

Basil. Magn.

Speucippus.

Aul. Gellius.

Voluptas tametsi opposita sit dolori, non est tamen sine dolore.

Voluptates corporis similes risui causato à titillationibus axillarum stupide, turbulẽta, & à natura aliena.

13

Voluptatū cisternas ob summam sui bonitatem dissipasse Deus.

Diuinâ siquidem prouidentiâ factum est, vt in singulis quibusque mundi rebus secretæ quædã essent rimæ, per quas, si quid in illis esset iucundi id omne effunderetur, summâ Dei benignitate ea dissipante, quæ in terris ab hominibus vt maximè voluptatum capaces cisternæ effossæ essent, quò homines ipsos, vel ex percepta eorum vanitate ad eum redirent venam aquarum viuẽtium. Dæmonis è vestigio inuidiâ fit, vt eosdem decipiat homines, iniquè eis suadens, cisternas quidem integras esse, & in quibus multùm haberi queat aquæ voluptatum sensibilium: dissipationem verò omnem in earum esse canalibus, dissipante nimirum ipso illos, & efficiente vt studia illa, per quæ ad voluptatis obtentum peruenire quis satagit, inania reddantur, quò in aliis, nouisque semper quisque ob idipsum laboret studiis, & quasi in nouis iugiter detineatur fabricandis cisternarum canalibus, prout Salomoni cōtigisse patet ex capite secundo Ecclesiastes. Vnde fit, vt infelices homines, vel effossis cisternis, adeptisq; multo sudore iis, quæ optabant, iugibus nihilominus lassentur laboribus, nec tamen in habitis mundi rebus dulci potare queāt voluptate. Quod optimè hîc exprimitur secùdùm singularem eam lectionem, (*& non potuerunt aquam potare*,) quam reperi apud Augustinū in Dialogo altercationis Ecclesiæ, & Synagogæ, Tom. 6. Si tamen libellus ille est Augustini, vbi ita hæc referuntur. (*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, effoderūt sibi lacus detritos, & non potuerunt aquam potare.*) Ita quidē meus habet Codex, credo tamen mendosè positū (potare) pro (portare) quam lectionem & apud eumdem Augustinum, aliosque reperire est Antiquorum: facitque & ipsa ad allatum nostrum sensum, cùm exinde mundani è terrenarum voluptatum cisternis potare nequeant, quia cisternæ illæ veræ dulcedinis aquas portare nō possunt, quas ij potent aquas. Ex Euangelica filij prodigi parabola prædictorum omnium cōprobare fas est veritatem,[g] Qui cū peregrè à Patre recessisset, cōsumpsit omnia bona sua viuendo luxuriosè, & cùm cuperet saturari de porcorum siliquis, eas tamen nec poterat obtinere, quia canales cisternarum dissipati erant, prout indicant Euangelij verba illa,[h] *Et nemo illi dabat.*

Voluptatum mundi cisternas, quamuis dissipet Diabolus ex inuidia, vt eos mūdanos in suo studio magis detineat.

Voluptates sæculi potare nō possunt dulcedinis aquas, vt potentur.

Augustin.

g Luc. 15. 13.

h Luc. 15. 16.

14

Moralibus virtutibus, humanaque scientia propriis viribus insudātes fodiunt sibi cisternas dissipatas, relicto fonte diuinæ gratiæ.

Præter hunc sensum possemus & hæc aptare, vt dicta contra Superbos illos, qui cōtemptâ Dei gratiâ, quæ aqua viua est, è diuino perennique fonte, à quo est omne donum optimum, & omne donum perfectum, toti sunt in procurādis moralibus quibusdam virtutibus, atque scientia, propriis confidentes in viribus, atque laboribus, quibus quasi cisternas sibi fodiant, in quas aliquas veluti pluuiales è cælo aquas congregent virtutum earum, atque sciētiæ: Vt nimirum multò peiori studio propriæ, ac diabolicæ superbiæ flatu, summoque hypocrisis artificio in altum eas eleuent, in fontem salientem supra Deum ipsū fontem viuum, & supra virtutes, ac dona diuinæ gratiæ salientis, vt dicitur in Euangelio, in vitã æternam. Quales extitisse dicere possumus plerosque veterum Philosophorum, qui de virtutum singularum natura, proprietatibus, causis, atque effectibus magnis laboribus tractatus contexuêre; Quales & hypocritas illos asserit Euangeliū,[i] qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Quales & ij, qui, cùm faciunt eleemosynam

Philosophorū, & Hypocritarū superbia tāta, vt virtutes suas, suāque scientiā supra Dei gratiā Deique sapientiã eleuare nitatur.

i Matth. 6. 16.

a Matt. 6. 2.
b Matth. 15. 6.

ſynã [a] tubâ canunt. Quales denique Scribæ, illi A & Phariſæi, qui, vt habemus pariter in Euangelio, Sapientiæ ſuæ aquas altius, & ſupra fontem ſapientiæ Dei emittere cõtendentes [b] diuinæ legi ſuas præferri volebant traditiones. Quibus tamen omnibus, inania vniuerſa eorum ſucceſſerunt tametſi laborioſa ſtudia: quia ciſternæ ipſæ, quas effodere obnixi ſunt, diſſipatæ tandem fuêre, & contritæ, quæ veræ virtutis, veræque ſapiẽtiæ continere non valerent aquas. Quin potiùs virtutibus eorum plenis exiſtentibus rimarũ mille imperfectionum, innumerorumque defectuũ, euaneſcentibus iis omnibus, quæ diuinam in eis B præ ſe ferre videbãtur gratiam: craſſæ ſolummodo, limoſæ, fœtidæque & verminoſæ in illis reliquæ ſuperfuêre aquæ ſtultitiæ, manifeſtatæ hypocriſis, vitioſæque viuendi rationis iuxta id Apoſtoli. [c] *Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* Illudque [d] Domini in Euangelio ſub alia metaphora, quã tales ſepulchris ſimiles pronunciauit dealbatis, quæ intrinſecus plena ſunt oſſibus, fœtore, ac vermibus.

c Rom. 1. 22.
d Matth. 23. 27.

15 Abbas Ioachimus ciſternas diſſipatas, ſeu potiùs diſſipantes iuriſperitas aſſerit eſſe, & decretiſtas. *Legiſperitæ enim, ait, huius, & futuri temporis* C *animales, ſenſum Dei non habentes, terrena quærunt, aurum Sapientiæ Dei in lutum auaritiæ mundi, & ſcientiæ ſunt.* Quod quidem ſi generaliter dictum ſumatur, nullatenus eſt admittendum, cùm à Deo inſtituta ſint, & iuriſperitia, & vt per iuriſperitas gubernatio ſit Orbis, quos & bonos, ſanctóſque eſſe nemo abnuet, ſi id impleant, quod in initio libri Sapientiæ ſcriptum eſt. [e] *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram, ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis veſtri quærite illum.* Si de prauis tamen legiſperitis ſit ſermo. Optimus ex præallato Abbatis Ioachimi dicto mihi ſuggeritur eorũ D quæ modò exponimus, ſenſus quo is per hæc redarguatur peruulgatus in mundo error Principum, ac populorum, qui in his quæ in dies eueniunt, non tam ad Deum confugiunt fontem viuum, vitalibus redundantem conſultationibus, vel ad illos qui in eius periti ſunt lege, ac ſapientia vera; ſed toti ſunt in effodiendis, vel etiam ſumptibus magnis iuris humani, ac politici peritos, quos in ſuum adhibeant conſilium, & à quibus aquas habeant ſtatui, vel rebus familiaribus proprtis vtilium conſiliorum: cùm tamen inſtar ciſternarum diſſipatarum diuini timoris expertes nil ij in ſe reliqui ſeruent, quod conſulant, E præterquàm terrena, & quæ fœtorem redolent offenſionis Dei, aquam nimirum limoſam, craſſam, ac fœtidam.

Abb. Ioach. *Legiſperitæ praui ſunt ciſternæ diſſipatæ, & diſſipãtes.*

e Sap. 1. 1.

Principes qui in conſilium adhibẽt ſolos mũdi ſapientes, & legiſtas ſimpliciter, fodiunt ſibi ciſternas diſſipatas, relicto fonte aquæ viuæ.

Hugo Cardinalis aptat hæc peculiariter primò ad Clericos, qui relinquunt Deum miniſtrãtem veram Sapientiam, ſtudiumque rerum ſacrarum dantes ſe totos ſcientiis, vt ipſe ait lucratiuis. Secundò & ad clauſtrales Deum relinquẽtes refrigerium omnium tentationum, ab ipſo non petẽtes auxilium in tribulationibus: & corda ſua temporalibus explere ſatagentes conſolationi- F bus, quæ nec replere ea apta ſunt, nec quid habent durationis. Pro quo faciunt quæ à nobis in vniuerſaliori ſenſu priùs dicta fuêre.

Hug. Card. *Clerici qui relicto ſacrarum rerũ ſtudio ſcientiis indulgent lucratiuis, fodiunt ſibi ciſternas diſſipatas relicto fonte aquarũ viuentium. Religioſi qui ad mundanas conuertuntur conſolationes fodiũt ſibi ciſternas diſſipatas.*

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Obſtupeſcite cæli, &c.

Verſ. 13.] Duo enim mala fecit, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Ἐξέςη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει κύριος.

13. Ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν.

Verſ. 12.] Obſtupuit cælum ſuper hoc: & inhorruit extra modum vehementer dicit Dominus.

Verſ. 13.] Duo enim, & mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt ſibi ciſternas contritas, quæ non poterunt continere aquam.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Lugete cæli propter hoc, propter terram Iſrael, quæ futura eſt in deſolationem: & propter domum ſanctuarij, quæ futura eſt in deſtructionem & propter opera valde mala, quæ fecit populus meus dicit Dominus.* 1

Verſ. 13. *Quia duo mala commiſit populus meus, cultum meũ dereliquit, cuius cauſa adducebã ſuper eos bona, ſicut fontem aquarum qui non deficit, & errauerunt poſt idola, quæ ſunt quaſi ciſternæ confractæ, quæ non poſſunt continere aquas.*

Verſ. 13.

Obſtupeſcite cæli, &c. Referunt locum iſtum, iuxta verſionem Sept. vt & in literæ expoſitione notatum eſt, eumdemque ex parte pertractant, primò Tertullianus lib. aduerſùs Iudæos cap. 12. 2

In Paſſione Chriſti expauit cælum.

Expauit cælum ſuper iſto, & horruit plurimum nimis: Et quomodo, & quando expauit? Indubitatè quãdo paſſus eſt Chriſtus, & horruit plurimùm nimis, & Sol media die tenebricauit. Et quando horruit nimis? niſi in paſſione Chriſti, cùm terra quoque contremuit, & velum templi ſciſſum eſt, & monumenta dirupta ſunt?

Tertullian. *Iudæi non recipiẽtes Chriſtum fecerunt ſibi Synagogas in diſperſiones gentiũ.*

(Quoniam duo mala hæc fecit populus: Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere.) Indubitatè non recipiendo Chriſtum fontem aquæ vitæ, lacus contribulatos cœperunt habere, id eſt, Synagogas in diſperſiones gentium, in quibus iam Spiritus Sanctus non immoratur, vt in præteritum commorabatur ante aduentum Chriſti, qui eſt verum Dei templum.

Clemens Alexand. libro 1. Pædagogiæ cap. 9. *Stupuit cælum propter hoc, & terra multò magis horruit: Quoniam duo mala fecit hic populus, Me dereliquerunt*, &c.) Quibus in verbis, ait Clemens, fieri redargutionem, quæ eſt peccati prolatio, id in medium afferens, ſicut & ibi in Threnis, [f] *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt, omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt eam, quoniam viderunt eius turpitudinem.* 3

Clem. Alex. *Peccatorem redarguit Deus, ob oculos illi ſuum ponens peccatum.*

Thren. 1. 8.

Optatus Mileuitanus lib. 5. *Quod in Ieremia te legiſſe commemoras (exhorruiſſe cælum, quòd duo maligna populus Dei fecerit, vt derelinqueret fontem aquæ viuæ, & foderet ſibi lacus detritos, qui nõ poſſent aquam continere,) Iudæis hæc dicta accipe, qui dimiſerunt Deũ verum & fecerunt ſibi idola, id eſt, lacus detritos; idola enim ſi non fiant, non ſunt, & lacus niſi fodiatur, ſinus capaces habere non poteſt: lacus ſine arte, & fer-*

Opt. Mileu. *Iudæi reliquerunt Deũ propter idola, quæ ſunt lacus contriti.*

ramentis cauari non potest, nec idolum, &c. *In Idolis virtus naturalis nulla est.*

4
Basil. Magn. *Virginis Deo sacratæ lapsus cælos ipsos commouet ad stuporem.*

Basilius Magnus epist. ad Virginem lapsam, *Obstupuit cælum ob hoc, & inhorruit terra amplius vehementer, Dicit omnino etiam nunc Dominus: duo mala perpetrauit virgo. Me dereliquit verum sanctarum animarum sponsum, & confugit ad impium, & iniquum animæ simul ac corporis corruptorem.*

August.

Augustinus lib.2.contra Epistolam Parmeniani cap.10.Tom.7. (*Expectauit cælum super istud, & exhorruit multò vehementiùs, dicit Dominus: Quoniam duo nequam fecit populus iste, Me*, &c.)

Ioan. Chrysostomus. *Spiritus sanctus vt aqua procedit à Patre fonte aquarum viuentium.*

Ioannes Chrysost. homil. 1.de Spiritu sancto. B Tom.3. *Pater fons aquæ* viuentis dicitur iuxta Ieremiam dicentem, (*obstupescat cælum super hoc, & horreat valde terra: Quoniã duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis.*) *Diuinus sermo deficiens Patrem fontem aquæ, inducit ex fonte vitæ aquam viuam, quæ procedit, Quid procedit? Spiritus sanctus sicut à fonte, aqua.*

5
Hieronym. *Dei offensam creatura ferre nequeunt.*
a Deut 32.1.
b Isai. 1.2.
c Rom 8.22.
d Psal. 23.7.

Hieronymus in Cõment. (*Obstupescite cæli*, &c.) *Cælum, cui dictum est,* [a] *Attende cælum, & loquar. &* [b] *Audi cælum, & auribus percipe terra: videns Dei præcepta calcata inhorrescit, & stuporem dissimulare non potest:* [c] *Omnis enim creatura congemiscit, & condolet* C *super peccatis hominum. Portas cælorum illas vocat, de quibus & in Psalmo 23. scriptum est.* [d] *Leuate portæ capita vestra, & introibit Rex gloriæ. Quodque Aquila, & Symmachus cælos, Sept. verò, & Theodotio cælum interpretati sunt, nullum moueat: Hebraicum enim* שמים *sciamaim communis est numeri, & tam cæli, quàm cælum eodem appellantur nomine, vt Thebæ, Athenæ, & Salonæ.*

Eucherius. *Elemẽta turbãtur ob Dei offensam.*

Eucherius lib. 4. in librum Regum pag. 169. *Quæris fortè, vt tibi probetur, vtrum peccantibus hominibus metuant elementa. Audi Ieremiam magnificum Prophetarum.* (*Expauit cælum in istum, & terra commota est, quia duo mala fecit*, &c.) D *Turbentur elementa non officio sed affectu, quod vnicum nomen deitatis hominum eis honor imponeret, famulatumque debitum conditori, cæca deuotione præberet.*

S. Thom.

S.Thom.in Comment. (*Obstupescite,*) *quasi dicat, Si esset possibile, cæli obstupescerẽt, vel Angeli, qui in cælis sunt, vt ciuitas Regis.* (*Portæ eius,*) *Principaliores in Angelis, qui sunt quasi Principes, & Iudices aliorum.*

6
Irenæus. *Heretici non percipiũt fontem procedentem de Christi corpore, neque mãmillis matris nutriuntur in vitam.*
Cyprian.
Athanasius.

(*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*: &c.) Præterea, quæ iam ex Patribus notata sunt, Super his præcipuè hæc habeo, quæ referam. Irenæus lib.3.c. E 40. *Qui non participant Spiritum Dei, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimum fontem: Sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem Ecclesiæ*, &c. Hæreticos intelligens: Quomodo contra Hæreticos Nouatianos hoc ipso loco vtitur Cyprianus lib.de vnitate Ecclesiæ: Quomodo & Athanasius sermone contra omnes hæreses.

Iust.Mart. *Cum Baptismi lauacro conferri nequeũt Iudæorum ablutiones.*

Iustinus Martyr lib. Colloquij cum Tryphone Iudæo. *Neque mersiones illas inutiles, quæ in piscinis, & aquis putealibus à vobis fiunt, recipimus: nihil* F *sunt enim collatæ ad nostrum vitæ lauacrum. Ideo clamat ipse Deus* (*Me dereliquistis fontem viuum, & fodistis vobis cisternas perfractas, quæ aquam continere nequaquam potuerunt.*

Cisternæ dissipatæ, Doctores docentes doctrinas, & mandata hominum.

Et ad eiusdem libri finem. *Non possunt* inquit, ij. *Ex fonte bibere, sed ex dissipatis cisternis, & aquam continere non valentibus. Cisternas enim has esse, quas illis foderunt Magistri eorum, prout apertis verbis sacra scriptura dicit, docentes doctrinas, & mandata hominum.*

Cyprian.

Cyprianus epistola 70. quæ est ad Ianuarium, A & Episcopos Numidas de Baptizandis hæreticis, & in lib. de vnitate Ecclesiæ, citans præsentem sententiam prauè illâ vtitur in confirmationem sui erroris de rebaptizandis hæreticis. Vide infra Augustinum hoc impugnantem.

7
Basil. Magn. *Peccato quo à Deo deficimus, nullum maius dari potest malitiæ argumentũ.*

Basilius Magnus Comment. in Visionem secundam Isaiæ. *Quod dari potest maius argumentum malitiæ, quàm ab eo deficere, qui verè bonus est? Quæ vsque grauior exuperantia malignitatis, quàm cum exasperare, quo nil melius, ac placidius?* (*Me dereliquerunt*, ait, *fontem aquæ viuæ.*)

Greg. Nyss. *Pro studio rerum mũdi relinquũt mũdani veram Diuinorũ sapientiam.*

Gregor.Nyssenus Homil.13. in Cant. *Plerique* B *doctorum neglectis aquis veræ sapientiæ, ac parui facientes assiduitatem in verbo Dei, vel auaritiæ sibi lacum fodiunt, vel in vanæ gloriæ lapidicinis versantur, vel in superbiæ puteo laborant, vel alios denique lacus erroris studiosè fodiunt, quorum natura sic comparata non est, aquam illam tantopere expetitam continere perpetuò possint, semper huius vitæ honore, potentia, gloria, quas res mirificè multi expetunt, vnà cum ortu suo diffluentibus. De hoc queritur Deus, dicens,* (*Reliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi puteos perforatos, qui aquam continere nequeunt.*

8
Ambros. *Deus est ignis & fons.*
c Deut.4.24.

Ambrosius lib.3.Officiorum cap.14. *Ne mirêris,* C *cùm legeris, quia pater Deus dixit ego* [c] *sum ignis consumens, & alibi,* (*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,*) *Quasi enim ignis inflammat audientium corda, quasi fons refrigerat.*

Ambrosius. *Iudæi Christum ob suam perfidiam tenere nequiuerunt.*

Idem Ambrosius Enarratione in Psal. 41. (*Me dereliquerunt*, &c.) *ait Dominus de Iudæis, Non mirum ergo si sitierunt, qui aquam fontis æterni tenere non poterant, lubricis perfidiæ suæ rimis.*

Cyprian.

In quem sensum citat hæc ipsa Cyprianus lib. 1. Testimoniorum aduersùs Iudæos cap. 3. in hunc modum. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non poterunt aquam* D *portare.*

Augustinus. *In Donatistas abutẽtes hoc loco aduersus Baptismũ Catholicorum. Ad voluntatem terrenã qui conuertuntur fodiũt sibi lacus detritos, ideoque non possunt sustinere spiritum sanctũ.*

Augustinus loco citato lib.2.contra epistolam Parmeniani, confutat Donatistas his Prophetæ verbis abutentes contra Baptismum Catholicorum; explicans illa, vt dicta generaliter ad malè viuentes. Vide ibi in cap. 10. Vbi post multa hæc habet. *Effodêre lacus detritos qui continere non valent aquas, quis me prohibet sic intelligendum esse, conuersi ad voluntatem terrenam, vt non possint sustinere Spiritum sanctum, quem nomine aquæ in Euangelio significari, quis quomodo Christianus ignorat?*

9
Paulinus. *Heretici relicta vera Christi doctrina, falsa sibi fabricant dogmata.*

Paulinus epistola ad Augustinum quæ est 58. E inter epistolas eiusdem Augustini. *Heretici, qui doctrinas Dæmoniorum & sequuntur, & promunt cõceptis ab eorum spiritu adinuentionibus, quæ non viderunt phantasmata, quasi visa fingentes, & pestiferis disputationibus in corda malè credula seminantes, ij sunt qui non tenent caput, id est, Christum fontem veritatis, cuius doctrinæ quicquid aduersatur insanum est, de quibus dici puto,* (*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non tenent aquas.*

Chrysost.

Ioan.Chrysost.Homil.in Psal.22.ita hæc citat, (*foderunt sibi lacus detritos, aquam mendacem, quæ non habet fidem.*) Quo loco nota, à Chrysostomo con- F flatam vnam sentẽtiam ex eo, quod hîc habetur, & ex eo, quod habetur in cap.15. vers.18. Idem verò Chrysostomus homil.in Psal. 39. circa principium (*foderunt* ait, *sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere:*) *lutum facis, voluptates, quoniam sunt interitus & putrefactio corporis.*

Voluptates sunt lacus cõtriti effossi à mundanis.

10
Cyril. Alex. *Ad Hæreticorum doctrinã confugientes fodiunt sibi*, &c.

Cyril.Alex.lib.11.in Genesim. Quod dicitur à Deo, (*Me dereliquerunt fontẽ*, &c.) intelligit dictum contra illos, qui post legis disciplinã ad aliorum se rudem, falsamque doctrinam contulerint.

Quem sensum prosecuti sunt Patres in septima

Synodo,

5. Synodus. Tharasius Patriar. Cōstantinop.

Synodo, quæ est Nicæna secunda, ad initium Actionis quintæ his verbis Tharasij Patriarchæ Constantinopolitani. *Deus qui ventura nobis per Prophetas nunciauit, per Prophetam Ieremiam de nouis istis in Ecclesia Catholica vanitatum, & dogmatum auctoribus ait (Duo enim mala fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non possunt continere aquas.) Cisterna igitur dissipata, hæreticorum quæuis oratio est, ex qua Christianorum calumniatores, quique eam hæresim induxère, hauserunt, potaueruntque ex ea simplices peruersionem, & errorem intolerabilem, quibus per Propheticam vocem Væ væ immittetur.*

Eodemque sensu in actione 6. eiusdem Synodi istammet sententiam vitat Epiphanius Diaconus.

Synod. Frācfordiana.

Et Synodus Francfordiana sub Adriano Papa I. *Nolite*, ait, *per diuerticula discurrere, vt errorum, & cisternas vobis hæreticâ perfidiâ dissipatas fodere, quæ aquas purissimæ fidei non tenebunt. Sed per viam Regiam ad lympidissimum Catholicæ puritatis fontem festinate, & ex eo potate spiritum charitatis, & fidei, quatenus de ventre vestro fluant aquæ viuæ salientes in vitam æternam.*

11

Cyrillus. a Ioan. 7. 38. Spiritus procedit à Patre vt aqua à fonte.

Idem verò Cyrillus lib. Argumentorum quod Spiritus sanctus sit Deus ex eo, quod Iesus in Euangelio dixit, [a] *Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, de Spiritu sancto intelligens, vt explicat ibi Euangelista, & ex eo quod Dominus hîc ait, (*Me dereliquit fontem aquæ viuæ*, &c.) sic arguit, *Quando igitur aquæ viuæ fontem se ipsorum vniuersorum nominat Deus, est aqua viua & Spiritus sanctus quomodo non ex Deo secundùm naturam est, & æqualem, ac viuificam efficaciam cum eo habet?* Ex quibus patet, Cyrillum Patri hæc adscribere. Id quod facit & Homil. 18. ad Paschalium, sicut & Ioannes Chrysostomus Homil. de Spiritu sancto, tom. 3. supra relatus, & Idacius Clarus Hispanus lib. 3. aduersùs Varimundum in tom. 4. Biblioth. vet. Patrum.

Fōs aquæ viuæ Deus Pater.

Idacius.

Cognitio veri Dei est fōs vitæ.

Idem Cyrillus lib. 2. Glaphyrorum in lib. Exod. cap. de hostia agni. *Mos est sacræ Scripturæ, vt insitam nobis cognitionem, qua ad res agendas duce vtimur, puteo seu fossæ comparet. Nam scientia totius boni, tamquam ex fonte mentis in nobis scaturit, & gloriæ Dei cognitio, veluti in speculo, & in ænigmate. Vnde & eos qui contemnunt Dei dilectionem, impièque declinauerunt vt scil. dæmonibus honorem, qui Deo debetur, tribuant, grauiter accusat per vocem Ieremiæ dicens: (obstupuit ob hoc cælum, & contremuit vehementer, quia duo mala fecit, &c.) Nam cultus iste falsus est quasi cisterna rupta, vtpote ex qua nemo potest haurire illud verbum viuificum: sed sincera Dei cognitio reuera est fons vitæ.*

Idolorū cultus effossio cisternarū ruptarum.

12

Beda. b Cāt. 4. 15. Sapiētia Mūdi cum Dei sapientia cōparatio egregia.

Beda lib. 4. in Cant. super verba. [b] *Puteus aquarum viuentium. Aquæ*, ait, *viuæ solent appellari, quæ de vena fontana æternaliter manant: ad distinctionem nimirum illarum, quæ vel copiâ pluuiarum in cisternis colliguntur, vel solutione niuium in torrentibus magno ad tempus impetu labuntur, sed sereno redeunte dispereunt. Quibus meritò breuis, ac tumida iactantia humanæ doctrinæ confertur, quæ infinita sæpe, ac profunda eloquentiæ, atque eruditionis multifariè videtur flumina fundere, Sed hæc cuncta mox vbi sol iustitiæ, & æstus Euangelicæ claritatis illuxerit, quasi numquam fuerint, arescunt. De quibus Dominus queritur dicens, (Me dereliquerunt fontem*, &c.)

Hugo de Sācto Victore.

Hugo quoque de Sancto Victore, Homil. 2. in Ecclesiasten tom. 1. pag. 63. refert hæc ad doctrinam, & scientiæ notitiam: Et per cifternas dissipatas intelligit cognitionem quæ per sensus acquiritur, per visum nimirum, & per auditum, de quibus dictum est, *Non saturatur oculus visu, nec auris impletur auditu:* per fontem verò aquæ viuæ perfectam, quæ ex Deo habetur intelligit veritatis notitiam.

Rup. Abb. Hæretici cisternæ dissipatæ.

Rupertus Abbas lib. 9. in Genes. cap. 26. *Incontinenter, ac sine discretione fluunt hæretici verbis aquaticis, sunt enim cisternæ veteres, quæ non valent continere aquas. Atque adeo & eorum singulis congruit illud Genesis,* [c] *effusus es sicut aqua, scil. per oris tui incontinentiam.*

c Gen. 49. 4.

13

Pet. Damianus. Loquacium duo mala.

Petrus Damiani serm. 74. qui est de vitio linguæ. *Ociosis verbis assuetus duplici culpæ videtur obnoxius, qui & diuinas laudes, ad quas humana conditio assiduè prouocatur, abiicit: Et superfluæ loquacitati, a qua prohibetur, insistit. Sicut de quibusdam Ieremias dicit, (Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem*, &c.) *Quæ nimirum etiam de ociosa loquentibus possunt non inconuenienter intelligi: qui derelicto fonte aquæ viuæ, hoc est postposito verbo vitæ, ora sua cisternas faciunt, ex quibus non noui, sed veteris hominis verba proferunt, quemadmodum non recentem de fonte, sed sentinosam potiùs aquam de cisterna proferunt: & quia labia sua moderata nesciunt discrimine reprimere, cisternæ dissipatæ aquam nequeunt continere.*

Loquaciū ora sunt cisternæ dissipatæ.

14

Idololatræ cisternas dissipatas sibi fodiūt relicto vero vitæ fōte.

Hieron.

d Exod. 20. 2. & 3.

Communior tamen istorum sensus est, vt intelligantur de auersione Iudaici populi à cultu veri Dei, & conuersione ad cultum Idolorum. Quem sensum ita explicat Hieronymus in Comment. *Duo populus Dei fecit aduersa, Primum vt relinqueret Deum, qui est fons vitæ, & præceptum dedit dicens,* [d] *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: Secundùm, quod in eodem loco scriptum est: Non sint tibi Dij in conspectu meo, pro quo secutus est Dæmones, quos dissipatas cisternas vocat, eò quòd Dei mandata seruare non valeant. Et hoc attendendum, quòd fons perpetuus est, & vitales habet aquas: Cisterna autem, & lacus vel de torrentibus, vel ex aquis turbidis terrâ complentur, & pluuiis.*

Theodorit. Idola quàm rectè designata appellatione cisternarū.

Theodoritus etiam in Comment. *Cisternas dissipatas nuncupauit ipsa Idola. Siquidem cisterna manu fit, quæ scaturientem aquam non habet, sed à nubibus partam, & vndecumque collectam. Quòd si etiam dissipata, & præterfluens fuerit, confestim aquam è cælo collectam perdit. Huiusmodi est idolorum natura: suam enim ex materia, & artificio substantiam emendicat, & quam ex his comparauit pulchritudinem tempus delet. At qui merè Deus est, fons est vitæ perennis.* His consona sunt quæ & à S. Thoma dicuntur in suis Comment.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

EΞΕΣΤΗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἔφριξεν ἡ γῆ.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπὶ γὰρ τῶν ἀτόπων καὶ τὰ ἄψυχα λέγομεν ἐξίστασθαι ὑπερβολικῶς, τοσαύτη ἡ κακία ὡς μὴ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἀναίσθητα ἐκπλῆξαι, πάντα ὑπερβαίνει λόγον, πᾶσαν διανοίας δύναμιν τὸ ἁμάρτημα.

Θεοδωρήτου.] ἔκστασιν οὐρανοῦ φησι καὶ φρίκην γῆς, οὐχ ὡς λογικῶν, ἀλλ' ὡς πεπεικτικῶν τῆς κτίσεως. δι' ὑπερβολὴν ὡς εἰπεῖν, καὶ παρὰ φύσιν ἀγανακτούντων, διὸ ταῦτα καὶ Μωυσῆς ἐμαρτύρατο, πρόσεχε, λέγων, οὐρανὲ καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου, λαὸν δὲ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν ἡμαρτηκότα καλεῖ, ἢ διὰ φιλανθρωπίαν, ἢ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς μερίδα. B

[λέγει Κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο πανταχοῦ λέγει, ἵνα μὴ νομίζῃ τις, τοῦ προφήτου τὴν κατηγορίαν εἶναι.

[Ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν ἑαυτοῦ καλεῖ λαὸν, ὑπὸ τοῦ πόθου ἔτι καὶ τοῦ φίλτρου, ἐλεοῦντός ἐστιν, οὐχὶ κατηγοροῦντος ταῦτα, ταλανίζοντος οὐκ ἐπεμβαίνοντος. C

[Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγω διὰ φιλίαν, διὰ γοῦν τὴν ζωὴν τὴν αὐτῶν, πάντα γὰρ αὐτοῖς παρέχον τὰ ἀγαθὰ, τὸ διειδὲς τῆς διδασκαλίας, καὶ τὸ καθαρὸν καὶ ἄδολον, τὸ ἀέναον, ὄντως γὰρ οὗτος ἐστὶν ὁ Θεὸς πηγὴ ζωῆς, πάντα ἀνέβλυζεν ἐνταῦθα τὰ ἀγαθὰ, ταύτην τὴν πηγὴν οὐκ αὐτοὶ ἐποίησαν, ἀλλ' αὐτόματος, ἣν τινα ἀφέντες, τίνα εἵλοντο, D

[Ὕδατος ζωῆς.] Σεβήρου Ἀντιοχείας.] ὕδωρ νοεῖται ἡ εἰς Θεὸν γνῶσις.

Βίκτωρος.] πηγὴ δὲ ὕδατος ζῶντος ὁ Κύριος, ἀνενδεὴς ὢν παντὸς ἀγαθοῦ.

[Καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ δὲ παρ' ἑτέρων λαβόντες δοῦναι, ἐρήμους, γυμνοὺς, καὶ κενοὺς ἀγαθῶν, ἐν δίψει εἵλοντο εἶναι διηνεκῶς, μάτην ἐπόνησαν, εἰκότως οὐδὲν ἔχουσιν οἴκοθεν ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐδὲ παρ' ἑτέρου λαβόντες, οὐδ' ἂν ἐθέλωσι δύνανται, οὐδ' ἂν ἐπιχέῃ τις κατέχουσιν ἀγαθόν τι. E

Ἀπολλιναρίου.] λάκκους συντετριμμένους καλεῖ τοὺς δαίμονας. μήτε ἴδιόν τι ἔχοντας καλὸν, καὶ τὸ παρὰ θεοῦ μὴ φυλάξαντας, οὓς ὀρύσσειν λέγονται οἱ αὐθαιρέτως εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι, ἢ καὶ αὐτά φησι τὰ εἴδωλα, τὴν ὑπόστασιν ἐξ ὕλης καὶ τέχνης ὡραϊζόμενα, ὃ γὰρ ἐκ τούτων ἔχει κάλλος, ἀφαιρεῖται προβαίνων ὁ χρόνος.

[Ὅτι δύο καὶ πονηρά.]

Βίκτωρος.] δύο δὲ πονηρὰ, φησιν, ὧν, τὸ μὲν,

Vers. 12. OBSTVPVIT cælum super hoc & inhorruit, &c.) 15

Chrysostomi.[a]] *In rebus absurdis & inanimata obstupescere dicimus hyperbolicè: tanta est nequitiei*[b] *vis, vt non solùm hominibus, sed & insensatis stuporem iniiciat. Omnem rationis, omnem cogitationis facultatem excedit peccatum.*[c]

Theodoriti.[d]] *Stuporem ait cæli, & horrorem terræ, non quòd ratione vigeant, sed quòd creata contineant per hyperbolem, vt ita dicam, & præter naturam id ægrè ferentium, propter quod & Moyses hæc in testimonium vocarat, Attende*[e] *inquiens, cælum, & loquar, & intelligat terra verba ex ore meo. Populum autē, Israel, & si in peccata lapsum vocat, vel propter beneuolentiā, vel quod à principio sibi partē illū elegerat.*

Chrysostomi.[f]](*Dicit Dominus hæc vbique profert, ne quis Prophetæ accusationem esse censeat.*

Vers. 13. (*Duo enim & mala fecit populus meus.*) 16

Chrysostomi.[g]] *Rursus suum populum vocat amore philtroque percitus. Miserantis, non accusantis hæc sunt: deplorantis, non insultantis.*

(*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*)

Chrysostomi.[h] *Non dico ob amicitiam, sed propter vitam ipsorum. Omnia enim ipsis præbui bona, doctrinæ perspicuitatem, candorem, puritatem, perennitatem. Verè enim Deus hoc est vitæ fons.*[i] *Hinc omnia bona scaturiebant, fontem hunc non ipsi fecerunt, sed sponte suâ profluit, quo illi relicto quem elegerunt?*

(*Aquæ viuæ.*) Seueri Antiocheni.[k] *Aqua autem intelligitur, quæ de Deo habetur cognitio.*[l]

Victoris.[m]] *Fons*[n] *autem aquæ viuæ Dominus, cùm nullius boni indigeat.*

(*Et foderunt sibi cisternas contritas,*[o] *quæ, &c.*) 17

Chrysostomi.[p]] *Nec ab aliis accipientes dare, omnium inopes, nudi, bonorum expertes. Siti perpetuâ laborare maluerunt, frustra insudarunt. Iure nullum sibi insitum habent bonum, sed nec ab aliis acceptum, nec etiam si velint, possunt: Nec si quis infuderit continent.*

Apollinarij.[q]] *Cisternas contritas vocat Dæmonas,*[r] *vt qui nullum proprium habeant bonum, & quòd à Deo est nequaquam seruarint: quas effodere dicuntur, qui eos ad se sponte sua euocāt. Vel ipsa sic vocat idola*[s] *ex arte materiaq; subsistentia: Pulchritudinem enim, quam ex his habent tempus suo lapsu adimit.*

(*Duo enim mala.*)

Victoris.) *Duo mala inquit, quorum alterum est*

a Chrysost.
b *Malitia natura talis, vt vel inanimata ad horrorē commoueat.*
c *Peccatum tam grande malum, vt omnem excedat rationē.*
d Theodor.
e Deut. 32.
f Chrysost.
g Chrysost.
h Chrysost.
i *Fons vitæ Deus ob doctrinæ perfectissimæ exhibitionem.*
k Seuerus.
l *Aqua vitæ cognitio de Deo.*
m Vict. Presbyt.
n *Fons aquæ viuæ Deus, quia sibi sufficiens.*
o Chrysost.
p *Peccatores cisternæ contritæ.*
q Apollinarius.
r *Dæmones cisternæ dissipatæ, & contritæ.*
s *Idola cisternæ contritæ.*
Vict. Presb.

παρὰ τὸ, ἐγὼ Κύριος ὁ ἐξηγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, τὸ δὲ παρὰ τὸ, οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

A *eſt contra illud, Ego Dominus, qui te eduxi de terra Aegypti, alterum contra illud, Non erunt tibi Dij alieni præter me.* Exod. 20. 2. Exod. 20. 3.

Verſ. 14.] Numquid ſeruus eſt Iſraël, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam?

Verſ. 15.] Super eum rugierunt Leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem: Ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verſ. 14. *Numquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus? Quare ergo factus eſt in prædā?*

AN[a] fortaſſe obiiciet mihi populus iſte, quòd inſtar emptitij ſerui, vel inſtar vilis vernaculi, qui domi natus in ſeruitute ſit, ipſū habuerim, quem, vt filium meum primogenitum, adeoque & chariſſimum prædicaui, & cunctis excelſiorem, illuſtrioremque reddidi nationibus. An crudelitatis me arguet, & exiguæ erga ipſum prouidentiæ, qui inſtar pupillæ oculi mei ipſum me tutaturum ſignificarim? Quid igitur eſt, quòd inſtar viliſsimi ſerui prædæ expoſitus eſt? Certè quia ipſemet cum aliis ſe immiſcens idololatris nationibus, æquè ac illas aliàs in idololatriæ domo, vt vernaculum natum ſe effecit, perq; ipſum idololatriæ ſcelus in peccati ſe vendidit ſeruitutem.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudaicū populum quāti fecerit Deus.*

N*Vmquid*, &c. Serui vox mancipiū deſignat emptitium, voce verò Vernaculi illud ſignificatur ſerui genus, quod ex ſeruis in domo naſcitur, vnde & in Hebræo dicitur ילִיד בַּיִת *ielid baith*, id eſt, natus domi, & in verſione Sept. οἰκογενὴς *ikogenis*. Duo autem per hæc verba intendit Dominus.

Primum, id aliquâ ratione dilatare, & aliquatenus explicare, quod ſub vnica, eaque breuiſſima in præcedēti verſ. 13. ſubindicarat voce, (*Me*) ſignificans videlicet, quanti illos fecerit, à quibus adeo enormiter eſt derelictus: quippe qui haud ſerui, ſeu vernaculi loco habuerit Iſrael, vilique habitum, nullam vel exiguam eius geſſerit curā: Quin potiùs vt filium eum cenſuerit chariſſimū, iuxta illud Exodi, [b] *Hæc dicit Dominus, filius meus primogenitus Iſrael.* Tantumque abeſt, vt vel vili eum habuerit, vilemque apud alios eſſe voluerit: vt præ cunctis populis excelſiorem illum reddiderit, & æſtimarit, iuxta illud Moſis, [c] *En Dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris*, &c. *& faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen & gloriam ſuam*: vel exiguā ipſius geſſerit curam, vt magis diceret, [d] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*

b Exod. 4. 22.

c Deut. 26. 18.

d Ezech. 2. 8.

2 *Peccator ſemet ſeruituti ſubiicit & vendit.*

Bene igitur infert, *Quare ergo factus eſt in prædam?* remouens à ſe calumniam crudelitatis erga illos, quam in ipſum inurere potuiſſent, quòd cū eis ſe habuerit vt durus Dominus, ſiue vt inclemens pater, qui illos ita in hoſtium dederit prædam, vt tamquam viliſſima mancipia ſub haſta venditi ſint. Vt præterita poſita ſint pro futuris. Simulque in ipſoſmet omnem reiicit culpam, qui cùm non eſſent ancillæ filij, ſed liberæ, prædæ expoſiti ſunt inſtar viliſſimorum mancipiorum. Hoc eſt alterum illud, quod à Domino ſignificatum dicebam per ea verba. *Numquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus?* ſceleſtum populum illum haud quidem ab ipſo habitum vt ſeruum, neque à ſe tractatum inſtar vilis vernaculi, in ſeruitutē nihilominus eum delapſum, inſtarque viliſſimorum mancipiorum à gentibus tractatum, cùm

B ipſemet ſcelerum ſe ſubiecerit ſeruituti, iuxta illud Domini, [e] *Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati:* ipſemet ſe vt vernaculum exhibuerit, in idololatriæ domo natum inſtar nationum, ipſemet in ſeruitutem ſe vendiderit, vt faceret malum, iuxta illud: [f] *Receſſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & venundati ſunt, vt facerent malum.*

e Ioan. 8. 34.

f 1. Machab. 1. 16.

Verſ. 15. PARAPHRASIS LITERÆ.

g Verſ. 15. *Super eū rugierunt Leones, & dederunt vocem ſuam: poſuerunt terram eius in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſtæ ſunt, & nō eſt, qui habitet in eis.*

HInc, [g] hinc factum eſt, vt præ ferocia, quaſi iuniores Leones ad prædam ſe parātes, pa-

C renteſque ſuos ad eam excitantes, & rugitu ipſo ſuo propriam manifeſtantes ſæuitiam, multiplices hoſtium claſſes aduersùs eum inſurrexerint, cave ratione illius demolitæ ſint terram, ciuitateſque ſuccenderint, vt incolarum expertes ſint quorumcumque, & ſæuiſſimæ, ac innumeræ in eum exurgant calamitates.

Verſ. 15. EXPOSITIO LITERÆ.

3 *Leonum rugitu quā aptè ſignificata hoſtium ſæuitia.*

S*Vper eum rugierunt Leones*, &c. Moris eſt ſacrarum literarum vt ſub metaphora rugientium Leonum ſæuitiam hoſtium deſignent, quæ de

D proximo inſtet, quia tunc maximè ſæuiant Leones ipſi, cùm rugiunt, vtpote ad prædam ſe accingentes, adeo vt per Prophetam quendam dicatur. [h] *Leo rugiet, quis non timebit?* Maxima autem ſæuitia per rugitum exprimitur Leonum iuniorum, quo nedum propriam ij teſtantur, ſed & parentum quoque ſimul excitant ſæuitiam in prædam: Ideo bene hoc loco in textu Hebraico pro ſignificandis Leonibus adhibitum eſt vocabulum כפרים *chephirim*, quod haud Leones quoſlibet, ſed qui nec catuli exigui ſunt, nec adhuc Leones debitæ ætatis.

h Amos 3. 8.

Peccata ſunt calamitatum cauſa.

E Id, quod hoc loco verti ſolet in controuerſiā eſt, An Propheta hîc loquatur de calamitatibus imminentibus per Chaldæorum ſæuitiam, & per Aegyptios; An verò de tranſactis iam per ſæuitiā Aſſyriorum in decem tribus, & non modicum etiam in Iudæos, pro vtraque enim parte plures ſunt, graueſque expoſitorum. Breuiter tamē ipſe dixerim, tam de præteritis, quàm de imminentibus hîc fieri ſermonem: Vt Prophetæ, ſeu Domini, qui per Prophetā verba habebat, ea vna ſit intentio, vt Iudaicum ipſum populū à prædictis duobus auerteret ſceleribus, per quæ ſeruus effe-

F ctus peccati, conſequenter ſæuitiæ expoſitus eſt multiplicium hoſtium, multiſque calamitatum generibus, & ſuperioribus temporibus; &, ni ab illis declinarit ſceleribus, tunc pariter, cùm hæc haberentur; & temporibus quoque futuris, vt res ipſa docuit, quando & antiquitus per Philiſthæos, poſtmodùm per Ægyptios, ac per Aſſyrios, tum per Chaldæos, itemque & per Ægyptios, & demum per Græcos, & per Romanos afflicti ſunt, & grauiſſimis calamitatibus preſſi.

Vers. 14.] Nunquid seruus est Israel? &c. Quare ergo? &c.

Vers. 15.] Super eum rugierunt Leones, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Peccatorũ ad conuersionem adducit recordatio Dei vt patris sui, & quòd per peccatũ seruus factus sit.

a Luc. 15. 17.

4 VNIVERSA Euangelico filio prodigo tunc potissimùm mala euenisse dicuntur, cùm vni adhæsit ciuium, illius seruus effectus, à quo & missus est, vt pasceret porcos; tuncque ex iisdem vniuersis ereptus est, cùm in memoriam reduxit, cuiusnam esset filius, [a] *Et in se reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, Ego autem hic fame pereo, Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in cælum, & coram te*, &c. Idcirco Dominus & hîc peroptimè, postquam cælos obtestatus est, contra quos etiam peccarunt fideles, quando derelinquentes veras patris sui, cælestesque delitias in vanis mundi rebus, inanique studio suam extinguere enixi sunt voluptatum sitim, ostendens, mala omnia eis euenisse quia serui facti sunt Dæmonum, passionumque suarum, ait, [b] *Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quia factus est in prædam.* Tacitè simul eidem innuens, in memoriamque reducens, quòd eius filij sint patris cælestis, qui per fidei Baptisimique regenerationem voluntariè eos genuit. Quinimò quo magis à contentiosa auersione illos ad se reuocat; ob oculos eis ponit, quanta præter ea, quæ enumerata sunt, ob easdem sæculi voluptates ipsis prouenerint mala. [b] *Quare ergo ductus est in prædam? super eum rugierunt Leones*, &c.

b Iere. 2. 15.

Plutarchus.

Voluptas breuis in maximam inducit seruitutem.

Seruitutis cõditio ex peccato.

Augustinus.

5 *De Lysimacho referunt*, ait Plutarchus lib. de iis qui tarde à Numine corripiuntur, *quòd sitis coactus quum Getis corpus, viresque tradidisset vniuersas, postquam biberat, iam factus mancipium, dixerit: Heu meæ improbitati, qui ob voluptatem tantillam breuemque tanto excidi regno.* Id quod multò magis cuique peccatrici deplorandum est animæ. *Conditio seruitutis*, dicit Augustinus lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 15. *iure intelligitur posita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus seruum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filij vendicaret.* Imò, si verum fateri debeamus, ni adsit peccatum, nusquam est vera seruitus.

Ambros.

Seruitus vera nusquam est, nisi vbi adsit peccatum.

c 1. Cor. 7. 20.

Seruitus Christi gloriosa.

Vnde bene Ambrosius in Adhortatione ad Virgines in principio dicit, *Seruus, inquit Apostolus, vocatus es? non sit tibi curæ, qui enim vocatus est in Domino seruus, libertus est Domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.* [c] *Vide in Apostoli, Plus putatur dedisse ei qui seruus, quàm ei qui liber vocatus est. Ex seruo enim libertus Christi fit ex libero seruus. Sed nulli plus dedit, vtrique æqualem mensuram diuisit: Apud Christum enim seruitus & libertas æquâ lance penduntur: nec vllo discerniculo bona seruitutis & libertatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas, quàm seruire Christo. Vnde & Paulus seruus Christi Iesu: Hæc enim seruitus gloriosa est, in qua gloriatur Apostolus.* Magisque ad rem nostram idem ipse Ambrosius lib. 2. epist. epistola 7. ad Simplicianum *Sapienti* ait, *etiam seruire libertas est. Stulto autem & imperare, seruitus est. Et quod peius est, cùm paucioribus præsit, pluribus Dominis, & grauioribus seruit; seruit enim propriis passionibus, seruit cupiditatibus suis: quarum dominatum nec nocte potest fugere, nec die quia intra se Dominos, intra se seruitium patitur intolerabile.*

Ambros.

Peccator etiã si imperet seruus est grauissimorũ dominorum suarum nempe passionum.

Ita sanè vniuersa mirum in modum hoc loco exponuntur per hæc quæ præexpositis adiecta sunt. *Quare*, &c.

Ob voluptates peccator fit præda sensuum.

Peccatorem voluptatibus deditũ quàm male habeãt Dæmones.

d 1. Pet. 5. 8.

6 Enimuerò à Deo auersus peccator, & ad sensibiles conuersus voluptates, adeoque & paterno Dei destitutus auxilio gratiæ iustificantis, infelix omnibus, singulisque sensibus factus est in prædam, prout ex talis animæ persona de eorumdem sensuum præcipuo noster Ieremias deflet, dicẽs, *Oculus meus deprædatus est animam meam:* Sed & insuper Dæmones vniuersi instar Leonum vnà cum Diabolo eorum principe, de quo Petrus ait, [d] *Aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret*, aduersùs eos rugierunt, sæuissimos sese illi exhibentes hostes ad quælibet accinctos damna: suamque dantes vocẽ per suggestiones, quas eidem suggerũt perniciosissimas, tantum per illas in eo proficiunt, vt miserrimam eius animam, quæ priùs & Dei templum erat, & hortus deliciarum, eximiis bonorum operũ fructibus, sanctorumque desideriorum floribus exuberans, in solitudinem redegerint: quodque est peius, singulæ eius potentiæ, quas in ipsa Deus ædificarat, sibique custodierat, vt in illa quasi paruo in Orbe tot essent ciuitates bonis omnibus opulentæ, concupiscentiæ æstibus exustæ sunt: adeo vt nec Deus in eis habitet, nec quidquam bonarum cogitationum bonorumque affectuum. Vide Hugonem Cardinalem fusiùs hæc prosequentem vt peculiariter dicta contra Prælatos, tum & contra Clericos, ac demum contra prauos religiosos.

VVLGATÆ.

Vers. 14.] Numquid seruus, &c.

Vers. 15.] Super eum rugierunt, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Μὴ δοῦλος ἐστὶν Ἰσραὴλ, ἢ οἰκογενής ἐστιν? διατί εἰς προνομὴν ἐγένετο;

15. Ἐπ' αὐτὸν ὠρύοντο λέοντες, καὶ ἔδωκαν τὴν φωνὴν αὐτῶν, οἳ ἔταξαν τὴν γῆν αὐτοῦ εἰς ἔρημον, καὶ αἱ πόλεις αὐτοῦ κατεσκάφησαν, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι.

Vers. 14.] Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus est? quare factus est in prædam?

Vers. 15.] Super eum rugierunt Leones, & dederunt vocem suam, qui posuerunt terram eius in solitudinem: & ciuitates illius destructæ sunt, eò quòd non habitentur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid seruus factus est Israel? num dominatus verna est? quare traditus est direptoribus?* Vers. 15. *Aduersùs eum clamant Reges, tollunt vocem suam, ponunt terram eius in desolationem, ciuitates eius deserta sunt absque habitatore.*

Serui efficimur per peccatum.

Hieron.

Nunquid seruus est Israel? &c. Hieronymus in Com

a Ioan. 8. 33. Comment. *Puto ex hoc loco in Superbiam elatos Saluatori dixiſſe,* [a] *Semen Abrahæ ſumus, & nemini*
b Ioan. 8. 34. *ſeruiuimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis? Neſcientes, quòd* [b] *omnis, qui facit peccatum ſeruus peccati ſit, & ſeruiat vnuſquiſque ei, à quo vincitur.*
c Gen. 9. 25. *Nati ergo de amico Dei Abraham, vitio ſuo facti ſunt quaſi filij Cham, cui dictum eſt,* [c] *Maledictus Chanaam, ſeruus erit fratribus ſuis.*
Theodorit. Theodoritus in Comment. (*Numquid ſeruus,* &c. *Nempe norunt omnes, quòd liberatus ſit ab Ægyptiorum ſeruitute, quódque meâ fretus prouidentiâ regeretur à ſe ipſo planum erat omnibus, illuſtris enim erat, & conſpicuus.*

2 (*Quare ergo factus eſt in prædam? Super eum rugierunt Leones,* &c.)

Theodorit. Theodoritus ibidem. *Quæ igitur fuit cauſa captiuitatis quo pacto tam facilè expoſitus eſt, aggredien-* A *tibus illum Regibus, quos appellat Leones, & hos dicit, terram ipſius diuiſiſſe, & vrbes incendiſſe.* Hieron.

Hieronymus in Comment. *Interrogat ſermo diuinus, vt ipſe reſpondeat. Leones autem vocat Principes Babylonis, qui terram eius poſuerunt in ſolitudinem,* &c. *Vel certè iuxta Anagogem, Leones intelligamus aduerſarias poteſtates, aut hæreticorum Principes, qui terram Eccleſiæ deſolantes omnes illius vrbes hæretico incendio vaſtauerunt: & illo igne, de quo ſcriptum eſt,* [c] *Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum. Illi enim verè dant vocem ſuam. Propterea autem vrbes illius vaſtatæ ſunt, & deletæ, quia non habent habitatorem Deum, dicente Scripturâ, (& non eſt qui habitet in eis.)*
Dæmones & Hæretici dicti Leones.
c Oſeæ 7. 6.

D. Thomas. S. Thomas in Comment. referens hæc ad Chaldæos, quod dicitur, (*Dederunt vocem ſuam,*) intelligit de voce vel belli, vel præcepti.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΜΗ δοῦλος ἐστὶν Ἰσραὴλ, ἢ οἰκογενὴς ἐστιν;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶπεν ὅτι οὐ δύνανται οἱ λάκκοι. λέγει λοιπὸν τὴν ἀπόδειξιν, πόθεν γὰρ ἄλλοθεν δοῦλοι γεγόνασιν, οὐχὶ ἀπὸ τούτων? οὐκ ἔνι εἰπεῖν, ὅτι ῥήματα ἐστὶ ταῦτα, μόνον οὐχὶ ἀπολογεῖται ὅτι αὐτοὶ ἑαυτοῖς αἴτιοι, οὐ γὰρ δὴ ἐξ ἀρχῆς τοιοῦτος ἦν, ἀλλ' ἑαυτοῖς τὴν δουλείαν ἐπεσπάσατο.

Τοῦ αὐτοῦ.] μὴ ὡς δούλου κατεφρόνουν; οὐχ ὡς υἱοῦ προενόησα; ἢ οἰκογενὴς ἐστιν Ἰακώβ; ἢ οὐχὶ καὶ τὸν προπάτορα διὰ τιμῆς ἤγαγον, ὥστε καὶ μετὰ B θάνατον αὐτὸν τιμᾶν τῇ μνήμῃ; τουτέστιν ἐγὼ μὲν ἄνωθεν ἐν υἱοῦ τάξει αὐτὸν ἐκτησάμην, αὐτὸς δὲ εὐκαταφρόνητον ἑαυτὸν πεποίηκεν, διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριος γέγονεν.

[Ἐπ' αὐτὸν ὠρύοντο λέοντες.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὡς ἤδη δουλευουσῶν τῶν δέκα φυλῶν, φησί τις τοὺς ἐξ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσραὴλ εὐγενεῖς ἀπέδειξε δούλους ἁρπαγέντας ὑπὸ Ἀσσυρίων; οὓς ὠνόμασε λέοντας διὰ τοὺς αὐτῶν βασιλεῖς, ὧν πρῶτος ὁ Θεγλαφασὰρ δορυάλωτον ἔλαβε τῶν δέκα φυλῶν τὸ πλεῖστον, δεύτερος δὲ ὁ Σαλμονασὰρ τὴν Σαμάρειαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν ἔλαβε πόλεις ἀνδραποδίσας, καὶ ἄλλως δὲ, τῆς ἐξ Αἰγύπτου δουλείας ἠλευθερώθησαν, καὶ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας τυχόντες, πῶς ἐξ ὑπαρχῆς ἐδουλώθησαν; καὶ οὐ νοητοῦ δὲ δοῦλοι γεγόνασιν Ἀσσυρίου; τοιγαροῦν λεγόντων αὐτῶν, ἡμᾶς οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε, καὶ πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραὰμ, φησὶν ὁ Χριστὸς, ὑμᾶς υἱοὶ ἐστὲ τοῦ διαβόλου, ἐχρῆν οὖν φησὶν, ὑμᾶς ἐξ Ἰσραὴλ γεγονότας, ἐκεῖνον τε ζηλοῦν, καὶ τῆς ἰδίας ἐλευθερίας καθεστάναι φύλακας.

Ὀλυμπιοδώρου.] λέοντες πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν οἱ Βαβυλώνιοι, πρὸς δὲ διάνοιαν ἀνήμεροι δαίμονες.

Τοῦ αὐτοῦ.] παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν οἰκήτορας ἀγαθούς.

Verſ. 14. NVMQVID *ſeruus eſt Iſraël, aut vernaculus?* &c.) 3

Chryſoſtomi.] *Dixit quòd ciſternæ non poſſunt, infert itaque demonſtrationem: quanam enim alia de cauſa ſerui facti* [a] *ſunt? Nonne propter hæc? Nec fas eſt dicere, verba hæc eſſe. Excuſat ferè ſe, culpam in illos coniiciens. Nec enim à principio talis erat ſed ſibi ſeruitutem attraxit.* Chryſoſtom.
a *Seruitus nō à Deo, ſed à peccatis noſtris.*

Eiuſdem.] *Num vti ſeruum contemnebam? Non velut filij* [b] *curam geſsi? (aut vernaculus* C *eſt Iacob?) Nonne & progenitorem ipſius in honorem habui? vt & poſt mortem, illum honorem memoriâ recolens. Hoc eſt, ego quidem à principio filij loco eum mihi habueram, ipſe verò contẽptibilẽ ſemet effecit, quare & hoſtium mancipium factus eſt?* Idem.
b *Filij loco à Deo habitus homo per peccatum facit ſe ſeruum.*

Verſ. 15. (*Super eum rugierunt Leones,* &c.) 4

Incerti.] *Vt iam decem tribubus ſeruitute oppreſsis ait, quos ingenuos Abraham & Iſraële ortos ſeruos fecit raptos ab Aſſyriis? quos Leones propter eorũ Reges appellauit, quorũ primus Theglaphaſar maximam decem tribuum partem vi* D *abduxit, alter Salmonaſar Samariam, & quæ circũm erant vrbes deprædatus. Aliter etiam, Aegyptiacâ ſeruitute* [c] *liberati ſunt, & me experti bona illis prouidentem quomodo iterum captiui facti ſunt, ſpiritualiſque Aſſyrij ſeruitutem ſubierunt? Itaque cùm ipſi dicerent: nos nemini ſeruiuimus vnquam, & Patrem habemus Abraham, dicit Chriſtus, vos ex Patre diabolo eſtis. Oportebat igitur, ait, vos, qui ex Iſraël originem ducitis, illum imitari, propriæque libertatis eſſe cuſtodes.*
c *A ſeruitute peccati liberatos captiuitati Dæmonum iterum ſubiici admirationem iniicit ipſimet Deo.*
Ioan. 8. 33.
Ioan. 8. 44.

Olympiodori.] *Leones iuxta dictum Babylonij, at iuxta ſenſum, efferi dæmones.*

Eiuſdem.] (*Eò quòd non habitetur,*) *Ex eo quòd non habuit bonos incolas.*

O 4 Verſ. 16.

Vers. 16.] Filij quoque Mempheôs, & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem.

Vers. 17.] Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *Vers. 16. Filij quoque Mempheôs, & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem,*

ITA [a] autem afflictus es, atque in posterũ affligêris internecionibus, ac demolitionibus, cladibusque aliis, vt ab Ægyptiis quoque & ab illis in primis, in quorum vt in præcipuas, munitissimasque totius Ægypti cõfugere soles ciuitates Memphis, & Taphnes, ne dum grauissimis oppressus sis calamitatibus, quando, me relicto, in quem vnum tuam defigere debuisses spẽ omnem, ad ipsos confugisti, in eorumdemque confisus auxiliaribus copiis: sed & per idololatriam, quã ab eis edoctus es, quamue & seruare contendis, constupratus sis ea ratione, vt à planta pedis, vsque ad verticem non sit in te sanitas,[b] Ab iisdem & mox quando post tui, vrbiũque tuarum euersionem per Chaldæos factam, in Ægyptum more tuo consueto abdes temet, tuus denique contundetur superbiæ vertex, extremaque cõfringêris clade,[c] Ipsi enim sat tui exploratam habuere contumaciam in Deum, à quo & innumeris te norunt cumulatum beneficiis, vel etiam in admirandis prodigiis: Ideoque te summo habuerunt contemptui, omnique te illuserunt opprobrio.

b *Contundẽt tibi verticẽ.*

c *Agnouerũt te, & illuserunt tibi.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *FILII quoque Mempheôs, & Taphnes,* &c. Hæ duæ sunt præcipuæ ciuitates Ægypti, vt apertiùs colligere est ex cap. 44. vbi idemmet Ieremias Iudæos in Ægypto, & specialiter in duabus his ciuitatibus habitantes arguit, quòd ibi idola colerent, maiorum suorum inhærentes vestigiis. Ab his igitur duabus præcipuis Ægyptiaci Regni ciuitatibus ipsum hoc loco designans Ægyptum, ipsosque Ægyptios, ab illis ait eosdem Iudæos confractos, seu constupratos vsque ad verticem.

2 Habet autem peculiarem vim adhibita particula (*quoque, filij quoque Mempheôs.*) Tantumdem enim est, ac si dicatur, ita à ferocissimis hostibus oppressus es calamitatibus, necibus, incendiis, ac demolitionibus: Vt ab Ægyptiis pariter, & in primis consumptus sis; ab iis, in quos tuam consueuisti spem ponere, & ad quos confugisti frequenter, & confugis adhuc: cuius rei sæpius eumdem populum nedum à nostro Ieremia, sed & in primis apud Isaiam cap. 30. & cap. 31. argutum videre est.

Pro intellectu autem eorum, quæ in hoc vers. 16. dicuntur, Sciendum, pro eo quod in Vulgata habemus, (*Constuprauerunt te vsque ad verticem.* in textu Hebraico legi ירעוך קדקד *irnguch codcod*, (*conterent, confringent*, aut *contundent tibi verticem*,) in futuro. Sept. literam ד *daleth* legisse videntur pro simili, quæ nunc est litera ר *resc*, & pro ירעוך *irnguch* à verbo רוע *roang*, malè habere, confringere, & contundere, legisse ידעוך *iedonguch*, in præterito à verbo ידע *iadang*, scire, & cognoscere, adeoque vertêre ἔγνωσάν σε *egnosan se* (*agnouerunt te*) quamquam ad declarandum, quid intellexerint, per hoc *agnouerunt te*, A cùm in textu Hebraico insuper verticis nomen reperissent, adiecerunt καὶ κατέπαιζόν σου (*& illuserunt tibi*) ad constuprationem hæc referentes, peruulgata est enim sacrarum literarum phrasis, quâ cognoscere aliquam, honestè vsurpari solet, pro habere rem cum illa: & illudendi verbum pro abusu eiusdem Venerei actus vsurpatũ pariter reperimus in libro Iudicum, vbi dicitur, *Eduxit [d] ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam*, &c.

Cognoscere pro actu Venereo.

Illudere pro constuprare.

d Iudic. 19. 24.

Quem sensum sequutus videtur & noster Interpres vertens, (*Constuprauerunt te vsque ad verticem*,) B id est summâ libidine. Quamquam ipsa lectio Sept. alium quoque admittat sensum, prout mox explicabo.

3 Triplici quippe ratione explicari posse crediderim, quæ hic dicuntur. Primò iuxta lectionem Hebraicam, ac si dicatur, Quinimò ij ipsi, in quibus omnem habebas fiduciam, Ægyptij inquam postquàm ab Assyriis, & Chaldæis euersus fueris, confringent tibi & verticem, & vsque ad verticem te contundent, nihil reliquiarum tuarum in te relinquentes integrum. Reliquias enim eius populi post Nabuchodonosor cladem C in Ægypto confugisse legimus [e] lib. 4. Reg. & infra in cap. 43. num. 5. contritionem verò hanc vsque ad verticem colligere est ex iis eiusdem Ieremiæ verbis, quibus in cap. 44. in persona Domini ait: [f] *Ecce ego vigilabo super omnes in malum, & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in terra Ægypti, gladio, & fame, donec penitus consumantur, & qui fugerint gladium reuertentur de terra Ægypti viri pauci in terram Iuda, & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Ægypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur meus, an illorum.* Quamquam magis genericè hæc sumentes, Tantumdẽ D esse hæc possunt, (*filij quoque Mempheôs, &c. contundent tibi verticem*,) ac si dicatur, ij ipsi etiam Ægyptij, ad quos, vt ad tutum confugere soles asylum, elatam tibi contundent superbiam, Italicè, *t' ammaççaranno tant' alteriggia*, quod sæpius ab Ægypti Regibus factum videre est in libris Regum, & in primis in cap. 23. lib. 4.

1. Sensus.

e 4. Reg. 25. 26.

f Ier. 44. 27.

4 Ad quem, seu ad quos sensus reduci possunt lectiones & nostræ Vulgatæ, & Sept. per constuprationem istam designatam sumentes omnimodam demolitionem, Vel etiam delusionem, & infamiam. Ac si dicatur, Ægyptij summâ te E decorarunt infamiâ, quomodo & mulier per constuprationem infamis redditur, & expers honoris, quo eleuatur in superbiam. Meliùs tamen secundo sensu principali ad idololatriã hæc referuntur sub constuprationis seu fornicationis designatam metaphorâ apud Prophetas frequẽtissimâ, iuxta illud Ezechielis, [g] *polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis.* Quomodo autem ab Ægyptiis potissimùm Iudaicus populus idololatriam dixerit, Ægyptiorumque adorarit idola, sub hac ipsa metaphora hisce in præcitato loco citat Ezechiel, [h] *Et fornicatæ sunt in Ægypto, in* F *adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earum, & fracta sunt mammæ pubertatis earum.* Pauloque inferiùs: [i] *Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto non reliquit*, & tertius denique sensus, qui aptari potest ad versionem Sept.

2. Sensus.

g Ezech. 33. 17.

h Ezech. 33. 3.

i Ezech. 33. 8.

5 (*Agnouerunt te, & illuserunt tibi.*) Ac si dicatur, sed & Ægyptij, in quibus potissimùm confidis, optimè pessimam tuam agnouerunt naturam, satque exploratum habuerunt, quàm à me alienus esses vnico Deo tuo, qui tibi vel prodigiis, & inauditis opem ferre consueueram miraculis,

3. Sensus.

quámue

quamue ad idololatriam, omneque malum esses A procliuis: ideoque te illuserunt, & ad sua cogentes idola, & pergrauibus te insectantes cladibus.

Quod dicitur (*vsque ad verticem*) accipitur à plerisque vt designans corporis Iudaicæ Reipublicæ vertex, & caput, vt significetur, eum calamitatem maximam, eaque ludibria non solum plebem sed & principes, regemque ipsum tactum prout contigisse legimus, & cum Rege Iechonia, & cum Rege Sedecia, & cum ipsomet Iosia, eiusque filio Ioachaz. Meliùs tamen alij istud ipsum. *Vsque* ad verticem, prouerbiali modo positum sumunt ad designandas calamitates, & ludibria in B summo excessu, prout item prouerbialiter, sed minori energiâ Isai. 8.8. de magna calamitate dicitur. *Vsque ad collum veniet.* & cap. 30. 28. *Quasi torrens incidens vsque ad medium colli.*

Vers. 17. PARAPHRASIS LITERÆ.

a Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deũ tuũ eo tẽpore, quo ducebat te per viam.

CVR [a] autem omnia tibi euenêre, dic amabo? nonne tumet ea fecisti tibi, cùm dereliquisses Dominum Deum tuum, nedum eo tempore, quo ex Ægyptiaca eductum captiuitate per deserti viam deducebat, quando pro vitulo aureo ducem ipsum tuum dereliquisti, sed & per successiuum tempus omne, quo eumdem abiecisti, cùm te per Prophetas Sanctos in viam rectam ducere enixus est.

Vers. 17. EXPOSITIO LITERÆ.

6 Per peccatum nos ipsi nobis causamus calamitates.

NVMQVID non istud, &c. Confirmat id, quod hucusque egit, amouens à se calumniam crudelis domini, per quam Iudaicus populus tantarum calamitatum causam omnem in ipsum referebat: & apertiùs asserit, ipsosmet ea sibi & causasse, & causare, iuxta illud, [b] *Perditio tua ex te Israel*, ob ea nimirum scelera, quæ iam supra recensuit, & ad vnum illud referuntur, quod suum dereliquit Deum. Noster interpres (*istud*) vertit in singulari, quomodo habent ex Heb. vt quod hìc dicitur referatur potissimùm ad id, quod vltimo loco in vers. præcedenti dixerat de constupratione seu illusione, & confractione ei facta per Ægyptios, cui concordant, quæ vltimò adhibentur verba, (*quia dereliquisti Dominum eo tempore quo ducebat te per viam,*) quando nimirum eum ex Ægypto eductum per viam duxit deserti. Aptiùs tamen pronomen (*istud*) referes ad clades vniuersas tactas, & in vers. 14. & 15. vnde bene Sept. in plurali vertêre. (*Hæc facta sunt tibi.*) In Hebr. pro (*factum est tibi,*) est verbum anceps תעשה *tá aseh*, quod potest esse vel tertia persona fœminini generis temporis futuri, vt verti possit, (*Hæc scilicet res fecit tibi.*) scilicet omnia prædicta, subdaturque postea, quæ sit ea res, derelictio nimirum Dei: vel secunda eiusdem futuri persona generis masculini, vt vertendum sit, prout vertit Vatablus, (*An non istud fecisti tibi:*) quod maioris est energiæ.

b Osee. 13.9.

7 (*Quia dereliquisti Dominum Deum.*) In Hebræo est verbum in infinito cum affixo, & pronomine עזבך *ngozbech*, id est, (*derelinquere tuum*, quod referri potest vel ad eam rem, quæ prædicta fecisse dicitur, iuxta primam versionem, vt sensus sit: Fecit tibi ea omnia res ista, quòd dereliquisti, &c; vel vt positum sit tamquam nomen substantiuum, vti illud sumpsêre Sept. vertentes, (*Nonne ista fecit tibi τὸ καταλιπεῖν σε ἐμέ*, id est, illud quod dereliquisti me.) Complutensis, & Regia οὐχὶ ταῦτα ἐποίησάν σοι τὸ καταλιπεῖν σε ἐμέ.

(*Nonne ista fecerunt tibi quia dereliquisti tu me, dicit Dominus.*) Quæ sequuntur, (*Eo tempore, quo ducebat te per viam,*) in versione Sept. non habentur, habentque nonnihil difficultatis: sunt enim, qui ea ad speciale illud referunt tempus, quando Iudaicus populus ex Ægypto eductus, cùm à Domino duceretur per desertum, in vituli adoratione dereliquit Dominum Deum suum: vt quod dicitur (*eo tempore:*) tantumdem sit, ac ex eo tempore: sicut & quod in Heb. est בעת *bengheth* (*ex tempore,*) cum litera ב *beth* non solùm pro præpositione In, sed & frequenter pro præpositionibus a, ab, & ex, vsurpata reperiuntur, vt notat In pro a, & ex.
Sanctes-Pagninus cap. 18. lib. 1. suarum Institutionum Hebr. locusque iste sit similis alteri, quo in 4. lib. Reg. dicitur. [c] *Perseuerarunt irritantes me ex die, qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto.* Non c 4. Reg. 21. 15.
minùs verò commodè ab aliis hæc referuntur, ad totum tempus, quo populum illum Deus per sanctos Prophetas per rectam virtutis viam deducere conatus est, idque in primis, quod per Ieremiam ipsum id facere satagebat. Hebræa ad verbum sic habent בעת מולכך בדרך *benghet moliche baddarech*, id est, (*in, seu ex tempore, quo* C *faciebat te ambulare in via,*) seu per viam. Cæterùm ex his deduci id intendit Dominus, in quæ præcipitia tetenderint, qui ipsum viæ dereliquerint ducem. Tanta est nihilominus eius erga populum illum benignitas, vt per viarum anfractus illo errante, vix continere se valens, quin vel vocibus ei opem ferret, propemodum exclamans dicat. *Et nunc quid tibi vis?* &c.

Vers. 16.] Filiis quoque Mempheôs, &c.

D *Vers.* 17.] Numquid non istud, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

SI quando id vnum eidem peccatori reliquum erat sani, quòd fidei substantiam rectam retineret, eò propter easdem voluptates frequenter præcipitatur, vt vel per atheismum, vel per aliquam fœdissimam constupretur hæresim, ita vt ei illud aptandum sit, quod per alium Prophetam dicitur, [d] *A planta pedis, vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas*: nemo est enim, qui nesciat, caput in anima ipsam esse fidem; Idque omne ab iis illi prouenit, ad quos contra Dei & Ecclesiæ Catholicæ iussa confugit, à filiis Ægypti, hæreticis nimirum, & filiis tenebrarum. Constupratur quoque vsque ad verticem à sociis, fidelibus quidem quoad fidei substantiam, sed filiis nihilominus tenebrarum, cum quibus conuersationem in terris instituit, per quos & infamis efficitur, honoris pariter expers redditus, de quo vulgò dici solet, honorem meum in vertice defero capitis, quatenus mundani eam illius habent rationem, vt pro eo vno seruando, & quas habent non renuant expendere opes, & vitam mortis exponant periculis, & animæ propriæ paruifaciunt salutem, & quod omnium est horribilius, Deum abiiciunt veram gloriam, decusque suum. Vnde bene & iuxta Hebraicam lectionem dicitur, *filij quoque, &c. confringent, seu contundent tibi verticem:* tum quia de iisdem contendentes voluptatibus, prout quotidiana docet experientia, sæpius eũ in honore lædunt: tum quia eius conscij infamium crimi-

8 Ob voluptatis nimiũ studiũ populi eò deueniunt, vt & fidem aliquãdo amittant.

d Isai. 1.6.

E

Peccator ob nimiũ voluptatis studium fit etiam infamis amisso honore apud mundanos.

F

criminum illusioni ipsum habent, prout versio indicat. Sept. *Filij quoque Mempheôs*,&c. *agnouerunt te, illuserunt tibi*, eo nimirum pacto, vt infelix mundi, prout dici solet, euadat fabula.

Religiosi quã deuitare debent arctam cũ sæcularibus conuersationem.

9 Aptissimus mihi videtur locus iste ad persuadendum religiosis, vt arctam deuitent conuersationem sæcularium, mundanorumque in primis prauorum, quos rectè filios esse dicemus Mempheôs, vt Taphnes ciuitatum Ægypti, & tenebrarum mundi: tum quia per eorum prauam conuersationem in fœdissimos plerumque trahuntur libidinis actus: Vtinam non sæpe & in constuprationem per idololatriam, de qua [a] Psal. 105. 35. *legimus commixti sunt inter gentes*, &c. *& seruierunt sculptilibus eorum*, tum quia cùm intimiùs illos cognouerint sæculares, eorumque facti sint inspectores imperfectionum, ne dum bonam de illis dimittunt, quam forsan habebant æstimationem, sed & contemptui illos habere incipientes, & publicè in triuiis, & conuenticulis, communibusque consortiis ipsos illudunt, ita vt fori eos faciant fabulam: Et vtinam aliquibus, & improbis duntaxat illuderent religiosis: illudunt enim propter paucos illos & toti religionis corpori, totique & statui; per blasphema sua ora & religionum versantes Prælatos, & ipsum quoque Christum Dominum eius capitis verticem blasphemãtes. Concinit pariter locus iste eique quod in plerisque Christianorum Prouinciis magnorum luctuum causa & fuit, & est. Cùm ob prauã Clericorum vitam filij tenebrarum, sæculares inquam impij, & hæretici falsis dogmatibus sanctam constuprarunt Ecclesiam, omni contentione illius contundere satagẽtes caput Pontificem Romanum, Apostolicæque illius illudere sedi. Quod est commune hæreticorum omnium studium.

a Ps. 105. 35.

Clericorum praua vita occasio plerũque hæresũm in fidelium Prouinciis.

Hæreticorum cõmune studium in Romanã sedem.

Vers. 17.

Ob nimiũ voluptatis studiũ peccator est sibimet causa malorum omniũ.

10 *Numquid non istud*,&c. Benignissimus pater cælestis, cui id vnum est in optatis, vt peccator cõuertatur, & viuat, malis enumeratis, in quæ fidelis incidit populus propter nimium sensibilium voluptatum studium, facillimum tandem illi porrigit modum, quo ab iis omnibus erui is queat: ostendens quippe, ipsummet ea omnia sibi fecisse, quatenus eum dereliquit Patrem, ducemque suum, in quo vno vt in patre consolationum omne habere poterat voluptatis bonũ, & à quo vno per rectam in mundo isto ducebatur, tutoque duci poterat viam: Indicat simul ab eius quoque voluntate pendêre, vt in pristinum filij reuertatur statum, si ad ipsum quem reliquit remeauerit, eumdemque ducem firmâ sequatur spe. At tanta est prauæ voluptatis, prauæque consuetudinis vis, vt peccator nullâ habitâ ratione, vel tãtæ peruersitatis, quæ & cælos in stuporem, horroremque inducit, vel tantorum detrimentorum quæ quotidie propter voluptatis studium experitur, vel diuinæ benignitatis, & patientiæ, adhuc obstinatissimè iisdem inhærens, mundi adhuc peragrare, & frequentare prauas satagit semitas, vt iisdem, quibus siti inhiat inextinguibili, potiatur voluptatibus, eidemque adhuc compatiens piissimus pater, quasi post terga hisce ad eum inclamat. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti?*&c.

Peccatorẽ vt à voluptatibus reuocet, quàm enitatur Deus.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] Filij quoque Mempheôs,&c.
Vers. 17.] Numquid non istud,&c.

SEPTVAGINTA.

16. Καὶ ὑοὶ μέμφεως, καὶ τάφνας ἐγνοσάν σε, καὶ κατέπαιζόν σου.
17. Οὐχὶ ταῦτα ἐποίησε σοὶ τὸ καταλιπεῖν σε ἐμέ; λέγει κύριος ὁ θεός σου.

Vers. 16.] Et Filij Mempheôs, & Taphnas cognouerunt te, & illuserunt tibi.
Vers. 17.] Nonne hæc fecit tibi illud, quòd dereliquisti me, dicit Dominus Deus tuus?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Filij quoque Mempheôs, & Taphnis occidunt fortes tuos, & diripiunt facultates tuas. Vers. 17. Nonne hæc vltio fit in te, eò quòd dereliquisti cultum Domini Dei tui, qui ostendit tibi viam rectam, & non ambulasti in ea? 1

Hieronym.

Filij quoque,&c. Hieron. in Comment. *Duarum præcipuarum Ægypti ciuitatum filios dicit constuprasse Israel vsque ad verticem, eo sensu, quo Isaias posuit*, [b] *A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Tanta enim fuit libido Ægyptiorum, qui sunt magnis carnibus, vt nulli parcerent membro, sed omnia constuprarent, iuxta literam referetur ad idola Ægyptiorum; iuxta intelligentiam spiritualem ad magistros peruersi dogmatis, qui Ecclesiæ puritatem suâ polluunt turpitudine. Hæc autem idcirco eueniunt ei, quia dereliquit Dominum Deum suum, & eò maximè tempore, quo ipsum ductorem sequi debuit.*

b Isai. 1. 6.

Hæretici polluunt Ecclesiæ puritatẽ.

Theodorit.

Theodoritus in Comment. *Et hæc passi estis non modo ab Assyriis, sed & ab Ægyptiis: Insuper enim, inquit (filij Mempheôs, &c.) cognouerunt te, & illuserunt tibi.) Qui tui gratiâ vulgatà illa pertulerunt: quos tandem profundo maris tradidi.*

2 Pet. Dam.

Ecclesia constupratur per Simoniam.

Petrus Damiani lib. 1. Epist. epistola 20. (*Filij Mamphеôs, & Thaphnes constuprauerunt te vsque ad verticem,*) Ierusalem vsque ad verticem constupratur, quando à minimis quibusque Ecclesiis vsque ad Apostolicam sedem, quæ omnium caput est Ecclesiarum, luxuriâ venalitatis extenditur.

S. Thom.

Libidinis ignominia turpissimè Iudæi habiti sũt ab Ægyptiis.

S. Thomas in Comment. Refert hæc iuxta literam ad mulierum constuprationem, quodque dicitur, (*Vsque ad verticem,*) de abusu accipit cõtra naturam, iuxta illud Thren. [c] *Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda*, spiritaliter verò eadem intelligit de Idololatria, qua vsque ad firmos contaminarunt.

D. Bonau.

Mentem superiorẽ rationis portionem fœdari per peccatum.

D. Bonauent. 2. sent. dist. 24. part. 2. art. 1. qu. 1. ex hoc loco deducit, superiorem portionẽ rationis fœdari per peccatum, dicens, *Sed contra*: (*filij Mempheos, & Taphnes constuprauerũt te vsque ad verticem.) Si ergo vertex secundùm quod Sancti exponunt, dicitur apex mentis, siue superior portio rationis, videtur quod & illa habeat per peccatũ constuprare, & fœdari.*

Vers. 17.

Theodorit.

(*Nonne istud*,&c.) *Causam* ait Theodor. in Commẽt.) *infirmitatis exponit, Mox enim, vt liberatus es ab Ægyptiis me dereliquisti, & vitulũ pro Deo cõstituisti.*

Hieronym. D. Thom.

Ad ducatum tamen Dei generaliorem refert hæc Hieronymus in Comment. & S. Thomas in suis item Comment. comprobat hæc ex iis Danielis. [d] *Quia recessimus à te, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos Prophetas*, &c.

d Dan. 9. 9.

CATENA

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ υἱοὶ Μέμφεως, καὶ Τάφνας ἔγνωσάν σε, καὶ κατέπαιζόν σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Μόνον οὐχὶ ἀποδυρομένου ἐστί. πόθεν σοι ταῦτα γέγονεν; ἀνακαλουμένου αὐτοὺς, καὶ κατέπαιξάν σου. ὃ μάλιστα τῶν συμφορῶν τοὺς ἀνθρώπους δάκνειν εἴωθεν. τὸ ἔγνωσάν σε, καθάπερ τινὶ κόρῃ εὐγενίδι ῥιφείσῃ, καὶ ἐμπαροινήσαντες κατέπαιξάν σου.

Τοῦ αὐτοῦ.] περὶ Αἰγυπτίων λέγει, τινὲς δὲ τὸ, ἔγνωσαν, ποιμανοῦσιν, ἔφασαν, μεταφορᾷ χρησάμενοι, καὶ τὸ, κατέπαιξαν ἐπήγαγεν, ἵνα τῶν κακούντων τὴν κακίαν σημαίνῃ.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] Νῦν φησὶν οὐ μόνον οἱ Ἀσσύριοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Αἰγύπτιοί σου κατέπαιζον, οἱ πάλαι διὰ σὲ τοσαῦτα παθόντες.

[Οὐχὶ ταῦτα ἐποίησέ σοι, τὸ καταλιπεῖν ἐμέ;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἐμοῦ ἕνεκεν ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τῶν σῶν, πόθεν * γοῦν ταῦτα γεγένηται, πόθεν ἔρημοι αἱ πόλεις; πόθεν οἱ λέοντες ἐπεστέβησαν; πόθεν ἐκεῖνοι κατέπαιξαν. εἰ μὴ ἐμὲ ἐγκατέλιπες, τὸν διαγαγόντα σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ παρασκευάσαντα ἀσινῆ παρελθεῖν.

* γρ.

A Vers. 16. *Et filij Mempheôs, & Thaphnas cognouerunt te, & illuserunt tibi.*) 4

Chrysostomi.] *Tantum non deplorantis hoc est. Vnde tibi euenerunt? Reuocantis eos, (& illuserunt tibi.) Quod omnium ærumnarum maximè homines pungit, (cognouerunt te:) veluti cuidam puellæ ingenuæ proiectæ & insultantes illuserunt tibi:* Chrysostom.

Eiusdem.] *De Aegyptiis loquitur. Quidam autem pro (cognouerunt) dixerunt (pascent) metaphorâ vsi, adiunxit autem (& illuserunt tibi) vt inferentium mala nequitiam exprimeret.* Chrysostom.

B

Victoris Presbyt.] *Nunc ait non solùm Aegyptij, verùm & Assyrij tibi illudebant, qui tui causâ multa olim passi sunt.* Vict. Presb.

Vers. 17. (*Nonne hæc feci tibi illud, quòd,* &c.) 5

Chrysostomi.] *Vides quòd non meâ causâ hæc profero, sed tui? vnde igitur hæc? Quare vrbes desolatæ? Leones irruerunt, & illi illuserunt? Nisi quia me dereliquisti, qui deduxi te per terram desertam, & effeci, vt pertransires innoxia.* Chrysost.

C

Vers. 18.] Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vers. 18. Et nūc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?

VIDE [a] in qua, relicto vnico, & tuto duce incidere tibi contingit præcipitia. Sat ipse video, in qua & nunc praeceps ruas. Heus tu, ad quid pro ope, me relicto, tendis ad Ægyptum? ad quid item te conuertis ad Assyrios, vt vnà cum turbidis aquis riui Aegypti, magnique fluminis Euphratis, & idololatriam imbibas, cultumque idolorum & Aegypti, & Assyriæ?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *ET nunc quid tibi vis?* &c. His verbis deterret ipsum Iudaicum populum, tum à confugio ad Ægyptios, atque ad Assyrios, tum ab eorumdem Ægyptiorum, & Assyriorum Idolis, in quæ illum præcipitem ire animaduertebat: persistens adhuc in aquarum metaphora, quam supra in vers. 13. vsurparat. Per hæc autem duo flumina & cæterarum pariter nationum Idola intelligit, siquidem duo ista sunt præcipui termini, & fines Iudææ, iuxta illud Genes. [b] *Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem.* Porrò Ægypti aquas appellat turbidas, iuxta versionem Vulgatæ, prout

b Genes. 15. 18.

& in libro Iosuë vbi cùm describuntur eiusdem Iudææ termini, dicitur, [d] *A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem:* quia Nili aquæ turbidæ existunt, vnde & Hebraicum nomen à nigredine sortitus, Nilus dicitur שחור *schichor*, prout & hoc loco habetur, (*Vt bibas aquas Nili,*) riui nimirum Nili; Siquidem in Iudææ, Aegyptique confinio riuus est, & fluuiolus quidam è Nilo defluens inter Rinocoluram, & Pelusium vrbem Ægypti in mare defluens, vt bene notat Hieronymus super cap. 6. Amos, quo loco idem appellatur Torrens deserti, sicut & alibi dicitur Torrens Ægypti. Num. 34. & Iosuë 15. Euphratem autem per Antonomasiam dicit (*flumen*) simpliciter, quod inter terræ flumina magnitudine præstet, vnde & flumen magnum dicitur Genesis [e] 15. loco supra citato. Eademque ratione & in libro Exodi flumen simpliciter dicitur, [f] *Ponam terminos tuos à Meridie, &c. & à deserto vsque ad fluuium.* Et Sept. ob eamdem illius magnitudinem fluminum vocabulo hîc expressêre, sic enim vertêre, (*Et quid tibi & via Assyriorum, bibere aquã fluminum*) iuxta peruulgatam sacrarum literarum phrasim, quâ numero plurali exprimi solet præcipuum, & magnum in aliquo genere, & insignis aliqua res, sicut in libro Iob Diabolus Behemoth in plurali Bestiæ, non behema & bestia in singulari: sic & Zachar. 5. dicitur, [g] *Et facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech,* id est insignem, magnamque coronam.

D

E

d Iosue. 13. 3.

e Genes. 15. 18.

f Exod. 23. 31.

Plurali numero designari solita res aliqua insignis & magna.

g Zachar. 5. 11.

2 Gaspar Sanctius quod dicitur (*vt bibas aquam turbidam,*) metaphorico sumendum existimat sensu,

Gasp. Sanct.

sensu, vt nimirum designet ærumnosam, & fœdam, quam in Ægypto transacturi ipsi essent Iudæi. Notatque, Regulam eam hîc seruatam, quâ id dicitur quis velle, licet maximè oderit, quod vult in causa. Vt cùm dicitur. (*Quid tibi vis in via Aegypti?*) sensus sit: Id nempe vis, quod minimè vis, neque cogitas; vt ibi miseram, atque ignobilem vitam agas. Subtilis certè interpretatio. Mihi tamen magis arridet, quam mox prosecutus sum: vt locutio sit propria de flumine Nilo: quæ est & communis, & cuius veritas exinde confirmatur, quòd in subiecto secundo membro, in quo descripto est Assyriæ item per eius flumen Euphratem, nullũ flumini illi adhibitum est epithetum, quo quid designaretur ærumnosi, ac molesti in Assyria ipsa Iudæis euenturi. Tametsi non abnuam, Prophetam, in vtroque membro subindicare voluisse, quæ Iudæis in Assyria obuentura essent, & in Ægypto in pœnam, quòd contra Sanctorum Prophetarum consilia eò confugerent pro auxilio; Vt tempore Regis Achaz Isaiæ [a] cap. 7. arguuntur quòd Assyriorum, & Ægyptiorum copiis confidentes ab vtrisque pessimè habendi essent.

Velle quid sæpe dicimur, licet illud maximè oderimus, quod volumus in causa.

a Isai. cap. 7.

Vers. 18.] Et nunc quid tibi vis in via Ægypti? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 OBSTINATO peccatori adhuc compatiens piissimus pater, quasi post terga hisce ad eum inclamat. (*Et nunc quid tibi vis in via Aegypti?* &c.

Ac si dicat. Miser, quid adhuc perseueras in mundi, tenebrarumque semitis, vt ad tuam explendam sitim ex aquis bibas voluptatum eius? An non experientiâ hucusque edoctus es, quàm turbidæ eæ sint, quàm cænosæ, quamue & ignominiosæ? Quid tibi qui ad cæli semitas directus à me fueras, quid inquam tibi cum via Assyriorum (quorum interpretatio insidiantium est) cum via mundanorum, qui sibi inuicem pro voluptatibus præoccupandis iuges struunt insidias? *An vt bibas aquam fluminis* magni, vel iuxta versionem Sept. *fluuiorum?* ô quàm stolidus es, & vecors fingens in mundo reperiri voluptatis flumen immensum, imò & flumina complura, cùm illud sit profectò verissimum, quod à me audisti, cisternas duntaxat in illo esse, easve à mundanis ipsis effossas, & cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Voluptatibus mundi inhærere quàm sit stolidum.

4 Habent autem peculiarem vim singula istius sententiæ verba. Enimuerò quod primò adhibitum est aduerbium, (*nunc*) cum præposita particula (*Et*) quæ coniunctiua est: significat in eo maiorem manifestari peccatoris stultitiam, quòd nihilo prudentior, ex transactis effectus, nec diuinis delinitus beneficiis, adhuc insuper toto vitæ suæ spatio in easdem sese deuoluat miserias. Peregregiè enim Augustinus lib. 11. Confess. cap. 20. probat in ipso, *Nunc*, omne includi tempus, dicens: *Quod nunc liquet, & claret, nec futura sunt, nec præterita. Nec propriè dicitur, Tempora sunt tria, præteritum, præsens, & futurum. Sed fortasse propriè diceretur, Tempora sunt tria, præsens* (dictu, *Nunc*) *de præteritis: præsens*, (*Nunc*) *de præsentibus: præsens*, (Nunc) *de futuris. Sunt enim hæc in anima tria quædam, &* A *alibi ea non video: præsens de præteritis memoria: præsens de præsentibus contuitus: præsens de futuris expectatio.* Ex quibus Augustini verbis multam eruere potes materiam amplificandi continuatũ peccatoris studium in derelictione Dei, & adhæsione ad terrenas voluptates.

Peccatoris nõ resipiscentis insania.

Augustinus.

In præsenti, ac nunc, includi omne tempus, præteritum, præsens ac futurum.

Peccatoris continuatum in delinquẽdo studium.

Quamquam si bene ipsum totum expendatur vel fruitionis earumdem voluptatum tempus, reperiemus certè cùm illud sit nunc tantummodo, nil durationis in ea fruitione præterquam momentanei instantis, quod nec durationis nomen apud bonos meretur Philosophos.

Voluptatum præsentium fruitionis tẽpus reducitur ad momentaneum nunc.

B (*Quid tibi vis?*) En per hæc confirmatum & Theologorum, & Philosophorum axioma illud, Non esse peccatum quid, nisi voluntariũ. Et per interpositum pronomen (*tibi,*) axioma aliud verũ esse indicatur, quòd voluntas velle quid nequit, quod formalitatem aliquam nõ habeat boni, saltem sibi falsò à deprauata mente vt vtilis, vel delectabilis repræsentati. Et bene, (*Quid?*) inquit per interrogationẽ, quando peccatori verba facit de eo quod deprauata & mente, & voluntate sibi vult; vtpote qui optimè norit, illud omne re vera nihil aliud esse, quàm meram vanitatem, adeo- C que & ab illo ea ratione loquẽdi suspẽdere Deus mihi visus est verum esse, sicut certum est bono esse id carere, Quod magis confirmat voce, quã mox subiicit, (*In via.*) (*Quid tibi*, inquiens, *vis in via?*) Siue viæ nomine iter significatum dicamus, vt sensus est literæ: siue viam ipsam accipiamus, in qua iter id habeatur.

5 *Peccatũ esse voluntarium.*

Volũtas quid velle nequit, nisi sub specie boni.

Voluptates, quas vult peccator, esse meram vanitatem.

6 Enimuerò quid in itinere esse potest subsistens, si iter ipsum reuera nil subsistens habet? cùm nil aliud sit, quàm motus, iugisque mutatio; Adeoque bene Philosophus dixit Ammonius, motionem nullam categoriam ingredi, quia D sit res quædam inchoata, & imperfecta, qualibus in categoriis nullus, inquit, est locus. Et profectò quicquid mundani volunt homines, tale id illis esse dixerim, in iugi nimirum motione, ac itinere, siue potiùs ipsammet esse motionem. Quod exinde mihi persuadeo, cum illius totius exactissimam definitionem eam in Epistola Ioãnis legam, [b] *Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Non enim dicitur, illa esse concupiscibile quid subsistens, sed concupiscentiam ipsam, quã alio nomine desiderium rectè dixeris. Desideriũ E autem, vt bene ait S.Thom. 1.2.q.30.art. 1.ad 2. simplicem designat motum in rem desideratam, Et superbia quid aliud est, quam iugis pariter itineris motio? [c] *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me*, ait Propheta, illam describẽs.

Mundanarũ voluptatum nihil est subsistens, sicut nec in itinere quid subsistit est.

Ammonius.

Motio non est in aliquo prædicamento.

b Ioan. 2. 16.

Mũdana omnia esse ipsam mutationem.

Quomodo mũdana dicantur concupiscẽtia & desiderium, quod est simplex motus.

Superbia est itineris motio quædam.

7 Neque verò minus habet ad eadẽ confirmãda robur ipsum viæ nomen, prout sonat, acceptum pro semita, si cum suo consideretur adiuncto, (*Et nunc quid tibi vis in via Aegypti?*) Siquidem Ægypti via, qua nimirum ex Ægypto filij Israel in terrã deducti fuêre promissionis, & per quam è Iudæa in Ægyptum transitur, omnis expers est rei, quæ F esse habeat bonum, prout in illius animaduertimus delineatione qua in hoc ipso capite dicebatur, [d] *Desertum in terra quæ non seminatur:* [e] & desertum, terræque inhabitabilis, & inuia, terra sitis, & imago mortis, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo. Cui certè viæ & mundi viam similem esse satis superque ibi ostendimus. Ita vt meritò peccatori, ac mundano cuique quærenti voluptates in mundo per increpationem dicatur, (*Et nunc quid tibi vis in via Aegypti?*) Ac si dicatur, deprauata voluntate quæ

c Psal. 130. 1.

In Mũdi via nil esse boni.

d Ierem. 2. 2.

e Ierem. 2. 6.

Voluptates quæ in mũdo quærũtur nihil sunt.

quæ bona tibi ſint quæris labore magno, ſed id tandem omne quod vis, nihil eſſe patefacis, dum in via id vis Ægypti.

8 *Mundanorũ ſtudium in quærendis in mũdo voluptatũm, vbi nil percipi queat boni quàm ſtultũ, & vanum.*

Quòd ſi Ægypti nomen ſymbolicè adhibitum hîc ſit, prout ſæpiſſime alias, vt tenebras deſignat, & mundum, qui & tenebræ dicitur, Quis aptiùs, Et efficaciùs vanitatem explicaſſet ſtudij mundanorum, & peccatoris circa deſideria, & inquiſitionem ſibi bonorum, quæ nulla tandem reperiat, quàm iſta? quòd ea velit in via tenebrarum, vbi nil ſit, quod percipere queat, præterquam denſiſſimæ, quas palpet, tenebræ, quæ eſſe non habent, ſed priuationem illius. Qua de re agemus aliàs.

9 *Sitienti aquã bibere naturale eſt.*

Aqua putris & turbida iucundiſſima præ omni vino ſitienti Regi Artaxerxi.

(*Vt bibas aquam turbidam.*) Quòd homines, & animantia quæque poſt magnos exantlatos labores, poſtque longum, ac difficile iter, vt ſiti exinde in ſe cauſatæ proſpiciant, bibant aquas, naturæ certe eſt conſonum: Adeoque naturale, id eſt, vt ſæpe vel cœnoſa & turbida aqua nedum, ſedet ſimpliciter ſitim, ſed & maximâ reficiat delectatione, Prout de Rege Artaxerxe referunt hiſtoriæ, quòd cùm ei contra Cyrum fratrem pugnanti, præque ſiti propemodum deficienti aqua exhibita eſſet putris, & turbida, Eâ ebibitâ, cum Deorum obteſtatione proclamarit, ſe numquam vinum potaſſe iucundius, nec vllam vnquam, tametſi puriſſimam expertum eſſe aquam ſuauiorem. At verò quòd quis deditâ operâ difficillimo ſe dedat itineri, ingenteſque ob id ſuſcipiat labores, vt ſolummodo bibat, contra omnem naturæ eſt vſum, & contra ipſam quoque rationem. Quantæ igitur dicemus amentiæ, ſi quis idipſum efficiat, vt aquam bibat, & turbidam?

Sitim itinere & labore procurare ad bibendam aquã turbidã cõtra naturã eſt, & contra rationem.

10 *Creatura recto indicio à nobis cõſiderata, quando iis vtimur, ſũt nobis veluti aqua clara, Dei bonitatem nobis repræſentantes.*

Sanè ſi res ipſæ quæ in mundo ſunt, & quibus vt prauarum voluptatum ſubiecto mundani abutuntur, iuxta inditam à Deo naturam ſpectentur, aquas rectè eas dixerimus fluentes quidem, cùm in iugi ſint mutatione, ſed tamen claras, & ita claras, vt in illarum bonitate, immenſa Dei bonitas, veluti in terſiſſimo contemplari liceat ſpeculo, iuxta illud Sapientiæ. [a] *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri, etenim cum in operibus illius conuerſentur, inquirunt, & perſuaſum habent, quoniam bona ſunt quæ videntur.* Sicque iuſti dum hanc in mundo degunt vitam, ad neceſſitates naturæ mundo ipſo, iuxta Apoſtoli dictum, [b] vtuntur tamquam non vtantur, quia ex eius bibentes aquis id magis percipere ſatagunt, quod in earum claritate bonitatis ſpectant diuinæ, cuius vnius intuitu maximè reficiuntur. Quin & libentiſſimè iuxta tales reſident aquas, vt & in cæterarum creaturarum conſideratione ſuæ ipſorum inſpectores fiant deſuper inditæ pulchritudinis, qua præ illis omnibus Dei in ſe expreſſam intuentur imaginem, & in morum ſanctitate ſimilitudinem, *ſicut columbæ* [c] videlicet illæ pulcherrimæ, ſummoque candore inſignes, quæ propter idipſum *ſuper riuulos aquarum* eſſe dicuntur in Canticis, *& reſidere iuxta fluenta pleniſſima.* Quibus & ob id oculi ſponſæ ſimiles eſſe dicuntur, vt pote qui in aquis limpidis ſanctum intra ſe ipſos intueantur ſpiritum, [d] columbæ in ſpecie ſuper Chriſtum deſcẽdentis, prout ex Gregorio Niſſeno in noſtris ſuper Canticis Commentariis proſecuti ſumus exponentes quod in cap. 1. iuxta verſionem Sept. ibi dicitur, [e] *Oculi tui columbæ*, in recto.

a Sap. 13.5.

b 1. Cor. 7. 31.

In creaturarum vſu iuſti veluti in aquis claris ſibi à Deo inditam ſpeculantur pulchritudinem.

c 1. Cor. 7. 31.

d Matt. 3.16.

e 1. Cant. 15.

11 *Mũdani abutentes creaturis ad viles voluptates, aquas bibere dicũtur turbidas, in quibus nil ſpectare queunt diuinæ bonitatis.*

Cæterùm mundani, ac peccatores frui iis volentes, quæ vti duntaxat deberent, in via Ægypti bibere ſatagunt, turbantque omnem creatura-
A rum aquam: Vnde fit, vt turbidam bibentes in cœnoſis voluptatibus aquam, neque Dei bonitatis, neque diuinorum in ſe collatorum beneficiorum compotes in vſu exhibitarum fiant creaturarum. Et vtinam turpiſſimum inter animantia omnia non imitarentur Camelum, qui ne ſuam in aqua clara intueri cogatur deformitatem, turbidam ſemper potat. *Obturbatâ enim proculcatione priùs aquâ, aliter potu non gaudet*, ait Plinius lib. 8. cap. 18. & ante Plinium Ariſtoteles lib. 8. de hiſtoria animalium cap. 8. *Turbulentam*, dicens, *& craſſam ſuauius bibunt, quippe quæ nec ex*
B *fluuio priùs hauriant, quàm pede inturbent.* Et pedibus certè prauorum affectuum ſuorum voluptuoſus quiſque peccator ob id pariter aquam turbat earum, quibus frui ſtudet creaturarum, vt nimirum in turbida, quam bibit, propriam non intueatur deformitatem, ex peccato, & ex terrenorum abuſu ei prouenientem.

Camelũ qui aquã turbidã facit, ne bibẽdo ſuam in ea intueatur turpitudinẽ, peccator imitatur in creaturarũ abuſu.

Plinius.
Ariſtot.

12 *Aſſyriorũ regnũ typus regni Superbiæ.*

(*Et quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?*) Per Aſſyrios ſuperbiæ Regnum intelligunt Expoſitores omnes, quotquot moraliter hunc exponunt locum, Et bene, nam & apud Iſaiam Aſſyriæ, ac Babylonis Rex in typum aſ-
C ſumptus eſt Luciferi omnis ſuperbiæ principis, vbi & illius ſumma deſcribitur ſuperbia, dicentis. [f] *In cælum conſcendam, ſuper aſtra exaltabo ſolium meum, ſedebo*, &c. *Similis ero Altiſsimo.* Et iam ex Prophetæ Regij verbis probatum eſt, [g] ſuperbiã ipſam eſſe viam, & iter in magnis, & mirabilibus ſuper ſe. Et quia à Ioanne [h] in deſcriptione eorum quæ ſunt in mundo, duabus, vt viſum eſt, concupiſcentiis, carnis, & oculorum ſuperbia adiuncta eſt vitæ: Bene & hoc pariter loco poſt præcedentem increpationem peccatoris de concupiſcentiis, & increpatio ſubiecta iſta eidem eſt
D de ſuperbia vitæ. Quam emphaticè illi ſignificatur, multò magis ipſum in hoc ſuam patefacere peruerſitatem, quod inani ſtudio, ſummoque cum labore ſuperbiæ nil verè exiſtentis pro ſua animi elatione viam terat, & ambitionis: cùm exploratiſſimum ſit, ipſius ſuperbiæ Regem id vnum contendere, vt & omnia mundi Regna ſibi reddat ſubiecta, ſicut de Nabuchodonoſor [i] legimus in lib. Iudith, & vt mancipia efficiat, teneatque quotquot in ſua repererit via.

f Iſai. 14.13.

g Pſ. 130.1.

h 1. Io. 2.16.

Mundanorũ ſtudii quàm vanũ in terenda via ſuperbiæ, & ambitionis, quæ tandem nihil eſt.

Superbia in via repertos mãcipia ſua facit diabolus.

i Iudith 2.3.

13 *Iuſti bibentes virtutum aquas è fonte, exaltantur.*

(*Vt bibas aquam fluminis.*) Qui iuſti ſunt, adeoque & humiles, de fonte aquarum viuentium bi-
E bere volentes ad diuinam excelſi eius fontis venam eleuantur, vt exinde virtutum hauriant aquas de fontibus Saluatoris, idque immenſo in gaudio. Quo contra iter habentes in via ſuperbiæ, ſuæ ſatisfacere ſatagentes animi elationi, & ambitioni neceſſario, magnoque cum labore toto ſe deiiciunt corpore ad bibendum è flumine deorſum fluente, iuxta illud [k] qui ſe exaltat humiliabitur. Idque totum, vt aquam de flumine bibant Euphratis, in quo quatuor præcipuos Angelorum Sathanæ alligatos legimus in libro [l] Apocalypſis; vt bibant inquam de flumine Baby-
F lonicæ mundique cõfuſionis: mundanæ inquam potentiæ, ac fœlicitatis, cuius Typus ipſe eſt Euphrates, infectam à diabolicis ſpiritibus vitiorum omnium quæ ſuperbiæ conſequuntur aquam.

Superbi bibẽtes ex confuſionis flumine vitiorum aquas, deiiciũtur.

k Luc. 14.11.

l Apoc. 9.14.

14 Ioach. Abb. *Eccleſia non confidat in Principibus ſæcularibus. Clerici, & Religioſi arguũtur qui ſæcularibus ſe immiſcent.*

Abbas Ioachimus præſentem ſententiam ad Eccleſiam aptat Romanam, quam ob id redarguat Deus, quòd aliquando nimium in ſæcularibus confidat principibus. Melius tamen alij per eamdem vnumquemque eorum repræhendi cenſent clericorum, ac religioſorum, qui mundum iterum repetant, & negotiis ſe immiſceant ſæcula

Dion Carth. cularibus. *Hæc enim* Dionyſius ait Carthuſianus ſuper hunc locum, *eſt religioſis, & clericis præcipua ruinæ cauſa, quòd poſtquam ad clauſtrum vel Dei obſequium ſe ipſos dedicauerint, ſæcularibus puta Ægyptiis ſe immoderatè commiſcent, ſicque in via Ægypti incedunt: Vnde & filij Iſrael terram promiſſionis ingreſsi, cùm ſe Chananæis, ac cæteris nationibus coniunxiſſent, mox ad eorum idololatriam declinauerunt.*

Iac. Aluarez. Ponderanſque Iacobus Aluarez Tom.2.de adeptione virtutum lib.3.par.4.cap.5. quod huic ſententiæ præfixum eſt. (*& nunc*) *Antea* inquit, *cùm ſæcularis eſſes, quid mirum ſi poſt ſæculum curreres, ſi quæ huius ſæculi ſunt, negocia tractares? At nunc religioſus factus, aut ad ſpiritualem vitam conuerſus: at nunc cum ſæculo inimicitias exercens, & deliria ipſius damnans, quid iterum ea probas? quid ad ea reuerteris? quid aquâ putridâ ſæcularium curarum ſatiaris?*

VVLGATÆ.

Verſ. 18.] Et nunc quid tibi vis in via Ægypti?

SEPTVAGINTA.

18. Καὶ νῦν τί σοι, καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου, τοῦ πιεῖν ὕδωρ γηῶν; Καὶ τί σοι, καὶ τῇ ὁδῷ Ἀσσυρίων τοῦ πιεῖν ὕδωρ ποταμῶν;

Verſ. 18.] Et nunc quid tibi, & viæ Ægypti, vt bibas aquam Geon? Et quid tibi, & viæ Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminum?

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. Nunc autem quid vobis eſt, vt conſortium iungatis cum Pharaone Rege Ægypti, ad proiiciendum maſculos veſtros in fluuium? & quid vobis eſt, vt ineatis pactum cum Aſſur, ad transferendum vos vltra flumen Euphratem?

Origen. *Mundi flumina ſanitatem conferre nequeunt.*

(*Et nunc quid,* &c.) Origenes Tomo.8.in Ioannem circa finem. Per hæc duo flumina, mundi flumina intelligit, quæ lepræ peccati ſanitatem, quod vni proprium eſt Iordani, minimè queunt afferre.

Ambroſ. *Ab vſura dehortatio.*

Ambroſius lib.de Thobia cap. 7. (*Quid tibi vt bibas aquam Geon?*) *Quid tibi, vt biberes calicem fœneratoris.* Enarrat.[a] autem in Pſalmum 1. *Sunt aquæ,* ait de quibus prohibet nos bibere Ieremias, dicens, (*Quid tibi, & viæ Ægypti, vt bibas aquã Geon?*)

Hieron. *Hæreticis adhærentibus quæ obueniãt.*

Hieronymus in Comment. explicat, quòd per aquas turbidas Nilus deſignatus ſit, & per fluuium Aſſyriorum Euphrates ait, *Qui Chriſtum reliquerit fontem vitæ, & hæreticorum ſibi foderit lacus, qui aquas doctrinarum continere non poſſunt, neceſſe eſt vt Leonibus ſubiaceant: qui redigant eorum terram in ſolitudinem, & vniuerſas Eccleſias deſtruant, & vſque ad verticem polluantur, & bibant aquas turbidas, & fluenta Aſſyrij fluminis, & Aquilonis; vnde exardeſcunt mala ſuper terram.*

2 Theodorit. *Nilus appellatus Geon, à terra, quia turbidus eſt.*

Theodoritus in Comment. *Quando bello petebantur à Syris, vocabant Aſſyrios in auxilium; cùm verò Aſſyrij in eos bellum geſsêre, tum confugiebant ad Ægyptios.* Cæterùm in Theodorito eſt notandũ, fluminis Ægypti nomen γηῶν Geon, quo vſi ſunt Sept. ſumpſiſſe iuxta eius interpretationem, vt ſignificat terreſtre, ac ſi deriuatum ſit à voce γῆ, gi terra: ac ſi dicatur. (*Vt bibas aquam terreſtrem.*) Vnde id exponens ait, *Terreſtre vocat ipſum Idolum.*

Io. Caſſian. *Iugũ Dei cur aliquibus videatur amarũ & graue.*

Ioannes Caſſianus Collat.24.de Mortificatione cap.24. *Quòd iugi Dominici miræ ſuauitas amara ſentitur, quid eſt, niſi quia eam auerſionis noſtræ amaritudo corrumpit? Quòd diuini oneris tam iucunda leuitas ingraueſcit, quid eſt, niſi quia eum, à quo ſuſtinebatur, contumaci præſumptione contemnimus?* Ita vt dicatur nobis per Ieremiam. (*Et nunc quid tibi in via Ægypti,* &c.) *Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te,* &c.

Anaſtaſius Nicenus libro Quæſtionum in Sac. ſcripturam Tom. primo Biblior. Vet. Patrum Quæſt.24.ita hæc citat. (*Quid nobis cum terra Ægypti, vt bibamus aquam Geon turbatam?*

3 *Ieruſalem & Iudæa appellata Ægyptus.*

Rupertus Abbas lib.2.in cap.2. Matth. *Iudam, & Ieruſalem appellatum Ægyptum exinde patet, quòd ad illam loquens Dominus ait. (Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?)* & Matth. 2. *Vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam, dicentem ex Ægypto vocaui filium meum. Id quod Euangeliſta impletum dixit, non quando Chriſtus reuerſus ex terra Ægypti, ſed quando Ioſeph eum in ipſam detulit Ægyptum, fugiens à terra Iuda, quam Ægyptum congruo appellauit nomine propter ſceleris congruentiam, quæ tunc ab Herode Rege Iudææ imperatum eſt, vt necarentur infantes Beth-leem à bimatu, & infra, vt olim à Pharaone Rege Aegypti obſtetricibus iuſſum legimus, vt interficerent maſculos omnes, quotquot Hebræis naſci contingeret.*

S. Thomas in Comment. *Iudæos peccatum non recognouiſſe patet ex eo quòd ſperarent in auxilio Gentium (& nunc quid tibi) quaſi dicat, Non ſic deberes pœnas vitare, ſed Deum placando, (in via Aegypti) mittens pro auxilio,* &c.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

KAὶ νῦν τί σοι ἐν τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου, τοῦ πιεῖν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο πάντες ἐγκαλοῦσι, καὶ κατηγοροῦσι καθ' ὑμῶν, ὅτι παρέντες τὸν Θεὸν ἐγκαλεῖν εἰς συμμαχίαν τοὺς ἐχθρούς, καὶ ἐπιβουλεύοντας αὐτοῖς ἐπεσπῶντο, καὶ αὐτοὺς εἶχον φίλους. ζηλότυπος

4 Chryſoſt. *a Derelinquẽs Deũ condemnatur ab omnibus. b Zelotypus Deus volens vt ab ipſo ſolo bona expectemus, atque petamus.*

Verſ. 18. ET nunc quid tibi, & viæ Aegypti, vt bibas? &c.)

Chryſoſtomi.] *Hoc omnes crimini dant, quòd, derelicto[a] Deo, inimicos in auxilium conuocarunt, & inſidias ſtruentes & amicos adſcripſerunt, feruet Deus zelotypia,[b] eóque id*

πος ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ ἀγανακτεῖ πλέον μάλιστα, ὅταν μὴ αὐτοῦ χρείαν ἔχωμεν, εἰς ἀνάγκην καθίστησιν, ὥστε χρείαν ἔχειν αὐτοῦ διὰ παντὸς, οὕτως ἡμῶν ἐρᾷ σφόδρα καὶ ἐπιθυμεῖ παρέχειν. κἂν ἕτερος δῷ τὴν χάριν, ἀγανακτεῖ, καὶ δοθεῖσαν ἀνατρέπει, καὶ οὐκ ἀφίησιν εἰς ἔργον ἐλθεῖν.

Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου.] τίσοι καὶ τῇ γῇ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ γηὼν, πρὸς τὸν παλίντροφον λαὸν ὁ προφήτης. μᾶλλον δὲ δι' ἐκείνου Θεός. τίσοι καὶ τῇ συγχύσει, ἧς ἀπηλλάγης χειρὶ κραταιᾷ καὶ βραχίονι ὑψηλῷ.

Ὀλυμπιοδώρου.] γηὼν ὁ νεῖλος· ὕδωρ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, ἡ πολύθεος αὐτῶν πλάνη.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἀνέχῃ τῶν ῥημάτων, ἀνέξῃ τῶν πραγμάτων.

Τοῦ αὐτοῦ.] Μέμφεται αὐτοῖς, ὅτι ἐν κρείττοσιν ὄντες, τὰ ἐλάττονα ἐπιζητοῦσι, τὸ γὰρ γηὼν, σιὼρ ἔχει ὁ Ἑβραῖος, ὅπερ ἑρμηνεύεται διῶρυξ. ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἐν τῷ νόμῳ ὁ Μακάριος Μωυσῆς παραθέσει τῆς πρὸς Αἰγυπτίους, ἐπῄνεσε τὴν τῆς Παλαιστίνης γῆν, ὡς οὐκ ἀναμένουσαν συναγωγὴν ὕδατος. ὥστε πολυχειρία τὴν γῆν ὡς κῆπον ἀρδεύειν, ἀλλ' ἄνωθεν μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φέρεσθαι τὸ ὕδωρ, οὐ διὰ χειρὸς ἀνθρωπίνης. τοῦ Θεοῦ δεικνύντος τὴν περὶ τὴν γῆν πρόνοιαν, ἐκείνων μέμνηται, ὀνειδίζων αὐτοῖς. ταῦτα δέ φησιν, ὡς πολλάκις μὲν Αἰγυπτίων ἐπικαλεσαμένων, καὶ Ἀσσυρίων τὴν βοήθειαν, καὶ νῦν δὲ ὡς τοῦ Ἰωακεὶμ μεγάλα ἐπὶ τῷ Αἰγυπτίῳ φρονοῦντος, καὶ ὡς οὐδὲν πείσεται ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου τῇ ἐκείνου συμμαχίᾳ, ἡνίκα ὑπὸ σύρων ἐπολεμοῦντο, τοὺς Ἀσσυρίους εἰς συμμαχίαν ἐκάλεσαν. ὅτε δὲ Ἀσσύριοι αὐτοῖς ἐπεστράτευσαν, πρὸς Αἰγυπτίους κατέφυγον. γηὼν γὰρ τὸν Νεῖλον καλεῖ.

[Ὕδωρ ποταμῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἀσσυρίων ποταμοὶ οἱ πολυειδεῖς τῆς κακίας τρόποι, καὶ ἐπὶ ἑκατέρων δὲ, ἀμφότερα ἔστι νοεῖν.

A *id plurimùm ægrè fert, quando ipsius non indigemus in necessitatem redigit vt eius ope semper indigeamus. Ita nos vehementer amat, & largiri cupit. Et si quis alius gratiam præstiterit, molestè fert, datamque euertit, nec permittit eam ad effectum perduci.*

Isidori Pelusiotæ.] *Quid tibi & terræ Aegypti vt biberes aquam Geon? ad contumacem populum Propheta, imò per* [c] *illum Deus. Quid tibi & confusioni, qua præpoten-* B *ti manu, brachioque excelso liberatus es?*

Isidori Pelusiot.

c A confusione peccati erepti à Deo, haud iterū eidē nos subiiciamus.

Olympiodori.] *Geon est Nilus, Aegyptiorum autem aqua multos* [d] *Deos colendi error.*

Olympiod.

d Idololatria aquarum nomine designata.

Chrysostomi.] *Non sustines verba, sustinebis facta.*

Chrysost.

Eiusdem.] *Reprehendit eos, quòd cùm potiora haberent, minora quærerent. Sior enim pro Geon, Hebræus legit, quod fossa interpretatur: cùm enim & in lege Beatus Moyses compara-* C *tione Aegyptiorum terram Palestinæ laudasset, quòd aquarum concursus non expectaret, nec multa operantium manu veluti hortus irrigaretur, sed desuper è cælo irrueret aqua, non hominis manu, Deo circa terram monstrante suam prouidentiam: facta eorum mentione illis exprobrat. Hæc itaque ait, quòd sæpius Aegyptiorum, Assyriorumque subsidium aduocassent, & nunc quod Ioachim de societate Aegypti superbiret veluti nihil mali à Babylonio passurus auxilio* D *eius suffultus. Quando cum Syris bellum gerebant Assyrios in subsidium vocabant: quando verò Assyrij contra illos arma ceperunt, ad Aegyptios confugere. Geon enim Nilum appellat.*

Idem.

Deut. 11.10.

(*Aquam fluminum.*)

Olympiodori.] *Assyriorum flumina* [c] *multiformes nequitiæ modi, & de vtrisque vtraque possunt intelligi.*

Olympiod.

c Fluminum Assyriorū metaphorā designati multiplices nequitiæ modi.

Vers. 19.] Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *BEnignissimis* [a] *meis non flecteris verbis? arguet te ipsa, qua premeris malitia, ipsaque afflictio,* F *flagellorum vexatio, eaque intellectum tibi dante, & intellectuali scientia, & sensibili pariter notitia adepta, scito, & vide, quia malum quoad animam, & amarum quoad corpus, animamque ipsam est tibimet, quod mei excusso timore, me tuum derelinquas Dominum, tuum & Deum, & cui complures sunt, quibus te castigare queo exercitus. Auersio ipsa tua hæc tibi sit Pedagogus à quo increpata miserum tuum tandem intelligas statum.*

a Vers. 19. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te, Scito, & vide, quia malum.

2 *Non* [b] *dedignor, in tui eruditione me fateri insuf-* E *ficientem, facto te id confirmante ex tui malitia, quòd ipse ex mei bonitate dici sustineo. En alium tibi exhibeo eruditorem, quem multò me sentias seueriorem. Cùmque meâ hucusque directa non sis eruditione bonitatis, vtere pro eruditore sufficienti, quæ tibi magis est cordi, queue præ omnibus apud te potest, malitia, tuáque auersione, singulisque iis, quibus à me auersa es criminibus.*

b Arguet te, &c.

Hæc certè malitia, quæ nedum eruditoris apta est munus explêre, sed & accusatoris te tibimet accusantis, & iudicis te damnantis, & carnificis te crucian tis, si eam audieris, efficacissimis te conuincet, reamque ostendet argumentis. [c] *Pessimâ itaque amotâ insensibilitate, scito, & vide, intellectum adhibens sensitiuasque potentias quatuor hisce eius argumentis.* [d] *An non omnis, qui rectæ sit compos rationis decorum, honestumque ob oculos singulis in rebus, quocumque & tempore habere debet? Malitiâ ipsâ suâ erudiri, quòd per eam longissimè ab omni auersa sis decoro, ita vt propterea auersionem tuam malum tibi per antonomasiam censêre debeas, quo & infamia notêris eâ, qua & coniux per adulterium, & subditus per defectionem, quibus & hic à suo naturali Principe, & illa à suo legitimo auer-* 3

c Scito, & vide.

d Quia malum.

a *Et amarũ est.*

titur viro: a Si iucundis inhias, & quod vniuersum hominum est studium, id quæritas, quod delectabile sit. Malitia eadem tibi probabit, quod per ipsam nedum delectabilis expers sis; sed & summum obtinueris amari, tot nimirum amaricata amaritudinibus, quot & infecta es criminibus, idque in Idololatria præsertim, quæ amaritudinũ, sicut & delictorum omnium est radix.

b *Reliquisse te Dominum Deum tuum.*

b Vtile cum hominibus vniuersis amas & commoda: Increpabit te auersio tua, quod per ipsam cunctis destituta sis vtilibus & commodis; idque indissolubili conuincet argumento, quòd cum ex te ipsa miseris vndequaq; esses plena, omnibusque egeres, quæ abundantissimè ab vnico tuo habebas domino, me nihilominus dereliquisti tuum & dominum omnipotentem, & Deum omne bonum tibi exhibẽtem.

c *Et non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.*

c Singuli certè hominum omnibus neruis quæcumque declinare & euitare student pericula: Quàm magna & in hoc tua extiterit stultitia ab eadem tua doceberis malitia, exinde potissimùm quarto te conuincente argumento, quòd per eam à meo auersa cultu, & à legis meæ obseruationis distracta, instar equi metum sessoris excutientis, ideoque in maxima ruentis præcipitiorum pericula, & tu innumeris exposita sis periculis meo excusso timore, qui & cælestibus, & terrenis, & infernalibus delere te possum exercitibus.

d *Et non cõplacui in te.*
e *Et non timui te.*

d Sane nullatenus à te mihi satisfactum est, adeoque è meo excidisti corde, vt in te minimè complacuerim, e qui alioquin cùm mihi cordi esses, ita te reuerebar, vt propemodum te timens, vererer, si tibi plenius non satisfecissem in omnibus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1
Conscientiæ remorsum ob suam eximiã bonitatẽ peccatori dat Deus malitiã ipsam sui loco illi tradens in eruditorẽ.

POST extremas benignissimasque illas voces, *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas:* &c. perseuerante adhuc Iudaico populo in prauis iis suis itineribus, & in peruersitate sua, eò quoque se demittit benignissimus pater; vt æquè ac si ipse eo in erudiendo insufficiens esset, se aptiorem eidem exhibeat eruditorem, sed qui multò sit ipso in sua eruditione vehementior. Eum verò haud longiùs petit, illam quippe ad istud explendum muneris ei proponit malitiam, illamque auersionem, quam in intimis habebat animi præcordiis, & in qua tantum sibi complacebat, vt pro illa nullam vel ipsius Dei haberet rationem.

Ac si dicat, si meis non flecteris verbis, desiste amodò ab itineribus tuis his prauis, vel ab eo edoctus eruditore, qui apud te primas tenet, (*Arguet te malitia tua*) Quandoquidem ad hoc ineptã declaras bonitatem meam, vtere vel malitia ipsa tua, neque enim indignè id ferã. Arguendi enim verbum hoc loco eam habet vim vt significet castigationem ab eruditore exhibitam, seu eruditionẽ cũ castigatione, vt colligitur ex verbo Hebraico תיסרך *theiassereth* à radice יסר *iasar*, eo sẽsu quo illud & noster interpres vertisse reperimus in lib. Psalmorum, f *Castigans, castigauit me Dominus, & morti non tradidit me*, & infra in ca. 31. Ieremiæ, g *Castigasti me, & eruditus sum.*

f Psal. 107. 18.
g Ier. 31. 18.

2
Arguere Latinis quid propriè significet.

Quibus ambobus in locis Sept. vsi sunt hoc ipso, quo hic vtuntur Græco παιδεύω *pedeuo* eãdem habente vim. Cæterùm qua castigatione à malitia erudiendus is esset populus, peroptimè nostrum exprimit verbum, (*Arguet te.*) Arguere enim vi propriâ significat accusare, & conuincere, efficacibus nimirum argumentis reum ostendere. Imò iuxta sententiam eorum, qui humaniores profitentur literas, quando illud est cum solo accusatiuo, prout hîc est, (*Arguet te.*) significat vitiosum demõstrare. Quo sensu id sumpsit Apostolus h 2. Timot. 4. dicens, *Argue, obsecra, increpa*, i. primò peccantes conuince, ostendens eos peccasse: postea obsecra, v. emendẽtur, tum, si adhuc opus fuerit, illos increpa in omni patientia, & doctrina.

h 2. Tim. 4. 2.

Intra cõscientiam peccatũ exercet munia accusatoris iudicis, & carnificis.

Et profectò nullum reperire est in toto terrarum Orbe, vel accusatorem, vel iudicẽ à quo iniquus quis manifestetur clariùs, eaue de iniquitate vehementioribus conuincatur argumentis, quàm malitiam, & ipsammet iniquitatẽ, quæ in interno conscientiæ nos nobismetipsis accusat, ac sese deferens, vitiosos nos esse proclamat, atque instar optimi iudicis argumentis nos conuincit ineuitabilibus, per quæ adeo durè simul & nostra castigat corda, vt non abs re sit, si & carnificis eamdem dicamus explere munus.

Plutarchus.
Peccatũ ipsũ & malitia in nobis est vltor acerrimus.

Vnde Plutarchus lib. de iis qui tardè à numine corripiuntur, ego inquit *si dicere fas est flagitiosos homines neque aliquo siue deorum, siue hominum indigere vltore arbitror: sed perniciosam ipsorum vitã omni improbitate corruptam, refertam, & conturbatam satis superque ad se ipsam plectendam, ac torquendam sufficere.* Quod explicasse crediderim Dauid quando illam expertus dixit, i *Conuersus sum in ærũna mea, dum configitur spina:* ærumnam suam appellãs malitiæ, peccatique sui castigationem, qua in eius conscientiæ præcordiis spinam configebat conuincentium argumẽtorum, quorum quatuor potissima in hoc ipso versu 19. à Domino enumerata habemus, cùm mox adiiciet, (*Scito & vide, quia malum*, &c.) vt apparebit, cùm ea explicauerimus.

i Psal. 31. 4.

Increpare quid propriè sit.

(*Et auersio tua increpabit te.*) per repetitionem, quò magis suum commoueat populũ, iuxta frequentissimum sacrarum literarum morem, eiusdem rei iteratione idipsum quod iam dixerat cõfirmat. Hebraicum enim verbum תוכחך *thochibhuch*, quod noster interpres reddidit, (*Increpabit te,*) propriè significat, cũ seueritate arguet, à verbo יכח *iachach*, quod seueriorem designat disciplinam, & supplicium, castigationemue quæ vehementem alicuius criminis increpationem comitari solet Sept. ἐλέγξει *elenxi*, propriè argumentis conuincet, atque probabit, & ostendet, sensu quem supra explicaui.

Auersio & malitia vnũ, idẽque sunt.

Neque verò quẽ moueat, quòd pro *malitia* in hac eiusdem rei repetitione aliud quid poni videatur nẽpe (*auersio tua:*) neque enim diuersa hæc duo sunt, ideoque summo cum iudicio Sept. quasi mutuo sibi cõmunicent & nomina, sicut vnius participes sunt significatus, vbi primùm & in Hebr. & in Vulgata est, (*Arguet te malitia,*) auersionis apposuẽre nomen, vertentes παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία, (*Erudiet*, seu (*corripiet te apostasia*) seu (*auersio*) seu, vt legit Hieronymus in cap. 50. Isai. (*abscessio,*) seu, vt vertunt alij (*defectio, & rebellio tua:*) vbi verò Vulgata, ex vi Hebraici nominis habet, *Et auersio tua increpabit te:* ipsi nomen apposuẽre malitiæ, καὶ ἐλέγξει ἡ κακία, *kai elenxi i kakia* (*& arguet te malitia tua.*

Idque admodum congruenter, tum quia malitiæ, cuius hîc secundùm literam Dominus meminit, haud aliud extitit quàm defectio, auersio, & apostasia: tum quia & cuiuslibet malitiæ moralis quidditas in auersione sita est.

4
Cõiugis præcipua malitia est adulteriũ, quo à suo auertitur viro.

Idololatria pessimum omnium peccatorum.

Pro quorum declaratione sciendum, ex textu Hebraico colligi pronomen *te*, & *tua* adhibitum tum ad malitiam, tum ad auersionem, esse referendum ad fœminam; atque adeo Deum hîc Iudaicum populum alloqui vt fœminam, coniugemque suam, satque est omnibus exploratum, mulieris quæ virum habeat malitiam eam esse potissimam, & quæ per antonomasiam malitia dicitur, quæ per adulterium à suo auertitur viro,

ro, ſuoque deficit à coniuge. Idque multò eſt verius in malitia Idololatriæ, quàm ſub metaphora fornicationis, & adulterij hîc, alibique ſæpius idem exprimit Dominus.

Peccator à ſingulis peccatorum malitiis intra conſcientiam arguitur.

Secundò ſciendum, in eodem Hebraico textu eſſe in plurali, (*Et auerſiones tuæ increpabũt te.*) Quo magis id probatur, quam efficaciter arguendi, & conuincendi, caſtigandique ij eſſent ab ipſa conſcientiæ ſuæ malitia; quia enim vna in Idololatriæ malitia tot eſſent ſpeciales auerſiones, apoſtaſiæ, atque defectiones à vero Deo, quot illi adorarent Idola, quotque falſorum Deorũ ſe polluerẽt cultibus, à ſingulis auerſionibus illis acriter eos aſſerit arguendos. Sciendum denique, nõ ſolùm Idololatras ab auerſione atque ab auerſionibus hîc arguẽdos ſignificari: ſed vnumquẽque peccatorem, tum qui multis irretitus ſit criminibus, tum qui vel vnius ſibi conſcius ſit ſceleris. Ita enim de peccati mortalis quidditate eſt auerſio, vt quemadmodum notat S. Thomas 1.2. q.73. ar.7. ad 3. in quolibet ſcelere duæ ſint auerſiones, auerſio à rectæ rationis regula, & auerſio à Deo, cui debet homo per rectam iungi rationem. Sed & à tot ſpecialibus malitiis, & auerſionibus iniqui arguentur, quot illi tranſgreſſi fuerint naturalis, diuinæque legis præcepta.

In malitia qualibet ſunt plures auerſiones.

S. Thomas.

5

Vexatio optima ad peccatoris conuerſionem.

Poſſunt & vt diſtinctè, diuerſumque ſenſum habentes accipi hæ duæ ſententiæ, (*Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te,*) vt in prima Deus cùm animaduertiſſet, benignis ſe cum populo ſuo nihil proficere admonitionibus, eidem conteſtetur, eam demum cum ipſo experturum rationem, quæ alioquin potiſſima, & vnica eſſe ſolet ad obtuſum illuſtrandum intellectum, & ad obſtinatum emolliendum cor peccatoris, rationem inquam non verbis, ſed rebus nitentem, ac factis flagellorum, de qua apud Iſaiam dicitur, [a] *Sola vexatio dabit intellectum,* vt malitiæ vocabulum haud pro culpę malitia hîc poſitum ſit, ſed pro malo pœnæ, quomodo & ipſa mali vox ſæpiſſimè in ſacris vſurpatur literis, quomodo & ſumitur in libro Sapientiæ, quando dicitur, [b] *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis,* pro quo alia lectio habet, *tormentum malitiæ.* Vnde Vatablus ex Hebræo ſic primam hanc reddidit ſententiam, (*Afflictio tua te erudiet.*) Quo ſenſu quod in ambabus ſententiis hiſce à Domino dicitur, tale eſſe crediderim. Non retrahis pedem ab itineribus Ægypti, & Aſſyriæ? Nec deſiſtis ab Idololatriæ ſtudio, quo & Ægypti, & Aſſyriorum ſectaris falſorum Deorum cultum? à quibus tam benignis te reuocare enixus ſum verbis; erudiêris certè flagellis, efficiamque vt vel vexatione conuictus mea intelligas monita, Quin & præter externam flagellorum afflictionem adhibebo, & duriſſimum tibi pædagogum, in intimis te cruciantem præcordiorum tuorum, auerſionem ipſam, ipſamque iniquitatem hanc tuam, qua iugi, & pergraui ſtimulo angaris conſcientiæ.

a Iſai.28.19.

Malitiæ vocabulum pro afflictione & caſtigatione.

b Sap. 3.1.

Vatablus.

6 (*Scito, & vide, quia malum,* &c.) Hebræa ודעי וראי כי רע *vdnghi vri chi rang*, verbis fœminini generis, in quibus ſi litera ו *vau* iuxta obſeruationem Sanctes-Pagnini lib. 1. Inſtitut. Hebraicarum cap. 4. ſumatur pro particula vt, congruenter iis quæ prædicta fuerant ſenſu vltimo loco allato, ſic ea vertes, (*Vt ſcias, ſeu cognoſcas, & videas, quia, ſeu quòd malum,* &c.) Vt hæc ſint effectus cauſandi ab eruditione afflictionis, & externæ flagellorum, & internæ ſtimuli conſcientiæ, & quos [c] Iſaias vna expreſ-

Afflictio duas in peccatore cauſat notitias.

c Iſai.28.19.

A ſit largitione intellectus, duplici hîc Dominus deſignat verbo ſciendi, atque videndi duos nimirum eos eſſe ſignificans, intellectualem videlicet illam notitiam, & ſenſibilem inſuper cognitionem.

Congruentius tamen eadem à noſtro interprete ſumpta ſunt vt ſpecialis Dei adhortatio eidem populo facta, ideoque ſimpliciùs vertit, (*Scito, & vide quia malum,* &c.) Congruentiùs inquam præcedẽtibus, iuxta primum ſenſum deſumptis. Qui enim non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat, intelligens, B malitiæ, & auerſionis redargutionem, increpationem, & caſtigationem ni opportuno à peccatoribus percipiantur tempore, earumdemque comprehendantur argumenta, æternam ſine ſui morte cauſaturas interitum, iuxta illud Eccleſiaſtici, [d] *Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, & dentes eius, dentes Leonis interficientes animas,* illudque Euangelij: [f] *Vermis eorum non morietur.* Simulque ſat habens exploratum iniqui populi morem, quo inſtar vulnerati illius ſe habebat, C qui, calido exiſtente vulnere, eius haud ſentit dolorem, quem tamen tunc percipit, cùm ob illius ſenſum morte afficitur. Id præter omnia ſupra relata pro ipſa ſua ſtudet benignitate, vt à peſſima illum eruat inſenſibilitate, monenſque, vt qui interitui proximus, malum eouſque cenſuit bonum, & amarum dulce, amodo & intellectum adhibeat, & ſenſitiuam pariter potentiam ad argumenta, quibus & à malitia ipſa conuincitur, & ab auerſione increpatur. Quóve adeo vtilis, adeoque & neceſſariæ is fiat compos ſcientiæ ac certæ notitię, eadem ore proprio non D dedignatur illi proponere argumenta, quibus ab arguente conuinci is debeat.

7. *Conſcientiæ remorſũ tunc eſſe proficuũ, cum opportunè intelligitur, & capitur.*

d Eccl.5.6.

f Marc.9.44

Inſenſibilitatem à peccatore tollere, quàm enixè ſtudeat Deus.

8 Ea verò ſunt quatuor, ex quatuor deducta capitibus, ex repugnantia ad honeſtum, ad delectabile, atque ad vtile, & ex imminentibus periculis. (*Quia malum,*) En primum argumentum: Secundum, (*quia amarum:*) tertium (*dereliquiſſe Dominum Deum tuum:*) Quartum (*& non eſſe timorem mei apud te.*) Perpendamus breuiter ſingula.

Argumenta quatuor quibus conuincimur à malitia ipſa intra cõſcientiam.

Primò à ſua ipſa auerſione conuincitur iniquus eo argumento, quòd cùm id ſemper in primiſque ob oculos habere debeat, qui rectæ compos ſit rationis, vt decorum honeſtumve proſequatur, per ipſam fit expers decori omnis, ideoque malum ſimpliciter, id eſt maximum admittere dicatur, neque enim vel coniugi maius contingere poteſt malum quàm auerſio à viro ſuo, quæ contra honeſtatem eſt: neque ſubditus malo delinquit peiori, quàm defectione à principe naturali, quæ eidem quàm maximè repugnat decoro, vnde pro duobus hiſce potiſſimùm, malum obtinetur dedecoris, & infamiæ, quo nil in hac vita deterius: conſtatque, per Idololatriam hæc F duo admitti crimina, ſicut & per quodlibet graue peccatum, quod auerſio dicatur.

Peccatum vt priuans decoro, & honeſto eſt malũ ſimpliciter, & peſſimum.

9 Quòd ſi bonũ naturali impulſu homines proſequuntur delectabile, vel ex ſecundo argumentis intra conſcientiã malitiæ iniqui conuinci deberent argumẽto, quod probat, per admiſſũ ſcelus, nedum delectabilis reddi expertes, ſed & maximis inſuper affici amaritudinibus, (*Scito, & vide quia amarum,* (amaritudinibus videlicet pluribus, quas noſter Ieremias ſuadet, vt exactiùs quiſque conſideret peccator, vbi infra ait, [f] (*Statue tibi ſpeculam,*) id eſt ex alto quaſi diligens ſpeculator intuere. *Pone tibi amaritudines,* pone & ob oculos,

Peccatũ nedũ bono priuat delectabili, ſed & inſuper amaritudinẽ in anima cauſat.

f Ioa.31.21.

oculos, & in corde per attentam considerationem, quibus propter malitiam, auersionemque tuam premeris amaritudinibus: *dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti.* Ac si dicat, Si rectè eas expenderis, tutò ad rectum deduceris tramitem, directo per pœnitentiam corde, quod antea deprauatum erat post sæculi voluptates, quas quantò aliàs tibi censueras delectabiles, tantò tibi senties amariores, iuxta illud Philosophorum, medicorumque dictum, Dulcia omnia in bilem, amaroremque conuertuntur, quod ex Salomonis confirmare licet sententia, [a] *Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem illius amara quasi Absinthium.*

a Prou. 5. 4.

10 Bene autem malitia, quæ hîc idololatram populum arguere dicitur, in hoc suo argumento haud amaram se asserit, sed amarum, id est, amaritudinis in se continens, imò & omnes amaritudines, cùm Idololatria sit ipsius amaritudinis radix; teste Moyse, qui in lib. Deut. ab eo suum auertens populum, hæc habet, [b] *Ne fortè sit inter vos vir, aut mulier, cuius cor sit separatum à Deo, vt vadat, & seruiat Diis, & sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem.*

Idololatria radix omnis amaritudinis.

b Deut. 29. 18.

Quamquam & malitia ipsa, peccatumque in genere ipsum pariter dicendum sit amarum, tum quia Deum ad amaritudinem prouocet, tum quia eidem est peracerbum peccanti, adeo vt quot quis inquinatus sit criminibus tot & infectus, afflictusq; is sit amaritudinibus, prout apertè apud Hosæam contestatur Dominus, dicens, [c] *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis*, id est, in sceleribus suis mihi, sibique peracerbis. Cùm enim iniqui, iuxta dictum Elyphaz, [d] *bibunt quasi aquam, iniquitatem*: amarum profectò bibere dicendi sunt, vt habes ex Isaia, [e] *Amara erit potio bibentibus eam*: vnde ad Simonem illum pessimum, cùm admitteret Simoniæ peccatum dixit Apostolorũ princeps, [f] *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.* Vtinam mihi vacaret, vt amaritudinum omnium hîc facere liceret catalogum, quibus vel ob vnum peccatum mortale miser affligitur homo, Vel extremam sat sit adscripsisse iugem, ac peracerbum, quo amaricantur, mortis metum, de quo auctor libri Ecclesiastici exclamat, [g] *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc volenti accipere cibum!* id est. Quis explicet, quali quantáue propter mortis memoriam, ac metum is concutiatur amaritudine, qui prosperè iniquitati indulget, terrenisque & bonis potitur, & voluptatibus?

Peccatũ adeo amarum, vt pluribus inficiat amaritudinibus.

Peccatũ nomine amaritudinis appellatum.

c Hoseæ. 12. 14.
d Iob 15. 16.
e Isai. 24. 9.
f Act. 8. 23.
g Eccl. 41. 1.

11 Vtile tertio loco omnibus neruis assequi nitimur, illudue quibuscumque quæritamus in rebus, & studiis, adeo vt non incongruè vulgo dici soleat, Mundum vniuersum esse interesse, singulis hominibus ad id semper respicientibus, quod sibi magis conducat. Ex hoc capite & tertium, maximéque efficax desumitur argumentum malitiæ peccatorem arguentis intra illius conscientiam, quod his tangitur verbis. (*Reliquisse te Dominum Deum tuum.*) In eo nimirum nitens, quòd per ipsam, ac per peccatum præsertim idololatriæ omni orbatus sit commodo, omnisque expers redditus sit vtilis: Idque non per alium, sed per semetipsum, per quem si libuerit, eorumdem fiet & compos, si ad eum se conuerterit, quem dereliquit promptum ad eadem exhibenda, ad quæ inhiare deberet vtilia. Vim argumenti huius singula, quæ hîc adhibita sunt, amplificant verba.

Peccatum est repugnãs vtili, priuatque omni cõmodo.

A Primò enim cùm dicitur. (*Reliquisse te Dominum.*) ob oculos iniqui ponitur, quis ipse sit ex se ipso: qualis nimirum is esset seruus, qui in terra inimicorum degens à suo recederet domino nudus, absque vlla pecunia, & quod peius est ægrotus, cæcus, mutus, surdus, manibus, pedibusue claudus, totoque leprosus corpore: quæ omnia breui illâ includuntur sententiâ Iob, [h] qua hominem dicit *repletum multis miseriis*, id est vndequaque multiplici miseriarum genere scatentem.

Peccator quibus se subiicerit miseriis Deum relinquens Dominum suum.

h Iob. 14. 1.

12 Cùm è vestigio si Domini perseuerasset seruus, id habuisset commodi, vt à miseriis iis vni-
B uersis seruatus regiâ insignitus dignitate, plenum in eiusdem Domini domo obtineret dominium, gloriâ & honore coronatus, & constitutus super opera manuum illius. Tali enim Domino seruire regnare est, & in Euãgelica parabola legimus, eum fideli suo dixisse seruo. [i] *Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis*, vtens videlicet, & cooperans gratiæ, quam à me accepisti, *supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

In Dei seruitio perseuerãs quãtis fruatur cõmodis.

i Matth. 25. 23.

Quis verò ea explicet, quibus idem se priuasse significatur cùm adiectum legimus Dei nomen.
C (*Reliquisse te Dominum Deum.*) Certè si Sapiẽs ille dixit, [k] *venisse sibi omnia bona pariter cum sapientia, & innumerabilem honestatem*: innumerabilesque diuitias, & commoda per manus illius, ita vt propterea lætatus sit in omnibus; quid ex Deo non haberet vtilis peccator antequam relinqueret illum, qui de seipso ad Moysem dixit, [l] *Ego ostendam tibi omne bonum?* Ac ne eidem peccatori, & Iudaico in primis populo quid hac in re oriri posset dubij, quod etsi Deus omne sit bonum, sibimet tamen id sit, vel etiam cælestibus spiritibus, non autem misero, in terrisque adhuc degenti,
D ait. (*Reliquisse te Dominum Deum tuum,*) significans, & illi pariter Deum se, omneque simul & bonum exhibuisse, ita vt, si innumeris destitutum is se sentiat bonis, non Deo id imputet ei deficienti, qui alioquin & eius fieri, dicique gloriaretur, sed sibimet, qui ipsum dereliquit.

k Sap. 7. 11.
l Exo. 33. 19.

13 (*Et non esse timorem mei apud te.*) Facilis quidem istorum verborum sensus is est, vt per ea significetur, eumdem Iudaicum populum ita suum dereliquisse Deum, vt pariter & omnem à se abiecerit illius cultum, eiusdemque & legis obseruantiam; timor quippe Dei pietatem in primis
E significare & eius cultum ex iis habemus Dauid verbis. [m] *Seruite Domino in timore*, id est, diuinam maiestatem debiti cultus prosequamini obsequio, [n] *Et adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo*: cultu nimirum, rituque ac cæremoniis, quibus in templo ipso venerari præcepisti. Quòd autem eodem timoris Dei vocabulo & diuinæ legis designetur obseruatio, idem contestatus est Dauid, vbi dixit, [o] *A iudiciis tuis timui*: id est, eâ legem tuam prosecutus sum reuerentiâ, adeoque eam seruare obnixus sum, vt iugiter id metuerim, ne vel tantillùm ab eiusdem legis declina-
F rem mandatis: quo sensu Simeon sanctus ille senex in Euangelio dicitur, [p] *iustus & timoratus.*

Timor Dei est pietas cultusque illius.

m Psal. 2. 11.
n Psal. 5. 8.

Timor Dei est legis eius obseruantia.

o Psal. 118. 120.
p Luc. 2. 25.

14 Subtiliori tamen sensu in verbis hisce, (*& non esse timorem mei apud te*) quartum id Deus tangit argumentum, quo iniquum populum suum ab ipsa eius malitia arguendum superiùs dixit, quoue conuictum illum ad se conuerti optaret: quod imminentibus nititur periculis, iisue grauissimis. Sicut enim equo timoris experti innumera parata sunt præcipitiorum pericula, cùm Dominum suum deiecit, & equitem; Ita & cùm vel per Idololatriam,

Periculis quãtis subiiciatur peccator cùm derelinquit Deum, eiusque excutit timorem.
Simile.

lolatriam, vel per aliud quodque scelus Dominum Deum suum quis abiecerit, eiusque excusserit metum, vix exprimi potest, quot, quantaue ruat in præcipitia, & quibus subiectus ille sit periculis: quæ si quis cum verbis hisce & ea iungat, quæ sequuntur, (*Dicit Dominus Deus exercituum*) aliqua ex parte colligat, Cùm enim eius abiecerit timorem, cui copiosissimi ad percutiendos delinquentes sunt exercitus, & cælestes, & terrestres, & infernales, triplex potissimùm periculum eidem peccatori à tribus iis imminet exercitibus.

15 *Per peccatũ homo amara sibi congerit Deoque fit odibilis.*

Sept. multò aliter hæc habent; totum enim id, in quo iuxta nostram Vulgatam quatuor argumenta tacta vidimus sic legunt. καὶ γνῶθι, καὶ ἴδε, ὅτι πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν ἐμὲ, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ οὐκ εὐδόκησα ἐπὶ σοὶ, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου. (*& scito, & vide, quia amarum tibi relinquere te me,*) seu (*quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus; & non complacui in te, dicit Dominus Deus tuus.*) Secundùm quam lectionem duo sunt, quæ populo suo hîc persuadere nititur; in prima nimirum parte, vt id perpendat, attentiusque consideret, quàm graue, molestum, amarumque sit, quàm amara in ipsum congesta sint, ob id, quòd Deum suum dereliquit: In secunda verò parte, quòd ita is se cum suo gesserit Deo, vt non complacuerit in ipso eiusdem Dei anima, quod ita Italicâ explicarem phrasi, *che non ho hauuto sodisfattione da te*: cuius rei rationem affert in vers. subsequenti subiiciens, *Quia à sæculo confregisti iugum*, &c. Vel alio sensu, haud mihi cordi extitisti, Italicè, *Mi sei cascato dal cuore.* Phrasi illâ Hebraicâ, qua Deus ipse aliàs suam in eumdem populum contestatam faciens animi propensionem, ingentemque amorem apud Isaiam dixit, [a] *complacuit sibi in illo anima mea*: Et, [b] *Vocabitur voluntas mea in ea, qui complacuit Domino in te.*

Complacere in aliquo quid sit.

a Isai. 42. 1.
b Isai. 62. 4.

16 Cæterùm si quis rationem sibi dari exposcat versionis istius Sept. tam & à nostra vulgata, & à textu diuersa Hebraico, Dicendum, si id. (*Et non complacui in te:*) iuxta explicationem sumatur, quam primò attuli, illos non Hebraica expressisse verba, (*Et non timorem mei in te:*) At sensum optimè reddidisse, prout frequentissimè alias ab ipsis factum constat. Verùm si eadem sumantur secundùm magis consuetam eius phrasis, *Complacuit in te anima mea* significationem, quam vltimo loco attuli, dicerem, Hebraicam vocem פחדתי quæ modò cum adhibitis punctis legitur *pahdathi*, nomen cum affixo & pronomine (*timor meus,*) seu (*me:*) sicut & legit, vertitque noster Interpres, Sapientissimos illos seniores cum sine punctis esset, legisse *pahadti*, vt verbum præteriti temporis in prima persona à radice verbi פחד *pahad*, quod timere, & reuereri significat. Sicque legentes, Quod in Hebræo dicebatur à Domino, (*& non timui,*) seu (*non reueritus sum te*) quod Italicâ optime hac exprimeremus phrasi, *Et io non t' ho hauuto, ne portato rispetti' alcuno*: singulari ratione & ad sensum sic reddidère (*& non complacui in te,*) vt ex hac versione intelligeremus: Tantam Dei esse in homines propensionem, vt eos, in quibus complacet, quosue gratos habet, vel tantillùm offendere metuat; sicque illos reuereatur, ac si eis esset inferior, ac subditus. Id quod asserere non dubitauit sponsa in Canticis in cap. 7. dicens, [c] *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*, id est, & ipse est mihi subiectus, prout fusiùs explicatum videre licebit in nostris Comment. super eum locum.

Iustos, sibique gratos quàm reuereatur Deus, me tuat ne quodammodo.

c Cant. 7. 10.

Vers. 19.] Arguet te malitia tua, &c. Scito, & vide, quia, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

17 d 1. Io. 3. 21.

SI hæc cum iis conferantur, quibus in sua prima Catholica Ioannes ait, [d] *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum*: duo colligere erit, quæ ipsa non modicum illustrabunt. Primum, quòd eatenus malitiæ tribuitur redargutio, reprehensio, atque increpatio, quatenus fit vnum idemque cum eius, qui reprehenditur corde, cuius potissimum est, vt intrinsecus arguat, sicut & intrinsecus deprauatum est. Pariterque idipsum dicendum & de auersione, qua homo à Deo auertitur, & elongatur; vnde apud Isaiam, & in Euangelio reperimus, [e] *Cor eorum longè est à me.* Et in Actibus Apostolorum, [f] *Auersi sunt cordibus suis*, quia nimirum corde & auertimur, & elongamur à Deo. Adeoque hæc vera sunt, quòd sicut ex malitia, & auersione veluti ex propriis fontibus vniuersa deriuant peccata, Ita & è cordis fonte cuncta fluunt delicta, iuxta illud Domini, [g] *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.* Alterum quod ex præcitata Ioannis sententia deducitur, id est, quòd malitia, & ipsum cor arguit, increpatque, timorem incutiens, quandoquidem cùm illud nos non reprehenderit, omnis expertes metus dicimur summam habere fiduciam ad Deum pauorem vniuersum discutientem.

Cor peccatoris fit vnum idemque cum malitia, & auersione.

e Isai. 29. 13.

f Act. 7. 39.

g Matth. 15. 19.

Conscientia arguit peccatorem, timorẽ illi incutiens.

18 Quod autem hæc ita se habeant, peregregiâ sat probatur Sapientis sententiâ, qua vbi in litera nostra dicitur. [h] *Cùm sit timida nequitia dat testimonium condemnationis, semper enim præsumit sæua perturbata conscientia*: multò expressiùs in textu Græco sic legitur δειλὸν γὰρ ἰδίῳ πονηρία μάρτυρι καταδικαζομένη, ἀεὶ δὲ προσείληφε τὰ χαλεπὰ συνεχομένη τῇ συνειδήσει, id est. *Timida enim res est malitia proprio teste condemnata, semper autem suspicatur grauia*, & difficilia, *coarctata*, vel *compressa per conscientiam*: quibus significatur, Malitiam semper esse timidam cùm sit coarctata per conscientiam, tamquam teste promeritæ condemnationis, ob idque semper grauia, & peiora suspicari. Quibus in verbis sunt quatuor quæ notentur, vt ad rem nostram maximè facientia. Primò, malitiam eatenus dici timidam, quatenus vehementissimi est causa timoris: Vel quia cùm (vt iam dictum est) vnum idemque facta sit cum humano corde, timida & ipsa dicitur, timido existẽte corde, quod in eam conuersum est. Nemo est autem qui nesciat, ipsum cor, quod passionum omnium est sedes, peculiari ratione timoris proprium esse locum, quod exinde probat S. Thomas 1. 2. quæst. 44. art. 3. ad tertium, quia in timore calor deserit cor, à superioribus ad inferiora tendens, ideoque timentibus maximè tremere cor. Vnde Dominus per Isaiam ad Regem Achaz ait, [i] *Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum*, & Iesus in Euangelio, [k] *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.*

h Sap. 17. 11. *Malitia semper est timida.*

Sic in Complutensi & Regia.

Cor peccatoris semper timidum.

Timoris sedes præcipua est cor.

D. Thom.

i Isai. 7. 4.

k Ioã. 14. 27.

19 Secundò, malitiam & cor, vt cum malitia identificatum timidũ reddi per semetipsum, vt eiusdem malitiæ conscium, seu per eius malitiæ conscientiam, quæ & timoris est sedes, & timorem causat, irrefragabilem se exhibens sui ipsius testem,

Conscientia timori maximo est peccatori.

Conscientia cuique est testis irrefragabilis.
Seneca.

testem, quod ex peruulgato patet prouerbio, A *Conscientia mille testes*: id est, multò timenda est magis, quàm si à mille, & innumeris arguendi essemus testibus, vnde Seneca lib. de Moribus. *Nullum inquit conscium peccatorum tuorum magis timueris, quàm temetipsum, alium enim potes effugere*, (id est aliùs testimonium diluere potes) *te autem numquam, nequitia enim ipsa est sui pœna*: per timorem nimirum vehementissimum, quem sua incutit interna testificatione. Hocque teste in extremo iudicij die nos arguendos, conuincendos, atque damnandos asserit Apostolus iuxta lectionem Græcam in secunda ad Corinth. vbi hæc habet, τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν, id est, [a] *Oportet enim nos manifestari ante tribunal Christi, vt portet*, id est, (vt tamquam vnicus sui met testis in medium afferat) *vnusquisque quæ per corpus*, sc. egit, id est quæ egit dum viueret in corpore, vt bene declarant quæ subsequuntur πρὸς ἃ ἔπραξεν: *ad ea*, id est iuxta ea *quæ fecit, siue bonum siue malum*.

a 2. Cor. 5. 10.

20 Cæterùm quæ vt ineuitabilis testis peccatorem arguit malitia propria, timoremque incutit, & timida propterea est, duplici ratione dum arguit, vehementem illum iniicit peccatori timorem, quæ sunt alia duo, quæ notanda dixi in prællata lib. Sap. sententia. Nam territans primò suspiciones ingerit grauium acerbarumque pœnarum imminentium, cùm hoc & cuiuscumque sit proprium timoris. Vnde Dominus in Euangelio ad Apostolos conturbatos, & conterritos, dixit,[b] *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* id est, & suspiciones mali cuiuspiam à metu isto vestro exsuscitantur intra vestra corda? Tum internas prosequens increpationes, ita in arctum suis argumentis miserum adducit peccatorem, vt is acerbissimâ pœnâ & in corde premi, & ab illa suffocari se sentiat in gutture, vt ne verbum quidem in sui ipsius proferre queat defensionem: quod significasse crediderim B. Iob, cùm diceret.[c] *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me*, id est, si me voluero defendere, vel ex eo condemnabor, quòd quasi ab ipsa mea malitia, eiusue conscientia me arguente suffocatus, os meum ne verbum quidem proferet. Vel fortasse meliùs per oris vocabulum cor designatum sumentes, quod multò efficaciùs quàm os loquitur, & clamat, prout sumpsisse videtur Apostolus, Corinthiis dicens, [d] *Os nostrum patet ad vos, Cor nostrum dilatatum est*: vbi per hoc quod secundò adiecit, quid sibi oris nomine vellet, aperte significauit, prout in Psalmo Dominus.[e] *Dilata* ait, *os tuum*, dilatans videlicet cor, mihique ipsum expandens, & *implebo illud*. Vt sensus sit; si me tueri, iustumque probare voluero, id neutiquam potero à mea ipsa arctatus nequitia; Enimuerò cor ipsum meum, ipsaque mea malitia testificans aduersùm me condemnabit me, ita vt nullatenus euadere queam. *Etsi innocentem ostendero*, id est, si viribus omnibus me innocentem ostẽdere nitar, *prauum me comprobabit*: id est eò me sua adducet redargutione, vt planè conuictus tacere cogar, vti comprobata prauitate mea. Quorum omnium & ex Euangelio deferre possumus confirmationem, vbi, dicente Domino ad reum quemdã nequitiæ,[f] *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Miser ille à sua ipsa argutus malitia: sic per illius testimonium conuictus est, & in arctum reductus, vt quasi suffocatus obmutuisse dicatur,

Conscientia timorẽ incutit peccatori ingerens ei suspiciones imminentium malorum.
b Luc. 24. 38.
Conscientia suis argutionibus peccatori arctat, cor, & quasi suffocat guttur.
c Iob. 9. 20.
Cor significatum nomine oris.
d 2. Cor. 6. 11.
e Ps. 80. 11.
f Matth. 22. 12.

quæ, vt iam efficacissimè comprobatus prauus, secuta est condemnationis sententia, *Tunc dixit Rex Ministris, Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores*. Vt intelligeremus, quam vim hæc habeant verba, (*Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.*)

(*Scito, & vide.*) Sicut duo à Philosophis in vno B intellectu distinguuntur intellectus, speculatiuus, & practicus. Ita & duplex est vnius intellectus notitia, speculatiua, & practica. Quotquot sunt hominum speculatiuè id norunt, & quòd malitia intrinsecus delinquentem arguat, quòdve pro se, & contra se eadem testificetur: & quòd auerti à recta ratione sit malum, sicut & auerti à Deo, eiusue lege. Vnde multa præclarè de his plerique & dicunt, & scribunt, prout videre est in libris Philosophorum, Stoicorumque præsertim, Paucos tamen reperire est, qui eorumdem practicam habeant notitiam, ex qua fructum referant; Imò & cõplures inueniuntur, quos neutrius istarum cognitionum vllam habẽtes rationem, stultos plane dicas, & stolidos, quibus rectè & ea referas Isaiæ verba,[g] *Nescierunt, neq; intellexerũt, obliti enim sunt, ne videant oculi eorum*: (en notitia practi- C ca) *& ne intelligãt corde suo*, mente videlicet, & speculatiua cognitione. Vnde additur. *Non recogitant in mente sua*: neque cognoscunt, scil. speculatiuè, *neque sentiunt*, sc. practicè. Cæterùm sicut Apostolus de bono loquens, quod in charitate potissimùm est situm, fideles admonet, imò & pro eadẽ re preces se ad Deum fusurum pollicetur, vt curent abundanter habere charitatis scientiam & speculatiuam, & practicam, dicens.[h] *Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia*, sc. speculatiua, *Et in omni sensu*, id est, & in omnimoda cognitione practica. Ita & hîc apud Ieremiam D Dominus de malitia agens, quæ in auersione sita in primis est, intelligens, peccatorem eò deuenire frequenter stoliditatis, vt vel in intimis præcordiorum penetralibus arguentem malitiam ipsam non sentiat, nec eius percipiat argumenta, neque id intelligat, aut praxi experiatur, quod ex peccato in auersione sito eis prouenit asperi; ad vtrãque benignissimè illos prouocans cognitionem, (Scito) inquit primò, notitiam suadens speculatiuam: tum & practicam pariter eis proponens subiicit, (*Et vide*,) in quo sita est huius rei cognitionis fructus, atque perfectio.

E (*Quia malum & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei in te.*) Quãuis & derelinquere Deum, & non esse in aliquo timorem Dei, malum simul, & amarum sit: Peculiari tamen ratione peccatori curandum, vt speculatiua, practicaque cognitione sciat, & videat, quia id, quòd Deum dereliquit, sit ei malum; & id, quod timorem Dei à se abiecerit, sit amarum. Intelligens, malum culpæ malitiamque ipsam, à qua arguendus dicitur, exinde potissimùm sibi prouenisse, quòd Dominum Deum suum derelinquens expers eius factus est gratiæ, & diuinæ F lucis. Quod vel vnâ sat sit probasse sententiâ libri Ecclesiastici, quâ dicitur,[i] *Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut quid nequius excogitauit caro & sanguis? & hoc arguetur.* Ac si diceretur. Nihil inter visibilia omnia est Sole lucidius, à quo & in vniuersa, quæ sub visum cadere queunt humanum, diffusum deriuat lumen: & tamen, persistente eius corpore semper luminoso, si quis illum derelinquit, vel ab illo recedens, vel quid intermedium illi obiiciens, eum sanè sibi intelliget deficientem, prout & per Eclypsim ob lunaris corporis

21
Cognitionem practicã pauci habẽt, malitia, cũ plures eius notitiam habeãt speculatiuã.
Malitiæ aliqui nec speculatiuam, nec practicã habent cognitionem ab illa obcæcati.
g Isai. 44. 18.
Malitia ad cognitionẽ & speculatiuã, & practicam Deus excitat peccatores.
h Phil. 1. 9.
22
Culpæ malũ omne est ex eo quod peccator Deum derelinquit.
i Eccl. 17. 31.

poris interpoſitionem deficere conſpicitur. Itaque nil nequius excogitare potuit homo, quàm vt remaneat ſolus, qui à ſe ipſo miſerrimus eſt, vtpote caro, & ſanguis, quámue vt derelinquat Deum ſuum, à quo & vitā habebat animæ, quam modò per corpus, quod corrumpitur ſentit aggrauatam, & lumine illuſtrabatur diuinæ gratiæ, cuius modo radiis carnē opponit & ſanguinem, terrenaque & ſenſibilia, quæ caro ipſa concupiſcit aduerſùs ſpiritum. Vnde benè adiicitur, *Et hoc arguetur*: nimirum hunc iuſtitiæ Solem ob iſtiuſmodi derelictionem, & auerſionem eidem peccatori deficere, deficiente illi diuino gratiæ eius lumine, diuinaque tanti Solis coniunctione, in quo abſque vlla ſui mutatione iugiter ipſa perſeuerat lux. Arguetur quoque conſequenter, id eſſe malum, quo nil nequius mali habens quidditatem, quæ in duobus præallatis ſita eſt diuini Solis defectibus, &, vt Scholaſticè loquamur, in his duabus priuationibus, diuinæ coniunctionis, diuinæque lucis. Et nota quod ſimpliciter legis, *Et hoc arguetur*, vt intelligeres, id ab ipſa arguendum malitia, iuxta ea, quæ modò exponimus, (*Arguet te malitia tua.*)

23 Cæterùm ſicut ex hac malitiæ redargutione peccatorem excitat Dominus ad non tam ſpeculatiuè, quàm & practicè intelligendum quàm grande ſit eiuſdem malitiæ dictum culpæ malum, in derelictione Dei ſitum. Ita & per auerſionis increpationem eumdem pari ratione promouêre ſatagit ad comprehendendum, quàm graue, & amarum ſit ipſius auerſionis, & peccati malum pœnæ, vel id dumtaxat, cui obnoxius ille eſt in hac vita, quamdiu in peccato perſeuerat. Benè autem vt huius amaritudinis in illius animum aliquam ingerat cognitionis methodum, his vtitur.

Timoris Dei abiectio eſt peccatori cauſa amaritudinis, & omnium mali pœnæ.

(*Scito, & vide, quia amarum, non eſſe timorem Dei in te.*) Auerſionem hac deſcribens periphraſi, nec non & cumulum ob oculos ponens amaritudinis omnis. Quid eſt enim auerſio, niſi timoris Dei abiectio? nam ſiue timoris Dei vocabulo ipſam eius intelligamus dilectionem, cum qua ita conuertitur, vt ſæpe ſibi inuicem communicent & affectus, & nomina, auerſio certè eſt eius abiectio vt colligere eſt ex eo, quod ait Iob, aptiſſiméque aptatur & Deo, [a] *Quem maximè diligebā auerſatus eſt me*, id eſt. In quo maior in me debuiſſet eſſe dilectio, vtpote à me maximè dilecto, is mei à ſe abiiciens timorem, meámque charitatem, auerſione, odioque potiùs auerſatus eſt me. Siue eiuſdem timoris Dei voce filialem in Deum accipiamus reuerentiam, huius quoque abiectionē patet ipſam eſſe peccatoris auerſionem, quam propterea Ieremias noſter infra [b] auerſionem dicit contentioſam, quia per ipſam abiectā omni in Deum reuerentiā, & metu, peccator cum eodem Deo contendere audeat.

Auerſio peccatoris eſt timoris Dei abiectio.

a Iob. 19. 19.

b Iere. 8. 5.

24 Quàm amara autem iſta ſit diuini timoris abiectio duplici ex capite idem peccator cognoſcere poteſt. Primum, ex priuatione eiuſdē timoris. Secundum, ex increpatione auerſionis ab illo. Ex priuatione timoris Dei intelliget primò, ſe omni repletum amaritudine, cùm per illam omnis expers factus ſit decoris, omnis honoris, omnis dulcedinis, gaudij omnis, omniſque & felicitatis: hæc quippe vniuerſa in vno Dei timore obtineri teſtis eſt auctor libri Eccleſiaſtici, qui in ipſo eiuſdem libri initio peregregiam illius faciens panægyricam orationem hæc habet, [c] *Timor Dominī gloria* (quia videlicet ingentem homini addit decorem, & honorem,) *& gloriatio* (quia inde eidem eſt, quo glorietur, qui gloriatur in Domino) *& lætitia* (quia dat gaudendi occaſionem) *& corona exultationis* (quia iucundiſſime in regiam euehit dignitatem, ſemet veluti Diademate ſumma coronans cum exultatione:) Si non externa duntaxat, ſed & multò magis interna cordis quærenda ſint gaudia. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium*: Si iucundiſſimum eſt, longæuam fœliciter agere vitam, Timor Domini cum lætitia, & gaudio dat & hanc ſimul *longitudinem dierum*. Quid plura? Ea eſt timoris Domini iucunditas, & dulcedo, vt excludat & eam quæ hominibus vniuerſis communis eſt mortis extremique eius diei amaritudo. *Timenti enim Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis*, id eſt mortis ſuæ *benedicetur*, ſc. à Deo, à quo & laudabitur, & bene ei fiet. At id quod præ omnibus, quæ iam enumerata ſunt, ſummæ per timorem Dei eſt in homine dulcedinis, ſummique & gaudij, illud eſt, quòd excludit peccatum morte ipsā multò amarius, quodque meritò amarum dici debet per antonomaſiam, Vnde bene ibidem adiicitur. [d] *Timor Domini expellit peccatum*, ea enim duo ſibi inuicem ſunt repugnantia: *Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari*, id eſt, iuſtus eſſe, & expers criminis. Et vt intelligas, peccatum, amarumque omne ex auerſione eſſe, & eiuſdem timoris Dei abiectione, additur, *Iracundia enim animoſitatis illius ſubuerſio eius eſt*. Ac ſi dicat, Audax animus, quo homo, expulſo Dei timore, audet ſe illi iracundum exhibere, auerſioneque contentioſā cum illo certamen inire, eſt cauſa eius ſubuerſionis, & lapſus in ſcelera multa, & perabſurda. Peregregiè ſanè Auguſtinus lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 21. *Nec ſe ipſo*, inquit, *homo diuina voluntate* (diuino dictu timore) *contempta, niſi pernicioſè vti poteſt, atque ita dicit, quod interſit, vtrum inhæreat communi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur ſibi: inde timoribus, mœroribuſque completur.*

Per timoris Dei abiectionem quantis priuemur bonis.

c Eccl. 1. 11.

Ex timore Dei quanta bona nobis proueniant.

Timor Dei expellit peccatum.

d Eccl. 1. 27.

Auguſt.

25 Hocque alterum eſt caput, è quo peccatori eruēda eſt grauitas amaritudinis peccati, & amarum quod ipſa cauſat auerſio. Ea namque, ſiue cor peccatoris, quod in illam (vt iam de malitia explicaui) transformatum eſt, & conuerſum, duplici ratione vno eodemque increpationis actu eumdem vehementiſſimè amaricat peccatorem, & per timorem, quem incutit, & per pœnas, quas infligit. Æquum eſt enim, vt qui indigniſſimè per auerſionem iucundiſſimum abiecit Dei timorem, digniſſimè è veſtigio per ipſammet auerſionem ſuam horribili, amariſſimoque ſtimo: concutiatur timore, quem deſcriptū habemus in lib. Deuteronomij: [e] *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes*, ſc. præ lacrymis *oculos, & animam conſumptam mœrore, & erit vita tua quaſi pendens ante te*, iugi nimirum mortis metu te propter tua concutiente ſcelera: *Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ*, deſtitutus profectò omni vitæ, omniſque opis fiduciā. Tanta erit huius terroris amaritudo, *vt manè dicturus ſis, quis mihi det veſperum? & veſpere quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propterea, quæ tuis videbis oculis*, illa nimirum vniuerſa, quibus per excuſſionem timoris Dei orbatum te videbis.

Auerſio quātum amaritudinis cauſet peccatori.

Quo timore concutiatur peccator ob auerſionē, & abiectionē timoris Dei.

e Deut. 28. 65.

26 Quis verò & id explicet amari totum, quod increpans auerſio eadem infligit in pœnis, quibus per remorſum afficit conſcientiæ? ſi amara ſunt verbera, audi Græcum prouerbium *auuitiſnon:*

Auerſio quibus pœnis afficiat peccatorem.

Iuuenalis.
Conscientia quas pœnas peccatori infligat.
a Isai .19.1.
Plutarch.

ὅπως ἀπάλλει τὴν ψυχήν: *Conscientia verberat animum* quod Poëta Iuuenalis hisce expressit, *Et surdo verbere cadit:* Si amara sunt in corpore vlcera, & tabes; auersionis conscientia vlcerat & animam, marcidumque reddit & cor, sic legimus apud Isaiam, [a] *Et cor Ægypti* tenebrosum videlicet, & peccatoris *tabescet in medio eius*, & apud Plutarchum in lib. de Tranquillitate animi. *Facinorosa conscientia instar vlceris in corpore pœnitentiam relinquit in anima lancinantem iugiter, & peruellentem.* Gladius vulnerans amarus certè est, & apud Salomonem habemus, *Est qui promittit & quasi gladio pungitur conscientiæ.* Quid amarius, quàm in ossium medullis corrodi? & in libro Prouerbiorum iuxta versionem Sept. inuenimus, [b] *Tinea ossium cor intelligens*, scil. per synderesim, & alibi: [c] *Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum, sic mæror:* eiusdem, sc. synderesis auersionis *cruciat cor viri.* At quod omnium est amarissimũ, est æternitas & corrosionis huiuscemodi vermis, & combustionis, quæ igne fiet eiusdem auersionis, & peccatorum conscientiæ, de qua Dominus apud Isaiam, [d] *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur:* permanente illo ad cumulum omnium amaritudinum in damnatis etiam in inferno, vbi iuxta Redemptoris nostri dictum in Euangelio, [e] *Vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur.* Vide ait Boëtius lib. 4. de Consolatione Prosa 4. *Quid æterna lex sanciat. Melioribus animum si conformaueris, nihil opus est iudice premium deferente, tu te ipse excellentioribus addidisti. Si studium ad peiora deflexeris, extra ne quæsieris vltorem, tu te ipse in deteriora detrusisti.*

b Prou. 12.18.
c Prou. 25. 20.
d Isai. 66.14.
Vlcera peccatorum nos ipsi nobis sumus.
e Mar. 9.44.
Boëtius.

A B C

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Arguet te malitia tua, & auersio tua, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε, καὶ γνῶθι, καὶ ἴδε, ὅτι πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν σε ἐμὲ λέγει Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ οὐκ εὐδόκησα ἐπὶ σοί, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου.

Vers. 19.] Corripiet te rebellio tua, & malitia tua arguet te. Et scito, & vide, quia amarum tibi, quòd dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus: & non complacui in te, dicit Dominus Deus tuus.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Induxi super te afflictiones, & non cessasti à malitia tua, & quia non es conuersa ad legem, vltio fiet de te: & vide, & cognosce, quia malum, & amaritudinem induxi super te Ierusalem, eo quòd dereliquisti cultum Domini Dei tui, & non posuisti timorem mei ante oculos tuos, dicit Dominus Deus exercituum.*

Chrysost.
Tribulationibus erudimur.

Arguet te, &c. Ioannes Chrysostomus homil. in Psal. 12. Tom. 1. *Dei inquit, derelictio est species prouidentiæ: permittuntur enim tunc ærumnæ vtiliter, vt per omnia stimulati qui sunt socordiores maiori studio re-*

A *deant eo, vnde exciderunt (erudiet enim te*, ait *defectio tua, & vitium tuum te redarguet.)*

Maximus.

Simili modo legit, citatque hunc locum Maximus Confessor in Quæstionibus de Verbi incarnatione Tom. 5. Bibl. Veter. Patrum. *Et rursus, inquit, (Erudiet te defectio tua, & malitia tua corripiet te, & cognosces, & videbis, quàm amarum sit tibi relinquere me, dicit Dominus Deus.*

2
Hieronym.

Hieronymus lib. 13. in Isaiam cap. 50. sic legit, *Erudiet te abscessio tua, & malitia corripiet te, & scies, quoniam malum tibi sit, quòd reliqueris me.*

Malitia cum saturauerit peccatorẽ punit illum.

Idem verò in Comment. super hunc locum,
B legens, (*Arguet te malitia tua* (siue *erudiet te præuaricatio tua*, &c.) vt in vulgata. *Notandum* inquit, *quòd malitia, siue præuaricatio postquam saturauerit præuaricantẽ, & instar Coturnicum* [f] *vsque ad nauseam venerit, erudiat agentem pœnitentiam, cui imperatur, vt videat quid reliquerit, & quid secutus sit, & quomodo spernens bona, & dulcia mala, & amara elegerit. Hoc autem totum factum est, quia dereliquit*, &c. [g] *Principium enim sapientiæ timor Domini, quem quia non habuit, malo, & amaritudini traditur.*

f Num. 11. 33.
g Prou. 1.7.

Theodorit.
Relinquens Deũ propter mũdana traditur mũdanis, ac vitiis cruciandus.

Theodoritus referens hæc ad superiora. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti?* &c. ita ea breui-
C ter explicat. *Non me, dicit Dominus, vocasti in auxilium, sed illos: propterea tradidi te illis. Tale quidpiam accidit illis, qui Saluatorem crucifixerunt.* [h] *Negantes enim illum dicebant, se non habere Regem, nisi Cæsarem, hac de causa Cæsari traditi sunt.*

h Ioã. 19.15.

3
D.Thom.
i Isai. 3.9.

D. Thomas item in Comment. ad superiora hæc referens. *Contra prædicta culpæ recognitionem arguet malitia, quando pro ea pœnas sustinebis.* Isai. 3. [i] *Agnitio vultus eorum respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. Tum adhibet consilium vtile vt peccatum recognoscant, (Scito malum) inhonestum, (amarum) pœnosum.* Sophon. 1. [k] *Vox diei Do-*
D *mini amara, tribulabitur ibi fortis.*

k Sophon.

D. Bonau.
Relinquere Deum quàm magnum sit malum.

D. Bonauentura Serm. 1. Domin. 12. post Pentec. (*Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.) Si amarum malum est reliquisse Episcopum, vel amicum, vel oculum: in infinitum amarius, & confusibilius est, relinquere Deum.* Ierem. 17. (*Domine Deus, qui te derelinquunt confundentur) ô si ista bene videremus, quantum flere deberemus!*

Idem.
Peccata vt sũt causa accusationis dicuntur accusare homines.

Idem Bonauent. ad finem expositionis in c. 4. lib. Sapientiæ. (*Arguet te malitia tua.) Peccata dicuntur accusare reprobos, quia erunt materia accusatio-*
E *nis, & damnationis eorum.*

4
Idem.
Ex separatione à Deo sũma est amaritudo.

Idem Tom. 1. opusc. lib. de tribus ternariis peccatorum infamibus cap. 7. (*Vide quàm malum*, &c.) *Sicut ex coniunctione ad Deum causatur summa delectatio, & dulcedo. Ita ex separatione summa amaritudo. Tantò autem quis à diuino consortio auertitur, quantò inferiùs delectatur.*

Idem.
Per peccatum anima duplicem inuenit infelicitatẽ.

Idem Tom. 2. opusc. mysticæ Theologiæ par. 2. petitione 6. *Cum dictum esset. (Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te) subditur ratio. (Scito & vide, quia durum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.) Duplicem infelicitatem animam incur-*
F *risse significans; quia per malitiam creaturæ inferiori inuerecundè adhæsit propter delectationem humanam, iusto Dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potiùs reportabit: vt quæ satiari voluit in ipsis delectationibus creaturarum, infinitis amaritudinibus repleatur: quia quantò delectatio mundana spiritus secreta ingreditur, tantò veneno pestifero lamentabiliter anima adimpletur: non tantùm malitia, quia spreto creatore, creaturæ adhæsit, suâ inferiori voluntate arguit, sed diuisam à fonte totius beatitudinis increpat.*

CATENA

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΠΑΙΔΕΥΣΕΙ σε ἡ ἀποστασία σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἱκανὸν γὰρ εἰς παιδείαν τὸ ἔξω τοῦ Θεοῦ γενέσθαι.

[λέγει Κύριος.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα, οὐκ ἀνθρωπίνη ἡ ἀπόφασις, ἔτι Θεὸν αὐτῆς ἑαυτὸν καλεῖ.

[καὶ οὐκ εὐδόκησα ἐπὶ σοί.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐδέποτε τουτέστιν ἀνεπαυσάμην.

Θεοδωρήτου.] Θεὸν δὲ ἑαυτὸν καλεῖ, δεικνὺς τῶν ἁμαρτημάτων τὸ μέγεθος, ὅτι τὸν Κύριον κατέλιπον, καὶ τὸ φίλτρον ἐπιδεικνύμενος, πῶς οὐ δὲ
* ἀναίνεται. νῦν ἀνέχεται καλεῖσθαι αὐτῶν Θεὸς καίτοι αὐτῶν τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν καταλιπόντων, καὶ πῆ μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, πῆ δὲ τοὺς Ἀσσυρίους μισθουμένων. τέλος δὲ καὶ ἀπέδρασαν εἰς Αἴγυπτον, ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τοῦτο πεποιηκότες ἰδίῳ, τῶν γὰρ ἀποστάντων Θεοῦ χρηστὸν οὐδεὶς ἀπηνέγκατο τέλος, συμφοραῖς ἀεὶ παιδευόμενος.

A

Verſ. 19. CORRIPIET te rebellio tua, &c. Et ſcito, &c.) 5

Chryſoſtomi.] *Satis enim eſt ad puniendum extorrem Deo fieri (dicit Dominus, &c.)* — Chryſoſtom. *Pœna damni maxima.*

Eiuſdem.] *Non ea verba hæc: ſententia hæc non humana: adhuc Deum eius ſe ipſum nominat. (Et non complacui in te.)* — Idem.

Eiuſdem.] *Numquam; hoc eſt: requieui.* — Idem.

Theodoriti.] *Deum ipſorum ſe ipſum appellat. (Quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus.) Delictorum demonſtrans magnitudinem, quòd Dominum dereliquerunt, & amorem ſignificans cùm adhuc Deus ipſorum vocari non recuſet; tametſi ipſi eius auxilia noluerint, tũ Aegyptiis, tum Aſſyriis precio conductis, ac tandẽ in Aegytum confugerint ſuam nimirũ in perniciẽ. Nullus enim ex his qui ſe auerterunt à Deo bonũ ſortitus eſt finem, calamitatibus ſemper vexatus.* — Theodorit. *Peccatorem amat Deus vel etiam ab illo derelictus unde & illius Deum ſe dicit.*

B

Verſ. 20.] A ſæculo confregiſti iugum meũ, rupiſti vincula mea, & dixiſti: Non ſeruiam: In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo, tu proſternebâris meretrix.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Verſ. 10. Quia à ſæculo confregiſti iugum meum rupiſti vincula mea.* 2 *b A ſæculo cõfregiſti, &c.*

NON [a] *complacui autem in te, quia tu vel ex tunc, cùm primùm ex Ægypto egreſſa meum ſubiiſti iugum, meo te ſubiiciens dominatui, meiſque deuincta es legis, præceptorumque vinculis, & ipſum confregiſti iugum, & vel arctiſſima rupiſti vincula,* [b] *An non euidentiſſimum eius eſt ſignum, quod mei in te non timor vllus, cùm & inſtar calcitrantis vituli, qui abſque vllo biſulci metu & iugum confringat, & lora, quod à primis ipſis tuis initiis caperas, continuã temporum ſucceſſione à iugo te ſubduxiſti imperij mei, diruptis & mandatorum meorum, quibus ſaluberrimè te continebam loris. Et inſtar adulteræ coniugis, indiſſolubile, quod me comite facillimum tibi erat matrimonij confregiſti iugum, eaque rupiſti & charitatis vincula, quibus in eo connectebamur coniugio. Eóque* [c] *ruiſti pernicaciæ, vt auſa ſis dicere. Non ſeruiam tibi, at Idolis, iiſue in locis, quæ tibi magis diſplicere noui, in excelſis, & in Lucis, ac ſub frondoſis arboribus liberè in mea Idololatriæ diffundar fornicatione.*

c Quia dixiſti, non ſeruiã tibi: ſed ibi diffundar in fornicatione mea.

Quodque [d] *petulantiſſimis proteſtata es verbis, inſtar pertinacis equi gradum ad aurigæ imperium mouere nolentis, cum inanis metus aliqua concutitur phãtaſia, perniciéque poſtmodum curſu in præceps ad ſuum ruentis libitum, dicens, Non ſeruiam, non obtemperabo, nec gradum ad alterius imperium mouens tranſibo. Tot te proſtraſti duriſſimis Dominis, quot ob futilem, inanemque mundi, ſenſuſque timorem vel obſecundaſti paſsionibus, vel ſecutus es voluptates, vel admiſiſti cri-*

2 *d Et dixiſti, non ſeruiam. In omni enim colle, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.*

C

mina, vel coluiſti idola, id quippe & factis confirmaſti. Nam & ea eligens loca, quæ religioſiora arbitrabaris, quæue tuæ libidini magis cenſebas aptiora, fœdæ inſtar meretricis multiplicibus te proſternabas Idolis, compluribusve te fœdabas ſceleribus.

Cùm [c] *iam à ſæculo ſub dura teneteris Ægyptiorũ captiuitate, ego nullis tuis meritis, ſed ex mea duntaxat benignitatis in te propenſione tuum illud confregi iugum, tuaque dirupi vincula, quibus arctiſsimè in Aegypto detinebaris, ex illa te eruens ſeruitute; Tuque viciſſim propterea proteſtata es, Non ſeruituram aliis, quàm mihi, nec tranſituram ad Idolorum cultum. Nihilominus verbis contraria patraſti; nam inſtar meretricis ad quæcumque tete volutabas ſimulachra, & in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo ex vno ad aliud diſcurriſti Idolum, quomodo meretrix ex vno in aliud peruagatur proſtibulum.* 3

c Quia à ſæculo confregi iugum tuum, rupi vincula tua, & tu dixiſti: Nõ ſeruiam, ſeu, Nõ trãſibo. Cum interim in omni colle tu te volutabas, ſeu diſcurrebas meretrix.

D

Verſ. 20.] A ſæculo confregiſti iugum meũ, rupiſti, &c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

INGENS eſt circa hæc lectionum, textuumque diuerſitas. Siquidem in Hebræo ſic habentur, (*Quia à ſæculo confregi iugum tuum, rupi vincula tua, & tu dixiſti, non ſeruiam,*) vel iuxta aliam lectionem, quæ notata eſt in codicis Hebraici margine, pro לא אעבור *lo enghebod,* id eſt, *Non ſeruiam,* habens לא אעבור *lo enghebor,* (*Non tranſibo,*) prout & Vatablus legit, vertens, (*Tu autem dixiſti, Non tranſibo.*) Sept. ex hoc quod in ſecunda perſona dictum reperêre, (*Et dixiſti,* ac ſi & in eo quod prius dictum fuerat (*confregi, & rupi,*) prima pro ſecunda item perſona poſita fuerit, iuxta frequentem 1

E

Vna perſona pro alia ſæpius poni ſolita in Scrip.

quentem ſacrarum literarum morem,quo perſo- A
na vna pro alia vſurpatur , verterunt.(*Quia à ſæ-
culo confregiſti iugum tuum , & rupiſti vincula tua, &
dixiſti Non ſeruiam*, Codexque Aldinus, & Vati-
canus addunt, (*Tibi*) ὐ δυλεύσω σοι. Noſter inter-
pres ipſos ſecutus eſt Sept. quoad mutationem
perſonæ primæ in ſecundam,primam tamen per-
ſonam pronominibus iugo adiectis , & vinculis
tribuens, ſingulari lectione vertit. (*A ſæculo con-
fregiſti iugum meum, &c.*)

Porrò triplex inſuper & quoad ſenſum in hac
lectionum varietate eſt diuerſitas. Siquidē iuxta
verſionem Sept. hæc à Domino aſſeruntur , vt B
cauſa & ratio,propter quam immediatè dixit,(*Et
non complacui in te.*) In noſtra Vulgata referuntur
vt effectus, ſeu potiùs vt certum argumentum,
eius quod prædictum fuerat, (*Et non eſſe timorem
mei apud te.*)In lectione verò Hebraica in eorum-
dem prædictorum vehementiorem exprobratio-
nem,& ad eiuſdem populi confuſionem adhibē-
tur.Quippe qui tam petulāter,ingratoque animo
iugum à ſe abiecerit Dominij Dei, vinculaq; ſol-
uerit à ſe timoris illius,qui è veſtigio ab initio
eius Ægyptiacę captiuitatis iugum,atque vincu- C
la tam benignè confregit. His præexpoſitis circa
lectionum varietatem explicemus primò Vulga-
tæ noſtræ literam.

2 Simile. *Peruicacia peccatoris cōtra Deū aſſimilata bobus recalcitrātibus , iugūque excutiētibus.*

Deſumpta ſimilitudine à peruicacibus, & cal-
citrantibus bobus,quos tunc aſſerimus abſque
bifulci,dominique timore eſſe , cùm vel ſtimulo
percuſſi tantū abeſt,vt ab excuſſione ſe cōtineāt
iugi,vt audaciori potiùs impetu & iugum ipſum
confringant,& lora diſrūpant, ingentē inuetera-
tamque Dominus probat Iudaici populi peruica-
ciam.Dupliciter autem iſtā iugi, vinculorumque
accipi poteſt metaphorā; vel vt ſignificēt coniu- D
gale fœdus, iuxta vocis coniugij ætymologiam.
Vel vt ſigna ſubiectionis ſunt ſub dominio , ſeu
Iugum poſitū pro dominio. ipſiuſmet dominij : vt (*iugum meum*) tantumdem
ſit,ac dominium, imperiumque meum. Et quidē
quod hoc ſecundo modo ſumenda hìc ſint , illud
indicio eſſe poteſt, quod adiectum eſt,(*Et dixiſti,
Non ſeruiam*:)præſertim cū hoc ipſo ſenſu ſæpius
in ſcriptura ſacra phraſis iſta confringendi iugū,
rumpendique vincula vſurpetur, vt in Pſalm.2.[a]
Dirumpamus vincula eorum , ſiue *eius* , & *proiicia-*
a Pſal.2.3. *mus à nobis iugum ipſorum* , ſeu *eius* , id eſt , Excu-
tiamus à nobis Dei,Chriſtique eius dominatum, E
& imperium , nec ei ſubdamur. Et clariùs idem-
b Ier. 30.8. met Dominus in noſtro hoc Propheta , [b] *Et erit
in die illa ait Dominus exercituum , conteram iugum
eius de collo tuo , & vincula eius dirumpam , & non
dominabuntur ei ampliùs alieni , ſed ſeruient Domino
Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis.*

3 *Iudæorū peruicacia quāta , quāmve antiqua.*

Erat quidem ſine iſto Dei iugo populus in
principio antequam vocaretur in Abraham , &
quando erat in Ægypto , prout ipſemet fatetur
apud Iſaiam dicens, [c] *Facti ſumus quaſi in principio,*
c Iſai.63.19. *cum non dominareris noſtri , neque inuocaretur nomen
tuum ſuper nos*: iugo tunc ſe is diuini eius ſubiecit
imperij, cùm legem ab illo accepit , eiuſdemque F
legis ſeſe alligauit vinculis in deſerto , teſte
d Deut. 26. 17. Moyſe,ac dicente.[d] *Dominum elegiſti hodie,vt ſit ti-
bi Deus,& ambules in viis eius,vt cuſtodias cæremonias
illius,& mandata,atque iudicia , & obedias eius impe-
rio.* At in ipſomet principio ſubiectionis eius in
vituli adoratione,frequentibuſque in rebellioni-
bus aduersùs Moyſem , & Aaron,& iugum con-
fregit , & vincula , eademque ratione ſucceſſiuis
pariter ſe geſſit temporibus; vt cùm ad Deum
conuerſus eſſet aſſumpto illius iugo , illicò illud
A denuo confringere obnixus ſit per Idololatriam,
aliaue innumera delicta; vt colligere eſt ex libris
Iudicum , Regum , ac Prophetarum,ita vt prop-
terea de eis per Hoſeam indefinitè dicitur , [e] *Re-* e Hoſe.7.16.
uerſi ſunt , vt eſſent abſque iugo. Hocque illud eſt
quod & Deus hoc loco illi obiicit, antiquam,in-
ueteratamque contentionem , ac peruicaciam,
propter quam & apud Iſaiam eidem dixit, [f] *Scio,* f Iſai.48.8.
*quia præuaricans,præuaricaberis , & tranſgreſſorem ex
vtero vocaui te*,& Moyſes,[g] *Semper contentioſè egiſtis* g Deut. 31. 27.
contra Dominum,quibus conſonant ea Stephani.[h] h Act. 7.51.
Vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis.

B 4

Pari quoque ratione de inueterato eius more
idem arguitur populus, ſi quæ aſſumptæ hoc lo-
co ſunt iugi vinculorumque metaphoræ ad fœ-
dus referantur coniugale , quod item in deſerto
per legis exhibitionem : & acceptionem inter
Deum populumque illum initum fuit , vt veluti
cum propria vxore , cum illo hìc Deus loquatur
eo modo,quo & in verſ.2.iſtiuſmet capitis , [i] *Re-* i Ierem.2.2.
*cordatus ſum,tui,miſerans adoleſcētiā tuam,& charita-
tem deſponſationis tuæ , quando ſecuta es me in deſerto.*
Sicque multò erit vehementior iſta Dei obiur-
gatio. Quòd impudentiſſimè populus ille id cō-
C fregit iugum,[k] eaque vincula, quæ vincula erant k Matth.11. 29.
charitatis, qualia ea ſunt , quibus amantes inui- *Iugū & vincula Dei cur ſuauia.*
cem vinciuntur coniuges , & in cuius iugi dela-
tione comparem habebat eumdemmet Deum,
qui & propterea coniux illius & dici voluit , &
eſſe;Ita vt vnum idemque iugum, ſicut iuxta le-
ctionem vulgatæ ſuum appellauit,dicens (*confre-
giſti iugum meum*,)reſpectu populi,Ita reſpectu ſui
ipſius qui pariter illi ſubiici voluit,vt eius populi
iugo ſecundùm verſionem Sept.dixit, (*Confregiſti
iugum tuum.*) Tametſi & ob alteram rationem
D idem iugum,eademque vincula,& (*mea*)dici qui-
uère , & (*tua*) mea reſpectu Dei imponentis,tua
verò reſpectu populi ea deferentis.

5 *In iugi Dei confractione quàm ſtolidè ſe gerat peccator.*

(*Et dixiſti non ſeruiam.*) Prædictam iugi,vincu-
lorumque confractionem,atque adeo & duriſſi-
mam illius populi peruicaciam,& dicto,& factis
ab illo confirmatam idem oſtendit Dominus. Et
quod autem euidentius expectandum erat ſignū,
quòd apud ipſum nullatenus Dei eſſet timor:Et
quidem quòd dicto id proteſtati ſint, ſæpius ex
libris colligere & Prophetarum , & ex noſtro
imprimis Ieremiæ, cui apertè id proteſtantes di-
E xère , [l] *Sermonem , quem locutus es ad nos in nomine* l Ier. 44 17.
*Domini non audiemus ex te , ſed faciemus omne ver-
bum , quod egreditur ex ore noſtro , vt ſacrificemus
Reginæ cæli , & libemus ea libamina , ſicut fecimus
nos , & patres noſtri, Reges noſtri*, &c. Apparet au-
tem eius populi ſtultitia in hac peruicacia ex eo
quod in genere dixit, (*Non ſeruiam* :) quippe qui
eò deuenerit ſtoliditatis , vt cenſuerit ab omni ſe
liberum ſeruitute , quando , confracto iugo vno
Dei facili , atque ſuaui pluribus , iiſque grauiſſi-
mis ſe ſubiecit iugis, ſeruus effectus pluriū Deo-
rum alienorum , à quibus in iugis ipſis deferen-
dis nil haberet opis , necnon & effrænatarum
F paſſionum ſuarum.

6 Simile. *Peccator ſimilis equis peruicacibus. Ob timorem mundanum peccator excutit à ſe Dei timorē,ruitq; præceps in ſcelera.*

Sed & peculiarem vim ea habet lectio , qua
pro , (*Non ſeruiam*) legitur , (*Non tranſibo*) vt
fiat alluſio ad obduratam equorum peruicaciā,
qui fixo gradu alicubi periſtentes nullatenus ad
aurigæ , ſeu equitis directionem è ſuo dimoue-
ri volentes ſitu , ac propemodum dicentes.Non
tranſibimus, curſu poſtmodùm celerrimo in ſuā
effrænes volant perniciem. Et vide amabò quàm
congruens iſta ſit alluſio,ſicut equi illi ob inanē
metum ita obdurantur, vt aurigæ,ſeſſoriſque eo

modo,

modo, quem diximus, verum, debitumque excutiant metum: Ita & Iudaicus ille populus, & peccator quilibet ibi trepidantes, vbi non eſt timor, ob inanẽ inquam terrenarum rerum amiſſionis metum, debitum, veréque ſubſiſtentẽ Dei timorem abiicientes obdurantur, ne illi ſeruiant, ambulentque in viis eius, & iuxta illius mandata, currentes è veſtigio ad Idola, & ad terrena aduerſus illum ſuperbo, audacique animo. Ex præcitato Ieremiæ loco, vnde obduratam eius populi probauimus ſuperbiam aduerſus Dominum, & peruicaciam, colligere eſt, & qua ratione id ex inani ea prouenerit metu, cùm dixerint,[a] *Ex eo tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus.*

a Ier.44.18.

7 Sed clariùs expreſſa hæc videre eſt in lib. Iob vbi cùm de impio agitur, hæc habentur.[b] *Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum ſicut Regem, qui præparatur ad prælium*, id eſt tãtæ eum ob inanem metum vallabunt anguſtiæ, quibus obſtinatè, quaſi præpeditus gradum figat ne tranſeat, ambuletque ad Dei imperium, quantis Rex, qui præparatur ad prælium vallari ſolet militibus. *Cucurrit,*) ſcil. Deum *erectio collo*, poſt abiectum eius timorem, confractumque illius iugum ſuperbâ mente aduerſis contra eius mandata currens itineribus: *& pingui ceruice armatus eſt*: terrenorum videlicet copiâ, quibus iuxta Moyſis dictum *incraſſatus, impinguatus eſt, & dilatatus*, æquè ac præfortibus contra eum vtens armis,[c] *Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam*: Nec vllam immenſæ eius potentiæ habuit rationem: nam *& contra omnipotentem roboratus eſt*, robore nimirum ex Idolis, & ex ipſis ſuis ſceleribus deſumpto.

b Iob.15.24. *Superbia iniquorũ quanta aduerſus Deũ, & vnde.*

c Deut. 32. 15.

8 (*In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.*) Iuxta verſionem Sept. hæc adhuc pertinent ad peruicax ſuperbumque Iudaici populi dictum, quod immediatè præceſſit, (*Et dixiſti, Non ſeruiam,*) Sic quippe iſta habentur. (*Sed ibo ab omnem collem excelſum, & ſubter omne lignum vmbroſum*, &c. In textu autem Hebraico referri potiùs videntur, vt factum eius verbis contrarium, cùm enim immediatè præceſſerit, (*Et dixiſti non ſeruiam,*) ſc. Diis alienis, ſeu alij, quàm tibi vero, & vnico Deo meo, aduerſatiuâ dictione כִּי *chi*, ſubiicit idemmet Deus, (*Attamen*) (ſeu vt vertit Iſidorus Clarius.) *Cùm interim ſuper omnem collem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo*, &c. vt mox explicabo. Noſter autem Interpres eadem ſumpſit, ac ſi per illa idipſum comprobetur ex facto, quod iam ex dicto comprobatum fuerat ſuperbiſſimæ Iudaici populi peruicaciæ. Vt ſenſus ſit Confregiſti iugum, &c. eóque deueniſti elationis, vt auſus ſis petulantiſſimè dicere, Non ſeruiam: quodve multò eſt peius, & facto id confirmaſti, Nam à me penitus alienatus totum te falſorum Deorum cultui addixiſti. Hoc autem indigniſſimum deſcribens facinus his vtitur verbis, (*In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.*)

Iſid. Clar.

9 Pro quorum intelligentia ſupponendum, Idololatrarum id extitiſſe moris, vt & celſioribus in locis, & in Lucis, ſubque frondoſis arboribus ſacra ſuis facerent idolis, vt apertè habemus ex lib. Deut. 12. 2. & 3. Reg. 14. 23. & 4. Reg. 16. 4. & 2. Paralip. 28. 4. & Iſai. 57. 5. & ex innumeris aliis ſacrarum literarũ locis. Ratio tamen antiquiſſimi moris huius haud eſt omnibus peruia,

Idolis ſacra antiquitus fieri ſolita in excelſis, & in Lucis.

A Abulenſis in cap. 33. lib. Num. q. 8. Duas affert rationes, Primam, quia loca illa cenſebantur religioſiora, Secundam, quia ea loca, vtpote ſeiuncta, & ſeparata occaſioni erant, aptaque libidinibus, cùm in illis ea admitterentur frequenter, quæ alibi fieri pudor eſſet, vt in Idolo Priappi de quo 3. Reg. 15.

Abulenſis. *In excelſis cur ſacra fieri mos eſſet apud Antiquos, vt & in Lucis.*

Quam ſecundam rationem quoad Lucos idẽ Abulenſis aſſignat & in cap. 34. Exodi ad quæſtionem 12. dicens, *Sub arboribus, & in Lucis erant altaria Idolorum, vt expletis ſacrificiis vacarent libidinibus, ideo Deut. 7. Iudæis mandat Deus, vt Lu-*
B *cos ſuccidant, ne haberent occaſionem fornicandi.*

10 Porrò exinde quoad electionem locorum excelſiorum eum increbuiſſe crediderim morem, & à Iudæis quoque malè in veri Dei cultu vſurpatum frequentiſſimè, vt habemus ex libris Iudicum, Regum, & Paralipom. quòd religioſiora ob id cenſerentur, quia cælo cæleſtibuſque Diis magis eſſent propinqua,[d] Vnde Prophetas ſacrificiis, & precibus adorantes Baal deridebat aliquando Elias dicens, *Clamate voce maiori, Deus enim eſt*, &c. ob quam etiam rationem Diis inferis è veſtigio ſacrificabant in antris, & effoſſa terra. Ex Vitruuio lib. 3. cap. 7. alia deſumitur
C eiuſdem moris ratio, vt erectis in celſioribus iis locis vel templis, vel aris, atque Deorum Idolis, Dij illi è ſublimi magis humanas, vrbiumque perſpicerent neceſſitates, Ait quippe, *locum excelſiſſimum vrbis ſummo habitum honore, ac non niſi Diis maximis, quorum in tutela maximè Ciuitas videretur eſſe, videlicet Iouis, Iunonis, & Mineruæ templis dedicatus, vnde mœniũ maxima pars conſpiceretur.*

Excelſiora loca cur religioſiora cenſerentur antiquitus.

d 3. Reg. 18. 26.

Vitruuius.

11 Ceterùm quoad Lucos, vmbroſáſque arbores, dixerim, primò eum morem Idololatras deſumpſiſſe ex ſacris literis, prout & pleraque ſacrorum ſuorum, iuxta id, quod legimus lib. 1.
D Machab.[e] *Gentes de libris legis ſcrutabantur ſimilitudines ſimulachrorum ſuorum*, ſanctos quippe Patriarchas ſub arboribus Deum adoraſſe pluribus ex locis libri Geneſis habemus, idque quia vmbroſus locus iis videretur ad religionem aptior ob ſilentium, minoremque viſus diſgregationem. Ob quam rationem à Gentibus idipſum ſeruatũ arbitror, Vnde Plinius lib. 12. cap. 1. *Nec magis*, inquit, *auro fulgentia, atque ebore ſimulachra, quam Lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Et Tacitus lib. 1. de moribus Germanorum, *Lucos* ait, *ac Nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecre-*
E *tum illud, quod ſolâ reuerentiâ vident.*

In Lucis Idola colere Gẽtes didicère à ſacr. Scriptura.

e 1. Machab. 3. 48.

Plinius. *Luci & arbores frondoſæ cur ad Idolorum cultum præeligerentur.*

Tacitus.

12 Potiſſima tamen ratio propter quam Idololatræ Iudæorum more ſub vmbroſis arboribus ſua Idola colerent, lucoſque, & nemora ad iſtiuſmodi cultum præeligerent, ea eſt, quam ſupra ex Abulenſi ſecundo retuli loco, quòd vmbras tenebraſque in iis quærerent, libidinibus, tenebrarumque operibus indulgentes tutiùs, atque commodiùs, prout apertè colligitur ex cap. 4. Hoſeæ,[f] vbi dicitur. *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama, ſubtus*
F *Quercum, & Populum, & Terebynthum, quia bona*, (id eſt commoda) *erat vmbra eius*, Rationem eius commoditatis ſubdit ex euentu, *Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & vxores veſtræ adulteræ erunt.*

Luci ad Idolorum cultũ eligebãtur vt aptiores ad libidines occultandas.

f Hoſe. 4. 13.

Et ob hanc ipſam rationem forſitan & hoc loco, quem modò exponimus, metaphorâ Dominus vſus eſt meretricis ſe proſternentis, *In omni enim colle, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Idololatriæ ſcelus conſuetâ fornicationis exprimens metaphorâ, multiplicitatem verò eiuſdem ſceleris communis meretricis ſimilitudi

litudine designans, quòd qui sui renuit veri Dei subiectionem, pluribus variisque se prostrauerit Idolis, æque ac meretrix obuiis quibusque prosternitur viris.

13 Pro his, (*Prosternebaris meretrix.*) Sept. habent, ἐκεῖ διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου. (*Ibi diffundar in fornicatione mea.*) In Hebr. est pulchra paronomasia in verbo ac nomine צעה זונה *tzonga zonah*. At ob anceps verbum צעה *tzonga*, à radicè צעה *tzanga*, quod significat migrare, discurrere, ac vagari, nec non & sese volutari in significatu similis verb. יצע *iatzang*, sternere, ac prosternere duplex potest esse lectio seu B versio, altera similis lectioni nostræ Vulgatæ, (*Tu volutabaris, te te volutabas meretrix.*) Altera, quæ est communior apud Hebræos, eosve qui illos sequuntur ex nostris, (*Tu discurrebas, seu peruagans es meretrix.*) vt sit allusio ad peculiarem meretricum ingenium, ac morem, quem in ca. 7. lib. Prouerb. à Salomone descriptum habemus, vtpote quæ ita sunt vagæ, [a] vt domi consistere nequeant, sed & hominibus impudenter obuiam procedant. Quod & singulari ratione eidem populo aptauit fusiùs Ezechiel in cap. 16. Sic quod in toto hoc vers. 20. à Domino dicitur, tale quid est in exprobrationem eius, quod in fine præcedentis vers. 19. dictum fuerat, *Et non timor meus apud te.* Ab initio cùm esses captiua in Ægypto ipse ex ingenita mei bonitate, nullisque tuis meritis durissimum confregi, quo ibi opprimebaris iugum, rupi & vincula, quibus captiua tenebaris, ita vt nec pedem extra Ægyptū mouere posses, &c. vt habes in paraphrasi Hebraicæ istius lectionis.

a Prou. 7. 11.

Iudaici populi ingratitudo exprobratur à Domino.

Ad quem sensum non incongruè & nostram Vulgatæ sic referes lectionem, iam ab initio, me tibi opitulante, Ægyptiacæ captiuitatis quo me permittente premebaris confregisti & iugum, & vincula, Tuncque professa es, te non seruituram ampliùs Diis alienis (hicque per Aposiopesim & Ironiam quid tale subintelligatur, Sanè optimè hæc seruasti, gratique animi præclara exhibuisti indicia.) Nam instar meretricis in omni colle, &c. ad quodlibet te prostrasti idolum.

Qui certè sensus non modicùm mihi arridet, vt hæc sententia iungatur cum subsequenti, sintque ambæ exprobratiuæ beneficiorum Dei, & ingratitudinis populi eius.

Vers. 20.] A sæculo confregisti iugum meū, rupisti, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 HEBR. vt in prima literæ expositione dictum, (*Quia à sæculo confregi iugum tuum, rupi vincula tua, & dixisti,* &c.) Summâ certè diuinâ id factum est prouidentiâ, vt ex diuersis lectionibus intelligeremus, & diuersitatem iugi Dei à iugo mundi, & quod nemo sit, qui sine alterutro istorum esse queat, & demum qua ratione iugum suum Deus in suorum fidelium colla imponat, Summa autem & congruentia ante hæc præcessit ea Domini ad peccatorē adhortatio, *Scito, & vide, quia amarum est, non esse timorem mei in te.* Nam eò infelix ipse peccator deuenit plerumque stoliditatis, vt grauissimis pressus oneribus, durissimóque mundi subie-

Peccator cur non sentiat onus peccati, & iugi mundi.

A ctus iugo, quod amarum reuera est, dulce existimet, & *esse sub sensibus*, vt dicitur in libro [b] Iob, *delicias computet*. Hinc ob istam eorum stoliditatem congruo vocabulo sacræ paginæ iniquos, filios Belial appellant, eiusque in libro Iudicum [c] afferunt interpretationem, quæ est, *Absque iugo.*

b Iob. 30. 7.

c Iud. 19. 22.

15 Cæterum quali subiecti sint mundi iugo, quibusue vincti sint iniquitatum suarum vinculis, breui colligere est ex vna libri Ecclesiastici sententia, [d] *Iugum illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æneum est.* Quis verò est qui nesciat, B ferrum & æs, quæ durissima omnium sunt, vno duntaxat igne mollefieri, atque confringi? Ideo Dominus in Euangelio, [e] ignem se ait venisse mittere in mundum, haud alium quàm dilectionis, & charitatis, cùm per eam, quæ sibi ingenita est erga homines dilectionem, à sæculo ferreum istud mundi iugum, æneaque confringere iniquitatum vincula studuerit.

Iugum mūdi, eiusdemque vincula qualia sint.

d Eccle. 28. 24.

A iugo & vinculis mūdi, & peccatorum dilectione sua eruit Deus.

e Luc. 12. 49.

Quod sub insigni alia metaphora apud Isaiam pollicitus est, dicens. *Et erit in die illa, Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum propter pinguedinem. Auferetur*, inquit, *onus eius*, &c. vt intelligeres quàm C bene huic pollicitationi responderint & facta, quæ hîc apud Ieremiam ob oculos proponit, dicens, (*Quia à sæculo confregi iugum tuum, rupi vincula tua.*) Si modum scire optas, *Propter pinguedinem* multiplicium gratiarum, sicut propter pinguedinem in ignem iniectam, ignemque vehementiùs succendentem iugum quod ferreum, vinculumque quod æneum, instar & ferri, & æris materialis ad quem dissoluentur, ad ignem inquam diuinæ charitatis altius per exhibitarum gratiarum pinguedinem suas eleuantem flam-D mas, sed & *à facie olei* idem iugum computruit, quatenus per Christum oleo vnctum lætitiæ, & exultationis (iuxta literalem intellectum) id dissolutum est. Congruitque & verbum *Computrescet.* Nam Christus eatenus mundi à nobis abstulit iugum, quatenus ipso diuinæ gratiæ oleo suo tale nobis exhibuit lumen, vt intellexerimus, quàm putridum reuera id esset mundi iugum, eademque & iniquitatum vincula, quámve facilè confringi ea possent & à nobis, ipsâ adiuuante gratiâ, à quibus nullatenus nos expediri posse alioquin censebamus, ferro nimirum, atque ære E apparentibus, instar ligni putridi, quod summâ quilibet confringat facilitate.

f Isai. 10. 27.

Iugū & vincula mundi quomodo cōtriuerit Deus.

Iugum mūdi & vincula peccati quomodo simul & ferrea, & ænea que, & vt lignum putridum.

16 Ideoque in Euangelio legimus, eumdē Christum prædicto oleo singulos illustrantē tali iugo subiectos, talibus onustos & vinculis dixisse, [g] *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, Tollite iugū meum super vos, &c.* Quorum verborum sensus vt bene percipiatur, per alia declaranda eiusdem Domini apud Hoseam, quibus ait, [h] *In funiculis Adam traham eos*, summâ nimirū charitate, qua trahi solent homines, illos ad me alliciens, & dicens, *Venite ad me omnes*, vnde sub-F iicitur, *In vinculis charitatis. Qui laboratis & onerati estis*, dicitur in Euangelio, & apud Hoseam, *Ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorū.* Quibus significatur durissima mundi tyrannis, in qua miseri mundani grauissimo iugo onusti laborare coguntur vsque ad defectionem, præ ciborum, animam refocillantium inopia, ita vt de ipsis per alium Prophetam dicatur, [i] *Esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis defecit.* Eum enim tyrannicū mundi designat morē, quo nedum ad ceruices, vt bobus fieri consueuit in aratro laborantibus, sed

g Matth. 11. 28. & 29.

h Hose. 11. 4.

Mundi tyrānis qualis, & quanta.

i Ps. 106. 5.

A ſed ad maxillas grauiſſimum imponit iugum, ita vt per illud, onere premantur, ſub quo indeficiẽtibus circa mundana ipſa homines deſudent laboribus, nec ex eiſdem mundanis refici queant, impeditis eodẽmet iugo maxillis, quod vel brutis animantibus fieri prohibuit Dominus.

17 Hocque eſt quod ait, *Ero eis quaſi exaltans iugũ.* ſubintellige relatiuum quod, iuxta frequentem ſacr. Script. morem, & verbũ ſubſtantiuum, *quod erat ſuper maxillas eorum.* Vt fiat alluſio ad prauam illam Hebræorum conſuetudinem, qua iugũ adnectebant & fræno, quod ſacræ Literæ maxillis tribuere ſolent, aduersùs quem morem, piũ illud Deus dedit eis præceptum, [a] *Ne alligarent os boui trituranti.* Ita autẽ benigniſſimus Deus ad ſe iuxta ipſius vocationẽ venientes labore, onereque exonerat, exaltans prædictum mundi iugũ, vt & illud confringat, & lora pariter, quibus id ad maxillas erat vinctum, dirumpat, prout hîc apud noſtrum Ieremiam ſignificat, dicens, (*A ſæculo,*) i. cùm primùm te vocaui laborantem, & oneratum, (*confregi iugum tuum, rupi vincula tua.*) Sed & inſuper perfractas ex trãſactis laboribus, oneribus, ciborumque inopiâ copioſiſſimâ diuinarum gratiarũ, cæleſtiumque conſolationum copiâ ciborum in eis reficit vires, quod & in Euangelio id denotat verbum. *Et ego reficiam vos,* & clariùs in præcitato Hoſeæ loco hiſce explicatur. *Et declinaui ad eos, vt veſcerẽtur. Declinaui,* ſc. cibos, quibus veſci poſſent, iuxta aliam Symmachi lectionẽ à Hieronymo relatam, *Et declinaui,* (id eſt dedi, immiſi) *ad eos cibos.*

Iugũ mundi & peccati vincula, quã perfectè dirũpat Deus iis qui ad ipſum accedant.

a Deut. 25. 4.

18 Porrò factâ iſtâ duplici pollicitatione exaltationis, ſeu confractionis tyrannici iugi, ac vinculorum mũdi, quam neceſſariò ſequitur alleuiatio laborum, onerumque exoneratio, Nec non & refectio, alterum bonus pater proponit non iã ampliùs tyrannicum, ſed legitimũ iugum ſuum, iugum videlicet virtutis, diuinæque legis, & ſui ſancti ſeruitij.

Oneriferum animal homo, dicit Bernard. ſerm. 15. in Pſalm. 90. in principio, *tempore ſuæ mortalitatis, ſi adhuc portat peccata ſua onus eſt graue: ſi iam forte exoneratus eſt à peccatis, minus quidem, ſed ſi ſanum ſapiat, non minus grande onus inueniet hanc ipſam exonerationem, onerat nos, cùm exonerat Deus: onerat beneficio, cùm exonerat peccato.* [b] *Laborantes quidẽ ad refectionẽ inuitat, cùm ait, Venite ad me omnes, qui laboratis,* &c. *Non tamen interim onus ſubtrahit aut laborem, magis autem onere alio, alio labore cõmutat, ſed onere leui, ſuaui iugo, in quibus requies, ac refectio, & ſi minus appareat, tamen inueniatur.* [c] *Ideo ſubdit, Tollite iugum meum ſuper vos.*

Bernard. *Oneri ſemper ſubiectus homo.*

Onerat nos Deus cũ exonerat.

b Matth. 11. 28.

c Matth. 11. 29.

19 Ad quod eoſdem exhortans auctor libri Eccleſiaſtici, ait, [d] *Collum veſtrum ſubiicite iugo, ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam,* Sicut & ad eiuſdẽ virtutis vincula alliciens alibi inquit, [e] *Iniice pedem tuũ in compedes illius, & in torques illius collum,* (vbi nota id iugum torques appellatum) de iugo enim ſermonem fieri, hæc quæ ſequuntur probant. *Subiice humerum tuũ, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius,* id eſt ne eius vincula moleſtè feras: & paulò poſt, *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis,* id eſt, roboris in ſpiritu, *& torques illius in ſtolam gloriæ, decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura ſalutaris.*

d Eccleſ. 51. 34.

Iugum Dei, virtutiſque vincula qualia quàmue ſtudioſè à nobis amplexãda.

e Eccl. 6. 25.

Glorioſa ſeruitus, ait Ambroſ. ſer. 3. in Pſal. 118. ver. 1. *Qua pro nobis ſeruiuit & Chriſtus, beata & quæ tu ſeruis Chriſto, ſed ita ſi nihil poſſit aduerſarius de tuo ſibi ſeruitio vendicare: Amat enim Chriſtus libertatem boni ſerui.* [f] *Ideo dicebat in Canticis. Quam ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, ceruix tua ſicut redimicula.* *Quid enim vultus liberior eſt, vbi anima eſt caſtitatis conſcia, ideo delectatur Chriſtus in pulchritudine genarũ ſerui ſui, & aſſimilat eas turturi, quod eſt animal caſtiſſimum. Quia autem delectatur iis, qui libenter onera ſeruitij ſui, & hilariter ferunt: ideo ſubdit, ceruix tua ſicut redimicula: talibus enim portare iugum Chriſti ſuaue eſt, quatenus ceruicis ſuæ ornamẽta, non onera eſſe putãt.*

Seruitus Chriſti quàm ſit Chriſto grata: quàmque ſit inſignis, & pura.

Cant. 1. 10.

Quamuis tale ſit iſtud virtutis iugum, iſtaque vincula, de quibus ſummo iure dicat, [f] *Iugũ meũ ſuaue eſt, & onus meum leue:* vt tamen conſtat, quod nemini inuito id ponit, at ſolũmodò exoneratis à peccato illud proponit Dominus, vtq; volũtariè, liberè, & libenter id ſuſcipiant ait, [g] *Tollite iugum meũ ſuper vos.* Ac ſi dicat, poſſem quidẽ ipſe, & iure, imponere ſuper vos iugum meum vobis maximè proficuum, & honorificũ, voſque vel etiã inuitos meo addicere ſeruitio, meiſque obſequiis: Nolo tamen; vt vel ſuſpicio omnis abſit violẽtiæ, & oppreſſionis, quã iugi, vinculorumque ſuſcitare videntur nomina. Voſmet illud accipite, quóve faciliùs id portetis, tollite & eleuate ſuper vos. Ex quibus patet, quã meritò cũ fidelibus illis, à quibus ſe derelictum, ſuique timorẽ abiectum dixit, conqueratur idẽmet Dominus, dũ hîc apud Ieremiam, iuxta noſtrã vulgatæ lectionẽ ait, *A ſæculo confregiſti iugũ meum, rupiſti vincula mea.*) Ac ſi dicat. Iugum meum, meaque & vincula quorum te ex mea benignitate participem fecerã, quæue tumet in tui ipſius & decus, & cõmodum aſſumpſeras, vt iam non tam mea, quàm tua dicerentur (ſic enim legunt Sept.) (*iugum tuum, & vincula tua*) ne dum diſſoluiſti, è tuoque excuſſiſti collo, è meo te ſubducens obſequio, virtutiſque à ſtudio te alienum declarans: Sed & id inſuper egiſti indigniſſimũ, quod vix ferri poteſt, vt idem iugum, eademque vincula mea confregeris, pro tuis enitẽs viribus, vt vitam ſpiritualem, mei ſeruitium, virtutiſque ſtudium è medio tolleres, ne alij id ſubirent. Declarat autem, qua ratione id effecerit, Subiiciens, (*Et dixiſti, Non ſeruiam.*) Exemplo nimirum prauo peruerſâque doctrinâ. Quæ vtinã quotidie in Apoſtatis compluribus religioſis ingemiſcendum nobis non eſſet, nec non & in multis quoque ex Laicis ad priſtinum peccatorum vomitum, & ad veterem, laxioremque ſenſus vitam redeuntibus.

20 f Matth. 11. 3.

Iugum Dei liberè ſumẽdum.

B

g Matth. 11. 29.

C

Paraphraſis. *Apoſtata à fide, vel à religione, vel à virtutis ſtudio quã prauè iugũ Chriſti, eiuſque vincula rũpant.*

D

Tametſi per hæc verba, (*Et dixiſti non ſeruiam.*) & duplex pariter deſignetur prædictorum cauſa, aduersùs quas cauſas Dominus Ieſus quãdo ſuũ ob fidelium oculos propoſuit iugum, vniuerſam magiſterij ſui direxit doctrinam, cùm enim dixiſſet, [h] *Tollite iugum meum ſuper vos,* ſubiecit illico, *Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde;* ſicut enim ad tollẽdam iugi, vinculorumque duritiem, onuſque eorumdem facilè, ac leue reddendum, molle quid ſubiici illis ſolet. Ita & ille pro mollibus hiſce duas edocet virtutes, manſuetudinẽ, & veram cordis humilitatem, vtque omnibus mollium iſtorum perſpicua fiat vis, ſubdit illico, [i] *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue,* ſubintelligens, ſi molle adſit earum virtutum. Sicut è contra abſque virtutibus iis, & in earum locum contrariis potiùs exiſtentibus duobus vitiis, ſuperbiâ, & iracundiâ, iugũ idem, eademque & vincula duriſſima ſimul, & grauiſſima ſentiãtur operæprecium eſt, ita vt ferri nequeant. (*Et dixiſti,*) igitur ait Dominus ad Apoſtatam animam, (*Non ſeruiam,*) hæc duo indicans eius vitia: Quod enim inquit, (*Et dixiſti,*) maximam eius animæ ſignificat ſuperbiam, propter quam ita eleuata in ſuo eſt corde, vt auſa ſit, & verbis eam exprimere, quibus celſiſſimo obſiſteret Deo,

E

21 *Iugum Dei nobis facile, & leue redditur per mãſuetudinẽ, & humilitatem veram.*

h Matth. 11. 29.

i Matth. 11. 30.

F

Iugum Dei mũdanis difficile, & graue reddũt illorum ſuperbia, & iracũdia.

generaliter verò prolatum eius verbum, (*Nō seruiam*) illius contestatur iracundiam, quæ regulariter superbiam consequi solet, & audaciā. Quid enim est iracundia, nisi commotio aduersùs ea, quæ vel per imaginationem molesta cuipiam repræsentata sint, & grauia, propter quam conatus insurgit repugnantiæ, & auersionis illorū. Vnde plerumque ex ignorātia insurgit, falsa repræsentante imaginatione. Quod ei in primis cōtingit animæ, quā hîc alloquitur Dominus, quippe cui in tenebris ignorantiæ ambulanti imaginationis deceptione suggeritur, iugū vitæ spiritualis molestissimum quid esse, per quàm graue, eiusque repugnans naturæ, & conditioni, quamobrem in eam ira cōmota omnibus neruis illā à se reiicere satagit, eiusque & iugum confringere & vincula. Cùm, ni istiusmodi decepta fuisset imaginationis delusione, veritatisue ignoratione, experiētia ipsa comprobasset, quomodo è contra id Dei iugum suaue esset, & onus leue, prout & in loco Ecclesiastici paulò ante citato apertè significatur, vbi dicitur,[a] *In omni animo tuo accede ad illa*, sc. virtutem, & vitam spiritualē, *& in omni virtute tua conserua vias eius.* i. Accedens ad illam, ne te sinas ab vna dūtaxat, cæcaque animi tui deduci imaginationis potentia, Sed accede in toto animo tuo, sinens te duci à ratione, quam & reliquæ animi tui comitentur potentiæ: neque patiaris, per iracundiæ motum ex falsa imaginationis repræsentatione ab illa te dimoueri. Et additur, *In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.*

iracundia quid sit.

Iugum Dei ignorātia redditur difficile, & graue.

a Eccl. 6. 27.

22 (*In omni enim colle, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.*) Mirabatur iā Isaias Propheta, ideoque & dicebat,[b] *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij.* i. æquitas *iustitiæ habitauit*, seu, vt est in Hebræo *pernoctauit in ea?* Quomodo quæ habitaculum erat fidei, & iustitiæ, virtutis, ac sanctitatis domicilium, dum æqua lance cūcta libraret, eiecta postmodùm fide, expulsaq; iustitiā, in infamem conuersa esset meretricem? Sed cesset iam eius rei admiratio, cognitis tātæ mutationis causis, quas hîc ipsemet Dominus apud nostrum explicat Ieremiam. Notat sanctus Thomas 1. 2. q. 48. at. 2. in corp. docetque & experientia, aquam calefactam magis congelari, quasi frigido vehementius agente in calidum. Dum Dei timor esset in peccatoris anima, succensus certè is erat charitatis calore, ita vt propterea eiusdem Dei spōsa diceretur, & esset. At cum in eum charitatis calorem gelu peccati vehemētioribus egit tentationibus; & quasi aqua calida ab igne remota, Deū idem peccator dereliquit, expulsoque feruēti Dei timore gelidus humano factus est metu, illius sanè anima è cælestis Regis sponsa, in vulgarē, fœdamque cōuersa est meretricem. Et quæ virtutis confregit iugum, cuius onere quasi quodam alarum onere leuabatur in cęlum teste eodem Ieremia, vbi ait,[c] *Beatus vir, qui portauit iugum ab adolescentia sua, leuauit se super se*, meretrix tātis se subiecit seruitutis iugis, tantisque se constrixit miserrimæ captiuitatis vinculis, quātis deuincta est peccatis, quantis & obsequentem se præbuit passionibus, quorum grauissimo pressa onere indignissimâ metamorphosi in terram vsq; Dominis iis vniuersis, & tyrannis sese prostrauit, prostrauit inquam sese, quia liberè ipsamet eorum subiit iugum, eorumque se innexuit vinculis.

Sāctiones cur quādo in scelera labūtur, sint aliis peccatoribus peiores.

b Isai. 1. 21.

S. Thom. Simile.

c Thren. 3. 27.

23 Bene autem dicitur, id ab ea factum peculiariter (*in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso.*) Vt intelligeremus, quàm verè per sapientem illum

A dictum sit,[c] *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.* Sicut superbiam, & iracūdiam ex ignorantiæ tenebris commotam in causa extitisse vidimus, vt infelix ipse peccator Dei iugum confregerit, & vincula diruperit diuinæ eius legis: Ita & in collibus sublimibus, superbiæ elationem designantibus, & in Lucis, subque arboribus frondosis luminisque expertibus, atque adeo ignorātiæ tenebras significantibus durissimis grauissimisq; prædictis adeo oppressus est & iugis, & vinculis, vt iure optimo dici debeat, illum sub eo onere multipliciter per easdem prostratum & superbiæ, &

B iracundiæ, seu potiùs ignorantiæ causas.

Hoc quod hîc dicitur, (*In omni colle sublimi, &c.*) moraliter alio modo ita explicat Hugo Card. vt de iis id intelligatur, qui pollere quærunt sciētia sæculari, quæ per excelsos montes: & in pulchra, cōpositaque eloquentia, quæ per frondosas arbores designatur, relicta sacra Theologia, quę est veræ animæ sponsa. (*In omni colle sublimi,*) id est, *altitudine potestatis*, dicit Dionysius Carthusianus, *vel perspicacitatis ingenij, vel in appetitu excellentiæ, & honoris.* (*Et sub omni ligno frondoso,*) *sub amœnitate vanitatum, ac voluptatum carnalium, Tu prosternebaris me-*

C *retrix, id est, tu plebs mentem tuam à Deo auertens, & dæmonibus spiritualiter fornicans.* Additque, *Per ligna quoque frondosa intelliguntur principes, & diuites mūdi, qui potestate, & copiâ facultatum, atque familiâ velut frondibus decoramur, sicut Ezech. 31.*[d] *docetur. Sub his lignis prosternuntur adulatores, ac ambitiosi, & qui hominibus placere desiderant, de quibus Psalm. 52.*[e] *Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.*

Iacobus Aluarez, tom. 2. de Adeptione virtutum lib. 3. part. 5. sect. 1. cap. 6. §. 3. (*Collis ait, sublimis occasio superbiendi: lignum frondosum incitamentum re-*

D *bus creatis adhærendi.*

c Sap. 11. 17. *Ob superbiā & ignorantiā pia anima subiicitur iugo, vinculisque peccati.*

Theologia studium relinquentes Ecclesiastici pro studio sciētiæ, & eloquētiæ sæcularis quā malè agant. Hugo Card. Dionys. Carthus.

Mūdani fornicantur à Deo in sciētiæ acumine, in appetitu celsitudinis, & in carnalibus voluptatibus.

Adulatores Principū, & vrbani qui illis placere satagūt adorāt idola sub omni ligno frondoso.

d Ezech. 31.
e Psal. 52.
Iacob. Aluar. *Occasio superbiendi, & rebus creatis adhærēdi sūt colles, & ligna frondosa in quib. idola colimus.*

VVLGATÆ.

Vers. 20.] A sæculo confregisti iugū meum, rupisti, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Ὅτι ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας τὸν ζυγόν σου, καὶ διέσπασας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας, οὐ δουλεύσω σοι, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πάντα βουνὸν ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου

E κατασκίου, ἐκεῖ διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου.

Vers. 20.] Quia à sæculo confregisti iugum tuum, & dirupisti vincula tua, & dixisti: non seruiam tibi: sed ibo ad omnē collem excelsum, & subter omne lignum vmbrosum: ibi diffundar in fornicatione mea.

F APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia à sæculo confregi iugum populorum de collo vestro, & dixistis. Non addemus vltra transgredi verbum tuum. Quia in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu colebas Idola.* Vers. 20. 1

A sæculo confregisti, &c. Hieron. in Cōment. Primū ita hæc legit in textu, (*A sæculo confregisti iugum meum*) (siue *tuum*) (*rupisti vincula mea,*) (tua,) (*& dixisti, Non seruiā. In omni enim colle, &c. tu prosternebaris* Hieron.

baris meretrix,) siue *(ibi diffundebaris in fornicatione.)* Tum ita hæc exponit. *Quasi ad meretricem loquitur Israel, quòd coniugalia fœdera ruperit, & dixerit, (non seruiam subauditur Domino, vel marito: sed in omni colle sublimi*, &c. *prostrata fuerit Idololatriæ. Amœna enim semper, & excelsa loca idolis dedicantur.* Tertiò addit & sensum moralem. *Potest hoc & ad eum dici, qui ab initio Christianus, & ex parte*

Literaturæ sæculari indulgentes relictis sacris literis arguuntur.

A *sacris literis eruditus, postea desiderio sæcularis literaturæ, quæ significatur in collibus, & amœnæ eloquentiæ, quæ in frondosis monstratur arboribus, prosternat se Dæmonibus, qui sub occasione eruditionis, & sublimis scientiæ polluunt credentium animas, & diuaricare faciunt pedes suos omni transeunti.*

In Comment. Theodoriti, & D. Thomæ nihil, quod non dictum sit à Hieronymo.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΟΤΙ ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας τὸν ζυγόν σου.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ ἔλυσαν, ἀλλὰ συνέτριψαν.

Θεοδωρήτου.] τὸ δὲ ἀπ' αἰῶνος ἢ ἀνέκαθεν, ἐξ οὗπερ ἐμοσχοποίησαν τὴν ἐρυθρὰν διαβάντες θάλασσαν, ἢ δι' ὅλου σου τοῦ βίου, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς, ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου, μὴ οὖν νομίσῃς φησὶν, νῦν μὲν τὴν τιμωρίαν ἐπάγειν ὡς νεωτέρων σε ἁμαρτημάτων εἰσπραττόμενον δίκας, ἄνωθεν ἦς ἄξιος ταῦτα παθεῖν, ἀλλ' ἤνεγκα καὶ κατέσχον, καὶ ὅμως οὐδὲν σε ἐπαίδευσεν. C ἀφίημί σε, διὰ τῶν πραγμάτων σωφρονισθῆναι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐξ ἀρχῆς γὰρ σκληροτράχηλος, ἀεὶ ἀντιπίπτων τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ζυγὸν δὲ τὴν θείαν νομοθεσίαν λέγει. [εἶπας δουλεύσω, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πάντα βουνὸν, ἐκεῖ διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου.]

* Al. ἀφανίζοντα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.]ὅρα ἀφανίζοντα καὶ σκιρτῶντα.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὅρα βουνοὺς καὶ ἄλση τοῦ Θεοῦ πεφιμωμένα. D

* ἴσ. ἡ.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ φορτικὸν τῆς ἀρχῆς ἔφυγεν, ἀλλ' ἐξύβριζεν, οὐκ ἂν * ἡ τεταπεινωμένη, καὶ κατειργασμένη πορνεῦσαι ἐζήτησεν, ἀλλ' ἄνεσιν μόνην, καὶ οὐχ ἁπλῶς πορνεύσω, ἀλλὰ διαχυθήσομαι, ὥστε καὶ εἰ ζυγὸς ἦν καὶ δεσμὸς, εἰκότως ἀπέστρεφε τὰ ἄτακτα κατέχων σκιρτήματα, καὶ οὐδὲ εἰς ὡρισμένους τόπους, ἀλλὰ πανταχοῦ εἰς ἕκαστον χωρίον τῆς ἀσεβείας ἡ ὑπόθεσις.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ γὰρ κακία ἀρχὴν λαβοῦσα εἰς ἄπειρον ἐκχεῖται.

Vers. 20. ***Q**VIA à sæculo confregisti iugum tuum, &c.)*

Chrysostomi.] *Non soluerunt, sed confregerunt.*

Chrysost. In diuinam legem quàm peruersè se habeant impij.

Theodoriti.] *A sæculo, vel ab antiquo tẽpore, quo vitulum conflauerunt per mare rubrum iam vecti, vel per totum vitæ tuæ curriculũ, iuxta illud quod habetur in Psalmis, [a] sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Ne ergo cogites, inquit, nunc me pœnas repetere quasi recentiorũ delictorũ gratiâ te puniã: iam pridẽ dignus eras, qui pœnas persolueres: sed tuli & sustinui: nec tamen ad bonã frugẽ rediisti, sinã te, vt iã per res ipsas resipiscas.*

Theodorit. Iudaici populi peruersitas antiquissima.
a Psal. 89. 8.
Lõganimitas Dei erga Iudæos, & obstinatos peccatores.

Olympiodori.] *Ab initio enim duræ fuit ceruicis, semperque Spiritui sancto resistens iugum autem diuinam vocat legem. (Et dixisti: Non seruiam tibi: sed ibi ad omnem collem, &c. Ibi diffundar in fornicatione mea.)*

Olympiod. Iudæorum obstinatio antiquissima. 3

Ioan. Chrysostomi.] *Vide dissipantem & resilientem.*

Io. Chrys. Al. frænum mordentem.

Eiusdẽ.] *Vide mõtes Syluasque Deo præposita.*

Chrysostomi.] *Vides, quòd non detrectauit principatus duritiem, sed lasciuiebat. Quod si humiliata defessaque laboribus fuisset, nequaquam mœchari quæsiisset, sed relaxationẽ tantummodò. Ne fornicabor tantum, sed diffundar. Quare & si iugum, & vincula erant, iure adstringebant, inordinatos cõprimẽtia motus, & nõ certis in locis, sed vbique, in qualibet regione impietatis argumenta.*

Chrysost.

Olympiodori.] *Nequitia enim principio facto, in immensum diffunditur.*

Olympiod. Malitiæ incrementũ ingens, ni illius obsistatur initiis.

Vers. 21.] Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum, vinea aliena?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vers. 21. Ego autẽ plãtaui te vineã electam, omne semen verum (totã verã,) Quomodo cõuersa es mihi in prauũ (in amaritudinem) vinea aliena?

***E**GO [a] non dedignatus sum in te explere rusticum agricolæ opus, nam te nihil promerentem, vineam plantaui, quæ & electa esses, & fructifera, & surculis, quorum nullus esset degener, ita vt quibus sata esses, vt semine, veri dicendi essent, & perfecti, atque adeo & tu tota dicereris vinea vera, & perfecta quando te in sanctis seu Patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob, ac filiis* E *eius. Qui fieri potuit, vt cùm ipse nihil omiserim, quod in tui faceret decus, & commodum, Tu è contra in mei dedecus, & detrimentum ex parte tua, vt vinea mẽdax, atque degener mutata sis in ipsam prauitatem, in declinationis ramos vitis alienæ; atque adeo & vt vitis aliena in amaritudinem mihi sis conuersa, amarissimum proferens fructum?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Vineæ parabola frequentissima in sacris literis maximè ad exprobrationẽ beneficiorum diuinorum.

***E**GO autem plantaui te vineam electam*, &c. frequentissimè hãc apud Prophetas vineæ vsurpatam reperire est parabolã, qua & Dominus in Euangelio [b] vsus est, idque in exprobrationẽ, eo modo quo illam adhibuit, & Isaias,

b Mat. 21. 33.

& Ezechiel,& hoc loco noster Ieremias. Et quidem congruentissimè, cùm per ipsam optimè exprimatur summa Iudaici populi peruersitas, qua mirificè diuinæ se ei opposuit bonitati, ac beneficentiæ, qua plenissimè omni cumulatus est ope absque vllis suis præcedentibus meritis. Quid enim meriti habet vinea, si ab initio bene plantetur? An non id totum agricolæ est? quàmue prauè diuinis agricolæ suæ ille & studiis responderit, & desideriis: ac demum quàm omni indignus extiterit excusatione,simulque omnem meruerit pœnam, Cùm id in ipso contigisse appareat, quod vix persuaderi queat, vt in terrestri B euenit vinea.

2 Quod in nostra vulgata & in versione Sept. aduersatiuè dicitur, (*Ego autem*,&c.) vt opposita ei, quæ præmissa est illius populi peruicaciæ. In textu Hebraico per coniunctionem dicitur ואנכי *veanochi*, (*Et ego*,) vbi litera ו *vau*, ac dictio (*Et*, pro insuper posita est, Hæc enim sententia superiori iungitur,& additur,vt illi similis, magis tamen illa efficax,prout ex dictis circa illius, vt est in Hebr.explicationem, & ex dicendis colligere est. Habet autem peculiarem suam vim adhibitum pronomen (*ego*,) cum per illud significetur, C haud à colonis creatis fuisse, vt Iudaicus populus plantaretur,sed per semetipsum in eius plantatione munus explesse coloni, quod vt maximè ponderandum proponit Paulus Corinthiis dicens, [a] *Dei agricultura estis*, quippe qui nec vile, rusticumque pro illis dedignatus est opus. (*Vineam electam*) optimè Hebraicam vocem reddidit noster Interpres, sicut & Sept. ἄμπελον καρποφόρον (*Vineam fructiferam*,) seu frugiferam. Siue ea vox שרק *Sorek* significet genus vitis optimæ optimos proferens fructus, & perpetuos, vt ipsemet ait D Hieronymus, tum in præsentem scribens sententiam, tum in Comment. super cap.5. Isaiæ: siue iuxta Hebræorum, compluriumque nostrorum assertionem, surculum, palmitesque eos significet, qui vt cæterorum optimi ab agricolis seliguntur,vt plantentur;quo sensu eamdem vocem & B.Hieronymus accepit in cap.16.Isaiæ sic vertens, [b] *Flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt*: vbi est sermo de vinea Sabama Domini gentium.Sat autem constat, flagella Latinè, & malleolos eos dici surculos, & palmites, quos Plinius surculos dicit capitulares terræ infixos.

Deus pro homine non dedignatur rusticum agricolæ munus.

a 1.Cor.3.9.

Sorek quid significet.

Hieronym.

b Isai.16.8.

Plinius.

Secundùm quam acceptionem sat probabiliter Gaspar Sanctius, grauem inquit esse E querimoniam, quam Dominus de infideli hac vinea nunc instituit,ac si dicat: *Ego te plantaui surculum, id est,à principio antequam vitis appellari posses: quare quicquid nunc habes aut incrementi, aut fructus meum est,atque adeo quicquid habes meæ voluntati, ac gloriæ seruire debet.*

Gasp. Sanct.

3 (*Omne semen verum*.) Hebr. כלה זרע אמת *chullo zerang emet*,id est, (*totum eius semen veritatis*) (seu verum) Vatablus. (*Totam fidele seminarium*.) Sept. πᾶσαν ἀληθινὴν (*totam veram*.) Quarum lectionum idem est sensus. F In vinea nimirum illa, seu Iudaicum populum eam plantatam vineam perfectam,vt in illa nullum reperire esset malleolum adulterinum, ex surculis illis qui in ipsa veluti semen plantati fuere. Alludit autem ad sanctos

4 Patriarchas Abraham,Isaac, & Iacob,nec non & ad filios Iacob duodecim tribuum patres.

(*Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum, vinea aliena*?) Si verum est, prout certè est verissimum, quod in Euangelio ait Dominus, [c] *Non potest arbor bona malos fructus facere*:vt admirandum meri-

Iudaicus populus quàm malè responderit diuinis beneficiis.

c Matt.7.17.

A tò hìc ponitur, & extra omnes limites vel naturæ, vel gratiæ, quod;ex tam optimo semine tam praua exurrexerit vinea: ex tam fidelibus parentibus tã alieni peruersique filij,quales tunc erant. Bene autem appositum hìc est pronomen *Mihi* ad id quod prius positum est pronomen *Ego*. Ac si dicatur,Cùm ego totum meũ adhibuerim studium,vt illum vsquequaque perficerem,nihilque omiserim, vt insignis, & optima esset vinea, ex qua optimi pariter prouenirent & fructus; is è vestigio in mei contumeliam, & damnum, (Si damnum mihi euenire posset) vt vitis adultera prauum protulit fructum. Vt sit ei simile quod est apud Isaiam. [d] *Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ,& non feci? An quod expectaui, vt faceret vuas,& fecit labruscas*? seu iuxta versionem Sept. *Spinas*,vt iis me configerent.

d Isai.5.4.

In textu Hebraico ita hæc habentur. (*Et quomodo conuersa es mihi*) סורי הגפן נכריה *sure haghephen nocriah*,in quibus est vox סורה *sureh*, quæ cùm sit nomen deriuatum à verbo סור *sur*, quod significat declinare,& diuertere,sat bene à nostro interprete reddita est (*in prauum*,) id est,in prauos malleolos, ac in palmites deprauatos, & declinantes à suo,sc. semine toto vero. Eodemque modo, diuersa tamen ratione à recentioribus ita hæc redduntur: Si quidem Pagninus, & Isidorus Clarius sequentes significatum dictæ vocis allatum ab Hebræorum doctoribus, (*Quomodo conuersa mihi es in sarmenta vitis alienæ*?) Vatablus, (*Quomodo mutata es mihi, vt sis vinea degener & aliena*?) Ad sensum potiùs respiciens, quàm ad verba, Meliusque ad verbum Regia. (*Quomodo conuersa mihi es in declinantes ramos vitis alienæ*?) In quo Hebraico textu est notanda egregia paronomasia,cùm palmites veri appellantur שורק *sorek*, falsi verò dicantur סורי *sure*.Vitem alienam Rabbi Salomon exponit vitem Syluestrem,quæ inter agrorum frutices nascentes producunt fructum, numquam ad maturitatem peruenientem, sed qui semper acerbus perdurat. Meliùs tamen de vitibus hìc sermonem fieri dicemus, quæ degenerarint à vera eius surculi natura perfectissimarum vitium,quo plantatæ sint,in vitem alieni, & imperfectissimi generis. Quod frequenter etiam in seminatis optimis frugibus vel ex telluris macie, vel ex colonum negligentia contingere manifestum est. 5

Sept. vertentes. (*Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ*? seu *alienæ*) vt plerique legunt 6 ex Patribus relatis in Appendice,eamdem vocem סורי *sore*,aliter legisse videntur nempe מורי *more* à simili nomine מר *mar*, quod amarum significat,& amaritudinem,cùm modicum sit discriminis inter has duas Hebraicas literas ס *samech*, & מ *mem* tametsi id nomen מורי *more* nusquam alibi in sacra scriptura reperiatur, quod & aliis plerisque vocibus Hebraicis contingit, vt vno tantùm loco earum sit vsus.

Est autem in hac sententia id maximè notandum,quod in Antiqua Ecclesia,Iudaicoque populo,Semen,seu palmites boni dicuntur veri,seu veritatis, cùm è vestigio palmites praui,seu tota illorum collectio alieni asserantur, quod veritati opponitur, tantumdemque sonat,ac mendaces, iuxta illud Psalmi,[e] *Filij alieni mentiti sunt mihi*.

Doctrinæ veræ semẽ omne est in Ecclesia Catholica.

e Ps.17.46.

Id quod facit nedum ad veritatem,falsitatemque cultus veri, aut falsorum Deorum, sed & quòd maximè ad veritatem, falsitatemque doctrinæ. Iuxta quod mystico sensu peroptimè hìc contestatum habemus,In Ecclesia Catholica esse omne

A omne semen veritatis doctrinæ, è contra verò Hæreticorum Ecclesias, vt pote Christo in prauum conuersas dicendas vineas mendacij.

Vers. 21.] Ego autem plantaui te vineam electam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7\. *Natura Angelica prima & præcipua Dei vinea plantata ab illo.* a Isai. 5. 1.

PLANTAVIT quidem primam ab initio vineam in cælis Dominus, cùm primam condidit naturam Angelicam, vineam sibi maximè præcipuam; Et quidem vinea illa iure optimo dici debuit & plantata [a] *in cornu filio olei*, vt verbo Isaiæ vtar, ad pinguissimam, & vberrimam designandam terram, quippe quæ in cælis, & ad cælestia condita fuit ministeria, & feracissima pariter est appellanda, ob ingentem iugemque fructuum copiam, quam suo primo referunt & cōditori, & agricolæ in eximiis virtutum actibus. Verumtamen, si verborum seruare velimus proprietatem, vineæ illi primæ duo minimè ea competunt præstantissima epitheta, quæ hoc loco Deus apud Ieremiam peculiari suæ tribuit vineę, dicens illam (*electam*,) tum addens, (*omne semen verum*,) seu (*veritatis*) (vt est in Hebr. (in ea,) Enimuerò eam naturam propriè electam congruum est nuncupare, quam singulari Deus sibi elegit ratione, vt assumeret, sibique per vnionem iungeret hypostaticam, & certè Apostolus apertè proclamat, [b] *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*, id est humanam naturam apprehendit. Cæterùm si per (*omne semen verum*) non tam id intelligamus, quod est verum, totumque est meriti, & virtutis semen, gratiam nimirum gratum facientem, quàm id quod est omnis veritatis, & ipsius gratiæ seminarium, Nullatenus id Angelicæ vineæ competere potest, (*Omne semen verum*, seu *veritatis in ea*,) quod rectissimè vineæ tribuitur humanæ, ex qua & illa Angelica illud omne habet, quo insignita est gratiæ; cùm [c] *gratia & veritas per Iesum Christum facta sit*, & eodem Ioanne attestante, [d] *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, nedum homines, sed & Angeli omnes, prout super eum locum asserit S. Thomas, iuxta probabiliorem Theologorum sententiam, qua asseritur, Christum, ne dum vt Deum, sed & vt hominem esse totius gratiæ principium, & fontem tam respectu hominum, quàm respectu Angelorum, idque in humana natura, vt principio, in quo, & per quod est vniuersale principium gratificationis.

Angelica natura non debet dici vinea Dei electa, & in qua omne semē verum, & cæt.

Humana natura est propriè vinea Dei electa, in qua omne semen veritatis.

b Heb. 2. 16.

c Ioan. 1. 17. *Gratiæ omnis principiū tū hominibus, tū Angelis est Christus in humana natura.*

d Ioan. 1. 16.

8 Hoc supposito, quòd humana natura propriè sit vinea Dei electa, in qua omne semen verum, vt exactius eorum, quæ hîc à Domino loquente cum anima fideli, sed deprauata per peccatum, percipiatur vis. Supponendum secundò, vineam à quopiam tribus haberi posse modis vel, vt ab ipsomet recenter plantatam; vel vt ab illo emptam iam plantatam; vel tertiò, vt emptam quidem, sed postmodùm ab eodem propriis & expensis, & laboribus, nouisque, & optimis denuò plantatā vitibus, post veterum euulsionem. Plantauit quidem & Dominus ab initio humanæ naturæ vineam in Adam, vineamque electam ad perpetuæ fœlicitatis gloriam, in qua omne semē verum & veritatis, atque virtutis, cum in eodem Adam in eadem prima eius creatione palmites plantauit iustitiæ originalis, & gratiæ gratum facientis, necnon & perfectissimæ scientiæ, ac doni immortalitatis. Attamen hac in prima vinea neutiquam pretij cuiuspiam fecit expensas, quāquam post peccatum haud ambigendum, quin & ipsum postea redemerit Adam, sicut & peccatores quosque.

Vinea tribus modis haberi à quoquam potest.

Vineā humana natura Deus ab initio in Adam plātauit electam, & omne semen verū.

9 Porrò secundam habuit vineam haud quidem à se plantatam ad fructum vitæ æternæ, sed à se emptam, quando ipsemet Deus carne assumptâ, mortemque obiēs super cruce suum effudit preciosissimum sanguinem, in pretium sufficientissimum ad vniuersum emēdum genus humanum. [e] *Quia*, vt ait Propheta, *apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio*. Hanc autem vineam collectionem dixerim omnium infidelium, emptam quidem, vt dixi, verùm minimè electam, ideoque in iis relictam plantationibus, quas Christus in illa reperit, vel ex naturalibus ibi natas habitibus, vel à Diabolo ibidem insitas.

Infideliū collectio qua ratione dicenda sit Dei vinea empta, sed nec electa, nec plantata ab illo.

e Psal. 129. 7.

10 Fuēre, & sunt in compluribus infidelium virtutes quædam morales, quas vineæ à Deo plantatæ primo aspectu dixeris vites; sunt & in eorumdem plerisque bonæ quædam inclinationes naturales, ad bonam naturæ indolem spectantes, qualem & Iob habuisse se asserit, & Sapiens, hîc dicens, [f] *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum bonam animam*; ille verò inquiens, [g] *Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & in vtero matris meæ egressa est mecum*: quas veluti virtutum, ni eas rectè expendas, existimes semina, prout falsò ab antiquis definitum est Stoicis: de quibus Plutarchus lib. de Homero, *Stoicorum*, inquit, *decretum est, disci posse virtutem, principiumque eius* (id est, veluti semem quoddam) *esse bonam indolem*.

In Infidelibus nec bonæ inclinationes dici quiuerūt verū virtutis semē nec virtutes morales veræ extitēre virtutes.

f Sap. 8. 19.

g Iob 31. 18.

Plutarchus.

Verumtamen de secunda hac vinea, sicut dici propriè nequit, quòd plantata sit à Deo, vt agricola est supernaturalis, quódque sit electa, sic nec affirmari potest, quòd in ea sit semen verū, multoque minùs quòd omne semen verum in ea inueniatur, nec quæ in eadem reperiuntur, veræ dicendæ sunt virtutum plantationes. Enimuerò quāuis bonæ illæ inclinationes naturales quoad inchoationem (vt bene ait S. Thomas 1. 2. q. 63. art. 1.) dici queant quædam virtutum seminaria, quatenus in nobis est naturalis appetitus boni, quod est secundùm rationem, nullatenus tamen verum eæ dicendæ sunt virtutum semen, quoad earum consummationem, & perfectionem; cùm ex illis absque gratiæ supernaturalis ope, prouenire nequeant virtutes veræ, iuxta illud Domini, [h] *Sine me nihil potestis facere*, Omne autem semen verum in eadem dici nequiret, dato quòd illæ verum dici possent semen; quia naturaliter nemo reperiatur, qui ad omnes, singulasque virtutes ita sit inclinatus, vt vel vnam non habeat inclinationem ad malum quodpiam, ita vt de quolibet homine dici id queat Psalmi, [i] *Errauerunt ab vtero*: errore etiam naturæ.

Inclinationes bonæ naturales dici nequeunt semina virtutū.

S. Thom.

h Ioan. 15. 5.

i Psal. 57. 4.

11 Quod si quis ex hac infidelium vinea virtute præditus videatur, & prædicetur ob aliquas, quæ in illo elucent virtutes morales; neutiquam nihilominus dicendū, in illo esse semen verum, aut plantationes veras; cùm nec veræ eæ sint virtutes, quoad finem peculiarem virtutis, & quoad meritum vitæ æternæ: ideoque infidele potiùs eæ nuncupandæ sint semen, infideles & plātæ, prout eas appellasse crediderim Isaiam, cum iuxta versionem Sept. his quandam alloquitur animam, ad secundam hanc vineam spectantem. φυτεύσει φύτευμα ἄπιςον ϗ σπέρμα ἄπιςον. [k] *Plantabit plantationem infidelem, & semen infidele*. Declaratque

Virtutes morales infidelium dici nequeunt virtutes, & plātationes veræ, sed infideles dicendæ.

k Isai. 17. 10.

Propheta quam ob causam illas sic appellarit, subiiciens. τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν φυτεύσῃς πλανηθήσῃ. *In die enim quâ plantaueris errabis*: non quidem errore culpæ, prout malè arbitrati sunt nonnulli, asserentes, eas infidelium virtutes, & quos absque gratia gratum faciente exhibent virtutum actus, dicendos peccata, sed errore proprij finis, fructusque veræ virtutis. Quod meliùs per lectionem intelliges vulgatæ, quæ pro vltimis his verbis habet, *In die plantationis tuæ labrusca*, id est fructus virtutum, quas veluti plantationes plantabis in vinea animæ tuæ, haud erit vua dulcis, ex qua suaue exprimatur vinum æternæ fœlicitatis, Sed labrusca, & omphacium: vuaque immatura, atque siluestris, quæ diuino gustui minimè sit iucunda,

12 *Ecclesia, & vnaquaque anima fidelis, & iustificata, est Dei vinea ab illo empta, & plantata.*

a 1. Pet. 1. 18.

Denique tertiam Dominus habuit vineam, tam vniuersalem fidelium Ecclesiam, quàm fidelem quamque animam, præ vineis cæteris sibi charam, vtpote quam & proprij sanguinis emit pretio, iuxta illud Petri, [a] *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati*, &c. *Qui per ipsũ fideles estis in Deo.* Et propriis coluit manibus, plantauitque palmitibus; De qua rectè id intelliges Psalmi 79.[b] *Vineam de Ægypto*, id est de potestate tenebrarum *transtulisti*, emens nimirum illã, eiusque in te transferens dominium: *Eiecisti gentes*, id est vitia, quæ in ea veluti multiplices gentes habitantes, ita fixas suas habuêre radices, vt quasi tot vites in ipsa radicatæ dici non ineptè possent. Quibus euulsis, *plãtasti eam*, denuò scilicet, nouisque plantationibus, *Et plantasti radices eius*, nouos sc. palmites: [c] *Omnis quippe plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis eradicabitur*, ait in Euangelio Iesus.

b Psal. 79. 9.

c Matth. 15. 13.

13 *In anima iustificata Deus vt in vinea sua plantat duas præcipuas radices sc. charitatis, & timoris ipsius.*

d Ephe. 3. 17.

e Eccl. 1. 25.

Vinea electa cur dicatur anima iustificata.

f Eccl. 24. 16.

g Eccles. 24. 13.

Si quæras autem, quæ eæ sint nouæ radices, quas denuò in illa plantauit; duas earum accipe præcipuas, timorem Dei, & charitatem; de hac namque apud Apostolum legis, [d] *In charitate radicati & fundati*, id est bene fixas, ac fundatas habentes charitatis radices: de illo verò, audi Sapientem quemdam, [e] *Radix Sapientiæ est timere Dominum, rami enim illius longæui*, ob firmas nimirum radices istas optimas. Ob quas pariter radices iure optimo hanc suam vineam appellat electam Dominus dicens. (*Ego autem plantaui te vineam electam*,) iuxta illud Ecclesiastici, [f] *Et radicaui in populo honorificato*, [g] *Et in electis meis mitte radices.* Quæ tamen verba exactiùs perpensa mirum in modum totam hanc illustrant sentẽtiam, (*Ego te plantaui vineam electam, omne semen verum.*)

14 *Anima iusti est vinea Dei electa, & omne semen verum, quia in ipsa est radicata vitis vera Christus & ipsa illi est vnita vt eius palmes.*

Enimuerò dum semet radicatam, suasque in hac vinea electa misisse radices increata ait Sapientia, apertè id declarat, quod haud ita clarè idem hîc ait Dominus, plantasse nimirum hanc vineam electam: Neque enim intelligendum, animam, de qua hîc sermo habetur sub vineæ metaphora, primò extitisse electam, tum fuisse plantatam; cùm ante plantationem istam, reproba potiùs esset, vitiorumque vitibus plena, ac radicata (vt dictum est;) Sed exinde electa dicitur, quia denuo plantata plantatione electa, quod ex vi patet vocis Hebraicæ שרק *sorek* quam noster interpres vertit (*vineam electam*,) cùm sicut in expositione literæ notauimus, propriè significet vel genus vitis optimæ, optimos proferens fructus, & perpetuos, vt ait Hieronymus; vel surculum, Palmitesque item optimos, qui ab agricolis seliguntur, vt plantentur. Nouimus autem, Domi-

A num in Euangelio apertè dixisse, [h] *Ego sum vitis vera, & vos palmites.* Quapropter haud ambigendum, quin & iure optimo fidelis ista anima & vinea electa plantata dicatur, cùm electus plantata sit surculus, in vitæ adhuc manens electissima Christo Iesu, per mortem propaginata; & omne semen verum, cùm radicata in ea sit vitis illa vera, quæ & omne est veritatis semen, vt pote [i] *plena gratiæ, & veritatis*: cùm [k] *gratia & veritas per Iesum Christum facta sit*: Quin & tota vera, [l] *diuinæ* & ipsa *consors effecta naturæ*, cui vt palmes vnita est, atque adeo vt veros apta producere, perpe-

B tuosque multiplicium virtutum fructus, teste eodem Domino, vbi ait, [m] *Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*

h Ioan. 15. 1.

i Ioan. 1. 14.

k Ioan. 1. 17.

l 2. Pet. 1. 4.

m Ioa. 15. 5.

15 *Vineã suam electã Ecclesiam, & piam animã in summis delicijs habet Deus, vt Paradisũ, & regnum cælorum.*

n Cant. 4. 13.

o Ps. 79. 12.

Vinea Dei electa dicta & regnũ cælorũ.

p Matth. 26. 29.

Hanc vineam, tum ob solutum pretium tum ob adhibitos in ea labores, tum ob selectã istam plantationem nouam cælestis agricola adeo dilexit, adeoque & in deliciis habuit; vt alterum illam sibi censeret & paradisum, & regnum cælorum, vbi cumulo fruitur deliciarum omnium: ita

C vt propterea & ambo hæc eidem communicarit nomina, Paradisum quippe apertè illam appellauit in lib. Cantic. dicens, [n] *Emissiones tuæ Paradisus*, quo loco emissionum vocabulo propagines intelligendas probaui in meis Comment. tum ex vi vocis Hebraicæ, tum ex eo Psalmo 79. [o] *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius*: voce eadem, quæ in Cant. reddita est. Emissiones. Regnum verò cælorum, seu Dei eam quoque nuncupasse colligi primùm non incongruè ex iis posse crediderim, quibus idemmet Dominus post institutionem Sanctissimi Sacra-

D menti apud Matthæum ait. [p] *Dico vobis, non bibam amodò de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei*: quo loco, tametsi plures expositorum, per regnum Patris designatam asserant cælestem patriam: ipse tamen vnà cum aliis: item expositorum insigniũ sanctam accipio Ecclesiam, de qua sæpius legimus in parabolis, *Simile est regnum cælorum*, &c. Sic autem ipsam intelligo Ecclesiam, vt nedum collectiuè, sed speciatim cuicumque pariter idem competat nomen & animæ piæ, quæ præcipuum eiusdem Ecclesiæ sit membrum, ea ratione, qua

E & Ecclesiæ, & animæ alterum quoque competit nomen vineæ Dei. Vt in præcitatis verbis moralis is fuerit Domini sensus. Quòd sicut maximas Apostolis exhibuit delicias in exhibitione sanguinis suis sub speciebus vini, Ita & summis vnà cum eisdem recreandus sit deliciis ex vino nouo in vinea à se, & per eorumdem Apostolorum ministerium denuo plantatam electam, deliciis iis propemodùm similibus, quarum in regno cælestis Patris immensa est copia. *Vt bibam inquit in regno Patris mei de genimine vitis vobiscum.* Nam & Apostoli, & singuli istiusmodi vinearum coope-

F ratores Christi, summâ postmodum vna cum ipsomet Christo ex iis perfunduntur consolatione, optimos ex eis colligentes fructus quod aliquãdo summopere se exoptasse Paulus Romanis significauit, dicens [q] *Desidero videre vos, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis ad confirmandos vos: id est simul consolari in vobis, per eam, quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam.* En consolationes. Subdit postea & fructum, è quo consolationes ipsæ, *Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris Gentibus.*

q Rom. 1. 11.

16 Quòd si cui hæc minimè arrideant morali

sensu

sensu id probantia, quòd Vineam suam electam Dominus appellarit aliquando Regnum Dei, audiat & alteram eiusdem Domini in eodem item Matthæi Euangelio sententiam, idipsum literali sensu confirmantem. Cùm enim vineæ parabolam Iudæis proposuisset dicens, [a] *Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, &c. & locauit eam agricolis*, &c. post enarrationem ingentis agricolarum, necnon & ipsorum Iudæorum sceleris, quod in vinea admisere, concludens quam cœperat vineæ parabolam, hæc habet, [b] *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, quorum germanus literæ sensus is profectò est, quem & ea habent clariora paulò ante ab eodem Domino dicta. *Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.*

a Matth. 21. 33.
b Matth. 21. 43.

18 (*Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena:*) Plantatio quidem bona, dicit Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 2. *Sed fructus ex voluntate malus: atque ideo plantator quidem in culpa non est: vinea autem comburetur: quoniam in bonum plantata est, & in malum fructificauit: fecerat enim hominem rectum*, vt inquit [c] Ecclesiastes, *sed ipse quæsiuit quæstiones multas.* Et certè quasi pro re extra omnem rerum ordinem admirans ait Apostolus, [d] *Quis plantauit vineam, & de fructu eius non comedit?* Multò tamen rationabiliùs obstupescit hic Dominus, Qui fieri potuerit, vt anima quam ipsemet pretio sanguinis sui emit, cùm esset vinea Diaboli, è qua magnis suis laboribus radicitùs vites euulsit vitiorum; quámque in deliciarum Paradisum semet plantauit vite verâ; & in qua omne conseuit semen verum, vt ex suis propaginibus fructus colligeret gratiæ, & veritatis; & à radice ipsius vitis veræ praua effecta declinarit, & prauos pariter sibi protulerit fructus. Hæc enim ambo per hæc significari ex duplici colligitur lectione Hebræa, & Sept.

A voluntate nostra omne malum esse, & malus fructus.
Cyril. Ierosol.
c Eccl. 7. 30.
d 1. Cor. 9. 7.
Piam animã vineam Dei conuerti in prauum ingentem Deo causat stuporem.

19 Primum ex Hebræa, quæ sic habet, (*Quomodo conuersa mihi es in declinantes ramos vitis alienæ?*) In qua, si declinandi verbum secundùm propriam sumatur significationem, modum quoque indicatum habemus, quo prædicta vinea, & anima Deo in prauum conuersa, & vinea aliena facta dicatur; Nimirum quia à Christo vite verâ declinauit, atque seiuncta est. Quod apertiùs idemmet Christus in Euangelio contestatur dicens, [e] *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent.* Quo loco obiter notandũ, palmites declinantes a Christo vite verâ, ideoque ad vineam spectantes alienam, vitisque alienæ redditos, ignis destinatos morti, cùm alias in Psal. 77. Ægyptiorum, atque adeo & tenebrarum vineas glaciei potiùs addictæ asserantur, vbi dicitur, [f] *Et occidit in grandine vineas eorum.* Quia nimirum istiusmodi animæ conuersæ in declinantes palmites, & in degeneres vineas, cùm æternæ destinantur gehennæ damnationi, & igni simul absque morte occidendi exponuntur, & glaciei; quandoquidem in vnamet Gehenna, vnoque in inferno & ignis æternus est, de quo in Euangelio, [g] *Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius:* Et intolerabile gelu perpetuum causans dentium stridorem, prout sæpius item in Euãgelio legimus, [h] *Ibi erit fletus, & stridor dentium.*

Piam animã vineam Dei electam conuerti in prauam esse, quia declinat à Deo.
e Ioan. 15. 6.
In Inferno damnati cruciantur igne simul & gelu.
f Psal. 77. 47.
g Matth. 25. 41.
h Luc. 13. 28.

20 Vt autem intelligamus, quàm meritò ita damnanda dicatur Anima, quæ per peccatum mortale è vinea Dei electa conuersa in prauum eidem est Deo, curandum, vt percipiamus quales sint ij, in quos ea conuersa dicitur palmites declinantes vitis alienæ, quæ sue ipsa vitis aliena. Et quidem palmites hos descriptos habemus in lib. Sapientiæ his verbis, [i] *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis:* (nec aliis sc. nec sibimetipsis) *& spuria vitulamina*, id est, degeneres palmites e vitibus enati seu, iuxta correctionem Augustini lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 12. *Et adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile fundamentum collocabunt. Etsi in ramis in tempore germinauerint,* (aliquid apparentis sc. boni proferentes.) *infirmiter posita à vento commouebuntur,* (vel minimæ tentationis, nimiumque contrarij) *& à nimietate ventorum*, id est, cùm vel tantillùm ingrauescunt vel tentationes, vel violenti concupiscentiarum impetus, vel persecutiones) *eradicabuntur*, ab omni penitus bono auulsi, penitusque à Christo vite verâ, cuius adhuc aliquantulùm vel in fidei radice vt illius propagines participes erant disiuncti.

Impij quales sint palmites vitis alienæ.
i Sap. 4. 3.
Augustinus.

Vnde & alterum cõsecutum est, propter quod vinea electa dicta est conuersa in prauum, ob prauos quos istiusmodi impiorum animæ Deo proferunt fructus: Atque adeo bene in præcitato loco Sapientiæ adiicitur. *Et fructus illorum inutiles,* iuxta illud Apostoli, [k] *Quem fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis?* Sed & quod peius est, *& acerbi ad manducandum,* Deo scilicet, & Iesu Christo, cuius cibus suauis est quodlibet opus bonũ; iuxta illud, [l] *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: quandoquidem ad amaritudinem potiùs illum iniqui ij prauis suis prouocant operibus; quod apertiùs ipsemet hic explicat secundùm versionem Sept. (*Quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena?*) Exinde enim omnis in peccatricis animæ operibus, & fructibus est amaritudo, quia è vinea Dei conuersa est in vineam alienam, quod de Iudaico populo, vinea Domini apertè per Isaiam [m] nuncupato contestatus est Moyses dicens, [n] *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ,* id est, vinea eorum, quæ priùs electa Domini vinea erat, conuersa est in vnam de alienis, mendacibusque illis vineis Sodomorum, & vitiorum quorumlibet; Quid tum? *Vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi: fel Draconum vinum eorum, & venenum Aspidum insanabile,* fructus enim illorum sunt opera mortis quia Diabolica potiùs, quàm Christiani.

Peccatores quos fructus proferat vt conuersus in prauum vinea aliena.
k Rom. 5. 21.
l Ioan. 4. 32.
Anima vinea Dei cur fructus amari.
m Isai. 5. 7.
n Deut. 32. 32.

21 Quod egregiè exprimit lectio illa communior Sanctorum Patrum, (*Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?*) Singularis quippe vitis aliena, & mẽdax Diabolus est, de quo Iesus in Euangelio, [o] *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio* (per fructum videlicet mortis) *& in veritate non stetit: quia non est veritas in eo; cùm loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.* [p] Ex libro quarto Regum exactissimam alienæ, & mendacis istius vitis, fructuumque eius colligere est descriptionem, vbi dicitur, *Egressus est vnus in agrum, vt colligeret herbas agrestes, inuenitque quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea Colocynthidas agri & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis, vt comederent: Cúmque gustassent de coctione, clamauerunt dicentes, Mors in olla, mors in olla vir Dei, & non potuerunt comedere.* Quibus in verbis nota primùm, quàm aptè Diabolus non sit simpliciter dictus vitis, sed quasi vitis, quia id ei semper fuit in more, vt, si in rerum effectibus Deum adæquare nequeat, cuius se in omnibus, quoad sibi fieri licet, veluti simiam satagit exhibere; vel saltem in

Diabolus est vitis aliena & mendax.
o Ioan. 8. 44.
p 4. Reg. 4. 39.
Diabolus qualis sit vitis.
Diabolus simia Dei.

earum

Diabolus nititur cõmunicare cum Deo vel in nominibus.

earumdem rerum nominibus quoquo modo eidem communicet: sic enim cùm ille vel ignis dicatur, vel Sol, vel aqua &c. & ipse pro viribus ignis instar se studet hominibus ostendere, & instar solis, & aquæ, &c. Sic & cùm vna sit vitis vera Christus Iesus, is quoque vitem se repræsentat extrinsecus; at iis duntaxat, qui rerum veritatem discernere ignorant, quique malitiæ tenebris obcæcatos mentis oculos habent.

22 Vtinam autem vel quoad externam speciem esset quasi vitis, instar Christi se gerens, absque vlla violentia, & absque ferocitate: nam & in externa ipsa sui exhibitione quasi vitem se porrigit, sed syluestrem, vt patet in eius tentationibus, & suggestionibus. Ex fructibus verò dignoscitur quid ille sit: neque enim dulces profert vuas, ex quibus vinum prematur lætificans cor hominis; sed amarissimas, & venenosas Colocynthidas, è quibus miseri mundani animæ pallium suam carnem implent, quas exactiùs describit Apostolus vbi ait,[a] *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones,* &c. has verò Colocynthidas obscuratum habentes intellectum, adeoque nescientes quid faciant, in ollam mittunt pulmenti, cùm ex illis sensibiles sibi, & per mala exempla etiam aliis plerisque procurant gustus, & voluptates pariter sensus. Nam & infundunt sociis, vt ex illis comedant, ad eadem quotquot possunt hominum allicientes.[b] *At potest ne aliquis gustare*, ait Iob, *quod gustatum affert mortem?* Cùm gustassent de prædictis Colocynthis, fructibusque Diaboli vitis mẽdacis, & quasi vitis syluestris, meritò & vel coacti clamasse dicuntur quotquot ex illis comedere tentarunt, *Mors in olla, mors in olla*, fructus enim prædictæ vitis alienæ, nedum amarissimi, sed & fructus sunt mortis, Paulo teste, qui ait,[c] *Cùm essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.*

Diabolus vt vitis aliena quos fructus proferat.

a Gal. 5. 19.

b Iob 6. 6.

c Rom. 7. 5.

23 Cuius tamen mortis vnicum superest remedium, si Christi passionibus communicemus, si per sancti alicuius viri monita Christo iterum commisceamur; quod sub alia metaphora per Eliseum Prophetam in præcitato loco factum dicitur, per farinæ commixtionem. Nemo enim est qui nesciat, Christum extitisse frumentum, ipsomet dicente,[d] *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructum affert, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*: quod certè frumentum cum contritum est passionibus in farinam redactum est, vt nobis cõmisceretur, erueretque nos à peccati morte. Sicut & cùm vitem se exhibuerit veram, id vnum pariter optat vt in omnes quotquot ei conuersi sunt in amaritudinem vitis alienæ, denuò per sancti alicuius viri monita inseratur, quod sanctus ille facere nitebatur Apostolus, qui dicebat,[e] *Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.*

Christi passio optimũ remedium contra fructus mortis.

d Ioã. 12. 24.

e Iaco. 1. 21.

24 Ad Religionis statum hanc sententiam refert Hugo Cardinalis dicens; *Religio vinea electa fuit in primis religiosis. Hanc Dominus munierat fossa humilitatis, & paupertatis, & muro patientiæ: & ædificauit in ea turrim, sc. charitatem: & putauit eam per iuges confessiones, & macerationes. Ibi etiam erat torcular regularium obseruantiarum. (Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea electa?) quia exterminauit eam aper de Sylua sc. per gulam, & luxuriam, quæ in apro significantur, quod est animal immundum. Singularis ferus depastus est eam, id est, per proprietates bursarum vel voluntatum, destructa est maceria eius per impatientiam: Cecidit turris charitatis, dum omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: quia propria communibus anteponunt. Perditus etiam est sarculus confessionis, dum sapiunt ea carnalia, & desipiunt æterna: Repleta sunt fossaria humilitatis, & paupertatis, quia diabolus apportauit aggerem ad capiendam munitionem, id est multitudinem temporalium. Hæc est vinea aliena, quia de manu Naboth Iezraelitæ transiuit in dominium Achab, vt dicitur 3. Reg. 21. id est de manu Christi ad manum diaboli.*

Hug. Card.

Religionis status vinea Dei electa omne semen verum, &c.

Religionis status vinea electa quomodo conuersa dicitur in prauum.

Rabbi Dauid per id quod in Hebraico textu dicitur Deus plantasse vineam Sorek, censuit significatum nomine vitis Sorek, quoddam vitis genus, quod vuas proferret præstantissimas, vtpote quæ nedum nihil in se succi haberent acris, sed & nil duritiei, nullum intra se habentes acinum. Quod si verum esset, digna & quæ hîc notetur esset moralitas allata à Gaspare Sanctio. Quod ex vite, in qua nihil fructum esset durum, & acerbum, nihil Deus post tantum studium percipiat, nisi acerbum & durum.

Rab. Dauid.

Vitis Sorek proferens absque durĩs acinis.

Pia anima nil in se habere debet succi, & acris.

VVLGATÆ.

Vers. 21.] Ego autem plantaui te vineam electam, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Ἐγὼ δ' ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν. πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία?

Vers. 21.] Ego autem plantaui te vitem fructiferam omnem veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ego autem statueram vos coram me, sicut plantam vitis electæ, omnes facientes veritatem, & quomodo mutati estis coram me in operibus vestris corruptis? declinatis à timore meo, facti estis sicut vitis, in qua nulla est vtilitas.*

(*Ego autem plantaui*, &c.) Quia locus iste frequentissimus est apud veteres Patres, apud quos diuersimodè & legitur, & explicatur, quid apud eorum singulos repererim breuiter referam.

Origenes homil. 17. in Genes. ita hæc citat. (*Ego te plantaui vineam fructiferam totam feracem, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?*) Eamdemque lectionem habet lib. 6. in cap. 6. Epistolæ ad Rom. nisi quòd pro *feracem*, habet *veracem*.

Origen.

Idem autem homil. 13. in Ieremiam legit (*totam veram*,) & (*vitis aliena*,) egregiè autem ita explicans ait. *Quod dicit tale est, ego feci pedes, quibus ingrederetur mortale genus, qua causa factum est, vt claudicent plurimi? ego feci omnia membra valida, atque integra, quomodo video in multis debilia, & inutilia? Deus bonam plantauit hominis animam, sed ipsa vitio suo aduersus conditoris deprauata est voluntatem. Non ex parte veram, & ex parte plantauit, sed vniuersam veram. Quomodo contra plantationem meam conuersa es in amaritudinem, & facta es vitis aliena?*

Idem.

Humana natura à Deo facta tota recta, & bona, ipsa se deprauauit.

Eusebius Cæsariensis lib. 13. de Præpar. Euangelica 2

Euseb. Cæsar.

Voluntate suâ homo se deprauauit.

gelica cap. 3. *Propheta ad hominem, qui suâ se voluntate deprauauit, his verbis vtitur) fructuosam ego te vitem plantaui, quomodo retrouersa es?)*

Greg. Naz. Fideles sunt vinea Dei electa.

Gregorius Nazianzenus in Apologetico pag. 131. ad hunc locum alludens. *Nos, inquit, vinea illa pulchris palmitibus prædita, vinea vera, tota fructifera, tota speciosa, & supernis imbribus pulchrè exoriens.*

Idem. Ecclesia dicitur vinea cõuersa in amaritudinẽ Prælato, quando est in dissensione.

Idem in oratione prima de Pace post reconciliationem Monachorum pag. 419. Vbi loquens ad Monachos, *ob eam ait, causam cum aliis iucundis rebus sermonem quoque abieci. Quoniam vinea illa vera, atque à bono agricola optime purgata, & quæ pulchram segetem in diuina horrea inferre solebat, in amaritudinem mihi conuersa est.*

Basilius. Vinea electa anima.

Basilius in Regulis breuioribus Interrogatione 75. *Ad animam Dei vineam dicit Dominus. (Plantaui te vineam frugiferam totam veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?)*

Ambros. Christus vitis & agricola.

Ambrosius lib. 4. de fide cap. 7. *Filius est qui dicit. (Ego plantaui te vitem fructiferam, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?) Itaque & filium vides esse agricolam, vnius nominis cum patre, vnius operis, vnius dignitatis, atque substantiæ, ergo si agricola, & vitis est filius, vitem vtique secundùm incarnationis accipimus sacramentum.*

Idem.

Idem enarratione in Psal. 36. (*Ego te plantaui vineam frugiferam totam veram.)*

2 *Hieronym.*

Hieronymus epistola 46. ad Rusticum. (*Ego te plantaui vineam frugiferam, omne semen verum, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?)* In Comment. autem sup. cap. 5. Isai. (*Ego plantaui te vineam fructiferam totam veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vinea alienæ?)*

Idem. Sorek quid significet.

Idem in Comment. sup. Ieremiam, secundùm versionem Sept. ita legit. (*Ego autem plantaui te vineam frugiferam omnem veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?)* Quæ exponens ait, *Pro vinea frugifera, siue electa, in Hebræo* שורק *sorek habetur, quæ in Isaia Cantico ponitur: est autem genus vitis optimæ, quo surculo & Israel Dominus plantasse se dicit: & miratur, quomodo semen verum electaque vinea conuersa sit in amaritudinem, & ideo facta sit vinea aliena: nullusque securus sit, si & plantatio Domini, & semen verum, & vinea Sorek in tantum suo vitio commutatur, vt per amaritudinem recedat à Domino, & fiat vitis aliena. Et in hoc considerandа clementia Saluatoris, quod qui in Euangelio dixit,* [a] *Ego sum vitis vera, discipulis quoque suis dederit, & credenti in se populo, vt vitis electa, vel vera sit, si voluerit in eo quod plantata est, permanere.*

Hominũ viuentiũ nemo tutus à lapsu peccati.

Dei bonitas erga fideles planta.

a Ioan. 15. 1.

4 *Ruffin.*

Ruffinus Presb. lib. 2. de Benedict. Patriarcharum, in benedictione Ruben. (*Ego te plantaui vineam frugiferam totam feracem, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?)*

Paulin.

Paulinus epistola 5. ad Seuerum.) *Plantaui in te vitem fructuosam, vitem veram.)* Idem epistola 15. ad Delphinum. (*Ego te plantaui vitem fructuosam, tu verò conuersa es in amaritudinem vitis alienæ*)

Cyril. Ierosf.

Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 2. in prin-

A cipio. *Quòd voluntariè peccemus dicit apertè Propheta. (Ego plantaui vineam fructiferam quomodo conuersa es in amaritudinem vti vinea aliena?) Plantatio quidem bona: sed fructus ex voluntate malus: atque adeo plantator quidem in culpa non est, vinea autem comburetur, quoniam in bonum plantata est, & in malum fructificauit.*

Peccatum est voluntariũ.

5 *Theodorit. Deus vult omnes saluos fieri.*

Theodoritus in Comment. (*Ego verò te plantaui vineam fructiferam, totam veram.) Non simpliciter apposuit (totam:) sed eo quòd essent inter eos viri pij, & qui hos insequebantur. Perinde ac si diceret, Volebã, vos omnes esse tales: quoniam æqualiter curam gessi. (Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vinea aliena?)*

B *Sed quia mutata est in amaritudinem non iam vera, sed aliena vocatur: Ad eundem modum Moses inquit,* [b] *De vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes eorum de Gomorrha. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Vnde etiam Domino* [c] *fel obtulerunt. At quoniam diuinam plantationem contumeliis affecerunt, suntque in amaritudinem conuersi, & pro vua germinauerunt spinas. Christus, qui secundum carnem ex ipsis natus est, se ipsum veram vitem appellat, dicens* [d] *Ego sum vitis vera. Eos autẽ qui crediderunt in eum, nominat palmites.*

b Deut. 32. 32.

c Matth. 27. 34. *Fel Christo obtulit vinea conuersa in amaritudinẽ.*

d Ioan. 15. 1.

Primasius in cap. 8. Apocalypseos.) *Plãtaui quasi vineam electam, quomodo versa es in amaritudinem vitis alienæ?*

Primasius.

C Maximus Confessor in Quæstionibus de Verbi Incarnat.) *Ego plantaui vineam fructiferam omnino veram, quomodo conuersa es retrorsum, & in sarmenta vitis alienæ?*

Maximus.

Aponius lib. 1. in Cant. sup. verb. [e] *Filij matris meæ pugnauerunt*, &c. Tom. 1. Bibl. Vet. Patrum. *In Ieremia genti Hebrææ improperat Deus. (Ego plantaui te vineam meam, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?)*

Aponius.

e Cant. 1. 6.

Beda Presb. Homil. in fer. 3. Palmarum. *Deus loquitur ad Ierusalem. (Ego te plantaui vineam meam veram, quomodo facta es in amaritudinem vitis alienæ?) Amara vitis amarũ vinum fecit, quod propinat Domi-* D *no Iesu, vt impleatur, quod scriptum est,* [f] *Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* 6

Beda. Felle Iesum potarunt Iudæi quia eorũ vinea cõuersa in amaritudinem.

f Ps. 68. 22.

Isidorus Hispalensis lib. de Passione Domini, cap. 39. eodem sensu ait, [g] *Quod idem felle & aceto potatus sit: (Ego te plantaui vineam electam, quomodo facta es in amaritudinem vitis alienæ?) Deus enim bonã plantauerat vineam, hoc est Iudæorum gentem, illa verò vitio suo deprauata conditorem amaritudine potauit.*

Isidorus.

g Matth. 27. 34.

S. Paschasius Ratbertus lib. 12. in c. 26. Matth. *Quòd vinea de Ægypto trãsplantata Synagoga Iudæorum sit. Ieremias ex persona Domini ostendit, cum quasi deplorans Dominus dicit. (Ego te plantaui vineã meam electã, quomodo conuersa es in amaritudinẽ vitis alienæ?*

S. Paschas.

E Bonauent. Serm. 1. in Domin. 5. post Epiphaniã. (*Ego te plantaui vinea mea electa, & omne verum semen, &c.) Vinea ista plantata à Deo omnipotenti est mundus: & semen eius verum, est homo, qui ratione imaginis, & similitudinis dispositus est ad modum seminis mediante stillicidio cælestis influentiæ in vigorem gratiæ pullulare, & crescere in messem gloriæ.*

Bonauent. Vinea Dei electa est Mũdus: Semen eius verum, est homo.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Ἐγὼ δ' ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν.

Vers. 21. *Ego autem plãtaui te vitem fructiferam, omnẽ veram: quomodo, &c.* 7

Τοῦ

Chry

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ δὴ νομίσης πάλιν ἀπὸ κακίας αὐτὰ γίνεσθαι φυσικῆς. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν ἀπορεῖν τινας καὶ λέγειν. τίνος ἕνεκεν ἐξ ἀρχῆς ἀπεπήδησε λέγει: οὐ παρὰ τὸν γεωργὸν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἄμπελον, καρποφόρον ἀληθινὴν, ταύτην τὴν γνησίαν. ἐνταῦθα φυσικήν τινα δείκνυσιν ἀρετήν.

Ὠριγένους.] εἰ ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, φθόνω δὲ Διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. εἴ τι περὶ ἡμᾶς ἄριστον πεποίηκεν ὁ Θεός. ἡμεῖς ἄρα τὴν κακίαν ἐκτίσαμεν ἑαυτοῖς. διόπερ ἐπαπορεῖ, πῶς ἐστράφης. οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ᾽ ἀνθρωπίνως. πᾶσαν δέ φησιν οὐκ ἐκ μέρους. ὡς τὸν μὲν εἶναι ἀληθινὴν ἄμπελον, τὸν δὲ, ψευδῆ. διὰ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγόναμεν ἅπαντες. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ Ἡσαΐου. πῶς ἐγένετο πόλις πόρνη πιστὴ Σιών;

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ κακὰ γὰρ οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ παρατροπήν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχει ἐγκαλέσαι τῷ γεωργῷ. σὺ ἐστράφης, οὐ δὲ πολλοῦ πόνου ἐδεήθης πρὸς τὸ μεταβληθῆναι. τοιοῦτον γὰρ κακία ῥᾴστη καὶ εὔκολος. [Ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία.]

Τοῦ αὐτοῦ.] πῶς ἀλλοτρία ἐστὶ λοιπὸν ἀλλοτρίως ἐμὴ γὰρ καὶ οὐκ ἐμὴ, ὁρᾷς οὐκ ἀπὸ τῆς πλάσεως οἰκειουμένη * τῷ Θεῷ, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἔργων. οὕτω καὶ ὅταν λέγη, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό με. καὶ οὐκ οἶδα ὑμᾶς. οὐ δημιουργὸν ἕτερον ἐπεισάγει. εἰ γὰρ αὐτὸς ἐφύτευσε, πῶς ἀλλοτρία, ἀλλὰ μετὰ τὸ στραφῆναι ἀλλοτρία.

* οἰκειωθεῖσα.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ προαιρετικῶς ἑαυτὴν τοῦ Θεοῦ ἀλλοτριώσασα.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] [ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε.] τουτέστι πλείστην τὴν ἐπὶ σὲ ἐπιμέλειαν ἐποιησάμην. ἐκβαλὼν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἀλλοτρίαν σοι δοὺς γῆν, καὶ ἐκβαλὼν ἔθνη κατῴκησά σε, ἐφ᾽ ὧτε τῆς εὐσεβείας τὸν καρπὸν δοῦναι. τὸ δὲ πᾶσαν ἀληθινὴν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀσφαλείᾳ σε κατῴκησα. ὅπερ λέγει καὶ ὁ Ἡσαΐας. ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι ἐν τόπῳ πίονι, οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸ, πᾶσαν τέθεικεν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἦσαν ἐν αὐτοῖς εὐσεβεῖς ἄνδρες, οἵ τε προφῆται καὶ οἱ τούτοις ἑπόμενοι. ἀντὶ τοῦ, πάντας ὑμᾶς ἐβουλόμην εἶναι τοιούτους. πάντων ἐπίσης ἐπεμελήθην. [καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήχ.] τουτέστιν ἐκλεκτήν. ὅπερ γὰρ ἐκεῖ λέγει ἐκλεκτὴν, ἐνταῦθα ἀληθινὴν ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ἐκλογῇ. [πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία.] ὁ Ἑβραῖος ἐστράφης μοι εἰς σπέρμα ἀμπέλου ἀλλοτρίας. ἵνα εἴπη, τὰ μὲν ἐμὰ νόμιμα παρεχάραξας, τοῖς δὲ τῶν ἐθνῶν ἔθεσιν ἐξηκολούθησας. ὃ λέγει καὶ ὁ Μωυσῆς. ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας. ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας ὁ βότρυς αὐτῶν. ὅθεν καὶ χολὴν τῷ δεσπότῃ προσήνεγκαν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὴν θείαν ἐξύβρισαν φυτουργίαν, καὶ εἰς πικρίαν ἐστράφησαν, καὶ ἀντὶ σταφυλῆς ἀκάνθας. ὁ ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα Χριστὸς ἄμπελον ἀληθινὴν ἑαυτὸν ὀνομάζει λέγων. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. τοὺς δὲ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, κλήματα προσαγορεύει.

A Chrysostomi.] *Ne cogites verò ex naturali ea proficisci nequitia. Nam cùm par esset addubitare quosdam & quærere, quanam de causa ab initio resiluit, dicit: non agricolæ vitio, sed ipsius, vineam fructiferam veram, hanc germanam, satiuam. Hîc naturalem quandam ostendit virtutem.*

Chrysost. *Peccatum, & vineæ electæ deprauatio non à Deo, sed à nobis.*

Origenis] *Si mortem* [a] *Deus non fecit, inuidia verò Diaboli mors in mundum ingressa est, quicquid in nobis optimum, creauit Deus: nobis* B *igitur nos ipsi nequitiam creauimus. Quapropter hæsitans ait. Quomodo conuersa es? non quòd ignarus, sed humano more, (totam) autem inquit, non quod ex parte: vt pars sit vera vinea, pars falsa, Per Adam enim secundùm imaginem Dei facti sumus omnes. Simile illud Isaiæ.* [b] *Quomodo adulterata est vrbs fidelis Sion?*

Origenes. a Sap. 2. 24. *Bonum omne à Deo nobis, Malum verò à nobis ipsis.*

b Isai. 1. 21.

Olympiodori.] *Mala enim non naturâ, sed deflexione.*

Olympiod. *Mala ex deflexione.*

Chrysostomi.] *Non est cur aduersùs Agri-* C *colam conqueraris. Tu auersa es, nec multi tibi opus fuit laboris vt commutareris. Talis enim est malitia fluxa & facilis.* (*Vitis aliena.*)

Chrysost. *Malitia omnis à nobis. Malitia, & peccati vnius propensio ad aliud.*

8

Eiusdem.] *Quomodo aliena? eris igitur aliena, mea etenim, & non mea. Vides, non creationem, sed operâ Deo charos efficere. Sic & quando dicit:* [c] *filij alieni mentiti sunt mihi.* [d] *Non noui vos, non alium opificem inducit. Si enim ipse plantauit, & quomodo aliena?*

Chrysost. *Peccator dicitur, & non Dei.* c Ps. 17. 46. d Matth. 7. 23.

Olympiodori.] *Quæ sponte sua seipsam à Deo abalienauit.*

Olympiod. *Peccator alienus à Deo auersione.*

9

D * Chrysostomi.] (*Ego autem plantaui te, &c.*) *Hoc est maximam circa te adhibui diligentiam, cùm eduxerim ex Ægypto, tibique terram alienam dederim & eiecerim gentes, & inhabitare te fecerim, vt fructum veri cultus pietatisque afferres.* (*Vniuersam veram,*) *Pro eo quod est, securam te habitare feci, quod dicit & Isaias:* [e] *Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui. Nec sine causa posuit* (*vniuersam*) *sed cùm inter eos essent pij homines sacri Pro-* E *phetæ, quique illos sequebantur, ita dicit: Omnes vos vellem tales esse, omnium enim æquè curam gessi.* (*Et plantaui vineam Sorech,*) *hoc est electam, quod enim ibi vocat electam, hîc veram asserit ob electos patres.* (*Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena?*) Hebræus. (*Conuersa es in semen vitis alienæ.*) *Quasi diceret, leges meas adulterasti, & gentium mores amplexa es: Quod fatetur & Moyses,* [f] *De vinea Sodomorum vinea eorum, &* F *sarmenta eorum ex Gomorrha. Vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis, botrus eorum. Vnde & fel Domino obtulerunt. Sed quia Dei plantationem contumeliosè inhonorarunt, & in amaritudinem conuersi sunt, & pro vua spinas* [g] *tulerunt. Qui ex ipsis secundùm carnem natus est Christus. Vitem veram se ipsum appellat dicens, Ego* [h] *sum vitis vera: eos verò qui in illum crediderunt palmites* [i] *vocat.*

Chrysostom. *Dei in Iudæos beneficia.*

e Isai. 5. 1. *Deus omnes saluos voluit ex parte sua.*

Vitis electa, & vera Iudaicus populus in electione Patrum. Idololatra, & fidelis quisque peccans conuersus dicitur in semen vitis alienæ.

f Deut. 32. 32.

g Isai. 5. 2.

h Ioan. 15. 1.

i Ioan. 15. 5.

Vers. 21.]

Vers.22.] Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

Paraphrasis expositionis Literæ.

a Vers.22. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbã Borith maculata es in iniquitate tua coram me.

ADEO[a] autem deprauata es, vt tametsi cum vehementissimorum abstergentium nitro, herbaque Borith multiplicibus te laues ablutionibus; vel externis vtens aquarum expiationibus; vel friuolas adhibens verborum excusationes; vel apparentia per hypocrisim miscens opera bona; vel cultu duntaxat extrinseco mihi quoque victimas multiplicãs, & sacrificia, iniquitatum tuarum abstergere nequeas sordes: Intra enim cor maculata es coram me, qui cordium sum scrutator: iniquitatibus ipsis tuis maculas in te operantibus coram me per mei luminis priuationem, maculasque etiam post transactum ipsarum actum in te relinquentibus per priuationẽ meæ diuinæ cognitionis,[b] perdurãte earum scripturâ, atque sculpturâ, qua & veluti in processu descriptæ sunt criminali; & veluti in lapidea ad monumentũ insculpta sunt eiusdem cordis tui tabula.[c] Sanè ablutiones, quas tibi adhibueris omnes, nitrũ, & herba Borith, ad hoc conferẽt, vt scelus ipsũ tuũ reddatur insignius, illustriusque, & instar præfulgidi auri fulgens corã me, vt quasi rẽ maximè pretiosam illud mihi in meis condam thesauris.

b Scriptũ impressum, & signatũ est peccatum tuum coram me.
c Instar auri insigne, ac fulgidum coram me peccatum tuum.

A stus, Dioscorides, Plinius, & alij, idipsum esse, cuius hîc apud Ieremiam fit mentio, quod maximã abstergendi vim habens in vsu erat fœminarum pulchras muliebri more se facere satagentiũ: de quo Dioscorides c.89. lib.5. *Sordes* ait, *expurgat, cũ aceto instillatũ*: pauloq; superius. *Miscetur emplastris, quæ extrahunt, & discutiũt, extenuant, & lepras abstergunt.* Vnde adducor, in vsu fuisse mulierũ, & in aquis quibus abluerẽtur, & in pigmentis ad extenuãdas, & abstergendas faciei maculas, genarũq; scabriciem. De eo enim & Plinius citato c.1. lib. 31. *Extenuat* inquit *& cicatrices oculorũ, & scabritias*
B *genarũ cum fico illitum, aut decoctum in passo ad dimidias partes.* Notat Gaspar Sanctius numerari nitrũ inter ea medicamenta, quibus fœminæ cãdorem inducunt, atque nitorẽ faciei. *Quare in mundo*, inquit, *muliebri statuit illud Pollux lib.7.c.22. Onomasticon. Et Ouidius de medicamine faciei, aliquid nitrũ cõferre dicit, ad conciliandã cuti pulchritudinem, næuosque tollendos. Hoc idem docet Isidorus lib.16. Etymologiarũ c.2. & ante hunc Athanas. lib. de Virginitate ad mediũ.*

lieres ad abluendas sordes, & ad abstergẽdas scabriciẽ genarum.
Aristot.
Theophr.
Dioscor.
Plinius.
Dioscorid.
Gasp. Sanct.
Nitrũ numerari solitum inter medicamenta fœminis ad pulchritudinem inseruientia.
Iul. Pollux.
Ouid.
Isidorus.
Athanas.
Athanasij locus vindicatus ab interpretis errore.

Hoc certè Ieremiæ loco non tam pro pigmẽto adhibitũ ipsum est nitrũ, quàm pro abstersiuam vim maximã aquæ conferenti, qua mulier abluatur, Idque ad hæc alludens dixit & Athanasius.
C *Cùm laueris faciem tuã, lauabis ambabus manibus, non exterseris genas vultus tui, neque herbâ, aut nitro vtaris.*

Quo Athanasij loco nota, Latinum eius, quem habemus interpretẽ, adiecisse textui Græco particulam negatiuam. *Non*, legendo *Non lauabis ambabus manibus*, fortassè quia nesciebat, maius malum esse lauari vnâ duntaxat manu, quod in more est mulierũ pulchritudinem affectantium, quæ panno lineo in aqua madefacto circa manũ dexteram conuoluto magna cum sedulitate vnâ illa manu suam cõfricant faciem. Quod Athanasium
D honestè prohibere voluisse virgini per id patet, quod in præhabiti dicti explicationẽ mox adiecit. *Et non exterseris*, seu *confricaueris genas vultus tui.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *SI laueris te nitro*, &c. Confirmat quod immediatè dixerat, *Conuersa es mihi in prauum vinea aliena:* rediens à parabola vineæ, ad parabolã mulieris. Ideoque in Hebræo est rationalis dictio כי *chi*, (*Quia si laueris te*, &c. Quamquam Vatablus sensu, quo eamdem dictionem sumpsêre & Sept. verterit, (*Etiamsi laueris te*, &c.) Ac si dicatur, Adeo deprauata es, vt maculas nullatenus abstergere queas: Vel, Patet, te conuersam in prauum, quia si laueris, &c.

Non quòd reuera ablui nullatenus queat peccati macula, sed quòd externis ablui nõ possit vel exactissimis ablutionibus, quibus frequentissimis vtebantur Iudæi. Pro significãda exacta ablutione duo illi iungit, quæ maximã in abstergẽdis sordibus vim habent, Nitrum, & herbam Borith; Nitri autem vocabulo id omne designat, quod ad id inseruire queat, vt amoueat sordes, cùm & Hebr. vox נתר *nether* sit à verbo נתר *nathar*, quod remouêre significat, & vox pariter Græca *nitron* à verbo *nizo* deriuetur, quod abluere, & tergere sonat. Hebræi quidem in eius vocis significatu asserendo vix quidquam asserunt cõstans, existimãtibus quibusdam, per eam significari Saponem, aliis Alumẽ; aliis verò aliud quodpiã pulueris, seu smigmatis genus. Nitrum certè Latinis nõ multùm à sale distat, vt ait Plinius lib.31.c.10. Ita vt cõplures arbitrati sint esse illud quod Italicè dicimus. *Sal nitro* simili nãque ratione fit atq; sal ex aquis, non tamen marinis, sed vel pluuialibus, vel fluuialibus. Quod & maximè est virtutis.

Nitri voce quid hic significetur.
Plinius.

2 Placet tamen mihi magis opinio Andreæ Matthioli in c.89. lib.5. Dioscoridis, vt antiquũ illud nitrum diuersum esset à Salnitro nostro, indeque errorem causatum hæc duo cõfundendi, quòd ad finem præcitati cap.10. Plinij corrupta sit lectio, quæ nunc habet, *Sal nitrum sulphuri concoctũ in lapidem vertitur.* Cùm sic debeat legi, *Sal, & nitrũ sulphuri*, &c. Hoc mihi certum est, nitrũ illud, de quo veteres scribunt auctores, Aristoteles, Theophra-

And. Matthi.
Nitrum antiquorũ non esse idẽ quod nostrum Salnitrum.
Plinius.
Nitro antiquorum vtebantur mu-

(*Herbam Borith.*) Secundo loco noster posuit Interpres, cùm in versione Sept. sit (*Herba*) duntaxat, & in Hebr. solummodo (*Borith*) quam vocem Saponem significare censuêre nonnulli ex Hebr. ipsis, aliis asserentibus, eamdem significare quoddam herbæ genus, quo panni lauantur, Saponariã vulgò appellatã, quo sensu & à Sept. & à nostro Interprete accepta hîc est,[d] sicut Malach. 3. Borith fullonum vertentes *herbam fullonum*, qua sc.
E fullones in abluendis pannis vterẽtur in Palestina vbi eius herbæ maximam esse copiam asserit Hieronym. Circa versionẽ Sept. nota, in Codice Vaticano haberi *poian*, cùm potius legi debeat *poan*, herbam, prout habent Cõplutensis, Regia, Aldina, prout & legit Hieronymus.

3
Borith herba quid sit.
d Malac.3.2.
Hieronym.

4 (*Maculata es in iniquitate tua corã me dicit Dominus Deus.*) Ac si dicat, Quidquid dicas, quascumq; afferas excusationes, nõ poteris te apud me iustificare: quod postmodùm haud ampliùs trãslatis, sed apertis explicat verbis in vers. sequenti dicẽs, *Quomodo dicis, Non sum polluta?* &c. Itaque per me-
F taphoram ablutionis cum nitro, & herba Borith, atque cum rebus maximè abstergẽtibus, quatuor designari queunt, quibus falsò coram Deo se iustificare arbitrabãtur Iudæi. Primũ prædictæ verbales excusationes, quasi verborum lenociniis decipi Deus queat. Secundùm frequẽtes corporum expiationes, quasi peccati maculæ corporeæ essẽt sordes, in quo errore versantur Saraceni, vtinam autem non & Iudæi, qui adhuc viuunt, quibus id rectè aptes libri Prouerb. quod de adultera dicitur,[e] *tergunt os suũ, & dicunt, Non sumus operati ma-*

Ablutiones inefficaces quatuor quibus Iudæi se iustificare cẽsebant.
e Prou. 30. 20.

A *lum.* Tertium, externa quæ per hypocrisim fierent opera bona, quibus se abluere enixus est Pharisæus ille Euangelicus superbiæ, aliorumque vitiorum maculis vndique conspersus dicens, [a] *Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo, Non sum sicut cæteri hominũ, raptores*, &c. Ac si diceret, Nitro istorum operum bonorum ab iis me ablui sordibus, quibus cæteri maculati sunt hominum: Quartum denique externus quidam Dei cultus per sacrificia, & thurificationes.

a Luc. 18. 11.

5

Ablutio inefficax, & efficax quæ.

b Isai. 1. 10.

Quod potissimùm nitrum, herbamque Borith reprobat idémet Dominus, quando suadet ablutionem efficacem apud Isaiam, dicens populo eidem, [b] *Audite verbũ Domini principes Sodomorũ*, &c. *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum*, &c. & post multa in ablutionis istiusmodi insufficiẽtiam, subiicit, *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis, quiescite agere peruersè, Discite benefacere*, &c. Ac si dicat. Non est, quòd frustra huiuscemodi victimarum, externique cultus nitro, herbaque Borith vestras enitamini abluere sordes, operam namque perditis, Æthiopéque lauatis: Maculati adhuc enim estis, eritisque in iniquitatibus vestris coram me: Quapropter haud dubium quin operæ precium sit, vt abluamini; En rationem vobis porrigo, & aquas ad id idoneas, rectam intentionem; declinationem à malo nedum operum, sed & cogitationum; studium benefaciendi. His certè aquis hisque vehementissimis abstergentibus lauamini, Cordisque habere satagite munditiem. Quæ omnia tribus vocibus noster expressit Propheta infra dicens, [c] *Laua à malitia cor tuum.* Cor enim & intima animæ abluenda & hoc quoque loco, quem explicamus, significat Dominus, cum ait, (*Maculata es coram me in iniquitate tua:*) eamque vim habet (*coram me*) ac si diceretur, In corde, seu in anima tua, quod coram eo solo est, qui scrutatur renes, & corda.

c Iere. 4. 14.

Maculatus corã Deo peccator quia maculas habet in corde.

6

Quamquam si singulorum verborum istorum perpendamus vim, alterum verbi huius peculiaris (*coram me*,) subtiliorem eruemus sensum. (*Maculata es*,) inquit (*in iniquitate tua*,) seu, vt legunt Sept. (in iniquitatibus coram me.) Nam quod ait, (*Maculata es*,) præcipuum peccati ob oculos ponit effectum maculæ, quæ cùm nihil aliud ex Theologorum sententia sit, quàm priuatio nitoris rationis, & diuinæ gratiæ, quæ eo modo fit, quo & vmbra, quæ priuatio est lucis externæ, profectò sicut vmbra ista sensibilis coram sole esse iure dicitur, quia ex obiecto Soli opposito causatur, adeo vt nullatenus veram reperire sit vmbram, quæ ea ratione coram Sole non sit, vel alio lucis exhibitiuo; cùm nil aliud ea sit, quàm priuatio luminis illius. In eundem modum & maculata dicitur anima coram Deo, priuata, (vt dictum est) nitore gratiæ ipsius. Et bene tam (*in iniquitate*, quàm *in iniquitatibus*,) sic maculata ea dicitur, quia vel vna maculata esse potest iniquitate, vel ex pluribus iniquitatibus, pluribus item maculata potest esse maculis, quod S. Thom. 1. 2. quæst. 86. art. 1. ad 3, aptissimo item vmbræ declarat exemplo, quæ cùm sit priuatio luminis ex obiecto alicuius corporis, & secundùm diuersitatem corporum obiectorum plures, variæque eodem in loco sunt vmbræ.

Macula præcipuus peccati effectus. Macula peccati quid sit, & quomodo fiat.

Macula tot in anima, quot peccata.

7

Macula peccati est similis, & dissimilis vmbræ.

Cæterùm talis tantaque ista est peccati macula, vt haud sufficienter allatã exprimatur vmbræ similitudine: nam quamuis in eo conueniat, quòd ambo priuatio sunt luminis, & nitoris ex obiecto luminari opposito; In eo tamen discrepant, quòd peccati macula post actus cessationẽ adhuc coram Deo remanet, cùm vmbra, cessante actu oppositionis obiecti, illico & esse desistat. Cuius rei ratio, quam Theologi assignant, est, quòd peccati macula duas includit priuationes, diuinæ lucis nitorisque alterã, alteram verò diuinæ cõiunctionis, cùm per solam actus cessationẽ anima adhuc remaneat à Deo elongata, sicut & elõgatus à termino vnde quis discessit adhuc is remanet, cùm à motu destiterit; sic maculata quoque & ea remanet, quandoquidem priuatio diuini nitoris ab altera est priuatione coniunctionis diuinæ, sicut B nitor ipse per appropinquationem ad eumdem Deũ habetur, vt colligitur ex illo Psalmi, [d] *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur*, quo loco notandum, maculæ remotionem designatam per ea verba, *& facies vestræ non confundentur*, tunc poni, cùm & duæ prædictæ amotæ sint priuationes, ex quibus ipsa peccati macula.

Macula peccati remanet desistẽte actu peccati, & cur.

d Psal. 33. 6.

8

Macula peccati remanet post transactũ actum, quia peccatum remanet quasi scriptum in processu criminali. Allusio.

Ex Hebraica tamen lectione alteram peregregiam huius rei, quòd peccati macula etiam post transactum actũ perduret in anima, deducere est rationem; sic namque ea se habet נכתם עונך *nichtham ngauonech*, i. C descripta est; seu *signata impressaque est iniquitas tua corã me*,) vt alludatur ad morem illum forensem, quo Principes curant, vt subditorum scelera in libris scribantur, quos criminales vulgò appellant processus; quoue ea potissimùm crimina, quæ læsæ dicũt Maiestatis nedum scribuntur, sed & imprimuntur, & aliquãdo etiam in marmore signantur, & insculpũtur, iuxta celeberrimũ id affatum: *læsus in marmore scribit*. Sicut enim persistente in scriptis, aut impresso, vel sculpto alicuius delicto, tametsi eius sceleris actus iam transierit, criminis nihilominus is cen- D setur obnoxius, & cum infamiæ macula læso odibilis Principi. Ita & persistente post peccati actũ peccato ipso descripto, atque signato; haud dubium, quin & macula perduret etiã in peccatore.

9

e Iob 13. 26. *Peccata scribũtur à Deo.*

Si quæras à quonam ista fiat peccatorum desscriptio, audi Iob, Deo id tribuentẽ, cùm ait, [e] *Scribis contra me amaritudines*, i. peccata, prout supra in explicatione eorum verborum vers. 20. exemplis probaui, id amaritudinis vocabulum peccato tribui solitũ in sacris literis, quod & per ea quæ subiicit idem declarat Iob, *& consumere me vis peccatis adolescẽtiæ meæ*. Ac si diceret, Vniuersa scribis pec- E cata, quibus cõtra me exacerbaris, iisdẽque vt & mihi amarissimis me vis cõsumere, tametsi ea iã diu admiserim, & in adolescẽtia ipsa mea. Si quòd & impressum, seu insculptum id sit probari exposcas, quaue ratione, & in qua materia. Audi Ieremiam nostrum, exactiùs ea omnia breui hac significantem sententiã, [f] *Peccatum Iudæ scriptum*) durissimo nimirum scalpello impressum, ac sculptũ) *est stylo ferreo*, (& quod ferro est admodum durius, instrumento adamantino in vnguis acutæ formã fabrefacto) *in vngue adamantino, exaratum super latitudinem*. seu vt Hebr. habent, *super tabulam cordis* F *eorum*; Quibus enim propter obstinationis duritiem cor est lapideum, ij vt lapideam pariter tabulam, eamque sat latam Deo id exhibẽt, in quo prædicto modo ille quæ ab ipso admittuntur vel innumera insculpat scelera ad monumẽtum sanè perpetuum, ni lacrymarũ aqua, quam vulgò fortè nuncupant, à peccatore ipso deleta ea fuerint.

Peccata quomodo, & vbi sculpãtur, & imprimãtur.

f Ier. 17. 1.

10

Peccatũ clarificatur magis apud Deũ per excusationes, & per hypocrisim.

Hebraicum verbum נכתם *nichtam*, quod vt præteritum coniugationis Niphngal communiori Hebræorum sententiã desumitur, vt significãs, *descriptum, impressum, ac signatum est*, & à quo inquiunt

quiunt ſubſtātiuuin deriuari nomen כתם *chethim*, quod ſignificat aurum puriſſimum, præfulgidum, ac perfectiſſimum, Sunt qui è contra potiùs arbitrentur à prædicto nomine deriuatū, atque adeo ſignificare, eſſe inſtar perfectiſſimi auri fulgidum, atque inſigne, vt non tam præteritū illud hîc ſit (vt dictum eſt,) quàm participiū, quod vocant Benoni eiuſdem paſſiuæ cōiugationis. Secundùm quam acceptionem ſubtilis, iſque præclarus, & qui etiam literæ congruēs ſit, mihi ſuggeritur ſenſus. Vt quod hoc verſu dicitur. (*Si laueris te nitro,* &c.) *inſtar auri inſigne, ac fulgidum coram me peccatum tuum,*) per ironiā, ac deluſionem quādam ſceleſto illi populo dicatur. Senſuſque ſit. Ablutiones illæ, quas vel nitro verbalium excuſationum, externarumque expiationum; vel ingenti copia herbæ Borith externarum operationum, externorumque ſacrificiorum, tibi adhibueris, ad hoc certè tibi inſeruient, vt ſcelus ipſum tuum reddatur inſignius, atque inſtar præfulgidi auri fulgens coram me, quod videlicet illud quaſi precioſiſſimum aurum ſeruaturus coram me ſim, & in meis conditurus theſauris.

Peccata quæ per hypocriſim abluūtur veluti in theſauris à Deo ſeruari dicūtur ironicè.

In cuius ſenſus confirmationem ſimilia ſunt eiuſdem Domini de eodem populo verba, & alter locus huic, quē præ manibus habemus in omnibus ferè conſonus in Cantico Deuteronomij. Vbi de eius populi ſceleribus priùs ſub metaphora agitur vineæ, eiuſq; fructus,[a] *De vinea Sodomorum vinea eorū, & de Suburbanis Gomorrhæ, fel Draconum viniū eorum, & venenum Aſpidum inſanabile.* prout & hîc in præcedēti verſ. *Ego te plātaui*, &c. *Quomodo conuerſa es mihi in prauū,* ſeu *in amaritudinē vinea aliena?* Tum, ſicut & hoc loco, iuxta præallatū ſenſum adiicitur, (*Si laueris te nitro,* &c.) Ibi pariter ſubiicitur,[b] *Nonne hæc cōdita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?* Ac ſi diceretur, per ironiam, Sanè tam inſignis peruerſitas iſta tua, hæcque ipſa tua ſcelera, inſtar præfulgidi auri opera, inſigniaque ac precioſa mihi exhibuiſti vaſa quæ cōderem, ſignataque in meis ſeruarem theſauris.

a Deut. 32. 32.

b Deut. 32. 34.

11 *Peccatis quaſi aureis emblematis impreſſiſque hiſtoriis reſperſus incedit impudēs peccator.*

Alium ſubtiliorē atque ab iſto haud admodū abſimilem eiuſdem Hebraici verbi, & eorū quæ hîc dicuntur apud Ioānem Pinedā lib. 4. de rebus Salomonis c. 18. n. 13. reperi ſenſum, ſi æquè ſubſiſtens eſſet, magni profectò faciendū. Secundùm quem prædictum Hebraicum verbū non tam ad nomen referatur iniquitatis, quàm ad populum ipſum, cum quo verba habentur, prout & in noſtra vulgata. (*Maculata es in iniquitate tua.*) Atque adeo ſic eleganter vertenda hæc ſint, (*Inſignita es iniquitate tuā.*) Ac ſi diceretur, Emblematis, ac figuris expreſſis tuorum ſcelerum reſperſa es: impreſſa remanent in te peccatorum veſtigia, velut expreſſæ hiſtoriæ alicuius imagines; Ita enim opere aurificis videris cordi tuo ſcelerū, & impietatis, & idolorum figuras inſculpſiſſe. Verùm difficilè ſenſus iſte, iuxta Hebraicā ſubſiſtere poteſt lectionem, cui tamen is nititur. Siquidem cùm ad Iudaicū populum hîc habeantur verba, vt ad mulierem, loquentiſque Domini coniugē, & verbum נכתם *nichthā*, ſiue illud in tertia ſumas perſona tēporis præteriti, prout ferè cōmuniter accipitur, ſiue id vt paſſiuū ſumas participium, prout à nobis mox ſumptū eſt, ſemper eſt generis maſculini, & nullā certè ratione referri ad illum, vt ad fœminam poteſt, at neceſſariò ad ſubſequens referendum eſt nomen עונך *ngauonech* (*iniquitas tua,*) quod Hebr. eſt generis item maſculini, vt Hebræam callētibus linguam ſat patet. Ad eumdem nihilominus ſenſum iſtam referre poteris

A ſententiam, ſi ita eam ex Hebr. verteris. *Inſigniter ſculptum eſt peccatum tuum,* ſc. *in te coram me.*

Verſ. 22.] Si laueris te nitro, &c. Maculata es, &c

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

ADMODVM congruenter poſt explicatum præſtantiſſimum Dei beneficium, quo fidelem animam plātauit vineam electam, omneque ſemen verum, per vnionem cum Chriſto vite verâ in illam veluti per palmitē in ipſo manentem per paſſionis ſuæ merita propaginata; & è veſtigio degenerationē eiuſdem animę per peccata in palmites Diaboli vitis alienæ, & mendacis; eamdem, & maculatā aſſerit, & prauas illius exponit ablutiones: Vt ſimul tacitè indicaret veram, qua vti eidem liceret ac ſufficientē macularū ablutionem. Ea verò ex Chriſto, viteque ipsâ verâ deſumenda eſt: quam apertiùs ſignificatam habemus à Patriarcha Iacob in lib. Geneſ. vbi ait.[c] *Ligans ad vineam pullum ſuū,* (corpus nimirum ſuum eiuſue membra deuenire ſatagens ad Chriſtū vitem vineamq;) vnde ſubdit, *& ad vitē, ô fili mi, aſinā ſuam,* carnem videlicet ſuam, iuxta illud Pauli.[d] *Exhibete vos Deo, tāquam ex mortuis viuentes, & mēbra veſtra arma iuſtitiæ Deo.*[e] *Et ita nunc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, ſicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem,* Hoc enim pacto.[f] *Lauabit,* vt ſubiicitur in citato loco Geneſis *in vino ſtolā, & in ſanguine vuæ pallium ſuum,* per Chriſti vitis illius veræ ſuas omnes abluēs maculas, ſiue quas cōtraxit extrinſecus in corpore, ſiue quibus infecta eſt intrinſecus in corde; hæc enim duo deſignari crediderim ſub metaphora pallij indumēti exterioris, & ſtolæ interioris, quæ pallio ipſo circūdata cooperitur.

12 *Ablutio vera animæ vt vineæ conuerſæ in prauum è Chriſto vita vera.*

B

c Gen. 49. 11.

C

d Rom. 6. 13.

e Rom. 6. 19.

f Gen. 49. 11.

D

Verùm ſi exactiùs & verba iſta, *Si laueris te nitro, &c. maculata es,* &c. & quid ſit peccati macula perpendamus, ſubtilem reperiemus & huius loci ſenſum, & rationem, cur iſtiuſmodi maculæ vno Chriſti vitis veræ ſanguine ablui queāt. Peccatorum maculæ quid ſint ſingulari ratione explicat Iſaias, ſeu Dominus per Iſaiam, dicens,[g] *A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas:* loquens de Iudaico populo toto peccatis infecto, ſubditque, *Vulnus, & liuor, & plaga tumens.* Ac ſi dicat, Peccatorū maculæ nō ſunt ſicut maculæ, quæ cauſantur ob extrinſecū aliquid ſordidi; ſed inſtar vulnerum, liuoris, & plagæ, quæ ab interna cauſantur putredine:[h] *De corde enim,* ait Dominus in Euangelio, *prodeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & cætera vitia.* Et certè ſi vulnus plagāue aliquam nitro, ſapone, aut quopiam ſimili abluat aliquis, nedum nō abſtergeret, ſed & augeret eorum maculas. Hocque eſſe opinor, quod in his ſibi vult Dominus, vt cùm ait, (*Si laueris te nitro,* &c.) (*maculata es in iniquitate tua*) tantumdem ſit, ac ſi dicat, Excuſationibus cū tua abluere niteris peccata, ſcito eorum te potiùs augere, patentioreſq; efficere maculas: nō ſecus ac qui nitro, & ſapone deformia lauare contendit vlcera. Cæterum ſicut vulnerum, plagarumque ſordes & adhibitis curantur vnguentis, & vino ſaluberrimè abluūtur. Ita & maculæ iniquitatum medicamine è Chriſti ſanguine confecto tolluntur, & vino, ſanguineque eiuſdem vt vitis veræ abluendæ ſunt.

2

Macula peccati eſt inſtar vulneris, & vlceris, eiuſue maculæ.

g Iſai. 1. 6.

E

h Matth. 15. 19.

Paraphraſ.

F

Macula peccati Chriſti ſanguine abluenda, vt vlcera vino.

13 *Sāguis Chriſti quàm rectè dicatur dealbare.*

Hacque ratione peroptimè intelliges quàm bene eidem Chriſti ſanguini ſæpius adſcripta reperiatur dealbatio, vt cùm in Pſal. 50. dicitur.[i] *Aſper-*

i Pſal. 50. 9.

R 2 ges

ges me Domine hyssopo, sanguine sc. victimæ intincto,*& mundabor,lauabis me , & super niuem dealbabor*,& clariùs in libro Apocalypsis , [a] *Isti sunt , qui lauerunt stolas suas* : indumenta nimirum operum suorum,*& dealbauerunt eas in sanguine agni.*

a Apoc.7.14.

Sed & idemmet Isaias,qui declarauit,peccatorũ maculas(vt dictũ est)esse vulnera,liuorem,& plagas,paulò post,& in eodem capite idipsum,quod nunc asserimus,cõprobans hæc habet, [b] *Si fuerint peccata vestra vt coccinũ,quasi nix dealbabuntur , & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt.* Quæ duobus modis in eiusdẽ rei cõfirmationem explicare possum.Primò, vt in ambabus eius sententiæ partibus vnũ idemq; sacrarum scripturarũ more significetur,videlicet,quòd peccata,vulnerum instar maculas exhibentia rubra quasi coccinum,& quasi vermiculus, quæ sunt duo maximè rubentia , si in sanguine lauentur vitis veræ Christi sic dealbabuntur, vt nedum vlla ampliùs remaneat cicatrix,sed vbi eæ erant,& niuis,& lanæ albæ candor diuinis conspiciendus sit oculis, coram quibus eædem priùs erant maculæ , sic enim hîc ait,(*Maculata es coram me.*)

b Isai.1.18.

Fundatur autẽ hic sensus,tum in eo, quod idẽ Propheta dixerat,[c] *Vulnus & liuor*,&c. tum in eo quod paulò ante quàm hæc diceret,*Si fuerint peccata vestra*,&c.dixerat,*Lauamini,& mũdi estote.*Super quæ duo Prophetæ dicta fũdatur & alter eorũdem verborũ sensus,tactus à Tertull.lib.4.contra Marcionẽ c.10,secũdùm quem significatur,Si peccatorũ maculæ , quasi vulnerũ maculæ rubræ extiterint instar coccini , dũmodo per ablutionẽ & sanguinem Christi rubeant instar vermiculi, dealbanda instar niuis,& instar lanæ candidæ.

c Isai.1.6.

Tertullian.

14 *Excusãs peccata est sicut mancipium quod aquis abluit domini signa sibi in facie impressa.* *Seruitus animæ cui fiat, Deo , an Sathanæ, ex notis dignoscitur, quas illa gestat in se impressas.*

Si sequamur lectionem in litera allatã,qua pro (*Maculata es corã me iniquitate tua,*) ex Hebr. dicitur,(*signata,& impressa est iniquitas tua corã me.*)Pulcherrimo sensu ingẽtis pariter stoliditatis eadem à Domino hîc arguitur peccatoris anima,quippe quæ instar mancipij illius , quod igne vel ferro domini notas corpori suo impressas ablutione cum nitro,aut cũ sapone,saponariáve herba delere niteretur : & ipsa friuolis excusationibus sua detergere studeret scelera.Enimuerò haud ambigendũ,ex impressis stigmatibus,notis,ac imaginibus manifestũ fieri,ad quemnam anima quæque spectet , cuiusue sit, Dei ne , an Sathanæ ; ita vt propterea non incõgruè in die extremi iudicij,& de singulis animabus ea proferenda Christi sint verba,[d] *Cuius est imago hæc,& superscriptio?* &,si appareat Cæsaris esse,&Sathanæ,adiiciendũ,*Reddite ergo quæ sunt Cæsaris,Cæsari.*Hæcque est ratio cur tãtopere in [e] Cant.à sponsa sua idẽmet Dominus id vnũ efflagitarit,vt ipsum & in corde,& in brachio vt signaculũ poneret , vtque sigilli impressionẽ, eius videlicet imaginem impressam seruaret & in cogitationibus,& in operationibus,qua & contestatũ faceret, se ad ipsũ pertinere ipsiusue esse. Cùm è vestigio legamus in lib. [f] Apocal. impios accepisse,& gestare imaginẽ seu characterẽ bestiæ in frõtibus,& in manibus suis:in manibus quatenus per opera Sathanæ se declarãt mãcipia,in frõtibus verò,quatenus eò deueniũt proteruię,vt de sordida seruitute eiusmodi gloriẽtur.

d Matth.22.20.

e Cant. 8. 6.

f Apoc.20.4.

Quod si alterã illam itẽ ex Hebr. sequamur lectionem,(*Descripta est corã me iniquitas tua.*)Eadem peccatoris hîc àDomino arguetur vecordia,Cùm instar illius , qui vel efficacissimis abstergentibus,vt nitro, herbaque saponaria abluere cõtenderet , quod literis in marmore impressis esset descriptum:& is inanibus tergiuersationibus delere se posse cẽseat,quæ in lapideo corde suo descripta sũt crimina.Vel instar illius,qui vehemẽtiori externi operimẽti ablutione delere studeret, quæ intra librũ aliquem, clausũque sunt scripta.

15 *Liber monumenti extitit semper apud Deum, in quo bona,& mala cuiusque scribuntur quisque is sit.*

Haud ambigendũ extitisse semper apud cælestẽ Regem quasi quemdã monumenti librũ , in quo singula describãtur,quę à quolibet hominũ cogitarentur,aut fierẽt vel boni,vel mali, cùm eius apertissimũ apud Malachiã istud habeamus testimoniũ,[g] *Tunc locuti sunt timẽtes Dominũ vnusquisq; cum proximo suo:Et attendit Dominus, & audiuit ; & scriptus est liber monumẽti corã eo timentibus Dominũ, & cogitantibus nomen eius.*Clausum verò hunc ipsũ librum,exinde colligi posse crediderim , quòd in lib.Apocalypsis legimus , [h] in dextera sedẽtis supra Thronũ visum librum scriptũ intus, & foris, septẽ sigillis ita signatũ,vt nedũ aperiri, aut legi, sed nec aspici à quoquã posset,vno excepto Christo agno illo tamquã occiso, qui vt iudex à Patre constitutus viuorũ,ac mortuorũ librum ipsũ de Patris dextera accipiẽs,solutisq; signaculis illum aperuit;& multa,quæ in eo scripta erant hominũ crimina suo ostendit inde deleta sanguine,quo & illos abluit homines, qui ea admiserant de quo libro canit Ecclesia,*Liber scriptus proferetur,in quo totum continetur , vnde mundus iudicetur.* Est autem liber iste ipsamet Dei certa cognitio.

g Malach.3.16.

h Apoc. 5.1.

16 *Conscientia est liber summæ fidei , in quo scripta peccata manifestabuntur in die iudicij.*

Verùm cùm hîc dicitur , (*Descripta est iniquitas tua coram me*)non tam de prædicto generali libro intelligendũ id arbitror, quàm de speciali vniuscuiusque, quemue singuli secum portant librum propriæ conscientiæ , quem ita aliquãdo sanctus designat Iob [i] in c.31.vbi pro eo,quod in Vulgata legimus,*Et librũ scribat ipse,qui iudicat*:in Hebr. habetur. *Et librum scribit vir litis meæ, & tollã illum in humero meo , & circũdabo illum quasi coronam mihi.* Iam autẽ supra in Expositione vers.19. fusiùs declaratum à nobis fuit,nullum esse,atque futurum magis in iudicio nobis aduersarium,quàm nostrã ipsam conscientiã, Clariusque hæc omnia exponens Paulus ait. [k] *Ipsi sunt sibi lex,qui ostendũt opus legis scriptum in cordibus suis,testimonium reddente illis conscientiâ ipsorum , & inter se inuicem cogitationibus accusantibus,aut etiam defendentibus,in die cũ iudicabit Dominus occulta hominum.*Per quæ mihi videtur , & id significari , in die iudicij istum conscientiæ librum ita firmum , validumque futurũ, vt ij esse solẽt libri, in quibus leges,canonesque, & statuta cõsignata sunt,à quibus nemo iure appellari potest.Ideo bene & apud Danielẽ, [l] & in libro Apocalypsis dicitur,[m] *Iudicium sedit,& libri aperti sunt* , singulorũ nimirum particulares consciẽtiæ libri,quos eo vsque occultos dixit Paulus.

i Iob 31.35.

k Rom.2.24.

l Dan.7.10.

m Apoc.20.12.

17 *Hypocritæ in peccatis gloriantur.*

Denique si iuxta aliam lectionẽ vltimo loco in literæ Expositione item ex Hebr. allatã dicatur, (*Si laueris te nitro*,&c. *instar auri insigne,& fulgidum erit peccatum tuum.*)Per hæc ij damnantur, qui sacramenta quidem frequentant,in templisq; sunt assidui , Psalmos , vocalesque aliasque orationes multiplicant,externisq; his,& similibus mundos, probosque se venditant,quasi nitro, maximéque abstergẽtibus ablutos:& è vestigio,quasi quid sibi maximè gloriosum reputant peccatũ,quos apertiùs Dominus infra in nostro Ieremia iis arguet, *Quid*[n] *est,quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?nũquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* Hi sunt,quos ita describit Sapiẽs [o] *qui lætantur*: seu secundùm aliã literam,*gloriãtur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

n Ier.11.15.

o Prou.2.14.

Ac sicut Sãctus Iob in loco supra citato,ex libro cõscientiæ suæ in quo bona eius opera descripta erant,

De peccatis gloriãtur iniqui, vt de maximè inſignibus.

a Iob. 31. 36. b 2. Cor. 1. 12.

erant, quaſi ex aurea, inſignique corona gloriam ſibi conciliandã aſſerebat, cùm diceret.[a] *Et circũdabo illum,* ſc. librum *quaſi coronã mihi,* quod nó minus clarè conteſtatus de ſuo itẽ libro eſt Paulus dicens. [b] *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Ita & hi eò deueniunt proteruiæ, vt quaſi peccata, eorũque conſcientia fulgidum, aureũque ſint Diadema, de iis, æquè ac ſi de Regia virtute patratis glorientur de quibus confuſionẽ potiùs

c Phil. 3. 18.

reuehere deberent, quod ingemiſcit Apoſtolus, vbi ait,[c] *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.*

Vide Appendicem Vet. Patrum, poſt expoſitionem 2. verſ. 23.

Verſ. 23.] Quomodo dicis, Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias ſuas.

Paraphraſis Expoſitionis Literæ.

d *Quomodo dicis, non ſum polluta?*

ECque [d] *petulãtia eſt iſta tua, vt audeas te ſanctã, mundamque cenſère, idque & aliis pariter perſuadere, audacter dicens, te neutiquam per quid pollutã idololatriæ: nec idola veneratam eſſe, eorumque cultui addictam fuiſſe? ſuperbiſſima* [e] *ea proferens verba, Nemini ſeruiui Idolorum; dominum non agnoſco quemquam poſt quem ambularim, quemque, vt ſerua ſecuta ſim, Vide & recole vias, & itinera, quæ feciſti, intelligeſque, poſt quot ambulaſti, quotque vt dominos ſecuta es Idola, voluptates, & ſcelera. Nec omnes tibi propono pollutas vias quibus per idololatriam polluta es, tendens in colles ſublimes, ad frondoſaſque arbores; ſed illas dumtaxat, quas frequentibus ambulationibus triuiſti in vallibus;* [f] *quin vel eas ſolas, quas in vna earum ambulaſti, cùm ibi tuos ſacrificabas filios, & eoſdem, quos Idolis immolabas, ibidem vt in ſepulchro multitudinis ſepeliens. Cõſidera quæ ibi tua fuère ſtudia, ſatque intelliges, quid feceris, & an ſis polluta, poſt quæ Idola ambulaueris.* [g] *Scito, & perpende quæ in eorumdem idolorũ obſequium egeris quando vias tibi aperiens vel difficiles, vel implexas eã in idololatriã ferereris celeritate, qua vel curſor leuis, vel perniciſſima Caprea vias expedire ſatagit ſuas.*[h] *Quãdo & tam effrenatâ Idololatriæ agebaris libidine, vt huc illucve per circuitum à gentibus Idola quæritares, omniſque impatiens moræ, inſtar Dromedariæ, Camelæque iuuenculæ, quæ concitatiſſimo curſu præ libidine diſcurrit, & gyrat, ad inuenta currebas.* [i] *Audiant, audiant omnes, ſi polluta ea ſit, poſtque idola ambulauit. Cùm etiam in nocte precibus ad idola confugerit, incõditiſq; carminibus ad ea vlulauit potiùs, quàm clamauit, fallere me non poteſt, qui & vlulatus illos vel è cubili emiſſos ſat noui.*

e *Poſt Baalim non ambulaui.*

* *Vide vias tuas in conualle,*

f *In ſepulchro multitudinis.*

g *Scito quid feceris curſor leuis explicãs vias ſuas.*

h *Dromedaria, ſeu Camela leuis implicans, vias ſuas.*

i *Ad veſperã vox eius vlulauit.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

2 *Excuſare & negare peccatũ eſſe malorum omnium peſſimum.*

Simile.

QVomodo dicis, Non ſum polluta? Inter ea, quibus pollutus quis iuxta antiquam Dei legẽ cenſendus eſſet id ſanè erat potiſſimum, ſi quid vel tãgeret Idolorum; Iudaicus populus Ieremiæ tẽpore totus Idolorum addictus erat cultui, Pollutum ſe nihilominus negare haud erubeſcebat, Ægrotus manifeſtum negans malum, phreneticus cenſendus eſt, deſperãdaque illius ſalus, quãdoque morborum, quibus languet cõtexit excuſationes; Cùm hoc ipſum ſit eorum omniũ peſſimum, quod in ægroto ſpirituali, & in peccatore quolibet multò eſt verius; Vnde peregregiè ne peſſimo iſto ſibi laborare cõtingeret morbo, ſupplex Propheta Regius hiſce Deum precatur, [k]

k Pſ. 140. 4.

A *Non declines cor meum in verba malitiæ*, id eſt quæ malitiæ ſunt per antonomaſiam, malitiarumque omnium peſſimæ, & explicans quæ nam ſint iſtæ malitiæ verba, ſubdit, *Ad excuſandas excuſationes in peccatis, Cum hominibus operantibus iniquitatem:* Vt nimirũ eis euenire ſolet, qui operãtes iniquitatẽ morbo languent lethali. Si enim hoc mihi conceſſeris, vt in id non declinem malitiæ, profectò confido, quòd nec per Idololatriæ fornicationem *communicabo*, ſeu magis ad rem noſtram, iuxta lectionem Pſalterij Romani, *non combinabor*, non coniungar cum Idolis, ac voluptatibus, quæ

B ſunt operantium iniquitatem electa.

2 *Baalim nomen genericũ Idolorum.*

(*Poſt Baalim non ambulaui.*) Iam oſtẽſum eſt ſupra in explicatione eorum verborum verſ. 8. *Et Prophetæ prophetauerunt in Baal,* nomen Baal, quod interpretatur dominus, ſeu maritus, nedum ad ſpeciale deſignandum idolum vſurpari in ſacris Literis, ſed & frequenter in vſu eſſe, vt ſignificãs Idolum quodlibet, & vt nomen Idolorum genericũ, quo modo & hîc ſumitur. Cæterùm tametſi iſtius phraſis, (*Poſt idola non ambulaui,*) ſimplex iſte ſit ſenſus, Idola minimè colui, & Idolorum cultui neutiquam ſum addictus. Perpenſa tamen

C interpretatione vocis hîc vſurpatæ Baalim, quam Deum magni feciſſe in capite ſecundo [l] Hoſeæ notaui in loco præallegato; & proprietate adhibiti verbi ambulandi, nec nõ & eorum, quæ mox ſubiiciuntur, (*Vide vias tuas.*) Dicerem, Deum in his habuiſſe reſpectum, ad peruicaciſſimum illud verbum, quod ſupra in verſ. 20. à rebelli eo populo dictum retulit, (*Non ſeruiam,*) atque alludẽs ad id, quod à ſeruis fieri ſolet, cùm ſuos comitantur dominos, ambulantes poſt illos, eoque comitatu frequentiori ipſos honorantes, ac paratos ſeſe ad illorum capeſſenda mandata exhibentes, quos à

Seruum ſe eſſe quàm impudenter neget idololatra, & peccator quilibet.

l Hoſe. 2. 16.

Alluſio.

D pedibus propterea dicimus, quia eorumdem dominorum & viam proſequuntur, & inhærent veſtigiis. Quamobrem ſi ex iis impudenter quis negaret, ſe cuiuſpiam ſeruum, aut famulum, ita profectò diceret. Poſt quempiam dominum non ambulaui; Cui id pariter obiiciendũ, quod hîc Deus obiicit & iniquo populo: Dicis, Poſt dominos nõ ambulaui? Vide vias tuas, Vide quæ habuiſti itinera, perpende, an in viis quemque ſecutus ſis.

3 *Seruus tot dominorũ eſt peccator, quot ſequitur peccata, & voluptates.*

Ex quibus collige, per hæc Deum conteſtari Idololatras, tot dominorum eſſe ſeruos, quot ſe-

E quuntur Idola; Quod & de quocũque alio dicendum eſt peccatore, tot eſſe dominorum ſeruum, quot proſecutus fuerit peccata & voluptates, poſt quæ in viis mundi ambulare ei contigerit, Cùm è veſtigio iuſti, vt verè liberi libertate eâ, quæ ſpiritũ cõſequitur Domini, iuxta illud Apoſtoli,[m] *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas,* tantũ abeſt vt poſt paſſiones ſuas ambulent, & per earũ violentiã ambulare cogantur etiã poſt viliſſimas voluptates, & poſt indigniſſima ſcelera, vt inſtar potiùs verorũ dominorũ, comitatũ poſt ſe ambulantẽ habeant nobiliſſimum bonorum operum, quæ ab ipſis eâ facta ſint libertate, quã ex Regio Dei

m 1. Cor. 3. 17.

Iuſti vt veri ſuorũ actuum domini honorificum per ipſos ambulãtem habent comitatũ bonorum operũ.

F ſeruitio ſunt adepti. Quod per id indicatur Apocalypſis, [n] *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis, opera enim illorum ſequuntur illos.*

n Apoc. 14. 13.

4 *Peccatori neganti peccata Deus ob oculos eius ponit ſordes.*

In viis pollutis homines pollui, & è cõtra.

(*Vide vias tuas in cõualle: Scito quid feceris.*) Præter ſensũ mox allatũ referri hęc cõmodiſ. queũt ad id quod primo in hoc verſ. dictũ eſt. (*Quomodo dicis non ſum polluta,*) vt propemodũ ab oculos tã impudẽti populo ipſę eius ponãtur ſordes, quibus & ſe fateri cogatur multipliciter *pollutũ. In viis enim prauis,* prauiſq; & in itineribus homines pollui, ma-

 niſeſtè

a Ezech. 20. 30. nifestè habemus apud Ezechielē,[a] *Certè in via patrū vestrorū vos polluimini.* Nec mirū, cùm & ex ipse viæ pollutæ dicantur, & sint teste eodē Prophetā,
b Ezech. 23. 13. *Et* [b] *vidi, quòd polluta esset via vna ambarum.* Idque & ob id, quia in ipsa aliquid contrahatur pollutionis, teste Dauid in 1. lib. Reg. vbi ad Achi-
b 1. Reg. 21. 5. melech Sacerdotem ait, [c] *Porrò via hæc polluta est, sed & ipsa sanctificabitur hodie in vasis.* Ac si diceret, Sat quidem mihi est exploratum, viam istā, istudque quod peregimus iter esse pollutum, & in ipso nos aliquid contraxisse immundi, quatenus id agere, & eam terere ad hoc ausi sumus, vt Laici sanctos, Deoque sacratos comederemus panes; Sed tamen ipsa quoque purificabitur, cū in hoc itinere id enixi simus sanctitatis habere, ac puritatis, quod potuimus, in vasis corporum nostrorum, munda ea seruare studentes à libidinis sordibus, prout colligitur ex antecedentibus tum iis, quæ à Sacerdote dicta sunt: *Si mundi sunt pueri, saltem à mulieribus*, scilicet de pane ipso sancto manducent: tum ex eiusdem Dauid responsione. *Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudius-tertius, quando egrediebamur*, id est, quando hoc arripuimus iter, *Et fuerunt vasa*, id est corpora *puerorum sancta*, id est munda.

5 *Vallium vias cur Deus Iudaico populo obiecerit.* Cæterùm non quaslibet Deus ob oculos immundi populi pollutas eidem proponit vias; tametsi multiplices eæ essent, quibus is iugiter pollueretur, At vias duntaxat eius in vallibus; vallis enim vocabulum pro qualibet positum est valle. Idque admodum congruenter, quia cùm ex iis, quæ dicta fuerant in vers. 20. sat colligeretur, vias, quibus idem populus tenderet per colles, excelsaque loca, atque per Lucos, ex Idololatria esse pollutas, debuit & idipsum significari de eiusdem viis etiam in vallibus, prout & apud Isaiam factum videre est, vbi eidem popu-
c Isai. 57. 4. lo dicitur,[d] *Numquid non vos filij scelesti semen mendax? Qui consolamini in Diis subter omne lignū frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras?* &c. *Super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolans hostias*, &c.

6 *Valles duæ præcipuæ, in quibus Iudæi sacrificarunt Idolis filios suos.* Inter valles autem magis præcipuas, quas Iudaicus populus pro Idolorum cultu frequentasse legimus, duæ in primis extitère in quarum singulis & filios sacrificarunt, Vallis Beelphegor, in qua in lib. Nume. habes initiatum Israel in Campestribus Moab. & in Psal. 105. [e] *Et initiati sunt*
d Num. 25. 3. *Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.* Pro qua sola designanda, *in valle* & non *in vallibus.* Hic dictum censent & Paraphr. Chaldaica, & R.
R. Salomon. Salomon: Vallis verò altera est, quæ dicitur filij Ennon, de qua noster Ieremias eam Iudæis exprobrans infra in cap. 7. dicet, [f] *Et ædificauerunt excelsa Tophet, quæ est in valle filij Ennon, vt incenderent filios suos, & filias suas igni, Ideo, Ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs Tophet, & Vallis filij Ennon: sed vallis interfectionis; & sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus*, de quibus suo loco agemus.
e Psal. 105. 28.
e Iere. 7. 31.

Ad quam secundam vallem id plerique ex nostris dictum asserunt, (*Vide vias tuas in conualle:*) Et hanc ipsam intellexisse inquiunt Sept. cùm pro, (*In conualle*) verterint ἐν τῷ πολυανδρείῳ, id est, *in sepulchro multitudinis*, alludentes ad præallata capitis septimi verba, *Et sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus*, eam videlicet eo nomine describentes conuallem, quòd in ipsa Iudæi eos sepelirent filios suos, quos ibidem interficiebant, idoloque

A sacrificabant. Cùm tamen eodem vocabulo sepulchri multitudinis Sept. nedum vallem Ennon, sed & vallem Beelphegor, & quamcumque aliam intelligere potuerint vallem, in qua filios suos populus ille in victimas offerre cōsueuisset, fecisse enim hoc & in aliis vallibus, & in torrentibus constat ex verbis Isaiæ paulò ante relatis.

(*Scito quid feceris.*) Sicut nil aliud est, quod animæ nostræ sit magis noxium, quàm inconsideratio, vtpote per quam rationis vsus nos exhibemus expertes, quo & à brutis discrepamus, & Deo similes sumus: Ita nihil est, quod eidē Deo
B magis sit in optatis, quàm vt considerationem vel in scelestissimorum hominum animos ingerat, prout is in Cantico fatetur Deuteronomij, dicens, [f] *Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Idque potissimum est studium, cùm illos iumentis similes effectos ad primam sui reducere nititur similitudinem, ad suique obsequium. Hinc est quod in modicis hisce versibus, quos præ manibus habemus, quater id Iudaico inculcarit populo, bis in vers. 19. *Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum*, &c. bisque item in hoc vers. 23. *Vide vias*
C *tuas in conualle, Scito quid feceris.* Maioremque hæc habent vim, dum absque coniunctione, *Et* ac per Asindeton tam in Vulgata, quàm in Hebr. Sic dicitur, *Vide*, &c. *Scito quid feceris*, tametsi Sept. legentes, *Et scito*, seu *Nosce quid feceris* dent nobis ansam, vt verba ista dupliciter sumentes duplici, & explicemus ratione. Possunt enim connecti vel cum præcedentibus, vel cum subsequentibus. Si nectantur cum præcedentibus, in eorum deseruient explicationem, iuxta frequentem sacrarum literarum morem, quo idipsum ad hunc effectum aliis repetitur verbis. Atque adeo
D intelligenda & superiora illa, (*Vide vias tuas in cōualle,*) non tam de prauis itineribus in conualle habitis, quàm de pessimis actionibus, quæ ibidē perpetrabantur, phrasi illā sacrā, qua studia, & actiones viarum designantur vocabulo. Vt impudentissimè se pollutum per idolorum cultum neganti, ea ipsa obiiciantur studia, in quibus vel in vna valle se detinuit, quæue ibidē patrauerit, vt vel hac ratione is suam erubescat ob impudentiam, ac peruersitatem.

Cæterùm multò efficaciùs per hæc verba, (*Scito quid feceris*) ea ipsa exprimitur illius populi per-
E uersitas, si eum subsequentibus iungantur, (*Scito quid feceris cursor leuis explicans vias suas.*) Quorum breuis, ac facilis is est sensus, Considera quæ egeris in idolorum obsequium, cùm eā in Idololatriam feceris celeritate, qua leuis cursor velocissimè suas expedire satagit vias, quāta & quæ animantiū celerrima est Caprea, (hanc enim cursoris vocabulo, quod fœminini est generis, designari hîc censuit, qui illud adhibuit Hieronymus in Comment.) Verùm si Hebraicam lectionem, versionemque examinemus Sept. Interpretum difficiliorem quidem hanc reperiemus sen-
F tentiam, alterque & lectionis nostræ subministrabitur sensus. In textu Hebraico duæ sunt quæ expendantur voces, Prima בכרה *bichrah*, cui לקרה *lakah*, leuis. Quam vocem diuersimodè & Hebræi, & qui in suis versionibus illos secuti sunt, hîc reddunt, (*Camelam Dromedariā*) intelligunt Paraphr. Chald. & Rabbi Dauid Kimki: Sic vertère & Pagninus & Regia *Dromedariam leuem*, Rabbi Salomō, (*Camelā fœminā*,) quomodo vertit & Isidorus Clarius (*Camela leuis*,) Vatablus (*Cameleopardali veloci.*) Quæ, &c. scil. similis est. optimè tamen

Marginal notes (right):
7 *Inconsideratione nihil magis homini noxium. Considerationem quàm studeat Deus in hominum animos ingerere.*
f Deut. 32. 29.
Studiis & actionibus eius ob oculos illi positis Deus confudit imprudentē peccatorem. Viarum vocabulo significata studia.
8 *In scelera quanta celeritate currat peccator.*
Hieron. Hebr. lectionis sensus.

tamen eamdem Aquila, Symmachus, & Theodotion vertère δρομεὺς κούφη (*curſor leuis*,)fœminini generis, quos & noſter imitatus eſt Interpres.

5 Quarum omnium verſionum vna quidem eſt ratio, vt in ſimilitudinē hîc afferatur quid, quod velociſſimum ſit, quale profectò ſunt & curſor, & Dromedaria, ſeu Cameleopardalis, & Camela iuuencula, quæ Camelo velocior eſt maſculo. Attamen per Dromedariæ, & Camelæ ſimilitudinem effrænata inſuper eiuſdem populi explicatur idololatriæ libido, cùm prædicta animantia id in natura habeant, vt libidinis impulſu impetu celerrimo, curſu huc, illucve diſcurrant, B & frequenter in gyrum, quòd & hîc pariter indicatur per alteram, quam perpendendam dixi Hebr. vocem.

Siquidem משרכת *meſciarecheh* eſt participium verbi שרך *ſciarach*, cuius nuſquam alibi quid in tota ſcriptura reperitur, præter quàm ab eo deductum nomen שרוך *ſcieroch*, quod corrigiam ſonat, ex quo nomine & prædicti verbi dicti ſignificationem exſpiſcantes Hebræi, eorumque Sectatores diuerſimodè hæc interpretātur, Nam R. Salomon interpretatur, (*Tenens*) arctè videlicet, ſicut corrigia calceum (*vias ſuas*) adoleſcentiæ, ſc. ſuæ Rabbi Dauid, (*Confundens*,) ſeu inſtar eius quæ implicatur corrigiæ, (*implicans* ſeu repetens, aut reiterans vias ſuas) eo modo quo corrigia ſæpius circumuoluitur, cùm ad Suram ligatur tibiale, cui conſonat & verſio Regiæ. Alij in ſignificatu circuitus, vt circumducitur corrigia, & gyrandi, quomodo Vatablus vertens, (*Quæ circumcurſitat vias ſuas.*) Pagninus, (*capiens vias ſuas*,) Iſidorus Clarius, vt & Vulg. (*explicans vias ſuas.*)

Iudæorum effrænata libido in idololatriam.

Quibus omnibus idipſum tandem ſignificatur, ſtudium nimirum ob oculos à Domino proponi effrenatæ eius libidinis, quo inſtar Camelæ, & Dromedariæ iuuenculæ, quæ ob libidinis æſtus concitatiſſimo curſu in gyrum huc, illucve diſcurrat, & ipſe per circuitum à gētibus idola quæritans omnis impatiens moræ ad illa cucurrerit, eiſque ſe & proſtrauerit. Vt quod hîc dicitur, ei ſit ſimile, quòd apertiùs dictum eſt ſupra in verſ. 20. *A ſæculo confregiſti iugum meum*, &c. *In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix*, ſic quod & in noſtra Vulgata dicitur, (*Vide quid feceris, curſor leuis explicans vias ſuas*,) vt meretricis appoſitum adiectū ſit, quæ curſor leuis dicatur, & explicans vias ſuas, eo modo, quo (vt in præcitato loco notaui) à Salomone eadem in lib. Prouerb. deſcribitur

a Prou. 7. 11. meretrix. [a] *Vt quietis impatiens, nec valens domi conſiſtere pedibus ſuis: Nunc foris, nunc in plateis, nūc iuxta angulos inſidians.*

10 *Senſus lectionis Sept.*

Sept. multò aliter hæc in Hebraico textu legiſſe videntur, ac nunc is habet: Siquidem pro בכרה קלה משרכת quod cum punctis ita nunc legitur *bichrah kalah meſarecheh*, id eſt, *curſor*, ſeu *Camela* aut *Dromedaria leuis explicans*, ſeu *gyrans, implicans*, &c. legerunt בערב קלה משרקת *benghereb kolah meſareket*, nō per כ *chaph*, ſed per ק *choph*. Vnde & ſic verterunt ὀψὶ φωνὴ αὐτῆς ὠλόλυξε. (*Ad veſperam vox eius vlulauit.*) Nomen verò vltimo adiectum דרכיה *derachcah* (*vias ſuas*) iunxère cum ſubſequentibus, vt videbimus. Verterunt autem, (*vlulauit*) quod ſecundùm vim, & proprietatem Hebraici verbi שרק *ſciarak*, reddere debuiſſent, (*ſibilauit*,) reſpicientes ad alterum ſimilem locum, quo apud Hoſeā de eodem populo ad Idola precibus confugien-

A te dicitur, [b] *Et non clamauerunt ad me, ſed vlulabant in cubilibus ſuis*, prout animaduertiſſe & Victorem Antiochenum dicitur, in Annotationibus ſuper hoc caput Bibl. Sept. Vaticanæ. Vt quòd hîc à Domino dicitur tale ſit, Noſce quid feceris, quæ dicere audes, Non ſum polluta, nec poſt Idola ambulaui, iis ſacrificans, eaque colens, & deprecans. Tum, mutatā perſonā, de eodem, quaſi cum aliis agens è re ipſa eum conuincit, ex eo, quòd, ad veſperam vocibus ſuis, carminibuſque inconditis etiam intra cubile Idola deprecatus ſit, Vide, ſi quantumcumque id neges, me fallere poteris, qui vel eas audiui voces, quibus in noctis ſecreto quaſi vlulans ad illa clamaſti.

Hoſe. 7. 14.

Victor Antiochenus.

Antequam hanc literæ concludamus expoſitionem id quoque notandum circa hunc verſ. 23. quoad lectionum varietatem, Vatablum vocem, (*In conualle*) non cum præcedentibus, (*Vide vias tuas*,) prout in Vulgata, & communiter iunguntur, ſed cum ſubſequentibus, (*In conualle ſcito quid feceris*,) iungere; Atque adeo Hebraicam lectionem ſic vertère. (*Inſpicie viam tuam in valle, cognoſces quid feceris*,) vt ſenſus ſit, inſpice viā tuam, qua ſcil. ibas in colles ad ſimulachra, veſtigia C tua adhuc apparent in valle ipſa.

Vatablus.

Isid. Clar.

Cæterùm Iſidorus Clarius ſequens communē lectionem, (*Vide vias tuas in conualles*,) hoc eſt, inquit, viam factam planam frequentibus ambulationibus tuis ad loca excelſa Idolis tuis dicata, ſcito quid feceris Camela leuis, &c. vt ſup. Quem ſenſum deſumpſit à Rabbi Dauid.

Verſ. 23.] Quomodo dicis, Non ſum polluta, &c.

D EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *Hypocritis Deus ob oculos ponit praua ipſorū ſtudia.*

FACIVNT hæc in maiorem explicationem proteruiæ, & peruerſitatis eorum, quos mox reprehenſos à Domino vidimus, qui ita per externa illa opera vel frequentationis diuinorū officiorum, & etiam Sacramentorum, vel eleemoſynarum, vel cæterorum ſimilium, ablutos ab omni ſe cenſent ſorde; vt tametſi compluribus infecti ſint ſceleribus, impudentiſſimā nihilominus ſuperbiā dicere audeant, *Non ſumus polluti, poſt Baalim*, & poſt Idola *non ambulauimus*. Nō E ſumus grauiſſimorum talium, & talium ſcelerum obnoxij: non animaduertentes, quantis in iis ipſis iuſtitiæ operibus quibus glorientur defœdati ſint criminibus; quanta & colant Idola circa ea, quæ prauè diligunt, quantiſve fœdiſſima ſeruitute obtemperent Dominis.

Ei omnino ſimiles Euangelico Phariſæo, qui dicebat. *Non ſum ſicut cæteri hominum raptores*, &c. *velut etiam hic Publicanus*: [c] *Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ poſſideo*. Eique & mulieri fornicariæ, de qua Salomon [d] Prouerbiorum 30. F 20. *Talis eſt ait, & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum*, cùm tamen habitu ipſo ſuo necnon & ructu & comediſſe, & quid comederit vel inuita manifeſtet. Quibus rectiſſimè ab eodem Domino dicitur. (*Vide vias tuas in conualle.*) Hoc enim vno potiſſimùm infelices indigent, vt vel tantillo Dei donentur lumine, vtque per ſedulam conſiderationem proprias attendant, quas inſtar cæcorum peragrant vias, vtpote quos Salomon [e] iure optimo aſſerit ambulantes vias tenebroſas: In quibus

c Luc. 18. 11.

d Prou. 30. 20.

Impiorū viæ quales.

d Prou. 2. 13.

bus iugiter cùm corruant in grauissimos criminum lapsus, præ densis tamen ignorantiæ tenebris,& vbi corruant, atque qua in re deliquerint nesciunt, teste eodem Salomone, cùm ait,[a] *Via impiorum tenebrosa,nesciunt vbi corruant.*

a Prou.4.19.

12 (*Scito quid feceris, cursor leuis explicans vias suas.*) Modicis verbis ob oculos prædictorum iniquorum perpendendum proponit,qua ratione sceleribus polluti sint, quæue illorum sint maxima;eo enim quod primo leui cursori eos asserit similes, ingentem eis obiicit promptitudinem ad mala patranda, vt pote quibus id sapientis congruat,[b] *Pedes eorum ad malum currunt, & festinant,vt effundant sanguinem.*

Peccãt quàm promptè & proteruè impij.

b Prou.1,16.

Eo autem, quod secundò non tam ait. *Expediens*, seu *percurrens,sed explicans vias suas*: proteruiam eis considerandam, proponit illam ipsam, quam in præcedenti vers.11.iuxta ea,quæ vltimo loco à nobis dicta fuêre, prosecutus est, vt pote qua vias, studia, & scelera sua ne dum minimè occultant,sed & in ipsis gloriantes ea vel factis ipsis explicant, & quasi proclamant, prout per Isaiam [c] 3. 9. dicitur, Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.

c Isai.3.9.

Iuxta lectionem autem Hebraicam duo insuper alia eisdem obiicit,Nam dum primò ait,(*Scito quid feceris Camela,leuis*, eorum miseram ipsis proponit seruitutem, quæ dum instar velocissimæ Camelæ currunt ad malum, oneribus simul portandis instar eiusdem Camelæ inclinati deseruiunt:quod Regius Propheta sibi contigisse aiebat, [d] *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum,& sicut onus graue grauatæ sunt super me.*Dum autem adiicit,(*Implicans*,seu *girans*, aut *confundens vias suas*,)peruersitatem eis obiicit studiorum,de quibus sapiens,[e] *Quorum viæ*,inquit, *peruersæ sunt & infames gressus eorum*: infames sanè, quia instar infamis Diaboli [f] *in circuitu impij ambulant*:semper gyrantes ex vno in aliud scelus: arreptaque obstinatissimè tenentes in malum itinera,prout alij legunt,*Tenens vias suas.*

Peccator ad malũ currens est instar Camelę.

d Psal. 37.5.

e Prou.2.15.

f Psal. 11.9.

13 Est autem sententia ista digna, cuius singula expendamus verba. Quod enim primum habet, (*Quomodo dicis*,) meritò adhibitũ est,cùm ad eam sermo sit animam, quæ vitam extrinsecus profitetur spiritualem. Cùm enim Sacramentorũ frequentatione id se in ore habere testetur,quod in Psalmo legimus,[g] *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino*:Meritò & Deum, & quoscumque in talem excitat admirationẽ, vt ipsammet de modo interrogent, quo in id est superbiæ deuenerit,& insaniæ,vt è suo progredi sinat ore, quòd in sua viuendi ratione nil reperiatur maculæ, nilue polluti. Sanè enim id Dei filio dicere iure optimo licuit,[h] *Quis ex vobis arguet me de peccato?* in quo humana natura propter hypostaticam vnionem omnino extitit impeccabilis. Tu (*quomodo dicis,Non sum polluta?*) Declara temetipsum,quomodo id dicis: Vel quia reuera nullius tibi conscia es peccati: Vel quia à peccatis te pro viribus abstinens opera bona perficis,ita vt nihil contrahere tibi videaris pollutionis, vel si quid contractum sit, id omne per illa tollatur. Si primo id intelligis modo.

Spiritualem animã dicere quòd sit impolluta quàm meritò causet admirationem & hominibus & quodammodo Deo.

g Psal. 31.5.

h Ioan.8.46.

Christo soli dicere simpliciter licuit, Non sum pollutus.

14 Audi dilectum Christi discipulum, [i] *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.* Quid est,*ipsi nos seducimus*?in hoc ipso peccamus, quòd tale quid nedum opinari, sed & asserere audemus : ita vt de huiuscemodi anima affirmare id liceat, quod ad aliud propositum de Oratore quodam dixit Plinius Iunior epistolâ ad Lupercum, lib. 9. *Nihil peccat,nisi quod nihil peccat.*[k] *Nihil mihi conscius sum*, dicebat Apostolus Paulus, qui de sua è cælis certior factus fuerat salute : & nihilominus verissimè illicò subiecit;*Sed non in hoc iustificatus sum*,Ac si dixerit haud tamen ausim dicere, *Non sum pollutus*,[l] *Dixisti in auribus meis*, dicitur in libro Iob, *& vocem verborum tuorum audiui:Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me*: paulóque post meritò subditur, [m] *Hoc est, in quo non es iustificatus:respõdebo tibi:quia maior sit Deus homine.*

Dicens se omnino sine peccato esse, eo ipso quòd dicit peccat.

i 1.Ioan.1.8.

Plinius.

k 1.Cor.4.4.

l Iob.33.8.

m Iob.33.12.

Quid ad hominis immunditiam,& ad non esse iustificatum, hoc quòd Deus sit maior homine? solui quidem id posset per id quod Vates Regius ad Deum ipsum ait,[n] *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Quodque in ipso libro Iob legimus,[o] *Numquid iustificari potest homo comparatus Deo,aut apparere mundus natus de muliere?*Subtiliùs tamen dixerimus, propterea assertum, in eo non esse iustificatum eum qui se dixit non pollutum,ac mundum,quia Deus sit maior homine: vt significetur, in eo ipso illum talem fœdissimè delinquere, quòd non pollutum se affirmat, in quo maximam cum Deo inire se protestatur cõtentionem. Quomodo apud ingenuos euenire animaduertimus,quando eorum quempiam mẽdacij quis infimæ præsertim conditionis arguit, &,vt Italicè dicimus,*gli de vna mentita.* Quòd autem ita sit manifestè B.confirmat Ioannes,[p] *Si dixerimus*, inquiens, *quoniam non peccauimus mendacem facimus Deum, & verbum eius non est in nobis.* Quid est, *Et verbum eius non est in nobis*?idipsum sanè, quod paulò superiùs eadem de re agens dixerat,*Et veritas in nobis non est.*Quo loco veritatis vocabulum non solum positum crediderim, vt mendacio oppositum, ac si dicatur, mentimur: Sed & multò magis,vt iustitiam, & veram designat munditiem,ac si dicatur,& in eo ipso quod asserimus, delinquimus,pollutosq; nos esse exhibemus, eo sensu quo in Psalmo dicitur, [q] *Omnis homo mendax.* Vnde apparet animam, quæ dicat, (*Non sum polluta*,) in sensu quem nunc prosequimur,& ipsam mentiri, cùm actu,dictoque eo sit polluta:& mendacij Deum, qui in infinitum illâ est maior,arguere; Dicente ipso vt summa veritate & per Sapientis os.[r] *Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato?* & sub veprium metaphora per semet apud Isaiam. [f] *Super humum populi mei spina,& vepres ascendent: quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis?* Quæ B. Gregorius Papa lib.17.Moralium cap.10. his exponit:*Humum populi sui Dominus electorum omnium mentem vocat, super quam spinas ascendere perhibet, quia nec ipsam quoque esse absque punctione vitiorum videt.Domus autem gaudij, &c. Est mens prauorum, qua dum ventura supplicia conspicere negligit in carnis voluptate se deserens inaniter hilarescit. Vnde sic loqui videtur Dominus. Si & sanctorum mentes vitia deprimũt,quibus culpis substracti sunt, qui sine vlla formidine se in carnis voluptate derelinquunt? Quid,&c.* 15

n Psal.142.2.

Sine peccato se asserẽs in eo ipso maximè peccat, quia grauissimam cum Deo init contẽtionem, mendacij illum arguẽs.

o Iob 25.4.

p 1.Ioã.1.10.

q Psa.115.2.

r Prou.20.9.

Hominũ nemo se dicere potest sine peccato.

f Isai.32.13.

Greg.PP.

Sine peccato se esse nec iusti dicere possunt, multoque minus reprobi.

Ex quibus omnibus apparet ad interrogationẽ, (*Quomodo dicis,Non sum polluta?*)animam nec posse respondere,quod primò proponebamus, quia non sit vlli obnoxia peccato:& si id dixerit,meritò acriter iis obiurgari verbis. (*Quomodo*, &c.) Sicut & pariter obiurgatur, si quam secundo loco proposuimus, respondeat dicti sui rationem, quòd ob id se non pollutam dicat, quia si quam aliquando peccati contraxerit maculam, bonis suis eam omnem abstergat operibus, quibus 16

Sibi peccato ſe aſſerēs propter bona ſua duntaxat opera mortificationis, &c. mendax eſt, peccatque, mendacē faciens Deum.
a Iſai.64. 6.
Opera noſtra bona imperfecta.
b Luc.17.10.
Plato.
Decipi à ſe ipſo difficillimum curatu.

bus impollutam agere ſatagit vitam, in eleemoſynis, in ieiuniis, aliiſque carnis mortificationibus, in orationum frequentia, Eccleſiarumque frequentatione, ac ſimilibus. Nam & in hoc ipſa ſe ſeducit, veritaſque in ipſa non eſt: cùm per Iſaiam Prophetam ſcriptum ſit,[a] *Et facti ſumus vt immundus omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitia noſtra.*

Neque id in ea eſt Dei verbum, quod in Euãgelio & ad ſanctiſſimos habitum eſt Apoſtolos:[b] *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis dicite: Serui inutiles ſumus. Ipſum ſeſe falli à ſe ipſo*, ait Plato in Cratylo, *res eſt omnium peſſima. Cùm enim impoſtor ipſe ne minimum quidem diſcedat, ſed ſemper adſit, quo pacto non graue foret?*

17
Spiritaliū ſſictorum mos quando arguuntur, aſſeuerantium ſe nō committere quæ ſunt grauiſſima ſcelera.

Et vide amabò quomodo adhuc nihilominus ea, quam Dominus hîc alloquitur, & arguit, ſemet ſeducit anima, ſpiritalem ſeſe mentiens. Duabus prææallatis omiſſis reſpondendi rationibus, ad id quod ei Dominus ait, (*Quomodo dicis non ſum polluta?*) rationem affert tertiam, Quæ & ſolet eſſe talium perſonarum cõmunior; vt cùm earum quampiam reprehendere tentes, quod factis, atque in agendi rationi ſuæ non reſpondeat profeſſioni vitæ ſpiritualis, grauiſſima illico obiiciunt crimina, quorum ſe immunes ſignificantes, illicò & non pollutos, ac planè ſanctos probatos ſe arbitrantur, dicunt enim, Quid? homines occido? non ſum ſicarius, non ſum adulter, non ſum blaſphemus. Quaſi verò non ſit ingens blaſphemia parui facere & leuia peccata. *Nemo dicat in corde ſuo*, inquit Bernardus ſerm. 1. in Cõuerſione ſancti Pauli, circa medium, *Leuia ſunt iſta peccata, non curo corrigere, non eſt magnum, ſi in his maneam venialibus, minimiſque peccatis. Hæc eſt enim impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum blaſphemia irremiſſibilis.*

Peccata leuia parui facere eſt blaſphemia maxima.
Bernardus.

18 (*Poſt Baalim non ambulaui,*) inquit, Sed & ad hanc ipſam iteranda eſt interrogatio. (*Quomodo dicis.*) Quomodo & hoc dicis, (*poſt Baalim non ambulaui?*) quidnam per hoc ſibi velit: ſi enim nomine Baalim idola intelligat, præter ea quæ mox de vitiorum idolis in hac morali diximus expoſitione, Arguenda quomodo id audeat affirmare, quæ, cum regularem profiteatur humilitatem, nihilominus propter ambitionem ſemper lateribus hæret Prælati, illum vt idolum venerãs, poſt quæ illum ambulans, illius ab ore pendens, illique in omnibus aſſentans. Et, ſi regularis non ſit, quidnam illud eſt, quod in Principum ea facit aulis, vt eorum ineat gratiam, niſi poſt idola ambulare, idola colere, à quibus bona ſibi expectet?

Religioſi ſpirituales falſo poſt idola ambulant cum propter ambitionem nimij ſunt in aſſectandis Prælatis.

Spirituales falſi idola ſectantur cum nimij ſunt in Principū aulis.

19
Spiritales falſi mendaciter proteſtari ſolent, ſe vnius Dei ſoli indulgere obſequio.

Si nomine ipſo (*Baalim*) dominos ſimpliciter intelligat, dicenſque, (*Poſt Baalim non ambulaui.*) ſignificare voluerit, ſe præter Deum, nullum alium agnoſcere dominum, nullique alij ſeruiſſe, phraſi quæ explicata eſt in litera. Quòd certè frequenter iſtiuſmodi ſimulatis verbis proferre cõſueuère ſpirituales, ore quidem proteſtantes totum ipſorum ſtudium in id collatum, vt vni Deo inſeruiant, vtque vnius illius ſint, cuius frequentant Sacramenta, cuius & obſequiis gnauiter dant operam. Audiant, audiant iſti quid Sanctus dicat Ambroſius ſerm. 12. in Pſal. 118. in id eiuſdem Pſalmi,[c] *Tuus ſum ego. Facilis, inquit vox, & communis videtur, ſed paucorum eſt. Satis mirus eſt enim, qui poteſt dicere Deo: Tuus ſum. Ille enim dicit, qui adhæret Deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare non nouit.* Et poſt aliqua. *Apoſtolorum itaque vox iſta eſt, nec omnium tamen Apoſtolorum; Nam & Iudas*

Seruum Dei quis verè ſe ſperat dicere.
c Pſ.118. 94.
Ambroſius.

A *Apoſtolus fuit, & in conuiuio Chriſti inter Apoſtolos recumbebat; Dicebat & ipſe, Tuus ſum, ſed voce, non corde.* [d] *Venit & introiuit in eum Sathanas, & cœpit dicere: Non eſt tuus Ieſu, ſed meus eſt. Denique ea quæ mea ſunt, cogitat: quæ mea ſunt in pectore ſuo voluit: tecum epulatur, & mecum paſcitur: à te panem accipit, à me pecuniam: tecum bibit, & mihi tuum ſanguinem vendit: tuus eſt Apoſtolus, & meus mercenarius.* Et poſt multa digna quæ ibi apud Ambroſium ipſum legas, addit: *Veniunt omnia vitia, & ſingula dicunt, Meus es. Quem tanti competunt, quàm vile mancipium eſt? Quomodo ergo tu qui huiuſ-*
B *modi es, potes Chriſto dicere Tuus ſum? Reſpondebit tibi ille.* [e] *Non quicumque dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Non quicumque dicit mihi. Tuus ſum, meus eſt. Meus planè es, ſi vocem non redarguat conſcientia: ſi ſermonem tuum animus, aut opera non refutent. Ego non nego meum eſſe eum, qui ipſe ſe non neget, aut certè ſi pro me ſe ipſum ſibi abneget. Nolo habere ſeruulum plurimis dominis ſeruientem. Nã quomodo meus eſt, ſi mihi dicat verbo, Tuus ſum, & operibus neget, & factis ſe Diabolo adiudicet, & obſtringat? Non eſt meus, quem libido ſuccendit, quia mea eſt caſtitas. Non eſt meus quem cura ſpoliandi mi-*
C *nores exagitat, quia mea largitio eſt. Non eſt meus quẽ aura mobilitatis inquietat, quia mea tranquillitas eſt. Non eſt meus vini crapulâ temulentus, illuuie ambitionis impurus, gloriæ ſæcularis cupidus, ebrius in periculum, qui nõ poteſt obria moderationis ſeruare veſtigium, Pax ſum ego, litigare non noui*, &c.

d Ioa.13.27.
Iudam Diabolus ſibi vindicauit vt ex Chriſti Apoſtolo, & commẽſali in ſua communione ſeruus eius eſſet.
Peccatorē ſibi vt ſeruū vēdicant vitia.
e Matt.7.21.
Seruum Dei haud verè ſe aſſerit, quem criminis arguit conſciẽtia.

(*Vide vias tuas in conualle.*) *Omnium maximum quoddam malum in multorum hominum animis eſt innatum*, dicit Plato lib. 5. de Legibus, *Cuius quidem cùm facilè ſibi ignoſcant, remedium nullum excogitant. Eſt autem hoc, quod dicere ſolent, quòd naturæ ſibi quiſque amicus eſt, rectèque eſt ita id ſe habere. Sed*
D *reuera nimius in ſe ipſum amor omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſa. Obcæcatur enim circa obcæcatum qui amat.* Hoc malum peccatumque maximum obiicit hoc loco Dominus fictæ illi ſpirituali animæ, quæ ſe non pollutam aſſerit, totamque Dei & Chriſti Ieſu, cuius vnius deditam ſe profitetur obſequiis. Peſſimam hanc hortatur eamdẽ amoris proprij vt deuitet obcæcationem dicens, (*Vide vias tuas.*) Da operam, vt tua plenè cognoſcas agendi ſtudia in conualle interioris cordis tui: Intelliges enim, quàm nefandè ibi ea ipſa quæ magno cum labore, & quaſi cum partus do-
E loribus inſtar filiorum proferre in Dei obuiteris obſequium, idolo immoles Baal, quod dominiũ ſonat, Diabolo nempe, ac ſpiritui ambitionis, peſſimæque animi elationis, & profundiſſimæ inanis gloriæ. Dato enim quòd ſuper colles, & in amœnis Lucis poſt Baalim non ambulaueris, manifeſta quædam non admittens ſcelera grauiora: neque turpiter deliciis addicta ſis ſæculi, libidinis vbique malè olentibus defœdata actibus; in conualle tamen, & iſta tua depreſſiori, quam profiteris, vita ſpiritali, ſunt peſſimæ quas rectè perpendas vitiorum vias tuas, haud certè
F ita omnibus patentes, ſed maioris fortaſſe periculi; viam inquam intimæ ſuper cæteros ſocios opinionis de temet in ſpiritalibus ipſis exercitiis: iuge quod exinde deriuat ſtudium in prauè de aliis iudicandis: inteſtina, & immedicabilia in fratres ſub ſpecie boni odia: inconditos erga delinquentes clamores: ſubitos in fraterna conuerſatione iracundiæ motus: oblocutiones in proximi famam, artificioſè zeli, charitatiſque colore perſonatas: proprium in omnibus quærere commodum, & quod dicunt intereſſe, & ſimilia

20
Plato.
Amor proprius eſt malū maximū, difficillimum curatu, obcæcanſque eſt cauſa malorum omniū.
Spirituali falſo id in primis enitendū, vt amoris proprij, quod eſt peccatū maximum, deuitet obcæcationem.
Spiritualis falſus quomodo in intima cordis ſui conualle ſuos idolo Baal immolet filios prauam in operibus ſuis intentionem.
In vita ſpirituali quomodo falſi ſpiritales quidam & ſi in collibus non adorant idola, plurimis tamen viis ad idololatriam tendunt in conualle.

a Eccl. 4. 31.

21

Spiritualis falsus imperfectiones suas celans, impollutumque se asserens, subiicit se omni homini, efficiens vt omnes exactissimè illius obseruent vitã, atque defectus.

similia innumera. [a] *Non confundaris confiteri peccata tua*, dicitur in libro Ecclesiastici, *Et ne subiicias te omni homini pro peccato.* Quod certè ad rem nostrã perbellè facere crediderim. Qui enim videt vias suas in valle, (vt mox explicatu est,) haud sanè confunditur cõfiteri peccata sua corã omnibus, atque ex corde inutilem se Dei fateri seruũ. Vnde fit, vt nullus sit, qui eius in conuersatione obseruet agendi rationem, vt eum incuset; quin potiùs si quid in eo inspexerint imperfectionis, vel occulere, vel minuere id satagunt, illius miserentes. Quò contra ei qui nec viderit sua, quæ in dies admittit in spirituali itinere, B adeoque nec confiteri velit peccata, impollutum se asserens, pro certo habendum, pro quolibet vel minimo peccato ipsius omni se subiectum homini: vniuersis in singula eius exactissimè cõiectos habentibus oculos, in habitum, in incessum, in gestus, in loquelam, & in actus quoscumque; vt illico ac quid viderint in eis, quod saltem apparenter malum sit, vel de ipsis obloquantur, eis illudentes, vel ad improperium id eis obiiciant. Sicut se gessisse in Christi discipulos in Euangelio [b] Pharisæos legimus, vel cùm præ esurie vellentibus illis spicas in Sabbato, & C manducantibus, dicitur. *Pharisæi autem videntes dixerunt ei*, scil. Christo: *Ecce Discipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbatis.* Siue cùm aliàs Pharisæi iidem accesserunt item ad Iesum, & dixerunt, [c] *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cùm panem manducant.*

b Mat. 12. 1.

c Matt. 15. 1.

22

Spiritualis falsus si passionibus excæcatus videre nequeat imperfectiones, audiat saltem, easque percipiat, cũ de illis monetur ab aliis. Basilius.

Monitus audire optimũ spiritus signum.

(*Scito quid feceris.*) Bene hoc præcedentibus adiectum, fieri enim posset, & vtinam non contingeret quotidie, vt earum, ad quas sermo hîc est, aliqua fictè spiritualis anima, adeo propriis esset obtenebrata passionibus, vt quomodo ei di- D cebatur, Videre nequiret reuera vias suas in conualle, sciat saltem quæ sic obcæcata est, & intelligat, cùm ei ab alio proponitur, quid ab ipsa patratum sit mali, sciat illud omne, saltemque in sua id fateatur conscientia, cùm de malo quopiam monetur ab aliis. Præclarè Basilius Magnus in initio Homil. ad adolescentes quomodo ex gentilium doctrinis proficiant. *Si hæc mea*, inquit, *dicta prompti receperitis, in secundo ordine eorum, quos Hesiodus laudat, eritis: Sin minus, ego quidem nihil molestum dicam, vos autem ipsi carminum reminiscamini, quæ ille conscripsit.* E

Optimus ille quidem, qui per sese omnia nouit:
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.
At qui nec sapit ipse, neque audierit sapientem,
Vtilis hic nulla est omnino in parte putandus.

23

Spiritualis falsus velocissimus ad facienda quæ propria sint voluntatis, cũ omni studio subterfugere satagat, ea subire quæ contra eamdem voluntatem facienda iusserit obedientia.

(*Cursor leuis explicans*,) Mirabili sanè ratione in hoc præsentis sententiæ membro reddendo variarunt interpretes, vt quod superest, totum innuatur fictæ animæ spiritualis: nostra enim Vulgatæ hac lectione significatur, quantâ celeritate absque vlla oneris molestia ea vel grauissimarum mortificationum facit, quæ propriæ sint voluntatis; & quomodo ea in re suam agendi F rationem extra omne explicet impedimentum, cùm è contra, iuxta versiones ex Hebræo, tunc quando contra propriam voluntatem quid agere cogitur, leuis quidem ad gyrandum sit, & ad confundendas, implicandasque vias quas terere debeat, (*Camela leuis confundens, seu implicans, aut gyrans vias suas,*) afferens nouas semper excusationes, nouaque inuenta Camelam se repræsentans extrinsecus, quæ oneri se velit subiicere: at tunc demum quando vel coacta impositum as- A sumpsit onus, (*vlulat*,) vt legunt Sept. *vox eius vsque ad vesperam*,) iugi nimirum murmuratione.

VVLGATÆ.

Vers. 22.] Si laueris te nitro, &c. maculata es, &c.

Vers. 23.] Quomodo dicis, Non sum polluta? &c.

B

SEPTVAGINTA.

22. *Ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ λέγει Κύριος.*

23. *Πῶς ἐρεῖς, οὐκ ἐμιάνθην, καὶ ὀπίσω τῆς Βααλ οὐκ ἐπορεύθην; ἰδὲ τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρείῳ, καὶ γνῶθι, τί ἐποίησας.*

Vers. 22.] Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi herbam, maculata es in C tuis iniquitatibus coram me, dicit Dominus.

Vers. 23.] Quomodo dices, non sum polluta, & post Baal non ambulaui? Vide vias tuas in sepulchro multitudinis, & nosce, quid feceris.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

D PARAPHRASIS Chaldaica. *Quoniam si putatis mundari à peccatis vestris, sicut mundat nitro, & dealbant sapone, ecce quasi nota macula, quæ non est munda, sic multiplicata sunt peccata tua coram me, dicit Dominus Deus.*

Vers. 23.

Quomodo dicis, Non sum polluta, & post Idola populorum non ambulaui? leua oculos tuos super vias tuas, & vide, quando habitabas in valle contra Beelphegor, scito quid feceris, similis fuisti Camelæ iuuenculæ velocissimæ quæ deprauat vias suas.

Origenes.

(*Si laueris te nitro*, &c.) Origenes Homil. 13. E Ieremiam, vbi hunc locum pertractat, per nitrum, & herbam hîc significari censet verbum Dei, de quo Apostolus, [d] *Viuus est sermo Dei, & penetrabilior*, &c. *Pro passionibus*, inquit, *animæ remedia habet Dei verbum, est in eo nitrum, est & herba, quibus sordes abluantur. Neque verò omne peccatum hoc nitro, & herba potest emundari: Sed sunt aliqua delicta, quæ non indigeant facili curatione, nec ad nitrum tantùm & herbam abluta discedant. Sic nunc dicitur, (Si laueris te nitro &c.) Et quomodo sunt quædam vulnera, quæ malagmatibus & oleo, & alligaturis redduntur pristinæ sanitati: alia verò sunt istiusmodi, de* F *quibus dicatur:* [e] *Nõ est malagma imponere, neque oleũ, neque alligaturas, sed terra vestra deserta, ciuitates vestræ exustæ igne, sic sunt quædam peccata, quæ animam sordidant, & indigent homine, qui habeat herbam, nitrique sermonem: alia verò talia sunt, vt non possint supradicti verbi virtute curari. Idcirco sciens differentias peccatorum per Isaiam Dominus dicit,* [f] *Lauabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, emundabit de medio eorum spiritu iudicij, & spiritu combustionis sordes, & sanguinem, sordes spiritu iudicij, sanguinem spiritu combustionis, & pœnæ:* [g] *forsitan & Iesus bapti-*

d Hebr. 4. 12.

Verbi Dei monitis curari aliqua peccata, cum grauiora igne curentur combustionis, & pœnæ.

e Isai. 1. 6.

f Isai. 4. 4.

Intellige hæc de igne Purgatorij. Vel de igne metaphorico maximorum flagellorum acrisque mortificationis, & pœnitentiæ.

g Mat. 3. 11.

zat

zat Spiritu sancto & igne, non quia eorumdem in Spiritu sancto, & igne baptizet: sed quo sanctus baptizetur Spiritu sancto, & is, qui post fidem & magistrum Dei rursus ad scelera conuersus est cruciatu purgetur incendij.

2 Hieron. *Sermo exhortatorius est nitrum, & herba Borith.* Hieronymus in Comment. Pro mystico eumdem, quem Origenes affert sensum. *Ecclesiasticus* enim ait sermo, *qui arguit, & increpat, & corripit delinquentes mordacioris nitri habet similitudinem. Qui verò leui peccatorum sorde maculatus est, leuioribus purgatur monitis. Porrò peccata grauia, quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herbâ Borith dilui possunt, sed grauioribus tormentis indigent: Vniuscuiusque*[a] *enim opus quale sit ignis probabit, & in igne reuelabitur.* (a 1. Cor. 3. 13.) Pro sensu autem literæ notat, *Sept. pro herba Borith vertisse ποὰν ut significarent herbam fullonum, quæ iuxta ritum Palestinæ in virentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eamdem vim habet, quam & nitrum.* Tum subdit, *Nitrum autem nostrum, & herba fullonis pœnitentia est.* (*Pœnitētia est nostrum nitrum, & herba Borith.*) (*Maculata es*, &c.) *Etiamsi hominibus munda videaris, mihi munda non es, qui noui conscientias singulorum.*

3 Io. Chrys. *Ad pœnitentiā nos Deus excitat.* Ioannes Chrisostomus Homil. 14. in Epistolam ad Rom. in Morali. (*Si te nitro laueris, & agglomeratâ herbâ lanariâ te absterseris, nihilominus iniquitate coram me maculata es:*) *Non id dicit Dominus, vt illam in desperationem agat, sed vt ad pœnitentiam excitet.*

Theodorit. *Pœnitentiā lauātur peccata.* Theodoritus in Comment. *Per hæc tropicè docet, quæ secundùm legem sunt asperiora non procurare liberationem à peccatis: sed sinceram pœnitentiam, & auersionem à nequitia.* Pro (*Maculata es*) legit Theodoritus in versione Latina (volutata es in iniquitatibus tuis.)

D. Thom. *Excusationibus minimè purgāda peccata.* D. Thomas in Comment. (*Si laueris te nitro*) *quod calore Solis condensatum sicut sal, sordes lauat, & est modus loquendi, quasi dicat, Tota aqua fluminis non faceret te mundam: id est nulla est tibi excusatio, vel purgatio Prouerb. 30. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.*

Vers. 23.

4 Hieronym. (*Quomodo dicis, Non sum polluta?* &c.) Hieronymus in Comment. *frustra*, inquit, *non vis confiteri* A *scelera tua, & iactas munditiem, quæ idololatriæ polluta es sordibus, & impudenter negas, te coluisse idolū, Baalim. Respice conuallem filij*[b] *Ennon, quæ Siloë fontibus irrigatur, & ibi decernes Delubrum Baal, quem relicto Deo venerata es.* (*Peccatoris negantis sua crimina arguitur impudentiā.* b Iere. 7. 31.) *Quodque additur, (Et scito quid feceris,) clausos oculos aperit denegantis, vt cernat, quod erubescit aspicere. Iuxta tropologiam, impudentiam frontis eorum, qui nolunt sua vitia confiteri, operibus arguamus. Huiuscemodi enim homines non ambulant*[c] *in arcta, & angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in lata & spaciosa, per quam ingrediuntur plurimi, quæ ducit ad mortem, Vnde & significanter Sept. vertère pro (conualle) πολυάνδριον poliandrion, quod* B *sermone nostro dici potest sepulchrum multitudinis. Siue iuxta historiam, quod ibi interfecta, & perdita sit idololatriæ malo populi multitudo.* (c Matth. 7. 13.)

Quomodo inquit (Caprea leuis,) quam nos genere communi (cursorem) diximus, significatiusque Aqu. Symmach. & Theodosio vertère δρομεὺς κοῦφο (explicat vias suas) & velox fertur ad pabula.

Theodorit. Theodoritus in Comment. *Impudentiam ipsius reprehendit, (Quomodo dicis, &c.) Mox quàm manifesta sit eius impietas ostendit, (Vide vias tuas, &c.) πολυάνδριον poliandrion*, id est sepulchrum vocat locum monumentorum, in quo filios, & filias idolis concremabant.

5 Bonauent. *Carnis nostræ miseriarum consideratio maximè nobis proficua.* C Bonauentura serm. 1. de sancto Thoma Apostolo, (*Considera vias tuas in conualle, & scito quid feceris.*) *Conuallis, ad quam omnis infectio fluit, est caro hominis. Ergo in hac valle stercora, & omnibus malis, & infectionibus plena vias tuas considera, & eas effugere labora. Nonne formicæ, & apiculæ fugiunt loca fœtida?*

Hieronym. Quod vltimo loco pro, (Cursor leuis, &c.) Sept. verterunt, (*Ad vesperam vlulabat voce suâ,*) ita explicat Hieronymus. *Meretrix Ierusalem iuxta illam mulierem, quæ in Prouerbiis*[d] *describitur, vespere amatores ad libidinem prouocabat.* (d Prou. 7. *Contra pœnitentiā prorogatam ad tēpus mortis.*)

Theodorit. Theodoritus verò. (*Ad vesperam*, inquit, posuit pro tardè.[e] *Post sacram anchoram ait sentire cœpit dolorem iniquitatis tuæ. Illud etiam posthac dicit Propheta, ostendens decem tribus lugere, ac dicere, Post captiuitatem me pœnituit.* (e Ierem. 3. *Carnis via deuitanda.*)

CATENA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ἵνα μὴ φυσικὴν εἶναι νομίσῃς τὴν κεκηλιδῶσθαι ἐν ἀδικίαις σου. καὶ μὴν, καὶ εἰ ἐπίκλητός ἐστι, καὶ ἐπιγέγονε, καὶ ἐξ ἀδικιῶν ἐστι δυνατὸν ἀποτρίψασθαι, καὶ γὰρ δυνατὸν, εἰ γὰρ μὴ δυνατὸν οὐκ ἂν εἶπεν. τί σοι καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου. πῶς οὖν λέγει, ἐὰν πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν κεκηλίδωσαι. ὥσπερ λέγει, εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ εἰς ἀδύνατον καθίστησι τὸ πρᾶγμα. καὶ τοιαῦτα ὑποδείγματα οὐ τοῦτο βούλονται, ἀλλὰ θυμοῦ τὰ ῥήματα.

* Τοῦ αὐτοῦ.] οὐ τοῦτό φησιν ὅτι ἐὰν μετανοήσῃς, οὐ δέχομαί σε, ἀλλ᾽ ὅτι ἡ δι᾽ ὕδατος κάθαρσις οὐδὲν ὠφελεῖ, ἐπειδὴ ἐδόκουν καὶ οὕτω καθαίρεσθαι. ἐκ μεταφορᾶς ἔλαβε τῶν δυσεκπλύτων ἐρίων.

D Vers. 22. 6 Chrysost. *Peccati macula non est naturalis.* SI *laueris te nitro*, &c.) Chrysostomi.] *Deinde ne naturalem putes esse maculam, infert, (maculata es in iniquitatibus tuis.) Atqui si comparata est, & aduentitia ex iniustitiis, fieri potest, vt detergatur: fieri namque potest, si enim non posset non dixisset, (Quid tibi & viæ Aegypti) Quomodo igitur inquit, si multiplicaueris tibi herbam, maculata es? sicut dicit,*[a] *Si mutabit Aethyops cutem suam & Pardalis varietates suas. Nec ibi id fieri non posse significat, & similia exempla hoc sibi volunt, sed iræ sunt verba.* (*Peccati macula & si difficilè, ablui tamē potest.* a Ier. 13. 23.)

E Chrysost. *Peccati macula ablui nequit externis lustrationibus, & ablutionibus.* * Eiusdem.] *Non hoc ait, quòd si te pœniteat non te suscipio, sed quòd facta per aquam lustratio nihil prodest, quo etiā modo sibi purgari videbantur, metaphorâ ductâ à lanis, quæ facilè lauari non possunt,*

ὀρίων. ἢ τῶν ἐπικεχρωσμένων σωμάτων, ὑπό τινος διαχυθείσης χολῆς, ἢ τινος τοιούτου. τὸ μὲν γὰρ νίτρον, καὶ ἣν καλεῖ πόαν, τὸν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος ἀποπλυνώειν ῥύπον οἶδεν. ἐπικεχρωσμένον μέντοι σῶμα, καὶ οἱονεὶ βεβαμμένον οὐκ ἰᾶται. βούλεται γοῦν εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν σμηγμάτων δυνῇ τῶν ἁμαρτημάτων λαβεῖν τὴν ἄφεσιν. γνησίας γὰρ τῆς περὶ τὸ καλὸν διαθέσεως δεῖ, καὶ τέλεον ἀποστραφῆναι τὸ κακόν. ἵνα οὖν εἴπῃ, οὐκ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἐν τῇ γῇ, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ θυσίας ἐπιτελεῖν, ἢ ἐν τῷ ναῷ εἰσιέναι, ἢ Σάββατον τηρεῖν, ἢ τι τοιοῦτον λαμβάνεις τὴν ἄφεσιν. ἀλλ' ἀρετὴν μετελθών, καὶ ἔργων ἐπιδειξάμενος κατόρθωσιν. πόαν δὲ λέγει, ὃ κατὰ τὴν Σύρων φωνήν, Ἀλάαν καλοῦσι. κατὰ δὲ τὴν Ἑβραίων, Βορὴθ. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων φωνήν, Δορύκνιον ὀνομάζουσι. τὸ οὖν κεκηλίδωσαι, οἱονεὶ βεβαμμένη εἶ τῇ κακίᾳ. καὶ τῇ περὶ τὴν ἀσέβειαν ἐπιμελείᾳ.

[Πῶς ἐρεῖς οὐκ ἐμιάνθην;]

C Τοῦ αὐτοῦ.] τί βούλει πάλιν; οὐκ ὠργίσθης; οὐκ ἀπέρριψας; οὐκ εἶπας ὅτι κεκηλίδωσαι; τί πάλιν ἐλέγχεις; ὁρᾷς ἐραστοῦ ἠδικημένου ῥήματα. πῶς οὐκ ἐμιάνθην; τὸ μέγιστον ἁμάρτημα ἐπὶ τῶν ἔργων παραβαίνοντες, ἐπὶ τῶν λόγων ἀρνεῖσθε.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] τίς γὰρ δύναται λαθεῖν Θεόν, κἂν ἀρνήσηται. τὰ τούτων δὲ κακὰ προδήλως ἐγένετο. [ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ Πολυανδρίῳ.] Πολυάνδρειον δέ φησιν ἐνταῦθα, τὰς νεκυομαντείας ἐποίουν. καὶ τὰς τῶν ὀνείρων αἰτήσεις. ἣν δέ φασιν ἐν προαστείοις Ἱερουσαλήμ. ἔνθα καὶ τὰ σώματα D τῶν παίδων ἐπὶ τοῦ Μανασσῆ κατωρύγη. ὁδοὺς δὲ νῦν τὰς πράξεις φησίν. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ Πολυανδρίου φάραγγα, ὃ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν πτῶσιν δηλοῖ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐσχάτης ἀπονοίας τὸν ἁμαρτάνοντα ἀρνεῖσθαι.

Τοῦ αὐτοῦ.] Πολυάνδρειον ὁ τάφος. ἢ οὖν τινα ἔπραττον ἐν τοῖς τάφοις ἀρεστὰ δαίμοσιν. ἢ ὅτι καὶ αὐτοὶ τάφοι κεκονιαμένοι ἦσαν. ἐν ὑποκρίσει τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος καταδιώκοντες.

E Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ Πολυάνδρειον τοῦτο ἦν· ὅπου τὰ σώματα τῶν παίδων ἐπὶ τοῦ Μανασσῆ κατωρύγη. τὰς γὰρ ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς πράξεις λέγει. ἕστηκε γὰρ ὁ τόπος βοῶν, οὐδὲ ἀρνῇ τὸν ἔλεγχον φανερὸν ὄντα. μὴ γὰρ μακρὰν ἀπελθεῖν δεῖ;

* Τοῦ αὐτοῦ.] καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι οὐ τὴν γνώμην μετέβαλλον, ἐπάγει ἐρεῖς οὐκ ἐμιάνθην, τουτέστιν ἁμαρτάνουσα ἀρνῇ ὡς μηδὲν ποιήσασα. [ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ Πολυανδρείῳ καὶ γνῶθι τί F ἐποίησας.] τουτέστιν ὅρα τὸν τόπον ὅπου ἡμάρτανες. Πολυάνδρειον δὲ ὁ Ἑβραῖος οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἴδε τὸν τόπον τοῦ Γαί. λέγει δὲ ἐν ᾧ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν Μαδιανιτῶν ἐκτραπέντες εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξώκειλαν. σκόπησον τοίνυν φησί, τὰς ἄνωθέν σου παρανομίας. ἴσως δὲ Πολυάνδρειον ἡρμήνευσαν, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν αὐτόθι ἀναιρεθέντων.

A *possunt, vel è corporibus coloratis bile inspersa, vel tali quopiam infectis. Nitrum enim, & quam appellat herbam, sordesque quæ in ipsa superficie corporis sunt, lauare solent, at corpori quod colorē imbibit, & veluti tincto nullam afferunt medicinam. Hoc itaque dicere vult, quòd non potes per hæc quæ sordes detergunt, iniquitatum consequi remissionem. Germano quippe in bonum opus est studio, per quod à malo perfectè recedatur, Vt planè dicat non quòd hanc terram incolas, vel* B *sacrificia offeras, vel templum ingrediaris, vel Sabbatum custodias, vel quid aliud simile facias peccatorum accipis remissionem, sed virtutem exercēs, operum effectorūque te demonstrans; Herbam verò dicit, quæ Syrorum linguâ Alaa, Hebræorum Borith, à Græcis ea Dorycnion nominatur. (Maculata es,) Quasi diceret, tincta es malitiâ, & studio impietatis.*

Ad Maculæ peccati ablutionē duo sūt necessaria, auersio à malo, & prōpta dispositio ad bonum.

Maculā peccati externa opera sola abluere nequeunt.

Herba abluentis nomine quid significatum.

Vers. 23.

(*Quomodo dices, Non sum polluta?* &c.) 7

C Chrysostomi.] *Quid vis amplius? Nonne iratus es? non reiecisti? nonne dixisti quòd maculata es? Quid denuò coarguis? Vides amatoris iniuriam passi voces? (Quomodo dices, Non sum polluta?) Delictum hoc maximum quod sceleste commisistis, hoc sermone negatis.*

Chrysost.

Peccatū admissum negare magnū & impudens est delictum.

Victoris Presbyt.] *Nam quis Deum latêre poterit, quamuis se fecisse neget? Mala autem ab istis in omnium conspectum patrata fuêre. (Vide vias tuas in Polyandrio, &c.) Polyandrium, porrò vocat mortuorum euocationes, & somniorum* D *oracula: erat verò locus in suburbiis Ierusalem, in quibus puerorū corpora sub Manasse humata fuerāt. Vias verò actiones in præsenti appellat Aquilas verò, & Symmachus Polyādri loco* φάραγγα *id est (conuallem) siue baratrum legunt, quod Ierosolymæ casum designat.*

Vict. Presb.

Peccata admissa abscondi à Deo nequeunt.

Polyandrij vocabulo significata Necromantia.

Olympiodori.] *Extremæ est dementiæ peccantem inficiari.*

Olympiod.

Peccata excusare, & negare extremæ est dementiæ.

Eiusdem.] *Polyandrium, sepulchrum, aut ergo in sepulchris quædam agebant, quæ dæmoni-* E *bus placebant: aut etiā ipsi sepulchra erant delinita, veritatis prætextu mendacium sectantes.*

Idem.

Polyandrium designat & sepulchra, & quæ in sepulchris fiebant dæmoniaca, & hypocritas.

Chrysostomi.] *Polyandrium hoc erat, in quo puerorum corpora, dominante Manasse, sepulta fuerunt: vias autem præsentes actiones vocat: stat enim locus & clamat. Nec manifestum rei argumentū negas, Num quippe lōgè proficisci oportet?*

Chrysostom.

Peccata nostra is clamat locus, in quo ea admisimus

* Eiusdem.] *Vt ostendat, eos sententiā non mutasse subiungit. (Quomodo dices non sum polluta?) hoc est, peccans inficiaris, ac si nihil commi-* F *seris. (Vide vias tuas in Polyandrio,) Et quid egeris cognosce: id est vide locum, vbi iniquitatibus te commaculasti. Polyandrium Hebræus non habet, sed, (vide locum Gai,) in quo nempe* [b] *Madianitarum filiabus pellecti ad idolorum cultum lapsi sunt. Considera igitur ait, tuas antiquas iniquitates: forsan autem Polyandrium ob multitudinem ibi interfectorum interpretati sunt.*

Chrysostom.

b Num. 25. 1.

Peccatorum antiquorum memoria vtilis ad contritionem excitandam.

Vers. 22.]

Verſ.24.] Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus auertet eam: omnes, qui quærunt eam, non deficient: in menſtruis eius inuenient eam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventũ amoris ſui: nullus auertet eam, omnes, qui quærunt eam nõ deficient: in mẽſtruis eius inuenient eã.*

INSVPER[a] inſtar animantis illius, quod iuxta nominis ſui Onagri, id eſt, aſini ſylueſtris ſignificatum, præ inſita ſibi à natura libertate & per latas diſcurrere conſueuit ſolitudines, & à nullo vehementiſſimis coërceri ſe ſinit ſuis in cupiditatibus; ita vt cùm aliqua commoueri ſe ſentit deſiderij paſſione, eorum præſertim, ad quæ maximè affici ſolet, vel pro B *vehementi fame, vel pro rabida ſiti, vel pro effræni libidine, frequentiſſimâ aëris attractione, & reſpiratione ad paſcua, ad fluenteſque aquas, necnon & ad comparem anhelans rudit, longiſſimèque à compare diſtans vnà cum attracto aëre odorem illius percipit ſimili æſtuantis libidinis æſtu: tam concitatum ad concupita arripiat curſum, vt detineri nequeat ab vllo: Si quis* C *enim illud curſu conſequi voluerit, profectò non deficiet vnquam.[b] Ideo qui in eius verſati ſunt venatione neutiquam in illius defatigantur inſecutione: cùm certum comprehenſionis illius norint tempus, quando in menſtruis id eſt, cùmque in menſe eſt partus & in ſuarum ſordium humilitate, ac vilitate.*

b In menſe eius, ſeu in humilitate eius inuenient eũ.

2 *Sanè & tu, inſtar, inquam, Onagri iſtius pro peſſima in prauis hiſce ſtudiis tuis conſuetudine libera huc illucque per vaſtas Ægypti ſolitudines ad eorum auxilium confugiens vagaris, & effrænes cupiditates tuas compeſci minimè ſuſtines. Vbicumque aliquod odoras* D *idolum, quod non colueris, ad id anhelas, & rudis quaſi præ ingenti fame, vehementique ſiti ad maximè tibi concupita paſcua, & aquas.*

3 *Et[c] ea tua eſt in idololatriam effrænata libido, vt vel ad longiſſimè diſtantia, quæ odoraueris, tam celeri te proripias curſu, vt quaſi nauis per æquora, vehementi ſpirante vento, volare videaris, tuis ipſis concupiſcentiis, inſtar velorum nauis ventum deferentibus, ventoque impulſis internæ commotionis. Quid mirum, ſi nullorum monitis conuerti potueris? ſanè quotquot ſanctorum ſunt Prophetarum, cum ingenti ſalutis tuæ æſtuent deſiderio, te monere non deſiſtent, nec eo in* E *ſtudio defatigabuntur vnquam; ſperantes, te vel tunc venatione capturos ſua, cum ad ſummum perueniens peccatorum, conceptoque dolore pariens iniquitatem, quaſi & tu in menſe ſis partus tui quando id tibi per ipſos ſit perſuaſum, quâ in humilitate, & vilitate verſêris, vt pote in peccatorum ſceleribus, veluti in menſtruorum volutata ſordibus.*

c In deſideriis animæ ſuæ ſpiritu portabatur, ſeu, ſpiritum portabat.

4 *Quamquam cùm ab eorum nullo id tibi perſuaderi, adeoque nec conuerti te ſinas: hoſtes profectò tui, ij ipſi, quos tuos prædicas amatores, Ægyptij, Aſſyrij, atque Chaldæi, quinc te vt capiant, & de terra hac tollant, quærunt, neutiquam hac in re defatigabuntur;* F *Nam inſtar ſalaciſſimæ meretricis, quæ nec menſtruorum tempore libidini parcit, ſemper te ad ſuæ idololatriæ fornicationem paratam, expoſitamque ſibi reperêre: in ipſa ſua ſordium abiectione, tuncque potiſſimum temporis, cùm veluti in partus menſe ob ſummum eris peccatorum culmen, imò & in definito tibi deſuper Iulij menſe ipſis exhibitam te inuenient.*

A

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NEGANTI in præcedenti verſ. 23. ſe per Idololatriam eſſe pollutam, & poſt Idola ambulaſſe, vel vno propoſito vallis loco, eius & effrænatam erga idola libidinem, & maximam circa illorum cultum promptitudinẽ Iudaicæ plebi ob oculos ponit, qui eius & Pater, & vir eſt benigniſſimus Deus; idque duabus efficaciſſimis ſimilitudinibus, primam quam iam explicauimus, vbi dixit, *Scito quid feceris curſor leuis explicans vias tuas.* Altera quæ hîc ſupereſt explicanda. 1

B (*Onager aſſuetus in ſolitudine.*) Eſt autem inter expoſitores diſſenſio, an totum id quod hoc verſ. 24. dicitur, ad Onagri ſpectet ſimilitudinem abſque alia applicatione, quæ facienda vnicuique relinquatur: An verò quædam ſimilitudinis ſint, quædam verò applicationis ad Iudaicam plebem. Et quidem ſecundæ opinioni maximè conſona videtur noſtræ vulgatæ lectio, in qua cùm ſimilitudo in maſculino allata ſit genere, (*Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum:*) ſubſequentia nihilominus pronomina fœminini generis ad Iudaicam plebem, quam vt C coniugem ſuam hîc alloquitur Deus, videntur pertinere.

(*Nullus auertet eam, omnes qui quærunt eam non deficient,* &c.) Mihi tamẽ prima opinio arridet magis, tum quia Hebraico ex textu patet, & verbum (*attraxit,*) eſſe fœminini generis, ſicut & adiecta affixa, ſeu pronomina omnia: tum quia hac ratione ambæ ſimilitudines eodem modo afferentur; primam enim abſque applicatione allatam vidimus, *Curſor*, ſeu *Camela leuis explicans*, ſeu *implicans, & confundens vias ſuas.*

Onager communis generis.

D Nec huic ſententiæ repugnans & noſtra vulgatæ lectio, Onagri enim nomen ſicut & Hebr. vocabulum פרה *pereh* cum communis generis ſit rectè & à noſtro interprete primo ei tributum eſt adiectiuum (*aſſuetus*) in genere maſculino, tum in fœminino genere ſumpto pronomina adiecta ſunt fœminina; neque id abſque cauſa ab eo factum, ſed vt intelligeremus, Iudaicum populum hîc aſſimilari Onagro & maſculo, & femellæ, idque omne illum habere imperfectionis, quod eorum ſingulis ineſt. Vt autem bene, & facilè tota huius ſimilitudinis vis percipiatur quædã prius cenſeo adnotãda circa voces & phraſes. 2

Onager naturaliter libertatis appetens.

E Ac primum phraſi iſtâ (*Onager aſſuetus in ſolitudine,*) ſeu vt eſt in Hebr. למד מדבר *limmud midbar*, i. (*doctus, ſeu aſſuetus deſerto,*) naturalem ſignificari libertatem, qua Onager aſinus nimirũ ſylueſter, & efferus à natura edoctus eſt, vt liberè, & abſque vllo fræno per lata diſcurrat deſerta, ibiq; & pro libito agat cuius naturalis eius proprietatis apertè fit mentio in libro Iob, vbi dicitur,[d] *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tamquam pullum Onagri ſe liberum natum putat.* Et ob hanc ipſam naturalem præcipuamque huius animalis libertatem F Hebr. illi tributum eſt vocabulum פרה *pereh*, quod & quodlibet ſylueſtre deſignat, vnde & homini adiectum reperitur in libro Geneſ. vbi de Iſmaële dicitur, [e] *Iſte erit homo ſylueſter*, Vulgata. *Hic erit ferus homo.*

d Iob 11.12.

e Gen. 16.12.

Notandum ſecundò, peculiari quoque phraſi moris eſſe ſacrarum literarum, vt deſiderium, ſeu voluntas cum anima iungatur ad explicandã deſiderij, & affectus vehementiam: vnde in primo lib. Regum Ziphæi ſat exploratũ habentes, quàm vehementi Saul teneretur deſiderio, vt Dauid

Deſiderium animæ ſignificat deſiderium vehementiſſimũ.

S habeter

habere in manibus, istiusmodi ei miserunt nuncij:[a] *Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in colle Hachila quæ est ad dexteram deserti. Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes descende*, &c. Ideoque cùm hic dicitur. (*In desiderio animæ suæ*,) vehementissimum Onagri exprimi affectum, vt pote & quod nulla lege coërcitum sit; quod in Auxesim facit præexpositæ eius libertatis, quam etiam in affectibus eum habere maximam significauit Dominus in libro Iob dicens,[b] *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis soluit?*

a 1. Reg. 23. 19.

b Iob. 39.

3 Cæterùm cùm ista affectum libertas, ac vehementia multiplex sit, congruentissima certè multiplicitas ea designata est aliâ phrasi, trahendi vẽtum amoris, sic enim dicitur, (*In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*, seu ex Hebr. (*occasionis suæ*.) Amoris enim vocabulum hic à Vulgatæ Interprete adhibitum, genericè vsurpatum crediderim, prout & aliàs sæpe, pro vehementi quolibet cupiditatis affectu nedum libidinis, sed & famis, & sitis, vt ex Hebraica patet voce תאנתה *thaanathah*, quæ cùm deriuetur à verbo אנה *anah*, cuius significatus est, graui aliquâ ratione affici, & impelli, lugere, & angi in arctum reductum, Necnon & in coniugatione Pinghel occasionẽ præbere, rectè à Pagnino reddita est, (*Coarctationis suæ*,) & communiori consensu vertitur, (*occasionis suæ*) affectus quippe concupiscentiæ iuxta exhibitas occasiones commoueri certum est: & per eosdem coarctari quodammodo cor animantis sat omnibus constat. Angi autem Onagros, & affici, in arctumque reduci ob pastus inopiam noster testatur Propheta, cùm infra ait, (*Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi Dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba*;) sed & idipsum ob sitim pati, & ob aquarum cupiditatem, ex eo habemus Psalmi 104. quo dicitur,[c] *Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ, potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt Onagri in siti sua.* De libidinosi amoris cupiditate, non est quòd aliquid dicam, cùm ex phisiologorum omnium assensu constet, Onagrum tam marem, quàm fœminam salacissimum esse animal, in cuius libidinis eius confirmationem ferè communiter præsens afferri solet Ieremiæ locus, quem tamen ipse latiùs dixi ad quamlibet extendendum affectus cupiditatem vehementem.

Amoris vocabulum sumptum pro quolibet cupiditatis affectu.

c Ps. 104. 10.

Onager est animal salacissimum.

4 Hoc supposito: phrasis istius. (*Attraxit ventum amoris sui*:) triplex potest esse significatus. Primus, vt magna per eam significetur Onagri respiratio vel pro fame, vel pro siti, vel pro libidine, quã is facere cogitur anhelans vel ad herbas, vel ad aquas, vel ad amatã femellam, sic quippe Albertus lib. 22. de Animalibus asserit, illum libidine succensum montium culmina cõscendere solitum ad captandam auram, internumque refrigerandum æstum. Quâ phrasi vsus in hoc sensu est regius Vates, vbi dixit,[d] *Os meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.* Significatus alius est, vt per eandem phrasim nedũ simplex designetur, spissaque respiratio, sed & ruditus, quem constat fieri attracto vento, eodemque magnâ postmodum vi reddito, tuncque illum emitti, cùm Onager ipse vehementiori aliquâ affectus sit anhelandi occasione, libidinisque præsertim, sicut & equorum hinnitus, de quo Ieremias noster infra ait.[e] *Equi amatores, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Tertius denique eiusdem phrasis significatus

Attrahere ventũ significat magnam respirationẽ.

Albertus.

d Psal. 118. 131.

Attrahere ventũ significat rudere.

e Ierem. 5. 8.

Attrahere ventum est odorare.

A est, vt per eam præcipuè denotetur Onagri libidinis amore æstuantis naturalis conditio, quæ & equorum pariter est, & Asinorum, vt à lõgè odoratu comparis percipiant libidinis æstus, adeoque vehementissimo impetu ab illo allecti concitato ad illum, seu illam se proripiant cursu, vt tantumdem sit. *In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*, ac si diceretur: Vehementi comparis exardescens cupidine, odoratus est vbi ea sit. Exprimitur autem istiusmodi odoratus hac phrasi; quia iuxta naturæ ordinem odoratus sensatio fit per attractionem aëris aliquâ affecti qualitate,

Odoratus sensatio quomodo fiat.

B cuius percipitur odor: vt venti nomen, sicut & aliàs vocabulum spiritus pro aëre positum sit, Amoris verò sui is vel aër dicatur, vel odor, quia caloris sit suum afficientis amorem, quia & libidinis sit comparis libidini respondentis suæ.

5 Præclarè verò summaque cum energia istius odoratus, vel etiam vehementis alterius cupiditatis Onagri effectus celerrimi eius impulsus, & cursus per ea designãtur, quæ subsequuntur. (*Nullus auertet eam*:) efficaciusque Hebr. מי ישיבנה *mi iesciben nah*, id est, (*Quis reuocabit, redire faciet, seu, auertet eam?*) In quorum maiorem significatio-

Onager velocissimus in cursu.

C nem, nõ minori efficaciâ additur. (*Omnes qui quærunt eam non deficient*.) Quorum duplex potest esse sensus. Primus: Omnes qui eam capere quærant ita currentem, si illam insequi velint, donec assequantur, in vanum laborabunt, & numquam currere cessabant. Alter; Omnes, qui eam obtinere velint, quiue illam venatu quærant, non dabunt operam, vt illam deficientes cursu assequãtur, cùm sat norint, capere illam minimè posse, Italicè, *Non se gli strauaranno dietro*. Quem secundum sensum apertè Hebraicum verbum præ se

D fert לא יעפו *lo ingaphu*, id est, *non lassabuntur, non defatigabuntur. In menstruis eius inuenient eam.* Non defatigabuntur, inquit venatores quærentes eam cursu assequi, cùm ab effrænata impellitur libidine, exploratum enim habent, illam se reperturos, faciléque capturos, cum vterum gestat, Hebraic. בחדשה *behhodsciah*, id est, *in mense eius* quando scilicet arguent, illam esse grauidam, *Vel in menstruis eius inuenient eam*, Sat norunt, inuenturos se illam ipsis expositam tunc temporis, cùm in sordibus est menstruorum, Sept. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς. *In humilitate*

E *eius.*

6 His prænotatis, iam facile est & allatæ Onagri similitudinis sensum afferre, eiusdemque ad Iudaicũ populum deducere applicationẽ. Quem enim supra in vers. 20. Dominus arguerat, quòd præ vehementi libertatis in scelera desiderio diuinum suum confregit iugum, diuinæque legis suæ dirupit vincula, congruenter admodum Onagro assimilat, ita naturali propensione libertatis appetitori, vt absque vllis vinculis per latissimas ad libitum discurrat solitudines, neque vllatenus in suis compesci se sinat concu-

Vers. 24. Breuior explicatio.

Iudaicus populus cur assimilatus Onagro.

F piscentiis vehementissimis; quam similitudinem cum sua applicatione attulit clariùs Hoseas Propheta, dicens,[f] *Qui ipsi scilicet Iudæi ascenderunt ad Assur Onager solitarius sibi*, id est absque vllo retinaculo, summáque cum libertate, instar Onagri sibimet relicti & absque vllius fræno per deserta vagantis, in latissimas ad libitum sese proruere Assyriorum regiones, idolorumque cultus. Tantam autem hic apud Ieremiam ait Dominus eiusdem populi idololatriæ & famem, & sitim, & effrænatam in idola libidinem, vt meritò &

f Hose. 8. 9.

Iudaicus populus quàm vehementer esset affectus erga Idola.

propterea

propterea eidem comparandus sit Onagro: cùm instar illius ventum attraheret concupiscentiæ suæ, & quasi præ fame, frequenti respiratione ad ea vt ad concupita anhelans pascua, & præ eorundem siti ad illa ingenti animi concussione quasi magnis clamans ruditibus. Et præ effrænata ipsorum libidine illa vel longissimè distantia odorans, vt sibi maximè dilecta. Ad quæ demum instar eiusdem Onagri, seu Onagræ concitatissimo & se proripiat cursu. A quo celeri eius in aliena pabula, Et in turbidas aquas, atque in adulteros cursu, nec quisquam vllis auertere eum possit monitis, vt in hoc quoque Onagro sit similis, quem concupiscentiæ impulsu currentem nemo est qui queat retinere. Et certè sicut omnes qui quærunt Onagrum venari currentem, nunquam à suo deficient cursu, si illam insequi velint. Sic nec quotquot Sanctorum Prophetarum populum istum adeo effrænem ad idola currentem demorari tentant, vnquam à suo desistent studio, istorum iugiter perseuerante erga eos charitate, sicut è vestigio illius perdurat in prauo eo cursu obstinatio. Bene autem additur. (*In menstruis suis inueniet eam.*) Vt intelligamus, eam vnam superesse rationem, qua à prædictis capi posset spiritualibus venatoribus, cùm illi persuadere quiuerint, ipsum in menstruorum scelerumque sordibus esse, eoque & esse in mense, quo vterum gestat concepti doloris, & iniquitatis. Hocque illud esse crediderim, quod hoc loco Propheta noster Domini voce eidem populo id persuadere contendit, vt sciat, & videat, quia malum, & amarum est dereliquisse Deum suum, timorem abiecisse illius: vt videat vias suas in conualle, ac demum vt sciat quid fecerit, currens videlicet post idola.

Quamquam aliter, & fortasse meliùs extrema præsentis Onagri similitudinis pars aptetur, si nó tam sanctos viros, atque Prophetas designatos sumamus per ea, quæ dicuntur, (*Omnes qui quærũt eam, non deficient in menstruis*, &c.) quàm eiusdem populi hostes, quorum plerosque nihilominus, vt meretrix suos censuit amatores. Quotquot enim eam ad sua allicere conarentur Idola, siue ij Ægyptij essent, siue Assyrij, siue aliarum essent gentium, absque vllo suo labore & defatigatione, sinentes eam effrænatâ libidine in quam amant idololatriam currere, in ipso menstruorum, sordiumque & scelerum tempore paratam eam inueniunt, quam secum & suis prostituant idolis: Vel tunc potissimùm temporis, cùm concipiens dolorem ob iniquitatis fœtum, quasi in mense est partus.

Iudæi quàm facilè in Idololatriam attraherentur à Gentibus.

7 Denique si hæc ad Ierusalem duntaxat Iudaicumque populum, non ad allatam Onagri similitudinem referenda quis contendat, Haud ita illi obnitar, vt veluti improbabilem eius respuam sententiam, quam vt iam dixi, plerique grauiorũ prosequuntur Expositorum, Imò vt probabilis, hos eorum quæ hîc dicuntur ei suggero sensus. Omnes qui quærunt eam Ierusalem, Iudæorumque collectionem ad expugnandum, nó deficient præ multo labore; facile enim aduersùs illã præualebunt: Siquidem in menstruis, & in sordibus scelerum eius illam inuenient Deum exacerbantem, à quo & tradetur eorum direptioni, prout ipsemet Deus fatetur apud Ezechielem, dicens,[a] *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti cũ vniuersis, quos oderas, & congregabo eos super te vndique: & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnes turpitudi-*

Iudæa facilè ab hostibus expugnata, & cur.

2. Sensus.

a Ezech. 16. 37.

A *nem tuam, Et iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem: & dabo te in furorem sanguinis, & zeli, Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum*, &c. Vel secundùm Hebr. lectionem. (*Omnes qui quærunt eam non defatigabuntur: in mense eius inuenient illam.*) Istiusmodi eius amatoribus haud multum in illius expugnatione erit in sudandũ, in mense enim partus eius, quando nimirum ad summum peruenerit iniquitatis eius conceptus, illam reperient à Domino in ipsorum traditam manibus. Seu in mense eius, scilicet Iulij, qui eius euersioni à Domino definitus fuit, inuenient B eam à Domino sibi exhibitam, prout patet ex lib. 4. Reg. vltimo.

3. Sensus.

Vel tertio, Quotquot amatorum eius ipsam quæsierint, vt cum illa in idololatriæ fornicentur scelere, haud certè præ labore in huiusmodi deficient studio, siquidem semper illam in libidinis mense reperient: Licet enim animantium pleraque certis duntaxat mensibus libidine incalescant, ipsa nihilominus ad idololatriæ libidinem explendam semper in mense reperitur. Estque instar meretricum salacissimarum, quæ etiam menstruorum tempore libidini se exponunt: sic quippe & ipsa quocumque tempore ad Idololatriam C exposita reperitur.

4. Sensus.

Sept. Interpretes sicut cursoris, seu Camelæ leuis in præcedenti versu non posuère similitudinem, sic neque secundam Onagri hîc adhibuêre, quinimo diuersissima ratione Hebraicam lectionem ab ea, quæ nunc reperitur, & distinxerunt, & legerunt, & interpretati sunt. Enimuero extremam superioris sententiæ vocem דרכיה *deracheah*, id est, (*vias suas*) ad præsens retulère vers. 24. quodque modo cum punctis legitur פרה *pereh* id est (*Onager*) ipsi legẽtes פרה *parah* tertia per- D sona masculini generis præteriti tẽporis, vel meliùs פראה *pareah* tertia persona generis fœmini verbi פרא *para*, cuius propriores significatus sunt multiplicare, augere, & fructificare, verterunt, (*Vias suas dilatauit super aquas solitudinis in desideriis animæ suæ,*) (*Super aquas solitudinis*) verterũt quo modo in Hebr. legitur למד מדבר *limmud midbar*, i. (*assuetus deserto*) pro למד *limmud* legentes למי *lime*, i. (*ad aquas,*) seu (*super aquas*) in regimine, vnde & rectè in genitiuo verterunt subsequens nomen (*solitudinis*, seu deserti. Quod in Hebr. duabus vocibus dicitur שאפה רוח *sciaa-* E *phah ruahh*, id est. (*Attraxit spiritum*) seu (*ventum*) ipsi vno reddiderunt verbo ἐπνευματοφορεῖτο *epneumaphorito*, quod diuersimodè interpretatum reperitur. In Complutensi namque & in Regia sic redditur, (*In desideriis animæ suæ spiritum portabat.*) In Latina verò eorumdem versione Codicis Vaticani, (*Spiritu portabatur.*) Optimè tamen, iuxta sensum lectionis & Hebr. & Vulgatæ sic illud interpretatur Ioannes Chrysostomus relatus in prædicti Vaticani Codicis Annotationibus εἵλκυσεν ἄνεμον, id est, (*attraxit ventum.*) Hebraicam, quæ subsequitur vocem תאנתה *thaanatha*, id F est, (*occasiones suæ,*) quam Vulgata reddidit (*amoris sui*) ipsi legentes נתנתה *nitantha*, rectè verterunt παρεδόθη (*tradita est*) & ad verbum iuxta Hebraicam lectionem addidêre, (*Quis conuertet eam? Omnes qui quærunt illam non laborabunt.*) Denique Hebraicam vocem בחדשה *behhodsciah*. (*In mense eius*) seu vt vertit Vulgato. (*In menstruis eius*,) eodem sensu reddidère ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς. (*In humilitate eius reperient illam.*)

8

Istius autem lectionis Sept. (*Vias suas dilatauit*

9 *Sensus Versionis Sept.*

super aquas solitudinis, in desideriis animæ suæ, spiritu portabitur,(seu,*spiritum portabat*) *tradita est, quis conuertet eam, omnes qui quærunt illam, non laborabunt: in humilitate eius inuenient eam.*) Hunc ipse afferrem literæ sensum, vt quemadmodum supra in vers.18. Iudæorum collectio ex eo reprehensa est, quòd ad Ægyptios, Assyriosque confugeret, vt ex illis & auxilia, & idolorum cultum obtineret, idque sub aquarum, fluminumque metaphora, *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?*&c. quo loco (vt ibi declarauimus) per Ægypti aquas turbidas ille significatus est Nili riuus, quem aliàs sacræ literæ appellant torrentē deserti, quia de deserto veniens mare mediterraneum ingreditur. Ita nunc explicetur, quomodo in iisdem illa perseuerauerit itineribus in Ægyptum, in iisdemque & Idololatriæ studiis, vt pote quæ, vt faciliùs, & commodiùs quod cœperat prosequi posset, suas illas latiores effecerit vias, sua quoque & ampliora reddiderit Idololatriæ Ægyptiacæ studia. Qua in re ita sedulum extiterit, vt iuxta vehementissimum quo eius flagrabat desiderium, à vento quodammodo portata videretur. Nec mirum, cùm secundùm aliam literam, in desideriis animæ suæ spiritum portaret, id est spiritum, animamque propriā eò præceps deferret, quo vehementissimæ illam impellebant eius concupiscentiæ. Vel, vt sit allusio ad nauem quæ expansis à vento velis per æquora volet, quò vela ipsa impellunt. Ac si dicatur super aquas solitudinis in Ægyptum tendens accelerauit itinera, festinauitque & creuit magis, ac magis in suis idololatriæ studiis: ita vt super aquas ipsas volantem eam dixerim nauem, Siquidem à vehemētissimis impellitur concupiscentiis suis, in quibus veluti in velis ventum portabat. Quòd si nauem prædictam ita vento traditam dicimus, vt retro conuerti tunc minimè queat. Congruenter idipsum de Iudæorū collectione, ait Dominus, Tradita est, concupiscentiis nimirum ipsis suis vehementissimo Sathanæ vento inflatis, (*Quis conuertet eam?*) quasi dicat certè hominum nullus. Porrò eorum quæ adiiciuntur, (*Omnes qui quærunt eam non laborabunt; in humilitate illius inuenīēt eam:* sensus iidem esse queunt, quos literæ nostræ Vulgatæ mox dedimus. Humilitatem enim dixère Sept. vt menstrua comitantem significarent fœdam vilitatem.

Peccator quā præceps irruat in scelera.

Simile.
Peccator instar volantis nauis fertur ad scelera.

---

*Vers.*24.] Onager assuetus in solitudine, in desiderio, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10
Asina Christi qualis sit pia anima.
a Psal.72.23.

HAVD tam commendabile piæ est animæ, domesticam Dei fateri se asinam, quàm è vestigio damnabile est animæ peccatrici, à Deo ipso Onagrum, asinamque dici syluestrē. [a] *Vt iumentum,* inquit pia anima, Deum alloquens, *facta sum apud te, & ego semper tecum*, id est, vt iumentum ad tuam spectans domum me tibi exhibui, Nec ampliùs huc illucque discurrere patiar, aliive quàm tibi inseruiam, semper promptā me reperies ad tua ferenda onera. *Tenuisti manum dexteram meam*: à tua benignissima duci gauisa sum manu, *Et in voluntate tua deduxisti me:* tāquam voluntatis, affectusque omnis expertem summa mei cum voluptate, deduxisti quocumque tibi libuit. *Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* Nihil est, quod in cælo desiderē, Nilue quod à te mihi præstari velim super terram: Quod velim, quod anhelo, quodque à te efflagitare non cessabo, id vnum est, vt quoad me [b] *fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra. Defecit caro mea, & cor meū*: omnis tui gratia in me desiit carnis affectus & amor, omneque cessauit cordis animæq; meæ desideriū. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*: Cordis iam mei vnum duntaxat est Deus, quem solum desiderat, diligitque anima mea. Nec partem aliam in terra, vel etiam pro explendis carnis affectibus noui in æternū, quàm Deū, in quem sitiuit anima mea, caroque mea multipliciter. Nec mirum si super hanc animam equitaturus Dominus [c d] triumphum agens, & asinam eam vocat, & alligatam asserit, & cui nullus vnquam hominum sederit, prædicat. Mirandum potiùs quàm maximè est, quî fieri possit, vt istiusmodi anima per peccatum in Onagrum conuertatur, de qua prædictis omnino contraria hîc idē asserit Dominus. Ait quippe. (*Onager assuetus in solitudine:*) Onagrum peccatorem appellans, quod nomen asinus syluester interpretatur, Asinum ob stoliditatem, vt pote cuius, iuxta Apostoli dictum [e] obscuratum est insipiens cor; non tamen Dei domesticum, sed syluestrem, ac ferum, omnisque mansuetudinis expertem, ideoque indignū, super quem Rex noster sedeat Christus mansuetus. Quomodo autem super eum sedeat Christus, qui sessorem renuens, frænumque omne, in mundo isto liber vagari gaudet? cui sane libertati ita assuetus est pessimæ, vt non immeritò & ei id aptari queat Psalmi, [f] *Errauit in solitudine:* vagus nimirū per multiplices mundi vanitates oberrans, similis profectò patri suo spiritui immundo, de quo Dominus in Euangelio [g] *ambulat per loca arida, & inaquosa non inueniens requiem*: id quod & in Psalmo subiicitur, *Viam ciuitatis habitaculi non inuenit.* Sed vide amabò sacrarum scripturarum consonantiam, *Esuriens, & sitiens, anima ipsius in ipso defecit*, ait Regius vates, (*In desiderio*, seu *in desideriis animæ suæ attraxit ventum amoris sui.*) Seu iuxta aliā lectionem (*Spiritum portabat,*) dicit hîc Dominus apud Ieremiam. Quid est enim. (*Attraxit ventum amoris sui,*) nisi præ esurie, sitique, & præ appetitu pascuorum, & aquarum anhelantem suspirare, & rudere ad ea, quæ maximè in mundi amat solitudine, quorumque & summam patitur penuriam? (*In desideriis*) autem (*animæ suæ*) cùm dicitur, id explicatur, quod aiebat Dauid, (*Anima ipsius in ipso defecit:*) Vnde enim fit, vt in peccatore ipso fides quoque deficiat, quæ est anima animæ Christiani, nisi ex desideriis animæ eius? Audi eumdem Prophetam, [h] *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: Exacerbauit Dominum peccator*, & vt intelligeres, de qua exacerbatione loqueretur, Subiicit paulò post, *Non est Deus in conspectu eius*: quia nimirum Dei in illo defecit fides. Nec nouū est, vt deficere dicatur anima in desideriis, seu propter desideria vehementia: nam & apud Sapientem legimus. [i] *Desideria occidunt pigrum.*

b Matt.6.10.
c Matt.21.2.
d Luc.19.30.
11
Peccator quā rectè Onager dictus, eidemque assimilatus sit.
e Rom.1.21.
Vagatio peccatoris qualis
f Psal.106.4.
g Matth.12.43.
Fidei defectus prouenit ex concupiscentiis.
h Psal. 9.24.
i Prou. 21.25.

12 Quidni verò peccati morte anima deficere dicatur Christiani, idq; in desideriis & per desideria animæ suæ? cùm in Euangelio asserat Dominus. [k] *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri,* quę s. ille vobis suggerit, *vultis facere*, quod hoc loco significarūt Sept. vertentes, (*In desideriis animæ suæ spiritu*, s. in mundo *portabatur.*) Quæ omnia clariùs explicat Apostolus ille qui ait, [l] *Concupiscentia cùm conceperit parit peccatum, peccatum verò cùm consummatum fuerit generat mortem.* Quamquā per allatam

Ex concupiscentiis quomodo proueniat peccatorū mors.
k Ioan. 8.44.
l Iacob. 1.15.

Concupiſcentiæ ſũt inſtar velorum nauis, qua peccator volat per mare huius mundi.
Peccator qua celeritate currat ad mortem.

A allatam Sept. lectionem & velocitas pariter (vt in literæ expoſitione declaratum eſt) deſignetur, qua in concupiſcentiis ipſis ſuis, atque in vehementi deſiderio animæ ſuæ, veluti in naui in hoc mundi huius mari magno; & ſpatioſo manibus à ſpiritu Sathanæ portatur, & à vento tentationum impellitur idem peccator ad mortem. Ad quã is ipſe aliquando abſque venti tentationum impulſu in deſiderio animæ ſuæ, pedibus nimirum affectuum ſuorum, à ſemetipſo attrahens ventum amoris ſui, ſpiritum nimirum huius mũdi, qui eſt totus amor eius, celerrimè ſic currit, vt curſum illius deſcenſui perfacili aſſimilarit Sa- B piens, cùm dixit, [a] *Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius.* Nemo eſt autem qui neſciat, peccatores maximi facere ſolitos ſpiritum huius mundi, quem Apoſtolus diſtinguens à ſpiritu Dei, ait, [b] *Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt.* Quin tanti eum faciunt, vt quaſi odorem maximè ſuauem illum in ſuis deferant affectibus, & concupiſcentiis. Quod alterâ illâ ſignificatur lectione, ſecundùm quam verſio Sept. Latinè ſic redditur, *In deſideriis animæ ſuæ ſpiritum portabat.*

a Prou. 5. 5.
Spiritũ mundi quanti faciat peccator.
b 1. Cor. 2. 12.

13 *Nullus auertet eam.* Quis enim à vento impul- C ſum vehementi auertere, aut continere poteſt nauim? *Tradita eſt*, legunt Sept. *Quis conuertet eam?* tradita certè eſt in reprobum ſenſum, adeoque & ſpiritu mundi huius, quin & ſpiritui immundo, quis remorari illam poterit peccatricem animam libertati aſſuetam peccati, ſemperque ad conſueta non tam currentem, quam volantem ſcelera? Neque enim volare eam dicere vereor, quam hîc lego à ſpiritu portari in deſideriis animæ eius, cùm & apud Hoſeam dictum reperiam, [c] *Ligauit eam ſpiritus in alis ſuis*, volans quippe immundus ſpiritus ad ſcelerum ſordes, D volatu ipſo ſuo miſeram illam & ſecum trahit animam, quam vt ſibi ab ipſa eius, praua conſuetudine traditam, ligatam ſeruat.

Conſuetudinarius peccator quàm difficile conuertatur.
Peccator quomodo volet.
c Hoſe. 4. 19.

Quid non inuertat conſuetudo, dicit Bernardus lib. 1. de Conſideratione ad initium, *quid non aſſiduitate duretur? Quid non vſui cedat? Quantis quod præ amaritudine prius exhorrebant, vſu ipſo malè in dulce conuerſum eſt? Audi iuſtum quid lamentetur ſuper huiuſcemodi Iob 6. Quæ priùs tangere nolebat anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Primùm tibi importabile videbitur aliquid, proceſſu temporis, Si aſſueſcas iudicabis non adeo graue, paulò poſt & leue ſen-* E *tis, paulò poſt nec ſenties, paulò poſt etiam delectabit.* Tuncque quis non animaduertat quàm celeri ad id obiectum ſeſe proripiat volatu, quámve prõptè ad illud atque in illo à Sathanæ portari ſe ſinat ſpiritu, & alis? Cæterùm quod in Vulgata dicitur, *Nullus auertet eam*, intelligendum eſt, quomodo & id intelligitur Pauli, [d] *Impoſſibile eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei,* F *& oſtentui habentes.* Quo loco Apoſtolus impoſſibile id dicit, quod ita difficile eſt, vt vix fieri queat, id quod experimur quotidie in peccatoribus præſertim iis, quos vulgo conſuetudinarios appellant. Quod autem id impoſſibile omnino minimè ſit, ſed admodum difficile declarat hoc ipſo loco Dominus, ſubiiciens.

Bernardus.
Cõſuetudo, & vſus quàm ſint inualida in re qualibet.
Iob 6.
d Hebr. 6. 4.

14 (*Omnes qui quærunt eam non deficient*) ſeu (*non defatigabuntur.*) Quod duobus modis intelligi poteſt. Primò, ac ſi dicatur, Quotque ſanctorum ſunt virorum, qui iſtiuſmodi peccatricem animam, in mali conſuetudine obſirmatam quærunt, vt illam conuertant, non deficient ſcilicet animo ob eius rei difficultatem. Secundò, & magis iuxta literam. Qui illius anhelant conuerſionem, non deficient, aut defatigari in eo obnitentur, multiplices variaſque tentantes vias, per quas eam à malo auertant, pro certo habentes, fieri id niſi vnâ poſſe ratione, quæ & facillima ſimul eſt, & difficillima.

Conuerſionis peccatorũ in ſtudio minimè deficiẽdũ.
Conuertendi peccatorẽ ratio ſingularis.

(*In menſtruis ſuis,*) ſeu iuxta Sept. (*In humilitate ſua inuenient eam.*) Peccator enim nuſquam inue- 15
B nitur faciliùs, quàm in ipſis eius ſceleribus, & vbi ſcelera perpetrat, ſicut opifices quoſque in ſuis facilè reperire eſt officinis, vade ad expoſitum alearum ludum, aleatorem ibi ſemper videbis, non te defatiges in inquirendo gulæ ventrique deditum, inuenies namque eum ſemper in ganeis, & ſic de ſingulis.

Bene autem peccator inueniri dicitur in menſtruis, cum peccata menſtruorum ſordibus & aliàs aſſimilata reperiantur, teſte Ieremia noſtro, qui miſeram inter hoſtes ſuos Dæmones peccatricem deſcribens animam, ſic ait, [e] *In circuitu* C *eius hoſtes eius, facta eſt Ieruſalem, quaſi polluta menſtruis inter eos,* & peccator ipſe per conuerſionem, pœnitentiæque Baptiſmum inſtar menſtruatæ abluatur iuxta illud Zachariæ, [f] *In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Ieruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* At quod difficilius eſt, & in quo qui eumdem peccatorem cõuertere quærunt, totum ſuum intendunt ſtudium, illud eſt, vt ei, quem in menſtruorum ſordibus facile reperêre, id perſuadeant, quòd in humilitate ipſa ſua, & in vilitate ea infelix reperiatur, qua nullam in hac vita dare eſt peio- D rem; Vnde ad finem præſentis capitis ipſemet Dominus per Prophetam noſtrum huic inſiſtens ſtudio peccatrici animæ dicet. [g] *Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas.* Hac quippe ratione in peccatorum ſordibus inuenta, captaque ita ad Deum conuertitur, vt humilitatem, vilitatemque ſuam, quam priùs vel excuſabat, vel obcæcata non intelligebat, proprio ante eumdem Deum confitens ore, dicat, [h] *Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis. Quo iuſtæ humilitatis pretio inæſtimabilem*, vt ait Boëtius lib. 5. de Conſolatione Philoſophiæ proſa 3. *vicem diuinæ* E *gratiæ promeretur: qui ſolus*, inquit, *eſt modus, quo cum Deo alloqui homines poſſe videantur, illique inacceſſæ luci prius quoque quam impetrent ipſa ſupplicandi ratione coniungi.*

Peccata aſſimilata menſtruorum ſordibus.
e Thren. 1. 17.
f Zach. 13. 1.
Peccati vilitas peccatori oſtenſa optimum mediũ pro illius conuerſione.
g Ier. 2. 36.
h Thren. 1. 11.

Vtinam multò non eſſet facilius, vt à con- 16
ſortibus potiùs criminum ad quodlibet allicere- tur ſcelus: & hoc enim pariter ſignificari hîc poteſt, vt viſum eſt in literæ expoſitione. Cùm enim aſſuetam in peccandi libertate animã nullus vel efficaciſſimis à malo auertere queat monitis: Attamen quotquot illam in aliquibus comitem quærunt criminibus, ſiue eius illos ap- F pelles amatores, prout ipſa eos opinatur; ſiue meliùs hoſtes dicas ipſius, haud operæ precium erit, vt ea in re præ labore deficiat, nec admodum in illa prouocanda defatigabuntur; quolibet enim die, qualibet horâ, & quolibet momento ad quodcumque ſcelus expoſitam, paratamque eam inuenient. Hoc quippe ſignificari crediderim per Hebraicam vocem quæ hîc eſt, בחרשה *behhodſcah*, quam etſi recentiores (vt in litera notatũ eſt) vertant. (*In menſe eius,*) aptius tamen iſterum multo antiquior Aquila vertit,

Conſortibus criminũ quã facile ad mala alliciantur peccatores.
Cõſuetudinarius peccator qualibet hora paratus reperitur ad ſcelera.

17 (*In Neomenia*,) id est in prima die mensis, *eius*, à nouæ enim Lunæ momento Iudæi incipiebant menses, sæpiusque & alias eadem vox Hebraica pro prima mensis die vsurpata reperitur; sicque illam & vertit noster interpres lib. 1. Reg. vbi Dauid Ionathæ ait, [a] *Ecce Calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta Regem ad vescendum*, &c. Bene autem ea anima in prima die mensis eius inueniri exposita dicitur à consortibus criminum; vt intelligeremus consuetudinarij peccatoris morem; quippe qui, vt nullum sine crimine transigat diem, paratum vel in primi diei momento cuilibet se exhibet consorti, & occasioni. Quæ non ineptè confirmari queunt, per ea, quæ apud Hoseam legimus, [b] *In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt, nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.* Quorum, etsi non ignorem aliò ea spectare secundum literam, commodissimum tamen hunc crediderim sensum moralem: Quia parturientes iniquitatem, in multiplicibus criminibus filios genuère alienos, præuaricati sunt in Dominum, illius effecti rebelles, nunc prima dies mensis cuiusque cum partibus suis, horis nimirum, atque momentis deuorabit eos; cum qualibet hora, & quolibet momento vel à primo primi diei mensis iis peccantibus intimiùs conscientiæ vermis vel inuitis præcordia deuorabit.

Consuetudinarius peccator prima quaque die mensis cuilibet promptũ se exhibet occasione peccandi.

a 1. Reg. 20. 5.

b Hose. 5. 7.

18 Quamuis autem ista Onagri, quæ hìc affertur similitudo, cuicumque (vt visum est) congruens sit peccatori malis assueto; peculiari tamen ratione animæ congruit libidinosæ, nec non & animæ superbæ. Congruit animæ libidinosæ, tum quia id animal ex Phisiologorum sententia est salacissimum, quin & propter effrænatam, quæ illi innata est libidinem, hìc in similitudinẽ adductum est: tum quia inter omnia crimina nullum est, quo magis homo asinina afficiatur stoliditate, quàm libido ipsa, per quam, iuxta Apostoli dictum is traditur in passiones ignominiæ, quas ibi idem enumerat Apostolus. Syluester autem asinus, & in solitudine assuetus in desiderio animæ suæ dicitur libidinosus, quia cum stoliditate vt plurimùm tantam habet & feritatem, vt & domi, & foris semper sit in dissidiis, assuetus nimirum in solitudine, riualem nullatenus patiens in vehementi concupiscentia sua, & desiderio animæ suæ, teste Iacobo vbi ait, [c] *Vnde bella & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris, Concupiscitis, & non habetis, occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis, & belligeratis, & non potestis adipisci.* Neque etiam de vllo alio delicto dicitur aptiùs, quod per ipsum homo in desiderio animæ suæ attrahat ventum & occasionis, & amoris sui, quandoquidem libidinosus vel à longè cùm *viderit mulierem ad concupiscendam eam, statim*, vt ait in Euangelio Dominus, [d] *mœchatus est eam in corde suo*, ventum profectò, & aërem attrahens amoris, amore iuxta vehementissimum illius desiderium succensus, cuius flammæ attracto vento ita eleuantur, vt illico is totum combustum se sentiat; sic in libro Danielis de Senioribus illis dicitur, [e] *Videbant Susannam senes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiã eius, & euerterunt sensum suum*, euertente nimirum illum vento amoris sui, propter quem & exarserunt, cùm eos totos susdeque vertisset.

Libidinosus quàm rectè comparatus Onagro Asinoque syluestri.

Rom. 1. 26.

Libidinosus quàm ferus sit.

c Iacob. 4. 1.

Libidinosus quomodo dicatur attrahere ventum occasionis & amoris.

d Matt. 5. 8.

e Dan. 12. 8.

19 Quod si per venti attractionem respirationem frequentem, vel etiam odorationem, vt in litera dictum est, sumamus: Et quidnam est, ad quod magis anhelet quis, & propter quod frequentiùs suspiret, quàm ea, cui præ desiderio, & amore illius cõnexa est anima? Bene quoque de hoc, iuxta Hebr. lectionem dicitur, (*In desiderio animæ suæ attraxit vẽtũ & occasionis & coarctationis suæ.*) Is quippe ob vehementiam istiusmodi concupiscentiæ, & ita in arctum deducitur, vt nil sit, quod pro sua explenda libidine, & non expendat, & non polliceatur, & non aggrediatur, quod vel in vno notare licet Herode, qui vt habes in Euangelio, [f] puellæ saltanti, & dimidium Regni sui pollicitus est, & indignissimum patrauit necis Ioannis facinus. Et de Sichem in libro Genesis legimus Dinæ fratribus dixisse, [g] *Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam vxorem.* Sed & idem rectè odorare dicitur occasionem, cùm experientiâ constet, vel à longè eum percipere solitum quicquid, & quodcumque personarum genus, quod occasioni sibi esse queat vel tantillæ ad id quod amat penetrandi.

Libidinosus nil est quod pro concupiscentia implẽda nõ aggrediatur & expendat, ac polliceatur.

f Marc. 6. 22.

g Gen. 34. 11.

20 (*Tradita est, quis conuertet eam?* Sic legunt Sept. Tradita namque est infelix ista anima, haud certè ab alio, quam à semetipsa, qui semet ei tradidit, à qua per oculorũ capta est concupiscentiam; vnde de Holoferne post visam pulchram Iudith illicò dicitur, [h] *Et statim captus est in oculis suis.* Sicque impulsui tradita est libidinis eius, vt vix à quoquam vel monitis, vel minis auerti queat, & ad rectum conuerti sensum. Vnde postmodùm consequitur, vt Dæmones vniuersi, qui eamdem vt sibi rapiant quærunt, minimè in ea exquirenda deficiant, atque defatigentur; cùm illam semper ipsis inueniant expositam in menstruis, ac sordibus impudicarum cogitationum suarum. Nec opus est, vt quò ipsam ad libidinem prouocent multùm insudent, cùm iuxta Hebr. lectionem semper eam in eius inueniant mense; Neque enim illi peculiaris aliquis est in anno mensis, prout plerisque est brutis animalibus, quo solo libidini operam dant, at semper in mense præ effrænata sui est libidine.

Libidinosus semet tradit & amasiæ, & Dæmoni.

h Iudith. 10. 17.

Libidinosum Dæmones sẽper inueniũt promptum ad libidines.

21 Peculiari denique ratione ex illo Iob [i] 11. & 12. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tamquam pullum Onagri se liberum natum putat*, & animæ superbæ, ista Onagri competit similitudo, cui singulariter & asinina inest stoliditas, & Onagri feritas: stoliditatem quippe illius maximam arguens auctor libri Ecclesiastici, [k] *Quid superbis*, inquit, *terra, & cinis?* Ac si dicat, Quî fieri potest, vt superbias tam stolidus, & vecors, vt non cognoscas, quòd nil aliud sis, quàm vilissima terra & cinis, quorum simul iunctorum nullus est vsus; sed & hanc ipsam eiusdem stoliditatem feritati annexam asserit in libro Prouerbiorum Salomon, [l] *Superbus, & arrogans vocatur indoctus*, en stoliditatem; Audi feritatem, *qui in ira operatur.* Ea namque est Superbi conditio, vt cùm super alios semper esse velit, in ira operari ei operæ precium sit, cùm & resistentiam sæpius inuenire ei contingat; Ideoque ferum iure eum appelles, vtpote cum quo vix conseruari quis queat absque contentione, & æmulatione. Vnde & propterea *assuetus* hìc dicitur, (*in solitudine*,) quia ab omnibus fugitur.

i Iob 11. 12.

Superbus Asinina est stoliditatis.

k Eccl. 10. 9.

n Prou. 41. 24.

Superbus Onagro comparatus nedum ob stoliditatẽ, sed & ob feritatem.

Quamquam & ob id (*assuetus*) dicatur (*in solitudine*,) quòd ipsemet præ superbia sui æstimatione solùm se reputat in sociorum conuentu. Quod egregiè probat Bernardus serm. de fallacia præsentis vitæ, post initium, ex eo Psalmi 106. quod

Superbus in conuersatione se reputat solum virtute præditum.

Bernardus.

quod ad aliud propoſitum ſupra expendi dicens: A
a Pſ.106.4. *Errauerunt* [a] *in ſolitudine*, &c. *Solitudo hæc ſuperborum eſt*, ait, *quia ſolos ſeſe reputant, ſolos appetunt reputari; rectè autem dicitur hæc ſolitudo inaquoſa, quia ſicut in ſolitudine aquæ deeſſe ſolent, & loca deſerta ſterilia quoque & arida eſſe conſueuerunt; ſic ſuperbum impœnitentia comitatur. Elatum enim cor durum eſt, & expers pietatis, ignarum compunctionis, ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis: quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et ideo ciuitatem habitaculi, id eſt æternam patriam non inuenerunt; Et nota, quòd benè dicitur ſuperbus errare in ſolitudine, quia cùm putet, ſe ſolum eſſe ſapientem, fortem*, &c. *errat in* B *ſolitudine ſua, quoniam non eſt ſolus, ſed multos habet ſibi ſuperiores ſapientiâ*, &c.

22 *Superbus vehemens eſt in ſuis concupiſcentiis.* (*In deſideriis animæ ſuæ ſpiritu*, ſeu, *vento portari*) dicitur ſecundùm verſionem Sept. quia ſuperbus & in altum ab inani elationis vento ſpirituque effertur ſuperbiæ, & in vehementibus inflatiſque ſuis effertur concupiſcentiis. Neque enim fieri poteſt, vt ſuperbus ſit quiſpiam, qui non & vehemens pariter ſit in concupiſcentiis. Ideo & Ioannes concupiſcentias cum ſuperbia iungens totum id planè compræhendit, quod
b 1. Ioan. 2. 16. mundi huius eſt, dicens, [b] *Quicquid eſt in mundo,* C *aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Sanctuſque ille in libro Eccleſiaſtici ab his duobus ſimul erui à Domino
c Eccl.23. 5. efflagitans ait, [c] *Extollentiam oculorum ne dederis mihi & omne deſiderium auerte à me.* Meliùs tamen
Superbus quo modo dicatur inflatus. Superbus eſt inſtar follis pugillatorij ad ludũ Dæmonum. per noſtram Vulgatæ literam eiuſdem ſuperbi expreſſam habemus naturam: Dum enim dicitur. (*In deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui*,) ſignificatur, ſuperbum attracto vento inflari, adeoque & eſſe inſtar follis pugillatorij ad Ludum Luciferi omnis elationis principis: at-
Superbus inflatur Spiritu amoris proprij, & propria voluntatis. trahere autem ventum amoris ſui, & in deſide- D rio animæ ſuæ: inflari nimirum ex amore proprio, quo nimium ſibi in omnibus tribuit; ita vt propterea ei id competat, quo apud Iſaiam de
d Iſai. 16.6. Moab dicitur, [d] *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia eius, & arrogãtia eius pluſquàm*
e Col. 2. 18. *fortitudo eius*: meritoque & iſtiuſmodi ſuperbos, [e] *fruſtra inflatos ſenſu cordis ſui*, appellat Apoſtolus.

23 *Superbia hominis maior plerumq; ſuperbiâ Luciferi, & quomodo.* (*In deſiderio autẽ animæ ſuæ.*) id eſt in vehementi deſiderio expletionis voluntatis propriæ ſic attrahit ventum amoris, quod ita eſt ſuperbiæ hominis peculiare, vt in eo ſuperbia ipſa Luciferi illâ ſit maior. Philoſophatur aliquando Am- E
Ambroſ. broſius, ſerm. 3. in Pſalm. 118. verſ. 5. *Quid, inquiens, vitii habeat ſuperbia, hinc æſtimare poſſumus, cuius auctor Diabolus eſt, qui cùm ſit nequiſſimus, vt honorem non dederit Domino Deo, peiores tamen diſcipulos erudiuit. Ille enim ſe ſic exaltauit, vt vellet æ-*
e Iſai. 14. 14. *quari Deo, diſcipulus autem eius, vt ſignificatur ab Apoſtolo, indignatur æqualem ſe, ſimilemque æſtimari*
f 2. Theſſ. 2. 3. *Deo, ſcriptum eſt enim.* [f] *Cùm reuelatus fuerit homo peccati, & filius interitus, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus. Magiſter igitur ſimilem honorem præſumit, hic ſuperiorem. Ideoque &*
g Ioa. 14. 12. *Dominus ad diſcipulos ſuos dixit*, [g] *Maiora his fa-* F *cietis, vt quibus Serpens plus ademerat, quàm ipſe admiſerat: maiora Chriſtus facere donaret, quàm ipſe in terris fecerat. Ipſe enim voluit Principem mundi fallere, in diſcipulis triumphare.*

24 *Superbus vento ſe paſcit, & potat.* Eſt autem notandum, quòd cum de Onagro (vt explicatum eſt in litera) dicatur, (*In deſiderio animæ ſuæ attrahere ventum*) præ fame, atque præ ſiti, & de ſuperbo dici id pariter poteſt, vt & præ fame, & præ ſiti attrahat ventum, ſic nimirum ſe illo inflans, vt & ad ſuam explendam honoris, & gloriæ eſuriem, ipſo ſe paſcat vento; & ad ſuam concupiſcentiæ ſitim ſedandam vento ipſo ſe potet, ventumque abſorbeat. Neque verò ipſe hæc mihi fingo, ſed ex ſacris deſumo literis, imò ex ipſomet noſtro Ieremia. Nam quòd vento paſcatur exinde colligere eſt, quod ab eo dicitur, [h] *Omnes paſtores tuos* ſuperbos g Ier.22.22.
nimirum principes, & qui primatum in te tenere ambiunt, *paſcet ventus*, iuxta illud item Prouerb. [i] *Qui nititur mendaciis*, qualis certè ipſe eſt i Prou.10.4.
ſuperbus, *paſcit*, nedum ſcil. alios (vt ex Græco colligitur) ſed & ſemet *vento*. Quod verò item & ſitim vento pro aquis ſedet, haud obſcurè indicatum habes, vbi idem Propheta ait, [k] *Onagri* k Ier. 14. 6.
ſteterunt in rupibus, in ſiti nimirum ſua, prout explicatur in Pſalmo, [l] *traxerunt ventum quaſi Dra-* l Pſ.103. 11.
cones. De Draconibus ſiquidem dici ſolet, pro aquis vti reſpiratione, venti, aëriſque attractione. Parique ratione Onagri ſpirituales, quos ſuperbos eſſe dicimus, vento pro aquis ſe potare conuincuntur.

(*Nullus auertet eam.*) Ex hoc quòd ſuperbus *Superbus difficillimè curatur.*
vento ſe inflat, & paſcit, & potat, quem vbique, & abſque vllo labore habet, contingit vt difficillime ab ipſa ſuperbia ſua per alicuius monita, & ſtudium auerti queat. Cuius rei difficultatem præclarè probat Ambroſius lib. 10. Epiſtolarum *Ambroſius.*
Epiſtola 84. ad Demetriadem his verbis. *A quibuſlibet lapſibus delictorum facile ſurgitur, quando opem à reparatore ſuo poſcit eliſus: Superbiæ autem ruinæ nil ſubuenit: quia aut difficile peccatum ſuum ſuperbus agnoſcit, aut etiamſi intellexerit, non currit ad medicum, ſed de ſe ſibi remedium pollicetur; nec vnquam ibi proficit cura, vbi morbus eſt ipſa medicina.*

(*Omnes qui quærunt eam non deficient.*) Quod in 25 *Superbus eſt contra omnes, & omnes ſũt contra ipſum.*
libro Geneſis de Iſmaële legimus: [m] *Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum*, & de quolibet pariter ſuperbo accipiendum, quippe qui etſi homo quoad naturam m Geneſ.16. 12.
ſit, eſt tamen Onager quoad mores, & homo ferus propterea dicendus: ac ſicut ille feritate elationis ſuæ omnes alios ſibi ſubiicere obnititur, ita è veſtigio cæteri vniuerſi ea ratione aduersùs eum inſurgunt, vt ab eius inſectatione deficiunt numquam, nec in illius quærenda deiectione defatigantur.

(*In menſtruis*, ſeu, *In humilitate eius inuenient.*) 26 *Superbiã ſequitur humiliatio, & vilipenſio, ſicut vmbra ſequitur corpus.*
Superbum ſequitur humilitas, ait Sapiens, [n] & benè; nam ſicut corpus quantumlibet pulchrum ſoli oppoſitum vilis ſequitur vmbra, ita & ſuperbum vilis ſemper ſequitur humilitas; vtpote qui ſemper Deo oppoſitus eſt ſoli ſupercæleſti, iuxta illud, [o] *Deus ſuperbis reſiſtit.* Porrò ſicut in vmbra n Prou. 29. 23.
inuenitur & corpus, & quanto corpus fuerit celſius, tanto illius vmbra longior in imo conſpi- o Iacob 4.6.
citur terræ, adeoque corpus idem in ea inuenitur demiſſum, vt & calcari in ipſa poſſit ab iis qui illud inſequuntur. Ita & in humilitate inuenitur ſuperbus, ac pedibus, (vt Iſaias) conculcabitur corona ſuperbiæ, quóquis magis elati eſt animi, eò & maiori deiectus reperitur abiectione, & humilitate.

Exemplo Phariſæi Euangelici egregiè hoc probat idem qui ſupra Ambroſius ſerm. 3. in Pſalm. *Ambroſ.*
118. verſ. 5. dicens. *Quàm noxiè luctatus eſt ſerpens* Luc. 18. 11.
cum Phariſæo: quàm granibus eum ſpiris ligauit: ſuperiorem fecit, vt de altiori deiiceret: Inferiorem ſe prætulit, vt ſuperiorem caſu grauiore proſterneret. Mala ruina eſt arrogantiæ: ſuperiores obruit. Quæ egregiè *Superbia egregia pugna ... luctata ... cũ Phariſæo.*
per ea intelliguntur libri Sapientiæ verbo, [p] *Et* p Sap.4.19.
erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumeliis

inter mortuos in perpetuum quoniam dirumpet illos inflatos: quibus postremis verbis, indicatur, id pariter, & superbis, quos ventum attrahentes, & inflatos iam diximus, euenire, quod inflato tunc temporis euenit folli, cum disrumpitur, qui in terra reperitur extensus.

Simile.

27 Adeoque hæc vera sint, vt subtiliter Gregorius Nyssenus lib. de vita Mosis longe post dimidium, asserat, Superbiæ definitionem eam esse, vt sit *descensus ad inferiora, quamuis enim vis nominis*, ait, *contrarium ostendat, veritatem tamen diuinæ historiæ magis sequi debemus, quàm nominis impositionem, ex diuina namque historia habemus*, [a] *Plerosque qui contra Aaron insurgentes Sacerdotium propter superbiam quæsierunt, terra hiatu absorptos periisse.* Benè itaque hic dicitur de superbo. (*In humilitate sua inuenient illum.*) Ecquæ enim vilitas, humilitasque inuestiganda est maior, quàm ea ipsa illius, quæ ex allata deducitur Onagri similitudine, quod is vilissimus asinus est, & asinus ferus.

Greg. Nyss. *Superbia est descensus ad inferiora.*

a Num. 16. 33.

Hugo Cardinalis per Onagrum, &c. significatum inquit Monachum tædio affectum in religione, qui pro desiderio suæ animalitatis implẽdo attraxit ventum inanis appellationis, vel cuiuslibet vani operis. *Quem nullus auertet, quia pro nullo dimittet appellationem, quia non curat quantumcumque expendat, dummodo discurrat, & impleat, quod vult (omnes qui quærunt eum non deficient.) Non erit in curia ostiarius, vel aduocatus qui non habeat de suo. (In menstruis, &c.) Menstruum* inquit, *venit ex superfluitate, & immundum est: & significat superfluas concomitationes somariorum, & sociorum, quos ducunt ad curias per immundas conuersationes.*

Hugo Card. *Religiosus improbus cõfugiens ad Principũ curias, vel ad Rom. curiam improbè appellãs dictus Onager, &c.*

Vide Appendicem Patrum, post expositionem vers. 25.

Vers. 25.] Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti: & dixisti: Desperaui, nequaquam faciam; adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Qvamobrem [b] *cum hæc ita se habeant, cumque adhuc conuersionis aliquantulum supersit temporis, id iterum te monitam volui, ne concitato eo cursu caue effræni libidine ad Gentium te prorperes idola, atque auxilia; contestatus tibi, iis in itineribus molestissima te subiturum, qualia iis euenire solent, qui per vias gradiuntur asperas, asperitate ipsa calceos deterente, nudosque atterente & pedes: Et quod peius futurum erit, inde te nedum tuam haud expleturam idololatriæ libidinem, aut aliquid reuecturam opis, sed maiori potius eorum inflammandam siti, quali ij æstuare solent, qui celeriter, longiusque per asperas currant vias.* [c] *Tu verò è contra pertinax multo magis, summa impudentia id dedisti responsi, spe omni excidi opis tuæ; tuique cultus fructus iam sum expers; Non faciam quod suades; Amans iam diu fui alienarum Gentium, adeoque arreptum ad eas iter prosequi lubet, tum pro auxiliis, tum pro religione. Et aliquando* [d] *cum in eo versarêris errore, vt censeres fieri posse, vt vnà mecum, & alienos coleres Deos, dixisti, Nequaquam me è tuo excidisse pectore, neque desperatum, actumque apud te de meo esse cultu: sed velle alienos quoque prosequi cultus Deorum alienarum quas adamasti nationum.* [e] *Cùm tamen vt planè desperata, desperationisque proferens verba intuleris; Minimè tibi parebo, vt a captis meis desistam itineribus, quicquid miniteris. Quinimo maiori ea prosequar studio, ipso alienorum & Deorum, & Gentium amore validiores quotidie mihi ingerentes vires.*

b *Vers. 25. Prohibe pedẽ tuum à nuditate (seu à via aspera.) guttur tuum à siti.*

c *Et dixisti, desperaui: nequaquam faciam, adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.*

d *Desperatũ, seu expectoratum est, nequaquam.*

e *Et dixisti desperationis, Non: quia adamaui, &c. seu, viriliter agam, &c.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *PRohibe pedem tuum à nuditate*, &c. Sunt qui hæc vt in captiuitatis comminationem dicta accipiant ex illo Isaiæ, [f] *Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, &c. Sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem Ægypti*, &c. Ac si dicatur, Recede ab idololatria, ne captiua ducaris nudis instar mancipiorum pedibus, & sitiens præ itineris labore. Pro adhortatione Prophetæ, Iudaicum populum meretricem superius appellatum reuocantis ab effrænata Idololatriæ libidine, & fornicatione eadem sumit Ioannes Pineda in suis Comment. Super vers. 10. cap. 31. Iob. n. 81. vt quod dicitur. (*Prohibe pedem tuum à nuditate*,) idipsum sit, quod alibi dicitur, reuelare, aut discooperire crura; gutturis verò vocabulum translate positum sit pro ore vuluæ, sicut & sitis nomen pro intemperanti libidine, prout & aliàs vsurpatum reperitur. Vide Gasparem Sanctium sensum istum prosequentem, ac comprobantem in suis Comment. super hæc verba, vbi concludit, *Duo* hîc *meretrici à Ieremia præcipi, alterum, vt pedes aliis nudet, id est, ne corpus suum aliis venale prostituat, tribuatque ex ignominioso corporis vsu voluptatem: alterum ne ipsa capiat voluptatem illam fœdam, dum sitim illam amatoriam è cænosa, dissipataque cisterna sedare cupit.*

f Isai. 20.

Io. Pineda. *Prohibere pedem à nuditate significata cessatio ab actu venereo.*

Gasp. Sanct.

Siti significata voluptas, & libido actus venerei.

Addit tamen Sanctius ipse ad duos præallatos tertium sensum, vt per hæc Deus auocet populum suum, qui meretricis in modum idolis adhæserat ab illorum amore, & studio inutili. *Ne manu*, inquit, *labore se conficiat, & ab illis inire gratiam velit, à quibus præter ignominiam, & extremam rerum etiam minimarum inopiam, nihil sit habiturus. Alterum in nudis pedibus, alterum in siti gutturis exprimens.*

Ex Mundanis nil aliud recipitur, quã ignominia, & inopia rerum omnium.

2 Sed quicquid sit de his sensibus, neque enim eam in meis his commentariis desumpsi prouinciam, vt opiniones refellam aliorum, cùm expositoribus vniuersis deferendum potiùs, sine veritatis tamen præiudicio, semper mihi proposuerim. Hoc loco non censeo à communiori recedendum sensu, & antecedentibus & consequentibus maximè consono, cui, vt videbimus, & versio fauet Sept. Secundum quem sensum eadem sub diuersis duntaxat metaphoris, hîc repetitur admonitio, quæ eidem populo facta est supra in vers. 18. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum vt bibas aquam fluminis?* Quamquam admonitio ista multò hîc facta sit efficaciùs, cùm hîc duæ insuper assignentur rationes, eæque vehementissimè, quibus populus ille, si rectæ compos esset mentis, à viis recederet Gentium, & à studio idololatriæ, earumdemque gentium opis, ac Idolorum auxilij fiduciæ, sub metaphora potus aquarum turbidarum, & fluminis superius designato. Prima autem ratio est, quòd in viis illis asperrimis, atque longissimis alioquin discalceatam ambulare ei operæ precium erit. Altera verò est, quòd insuper præ longo, difficilique itinere, & præ cursus vehementia maxima ei laborandum sit siti, quam explere postmodum in viis illis nullatenus

tenus queat. Nec auxilium inde reuectura, nec ardentiſſimam expletura Idololatriæ libidinem. Et opportunè hoc loco iſta adhibita eſt adhortatio ei, quæ mox in verſ. præcedēti Onagro aſſimilata eſt, liberè per deſerta vaganti, præque ſiti & effrænata libidine tanto currenti impetu, vt retineri vix queat à quoquam, Hebræa ſic habet, (*Prohibe pedem tuum*) מיחף *miachepth*, id eſt, (*ne ſis diſcalceatus,*) ſeu (vt alij vertunt) (*à diſcalceatione, & guttur tuum à ſiti.*) Ac ſi dicatur, Deſiſte à cæptis hiſce tuis itineribus, & ab arrepto deſine curſu ad Gentium, idolorumque opem quærendam; ne B præ itinerum longitudine contritis calceis, nudiſque pedibus ingenti potiùs cum detrimento tibi ſit ambulandum, præque diuturno curſu ſitis tibi augeatur magis idololatrandi, quam expleas numquam. Sept. primam partem ſic legunt ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας, id eſt, (*Auerte pedem tuum à via aſpera,*) cauſam potiùs ponentes nuditatis pedum, quæ fit contritis calceis à viæ aſperitate. Senſus tamen idem eſt.

3 (*Et dixiſti, Deſperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo.*) Impudentiam, proteruiamque Iudaici populi, quam in præcedentibus expoſuit, & hîc quoque per eiuſmet C amplificat verba, Quorum triplex poteſt eſſe ſenſus iuxta triplicem lectionem. Primus, vt ille ad benigniſſimam, quæ mox præceſſit Dei adhortationem, arroganter reſponderit, Nolle ſe ei obtemperare monenti, cùm iam de ipſius auxilio deſponderit, omnique ſpe eius ceciderit opis, vel fructus cultus ipſius: Idcirco iure amorem ſuum vniuerſum & ad alias gentes, & ad Deos pariter alienos conuertiſſe, vtpote à quibus tutius ſperaret auxilium, & obfirmatâ mente ſuum poſt illos cæptum proſequi velle curſum. Vt hæc ſint eis D ſimilia, quibus idem apud Hoſeam ait,[a] *Vadā poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meā*, &c. Reliquos duos ſenſus ſuggerit textus Hebraicus, in quo eſt locutio conciſa, & ambigua, ob vocem נואש *noaſc*, quæ iuxta Hebræorum doctorum ſententiam ſumi poteſt & vt verbum, vt ſit tertia perſona præteriti coniugationis paſſiuæ quam appellant Niphngal, vt reddēdum ſit, (*Deſperatum eſt,*) prout vertunt ferè communiter recentiores, ſeu (*expectoratum eſt*) vt vertit Vatablus, & vt nomen ſubſtantiuum ſignificans deſperationem. Secundo igitur ſenſu, ſi ita hæc vertas. (*Et dixiſti, Deſperatū eſt?*) (interrogatiuè.) (*Non: E Quippe adamaui alienos, & poſt illos ibo:*) hac reſponſione ſignificat idem populus, Nequaquam actū eſſe apud ipſum de eius Dei cultu, qui eum reuocare nitebatur à confugio ad alienas gentes, & à cultu alienorum Deorum: ſed velle ſimul cū cultu illius, proſequi & quem cæperat alienorum Deorum cultum, & poſt gentes pariter alienas ambulare, cùm alienorum quoque amator factus ſis. In quo illo in errore verſabatur, quem aliàs confutans Elias dicebat.[b] *Vſquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum*: fauetque huic ſecundo F ſenſui Paraphraſis Chaldaica, ſic habens. *Et dixiſti, Auerſa ſum à cultu tuo? Nequaquā, ſed amaui coniungi populis. & poſt cultum idolorum ibo.* Quodque vertit Vatablus, (*Et dixiſti, Expectoratum eſt, nequaquā*, &c.) ſecūdo hoc itē ſenſu ſic explicari poteſt, vt ad ea quæ mox dixerat Deus. (*Prohibe pedē tuū à nuditate, & guttur tuū à ſiti:*) Sic populus reſpondiſſe dicatur, An fortè in curſu iſto expectoratus ſum? Numquid ſi ita curro è pectore, & è corde meo tu, cultuſque tuus penitus excidiſti? Minimè

1. Senſus. *Deſperatio quò deducat peccatorem.*

a Hoſe. 2. 5.

Peccator duobus dominis ſeruire ſtudet, Deo, ac mundo. 2. Senſus.

b 3. Reg. 18. 21.

A gentium: At adamaui etiam alienos, ideoque poſt eos ambulare, ad eoſque confugere perſiſtam.

4 Tertio denique ſenſu ſi Hebræa ſic vertas. (*Et dixiſti deſperationis.*) (Scilicet verba) (*Nequaquam quia alienos amaui, & poſt illos ambulabo*) Significatur eumdem populum in reſponſione ſua ſe habuiſſe, vt plane deſperatum, adeoque & deſperati animi verba protuliſſe iſtiuſmodi. Nolo tuis obtemperare monitis; Nolo facere, quod ſuades: Quinimò obfirmor magis in alienorum, tum Deorum, tum gentium amore, meaque poſt illos proſequi volo itinera. Ad quem ſenſum referes facilè & ſuperius allatam aliam verſionem ex Hebr. (*Et dixiſti, deſperatum eſt*) (ſine interrogatione. (*Non quia adamaui*, &c.) & noſtram Vulg. lectionem, (*Et dixiſti Deſperaui, Nequaquam faciam*, &c.) id eſt. Et reſpondiſti mihi, Deſperatum eſt, & deſperaui de hoc, quod ſuades, Nolo id facere.

Dicitur inquit, Petrus à Figueira ſuper hūc locum verbum נואש *noaſc, quaſi impersonaliter, i. pertæſum eſt, tædet, faſtidiū eſt, abominatio eſt, vel ſatis eſt, ſufficit, ſatietas eſt*, &c. *Quaſi dicat: Noli mihi amplius cōcionari; Noli mihi iſta inculcare; deſperatio, & tædium faſtidiumque harum rerum me tenet: ſermonem de Domino abominor, faſtidio mihi ſunt conciones, & exhortationes: non faciam quod mones, non conuertar ad Dominum, aliorum me Deorum amor tenet, & poſt eos ambulabo.* Quæ in idem cum noſtro hoc tertio recidūt ſenſu, & reuera Hebraicum verbum allatum iſta omnia deſignare poteſt. Magis autem huic ipſi ſenſui fauet verſio Sept. quæ ſic habet. (*Illa vero dixit, viriliter agam* ἡ δὲ εἶπεν, ἀνδριοῦμαι, *andrioume*, *Quia dilexit alienos, & poſt eos ambulabat.*) In quibus Sept. Senſum magis, quàm verba expreſsēre, vnū duntaxat verbum. (*Viriliter agam*) populo tribuentes reſpondenti: Cætera verò Deo, audacis eius reſponſionis rationem radicalem afferenti.

Ac ſi idemmet Dominus poſt adhibitam benignam eam adhortationem, (*conuerte pedem tuum à via aſpera, & fauces tuas à ſiti,*) quibuſcūque loquēs audientibus, aut legentibus dicat, At populus ille, eaque meretrix id mihi dedit reſponſi. Tantum abeſt, vt à meo iſto deſiſtere velim curſu, vt ſuades; vt in illo magis obfirmata, maioreſque ſumēs animos in eo ipſo viriliter ſim actura, nullam expaueſcens defatigationem, nullam viarum aſperitatem, nullamque in curſu ſitim. Nec mirum: amor quippe quo in alienos affecta erat, vires ei addebat & animos, ideoque & obfirmata poſt illos ambulabat.

3. Senſus. *Obſtinatio in peccatore eſt ex deſperatione quadam.*

Pet. à Figuei.

Verſ. 25.] Prohibe pedem tuum à nuditate, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 **P***Rohibe pedem tuum à nuditate, ſeu à diſcalceatione, ſeu à via aſpera, & guttur tuum à ſiti.*) Inter viros probos, ac inter impios mundū in hac vita peragrantes id in primis ineſt diſcriminis, quòd iſti tametſi aſperrimis currant viis de quibus Dominus per Hoſeam ait.[c] *Sepiā viam tuā ſpinis*, & per Salomonē Prou. 22. 5. *Arma, & gladij in via peruerſi*, nudis tamē pedibus per eas ſummo cum ipſorū currunt detrimēto; cùm è cōtra illi ambulantes per viā quæ alibi dicitur[d] *cōplanata à lapidibus*, calceatis ambulant pedibus,[e] *In carne enim ambulantes non ſecundùm carnē ambulant*, vt ait Apoſtolus, i. non nuda pedum carne ambulant, ſed quæ calceis cōſtricta ſit è mortuorū animalium

In mundo iuſti ambulant affectuū pedibus conſtrictis calceis mortificationis, impij vero nudis, & diſcalceatis.

c Hoſe. 2. 6.
d Eccl. 21. 11.
e 2. Cor. 10. 3.

maliũ pellibus.Hinc est quòd in Canticis pia illa anima à Domino ex istiusmodi eius itinere in mundo, & in carne commendata ex calceamẽtis potissimùm celebratur, [a] *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis.* Pedes animæ ipsos esse eius affectus constantissimè apud omnes est exploratum; quamdiu pedes isti calceis mortificationis constricti seruantur, res, & itinera viuentium in hoc mundo bene se habẽt. Attamen fieri minimè potest, vt ei qui nimium mundi percurrit semitas, paulatim ij non conterantur calcei, studiumque eiusmodi deficiat mortificationis. Vnde eorumdem affectuum sequitur nuditas, & effrænis licentia, sordesque vniuersorum scelerum, ita vt tutò de eo dici id queat, [b] *Sordes eius in pedibus eius,* A quibus omnibus per hæc, (*Prohibe pedem tuum à nuditate.*) singulos quosque in hac vita degentium deterret qui verus, tutusque est itineris eorum dux.

a Cant.7.1.

Ex pedũ nuditate affectuum libertate quanta proueniant mala.

b Thren.1.9.

6 Addit autem, (*& guttur tuum à siti.*) Pœnam exponens currentium nudis, & effrænibus affectuum pedibus, ea verò est, vt præiugi concupiscentiarum ardore continua explendorum eorumdem affectuum siti consumantur in præsenti vita, & quod peius est, siti pariter perpetuâ, non iam dumtaxat in gutture, sed & in lingua ardeat in inferno. Quorum testem diuitem illũ Euangelij epulonem habemus, de quo dicitur,[c] quod *diues* cùm esset, *induebatur purpurâ, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè,* quippe qui diuitias in affectibus suis effrænè explendis insumeret, Cumque mortuus sepultus est in inferno dixit.[d] *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Vt intelligas, istiusmodi in affectibus suis effrænes in æternum perseueraturos, vt rabidos canes, qui præ rabida siti exerta linguâ suam ipsam patefaciunt rabiem.Nec mirum, quia ibi in inferno ipsis suis deuincti tenentur affectibus vehementissimis, quos illi cõstrictos in hac vita tenere noluerunt, quod sub pedum pariter metaphora significatur in libro Iob, vbi de impio agens Baldad Suites ait.[e] *Tenebitur planta illius laqueo,* pars pro toto pede per Synechdochen, seu illa potissimùm pars, qua, cum nudum haberet pedem, terræ inhæsit, laqueo, & pedica in affectu, quo terrenis adhæsit, apprehensus deuincietur, Tuncque *exardescet,* seu, vt est in Hebræo *roborabitur, inualescet contra eum sitis,* eâ ipsâ quæ in hoc mundo pro eorumdem affectuum suorum expletione ardebat, vehemẽtiori, & diuturniori, atque perpetua effecta.

Mundani quantâ conficiantur siti, & cur.

c Luc.16.19.

In inferno quantâ siti conficiantur damnati, & ob quam causam.

d Luc.16.24.

In inferno damnati tenentur ligati affectuum pedibus.

e Iob.18.9.

7 Ioachinus Abbas duo in istorum expositione asserit, quæ & ad mores faciunt, & mihi non displicent. Primùm, nuditatis nomine intelligẽs prosperitatem temporalem, nomine verò sitis auaritiam: *Desperata* (inquit, anima, dic tu) *ex assuetudine prauitatum à nuditate non retrahit pedes suos, imò magis affectus in eam inijcit, cùm indutam gloriæ temporalis nuditate se sentit. Est enim quædam nuditas temporalis prosperitas, quæ dum magis claruit dicat* (vestit) *plus fugienda denudat. Sed est sitis auaritia, quæ quò plus animum reddit hydropicum, eo fortius reficit.* (excitat) *affectiuum* (concupiscentiam.) Secundum, pedum Ecclesiæ nomine accipiens Legatos, ac Prælatos: nomine gutturis eiusdem, doctores, Theologos, & magistros, *Hos* ait, *Ecclesia ipsa prohibere tenetur à nuditate iustitiæ, & à siti auaritiæ abstinere.* Generalius hæc ipsa moraliter interpretans Hugo Cardinalis. Prohiberi ait, animam, seu Ecclesiam à Peccato, *quod facit nudum,*

Ioach. Abb.

Prosperitas temporalis est nuditas quædam,

Auaritia est sitis.

Legatos, Prælatos, Magistrosque Ecclesia admoneat abstinẽat à nuditate iustitiæ, & à siti auaritiæ.

Hugo Card.

A *& fuire, iuxta illud Apoc. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Calceamenta fiunt de pellibus mortuis, id est de exemplo Sanctorum: Ergo facta præcedentium recolamus, & non erunt grauia quæ sustinemus. Vel de cogitationibus mortis. Unde Cant. 7.* [f] *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, id est, Quam pulchra opera tua in memoria finis. Guttur prohibetur à siti, id est, à cupiditate, & æstu temporalium: similia ferè & Dionysius, & alij.*

Apoc.16.15.

Peccato efferemur nudi. Sanctorũ exẽplo, & memoria mortis facile & tutò ambulamus vias Dei.

f Cant.7.1.

8 (*Et dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.*) Effrænatæ libertatis, prauæque consuetudinis, à quibus B hucusque fidelem animam abducere obnixum vidimus Deum, eæ sunt vires, vt miseram potiùs animam in desperationem adducant, de qua nec erubescat. Porrò sicut exercitui ad prælium accincto duo causare solet desperatio, quæ sibi inuicem aduersa videntur, robur nimirum vehementius in aduersam partem, vnde Thucydides lib.7. hist. laudat consilium Syracusanorum, qui cominùs cum Atheniensibus profligatis iam pugnare nollent, tantumque iter eorum leuibus certaminibus morarentur: inutile enim, periculosumque esse cum hominibus vitam suam des- C perantibus congredi. Et in vita Demetrij in Parallellis scribit Plutarchus, Seleucum Regem tametsi armis superiorem dubitasse solum cum Demetrio signa conferre, vtpote qui desperationem eius formidaret. Et fugam, prout iugi patet experientiâ, cùm reuera ex segnitie ipsa sit desperatio, vt notat Ambrosius serm. 3. in Psal. 118. Sic & in anima fideli à desperatione duos similes causatos effectus hîc indicat Dominus; secundum quidem, in vers. 27. primum verò, in his, quæ præ manibus habemus, Nam quod iuxta vulgatam dicitur. (*Desperaui,*) ex versio- D ne explicatur Sept. quæ habet, (*Viriliter agam.*) Quod duo significat: primum viriliter agam, roburque exeram vehementius in currendo ad malum, vt liberè meis satisfaciam affectibus, quod confirmant verba illa,

Consuetudo peccati adducit hominem in desperationem.

Desperatio duos causat effectus contrarios.

Thucydides.

Cum Desperatis belligerare, & congredi valde periculosum.

Plutarchus.

Desperatio causat fugã.

Ambros.

Desperatus peccator sibimet indit animos, vt ad malũ currat.

9 (*Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo:*) experientiâ enim nouit peccator, maiori in dies prauis in studiis se confici lassitudine, prout aliquando quidam confitentur, [g] *Lassati sumus in via iniquitatis,* vehementiorique propterea in illis sibi laborandum robore, iuxta illud, [h] *Vt iniquè agerent laborauerunt.* Ideoque sicut iis qui vir- E tutis studio in Dei ope confisi indulgent, per Prophetam Regium dicitur,[i] *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino,* Ita iniquus spei mundanorum innixus animos sibimet indens ait, *Viriliter agam, adamaui quippe alienos,* &c. Quamquam per hæc & id insuper significet, quod præ desperatione, & præ obfirmato in malitia animo, contra Deum ipsum sibi in iis obsistentem studiis maiori obniti velit robore, quod infra Ieremias noster iis explicat verbis, [k] *Quia multiplicata sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum:* quodque expres- F siùs dixit & Iob, [l] *Et contra omnipotentem roboratus est:* In quorum confirmationem ipsemet peccatór statim ac dixit, (*Desperaui:*) seu (*viriliter agam,*) subintulit, (*Nequaquam faciam:*) ac si diceret, viriliter agam in mea auersione à te, & à mandatis, & consiliis tuis.

g Sap. 5.7.

h Ierem.9.5.

i Psal.30.25.

Desperatus peccator roborat se magis cõtra Deũ.

k Ier. 5. 6.

l Iob. 15.25.

10 (*Adamaui quippe alienos, & post illos ambulabo.*) Homo instar illarum est machinarum, quæ per æquilibria mouentur, citiusque & eò tendunt, quò à grauiori impelluntur, aut trahuntur libramine; & instar horologij, quod ad libraminum pondus

Simile.

Homo instar horologij mouetur & sonat iuxta libramen amoris.

A pondus & mouetur, & ſonat, eius autem libramen haud aliud eſt, quàm amor, iuxta illud Auguſtini ad Deum, *Amor meus pondus meum.* Ideoque ſicut pia illa anima, quæ Dei charitatem ſuum ſentit æquipondium, & verborum ſono, & facto poſt Deum illi, eiuſue legi obſequēs currit, dicens, [a] *Viam mandatorum tuorū cucurri, cùm dilataſti cor meum,* quid ſit autem dilatare cor, ex Apoſtoli deducitur dicto: [b] *Cor meum dilatatum eſt in vos ô Corinthij, dilatamini & vos: id eſt* ſicut ipſe charitate ſuccenſus erga vos ſum, ita & vos eadem ſuccendamini charitate. Sic & è veſtigio anima, quæ mundum diligit, & ea quæ ſunt in mundo, eorum, quæ diligit amore, vti graui impellitur pondere, vnde poſt ea ambulat, vociſque idipſum aſſerit ſono, vt ex his patet, quibus quaſi ad tale ſonans libramen ait, *Adamaui alienos, & poſt eos ambulabo.*

Auguſt. lib. 13. confeſſ. cap. 9.

a 2. Cor. 6. 11.

11 *Amore inhoneſto depereuntem creaturam aliquam, quam ſit arduum illum ab eo ſtudio, & ab ea creatura auertere.*

Porrò cùm de anima ſermo hîc ſit ſub parabola meretricis, adeoque de impudico hæc dicta ſint amore: aptiſſimè verba iſta omnia vnicuique tribues, qui turpiter libidinoſo cuipiam ardentique affectu inhæſerit creaturæ, cùm enim per amorē illum vnum cum ea creatura factus is ſit, iuxta illud quod Geneſ. 34. 2. de Sichem depereunte Dinam, dicitur, [b] *Conglutinata eſt anima eius cum ea,* & paulò poſt: *Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ.*

b Geneſ. 34. 2.

Amore impudico depereuntis excuſatio, cur ab amata conuerſatione non deſiſtat.

Quando quis perſuadere ei obnititur, vt à tam fœda ſe ſeiungat conuerſatione, atque à tam iugi deſiſtat inhoneſti affectus, grauiſſimique peccati ſtatu, tale quid illicò procaci reſpōdet facie. Tā arcta noſtra iſta eſt coniunctio, vt ab ea viuus ſeiungi nequeam. Deſperaui, nequaquam faciam: adamaui & deperi amaſiam, ſeu amaſios meos, poſtque illam, aut illos ambulabo, in amoris perſeuerans ſtudio, atque officiis. Et iuxta moralem iſtum ſenſum libenter ſenſu pariter morali admiſerim quod in expoſitione Literæ notaui. Ioannem Pinedam, & Sanctium ſumpſiſſe literaliter, vt in præcedentibus verbis. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti,* ſit adhortatio ad pudicitiam, & honeſta auocatio à meretricio ſtudio, vocabulis metaphoricis.

VVLGATÆ.

Verſ. 24.] Onager aſſuetus, &c.

Verſ. 25.] Prohibe pedem tuum, &c.

SEPTVAGINTA.

24. Ὀψὲ φωνὴ αὐτῆς ὠλόλυζε, τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπλάτυνεν ἐφ' ὕδατα ἐρήμου, ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο, παρεδόθη, τίς ἐπιστρέψει αὐτήν; πάντες οἱ ζητοῦντες αὐτὴν, οὐ κοπιάσουσιν, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς εὑρήσουσιν αὐτήν.

25. Ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας, καὶ τὸν φάρυγγά σου ἀπὸ δίψους. ἡ δὲ εἶπεν, ἀνδριοῦμαι, ὅτι ἠγαπήκει ἀλλοτρίους, καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἐπορεύετο.

Verſ. 24.] Ad veſperam vox eius vlulauit: vias ſuas dilatauit ſuper aquas ſolitudinis: in deſideriis animæ ſuæ ſpiritu portabatur: tradita eſt: quis cōuertet eā? omnes qui quærunt illam, non laborabunt: in humilitate illius reperient illam.

Verſ. 25.] Auerte pedem tuum à via aſpera, & guttur tuum à ſiti: Illa verò dixit, viriliter agam: quia dilexit alienos, & poſt eos ambulabat.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

B PARAPHRASIS Chaldaica. *Sicut Onager, qui moratur in deſerto, & ambulat in voluntate animæ ſuæ, bibens ventum ſicut Draco; ſic cœtus Iſrael tranſgreſſus eſt, & aberrauit à lege, & noluit agere pœnitentiam: Propheta dic ei: Omnes, qui quærunt legem meam non fatigabuntur; in tempore ſuo, inuenient eam.* Verſ. 25. *Prohibe pedem tuum, ne te iungas populis, & os tuum, ne colas idola: & dixiſti. Auerſus ſum à cultu tuo: Nequaquam: ſed amaui coniungi populis, & poſt cultum idolorum eorum ibo.* 1

Legis diuinæ ſtudioſus, & obſeruator abſque defatigatione illius inuentu rus eſt præmia.

C *Onager aſſuetus,* &c.) Hieronymus in Comment. *Sicut Onager aſſuetus in ſolitudine trahit in deſiderio animæ ſuæ ventum, vel ſpiritum amoris ſui. Sic & Iſrael toto impetu ad deſiderium libidinis ferebatur, & omni idolorum amore feruebat: nulluſque eſt, qui eam ſuis monitis poſſet ab hoc impetu auertere: non quod impoſſibilitas hoc fecerit Prophetarum, ſed malitia peruerſa accipientis. Quicumque ait, eam quæſierint, non magnopere laborabunt. (In menſtruis,) & in immunditie eius (inueniet eam,) Pro quo Aquila (Neomenia) hoc eſt Kalendas, Symmachus (menſem) Sept. & Theodoſio (humilitatem) interpretati ſunt.* 2

Hieronym. *Iudaicus populus Onagri impetu in libidinem idololatriæ irreuocabiliter ferebatur.*

D Gregorius Papa lib. 16. Moral. cap. 23. *Hæreticus eſt Onager aſſuetus in ſolitudine: quia dum terram cordis ſui diſciplinæ virtute non excolit, ibi habitat, vbi fructus non eſt. Qui in deſiderio animæ ſuæ ventum amoris ſui trahit, quia quæ ex deſiderio ſcientiæ in mente concipit, inflare præualent, & non ædificare.* Vide eumdem Gregorium lib. 10. Moral. cap. 15. pluribus de effrænata pulli Onagri libertate differentem. 3

Gregor. PP. *Hæreticus eſt Onager, quâue ratione.*

Idem Gregorius lib. 2. Homiliarum in Ezech. homil. 20. (*Omnes qui quærunt eam non deficient.*) *Maligni ſpiritus quærentes non deficiunt, cùm inferre perditionem cupiunt, & nullâ bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atque (in menſtruis ſuis) animam (inueniunt) quando in pollutis cogitationibus facilè ad peruerſam operationem trahunt.*

Idem. *Dæmones quâ ratione ſe habeant tentātes peccatorē.*

E

Procopius in cap. 57. Iſaiæ pag. 645. (*In cupiditate animæ ſuæ ferebatur.*) *Quod quæ patitur anima, non facilè poteſt reuocari. Ideoque idem Propheta, quis eam eſſet auerſurus poſtulauit.* 4

Procopius.

D. Thomas in Comment. *Explicatur in his peccati modus quantùm ad concupiſcentiæ feruorem (in deſiderio) ſcil. coitus (attraxit ventum) quo percipit odorem fœminæ ſuæ, (amoris) rei amatæ: Tum quantùm ad fortem adhæſionem, (Nullus auertet) amouendo, & quantùm ad peccandi promptitudinem (omnes qui quærunt:) quaſi de meretrice loquitur, quæ etiam tempore menſtruorum amaſiis ſe exhibet.*

D. Thomas. *Peccati modus qualis.*

F

Verſionem Sept. quæ finem verſ. præcedentis his connectens legit. (*Ad veſperam vox eius vlulauit: vias ſuas dilatauit ſuper aquas ſolitudinis, in deſideriis animæ ſuæ ſpiritu portabatur: tradita eſt, quis conuertet eam? omnes qui quærunt illam non laborabunt, & in humilitate illius reperient illam.*) 5

Hieronymus in Comment. ita interpretatur. *Meretrix Ieruſalem iuxta illam mulierem, quæ in Prouerbiis deſcribitur: Ad veſperam vlulabat voce ſuâ, & amato*

Hieronym. *Libidinoſæ animæ deſcriptio.*

& amatores ad libidinem prouocabat, aperiebat vias turpitudinis suæ, & diuaricabat pedes omni transeunti. Erat autem locus amœnitatem habens aquarum fluentium, qui delectabilior fit, quando in circuitu solitudo est, vt nullus videat fornicantem. (In desiderio) inquit (animæ suæ ἐπνευματοφορεῖτο, id est siue peruerso spiritu ducebatur, siue trahebat amoris refrigerium, vel certè canebat turpitudinis suæ carmina, (Tradita est,) inquit vitiis suis, & libidini (nullus eam conuertere poterit: omnes qui voluerint eam inuenire, in turpitudinis humilitate reperient) vt numquam possit voluptatis amore satiari.

6 Theodorit. *Peccatori quomodo contingat vt in infidelitatem decidat.*

Theodoritus in Comment. (*Vias suas dilatauit ad aquas deserti.*) *Propterea dilatauit infidelitatem, quæ quidem impiè agere docuit, Aquas deserti appellauit idola, eò quòd pariant desertum, & exitum procurent.* (*In desideriis animæ suæ spiritu*) *prophetico* (*ducebatur.*) *Quæ enim audire cupiebant, pseudoprophetæ arroganter profitebantur se prædicere. Nam verbum istud ἐπνευματοφορεῖτο de pseudoprophetis posuit,* (*Tradita est: quis auertet eam?*) *Deo enim tradente, quis idoneus ad hoc efficiendum?* (*Omnes qui quærunt eam, non laborabunt, in abiectione sua reperient eam.*) *Cum hi, qui amplectuntur iniquitatem sunt captu faciles.*

Vers. 25.

7 Lucifer.

(*Prohibe pedem tuum à nuditate,* &c.) Lucifer Calaritanus libro de non conueniendo cum hæreticis pag. 203. sic citat hæc, iuxta versionem Sept. (*Auerte pedem tuum ab aspera via, & faucem tuam à siti.*) Sic pariter & Hieronymus in Epistola 46. ad Rusticum, (*Conuerte pedem tuum à via aspera, & guttur tuum à siti.*)

Hieron. *In mundo isto calceatis pedibus incedendum.*

Idem autem Hieronymus in Comment. Vulgatæ lectionem explicans. *Pascha*, inquit, [a] *falsuri calceamenta iubentur habere in pedibus. Et Apostolus* [b] *calceatos prædicat pedes eorum, qui Euangelio præparantur, ne dum per sæculi huius solitudinem gradiuntur, venenatis pateant animantibus, quæ debent Euangelico pede calcari, & conteri* (*Guttur*) *prohibens* (*à siti,*) *quando Saluatoris præcepta implemus, dicentis,* [c] *qui sitit veniat ad me, & bibat. Quæ desperatione meliorum negauit, se facturam quod Dominus imperauit, causamque exposuit, dicens,* (*Adamauit alienos,*) *& illos sequar, impudenti confessione putans se crimina deuitare. Porro iuxta Sept. Via peccatorum aspera est, quæ à Domino conuertitur in viam planam. Quicumque hæreticos sequitur horum versuum notetur elogio: quod dixerit,* (*desperaui*) *siue in malo proposito agam viriliter, & in meo confortabor errore. Necesse autem est, vt qui alienam ab Ecclesiastico doctrinam sequitur, alienos diligas, & eorum sequatur vestigia, vel dæmones, vel hæreticorum principes, qui à Deo alieni sunt.*

a Exod. 12. 11.
b Ephes. 6. 15.
c Ioan. 7. 37.

Hæretices sequens qualiter se habeat.

8 D. Thom. *A peccatis cessare nos monet Deus ne captiui à diabolo ducamur.*

D. Thomas in Comment. *Admonitionem ponens* ait, (*Prohibe*, &c. *Ac si dicat, Cessa à peccatis, pro quibus nudis pedibus, & sitiens duceris in captiuitatem, sicut Isai. 20.* [d] *Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, ita minabitur Rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, &c. nudam & discalceatam discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. Tum ostendit populi rebellionem,* (*Et dixisti*, &c.) (*alienos*) *idola. Dixerunt,* (*Desperauimus,*) *post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.*

d Isai. 20. 3.

D. Bonauent. *Pedum nuditate significata priuatio temperantiæ.*

D. Bonauentura in Psal. 118. cap. 7. vers. 5. art. 2. (*Prohibe pedem tuum à nuditate.*) *Per pedis nuditatem intelligimus concupiscibilis vis infirmitatem scil. temperantiæ priuationem.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ὀψὲ φωνὴ αὐτῆς ὠλόλυζε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καθάπερ πρὸς γυναῖκα μεθύουσαν, καὶ οὐκ εἰδυῖαν ἅπερ ἔπραξεν, οὕτω διαλέγεται. πανταχοῦ σπουδάζει μαθεῖν αὐτῆς τὰ ἁμαρτήματα, ὄντως γὰρ μεγάλης σοφίας δεόμεθα, πρὸς τὸ μαθεῖν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα. ὄντως μεγάλων ὀφθαλμῶν. τί τοῦ Δαυὴδ συνετώτερον; καὶ οὐκ ἠδυνήθη συνιδεῖν τὴν ἁμαρτίαν, οὐκ ἠδυνήθη κατιδεῖν. ἀλλ' ἐδεήθη προφήτου τοῦ δηλώσοντος αὐτήν. οὐ γὰρ οὕτω πρὸς τὸ ἁμαρτεῖν σφοδρὸς ὁ διάβολος, ὡς πρὸς τὸ μὴ συνιδεῖν τὸ ἁμάρτημα. ἵνα ἐπιμένωμεν ἁμαρτάνοντες.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] ἐπικλήσεις ἐν τῷ πολυανδρίῳ ποιουμένη δαιμόνων. ὡς ὀργιζόμενος δὲ Θεὸς, πρὸς ἕτερον ἀποστρέφει τὸν λόγον, καὶ Ὠσηὲ δὲ ὁ προφήτης, ὀλόλυζον ἐπὶ τῶν κοίταις αὐτῶν. ὅπερ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἀσελγῶς ἐλάλησαν, ἐξέδωκαν, πόρνους αὐτοὺς εἶναι σημαίνοντω.

Ὀλυμπιοδώρου διακόνου.] ὀλολύζουσιν αἱ θήλειαι κύνες εἰς μίξιν τοὺς ἄρρενας προκαλούμεναι, τοῦτο φησι, πέπονθεν ἐν σκοτεία ψυχῆς, τοὺς ἀκαθάρτους προκαλουμένη δαίμονας. [Τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπλάτυνεν ἐφ' ὕδατα ἐρήμου.

Ὀλυμ

Vers. 24. *Ad vesperam vox eius*, &c.)

9 Chrysost. *Peccator propria non aduertens delicta est veluti vino obrutus. Peccatorum propriorũ cognitio maxime omnium necessaria, & quanta adhibenda sit perspicacitas. Diabolus contendit magis efficere, vt peccata occultemus, quàm vt illa admittamus.*

Chrysostomi.] *Veluti ad mulierem vino obrutam, nec scientem quid egerit conuertit orationem. hoc est quod vbique optat vt suas culpas agnoscat; Sanè multâ nobis opus est prudentiâ, vt percipiamus quæ delinquimus. Planè oculatißimos esse oportet. Quid Dauide prudentius? nec tamen suum potuit intelligere peccatum, non valuit agnoscere: sed opus illi fuit Prophetâ, qui illud sibi aperiret. Non est enim tam vehemens ad peccatum diabolus, quàm vt ne peccasse nos sentiamus, vt in errore persistamus.*

Vict. Presb.

Victoris Presbyteri.] *Inuocationes in Polyandrio dæmonum agebant: tamquam verò iratus Deus ad alium conuertit orationem. Et Osea* [a] *Propheta, vlulabant in dormitoriis suis: quod Aquilas, & Symmachus, libidinosè locuti sunt reddiderunt scortatores esse insinuantes.*

a Ose. 7. 14.

Olympiod. *Peccans immundos dæmones quasi canis canem ad libidinem vocat.*

Olympiodori.] *Vlulant sexus fœminei canes dum ad coitum mares prouocant: hoc igitur, ait, passa est in tenebris animæ: immundos inuocans dæmonas.* (*Vias suas dilatauit super aquas solitudinis.*)

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] ὕδατα ἐρήμου, αἱ πολύτροποι, A καὶ ἄκαρποι τῆς κακίας ὁδοί.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ ὡς ἁμαρτάνουσα, οὐδὲ ὡς κλέπτουσα, ἀλλὰ μετὰ ἀδείας, μετὰ πολλῆς πλησμονῆς, ὕδατα ἐρήμου, τί φησι; τὴν ἀσέβειαν, τὴν εἰδωλολατρείαν. [ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] κατὰ δὲ τοὺς λοιπούς, εἵλκυσαν ἄνεμον, πνεῦμα γὰρ ἐπισπασάμενοι τὸ ἀκάθαρτον, ἐματαιώθησαν. ἤγουν ἅπερ ἀκούειν ἐβούλετο, λέγειν οἱ ψευδοπροφῆται προσεποιοῦντο, ἢ ὅτι μαινομένης δίκην, ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην ἐπιθυμίαν μετέβαινεν. B

Τοῦ αὐτοῦ.] ὕδατα ἀεὶ τὴν διδασκαλίαν καλεῖ τὴν ἑαυτοῦ πανταχοῦ, ἐκεῖνα δὲ τὰ ὕδατα τὴν διδασκαλίαν τῶν εἰδώλων, ἔνθα ἐκενοφωνεῖτο, ὅρα οὐδαμοῦ ἐξ ἀνάγκης, πανταχοῦ ἐξ ὕβρεως ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς. ὅταν καὶ μετ᾽ ἐπιθυμίας τὰ κακὰ πράττῃ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐνεργειῶν ἐπληροῦτο πνευμάτων ἀκαθάρτων. [τίς ἐπιστρέψει αὐτήν;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς καὶ τοῦτο πάλιν ἑτέρως λεγόμενον, καὶ ἑτέρως γινόμενον. οὐκ ἀπεστράφη οὖν, καὶ μὴν καὶ σὺ ἐπέστρεψας αὐτήν, καὶ οὐδὲ παρεδίδοτο. C ἀλλὰ τὸ μὴ συμβεβηκὸς εἶπεν. ἵνα οὕτω γοῦν ἐπιστραφῇ.

Ὀλυμπιοδώρου.] προαιρετικῶς αὐτὴν ἐπιδοῦσα.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸν γὰρ μὴ βουλόμενον θεραπευθῆναι, οὐδεὶς ἰᾶσεται. [ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς εὑρήσουσιν αὐτήν.]

Τοῦ αὐτοῦ.] διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτοῖς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι, κατειργασμένην, δεδεμένην, παραδεδομένην. [ὀψὲ φωνὴν αὐτῆς ὠλόλυξεν.] * Τοῦ αὐτοῦ.] κατὰ τὸν Ἑβραῖον οὕτως ἔχει, ὡς πρωτότοκον μοσχάριον σκιρτᾷ. [τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπλάτυνεν ἐφ᾽ ὕδατα ἐρήμου.] ἵνα εἴπῃ τὰς πράξεις αὐτῆς D ἐξέχεεν ὡς ὕδατα ἐπὶ ταῖς ἐρήμοις εἰδώλοις λατρεύουσα καὶ καταφρονοῦσα τοῦ ναοῦ. κατὰ τὸν Ἑβραῖον οὕτω κεῖται, ὡς δάμαλις δεδιδαγμένη ἐν πανερήμῳ ἅλλεσθαι. ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς.] ἀκολούθως ὁ Ἑβραῖος ἔχει, καὶ ἐν τῷ θελήματι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, βαδίζειν πρὸς ἕκαστον κλίμα. [τίς ἐπιστρέψει αὐτήν;] ἀκολούθως κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων κεῖται, τουτέστιν ἐμοῦ ἀποφηναμένου, κατ᾽ αὐτῆς αἰχμαλωσίαν, τίς δύναται αὐτῇ βοηθῆσαι; [πάντες αὐτήν.] ὁ Ἑβραῖος ἐν τῷ ἀροτριᾶν εὑρήσουσιν αὐτήν. τουτέστιν ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτῆς. οὕτω μὲν οὖν κεῖται κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων ἔννοιαν, ὁ δὲ E ἑλληνικὸς, τοιαύτην τινὰ ἔχει τῶν ῥημάτων διάνοιαν. εὐάλωτος ἔσται, τῆς παρ᾽ ἐμοῦ προνοίας οὐκ ἀξιουμένη. [ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς πάλιν παραινεῖς; πῶς πάλιν συμβουλεύεις, εἰ κεκηλίδωται; ὁδοὺς τραχείας τὰ εἴδωλα λέγει, καὶ δίψος δεικνύς, ὅτι οὔτε ἡδονὴν τὸ πρᾶγμα ἔχει. ποία γὰρ ἡδονὴ τὸ θύειν υἱοὺς καὶ θυγατέρας; τί δὲ τούτων τραχύτερον τῶν ἐπιταγμάτων; ποία δὲ ἡδονὴ τὸ πορνεύεσθαι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ μοιχᾶσθαι; ποία δὲ F ἡδονὴ τὸ τὰ μέλλοντα προακούειν, εἰκῇ, καὶ μάτην οὐδὲν ὠφελουμένους ἀπὸ τῆς προρρήσεως; ποία δὲ ἡδονὴ τὸ κατατέμνεσθαι, καὶ αἱμάττειν τὰς χεῖρας; ἢ ποία ἡδονὴ τὸ συγγίνεσθαι ἀλόγοις; οὐδὲν τραχύτερον, τῆς ὁδοῦ ταύτης.

Πολυχρονίου.] τραχεῖα πᾶσα ἡ τῆς ἁμαρτίας ὁδὸς, ἧς ἀπηλλαγμένος Ἰακὼβ, λείας εἶχε χεῖρας, δι᾽ ἣν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ πλινθουργεῖν ἠναγκάζοντο, προσκομμάτων γεμοῦσαν τοῖς ὁδεύουσιν ἐν αὐτῇ. βαρυτέρα γάρ τε

 μολί

A Olympiodori.] *Aquæ ſolitudinis variæ, & fructiferæ iniquitatis viæ.*

Olympiod. *Peccati via appellata Aqua ſolitudinis.*

Chryſoſt.] *Neque vt peccãs, neque vt furtum admittens, ſed licenter vſque ad ſaturitatẽ. Aquas ſolitudinis quas vocat? impietatem, idolorũ cultũ. (In deſideriis animæ ſuæ ſpiritu portabatur.)*

Chryſoſt. *Impietas dicta Aqua ſolitudinis.*

Chryſoſtomi.] *Iuxta verò alios (ſpiritum attraxerunt.) Spiritum enim attrahentes impurũ, euanuerunt. Hoc eſt, quæ audire volebat. Pſeudoprophetæ ſe dicere ſimulabant : vel quòd furentis* B *more in alia ex aliis deſideria ferebatur.*

Chryſoſtomi. *Peccatoris impetus ac furor in ſcelera.*

Eiuſdem.] *Aquarũ nomine ſẽper doctrinã ſuã vbique intelligit, illas vero aquas Idolorum vocat doctrinã, vbi vanè obſtrepebatur. Cõſidera nuſquã ex neceſſitate, vbiq; ex petulãtia, in cõcupiſcẽtia animæ ſuæ, quãdo & cũ animi deſiderio mala agit.*

Chryſoſt. *Aquarũ ſolitudinis vocabulo ſignificata doctrina impiorũ propria, & diſciplina Idololatriæ.*

Olympiod.] *Operationibus implebãtur immũdorum ſpirituum. (Tradita eſt, quis conuertet eã?*

Peccat quiſque ex cõcupiſcẽtia.

Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Vides & hoc rurſus aliter di-*
ctũ, aliter faciunt. Non igitur cõuerſa eſt, & tamen 11
C *tu eam conuertiſti: nec dederat ſe, ſed dixit quod non factum eſt, vt ſic ſaltem conuerteretur.*

Chryſoſt.

Olympiodori.] *Suâ ſponte ſe ipſam tradẽs.* Olympiod.

Eiuſdem.] *Eũ quippe qui curari non vult nemo curabit. (In humilitate illius reperient illam.)* Idem.

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt confectam, ligatam, contraditam. (Veſpere vox eius vlulauit.)* Chryſoſt.

Eiuſdem] *Textus Hebræus ita legit (veluti primogenitus vitulus laſciuit.) (Vias ſuas dilatauit ſuper aquas ſolitudinis.) Quaſi diceret, opera ſua in ſolitudinibus velut aquas effudit, Idolis* D *cultum præbens, templo poſthabito. Hebræi ita legunt, (veluti iuuenca inſtructa in deſerto ſaltat.) (In concupiſcentiis animæ ſuæ,) Conſequenter Hebræus habet) in voluntate animæ ſuæ aberrare ad quodlibet clima. (Quis auertet eã?) In textu iuxta ſeriẽ Hebræus legit. Hoc eſt, me contra eam decernẽte captiuitatem, quis illi opem feret? (Omnes qui quærunt eam)* Hebræus. *(In arando inuenient eam,) id eſt in illius excidio; ſic itaque iuxta Hebræorum ſenſum ſcriptum legimus : Græca verò* E *verba hunc ſenſum præ ſe ferunt, facilis captu erit meâ prouidentiâ deſtinata.*

Chryſoſt.

Verſ. 25. (*Auerte pedem tuum à via aſpe-* 12
ra, &c.)

Chryſoſtomi.] *Quare iterum adhortaris? Quare iterum conſilia das ſi iam maculata eſt? Vias aſperas Idola dicit: & per ſitim oſtẽdit, quòd nullam in ſe res ea voluptatem habeat. Quæ enim voluptas filios, filiaſque mactare? Quid verò his præceptis aſperius? quæ voluptas, eorum vxores* F *mæchas, & adulteras eſſe? Quæ voluptas audire futura incaſſum, & fruſtra cùm inde nullum ſequatur emolumentum? Quæ voluptas concidi, manuſque cruentare? Quæ tandem voluptas coire cum brutis? hac viâ nihil aſperius.*

Chryſoſt.

Idola appellata via aſpera.

Idolorum in cultu nihil extitiſſe voluptatis.

Polychronij.] *Aſpera eſt omnis via peccati, à qua liber Iacob leues habebat manus: propter quam qui Aegypto lateres facere cogebantur ſcatentem offendiculis iter agentibus per eam. Grauior enim*

Polychronius. *Inquitatis iter horridum, & incultum.*

 plumbo,

μολίβδῳ τυγχάνει. σειραῖς ἰδίαις κατασφίγγει τοὺς ἐμπεσόντας, ἀεὶ γὰρ πυροῦνται, καὶ πέρας οὐκ ἔχουσιν, ὡς ἄν τις ἐν μέθῃ φλεχθεὶς, καὶ δι' ὧν ἂν πίνει πυρούμενος, ὅθεν καὶ ἐπήνεγκε, καὶ ἀπὸ δίψους τὸν λάρυγγά σου, διὸ καὶ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ χρηστὸν, καὶ τὸ φορτίον αὐτοῦ ἐλαφρὸν εἶναι φησίν, οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς βασιλικώτερον πρὸς ἣν τις ἐπειγόμενος, ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. εἴποις δ' ἂν καὶ ἀπὸ δίψους νῦν αὐτὸν λέγειν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίς οὐκ ἂν φύγῃ τραχεῖαν ὁδόν; τίς οὐκ ἀποστῇ δίψους; αὐτὴ δὲ οὐδὲ μετὰ παραίνεσιν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων, τί ἐστιν ἀνδριοῦμαι; τῇ φιλονεικίᾳ ἐπιμενῶ.

Βίκτορος.] τὸ ἀνδριοῦμαι, τὴν ἐν κακοῖς ἀναίδειαν φιλονεικίας δηλοῖ, ὁ δὲ Ἀκύλας ἐξέδωκεν, ἀπέγνων σου, ἤγουν ἀπήλπισα, τὴν ἐκ θεοῦ σημαίνων ἀπόστασιν, ὅτε μηδὲ μίαν ἐν ταῖς συμφοραῖς παρὰ τῶν εἰδώλων ἐπικουρίαν ἔχουσα, καταισχυνθήσεται, κατὰ τὴν ταύτης ἠπατηκότα, διάβολον, κλέπτην ἀλλοτρίων ὄντα ψυχῶν. ἢ ὅτι τὴν μὴ προσήκουσαν αὐτῷ λατρείαν ὑφείλετο.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐμαυτῇ ἀρκῶ εἰς βοήθειαν, οὐ δέομαι τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι πρὸς ὃ ἐνουθέτει, ὡπλίζετο εἰς τὴν παρακοήν.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι τὸ ἄνω κείμενον, ὅτι ἐὰν ἀποπλύνῃς ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ ποίαν, οὐκ ἀποστρεφόμενον τὴν μετάνοιαν λέγει, ἀλλὰ γνησίαν τὴν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων ζητῶν ἐπιστροφήν· ἐπειδὴ τοίνυν ἔφη ἄνω, τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπλάτυνεν ἐφ' ὕδατα ἐρήμου, παραινεῖ αὐτῇ νῦν, μὴ κάμνειν περὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν, τὰ ὄρη καταλαμβάνουσαν, μηδὲ ἐπιθυμεῖν ἐκείνων τῶν ματαίων, τοῦτο γὰρ μηνύει, τὸν φάρυγγά σου ἀπὸ δίψους, κατὰ μέντοι τῶν Ἑβραίων οὕτως ἔχει, ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου τοῦ περιπατεῖν ἀνυπόδυτος, καὶ τὴν φωνήν σου ἀπὸ κλαυθμοῦ. τουτέστι μετάβαλε τὴν γνώμην, ὥστε μὴ αἰχμάλωτον γενέσθαι καὶ πενθεῖν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσι κακοῖς, σώζεται δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἡ ἔννοια ἡ αὐτή. ὁ μὲν γὰρ τὰ ἀποβαίνοντα ἐκ τῆς ἀσεβείας ἔφη, ὁ δὲ ἑλληνικὸς τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν. [ἡ δὲ εἶπεν ἀνδριοῦμαι.] οὐ βούλομαι, τουτέστιν ἀρκῶ ἐμαυτῇ.

plumbo est, catenis suis constringit illapsos, semper enim flagrant nec finem vllum flagrandi faciunt; vt si quis ebrietate ardens quò plus bibit eò magis ardescit. Quapropter & subintulit. (Et à siti guttur tuum,) Propterea & iugum [a] *suum bonum, & pondus leue ait. Nihil enim est ita regale, vt virtus ad quam quis contendit,* [b] *conuertere, inquit, anima mea in requiem tuam. Dixeris quoque præ siti hæc illum dicere.* a Mat. 11. 30. b Ps. 114. 7.

Chrysostomi.] *Quis non fugeret viã asperam? Quis non euitet sitim? Hæc autem nec etiam post sermone factam adhortationem. (Viriliter agam, &c.) Quid est (viriliter agam?) perstabo in contentione.* Chrysost.

Victoris Presbyteri.] *Illud, Viriliter agam impudentem in malis contentionem significat. Aquila verò reddidit, Desperaui, defectionem à Deo significans. Quando in aduersis nulla sibi ope ab idolis latã confundetur, perinde ac diabolus alienarum fur animarum. Vel quia non debitum sibi Dei cultum surripuit.* 13 Vict. Presb. *Peccatoris impudẽtia in contendendo cum Deo.*

Olympiodori.] *Mihi ipsi sufficio in præsidium, Deo nihil opus habeo, vel hoc dicunt, quòd viriliter se præparabat, ne monitis pareret.* Olympiod. *Peccatoris arrogantia contra Deum.*

* Chrysostomi.] *Vides superiorem textum, Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam: non vt pœnitentiam euerteret positum; sed vt genuinam à peccatis posceret conuersionem. Cum itaque superius dixisset, vias suas dilatauit in aquas deserti. Nunc eam adhortatur, ne in Idolorum cultu laboret eundo ad montes, nec inanium eorum desiderio teneatur. Hoc enim sibi vult (Guttur tuum à siti) Hebræorum verò lectio hæc est, (Auerte pedem tuum, ne ambules nudis pedibus, & vocem tuam à planctu.) Hoc est, sententiam muta, ne captiua fias, & malis oppressa lugeas. In vtrisque autem eadem seruatur sententia. Hic etenim quæ ab impietate proueniunt: Græcus malorum causam dicit. (Hæc autem dixit viriliter agam,) hoc est, Nolo, satis per me habeo virium.* Chrysost.

Vers. 26.] Quomodo confunditur fur, quãdo deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi, & Reges eorum Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sũt domus Israel, ipsi & Reges eorũ, Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum.*

VErumtamen [a] *adueniet certè tempus, quãdo absque vllo fructu confunderis ea ratione, qua pudore suffunditur in furto depræhensus fur: sicut enim is tunc vehementiùs erubescit, tum quia manifestũ suum aduertit infamem furti actum, indignissimũque id crimen; tum quia nedum rei, quam furata est, sed & eius, quam iure vt propriam possidebat, expertem se factũ intelligit: tũ quia & duriori se pœnæ cognoscit obnoxiũ: Sic domus Israel ipsique Iudæi ad alienos cõfugientes cõfundẽtur, & pro ipsorũ erga me ingratitudine indignissima, infamiq; idololatriæ scelere: & quòd se absque vlla reperient ope alienorũ eorum, orbati simul & meis, quibus vt propriis fruebantur auxiliis: & pro instãte asperrima captiuitatis pœna. Quidni enim de infamia, & auxiliorũ penuria erubescant potissimum Reges, & principes eorum quidni & de cultu idolorum, confugioque ad gentes alienas Sacerdotes in primis confundantur & Prophetæ, per quos ab his auertendi ij fuissent?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVomodo confunditur fur, &c.) Furi ratione quadam peculiari competere confusionem, cùm in furti actu depræhensus sit nedum ex hoc patet Ieremiæ loco, sed & ex libro Ecclesiastici, vbi dicitur: [b] *Super furem est confusio, & pœnitentia*, id est furem sequitur confusio, & pœnitẽtia, in quibus ambobus locis, vt pãtet ex Græco non tam infamiæ, seu ignominiæ, quàm pudoris, & erubescentiæ confusio designatur, quæ ex actu insurgere solet indigno, infamiamque consequitur. Vnde duo colligere licet, & cur genericè furem sequi dicatur confusio, & cur præcipuè instar furis confundendus dicatur Iudaicus populus vadens post amatores suos alienos, cùm potiùs, vt in assumpta persisteretur coniugis metaphora, dici debuisset confundẽdus, vt adultera in adulterio à suo depræhẽsa viro. Siquidem ingenti fur quilibet in furto depræhensus perfunditur confusione, & pudore; tũ ex re ipsa, *Furem quàm cõgruè dicatur sequi cõfusio.* b Eccl. 5. 15.

ipſa, & actu quem tunc agnoſcit indignum, ac A infamem, cuius infamiæ nullam priùs habuerat rationem: tum quia eodem tempore & ſuarum rerum,& alienarum,quas contrectare auſus fuerat, expertem intelligit ſe redditum; tum quia & infami pœnæ obnoxium ſe agnoſcit damnationi. Simili quoque ratione & Iudaico populo ad alienos, vel pro auxilio, vel pro cultu confugienti maxima exinde exoriri debuit confuſio,& quòd à Deo ſuo recedens, à quo innumeris affectus eſſet beneficiis, & ad alienos recedens indignisſimum planè, ac ignominioſiſſimum exerceret actum; & quòd ſimul Dei ſui, ac alienorum, B ad quos confugit, expreſſit factus auxiliorum;& demum quòd indecora,& graui propterea damnandus eſſet pœnâ: quæ omnia mox Deus ipſe in ſubſequentibus manifeſtè explicat.

2 Iſid. Clarius.

Peccator quomodo confundi deberet pro actu peccati. Peccatori eſt cõfuſio bona, & mala.

Cæterùm quod hîc dicitur. (*Quomodo confunditur fur,* &c.) (*Sic confuſi ſunt*,&c.) tribus exponi ſolet modis. Primò enim ſecundùm Iſidorum Clarium ſignificatur quid ei faciendum eſſet populo, erubeſcendum videlicet ob prædictũ eius ſcelus,quomodo pudore perfunditur fur tunc tẽporis,cùm in actu deprætenditur furti.Secundò, vt id notetur, quod ipſomet tempore, quo ad C alienos confugiebat, contingeret, confuſio nimirum ei omnino ſimilis, quæ furi exoriri ſolet, &c.confuſio inquam haud bona,& proficua,quę ad emendationem ſit,& ad gloriam,ſed praua & inutilis,quæ ad ignominiã potiùs ſit, & ad damnationem.Nam (vt dicitur in libro Eccleſiaſtici.) *Eſt*[a] *confuſio*,ſeu erubeſcentia *adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam.*

a Eccl. 4. 25.

3 *In die iudicij quomodo cõfundetur peccator.*

Tertio,& meliùs,vt hæc referantur ad tempus captiuitatis per Chaldæos faciendæ; & quod in præterito dicitur,(*Sic confuſi ſunt*)iuxta frequẽtiſſimum ſacræ Scripturæ morem,pro futuro, (*Sic* D *confundentur,*) accipiatur, ſitquę locus iſte ei propemodùm ſimilis,quo poſt multas cõminationes apud Ezechielem eidẽ populo dicitur:[b] *Et in omni facie confuſio: & in vniuerſis capitibus eorum caluitium. Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in ſterquilinium erit: Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.*

b Ezec. 7. 18.

Et huic tertio ſenſui qui eſt cõmunior fauet verſio Sept.quæ in futuro ſic legit, (*Sicut confuſio furis,cùm deprahenſus fuerit,ſic confundentur filij Iſrael ipſi*,&c.) Tametſi in præterito, prout & vulgata, eadem ſic legant Hebr. (*ſecundùm confuſionem, ſeu* E *pudorem furis quando inuenietur,ſic pudore affecti ſunt domus Iſrael ipſi*,&c.

Prælatis, Sacerdotibus,& Doctoribus in die iudicij maior erit confuſio.

Faciunt autem maximè in auxeſim iſtius dicti, ac ſimilitudinis allatæ, quæ adducuntur, *Ipſi & Reges eorum, Principes & Sacerdotes, Prophetæ eorum.* Tum quia multò ignominioſiùs furti, & quæ ei ſimilia ſunt crimina ab iis admittuntur, qui ex illuſtriſſima ſunt proſapia,à Principibus,& à Regibus, quàm ab iis,qui è vili ſunt plebe:multóq; magis dedecoris illi affici ſolent ſenſu,quàm iſti: tum quia idololatria, & ad alienos confugium, F multò maiorem parere debuit confuſionem Sacerdotibus,& Prophetis,ad quos ſpectabant reliquum populum in veri Dei cultu,ac fide erudire, & continere, quàm vulgari plebi.

Verſ. 26.] Quomodo confunditur fur, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 Fvrem in furti actu depręhendere ea in humanis ſingularis eſt ratio,vt id oneris furi imponatur alteri,qui & verſatus in arte ſit furãdi.Hac ratione & Ieſum filiũ hominis quotidiè, & in extremo præſertim iudicij die vſurum ex eo colligo Euangelij,quo dicitur.[c] *Si ſciret paterfamiliâs,qua horâ fur veniret,vigilaret vtique,& non ſineret perfodi domum ſuam.Ideo & vos eſtote parati,quia qua horâ non putatis filius hominis veniet.* Peccatores ſanè omnes fures eſſe,ſat conſtat; cùm quæ Dei ſunt, gloriam,opes,& ſimilia ſibi vſurpent; nouimus enim furtum definiri contrectationem rei alienæ inuito Domino: & legimus: [d] *Soli Deo honor & gloria*,& Deus ipſe ait,[e] *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria,opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Ita vt ferè nequeat, vt id aliqui non conſiderent, conquerenſque propterea aliquãdo dicat, [f] *Et hæc neſciuit, quia dedi ei frumentũ,& vinum,oleũ, & argentum, & aurum,quæ fecerunt Baal.Idcirco conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo,& vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam,& linum meum,quæ operiebãt ignominiam eius.* In quibus verbis pondera, quomodo quicquid hîc habent homines,ſuum Deus appellet; ſicque ſuum, vt tunc ſolummodo iuſto teneantur titulo,cùm vt ab eo donata,ſeu potiùs commodata ſeruantur; nam alioquin cùm quis ita eorum ſibi vendicat proprietatem, vt nullam commodantis Dei habeat rationem, titulo ſanè furti ea habere conuincitur,quod indicat ea locutionis phraſis,*liberabo lanam meam*, &c. *ſumam frumentum meum*,&c.

c Luc. 12. 39.

Peccator omnis & fur, quaue ratione.

d Rom. 16. 27.

e Prou. 8. 18.

f Hoſe. 2. 8.

Bona omnia huius mundi vt à Deo cõmodata ſeruare debemus.

Sed quid? furem dicemus & Chriſtum Ieſum? Si [g] à Patre conſtitutus eſt hæres,per quem fecit & ſæcula,vt ait Apoſtolus:Si in manu eius omnia ſunt poſita,quid furari potuit,quod iã non haberet,teneretque vt ſuum?Explicat hæc peregregiè Paulus,cũ ait,[h] *Hoc ſentite in vobis,quod & in Chriſto Ieſu.* i. curate, vt & ſenſu in iis vos gaudeatis opibus,iiſque vos ſentiatis diuitiis, gloriaq; inſignes, quibus inſignis eſſe voluit Chriſtus Ieſus, has autem exponens opes,gloriamue addit, *Qui cùm in forma Dei eſſet,non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Ac ſi dicat,Cùm per furtum in hoc mundo ditari is vellet,iureque arbitratus eſſet, haud per rapinam ea à ſe poſſideri vniuerſa,quæ habet & pater, quódque in dominio vniuerſorũ, ſicut & in deitate æqualis eidem eſſet:Haudquaquã per ea diuitẽ ſe definiri voluit vt filium hominis. Quænam verò ea ſunt,quæ per rapinã habere ſe arbitratus eſt?Audi:*Sed ſemetipſum exinaniuit,formã ſerui accipiens, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortẽ.*Miſerias non habebat vt æqualis Deo;ærumnas non habebat;opprobria,cõfuſionem, & ſimilia non habebat, quæ ita ſunt hominis propria poſſeſſio,vt earũ duntaxat opibus propriè diues is dici queat teſte,B.Iob dicente,[i] *Homo natus de muliere,breui viuens tẽpore,repletus*, id eſt exuberans,& locuples *multis miſeriis.* Has opes per rapinam ab homine bonus fur furatus eſt Ieſus filius hominis,ideoque & dicebat aliquãdo, *Improperium expectauit cor meum, & miſeriam.* Ac ſi dixiſſet, Quomodo fur expectat tẽpus,& opportunitatem,quo opes furari queat, ad quas anhelat:Ita cor meum præſtolatum eſt tempus, quo improperium,& miſeriam ab hominibus raperẽ; imò & in hoc iã diu cogitaui(hanc enim quoque vim habet Hebraicum verbum שבר *ſabar*)in antiquis illis meis cogitationibus fidelibus.Quin & in hoc furto deprǽhenſus à Patre, furis pariter, ſubiuit confuſionem, ita vt propterea in medio Latronum crucifixus dixerit, [l] *quoniam propter te ſuſtinui opprobrium,operuit confuſio faciem meam.*

5 g Hebr. 1. 2.

Chriſtus quomodo verè dicatur extitiſſe fur.

h Phil. 2. 5.

Diuitiæ propriæ hominis ſunt miſeriæ, & ærumnæ, quas ab illo rapuit,& furatus eſt Chriſtus.

i Iob. 14. 1.

k Pſ. 68. 21.

l Pſ. 68. 8.

Quid miraris,quòd Chriſtus miſerias & ærũnas precio

preciosas consueuit diuitias, quos ab homine raperet, Si & Moyses ille Sanctus, Apostolo teste, *magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi*: Quid miraris, confusione operiendum peccatorẽ, à Christo in furto deprænhensum, cùm ipsemet id cõfirmans dicat,[a] *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute*, seu efficaciùs ex Hebr. *à pueritia mea, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus*. Ac si dicat, Diuitias sanè proprias à pueritia possedi, paupertatem, laborem, atque miserias: Attamen ad alienas Dei opes anhelans per rapinam, celsitudinem, & bona ista temporalia, quibus ab eo mihi commodatis, celsior mihi videbar, illi furatus: Cùm vix exaltatus essem, & in ipso exaltationis furto deprænhensus, ingenti humiliatus sum confusione.

Peccator à Christo deprahensus in furto quã cõfusione operiendus.

a Ps. 87. 16.

Confundantur Monachi, ait Hugo Card. *quando inueniuntur eorum proprietates, quæ in veritate furta sunt. Similiter fures sunt & latrones, qui pauperũ bona diripiunt, vt vsurarij Prælati, qui metunt tẽporalia, nec seminant spiritualia. Similiter in iudicio apparebũt peccata cuiuslibet coram Iudice ac si essent suspensa ad collum Thren. 1.* [b] *Conuoluta sunt, & imposita iniquitates meæ collo meo: infirmata est virtus mea. Sicut cùm latro furtum suum portat super collum suum maximè confunditur, cùm sic ducitur ad suspendium.*

Hugo Card. *Religiosi proprietatis sunt fures. Vsurarij, & Prælati temporalia metẽtes non seminantes spiritualia sũt fures.*

b Thren. 1. *In die Iudicij apparebũt cuiusque peccata ac si essent furta ad collum furis eũtis ad suspendium.*

Vide Appendicem Patrum post Expositionem secundam, vers. 27.

Vers. 27.] Dicentes ligno: pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti: verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

MEO [c] *miseri recedentes à cultu, quẽ vt patrẽ colere debuissent, cui & par erat acceptum ferrent, quòd geniti essent, me reliquère, ad idola faciẽ se conuertentes, sicque illa colentes, vt non erubuerint ligno dicere. Patrem te meum veneror; & lapidi, adoro te, qui me genueris. Vertẽtesque ad me terga, & nõ faciẽ apertè sese mihi protestati sunt inimicos, adeoque irreconciliabiles, vt eodem gestu nec me benignè eos alloquentem allicientem, atque monẽtem ferre se posse professi sint: simulque durissimam suã mihi exhibuère ceruicem, significãtes quàm obfirmati in his omnibus essent.* [d] *Cùmque in dorso, quod ad me verterunt, virgã illos percutiam castigationis, ipso afflictionis tempore corde non recto, obuersoque adhuc mihi tergo externis vocibus me inuocantes, dicent, Exere vires tuas, surgensque nos erue.*

c Dicẽtes ligno pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti: verterunt ad me tergum, & nõ faciem.

d Et in tẽpore afflictionis suæ dicent, surge & libera nos.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 DIcentes ligno, Pater meus es tu, &c.) Sunt qui hæc ita referant ad præcedentia, ac si tunc potissimùm tẽporis Iudęi confundendi asserãtur, quomodo confunditur fur in furti actu deprænhensus, cùm & ipsi deprænhẽsi in actu fuerint idololatriæ, dicentes ligno, &c. Quod mihi non displiceret, si ea quæ idem populus dixit iuxta Hebraicam lectionem in vers. 25. *Desperatum est: Nequaquam sed adamaui alienos, & post illos ambulabo*, eo sensu sumantur, quem supra secundo retuli loco. Admodũ enim congruè eis, qui negabant, desperatũ, actumque apud ipsos esse de cultu veri Dei, quasi ea de re in flagranti crimine conuictis, hæc dicentur: præsertim cùm eosdẽ supra in vers. 23.

in fœminæ persona dixisse visum sit, *Non sũ polluta, Post Baalim non ambulaui*. Patrem enim idolum ligneum appellantes, lapideumque item matrem nuncupantes, id certè illis falsis Diis tribuere, quod vnum Deus ab illis verè tribui tantopere exposcet in sequenti capite, *Ergo* [e] *saltẽ amodo voca me Pater meus es tu*. Meliùs tamen eadẽ ad subsequentia referes. (*Verterũt ad me tergum*, &c.) quibus & eodem in versu cõnectuntur, vt simul iidẽ Iudæi & ex verbis, & ex factis idololatriæ cõuincantur, & omnimodæ defectionis à vero Deo, & ab illius cultu, vt pote rẽ ipsam verbis cõfirmãtibus. Neq; verò nouũ est, vt istiusmodi gestu versionis dorsi recessum à veri Dei cultu protestẽtur Iudæi, freques enim id eis extitisse patet ex illo, quod Ezechieli ostensum legimus,[f] *Et ecce in ostio templi Domini inter vestibulũ, & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad Ortum solis*, &c.

e Ier. 3. 4.

Tergorũ versione designata defectio à cultu Dei.

f Ezec. 8. 16.

2 Possunt autem per hæc, (*Verterũt ad me tergũ, & non faciẽ*,) tria insuper designari, aduersùs Deũ ab eodẽ populo summæ superbiæ, proteruiæ ac peruicaciæ præstita. Primum, quòd ei se exhibuerit inimicũ; quia enim solẽt amici vertere se ad amicos, est Hebraismus, vertere se, seu vertere faciem ad aliquẽ, pro, amicum illius se exhibere, & esse, qua phrasi vsus est Dominus Leuit. 26.[g] *Vertã me ad vos*. Vulgata, *Respiciam vos*. i. amicus vobis ero; clariusque idem in Canticis, [h] *Ostende mihi faciem tuam*, i. exhibe te mihi amicam. Et è contra ad inimicitiã designandam cum aliquo similis est Hebraismus, *Vertere terga*, sic in eodem c. 26. Leuitici ad Iudaicum item populũ ait Dominus:[i] *Si ambulaueritis ex aduerso mihi*, id est si ambulaueritis versis ad me tergis, inimicos vos mihi exhibentes. *Ego quoque contra vos aduersus incedã*. i. ego pariter dorso ad vos conuerso incedam, vtque vester inimicus, *percutiam vos septies propter peccata*. Secundũ, quòd nec eũ audire voluerit benignè sibi loquẽtem, talis quippe proteruiæ iste est propriissimus corporis gestus; sic hac ipsa de re, deque eodem populo Dominũ apud Zachariã his conquerentẽ videre est,[k] *Et noluerunt attendere, & auerterũt scapulã recedentes: & aures suas aggrauauerũt, ne audirẽt.* Tertium denique suggerit, Hebraicus textus, qui pro (*tergũ*,) habet vocem עֹרֶף *ngoreph*, quæ propriè eam significat peculiarẽ capitis partẽ, quæ faciei opponitur, & Latinè dicitur, Occiput, soletque vt plurimùm & à nostro interprete, & à Sept. reddi per nomẽ ceruicis, sicque dum hîc ait Dominus. (*Verterunt ad me ceruicẽ*,) æquè est, ac si dicat, peruicaces sese mihi præbuère, & obfirmatos aduersùs me, ostendentes quàm duræ essent ceruicis; Idipsum, quod clarius alibi dixit,[l] *Cerno, quòd populus iste duræ ceruicis sit*. Et Moyses in lib. Deuter.[m] *Ego scio contentionem tuam, & ceruicẽ tuã durissimam.*

Tergorũ versione designata inimicitia.

g Leuit. 26. 9.

h Cãt. 2. 14.

i Leuit. 26. 23.

Tergorũ versione significata auersio ab audiendis verbis alicuius.

k Zach. 7. 11.

Terga vertere alicui, signum magnæ in illum peruicaciæ.

l Exod. 32. 9

m Deut. 31. 27.

Nota, hoc loco in Hebræo esse egregiam paronomasiam verbi verterunt פנו *panu*, & nominis facies פנים *panim*. Sept. pluraliter reddidère (*terga, & non facies suas.*)

3 (*Et in tẽpore afflictionis suæ dicent, Surge, & libera nos.*) Congruè certè præexposito corporis gestui illicò subiicitur cõmemoratio afflictionis, & castigationis populi rebellis, ac peruicacis, dorsum aduersùs Deũ imprudẽtissimè, impudẽtissimè, atque stultissimè vertentis, dicente in lib. Prou. Sapiẽte,[n] *Virga in dorso eius, qui indiget corde.*[o] *Et virga in dorso imprudentiũ.* Est autem ponderãda ea locutionis phrasis, qua Iudaicus populus afflictionib. à Deo meritò castigatus, virgaque in dorso quodãmodo flagellatus nõ ait simpliciter (*libera nos*,) sed,

n Prou. 26. 3.

Flagellas Deus in hac vita quodãmodo iacens, & dormiens: misericordiã verò eũ exercet, surgit.

Sed, (*Surge, & libera nos,*) ſeu, iuxta Hebr. & Sept. (*& salua nos:*) optimè etenim populo illi Dei explorata erat natura, & experimento ſæpius comprobatus eiuſdem mos, quos ſedens quodãmodo, imo & dormiens, ac iacens in hac vita caſtigat, neutiquam in eo ſuas exerens vires, quod alienũ à ſe reputat, iuxta illud Iſaiæ, [a] *Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo.* Secus verò quando iuxta naturalem eius bonitatem ab illatis eruere vult malis, & quando aliquod exercere vult opus ſalutis, omnibus (vt ita dicam) neruis ad id exurgit. Quorum cùm conſcius eſſet Dauid, cùm aliquãdo eius caſtigaretur virgâ, à qua & liberari ab eodem efflagitaret, ſimili vtens phraſi dixit, [b] *Exurge, quare obdormis Domine.* Ac ſi diceret, Noui flagella à te mihi prouenire dormiente, erue amabò me ab illis, exurgens, prout tui eſt moris.

a Iſa. 28. 21.

b Pſ. 43. 23.

4 *Peccator Dei opẽ implorat frequẽter tergo ad illum verſo.*

Vtinam autem verba iſta. (*Surge, & libera nos,*) protuliſſent conuerſa ad Deum facie, quem adiutorem ſuum profitebantur; Nam eò illorũ excreuerat impudentia, vt adhuc verſo ad illũ tergo perſiſterẽt. Quorum mores apertè ita ſanctus explicat Vates, [c] *Cùm occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo*, i. illicò *veniebant ad eum. Et rememorati ſunt quia Deus adiutor eſt eorum, & Deus excelſus redemptor eorum eſt.* Vis videre, quomodo reuerſi ſint, & ad illum venerint haud cordis facie, ſed tergo potiùs conuerſo, inimicoque corde? Audi quæ idem ſubiiciat: *Et dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo.* Quis verò non intelligat, cùm cor rectâ non reſpicit, & ad aliquem verſum eſt, operæpretium eſſe vt ad illum ipſum aduerſa corporis pars, dorſum nimirum, & tergum rectâ conuerſum ſit.

c Pſ. 77. 34.

Quid quærimus autem aliunde rei huius teſtimonia, cùm Dominum ipſum hoc loco manifeſtè eidem populo de eo inſultantem, eiuſue ſceleſtiſſimæ impudentiæ illum conuincentem habeamus, Subiicit enim: Vbi ſunt dij tui, quos feciſti tibi, &c. vt habes in verſ. ſequenti.

Verſ. 27.] Dicentes ligno, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Confuſio in obſtinato peccatore quæ cauſet.*

QVID in obdurato peccatore præexpoſita parit confuſio? Ea ipſa, quæ & in fure furtis aſſueto eius parit confuſio: quæue in eodẽ parit & deſperatio. Ea verò duo ſunt, fuga; & iniectio in eum, qui ipſum depræhẽderit eorum, quæ habet, ſibique obuia ſint, & ad manus obueniunt, ſiue lignum id ſit, ſiue lapis ſiue aliud armorum genus. Quæ ambo haud obſcurè indicata habemus in ſubſequentibus.

Peccator obſtinatus aduerſus Deum iaculat ea omnia, quæ ab illo habet.

Dicentes ligno, pater meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti: En ſecundum *Verterunt ad me tergum, & non faciem:* En primum. In Chriſtum obſtinatos peccator præ confuſione iaculat quicquid ex illius domo armorum habet ad manus, cùm ab illo vel per externa Sanctorum virorum monita, vel per internas admonitus inſpirationes, is aduerſus Deum mẽbra ſua, quæ ab illo accepit, cõtra Apoſtoli [d] ſuaſionem facit arma iniquitatis peccato: cúmq; opes, gloriam, ceteraque bona temporalia, in prauos conuertit vſus, cuius rei arguitur apud Ezechielem, vbi idemmet Dominus ait, [e] *Tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, atque argẽto meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas & fornicata es in*

d Rom. 6. 13.

e Ezech. 16. 17.

A *eis. Et ſumpſiſti veſtimenta mea multicoloria, & operuiſti illas: & oleũ meum, & thymiama meum poſuiſti coram eis. Et panem meum, quem dedi tibi, ſimilam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis, & factum eſt, ait Dominus Deus.*

Ex Calamitatibus, & priuatione bonorũ temporalium id bonum facit in nobis Deus, vt deſiſtamus à peccando, & ab illorum abuſu.

Porrò cùm ita populus ille diuinis abuteretur donis, in idolorum ea transferens cultum, iuſtâ ipſius Dei prouidentiâ, & benignitatẹ factum eſt, vt iis omnibus in captiuitatem ducti, priuati ſint muneribus, cùm id ſaltem exinde retulerint boni, vt idololatriam penitus à ſuis ablegerint finibus. *Neque minus modo nobiſcum*, inquit Sanctius, B *dementer agitur, cùm patriis orbamur bonis, & ex æreo cælo pluuia negamur, quando ea ratione nobis eripitur grauis, & vſitata peccandi licentia.*

Sanctius.

6 *Peccator obſtinatus fugere à Deo tentat.*

(*Verterunt ad me tergum, & non faciem,*) poſiti nimirum in fugã. Hoc enim alterum illud eſt, quod in fure, & obſtinato peccatore parit confuſio, vt ab eo fugiat, contra quem iacula, vt explicatum eſt, iacit. Si enim, teſte Salomone [f] *Fugit impius nemine perſequente:* haud dubiũ, quin & ſe in delicto depræhenſum increpãtem fugiat Ieſum, [g] *Ab increpatione tua fugiant*, ait Dauid. Et quidem in die indicij quando filius hominis veniet vt fur, præ- C miſſo furti, rapinarumque ſuarũ ſigno crucis iuxta illud [h] Matth. 24. 30. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ*, infelices fures, & peccatores tergà vertere, & fugere minimè poterunt, nam & ſi id omni, ſi poſſent, obniterentur ſtudio, videntes illum veniẽtem in nubibus cæli, obſtupeſcẽtes & (vt de impio Aman dicitur) vultum Regis [i] ferre nõ valentes: nequibunt tamẽ fugere, quia [k] *traducent illos,* (vt ait Sapiens ille) *ex aduerſo iniquitates eorum*, quia ipſamet eorum ſcelera, quaſi à tergo illis adſtantia, fugere tentantes, & terga vertere, illico traducẽt, ma- D gnaque vi faciem ſuam conuertere in iudicem facient, & vel inuiti in illum conuerſi, præ confuſione, & pauore in id miſeriæ ipſas ſuas redactas habebunt facies, vt de illis dictum cenſeam, [l] *Facies omnium eorum, ſicut nigredo ollæ.* [m] *A facie enim eius* ſc. iudicis *cruciabuntur populi* per alium dicitur Prophetam, *Omnes vultus redigentur in ollam.* Refugiẽte enim ſanguine ad cor, vultus primùm palleſcit, tum deinde nigreſcit: Sed & ad ignitum præ indignatione iudicis vultũm igneſcent & ipſæ præ rabie, prout per Prophetam regium dicitur, [n] *Pone eos vt clibanum ignis in tempore vultus* E *tui*, i. In iudicij die, quando tempus erit, vt vultũm tuum iracundiâ ignitum ſceleſtibus exhibeas, eorumdem facies iis incendes rabiei ignibus, vt non immeritò ignito aſſimilari queant clibano.

f Prou. 28. 1.

g Pſ. 103. 7. *In iudicij die à Dei ira nemo fugere poterit.*

h Matth. 24. 30.

i Eſth. 7. 6.

k Sap. 4. 20. *In iudicij die quanta erit peccatoris cõfuſio cum cogetur intueri iratũ Chriſti vultum.*

l Nahum. 2. 10.

m Ioel. 2. 6.

n Pſal. 20. 10.

7 *Peccatorẽ ab ipſo fugere quomodo in hac vita permittat Deus.*

Dum vita ſuperſtes eſt, fugere eidem permittitur peccatori, & furi in delicti actu deprehenſo, hocque illud eſt, quod hic ait Dominus, (*Verterunt ad me tergum & non faciem.*) Sic tamen illum à ſe fugere permittit Deus, ſibique & vertere tergum, vt & monitis eum poſt tergum inſequatur, & flagellis, vt illius aliquo modo ad ſe conuertat faciem. Sic apud Iſaiam legimus, [o] *Et aures tuæ audient* F *verbum poſt tergum monentis*, & in Pſalm. 20. [p] *Quoniam pones eos dorſum*, id eſt, deprehẽdens illos in furti, atque in criminis actu, in eam illos adduces confuſionem, vt fugæ ſeſe dedant in malo obfirmati, dorſumque tibi vertant: *In reliquiis tuis præparabis vultum eorum*, in flagellis, ærumnis, & vexationibus, quæ tibi poſt beneficia, poſtque monita reliqua ſeruare ſoles, vt medicaminum, & curationum tuarum reliquias, ita illos in exhibito ab eis ſibi tergo percutis, vt enitaris eorum vultum ad conuerſionem, quoad fieri poteſt, præ-

o Iſai. 30. 21.

p Pſ. 20. 13. *Peccatorem obſtinatè ab ipſo fugiẽtem per flagella ad ſe reuocare nititur Deus.*

parare. Pro *in reliquiis tuis*. Hebr. habent במיתריך *bemetarecha*, i. *in neruis tuis*, ſeu *in funibus tuis*, quod magis ad explicationem facit, qua reliquiarum nomen pro flagellis deſumpſimus. In quorum confirmationem Dominus ipſe ſtatim ac dixit, *Verterunt ad me tergum, & non faciem*: hanc eorum vultus præparationem in reliquiis flagellorum à ſe illis adhibitam indicans, ſubiicit, *Et in tempore afflictionis ſuæ dicent, Surge, & libera nos*. Et vt intelligas, & hoc quoque quod reliquum ex curationibus ſuperfuerat, fruſtra obſtinatis adhiberi peccatoribus concludit, *fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt*.

Hugo Card. *Apoſtata à religione ſæpe neceſſitate cõpulſi redeunt miſericordiã poſtulantes.*

(*Verterunt ad me tergum*, &c.) dicit Hugo Cardinalis. *Sic apoſtatant multi à religione: ſed poſtea pudore, & fame compulſi redeunt, miſericordiam poſtulantes, dicendo, Surge*, &c.

VVLGATÆ.

Verſ. 26.] Quomodo confunditur fur, quando, &c.

Verſ. 27. Dicentes ligno, &c.

SEPTVAGINTA.

26. Ὡς αἰσχύνη κλέπτου ὅταν ἁλῷ, οὕτως αἰσχυνθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, αὐτοὶ, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ προφῆται αὐτῶν.

27. Τῷ ξύλῳ εἶπαν ὅτι πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ σὺ ἐγέννησάς με, καὶ ἔστρεψαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα, καὶ οὐ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν ἐροῦσιν, ἀνάστα, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

Verſ. 26.] Sicut confuſio furis, cùm depræhenſus fuerit, ſic confundentur filij Iſrael, ipſi & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum.

Verſ. 27.] Ligno dixerunt, quia pater meus es tu: & lapidi tu genuiſti me. Et conuerterunt ad me dorſa, & non facies ſuas. Et in tempore malorum ſuorum dicent: ſurge & ſalua nos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Sicut confuſio viri, qui cùm habitus eſſet fidelis, inuenitur latro: ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi, & Reges eorũ, & Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & falſi Prophetæ eorum.* Verſ. 27. *Dicunt ſimulachro ligneo, pater noſter es: & ei quod ex lapide factum eſt, tu creaſti nos, quoniam auerterunt terga cultui meo, & non propoſuerunt timorẽ mei ante faciem ſuam, & in tempore, quo venit malum ſuper eos, negant idola ſua, & confitentur coram me, & dicunt, Miſerere, & ſalua nos.*

Cyril. Alex. *Idololatræ quomodo à Deo confuſi.*

Quomodo confunditur fur, &c. Cyrillus Alex. lib. 6. de Adorat. in Spiritu & veritate pag. 107. cõtra Idololatras hæc afferẽs, *Abiecta* inquit, *Dei qui ſecundum naturam eſt, adoratione pueriliter conuerſi ſunt ad inutilem & vanum idolorum cultum. Itaque dedecus riſu dignum ſuo capiti aſperſerunt, ſuaque ſponte ſuperni auxilij deſtitutionem amplexi ſunt. Ideoque dixit Dominus, (Vt dedecus furis, cùm deprahẽſus fuerit, ſic erubeſcent filij Iſrael ipſi, & Reges eorum*, &c.) vſque ad verſ. 30. quæ refert iuxta verſionem Sept.

Hieronym. Hieron. in Comment. *Quamuis ſit impudens, & procax vultus furantium, tamen erubeſcit cùm in furto fuerit deprahenſus. Et Iſrael ergo dicẽs ligno, pater meus es tu, &c. vt eos vocaret parentes, quos ipſe fabricatus eſt, confunditur, cùm in ſua idololatria fuerit deprahenſus. Et ne putetis hæc de plebe eum dicere, Reges ponit eorum, &c. Vtamur hoc teſtimonio contra Principes noſtros, & contra hos, qui in Eccleſia putantur duces, cùm in peccatis turpibus fuerint deprahenſi.*

Prælati & Principes quomodo confundendi, cum in peccatis fuerint deprehenſi.

Verſ. 27.

2 Hieron. *Peccator obſtinatus qualiter ſe cum Deo habeat.*

Dicentes ligno, &c.) *Verterunt*, &c. Hieron. epiſtola 46. ad Ruſticum. *Ligno dixerunt*, &c. *Et verterũt ad me dorſa, & non facies ſuas.) Et eſt ſenſus, Noluerunt ad me conuerti, vt agerent pœnitentiam, ſed per cordis duritiam in iniuriam meam ſua terga verterunt.*

Idem. *Peccatoris obſtinati auerſio à lege Dei qualis.*

Idem Hieron. in Comment. *Qui proiiciunt ſermones Dei retrorſum, ipſi vertunt contra eum tergum & non faciem: Quando enim magiſter præcipit, obedientis indicium eſt, ſi dimiſſo cõtra audiat capite. Sin autẽ vertat tergum, ſignũ eſt contemnentis, vt in alio loco ſcriptũ eſt,*[b] *Et verterunt ad me ſcapulam recedẽtem. In tantum, inquit Deus, mea cõtempſere præcepta, vt ne audire quidem voluerint, ſed tumorem animi geſtu corporis indicarint. (Et in tempore afflictionis ſuæ, &c.) Qui per beneficia non ſenſerunt, per tormenta ſentient Deum.*

b Zach. 7. 11.

Ambroſius ſuper c. 15. Lucæ. *Opus Dei* inquit es: *Noli ligno dicere, Pater meus es tu, ne accipias ſimilitudinẽ ligni: quia ſcriptum eſt. Similes illis fiant qui faciunt ea.* Pſal. 113.

3 Cyril. Alex. *Idololatra dicendi homines figurâ duntaxat, & habitu corporis, cùm alioquin brutis ſint ſtolidiores.*

Cyrillus Alex. Homil. Paſchali 6. *Qui Diaboli arte ſibi mentem eripi patiuntur, atque in idolorũ vanis ſtupentes ad ligna dicunt: (Deus meus es tu:) vt eſt apud Prophetam. (& lapidi, tu me genuiſti:) iis hominibus nihil imperitius eſſe fateri neceſſe eſt: nec aliter de iis ſtatuẽt illi, quibus æqua lance rerũ momẽta perpendere ſtudium, & cura fuit. Ac mihi quidem videntur (ſi vera proloqui licet) in corporis quidem figura ſeruare naturam hominis, atque illius ſolo habitu, & ornatu homines ſeſe natos eſſe declarare: quod verò ad mentẽ attinet, mentique adiũcta, vehementer admodum cum brutis animantibus tarditate, ac ſoliditate certare. Quin immo eos in hoc certamine etiam ſuperiores eſſe, ſi quis illorum actiones attentiùs intueatur haud grauatè concedet.*

Cyril. Alex. *A cultu veri Dei deficiẽtes quàm duro ſubiecti ſint ſupplicij iudicio.*

Chriſtiani à Deo, & à vera fide deficiẽtes quàm duræ ſubiecti ſupplicij damnationi.

Idem Cyrillus Homil. 26. item Paſchal. *Si effrenati mentis impetu ad inconceſſa delati eius (Dei) gloriã violare audeamus, atque illam diis, qui non ſunt, deferre, ligno dicentes, (Pater meus es tu, & lapidi, Tu me genuiſti,) mundique elementa venerantes pro diis, idque Chriſtianorum ſortiti nomen, duro nos penitus, atque ineuitabili ſupplicio puniẽdos nemo dubitauerit qui vel leuiſſimè noſtræ religionis myſteria cognouerit. Noſtris porro etiam legibus, & decretis puniuntur milites, ſi neglectâ, qua Imperatoribus debent, beneuolentia fauent barbaris, ac ſi proiiciãt ſcutũ, cum illo vitã quoque planè amittẽt.*

4 Ruff. Preſb. b Gen. 49. 8. *Peccatores quàm rectè cadi à Deo dicuntur, cum terga vertũt.*

Ruffinus Preſbyter lib. 1. de Benedictionibus in principio poſt Præfationem. *Quòd Iudæ, Chriſtoque eius ſemini dictum eſt à Iacob,*[b] *Manus tuæ ſuper dorſũ inimicorum tuorum, ſignificat, fore, vt Chriſtus cadat inimicos ſuos. Benè autem terga inimicorum cadi dicuntur à Chriſto: omnes enim qui adorabant idola, terga dabant Deo; ſicut per Prophetam Dominus exprobrat dicens, (Quia conuerterunt ad me dorſa ſua; & non faciem.) Hæc ergo dorſa cadit, vt conuerſi aliquando terga dent idolis, & faciem erigant ad Deum.*

Idem. Idem Ruffinus ibidem, lib. 2. in Benedictione Ruben *Deo* inquit, *erogauit iniurias, cum conuertit ad eum dorſum, non faciens bonum.*

Theodorit. *Peccator Deũ auerſatur vt hoſtem.*

Theodoritus in Comment. *Quia Deos ex ligno, & lapide fabricatos, patres, & genitores appellabant: mihi verò terga verterunt, & velut hoſtẽ auerſati ſunt (& tempore afflictionum ſuorum dicent, Surge, ſalua nos,) Illud extremæ potiſſimùm eſt impudentiæ, deliciantes bo-*

nis

nis erga eum ingratos esse, à quo dum premuntur inopia petunt auxilium.

5 *Basil. Seloucienfis. Os non laudãtium Dominum, sed creata, dicitur mortuũ.*

Basilius Seloucienfis oratione in Eliseum, &c. præclarè ex hoc loco probat, os non laudantium Dominum dici debere mortuum, *Os* inquirens, *quod ad laudandum Deum non poterat aperiri, sed (ligno dicebat, Pater meus es tu, & lapidi, Tu me genuisti.) Quis enim mortuum dicere ambigat, id quod ex mortuis ligno, & lapide genitum se fateatur?*

Leontius. In Crucis ligno Christum non lignum adoramus.

Leontius in disceptatione quam cum Iudæo habuit, relata in septima Synodo. Actione quarta, *Cùm Christianos,* Iudæos ait, *crucem adorare conspexeris, scito, quia crucifixo Christo honos impenditur, tantum abest vt lignum colant. Nam si ligni naturam adorent, profectò omnes Syluæ, & arbores venerarentur. Quemadmodum tu Israel aliquando hæc adorasti, ligno, & arbori dicens. (Tu mihi esto Deus: tu me produxisti,) Rursus nos crucem ita non affamur, neque etiam Sanctorum imagines (Dij nostri estis:) Non enim Dij nostri sunt: sed tantummodo similitudines, & imagines Christi, & sanctorum illius, ad commemorationem, honorem, ac decorem Ecclesiarum venerandæ.* Ad eumdemque sensum citantur hæc ipsa ex Ieremia eadem actione 4. in relata Epistola Germani Episcopi Constantinopolitani ad Thomam Episcopum Claudiopoleos.

Imagines Christi, & sanctorũ quomodo adoremus.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΩΣ αἰσχύνη κλέπτου ὅταν ἁλῷ, οὕτως αἰσχυνθήσονται).

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν ὡς ἐπαυτοφώρῳ ληφθεὶς κλέπτης ἀρνήσασθαι οὐ δύναται, οὕτω καὶ οὗτοι τῶν συμφορῶν καταλαβουσῶν οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν τῶν εἰδώλων τὴν ἀσθένειαν αἰσχυνόμενοι τῇ περὶ αὐτὰ θεραπείᾳ. [οὕτως αἰσχυνθήσονται) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, αὐτοὶ, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ προφῆται) αὐτῶν.

** ἐκ ἰλατ- τώματα.* [partly illegible]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ πολλάκις τῶν τιμωριῶν. τοῦτο μᾶλλον ἡμᾶς θορυβεῖ, καὶ τοῦτο τίθησιν, ὃ μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν γέγονεν. τῶν γὰρ ψευδοπροφητῶν ἀπατώντων αὐτοὺς εἰκῇ, καὶ φυσώντων τοὐναντίον ἐξέβη, καὶ ἐγένετο, καὶ γέγονεν αἰσχύνη μεγάλη, καὶ ᾐσχύνθησαν οἱ βασιλεῖς, ὡς οὐ δυνάμενοι προστῆναι. οἱ ἱερεῖς μὴ πειθαρχήσαντες τοῖς παρὰ Θεοῦ. οἱ προφῆται διὰ τοὺς μάντεις.

Βίκτορος.] πάντων αὐτῶν καθόλου ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου καταψηφίζεται, καὶ μάλιστα τῶν ἀρχόντων, ὡς ὁδηγησάντων αὐτοὺς εἰς ἀσέβειαν, δέον εἶναι κωλύοντας, οἱ δι' ἀναισθησίαν, πρὸς λίθων σέβας, καὶ ξύλων ἐφέροντο.

[τῷ ξύλῳ εἶπαν ὅτι πατήρ μου εἶ σύ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ταύτης χεῖρον τῆς ἀναισθησίας. εἰ γὰρ μὴ Θεὸν ἐγκατέλιπον, τί ταύτης τῆς πηρώσεως χαλεπώτερον. ἀλλὰ τῷ ξύλῳ οὐκ εἶπε φησίν. ἀλλὰ τῷ δαίμονι τῷ τὸ ξύλον κινοῦντι.

Θεοδωρήτου Κύρου.] μηδὲ Μωσέα ἐντραπέντες λέγοντα. οὐκ αὐτὸς οὗτος σου πατὴρ; ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔπλασέ σε; καὶ πῶς ὃν ἀγαθοῖς εὐθυνοῦντες ἀπέλιπον, ἐν σπάνει τοῦτον εὑρήσουσι. [καὶ ἔστρεψαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] χείρων ἁμαρτία αὕτη. τίνα κατέλιπον; πῶς ἀπεστράφησαν, συνεχῶς αὐτῶν λέγει τὰ ἁμαρτήματα.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁρᾷς ὅσον ἀγαθὸν τὰ κακὰ, ὅταν τὸν Θεὸν ἐπιγινώσκειν ποιεῖ. ὁρᾷς ὅτι παρὰ ῥαθυμίαν ἡ πλάνη; ὁρᾷς ὅτι παρὰ ἄνοιαν; ὁρᾷς ὅτι παρὰ τὰ ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα ἁμαρτήματα.

Vers. 26. SICVT *confusio furis cùm deprehensus fuerit, sic confundentur, &c.)* 6

Chrysostomi.] *Id est, vt fur in ipso furto deprehensus inficiari non potest: sic & hi vbi ærumnæ aduenerint negare non poterunt idolorum imbecillitatem, erubescentes quòd illis cultum exhibuerunt. (Sic confundentur filij Israël ipsi & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum.)* *Chrysost.*

Chrysostomi.] *Quandoquidem sæpe inter pœnas hoc nos præcipuè turbat hoc etiam ponit, quod post incendium contigit. Pseudoprophetis enim illos vanè decipientibus, & instantibus oppositum planè euenit, & facta est magna confusio, & confusi sunt Reges, vtpote ad tuendum impares, Sacerdotes quòd non obtemperarint à Deo missis. Prophetæ propter Aruspices.* *Chrysost.*

Victoris Presbyt.] *Omnes planè Deus per Prophetam condemnat, præsertim Principes, vt qui illis fuère duces ad impietatem, cùm auocare oporteret, qui sensu roborati ad lapides, lignaque adoranda ferebantur.* *Vict. Presb. Principes populo vel ad bonũ, vel ad malum duces sunt.*

Vers. 27. *(Ligno dixerunt: quia pater meus es tu, &c.)* 7

Chrysostomi.] *Quid hac stupiditate deterius? Si enim Deum etiã non dereliquissent, Quid hac cæcitate molestius? Sed ligno inquit non dixit, verum mouenti illud Dæmoni.* *Chrysost.*

Theodoriti.] *Nec Moysem erubescentes qui dixerat,* [a] *Nonne hic ipse pater tuus? creauit te, & fecit te, & finxit te. Et quanam ratione quem affluendo bonis deseruerant, in rerum inopia inuenient? (Et conuerterunt ad me dorsa, &c.)* *Theodorit. a Deut. 32. 6. Deum in egestate quærimus quem in abundantia dereliquimus.*

Chrysostomi.] *Peius hoc peccatum. Quem deseruorunt? Quomodo auersi sunt? Sæpè ipsorum scelera inculcat.* *Chrysostom.*

Eiusdem.] *Viden quantum bonum ferant mala, cùm ad agnitionem Dei ducunt? Viden, vt error à socordia proueniat? Viden, vt è dementia reliquisque hominum erratis?* *Idem. Tribulationes & flagella quantũ causent boni.*

Verſ. 28.] Vbi ſunt Dij tui, quos feciſti tibi? ſurgant,& liberent te in tempore afflictionis tuæ: ſecundùm numerum quippe ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda.

Verſ. 29.] Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus.

B
PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vbi ſūt Dij tui, quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in tēpore afflictionis tuæ: ſecūdùm numerū quippe ciuitatum tuarū erāt Dij tui Iuda,& ſecūdum numerū viarum Ieruſalem immolabant Baal.)

*A*T [a] *tunc ipſe opportunè reſpondebo: faciem conuerſam habes ad Idola, quæ tibi feciſti: Et non vides vbi ſint, quos vt Deos colis inuoca, Surgant illi, ſi queunt, tibi opem ferant: Ipſe vnus, ſoluſque ſum Deus, illos verò habes innumeros: quot enim habes Iudææ ciuitates, tot habes & Deos, Nec defeciſti in eorum cultu, quandoquidem vel eorum vni Baal in ſingulis viis Ieruſalem ſacrificia offerebas.*

C
EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *V*B*I ſunt Dij tui, quos feciſti tibi? Surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ*, ſeu magis inſultanter ex Hebr. (*Surgent, Num ſeruabunt te?*) vel iuxta verſionem Sept. (*Si ſurgent, & ſeruabunt te in tempore mali tui?*) Notanda hic mihi videtur conſideratio, quam ſuper hunc locum facit Petrus à Figueira: Similia nos & hodie Iudæorum poſſe dicere Synagogæ: *Vbi eſt Deus quem tam religioſè, & ſuperſtitioſe colis? Cur te non liberat? Certè conſtat, cultum tuum ei non placere, nec eſſe religionem, ſed ſuperſtitionem.*

Pet. à Figuer. Iudæorū cultus quē nunc Deo exhibet, eſt ſuperſtitio potius.

D Sunt autem iſta quæ hîc dicuntur iis ſimilia, quibus idem Dominus per Moyſem ad eoſdem item Iudæos ait: ſicque & hæc per Mimeſim pronunciata crediderim, ac ſi dicatur, Et dicam, id eſt, & ipſe tunc tibi reſpondebo, (*Vbi ſunt*, &c.) ſicut & ibi, in lib. Deuteron. [b] *Et dicam vbi ſunt Dij eorum in quibus habebant fiduciam: De quorum victimis, &c. Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.* Hoc autem eſt in more eorum, qui per prauas conſuetudines in peccatis obduxerunt callum, vt tametſi vel in magnis aliquibus E feſtiuitatibus, vel in tempore ingentium calamitatum ad Deum confugiunt, & precibus, & ſacramentorum quoque ſuſceptione à pluribus tamen minimè recedant peccatis, eorumque occaſionibus, terrena, ſenſibilia, & carnalia plurima inſtar Deorum habentes, eiſdemque & ſuos immolantes affectus; prout & Iudæis contingebat, quibus dicitur, (*Secundùm numerum quippe ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda*,) & in verſione Sept. additur. (*Et iuxta numerum viarum Ieruſalem immolabant Baal.*) Vt intelligeremus & nos, F quàm multiplicibus Idolis immolent fideles peccatis addicti, quámve ſuperſtitio, & hæreſis ſecum pugnet in tāta multiplicitate, cùm vna ſit fides Orthodoxa, ſicut & vnus eſt Deus, Quod ipſe ex prædictis inferri voluit, ſicut apertè intulit in præcitato Deuteronomij loco, Addens, [c] *Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.*

b Deut. 32. 37.

Conſuetudinarius peccator Sacramēta ſuſcipit, aliaque bona frequēter facit, nō dimittens peccata, eorū que occaſiones.

Catholica fides vna: ſuperſtitio autē multiplex.

c Deut. 32. 39.

Verſ. 29. PARAPHRASIS LITERÆ.

d Verſ. 29. *Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus.*

*Q*Vid [d] *iam eſt, quod de me vno expoſtulamini? Quem offendere non ceſſatis, quē tam diu dereliquiſtis & quaſi de iure tenear vobis opem ferre, mecum, contra quem præuaricati eſtis, iudicio contendere vultis? Cur non potius de falſis iis conquerimini, quos adeo ardenter diligitis?*

Verſ. 29. EXPOSITIO LITERÆ.

*Q*Vid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus.*) Sept. (*Vt quid loquimini ad me? Omnes vos impiè egiſtis, & omnes vos iniquè egiſtis in me, dicit Dominus.*) Quibus explica- 2
tur, quòd illum dereliquerint, impiè, & iniquè, contra ipſum, vt eius inimici agentes. Hebr. (*Omnes vos præuaricati eſtis.*) Habet autem maiorem energiam, quod in Vulgata legimus, (*Quid vultis mecum iudicio contendere?*) Sicut & in Hebr. (*Vt quid litigabitis, ſeu litigatis*) (vt vertit Pagninus) (*contra me.*) Poſſunt hæc ſumi vt omnium quæ hucuſque in hoc ſecundo capite dicta fuère, breue quoddam corollarium: cùm enim pluribus iudicij adactus Iudæos Dominus prouocarit, aliàs actoris, aliàs verò & rei perſonam ſe ſubiturū ſignificans: variiſque rationibus, & argumentis eos penitus à cauſa excidiſſe probarit: concludens modo iſtud ex dictis colligit. Non eſſe quòd ampliùs in iudicio cum ipſo velint contendere: malamque eorum omnium cauſam vel ex eo conteſtatam aſſerit, quòd omnes ipſum dereliquerint, ſeu præuaricati in eum ſint, & impiè egerint.

1. Senſus.

Mihi tamen cum immediatè præhabitis iungenda potius hæc videntur, vt hac phraſi is arguatur impiorum hominum peruerſus mos, quo, tametſi à Deo receſſerint, eique ſuis aduerſentur criminibus; nihilominus quaſi de iure ab illo debeant adiuuari, de illo in ſuis ærumnis blaſphemis expoſtulantur linguis. Et nota egregiam inſultationem in his Domini verbis latentem. Æquè enim eſt, ac ſi dicat. Quid mecum litigatis? me vnum offenditis, tot autem habetis Deos veſtros charos, quibus & in omnibus viis, & in actionibus veſtris vniuerſis immolatis voluntatis, affectuſque veſtri victimas, cur non potiùs aduerſùs illos iudicio contenditis, nullo eorum vobis opem ferente?

Peccatores conqueruntur de Deo, quaſi is teneatur illis opem ferre.

Verſ. 28.] Vbi ſunt Dij tui? &c.

Verſ. 29.] Quid vultis mecum iudicio contendere?

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

*Q*VEMADMODVM quoſdam inter homines ita peruerſæ obſeruare eſt naturæ, vt nec cum in externa fratrum ſunt conuerſatione, nec tunc quando neceſſarij quid petunt, verba norint proferre, quæ acrem non ſapiant contentionem, & quibus non exacerbent magis, quàm oblectent: aut flectant quos alloquuntur. Ita ferè quilibet ſeſe habent peccatores, qui in ſuis perſiſtentes peccatis, vel cum fratribus, vel ſoli Deum alloquuntur in oratione. Et hoc eſt quod eorum ſingulis hac ſententiâ conteſtatum ipſe vult Dominus, dum quod iuxta verſionem Sept. ſimpliciter cum illis queritur, quòd ſecū audeāt loqui dicens: (*Vt quid loquimini ad me?*) iuxta noſtram tamen Vulgatam. (*Quid vultis*, inquit, *mecum iudicio contendere?*) Seu ex Hebr. (*Vt quid litigatis aut contenditis contra me?*) In eo verò tamquam in iudicio orantes illi contendunt

3 *Contentioſè ſemper loqui peruerſa eſt natura.*

Peccator impœnitens in prauis ſuis orationibus Deum alloquitur cum contentione.

Orantes contendunt cum Deo impij, dū ſuperbè vt ſibi debita dari ab illo expoſcunt.

tendunt cum Deo, quòd superbè quæ petunt tamquam debita ab eo sibi dari exquirunt.

4 (*Et in tempore afflictionis suæ dicent:*) aiebat mox Deus ipse, quid dicent? certè per contentionem, (*Surge & libera nos,*) quam contentionem suomet arroganti confirmarunt corporis gestu, quo verso ad eumdem Deum tergo, superbam eam proferunt orationem. *Verterunt enim*, inquit, *ad me tergum, & non faciem, & in tempore*, &c.

Orans quomodò cũ Deo in iudicio cõtendere dicitur.

Cæterùm si quæ immediatè hæc præcesserunt, & consequuntur perpendamus, intelligemus, & alio modo in oratione in iudicio cum Deo peccatorem contendere, quia nimirum ipso orationis suæ in actu Deum ad iudicij in ipsum prouocat condemnationem: Idque duplici ex capite: primùm, quia alienissimus in ea ab omni est attentione: Secundum: quia ipsam peccatoris speciem orans Deo repræsentat. Primum indicatum in iis est, quæ mox præhabita fuere in vers. 28. (*Secundùm numerum Ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda.*) Nouimus enim nomen Iuda confessionem sonare, & laudem, atque etiam laudantem, ac orantem, nam in oratione laudamus Dominum, de qua laude legimus scriptum, [a] *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Porrò si iuxta Philosophorum sententiam homo est mundus paruus, seu, vt loquitur Gregorius Nazianzenus Oratione in Natiuitate Domini, mundus in paruo magnus, proportionaliter asserendum, in illo esse & ciuitates, in quibus illius exercētur operationes, & in quas vniuersæ eius deferuntur, quæ hominis sunt merces: quarum & incola est anima; Ciuitates istas dixerim, ipsas esse eius potentias, in quarum singulis, & iudicia exercentur, vt in Ciuitatibus, & merces sunt multæ: vt facile vel in vna, exempli gratiâ, probare est potentia visiua, in qua de obiectis noua semper proferuntur iudicia, si quę in illis nouæ adsint circumstantiæ: vixque explicari potest, quot vel in vno ictu oculi in eam deferantur merces, quotue circa merces illas fiant negocia: Sicut autem in mũdi Ciuitatibus quædam sunt præstantiores, quæ metropoles dicuntur, & regiæ: Ita pariter & in homine tres præcipuas regiasque dicemus Ciuitates, potentias, quæ propriæ sunt animæ rationalis, qua is homo est, Memoriam, Intellectum, ac Voluntatem.

a Eccl. 15. 9. Homo mũdus in paruo magnus, ciuitates & ipse in se habens. Greg. Naz.

Potentias quas in se habet homo sunt illius, vt microcosmi ciuitates.

Potentia tres rationales sũt metropoles, & regia ciuitates Microcosmi.

5 Hoc supposito, quod hîc dicitur, Peccatores accedentes ad orationem velle in iudicio cum Deo contendere, in eo verum esse comprobatur, quia in qualibet potentiarum suarum peculiare quid tunc habent, quod vt Deum venerentur; eam videlicet illi exhibentes attentionem, quam Deo vero quem deprecantur, minimè exhibent: Sicque facie conuersa illi adstant, cùm è contra Deo vero assistant facie auersâ. Quid est autem re vera hoc, nisi eo ipso orationis tempore, & actu cum Deo in iudicio contendere, & contra ipsum litigare? Quod videlicet illi tribuendam non esse putet, actuque & probet, quam diis aliis competere existimat diuinitatem.

Distractione voluntariâ orãtes impij: ea vt suos venerantur, Deos, ad quæ attentionem habēt in potentiis suis.
Distractè orantes impij, quam peruersè in iudicio cum Deo cõtendant.

6 Hoc quippe & auctorem libri Ecclesiastici significare voluisse crediderim, cùm ab impia istiusmodi contentione animam quamque auertens scriptum reliquit. [b] *Ante orationem prapara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tētat Deum.* Quo loco in eo quod primo dixit, *Ante orationem prepara animam tuam*, ab eo dehortatur, in quo primùm delinquere diximus iniquos illos, qui Deum orantes aliis potiùs rebus velut diis suum applicatum retinent animum: ea siquidem optima est ad orationem præparatio: qua oratu-

b Ecclesi. 18. 23. Orationis optima præparatio in quo sita sit.

A rus vno dumtaxat Deo vero in omnes, & singulas admisso animæ potentias, cætera ab eis profligat vniuersa: In eo verò quod addit, *Ne sis quasi is qui tentat Deum*: illud ipsum confirmat, quod hoc loco affirmari asserebam, per istiusmodi orationem litem de diuinitate ipsimet Deo intentari; deque potentia cum omnipotente impiũ contendere in iudicio; quò nimirum eius tentetur patiētia, quò ue exploretur, an eum, qui tam alieno in ipsum sit animo, queat castigare; & quò demum probetur, an Deus re vera sit, cui actu ipso ea vt item diis præferre videntur, quibus attentio exhibita orantis est animæ. Exclamat aliquando Cyprianus, in sermone de oratione Domini, dicens, *Quæ segnitia est alienari, & rapi ineptis cogitationibus, & profanis, cum Dominum depreceris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loqueris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cùm te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui, cùm rogas, quando tu ipse memor tui non sis? Hoc est ab hoste in totum non cauere: hoc est, quando oras Deum, maiestatem Dei negligentiâ orationis offendere.* At quanto

Distractione voluntariâ orantes impij litigant cum Deo in iudicio explorantes, an is verè sit Deus, & omnipotens.

B

Cyprian. Distractè orans Deũ offēdit vel ipsa orationis suæ negligentiâ.

C efficaciùs improperat taliter oranti animæ hoc loco Deus. (*Quid*, inquiens, *vultis mecum iudicio contendere?*) *Quis te inuocat nesciens te?* dicebat ad Deum ipsum Augustinus cap. 1. lib. 1. Confess. *Alius enim pro alio potest inuocare nesciens te. An potius inuocaris vt sciaris?* En ab eodem Deo complures per hanc redargutionem ostensos, qui cum inuocent ipsum nescientes, vt pote qui illa potiùs inuocent, quibus tamquam diis attentionis cultum in propriis exhibuēre potentiis: quique suammet diuinitatis illius protestantur ignorantiam & protestantur actu, quo orantes, vt ex-

August. Distractione voluntariâ orantes inuocant Deũ quẽ nesciunt, tentantque illũ de eius diuinitate in iudicio explorantes, ac litigantes.

D plicatum est, eum tentant.

(*Omnes dereliquistis me, dicit Dominus.*) Hoc illud est secundum, quod hîc à Domino assignari dicebam, prouocari nimirum eum ad proferendum in iudicio damnationis contra illum qui prauè oret, sententiam, i. quoue veluti in iudicio ab eomet qui sic oret, ipsa eius & potentia exploratur, & patientia, & diuinitas: quòd orans speciem illi exhibet peccatoris, imò actu ipso sic peccatorem se exhibet, vt iniquitatem operetur. *Peccata fiunt*, inquit Augustinus lib. 3. Confess. cap. 8. *cùm tu Domine derelinqueris fons vitæ, qui es*

7 *Oratione prauâ impij prouocatur Deus contra illum, ob id potissimùm quòd orans ei speciem obiicit peccatoris.*

E *vnus, & verus creator, & rector vniuersitatis, & priuatâ superbiâ diligitur vnum falsum.* Cùm ergo ait Dominus, (*Omnes dereliquistis me,*) speciem constitutiuam peccatoris à prauè orantibus sibi obiectam queritur. Quod apertiùs expressēre Sept. legentes, (*Omnes vos impiè egistis, & omnes vos iniquè egistis in me dicit Dominus.*

Augustin. Peccatoris species tria in derelictione Dei veri.

Vtinam non & ipsomet orationis suæ actu impia ageret. Quid enim iniquius, quàm impudenter eum deprecari, quem contumeliosè reliqueris? Talis certè deprecatio per impudentiam plus offēdit, quàm impetret, vt de cita veniæ po-

8 *Orante impie impudenter Deus offenditur grauiter.*

F stulatione ait Ambrosius Serm. 46. qui est de pœnitentia Petri. Et quid magis impium quàm ei illudere Deo, quem ores. [c] *Non sunt Deo bene placitæ subsannationes iniustorũ*: dicitur in libro Ecclesiastici vt nouerimus, iniustos qui sub specie peccatoris Deum orant, subsannatione impiissima illum deludere. Quòd si specialius quis ipsam sibi explicatam velit obiectam Deo ab iniustis in oratione speciem peccatoris, & derelinquentis Deum, audiant Prophetam Regium, [d] *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.* Peccatoris in diuinæ legis præuaricatione peculiaris sita est species, Quam sanè & hîc Deo propositam, colligere

Ambros. c Ecclesi. 34. 21. Praue orãtes impij oratione ipsa sua Deum subsannant. d Ps. 118. 19. Peccatoris peculiariter in eo sita est species, quòd diuinæ præuaricator est legis.

gere ex Hebraica est lectione,quæ habet. (*Omnes vos prænaricati estis.*) *Deus sæpe eius precem in perturbatione deserit,qui præcepta illius, in tranquillitate contemnit.Vnde scriptum est.*[a] *Qui auertit aurem suam,ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis,*ait Gregorius Papa lib.5.Moral.cap.31.

a Prou.28.9.

Greg.PP.

Hugo Card.

Ecclesiastici Prælati cõfidentes in Curialibus facientes illos sibi amicos muneribus sæpe illos experiũtur aduersos eum depositi fuerint.

(*Vbi sunt Dij tui* , &c.) *Hoc* ait, Hugo Card. *dici potest multis Prælatis, qui ponunt confidentiam in Cardinalibus , & Episcopis , facientes eos sibi amicos de Mammona iniquitatis:Sed quando depositi sunt , illi sunt qui magis nocent.*

Dion.Carth.

Beneficia , & honores quærẽtes in qualibet Ciuitate, & Ecclesia dicti erigere sibi idola secundũ numerum Ciuitatum.

(*Secundum numerum* , &c.) *Hoc quidam satis congruè,dicit Dionysius Carthus. applicant contra eos, qui in qualibet Ciuitate, vel Ecclesia quærunt honorari , & beneficiari,idola ambitionis, ac cupiditatis erigentes sibi hinc inde.*

VVLGATÆ.

*Vers.*28.] Vbi sunt Dij tui,quos,&c.

*Vers.*29.] Quid vultis mecum iudicio contendere? &c.

SEPTVAGINTA.

28. Καὶ ποῦ εἰσίν οἱ Θεοί σου, οὓς ἐποίησας σεαυτῷ; εἰ ἀναστήσονται, καὶ σώσουσιν ἐν καιρῷ τῆς κακώσεώς σου; ὅτι κατ᾽ ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν Θεοί σου Ἰούδα, καὶ κατ᾽ ἀριθμὸν ὁδῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔθυον τῇ Βάαλ.

29. Ἵνα τί λαλεῖτε πρὸς μέ; πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε, καὶ πάντες ὑμεῖς ἠνομήσατε εἰς ἐμέ, λέγει Κύριος.

*Vers.*28.] Et vbi sunt Dij tui , quos fecisti tibi?si surgent, & saluabunt in tempore afflictionis tuæ? quia iuxta numerum Ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda, & iuxta numerum viarum Hierusalem immolabant Baal.

*Vers.*29.] Vt quid loquimini ad me? Omnes vos impiè egistis, & omnes vos iniquè egistis in me,dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et vbi sunt* 1
Dij vestri,quibus seruistis?consurgant,si possant, vt saluent vos in tempore mali vestri : quoniam secundùm numerum ciuitatum vestrarum facti sunt dij vestri viri domus Iuda. Vers. 29. *Quare vos putatis iudicio contendere aduersùs verba mea? Omnes vos prænaricati estis in verbum meum dicit Dominus.*

Procopius.

(*Vbi sunt Dij tui,quos* , &c.) Procopius in cap. 43. Isai. pagin. 486. ita hæc citat. (*Et vbi sunt Dij tui,quos frustra fecisti tibi:num surgent,& liberabunt te in tempore afflictionis tuæ?*)

Hieron.

In tribulationibus ad Deũ pro ope cõfugiens peccator quando increpatur.

Hieronymus in Comment.*Impudens postulatio, tempore necessitatis,& angustiæ ab eo quærere auxilium, quem in pace contempserint. Legendumque increpantis affectu , (Liberent te Dij tui,quos fecisti tibi :) vt cùm Deus creator sit hominum, homo fecerit Deum , probet necessitas quid possint,quos securus ante coluisti:(Secundùm numerum ciuitatum,&c.)*

Superstitiones & hæreses dissentiunt inter se.

Vel eosdem vel singulos , atque diuersos singulæ Ciuitates colebant Deos,vt nec in impietate viderentur habere consensum : sed pugnans contrà,superstitio diuersum sequeretur errorem.

Theodorit.

Theodoritus in Comment. Sequitur Ironicè, (*Vbi sunt Dij tui,&c. Surgent-ne , & saluabunt te in tempore afflictionis tuæ?*) *Demonstrat autem multitudinem eorum , (Quia secundùm numerum Ciuitatum erant Dij tui Iuda, & secundùm numerum viarum Ierusalem sacrificabant ipsi Baal) ostendens hoc pacto non veris Diis exhibitum honorem, eorumque multitudinem atque imbecillitatem.*

Cyril. Alex.

Citat hæc,(*Secundùm numerum*,&c.)iuxta versionem Sept. Cyrillus Alex.lib.3.in Genes.& lib. 6.de Adoratione loco supra relato.

Vers. 29.

Hieron.

Peccator quæ iniustè de Deo conqueratur cũ affligitur.

(*Quid vultis mecum iudicio contendere:*&c.)Hieronymus in Comment. *Prona est ad excusationem sui* 2
humana peruersitas,vt quicquid meritò sustinet,immeritò sustinere videatur , & propriam culpam referant ad iudicium Dei:frustra igitur,ait , obtenditis quærimonias,& iniquam causam in iudicem,cùm impietatis vestra sit,quod patimini.

Theodorit.

Theodoritus in Comment. *Benignè increpat ingratos,(Quare loquimini ad me?Omnes vos impiè egistis , & omnes vos iniquè egistis in me dicit Dominus.)*

Cyril. Alex.

Sic & Cyrillus Alex.locis allatis citat hæc iuxta versionem Sept.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΟΤΙ κατ᾽ ἀριθμὸν τῶν πόλεων σου ἦσαν οἱ Θεοί σου Ἰούδα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν ὄνειδος, ὅταν ποιηταὶ τῶν Θεῶν ὦσι. οὐδὲ γὰρ ὅτι ἐλάχιστοί εἰσιν ἔχει εἰπεῖν οὐδὲ γὰρ ὅτι μακράν. κατὰ ἀριθμὸν γὰρ τῶν πόλεών σου ἦσαν οἱ Θεοί σου Ἰούδα.

[ἵνα τί λαλεῖτε πρός με πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι οἱ μὲν, ναί, οἱ δὲ οὔ. ἵν᾽ οἱ διαφεύγοντες τὴν πλάνην τοῖς ἄλλοις γένωνται παραμυθία. ἄρα οὐδὲ καλοῦν

Vers. 28. *QVIA iuxta numerum Ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda,&c.)* 3

Chrysost.

Chrysost.] *Iterum aliud probrum,quod Deorũ opifices sint. Nec enim dicere potest quòd paucissimi sint,aut quòd longè distet.Nam secundùm numerum vrbium tuarum erant tibi Dij Iuda.*

Vers.29. (*Vt quid loquimini ad me , omnes vos impiè egistis,*&c.)

Chrysost.

Chrysostomi.] *Dici non potest quòd hi quidem sic, hi verò non. Vt qui errores effugissent cæteris essent solatio. Igitur nec digni sumus qui*

λεῖν τὸν Θεὸν ἄξιοι ἐσμὲν ἀσεβοῦντες. οὐδὲ ἐν συμφοραῖς αὐτῷ εὔχεσθαι, ὅταν ἐν ἀδείᾳ αὐτὸν ἀγνοῶμεν, λέγει Κύριος· μὴ γὰρ ἐγὼ λέγω; ὁ ὑβρισθεὶς, ὁ τὰ πάντα εἰδώς.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ψιλῶς γὰρ ἐδόκουν εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, τὰ τῶν εἰδώλων αἱρούμενοι· διὸ λαλίαν αὐτῶν ἐκάλεσε τὴν εὐχὴν κατὰ τὸ, ὁ λαὸς οὗτος, τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀφέστηκεν ἀπ' ἐμοῦ.

A

qui Deum inuocemus, impiè agentes: neque vt in aduerſis rebus preces ad illũ fundamus, quando in tuto ipſum neſciuimus: dicit Dominus: Nũ ego hoc aſſero? Qui iniurias paſſus eſt, qui omnia nouit.

In tribulationibus Deũ implorare indigni sũt qui eumdem in proſperitate offenderunt.

Incerti.] *Nudè etenim Deum orare videbantur cùm Idola præferrent. Quapropter loquacitatem preces eorum vocauit, iuxta illud. [a] Populus hic labiis me honorat, cor autem illorum longe eſt à me.*

Incertus.

Oratio peccatoris appellata à Deo loquacitas.

a Iſai. 29. 13.

Verſ. 30.] Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt: deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros, quaſi Leo vaſtator.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt (ſeu non recepiſtis:) deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros, quaſi Leo vaſtator generatio veſtra.

GESSI [a] me vobiſcum vt patrem veſtri amantiſſimum: nam etſi vos obduratos in malo viderim, vel filios ſaltẽ veſtros erudire obnixius ſum, virgâ illos paternâ caſtigans, quò & vos ex illorum vexatione ad vitæ commoueremini emendationem; Attamen in vanum & hoc quoque tentaui, nec enim illi receperunt, nec vos recepiſtis diſciplinam, emendati. Quin potiùs in peiora delapſi, & vos magnâ innoxij ſanguinis auiditate quotquot potuiſtis, ſanctos Prophetas veſtros conſumpſiſtis gladio: & generatio veſtra, filij veſtri eodem in ſcelere ita vobis ſe exhibuêre comites, vt vaſtatori aſſimilandi ſint Leoni, hominum corpora dilaniãti. [b] Sed nec ob id vllo perculſi eſtis me timore, quòd ipſe gladio hoſtium, qui & meus, Leoni omnia deuaſtanti ſimilis, veſtros conſumpſi Duces, eruditores, & Pſeudoprophetas.

b Seu, deuorauit gladius Prophetas veſtros ſicut Leo vaſtator, & non timuiſtis.

C

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 FRuſtra *percuſſi filios veſtros*, &c.) Filios veſtros tantumdem eſſe ac vos, arbitrati ſunt aliqui, iuxta Hebraiſmum illum, quo & homo dictus reperitur filius hominis; & tauri, filij taurorum; & pauperes, filij pauperum, Ac ſi dicatur, fruſtra vos percuſſi; cui ſenſui conſonare videtur verſio Sept. quæ ſubiicit, *(Diſciplinam non recepiſtis:)* vt fiat alluſio ad percuſſiones à Deo Iudæis factas, per Regem Aſſyriorum, & exercitus eius Principes, qui (vt legitur [c] 2. Paralypom.) cæperunt Manaſſem, & vinctum compedibus duxerunt in Babylonem & priùs per Sennacherib, qui aſcendit ad omnes Ciuitates Iuda munitas. [d] 4. Reg. & [e] 2. Paral. 32. Mihi tamẽ magis placet, vt in vocum ſtemus proprietate, & filios ipſos ſumamus ex Iudæorum ſenioribus genitos; quod confirmat & ea, quam hic vltimo adiectam videbimus vox, *(Generatio veſtra.)* Eritque hoc pacto efficacior Dei oratio, pulcherrimoque ſenſu ſignificabit, Se nullam omiſiſſe rationem, quò illos ad rectum reuocaret tramitem: Nam expertus ſeniorum obſirmatum in malo callum, ob quem nec percuſſi doluerunt, vt infra dicet in cap. 5. vel eos, qui adhuc minimè ſic obduruiſſe poterant, illorum filios corrigere aggreſſus eſt, vt eorum percuſſione & ſanari ij poſſent, & vel hac ratione parentes ipſi quaſi in propriis oculorum pupillis percuſſi faciem ad eum verterent, à quo oculorum lumen expoſcentes dicerent, [f] *Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte.* Moris namque eſt Dei, vt ſæpe ad parentum correctionem filios percutiat eorum, vt & [g] peccanti Dauid feciſſe legimus, & impio Ieroboam. [h] At fruſtratum horũ vtriuſque ſe aſſerit ſpe. Ideoque bene &, *(diſciplinam non receperunt)* ait, ſecundùm lect. Hebr. & verſionem Vulgatæ ad incorrectos alludens filios, Et, *(diſciplinam non recepiſtis,)* obſtinationem eorumdem arguens parentum. Id quod ex effectu probat, ſubdẽs, *(Deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros:)* En incorrigibilitatẽ parentum.

c 2. Para. 33.

d 4. Reg. 18. 13.

e 2. Par. 32. 1.

Filios ſæpe percuſſit Deus vt per eorum flagella parentes illorũ ad ſe conuertat.

f Pſal. 12. 4.

g 2. Reg. 12. 15.

h 3. Reg. 14. 12.

2 *(Sicut Leo vaſtator generatio veſtra.)* En & filiorum quoque inemendationem. Eſtque locus iſte ei ſimilis, quo in Euangelio Ieſus ait. [i] *Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis Prophetas: Quoties volui congregare filios tuos ſub alas, & noluiſti:* Vnde & aptiùs per Prophetas hîc non falſos, prout plerique cenſent inſignium expoſitorum, ſed Sanctos intelligo, quorum plurimos occiſos legimus vel tempore vnius Regis Manaſſes. Habent autem peculiarem vim ambæ phraſes, quibus hæc explicantur. Prima *(Deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros:)* Deuorandi enim verbo ſignificatur & guſtus quidã magnus, quo Sãctos occidebant Prophetas; Et ingens occiſorum multitudo, quo vix quemquã reliquerant Sanctorum Prophetarum, quem occidere non tentaſſent; qui enim aliquid deuorat, ea cum celeritate, & voluptate id comedit, vt nil ex ipſo reliquum ſinat; Lege c. 21. quarti libri Reg. & reperies, de vno Rege Manaſſe dici, [k] *Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis donec impleret Ieruſalẽ vſque ad os.* Leonis verò vaſtatoris ſimilitudinẽ cum eorumdem Iudæorũ generatione, & filiis, idipſum effuſionis innoxij ſanguinis crimen admittentibus fuſiùs explicatum videre eſt apud Ezechielem, vbi hæc legimus. [l] *Quare mater tua Leæna inter Leones cubauit*, &c. & paulo pòſt. *Tulit vnum de Leunculis ſuis, Leonem conſtituit eum. Qui didicit prædam capere, & homines deuorare: Didicit viduas facere, & Ciuitates eorum in deſertum adducere: & deſolata eſt terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.*

Prophetas quàm malè tractarint Iudæi.

i Matth. 23. 37.

D

Deuorare gladio quid ſignificet.

k 4. Reg. 21. 16.

l Ezech. 19. 2. & 5.

E

3 Sept. ita hæc legunt, *(Deuorauit gladius Prophetas veſtros, quaſi Leo vaſtator & non timuiſtis.)* Quorum ſenſus eſt multo ab eo, quem mox noſtræ attulimus lectioni Vulgatæ diuerſus: per ea quippe ſignificat Dominus populo ſuo eum debuiſſe vel exinde timore aliquo percelli, vt ab obſirmata recederét defectione à cultu ipſius ad idololatriã, quod gladio ipſius ij potiſſimùm à quibus per prauam doctrinam ſeducti ſunt, Pſeudoprophetæ ita conſumpti ſunt, vt quaſi à ferociſſimo Leone dilaniati videantur, gladio ipſo hoſtium à Deo immiſſorum ita eos deuorante, vt Leoni vaſtatori meritò aſſimilari is queat. Videntur autẽ Sept. aliter legiſſe quod modò in textu Hebr. legitur, cùm verterint, *(Et non timuiſtis,)* quod in Hebr. eſt הדור אתם *haddor athem*, id eſt, *(Generatio vos,)* de quibus in ſequenti agemus ſententia, cùm Maſoretæ ea retulerint ad ſubſequentia, verſuique tribuerint 31.

Doctores prauos caſtigat Deus, vt ex eorum pœna expediantur illorum diſcipuli de prauitate doctrinæ ipſorum.

F

Verſ. 39.

*Verſ.*30.] Fruſtra percuſſi filios veſtros.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 QVAMVIS & moribus congrua in prima huius ſententiæ expoſitione plura ſint tacta, quia tamen ſententia ipſa multò eſt efficacior quàm ibi quiuerit explicari, vbi de eius literæ potiùs agebatur intellectu, quàm de morum inſtructione, Æquum eſt, vt eius modò ſpeciatim apertus communuatur nucleus, qui ſub cortice ſingulorum latens eſt verbum.

Fruſtra nil faciunt Deus & natura. Fruſtra quid ſit. Ariſtoteles.

Atque à primo exordientes. Non modicum difficultatis, ea habet quæ præfixa eſt particula, (*fruſtra*, cùm de re ſermo ſit, quam ſemet feciſſe fatetur Deus, dicens: (*fruſtra percuſſi*, &c.) indubitatum enim eſt ad Philoſophorum axioma, ſæpius ab Ariſtotele repetitum, quòd Deus & natura nihil fruſtra agunt. Augetùrque difficultas ex ratione, quam idemmet Deus mox affert ſui iſtius fruſtranei actus, ſubiiciens, (*Diſciplinam non receperunt.*) *Hoc fruſtra eſt*, dicit Ariſtoteles 2. Phyſicorum text. 62. *quod natum eſt*, (ſeu quod fit) *alterius gratia, cùm non perficit illud, cuius gratia erat*, (ſeu fiebat) *natumque erat.* Addit: *Quoniam ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia non defecit Sol, ridiculus vtique erit, non enim erat hoc illius gratia.* Aut igitur dicendum, Deum ridiculum quid dixiſſe, ne concedere teneamur, re vera in illum fruſtraneam cadere actionem: aut aſſerendum, verè illam percuſſionis actionem, ſeu etiam Deum ſic percutientem fruſtra extitiſſe, cùm non perfecerit, cuius gratia ſic exhibuerat ſe percutientem. Ridiculum dixiſſe Deum, blaſphemia eſt: fruſtra autem talem exhibitum eum affirmare, illius repugnans eſt naturæ.

5 Solui nihilominus difficultates iſtas omnes facile poſſe haud dubium, ſi doctrina vtamur, quam hîc affert Petrus à Figueira, inquiens: *Dicitur autem Deus fruſtra percuſſiſſe quantum ad finem extrinſecum, qui erat emendatio percuſſorum, nõ quantùm ad internum, qui erat ipſemet: Ideo enim percutiebat etiã eos quos ſciebat non recepturos diſciplinã, nec emendationem, vt omnibus ſe bonum Medicum, bonumque parentem demonſtraret, vtpote omnia faciendo ad ægrotorum ſanitatem, & filiorum diſciplinam neceſſaria: Atque quoad hunc finem non fruſtra percuſſit, ſed finem conſecutus eſt.* At ſubtilius, aptiúſque pro moribus dicerem ipſe, in actione caſtigationis duplicem Deum habere finem iuxta duas perfectiones ſuas intrinſecas ſibi ambas, imò realiter in vna eius identificatas eſſentia, iuſtitiæ, & bonitatis ſeu miſericordiæ: iſtarum enim duarum gratiâ percutit peccatorem, vt iuſtus nimirum, & miſericors; percutit enim iuſtitiæ gratiâ in criminum pœnam, percutit verò gratiâ bonitatis, & miſericordiæ in ipſius peccatoris emendationem, & conuerſionem.

Petrus à Figueira. *Fruſtra ſe percutere aliquando dicit Deus quantùm ad finem extrinſecũ nõ autem quantùm ad finem intrinſecum. Percutiẽs peccatorem quẽ finem intrinſecum habeat Deus.* *Percutiens peccatores duplicem Deus habet finem, iuſtitiam, & bonitatẽ ſuã.*

6 Cæterùm vt nouerimus, quanti eiuſdẽ faciat peccatoris conuerſionem, quóve ipſius erga illum pertingat bonitatis affectus quando ex percuſſione ſequuta ea non ſit, etiam ſi ex percuſſi id ſit culpa, non dedignatur ſuam in periculum adducere æſtimationem, quòd qui Deus eſt, fruſtra tamen id à ſe factam inquiens ſubinnuat ſe, ſi fieri poſſet, quod ſuæ potiſſimùm eſt naturæ, quodque ſuæ in primis eſt voluntatis & gloriæ. Cùm & de bonitate canat Eccleſia, *Deus cuius*

Bonitatis Dei in peccatores argumentum maximum, quòd fruſtra percutiens illos, in diſcrimen fuiſſet adducit æſtimationem.

A *natura bonitas*: de miſericordia, dicat Apoſtolus,[a] *Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei*: de voluntate, dicat ipſemet apud Ezechielem,[b] *Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?* In qua loquendi ratione mirum in modum nedum ipſam ſuam exaggerat bonitatem, bonumque in peccatores affectum, verum & exceſſum amplificat beneficij, quòd in tali percuſſione contulit in illos; Et quàm horrendè contra peccatores plerique id parui fecerint beneficij, peſſiméque eidem reſponderint. Enimuero quid Deo præſtantius, quam ſuuſmet honos, ſuaque gloria? quam tanti ſe facere aliquando conteſtatus eſt, vt apertè apud Iſaiam, dixerit. B [c] *Gloriam meam alteri non dabo*, & nihilominus in ipſo actu percutiendi peccatores, vnà cũ percuſſione in illorum quodammodo manus gloriam, & honorem iſtum ſuum ponere dignatur, cuius tamen ij nullam habentes rationem per id quòd non conuerſi ſunt, irritam eam Dei facientes actionem, quantùm in ipſis fuit, ſic diuinum eius in diſcrimen collatum ſibi deduxerunt honorem, vt pariter, quantùm in ipſis extitit, eiuſdem & omnipotentiam, & diuinitatem ab C illo abſtulerint, quem fruſtra quid feciſſe viſi ſunt conteſtaſſe: Qua de re conqueſtus cum illis apud Malachiam is eſt, dicens: [d] *Si pater ego ſum, vbi eſt honor meus?* id eſt, Si ego paterno erga vos me habui amore, percutienſque vos tamquam bonus pater complacui in vobis, tamquam in filiis, quibus præ omnibus cordi eſſe ſolet patris honor, vtpote qui eſt & honor pariter ipſorum: vbi nam per vos, qui fruſtraneam meam feciſtis percuſſionem, vbi inquam apud vos meus eſt honor? quò illum deieciſtis?

a Rom.3. 23.
b Ezech. 18. 23.
Tribulationũ percuſſio eſt maximũ Dei beneficium peccatori collatum.
c Iſai. 42.8.
In Tribulationum exhibitione Deus ponere videtur in peccatoris quẽ percutit, manibus honorem diuinitatemque ſuam.
d Mala.1.6.

D Porrò quòd percuſſio ipſa maximum extiterit Dei in peccatores beneficium, aliâ non minus deſignatur particula, qua pro (*fruſtra*) hic aliter ſic legère & Cyprianus, & Hieronymus, vt videre in noſtra potes appendice, (*Sine cauſa percuſſi*:) Quamuis nouerim eam particulam, (*ſine cauſa*) vſurpari frequenter ſolitam pro, in vanum, & fruſtra; ſicut non ambigo & hoc quoque loco literaliter ita ſumendam. Nil tamen prohibet, quin & propriè eadem ſumi queat, præſertim cum & alibi, vbi de iſtiuſmodi Dei percuſſione eſt ſermo, propriè ea adhibita reperiatur, in lib. Iob, vbi hæc legimus: [e] *In turbine conteret me, &* E *multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa*, id eſt ſine noua cauſa, quam ego præbuerim; Quod de duplici cauſæ genere poteſt intelligi, de ea quæ meritum ſonet præmij; & de ea, quam propriùs demeritoriam nuncupamus, cùm pœnæ malique deſignet meritum, quomodo hoc ipſum, ſine cauſa, ſumpſiſſe viſus eſt Dominus in cap. 2. item libri Iob, vbi ad Sathan ait, [f] *Tu autem commouiſti me vt affligerem eum.* (Iob) *fruſtra*, alij *ſine cauſa*: quod aliqui, (vt in catena Græca aſſerit Olympiodorus,) nullâ ſufficiente cauſâ, aut crimine delato, non ob facinus aliquod interpretantur.

7 *Particula ſine cauſa vſurpari ſolita pro, fruſtra, & in vanũ.*
e Iob.9.17.
f Iob.2.3.

F Verùm cùm nemo, qui ſanæ ſit mentis, hoc demeritorio ſignificatu hic poſitum *ſine cauſa* dixerit, cùm exploratiſſimum ſit, illatas Iudaico populo tot calamitates propter innumera, & horrenda illius ſcelera, ita vt non dubium ſit, plurimùm talis extitiſſe diuinæ eius percuſſionis cauſæ. Vnde Daniel in captiuitate id confitens,[g] *Et omnis, ait, Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent legem tuam, & ſtillauit ſuper nos maledictio, quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei,*

g Dan.9.11.

Tribulationũ disciplina maximum Dei beneficiũ peccatori à Deo collatum sine illius merito.

Ex tribulationibus fructum non capere quãtùm cõfusionis ingerere deberet peccatori.

Dei, *quia peccauimus ti*: asserendum profectò est, quòd hoc loco Dominus ait, percussisse se Iudæos sine causa, primo causæ significatu iure optimo sumpto, id sibi Deum in his voluisse, vt ingrati ipsi Iudæi, quandoquidem beneficiorum eousque enumeratorum nullam habuêre rationem, vel hoc vnum, quod superiorum omnium est maximum perciperent, & suæ ipsorum cõfunderentur ingratitudinis, id autem hoc est; quòd paterno affectu ad correctionẽ eos percussit, cùm tantùm abfuerit vt eximium boni alicuius ipsorũ causa id commeruerint beneficium, vt demeritis potiùs plurimis, & magnis reos se exhibuerint, qui beneficij istius omnino pro hoc emẽdationis tempore expertes [a] dimitterentur in propriis secundùm desideria cordis eorum, vt euntes in adinuentionibus suis, [b] thesaurizarent sibi iam in die iræ, & iusti iudicij Dei, non iam in misericordia, sed in furore eius.

a Ps. 80. 13.

b Rom. 2. 5.

9 Aptè autem ad maiorem præexpositi beneficij explicationem haud alio vsus est verbo, quàm percutiendi, dicens (*frustra*, seu, *sine causa percussi*, cũ dicere alioquin, prout aliàs quiuisset, vulneraui, contriui, perdidi, occidi, consumpsi, & similia. Triplicique ratione qualitatem beneficij hoc explicat verbo: vel quòd calamitates vniuersæ quibus propterea affligit peccatorem, vt per eas ad meliorem eum reducat frugem, quantumlibet acerbæ videantur, & graues, percussio leuis sunt manus diuinæ, quæ in præsenti sæculo vix exiguo percutit tactu, ita vt propterea Apostolus, [c] *Leue tribulationis nostræ*, id dixerit vniuersum, & aliâ metaphorâ stillandi verbo sæpe idipsum reperire sit in sacris designatum literis. Vel quòd cędem sint virgæ percussio, quæ filij charis paterno exhibetur effectu; & cuius substractio patris in filiũ testis est odij, iuxta illud Prouerbiorum. *Qui parcit virgæ odit filium suum, qui autem diligit eum instanter erudit.* Et quid præstantius filio exhiberi potest beneficij, quàm id quo eius anima à pœnis liberetur inferni? & certè id per ipsam virgæ percussionem filio conferri peccatori, ex eodem colligere est Prouerbiorum libro, vbi ad benignum dicitur Patrem, [e] *Tu virga percuties eum*, filium sc. tuum, *& animam eius de inferno liberabis.* Cùm è contra per alium Sapientem subinnuatur, ni diuinum istiusmodi percussionis exhibitum sit beneficium, per obfirmatam in delictis duritiẽ eumdem peccatorem præcipitem in inferos] ruere; sic enim legimus in lib. Eccl. [f] *Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps.*

Tribulationũ disciplina omnis in hoc sæculo censenda leuis diuinæ manus percussio.

c 2. Cor. 2. 17.

Tribulationũ disciplina peccatori hic exhibita est paterna virga percussio ex Dei dilectione.

d Prou. 13. 24.

Tribulationũ & flagellorũ disciplina liberare apta est animam ab inferis.

e Prou. 23. 14.

f Eccl. 30. 8.

10 Sed adhuc vlterius magis hoc ipso percutiẽdi verbo istud diuinæ in peccatorem castigationis in eo exprimitur beneficium, quòd non solùm per illud ab inferno, vt dictum est, is liberatur peccator. Verùm etiam quando ei duritiem in se habenti in peccatis, quæ duriori opus habeat scalpello, id exhibetur, dignus profectò redditur, qui & in præstantissimum Dei assumatur ministerium, & in cæleste eiusdem admittatur regnum; ærumnarum nimirum veluti mallei percussione, instar aurei vasis fabrefactus, prout Sauli factum est, de quo ita certè aliàs duro, vt dictum ei fuerit, [g] *Durum est tibi contra stimulum calcitrare*, legimus tamẽ percutientem Iesum pronunciasse, [h] *Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel: ego enim ostendam illi quanta eum oporteat pro nomine meo pati.* Ac percussione item velut Scalpelli simul, & mallei insignium lapidum, ac pulchrarum poliuntur columnarum, quæ in ædificium collocentur Regni cælestis prout cum Ecclesia canimus, *Tunsionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis per manus artificis, disponuntur permansuri sacris ædificiis*: prout & legimus in Apocalypsi, [i] *Qui vicerit*, vitia nimirum superando, disciplinamque militarẽ tolerantiâ ærumnarum rectè profitendo, *faciam illum columnam in regno Dei mei.*

Tribulationũ percussione veluti malleo peccatorem Deus reddit tãquã insigne aureũ vas in sui ministerium.

g Act. 9. 5.

h Act. 9. 15.

Tribulationũ percussione peccatores Deus veluti malleo, & scalpello politos lapides, insignesque columnas ad cæleste ædificium reddit.

i Apoc. 3. 12.

11 Aptissimè & tertiò pariter, quòd in hac sententia subiectum est filiorum nomen excellentiam comprobat istius diuinæ percussionis per ærumnas, dum dicitur, (*Sine causa percussi filios*,) siue percussio vt in virga facta sumatur, siue vt in scalpello, ac malleo. Ad percussionem quippe virgæ necessariò, vt iam supra probatum est, filiorum subiiciendum erat nomẽ, quò ipsius percutientis paternus per percussionem exhibitus manifestaretur affectus: percutiens namque, [k] *tanquam filiis*, vt ait Paulus, *offert se Deus.* Et ad mallei scalpellique percussionem, qua & filij per ærumnas ex abiectis aptantur lapidibus in cælestis Regni ædificium, crediderim allusisse Dominum Iesum, cùm in Euangelio diceret, [l] *Potens est Deus*, vt peritissimus nimirum artifex, *de lapidibus istis*, in terram, cœnumque proiectis, de terrenis, durisque in scelerum limo peccatoribus, *suscitare filios Abrahæ*, iustos effectos, & dignos qui cum Sancto illo Lazaro deferantor in sinum Abrahæ, & collocandos postmodũ in ædificio cælestis Regni. Concinit igitur & pręallatis beneficij istius probationibus adiectum verbo percussi nomen filiorum.

Tribulationũ percussione paternum in filios affectum exhibet in peccatores Deus.

k Heb. 12. 7.

Ingens Dei magisteriũ in peccatoribus aptandis per Tribulationũ disciplinam.

l Matt. 3. 9.

12 Rectè quidem inquies, si diceretur, (*Percussi filios meos.*) At non ita, quomodo nunc est in textu, (*Percussi filios vestros.*) Responsio est facilis iuxta eruditorum eam sententiam, asserentem (vt notaui in prima literæ expositione,) (*filios vestros*,) tantumdem esse ac vos, cui sententiæ similis patrocinatur Euangelij locus, vbi ad Iudæos Iesus dixit, [m] *Si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt?* i. vos in quo eiicitis? Magis tamen ad literam propriè (vt sonat,) (*filiorũ vestrorum*,) id accipientes nomen, multò maiori ad rem, de qua agitur, illud dicamus adhibitum efficacia, quàm si dictum fuisset, (*Percussi vos, seu filios meos.*) Præter eam enim, quam in prima literæ expositione allatam videre potes, duplex est insuper eius adhibitionis ratio pro moribus. Prima, quia per id magis explicata est Dei bonitas in tam eximio (vt declaratum est) diuinæ percussionis eius beneficio conferendo, eximiusque eiusdem Dei amor in Iudaicum populum, & in quosque fidelium, tametsi peccatores; cùm beneficium tã insigne & in eos contulisse se significet, & in eorum pariter filios: cùm à natura id patribus inditum experientia doceat, beneficia eò vt habeant gratiora, quò eorũ participes & filios suos posse esse intellexerint.

m Matth. 12. 27.

Tribulationibus percutiẽdo nõdũ peccatores ipsos, sed & filios eorum, quàm eximiè Deus suam illis patefaciat bonitatem.

13 Adde quòd huius item nominis adhibitione quilibet scelesti tacitè repræhensi sunt patres, quòd in supplementum deficientis amoris eorum erga filios suos, eorumdemque negligentiæ, excessiuus Dei erga eos amor ad correctionem & ipsos, & eorum percusserit filios: cùm alioquin id iis faciendum in suos fuerat filios, iuxta illud, [n] *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo.* Et tantùm eis cordi esse debuisset filiorum suorum, si illos verè diligerent, salus animarum, vt vel ob hanc vnam rationem, vltra adhibitas eis paternas percussiones, suo quoque exemplo in fructu ex diuina percussione percipiendo, à suisque propriis se corri

Filios impiorum castigãs Deus supplere se significat parentũ deficientis erga filios amoris defectum.

n Eccl. 30. 1.

Filiorum salutem quãta solitudine procurare debẽt parentes tunc præsertim, Cũ vnà cum illis Tribulationibus percussi sint ob peccata.

corrigendo peccatis, æquum fuisset, vt ipsam eorumdem filiorum omni contentione procurassent salutem, iuxta id libri [a] Ecclesiastici quo dicitur, *Pro animabus filiorum*, id est pro filiorum suorum adiuuanda animarum salute, quam Deus communi tam patri, quàm filiis eius intendit percussione, *colligabit*, ipse nimirum pater *vulnera sua* curare propria satagens peccata, de quibus apud Isaiam legimus, [b] *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata; Et super omnem vocem turbabuntur viscera eius*, id est, & quandocumque contigerit, vt filij ipsi sui vocem emiserint, in suis commouebitur præcordiis, indignatione quidem, si contra Deum illos percutientem obmurmurare eos perceperit: commiseratione verò simul ac gaudio, si ad eumdem Dominum contritionis vocibus eos clamare animaduertet.

a Eccl. 30. 7.
b Isai. 1. 6.

14 (*Disciplinam non susceperunt.*) Amplificat Deus quàm maximè præstantiam eius, de quo agit, beneficij in peccatores percussionis suæ, hoc quo eam insignit disciplinæ nomine, quod & scientiæ est; vt ex nomine ipso argueremus, tanti eam à nobis habendam, quanti & eruditionis ac scientiæ perficientis intellectum, cuius intellectus perfectioni nil in humanis est, quod queat præferri, vnde fit, vt, iuxta peruulgatum Aristotelicum Metaphisices exordium, *Omnis homo naturâ scire* desiderat. Adde quòd isti diuinæ percussionis disciplinæ illud inest amplius, quòd per eam perficitur insuper & voluntas.

Tribulationũ excellẽtia beneficy vocabulò designata est disciplina.

Tribulationũ dicisplina perficitur intellectus, & voluntas, totusque homo.

15 Quantùm autem per hoc disciplinæ nomen ipsa Dei extollatur percussio, præstantissimumque illius celebretur beneficium, cum ipso eius vocabulo & eximia eius designetur causatio sapientiæ, vel ex vno libri Sapientiæ probare est loco, vbi de Sapientia sermo cùm sit, dicitur, [c] *Infinitus est thesaurus illius*, talis nimirum qui mundi vniuersis præferendus sit argenti, & auri, lapidumque, cæterarumque preciosissimarum rerum thesauris tamdem deficientibus: *quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei*, efficaciusque Græcè, πρὸς θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν, id est, *Ad Deum*, seu, *cum Deo stabiliuerunt, strinxerintque amicitiam*. Idque totum ob diuinam qua digni habiti fuere, vt donarentur disciplina, & percussione ad eruditionem, subditur quippe, *Propter disciplinæ dona commendati*. Græcè, διὰ τὰς ἐκ παιδείας δωρεὰς συσταθέντας. *Propter disciplinæ dona constituti*, in præexpositæ scilicet participationis diuinæ amicitiæ, indeficientisque sapientiæ thesauri insignibus.

Tribulationũ disciplina præstantissimum beneficiũ, cùm per id causetur sapiẽtia.
c Sap. 7. 14.

16 Quo loco duo sunt quæ vt ad rem nostram facientia ponderemus, primum, disciplinæ, ac percussioni Dei per flagella eruditionis causâ, nomen adscribi non vnius duntaxat doni, ac beneficij, prout dicebamus, sed plurium donorum, vel eâ sacræ Scripturæ phrasi, qua in plurali numero exprimi id consueuit, quod maximum in eo significatur genere, prout aliàs probasse me recolo: vel quia re vera in vno eo Dei beneficio plura simul sint dona. Quod certè verissimum esse vna sat sit comprobare Salomonis sententia, qua in principio libri Prouerbiorum dicitur ex persona Dei, patrem, matremque benignissimo sese nobis exhibentis affectu: [d] *Audi fili mi disciplinam patris tui*, suscipiens nempe paruam illius castigationem, *& ne dimittas*, & (vt est in Hebr.) *ne eradices legem matris tuæ*: stude nimirum, vt eæ quas idem tamquam affectuosissima tibi mater per disciplinam cordi tuo diuinæ legis infixit radices, persistant, germinentque in te. *Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo*, vt re ipsa probes, cum Dei disciplina, & in ipsa tibi obuenisse, quæ quotidie addita multiplicia, & magna gratiarum dona prosperitatem, bonam famam, diuitias, longam vitam, prudentiam, & cætera, quæ idem Sapiens sæpius postmodum prosequitur. Quod magis expressère Sept. legentes. *Corona gratiarum circumcinges capiti tuo, & torquem aureum circa collum tuum*. Dei disciplinæ nomen tribuentes, *Corona gratiarum*, compactæ nimirum ex gratiis, & beneficiis multiplicibus, veluti ex preciosissimis lapidibus, ac margaritis; Quæ si spiritali capiti nostro circumcingentur, mentique, vt par est, aduoluantur, haud dubium quin vnâ cum paterna ea disciplina arbitrari possimus & regnum decoris de percutiente accepisse Dei manu. Quod idemmet Dominus subinnuisse crediderim, cùm in libro item Prouerb. ea habuit. [e] *Accipite disciplinam meam, & non pecuniam*, id est multò magis quàm quamlibet pecuniæ summam, per quam in mundo haberi solent cuncta quæ desiderantur.

Tribulationũ disciplina est veluti corona compacta ex pluribus preciosis gratiarum donis.

d Prou. 1. 8.

Tribulationũ disciplinâ habere possumus è percutiente Dei manu regnũ Decoris.
e Prou. 8. 10.

Quæ omnia mirum in modum amplificabimus per id, quod in præcitata libri Sapientiæ secundo loco notandum dixi, significatum per ipsam Dei disciplinam, siue plura dona, siue donũ maximum nuncupatam: in eo vnumquemque nostrùm constitui excellentiæ gradu, vt & sapientiæ, infinitique thesauri illius, cum qua omnia pariter obuenisse [f] bona alibi scriptum est, compotes efficiantur; & quod super cunctis aliis est maximè optabile, participes diuinæ fiant amicitiæ.

Per Tribulationum disciplinam efficimur compotes sapientiæ, & participes amicitiæ Dei.
f Sap. 7. 11.

17 (*Non susceperunt.*) Sept. legentes, (*Disciplinam non suscepistis.*) Faciliorem hunc reddidère locum, vtpote in quo moraliter, de malo vsu tam grandis in Dei exhibiti beneficij percussionis filiorum patres ipsi arguantur. Efficaciùs nihilominus, & argutiùs iuxta moralem, in quo versamur, sensum eosdem patres ingratitudinis maximæ: summæque peruicaciæ repræhensos dixerim per nostram Vulgatæ, quæ & Hebræo originali consona est, lectionem, (*Disciplinam non receperunt.*) Duo enim simul hac loquendi ratione sapientissimus efficit Deus. Primum improperat patribus, quàm malè ipsos suos educarint liberos, quos impudenter & ad diuinam respuisse pateret disciplinam, iuxta illud Ecclesiastici. [g] *Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui.*

Filios nõ castigantes quã malè agant parentes.
g Eccl. 30.

Atificiosè quoque dixit, (*Disciplinam non receperunt*: & hoc alterum id est, quòd hîc à Deo effici dicebam: conformans quoque orationem suam ad prauam hominis naturam quam peregregiè hac Menandri apud Stobæum reperies explicatam sententiâ, οὐδεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ Πάμφιλε σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται. *Quàm nullus in se sua mala videt Pamphile euidenter: est alius si quid indecens egerit, facilè viderit.* Vnde antiquorum prudentibus id in vsu fuisse legimus parentibus, vt quò filiis suis perspectiorem vitiorum suorum facerent deformitatem, in aliena serui alicuius persona similem illorum repræsentatam curarent obtutui, eamdemque in seruo castigatam obiicientes, compotes & filios ipsos suos eius, quam ij quoque mererentur facerent castiga

Vitia nostra faciliùs aduertimus cũ in aliis ea viderimus obiecta.

castigationis. Propterea igitur Iudæorum eos, arguens Deos, qui pessimo filiorum suorum exemplo in hoc horrendè deliquerunt, quòd disciplinam Domini proiecerunt, non ait, (*Disciplinam non recepistis:*) at efficaciùs: (*Disciplinam non receperunt:*) filij scilicet vestri.

18 *Tribulationū disciplinā non accipere quā grande sit malum.* *a Prou. 13. 18.*

Quàm grande autem malum id ipsi sit peccatori, non recipere Dei disciplinam ex duabus libri Prouerbiorum colligere est sententiis; alterâ, qua dicitur,[a] *Egestas, & ignominia ei qui deserit disciplinam; qui autem acquiescit arguenti glorificabitur:* per id enim omnium rerum penuria, addita & ignominia afficitur, fitque & præsentis, &, ni resipiscat pariter futuræ gloriæ expers. Alterâ, qua asseritur, [b] *Qui abiicit disciplinam despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus possessor est cordis.* Quam sententiam faciliùs per hanc intelligemus aliam: *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam, qui autem odit increpationes, insipiens est.* Quamquā efficaciùs id totum B. Cyprianus aliis scripturæ sacræ confirmet sententiis, eloquenti hac in principio libri de disciplinâ, & habitu Virginum vtens oratione. *Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, & iugiter Deo viuere, & ad promissa cælestia & diuina præmia peruenire. Hanc & sectare salubre est, & auersari ac negligere lethale. In Psalmis loquitur Spiritus Sanctus.* [c] *Continete* (sic ipse legit) *disciplinam, ne fortè irascatur Dominus, & pereatis à via recta, cùm exarserit cito ira eius super vos. Et iterum:* [d] *Peccatori autem dixit Deus. Ad quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos retro. Et denuo legimus:* [e] *Disciplinam qui abiicit, infelix est.*

b Prou. 15. 32. *Prou. 12. 1.* *Cyprian.* *Disciplina quid sit, & quam Deo inimicum abiicere illam.* *c Psal. 2. 12.* *d Ps. 49. 16.* *e Sap. 3. 11.*

Pamelius. *Tacit. Quin.*

Notat autem bene ad rem nostram Pamelius in suis adnotationibus super hæc Cypriani, Disciplinæ nomine Cyprianum in eis, sicut & alibi frequenter, seueritatem intelligere castigatricem, quam Tacitus lib. 5. & Quintil. lib. 2. cap. 4. seueram nuncupant disciplinam, illam, dictu, cuius hîc apud Ieremiam Deus meminit, quamuè paterna fieri significauit percussione.

19 *Beneficiū magnū maximâ iniuriâ ab ingratis cōpensari solitum.* *Seneca.*

(*Deuorauit gladius vester Prophetas vestros.*) Peruulgatum per ora hominum id fertur prouerbij, *Magnum beneficium magnâ compensari solitum iniuriâ.* Concinitque prouerbio huic quod ad finem epistolæ 81. ait Seneca, *Eò perductus est furor, vt periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna conferre. Nam quia putat turpe, non reddere, non vult esse cui reddat.* Additque peregregiam sententiam istam: *Nullum est odium perniciosius quàm beneficij violati pudere.* Quid si pro pudore superbus adsit animus? Quid si tria sint simul, superbia, pudor, ac furor in animo ingrato? Ostensum hucusque est, in hac sententia (*frustra percussi, &c.*) Deum amplificasse summum quod peccatoribus in iis paterna disciplina percutiendis conferre consueuit beneficium. Conquestus de eorum ingratitudine, vbi dixit: (*Disciplinam non receperunt.*

Ingrati odiū ex violati beneficij pudore perniciosissimum.

20 *Ingrati peccatoris respuentis beneficium disciplinæ horribilis in Deum iniuria.* *f Isai. 14. 13.* *Disciplinam ingrato animo nolle recipientes ...*

Probat nunc horribile, quod ex eorum ingratitudine in ipsum collatum est iniuriæ, obnixis nimirum illis, & iugiter obtinentibus, vt is quātum in ipsis est, non sit. Et vide amabò diabolicam offensæ istius rationem. Propter superbiam impiissimum id Lucifer [f] aggressus est facinus, vt similem se Deo exhibere tentans, illum tolleret è medio, cui nimirum per attentatam similitudinem, quantùm in ipso fuit, omnipotentiam, vnitatemque auferre conabatur diuinitatis. Obfirmati quoque peccatores Deum è medio tollere enitentes, in eo se illi conantur exhibere similes, quo is pro eorū ingratitudine ipsos minatus est castigare, pari quodammodo marte illi resistere, & cum illo pugnare cōtendentes. Quod enim minacibus vocibus in Cantico Moysis ab illo denunciatum accepère, [g] *Gladius meus deuorabit carnes,* id in Deum ipsi conantur rependere; quas ad Deum tributas norunt, gladio suo, prout possunt, deuorant carnes. Et quidem ex Euangelio exploratum sat habemus, quo pacto à scelestis Iudæis Christus Deus carne indutus gladio deuoratus sit linguæ, quando, vt bene super Psalmum 63. ait Augustinus, iis suis eum occiderūt clamoribus, [h] *Crucifige, crucifige eum.* Sed & nunc pariter eos deuorant qui illos monent, increpantque, & tamquam Prophetæ futuras in ipsos, ni emendentur, denunciant calamitates, carnes ea ratione Dei, propter quam in Euangelio dixit Iesus, [i] *Qui vos spernit, me spernit:* & apud Zachariam Dominus, [k] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Pugnam istam antiquissimam scelestorum ingratissimis Sanctus Stephanus adscripsit Iudæis patribus, cùm in Actibus Apostolorum filios imitatores obiurgans eorum dixit: [l] *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri?*

...pientes eò deueniunt superba impietatis, vt cum Deo contendentes illum è medio tollere nitātur. *g Deut. 32. 42.* *Ingrati Iudæi gladio linguæ deuorarunt carnes Dei, quando clamarunt vt Christus Dei filius crucifigeretur.* *Augustin.* *h Ioan. 19. 6.* *Detrahentes recta monentibus & calumniātes eos qui cōminantur deuorant Dei carnes gladio suo.* *i Luc. 10. 16.* *k Zachar. 2. 8.* *l Act. 7. 51.*

Hæc itaque perpendant quotquot Dei disciplinam abiicientes suarum linguarum gladiis Sanctos, vel Prælatos, vel Prædicatores, vel simplices deuorare perseuerāt monitores, detractionibus, calumniisque & blasphemis murmurationibus illos persequentes: norintque, gladio se deuorare quos Deus ipsis pro inexplicabili bonitate sua in Prophetas tradidit, quibus vera quæ futura sunt annunciantibus credentes ab eius saluarentur vindictæ gladio. Quin & id horreant, quòd ea in persecutione & Dei carnes deuorare dicuntur.

Prælatis, sanctisque Prædicatoribus qui suis Prophetiis & monitis, & calamitatum denunciationibus detrahētes deuorare dicuntur Dei carnes gladio suo.

21 *Disciplinam tribulationū renuentibus & recta monentē gladio linguæ deuorantibus superioribus atque parentibus, filij & inferiores eorū euadunt tot dæmones, & instar diaboli omnia vastant.*

(*Quasi Leo vastator generatio vestra.*) Quando vel parentes carnales, vel Prælati, ac Principes sæculares, quiue maiores sunt in populo, præexpositâ ratione scelestos, Deo ingratos, eius disciplinam non recipientes, suoque gladio, vt explicatum est, eos, qui admonent, & comminantes, deuorantes se exhibent, ferè necessariò hoc consequitur, vt illorum inferiores, subditi, ac filij generationis vocabulo hîc designati, quasi tot dæmones euadant, & omnia sus deque vertant, vastantes quicquid obseruantiæ in religione, quicquid bonorum morum in ciuitatibus, quicquid denique virtutis contigerit esse in domibus quibuscumque Diabolo planè similes: facti & ipsi quasi Leo vastator ille, de quo infra apud nostrum Ieremiam legemus, [m] *Ascendit Leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur:* de quibus plura Deo dante in capitulo quarto tractabimus.

m Iere. 4. 7.

VVLGATÆ.

Vers. 30.] Frustra percussi filios vestros, &c.

SEPTVAGINTA.

30. Μάτην ἐπάταξα τὰ τέκνα ὑμῶν· παιδείαν οὐκ ἐδέξασθε, μάχαιρα κατέφαγε

Ἰηοῦ βασιλέως Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα, ἐφ' οὗπερ παρεποιεῖτο τὴν προφητείαν.

A phetæ, & Ieu Regis Iſrael, & Ioſiæ Regis Iuda, ſub quo Prophetia adulterabatur.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὔτε εὐεργετούμενοι, τὸν εὐεργέτην ἐπέγνωτε οὔτε παιδευόμενοι τῆς ἀσεβείας ἀπέστητε. ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς αἰτίους τῆς πλάνης σφαγῇ παραδέδωκα. [μάχαιρα γάρ φησι κατέφαγε,] τοὺς μὲν γὰρ, Ἠλίας ὁ προφήτης, τοὺς δὲ Ἰηοῦ ὁ βασιλεὺς, τοὺς δὲ Ἰωσίας ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς σφαγῇ παραδέδωκεν.

* Chryſoſtomi.] *Neque ex beneficiis benefactorem agnouiſtis, neque afflicti ab impietate deſtitiſtis. Ego verò & erroris auctores neci tradidi. (Gladius enim, inquit deuorauit.) Quoſdam etenim Elias Propheta, quoſdam Iehu Rex, & Ioſias Rex pius necauit.* Chryſoſt.

Verſ. 31.] Videte verbum Domini: Numquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra ſerotina? Quare ergo dixit populus meus: receſſimus non veniemus vltra ad te? B

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *VOS, [a] vos compello eius generationis, quam Dominus innumeris proſecutus eſt beneficiis, Dominum ipſum per me loquentem audite, attentéque eius intendite verbo. Numquid Iſraeli aliquando infructuoſus fui, aut inutilis, quomodo infructuoſa, & inutilis* C *eſt ſolitudo aridusque deſertus? Numquid aliquid eis ex me defecit, quòd illis non contulerim neceſſariorum ſuo tempore, & eorum quæ à me expectarunt, & efflagitarunt, ac ſi terra ſerotina eis fuerim?*

a Generatio vos verſ. 31. Videte verbũ Domini. Nũquid ſolitudo factus ſũ Iſraeli, aut terra ſerotina?

2 *Sed & vos, qui eius eſtis generationis, quæ peregrinari aſſueta eſt. Videte, memoriáque verſantes attentiùs eam conſiderate, quam vt ſuam maximè præcipuam Dominus habet, ideoque & frequentiſſimè eam recenſet, hiſtoriam, veſtræ nimirum longiſſimæ peregrinationis in deſerto, illiuſue ducatus, qui vos ex Ægyptiaca redemerat captiuitate. Dicite amabò, ait ipſemet Dominus, Quando tunc per quadraginta annos vt* D *peregrinos vos per ea traduxi deſerta: Numquid ſolitudine illa exiſtente vobis omnium frugum, omnis & aquæ, nec non & omnium bonorum experte, periculiſue vndequaque redundante, vt pote terra ſitis, & imagine mortis, terra caliginis, ſolaribus deſtituta radiis, & ſerotina. Ipſe quoque vobiſcum inſtar eiuſdem me habui ſolitudinis? Haud certè: Quin potiùs ex me, veluti è terra maximè frugifera id omne collegiſtis, quod ad victum neceſſarium extitit, quin & indumenta habuiſtis, & delicias, & lucem, & vmbraculum, & tutamen. [b] Quid igitur eſt, quod quaſi multa ibi perpeſſi ſitis, omniumque indigueritis, dixiſtis: Receſſimus tunc tandem à* E *ſolitudine, quin & modo receſſimus à te, ſicut is qui receſſit à ſolitudine: & quomodo is, qui aliquando à ſolitudine receſſerit, in qua rerum omnium ſuſtinuit inopiam, haud ampliùs, quoad poteſt, illam adit: Ita nec nobis vltra ad te venire eſt animus. [c] Quid eſt, quòd ingrato animo talia protuliſti, Migrauimus tunc, multiſque ibi in ſolitudine, te ſequentes ducem perpeſſi ſumus, & ingemuimus, profectò haud ampliùs te ſequemur. [d] Si ſub mei dominatu omnium rerum copiâ abundaſtis, ita vt vobis fuerim inſtar terræ fructuum omnium vbertate redundantis: Cur ſuperbiens auſus es dicere. Receſſimus, à te deficientes, nec vltra ad te venire volumus vt* F *tibi ſubiciamur? & tui tyrannide eruti noſtrum nobis ipſis volumus dominium, nec vltra nos tibi dedemus. [e] Inſuper Reges iam habemus, & externos, ad quos pro auxilio confugimus, ita vt neceſſe minimè ſit, vt ad te pro ope veniamus: Necnon & Reges ex nobis ipſis oriundos, qui affatim de annona nobis proſpiciunt, optimoque gubernant regimine, Ad quid igitur ad te veniamus? non veniemus: cùm ab iis ipſis, qui nobis dominantur à te abducamur.*

b Quare ergo dixit populus meus: Receſſimus, nõ veniemus vltra ad te.

c Migrauimus multo cum gemitu, & querimoniis.

d Defecimus, ſeu non ſeruiemus, & nõ veniemus, &c.

e Nos dominamur, ſeu, dominiũ habemus. Non veniemus, &c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ANTEQVAM eorum, quæ hîc explicanda propoſui exordiar expoſitionem, id in memoriam reducendum operæprecium arbitror, quod in fine verſ. 30. adnotatum eſt expoſitione primâ, Extrema illa verba (*generatio veſtra*,) in textu Hebraico iuxta Maſoretarum diſtinctionem referri ad initium verſ. 31. Cùm autem ibi in hunc modum hæc legantur הדור אתם *hador attem*, primaque litera ה. *he*, triplici accipit queat ſignificatu, vel vt notificatiua, quod apud nos diceretur, vt articulus? vel vt aduerbium vocandi, ô velut aduerbium admirationis, ſeu interrogationis, Num, Numquid, An, & ſimilia: Cúmque pronomen אתם *attem*, id eſt, vos, iungi queat & cum prædicto nomine, & cum ſubſequenti verbo (*Videte*,) diuerſimodè hæc ab interpretibus & vertuntur, & exponuntur. Hebræi ferè communiter, quos in ſuis verſionibus ſequuntur, Sanctes-Pagninus, Regia, & Iſidorus ſic ea interpretantur, (*ô generatio, vos videte verbum Domini.*) Eodemque ſenſu Vatablus *ô ſæculum videte verbum Domini*,) id eſt, ô homines huius ætatis videte, & conſiderate, &c. Ioannes Maldonatus aliter hæc ita reddit, (*An generatio vos? videte*, &c.) vt ſenſus ſit, An vixiſtis per generationem, & ſæculum vnum, vt poſſitis eſſe teſtes eorum quæ feci? Si ita eſt, videte & conſiderate diligenter verbum Domini, & reſpondete. 1

Ipſe, perpenſâ vi ſignificationis Hebraici nominis דור *dor*, quod deriuatur à verbo דור *dur* peregrinari, & habitare, propriéque ipſam ſignificat peregrinationem, & per tranſlationem, ſeu accommodationem vſurpatur ad deſignandum ſæculum, & ætatem, ſeu homines vnius ætatis, vniuſue generationis & ſæculi, quia vno, eodemque ſæculo viuentes peregrinantur in hoc mundo, vt ex illo patet Ezechiæ Regis apud Iſaiam, quo dicit דורי נסע *dori niſſang*. [f] *Peregrinatio mea receſſit*. Tempus vitæ meæ, quo peregrinor defecit, Vulgata. *Generatio mea ablata eſt*: clariúſque ex illo Num. vbi ſermo eſt de hominibus in deſerto peregrinantibus, & dicitur, [g] *donec conſumeretur* הדור *baddor* id eſt, *Generatio illa, quæ fecerat malum*, Homines nimirum illi tunc temporis in deſerto peregrinantes, ibique malum facientes. Eam hîc crediderim deſignari hominũ generationem, quæ peregrinetur, & peregrinari aſſueta ſit, ad quam & congrua ſolitudinis, terræque ſerotinæ ſimilitudine hîc verba habeantur, quamue peculiarem indicet & quæ proponitur litera ה ſumpta vt notificatiua eo modo, quo & articulus in lingua Græca, noſtraque Italica, ſicque ea verterem, *Vos illa generatio*, quæ ſcilicet & aliàs peregrinata eſt in ſolitudine; & nunc peregrinatur in hoc mundo.

Generationis vox ſignificat homines peregrinantes vno eodéque ſæculo in hoc mundo.

f Iſai. 38. 11.

h Num. 32. 13.

Italicè, *la generatione videte*, &c. vt mox explicabo, Num peregrinantibus vobis in solitudine ipse quoque fuerim vobis solitudo, &c.

Vers. 31.

2 *Videre in scriptura vsurpatur pro exercitio cuiuslibet sensationis.*

(*Videte verbum Domini.*) Quamuis videndi vox, prout aliàs notatum à nobis est, pro exercitio cuiuscumque sensus vsurpari in sacris soleat literis, cùm visio primum inter reliquos sensus teneat locum. Ideoque & bene hîc à Sept. pro (*Videte*) redditum sit, (*Audite verbum Domini,*) Attentâ præcedentis, quam mox explicaui, vocis (*Generatio vos*) significatione, cúmque *verbum* in scriptura significet sæpius factum, gestũque aliquod, & historiã, sicut probaui in expositione 1. vers. 1. c. 1. n. 4. speciale hîc ob Iudæorum oculos proponi arbitror Domini factum, & historiã, quę ab illis intentâ perpendatur consideratione, Nã idipsum videndi verbum etiam ad cor referri solitum ex libro patet Ecclesiastes 1. 16. quo loco vbi in vulgata legimus,* *Et mens mea contẽplata est multa,* Hebræa sic habent, *Et cor meum vidit multa.* Quod autem considerandum proponitur illud ipsum est, quod & in præcedẽti generationis voce subindicatum dixi, quòd scilicet eos vt solitudinis peregrinos per ipsam duxit solitudinem, & per desertum. Vt volentes cum ipso contendere, secumque de ipso conqueri, quasi eis in aliquo defecerit, conuictos reddere satagens Deus, sicut in præcedẽtibus eis ostendit, se illis non defecisse quoad paternas flagellorum correctiones, dicẽs, *Quid vultis mecum iudicio contendere? &c. frustra percussi filios vestros,* &c. Ita nunc palàm eisdem faciat, quòd cùm vniuersæ viæ eius sint hæ duæ, misericordia, & veritas: nec in via illis defecit misericordiæ, & beneficiorum. Commemorat autem, & considerandum primò ei proponit beneficium, quo eos duxit per desertum, quando ipsos ex Ægypto eduxit, & in quo plurima, eaque maximè insignia continentur beneficia, sicut & idipsum tribus aliis vicibus in hoc ipso capite secundo eisdem in memoriam reduxit, nẽpe vers. 2. vers. 6. & vers. 17. *Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina?*

* Eccl. 1. 16.

3 Sensus primus cõmunis.

Deus fidelibus est instar terræ optimæ.

Communis is est istorum sensus, Numquid Israeli aliquando fui infructuosus atque inutilis, quomodo infructuosa est solitudo, aridusque desertus, aut suo tempore quæ illis necessaria erant, quæve à me expectarunt, vel efflagitarunt eis non contuli, quasi serotinam me ipsis exhibens terram, quæ serò nimis concupitos proferre solet fructus? Iuxta quem communem sensum ea est istius sententiæ vis, vt Deus significare voluerit, se Iudaico populo extitisse, & tunc temporis cùm hæc loqueretur, esse instar terræ fertilis, & optimæ, è qua agricolæ vbertim prouidetur de omnibus, atque adeo non minùs se ab illo æstimari debere, quàm à bono, peritoque agricola tellus æstimetur, quæ optima sit.

4 Sensus 2. Auctoris.

Verùm præter communem istum sensum, speciale insuper aliud illud in his designatum opinor beneficium, quod dixi, ducatus per solitudinem eidem populo à Deo per quadraginta exhibitum annos, atque ad eam alludi populi illius peregrinationem, adeo diuturnam per desertum. Quod magis indicatur ex lectione Hebræor. quæ ad verbum, Sic habet, (*Numquid solitudo,* seu *desertus fui Israeli? Num terra* מאפליה *mapeliah*, id est (*caliginis*, seu *caliginosa*, aut *tenebrosa, iah*) (vnum ex Dei nominibus) (*Domini,*) id est obscura valde, & maximè caliginosa, quomodo & alibi montes Dei, & Cedri Dei, terra quæ maximè solaribus destituta radiis, & fertilitate pariter est destituta, ideoque dicenda vel (*Sentium*) vt vertunt Sept. vel (*Serotina*) vt Vulgata: quamquam & ex vi propria dictæ Hebraicæ vocis rectè (*Serotina*) noster verterit interpres, sicut & in libro Exodi, [a] *Triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant.* Vt sensus sit, videte, attentiusque eam mente recolite Domini historiam, quam Dominus vt maximè suam præcipuam, ac ferè vnicam toties vobis commemorare solet, Quando peregrinati estis per desertum, quando traduxit vos per terram inhabitabilem, & inuiam; Dicite amabò, ait Dominus, Numquid solitudine illâ existente vobis terra sitis, & imagine mortis, (*vt supra dictum est in vers. 6.*) ob penuriam, defectusque necessariorum omnium, & ob pericula, quæ in ea subiistis, ipse quoque tunc cum Israel instar solitudinis, terræque sole destitutæ, adeoque, & serotinæ, & sterilis me habui? quasi dicat, Minimè gentium; Nam & si terra illa solitudinis nec fruges vobis suggerit, quibus nutriremini, nec fructus protulit, quorum suauitate delectaremini, nec oleũ exhibuit, quo vngeremini; nec mel porrexit, cuius dulcedine recrearemini; nec vinum subministrauit, quo vestrum lætificaretis cor; nec linum emisit, quo indueremini: Per me nihilominus ibidem habuistis, vt absque nouo lino, vel lana necessariis minimè destituti sitis indumentis. [b] Cùm per totos quadraginta annos illos non sint attrita vestimenta vestra: [c] Ipse saluberrimas, suauissimasque, & copiosissimas è dura silice eduxi aquas omni vobis iucundiores vino, per me factum quoque [d] vt sugeretis mel de petra, oleumque de saxo durissimo. An non in vno Mannæ vobis è cælo demisso [f] cibo omne delectamentum in se habente, & fruges largitus sum opiparas, & fructus pariter apposui vniuersos? Quòd si terra illa caliginosa, horridaque extitit, adeoque tantis & plena periculis, vt non immerito imago & vmbra dici debuerit mortis, Nonne ipse & in columna ignis multò quàm solaribus radiis illustraui vos melius, nubeque ab omni protexi æstu, nec non & à feris, ignitisque tutatus sum Serpentibus?

a Exod. 9. 32.

b Deut. 29. 5.

c Num. 20. 11.

d Deut. 32. 13.

e Deut. 8. 3.

g Sap. 16. 20.

(*Quare ergo dixit populus meus: Recessimus non veniemus vltra ad te?*) Duobus modis accipere, & intelligere hæc possumus, quamquam iuxta ambos pertinax Iudæorum in obstinatione designetur animus. Primò, vt adhuc persistatur in allata deserti similitudine, & commemoratione præexpositi beneficij: Secundò, vt per ea generalis duntaxat significetur Iudaici populi defectio à Deo. 5

Si primo modo hæc sumantur, singulari certè ratione summæ populus ille arguetur ingratitudis erga Deum, à quo tantis (vt mox explicatum fuit) in solitudine cumulatus fuerat beneficiis, vt sensus sit, Si cùm per solitudinem, terramque serotinam peregrinaremini, solitudo, & terra ipse vobis haud fui sterilis, qui affatim necessaria omnia, quin & delectabilia ibidem subministraui vniuersa, Quid igitur est, quòd, &c. vt habes in paraphrasi præallata.

Fauet huic sensui Hebraicum verbum רדנו *radnu*, quod tametsi alia in significatione ab Hebræis sumatur deriuatum à verbo רוד *rud*, significante dominari, conqueri, plangere, & migrare, congruentissimè hîc verti sic potest, (*Cur dixit,*) seu (*Quia dixit populus meus, Migrauimus*

multo

multo cum gemitu, & querimoniis.) Ac si dicatur, Cùm in solitudine ipse vobis non fuerim solitudo, quin potiùs innumeris in peregrinatione, & demigratione illa per desertum vos cumularim beneficiis, Quidnam illud est, quòd populus ille meus, cuius tunc ducem me præbui, impiè ait, Migrauimus tunc, multisque ibi in solitudine te sequentes ducem & perpessi sumus, & ingemuimus, Sanè non te sequemur iterum.

6 Si secundo modo hæc sumenda videantur, (3. Sensus.) congruentissimus pariter hic erit sensus præcedentibus maximè consonus. Si tantùm abest, vt solitudinis instar vobis extiterim, instarque terræ serotinæ: vt sub meo potius dominatu in omnibus diuites facti sitis, veluti è pingui, maximéque frugifera terra, Cur vos iam populus meus bonis vniuersis à me cumulatus, liberè, summaque cum superbia dicere non erubuistis, Recessimus à te deficientes, nec est voluntas, vt vltra ad te veniamus, tibique subiiciamur? Iuxta hunc sensum Vatablus ita hæc ex Hebræo vertit. (*Defecimus, nec vltra accedemus ad te.*) Quin & versio Sept. & Hebraica quoque lectio eidem fauet sensui. Sept. enim habent ὐ κυριευθησόμεθα, id est. *Non seruiemus*, seu, *non patiemur dominium*, sc. tuum (*& non veniemus vltra ad te.*) Hebræa רדנו *radnu*, id est, (*Dominati sumus,*) (vt est in versione Regiæ) seu (*Dominamur*) (vt vertunt Pagninus, & Isidorus Clarius) seu (*Dominium habemus, aut domini sumus, non veniemus vltra ad te.*)

Rabbi Salomon iuxta Rabbi Tanchuma exponit, (*Separati sumus,*) sc. à te. Iuxta Menahen verò exponit, (*Descẽdimus,*) vt sensus sit: à felici cecidimus statu te colendo, prout apertè fatentur infra cap. 44. (*Ideo non veniemus vltra ad te.*)

7 Quamquam ex vi Hebraici verbi plura nobis subinnuantur, quæ & in vno vulgatæ verbo (*recessimus,*) sc. à te, nec non & in Græco verbo Sept. comprehenduntur, maximéque superbam Iudaici populi amplificant, & peruicacem, petulantemque orationem. (*Superbia obdurati peccatoris quanta.*) Primo enim eo verbo significant, se veluti è Dei tyrannide erutos sibimet dominari, suique dominium ad semet spectare, nec vltra se se illi dedere velle, Æquè ac contingere solet ciuitati, aut prouinciæ, quæ à suo naturali rebellans Principe in libertatis se vendicet regimen. Secundò; æquè est ac si dicant. Nos Reges habemus, ac principes, haud opus te habemus Deo, vt ad te veniamus: (*Videndũ potius in Deo quàm in principibus.*) quod dupliciter intelligi ab iis potuit, & de Regibus alienarum nationum, quibus se subiiciebant, quorum & auxiliis tutos se fore sperabant, ita vt haud ampliùs ad Dei confugiendum sibi esset opem. Et de Regibus propriis. Tuncque & duplici pariter ratione accipi queunt. Primò, vt per hæc contestentur, haud sibi ampliùs operæpretium esse, vt ad Deum veniat, à quo & de necessariis sibi prouideatur, & recto gubernetur regimine, cùm tales ex se oriũdos habeat sibi dominantes Reges, per quos ea ambo exactè impleantur. Secundò, vt per eadem palàm fateatur, se ad Deum ampliùs minimè venturum, & ad cultum illius, quia Reges haberet proprios, à quibus ab illo abducebatur. (*Principes quantum ad religionis promotionem, seu damnum possint.*) Ex libris enim Regum patet, id in more semper eius fuisse populi, vt ad Regum suorum libitum cultui sese dederet vel veri Dei, vel Idolorum, vel in templis, vel in excelsis.

Vers. 31.] Videte verbum Domini: Numquid solitudo, &c.

A EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 SI iuxta Saluatoris nostri sententiam.[a] Verbum Domini est semen, quod iuxta terræ qualitatem profert, aut non profert fructum. (a Luc. 8.11. *Verbum Dei semẽ vt fructificet, intẽdendum cui terra mandetur.*) Aptè admodum ita hoc loco semen istud ob nostros proponitur oculos, vt simul duæ proponãtur & terræ, terra nimirum solitudinis, & caliginis, atque adeo & serotina: nec non & terra omnium optima. (*Numquid solitudo,* &c.) Bene autem dicitur. (*Videte verbum Domini*) quia tota eius seminis fructificatio exinde B est, vt attentiùs id inspiciatur, & consideretur. Tunc verò inspiciendum potissimùm est, cùm terræ mandatur, ne in praua videlicet seminatum terra omnis illius euanescat vis. Eius enim rationis nostrum est cor, quòd talis seminis est susceptiuum, vt & terra pessima esse queat, & terra optima, vt ex præcitato Euangelij colligere est loco:[b] (*Cor nostrum semen suscipiens verbi Dei potest esse optima, & pessima terra.*) Tuncque est pessima, cùm vel lapideum est obstinatione, vel spinis refertum est multipliciũ sollicitudinum sæculi, (b Luc. 8. 12.) vel instar desertæ terræ omnibus expositum est transeuntibus, adeoque & conculcantibus ipsum dæmonibus, & (vt vno C me expediam verbo) cùm est solitudo arida, & caliginosa, aquarum videlicet diuinæ gratiæ expers, & cælestis luminis. At è vestigio tunc est terra illa optima, de qua ibidem in Euangelio dicitur:[c] *Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* (c Luc. 8. 15.) Cùm ita in Deum, quem vnum diligere satagit, conuersum est, vt iam nec caro sit, sed totum Deus, & totum Spiritus, (*Cor nostrũ & spiritus, & caro dici potest.*)[d] *Spiritus* quippe *est Deus*: ait alibi in Euangelio Iesus.[e] (d Ioan. 4 24.) *Qui seminat in carne*, dicit Apostolus, *de carne metet corruptionem, & qui seminat in spiritu, de spiritu metet* (e Galat. 6. 8.) D *vitam æternam.* Semen etenim verbi Dei, tametsi ex se optimum illud sit, adeoque & fructus proferens vitæ; si tamen in corde receptum sit, quod totum ex carnis amore sit caro, nihil aliud è tali referet terra, quàm corruptionẽ, (*Verbi Dei semen quomodo corruptionem proferre dicatur in anima.*) tum quia ipsum quasi corruptum in nihilum euanescet, tum quia eo corrupto, è carnis terra fructus proferuntur carnis, alibi ab eodem Apostolo[f] enumerati, (f Gal. 5. 19.) quorum messio ipsamet est diuini verbi corruptio. Eatenus namque è cordis sui terra metit quis fructus immunditiei, rixæ, æmulationis, &c. quatenus corrumpi, & euanescere in se permisit ia- E ctum semen verbi Dei, legemque ac præcepta eiusdem.

9 Hæc quidem non incongruè hîc dixerim, simul hæc iungens, (*Videte verbum Domini,* & (*Numquid solitudo,* &c.) Verùm, cùm literæ sensus aliò spectet, vt in prima visum est expositione. Seiunctim hæc examinantes. (*Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina: Quare ergo dixit populus meus, Recessimus, non veniemus vltra ad te:*) Quatuor ex iis colligo ad mores spectantia. Primum, quamdam esse terram, quæ verè dici debeat solitudinis, & caliginis. Secũdum, Deum esse terram optimam. F Tertium, eumdem fieri posse terram solitudinis, & serotinam. Quartum denique, qua ratione id fiat. (*Peccatum est terra pessima, quam colunt peccatores.*) Non explicatur quidem hoc loco, primum quænam videlicet ea sit vera solitudinis terra: apertè tamen ostensam illam habemus apud aliũ Prophetam Hoseam, vbi ait,[g] *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis fruges mendacij.* (g Hose. 10. 13.) Impietas vitiumque ea est terra, circa cuius agriculturam toti sunt impij arantes illam, serentes, atque metentes: at omnia inaniter, cum terra deserti sit, atque caliginis, & tenebrarum.

Mundani arant impietatis terram, eamdemque, & seminant, ac metunt.

21 Ecquid enim aliud est vniuersum mundanorum, & iniquorum hominum studium, quàm quædam terræ impietatis aratio: cùm pro impietate ipsa operanda vertant, inuertantque omnia, mentisque suæ vomere sulcos, viasque in eadem proscindant? quàm & quædam in proscissis sulcis prauarum cogitationum, & vitiosarum determinationum seminatio? quámve & quædam iniquorum operum, fructuum videlicet ex iacto eo semine prouenientium messio. At studia ista vniuersa, omnis eorum labor ex terræ ipsius prauitate irritus esse comprobatur, ita vt agricolis iis & ea dici queant Apostoli verba, [a] *Quem fructum habuistis*, in studiis nimirum hisce vestris arationis, seminationis, ac messionis, *in quibus nunc erubescitis?* vtpote qui post ea omnia comedistis, vt dicebat Hoseas, *frugem mendacij*, mentientibus vobis frugibus, quas vobis è culta pollicebamini terra, nullumque exinde referentes fructum, quod salubriter comederetis, nisi pungentes spinas, & vepres, quas nihilominus vt iucundas æstimaretis fruges, cùm (vt dicitur in lib. Iob,) [b] *esse sub sentibus delicias reputetis.* Neq; enim è tali terra, quam Sept. (*terram*) dixêre (*sentium*) aliud oritur, quàm vepres dolorum, & ærumnarum, teste Eliphaz in libro Iob, vbi ait, [b] *Quin potiùs vidi eos, qui operantur*, seu *qui arant* (idem enim in Hebræo est verbum, quod noster interpres in præcitato Hoseæ loco vertit, *Arastis*) *iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos.* Sed bene ista, de qua loquimur terra solitudinis, & impietas & iuxta lectionem vulgatæ (*terra serotina,*) & iuxta communiorem Hebraici textus intellectum (*terra caliginis*) dicitur. Iam enim supra pluribus ostensum, impietatē atque peccatum tenebras esse quasdam, & priuationem luminis diuinæ gratiæ, & rectæ rationis: & experientiâ patet, iniquos ex illa, quos expectant, minimè referre veræ voluptatis fructus.

E peccati terra quinā colligantur fructus.
a Rom.6.21.
b Iob 10.8. *Peccatum est terra solitudinis, sentiū, serotina, & caliginis.*

11 Cæterùm quòd Deus sit terra optima, optimos, & vberes proferens fructus, prout hoc loco indicatur, dum negat se extitisse solitudinem, aut terram serotinam Israeli; apertè explicatur apud Isaiam, cùm dicitur, [c] *Sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic & Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem*, id est, & virtutes eas omnes, quæ laudem conciliant coram vniuersis gentibus. Quòd autem ex Deo ipso vt terra optima nedum iustitia, & reliquæ omnes germinent, colliganturque virtutes; sed & quæcumque ad victum, & ad temporalem vitam ritam degendam sunt necessaria, ex libro deducitur Numer. vbi hæc habentur. [d] *Dixit Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars* sc. terræ, *& hæreditas tua in medio filiorum Israel.* i. & terra quam in medio filiorum Israel hæreditate tibi censere debeas obtigisse, quod & sibi singulæ quæque aptare possunt fideliū animæ cum Regio Psalte dicentes. [e] *Dominus pars hæreditatis meæ.* [f] *Et portio mea Dominus.* (Sic legit Ambrosius serm. 8. in Psalm. 118.) *dixi custodire legem tuam.* Ex quibus locis & id pariter deducere est, operæ precium esse, vt quotquot terræ huius participes sunt portionis; quò prædictos colligere ex ea queant fructus, illam & colant, & custodiant. In cuius rei significationem legimus in libro Genesis, [g] primum hominē positum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret.

Deus est terra optima.
c Isai.6.11.
E Deo, vt è nostro proprio agro colligimus quicquid nobis est necessarium.
d Num.18.20.
e Ps.15.5.
f Ps.118.57. *Deus vt nostra terra est à nobis colendus, & custodiendus.*
g Gen.2.15.

12 Ecquæ illustrior, meliorque voluptatis Paradisus omnium bonorum ferax quàm terra ista, &

A Deus? de qua dicendum potiùs sit quòd in animabus posita sit, vt ab illis coleretur, & custodiretur, teste Redemptore nostro. *Regnum Dei intra vos est.* Modum quo eamdem custodias terram, sat intelleximus ex præcitato loco Psalmi. [h] *Portio mea Dominus, dixi custodire legem tuam.* Neque alia est custodia istius terræ quàm ipsamet eiusdem operatio, quorum omnium testem eumdem pariter habemus Deum, qui in libro Deuteronomij suum his alloquitur populum. [i] *Custodi præcepta, & cæremonias, atque iudicia quæ ego mando tibi hodie, vt facias. Si postquam audieris hæc iudicia,* B *custodieris ea, & feceris ea: custodiet & Dominus Deus pactum tibi, & misericordiam, quam iurauit patribus tuis. Et diliget te, ac multiplicabit, benedicetque fructum ventris tui, & fructus terræ tuæ: frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, atque armento, gregibus ouium tuarum super terram,* &c. Conueniunt custodiæ, & operationi illi, & verbum, & nomen, quæ ad ea designanda vsurpata reperimus in Sacris literis, colere Deum, & cultus Dei, quandoquidem & terram colere dicimur, cùm illam operamur, vnde & agricolæ vocabulum, & cultum item, seu culturam terræ operationem nuncupamus eiusdem, & vox agriculturæ. C

Deus est paradisus posita in animabus nostris.
* Luc.17.21.
h Ps.118.57. *Deū, vt terra nostra est, custodimus, custodientes illius legem.*
Dei, vt terra nostra est, custodia & operatio vnū idemque sunt.
i Deut.7.11.

13 Quid sit autē, & quomodo ista fiat huius terræ operatio, & Dei cultus exactè apud Isaiam explicatur his verbis. [k] *Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem Sabbatum, ne polluant illud, & tenentem fœdus meum.* Vis nosse, quid sit colere Deum, & quomodo optima hæc colatur terra? Ipsi adhæreas: cultu eum prosequere religionis, id quippe adhærendi significat verbum, vnde in libro Iosuē [l] Iudæi, qui religiones sectarentur Gentium, earum Idola colentes, D illarum erroribus adhæsisse dicuntur. Exprimit autem egregiè Apostolus, quid istud ipsum sit, Deum colere, eique adhærere dicens; [m] *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo*, id est, vnus cum eo est animus, vnaque est voluntas: quia & ipsū vnum diligit, & ipsius vnam custodire satagit voluntatem; Quæ in præcitato Isaiæ loco significantur: vbi præexpositis adiicitur, *Et diligat nomē eius*, id est, eum, *vt sint ei in seruos*, id est in operarios, & in cultores. Ac si dicatur, vt in ipsius, vt terra eorum est, perseuerent cultura, & operatione, quæ in illius potissimùm sita est dile- E ctione. *Omnem custodientem Sabbatum, & tenentem fœdus meum.* Quibus id confirmatur, quod & supra probatum est, vnum idemque esse in huius terræ cultu & operationem, & custodiam, per Sabbathi custodiam omnem denotans cultū, qui Deo exhiberi debeat: & per retentionem fœderis, totius eiusdem Dei legis designans adimpletionem, & mandatorum, voluntatisque illius obseruationem.

Dei, vt terra nostra est, operatio, & cultura qualis.
k Isai.56.6.
Adhærere Deo est illum colere.
l Iosu.23.12.
m 1.Cor.6.17.

14 Ad quod vnum reuera tota reducitur & cultus, & operatio ista, de qua sermo nunc est, vt ex iis colligere est cæci nati verbis, [n] *Scimus quia peccatores Deus non audit: Sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit*, F in quibus per id vnum explicatur, quid sit, esse Dei cultorem: nempe illius facere voluntatem. Quæ sit autem ista Dei voluntas breuiter his explicat Apostolus, [o] *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Vnde aptissimè ad rem nostram Hoseas, qui (vt supra visum est) impietatis studium sub metaphora expressit cultus terræ illius pessimæ, pari ratione cùm à studio illo ad studium reuocat iustitiæ, & sanctificationis, eamdem seruans metaphoram

Dei, vt terra nostra, & cultura, & custodia cōsistit in impletione volūtatis illius.
n Ioan.9.31.
o 1.Thess.4.3.

agri

agriculturæ in terra, de qua loquimur optima, ait. [a] *Innouate vobis nouale*, id eſt deſinite iam veteres ſulcos in impietatis tellure arátes proſcindere: nouoſque in vberrimo agro arate, & proſcindite ſulcos; Et vt intelligerent, quis ille nouus eſſet ager, quaue ratione eſſet colendus, ſubiicit illico, *Tempus requirendi Dominum*: ſubindicans, agrum, & nouale illud eſſe ipſummet Deũ, quem agrum, quamue terram optimam ararent, & quaſi ſulcis quibuſdam vomeribus intellectus, atque affectus proſciſſis requirerent. Et vt id pariter noſcerent, qua ratione eamdem terram eo pacto aratam & operibus colerent ſationis, & meſſionis ait, *Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ.* Quod tantumdem eſt, ac ſi iuxta ea, quæ à nobis mox præexpoſita ſunt, diceret Deum colite facientes illius voluntatem, in iuſtitiæ, & ſanctificationis ſtudio, tutóque vobis polliceor, quia ſummo cum gaudio poſt iſtud ſeminationis opus, & vberrimum in eodem agro perficietis opus meſſionis, gratias metentes copioſiſſimas, donaque & præmia omnem veſtrum ſuperantia meritum, falcis nimirum eius acie in ea vtentes meſſione, qua idemmet Dominus vſus eſt, cùm in piam [b] animam ſponſam, hortúque ſuum veniens meſſuit in illa myrrham ſuã, cum aromatibus ſuis, falce miſericordiæ humanam illius mortificationem, humanoſque eiuſdem virtutis actus ita colligens, ac ſi à ſe ipſo ea prolata eſſent, ideoque & ea vltra condignum premiaturus. Quod præclarè in libro Eccleſiaſtici his explicatur verbis, [c] *Qui operatur terram ſuã inaltabit aceruum frugum, & qui operatur iuſtitiam ipſe exaltabitur.* Quorum ſenſus literæ is eſt. Sicut qui operatur, & colit terram ſuam altum ſibi congeret fructuum aceruum, Ita qui ſpiritualem ſuam colit tellurem, quæ Deus eſt, ſatione, & operatione iuſtitiæ, altum ſibi comparabit locum, diuinæ conſors effectus naturæ, adeoque & maximè excelſum ſibi congeret meritorum aceruum.

b Hoſe. 10. 12.

Deus, vt terra noſtra quo modo aretur à nobis, & ſeminetur, & metatur.

b Cant. 5. 1.

c Eccleſ. 20. 30.

15 Cæterùm vt intelligas, huius optimæ terræ cultum adeo eſſe neceſſarium, vt, eo deficiente, facta videatur terra ſolitudinis, ſerotina, caliginis, atque ſentium, prout ex iis, quæ præ manibus habemus colligitur eiuſdemmet Dei verbis. (*Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli?*) &c. lege librum Prouerbiorum Salomonis vbi præallatam ex libro Eccleſiaſtici ſententiam bis repeperies, Primùm in cap. 12. [d] *Qui operatur terram ſuã ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium ſtultiſſimus eſt*, tum in cap. 28. [e] *Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur otium replebitur egeſtate.* Terra propria animarum fidelium (vt probatum eſt) eſt Deus, qui ex parte quidem ſua, terra eſt optima, dans omnibus affluenter: at quò quis ex illa frugum colligat ſatietatem, omnimodamque fœlicitatem, operæ pretium eſt, vt illam & ſuis excolat operibus, iuxta illud Petri, [f] *Satagite vt per bona opera certam veſtram faciatis vocationem, & electionem.* Ideoque & Paulus ait, [g] *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* [h] *Propter frigus piger arare noluit*, ait Salomon, *mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.* Qui piger eſt quoad animæ ſuæ ſalutem, profecto in peccati eſt hyeme, de qua pluribus egi in meis Commentariis ſuper illud Cantic. [i] *Iam hyems tranſijt*, &c. vbi & oſtendi, propter eiuſdem peccati frigus impediri homines à bonis operationibus: Vnde nil mirum, ſi iſtiuſmodi piger ſuam arare nolit terram, & colere Deum agrum

Deus, vt eſt terra noſtra, ſi à nobis non excolatur, è terra optima, nobis redditur terra ſolitudinis, & ſerotina.

d Prou. 12. 11.

e Prou. 28. 19.

Operũ bonorũ neceſſitas ad ſalutem.

f 2. Pet. 1. 10.

g 2. Cor. 6. 1.

h Prou. 20. 4.

i Matth. 25. 8.

A ſuum peculiarem: Ideoque in æſtate, & in die iudicij, quando maximis æſtibus Sol iuſtitiæ adueniet, mendicabit aliquid boni, & aliquid meriti, & non dabitur illi, vt ex Euangelica [k] fatuarum virginum patet parabola. [l]

k Matth. 25. 8.

l Prou. 24. 30.

Per agrum hominis pigri tranſiui, dicit idemmet Sapiens, *& per vineam ſtulti, & ecce totum repleuerant vrtica, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ.* Ingens certè ſapientia nobis ineſſet, Si attentâ & nos expenderemus conſideratione, qualis factus ſit Deus ager fidelium vberrimus, vineaque & B optima ex pigrorum, ſtultorumque quorumdam ſocordia; terra nimirum ſolitudinis, & ſerotina, atque caliginis, quaſi omnis expers fertilitatis bonorum, omniſque & lucis diuinarum gratiarum ſuarum: Quin & terra ſentium pungentibus repletus vrticis, ac ſpinis earum ærumnarum, quibus eoſdem configeret pigros, ſtultoſque. 16

Qui fieri poſſit, vt Deus terra noſtra alioquin optima fieri dicatur terra ſolitudinis, & ſerotina, ac ſẽtium.

Præclarè autem idemmet Dominus, poſtquam dixit. (*Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina, ſeu terra ſentium?*) adiecit. (*Quare ergo dixit populus meus: Receſſimus, non veniemus vltra ad te.*) Indicans, qua ratione id ex noſtra fiat fatuitate, ac peruerſitate, quod ex parte eius terC ræ, & ex ipſiuſmet Dei parte alioquin fieri nequiret. Ea verò, eſt receſſio ab illo, taliſque receſſio, vt & voluntas, animuſque ſit haud ampliùs ad eum accedendi. Ipſa namque ad hanc terram, & ad hunc optimum agrum acceſſio cultus illius eſt, & operatio. Quod apertè ex libro Eccleſiaſtici deduces, vbi dicitur. [m] *Quaſi is qui arat, & qui ſeminat accede ad eam*, ſcil. Sapientiam increatam, quæ Deus ipſe eſt, *Et ſuſtine* cum videlicet ad hanc accedens terram, illam colueris opere arationis, & ſeminationis, de quibus ſuD pra locuti ſumus, expecta vberes, *ac bonos fructus illius. In opere enim*, & in cultura *ipſius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius*, vberrimis ex illa collectis fructibus in ea genitis.

Ad Deum, vt terra noſtra eſt, accedere eſt illum colere.

m Eccl. 6. 19.

VVLGATÆ.

Verſ. 31.] Videte verbum Domini, Numquid ſolitudo, &c.

SEPTVAGINTA.

E 31. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, τάδε λέγει Κύριος, μὴ ἔρημος ἐγενόμην τῷ Ἰσραήλ, ἢ γῆ κεχερσωμένη; διὰ τί εἶπεν ὁ λαός μου, οὐ κυριευθησόμεθα, καὶ οὐχ ἥξομεν πρὸς σὲ ἔτι;

Verſ. 31.] Audite verbum Domini: hæc dicit Dominus: Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, terra plena ſentium? Cur dixit populus meus, non ſeruiemus, nec veniemus vltra ad te?

F

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Popule generationis, vos ſuſcipite verbum Domini: Numquid ſolitudo deſerta, in qua nulla eſt vtilitas, fui verbum meum Iſraeli, aut ſicut terra vaſta? Quare dixerunt populus meus, migrauimus, non reuertemur vltra ad cultum tuum?*

(*Videte verbum Domini.*) Hieronymus in Comment.

Hieronym.

Hieronym. a Exod. 20. 21. b 1. Ioan. 1. 1.

ment. Et Moyses [a] videbat vocem Dei, & Ioannes Apostolus [b] Verbum Dei vidisse, & attrectasse se dicit. (*Numquid solitudo, &c.*) Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 31. *Numquid solitudo factus sum domui Israelis, aut terra in incultum derelicta?*) Id est, *Non habeo, quos allegam, aut vnde allegam:* (*quoniam dixit populus meus, Non venimus ad te.*) Est autem pulcher in modicis his Tertulliani verbis sensus istiusmodi. Populus iste meus cùm me derelinquit, alienis adhærens Diis, me solum remansurũ arbitratur, absque cultoribus, vt solitudo est absque habitatoribus, aut vnde illos aggregare possim non habere: Non sum adeo pauper, & impotens. Ite in vicos, [c] & plateas, &c. quæ Euangelij verba in huius rei faciunt confirmationem.

Tertullian. *Deus numquam dici potest remanere solus, sint licet innumeri infideles, & ab illo deficientes.*

c Luc. 15. 21.

2 Chrysost. *Prouidentia Dei quanta erga fideles etiam improbos.*

Ioannes Chrysostomus Homil. in Psalmum 113. (*Numquid solitudo fui domui Israel, vel terra inculta?* Id est, *Num fui vobis inutilis? non innumerabilia bona in vos contuli? non ipsam naturam mutaui? non elementa, vt vobis seruirent, composui? non dedi vobis vitam ab humanis laboribus liberam? Propheta dixit,* (*Num fui solitudo domui Israel: hoc est, Non fructus tuli innumerabiles, libertatem Ægypti, liberationem Barbarorum, ostensionem miraculorum, vitam in deserto?* &c. (*Numquid fui terra inculta?*) *Hoc est, Non innumerabiles fructus à me suscepistis? non benedixi introitum, & exitum vestrum, greges vestros, & armenta vestra, panem vestrum, & aquam vestram? Non feci vt estis omnibus inexpugnabiles, inuicti, & terribiles? non tamquam ex fontibus omnia vobis è cælo, & è terra manabant?*

Hieron. *Deus fidelibus esse debet vt vrbiũ celebritas, & terra vberrima.*

Hieronymus in Comment. *Miratur quomodo populus Israel Deum habuerit quasi solitudinem, cùm*

A *idola quasi celebritatem vrbium sit secutus. Terra serotina est, quæ imbres non recipit doctrinarum, nec Euangelij disciplinam, plenaque sentium, quia exculta non fuerat.*

Theodoritus in Comment. *Hæc dicit ironicè. Numquid aut, sum similis idolis? An perinde vt illa nullum eis bonum fructum protuli, ob idque seruitutem meam refugerunt?* Theodorit.

D. Thomas in Comment. (*Numquid solitudo,* &c.) *Quinimmo sum vobis pro ciuitate, & terra vberrima, quia vos defendo, & fructus terræ tribuo.* (*Quare ergo dixit populus meus, Recessimus,* &c.) D.Thom.

Apollinarius in Psalm. 118. vers. 21. *Mater iniquitatis, & legum violationis est superbia, quæ Dei* Apollinar.

B *mandatis non obtemperare persuadet, talis erat populus, qui dicebat,* (*Non patiemur Dominum, nec veniemus vltra ad te.*) 3 *Superbia est mater iniquitatis.*

Hieronymus in Comment. *Populus quondam Dei in eo sceleratior, quòd recessit à Domino, & non vult reuerti ad Deum suum. Grandis offensa. Nolle placare quem offenderis.* Hieronym. *Contra obstinatiouẽ peccatoru.*

Bonauentura serm. 1. de sancto Matthæo Apostolo. *Conqueritur Dominus dicens,* (*Quare dixit populus meus, Recessimus, non venimus vltra ad te?*) *Heu me quia à Domino Deo nostro recessimus, ad Deum conuerti per pœnitentiam non curamus: & tamen Dominus benignissimus dicit.* (*Populus meus.*)

C *Quomodo suus, si ab eo recesserat? Quomodo suus, si redire nolebat? sed suus erat propter faciendam cum ipso misericordiam: at non suus propter culpam commissam: vel suus propter electionem æternam, non suus propter temporalem malitiam: vel suus propter eos, qui erant ibi boni: & non suus propter eos qui erant ibi mali.*

Bonauent. *Fideles etiam peccatores quam benigne Deus populũ appellet suũ, & quomodo iidem sint, & nõ sint populus Dei.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Μὴ ἔρημος ἐγενήθην τῷ Ἰσραὴλ;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ ἔρημος, τουτέστι μὴ ἄκαρπος. εἰ γὰρ ἄκαρπος, ἀναχωρῆσαι αὐτὸν ἐχρῆν, οὐδὲ οὕτω μὲν οὖν, οὐ γὰρ μισθῷ δουλεύειν δεῖ τῷ Θεῷ.

Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ οὐκ ἐδωρησάμην αὐτοῖς φησὶ πάντα τὰ πρὸς ζωὴν καὶ ὠφέλειαν.

D *Numquid solitudo factus sum Israeli, &c.*) Chrysostomi.] (*Numquid solitudo,* &c.) *Hoc est haud infructuosus, si enim infructuosus illis essem, recedendũ, illis erat. Sed etiã ob hoc, non est enim mercenario sensu Deo seruiendum.*

4 Chrysost. *Seruiendum Deo, at nõ ob mercedem.*

Olympiodori.] *An non ipsis, inquit, omnia, quæ ad victum, & commodum facere videbantur, gratis exhibui?*

Olympiod. *Deus quàm optima nobis sit, & fructifera tellus.*

Origenis Homilia tertia in Ieremiam Codicis Græci Vaticani. Et prima ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Μὴ ἔρημος ἐγενόμην τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ, ἢ γῆ κεχερσωμένη; φησὶν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν ἀναγνωσθέντων περὶ τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἔρημος αὐτῷ οὐκ ἐγένετο, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη, τίς οὖν γενόμενος ἐν τῷ τόπῳ, οὐκ ἂν ζητήσαι ἐξετάζων τὸ βούλημα τοῦ γεγραμμένου; ἔστω ὁ Θεὸς ἐν τῷ Ἰσραὴλ οὐ γέγονεν ἔρημος, οὐ γέγονεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ γῆ κεχερσωμένη, ἄρα οὖν ἔρημος γέγονεν ὁ Κύριος ἐν τῷ Ἰσραὴλ σήμερον, ἡ γῆ κεχερσωμένη νῦν αὐτῷ ἐστιν; ὅτι δὲ ὅτε τῷ Ἰσραὴλ ἦν οὐκ ἔρημος, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη, τοῖς ἔθνεσιν ἦν ἔρημος, καὶ γῆ κεχερσωμένη, τί χρεία τοῦ ἰδίως πρὸς τὸν Ἰσραὴλ κατεξαίρετον λεχθῆναι, μὴ ἔρημος ἐγενόμην ἐν

E Vers. 31.] Numquid solitudo factus sum domui Israel, aut terra agrestis, & inculta? *Dicit Dominus initio eorum, quæ de Israele lecta sunt, solitudinem scilicet illi non fuisse, nec terram agrestem, & incultam. Quis itaque quum ad locum hunc deuenerit, mentẽ sententiamque scripti huius curiosâ indagatione non exquiret? Demus Deum Israeli minimè solitudinem, minimè terrã agrestem factum fuisse; nũ hodie solitudo factus est Dominus in Israel, aut terra agrestis nunc illi est? quoniam verò cùm Israeli non erat solitudo, neque terra agrestis, gentibus erat solitudo, & terra agrestis, quid opus erat vt peculiariter ad Israelem* 5

An Deus Iudaico populo factus sit vnquã solitudo, & terra agrestis?

ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ; ἢ γῆ κεχερσωμένη; ἀλλ' ἔστιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς καθολικὰς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, εἶτα μετὰ τὰς καθολικὰς εὐεργεσίας ἐπὶ τὰς ἰδικάς, οὐδενὶ ἔρημος ἐστὶν ὁ Θεός, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς, καὶ ἀγαθοὺς, οὐδενὶ κεχερσωμένη γῆ ἐστι, βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, πῶς ἔρημος, ἀνατέλλων ἡμέραν, καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν ποιῶν; πῶς ἔρημος, τὴν γῆν ποιῶν καρποφορεῖν; πῶς ἔρημος, ἕκαστον οἰκονομῶν κατὰ τὴν ψυχὴν, ἵνα λογικὸς ᾖ, ἵνα ἐπιστήμην ἀναλαμβάνῃ, ἵνα γυμνάζηται τὸ συνετὸν αὐτοῦ κατὰ τὰ κεχερσωμένα αἰσθητήρια, ἐστὶ οὖν οὐδενὶ ἔρημος ὡς πρὸς τὸν καθόλου λόγον ὁ Θεός, ὡς δὲ ὡς τὸν ἰδικὸν ἔρχομαι, ἐκ προσώπου τοῦ Ἰσραὴλ πραγμάτων, καὶ λέγω, οὔτε ἔρημος, οὔτε γῆ κεχερσωμένη ἦν, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ ἐποίει τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τέρατα τοῦ λαοῦ, εἰ μή τις καιρὸς γέγονεν, ὅτε ἐγκατελείφθησαν οἱονεὶ ἔρημος αὐτοῖς, οὐκ ἔρημος ὢν αὐτοῖς ἐγένετο, ὅτε μὲν τοι ἦν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ ἔρημος οὐδὲ κεχερσωμένη, τοῖς ἔθνεσι κατὰ τὸν ἰδικὸν λόγον ἔρημος, καὶ γῆ κεχερσωμένη ἦν, ὅτε δὲ ἀπεστράφη τὸν Ἰσραήλ, καὶ γέγονε τοῦ Ἰσραὴλ ἐκείνῳ, καὶ ἔρημος, καὶ γῆ κεχερσωμένη, τότε ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐπὶ τὰ ἔθνη, καὶ γέγονε νῦν ἡμῖν Χριστὸς Ἰησοῦς οὐκ ἔρημος ἀλλὰ πλήρης, καὶ οὐ γῆ κεχερσωμένη, ἀλλὰ καρποφοροῦσα, πολλὰ γὰρ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, καὶ ἀπειλεῖ αὐτοῖς, οἷς οὐ γέγονεν ἔρημος, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη, λέγων. ἐγὼ μὲν οὐ γέγονα ἡμῖν ἔρημος, οὐδὲ γῆ κεχερσωμένη, ὑμεῖς δὲ εἰρήκατε, οὐ κυριευθησόμεθα, οὐχ ἥξομεν πρὸς σὲ ἔτι, ἄρα εἰρήκασιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπονενοημένως κατὰ τὴν λέξιν, οὐ κυριευθησόμεθα.

* ἐκ προσώπου τοῦ Ἰσραὴλ πραγμάτων, λέγων, [illegible].

A raelem diceretur, (Num ſolitudo factus ſum in domo Iſrael, aut terra agreſtis?) *ſed communibus Dei beneficiis mentem aduertere poſſumus, deinde & ad peculiaria. Nulli ſolitudo eſt Deus*, [a] Qui Solem ſuper bonos & malos oriri facit, *nulli terra agreſtis, & inculta*, qui pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. *Quomodo ſolitudo, qui non ſolùm diem profert, ſed & noctem ad quietem dat? Quomodo ſolitudo, qui fructiferam facit terram? Quomodo ſolitudo, qui* B *cuiuſque animum regit, vt rationis particeps ſit, vt ſcientiam comparet, vt illius prudentiâ circa ſenſus agreſtes exerceatur? Eſt itaque nulli ſolitudo, quo ad communem rationem pertinet, Deus; vt verò ad peculiarem accedam, de rebus Iſrael dico. Neque ſolitudo, neque terra agreſtis fuit, cùm in Aegypto miracula ederet, ac portenta; Niſi aliquo tempore, cùm derelicti ſunt, fuerit illis quaſi ſolitudo; cùm non eſſet ſolitudo, illis factus eſt. Sed quando Iſraeli non erat ſolitudo, nec agreſtis in gentibus ſecundum peculiarem* C *rationem ſolitudo, terraque agreſtis erat. Quum verò auerſatus eſt Iſrael, illique Iſrael & ſolitudo, & terra agreſtis factus eſt, tunc effuſa eſt gratia in gentes, & factus eſt nunc nobis Ieſus, non ſolitudo, ſol plenitudo, non terra inculta, ſed fructum afferens.* [b] Plures enim ſunt filij deſertæ quàm viro coniunctæ, *& minatur illis, quibus non eſt factus ſolitudo, nec terra agreſtis, dicens. Ego quidem non factus ſum ſolitudo, neque terra agreſtis, vos autem dixiſtis,* D (non dominabitur, neque veniemus ad te vltra, *Itaque filij Iſrael dixerunt, dementer, vt litera ſonat.* (Non dominabimur.)

Solitudo ſeu terra agreſtis Deus nulli eſt quoad beneficia communia.

a Matt. 5. 45.

6

Iſraelitico populo antiquitus numquam re vera Deus extitit ſolitudo, aut terra agreſtis.

Gentibus ſolitudo & terra agreſtis Deus antiquitus erat.

Solitudine, terraque agreſti facto Deo Iudaico populo ob illius culpam, iã Deus non eſt amplius Gentibus ſolitudo.

b Iſai. 54. 1.

Verſ. 32.] Numquid obliuiſcetur Virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus verò meus oblitus eſt mei diebus innumeris.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus autẽ meus oblitus eſt mei diebus innumeris.

IPSE [a] *populum meum virginem mihi exhibui caſtam: ipſe te mihi in dilectiſſimam elegi ſpõſam: ipſe memet te & ornamentis decoraui veſtium variegatarum, & precioſis ornaui gemmis, ac margaritis. Dic quæſo: fieri ne poteſt, vt quæ maximè erga iſtiuſmodi ornamenta ſunt affectæ mulieres, virgoque præſertim, ac ſponſa, quarum vehementior iſte eſt affectus, ita vel ornamenti ſui, vel faſciæ pectoralis, vel monilium ſuorum obliuiſcatur, vt ea contemptui, odioque habeat, adeoque & penitus ignoret vel per vnum horæ mometum? Et tamen tu tu populus meus ſic me è tui memoria excidere permiſiſti; vt & penitus abieceris odio, & contemptui habitum, meque & meam neſcieris legem, idque non per vnius horæ, diei, vel anni ſpatiũ, & diebus abſq; numero.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Pectoralis rebellio à Deo nedum verbis & factis, ſed & animo.

NVmquid obliuiſcetur virgo, &c.) Mirum in modum amplificat Dominus per hãc ſententiam Iudaici populi rebellionẽ, quam enarrauit in verſ. 31. probãs, illum nedum ore, factiſque externis, ſed & animo à ſe penitus alienatum, idque ſumma iniuria, indicans quãti potius ab eo faciendus fuiſſet. In cuius rei confirmationem exemplum aſſumit tenellas fœminas, quarũ vehemẽtiſſimi eſſe ſolent affectus; & ea erga quæ eædem magis affici conſueuere, Nec dicit ſimpliciter, (E *Numquid non æſtimabit, vel non amabit virgo ornamentuum ſuum? populus autem meus me non æſtimauit, aut non amauit.*) At multò maiori cum emphaſi ait, (*Numquid obliuiſcetur, &c. & populus meus oblitus eſt mei.*) Eſtque etiam in ornamentorum cõmemoratione ſua vis, allatã adaugens rationẽ. Pro cuius totius rationis explicatione recolendũ primò id quod à Domino in Euangelio dictum eſt, [b] *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum*, ingentem quidem cuiuſque affectũ exprimere per adhibitã ſimilitudinem affectus auari ad theſaurum ſuum. At multò certè efficacius idipſum ab eodem hîc explicari per allatam ſimilitudinẽ virginis, ſponſæque ad ornamenta ſua. F Quòd enim multo vehementius mulieres erga ſua affectæ ſint ornamenta, quàm auari ad ſuos theſauros, exinde facile eſt colligere, quòd Aaron hanc mulierum in ornamenta ſua affectionem elegit, vt optimum omnium medium, quo efflagitatum à populo idolum impediret, ideoque non ab auaris aurum, ſed à mulieribus aureas ſibi afferri popoſcit inaures, dicens, [c] *Tollite inaures aureas de vxorum filiarumque veſtrarum auribus, & afferte ad me,*

Mulierum effectus in ornamenta, eſt vehementiſſimus.

b Matt. 6. 21.

c Exod. 32. 2.

vt ſcilicet ex illis aureum formem idolum. Eſtque vehementiæ huius affectus mulierum erga ornamenta ſua radicalis ratio, quia id mulieribus natura inditum eſt, vt in propriæ pulchritudinis ſtudium totæ ſint, ad quam præ omnibus ipſa conferunt ornamenta. Vnde Hieronymus epiſtola 12. ad Gaudentium de educatione Pacatulæ φιλόκοσμον, inquit, (id eſt, ſtudioſum, amanſque ornatus) *genus fœmineum eſt: multaſque inſignis pudicitiæ, quamuis nulli virorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari.* Idemque ad Demetriadem epiſtola 8. de Virginitate ſeruanda, ſcribit, ad corporis ornatum cultumque ardere, ac inſanire ſtudia matronarum. Alteram verò eiuſdem muliebris in ornamenta ardoris. Valerius Maximus lib. 9. tit. 1. cap. de mulieribus Romanis, hanc affert rationem, *Mulieres,* inquiens, *imbecillitas mentis & grauiorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conuertere.* Ideoque peroptimè Cornelius Celſus lib. 6. cap. 5. hæc habet, *Eripi fœminis cura cultus ſui non poteſt.*

Mulieres totæ ſunt in pulchritudinis ſtudiis, ideoque ſtudioſæ ſunt ornamentorum. Hieron.

Mulieres ardent & inſaniunt ad corporis ornatũ. Mulieres ad corporis ornatum conuertere ſtudium omne eſt ex mentis imbecillitate. Val. Maxim. Corne. Celſ.

2 *In ornamẽta præ cæteris mulieribus magis affici ſolent virgines, & ſpõſæ.*

Bene autem in iſtiuſmodi aſſerendo affectu haud quamlibet in exemplum aſſumit, mulierem, ſed illas potiſſimùm, quæ vehementiores in ipſo eſſe ſolent, tenellas nimirum virgines, & nouas ſponſas. Enimuerò experimento comprobamus, pręcæteris fœminis tenellas virgines maximè erga ſua affici ornamenta, vtpote quæ nondum affectum in aliud diuisère, ſiue ſpõſum, ſiue filios: ipſaque ornamenta ſua & ſponſi, & filiorum, & omnium quæ chara mulieribus eſſe conſueuerunt, habent loco; Nec minùs in eodem affectu vehementes nouæ ſunt ſponſæ, quippe quæ in ornamentis ipſis ſuis ſponſum habent ob oculos, à quo plerumque ea in ſignum acceperunt amoris, & per quæ maiorem ab illo ſibi conciliant dilectionem. Quæ ſanè omnes rationes Iudaici, fideliſque pariter populi vehemẽtiſſimum reddere debuiſſent affectum in Deum, vt ſuum eſt ornamentum. Virginem enim illum, & tenellam virginem dictum reperies cùm appellatur, [a] *Virgo filia Sion*; nouam verò Dei ſponſam eumdem ſæpius in ſacris literis nuncupatum habes præſertim in Canticis Canticorum. Vbi eumdem & ab ipſis celebratum videre & ornamentis, ſiue cùm dicitur, [b] *Collum tuum in monilibus*, ſiue cùm ex ornamento commendatur genarum, *Genæ tuæ in turturibus*, ſiue *in murenulis*, ſiue cùm adiiciatur, [c] *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: ſiue cùm laudatur ex veſtimentis, [d] *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.*

a Iſai. 37. 22.
b Cant. 1. 10.
c Cant. 1. 11.
d Cant. 4. 11.

3 *Deus eſt fidelibus ornamẽtum pro omnibus ornamentis.*

Iſta verò ex quibus ita is populus celebratur ornamenta, ſiue veſtium, ſiue monilium, ſiue faſciæ pectoralis, ſiue inſignis coronæ, haud alia eſſe, quàm Deum ipſum ex eo colligere eſt Iſaiæ Prophetæ, quo in perſona fidelis populi ait, [e] *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo:* eâ nimirum ratione, qua puellæ, nouæque ſponſæ ſummo perfundi ſolent gaudio in veſtimentorum eximio aliquo ornamento, quaue & intimæ exultationis indicia etiam extrinſecus exhibent ob precioſos torques, monilia, & cætera iſtiuſmodi. Quam rationem idemmet apertè explicans ſubdit, *Quia induit* (intranſitiuè, quomodo indumentum ipſum induere, id eſt, operire aliquem dicimus,) quia ſemetipſo induit *me veſtimentis*, ſc. qui eſt veſtimentum & plura veſtimenta, *ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me*, id eſt, & quia circumdedit, operuitq; me item ſemetipſo, qui eſt indumentum iuſtitiæ; Et vt noueris etiam vt precioſis margaritarum, & aureo-

e Iſai. 61. 10.

Veſtimentum animæ qua ratione ſit Deus.

A rum gemmarumque ornamentis Deo ipſo eumdem populum decoratum; audi quid ibidem ſubiiciatur, *quaſi ſponſum decoratum coronâ, & quaſi ſponſam ornatam monilibus.* Ecquâ verò ratione illuſtrius decorem ſuum populus ille augeri magis cenſere debuit, quàm iſtiuſmodi ornamentis, præſertim in oculis eiuſdemmet Dei, qui & ornamenta, omnia, & ſponſus pariter erat ipſius. Lege Canticum Canticorum, & videbis, eumdem populum, cùm ſub allegoria amicæ, & ſponſæ à Deo ſibi dictum audiſſet, [f] *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui Columbarum:* eam pulchritudinem ſuam ipſimet Deo acceptam referentem dicere, [g] *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus,* Ac ſi diceret, exinde tanta mea tibi videtur pulchritudo, quam admireris, & celebres, quia à te decorata ſum ornamento ſanè pulcherrimo, maximéque decoro.

f Cant. 1. 15.
B
g Cant. 1. 16.

4 *Obliuiſci quãtam vim habeat in ſcriptura.*

Notandum ſecundo: verbo *obliuiſci* in ſacris literis nedum ſimplicem ſignificari obliuionem, qua vel etiam abſque vlla culpa quid è memoria
C excidit; ſed & id omne pariter deſignari, quod vehementiſſimo repugnans eſt amoris affectui, nimirum odium, contemptum, & omnimodam ignorationem, & derelictionem cum his omnibus, vt vel ex vno Ieremiæ loco colligere licet, vbi eidem Iudaico populo dicitur, [h] *Omnes amatores tui obliti ſunt tui, teque non quærunt.* Notandum tertiò, iſtâ locutionis phraſi, (*Numquid obliuiſcetur*, &c.) ad validiſſimum argumentum Deum vti ſolitum ab impoſſibili, ſeu ab eo, quod vix fieri queat, ſic & apud Iſaiam, conquerentem populum, adeoque & talia proferentem, [i] *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei*, ita conui-
D ctum reddidit, *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Quâ argumentandi ratione ſe quoque conuictum oſtendens Dauid, ait, [k] *Numquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* Ac ſi dicat, Tametſi iratus mihi aliquando videatur Deus, illius nihilominus tutiſſimè expecto miſericordias, quia fieri nequit, vt ipſe à miſerando ceſſet, iuxta id quod alibi dictum eſt, [l] *Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis*, quam nimirum præ cæteris omnibus maximi facis.

h Ier. 30. 14.
Argumẽtum ab impoſſibili frequens in ſcriptura, quia validiſſimum.
i Iſai. 49. 14.
k Pſ. 76. 10.
l Habac. 3. 2.

5 *Anima fidelis qualiter ſe gerere debeat erga Deum ſponſum ſuũ.*

E His animaduerſis ingens iam patet iſtius ſententiæ vis. (*Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui*, &c.) Duo quippe in ea facit Dominus, Primum exemplo Virginis, ac ſponſæ erga ſua ornamenta haud obſcurè Iudaico populo præſtantiſſima ſubindicat, quibus eum inſigniuit beneficia, ſponſalitiæ dignitatis, decoris, & pulchritudinis; quâue ratione is ſe gerere erga ipſum debuiſſet. Secundò acri eumdem de ſumma arguit ingratitudine, quam vix humana excogitare mẽs potuiſſet, Addens poſt allatum exemplum, (*Populus autem meus oblitus eſt mei diebus innumeris*,) quod
F idipſum eſt, atque illud quod hoc ipſo capite verſ. 11. dixerat, [m] *populus autem meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Obliuiſci enim Deum, ſignificat illius, beneficiorumque cognitione abiecta ad idola tranſiiſſe, vt colligitur ex illo Deuteronomij, [n] *Deum qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui*: & ex illo Pſalmi noni, [o] *Conuertantur peccatores in infernum omnes gentes* nempe alienæ à ſemine Abraham, Gentiles, *qui obliuiſcuntur*, id eſt, neſciuut *Deum*, prout dicebat Pharao Moyſi, & Aaron. [p] *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius? Neſcio Dominum.* Augetque non modicum iſtam ingratitudinem, quòd non ſemel, aut bis,

m Iere. 2. 11.
Ingratitudo peccatoris fidelis quanta ſit erga Deũ.
n Deut. 32.
o Pſal. 9. 18.
p Exod. 5. 2.

bis, per menſes, aut per annos aliquot hoc admiſit delictum, ſed diebus abſque numero. *A ſæculo* enim vt dictum eſt ſupra verſ. 20. Dei confregit & iugum, & vincula.

6 Circa lectionum varietatem duo in hoc verſ. 32. ſunt adnotanda. Primum in verſione Sept. primo loco nominari ſponſam, tum virginem, Sic enim habetur, (*Numquid obliuiſcetur ſponſa ornamenti ſui, aut virgo faſcia pectoralis ſuæ?* Secundum, in textu Hebraico pro *faſcia pectorali* eſſe vocem קשוריה *kiſciureah*, quam Sanctes-Pagninus vertit, (*murenularum ſuarum*) quomodo eamdem reddidit & noſter Interpres Iſai. 3. 20. Regia (*collarium ſuorum.*) Vatablus, (*faſciæ ſuæ*, vel *monilium ſuorum*,) & omnes æquè bene. Nam cùm ea vox deducatur à verbo קשר *kaſciar* ligare, & alligare, ſignificat quodlibet ornamenti genus, quod mulieres alligare, & adnectere ſolent capiti, collo, ac pectori. Porrò faſcia pectoralis, cuius potiſſimùm meminit noſtra Vulgata, cum Sept. inſigne apud veteres erat ornamenti genus, quo fœminarum, puellarumque in primis conſtringebantur quæ in pectore inſunt vbera, ne indecorè eorum appareret tumor, numeraturque id ornamenti genus in ſerie fœminei cultus, quam proſequitur Iſaias cap. 3. Hacque faſcia præcinctum & Ioanni Apoc. 1. 13. viſum crediderim Deum quaſi filium hominis, Zona aurea appellata, ad mammillas.

Faſcia pectoralis quid.

Apoc. 1. 13.

Verſ. 32.] Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 VNIVERSVM animarum noſtrarum malum exinde eſt, quòd eorum obliti quæ in Baptiſmo polliciti ſumus, eorúmve quæ in eodem aſſecuti ſumus, Dei pariter noſtri ſumus obliti. Quod ibi promiſimus, id in primis extitit quòd abrenunciauimus Sathanæ, ac mundo, & omnibus pompis eius. At modo fieri nequit, vt obliuiſcamur, & contemnamus, quæ præcipua ſunt inter Sathanæ pompas, multiplicia veſtium ornamenta, nec non & innumera ornamenta gemmea. Quæ adepti ibidem ſumus, quatuor exiſtunt. Primum quòd vna quæque anima mundata eſt lauacro (vt de tota Eccleſia ait Apoſtolus)[a] in verbo vitæ, exhibitaque eſt virgo non habens maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, vtque eſſet ſancta, & immaculata. Secundum, quòd vt talis virgo munda & caſta deſponſata eidem eſt Chriſto, vt ex eodem Apoſtoli loco colligitur, clariuſque vbi idem ait,[b] *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Tertium eſt veſtium ornatus, haud ſanè alius, quàm idemmet Chriſtus, teſte quoque Paulo, qui dicit, *Quotquot * in Chriſto baptizati eſtis Chriſtū induiſtis.* Quo loco bene nota quod hîc animaduertit Figueira. Vt veſtis non ornat ſponſam in arca clauſa, ſed induta, ſic Deum non eſſe ornamentum eorum, à quibus per infidelitatem, aut alia vitia abeſt, ſed ſolùm iis, quibus coniunctus eſt, & qui ipſo induti incedunt. Quarum denique multiplex eſt gemmeum ornamentum multiplexque ornamentum virtutum, charitatis nimirum, deſignatæ per faſciam pectoralem, qua & ſponſum quoque Chriſtum præcinctum ad mammas legimus in Apocalypſi,[c] quámue & vinculum perfectionis nuncupat Apoſtolus; [d] obedientiæ ſi-

Pompartum ſtudium ingens noſtrorū malorū cauſa.

In Baptiſmo quatuor adepti ſumus.

a Ephe. 5. 16.

b 2. Cor. 11. 2.

* Gal. 3. 27.

Chriſto vt multiplici veſtiū, & gemmarum decorati ſumus ornamento quando baptizati fuimus.

c Apo. 1. 13.

d Coloſſ. 3. 14.

A gnificatæ per monilia, atque murenulas, prout in libro Canticorum, vbi ait Sponſus. [c] *Collum tuum ſicut monilia*, ſeu *in monilibus.* Vel etiam collectionis virtutum omnium, monilibus pariter in eodem Canticorum libro [f] aſſimilatæ, *quæ ſunt fabricatæ manu artificis.*

e Cant. 1. 10.

f Cant. 7. 1.

8 Quamquam quartum iſtud ornamentum ſimplicius vnam dixerimus Dei legem, quæ eminenter omnem virtutis continet ornatum. [g] *Fili mi*, ait Sapiens, *ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiant:* conſtringendo nimirùm illud inſtar faſciæ pectoralis; Idemque & torquem B eam aſſerit ornamentum gutturis, & coronam ornamentum capitis, dicens, [h] *Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, Vt addatur gratia*, ſeu vt legunt Sept. *corona gratiarum capiti tuo, & torques collo tuo.* Et alibi: [i] *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te.* De lege quoque à ſe Iudaico data populo apud Ezechielem loquens Dominus. [k] *Et ornaui*, inquit, *te ornamento & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.*

Lex Dei eſt nobis ornamentū omne.

g Prou. 3. 1.

h Prou. 1. 8.

i Prou. 4. 9.

k Ezech. 16. 11.

9 C Cæterùm etſi ipſa Dei lex animabus fidelibus omne ſit ornamenti genus, Ideoque priùs ſub generico nomine hîc ſignificetur, cùm dicitur, *Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui?*) Maximè tamen ad rem eſt, quòd iuxta noſtram Vulgatæ lectionem poſtmodùm faſciæ pectoralis dumtaxat nomine inſignitur, cùm ſubditur, (*Aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ*,) Ornamenti nimirum pectoris. Conſtat enim pectus eſſe quodammodo arcam cordis, in quo & lex ipſa ſcripta dicitur per Prophetam [l] noſtrum; in quo & omnis eiuſdem legis continetur notitia, ſcientia, atque doctrina, D prout ſignificatum per id antiquitùs voluit Dominus, [m] cùm ſuper Summi Sacerdotis pectus rationale geſtandum mandauit, in quo doctrina eſſet, & veritas. Et Euangelij ſcientiam, quam ſublimiorem Beatus nobis exhibuit [n] Ioannes, de Dominico pectore, ſuper quod in extrema cæna recubuit, hauſtam, conſtans eſt vniuerſorum Patrum conſenſus. Et de huius potiſſimùm diuinæ legis ſcientiæ obliuione & ignorātiā ſermonem hîc fieri, in eo quod dicitur, (*Numquid obliuiſcetur*, &c. *populus autem meus oblitus eſt mei diebus innumeris:*) ipſum obliuiſcendi indicat ver- E bum, prout colligitur ex Propheta Hoſea. Si enim intelligere vis, quid hæc ſibi velint, (*Populus meus oblitus eſt mei*, &c.) Audi dictum interpretem, [o] *Non eſt veritas & non eſt miſericordia* (quibus duobus nominibus vniuerſa explicari ſolet Dei lex, vnde in libro Prouerbiorum, [p] *Miſericordia & veritas te non deſerant, circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui*) *& non eſt ſcientia Dei in terra.* En Dei obliuionem, quam magis declarant, qui immediatè deſcribuntur illius effectus peſſimi. *Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſan-* F *guinem tetigit.* Et clariùs idipſum paulò poſt hiſce explicatur. [q] *Conticuit populus meus eò quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.*

Lex Dei eſt faſcia pectoralis ornamētum pectoris, quod eſt ſciētia arca.

l Iere. 31. 33.

m Ex. 28. 19.

n Ioā. 13. 25.

Obliuiſcimur Deū neſcientes legem illius.

o Hoſe. 4. 1.

p Prou. 3. 3.

q Hoſe. 4. 6.

VVLGATÆ.

Verſ. 32.] Numquid obliuiſcetur Virgo ornamenti ſui? &c.

SEPTVAGINTA.

32. Μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τὸν κόσμον αὐτῆς; καὶ παρθένος τὴν στηθοδεσμίδα αὐτῆς; ὁ δὲ λαός μου ἐπελάθετό μου ἡμέρας, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

Verſ. 32.] Numquid obliuiſcetur ſponſa ornamenti ſui, & virgo faſciæ pectoralis ſuæ? Populus autem meus oblitus eſt mei diebus, quorum non eſt numerus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Num fieri poteſt, vt obliuiſcatur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa ornatus ſui? & populus meus dereliquerunt timorem mei diebus ſine numero.*

A (*Numquid obliuiſcetur virgo,*&c.) Hieronymus in Comment. *Per hæc diſcimus, Chriſtum eſſe ſponſum virginis Eccleſiæ, quæ non habet maculam, neque rugam: ornamentum ſuum perdit, qui recedit à Domino, & amittit intelligentiam doctrinarum, quæ ſignificantur in pectore. Vnde & Ioannes* [a] *Euangeliſta recumbit ſuper pectus Domini, &* [b] *Sacerdotibus inter cætera ſeparatur pectuſculum victimarum. Quantò autem maior eſt numerus temporum, quibus obliuiſcimur Domini, tantò maior pœna peccati: quòd nec longitudine ſæculorum potuerit edomari.*

Hieronym. Scripturarum intelligẽtiam amittens perdit ornamentum ſuum.
a Ioa. 13.25.
b Leuit. 7. 31.

Methodius Epiſcopus & Martyr lib. de Caſtitate apud Photium Biblioth. pag. 954. B *Illud Ieremiæ, ſponſam ſollicitam eſſe ne obliuiſcatur ornamenti ſui, & virginem ne pectoralis ſui: docet non contemnenda, nec laxanda eſſe fraudibus fræna, ſeu vincula temperantiæ; per pectora enim ſenſus animi ſanè conuenienti ratione, & mens noſtra intelligitur. Pectorale autem propoſitum animi ad caſtitatem colligans, eſt Charitas in Chriſtum.*

Methodius. Temperantiæ fræna nõ laxanda.
Pectorale animæ eſt Charitas in Chriſtum.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τὸν κόσμον αὐτῆς; ὁ δὲ λαός μου.] C

Ὠριγένους.] Φησὶν οὖν ἐντρεπτικῶς, μὴ τοῖς εἰδώλοις ὁμοίως ἀνωφελὴς αὐτοῖς γέγονα, οὐδὴ χάριν τὴν ἐμὴν ἀπεδίδρασαν δεσποτείαν, καίτοι καὶ ἀποστάντες ἐμοῦ, καὶ δόξης ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν, δόξα γὰρ αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς τῶν δικαίων.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πάλιν ὑφειμένον τὸν λόγον.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὃ μάλιστα ἐζήτουν ἄθρωποι, τὴν δόξαν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἀγαθῶν μὲν ἀπολαύομεν, ἐν ἀτιμίᾳ δὲ ἦμεν, ὥσπερ τῇ νύμφῃ κόσμος, κἀγὼ τῷ λαῷ, ὥστε δύσκολον ἦν τὸ ἐπιλαθέσθαι. D

* Τοῦ αὐτοῦ.] τουτέστι, τὰ πρὸς εὐκοσμίαν διώκουσιν ἄνθρωποι. καὶ νύμφη μὲν ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, ὡς ὡραιζομένη ἐξ αὐτοῦ, παρθένος δὲ τῆς στηθοδεσμίδος ἀντέχεται, ὡς εὐπρέπειαν ἐχούσης, ὁ δὲ λαὸς, καὶ κόσμον, καὶ εὐπρέπειαν ἐσχηκὼς παρ' ἐμοῦ, καὶ δόξης οὐ τῆς τυχούσης ἀπολαύσας, κόσμον μὲν καὶ εὐπρέπειαν καλέσας τῶν νομίμων τὴν διάταξιν, καθ' ἣν νομίμως τῶν λοιπῶν ἄλλων φαίνονται ἐν διατάγμασιν ὄντες, E πάσης μὲν πλεονεξίας καὶ κακίας ἀλλότριοι τυγχάνοντες, ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν πεπαιδευμένοι, δόξαν δὲ ὡς ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας πάντων ὑποκυπτόντων, καὶ θαυμαζόντων τὴν εἰς αὐτοὺς κηδαιμονίαν τοῦ Θεοῦ, τούτων τοίνυν ἀπολαύσαντες παρ' ἐμοῦ, λήθην τῶν ἐμῶν εὐεργεσιῶν ἐποιοῦντο.

NVMQVID obliuiſcetur ſponſa ornamenti ſui? &c. *) Populus autem meus,* &c.) 2

Origenis.] *Loquitur ergo ad iniiciendum ruborem, Numquid vt idola factus ſum ipſis inutilis? & ea de cauſa meum detrectauerunt imperium? Quamquam deficientes à me pulchritudine, ac gloria ſe ipſos nudarunt:* [a] *Gloria enim æterna ſuper caput iuſtorum.*

Origenes.
Peccãs priuat ſe omni decore & gloria.
a Prou. 10. 6.

Chryſoſtomi.] *Conſidera denuò ſubmiſſum ſermonem.*

Chryſoſt.

Eiuſdem.] *Quòd anxiè quærebant homines gloriam. Non eſt, quòd dicant, fruebamur quidem bonis, ſed inhonori eramus. Veluti ſponſæ ornamentum; Sic & ego populo, vt difficile eſſet obliuiſci.*

Deus pulchritudo, & ornatus noſter.

* Eiuſdem.] *Hoc eſt, quæ ad ornatum faciunt, homines cupiunt. Et ſponſa quidem ornatu gaudet. Inde enim formoſa apparet; Virgo verò pectoralem amat faſciam vt decoram: populus cùm & ornatum, & decorem, gloriamque non vulgarem à me conſecutus fuerit: ornatum & decorem vocat præcepta legalia per quæ legitimè videntur cæteris abundantiores præceptis, ab omni iniuria nequitiaque alieni; moderationem quoque humilitatemque edocti, gloriam verò quòd ex Dei auxilio omnes ſuccumberent, & mirarentur Dei ſollicitudinem erga illos. Tantis igitur affecti à me beneficiis facti ſunt immemores.*

Chryſoſt.
A Deo pulchritudinem ornatumque eximium habemus.
Lex Dei pulchritudo, & ornatus noſter.

Verſ. 33.] Quid niteris bonam oſtendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ in ſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas?

F PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVID [a] *addhuc id potiſſimùm ſtudes, vt bonum, iuſtumque te mihi exhibeas, quò mei ineas gratiam? qui non ſolùm malitiis tumet indulges, peſſimis*

ambulans

a *Quid niteris bonam oſtendere viã tuã ad quærẽdã dilectionem? quæ inſuper & malitias tuas.*

ambulans itineribus: sed & alios insuper tua praua, A peruersaque edoces studia. ª Quid adhuc boni facies, vt meam concilies amicitiam? Nihil sanè proficis, cùm maculatus in tuis sis iniquis studiis, ac gestis. Cur adornas viam, vt tibi compares amatores: adornans simul & versutias, vt malitias doceas viarum tuarum? ᵇ Cur & amicitiam cum exteris gentibus inire conaris, quod tibi in causa extitit, vt illis te conformares, eorum discens mala, ac vicissim tua illas praua edocens studia? Hinc sanè fit, vt etiam pessimis scandalo sis. Ideoque & ipse istiusmodi vias tuas prauas esse ostendam.

a Quid adhuc bonum adinuenies in viis tuis ad implēdam dilectionem? Non sic, sed & tu malignata es polluendo vias tuas.

b Cur bonificabis viā tuā ad quęrendā dilectionem? ideo etiā malitias, seu malas docuisti (seu docebo) vias tuas.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA B SENSVM LITERÆ.

1 *Excusationes peccatorum arguuntur.*

Qvid niteris, &c.) Duobus modis accipi, & interpretari hæc queunt. Vel vt sint reprobatio, seu confutatio friuolarum excusationem delinquentis populi eiusdemque hypocrisis, quibus iustum se coram Deo ostendere nitebatur, ad instar meretricis turpitudinem faciei suæ fucis, & pigmentis honestare satagentis, ei similis, qua supra in vers. 22. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua*, ea tamen efficacior: Vel vt sint redar- C gutio confugij ad alienas Gentes, in qua magna pars huius secundi est capitis. Iuxta primā acceptionē, quæ magis nostræ cōsona est lectioni Vulgatæ, & versioni Sept. estque apud nostros Interpretes cōmunior, facilis iste est sēsus. Quid adhuc in eo tuū confers studiū: vt bonam, iustamque te mihi exhibeas, vt mei ineas gratiam, quæ nedum tumet malitiis indulgens, pessimis ambulasti itineribus, sed & insuper tuas & peruersitates, & praua alios docuisti studia. Vt ad mala illius exēpla postrema referantur verba prout ea desumpsit Hieronymus? Quamquam & ad eius accipi D queunt auxesim, quòd inaniter externis excusationibus, & simulationibus peruersam suam honestare contenderet viuendi rationem, quæ nedum sibi, qui intimorum perspector est cordis: verum & aliis explorata esset vniuersis, ante quorum oculos eius praua traducitur vita: Ac si dicatur, cùm tumet peruersitatem tuam aliis cunctis patefeceris, sceleraque tua in cunctorū defixeris oculis: Cui sensui rectè & Hebraicum aptabis textum, de quo mox agam, Si ita eum vertas,

Exēpla malorum operum quā damnosa.

Excusationes & fictiones inanes eis sūt qui manifestè malè viuunt.

2 (*Cur bonificabis viam tuam, vt quaeras dilectionem, quandoquidem malas docuisti vias tuas?*) E

In versione Sept. non est ita efficax ista confutatio, sic enim habetur, τί ἔτι καλὸν ἐπιτηδεύσεις ἐν ταῖς ὁδοῖς σου τοῦ ζητῆσαι ἀγάπησιν, οὐχ οὕτως ἀλλὰ καὶ σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδούς σου. Quæ in latina versione Vaticana sic leguntur. (*Quid adhuc bonum adinuenies in viis tuis ad implendam dilectionem? non sic sed tu malignata es polluendo vias tuas.* In Complutensi autem, & Reg. Latinis versionibus alio pacto ita habentur. (*Quid adhuc bonum exercebis in viis tuis, vt quaeras dilectionem? Non sic. Sed & tu iniquè egisti, vt pollueres vias tuas.*) Est autem vnus, idemque sensus, Quid adhuc boni facies, vt meā F concilies amicitiam? Nihil sane proficis, cùm maculata sis in iniquitatibus, studiisque tuis. Ad quem simpliciorem sensum referes & nostram Vulgatæ literam, si verbum (*docuisti*) sumas intransitiuè, illudque non ad alios referas, sed ad (*vias tuas*,) quas edocuerit malitias suas, id est quas direxerit ad malitias suas, edocens nimirum semetipsum per prauam consuetudinem, vt vias, studiaque sua ad suas dirigeret malitias.

Alteri istius sententiæ acceptioni consona magis est lectio Hebraici textus, tametsi & eam diuersimodè recentiores vertant interpretes. Sic enim habet ad verbum מה היטבי דרכך *ma ethibi darechech*. Regia (*cur bonificabis*,) Pagninus, (*cur diriges*.) Isidorus, (*Quid pulchram facis*.) Vatablus, (*cur bonam facis viam tuam, ad quaerendam*,) seu vt Vatab. (*vt ambias dilectionem*. לכן גם את הרעת *lachen gam et aranghot*, &c. Pagn. (*Ideo etiam malitias docuisti vias tuas*, sic & Isid. & Regia autem, (*Ideo etiam malas docuisti vias tuas*,) aliterque Vatab. vt mox referam. Quorum triplicem reperio sensum. Primum in postillis ad versionem Pagnini, *Cur adornas viam tuam, vt tibi compares amatores, subinde etiam adornas versutias, vt doceas imposturam viarum tuarum.* Secundùm in Annotationibus ad versionem Isidori Clarij, quique est apud Hebræorum doctorum communior. *Quid niteris amicitiam inire cum exteris gentibus, quæ res tibi causa fuit, vt illis te conformem faceres, & disceres mala eorum, atque mala tua illos doceres.* A quo sensu haud aliena nostra erit & vulgatæ lectio, si ita illam explicemus. Cur niteris optimum ostendere studium tuum, quo conaris amicitiam cum populis inire alienis, quæ insuper ostendisti, studia ipsa tua praua esse, & malitiæ plena. Vatablus cùm in textu Hebraico duplex sit lectio verbi (*docuisti*) altera in textu, altera in margine, quod in textu habetur למדתי *limmadthe* secunda persona fœmini generis præteriti coniugationis Pinghel legit *limmathi* prima persona communis generis eiusdem præteriti, refertque illud ad Deum, sicue vertit, (*ob hoc etiam docebo vias tuas malas*,) scil. esse. Quod verò in margine habetur למדת *lemedeth*, Benoni & participium præsens coniugationis Kal. alio sensu ita hæc vertit, (*ob hoc etiam doces pessimas*,) scil. gentes (*vias tuas*) vt sensus sit, Hinc fit, vt sis scandalo etiam gentibus malis. Sic ex Hebræis Rabbi Dauid, vocem (*malas*,) refert ad gentes, quæ malæ erant, & idololatræ. Ac si dicatur, Peior fuisti, peiusque deliquisti quàm malæ gentes, adeo vt illarum etiam magistra facta sis, tuas illos docens idololatrias, tuaque scelestissima studia.

Vers. 34.] Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus, quæ supra memoraui. 1

a Et in alis tuis, (seu, in vestimentis, seu, in oris vestium tuarū, seu, in manibus tuis) inuentus est sāguis, (seu, inuenti sunt sāguines; animarum pauperum & innocentum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Neqve ª verò in hoc multùm insumendum est studij: Cùm tua ipsa scelera per se manifesta fiant: Cùm & multiplex, quem effudisti animarum pauperum, & innocentum sanguis in tuis inuentus sit manibus, atque in vestibus, prout & in sanguinarijs reperitur militibus:

Sed & rapacibus adeo assimileris auibus, vt & de te, sicut & de illis, quæ ex infirmiorum auium occisionibus victum sibi procurant, dici non immerito debeat in tuis alis sanguines inuentos. 2

Quin & sanguinibus filiorum, filiarumque tuarum innocentum tuas consecratas habes manus, vt à te veluti à digno Sacerdote nefandæ huiusmodi victimæ falsis sacrificentur Diis. 3

Non erubescis excusare crimina, quæ & alios docuisti, cùm in manibus operibusque tuis appareat san- 4

guis spiritualium occisionum animarum innocentium, A quas pessimus tuis interfecisti exemplis?

Nonne & opes, & substantiæ, & mercedes, in quibus æquè ac in sanguine vita est pauperum, è tuis clamant manibus, quæ iniustè, & impiè ea rapuêre? [a] Notoria planè sunt scelera tua ista vniuersa: Neque enim quos effudisti sanguines, queue rapuisti pauperum bona, substantiæ atque mercedes in occulto à me inuenta fuere, & in terra defossa, prout à latronibus occisa in fossis abscondita latent viatorum corpora: at cunctis ea reperi conspicua in omnibus, quæ supra memoraui sub vno alarum tuarum nomine, in oris nimirum vestimẽtorum tuorum, in tuisque ipsis vestimẽtis, in manibus, atque in B actionibus tuis. [b] Equidem nõ impunè eos, quorum inquinatus es sanguine interfecisti, ac si eos cũ perfossorio tibi, rebusque tuos insidiantes, aut tuos effodientes parietes reperisses: sed super omnibus hisce pœnas lues, [c] Quid dicam de sanguinibus filiorum, filiarumque tuarum? Num in fossis inueni eos? Minimè gentium: Sed in omni quercu, sub quo publicè illos sacrificasti idolis, & in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, quæ supra memoraui. [d] Quid de sanguinibus innocentium, Prophetarum excusabis ne temet? haud illos interfecisti, quòd quasi latrones malum aliquod tibi machinarentur: sed propter hæc omnia, quæ & ipse tibi inclamo C quòd te carperent, & increparent.

a Non in fossis inueni eos: sed in omnibus, quæ supra memoraui.

b (Non cum perfossorio, seu in defossione inuenisti eos, sed super omnibus his.)

c Nõ in fossis, &c. sed in omni quercu.

d Non in defossione inuenisti eos, sed propter hæc omnia.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

3 ET *in alis tuis*, &c. Ex ambiguitate Hebraicæ vocis כנף *chanaph*, quæ & alam significat, & vestimenti oras, seu extremitates, quin & extremitates etiam cuiuscumque alterius rei, factum est, vt diuersimodè locus iste ab interpretibus & verteretur, & explicaretur. (*In alis*) siquidem (*tuis*) cum nostro interprete, vertêre D & Regia, & Isidorus, & Vatablus, (*Quin & sub alis tuis.*) Quamquam idem Vatablus in Annotationibus ipsum alarum nomen pro veste positum asserat, ac si dicatur, (*sub veste tua.*) Sanctes tamen Pagninus ex communiori Hebræorum doctorum sensu vertit, (*In oris vestimemorum tuorum.*) Sept. multò aliter, (*In manibus tuis,*) eadem reddidêre, siue prædictam vocem pro extremitatibus sumẽtes brachiorum, quæ & quædam videntur hominis alæ, siue aliter forsitan Hebraicam vocem, בכנפיך *bichnapaich* sine litera נ *nun* legentes בכפיך *bechappaich*, quod propriè significat. (*In* E *palmis manuum tuarum*, seu, (*In manibus tuis,*) vt sit pars pro toto, vox enim כף *chaph* propriè volam significat, est autem hîc pariter notandum, diuersitatem esse inter versiones Sept. & vulgatæ in eo, quòd cùm in Vulgata in singulari habeamus, (*Inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocẽtum,*) Sept. in plurali legunt. (*Inuenti sunt sanguines animarum innocentium,*) ex Hebraico pariter textu causatam, in quo licet verbum in plurali sit נמצאו *nimtzeu* (*inuenti sunt,*) nomen tamen in singulari est דם *dam* (*sanguis,*) quamquam Hebræi F id asserunt positum pro plurali דמים *damim*, sic Pagninus, (*Inuenti sunt sanguines,*) Vatablus prout & Vulgata, in singulari vtrumque sed verbum in præsenti vertit, (*Inuenitur sanguis.*)

4 Quicquid tamen sit quoad versionum varietatem, vnum est, quòd consequenter hæc dicta sunt in confirmationẽ eorum, quæ prædicta fuerant in præcedenti vers. 33. quòd scilicet Iudaicus populus frustra niteretur bonam ostendere viam suam, &c. suáque excusaret, & scelera, Idololatriæ in primis. Vt autem tota istius sententiæ, qua Do- A minus probat eiusdem populi crimina esse patentissima, percipiatur vis, Supponendum, sanguinis, seu sanguinum nomen hoc loco & propriè, & translatè sumi. Posse propriè, vt per hæc ex publica, & notoria Iudæi conuincantur occisione, & effusione sanguinis, tum in sanctorum Prophetarum persecutione, de qua in vers. 30. tum in immolationibus filiorũ, filiarumque suarum, quos Baal, & Moloch, & Beel-phegor ab eis sacrificatos in conuallibus indicatum est supra in vers. 23, Sicque acceptum, triplex iuxta varias lectiones ad idem tamen respiciens eorum quæ B hîc dicuntur assignari potest sensus.

Sanguinis nomẽ multipliciter sumi in Scriptura. Contra sanguinis effusionem obiurgatio.

Primus, alarum vocabulo etiam propriè sumpto, vt sit allusio ad similitudinem auium earum, quæ ex rapina victum procurantes, cùm iugiter in illorum quæ rapiunt, versentur occisionibus, alas, quoque semper sanguine habent conspersas, ita vt vel ex patenti eo signo patratas ab ipsis quilibet intelligat aliarum auium neces. Ac si dicatur, Cum pauperibus, & innocentibus te habuisti instar Aquilæ, Accipitris, similiumque volucrum rapacium cum volucribus minoribus, & innocentibus: adeo vt & de te ad eorum C similitudinem dicendum sit, (*In alis tuis*, &c.) id est, plenas habes alas tuas eorum, quos interfecisti, sanguine pauperum, &c.

1. Sensus. Homicidæ arguuntur.

Secundus, eodem alarum vocabulo sumpto impropriè pro vestium oris, adeoque & pro vestimentis ipsis, vt sit allusio ad sanguinarios milites, qui nedum arma, sed & vestes sanguine inquinatas habent hostium interfectorũ, ad quam vestium conspersionem allusit & Isaias tum in cap. 9. cum ait, [e] *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis:* tum clariùs in cap. 63. [f] D *Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.*

2. Sensus.

e Isai. 9. 5.

f Isai. 63. 3.

Tertio denique alarum nomine sumpto pro manibus, sicut id accepêre Sept. ad ipsum alluditur, quo sanguinarij milites manus vt plurimùm sanguine habent madidas, quoue & in Psalmo 57. dicitur, [g] *lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris:* eo nimirum modo gaudebit, quo victores exultare solent de hostium nece, manus suas in eorum intingentes sanguine, quoue apud Isaiam ad indicandam multitudinem ho- E micidiorum dicitur, [h] *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* 5

3. Sensus.

g Psal. 57. 11.

h Isai. 1. 15.

Quòd si Sept. alia voce legerunt בכפיך *bechappaih*, vt supra notatum est, adeoque cùm verterunt, (*In manibus tuis inuenti sunt sanguines,*) manuum eam intellexêre partem quam volam, seu palmam appellamus, quamque propriè Hebraicum id nomen significat, quartus nobis suggeritur sensus peregregius, vt in his ita Iudaicus populus Idololatriæ arguatur notoriæ, vt significetur, ipsos in sacrificandis innocentibus filiis suis Idolorum simulacris consecrasse manus suas eo- F rum sanguine, sicut filiis Leui dixit Moyses in libro Exodi, [i] *Consecrastis*, vel, vt est in Hebr. *Implete manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio & in fratre suo*, &c. alludens ad ritum consecrandi Sacerdotes quo victimæ sanguine manus eorum tingebantur.

4. Sensus. Idololatræ consecrabant Sacerdotes, tingentes eorum manus sanguine victimarum.

i Exo. 32. 29.

Cæterùm si sanguinis, seu sanguinum nomen 6 vt translatè vsurpatum sumatur, duos insuper alios eorum quæ hic dicuntur, afferre est sensus æquè probabiles. Quorum alter est maximè omnium consonus iis quæ in præcedenti vers. 33. mox

5. Sensus.

Exẽplis malis occiduntur animæ.

mox dicta sunt. *Quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas*, vt dicto sanguinis vocabulo significetur occisio spiritualis animarum per praua exempla, perque imperij vim, quibus à Principibus Iudaici populi, eiusdemque Sacerdotibus, ac Prophetis per eius alas designatis simpliciores plebis ad idololatriam, aliaque affecti sunt scelera, adeoque & eorum pauperum, atque innocentum animæ interfectæ. Neque verò nouum est, vt istiusmodi spiritualis, animarum occisio sanguinis vocabulo in sacris appelletur literis. Nam & apud Ezechielem ait Dominus, [a] *Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur: Sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Quæ postrema verba maximè & id illustrant, quod hic iuxta versionem Sept. dicitur. (*In manibus tuis inuenti sunt sanguines.*)

Oratio spiritualis animarū significata nomine sanguinis.

a Ezech. 3. 18.

7 Quamquam cùm manus sint, quibus rapinæ admittuntur pauperum, & allatâ alarum metaphorâ, qua ad similitudinem (vt in primo sensu dictum est) alluditur rapacium volucrum, & cōmemoratio ipsa animarum pauperum, siue egenorum alium nobis subministrat sensum, secundùm quem hîc sermo fiat non tam de vera sanguinum effusione, de qua iam actum est in vers. 30. *Deuorauit gladius vester Prophetas vestros, quasi Leo vastator generatio vestra:* quàm de rapinis, & oppressionibus pauperum, & innocentum, quæ à Principibus, & potentioribus eius populi admitterentur: vt sicut hucusque ex vno Deus illum reprehendit idololatriæ genere, quo lignea, lapideaque coluère simulachra, ita nunc ex altero item eosdē arguat genere idololatriæ, ex auaritia, quam Apostolus [b] idolorum numcupat seruitutem, congruitque & sanguinis appellatio huic sensui, siue legas, (*In alis tuis inuentus est sanguis, &c.*) Siue Sept. sequaris lectionem, (*In manibus tuis inuenti sunt sanguines.*) Sanguinis enim effusionem, & occisionem vocatas habemus istiusmodi rapinas. Nam & in primo capite libri Prouerbiorum. [c]

6. Sensus. *Pauperū oppressores arguuntur homicidij.*

b Gala. 5. 20. *Rapinæ pauperum dictæ occisiones, & effusiones sāguinis.*

c Prou. 1. 17.

8 *Frustra*, inquit Sapiens, *iacitur rete ante oculos pennatorum*, quod intelligere non incongruè possumus de difficultate, qua aues capi queunt rapaces: quibus raptores assimilantur pauperum, de quibus bene ibidem subiicitur. *Ipsi quoque contra sanguinem suum*, (seu magis ad rem nostram ex Hebræo *eorum*, scilicet pauperum, de quorum bonis dixerant, *Omnem preciosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras*) *insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas illorum*: (sic ex Hebr.) In quorum maiorem declarationem additur. *Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt*: id est. Sic & omnes auari ad instar videlicet prædictarum volucrum rapacium, procedere consueuerunt, vt rapiant quas pauperes possident substantias, raptuque illo suo eorumdem pauperum rapiant & animas, sanguine illorum & alas inquinantes suas, & suas item replentes manus iuxta ea quæ clariùs in libro legimus Ecclesiastici. [d] *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum* (vide de idololatriam) *quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.*

Pauperū substātia & mercedes sunt illorum sāguis, & vita.

d Eccles. 34. 24.

9 (*Non in fossis inueni eos.*) Habent & hæc plures, variosque sensus, cùm in iis singula ambigua sint A verba. Qui tamen facilior est, & ferè omnibus, quos iam attuli prædictorum. (*Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum*, &c.) sensibus est consonus, is est, qui & communior. Notoria vniuersis tua sunt scelera, eaque in primis, quæ vel in Sanctorum Prophetarum necibus, vel in sacrificandis ante Idola filiis tuis, vel in animarum perditione, vel in rapinis, & oppressione animarum pauperum, & innocentum admittis, & admisisti: Neque enim eos, quos effudisti sanguines in occulto, & sub terra defossos reperi, sed patenter in manibus, alisue, seu etiam in oris vestium tuarum B conspicui sunt quibuscumque.

1. Sensus. *Peccatoris scelera apud Deum omnia sunt notoria.*

Pro aliorum autem sensuum intelligentia, qui ex variis suggeruntur lectionibus. Notandum, pro, (In fossis) in textu Hebraico esse vocem במחתרת *bemahthereth*, nomen חתרת *hathereth*, quod cum deriuetur à verbo חתר *hathar* fodere, & perfodere, & suffossionem significat, seu defossionem, ac foramen, & instrumentū ipsum, quo perfodiuntur muri, quoue quodlibet fit foramen. Notandū secundo, pro eo quod Vulgata, & Sept. legunt, (*Inueni eos*) in Hebræo sic haberi מצאתים *metzaihim*, quod est verbum cum affixo seu pronomine masculino plurali, & potest ac- C cipi vt prima persona præteriti, generis cōmunis, prout à nostris sumptum est, atque etiam vt secunda persona item præteriti fœminini generis, prout ab Hebræorum doctoribus, eorumque sequacibus accipitur. (*Inuenisti eos*) secundùm quos pronomen (*eos*) non tam ad sanguines, quàm ad pauperes refertur, & innocentes, de quibus mox dicebatur, *Et in alis tuis inuentus est sanguis animarū pauperum, & innocentiū.* Itaque tres apud recētiores interpretes reperio huius loci lectiones ex Hebr. Primam Sanctes-Pagnini, & Regiæ. (*Non cum per-* D *fossorio inuenisti eos:*) secundam Isidori Clarij, (*Non in suffossione inuenisti eos:*) & tertiam Vatabli, (*Non in foraminibus inuenisti eos.*)

10 His animaduersis, facile iam est, duos alios percipere eorumdem sensus, Quorum alterū est lectionum ex Hebræo relatarum, secūdùm quas alluditur, ad id, quod ab eodemmet Domino dicitur in 22. cap. libri Exodi. [e] *Si in suffossione*, seu *cū perfossorio* (idem quod hîc vocabulum Hebraicū) *inuentus fuerit fur, atque percussus, non imputabitur sanguis percussi.* Vulgata, *Si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.* Ac si dicatur E in alis, manibusque tuis est patens sanguis, quem copiosissimum effudisti animarum pauperum, ac innocentum, & bonam ostendere niteris viam tuam, teque excusare, ac si impunè illos occideris, cùm eos minimè repereris vt fures parietes tuos effodientes, aut insidiis, instar latronum malum tibi machinantes, vt absque vlla culpa eos occidere tibi licuerit.

2. Sensus. *Excusare peccata nefaria quàm vanum.*

e Exod. 22. 2.

Alter verò est literæ nostræ, & Sept. parum à primo diuersus, nisi quòd pronomen (*eos*) ad pauperes refertur, ac innocentes, Quos Dominus F ait se non inuenisse in foueis quasi latronum occisos insidiis, at in locis publicis, vt mox explicabimus, ita vt frustra à sanguinario ipso populo excusentur eorum neces.

3. Sensus.

11 (*Sed in omnibus, quæ supra memoraui.*) Hæc quoque extrema pars vers. 34. & multipliciter apud interpretes legitur, & plures admittit sēsus. Cùm enim in textu Hebraico sit dictio אלה quæ et si, vt modo cum punctis legitur *elleh* pronomen significat (*hæc*) pluralis numeri, legi tamen sine punctis potest *elah*, quod quercum significat. Sept.

Sept. hoc secundo modo legentes ita hæc reddidêre, (*Sed in omni quercu.*) Cæteri tamen interpretes vniuersi primam eiusdem vocis sequentes lectionem, variè nihilominus ista verterunt, ob ambiguitatem Hebraicæ item præpositionis עַל *ngal*: nam Sanctes-Pagninus, & Regia, (*Sed super omnibus his*:) Isidorus, (*Quin & super omnibus his.*) Vatablus, (*Sed in his omnibus.*) Idemque in Annotationibus, (*Sed propter hæc omnia.*) Quomodo & Paraphrasis Chaldaica. Noster interpres vertens, (*Sed in omnibus, quæ supra memoraui,*) vtramque amplexus est extremæ vocis Hebraicæ & lectionem, & significationem, tum pronominis, tum arboris, & quercus, vt mox explicabo.

1. Sensus.

Primo namque sensu, quod dicitur, (*quæ supra memoraui*) accipi potest, vt positum pro nomine sicut modo legitur in Hebr. (his) relatum ad alas, & quæ sub vno alarum nomine memorata sunt, nempe & vestimenta, & vestimentorum oræ, & manus, prout supra declaratum est. Ac si dicatur, Non est, quod obnitaris, tua excusare, & celare scelera, Neque enim in fossis, & in latibulis abscondita ea reperi, sed in iis omnibus, in quibus, vt supra memoraui, patenter inuenitur sanguis animarum pauperum, & innocentum; enimuero & hæc in confirmationem præmemoratorum adducta sunt.

2. Sensus.

Secundo verò sensu idipsum. (*Quæ supra memoraui*) sumitur & commodiùs pro quercu, & arboribus, vt Hebraicam vocem sumpsêre Sept. Vt sensus sit, Neque enim quos effudisti sanguines absconditos inueni, & defossos; sed vniuersis patentes, in omnibus quæ supra memoraui in vers. 20. vbi dictum fuit. *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* (*In omni quercu*) iuxta versionem Sept. in patentibus, publicisque locis, in quibus Idolis sacrificabant victimas, & mactabant filios, & filias suas, sanguinem condemnantes innocentem.

3. Sensus.

Tertio sensu, si eam sequamur Hebr. textus lectionem, (*sed seu, Quin super omnibus his*:) ita hæc cômodè explicabis: Effundens sanguinem animarum pauperum, & innocentū. Certè non impunè illos interfecisti, ac si eos cum perfossorio, tibi rebusque tuis insidiantes, aut suos effodiẽtes parietes reperisses: Sed super omnibus his pœnas lues.

4. Sensus.

Quarto eam sequentes lectionem, (*sed propter hæc omnia*) ita eadem non ineptè aliqui exponunt. Qui in tuis alis est sanguis animarum, &c. Sanctorum nimirum Prophetarum, haudquaquam effusus à te est, quòd quasi latrones malum aliquod tibi machinarentur, sed propter hæc omnia, quæ scilicet & ipse tibi dico, nempe quia hisce ipsis, & similibus te carperent.

13
5. Sensus.

Quintus sensus lectioni potissimùm Sept. *Non in fossis inueni eos, sed in omni quercu*: affertur à Ioanne Pineda lib. 7. de gestis Salomonis cap. 10. n. 7. secundùm quem hic significatur, impios Hebræos occidere Prophetas, deinde illis extruere magnifica sepulchra in suis Lucis, vt in Euangelio ait Dominus. [a] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, hypocritæ qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum*, &c. More enim Ethnicorum Iudæos sepeliri solitos in Idolorum Lucis colligitur [b] ex 4. Reg. 23.

a Matth. 23. 29.
b 4. Reg. 23. 14 & 16.
6. Sensus.
Gasp. Sanct.
Fossarū nomine appellata meretricum domus.

Sextus denique sensus est, quem in his Comment. super hunc locum affert Gaspar Sanctius, fossium nomine significatos accipiens latêtes, & obscuros meretricum fornices, qui bene quasi ferarum antra, & luporum fossæ vulgato vocabulo lupanaria nuncupantur: Sanguinum verò voce, ad quos censet referendum, quod hic est pronomen (eos) illud carnis opus significatum ait, quod proli seruit, aut libidini: quo significatu communiter ibi accipitur, vbi [c] Ioannis 1. legimus, *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Vt nimirum in tota hac sententia adhuc persistat Deus in assumpta meretricis metaphora & allegoria, dicens: Illam vsque adeo profligasse pudorem, vt publicè ostendat in alis suis puta vestimentorum, & toto corporis habitu, ac præsertim in manibus, id est, operibus suæ libidinis certa signa, & vitæ corruptissimæ documenta maxima. Idque non in fornicibus iam, at que in lupanaribus occultè: sed in plateis, locisque apertis, in omni colle, & sub omni ligno frondoso, quæ supra memorata fuêre.

Sanguinis vocabulo significatum opus carnis quod proli inseruit.
c Ioan. 1. 13.

Vers. 33.] Quid niteris bonam ostendere viam tuam? &c.

Vers. 34.] Et in alis tuis inuentus est sanguis, &c. Non in fossis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

14

Faciunt hæc apprimè contra hæreticos eximios nostri temporis hypocritas, quorum totum in id est studium, vt apud simpliciores populi & dilectionem sibi côcilient, & fidem, sub ouina, vt ait Dominus [d] pelle, perque externa aliqua fictaque opera bona inspicientiū ita ad se allicientes animos, vt bonam sanctâque eorum admirentur vitam: Vnde facillimè postmodùm eosdem & pessimos suos edocent mores, & prauas suas adducunt ad Sectas, prauaque docent & dogmata. Quos ad viuum, iuxta ea quę hîc dicuntur, descriptos in eo habemus [e] Euangelij, in quo Scribæ, & Pharisæi accessisse dicuntur ad Iesum, vt nimirum legis se defensores, bonosque diuinarum traditionū custodes sese exhibere nitentes ad quærendam populi dilectionẽ, ideoque & dixisse, *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauãt manus suas, cùm panem manducant.* Declarat autem alius Euãgelista, quomodo istiusmodi hominum genus & bonam, & iuxta aliam lectionem, pulchrã ostendere niteretur viam suam, dicens: [f] *Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauent manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro nisi baptizentur non comedunt: & alia multa, quæ tradita sunt illis seruare, Baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.* Quos ferè hac arguens sententiã, (*Quid niteris*, &c. *quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas*,) Iesus ait, [g] *Relinquentes mandatum Dei tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa.* [h] *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: honora patrem*, &c. *Vos autem dicitis*, &c. [i] *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias dicens, Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me: Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.*

Hæretici bonorum quorumdã operũ hypocrisi simpliciorũ animos ad se, & ad suas alliciunt sectas.
d Matt. 7. 15.
Hypocritæ arguuntur, quòd venentur amicitias, vt simplicium doceant sua praua studia.
e Matt. 15. 1.
f Marc. 7. 3.
g Marc. 7. 8.
h Matt. 15. 3.
i Matt. 15. 7.

15

Possunt secundò hæc accipi, vt dicta aduersùm illud mundanorū, seu etiam religiosorum genus, quos latinè dicimus vrbanissimos homines, Italicè, *Che fanno il galãt' huomo, ô il buon' compagno*: qui exinde arguantur, quòd nitantur bonas, seu iuxta aliam

Mũdani vrbanitatẽ sectantes, eâque amicitiã procurantes arguuntur.

aliam lectionē, pulchras facere vias ſuas ad quærendam dilectionem: quatenus id vnum in ſua ſtudent conuerſatione vt vrbanè ſe gerant ad eorum, cum quibus eis conuerſari contigerit placitum, &(vt ita dicam) ſatisfactionem, ſeu etiam iuxta mundi leges, nullam diuinæ legis habentes rationem; ſed illud duntaxat ſpectantes, vt multorum, potentiorumque in primis ſibi comparent amicitias. Quibus benè congruent quæ ſequuntur, tum illa, (*Quæ & inſuper malitias docuiſti vias tuas*:) ſeu iuxta Hebræor. lectionem: (*Ideo etiam malitias, aut malas docuiſti vias tuas*:) Quia explicari vix poteſt, quot ex iſtiuſmodi eorum conuerſatione, ita erga illos afficiantur, vt ſumma cum voluptate eius conuerſandi rationis amplectantur inſtructionem, tum illa quæ ſubſequuntur, *Et in alis, ſeu in manibus tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentium.*

Iidem quantum damni inferant proximo.

Cùm enim prauā eā inſtructione, peſſimiſque exemplis ſimpliciorum occidant animas, & innocentum plerumque etiam religioſorum, requirente Domino earum ſanguinem de illorum manibus, inuenitur ſanè is omnibus patens. Sed & quod peius eſt, in iis ipſis ſeu verbis, ſeu actionibus ſuis, quibus veluti alis quibuſdam in potentiorum volare ſatagunt amicitiam, inuenitur ſanguis animarum innocentum, quos per detractionem & linguæ gladio occidunt, & dentibus lacerant.

16 *Iidē ob gratiā Principū admittunt & homicidia.*

Quin & in eorumdem pariter manibus frequenter & verus animarum pauperum, & innocentum inuenitur ſanguis, quem in potentiorum, ac principum gratiam effundunt, prout in primo libro Regum [a] legimus Doeg Idumæum in gratiam Regis Saul, vtque ſe in illius roborarct dilectione, Dei Sacerdotes occidiſſe. Quibus rectè & id quod ſequitur improperat Deus. (*Non in defoſſione inueniſti eos, ſed in omnibus his.*) ſic habet Hebr. lectio, Infandi enim ſceleris eſt ob improbas iſtiuſmodi amicitias, vel etiam ob Principum gratiam captandam graſſatoris obire munus, eorumque effundere ſanguinem, à quibus nil acceptum ſit læſionis.

a 1. Reg. 22. 18.

Plutarchus. Homicidium quam deteſtandum.

Quærit Plutarchus opuſc. Quæſtionum Romanarum tom. 1. Cur qui ſacramento militari non tenebantur, etiam ſi aliàs in caſtris, & in exercitu verſarentur, non habebant ius interficiendi, aut vulnerandi hoſtes? Reſpondenſque, *quia*, ait, *Sola neceſſitas poteſt permittere homini hominis necem. Qui nulla lege hominem occidit, nulloque mandato, is homicida eſt. Ideoque Chryſantam laudauit Cyrus, quòd ſublato iam gladio hoſtem interfecturus, ſtatim ac receptui cani audiuit, cæde ſibi interdictum putans hominem intactum dimiſit.* Et tamen vrbani iſti noſtri, de quibus modò loquimur, gratis ad gratiam duntaxat (vt dixi) captandam, & impunè occidunt homines, eorumque de ſanguine gloriari non erubeſcunt: quibus bene & ob id inuentum ſanguinem in eorum alis, ſeu pēnis, dictum crediderim, quòd ad gloriam vitæ iſtiuſmodi ipſorum, quam Italicè diceremus: *da compagnone*, volucrum pennas, quaſi homicidarum alas geſtant in pileis ſuper caput ſuum, quas Italicè appellamus *li Pennachi.*

17 *Contra Simoniacos, & officia ementes pauperum bonis.*

Tertiò congruit & tota hæc ſententia, (*Quid niteris*, &c. *Et in alis*, ſeu, *in manibus ſuis inuentus eſt ſanguis*, &c.) iis, qui (vt vulgo dicitur) per fas, & nefas ſe in Principum inſinuant amicitias, vt officia, & gradus ab eis obtineant. Ac præſertim Simoniacis, ſanguinis nomine tranſlatè ſumpto pro pauperum ſubſtantiis, & mercedibus, prout

A in prima expoſitione ſumpſimus ſenſu ſexto. Ac ſi dicatur. Quid totum in id tuum collocas ſtudium, vt quæras Principum amicitias, vt ſummorum Sacerdotum tibi compares gratiam, bene tibi ad ea, quæ contendis quomodocumque ſternens vias: & quod maioris eſt criminis, improba hæc ipſa & alios docuiſti ſtudia? In alis certè tuis, in iis nimirum tuis ipſis ſtudiis, quibus vel ad celſiſſimos officiorum, & dignitatum gradus, ſtupentibus vniuerſis, volaſti, heu miſer, ſanguis inuentus eſt pauperum, & innocentum, ex quorum bonis, raptu, fraudibuſve ab

B illis ereptis, & ex quorum mercedibus munera elargitus es opulentiſſima. Vel conta Simoniacum, alludendo ad antiquum illum morem, quo Sacerdotum manus ſanguine conſecrabantur victimarum, quæ ab illis ſacrificabantur, de quo in prima egimus expoſitione, ſenſu quarto verborum, *In manibus tuis inuenti ſunt ſanguines*, &c. Ac ſi dicatur, Sacerdotium malis his aſſecutus es artibus, Epiſcopatum tandem obtinuiſti: Profectò in manibus tuis inuenti ſunt pauperum, & innocentum ſanguines, ex quorum bonis ipſum emiſti Sacerdotium. Infelix, manus tuas eo con-

Simoniaci cōſecrāt manus ſuas ſanguine pauperum è quorū bonis, & mercedibus Sacerdotia emunt.

C ſecraſti pauperum ſanguine, quorum vnà cum pecuniis abſtuliſti, & vitam, ſacrificium, victimamque Diabolo obtuliſti. Non in foſſis inueni eos, ſc. ſanguines, neque latentia, & in abſcondito, vtque defoſſa ea inueni munera & ditiſſima dona, ſed in omni quercu. Sed in omnibus quæ ſupra memoraui, ſc. in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo. Inueni enim illa in omnibus Principum curiis, in omnì foro, & in omni loco, in quo vel principes, vel dignitates ipſas quaſi idola venerari, & colere obnixus es. Vtinam nunc in ipſorum Principum, in primiſ-

D que in Eccleſiaſticorum Prælatorum aulis quoad ſpiritualia id ſeruaretur, quod in antiqui Romani Senatus curia factum ſanè peregregium refert Plinius lib. 35. Hiſtor. cap. 12. poſt dimidium. *Quintum Coprenium ambitus damnatum, quia vini amphoram dediſſet dono ei, cuius ſuffragij latio eſſet.* Quando res de terrenis erat officiis.

Pro officiorum maximè Eccleſiaſticorū collatione, & ambitione pretium dare quam deteſtandum.

Quarto & contra laſciuas mulieres faciunt, quæ hîc dicuntur, præſertim ſi eam ſequamur lectionem ex Hebr. (*Quid niteris pulchras facere vias tuas, vt quæras dilectionem: Ideo & malitias docuiſti vias tuas, in alis tuis, ſeu in oris veſtium tuarum*

18 *Contra mulieres laſciuè, & pōposè extra domum progredièntes.*

E *inuenti ſunt ſanguines animarum innocentum.* Ac ſi dicatur, Quid tantum ſtudij adhibes, vt, cum extra domum iter habitura es pulchram te facias, vt turpes ineas amicitias, vtue ab obuiis, qui te ita intueantur pulchram ameris, & vt adipiſcaris amaſios? Sanè hac ratione procedens tuas docuiſti malitias, tum quia qui ſana ſunt mente exinde illico prauum tuum intelligunt animum, tuaſque percipiunt malitias, cum iuxta Sapientis dictum, [b] *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis annunciant de illo. Parem* inquit, Cyprianus lib. de diſciplina, & habitu Virgi-

b Eccleſ. 19. 27.

F num. *Parem ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis cultus infamet.* Et eodem libro, *Ornamentorum*, ait, *ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum non niſi proſtitutis, & impudicis fœminis congruunt, & nullarum fere precioſior cultus, quàm quarum pudor vilis eſt*, tum quia & prauo exemplo peſſimam tuam docuiſti egrediendi, & incedendi rationem. Et in theriſtris, flammeis, palliis, & collaribus, quibus quaſi quibuſdam gloriaris alis, inuenti ſunt ſanguines eorum, quos prauis iis modis tuis non corporea, ſed ſpiritali occidiſti

Cyprianus. *Mulieribus pudicis nimius cultus infamiam affert.*

X 4 diſti

diſti nec. Quin & in precioſis veſtimentis tuis, vel in ipſorum veſtimentorum tuorum ditiſſimis fimbriis pauperum, & innocentum inuenti ſunt ſanguines, vt pote quæ ex raptu, bonorum quibus ij viuebant, factæ ſunt.

19 *Contra veſtium nimios luxus.* Faciunt hæc & contra omnem veſtimentorũ luxum nedum mulierum, ſed & hominum, vt illa in primis arguantur veſtium ſegmenta, illæue in earumdem veſtium oris laciniæ, &(vt Romano vtar vocabulo) illæ trinæ, quæ & ſuperfluè adhibentur, & ſæpius maioris ſunt impenſæ, quàm veſtimenta ipſa, vt pote vel ex auro, vel opere Phrygio, & vtinam aliquando immixtis non fierent gemmis. Quæ bene & alæ nuncupantur, cùm per illa ad infernum voletur. In eiſque dicitur inueniri ſanguis animarum pauperum, & innocentum, non ſolùm quia plerumque (vt dictum eſt) ex pecuniis facta ſunt à pauperibus raptis; verum etiam quia ob maximas, quæ in illis fiunt expenſas, pauperum occurri nequit neceſſitatibus, iuxta vulgatum illud Ambroſij dictum, *Si non paviſti, occidiſti.* (Ambroſ.) Illud in iſtius duntaxat adnotabo deteſtationem miſeriæ, quod Columella in Præfatione lib. 12. grauiter damnat veſtes muliebres totis cenſibus redemptas, (Columella.) & Plautus in Epidico ſcribit, mulieres eſſe totis fundis exornatas. (Plautus.)

Exēpla malorum operũ ſunt inſtar alarum ſanguine inquinatarum. Denique per peccatoris alas ipſa intelligi poſſunt praua eius opera, malaque exempla, quibus veluti alis illius infamia ad omnium peruolat aures, quæue pauperum animarum ſanguine inquinata dicuntur ob ſcandala, inſtar gladiorum mortem plurimis inferentia animabus.

VVLGATÆ.

Verſ. 33.] Quid niteris bonam oſtendere viam tuam? &c.

Verſ. 34.] Et in alis tuis inuentus eſt ſanguis, &c. Non in foſſis, &c.

SEPTVAGINTA.

33. Τί ἔτι καλὸν ἐπιτηδεύσεις ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, τοῦ ζητῆσαι ἀγάπησιν; οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδούς σου.

34. Καὶ ἐν ταῖς χερσί σου εὑρέθησαν αἵματα ψυχῶν ἀθῴων, οὐκ ἐν διορύγμασιν εὗρον αὐτοὺς, ἀλλ' ἐπὶ πάσῃ δρυΐ.

Verſ. 33.] Quod adhuc bonum adinuenies in viis tuis ad quærendam dilectionem? Non ſic. Sed & tu malignata es polluendo vias tuas.

Verſ. 34.] Et in manibus tuis inuenti ſunt ſanguines animarum innocentium. Non in foſſis inueni eos, ſed in omni quercu.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Et quid gloriaris in viis tuis, vt iungaris populis? inſuper & mala docuiſti ex viis tuis.* Verſ. 34. *In occulto quoque inuenta es effudiſſe ſanguinem innocentem, ſanguinem animarum pauperum innocentium: non ſicut inuenium in foſſa: ſed ob hæc omnia feciſti.* 1

(*Quid niteris bonam oſtendere*, &c.) Lucifer Calaritanus lib. 2. ad Conſtantium pro ſancto Athanaſio in principio, eidem Conſtantio hæc accommodans, in hunc modum ea legit. (*Tu malignatus es, vt coinquinares vias tuas, & in manibus tuis inuentus eſt ſanguis innocentium.* (Lucifer.)

B Hieronymus in Comment. *Fruſtra*, inquit, *te cupis verborum arte defendere & quaſi bona oſtendere opera tua, vt merearis dilectionem: quæ inſuper etiam alios docuiſti vias tuas, & exemplum fuiſti omnibus malorum operum.* (Hieronym. *Contra excuſantes peccata.*)

Theodoritus in Comment. *Ironicè quid aliud, inquit, addere vis prædictis, vt meum erga te concilies amorem? Adeo nihil eſt ex iis, quod ad amicitiam moueat: vt è diuerſo pariat odium.* (Theodorit.)

D. Thomas in Comment. *Hic conuincit eos de culpa in proximum. Ac primò ponit proximorum occiſionem admirãs excuſationem. (Ad quærendam) quaſi per hæc me poſſis placare, ponens occiſionem ſpiritualem* C *(quæ inſuper docuiſti, &c.)* (D.Thom.)

Verſ. 34.

(*Et in alis tuis*, &c.) Hieronymus in Comment. (*In alis*, ſiue *in manibus tuis inuentus eſt ſanguis innocentium*) *quos idolis immolaſti, ſiue quorum animas perdidiſti ſacrificiorum ſimilitudine.* 2 (Hieronym. *Cõtra homicidas corporum, & animarum.*)

Theodoritus in Comment. *Non ad impietatem duntaxat appuliſti, ſed & cædem pollutione plenam perpetraſti, (In omnibus enim tuis, &c.) Quod etiam non ſubticuit Dauid.*[a] *Et immolauerunt filios ſuos Dæmoniis, & effuderunt ſanguinem innocentem*, &c. (Theodorit. a Pſal. 105. 38.)

D D. Thomas in Comment. *Et ponens occiſionem corporalem, (In alis) id eſt, in auibus: loquitur ad ſimilitudinem auis rapacis pauperum, quos idolis immolaſti.* [b] *Zachar. Vidi & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas, quaſi alas Milui.* (D. Thomas. b Zach. 5.9.)

Ioannes Damaſcenus lib. 1. Parallellorum cap. 98. citat hæc, (*In manibus tuis inuentus eſt ſanguis animarum innocentium*) vt dicta aduerſus pauperum oppreſſores. (Ioa. Damaſc. *Contra Pauperum oppreſſores.*)

(*Non in foueis inueni eos, ſed*, &c.) Hieronymus in Comment. *Hos pauperes, inquit, & innocentes non inueni in foueis interfectos, quod ſolet plerumque accidere latronum inſidiis: (Sed in omnibus, quæ ſupra memoraui: ſiue (ſub quercu) quæ Hebraicè dicitur* אלה *elah, quæ quidem & iſta ſignificat: vt ſit ſenſus. In omnibus iſtis, ſub quercu atque terebintho, ſub cuius vmbra & frondibus quaſi in amœnis locis idololatriæ ſceleribus fruebaris.* 3 (Hieronym.) E

Theodoritus in Comment. (*Non in foſſis repperi eos, ſed ſub omni quercu,*) *Quia non quemadmodum parietum effractores clam facinus committunt: ita hi iniquè agentes latere nitebantur: ſed collis omnis, & omne nemus horum impietatem ſuſcepit.* (Theodorit. *Contra peccantes publicè.*)

F D. Thomas in Comment. ſimilia Hieronymo, (*Non in foſſis*) *quaſi occultè à latronibus occiſos (in omnibus) ſcilicet collibus, & locis amœnis*, [c] *Iſai 59. Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi: Et facta eſt veritas in obliuione, & qui receſſit à malo prædæ patuit.* (D. Thom. c Iſai 59.14.)

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

A Vers. 33.

Τί ἔτι καλὸν ἐπιτηδεύσεις ἐν ταῖς ὁδοῖς σου τοῦ ζητῆσαι ἀγάπησιν.]

Βίκτορος.] ἡ ἀγάπη ἐξ ἐπιτηδεύσεως ὀρθοῦ βίου γίνεται, τί οὖν τοιοῦτον ὑμῖν, καὶ ἀγαπήσω ὑμᾶς. [οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδούς σου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ψυχὴ ἀφισταμένη ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀνεχομένη εἶναι ἄθεος, θεοὺς ἑαυτῇ τοὺς μὴ ὄντας περιποιεῖται, ἐντεῦθεν ἑαυτῇ παράκλησιν περιποιουμένη, οὐχ οὕτως οὖν φησιν, τουτέστιν οὐ δυνατὸν εἶναι ἐκ τῶν ψευδωνύμων θεῶν τῇ ψυχῇ παράκλησιν.

B

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι πόσα ποιήσασα δυνήσῃ ἐξαλεῖψαι τὰ ἁμαρτήματά σου, καὶ δεῖξαι αὐτὴν καθαράν, ὥστε τῆς παρ' ἐμοῦ ἀγάπης ἀξιωθῆναι, οὐχ οὕτως, τουτέστιν οὐδὲ πολλὰ ποιήσασα, δύνῃ ἐκπλῦναι τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν σπουδὴν εἶχες ταύτην, ὥσπερ φιλονεικοῦσα καὶ ἐπιτηδεύουσα ἀκάθαρτος γενέσθαι, οὕτω πάντα πεποίηκας, αὕτη τοίνυν σπουδὴν ἔσχε τοιαύτην, τί τοιοῦτον σὺ περὶ αὐτῆς; καίτοι πάντα τὰ ἄλλα παραλιπών, ὅρα ποῖον τίθησιν, ἐν χερσί σου εὑρέθη αἵματα ψυχῶν ἀθώων. [ἀλλὰ καὶ σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδούς σου.]

C

Θεοδωρήτου.] τουτέστιν ἀκάθαρτος γενέσθαι φιλονείκως ἐσπούδαζες, οὐ γὰρ λάθρα καὶ ἐν σπηλαίοις. ἀλλ' ἐν ὑψηλοῖς ἐπὶ δρυΐ, ἤγουν ὡς οἱ τοιχωρύχοι λάθρα δρῶσιν, ἀλλ' ἀσεβοῦσα περιφανῶς, καὶ ὡς μηδὲν ἀδικοῦσα, τὸν ἐμὸν ἀξιοῖς ἀποστρέψαι θυμόν, ὅπερ αἰτιωμένης ἐστὶ Θεόν, ὡς οὐ δικαίως παιδεύοντα, τὸ δὲ μὴ τῶν ἀδικημάτων αἰσθάνεσθαι, καὶ πρὸς τὴν κρίσιν ἀσύγγνωστον. [οὐκ ἐν διορύγμασιν εὗρον αὐτούς.]

D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο καὶ Ἰεζεκιὴλ φησί, τοῦτο ὑπὲρ πᾶσαν τὴν πονηρίαν σου, ὅτι τοὺς υἱοὺς ἔθυον, καὶ τὴν φύσιν ἐξεπολέμωσαν πρὸς ἑαυτούς, οὐδὲν οὐδέπω λέγω, ὅτι δαίμοσιν, ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν, καὶ τὸ δεινὸν οὐδὲ λάθρα, οὐδὲ νόμῳ λῃστείας, ἀλλὰ τρόπῳ εὐσεβείας ἐδρᾶτο τὰ δεινά, ἐπὶ προσχήματι ἁγιαστείας μιαιφονίαι ἐτελοῦντο. *

* ἐν ἄλ. ἐθελ-μιῶν.

Θεοδωρήτου.] δείκνυσιν ὡς εἰδωλολατροῦντες, οὐδὲ τῶν τέκνων ἐφείδοντο, καθά φησι καὶ Δαυίδ, καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαίμοσιν, καὶ ἐξέχεον αἷμα ἀθῷον, καὶ τὰ ἑπόμενα.

E

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐδεὶς τόπος ἦν καθαρὸς τούτων τῶν τολμημάτων, καὶ τὸ πάντων χαλεπώτερον, μετὰ ταῦτα πάντα φησίν, εἶπας, ὅτι ἀθῷός εἰμι.

Βίκτορος.] πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις μιάσμασι τοῖς τῶν δυσιδαιμόνων, οἷον ἄλσεσιν ὑψηλοῖς Βάαλ, καὶ τοῖς ὁμοίοις, ἔτι καὶ τρυμαλιὰς ἐπετήδευσαν, καὶ ὀρύγματα, σεβάσματος τρόπῳ, ὡς ἐν τοῖς ἀπὸ Ἰησοῦ

Vers. 33. *QVOD adhuc bonum adinuenies in viis tuis ad quærendam dilectionem?* 4

Victoris Presbyteri.] *Dilectio ex instituto piæ vitæ oritur. Quid igitur tale vobis inest, & diligam vos. (Non sic. Sed & tu malignata es, &c.)* Vict. Presb. *Dei amorem rectâ vitæ ratione nobis conciliamus.*

Olympiodori.] *Animus à vero Deo recedens cum sine Deo viuere non possit, Deos sibi, qui non sunt, fingit, hoc petens solatium. Igitur non ita inquit. Id est fieri non potest, vt ex falsis Diis animæ sit solatium.* Olympiod. *Sine Deo viuere nemo potest.*

* Chrysostomi.] *Hoc est, quid feceris, & peccata tua delere poteris, teque puram ostendes, vt amore meo digna efficiaris. (Non sic.) Hoc est: neque si multa præstiteris multitudinem iniquitatum abluere poteris.* Chrysost.

Vers. 34. *(Sed & tu malignata es polluendo vias tuas: & in manibus tuis inuenti sunt sanguines, &c.)* 5

Chrysostomi.] *Id est, Hoc tibi fuit studium quasi enitenti, & curanti vt immunda fieres. Hoc animo fecisti omnia. Hoc igitur erat illi studium. Quid tale tu de ipsa? Qamquã relictis cæteris omnibus? vide quid ponat; in manibus tuis inuenti sunt sanguines animarum innocentium. (Non in fossis inueni eos, &c.)* Chrysost. *Impiorũ studium omne in iniquitatem.*

Theodoriti.] *Hoc est, immundus effici omni contentione studebas. Non enim clam, & in speluncis, sed in editioribus locis supra quercus, id est, veluti murorum fractores latenter faciunt. Sed ac si piè palam impiè agens ac veluti nullius criminis rea meam velles irã sedare. Quod accusantis est Deum, veluti non iustè punientẽ. Atqui, delictorum sensu non affici, nullam quoque in iudicio meretur veniam. (Non in fossis inueni eos.)* Theodorit. *Impœnitens veniam non meretur.*

Chrysost.] *Hoc & Ezechiel ait:*[a] *Hoc tuam omnem superat nequitiam, quòd filios mactarent, & naturam sibi inimicã redderent. Nec dico, quòd dæmonibus; sed cũ nihil haberent de quo quærerẽtur. Quódque grauius est, quòd non clanculum, nec prædonũ more, sed pietatis specie crudelia hæc patrabãtur sub prætextu sanctitatis homicidia fiebãt.* Chrysost. a Ezech. 16. 20.

Theodoriti.] *Ostendit eos idololatriæ deditos, nec filiis pepercisse, vt ait & Dauid,*[b] *immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonibus, & effuderunt sanguinem innocentem & reliqua.* Theodorit. b Ps. 105. 37.

Eiusdem.] *Nullus locus hisce ausis pollutus non erat, & quod deterius est, post hæc omnia ait, dixisti, innocens ego sum.*

Victoris.] *Ad alias enim superstitiosorum impuritates, veluti saltus excelsos Baal, & similia, adhuc & foramina fossasque religionis ritu adaptarunt, sicut perquirenti ab Iesu tem* Vict. Presb.

ἰησῦ, ἕως τ̃ χρόνων τ̃ βασιλέων μετ̃ τ̃ῦ κριτὰς ἐστὶν εὑρεῖν συζητῆσαι.

Ὀλυμπιοδώρυ.] ὐ δὲ λάθρα. φησὶν, ἀλλ' ἐφ' ὑψηλῦ, τυτέστιν φανερῶς ἁμαρτάνυσιν.

A su temporibus vsque ad Reges post Iudices licet adinuenire.

Olympiodori.] *Non clam, inquit, sed in sublimi, id est, in oculis omnium delinquunt.*

Vers. 37.] Et dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum, & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccaui.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1
a Et dixisti absque peccato, & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me.

CÆTERVM [a] cùm tot inquinatus sanguinibus, totque irretitus sceleribus aliqua saltem pœnitentiæ signa exhibere debuisses: Tu insuper superbiâ maximâ dicere hæc ausus es: Cum nec peccatum admiserim, & innocens sim, immeritò certe me vexas; propterea, si iustus es, auerte furorem tuum à me, auerte & flagella, quibus me tuo arguis furore. Quin tandem vnà cum superbia istiusmodi & eò deuenisti insensibilitatis, atque stultitiæ, vt dixeris.

2
b Quia valde fui, & sum innocens: verè auersus est furor eius à me.

Valde [b] innocens sum: vere quieuit furor Dei à me: ipsa nimirum, quæ aliquando adeo molesta tibi extitere, vt iniusta ea proclamare non ambigeres, iam nec percipiens flagella.

3

Ob idque & arguentis respuens Prophetæ monita, & dicens, Verè auersus est furor Dei à me innocens sum: quid iam amplius, & toties à te arguor?

1
c Ecce ego iudicio contendam tecū eò quod dixeris, Non peccaui.

At [c] ecce pro hoc ipso, quod superbissime, & falsissimè asseris, iniuste te meo affligi furore, cū non peccaueris, tecum in iudicium deuenire volo, vt veritas ipsa rei huius omnibus fiat perspicua.

2
d Ecce ego iudicabo te, &c.

Daboque [d] operam, vt indignationis meæ nedum Deus appareas, sed & eam sentias, quam ob insensibilitatem verè à te ais auersam; Iudicabo siquidem te ob idipsum quòd impiè protulisti, Non peccaui, iisue quæ mereris, conteram flagellis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

2

ET dixisti, *Absque peccato, &c.*) Circa lectionum varietatem Notandum primo, pro eo quod Vulgata habet, (*Absque peccato & innocens ego sum,*) in textu Hebraico esse vnicum tantum verbum נקיתי *nikkethi*, quod est prima persona præteriti, vel coniugationis actiuæ. Quam appellant Pinghel, in qua efficaciùs id exprimitur, quod simplicius alia item actiuâ dicitur coniugatione, quam nuncupant Kal. I. lenis vt optime verti queat, (*Et dixisti, quòd valde fueris munda & innocens.*) Vel coniugationis passiuæ, quam dicunt Niphngal, vt non incongruè sic eadem reddas. (*Et dixisti, quia innocens facta sum.*) Interpretes tamen vniuersi pro tempore præsenti, & actiuæ coniugationis id sumpsère, vnde Sept. legunt καὶ εἶπας ἀθῶος εἰμὶ, (*Et dixisti, innocens sum.*) Ex Hebr. Regia, & Pagninus, (*& dixisti, quia innocens.*) Vatab. (*Et dicis innocens.*) Isidorus Clarius, extrema versus præcedentis cum his iungens, legit. (*Quin super omnibus his etiam dixisti,*) id est non obstantibus his, dixisti, (*innocens sum.*) Notandum secundo: Hebraicè pro his, (*Propterea auersatur furor tuus à me*) haberi אך שב אפו ממני *abh sciab appo mimmenni*, in quibus prima dictio אך *abh* præter alios significatus significat sed, & & profectò, ac verè, secunda autem vox שב *sciab*, & tertia persona masculini generis præteriti temporis: Adeo vt optimè ad verbum sic ea reddas, (*Profectò*, seu *vere auertit furorem suum à me.*) Vel propriùs, (*Verè quieuit furor eius à me.*) Noster interpres pro imperatiuo id verbum accepit, secutus Sept. qui ita hæc vertère, (*Sed auertatur furor eius à me.*) Secus recentiores, Pagninus enim, & Regia, (*Vere auersus est nasus, seu furor eius à me.*) Idem enim nomen apud Hebræos & nasum, & furorem significat. Sic & Vatablus in Annotationibus, (*Certè auersus est furor eius à me:*) Quamquam in suæ versionis textu legat, (*Dumtaxat recedat furor eius à me.*)

Habet autem in tota hac oratione magnam vim quæ in principio posita est dictio (*Et,*) significans etiam, sed, insuper, ac si dicatur, cum hæc ita se habeant, vt exposita sunt.). Ausa es insuper dicere, &c. Plures autem hæc ipsa sententia habere potest sensus, Primum lectionis Vulgatæ, secundum quem duo simul Iudaico populo & grauissima exprobrat, crimina, alterum, quòd se innocentem asserere audeat innocentum sanguine inquinatus: alterum, quòd iniustè ab ipso affligatur, qui pœnas minimè mereatur, id namque imperatiua significat locutio, & æquè est ac si dicatur, tot irretitus sceleribus cum erubescere, & te eorum pœnitere æquum fuisset, tu superbia potiùs maxima dixisti, Cum nec peccatum admiserim, & innocens sim, immeritò me vexas: propterea si iustum te profiteri velis auerte flagella tua à me tui furoris indicia. Et hic sensus magis mihi placet, quàm, quòd deprecatiue hæc à populo dicta sint orante iuxta morem, quem credere se inquit Gaspar Sanctius, fuisse inter Hebræos, vt in precando suam innocentiam, aut in Deum merita proponerent. *Quod, ait, sæpe fecit Dauid in Psalmis vt Psalm.* 131.[e] *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, & Ezechias Rex, Isai.* 38.[f] *obsecro Domine memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Secundum quam consuetudinem & Pharisæus Luc.* 18. *orat. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo.*

1
1. Sensus. *Peccatum consuetudinarij iniustè se à Deo vexari asserere non erubescunt.*
Gasp. Sanct. *In orationibus suis commemorare propriam innocentiam, & merita Iudæorum antiquitus extitisse morem.*
e Psa. 131. 1.
f Isa. 38. 3.
g Luc. 18. 11.

Secundo autem sensu & de superbia idem populus arguitur, & de insensibilitate quàm maxima, quippe qui se magnopere asserat & esse, & extitisse innocentem, ac mundum; & eò deuenerit insensibilitatis, vt nec misericordiam, nec flagella perceperit Dei; ac si, iuxta Hebr. lectionem dicatur, insuper eò miser deuenisti, vt diceres, Valde innocens sum, verè quieuit furor Dei à me, mea non sentiens flagella.

3
2. Sensus. *Insensibilitas quāta superbo in peccatore.*

Vel tertio sensu, insuper dixisti verè auersus est furor Dei à me, innocens sum, quid iam toties à te arguor Propheta? 3. Sensus.

(*Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris non peccaui.*) Sept. ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ λέγειν σε οὐχ ἥμαρτον, iuxta versionem Codicis Vaticani, (*Ecce ego iudicio contendo tecum, in dicendo te, non peccaui,*) iuxta versionem Complutensis & Regiæ, (*Ecce ego litigo tecum in eo quod dicis tu, Non peccaui.*) In textu Hebraico, pro (*iudicio contendam tecum*) נשפט אותך *nispatb othach*, verbum passiuum, seu potius participium præsens, quod propriè

propriè vertas, (*Ecce ego diiudicor, seu in iudicium egredior tecum*, aut, *diiudico me tecum*;) Sic Regia (*Ecce contendens tecum*, vel *paratus sum contendere tecum*.) Quamquam alio sensu transitiuè sumentes idem verbum & Sanctes-Pagninus vertat, (*Ecce ego iudico te, eo quòd dicis, Non peccaui*,) eodemque modo & Vatablus in suæ versionis textu.

1. Sensus. Iniustitia se argui Deus ferre nequit.

Duplex igitur istorum potest esse sensus, Primus, quo Dominus ab illata in præcedentibus verbis, iuxta primum eorum sensum, se tueri indicat iniustitiæ calumnia, Ac si dicat, cum necessariò auertendum à te asseras furorem meum, atque vt iustitiam ex tua habens parte mandes, vt meam à te auertam indignationem, eiusque effectus iniustè tibi exhibitos, qui, vt asseris absque peccato es innocens; Ecce pro hoc ipso, quod superbissimè, & falsissimè dicis, Non peccaui, tecum diiudicari volo, iudicioque vt ipsa manifesta fiat omnibus rei huius veritas, contendam. Quæ sunt iis similia, quibus hoc cap. 2. vers. 5. dixit, *Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis*, &c. vers. 9. *Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, & cum filiis vestris disceptabo.* Vide ibi plura, quæ hic dicenda essent.

2. Sensus. Ob insensibilitatem grauius Deus castigat peccatorem.

Altero verò sensu, ad id per hæc respondet Dominus, quod Iudaicus populus exinde comprobauit, se absque peccato esse, & innocentem, quòd verè auersus ab ipso sit eius furor. Ac si dicat, faciam certè, vt meum sentias furorem: Atque ob istud ipsum quod impiè protulisti, Non peccaui, in iudicio tecum contendam: iudicabo, iisque quas mereris, conteram pœnis.

Vers. 35.] Et dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

VIDE quæ dicta sunt in literæ expositione. Vide & expositionem moralem, vers. 23. *Quomodo dicis non sum polluta*, &c.

(*Ecce ego iudicio contendam tecum*, &c.) Vide expositionem moralem, vers. 5. *Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis*, &c.

Appendicem Patrum vide post expositionem secundam, vers. 36.

Vers. 36.] Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas: & ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

Vers. 37.] Nam & ab ista egrediêris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1
a Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Et ab Aegypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

PROFECTO [a] *ob hoc quod istiusmodi superbia iterare sic libet vias, vt denuò te sine peccato esse asserueris, adeo vilis effectus es, adeoque magnâ deiectus es abiectione, vt explicari id minimè queat: nam & apud vniuersas Orbis terrarum nationes confusione repleberis.*

2
b Quia contemp-

Teque [b] *iam Gentes contemnent omnes, vel etiam illæ, in quibus magis confidere es consueta, Ægyptij, atque Assyrij, quia tuas scelerum iterans vias in id peruerneris peruersitatis, atque elationis, vt & peccata tua pro nihilo habueris, & bene consulentium monita summo habueris contemptui.*

psisti valde iterãdo, &c.

3
c Cur discurris valde ad mutandã viã tuam? & ab Aegypto, &c.

Meritò [c] *autem & ob id confundêris, quòd cum quietus in me Deo tuo confidens persistere debuisses, perpetua nihilominus inquietudine huc illucve discurris, iterans vias tuas, modo ad Assyrios contra Ægyptios, modo ad Ægyptium contra Assur. Sanè sicut confusionem reuexisti ab Assur, tum quia totam decem tribuum maximam illam tui partem è medio tulit, tum quia & ille à Chaldæis ita est subactus, vt nec sibimet opem ferre quiuerit: pari ratione confundêris & ab Ægypto, quando illam iidem subigent Chaldæi.*

B

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVAM *vilis*, &c. Ex ambiguitate vnius Hebraici verbi תזלי *thezli*, quod est tertia persona fœminini generis futuri, & à duabus deriuari potest verbis, vel à 1
C זול *zul* vilescere, vilipendere, spernere, atque contemnere: vel ab אזל *azal*, ambulare, abire, discurrere, ac recedere, factum est, vt diuersissimæ præsentis sententiæ sint & lectiones, & sensus. Noster interpres id sumpsit à primo verbo deriuatum, ac futurum pro præterito positum censuit, imitatus in vtroque Sept. Quamquam iidem Sept. idipsum verbum valde diuerso reddiderint sensu, sic quippe hæc vertêre, ὅτι κατεφρόνησας σφόδρα τοῦ δευτερῶσαι τὰς ὁδούς σου, (*Quia contempsisti valde iterando vias tuas*,) seu iuxta Latinã quæ est in Regia, (*Quia despexisti vehementer, vt iterares vias tuas.*) Hebræi è vestigio, & qui
D eos sequuntur, recentiores interpretes à secundo id deducentes verbo, ita hæc interpretantur Pagninus, (*Cur discurris valde ita repetendo viam tuã?*) Regia, (*Curabibis valde ad mutandam viam tuam.*) Isidorus, (*Et quid tam crebrò discurris vias tuas.*) Vatablus. (*Cur toties mutas itinera, huc, illucve discurrens.*)

2
1. Sensus. Superbia peccatoris retunditur cùm illi eius proponitur vilitas.

Triplex itaque eorum, quæ dicuntur potest esse sensus. Primus nostræ vulgatæ lectionis, secundum quem retunditur superbia Iudaici populi: Cum enim in præcedenti versu duo ab il-
E lo patrata fuissent scelera, eaque maxima, & summæ videlicet superbiæ, qua se absque peccato ac innocentem esse asseruit; & illationis calumnia in Deum, quòd iniuste ab eo castigaretur. Sicut de hoc secundo redargutus per ea est, (*Ecce ego iudicio contendam tecum*, &c.) Ita de primo nunc reprehenditur, quòd tantum abest, vt absque peccato se asserere queat & innocentem, vt per hoc ipsum, quòd suas huiuscemodi superbiæ iteret vias, iterum nimirum hic repetens, quod & supra in vers. 23. dixerat, *Non sum polluta, post Baalim non ambulaui*, adeo vilis, adeoque
F magnâ deiectus sit abiectione, vt explicari id minimè queat, ita vt propterea etiam extrinsecus apud vniuersas Gentes confusione replendus sit, quod subsequentia indicant verba. (*Et ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.*) in quibus duæ illæ præcipuæ recensentur Gentes, in quibus potissimùm is confidebat, & ad quas pro auxiliis confugiebat, cuius rei sæpius in hoc capite reprehensus fuit.

3
2. Sensus. Superbia in peccatore ... ficit, ...

Eiusdem pariter superbiæ idem per hæc arguitur populus iuxta versionem Sept. quòd videlicet suas scelerum iterans vias in id peruenerit peruersitatis, atque elationis, vt & peccata ipsa

peccata, & monita contemnant.

ipsa sua pro nihilo habuerit, & bene sibi consulentium monita summo habuerit contemptui, adeoque eum confusione in vniuerso terrarum Orbe replendum. Quæ clariùs de impio in genere præclarè asseruit & Salomon, dicens, [a] *Impius cum in profundum venerit peccatorum*(quod certè tunc est, quando & ad summum deuenit superbiæ culmen) *contemnit. Sed sequitur eum ignominia & opprobrium.*

a Prou.18.3.

3.Sensus. *A Dei fiducia recedentes ad humanā opē, arguuntur.*

Cæterùm iuxta recentiorum versiones ex Hebræo, eiusdem rei tertio idem arguitur populus, cuius & supra iterum, iterumque reprehensus fuit, tum in vers.18. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti*, &c. tum in vers.25. *Prohibe pedem tuum*, &c. & est sensus. Quid adhuc est, quod cùm in me vno confidens quietus persistere possis, iugi nihilominus inquietudine huc, illúcve discurris, iterans vias tuas, proque auxiliis modo ad Ægyptios aduersùs Assyrios confugiens, modo ad Assyrios contra Ægyptios.

4 *Ab Assur quando confusi reuera fuerint Iudæi.*

(*Et ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur,*) Difficultas non exigua in postremis est verbis hisce, (*sicut confusa es ab Assur:*) confundendum enim Iudaicum populum à fiducia, & confugio in Ægyptum ipse probauit euentus, quem descripsit Ieremias ipse infra in cap. 43. Circa quam difficultatem alij alia dicunt, id nimirum contigisse vel tempore Achaz, de quo 4.Reg.16. quando misit nuncios ad Theglathphalasar Regem Assyriorum, dicens, [b] *Seruus tuus, & filius tuus ego sum, ascende, & saluum me fac de manu Regis Syriæ, & de manu Regis Israel, qui consurrexerunt aduersùm me.* Sed tunc ab Assyriorum confidentia minimè confusus is est, cùm ab illo liberatus fuerit. Quamquam pro hac sententia afferri posset in contrarium locus lib. 2. [c] Paralipom. 28. 21. *Achaz spoliata Domo Domini dedit Regi Assyriorum munera: & tamen nihil ei profuit.* Vbi eadem narratur historia. Quod tamen ne sit contrarium ei quod dicitur loco citato lib. 4. Regum referendum ad id quod postea in Regis Achaz successorum temporibus per Regem Assyriorum Iudææ factum est regno, vt notat ibi Nicolaus de Lyra, addens alteram Hebræorum expositionē. Quòd licèt per aduentum Theglathphalasar Rex Syriæ aduersarius Achaz fuerit occisus, vt dicitur lib. 4. Reg. Id tamen nihil ei profuerit Achaz: quia propter munera magna, quæ miserat Regi Assyriorum, fuit, inquiunt, depauperatus, & afflictus & Ciuitates de regno Iudæ captæ ab Idumæis, & Philisthæis, vt eo ipso cap. 28. prædictum est, non fuerunt ei per Regem Assyriorum restitutæ.

b 4.Reg.16.7.
c 2.Paralip.28.21.
Nic.de Lyra.

5 Vel tempore quo Iosias ab Ægyptio Rege interfectus dicitur 4. Reg. 23. [d] cui in gratiam Regis Chaldæorum, & Assyriorum transitum impediturus occurrit. Sed nullibi legitur, Iosiam ad Assyrios confugisse, sanctumque eum Regem in Assyriorum auxiliis spem posuisse, cuius totum cor Deo nixum dicitur eodem cap. 23. [e] lib. 4.Regum. Nec verò simile est, Ieremiam qui hæc ipso viuente Iosia, scripsit, de eo locutum esse casu, quo confusione, ac dolore Iudaicus affectus est populus, tanto Rege priuatus. Vel denique tempore Regis Manasses, de quo 2. Paralip. 33. legimus, [f] Principes Regis Assyriorum cæpisse Manassem, & vinctum catenis, atque compedibus duxisse in Babylonem, quando & alij multi Iudæorum cum suo Rege capti fuêre, non obstante amicitia, quam cum iisdem Assyriis Ezechias pater Manasses iniit, propter quam & ab Isaia reprehensus is fuit, vt videre est & 4.Reg.[g] 20.& Isaiæ 39.[h] Sed nusquam legimus, vel Ezechiam, vel Manassem ad Assyrios pro auxilio confugisse; & tametsi Ezechias reprehensus fuerit(vt asserunt) ab Isaia, ob id certè reprehensus is fuit, quòd thesauros inani gloriâ nunciis ostēderit Regis Babylonis, non quòd quidpiam ab illo petierit opis; Adde, quòd idem Ezechias rebellauit potiùs à Rege Assyriorum, vt habes 4. Reg.18. [i] eiusdemque precibus ingens illa exercitus Assyriorum per Angelum facta est clades centum octoginta quinque millium, vt scribitur 4.Reg.19.[k] Adde, quòd nuncij illi non Regis Assyriorum, sed Regis Babylonis fuêre, nempe Berodach Baladan, filij Baladan, vt dicitur eodem cap.20. [l] 4.Reg. qui Assyriorum Regnum in Babylonem transtulit, superato eorum Rege Sardanapalo. Nec obstat, quòd in præcitato loco libri secundi Paralipom. dicitur Manasses Rex Iuda captus vinctusque ductus in Babylonem à Principibus Regis Assyriorum: Nam Principes illi asseruntur quidem Regis Assyriorum, non quia tunc sub Rege essent Assyriorum, sed quia sub Rege, & pro Rege Babylonis Chaldæo militabant, cui & Assyriorum iam subiectum erat & regnum.

d 4.Reg.23.29.
e 4.Reg.23.25.
f 2.Par.33.11.
g 4.Reg.20.13.
h Isai.39.2.
i 4.Reg.18.7.
k 4.Reg.19.35.
l 4.Reg.20.12.

6 Sensus Auct.

Ipse, vt dicam quod sentio pro allatæ difficultatis solutione, duobus modis intelligendum crediderim, quod dicitur, (*Sicut confusa es ab Assur,*) Primò, ac si dicatur, Sicut à fiducia, qua ad Assyrios confugere consueueras, ingenti excidisti confusione: vt generaliter de consueta illa fiducia sermo sit: quæ tunc omnino confusa est, cùm (vt iam dixi) Assyriorum regnum defecit in Chaldæos translatum: sicque par erit eiusdem populi confusio ab Ægypto, quam minatur ei Dominus, & confusio ab Assur, ambobus Regibus, & Ægypti & Assyriæ à Chaldæis debellatis. Secundò dici non incongruè posset, alludi hîc ad confusionem illam magnam, quæ toti Iudaico populo obuenit ab Assyriis, vniuersam eius partem, quæ decem illius continebat tribus, in captiuitatem ducentibus, penitusque è Iudææ terra delentibus, vt legimus 4. Reg. 16. iuxta quam per Sanctos Prophetas Deus comminatus & Iudæ erat, dicens, *Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel*, &c.

Vers.37. PARAPHRASIS LITERÆ.

NAM [m] & ab ista terra tua in captiuitatem ducta egredêris; & cùm in exiguis tuis reliquiis in Ægyptum fugeris, etiam ab ista egredêris Ægypto, simulque ab inani omni tua excides spe, & ab omni vana egredêris fiducia in aliis, vel in temet, atque in meritis tuis, Siquidem instar confusæ & eiulantis mulieris in captiuitatem egressa manibus super tuum complicatis caput, recidentibus sceleribus ipsis tuis super idemmet caput tuum: [n] intelliges quoniam is qui tecum in iudicium deuenit Deus exactissimè tuis omnibus examinatis rationibus, illisque omnibus penitus dilutis, & quasi tota earum syngraphâ minutissimè obtritâ, confidentias tuas vniuersas ita repulit, vt penitus à causa excideris, & [o] futurum sit, vt iam amplius nil tibi prosperè succedat, vel etiam ab externis auxiliis, atque præsidiis, iis omnibus ab eo obtritis, cùm maximè ea abominetur. Teque & reprobatum iudicabit, atque damnabit ob tuas ipsas friuolas hasce confidentias, ita vt nil ex illis reuecturus sis prosperi.

m *Nā & ab ista, (seu, hinc,) egredieris: & manus tua erit super caput tuum.*
n *Quoniā obtriuit Dominus, (seu repulit) confidentiam, (seu confidentias tuas,) & nihil habebis prosperum.*
o *Quoniā reprobauit Dominus te ob confidentias tuas, & non prosperaberis in eis.*

Vers.

Verſ. 37. EXPOSITIO LITERÆ.

7 1 Senſus. NAM & ab iſta, &c.) Addita hæc ſunt in prædictorum confirmationem. Tripliciter autem id intelligi poteſt, quod dicitur, (Ab iſta,) primò, ab iſta Ægypto, de qua dicebatur, (& ab Ægypto confunderis:) nam reuera vt patet ex cap. 43. Ieremiæ, & exiguæ Iudæorum reliquiæ, quæ poſt Ieroſolymæ euerſionem in Ægyptum confugerant, exinde egredi compulſæ ſunt à Chaldæis in captiuitatem. Secundò, (2 Senſus.) Ab iſta terra tua, in qua ſcilicet externis auxiliis nixa ita degis ſecura, vt audacter dixeris, *Auerſus eſt furor Dei à me*, egredieris in captiuitatem. Cui ſenſui fauere videtur verſio Sept. quæ habet ὅτι καὶ ἐντεῦθεν ἐξελεύσῃ. (*Quia & hinc egredieris.*) prout etiam ex Hebraic. vertêre & Regia, & Pagninus, & Vatablus, (*etiam hinc egredieris*, ſeu, *Hinc etiam demigrabis.*) Tertiò, Ab iſta ſcilicet, ſpe (3 Senſus.) tua in Ægypto egredieris confuſa, excideſque & mœrens, quod magis conſonat iis quæ ſubſequuntur (*& manus tuæ erunt ſuper caput tuum, quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam.*) Confuſa nimirum, & mœrens in captiuitatem ducta, nullo tibi opem ferre valente, quam confuſionem & mœrorem conſueto Dominus exprimit geſtu mulierum flentium, ac pudore affectarum, quæ manibus ſuper caput complicatis gradiuntur, prout de Thamar 2. lib. Regum dicitur,[a] *Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans.* Quamquam & admodum probabiliter manuum nomen hîc vt tranſlatè poſitum accipi queat, pro operibus, atque peccatis, Ac ſi dicatur, Et peccata tua recident in caput tuum, quem ſenſum apertè ſequitur Paraphraſis Chaldaica ſic iſta explicans. (*Et confuſio peccati tui ſuper caput tuum:*) congruitque perpulchrè cum præcedentibus iis, (Ecce ego iudicio contendam tecum) ſeu ſecundùm aliam lectionem, (*Ecce ego iudicabo,*) id eſt damnabo (te, eo quod dixeris, *Non peccaui. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas:*) prauaque ſcelerum tuorum ſtudia. Quorum peſſimum inanis eſt in propriis meritis confidentia. Vnde bene illico adiicitur.

Manus ſuper caput geſtus mœroris, & confuſionis.

a 2. Reg. 13. 19.

Peccata in caput peccatoris recidũt.

8 1 Senſus. (*Quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis proſperum,*) quæ ſi ad forenſe illud referas iudicium, de quo in præcitatis verbis verſ. 35. *Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, Non peccaui.* Aptè per hæc ſignificabitur, Dominum in eo iudicio ita omnes innocentiæ Iudaici populi vanas diluiſſe rationes, propter quas adeo in ſemet, ſuiſque confidebat in meritis: ac ſi in minutiſſimas particulas chartam obtriuiſſet, earum quæ à cauſarum patronis in iudicium deferri ſolent, quaſue vulgò vel conſilia appellare ſolent, vel allegantias, vel magis vulgari nomine informationes iuris, & facti. Dici etiam poſſet, per verbum (*obtriuit,*) exactiſſimum ſignificari earumdem rationum examen in eodem iudicio factum, cùm illarum dilutione quod egregiè nos Italico idiomate diceremus, *Hà ſminuzzato le ragg[i]oni della tua fidanza.* Vnde bene ſequitur, (*Et nihil habebis proſperi,*) id eſt Excides à cauſa.

Meritorũ propriorum confidentiã in iudicio quàm exactè diluet Deus. Simile.

9 2 Senſus. Meliùs tamen confidentiæ vocabulo humana omnis hîc deſignata ſumetur fiducia, nedum ſcilicet, quam Iudaicus populus in propriis (vt dictum eſt) habebat meritis: Sed, & quam habebat in Gentibus, ac præſertim in Ægyptiis, Necnon & in falſis Diis, atque etiam ipſa externarum

Confidere in aliis quàm in Deo, quàm [d]amnum.

A gentium præſidia, auxiliareſque copiæ. Simpliciter quidem hæc reddidère Sept. legentes. (*Quoniam repulit Dominus ſpem tuam, & non proſperaberis in ea.* At Hebræa magis ad rem noſtram. Pro (*repulit,*) ſeu, vt eſt in Vulgata, (*obtriuit*) habent verbum מאס *maas*, (*reprobauit, abiecit, ſeu contempſit, aut flocci fecit:*) Et pro (*confidentiam*, ſeu *ſpem tuam*) habent במבטחיך *bemibthahaich.* Circa quam vocem duplex inter interpretes eſt diſcrepantia, quibuſdam illam vt pluralis numeri eam ſumentibus, aliis verò vt numeri ſingularis: literamque primam beth aliquibus accipientibus B vt poſitam pro præpoſitione. *In*, ſeu *ob*, aliis verò eandem ſumentibus vt ſignum dumtaxat caſus, cum quo præcedens conſtruatur verbum: Sic Pagninus hæc vertit, (*Repulit Dominus confidentias tuas:*) Et Regia, (*Quia reprobauit Dominus inconfidentias tuas, & non proſperaberis eis*, ſeu *in eis.*) Iſidorus, (*Quoniam abhominatus eſt Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis proſperum in eis.*) (Vatablus, (*Quia ſpreuit Dominus præſidia tua, neque tibi ab eis proſperè cedet.*) In theſauro Pagninus, (*Quia abiecit Dominus te propter fiducias tuas.*)

Secundùm quam vltimam lectionem peroptimus eſt locus iſte ad confirmandum id, quod di- 10
C ctum retulimus, (*Ecce ego iudicabo te eo quòd dixeris, Non peccaui.*) Tota enim ratio, ob quam Peccatorem Deus abhominatur, vtque contemptibilem à ſe repellit, & extremâ damnat ſententiâ, hæc vna eſt, quòd ille in ſemet confidit, & in propriis meritis, præque iſtiuſmodi confidentiis ſuperbè intra ſemetipſum, vel etiam externis coram Deo vocibus iuſtum ſe aſſerit, ac innocentem, dicens, Non peccaui: Quid autem mirum, ſi nihil eidem vel etiam in hac vita proſperè ſuccedat: quandoquidem teſte Salomone ipſa
D proſperitas [b] ſtultorum perdet illos. Ideo ad illos, qui in ſe confidebant Ieſus in Euangelio [c] eam ſuperbi Phariſæi retulit parabolam, qui orans in templo dicebat, *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, adulteri, &c. Ieiuno bis in Sabbato, &c.* quem & à Deo reprobatum ſignificauit.

Damnationis extremæ cauſa potiſſima eſt ſuperbia, & cõfidentia in meritis propriis.

b Prou. 1. 32. c Luc 18. 10.

Quantùm autem abominetur Dominus & 11 inanem in humanis præſidiis confidentiam fidelis præſertim populi ſui, præ omnibus interpretibus à noſtro expreſſum eſt, verbo (*obtriuit,*) Quo ſignificatur, Deum nedum ipſa eorum frangere præſidia, quibus iidem nitebantur; ſed, ne vlla re-
E liqua iiſdem ſit in illis ſpes, quaſi quæ inſtar confracti baculi funibus iterum colligari, & roborari queat, in minutiſſima quodammodo ea obterit fruſta, quæ nec vniri ampliùs poſſint. Adeoque in hoc quodammodo etiam ſe habere inſtar illius, qui cùm aliquid ſibi proponitur, quod maximæ habeat abominationi, præ indignatione tandem id arreptum minutiſſimè obterit, longiuſque & reiicit.

Confidentiam in hominibus quàm abominetur, & quomodo conterat Deus. Simile.

Verſ. 36.] Quàm vilis facta es nimis, &c. Et
F ab Ægypto.

Verſ. 37.] Nam & ab iſta egredièris, &c. Quia obtriuit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

EXPLICAT quidem in his Dominus vnde ingens peccatori proueniat vilitas, nempe ex recidiuatione, & praua in pec- 12
catis

Recidiuatio in peccata eſt cauſa miſeriæ maxima peccatoris.

catis consuetudine: Haud tamen explicitè declarat, qualis ista sit eius vilitas. Apud Isaiam tamen egregiè vtrumque ab eodem explicatum reperio.

Vilitas peccatoris quanta, & vnde.

Vilitas ea est, qua maior & demissior esse nequit. Quid enim inferno demissius? Ecquæ vilior excogitari potest abiectio, & ignominia, quàm & inferni potestatibus deuenisse delusionem, [a] *Humiliata es vsque ad inferos:* Si rationem nosse velis, audi, *In multitudine via tuæ laborasti, non dixisti quiescam.* Labores subiisti maximos iterans vias tuas, vt pessima scelerum tuorum studia promoueres, in iisque maiores in dies faceres progressus. Nec vnquam tantorum laborum difficultate oppressa, à prauis tuis itineribus desistere fuit animus.

a Isai. 57. 9.

VVLGATÆ.

Verſ. 35.] Et dixisti: Absque peccato, &c. Ecce ego iudicio, &c.

Verſ. 36.] Quàm vilis facta es nimis, &c. Et ab Ægypto, &c.

Verſ. 37.] Nam & ab ista egrediêris, &c. Quia obtriuit, &c.

SEPTVAGINTA.

35. Καὶ εἶπας, ἀθῷος εἰμὶ, ἀλλὰ ἀποστραφήτω ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ λέγειν σε, οὐχ ἥμαρτον.

36. Ὅτι κατεφρόνησας σφόδρα τοῦ δευτερῶσαι τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου καταισχυνθήσῃ, καθὼς κατῃσχύνθης ἀπὸ Ἀσσοὺρ.

37. Ὅτι καὶ ἐντεῦθεν ἐξελεύσῃ, καὶ αἱ χεῖρές σου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σου, ὅτι ἀπώσατο Κύριος τὴν ἐλπίδα σου, καὶ οὐκ εὐοδωθήσῃ ἐν αὐτῇ.

Verſ. 35.] Et dixisti innocens sum: sed auertatur furor eius à me. Ecce ego iudicio contendo tecum, in dicendo te, non peccaui.

Verſ. 36.] Quia contempsisti valde, iterando vias tuas. Et ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

Verſ. 37.] Quia & hinc egrediêris, & manus tuæ super caput tuum: quoniam repulit Dominus spem tuam: & non prosperaberis in ea.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixisti quoniam innocens sum, verumtamen auersus est furor eius à me. Ecce ego faciam tecum vltionem iudicij, eo, quod dixisti non peccaui.* Vers. 36. *Quare tu contemplaris admodum ad corrumpendam viam tuam? etiam ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.* Vers. 37. *Etiam ex hoc egrediêris: & confusio peccati tui super caput tuum: quia procul submouit Dominus fiduciam tuam, & non prosperaberis in eis.*

Vers. 35.

(*Et dixisti: absque peccato*, &c. Hieronymus in Comment. *His vtendum est aduersus eos, qui nolunt sua peccata cognoscere: Sed in tempore angustia dicunt, se iniustè sustinere, quæ sustinent: magisque prouocant iram Dei, dum alterum, maiusque peccatum sit, non lugere quod fecerint: sed vanas excusationes obtendere peccatorum. (Iudicio,* inquit, *contendam tecum pro eo, quod dixeris, non peccaui:) quasi maius quippiam sit hoc peccatum, aliud habere in conscientia, aliud sermone proferre.*

Hieronym. Iniustè à Deo se castigari asserens peccator quanti delinquat.

Theodoritus in Comment. *Impudentes cùm essent, & execrandi, quæ palam commiserãt pernegabant. (Dixisti enim ait, Innocens sum: Idcirco auertatur à me indignatio tua.) Quare subiungit: (Ecce ego iudicio contendam tecum, quia* &c. *Non dicit, (Iudicabo te: sed contendam tecum iudicio:) ac si diceret, Iudiciali more disceptabo, & te mentientem, & impudenter denegantem, conuincam.*

Theodorit. Peccatum denegare quàm Deo displiceat. Peccatum Deus conuicit.

Vers. 36.

(*Quàm vilis*, &c.) Eligius Nouiocomensis Episcopus homil. 8. de filio prodigo Tom. 2. Bibliot. Vet. Patrum, contra Recidiuantes hæc dicta sumens, *Lauatur*, inquit, *& non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit: & post lacrymas ea quæ fleuerat, repetit. Sic animam pœnitentem, atque iterum delinquentem sermo diuinus increpat dicens, Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas.)*

Eligius. Contra Recidiuantes.

Ad eamdem recidiuationem peccatorum refert hæc & D. Thomas in Comment.

D. Thom. Impudentia comes peccati.

Theodoritus in Comment. ita hæc legit. (*Quia leue admodum putasti, si iterares vias tuas. Nam impudentia,* inquit *valde conuenit iniquitati.*

Theodorit.

(*Et ab Ægypto confundêris sicut*, &c.) Hieronymus. *Vt Ægyptiorum impetum declinarent confugiebant ad Assyrios: quorum cassum fuit præsidium: victos enim eos ab Ægyptis legimus. Rursum vt iram Assyrij fugerent, Ægyptiorum adiutorio vtebantur, quos ab Assyriis superatos narrat historia.* Similia & Theodoritus & D. Thomas in Comment. Quod autem dicitur, (*Sicut confusa es ab Assur*,) refert D. Thomas ad id, quod habetur 4. Reg. 16. quando Achaz Rex Iuda Assyriorum auxilium quæsiuit contra decem tribus, & Syrios.

Hieronym.

Vers. 37.

3 (*Et ab ista egrediêris*, &c.) Hieronymus in Comment. *Et ab ista Ægypto egrediêris, sicut egressa es ab Assyriis, lugebisque te frustra ab Ægyptis expectasse præsidium.* Manus super caput gestum esse fugientium probat ex historia Thamar. 2. Regum. 13.

Hieronym.

(*Quoniam contriuit Dominus*, &c.) Hieronymus in Comment. *Increpantur, quòd omissa spe in Dominum, hominum vtuntur auxilio: quod omne contritum est, & ita subuersum, vt nil in eo vtilitatis valeant reperire.*

Hieron. Contra confidentes in hominibus.

Saluianus Massiliensis Episcopus lib. 7. de vero Dei iudicio, & prouidentia pag. 68. *Venit super exercitum nostrum illud Propheta dictum, (Obruet Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.) Confidebamus enim in sapientia nostra; & fortitudine contra Dei mandata, dicentis,* [b] *Non glorietur Sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus.*

Saluianus. Confidentia in humanis quàm vana.

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ εἶπας ἀθῷός εἰμι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ ἀναίσχυντον τὸ περὶ τὰ ἁμαρτήματα, ὃ μάλιστα τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργὴν ἐκκαίειν δύναται, τὸ μηδὲ ἐπιγινώσκειν τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα.

Ὀλυμπιοδώρου.] δέον ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἀναισχυντεῖς ταύτας ἀρνούμενος.

[ἀλλὰ ἀποστραφήτω ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἀπ᾿ ἐμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί λέγεις, μάτην ὀργίζομαι ἢ εἰκῇ χαλεπαίνω; οὐκοῦν ἀπολογοῦμαι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ὅτι κατεφρόνησας σφόδρα.

Τοῦ αὐτοῦ.] [ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ λέγειν σε οὐχ ἥμαρτον.] ὡς εἰ μὴ τοῦτο προσέθηκας, οὐκ ἂν ἐκρίθην, ὁρᾷς ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν με καταδικάζειν * σε, καὶ καταφρονεῖν σου; σύ με κατέστησας εἰς τὴν ἀνάγκην ταύτην, σὺ τῆς δίκης αἴτιος γέγονας, σὺ τὴν κατηγορίαν ταύτην κρίνεις. ἵνα ἀπολογήσωμαι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, οὐ μακροὺς τούτους ἀποτείνεις * λόγους, καὶ οὐκ εἶπε κατηγορῶ σου ἀλλὰ κρίνομαι πρὸς σέ, ἐμαυτοῦ προΐσταμαι, ἐμαυτῷ συνδικῶ, ὥστε οὐδ᾿ ἂν ἐκρίθην, οὐ μόνον οὐκ ἂν κατηγόρησα, εἰ μὴ τοῦτο ἔλεγες, ἐπειδή με ὑπεύθυνον ἐγκλήματι βούλει ποιῆσαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰ δι᾿ ἄλλου προφήτου προστάττει λέγειν τὰς ἁμαρτίας, ἵνα δικαιωθῇ τις, λέγει * γάρ τις διὰ τῆς ἐξομολογήσεως τὸ πταῖσμα, ἄτοπος πάλιν ὁ λέγων, ἀθῷός εἰμι, ἀποστραφήτω αὐτοῦ ὁ θυμὸς ἀπ᾿ ἐμοῦ, ἐπάγει γὰρ τό, ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σέ, ἐν τῷ λέγειν σε οὐχ ἥμαρτον, πανταχοῦ δεῖ τὸν πταίσαντα θεραπεύειν τῇ ἐξομολογήσει τὸ ἁμάρτημα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι κατεφρόνησας τοῦ δευτερῶσαι τὰς ὁδούς σου.] οὐδὲ ἐπὶ τοῖς προτέροις * σε εὐθύνω τοῖς ἁμαρτήμασι, τοῖς αὐτοῖς ἐπέθου πάλιν, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἔγκλημα ἂν ἐθέμην, εἰ μὴ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρεις, οὐκ ἐκ τοῦ νικᾶσθαι πάθεσι, ἀλλ᾿ ἐκ τοῦ ῥαθυμεῖν, ὁρᾷς ὅτι οὐ τοῦτό ἐστι τὸ παροξύνον τὸν Θεὸν τὸ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ τὸ τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, καὶ καταφρονοῦντας μὴ ἐπιστρέφεσθαι, ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς τοῦτο πάλιν παροξύνειν εἴωθε.

Θεοφίλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας.] δευτέρα γὰρ ἁμαρτία, τῆς προτέρας * ἡ ἄρνησις; τῷ ἁμαρτήσαντι, τὴν ἴασιν ἀποκλείουσα.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὕτως ἐν καταφρονήσει ἔσχες, καὶ ἀφόβως πράττεις τὰ κακά, ὡς καὶ τοῖς φθάσασι ἕτερα προστιθέναι. [καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου καταισχυνθήσῃ καθὼς κατῃσχύνθης Ἀσσούρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἤτοι ἀγνωμονησάντων ἐκείνων, ἤτοι ἀσθενῶν ἀποδειχθέντων, καὶ τοῦ Πέρσου κρατήσαντος.

Βίκτορος.] τὸ δὲ τὰς χεῖρας ἔχοντες ἐπὶ κεφαλῆς, ὡς ἐπὶ θρηνούσης γυναικός, ὡς ἡ Θάμαρ μετὰ τὴν πορνείαν Ἀμών, πορνεία δὲ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ

Marg.: * [illegible] — * [illegible] — * λέγ. — * ἐκ. ἐπι-[illegible] — * ἐκ τ. [illegible] χαλε-πωτέρα.

A Vers. 35. *ET dixisti innocens sum.)*

Chrysostomi.] *In perpetrandis peccatis impudentia, quod Dei iram maximè potest irritare, non agnoscere commissa crimina.* Chrysostom. *Peccata propria non agnoscere Dei indignationē maximè prouocat.*

Olympiodori.] *Cùm opus sit confiteri scelera, tu præ impudentia negas? (Sed auertatur furor eius à me,* &c.) Olympiod.

Chrysostomi.] *Quid ais? sine causa irascor & ægrè ferò? Igitur rationem reddo, quod nimiū contempsisti. (Ecce ego iudicio contendam tecum,* Chrysost.
B *in dicendo te, non peccaui.)*

Chrysostomi.] *Hoc si non addidisses nequaquam iudicium subiissem. Vides cur ego te accusem, & condemnem? tu me ad hoc impulisti, tu iudicij causa, tu accusationis huius iudex, vt me defendam sermones hos protraho longos, & non dixit, accuso te. Sed iudicio contendo tecum, causam meam ago: mihi ipsi patrocinor. Ita nec iudicio contenderem, ne dum accusarem, ni tu hoc dixisses: quandoquidem vis me reum criminis esse.* Chrysost. *Iudiciū Dei contra se prouocat qui propria vel negat, vel excusat peccata.*

C Olympiodori.] *Si per alium Prophetam* [a] *mandat peccata confitenda, vt iustus quis euadat: soluit enim quis per confessionem delictum, absurdus qui contra dicit, (sed innocens sum.) (Auertatur furor eius à me:) nam subinfert ecce ego tecum vna iudicor, eò quòd dixeris. Non peccaui. Omnino enim decet orantem adhibita confessione curare peccatum.* Olympiod. a Isai 43.26. Secund. Sept. *Confessionis peccatorum necessitas.*

5 Chrysostomi.] Vers. 36. *(Quia contempsisti valde iterando vias tuas.) Nec de delictis prioribus te nunc accuso, eadem iterum cæpisti committere. Nec hoc tribuerem crimini, ni* Chrysost.
D *denuò iisdem dares operam. Non quòd affectibus animi vincereris, sed præ desidia. Vides, non ideo irritari Deum quòd peccetur, sed quòd in eadem quis relabatur, & aspernando non conuertatur? Quippe & nos hoc irritare solet.* *Peccandi cōsuetudine maximè Deum irritamus.*

Theophili Patriarchæ Alexandriæ.] *Secundus enim error priori peior, negatio, quæ lapso curationem excludit.* Theophili. *Negare peccatū admissū peius quam eiusdem admissio.*

Olympiodori.] *Ita contempsisti, & deposito timore agis mala, vt prioribus addideris alia. (Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.)* Olympiod.

6 Vers. 37.
E *(Quia & hinc egredièris,* &c.)

Chrysostomi.] *Vel illis iniquè se gerentibus, vel quòd illi fuerint inferiores viribus, & Persa deuicerit.* Chrysost.

Victoris Præsbyt.] *Illud verò, & manus tuæ erunt super caput tuum,) veluti de muliere plorante: sicut Thamar* [b] *post Amon stuprū, forni-* Vict. Presb. b 2. Reg. 13. 19.

ἡ εἰδωλολατρεία, τὴν ἐλπίδα τοίνυν ἣν εἶχες ἐπ' Αἴγυπτον ἀπώσατο Κύριος. A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἢ Ἀσσυρίων ἀγνωμοσύνης, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεοῦ ἐγκαταλείψεως τὸ πᾶν γέγονε, τουτέστι τὰ ἀγαθά σου, τὴν προσδοκίαν σου ἀπώσατο, ἡ ἐλπὶς αὐτῆς * Αἰγύπτιοι ἦσαν, ἀπώσατο αὐτὴν ὁ Θεὸς καὶ οὐκ εὐωδώθη, διατί; ὅτι οὐκ ἐπ' ἀσφάλειαν ἤλπισεν, ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον, ὁρᾷς πῶς τὰ πάντα ποιεῖ εἰς ἀνάγκην καθιστὰς αὐτοὺς τοῦ ἐλπίσαι ἐπ' αὐτόν, οἱ γὰρ οὐ προσεῖχον, οὐ δὲ ἐπείσθησαν.

* αὐτοῖς.

Τοῦ αὐτοῦ.] [καὶ αἱ χεῖρές σου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σου.] οὗτος γὰρ τῶν πενθούντων ὁ τρόπος ἐστίν, ὅταν ἀνήνυτα θρηνοῦσιν. B

Ὀλυμπιοδώρου.] σχῆμα τοῦτο πενθικόν. [καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου καταισχυνθήσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥσπερ πάλαι φησί, τὸν Ἀσσύριον ἐπικαλεσάμενοι, ὡς Ἄχας φαίνεται πεποιηκώς, τέλος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀσσυρίου τὰ δεινὰ πάντα πεπόνθατε, οὐ γὰρ μόνον εἷλε τὰς δέκα φυλάς, ἀλλὰ πολλὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας, τὰ αὐτά φησι, πείσῃ καὶ παρ' Αἰγυπτίων, ἵνα εἴπῃ, εἰς ἀνόητόν σοι ἔσται ἡ ἐλπὶς τῶν Αἰγυπτίων, ἐν τῷ λέγειν σε, κατάλληλος γὰρ ἡ ἀναίδεια τῇ παρανομίᾳ.

catio verò est & idololatria Ierusalem. Spem igitur quam in Aegyptum habebas repulit Dominus. — Manus super caput, gestus mulieris plorantis.

Chrysostomi.] *Non ex iniquo Aegyptiorum, vel Assyriorum animo, sed ex Deo deserente totum prouenit. hoc est bonis tuis expectatione tua te deturbauit. Spem eius Aegypti erant, hanc detrusit Deus, nec felix consecutus est finis. Propter quid? quia spes non in tuto collocata erat: maledictus* [a] *homo qui confidit in hominibus. Vides vt agat omnia quò illos adigat, vt sic in eo spem reponant. At illi non induxerunt animum, nec obtemperarunt.* — Chrysost. — a Ierem. 17.

Eiusdem.] (*Et manus tuæ super caput.*) *Hic enim est eiulantium mos, cum rem desperatam plagunt.* — Chrysost.

Olympiodori.] *Hic est lugentium gestus,* (*& ab Aegypto confunderis sicut,* &c.) — Olympiod.

Chrysostomi.] *Vt olim ait, Assyrio aduocato* (*hoc enim Achaz* [b] *fecisse dicitur*) *tandem ab ipso mala omnia perpessi estis, nec enim tantum decem tribus cæpit, sed & multas Iudeæ vrbes. Similia dicit & ab Aegyptiis perferes. Quasi diceret, spes quam super Aegyptiis fundasti, nihil tibi proderit; æque enim sibi respondent impudentia, & iniquitas.* — Chrysost. — b 4. Reg. 16. 7.

CAPVT TERTIVM.

1 VULGO dicitur: Si dimiserit vir vxorẽ suam, & recedens ab eo duxerit virũ alterum: numquid reuertetur ad eam vltra? numquid nõ polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. C

2 Leua oculos tuos in directam, & vide vbi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis suis. D

3 Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

4 Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

5 Numquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. E

6 Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ Regis: Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi,

7 Et dixi, cùm fecisset hæc omnia: Ad me reuertere: & non est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda.

8 Quia pro eo, quò mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

9 Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.

10 Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo: sed in mendacio, ait Dominus.

11 Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ.

12 Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.

13 Verumtamen scito iniquitatem tuã, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam nõ audisti, ait Dominus.

14 Conuertimini filij reuertentes, dicit Domi-

Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

15. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.

16 Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra: Arca teſtamenti Domini: neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius: nec viſitabitur, nec fiet vltra.

17 In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ieruſalem, & non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi.

18 In diebus illis ibit Domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus veſtris.

19 Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.

20 Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic cõtempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.

21 Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael: quoniam iniquam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui.

22 Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras: Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter.

23 Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: vere in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael.

24 Confuſio comedit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.

25 Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domino Deo noſtro peccauimus nos, & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri.

Verſ. 1.] Vulgò dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, numquid reuertetur ad eam vltra? Numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

A PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Peruulgatum[a] *id apud vniuerſos eſt Iudæorum, quod in lege de diuortio ſancitum eſt viri & vxoris. Secundùm quam ſi contingat, vt vir quiſpiam ſuam dimittat coniugem, & ea alteri nubat, fieri non poteſt, vt vel ſumma cum humilitate, & cum vitæ emendatione poſt ſecundi viri mortem ad primum reuertens ab illo ipſa iterum aſſumatur: Tantùm abeſt, vt is ad eam, vti ad vxorem redire iterum queat. Neduꝫ*[b] *autem ob legis prohibitionem fieri id minimè poteſt, ſed & ob infamiam, quam exinde is reueheret, denuò eã* B *admittens, quam ipſe ſuamet ſententiâ, dato ei libello repudij & fœdam omnibus oſtendit, & indignam quam ſecum, ſuaque retineret in domo.*[c] *Ne infami iſto actu quotquot terram illam incolunt ad detractionis excitentur peccatum, prauoque iſtiuſmodi exemplo præuaricari diſcant & ipſi diuinam legem. Quinimò ſi aliquando id eueniret, terra illa ob indignum id facinus diuinorum rea fieret flagellorum, ingenti eos ſcelere polluta quodãmodo & ipſa:*[d] *Euaderetque ſterilis, mendacij quodamodo delinquens, & ſimulationis peccato, quomodo vir ille mentitum ſe ſignificaret, ſimulatamque dimiſſionis præcedentis attuliſſe indicaret cauſam.*[e] *Et quidem & ipſe,* C *ò Iuda, tantâ te proſecutus ſum dilectione, vt & fœdam exiſtentem in meam elegerim coniugem, nec adduci vnquam potuerim, vt vel ob innumera tua te dimitterem ſcelera, Vtinam tu potiùs me non dimiſiſſes virum tuũ, nullo id permittente iure, vt vxor ſuum dimittere queat maritum. Dimiſiſti me, nec inſtar aliarũ mulierum, quæ iuridicè à primo dimiſſæ ſunt viro, alteri vni adhæſiſti marito; quin in maius mei opprobrium, inſtar meretricis, pluribus adhæſiſti & Gentibus idolorum cultoribus, & idolis in quibus, & cum quibus veluti cum amaſiis idololatriæ mœchata es fornicatione.*[f] *Quamuis autem tua iſta fœditas multo ſit omni maior fœditate cuiuſcũque* D *mulieris à viro ſuo dimiſſæ, tutò nihilominus ad me reuertere: nec enim ex hoc periculi quidpiam eſt, vt polluatur terra, cùm ipſe te nec dimiſerim, nec infamiæ alicuius notarim.*[g] *Teque ad me reuertentem libentiſſimè excipiam: Neque enim ea aduerſum me hac in re mea facit lex, qua viro id prohibetur dimittenti vxorem, cùm te minimè dimiſerim. Sed etſi negare nequeã, quod tu à me diſcedens tuiſmet fornicationibus pollutam te omnibus denunciaſti, & dignam quæ à me penitus reiicereris: adeoque quiddam in mundanorum hominum opinione contracturus videar dedecoris, id nihilominus omne, quicquid illud ſit, parui faciens te ſuſcipiam. Et* E *famam videlicet, & quicquid in me eſt, pro te rectè expoſitum exiſtimans, qui Deus redemptor tuus ſum, & Iehouah appellor, quia actus purus ſum, & ens ab omni penitus dedecore, & immunditie alienum.*[h] *Et antiquitus tantæ eras impudentiæ, vt cùm vxor à viro dimiſſa, poſtquam alteri iuncta eſt, nullatenus ad primum reuertatur virum, apud quem contaminata cenſetur, & à quo in ipſa eius dimiſſione inquinata, & fœda omnibus declarata eſt, tu nihilominus, quæ inſtar meretricis cum multis fornicata es falſis Diis quos & tuos appellare non erubuiſti paſtores, vti impudens pariter meretrix ad me, à quo tam turpiter per idololatriam deſciueras, reuerte-* F *rêris, peruerſo corde meum implorans auxiliũ. Quòd ſi quando tunc pœnitentia ducta ad me reuertebaris ipſe te ſuſcipiebam. Sanè nunc quoque etſi fornicata eodẽ modo ſis cum paſtoribus multis, reuertere nihilominus, & libenter, benigniſſimoque te recipiam animo.*

a *Vulgo dicitur, ſi dimiſerit vir vxorẽ ſuam, & recedens ab eo duxerit virũ alterũ, numquid reuertetur ad eum vltra?*

b *Nũquid nõ polluta, & cõtaminata erit mulier illa?*

c *Nonne peccando peccabit, ſeu præuaricãdo præuaricabit terra?*

d *An nõ fallendo fallet terra?*

e *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.*

f *Tamen reuertere ad me, dicit Dominus.*

g *Et ego ſuſcipiam te.*

h *Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & receſſerit ab eo, & fuerit viro alteri, Nũquid reuertẽs reuertetur ad eum vltra? Nonne inquinata inquinabitur mulier illa? Et tu fornicata es in paſtoribus multis, & reuertebaris ad me, dicit Dominus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVi totus eſt, vt Iudaicum populum ad 1
pœnitentiam adducat, vtque eumdem ab
ipſo admiſſorum conſcium faciat delictorum &

Deus vt reuertentẽ peccatorem ſuſcipiat nõ dedignatur etiã quid infamiæ ſubire apud homines.

piã te.) Ac ſi dicat, Te ad me reuertentẽ libentiſſimè ſuſcipiam. Neque enim ea aduersùm me hac in re mea facit lex, qua &c. vt habes in Paraphraſi. In quorum omnium confirmationem ſummã id habet vim, quod interpoſitum eſt, (*Dicit Dominus.*) Nomen Tetragrammaton, quod & ens ſignificat, & redemptionem, prout alias explicabo commodiùs.

Præceptũ Dei omne vt ſãctum & iuſtum ſeruandum, etiam ſi nobis videatur iniuſtum & contra illius legẽ, vel etiam contra rationem. Auguſtinus.

Neque verò quem turbet, quòd iuxta literam indignum videatur à Deo proponi, & dici faciendum, quod contra præſcriptam ſit legem. Pro hoc quippe peregregiè hæc faciunt quæ Auguſtinus lib. 3. Confeſſ. cap. 8. ait. *Cùm Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet, & ſi numquam id factum eſt, faciendum eſt: & ſi omiſſum, inſtaurandum eſt; & ſi inſtitutum non erat, inſtituendũ eſt. Si enim Regi licet in Ciuitate cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante illum quiſquam, nec ipſe vnquã iuſſerat, & non contra ſocietatem Ciuitatis eius obtemperatur, imò contra ſocietatem non obtemperatur. Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obedire Regibus ſuis; quantò magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ ad ea quæ iuſſerit, ſine dubitatione ſeruiendum eſt?*

Idemque Auguſtinus ibidem ad finem cap. 9. *Cùm tu,* inquit ad Deum, *aliquid inuſitatum, & improuiſum imperas, etiãſi hoc aliquando vetuiſti, quamuis cauſam imperij tui pro tempore occultes, & quamuis contra pactum ſit aliquorum hominum ſocietatis, quis dubitat eſſe faciendum, quando ea iuſta eſt ſocietas hominum, quæ ſeruit tibi.*

5

Infinita apud Hebræos deſeruiunt ſæpe pro omni tẽpore & pro Gerundio.

Quoad lectionũ varietatem, ac primùm circa Hebraicam. Notãdum in initio huius verſ. 1. eſſe vocem לאמר *lemor*, quæ eſt infiniti, apud Hebræos deſeruientis ſæpius pro omni tempore, prout à Mauris Italicè omnia verba in infinito pronunciantibus fieri obſeruamus, & ſæpiſſimè etiam pro Gerundio. Quo ſenſu id ſumpſit noſter Interpres, ac ſi diceretur. Dicendo dicitur, vertens (*Vulgo dicitur.*) Sicut & Sanctes-Pagninus, ac Regia, vertentes, (*Dicendo*, ſeu *Dicunt,*) & Vatablus, (*Aiunt*) Iſidorus tamen Clarius vertit, (*Dicens,*) aſſeritque apud Hebræos, ita principium huius tertij capitis connecti cum fine præcedentis, *Repulit Dominus confidentias tuas, & non proſperaberis in eis, Dicens*, ſeu, *& dicet, en dimittet vir vxorem ſuam, & illa abibit ab eo, & erit viro alteri? Numquid,* &c. At reuera iſtam admittendam non cenſeo connexionis rationem, Cùm inuitare ad reuerſionem, & polliceri nouam, gratamque receptionem, non ſit conterere confidentias, adeoque melius à noſtris hæc vt noui vaticinij initium ſumitur. Notandum ſecundo, pro eo quod in vulgata legimus, (*Numquid non polluta & contaminata erit mulier illa?*) In tex. Hebraico ſic haberi הלוא חנוף תחנף הארץ ההיא *halo hanoph tehaneph haaretz hahi*, quæ ſic vertuntur à Pagnino, (*Nonne præuaricando præuaricata eſt terra iſta?* (Regia, (*Nonne prophanando prophanata eſt terra iſta?*) Vatabl. (*An non fallendo fallet regio ipſa?*) Alij (*Nonne peccando peccabit terra illa?*) Verbum enim חנף *hanaph* propriè iniquè agere, & peccare ſignificat, ſumiturque & intranſitiuè, & tranſitiuè, quomodo accipitur in præcitato loco Deuteron. 24. *Ne peccare facias terram, quam Dominus Deus tradiderit tibi*, ad quem locum alludit hîc Dominus. Multiplex autem iſtorum poteſt eſſe ſenſus. Vel, Ne terra id eſt habitatores terræ huius infami iſto actu receptionis vxoris dimiſſæ peccent, cauſam præbentes detractionis delicto: terra ipſa polluta, id eſt, in contemptum,

Peccãs quomodo terram polluere dicatur.

Peccare facere terram quid ſit.

A & infamiam delapſa: quandoquidem ex iſtiuſmodi legis præuaricatione, manifeſtum factum ſit, in ipſa legem Dei minimè ſeruari, illiuſque incolas viles, ac infames eſſe, & qui contemptui habeantur, quia tam indigna faciant, aut præuaricari diſcant diuinam legem. Vel ſecundo, præuaricationem, aut peccatum more ſcripturis ſacris conſueto pro pœna ſumentes peccati: Ne ob indignum iſtud facinus terra iſta, ſuper quam admiſſum ſit, diuinorum rea fiat flagellorum. Vel tertio, ne terra iſta huiuſcemodi polluatur delicto, quomodo & polluta dicitur in libro Geneſ.[a] a Gen. 38. 9.

B delicto filij Iudæ ſuper illam ſuum effundẽtis ſemen, ſeu ex commercio pollutæ eius domo admiſſæ mulieris polluatur & ipſa. Vel quarto, ne ob idipſum facinus terra euadat ſterilis, mendacij ac ſimulationis delinquens quodãmodo peccato, quo & vir ille, qui dimiſſam recipit, mentitum ſe declarat, ſimulatam attuliſſe ſe ſignificantem fœditatis cauſam, propter quam illam dimiſerat. Iuxta quem ſenſum bene vertit Vatablus, (*An non fallendo fallet regio ipſa?*) Nec alienè à prædicti verbi חנף *hanaph* ſignificatu, delinquendi, peccandi, atque ſimulandi, aliud nimi-

C rum reuera eſſe, aut facere, & aliud extrinſecus, & in ſuperficie exhibere, prout fit per hypocriſim.

Notandum denique tertio, Adaptationem præallatæ parabolæ breuiter in Hebraico textu ita haberi, (*Et tu fornicata es cum amicis multis, & reuertere ad me dicit Dominus.*) Ac ſi dicatur, Tua certè fœditas multo eſt omni maior fœditate cuiuſcumque mulieris à viro ſuo dimiſſæ, alterique viro adhærentis: cùm à me viro tuo minimè dimiſſa cum pluribus fornicata ſis amaſiis: Reuertere nihilominus tutò ad me; nec enim ex hoc

D periculum vllum eſt, vt polluendo polluatur terra; Cùm ipſe nec te dimiſerim, nec infamiæ notarim, prout à viro fieri conſueuit ſuam dimittente vxorem.

Circa verſionem Sept. Notandum primò, nec in codice vllo, nec apud quemquam antiquorũ Patrum quidpiam reperiri pro eo quod & in Hebræo habetur לאמר *lemor*, (*Dicendo*) & in Vulgata eſt, (*Vulgo dicitur,*) Sanctum tamen Hieronymum teſtari, Sept. poſuiſſe, (*Dicitur.*) Notandum ſecundo, in verſione Latina codicis Vaticani mendoſè legi, (*Si dimiſerit vir*) pro (*Si dimiſe-* 6

E *rit vir.*) Tota autem hæc ſententia ita apud ipſos habetur. (*Si dimiſerit vir vxorem ſuam & receſſerit ab eo, & fuerit, ſeu facta fuerit viro alteri: Numquid reuertens reuertetur ad eũ vltra? Nonne inquinata inquinabitur, ſeu contaminata cõtaminabitur mulier illa? Et tu fornicata es in paſtoribus multis, & reuertebaris ad me, dicit Dominus.*) In qua verſione apparet, Sapientiſſimos ſeniores illos diuerſo modo à Vulgata, & ab Hebræo vertiſſe primum, *Numquid reuertetur ad eum vltra?* cùm Hebraicam vocem אליה *eleah* (*ad eam*) fœminini generis, legerint אליו

F *elau* vna variata litera ה *he* in ו *vau* (*ad eum*) generis maſculini. Secundo, terræ nomen, quod in Hebræo reperère, vt metaphoricè poſitum ſumentes, quod per id ſignificari exiſtimarunt, nomen potiùs appoſuère mulieris, in quo & noſter Interpres illos imitatus eſt, *Numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa?* quòd mulier ſit metaphorica terra, quam excolat vir: quodque in præcitato loco Deuteron.[b] ad quem hîc alludit Dominus, dicatur. *Non poterit prior maritus iterum recipere in vxorem, quia polluta eſt; & abominabilis facta eſt coram Domino.* Quamquam & id pariter,

Mulier eſt terra metaphorica.

b Deut. 24.

 quod

quod in Hebraico textu de contaminatione & peccato terræ asseritur, in eodem Deuteronomij loco habeatur his verbis, *Ne peccare facias terram, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.*

7 Tertio, pro (*fornicata es cum amatoribus*, seu *amicis multis*) iidem verterunt, (*fornicata es cum pastoribus multis*) eamdem Hebraicam vocem, quæ modo cum punctis legitur רעים *renghim* (*amicis*) legentes רעים *ronghim* (*pastoribus.*) Quarto Hebraicum verbum ושוב *vesciob*, quod & Hebræi, & noster Interpres vt imperatiuum sumentes Masculinum pro fœminino, interpretantur
B & *Reuertere.* Sept. sumpsisse videntur vt infinitum, neque enim quidpiam inter hæc duo est diuersitatis, ideoque illud verterunt, (*Et reuertebaris,*) iuxta illum Hebræorum morem supra notatum, quo infinitis frequenter pro quolibet vtuntur tempore, & cuicumque id tribuunt personæ, & generi. Ex quo factum est, vt diuersissimus istius sententiæ in eorum versione sit sensus. Neque enim inuitatiua Iudaici populi est ad conuersionem, reditumque ad Deum. Quin potiùs obiurgatiua aduersus eumdem populum, quòd tantæ esset impudentiæ, vt cùm vxor à
C viro dimissa, postquam alteri iuncta est viro, nullatenus ad primum reuertatur virum, apud quem contaminata censetur, & à quo inquinata omnibus declarata est: Ipse nihilominus, qui instar meretricis cum multis fornicatus esset Idolis, quæ & suos professus est pastores, non erubuerit, instar impudentis meretricis ad eum à quo desciuerat, reuerti, eiusque auxilium implorare, iuxta illud Psalmi. [a] *Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur*, &c. *Cor autem eorum non erat rectum cum eo*, &c. Qua de re & supra cum eodem conquestum Dominum vidimus, in cap. 2.

1. Sẽsus, vers. Sept. Peccator obiurgatur à Deo, quòd peccans ad ipsum confugere pro auxilio nõ erubescat.

8 Quamquam & iuxta nostram Vulgatæ lectio-
D nem non incongruè & huic versioni Sept. alter iste assignari queat sensus. Vxor quidem dimissa, alterique viro nupta, non reuertitur victa ad virum primum, quia apud illum inquinata censetur; ipse nihilominus ita erga te semper fui affectus, vt tametsi iam ab initio multis, me sæpius dimisso vnico pastore tuo, pastoribus, falsisque adhæseris Diis, cum quibus & per Idololatriam fornicata es. Reuertebaris nihilominus ad me, eo sensu quo in libro Iudicum legimus, [a] filios Israel fornicasse cum Diis alienis, & deseruisse viā
E per quam ingressi sunt patres eorum veri, scilic. Dei cultum, eiusdemque legem, adeòque ab illo sæpius traditos in manus gentium, & diripientium: eos tamen, cùm ad ipsum clamarent benignè susceptos reuertentes, suscitatis eis Iudicibus, & Saluatoribus. Vt hac ratione & nunc pariter benignum eidem se offerat populo, tacitéque illum vt ad ipsum reuertatur inuitet. Ac si dicat, Antiquitus quando & cum Idolis fornicata es sæpius ad me reuertebaris, & ipse te suscipiebam, Nunc quoque etsi fornicata eodem mo-
F do sis cum pastoribus multis, reuertere nihilominus, & te recipiam.

2. Sensus, vers. Sept. Peccatorem inuitat Deus ad pœnitentiam.

a Iud. 2. 12.

Vers. 1.] Vulgo dicitur, si dimiserit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 FACIVNT hæc pro illo Euangelij, [b] *Si ita est causa viri cum vxore sua non expedit nubere.*

b Math. 19. 10.

A Ponderans verborum (*dimiserit*, & *reuertetur*) antithesim, ex his infer, quàm cauti esse debeant homines in deuitandis peccatorū, & mulierum in primis, iā quas dimiserint occasionibus. Si enim contingat, vt vel ad eas quoquo modo reuertantur, facili negotio ab illis deliniendos se norint. Ob id quippe hîc dicitur, (*Numquid reuertetur*, &c.) cùm dici potiùs debuisset, (*Numquid eam in vxorem assumes vltra?* (*Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.*) Qui ab vnitate recedit in multa se implicatum reperiat operæ pretium est; & peccator Deum dimittens, qui vnum est amoris nostri & adæquatum obiectum, in plura suum
B diuisum habet affectū, in terrena videlicet, mundana, & carnalia ea vniuersa, circa quæ peccat: neque enim peccata admitteret, ni in Dei offensam, ad creata suam converteret dilectionem: Ideoque cuncta creata ea vno isto hîc exprimuntur nomine amatorum multorum, amatorum inquam non tam quia ea peccatorem ament, quę vt ait Apostolus,[d] vanitati subiecta sunt non volentia, quàm quia à peccatore ipso amentur, eoque amentur amore, quo Deum vt amaret par
C esset; vnde fit, vt tantumdem hîc sonet, vocabulum amatorum, ac nomen Deorum: & amor iste creaturarum, amor pariter sit erga Deos, ideoque & rectè cum Apostolo [e] dici is queat Idolorum cultus.

Occasiones peccatorum quàm vitandæ.

Affectus peccatoris diuisus in multa circa quæ peccat.

Amor peccatoris erga creaturas est idolorum cultus.

d Rom. 8. 20.

e 1. Cor. 6. 16.

Cæterùm hunc amorem, huncque Idolorum cultum congruentissimè Dominus hîc appellat fornicationem, (*Tu autem fornicata es cum amatoribus multis,*) vt illius summum vnionis exprimat effectum, quo ita peccator cum creaturis, quas diligit vnitur arctiùs, vt vnum cùm earum fiat
D singulis. Notum est autem, quod à Paulo asseritur: *An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit duo in carne vna, fugite fornicationem.* Quodlibet igitur studendum vnicuique est vt euitetur peccatum, sicut fornicatio, quia per peccatum quodlibet quædam cum aliqua creaturarum admittitur fornicatio, per quam membra Christi fiunt membra iniquitatis, duoque fiunt in carne vna.

10
Peccatū quodlibet cur dicatur fornicatio.

(*Tamen reuertere ad me, & suscipiam te dicit Dominus.*) Si amor hominis earum, vt ex dictis patet, est virium, vt hominem ipsum ita cum iis, ad quæ fuerit conuersus vniat, vt multipliciter di-
E uisus cum eorum singulis vnum is fiat, rapientibus illis eum ad se. Congruenter certè & Dominus peccatori pollicetur, suscepturum illum, si suo ad ipsum conuerso amore fuerit reuersus. Sicque eum suscepturum, vt iam non amplius ille futurus sit caro, vel quidpiam ad carnem spectans, & eorum cum quibus per peccatum vna fuerat caro, sed vnus cum ipsomet Spiritus, iuxta illud item Pauli: [f] *Qui autem adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.*

Conuersione à peccatis ad Deum redditur homo vnus spiritus cum Deo.

f 1. Cor. 6. 17.

11 Habent autem peculiarem vim ad totum hoc explicandum verba ista, (*Tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te,*) collocata cum iis, quæ paulo
F ante præcessére, (*Et illa duxerit virum alterum.*) Enimuero quando peccator per amorem alicui vnitur creaturarum, creaturam illam ad quam suum conuertit amorem, ducere ad se dicitur, vt virum alterum à Deo vero vnicoque viro suo: ideoque rectè subiicitur, (*Nonne polluta, & contaminata erit mulier illa?*) quia tunc per peccatum polluitur, & per abominabilem, quam in se suscipit eiusdem creaturæ speciem, contaminatus euadit, in illam transformatus, factus nimirum, iuxta Hosææ dictum, [g] abominabilis, sicut ea, quæ

Amoris igne homo transformatur vel in Deum, vel in abominabiles creaturas.

g Hose. 9. 10.

quæ dilexit. At cùm idemmet vel innumeris innumeris irretitus peccatis, adeoque & multis vnitus creaturis ad Deum per dignam reuertitur pœnitentiam, fit ſtatim ab illo ſuſcipitur, vt penitus abiis, quibus per peccata vnitus erat, ſeiunctus, non iam amplius eorum abominabilem referat ſpeciem, ſed totus in Deum abſorptus euadat ſpiritus. Non ſecus ac viſibili euenire conſpicimus flammulæ, quæ ad candelam conuerſa candelæ ipſi vnitur, vel ſimul pluribus vnitur candelis, vt in intorticiis videre eſt, candelarumque paſcitur ſubſtantia. Sicut enim flammula iſta ſic vnita candelæ cùm ad ignem conuertitur magnum, maximamque accedit ad flammam, ita à flamma illa excipitur, vt tota in eam abſorpta ab iis penitus abſtrahatur, quibus vnita erat candelis, quæ & per eamdem flammam illam maximā liquefactæ in nihilum rediguntur. Sic & peccator per vehementem amorem cum creaturis vnitus, ex quibus & paſtum deſumit ſenſibilium voluptatum, vnde hic in Verſione Sept. dicitur fornicatus cum paſtoribus multis, ad Deum corde reuertens contrito, & ad ignem illum conuerſus conſumentem, de quo dicitur [a], *Lampades eius, Lampades ignis, atque flammarum.* Ita ab illo ſuſcipitur, vt à creatis quibus inhærebat, abſtractus diuinæ Iam conſors fiat naturæ, abſorptus nimirum in Deum, per quem vniuerſa quoque conſumitur ſuorum prauitas ſcelerum, iuxta illud [b], *Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

Simil.

a Cant. 8. 6.

b Iſai. 43. 25.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Vulgo dicitur, ſi dimiſerit, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψῃ πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνέκαμπτες πρὸς με, λέγει Κύριος.

Verſ. 1.] Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & receſſerit ab eo, & facta fuerit viro alteri, nunquid reuertens reuertetur ad eum vltra? Nonne inquinata inquinabitur mulier illa? Et tu fornicata es in paſtoribus multis, & reuertebaris ad me, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. Dicendo. *Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & abierit ab eo, & nupſerit viro alteri, numquid reuertetur ad eam vltra? nonne peccando peccabit terra illa: & tu fornicata es, & adiunxiſti populis multis: tamen reuertere iam ab hoc tempore ad cultum meum, dicit Dominus, Vulgo* dicitur, &c. Origenes hom. 8. in Exodum. *Nouum bonitatis genus eſt, vt etiam poſt adulterium reuertentem, tamen ex toto corde pœnitentem Deus ſuſcipiat animam. (Numquid mulier ſi exierit à viro, & dormierit cum alio viro, reuertetur ad virum ſuum? Nonne contaminatione contaminabitur? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis & reuertebaris ad me?*

Origen. *Dei bonitas erga animā pœnitentem quanta.*

A Hieronymus, *Sept. tantum (Dicitur) tranſtulerunt In Hebræo etiam poſt fornicationem ſuſcipi pœnitentem, & hortatur vt reuertatur ad ſe. In Sept. verò non prouocat ad pœnitentiam, ſed arguit impudentiam meretricis, quòd poſt adulterium reuerti audeat ad maritum, pro (reuertere) enim legunt (Reuertebaris.) Quodque ait, (& contaminata erit mulier illa, pro quo in Hebraico legimus (terram) relinquit exemplum, & manifeſtius de terra loquitur Iſrael, quæ adulteræ mulieri comparatur. Vtamur hoc teſtimonio aduerſus eos qui fidem Domini relinquentes, & hæreticorum erroribus prepediti poſt multas fornicationes, &* B *deceptiones animarum, ſimulant ſe reuerti ad priſtinam veritatem: non vt deponant venena pectoris, ſed vt cæteris inſinuent.*

Hieron. *Ad confeſſionē fictè accedentes arguūtur.* *Hæretici fictè ad Eccleſiam redeuntes arguuntur.*

2 Auguſtinus in fine lib. 15. contra Fauſtum Tom. 6. ad præſentem ſententiam alludens, deque Manichæorum erroribus loquens, *Hæ ſunt,* inquit, *fornicationes tuæ nimis abominandæ. Et tamen patienter cogita eas, & reuertere ad me, dicit veritas. Reuertere ad me, & mundaberis, reparaberis, ſi confundaris tibi, & refundaris mihi.*

Auguſtinus. *Ad pœnitentiam inuitat Deus vel peſſimos quoſq;.*

C Cyrillus Alex. lib. 11. in Geneſim tractans illud Hoſeæ. 2. [c] *Deſpondebo te mihi in ſæculum*, ait, *Ante Eccleſiam Gentium maiorem natu ſibi coniunxit. Sed eiuſmodi coniunctio non in ſæculum facta eſt, expulſa enim ſicut fornicata eſt, & in rebus turpiſſimis vituperata.* In quorum probationem hunc affert locum iuxta verſionem Sept.

Cyril. Alex. c Hoſe. 2. 19. *Iudæorum ſynagogam dimiſit Deus ob idololatriam, & apoſtaſiam à fide.*

Idemque Cyrillus lib. 1. in Iſaiam ſuper verbis iis, [d] *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis?* Ex hoc loco probat, id ei contigiſſe Iudaico populo, quia cultum diuinum ſpernens in apoſtaſiam conuerſa eſt, ac paſtoribus, doctoribuſque vſa eſt, D impuris ſpiritibus, & idolorum cultoribus, ſic autem totam hanc citat ſententiam, (*Si dimiſerit quis vxorem ſuam, eaque diſceſſerit ab eo, nubat viro alteri, num deinde vnquam ad illam reuertetur? nonne polluta polluetur vxor? Tu autem fornicata es cum paſtoribus multis, & reuerſa es ad me dicit Dominus.*)

d Iſai. 1. 21.

3 Theodoritus verſionem explicans item Sept. in hunc modum illam exponit. *Exinde pronunciat vxorem quamcumque, quæ receſſerit à viro ſuo, & alteri ſe iunxerit ad priorem virum redire non poſſe, lege hoc prohibente: tu vero quæ reliquiſti me ſecundum legem tibi copulatum, dæmonibus impuris adhæſiſti: tamen* E *cùm ſenſeris damnum, ad me denuò redeas, ego non auerſabor.*

Theodorit. *Ad pœnitentiam inuitatio.*

Proſper Aquitanicus lib. de Prædicatoribus Par. 2. cap. 15. *Animam peccatricem vt à ſua proſtitutione tranſeat ad legitimum virum inuitat Deus per Ieremiam, dicens (ſi contaminata fuerit mulier nunquid reuertetur ad eam vir ſuus? & tu fornicata es in paſtoribus multis, & ſic reuertere ad me dicit Dominus.)*

Proſp. Aquit.

Procopius in cap. 1. Iſai pag. 31. *(Et tu fornicata es cum paſtoribus multis, & reuerſa es ad me, ait Dominus.)*

Procopius.

F Gregorius Papa Explanat. in Pſal. quintum pœnitentialem: *Mulieris derelictæ, & fornicantis Deus adducit ſimilitudinem, vt eius cognoſcamus pietatem, & ſciamus, eò nos illum grauiùs offendere, quò non ceſſat, etiam poſt delictum vocare.*

Gregor. PP. *Vocatione iugi diuina ad pœnitentiam maior oſtenditur impœnitentis peruerſitas.*

Fuſiùs verò idem Gregorius Papa locum iſtū pertractat, Paſtoralis par. 3. Admonit. 29. dicens. *Admonendi ſunt carnis peccata experti, vt vigilanti curā conſpiciant, poſt delicta nobis ad ſe redeuntibus Deus quanta beneuolentia ſinum ſuæ pietatis expandat; cùm per Prophetā dicat. (Si dimiſerit vir vxorem ſuam &c.) Tu autem &c. Ecce de fornicante, & relicta muliere argumentum iuſtitiæ proponitur: & tamen nobis redeuntibus poſt lapſum non iuſtitia, ſed pietas exhibetur. Vt* hinc

Pœnitentes ad ſe redeūtes quanta beneuolentia ſuſcipiat Deus. *Impœnitentia Chriſtiani quam grādis ſit Dei offenſio.*

hinc vtique colligamus, si nobis delinquentibus tanta pietate parcitur, à nobis nec post delictum redeuntibus quanta improbitate peccatur: aut quæ ab illo erit super improbos venia, qui non cessat vocare post culpam?

4 Rup. Abb. *Iustificari nemo potest nisi per gratiam.*

Rupertus Abbas lib. 1. in Ierem. cap. 6. *Veritatem Euangelicam contra gloriationem Iudaicam multùm adiuuat hic propheticus sermo, vt non insistentur aduersus Christum prædicantem pœnitentiam, vel contra eius Apostolos, nullam distinctionem haberi volentès Iudæi, & Græci eo quod omnes peccauerint, & idcirco egeant omnes gloria Dei, & neuter saluari aliter possit, vel iustificari nisi per gratiam Dei.*

Petrus Dam. *Desponsatio, & coniunctio cum Christo animarũ spōso restituit integritatem & puritatẽ.*

Petrus Damiani lib. 2. Epistolarum Epistola 17. (*Si vir dimiserit*, &c. iuxta vulgatam, *Reuersio planè ista ad Dominum quantum ad qualitatem meritorum pertinet, hoc est de corrupta integram fieri. Cui rursus idem sponsus loquitur.* [a] *Et omnium peccatorum tuorum iam memor non ero. In carnali siquidem sponsione complexus viri corruptio carnis, fœdus amoris, dispendium castitatis, virginem se plerumque nuptialibus thalamis tradit, quæ polluta recedit. E contra cui cælestis sponsus adhæserit protinus abluit maculas turpitudinis, & ad florem reuocat redolentissimæ castitatis; de prostibulo virginem, de corruptione reddit integritatem.*

a Ier. 31. 34.

D. Thomas, *Reuocat Iudæos à culpa ex Dei clementia, ad quam probandam proponit vulgare prouerbium*, (*Si dimiserit*, &c.) *quod ortum habet Deuter.*[b] *24. Si dimiserit vir vxorem, & loquitur secundum permissionem videlicet factam de libello repudij propter duritiam cordis ipsorum. Matth. 19.*[c] *& interdicebatur reditus, velut non proni essent ad dimittendum, vel ne dolo postmodum recipientes interficerent. Et ex hoc prouerbio sumit diuinæ clementiæ argumentum: (Tu autem) (amatoribus) idolis Isai.*[d] *55. Reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum.*

D. Thomas. b Deut. 24. 1. *Repudiũ cur Deus permiserit Iudæis.* c Matth. 19. 4. d Isai 55. 7.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί βούλεται τὸ ὑπόδειγμα; ἓν πρῶτον, καὶ μέγα, ὅπερ οὐδεὶς ἀνὴρ ἀνέχεται, τοῦτο ὑπεσχόμην ἐγώ, γιγνομένοις ὑμῖν ἀνδράσιν ἑτέροις, πάλιν ἐκάλουν, πάλιν ἐδεχόμην, καί τοι ἐκεῖ τοῦ ἀνδρός ἐστιν ἡ ἀποστολή, αὐτοῦ μισοῦντος, ἐνταῦθα δὲ οὐχὶ τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς γυναικός, ὥστε οὐδὲ ἴσον τὸ ὑπόδειγμα, οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν ἐξαπέστειλεν, ἀλλ᾽ αὐτὴ αὐτὸν ἐγκατέλιπεν. [καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς.]

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] συνῆπται γὰρ δαίμοσιν, οὓς ποιμένας λέγει πολλοὺς ὄντας παρὰ τὸν ἕνα καλὸν ποιμένα, τὸν θέντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων, πῶς οὖν φησιν ἐπιστρέφεις πρός με τοῦ νόμου τὴν ἀπολυθεῖσαν γυναῖκα, καὶ γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ παλινδρομῆσαι κωλύοντος; οὐκ ἀναιρεῖ δὲ μετάνοιαν ὑπομιμνήσκει δὲ τοῦ νόμου, ὡς γὰρ νομοθέτης, πάλιν διὰ τοῦ τῆς μετανοίας νόμου καλεῖ, οὐχ ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα τὸ παράδειγμα, οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν ἐξαπέστειλεν, αὐτὴ δὲ ἀπέστη, κατὰ γὰρ τὸν Ἡσαΐαν, ποῖον τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρός σου; ἢ τίνι ὑποχρεώστων πέπρακα αὐτήν; [ποιμέσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ ψευδοδιδασκάλοις, ἢ καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν. [λέγει.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ λέγει, οὐ πρὸς τὸ ἄνω ἀναγνωστέον ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω, τουτέστι λέγει Κύριος πρὸς ὑμᾶς, τέθεικε δὲ τὸν παρὰ Μωσέως τεθέντα λόγον, ἡ μὴ καθ᾽ ἡδονὴν οὖσα γυνὴ ἀπολυθείη τοῦ ἀνδρός, εἶτα γαμήσεται ἑτέρῳ, καὶ μισηθεῖσα αὖθις κἀκείνου ἀναχωρήσει, μὴ ἐξεῖναι τῷ προτέρῳ λαμβάνειν αὐτήν, οὗτος μὲν οὖν φησιν ὁ νόμος ἐπὶ τῶν γεγραμμένων κεῖται, σὺ δὲ πολλάκις φησὶν ἀποπεμφθεῖσα παρ᾽ ἐμοῦ διὰ τὰς παρανομίας, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐπιβωμένη, τουτέστιν Ἀσσυρίους, καὶ Αἰγυπτίους (ποιμένας γὰρ ἀεὶ τοὺς βασιλεῖς λέγει) ἐν

Vers. 1. Si dimiserit vir vxorẽ suam, &c.)

5 Chrysost. *In peccatore pœnitente recipiẽdo quàm magna sit Dei bonitas.*

Chrysostomi.] *Quid sibi vult hoc exemplum? Illud vnum, & maximum: nam quòd vir non tolerat, hoc ego sustinui: transeuntibus vobis ad alios viros, iterum vocabam, iterum in matrimonium admittebam. Quamquam ibi à viro repudium, ipso odio habente, hic autem non à viro, sed ab vxore: ita vt exemplum non æquè se habeat: nec enim ipse eam dimiserat, sed ea illum dereliquerat.* (*Tu autem fornicata es in pastoribus multis.*)

Deus non dimittit quempiam, sed ipse dimittitur, & relinquitur à peccatore.

Vict. Presb. *Dæmones multorũ Pastorũ vocabulo designati, cum Pastor vnus sit Christus.*

Victoris Presbyteri.] *Nam commixta fuerat dæmonibus, quos pastores vocat, cùm multi sint, hique præter vnum pastorem bonum, qui posuit animam suam pro ouibus. Quid inquit, ad me reuerteris, cùm lex Vxorem dimissam aliique viro coniunctam reuerti prohibeat? Non tollit verò pœnitentiam, sed legem in memoriam ducit. Quippe vt legislator rursus per pœnitentiæ legem vocat. Exemplum verò non in omnibus quadrat: nam ipse eam non dimiserat, sed illa diuerterat, iuxta enim illud Isaiæ,* [b] *Quis est hic liber repudij matris tuæ, vel cui creditori vendidi eam?* (*Pastoribus.*)

a Ioa. 10. 15.

Per pœnitentia legẽ peccatorem vocat Deus legum lator. b Isai. 50. 1.

Olympiod. *Doctores falsi, & dæmones appellati pastores.*

Olympiodori.] *Vel falsis Doctoribus, vel spurcissimis dæmonibus.* (*Dicit.*)

6 Chrysost.

Chrysostomi.] (*dicit*) *Ad inferiora, non ad superiora referendum, hoc est, dicit Dominus ad vos. Datam autem à Moyse legem proposuit. Vxor quæ viro non placet, si dimittatur, & deinde nubat alteri, & rursus inuisa ab illo quoque discesserit, non est in potestate primi viri eam recipere. Hæc itaque lex, ait, de his, qui nupserunt est lata, tu verò sæpius, ait, à me propter iniquitates repudiata, & externos aduocans, id est Assyrios, & Ægyptios (pastores enim semper Reges vocat) cum calamitatibus*

Bonitas Dei supra legem.

Pastorum nomine designati Reges.

* πάλιν. ἐν συμφοραῖς ἐξεταζομένη πάλαι* κατέφυγες, ἐπ' ἐμὲ, καὶ παρεῖχον τὴν παρ' ἐμαυτοῦ ῥοπὴν, τινὲς δὲ, ὅτι ἀναισχύντως* παρανομοῦσα ἔρχῃ εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν, οὐδὲ τὰς γυναῖκας μιμουμένη, αἳ αἰδοῦνται ἐπιστρέψαι πρὸς τοὺς ἤδη τῶν ἀνδρῶν ἐξαποστείλαντα. πᾶσα μὲν γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἀφισταμένη, καὶ ἑτέρῳ συναπτομένη πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἕτερον ἐπανελθεῖν οὐ δύναται, τοῦ νόμου τοῦτο κωλύοντος, ἐμὲ δὲ σὺ τὸν κατὰ νόμον σοι συναφθέντα καταλιποῦσα πολλοῖς συνήφθης δαίμοσιν ἀνοσίοις, εἶτα πάλιν αἴσθησιν δεχομένη τῆς βλάβης πρὸς ἐμὲ ἐπανήεις, ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπωθούμην, εἰ δὲ νομίζεις ἁπλῶς με ταῦτα λέγειν, ἆρον τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρης.

* παρανομοῦσα.

A bus vexarêris ad me iterum confugiſti, tibique præſtiti meum auxilium. Quidam item ſic expoſuerunt. Quòd impudenter delinquens ad meam domum accedis, nec æmularis mulieres, quæ ad eos, qui illas dimiſerant reuerti erubeſcunt. Omnis ſanè mulier à viro eiecta, aliique copulata ad primum virum regredi non poteſt, lege hoc prohibente, tu verò me, qui tibi legitimè coniunctus ſum, dimiſſo, multis te dæmonibus impuris copulaſti, quorum noxa cum ſenſu tacta eſſes, ad B me regreſſa es, & ego non eiiciebam, & ſi non ex animo me hæc effari putas, leua oculos tuos in directum, & vide vbi non permixta es.

Impœnitentis animæ impudentia, dum ita nihilominus confugit ad Deum in neceſſitatibus ſuis.

Verſ. 2.] Leua oculos tuos in directum, & vide, vbi non proſtrata ſis: in viis ſedebas, expectans eos quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Leua in directum oculos tuos, & vide, vbi non proſtrata ſis.
b Leua oculos tuos ad excelſa, & vide, &c.
c In viis ſedebas expectâs eos quaſi Latro in ſolitudine.

LONGIVS[a] *quamumlibet, & quantum potes extende tuorum aciem oculorum, & attentius contemplare, ſi quem repereris locum, vbi idololatriæ ſcelere non ſis corrupta, [b] ſed ea in primis ſpeculare loca, quæ excelſa ſunt, in quibus vel etiam mihi non ſine peccato ſacrificare conſueuiſti. [c] Profectò tantum in te extitit idololatriæ deſiderium, tantum & circa illam ſtudium, vt & inſtar meretricis ad amatores ſuos; & inſtar latronis ad viatores, tu quoque ad idola anhelares amatores tuos, necnon & ad Gentes, à quibus Idola ſuſcipiebas, in viis ſedens vt meretrix idololatrandi expectans occaſiones; & vt latro in ſolitudine: at contraria & à latrone, & à meretrice ratione, nempe vt ab obuiis amatoribus iis tuis ipſa potius expoliareris, & vulneribus, morteque conficereris. Quamquam & ad decipiendas animas, alliciendoſque pios ad idolorum cultum, vel in viis ipſis altaria erigeres, atque idola, inſtar meretricis, atque latronis illis inſidias ſtruens, quò & cultu eos expoliares veri Dei, & vulneribus conficeres ſcelerum. Habens [d] te pariter & inſtar Arabis, ac mercatoris in via ſedentis, vt & viatoribus ſuas vendat merces, & ab iiſdem merces emat alias. [e] Quid te Arabi mercatori in hoc idololatriæ ſtudio, quidve Latroni viarum ſolitudinis comparo? Cum in viis altaria erigeres, inſtar Cornicis quoque te habuiſti, & ad animarum prædam inclamans, vt Cornix, quæ crocitat prædæ inhians: & iis quos decepiſſes ducem te in idolorum exhibens cultu, vt Cornix dux aliarum eſt auium: Et ad gentes idololatras vociferans, eniteus vt illas in omnibus earum ſequaris erroribus, ſicut Cornix deſerta, & voce, & volatu alias conſequi conatur Cornices. [f] Porrò tantum in hoc tuo progreſſa es peſſimo ſtudio, vt & interna animi malitia, & externis actibus, nedum idololatriæ fornicationum, ſed & multiplicium aliorum ſcelerum tuam prophanaueris & pollueris terram, [g] peccare, & præuaricari faciens quotquot in ea ſunt, [h] eorumdemque interficiens animas; & frugum interitu agros, vineas, hortos, pariter occidens, tuis id merentibus ſceleribus, vt tellus ipſa tua ſterilis omnino redderetur.*

d In viis ſediſti eis ſicut Arabs in deſerto.
e In viis ſediſti eis ſicut Cornix deſerta.
f Et polluiſti terrã in fornicationibus, & in malitiis tuis.
g Et peccare feciſti terrã, &c.
h Et interfe[illegible] ſeu in[illegible]feciſti terram, &c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 LEVA *oculos tuos*, &c. Dilatans idem ipſum, quod in primo verſu expoſitum eſt benignitatis ſuæ, peruerſitatiſque Iudaici populi argumentum id primum hoc verſ. 2. amplificat Dominus, quod de illius peruerſitate dixerat. (*Tu autem fornicata es cum amatoribus multis,*) Cuius, vt conuictum reddat, porrigit eidem populo rationem, videlicet vt ipſemet multiplicia conſideret C loca, in quibus idololatriæ operam dedit. Et quidem iuxta lectiones Vulgatæ & Sept. excitatur, vt quælibet conſideret loca, quæ triplicis generis extitiſſe vidimus in capite ſecundo, Collium, nemorum, atque vallium, *In* [i] *omni enim colle*, ibi dicitur, *& ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Et paulo infra. [k] *Quomodo dicis, Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle,* pro in conuallibus. Hocque eſt, quod ait, (*Leua oculos tuos in directum,*) id eſt longius quantum potes, quantumquevis, extende tuorum aciẽ aculorum, (*Et vide vbi non proſtrata ſis,*) id eſt, Et at- D tentius contemplare, ſi quem repereris locũ, vbi idololatriæ ſcelere non ſis corrupta. At iuxta lectionem Hebraicam ea tantũ conſideranda proponuntur loca, quæ eidem populo ad idololatrãdum celebriora erant, ſiquidem pro (*in directum*) Hebraicè eſt אל־שפים *ngal ſcephaim.* i. (*ſuper, ſeu ad excelſa,*) [l] *Super capita* enim *montium ſacrificabant*, vt dicitur apud Hoſæam: adeoque ad hanc ſacrificandi in excelſis conſuetudinem erant procliues, vt & contra Dei præceptum eidem vero Deo in excelſis ſacrificare gauderent, cuius rei vniuerſos Reges Iuda præter tres Dauid, Ezechiam, & Ioſiam, repræhenſos legimus in ſacris E literis.

Conſcientiæ examen quomodo faciendũ memoria, quam dicunt locali.

i Ier. 2. 20.

k Ier. 2. 23.

l Hoſe 4. 13.

(*In viis ſedebas expectans eos, quaſi latro in ſolitudine.*) Ad explicandum quod cœpit ingens Iudaici populi idololatriæ ſtudium, duo in modicis hiſce verbis patefacit, & vehementiſſimum eius idololatriæ deſiderium ex interno proueniẽs affectu; & ſummam quam circa idem ſtudium adhibuit diligentiam. Enimuero qui magno alicuius tenẽtur deſiderio, & qui circa aliquid ſolliciti ſũt, ad vias egrediuntur, vt quantòcyus eius compotes fieri queant, quod peroptant, & nulla ab eis excidat, F quæ circa id offerri poſſit occaſio. Sic de [m] Anna Tobiæ matre legimus, quòd quotidie exiliẽs circumſpiciebat, & circuibat vias omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. Sic & meretricibus conſuetum patet & ex libro Geneſis, [n] Vbi Thamar meretricem ſe fingens ſediſſe dicitur in biuio, & ex lib. Prouerb. vbi dicitur, [o] iuueni vecordi occurriſſe mulierem ornatu meretricio, præparatã ad decipiendas animas, garrulam, & vagam. Sic & in Euãgelica Domini parabola legimus [p] viatorẽ illum

2 *In viis ſedere ad aliquid, ſignificat ingẽs erga illud deſideriũ, ſedulumque ſtudium.*

m Tob. 10. 7.

n Geneſ. 38. 14.

o Prou. 7. 10.

p Luc. 10. 30.

illum incidisse in latrones, qui videlicet, in via ad hoc se detinebant, vt bonorum compotes fierent eorum, quos illac iter habere contigisset. Sic igitur congruentissimè hoc loco Iudaicus populus, qui in idololatriæ studio meretrices imitabatur,& vt meretrix,& vt latro, sedisse dicitur in via, vtque grassator in solitudine, atque in agris expectasse. Vnde & in lib. Prouerb. 23. 28. de meretrice dicitur, [a] *Insidiatur in via quasi latro.*

Haeretici quàm aptè comparētur & meretrici,& latroni sedenti in via.

a Prou. 23. 28.

Meretrix & latro æquiparantur.

Nā & meretrix,sicut & latro ob duo ea ratione in viis sedet,vt videlicet bonis expoliet,vtque vel occidat,vel saltem vulneret;sic quippe de latronibus legimus in Euangelio,[b] *Qui etiam despoliauerunt eum,& plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto.*Et de bonorum expoliatione per meretricem facta ait Salomon,[c] *longè fac ab ea viam tuam,& ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorē tuum,& annos tuos crudeli:ne forte impleātur extranei viribus.*i.substantiis tuis, *& labores tui sint in domo aliena.* De vulneribus vero,atque etiam interfectione ait idem Sapiens, [d] *Donec transfigat sagitta iecur eius &*, [e] *Multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea.*Et alibi,[f] *Mulier viri*,ait, *preciosam animam rapit.*

b Luc. 10. 30.

c Prou. 5. 8.

d Prou. 7. 23.

e Prouerb. 7. 26.

f Prou. 6. 26.

3 Facit autem difficultatem quod hic est relatiuum sine antecedente,cū dicitur,*In viis sedebas,expectans eos quasi latro*)qua videlicet ratione Iudaicus ille populus, & in quos prædicta duo,& meretricis, & latronis dirigeret,& exerceret munia: Et quidem cum certum sit,relatiuum(*eos*)referendum esse ad antecedens in superiori versu explicatum, vbi dicebatur. (*Tu autem fornicata es cum amatoribus multis,*)ad amatores inquam, & amicos ipsos: Dicendum,duo hîc per amatorum nomen designari, eos nimirum quos ipsa deperiret, quo nomine significata sæpius reperimus Idola, falsosque Deos,vt apud Hoseam,[g] *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi,*&c. vel etiam Gentes idololatras,à quibus idola suscipiebat, de quibus supra,[h] *filij quoque Memphcos,& Taphnes constuprauerunt te,*&c. *& Adamaui alienos,& post eos ambulabo.* Secundùm quem sensum hic significatur, tantum fuisse Iudaici populi idololatriæ studium,ac desiderium, vt & instar quidem meretricis,atque instar latronis idololatrandi anhelaret ad occasiones: at contraria ab illis ratione,nempe vt ab obuiis amatoribus illis suis ipse potius expoliaretur,& vulneribus,morteque cōficeretur, quod fusius explicat idemmet Dominus apud Ezechielem, hisce eumdem sub metaphora alloquens meretricis, [i] *Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorum tuum*, &c. [k] *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes omnibus amatoribus*, &c. [l] *Et quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos,quibus commixta es,&c. Et nudabo ignominiam tuam corā eis,&c. Et iudicabo te iudiciis adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in manus eorum*, &c.

Iudaici populi ingens erga Idololatriam studium.

Amatorum nomen dupliciter sumptū.

g Hose. 2. 5.

h Ier. 2. 16. & 25.

i Ezech. 16. 24.

k Ezech. 16. 33.

l Ezech. 16. 36.

4 Potest tamen idem amatorum nomen eos designare, quos meretrices ad se alliciunt, suisque illecebris sibi reddere sattagunt amicos: & iuxta hunc sensum, exinde pariter hic arguitur ingens Iudaici populi studium erga idololatriam, quòd ad decipiendas animas,alliciendosque pios ad idolorum cultum vel in viis ipsis altaria erigeret,atque idola;& instar meretricis, atq; latronis illis insidias strueret, quò & cultu eos expoliaret veri Dei, & vulneribus conficeret scelerum, & Deo eosdem priuaret vita animaque ipsorum. Quæ clarius apud alium Prophetam explicat, vbi ait, [m] *Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine, & quasi fauces virorum latronum, particeps Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt*, id est Galaad ciuitas idola colentium, & fabricantium cito euertenda propter sanguinem in ea effusum, sitiens semper sanguinem, & cædes, instar latronum, adiuuans consilium Sacerdotum Bethel, qui euntes à Sichem in Ierusalem, vt adorarent in templo Dei, latronibus in via positis, trucidabant, vt veri Dei impedirent cultum,scelere certe quàm maximo.

Hæreticorum studium ad decipiendas Animas.

m Hose. 6. 8.

Et apud eumdem Prophetam, [n] *Audite hoc*, ait, *Sacerdotes & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate: quia vobis iudicium est: quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor. Et victimas declinastis in profundum, & ego eruditor omnium eorum*, id est, facti estis laqueus, & non tam speculatores, quàm venatores Idolorum appellandi effecistis, vt quæ mihi offerebantur victimæ, Diabolo, falsisque offerrentur Diis, omnibus neruis id vnum studentes, vt pios quosque ad vestram traheretis idololatriam.

n Hose. 5. 1.

5 Circa lectionum varietatem. Notandum 1. Hebræa ad verbum ita hæc habere, (*Super vias,* seu *in viis sedisti*, seu *sedebas eis, sicut Arabs in deserto.*) In quibus relatiuum (*eis*) positum sine antecedente, quod frequenter accidit in Hebraico textu, refertur communiter ad transeuntes, & quidem Sanctes-Pagninus subintellectum censet participium, (*Insidians,*) quo sensu Hebraica lectio conueniet cum Vulgata, nam & Arabis nomen rectè pro latrone desumitur, cùm id in more sit Arabum, vt in tentoriis vitam in agris degant latrocinia exercentes. [o] Sic lib. 2. Paralipom. cap. 22. vers. 1. legimus filios Regis maiores natu interfectos à latronibus Arabum, qui irruerant in castra. Altero tamen sensu Isidorus Clarius ex eo quod & id quoque peculiare sit Arabum,vt iuxta vias cum transeuntibus mercaturam exerceant vendentes, & ementes, talibus mercatoribus assimilatam ait meretricem istam,huncque populum,quippe qui tabernacula Idolis prope vias constituebant, vt pessimas piis quibusque suas venderent idololatriæ merces, vtque à transeuntibus idololatris alia ediscerent idola,aliasque emerent diuersæ idololatriæ merces. Iuxta quem sensum rectiùs subintelliges participium parata, legens (*In viis sedebas eis parata,*) seu promptam te exhibens (*sicut Arabs, & mercator expositus prope vias in solitudine.*)

Arabis nomen positum pro latrone, & pro mercatore.

Hæretici similes meretricibus & latronibus.

o 2. Paralip. 22.

6 In versione Sept. est primum exigua, sed magni momenti inter Codices diuersitas in relatiuo, Complutensis enim & Regius habent, (*In viis sedebas αὐτῆς eius.*) Vaticanus autem legit cum Antiquioribus. (*In viis sedisti αὐτοῖς eis.*) & hanc meliorem censeo lectionem, Hebraico (vt visum est) textui, congruentem. Quòd si primam quis sequi velit, huic relatiuum(*eius*) referendum est ab subintellectum antecedens, Ac si dicatur, Sedebas, seu sedisti in viis eius regionis, seu eius, scilicet ciuitatis Ierusalem. Multo tamen in allata similitudine maior est & ab Hebraico textu, & à nostra Vulgata diuersitas: Hebraicam quippe vocem כערבי *Kangarabi*, id est, (*Sicut Arabs*) legisse videntur

dentur כערב *kengoreb*,id est,(*sicut Coruus*) vel(*sicut Cornix.*) Ideóque sic verterunt Ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη,seu ἐρημουμένη,id est,(*sicut Cornix deserta.*)Cuius similitudinis neminem reperio Expositorum qui sensum afferat,& genuinam rationem.Nisi quòd Martinus Delrius prima part. Adagiorum Sacræ Scripturæ Adagio 824.hæc attingens ait. *Cur verò Sept.verterint Ὡσεὶ κορώνη, (sicut Cornix) fateor me nescire causam aliam, quàm furacē huius Oscinis indolem, vnde & natus apologus Corniculæ pennis alienis ornatæ.* Vt autem ipse aliquid circa eam dixerim, tria dici posse crediderim. Primò, Iudaicum populum sub meretricis metaphora hîc explicatum, sedisse in viis (vt supra explicatum est) vt dux simpliciorum esset ad idololatriæ fornicationem, iuxta eum sensum, quem secundo loco ex Hosea Propheta attuli,nostram exponens vulgatæ lectionem.Vt vis similitudinis in eo sita sit, quòd à Phisiologis Cornix dux auium asseritur, Vulgatumque est quod à Cœlio,aliisque dicitur, Cornices Ciconiis ex vna in aliam regionem se transferentibus duces se se exhibere, & Ciconiarum agmen illas vt duces sequi.Secundo, Quòd eadem meretrix in viis sedeat sicut Cornix deserta,inhiās nimirum prædæ, quam ex transeuntibus referat, prædæ inquam animarum eorum, quos ad idololatriam alliceret, vt sit allusio ad Cornicis morem,quæ tunc potissimùm crocitat, cùm prædæ inhiat. Vnde & verbum Cornicari tamquam prouerbialis vox recenseri ab aliquibus,solet,ex illa sententia Aristophanis in Pluto. Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος ζητεῖς μεταλαβεῖν, id est, *Quid cornicceris*, seu *Crocites scio, nempe si quidquam rei furto inuolarim, vt hinc partem feras.*Sic ista Cornicis similitudo allata in versione Sept. haud multùm distabit ab ea, quæ est in Vulgata, similitudine latronis. Tertio peculiari ratione non tam Cornici simpliciter,quàm Cornici peculiariter desertæ, eumdem populum, eamdemque meretricem ob id assimilatum opinor, quòd in viis sedens post amatores suos, & post Gentes idololatras, earum inhians societati vehementiùs illas,atque idola inclamans vociferetur.Sæpius enim obseruaui,Cornicibus gregatim ex vno in alium commigrantibus locum, adeoque & ante cellulæ meæ fenestrā transeuntibus,desertam Cornicem aliquam maximis post illas crocitare vocibus, concitatoque illas consequi volatu.

Martin. Delrius.
Cornix furacis natura.
Haereticus similis Cornici ducē se exhibens erroris.
Cornix dux auium, præsertim Ciconiarum.
Cornix crocitat inhians prædæ.
Cornici desertæ quomodo assimilata meretrix.

7 (*Et polluisti terram in fornicationibus, & in malitiis tuis.*) Tam supra in explicatione vers. 1. explicatum est,quid sit pollui, seu peccare,aut præuaricari terram, eadem enim phrasis, idemque verbum in Hebraico textu hîc est, quod & ibi, tametsi in Vulgata,sicut & in versione Sept. ibi mulier pro terra posita reperiatur. Sanctes-Pagninus hæc ita vertit, (*Et præuaricare fecisti terram propter fornicationes tuas, & propter malitiam tuam,*) Regia, (*& prophanasti terram in fornicationibus tuis, & in malitia tua,*)Vatablus,(*Et effecisti vt pollueretur terra ob fornicationes tuas,& ob malitiam tuam.*

In versione Sept. varietas reperitur; nam etsi in omnibus, quotquot vidi, impressis codicibus, repererim verbum ἐμίανας,id est,(*polluisti*)notat tamen Victor aliquem codicem alterum pro eo habuisse verbum ἐφονοκτόνεις,id est,*interficiebas*,)cuius lectionis meminit & Hieronymus in suis Comment.vbi legit,(*Et interfecisti terram,*) in reliquis Sept.& Vulg. conueniunt. Quid sit autem interficere terram ex eo intelliges Psalmi,quo dicitur. [a] *Et occidis in grandine vineas eorum.* Nempe

Terram interficere quid sit.
a Psal. 77. 47.

A efficere,& mereri, vt eorum terra frugibus destituatur,ac fructibus,arboribus,atque germinibus, in quibus eius sita est vita. Id quod & per alias quoque significatur lectiones.(*Et polluisti*,&c.) vt clariùs expressit Chaldæus,(*Et cōdemnasti terram.*) Cæterùm,quod & malitiæ,& fornicationes istorum asseruntur causæ significat, nedum ob multiplices Idololatriæ turpitudines Iudaicum populum Deum exacerbasse, sed & ob innumera alia scelera. Quo sensu rectè intelligetur & lectio Hebraica, in qua malitiæ in singulari fit mentio: quamquam dici pariter queat, ibi fieri mentio-
B nem & turpium actuum externorum,fornicationum nomine, & deprauati animi,malitiæ vocabulo designari.

Vers. 2.] Leua oculos tuos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

DVPLICI ex causa peccatori obtingit,vt turpitudinem suorum non videat scele- 8
C rum, vel quia nimium illis adnexus est, circa quæ peccat,nimiumque intuentibus oculis sua propinqua habet peccata, quod Sapientem subindicasse crediderim, cùm dixit,[b] *Oculi stultorum in finibus terræ, in finibus* enim dicens, non *in fines terræ*, id significasse videtur, quòd non tam ad fines terræ directi sint, quàm quod ita in finibus sint terræ,vt terræ ipsi proximè,& quodammodo illi vniti inhæreant; constat autem experientiâ, oculum videre id minimè posse; cui nimium sit vnitus, si densum illud sit,opacum, ac terreum,quale profectò est peccatum,iuxta illud
D Philosophiæ affatum,*Sensibile positum supra sensum non facit sensationem.* Vt huic prospiciatur defectui, *Leua*)ait Dominus(*oculos tuos,& vide*,&c.)Ac si dicat, Tunc deformitatem videbis scelerum tuorum,cùm tuos eleuans oculos à finibus eos elongaueris terræ, cui per nimium delictorum tuorum affectum inhærebant: quia, vt per eumdem Sapientem dicitur,[c] *Sapientis oculi in capite eius*, id est,à terrenorum affectu ad rectam rationem,quæ caput animæ est,sunt eleuati:vnde rem quamque veluti excelsa è specula,vident,& cuiuslibet peccati turpitudinem.

Peccati deformitas à peccatore non videtur,quia affectuū oculis nimis eidem inhæret proximè.
b Prou. 17. 24.
c Eccl. 2. 14.

E Bene autem ad hæc,(*Leua oculos tuos,*)adiectum est, (*In directum,*) vt & altera quoque tollatur causa peccatori visionem impediens, fœditatis scelerum suorum, quæ in eo sita est, quòd eiusdem peccatoris oculi obliquè ea inspiciunt; cùm enim directâ illa intueri deberent acie, vt eorum perciperent peruersitatem à Deo distantem verâ rectitudine, in obliquitate potiùs oblectantur,ac in prauitate eorum,*statuentes* (vt ait Dauid)[d] oculos suos *declinare in terram.* A qua istius ignorantiæ causa eumdem peccatorem simili huic & Salomon auertit adhortatione dicens, [e] *Oculi tui*
F *rectâ*,aduerbialiter vt patet ex originalibus,id est, (in directum)*videant.* Ac si dicat, Si turpitudinis conscius fieri velis eorum, quæ admisisti scelerum, ne per prauitatis affectum in terram aciem declines oculorum tuorum, sed rectâ illa intuere & ad rectitudinis regulam.

Peccati deformitatē nō videt peccator, quia illā non rectâ, sed obliquè intuetur.
d Psal. 16. 11.
e Prou. 4. 25.

Describens Euclides Mathematicorum facilè Princeps lineam rectam, in definitionibus, quas 9
affert ad initium libri primi, definitione quartâ, illam dicit esse,*quæ ex æquali sua interiacet signa*, id est,cuius media æqualiter ad duo extrema sua se habent

Euclides.
Linea recta quid sit.

habent puncta: quod certè esse minimè posset, nisi & ipsa duo puncta æqualiter sibimet responderent. Vnde & Plato (vt super citatum Euclidis locum refert Commendinus) eandem rectam lineam definiuit eam esse, *cuius media opponuntur ad extrema*, quę nimirum æqualiter sibi inuicem sunt respondentia: creata omnia, & Deus duo sunt extrema signa visionis affectusque nostri; tametsi inter hæc duo signa Deus illud est, à quo creata & esse habent, & bonitatem, si æqualiter Deo respondeant, subiectaque sint. *Quid speciosius*, inquit Augustinus lib. contra epistolam Manichæi fundamenti, *quid conuenientius quàm rectum recto copulari*: nil certè conuenientius, nilue & speciosius, quàm cum recta linea duo visionis animæ signa sint connexa ad inuicem, creata nimirum cum Creatore: omne siquidem incõgruum, omne deforme, omneque malum non tam creaturarum, quàm animæ exinde est, quòd visionis eiusdem animæ, & cõsequenter etiam cordis (oculus enim trahit secum & cor) linea haud est recta, & duo signa inuicem non sunt æqualiter & rectè obiecta, creaturis obliquè ab ipsa inspectis, adeoque & prauè amatis. Hæc nostra corrigenda est intuitus obliquitas, leuandique oculi nostri in directum, si congrua nobis velimus omnia. *Si placent animæ*: dicit idem Augustinus, lib. 4. Confess. cap. 12. de creaturis loquens, *in Deo amentur, quia & ipsæ mutabiles sunt, & in illo fixè stabiliuntur, alioquin irent, & perirent: in illo ergo amentur, & rape ad eum tecum quas potes: & dic eis: Hunc amemus, hunc amemus, ipse fecit hæc, & non est longè.*

Plato.

Linea recta visionis nostra duo extrema signa sunt Deus, & creata omnia, quando æqualiter illa duo sibi sunt respondentia.

Augustin.

Quod in creaturis videtur incongruũ, & malũ, id totũ à nobis potius est, quod illas obliquè intuemur.

Creatura dirigenda ad Deum recto nostro earum intuitu, vt bona, rectaque appareãt, & sint.

10 Dionys. Carthus.

Conscientiæ examen quomodo rectè faciendum.

Peccata non tam sunt detestanda ob præsens incõmodum quã quia sũt Dei offensa.

Peccata non obliquè, sed rectè inspicienda, perpendẽdo cuiuslibet eorum circũstantias, & grauitatem.

Dionysius Carthusianus Expositione morali super hoc cap. 3. (*Leua*) inquit, (*oculos tuos in directum,*) *quasi linealiter ad veritatem, & solum Deum præ oculis habendo, (& vide) in quibus vitiorum generibus succubuisti, & quibus tentationibus victa es, circumstantias etiam peccatorum pensando. Aliqui enim peccatores oculos suos aperiunt, quia se peccatores esse cognoscunt, sed eos non leuant sursum, quia ad temporalem distantiam, siue præsens incommodum magis respiciunt, quàm Deum. Alij oculos leuant ad Deum, sed obliquè, non penitus in directum; Nam quamuis intuitu Dei peccatores se esse fateantur, impietates tamen suas perfunctoriè, & semiplenè corde pertractant, & quod magnum est vitium, reputant paruum.* Pro qua moralitate Dionysij pondera quàm bene inuicem duæ hoc loco sibi concinant lectiones. (*Leua in directum,*) & (*Leua ad excelsa:*) quantitas namque, & qualitas vniuscuiusque peccati tunc exactè à peccatrice percipitur anima: quum directè excelsa respiciens Dei, perpendere nititur eam, quæ in quolibet suo peccato est, vt mox dicebam, alterius extremi animæ suæ signi, creaturarum inquam quibus peccando abusa est, ab excelso altero signo illo, atq; à Deo obliquitas, & prauitas.

11 Cæterùm ista, quæ si in directũ leuentur oculi, videnda asseritur peccatorum deformitas, seu etiam deformitates, vno quidẽ prostrationis verbo designatur, (*Et vide vbi non prostrata sis:*) quo duo significantur, quæ magis enormia, maioremque deformitatem in quolibet arguunt scelere. Primum, quòd homo in mundo conditus, vt vniuersis celsior esset sublunaribus,[a] paulò minùs ab Angelis minoratus, constitutus à Deo super opera manuum eius, gloriaque & honore coronatus, vt animantium omnium, & cunctorum, quæ in mundo sunt Rex, atque dominus, per peccatũ eò se demittit turpitudinis, atq; dedecoris, vt vel vilissimis prosternatur creaturis iis, circa quas peccat, peccati, earumque quibus peccatũ admittit,

Per peccatum quomodo homo prosternat se

a Psal. 8.

A seruus, vilissimumque effectus mancipium, prout sæpius probatum est. Alterum, quòd cum scriptum sit,[b] *Dominum Deum tuum adorabis*, seu (vt ex originali patet) *Domino Deo tuo te prosternes, & illi soli seruies*, teste Redemptore nostro ad Diabolum sibi dicentem,[c] *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*: per peccatum creaturis ita se prosternit peccator, vt quemadmodum mox in primo versu explicatum est, illas vti suos adoret Deos, illisque vt Diis cultu cuiusdam seruiat idololatriæ.

b Deut. 6. 13.

c Matth. 4. 8.

(*In viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine.*) Viatorem in hoc mundo esse hominẽ nemo 12

B est qui dubitat, vnde cum multiplicibus se exerceat in studiis, & multiplices sint illius actiones, tam studia, quàm ipsæ eius actiones viarũ nomine in sacris literis sæpissime nuncupantur, in iisq; ambulare dicuntur, qui illis dant operam. Vnde cùm perfectio, quæ in hoc mundo haberi potest, in iugibus sita sit actionibus bonis, in continuo constituta dicitur progressu, adeoq; & beati[d] asseruntur, qui ambulant in lege Domini,[e] sicut & beatus quoq; appellatur, qui non abiit in cõsilio, i. in via, atque in studio, & actionibus impiorum.

Homo in hac vita viator.

Perfectio in præsenti vita est sita in iugi progressu.

d Psal. 118. 1.

e Psal. 1. 1.

C Cæterùm quoad istas impiorũ vias tribus modis peccatorem quẽque habere se posse ex Psalmo primo deducitur, ambulãdo, stando, atque sedendo; sic quippe ibi dicitur,[f] *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* In quibus tribus modis est gradatio semper in peiorẽ. Ambulat namque in peccatorũ viis, cùm primùm quis scelera admittit, ex vno in aliud trãsiens, nec in vllo figẽs pedẽ: Cùm verò in delictis perseuerat, tunc in iisdem peccatorũ viis stare dicitur, quod primo est peius. At cùm ita in peruersis studiis perseuerat, vt in illis totam suã sitã velit oblectationẽ, pessimo

D certè tunc omniũ modo in viis sedere dicitur peruersitatis, sicque sedere, vt & prauis exemplis, & peruersis nonnumquã etiam institutis alios inficiat, vnde & iisdem in viis sedere asseritur in cathedra pestilentiæ. Hocque illud est, cuius hoc loco arguitur peccator à Domino dicente, *In viis sedebas*, vt pote qui in profundũ malorũ deueneris.

In peccatorũ viis tripliciter habere se potest peccator, vel ambulando, vel stando, vel etiã sedendo.

f Psal. 1. 1.

Sedere in peccati viis est in illis perseuerare, aliisque inficere.

Porrò qui hac ratione in viis sederit totus planè est in aucupandis peccatorũ occasionibus, & in iis assequendis, ex quibus voluptatem aliquam capiat & quorũ ope tutus in sua perdurare queat sessione. Ideo bene adiicitur,[g] *Expectãs eos quasi latro in solitudine,*) Iam supra in capite secundo, vbi 13

E dicebatur, *Onager assuetus in solitudine*, explicatum est, quàm rectè mundus iste solitudinis designetur appellatione, vt pote in quo potissimùm sedere satagunt peccatores, quippe & voluptatibus perfrui. Vbi & iis inhiantes, quæ pro suis elegẽre amatoribus, cum quibus in vers. 1. & fornicare, & idololatrare dicti sunt, creaturas inquam, bonaq; illa terrena, sensibilia, atque carnalia, cum quibus peccãt, expectant quasi latrones, vt nimirũ ea sibi diripiant, & violenter obtineant. Cuius violẽtiæ

F latronis in hac creaturarũ direptione à peccatoribus factã testem habemus Apostolum in epistola ad Romanos, vbi ait.[h] *Vanitati*, i. vano peccati studio, *creatura subiecta est, non volens, sed propter eũ, qui subiecit eam in spe*, i. propter Deum, qui permisit, vt violentæ mundanorũ, ac scelestorũ hominũ subiecta esset deprædationi, data eidem spe futuræ liberationis ex illorum latronum manibus: *Quia & ipsa creatura liberatur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

Mundani toti sunt in aucupandis voluptatum occasionibus.

g Iere. 2. 24.

Mundani sũt quasi latrones viarum in hoc mũdo.

h Rom. 8. 20.

14 *Peccans peccare facit quodammodo & creaturas quibus abutitur.*

(*Et polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.*) Quando peccator in Dei offensam creaturis

turis

turis vtitur, fornicans (vt explicatum eſt) & idololatriam cõmittens cum illis, quæ ad bonos potiùs vſus, adeóque & bonæ, & puræ à Deo fuerũt conditæ, polluit certè illas, & quodammodo peccare eas facit, quomodo & meretrix peccare eũ facit, cũ quo fornicatur. Ideo iuxta Hebr. lectionem, dicitur, (*Et peccare feciſti terram*) terræ nomine vniuerſas & alias deſignãs creaturas, quarum vſus in ipſa eſt terra. Vel non minus aptè terrenos quoque homines, quos idem peccator præſertim ſi alicuius ſit apud populum auctoritatis, ſuis prauis peccare facit exemplis, vt & ipſi pariter ſedeant in viis, &c. eſt enim iſtiuſmodi hominum genus inſtar caprarum, prout aliàs probaſſe me recolo. Et quidem optimè ad rem noſtram apud Plutarchum lib. qui inſcribitur. *Quod Philoſopho cum Princip. diſputandum ſit.* Tom. 3. op. Moral. legimus. *Si Eryngium herbam vna aliqua Capra ſumpſerit in os, primum ipſam ſiſti, deinde omnem reliquum gregem cum illa conſiſtere, donec aſcendens caprarius herbam eximat.* Vtinam in caſu noſtro Sanctus aliquis detur ſpiritalis caprarius, & paſtor, qui virtute, prudentiáque ſuâ omnem à fidelibus ſibi commiſſis peccandi ſimiles eximat occaſiones.

Plutarchus.

Appendicem Patrum iſtius verſ. 2. vide infra poſt expoſitionem 2. verſ. 3.

Verſ. 3.] Quamobrem prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Q Vinimò [a] eadem fornicationes, & malitia id inſuper effecere, vt & cælum pariter fieret ſterile, ſic nimirum clauſum, vt è ſe nec eas emittere poſſet pluuias, quæ maximè ſuit neceſſaria, vel in Autumno, vel in Vere, [b] Nec tamen te propterea eorum pœnituit ſcelerum tuorum; Sed multis addictus es Diis, quorum coluiſti ſimulacra, cùm & multos ex tuo ipſo corpore habuiſti Reges, & Sacerdotes paſtores, qui & exemplis, & imperio in ſcandalum tibi extitère, & in occaſionem offendendi in idola: multoſque etiam paſtores, & alienarũ Gentium Reges, qui ſeſe tibi in petram exhibuère offenſionis, ad Deorum ſuorum cultum te prolabi facientes. [c] Erubuit cælum, adeoque & clauſum eſt, ita vt non emiſerit pluuias ob tanta ſcelera iſta tua, & tu vt impudẽtiſſima meretrix, ob illa non erubeſcis, cùm & tuam claudere debuiſſes faciem, ne ſic abominabilis videreris. Idola ipſa te, in erubeſcentiam deducebant ea, quam præferebant turpitudine, tu nihilominus illam renuiſti vel ab ipſis tuis obiectam iniquitatibus. Nec tam oblatis peccaſti occaſionibus, quàm quia inſtar meretricis tumet idolis, atque ſceleribus occurrens impudenter ea amplexa es: Eáque perfricta id effeciſti fronte, vt & cùm cælo, æneo tibi reddito, & mecum, vti æneâ fronte, quodammodo conixare in tuis obdurata contenderis malitiis.

a *Quamobrẽ prohibitæ sũt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit.*
b *(Et habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi.)*
c *Frons (ſeu facies) meretricis facta eſt tibi, noluiſti (ſeu renuiſti) erubeſcere.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Q Vamobrem prohibitæ ſunt ſtillæ*, &c. Ea eſt peccati vis, vt nedum terrã, ſed & cælum quodammodo ſterile reddat. Dictum in verſ. præcedenti de ſterilitate terræ, additur hìc & de ſterilitate cæli: lege caput vndecimũ libri Deuteronomij, [d] & videbis, quomodo ſicut ob diuinæ legis obſeruationem Deus pollicetur pluuiam matutinam, & ſerotinam, vbereſque fru-

Peccatũ ſterilem efficit nedũ terram, ſed & cælũ.
d Deut. 11. 14.

A ges: Ita è veſtigio, ob ſcelus præſertim Idololatriæ cælum ipſum claudatur. Eam igitur hoc loco vim habet dictio, (*Quamobrem*) ac ſi dicatur, Eadem, quæ mox dicta ſunt, fornicationes, & malitiæ tuæ effecerunt, vt clauderetur & cælum, ita vt non poſſet è ſe emittere vel eas, quæ maximè neceſſariæ ſunt pluuias, matutinam, ac ſerotinam; porrò ſerotina eſt, quæ Vere fit, & meſſis tẽpore: matutina verò eſt, quæ fit in Autũno, tempore vindemiæ, atque ſementis, quam plerique hìc ſignificatam arbitrantur nomine ſtillarum pluuiarum, quod confirmat Hebraicum nomen
B רביבים *rebibim*, imbres magnos, quales in Autumno fieri ſolent, ex communi Doctorum Hebræorum ſententia hìc deſignans.

Circa lectionum varietatem, Notandũ primo Hebræa ad verbum ita hæc habere, (*& prohibiti ſunt imbres, & ſerotinus non fuit.*) Notandum ſecundo. Hæc in verſione Sept. minimè reperiri: Sed eorum loco (qua ratione neſcio) alia haberi iſta. (*Et habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi*,) ſeu (*tuam*,) vt legunt Complutenſis, & Regia. Quibus non tam pœna ſignificatur ſcelerum, prout in Vulg. & in Hebr. quàm ipſorum ſcelerũ deſigna-
C tur multiplicatio, Iudaico populo ab iis cauſata paſtoribus, de quibus in primo verſu, iuxta Sept. dictũ eſt, *Et tu fornicata es in paſtoribus multis.* Cæterùm cùm paſtorum nomen tripliciter hìc accipi queat, vel pro falſis Diis, à quibus Iudæi idololatræ ſe paſci fatebantur: vel pro ipſis Iudææ Regibus, ac Sacerdotibus; vel pro Regibus extraneis. Tribus pariter modis quod dicitur, (*Et habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi*) explicabis. Primum: Et multis addictus es Diis, quorum coluiſti ſimulachra iuxta eum ſcripturæ morẽ, quo Idola offenſionis vocabulo deſignãtur, vt Ezech.
D 5. [e] *Pro eo quòd ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis*, &c. Et 11. [f] *Ingredientur illuc, & auferent omnes offenſiones.* Secundo, & multos ex tuo ipſo corpore habuiſti & Reges, & Sacerdotes paſtores, qui & exemplis, & imperio in ſcandalum tibi eſſent, & in occaſionem offendendi in idola, eo ſenſu, quo in libro Apocalypſis [g] dicitur, Balaam docuiſſe Balac mittere ſcandalum corã filiis Iſrael edere, & fornicari, quoue Paulus ad Rom. 14. ait, [h] *Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum, πρόσκομμα, fratri, vel ſcandalum* & ad Corinth. [i] *Videte ne fortè hæc licentia veſtra, πρόσκομμα, offendicu-*
E *lum* ſeu, *offenſio fiat infirmis.* Tertio: Habuiſti paſtores, Gentium alienarum Reges multos, qui ſeſe tibi in petram exhibuère offenſionis, ad Deorum ſuorum cultum te prolabi facientes: lapidis enim προσκόμματος offenſionis meminère ſæpius & Prophetæ, [k] & Apoſtoli. [l]

2 *Prælati mali ſunt in cauſa, vt ſcelera multiplicentur in populo.*
e Ezec. 5. 11.
f Ezech. 11. 18.
g Apo. 2. 14.
h Rom. 14. 13.
i 1. Cor. 8. 9.
k Iſaiæ. 8. 14.
l Rom. 9. 32. 1. Pet. 2. 7.

Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Duplex eſt peccati erubeſcentia, altera poſt illius admiſſionem, qua delinquens ſuffunditur in eiuſdem peccati pœnam, cuius tamen illũ minimè pœnitet: & qua in ipſo peccati actu cõfunditur, tametſi id is minimè abominetur, de qua
F ſupra. [m] *Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi* &c. Altera quæ peccatum præcedit eiuſdéque cauſat deteſtationem. Hæc certè commẽdabilis, ſicut illa eſt damnabilis. [n] *Eſt* quippe (vt dicitur in libro Eccl.) *confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriã & gratiam.* Haſque ambas ſimul recenſet & Ieremias noſter infra, cùm ait, [o] *Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt.* En erubeſcẽtiam primam: audi ſecundam: *Quin potiùs confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierũt.* Sanè Iudaicum populum ex

3 *Confuſio & erubeſcentia peccati duplex, altera bona, altera mala.*
m Iere. 2. 26.
n Eccl. 4. 25.
o Iere. 6. 15.

Idolis erubescentiam reuexisse maximã sat ex iis patet Isaiæ verbis. [a] *Confundentur ab Idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis, quos elegeratis, cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua.* Hoc tamen loco exinde arguitur, quòd in idololatriæ fornicationibus, meretricis instar se habuerit, atque instar impurissimæ, & impudentissimæ meretricis, bonæ penitus expers erubescentiæ nullum erubuerit idolũ vel ignominiosissimum, quale erat Priapi, & similium. Quod clariùs expresserunt Sept. vertentes, (*Facies meretricis facta est, σοι*, id est, *tua*) seu vt alij legunt *σοι*, id est (*tibi, sine rubore facta es ad omnes*,) sc. abominationes, falsorumque Deorũ cultus. Pro, (*noluisti erubescere*,) in Hebræo est מאנת הכלם *meanthe hichalem*, i. (*Renuisti erubescere*,) כלם *chalam*, quod haud simplicem, & ordinariam, sed grauissimam, & vehementissimam designat erubescentiam, vnde & per auxesim ad aliud addi solet verbum בוש *bos* quod & confundere, & erubescere item significat.

a Isai. 1. 29.

Peccatoris impudentia quanta, & quanta eiusdem sit obstinatio.

4 Habent autem hæc vim maximam tum ex iis quæ ipsa præcesserunt. (*Quamobrem prohibitæ sunt stillæ*, &c.) Æquè enim est ac si dicatur, Erubuit cælum, adeoque & clausum est, ita vt non emiserit pluuias ob abominationes tuas: Et tu vt impudentissima meretrix erubescere ob easdem noluisti, cùm & tuam claudere debuisses faciem, ne sic videreris abominabilis: Tum ex verbis singulis: Primò enim per id quod dicitur, (*Noluisti*,) seu efficaciùs ex Hebr. (*Renuisti erubescere*:) significatur prima resistentia, quæ à peccatore fit aduersùm conscientiam ei proponentem peccati fœditatẽ. Secundò, per impudentis meretricis similitudinem id aggrauatur scelus, quòd non tam oblata peccarit occasione, atque tentatione, quàm quia ipse obuiam idolorum, & peccatorũ processit occasionibus; & quia instar meretricis quæ in libro Prouerb. [b] describitur, Idolis atque sceleribus occurrens impudẽter ea amplexus est, eisque adhæsit. Tertiò, quod in Hebr. & in nostra Vulgara est nomen frontis, duritiem eiusdem indicat populi aduersùs Deum, qualis & mulieris meretricis est aduersùs virum suum; legimus enim apud Isaiã, [c] *Frons tua ærea est.* Et est pulcher sensus, si perpendamus, quàm aptè immediatè præallatis hæc subiiciantur verbis. (*Quamobrẽ prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & imber serotinus non fuit, frons*, &c.) Nã per hoc, (*Prohibitæ sunt stillæ*, &c.) idipsum significatur, quod aliis verbis in lib. Deuteronom. minitatus est Dominus, dicens, [d] *Sit cælum quod supra te est æneum.* Sicque quod hîc dicitur, tale est: ob nefanda scelera tua, cælum quod supra te est, reddidi æneum, prohibens ne emitteret vel stillam pluuiæ: Tuque viciſſim æreã eidem cælo, quin & mihi pariter te opponis fronte perque idololatriæ fornicationes, & obfirmatum in malitia animum cum cælo ipso, & mecum quodãmodo conizas.

Peccati conscientia in erubescentiam inducit.

Peccator instar meretricis quærit peccandi occasiones.

b Prou. 7. 10.

Peccator obfirmatus in peccato frõte ærea cum Deo conizat.

c Isai. 48. 4.

d Deut. 28. 23.

Vers. 3.] Quamobrem prohibitæ sunt stillæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 ITA propter peccata, in quibus homo per prauam sedet consuetudinem, diuinæ peccator expers fit gratiæ, vt nedum earum compos non fiat, quas præuenientes Theologi appellant, sed & eius quam consequentem dicunt: peccatis ipsis quasi peculiari prohibitione, & istius serotini imbris, & illarum stillarum pluuiarum è cæ-

Gratiarũ cælestiũ collatio impeditur per peccata.

A lis demissionem arcentibus. Vnde id postmodùm eidem contingit peccatori, vt & omni destitutus sit pudore: in quo vno aliquid esse potuisset spei ad aliquorum saltem scelerum deuitationẽ, adeoque opportunè subiicitur, *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Vide in prima literæ expositione.

Tria duntaxat hîc breuiter nota: Primum, Aptissimè post enumerata diuinæ voluntatis exhibita beneficia, inter quæ præcipuũ, vt supra probauimus vers. 30. cap. 2. disciplina & calamitatum percussio obtinet locum, ista ingens animæ subiicitur impudentia, cùm sapienter apud Xenophontem lib. 1. Cyropædiæ scriptum legamus, *Ingratitudini potissimum impudentia videtur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux est.* Secundum: Non minùs aptè, ad *frontis mulieris meretricis*, Epithetum, adiectum & id, (*Noluisti erubescere*) cùm, iuxta Diphili sententiam relatam à Io. Stobæo serm. 32. de Impudentia. *Qui nec erubescere scit, neque metuere, ille primas vniuersæ teneat impudentiæ.* Qualis certè ea extitisse patet, quam impius ille iudex Euangelicus se habere fassus est, [e] *Deum inquiens non timeo, neque homines reuereor.* Qua de re C Euripides in Medea, *Maximus morborum inter homines omnium impudentia.*

6

Impudentia ingrati peccatoris rectè subiecta enumerationi diuinorum beneficiorum in illum.

Xenophon.

Impudentia comes ingratitudinis, & dux ad omne malum.

Diphilus.

Impudentia maxima ea est quæ omnẽ excludit & erubescentiã, & metum.

e Luc. 18. 4.

Impudentia est maxima morborũ inter homines.

Tertium, pondera quod hîc non dicitur. (*Nescisti erubescere*,) sed (*noluisti erubescere.*) In quo apertè ipsâ exprimitur impudentiâ durities voluntatis & durum cor peccatricis obstinatæ, quæ nec conscientiæ stimulis, nec ærumnarum mouetur percussionibus.

Impudentia est cum duritie voluntatis, & duro corde.

Quæ Bernardi peregregiis sat mihi erit probare dictis, quibus lib. 1. de Consideratione ad initium, primum de conscientiæ stimulo ait. *Dolor continuus, & acerbus diuturnus esse non potest, nam* D *si nõ aliunde extunditur necesse est cedat vel sibi. Enimuerò citò aut de remedio consolationem accipiet, aut de assiduitate stuporem.* Pauloque post, voluntariam ipsam explicans animæ in meretricia impudentia duritiem. *Cor*, inquit, *durum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec precibus mouetur, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. Ipsum est, cui præteritum præter solas iniurias, nihil omnino non* E *præterit: præsentium nihil non perit: futurorum nulla nisi fortè ad vlciscendum prospectio, seu præparatio est. Et, vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar ipsum est, quod nec Deum timet, nec homines reueretur.*

7

Bernardus.

Dolor continuus, & acerbus non potest esse diuturnus nisi vbi sit stupor.

Cor durũ, & impudẽs quale nam sit.

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Leua oculos tuos, &c.

Vers. 3.] Quamobrem prohibitæ sunt, &c.

SEPTVAGINTA.

F

2. Ἆρον σοῦ ὀφθαλμοὺς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε, ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρθης, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐτοῖς, ὡσεὶ κορώνη ἐρημουμένη, καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου, καὶ ἐν ταῖς κακίαις σου.

3. Καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ, ὄψις πόρνης ἐγένετό σου, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας.

Vers. 2.

A *Verſ.2.*] Leua oculos tuos in directum, & vide, vbi non fueris permiſta. In viis ſedebas eis, quaſi Cornix deſerta. Et polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malis tuis.

Verſ.3.] Et habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi, facies tua facta eſt meretricis: ſine rubore facta es ad omnes.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Tolle oculos tuos ad loca edita, & vide, vbi non te iunxiſti, vt coleres idola: ſuper viam domus manſionis eorum expectabas ea, ſicut Arabes, qui morantur in tabernaculis in deſerto: & ream feciſti terram in idolis tuis, & in malitia tua.* Verſ.3. *Et prohibitæ ſunt guttæ pluuiæ, & ſerotinus imber non fuit: & impudentia quaſi mulieris meretricis fuit tibi: noluiſti humiliare.*

Hieron. — *Arabes ſunt gens latrociniis dedita.* — a Luc.10.30. — b Prou. 7. — *Hæretici vt conuertantur rectâ videre debent.*

(*Leua in directum,* &c.) Hieronymus, (*Quaſi latro in ſolitudine*) ſiue (*Quaſi Cornix deſerta.*) *Pro latrone ſiue Cornice in Hebræo ſcriptum* ערבי *ngarabi quod poteſt & Arabes ſignificare, quæ gens latrociniis dedita vſque hodie incurſat terminos Paleſtinæ, & deſcendētibus de Ieruſalem in Iericho obſidens vias, cuius rei & Dominus in* [a] *Euāgelio recordatur. Eleua igitur oculos tuos ô Ieruſalem, & huc, illucque circumſpice, & vide vbi nō fornicatione proſtrata ſis. Quomodo enim latrones ſolent ad veſperam, & in deſertis locis viatoribus inſidias tendere: ſic tu iuxta fornicariam Prouerbiorum,* [b] *ſedebas in viis ad veſperam, vt concubitu tuo animas interficeres fornicantium,* pro (*polluiſti*) legit ex Sept. (*Interfeciſti*) *propter quod vniuerſa terra polluta eſt in fornicationibus tuis, ſignificanter iuxta anagogem his, qui hæreticos errores deſerere ſe promittunt, præcipitur, vt leuent oculos in directum; Niſi enim rectâ videre cœperint, prauitatem priſtinam damnare non poſſunt.*

Ephrem. — *Luxuriæ vitium obiiciet Deus peccatori in die iudicij.*

Ephrem Syrus Tom.1. In diſput. de Virginitate, & continentia. *Peccator in die iudicij à iuſto iudice audiet, Serue nequam, & voluptatis potius quàm Dei amator, polluiſti terram meam in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.*

2 Cyril. Alex.

Cyrill. Alex. & totam hanc refert ſententiam iuxta verſionem Sept. primum lib. 11. in Geneſ. ſic, (*Leua in directum oculos tuos, & vide, vbi non fuiſti confuſa. In viis ipſis ſediſti quaſi Cornix deſerta: & maculaſti terram in fornicationibus tuis, & in vitiis tuis: & habuiſti paſtores multos in offenſionē tibi ipſi, facies meretricis facta eſt tibi, ſine pudore ad omnes fuiſti.*

Lib. autem 1. in Iſaiam, (*Attolle oculos tuos, & vide, vbi non conſpurcata ſis. In viis ipſis conſediſti quaſi Cornix ſolitaria: polluiſti terram ſcortationibus tuis, & malitiâ tuâ,* &c.

Theodorit. — c Ezec. 16.6.

Theodoritus, (*Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non fueris permixta*) pro (*Non polluta fueris,*) *Quod etiam per* [c] *Ezechielem dixit ei. Inueni te pollutam in ſanguine tuo, ſic etiam interpretatus eſt ſermo Syriacus. Non modo ſuſcipiebas accedentes, ſed etiam exibas inquirens: & Cornicum more ſedebas in viis expectans illorum aduentum, terramque repleſti pollutionibus multis.*

D.Thom. — *Iudæorū culpæ qualis.* — d Ezech. 16. 25. — *Peccatoris deſideriū peccandi.* — *Peccati effectus.*

D.Thomas. *Reuocat Iudæos ex eorum culpa, primò proponens culpam, determinans locum, (Leua oculos in directum) recta conſideratione, vel vndique vbi nunc, quaſi. vbicumque proſtrata, ſicut meretrix idololatriæ Ezech.* [d] *16. feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Et peccandi deſiderium, ſicut meretrix expectans amaſios, & Latro expectans quos ſpoliet, & determinans peccati effectum, (Et polluiſti terram,* &c.)

Verſ. 3.

3 — *Ex peccatis priuatio omnium bonorū.* — Hieronym.

Quamobrem prohibitæ, &c. ſeu iuxta Sept. (*Et habuiſti paſtores multos in offenſionem tibi,*) Hieron. *Vnde ablata eſt omnium benedictio rerum, vt pateretur ſiccitatem ſermonis Dei. Siue habuit paſtores, per quos offenderet Deum: vt qui magiſtri eſſe debuerant, vt alios ab errore prohiberent, auctores impietatis extiterint.*

Theodorit. — *Idola appellata paſtores.*

Theodoritus. *Multis pro vno Paſtoribus vſa es. Plures paſtores appellauit ipſa Idola, Quo enim modo patres mendacij ſuſſurantes denominationem diuinam, vocitabantur Dij, ita ſubrepto paſtoris veri nomine, paſtores ſunt appellati.*

Gregor.PP. — *Prædicatores dicti ſtillæ.* — *Prædicatores Sancti ſunt ſtillæ roris & ſtillæ pluuiarum.*

B Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 3. Legens. (*Prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum.*) *Prædicatores* inquit, *ſancti ſtellarum claritate figurantur, qui dum recta peccatoribus prædicant, tenebras noſtræ noctis illuſtrant. Vnde illis ſubtractis per Prophetam dicitur. (Prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum.)* In lib. autem 29. cap. 20. (*Prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum,*) *Ipſæ,* ait, *ſunt ſtillæ pluuiarum, quæ in libro Iob & ſtillæ roris nuncupantur. Siquidem ſancti Prædicatores quando diſpenſatione aliqua prædicationem temperant, quaſi rorem tenerum aſpergunt: Quando verò ea, quæ de ſupernis ſentiunt virtute, qua præualent, loquuntur, quaſi vbertim manantem pluuiam fundunt. Stillæ inſuper roris*
C *iidem dicuntur, quia arua pectoris noſtri inter mala vitæ præſentis quaſi inter tenebras ſiue noctis arentia, gratia ſupernæ largitatis infundunt.*

D. Thom. — e Iſai.5.6.

D.Thomas. *Pro culpa ponit pœnam, (Quamobrem prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum) quarum virtute generatur pluuia vel (ſtillæ)* Iſai. 5. [e] *Mandabo nubibus ne pluant ſuper vineam meam imbrem.*

4 Clem. Alex.

(*Frons mulieris meretricis,* &c.) Clemens Alex. lib. 1. Pædagogiæ cap. 9. obtrectatione, quæ eſt vituperatio obtrectans, vſum Dominum, ait, cùm per Ieremiam dixit. (*Fuit tibi aſpectus meretricis, impudens fuiſti erga omnes.*

Baſil. Magn. — *Hæretici in Catholicos, exprobrant, quæ ipſis conuenirēt, more meretricum.* — f Ioan.5. 18.

D Baſilius Magnus lib. 1. contra Eunomiū. Cum Eunomius diceret. *Quis autem ita ſtolidus eſt, vel ad impietatem audax, vt æqualem Patri filium prædicet? ipſe ita infert Baſilius. Dicamus igitur ipſi ad hæc illa prophetica, quod (frons mulieris meretricis facta eſt tibi, impudens factus es erga omnes,) Illæ namque ſua probra pudicè viuentibus ingerunt: & hic eos qui maieſtatem vnigeniti magnificare cupiunt, amentes, & ad impietatem audaces vocat, iiſdem rebus offenſus, quibus olim & Iudæi exacerbabantur, dicentes quod* [f] *æqualem ſe ipſum facit Deo.*

Hieron. — *Contra Hæreticos gloriantes in ſuis erroribus.*

Hieronymus. *Quia ſupra dixerat, Non peccaui, &*
E *magis peccauerat ſua ſcelera denegando: idcirco nunc arguit quaſi mulierem procacem, & nimiæ impudentiæ: vt non ad vnum, & alterum procaci vultu feratur, ſed nullum erubeſcat. Vtamur hoc ſermone aduerſus hæreticorum conciliabulum, qui in ſuis erroribus gloriantur.*

5 Auguſtinus. — *Hæreticorum Eccleſia meretricis facie Chriſti ſponſam ſe mentitur.* — Ioan. Chryſoſtomus. — Cyril. Alex.

Auguſtinus circa finem orationis contra Iudæos, Arrianos, & Paganos Tom. 6. *Eccleſiæ hæreticorū, quæ ſub ſpecie ſponſæ componit ſe, & mentitur ſponſum ſuum eſſe Chriſtum, reſpondet Chriſtus (Species fornicariæ facta eſt tibi, irreuerens facta es in omnibus.)*
F Citat & Ioan. Chryſoſtomus homil. in Pſal. 80. (*Facies meretricis facta eſt tibi, erga omnes fuiſti impudens.*) Sic & Cyrill. lib. 11. in Geneſ. ſupra citato.

Epiphan — *Contra impudicos intuitus.*

Epiphanius lib. 2. cont. hæreſes Tom. 1. hæreſi 52. Contra Adamianos ad impudentes intuitus hæc referre videtur. *His enim* ait, *non ob id, quòd non pudiſi int nuditas adeſt, etiam ſi ſic ipſi putarint, ſed inexplebilis voluptatis gratia, quæ oculorum pupillis delectationem inducit, & verè impletum in eis eſt, quod per Prophetam dicitur, Aſpectus meretricis tibi eſt, impudens factus es erga omnes.*)

6 Theodorit. *Peccator quâ aptè comparetur meretrici.*

Theodoritus (*facies meretricis facta est tibi, exuisti pudorem erga omnes.*) *Quo enim modo quæ pulchritudinem venditant frontis absterso pudore, pariter omnibus se prost[it]uunt: ita tu nulli amicitiam tuam conseruasti: Sed cùm fructuum vbertatem à me datam colligeres, seruiebas idolis: vt autem in calamitates lapsa illorum impotentiam sensisti, auxilium meum exposcebas.*

Greg. Pap. *Verecundiam cùm repellit peccator signum desperationis.*

Gregorius Papa in Psalmum 1. pœnit. in vers. *Erubescant & conturbentur*, &c. *Nobilis anima si quas aliquando peccati notas admiserit, verecundiam tamen à se funditus non repellit. Nam & illud verum est aperta desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. Vnde sub Iudææ specie contemnenti animæ dicitur* (*frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.*) *Qui enim neglecto Dei timore peccata peccatis accumulat, profectò vt meretrix frontem obdurat.*

Peccata peccatis addens frontē obdurat vt meretrix.

Eucherius. *Peccatrix anima dicta meretrix.*

Eucherius lib. de Spiritualibus formulis cap. 6. *Meretrix anima peccatrix, quæ relicto viro suo cælesti, id est Christo, adulterinos de Diabolo iniquitatis fructus concipit, in Ieremia,* (*facies meretricis facta est tibi.*)

7 *Hæretici instar meretricis suis se decorātis ignominiis, Catholicos subsannant.*

Septima Synodo, quæ & Nicæna secunda, non nihil ante finem Actionis sextæ, contra blasphemias hæreticorum linguas, Epiphanius Diaconus, *Dicamus*, inquit, *ad hæc Propheticum verbum* A (*facies meretricis facta est tibi: depuduisti apud omnes qui te viderunt.*) *Nam hæ in sua conuicia, & contumeliis, & turpitudinem se exornantes, qui honestè, & probè viuunt, subsannant. Peccatoribus enim pietas est abominatio: Ita & isti labiis præditi dolosis contra iustos gänniunt iniquitatem.*

Impij instar meretricū cōtra iustos gänniunt iniquitatem.

Anastasius. *Iudæorū impudentia in cultu Idolorum.*

Anastasius Synaita tom. 1. Biblioth. Patrum lib. 10. in Hexameron. *Synagoga dixit aliquando Deus,* (*Pudorem exuisti apud omnes,*) *Hoc est, Cùm mea esses sponsa, à me defecisti vnita omnibus Diis idolorum, fornicata es, & adorasti omnem creaturam.*

Rup. Abb. *Peccator publicè de sceleribus gloriatur.*

Rupertus Abbas lib. 1. in Apocalyp. in cap. B 17. *In fronte nomen scriptum quod est Babylon, habere quid est, nisi opera confusionis publica testari professione? Hinc prostitutæ Iudææ per Prophetam exprobrando Dominus dicit,* (*frons mulieris meretricis facta est tibi.*)

Bonauent. *Peccati characterem habet in fronte qui peccat sine rubore.*

Bonauentura in lib. 2. Sent. dist. 8. par. 2. art. 1. quæst. 6. ad 2. *Peccatum tunc dicitur esse character, quando scribitur in fronte: Hoc autem est, cùm homo peccat sine rubore, & publicè, vt iam possit ei dici* (*frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere*) *& tunc absque dubio peccatum nostrum cognitum est à Diabolo: quia iam non est secretum, sed manifestum.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ἌΡΟΝ τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε.] C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, αὐτὴν μάρτυρα καλεῖται οἰκείων ἁμαρτημάτων, αὐτὴν ποιεῖται κατήγορον, πάλιν ἐβόα, φησὶ, πᾶσα ὁδὸς κατηγορεῖ, ἴδε ποῦ οὐκ ἐξεφύρης, ὁρᾷς πῶς ποιεῖται σαφεστέρας τὰς ἀποδείξεις, καὶ τότε ἐπάγει τὴν δίκην;

Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας.] ἀνάνηψον, ὀρθὰ βλέψον σαυτῇ δίκασον.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] ἀμήχανον γὰρ ἐπιγνῶναι τὰ ἴδια πταίσματα, μὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς εὐθεῖαν ἐπαίροντα, καὶ σκολιῶν παυσάμενον λογισμῶν. [ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐνταῦθα βούλεται δεῖξαι τὴν πολλὴν περὶ τὰ ἁμαρτήματα σπουδὴν, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ταῦτα εἰργάζετο. [Ὡσεὶ κορώνη ἐρημουμένη.]

Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας.] ὁ κόραξ ἐξελθὼν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, οὐχ ὑπέστρεψε, γῆς ἐρῶν, καὶ νεκρῶν σωμάτων. καὶ σύ φησι ταυτὸ τοῦτο πέπονθας, πρὸς Θεὸν οὐχ ὑποστρέφουσα, ἄλλως, φιλότεκνος εἶναι λέγεται ἡ κορώνη, προλέγει οὖν ὁ λόγος τῆς φιλόπαιδος Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐρημίαν. [καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου.] E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν ἀπὸ ἁμαρτημάτων οὐκ ἄν ποτε μιανθείη ἡ γῆ, ἀλλ' ὥστε ἐπᾶραι τὸ πρᾶγμα λέγει.

Θεοδωρήτου.] τοῦτο ὑπερβολικῶς εἴρηται ἀπὸ πορνείας γὰρ οὐ μολύνεται γῆ, πλὴν εἰ μὴ λέγεις τὴν ἐν ἡμῖν, περὶ ἧς ὁ θεῖος Παῦλος φησίν, οὐκ

Vers. 2. LEVA *oculos tuos in directum & vide, &c.*) 8

Chrysost. *Iudicaturus peccatorem Deus illū ipsum primò in testem & accusatorē assumit delictorum suorum.*

Chrysostomi.] *Vide, ipsam propriorum delictorum testem adducit: ipsam sui accusatricem facit, iterum clamabat, ait, omnis via accusat: Vide vbi te non inquinaueris, cernis, vt ream manifestiùs conuincat tuncque inferat pœnam?*

Theop. Alex. *Ad cōfessionē excitat Deus.*

Theophili Alexandrini.] *Respice, rectà intuere, tibi ipsi index esto.*

Vict. Presb. *Cognitio peccatorū haberi nequit, ni rectà inspiciatur.*

Victoris Presbyteri.] *Fieri haud potest vt quis proprios errores cognoscat, ni oculos in directum leuauerit, & à cogitationibus prauis cessauerit.* (*In viis sedebas.*)

Chrysost. *Impiorū peccandi studiū quale.*

Chrysostomi.] *Hic vehemens peccandi studium indicare vult: quod maximo voluntatis impetu ea operaretur.* (*Quasi Cornix deserta.*)

9 Theophilus Alexandrin. *Impœnitēs similis Coruo non redeunti ad Arcam. Ierusalē magna desolatio præsignata similitudine Cornicis desertæ.*

Theophili Alexandrini.] *Coruus arcâ egressus haud rediit, terræ cadauerumque appetens. Et tu, ait, hoc idem perpessa es ad Deum non rediens.* Aliter. *Cornix, vt aiunt, pullorum est nimium amans: vaticinatur ergo hic sermo amantis filiorum Ierusalem desolationem.* (*Et polluisti terram in fornicationibus tuis.*)

Chrysost. *Peccati fœditas quanta.*

Chrysostomi.] *Atqui ex delictis numquam terra polluetur, sed vt pondus rei adiungat, hoc dicit.*

Theodorit. *Peccato fœdatur tēplum Dei, quod nos sumus.*

Theodoriti.] *Hoc Hyperbolicè dictum, adulterio enim nusquam terra polluitur, nisi terram nostram intelligas, de qua & D. Paulus ait: Nesci*

οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστὲ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν; εἴτις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] ἄλλος δὲ αὐτὶ τοῦ, ἐμίανας, ἐφονοκτόνεις, ἐξέδωκε, διὰ τὸ θύειν ἀνθρώπους, τοῖς μεθ' ὧν ἐπόρνευε δαίμοσιν.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ἰδὲ ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρης, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας.] αὐτὶ τοῦ ἐμιάνθης, ἀλλ' ἠσέβεις μὲν καὶ τότε, ὅμως δὲ καθυπεκρίνου τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν τῇ εἰς τὸν ναὸν ἀφίξει, νῦν δὲ εἰς ἀπέραντον ἐχώρησας βυθὸν κακῶν, πάντα τόπον ἐμπλήσασα τῆς παρανομίας σου, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐτῆς, ὡσεὶ κορώνη ἐρημουμένη, τουτέστιν ὡς μεμονωμένη κορώνη γέγονας παντὸς καλοῦ στερηθεῖσα. ὑπὸ πολλῶν τε ἐχθρῶν αἰχμάλωτος γενομένη, καὶ διαφόρῳ θανάτῳ ληιζομένη, καὶ ἔτι αὐτέχου τῆς κακίας. [καὶ ἔχες ποιμένας πολλοὺς, ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι.]

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ ἀναίσχυντον, πεπαρρησιασμένως εἰδωλολατροῦσαν, καὶ ἀρνουμένην, καὶ ἀναλγήτως ἔχουσαν τῶν ἰδίων κακῶν, καὶ μὴ λόγον προφητικόν; μὴ Θεοῦ φόβον, μὴ νόμον πατέρων, μὴ τὰς θείας εὐεργεσίας, μὴ τὰ συνέχοντα κακὰ βαλλομένην εἰς νοῦν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἐμὲ ἔβλαψας, ἀλλὰ σὺ ἐβλάβης, σὺ τὰ δεινὰ πέπονθας, ποιμένων γὰρ τὸ ποιμαίνειν ἐστὶν, οὐ τὸ ἐμποδίζειν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸ δεινὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐδὲ ἐπελάβετο τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, οὔτε μὴν ἐπιεικῶς ἡμάρτανεν.

A *Nescitis* [a] *quod templum Dei estis, & spiritus Dei in vobis habitat, Destructorem templi Dei destruet Deus.* a 1. Cor. 3. 16.

Victoris Presbyteri.] *Alius pro Polluisti (Strages edidisti) exposuit, quòd homines, quibus cum fornicabatur, dæmonibus sacrificaret.* Vict. Presb. *Iudæi Dæmonibus sacrificabant homines.*

* Chrysostomi.] *(Vbi non fueris permixta in viis sedebas, &c.) Pro (polluta es.) Sed & tunc quoque impia eras, tamen aduentans ad templum honorem erga me dissimulabas. Nūc* 10 Chrysost. *Iudæorū peruersitas in deterius prolapsa.*
B *in immensum te proiecisti malorum profundum, omni loco tuis iniquitatibus oppleto. (In viis tuis sedisti quasi Cornix deserta. (Hoc est vti desolata Cornix effecta es omni bono priuata, multorumque captiua ditionem passa, varia morte deprædata, & tamen malitiam retinebas.* Chrysost. *Peccatoris miseria quāta.*

Vers. 3. *(Et habuisti pastores multos, &c.) Facies tua facta est meretricis, &c.)* 11

Victoris Præsbyteri.] *Vocat quoque ipsam impudentem palàm idolis deditam, & negan-*
C *tem, nec propriorum malorum sensum habentem, Non sermonem Propheticum, non Dei metum, non leges maiorum, non à Deo sibi collata beneficia, non quibus opprimeretur malis cogitantem.* Vict. Presb. *Impudentia peccatoris cū insensibilitate criminum suorum, &c.*

Chrysostomi.] *Non mihi, sed tibi tulisti damna: mala sustinuisti: Pastoris enim pascere, non impedire est.* Chrysost *Peccator sibimet mala causat.*

Eiusdem] *Graue hoc est, quòd proprios lapsus non perceperit, nec mediocria peccarit.* *Obstinati peccatoris horrēdus status.*

D
Vers. 4.] Ergo saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ergo saltem amodo voca me. Pater meus, & dux virginitatis meæ tu es.

EX [a] *nimia charitate mea, qua factum est, vt te vel ita impudentem, atque in sceleribus obfirmatam non deleuerim, expectans te ad pœnitentiam, ad eamdemque te inuitans, æquum fuisset, vt te iam diu pœniteret. Vel nunc igitur conuertere, postquam tuam explesti libidinem. Quātumlibet procax aduersùs me fueris, idola Deos tuos appellans, & vt Deos colens: Vel nunc à me inuitata me vnum voca, meque solum cole Deum tuum: Me inuoca: Inuocansque tuis me placare studeas precibus, antiquioribus meis commemoratis beneficiis, & hisce ipsis vtere verbis, Pater meus es, tum ob generalem creationem, quæ mihi cum omni humano communis est genere, tum ob creationem specialem, qua me in acceptabilem tibi formasti populum: Sed & dux es pueritiæ, adolescentiæ, ac virginitatis meæ; quia cùm primum me adhuc exiguam, nec dum per vituli idololatriam corruptam ex Ægypto liberasti, ducem te mihi in deserti exhibuisti itineribus: nec non & per legis largitionē ducem te item tribuisti, atque doctorem, ex cuius consilio, & disciplina, veluti præeunte, omnes meos dirigerem actus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ERGO *saltem*, &c. Istius sententiæ vis, ac intellectus ex singulorum verborum eius pendet perpensione, emphasim enim quàm maximam habent. Ac primum, *(Ergo)* cùm necessariam ex superioribus inferat collectionem, peregregium, ac efficacissimum & diuinæ bonitatis, & cuiusdam quodammodo necessitatis pœnitentiæ à Iudaico populo & ab obstinato peccatore quolibet colligendum suggerit argumentum, ex eo quòd frons meretricis ei facta est, noluitque erubescere; & ex eo quòd nihilominus ipsum tanto tempore Deus sustinuit. Quod argumentum amplificat id quod immediatè subiectum
E est, *(Saltem amodo:)* Æquè enim est, ac si dicatur, ob nimiam charitatem meam, qua factum est, vt te impudentissimè, & per longissimum temporis spacium nefandis tuis sceleribus mihi obsistentem penitus non deleuerim, ad pœnitentiam te expectans, quin & ad illam te inuitans, æquum fuisset, vt te iam diu pœniteret, debuisseque ad me reuerti. Vel nunc igitur conuertere, postquam tuam explesti libidinem. Ea est quippe Dei in peccatores benignitas, vt vel etiā vndecima, extremaque senectutis hora ad vineā illos vocet pœnitentiæ, prout parabolā habes Euangelij. [b] Augetur eiusdem diuinæ bonitatis
F argumentum ex eo quod tertio adiicitur, *(Voca me,)* quod triplicem habere potest sensum. Primum, ac si dicatur, Quātumlibet procax aduersùs me fueris, idola Deos compellans, atque vt Deos colens, vel nunc etiam à me inuitata me vnum voca, meque solum cole. Eo modo, quo apud Isaiam de eodem Dei cultu dicitur, [c] *Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis, vocabit nomen meum*, id est colet. Secundum, vt eis quos tam benignè & expectauit, & inuitauit ad pœnitentiam, efficacissimam porrigat rationem, & medium,

Bonitas diuina sustinēs peccatores excitare illos deberet ad pœnitentiam.

b Matth. 20. 6. *Vocare nomē Dei, pro, illū colere.*

c Isai. 41. 25. *Oratio est peccatori est ti mum mediū ad conuersionem.*

medium, quo suam adiuuare, & profiteri queant conuersionem, confugium nempe ad orationem, vt tantumdem sit, ac si dicatur, inuoca me.

Orationis verba efficacissima peccatori suggerit Dominus.

Tertium denique & literæ magis congruum, vt iuncta cum subsequentibus, (*Pater meus*,&c.) modum per ipsa Deus eisdem subministret, & verba, quibus illi diuinæ respondentes inuitationi, & debitam ob antiquissima beneficia suā erga ipsum fateantur obligationem, & ex iure quod ab antiquo cum ipso habent consanguinitatis, eum magis sibi reddant placabilem, deinctumque quodammodo eumdem ostendant, qui eis ad iustificationem ferat opem.

2

Patrem vocari ob beneficium creationis summopere gaudet Deus.

a Deut. 32. 6.

(*Pater meus*,) Possunt hæc accipi & generaliter,& particulariter:Generaliter & à Iudaico populo, & ab vniuerso hominum genere Deus appellatur pater ob beneficium creationis, iuxta illud Deuteron. [a] *Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te:* Quod beneficium sibi commemorari summopere gaudet, ita vt propterea hoc in primis in oratione Dominica proponi iusserit [b] Iesus: hocque potissimùm Dei iram illi apud Isaiam placare contenderint, qui dixêre: [c] *Et nunc Domine pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine satis*, &c. Specialiter verò à Iudaico populo, nec non & à quibuslibet fidelibus Deus Pater vocatur ob specialem item creationem, non tam secundùm carnem, quàm secundùm spiritum, de qua apud Isaiam ait, [d] *Omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum, & feci eum.* & paulò post, [e] *Ego Dominus sanctus vester, creans Israel, Rex vester, & Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.* Cuius specialis beneficij,& creationis aliàs quoque Iudaicus populus vsus est commemoratione, in efficacissima ad Deum oratione, qua ad consuetam illum flectere nitebatur misericordiam, dicens,[f] *Attende de cælo,& vide*, &c. *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. Tu enim pater noster,& Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos*,id est, Ea creatione nobis es pater, in qua nil ex se contulêre, qui nos genuêre secundùm carnem Abraham,& Israel. Tu Domine pater noster, Redemptor noster, à sæculo nomen tuum.

b Matt. 6.9.

c Isai 45.8.

Pater à fidelibus vocatur Deus ob specialis creationis beneficiū.

d Isai 43.7.

e Isai 43.15.

f Isai.53.15.

3

Dux Iudaico populo Deus extitit dupliciter, & vt illum ex Ægypto eduxit, & vt eidem legem largitus est.

(*Dux virginitatis meæ tu es.*) Ducis quoque nomen dupliciter accipi potest, atque adeo & duplex à Iudaico populo Deo commemorandum proponitur illius beneficium, redemptionis ex Ægypto alterum, alterū largitionis legis. Enimuerò quando Deus eum ex Ægyptiaca captiuitate eduxit, atque redemit, ducem sanè illi sese exhibuit, eaque ratione, *Dux* appellandus *virginitatis*, seu, vt est in Hebr. *pueritiæ*, aut *adolescentiæ* eiusdem populi, quomodo & in principio capitis secundi explicatum vidimus, dicente ipsomet Domino, [g] *Recordatus sum tui,miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur.* Et paulò post, [h] *Et non dixerunt,vbi est Dominus,qui ascendere nos fecit de terra Ægypti,qui traduxit nos per desertum*, &c. Bene autem virginitatis eius dux hoc dicitur sensu, quia tunc temporis neutiquam corruptus is fuerat per idololatriam aliquam.

g Ierem.2.2.

h Ierem.2.6.

4

Dux in actionibus omnibus, & à con-

Sed & ob diuinæ legis beneficium Ducem se appellari Dominus ab eodem vult populo,& ducem virginitatis eius, quia primum, cùm virgo

A is esset, nec dum per vituli adorationem corruptus, per Moysem legem ei est clargitus, quanquam illi ipsam minimè in pristina receperint virginitate. Sic ergo hîc dici Dux Deus vult, quomodo & Dauid in Psalmo 54. Sapientissimū consiliarium suum Achitophel ducem suum appellauit, dicens, [i] *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus*: intimus nimirum amicus,ex cuius consilio omninò pendebam, & veluti doctor meus: quod magis Hebraicum denotat vocabulum אלוף *aluph*, & in prædicto Psalmi, & hoc loco vsurpatum, quod deducitur à verbo

filiis habēdus Deus.

i Psal.54.14.

B אלף *illeph* coniugationis Pinghel, Docere. Sic itaque iuxta hunc sensum, *Voca me*, inquit, *ducem virginitatis tuæ*, vt & doctrinæ antiquum mihi cómemores beneficium, quo legem tibi tradidi disciplinæ, ac simul me tuum intimum fatearis amicum, ex cuius consilio, & auctoritate veluti præeunte, omnes posthac tuos directurus sis actus.

Non prætereundum censeo & alium totius huius sententiæ sensum, quem fusiùs in suis Comment. prosequitur hoc loco Gaspar Sāctius: Vt & denuo hîc, sicut supra in vers.1.Iudaicam

5

Gasp Sāctius

C Synagogam post meretriciam impudētiam Deus reuocet ad restaurandas secum nuptias. Ac si dicatur, Renoua nuptias, ad thalamum redi: vt allusio sit ad connubiales Iudæorum consuetudines, connubialiaque monita, quibus nouæ nuptæ à sponso proprio monebantur, vt iam ex tunc naturalis sui obliuiscerentur patris, cuius loco ipse successerat, in cuius earum vnaquæque translata erat cognationem,iuxta illud Psalmi [k] 44. *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Sic quod secundo hîc adiicitur, (*Dux virginitatis*, seu *pueritiæ*, aut *adolescentiæ meæ*,) scil. vo-

Connubialis Iudæorū antiqua consuetudo,vt sponsus nouā nuptā moneret, ex tunc vt ipsum haberet & vt patrem, & vt ducem.

k Ps.44.11.

D ca me, idipsum designat quod, (*Voca me pater meus*,) sensu prædicto: quod iam sponsus ipse illi habendus esset & instar patris, à quo in pueritia, adolescentia, atque in virginali statu instituta, ducta ac moderata fuerat. Quam institutionem,ac moderamen in translatam in domum, cognationemque sumere solet sponsus, adeoque & eodem, quo pater, sponsus ipse insignitus reperitur nomine isto [l] Prouerb.2. *Quæ reliquit ducem pubertatis suæ.* Quicquid autem de istis sit cōnubialibus,mihi magis arrident quæ primo dixi, vt generalior ista sit sententia, quàm quæ ad vnū

l Prou.2.17.

E restringatur nuptiarum beneficium.Cuius generalitas euidentior ex versione fit, vt mox dicemus, & variâ lectione Sept.Hebræa ita totū hūc habent versum 4. הלוא מעתה קראתי לי אבי אלוף נעורי אתה *halo mengatthah karath li abi aluph nengurai attah.* Quæ à Regia, & ex Pagnino ita redduntur, (*Nonne ex nunc*, seu *ex hoc tempore vocabis me Pater meus, dux adolescentiarum mearum*, seu *adolescentiæ meæ tu es.*) A Vatablo autem sic, (*An non vel posthac ad me clamabis*, seu *me vocare deberes Pater meus, dux adolescentiæ meæ es tu.*) Sed cum verbum קראתי *karath* præ-

5

F teriti sit temporis, proprius ita eadem vertetem, (*Nonne ex nunc vocasti me, pater meus, dux adolescentiæ, seu pueritiæ meæ tu?*) Quibus efficaciùs est expressum id diuinæ bonitatis, & necessitatis pœnitentiæ argumentum, quod ex præcedentibus inferri vidimus in explicatione Vulgatæ. Ac si dicatur, Cùm ita mecum tuis contenderis sceleribus, vt & ob impudentiam; & ob obstinationem frons mulieris meretricis facta sit tibi, nec ob manifestam idololatriæ turpitudinem volueris erubescere, teque nihilominus hucusque

Dei bonitas sustinens peccatores suggerit eisdem argumentum necessitatis pœnitentiæ.

que benigniſſimè ſuſtinuerim, fieri-ne poteſt, vt vel ex nunc non te præteritorum pœnituerit ſcelerum, & ad me conuerſa non me vocaueris,
6 &c.

In verſione Sept. maximam in modicis hiſce verbis reperio & apud veteres Patres, & in Græcis codicibus varietatem, Siquidem Complutenſis, & Regia ſic legunt. (*Nonne* ἕως νῦν *vſque nunc me vocaſti & patrem, & ducem virginitatis tuæ?*) Codex tamen Vaticanus, & Aldinus, pro ἕως νῦν, ha-
Clem. Alex. bent ὡς οἶκον (*tamquam domum,*) quam lectionem ſecutus eſt Clemens Alexand. lib. 1. Pædagogiæ
a Pſal. 30. 3. cap. 9. & Theodoritus, afferens in eius intelligentiam illud Pſalmi 30. [a] *In domum refugij*: Alij vt videre eſt in Annotationibus Codicis Vatica-
Ambroſius. ni, habent ὡς οἰκεῖον, (*tamquam domeſticum,*) quomodo & Ambroſius Epiſtola 13. legens, (*Non ſicut domeſticum me vocabas, & patrem, & initiatorem*
Origen. *virginitatis tuæ.*) Plerique tamen Patrum ὡς κύριον (*ſicut dominum*) habent, ſic Origenes Homil. 12. in Leuit. (*Nonne ſicut dominum me, & patrem vo-*
Cyril. Alex. *caſti & principem virginitatis tuæ?*) Sic & Cyrillus Alexandrinus, tum lib. 11. in Geneſ. tum lib. 1. in Iſaiam pag. 174. (*Non ſicut Dominum me vocaſti, & patrem & auctorem virginitatis tuæ.*) Idemque lib. 12. in Leuit. (*Nonne ſicut Dominum me*
Hieronym. *vocas, & patrem, & principem virginitatis tuæ?*) Sic & Hieronymus lib. 15. in Iſaiam cap. 54. ita hæc citans, (*Non vt Dominum me vocaſti, neque vt pa-*
Auguſtinus. *trem, & principem virginitatis tuæ.*) Singularis denique eſt Auguſtini circa finem orationis contra Iudæos, Arrianos, & Paganos, tom. 6. lectio, (*Nō ſicut patrem appellas me, & principem virginitatis tuæ.*) Circa quam lectionum examinationem multis hîc eſſet philoſophandum, quæ aliis potiùs perſcrutanda relinquo. Vide in noſtra Appendice aliqua.

Verſ. 4.] Ergo ſaltem à modo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *A conuerſione impeditur homo vel ab impudentia, vel à metu, vel ab erubeſcentia.*

OBSERVARE eſt in humanis, filiam, quæ à patre, vel à viro receſſerit data in reprobum ſenſum, triplici detineri ratione, ne à praua recedens vita ad ſuum reuertatur patrem, aut virum, vel ob metū, vel ob impudentiā, vel etiam
E ob erubeſcentiam. Tria hæc omnia modicis hiſce verbis ab anima peccatrice remouet Dominus; Impudentiam quidem, & erubeſcentiam dictione *ergo* præpoſita iis quæ ſubſequuntur, *ſaltem amodo voca me*, & ſubiecta iis, quæ præceſſère, *frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere*: qua duplicem deſignat illationem: primam ab impudentia auertentem: ac ſi dicat, eò huſque deueniſti, & proceſſiſti in ſceleribus impudentiæ, vt meretriciā fronte nec ante faciem meam peccare erubueris, idque & ipſe huſque patienter tuli, ergo ſaltem amodo tantā hac prauā
F amotā impudentiā me vereare vt patrem, virumque tuum. Secundam verò à praua item deterrentem, erubeſcentia, Ac ſi dicat, ſi adeò in delinquendo fuiſti impudens, vt iam omnem renueris erubeſcentiam, meretriciam tuam obfirmans frontem, ergo ſaltem amodò vt meretrix, & peccatrix abſque ea te mihi præſenta erubeſcentia, qua immeritò me erubeſcis, quem vt benigniſſimum patrem vocare potes, & ducem, ac virum virginitatis tuæ: quæ faciunt pro Euan-

A gelio Magdalenæ mulieris peccatricis. Necnon [b] b Luc. 7. 37.
& pro Euangelio filij prodigi aſſerentis, [c] *Pater* c Luc. 15. 18.
peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis. Hocque illud eſt quod apertius conſulit auctor libri Eccleſiaſtici, dicens, [d] *Ne confundaris*, & ex d Eccl. 4. 31.
Græco, *Ne erubeſcas confiteri peccata tua.* Denique tertiam remouet timoris rationem, qua eadem peccatrix anima arceri forſitan poſſet ad redeundum, & conuertendum ſe ad Dei faciem, quem impiā ſuā maximopere læſerat defectione, auerſione, ſceleribuſque innumeris ad iracundiam
B prouocauerat, *Saltem amodo voca me Pater meus, & dux virginitatis meæ tu es.*

Nota eſt antiquorum conſuetudo, quam & noſtris quoque temporibus ſeruari videmus, vt ſponſæ eæ præſertim, quæ iuniores ſunt, blandā appellatione & filiæ à viris nūcupentur, adeoque ſi viciſſim & vir à coniuge pater, & ſponſus nuncupetur, haud dubium, quin leniendus is ſit, vel ſi erga illam ſit maximè indignatus. Hanc igitur vt maximè efficacem Deus peccatrici animæ dat formam ipſam, omni eiecto metu, penitus deliniendi. Sed ſi exactiùs formam iſtam
C perpendamus, animaduertemus, re vera cum ipſo Deo ſolo vti ea licitum, atque ad ipſum Deum ſolum certam, tutamque habere vim flectendi ad miſerationem, & leniendi iram eius quamcumque. Enimuero tametſi & antiquitus, vt dictum eſt, ſponſæ à viris filiæ, & viri viciſſim à ſponſis patres appellarentur, vt apertè affirmant Boëtius lib. 2. ad Topicam Tullij, & Seruius in lib. 4. Æneid. noſque & in Comment. ſuper ea verba Cantic. [e] *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis,* notauimus; & ta-
D metſi & modo iiſdem ſæpius coniuges blandè ſe compellent nominibus, nullum tamen inter homines ciuilibus inſtitutos moribus reperire eſt, qui ita verus ſit ſponſæ vir, vt verus quoque ſit eiuſdem pater, adeoque & viſcera erga illam habeat paterna: vnde fit vt quò maior viri eſt erga ſponſam ſuam dilectio, eò vehementior, & implacabilior in eam adulterantem ſit indignatio, teſte Salomone, tum in lib. Prouerb. vbi ait. [f] *Quia zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus,* tumque efficacius in libro Cantic. verbis iis, [g] *Quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio;* nil enim inferno
E durius, in quo nulla eſt redemptio.

8 *Vxor appellatur viri filia.*

Patrem ac ſponſum neminem præter vnum Deum vere appellare poſſumus.

Boëtius.

e Cantic. 7. 1.

f Prou. 6. 35.

g Cant. 8. 6.

Vnus dūtaxat eſt Deus, qui & Eccleſiæ, & ſingularum fidelium animarum ita verus eſt ſponſus, vt ſimul quoque cuiuſcumque earum verus ſit & pater: quiue vnomet Baptiſmi Sacramento vnamquamque & genuit, iuxta illud Iacobi, [h] *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius*: & deſpondit mundans eam, [i] (vt ait Paulus) *lauacro in verbo vitæ, exhibens ipſe ſibi illam glorioſam ſponſam non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & im-*
F *maculata*, vnde & meritò vel ab anima peccatrice dux, ſeu ſponſus, & vir virginitatis illius vocari gaudet. Ad tollendum autem omnem ab ipſa indignationis eius pauorem, & ſua ſimul ab ea ſibi proponi ſuadet paterna erga ipſam viſcera, quæ ita ad filiæ commouentur commiſeratione, vt omnem ſuperent zeli duritiem, iuxta illud, [k] k Iſai. 63. 15.
Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? Tu enim pater noſter, vtque illico & omnem ab illa abigant mœrorem, & ſtatim benigniſſimam, paternamque eidem referant reſponſionem, & quarum-
cumque

9 *Patris appellatio aptiſſima ad leniēdum Deū, & quodlibet ab illo obtinendum.*

h Iaco. 1. 18.
i Eph. 5. 26.

cumque precum exauditionem, iuxta illud, *Plorans [a] nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui, statim vt audierit respondebit tibi.* Quæ & peregregiè probat Iesus in Euangelio, dicens, [b] *Quis ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi?* &c. *Si ergo vos cùm sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* Est peregregia apud Stobæum Antiphanis sententia ista. *Cùm aliquid in gratia dilecti filij facio, Hunc ad me pertinere fructum mihi persuadeo.* Quam sententiam & cælesti nostro tribueris patri, cuius paterna viscera creatum omnem in infinitum B excedunt amorem philosophari exinde poteris perquàm valida ad peccatores conuincendos, & multò efficaciora ad promouendum in vno quoque fidelium in talem patrem amorem. Porrò quòd ab anima peccatrice, cui se misericordem exhibere vult Deus, vnà cum patris appellatione non tam virum, seu sponsum simpliciter, quàm ducem virginitatis, seu iuxta Hebr. adolescentiæ suæ se vocari suadet, ad eamdem pertinet timoris exclusionem, seu ad eorumdem viscerum ipsius commotionem: Vel enim per primos feruoris actus, quibus primos suos in illum direxit amores, eligens eum vt ducem suum, paternæ sibi ab ipsa satisfactum censet cognationi. Quid ni verò vel scelestissimæ non compatiatur animæ, quæ suorum scelerum pœnitens ducem illũ vocet adolescentiæ suæ, cui optimè est exploratum, quod [c] sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua?

[a] Isai. 30. 19.
[b] Luc. 11. 11.
Antiphanes. *Quæ vt Pater noster in nos confert Deus filios suos, sibimet collata existimat.*
[c] Gen. 8. 21.

Appendicem Patrum istius, vers. 4. Vide post expositionem secundam vers. 5.

Vers. 5.] Numquid irascêris in perpetuum? aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NVMQVID [a] paterna viscera tua ferre poterunt, vt perpetuò mihi iratus perseueres: Numquid qui dux virginitatis meæ fuisti, vsque in finem mihi indignatus persistes? Fieri [b] ne potest, vt ex nũc hisce non depreceris me verbis? [c] Non me vocasti sicut tuam refugij domum, Non ad me vt ad tuum clamasti & domesticum, & dominum & patrem, & principẽ virginitatis tuæ. Numquid tua aduersùm me indignatiò erit perpetua? Permanebit ne peccatum tuum, perdurabitque contentiosa ista tua auersio in æternum? perseuerabis in ea semper, vt victoriam ex me referas? Cur non potiùs me tibi omnia exhibitum deprecaris, & dicis, Numquid permanebit in perpetuum ira tua, vel conseruabitur indignatio ipsa tua, donec victoriam in die iudicij ex tuis referas hostibus?

[a] Numquid irasceris in perpetuũ? aut perseuerabis in finem?
[b] Nonne ex nunc vocasti me, &c.
[c] Non me vocasti sicut domum, seu sicut domesticum, seu sicut Dominum & patrem, &c. Nũquid permanebit in perpetuũ, aut conseruabitur in victoriam?

1 *At [d] ecce, heu infelix, nedum his minimè orasti, sed & superbissima potiùs protulisti blasphemiæ verba, & insuper in mei ignominiam mala multa & opere perpetrasti, à me ipso habens & vires illas, quibus ea & proferre, & perficere potuisti.*

[d] Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti.

2 *Ecce egregiam sanè orationem tuam gloriata es, quod & feceris scelera, & vires, roburque habueris, vt ea executioni posses mãdare, cum de potentia istiusmodi, vt de maxima potiùs confundi debuisses tui imbecillitate.*

3 *Ecce locuta es blasphemias, & quæ in mente facere statuisti, externo patrasti opere, quodque omnium est pessimum, in iis, quæ patrasti sceleribus, per prauam roborata* A *es consuetudinem.*

Et in blasphemiis, & in peruersis actibus præualuisti, vel impiissimos quoque in illis superans, ea quippe admisisti quãtũ potuisti, & potuisti ea & ore proferre, & opere perficere, quæ nec in mentem tibi venire debuissent. 4

Quin &, ô rem mirabilem, quæ te docui, locuta aliquando es, vocansque me patrem, & ducem virginitatis tuæ, fecisti mala, multaque admisisti scelera, & potuisti, animum ad tantum nefas habens. 5

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NVmquid irascêris, &c. Sunt qui hæc, sicut & quæ sequuntur, (*Ecce locuta es*, &c.) vt in exprobrationem Iudaico populo à Deo dicta existimant, Ac si dicatur, oportuisset, vt à mea diuturna tuorum scelerum tolerantia conuictus iam diu ad me rediisses, At nec modo à me ipso inuitatus ad me clamare dignaris, Numquid tua aduersùm me indignatio erit perpetua? Num in finem vsque vitæ tuæ, aut in æternum in tuis ipsis perseuerabis sceleribus? 1

1. Sensus. *Peccare in perpetuũ vult impius.*

C Cui sensui fauere videtur & versio Sept. quæ sic habet, (*Numquid permanebit in perpetuum, aut cõseruabitur*, seu *custodietur in victoriã?*) in quibus subintelligi potest peccatum. Ac si dicatur, Permanebitne peccatum tuum, perdurabitque istud tuũ idololatriæ scelus in perpetuum? perseuerabis in illo semper, vt victoriam ex me referas ex vsu tamen scripturæ, in qua similia verba iuncta cum compellatione patris efficaciori tribui solent orationi eius, qui diuinam placare studeat iram, vt præcipuè ex duobus colligere licet Isaiæ locis, quæ supra relata sunt ex cap. 45. & ex cap. 53. D commodiori, & faciliori sensu eadem, vt pars sumentur superioris orationis, quam pro sua inexplicabili bonitate scelestum populum Dominus edocuit, dicens, *Voca me pater meus*, &c. Numquid paterna viscera tua ferre poterunt, vt perpetuo mihi iratus perseueres? Numquid qui ductor virginitatis meæ fuisti, vsque in finẽ alienatus à me, mihi indignatus persistes? iuxta id Psalmi, *Vsquequò [e] Domine irascêris in finẽ? auertes faciem tuã à me?*

2. Sensus.
Ira Dei diutius perdurare nequit.
[e] Psal. 78. 5.

2 In Hebraico textu, sicut & in versione Sept. non in secunda, sed in tertia persona masculini generis ita hæc habentur, (*Numquid reseruabit in* E *sæculum, Numquid custodiet*, seu *seruabit in æternum.*) Quæ in hunc modum explicat Paraphrasis Chaldaica, *Num fieri potest, vt reseruentur tibi peccata in æternum, aut roborabitur super te plaga in finem?* Cæterùm cùm verbum נטר *natthar*, quod primo loco adhibitum est, pro significatu custodiẽdi, & reseruandi iram in vsu sæpius sacrarum sit literarum, cumque eodem verbo similẽ sententiam à Propheta Dauid vsurpatam reperiam vbi in Psa. 102. ait. [f] *Non in perpetuum irascetur*, Hebr. ינטר *inthor conseruabit iram, neque in æternum comminabitur.* Et hoc quoque loco eodem sensu Ieremiã hæc superioribus Dei verbis F subiecisse crediderim, sicut & quæ in hoc vers. subsequuntur, (*Ecce locuta es*,) Ideoque nouã in sequenti versu 6. exordiens Dei orationem, dicet, *Et dixit Dominus ad me*, &c.

[f] Psal. 102. 9.

Ad quem Hebraicæ lectionis sensum commodissimè referes & versionẽ Sept. (*Numquid permanebit*,) sc. ira Dei (*in perpetuũ, aut conseruabitur*,) eadẽ sc. Dei ira (*in victoriam*) vt scil. vel donec victoriã ex suis referat hostibus? Vel magis ex Hebr. (*Aut conseruabitur εἰς νῖκος*, id est, *in finem*, prout notatũ habes in Annotationibus Codicis Vaticani, eadẽ

enim phraſi *εἰς τὸ νῖκος* in Pſalmorum titulis vſus eſt Theodotio pro eo quod Sept. habent *εἰς τὸ τέλος in finem.*

3
1. Senſus.

(*Ecce locuta es,& feciſti mala,& potuiſti.*) Si Deo hæc tribuamus, qui mox, iuxta allatum noſtræ Vulgatæ ſenſum,& verba ſubminiſtrauit, quibus ſceleſtus populus eum deprecari, & placare poſſet. Et in bonum, & in malum interpretari ea queunt. In bonum, prout illa exponit Ioannes Maldonatus,ſumens eam vt orationem cōciſam, ac ſi dicatur, Ecce ſimul atque hæc quæ tibi ſuggeſſi,locuta fueris, quamuis multa mala feceris, poteris,id eſt, præualebis contra me, vinces, ac flectes me.In Hebr. enim eſt verbum ותוכל *vattuchal* in futuro,quod, *& poteris* ſignificat, *& præualebis*: ſicque cenſendum noſtrum interpretem præteritum pro futuro poſuiſſe.

Io. Maldon. Oratio in Dominicalis vis.

4
2. Senſus.

Commodiùs tamen eadem ſumuntur in malum, tribuique hac ratione queunt & Deo, & Prophetæ Iudaicum populum obiurgantibus, & multiplicem poſſunt habere ſenſum. Primum, vt dictio *Ecce* iuxta frequentem ſacrarum literarum morem,de quo aliàs egiſſe me memini, admirabile quid,nouum, & inauditum ſignificet, ac ſi dicatur:ô rem mirabilem!verba,quæ tibi ſuggeſſi orationis,*Pater meus, & dux*, &c. locuta es, vocanſque me patrem, &c. feciſti mala, multaque admiſiſti ſcelera, & potuiſti, Italicè, *è t'è baſtato l'animo.* Vt abiurgatio iſta ei ſit ſimilis,qua idemmet Dominus apud Michæam eumdem populum increpans ait. [a] *Filius honorat patrem,& ſeruus dominum ſuum: Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus,& ſi Dominus ego ſum,vbi eſt timor meus*&c.Et illi, qua in Euangelio Ieſus inquit, [b] *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in regnum cælorum,ſed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt,ipſe* &c. paulóquepoſt, *Et tunc confitebor illis, quia numquam noui vos: diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.* Secundo Ecce heu miſer nedum haud ita oraſti, vt benigniſſimè te docueram, Sed &, quod vix imaginatione concipi poteſt, ſuperba illa locuta es blaſphemiæ, quæ ſupra relata ſunt verba,[c] *Deſperaui,nequaquam faciam,adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo*, Et inſuper in mei ignominiam mala multa etiam opere perpetraſti,meaque in hoc abuſa es patientia,& ope,itavt potueris ea ipſa & proferre,& perficere.

Ecce ſignificat quid admirabile, & nouum.
Peccare citra Deum, quem in oratione Dominica appellamus patrem noſtrum res eſt mirabilis.
a Mich. 1.6.
b Matt. 7.21.
3. Senſus. *Peccator quā malè vtatur Dei benignitate, & ope.*
c Iere. 2.25.

5
4. Senſus.

Tertiò, vt hæc ſimilia ei ſint quod aduersùs Doeg Idumæum dicitur in Pſalmo 51.[d] *Quid gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate?* vbi ille duplicis prauæ arguitur gloriationis, nempe de actu malitiæ,& de potentia,ac viribus ad iniqua operāda.Ac ſi hîc dicatur.At ecce egregiam ſanè orationem tuam, glorianter locuta es, Gloriata es quòd feceris ſcelera,quódve vires,opes,& potentiam ad ea habueris perficienda. Cùm de hoc confundi potiùs debuiſſes; quandoquidem potentia iſta maxima ſit imbecillitas, & poſſe peccare ſit poſſe deficere.Vnde & alibi legimus.[e] *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum,& fortes ad miſcendam ebrietatem.* Quarto, vt loquendi verbum pro interna locutione ſignificanda poſitum ſit. Ac ſi dicatur, Cogitaſti, & decreuiſti facere, & opere ea patrare potuiſti. Quinto, vt tria deſignentur peccatorum genera,quæ ſimul in Iudaico populo,& in conſuetudinario quolibet reperiuntur peccatore,linguæ nimirum,operis,&prauæ conſuetudinis, vt ſenſus ſit, Ecce locuta es blaſphemias,quin & quæ locuta es,opere perpetraſti ſcelera,quodque omnium eſt peſſimum, in illis per prauam roborata es conſuetudinem. Iſidorus Clarius ſuggerit & ſextum, Decreuiſti facere mala,& feciſti,quantum potuiſti. Et ex Hebræo in quo verbum ותוכל *vetuchal* verti poteſt (& potuiſti,)vel (& præualuiſti) ſeptimum quoque colligere eſt, qui ſubſequentibus ſit maximè conſonus, Nempe Iudaicum populum exinde potiſſimum argui, quòd & in blaſphemiis & in ſceleribus ſuperior vel impiiſſimorum extiterit, iuxta illud,quod infra dicitur,[f] *Iuſtificauit animam ſuam auerſatrix Iſrael comparatione præuaricatricis Iudæ*,& illud,[g] *Maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorum.* In verſione Sept. per pronomen hæc,quaſi ſingula,& nominatim eidem populo obiiciuntur,quæ grauiſſima erant,ita vt vix fieri potuiſſe quis crederet, Sic enim ibi legitur. (*Ecce locuta es,& feciſti mala hæc, & potuiſti,*) vt ſit iſtiuſmodi & octauus ſenſus.Ecce iſta tam nefanda locuta es, & hæc, & hæc adeo execranda patrare auſa es,& potuiſti ea executioni mandare, quæ nec in mentem tibi venire debuiſſent.

Potentia ad peccandū eſt ſumma imbecillitas.
d Pſal. 51.1.
e Iſai. 5.22.
5. Senſus. *Loqui pro cogitare.*
6. Senſus. *Peccatū triplex, linguæ, operis,& conſuetudinis.*
7. Senſus.
8. Senſus. *Peccant grauius fideles: quàm infideles.*
f Iere. 3.11.
g Thren. 4.6.
9. Senſus. *Peccata multa admittūt fideles, quæ nec in mentē illis venire deberent.*

Verſ. 5.] Numquid iraſcêris in perpetuum,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CIRCA primam iſtius verſ.partem,(*Numquid iraſcêris in perpetuum?*) tria breuiter & pro moribus hic notanda. Primum,ſi ſimpliciter ea ſumantur, vt iuxta ſcripturæ ſacræ morem,de quo in litera,habita ab anima adDeū, nota quod ait Ambroſius libro de Noë, & Arca cap.4. *Neque Deus cogitat ſicut homines, vt aliqua ei noua ſuccedat ſententia, neque iraſcitur quaſi mutabilis: ſed ideo hæc leguntur,vt exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, quæ diuinam meruerit offenſam: tamquam eò vſque increuerit culpa,vt etiam Deus, qui naturaliter non mouetur,aut irā, aut odio,aut paſſione vllâ,prouocatus videatur ad iracundiam.* Quod ſi & id in hoc ipſo ſenſu perpendatur,quod in litera pariter dictum eſt,has ipſas voces, (*Numquid iraſcêris,*&c.) traditas ab ipſomet Deo peccatrici animæ, quas vnà cum præhabitis blandis appellationibus, *Pater meus, & dux virginitatis meæ*, in ſuis ea proferret precibus, nota ſecundo, talem ſuam Deus repræſentare erga peccatores iram, quam ſignificatiuam(vt ita dicam)potius,quàm effectiuam,quantum ex ipſo eſt,velit eſſe. Cuius rei aptiſſimum is ipſe in eo præbuit indicium, quod & in ſignum humano generi tradidit,haud ampliùs commiſſurum, vt ira ipſa ſua ad deletionem per diluuium totius procederet carnis. Quod idem qui ſupra Ambroſius eodem in libro de Noë, & Arca cap. 27. his exprimit verbis. *Ideo dicit,*[g] *Arcum meum ponam in nube. Non ſagittam ponam, Arcus enim inſtrumentum iaculandæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat,ſed ſagitta: & ideo Dominus in nubibus arcum magis quàm ſagittam ponit,id eſt,non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat.* 6

Ambroſ. Iraſci dicitur Deus vt exprimatur peccatorū noſtrorum acerbitas,quæ diuinā meruerit offenſam.
Ira Dei in peccatores præſentis ſæculi ſignificatiua potius quàm effectiua.
Arcus cæleſtis à Deo traditus potiùs in ſignū terroris,quàm in vulnus.
g Gen.9.13.

At verò è contra non ſe habere nota tertio, cùm iuxta eum quem probabiliorem cenſuimus literæ ſenſum,Verba iſta, (*Numquid iraſcêris,*&c.) à Deo potiùs ad peccatricem ipſam dicta ſint animam. Enimuerò iuge peccatoris iraſci haud aliud eſſe cenſendum ſignificatum, quàm aſſiduos iræ eius in Deum effectus, quibus illū non ceſſat offendere, eâ ſacrarum literarum phraſi, qua ex effectis nomen accommodatur rebus, ex quibus

Iraſci peccatoris in Deū, ſunt iuges offenſæ iræ ipſius effectus.
Ex Effectis nomen ſæpe accōmodatur rebus,ex quibus cōmuniter oriuntur.

quibus communiter oriuntur. Quod confirmant quæ immediatè subiecta sunt.

7 (*Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti.* Præter multos istorum verborum sensus ad mores pariter pertinẽtes, quos allatos videre potes in literæ expositione & hunc accipe fortasse etiam sat cõgruum. Vt per ea de duobus arguatur peccator: de vno quidem manifestè, de altero autem tacitè, & per Aposiopesim. Manifestè, quòd ad malum ita extiterit promptus, vt statim ac quòd in mentem venerit, verbo simul, ac facto illico id protulerit, nec vnquam ad ea vires illi defecerint: qua de re in libro item Ecclesiastici aliis idem arguitur verbis hisce, [a] *Ne sequaris in fortitudine tua,* (quam scilicet à praua tui dispositione habes) *concupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris,* (glorianter,) *Quomodo potui?* Tacitè verò de eo eundem Dominus increpat, quòd è vestigio ad bonum, vel loquendum vel etiam cogitandum illico lassetur, atque vt ad difficillimum quid statim instar imbecillis pueri deficiat. Quod præclarè expressum habes apud Isaiam dicentem, [b] *Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes,* id est, qui iuuenes ac validissimi ad mala patranda sunt, vel in ipso boni cuiuspiam initio, *in infirmitate cadent.* Cùm tamen si peccatorum suorum illos pœniteret, in Domino sperantes [c] mutarent fortitudinem, illam scilicet quam habebant ad malum: assumerentque pennas sicut Aquilæ, & ad bona currerent, & non laborarent, atque in bonorum operum studiis ambularent, & non deficerent, audacter cum Apostolo dicentes, [d] *Omnia possum in eo qui me confortat.*

Peccator est promptissimus atque fortissimus ad mala patranda & è contra maximè imbecillis ad bona.

a Eccl. 5. 2.

b Isai. 40. 31.

c Isai. 40. 31.

d Philip. 4. 13.

8 Illud vnũ hîc est quod notemus, sub hac vxoris à viro libellum repudij accipientis allegoria, optimè obstinatam eam designatam animã peccatricem, quam Deus ruentem abire sinat, quocumque illius effrænis voluntas ferat atque libido, cùm & Romanis in repudianda vxore hæc esset solennis formula lib. 2. §. In repudiis ff. de diuort. vt vir ei hæc diceret, *Res tuas curato,* seu, *Res tibi tuas habeto*, Hocque & ab Hebræis in multis, quæ requiri aiunt ad legitimam dandi inter eos libelli repudij formam, primum enumeratur, vt vir coniugi significet, ei quò vellet abire liberum esse, quam scilicet is haud ampliùs regere velit, in officio continere. Quod Dominus obstinatis illis re ipsa præstitisse contestatus est, de quibus in Psa. 80. ait, [e] *Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Qua de re & nos aliàs commodiùs.

Obstinata anima datus à Deo libellus repudij, dum effrenè abire illam finit iuxta propriã voluntatem. Repudij dãdi forma apud Romanos.

e Psal. 80.

VVLGATÆ.

Vers. 4.] Ergo saltem amodò voca me, &c.

Vers. 5.] Numquid irascêris in perpetuũ, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου.

5. Μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, ἢ φυλαχθήσεται εἰς νῖκος, ἰδοὺ ἐλάλησας, καὶ ἐποίησας τὰ πονηρὰ ταῦτα, καὶ ἠδυνάσθης.

Vers. 4.] Nonne tanquam domum me vocasti, & patrem, & ducem virginitatis tuæ?

A *Vers.* 5.] Nunquid permanebit in perpetuum, aut conseruabitur in victoriam? Ecce loquuta es, & fecisti mala hæc, & potuisti?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ab hoc tempore vtique orabis coram me (dicens) Dominus meus es tu, redemptor meus, qui à sæculo es.* 1

Vers. 5. *Num fieri potest, vt reseruentur tibi peccata in*
B *æternum? aut roborabitur super te plaga in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & multiplicasti.*

(*Ergo saltem amodo voca me,* &c.) Clemens Alex. lib. 1. pædagogiæ cap. 9. (*Non in domum vocasti me & patrem, & principem virginitatis tuæ,*) *& pulchra meretrix, & iucunda, dux venenorum. Artificiosè admodum cùm virgini insultasset sub meretricio nomine, rursus ad honestatem eam adhortans euocat.*

Clem. Alex. *Deus quibus nominibus familiaritatis, & cognationis appellandus à nobis sit.*

Origenes homil. 12. in Leuit. ita hæc citat, *Nonne sicut Dominũ me, & patrem vocasti, & principem virginitatis tuæ.*) Quomodo & Cyrillus Alex. lib. 12. in Leuit.

Origenes.

C Quamquam idem Cyrillus lib. 11. in Genesim sic eadem referat. (*Non sicut dominum me vocasti & patrem, & auctorem virginitatis tuæ.*) Alioque modo in lib. 5. in Isai. cap. 54. (*Nonne ad hoc vsque tempus vocasti me, & patrem, & ducem virginitatis tuæ?*)

Cyrill.

Augustinus oratione contra Iudæos, Arrianos, & Paganos, (*Non sicut patrem appellas me, & principem virginitatis tuæ,*) *Si ego essem princeps virginitatis tuæ, seruares integritatem tuam, sicut integram seruaui matrem meam.*

August. *Virginitatem seruat quæ spõsum habet Christum.*

Hieronymus lib. in Isaiam cap. 54. sic eadem citat, *Non vt dominum me vocasti, neque vt patrem,*
D *& principem virginitatis tuæ.*) In Commentariis autem explicans nostram Vulgatæ lectionem, *Erubescant,* inquit, *hæretici, qui nolunt ad meliora conuerti, nec regredi ad patrem creatorem suum & audiant,* (*Saltem amodo voca me, pater meus dux,* &c.) *Ipse desponsdit animam vestram amplexibus suis, & docet, quomodo orare debeat, & agere pœnitentiam. Quantò autem ille clementior, qui salutis post fornicationem ostendit viam: tantò miserior meretrix, quæ non vult post vulnera recipere sanitatem.* 2

Hieron. *Hæretici nolunt vocare patrem suum Deum.*

Orationis verba suggerit Deus.

Theodoritus. (*Num inuocasti me tamquam do-*
E *mum, patrem, & ducem virginitatis tuæ?*) *Non imposuisti mihi tales familiaritatis denominationes, quæ tamen olim quandoque patrem appellabas, quandoque virginitatis virum interdum domum asyli, sic enim Beatus David,* [f] *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.*

Theodorit. *Domus nostra asyli est Deus.*

f Psal. 30. 3.

Ambrosius lib. 4. Epistolarum, epistola 13. ad Irenæum. *Meritò Deus suis animam, quæ superiorem vxoris affectum amiserit, sermonibus redarguit, memorans, & retexens eiusdem blanditias, & pietatis vocabula,* (*Non sicut domesticum me vocabas, & patrem, & initiatorem virginitatis tuæ.*)

Ambros. *Peccatrici animæ Deus blãda in memoriã reducit sua pietatis vocabula.*

F D. Thomas. *Hortatur ad recognoscenda beneficia.* (*Ergo*) *quasi dicat, Sufficit præteritum tempus,* &c. (*pater*) per creationem: (*dux*) quasi dicat, quando ducebas me per desertum: tamen virgo erat. [g] Prou. 2. *Reliquit ducem pubertatis suæ.* [h] Isai. 63. *Spiritus Domini ductor eius fuit.*

D. Thom. *Beneficiorum Dei commemoratio.*

g Prou. 2. 17.
h Isai. 63. 14.

Vers. 5. (*Numquid irascêris in perpetuum,* &c.) D. Thomas, *Hortatur, vt petant misericordiam: Numquid in perpetuum irascêris nobis: aut extendes iram tuam à generatione in generationem?* 3

D. Thom. *Deũ vincere putamus peccator quàm stultus.*

Theodoritus. (*Num perseuerabis in sæculum?*)

Theodorit.

Pro

Pro eo, mendacium tuum, & verborum illuſio. (An ſeruabitur ad victoriam?) An putas, per hæc ſuperiorem, & victricem te futuram? A

Hieronym. Peccator obſirmatus quã alienus ſit à pœnitentia.

(Ecce locuta es, & feciſti mala & potuiſti.) Hieronymus. *Pro verbis pœnitentiæ, verbis ſuperbiæ blaſphemaſti, & impleſti cogitationem tuam malam, & oſtendiſti contra virum fortitudinem tuam, vt poſſis facere quod ſermone tractaſti.*

Theodoritus Ironicè hæc dicta ait, ac ſi diceretur. *Exiſtima te illuſiſſe, & effugiſſe, quæ talia, & tam iniqua facere auſa es.* Theodoric.

D. Thomas in confirmationem expoſitionis Hieronymi affert illud Iob 24. [a] *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eâ in ſuperbia*, & illud Iſaiæ 5.[b] *Væ qui potẽtes eſtis ad bibendum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* D. Thomas. a Iob. 24.23 b Iſai 5. 22.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Οὐχ ὡς οἶκον με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγόν.] B

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] Οὐκ ἐπέγνως δέ με φησὶν, οὐδὲ ὡς δημιουργὸν τοῦ παντὸς, καὶ ἐκ μὴ ὄντων σε παραγαγόντα ὡς υἱόν σε καλέσαντα, οὔτε ὡς δίκην σε παρθένου διὰ τῆς νομοθεσίας νυμφαγωγοῦ Μωυσέως ἀγαγόμενον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπὸ τῶν σῶν, ἀπὸ τῆς σῆς περὶ ἐμὲ διαθέσεως ταῦτα λέγω ἅπερ ἐστὶ διαθέσεως ὀνόματα, πατὴρ, ἀνὴρ, οἶκος, ἀρχηγὸς παρθενίας. C

Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας.] οἶκον, τουτέστιν, ὡς σκέπην, καὶ βοήθειαν. [μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἤ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν ἡ πορνεία σου, καὶ τὸ ἀτιμωρητὶ ταῦτα ποιεῖν.

Ὀλυμπιοδώρου διακόνου.] εἰ καὶ σὺ φησὶ μὴ ἐπικαλέσῃ με, σκέπην, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου, ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐκ ἐάσω διαμεῖναι τὰ κακὰ ἢ χάριτι σε σώζων, ἢ σωφρονισμοῖς. [ἰδοὺ ἐλάλησας.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς αὐτὴν ἀπὸ μελέτης ποιοῦσαν, καὶ ἀπὸ σκέψεως. [οὐχ ὡς οἶκον με ἐκάλεσας.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οὐ προσέσχες, ὅπως σε ᾠκειωσάμην ἐν τάξει σοι πατρὸς γινόμενος, καὶ ἀνδρὸς παρθένον ἀγομένου, οὐ ταύτας μοι τὰς τῆς οἰκειώσεως προσηγορίας ἐτίθεις μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστι μὴ ἐπιμείνασα τοῖς κακοῖς ἀτιμώρητος ἔσῃ, καὶ περιέσῃ τῶν πολεμίων ἐν εὐσεβείᾳ τυγχάνουσα.

Verſ. 4 NONNE tamquam domum me vocaſti, & patrem, & ducẽ? &c.) 4

Victoris Presbyteri.] *Non agnouiſti me inquit, neque vt omnium rerum effectorem, vt qui te ex eo quod non erat produxerim, & vt filium amplexatus ſim, vtque te virginis inſtar per legum lationem à Moyſe Paranympho duxerim.* Vict. Presb. In Iudæos varia Dei cognationis vocabula.

Chryſoſtomi.] *Ex tuis, tuoque in me affectu hæc dico, quæ ſunt affectus nomina, Pater, vir, Domus, virginitatis dux.* Chryſoſt. Quibus vocabulis Deum cõpellare poſſimus ad exprimendã noſtram in illũ amoris propẽſionem. C

Theophili Alexandrini. *(Domum) hoc eſt veluti tegumentum, & ſubſidium.*

Verſ. 5. *(Numquid permanebit in perpetuũ, &c.)* 5

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt, fornicatio tua, & hæc impunè patrare.* Theop. Alex. Deus ita domus noſtra, vt ſit & tegumẽtum, & ſubſidium.

Olympiodori Diaconi.] *Et ſi tu me præſidium, & patrem, ducemque virginitatis tuæ non inuocaſti, ego tamẽ vt mala diutius maneant non permittam, & vel gratiâ, vel caſtigationibus ſalutem dabo.* *(Ecce locuta es, &c.)* Chryſoſt. Olympiod. D

Chryſoſtomi.] *Vides ipſam datâ operâ deliberatoque animo hæc perpetrantem.* Verſ. 4. *(Non me tamquam domum, & patrem, &c.)* Chryſoſt.

* Chryſoſtomi.] *Hoc eſt, non attendiſti, vt te meam adſciuerim, loco patris tibi effectus, & viri, qui ducit Virginem. Non has mihi amicitiæ appellationes tribuebas.* Chryſoſt. Inconſideratio efficit, vt debitas Deo nõ tribuamus amicitiæ appellationes.

Verſ. 5. *(Hoc eſt ſi in malis non perſtiteris ab omni eris punitione immunis, & ſi piam te geſſeris omnium hoſtium vires debellabis.* Perſeuerãtia in malo cauenda.

Verſ. 6.] Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ Regis: Numquid vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſrael? abiit ſibimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. E

Verſ. 7.] Et dixi, cùm feciſſet hæc omnia: Ad me reuertere: & non eſt reuerſa: & vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda.

Verſ. 8.] Quia pro eo quod mœchata eſſet auerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abiit & fornicata eſt etiam ipſa.

Verſ. 9.] Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt cum lapide, & ligno.

Verſ. 10.] Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

HÆC [a] *omnia patraſti, etiam cùm ſuper te regnaret Ioſias Regum omniũ ſanctiſſimus, quem pro ſua immenſa benignitate opportuno tempore tibi* a Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ Regis:

Nũquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.

tibi tradidit Dominus, vt eius exemplo, suasione, atque imperio ad rectum te reduceret iter; Cùm tanta nihilominus etiam sub illo tua extiterit peruersitas, vt & peruersissimam sororem tuam Israel malitiâ superaueris, atque sceleribus. Quod idemmet mihi contestatus est Dominus, qui in eiusdem Iosiæ Regis diebus hæc ad me habuit, vidisti ne, & considerasti quæ, & qualia patrarit aduersum me Israel, quæ ita à me auersa est, vt meritò appellanda sit & auersatrix, & refractrix, & rebellis, & apostata à fide, & infidelis, &, vt vno me expediam verbo, ipsamet auersio, sibimet, nullo eam prouocãte, nulloque cogente à tempore impiissimi Regis Ieroboam, vsque ad sui excidium, proprio Marte, & propria voluntate, libentique animo ad omnem se contulit montem excelsum, & ad omnem frondosarum arborum Lucum, ibique idololatriæ fornicatione se contaminauit. Qamuis [a] autem ista omnia, quæ sat tibi explorata sunt, ab ea admissa fuissent, non destiti per ora Prophetarum, perque paternas castigationes illam sæpius inuitare, vt ad me reuerteretur, nec tamen reuersa est.

a Et dixi cũ fecisset hæc omnia: ad me reuertere, & nõ est reuersa.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Vers. 6. ET *dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ Regis. Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abyt sibimet*, &c. vers. 7. *Et dixi, cùm fecisset hæc omnia, Ad me reuertere, & non est reuersa.* Facilia hæc sunt, ita vt haud operæ precium sit, vt in iis detineamur. Vide quæ dicta fuere super id capitis secundi, [b] *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Duo duntaxat sunt, quæ hîc notentur. Primum, rectè recenseri tempus, nomenque sanctissimi Regis Iosię, in cuius diebus hoc factum est vaticinium, per hæc quippe amplificabitur magis Iudaici populi peruersitas, qui sub tã sancto Rege eò peruenerit scelerum, vt & peruersissimũ populũ Israel, & decem tribuum, quibus post perniciosũ Schisma à Ieroboam factum nullus vnquam extitit Rex, qui non fuerit impiissimus, in malitia superauit, vt apertiùs infra in vers. 11. explicatur. Simulque per idipsum subindicatur ingẽs Dei erga eumdem Iudaicum populum prouidentia, qui opportunitatem Sancti Regis nactus, per sancti pariter Prophetæ os omnem, vt vulgò dicitur, mouit lapidẽ, vt eum ad rectum reduceret callẽ.

b Ier. 2. 20. Iudæorũ peruersitas tempore Ieremiæ maxima.

Prouidentia Dei maxima erga fideles peccatores.

2 Alterum, quod hîc est notandum, est circa duo nomina, quibus duæ vnius populi partes, quasi duæ sorores ex vna stirpe progenitæ, ambæque meretrices ob idololatriæ fornicationes, à Domino appellantur, *Auersatrix* vnum, & *præuaricatrix* alterum. Et quidẽ circa primũ auersatricis nomẽ disputari ab aliquibus hoc loco solet. An ita id Israelitico, & decem tribuum populo tributũ fuerit, vt ex eo definiendum pro certo sit, illũ respectu Iudaici populi, nedũ Schismaticũ, sed & hæreticum extitisse. Ego verò, in vniuersum de eo loquendo (neque enim negandũ, fuisse in eo aliquos pios, vt illa septem millia, quæ non curuauerunt genua ante Baal, quin & sanctos aliquos Prophetas, vt Eliam, & Elisæum,) nedum hæreticum eum asserendum censuerim, sed & Apostatã à fide, imò & infidelem; apostatam quidem à fide, cùm de eo sermo est, vt tempore Regis Ieroboã abiecto vero Deo, eiúsve lege, aureos colere cæpit vitulos in Dã, & in Bethsabee erectos: infidelẽ verò, cùm de eodẽ loquimur, vt à primis illis apostatis descendit, & in omnibus progenitorũ suorum inhæsit defectioni, semperque magis in suis

Israel & decem tribuum populus in vniuersum loquendo, fuit apostata à Deo, & infidelis.

A confirmatus est idololatriæ, aliorumque scelerũ erroribus, lege cap. 13. libri secundi Paralipom. & apertè explicatam videbis primorum apostasiã, dicẽte eis Abia Rege Iuda, [c] *Habetis grandẽ populi multitudinẽ, & vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in Deos,* (en apostasiã à vero Deo,) audi & apostasiã ab eius lege.) *Et eiecistis Sacerdotes Domini filios Aaron, atque Leuitas, & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum*, &c. Si & progenitorũ apostasiam, & successorum nosse vis infidelitatẽ, audi quod dicitur lib. 4. Regum, [d] *Ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis, quæ fecerat Ieroboam, & non*
B *recesserunt ab eis, vsquequo Dominus auferret Israel à facie sua.* Lege totum cap. septimum Hoseæ Prophetæ, deque hisce fies certior.

c 2. Par. 13. 8.

d 4. Reg. 17. 22.

3 Porrò tametsi auersatricis vocabulo, quo in vulgata is appellatur, propriè eius designetur apostasia à fide, Hebraico tamẽ nomine omnimoda eiusdẽ significatur infidelitas, nam משבה *mesciubah* propriè, vt ex multis aliis colligitur scripturæ locis, auersionẽ denotat, sicq; populus ille auersio dictus est, in abstracto, vt intelligeremus, eum pessimo modo, qui certè infidelitatis est, à Deo fuisse auersum. Secus autẽ de populo
C Iuda, & duorum tribuũ ipsum eius indicat nomẽ præuaricatricis, quod in Hebraico textu nequaquam vti præallatũ, in abstracto, sed in participio explicatum est, siquidem בגודה *bogbedah* præuaricantem significat: Et bene id ei populo cõpetit nominis, qui etsi sæpius per idololatriã, aliaq; scelera auersus à Deo sit, deficientibus plerisque eius Regibus à veri Dei cultu, habuit tamẽ & tẽplum Deo dicatum, & Sacerdotes legitimos, & frequẽter ad Deum reuersus est, habuitq; multos fideles Reges. Ita vt ea proferre posset, quæ in præcitato loco libri Paralipom. habentur verba, [e]
D *Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus,* (sc. penitus) *sacerdotesque ministrant Domino de filiis Aaron, & Leuitæ sunt in ordine suo*, &c.

Apostata à fide dicitur auersio in abstracto.

e 2. Para. 13. 10.

4 Hebræa ita hos duos habent vers. 6. & 7. (*Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ Regis, Numquid vidisti quod, seu quæ fecit Mesciuba,* (Regia, *refractrix.* Pagninus *rebellis*, Vatab. *auersio Israel, vadens ipsa super omnẽ montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.* vers. 7. *Et dixi postquam fecit*, Regia, *post facere eam hæc omnia, Ad me reuertaris, & non est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda.* Sept. pro *Auersatrix*, seu *auersio Israel*, habent ἡ κατοικία, i. *habitatio*, seu *domus Israel*, & pro *vadens* in aliqui-
E bus codicibus habent ἐπορεύθη *abiit*, in aliis ἐπορεύθησαν *abierunt.* vers. autem Sept. sic legunt, *Et dixi postquam fornicata erat hæc omnia, seu postquã fornicata ipsa esset hisce omnibus. Ad me reuertere, & non est*, seu, vt legunt Complutensis, & Regius, *& non es reuersa, & vidit præuaricationem.* Cõplut. & Reg. *deformitatem eius præuaricatrix Iuda.*

a Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda.

vers. 8. Quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

Vers. 8. PARAPHRASIS LITERÆ.

QVodque [a] *meum magis perculit animum, id est quòd Iuda soror illius, in cuius medio templum mihi erigendum curaui, in quo vero, ac perpetuo venera-*
F *rer cultu, præuaricatrix & ipsa effecta & cultus, & legis meæ, vidit, quia eiecissem Israel à facie mea, & à terra sua, & dato quodãmodo ei libello repudij propter idololatriæ fornicationes, dimisissem illam, vt ab Assyriis in perpetuã abduceretur captiuitatẽ: Et nihilominus tantũ abfuit, vt præuaricatrix vllo similis dimissionis commota sit metu, vt audaciùs potiùs, & ipsa per idololatriã pariter sit fornicata, [b] fornicata insuper & ipsa est absque vllo metu, quã ego minimè reliqui, in eius medio adhuc perseuerans, & commorans in tẽplo sancto meo, cùm vidisset, quòd sororem suam Israel, vt auersatricẽ dimisi prius ad* culpam

b Et vidit quòd pro omnibus, pro quibus relicta est, in his mœchata est habitatio Israel, & dedi ei libellũ repudij in manus eius, & nõ timuit, &c.

culpam vt abſque freno mœcharetur, idola colẽs: quòdue eamdẽ dimiſi & ad pœnam, eiiciens illam, dato repudij apoſtaſiæ libello in manus illius, vt iugiter eum ante ſuos haberet oculos & lugeret, vnde illi tãta prouenerint mala.[a] *Sanè hæc Iudæ impudẽtia optimè mihi nota extitit, ait Dominus, quæ in eo fuit grauior, quòd animaduerti, illum ſciſſe omnes cauſas, propter quas auerſatrix ſoror eius fornicans dimiſſa à me fuit: attamen iiſdẽ in ſe exiſtentibus cauſis nil ſibi ipſa timuit; nil & meam oculatiſſimam expauit viſionẽ, quæ ſicut & ſororis, ita & ipſius ſingula intuitus ſum ſcelera, quinimò nouis me ſuis magis prouocauit fornicationibus. Imitata eſt ſororis ſuæ idololatriam, quam vidit. At ego id, quod ab ipſa vt videretur optaſſem, vidi, quòd ſi auerſatrici Iſrael libellum dedi repudij, eamque dimiſi, non tam mihi imputandum id eſt, quàm illimet, quæ tota eius libelli extitit cauſa, cũ ſe ſe ſuis à me reſcidit, meq; dimiſit fornicationibus, ita vt liber is eius fuerit potiùs, quàm meus, & ab illa potiùs quàm à me exaratus. Hacque cùm ipſe videã, doleo quòd præuaricatrix Iuda ob prauæ diſpoſitionis ignorantiã non viderit, ſcelera omnẽ extitiſſe cauſam excidij illius, cùm oculatiſſima alioquin fuerit in eis cõſiderãdis, quæ imitaretur; ipſa enim ad ſororis imitationem liberè, & abſque vllo metu per idololatriam pariter fornicata eſt.*

a *Et vidit præuaricatrix ſoror eius.* verſ. 8. *Et vidi, quòd propter omnes cauſas, quib. fornicata eſt auerſatrix Iſrael dimiſi eã, & dedi ei, &c.*

Verſ. 8. Expositio Literæ.

5 *Libellum repudij quemodo dediſſe Iſraelitico populo dicatur Deus.*

QVIA *pro eo quod*, &c. Quamuis ex primo huius tertij capitis verſu deduxerimus, Iudaico populo, tametſi Deo inſtar meretricis ob multas idololatriæ fornicationes ſuo ſe exhibuerit viro, neutiquã tunc temporis datum libellum repudij, ſed ipſummet vti dimiſſam coniugem adulteram ab illo receſſiſſe. Hoc tamen loco ſecus cũ populo Iſraelitico ſe geſſiſſe idemmet aſſerit Deus, affirmans, ſe illi eum dediſſe libellum ob eaſdẽ idololatriæ fornicationes, & adulteria; eieciſſe nimirum decem tribus quando, vt legimus in lib. 4.[b] Reg. captiuas eas duci fecit ab Aſſyriis. Quamquam reuera neque hic ab ipſo dimiſſus fuerit, & ſi rectè expendantur, quæ hîc à Domino dicũtur, non tã ei populo libellum repudij dediſſe ſe aſſerat, quàm Iudã vidiſſe, quòd ipſe dimiſiſſet Iſrael pro eo quòd mœchata eſſet, dediſſetque ei libellũ repudij. Sic quippe iuxta noſtrã Vulg. lectionem, quod dicitur, (*Quia pro eo quòd*, &c.) iungendũ cũ extremis præcedentis, verſ. 7. verbis, (*Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda.*) Cùm tamen id minimè viderit, quod magis oportuiſſet, vt videret, Nequaquam à Deo vel auerſatrici Iſrael datum eum repudij libellum, ſed ab ipſis adulteriis, & ſceleribus ſuis & libellum illi datum, & illum fuiſſe dimiſſum, atque eiectum.

b 4. Reg. 17. 6.

6 *Peccata ſunt quæ peccatori dant librum repudij, eumdemque vendunt.*

Quod ex aliis Domini apud Iſaiam verbis patet, quibus is conquerenti de ipſo ait,[c] *Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? aut quis creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus veſtris vẽditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſſi*, (vel propriùs ex Hebr.) *dimiſſa eſt mater veſtra.* Ac ſi dicat: Querulas aduersùs me emittitis voces, quòd matri veſtræ librũ dederim repudij, gratiſque vos vendiderim: vbinam iſte eſt liber? oſtẽdatur, proferaturque in medium liber ille; Non reperietis certè illũ, ſicut nec chirographũ inuenire eſt, aut precium, quo ego vos vendiderim, vt id alicui ſoluerem, cum nullũ vnquam habuerim creditorẽ, cui quidpiam aliquando eſſem ſoluendo deuinctus; ſcelera ipſa veſtra voſque ipſi vos vendidiſtis, & ob eadẽ ſcelera dimiſſa eſt mater veſtra, & ſi quis eſt repudij liber, ab ipſis potiùs ſceleribus, quàm à me datum fateamini. Nam ſi ipſe dimiſi matrẽ veſtram, ideo eam dimiſiſſe dici debeo, quia cõtra

c Iſai. 50. 1.

A omne ius ab illa fui dimiſſus, librũ enim illa mihi exhibuit repudij, quandò à me apoſtatauit, Ideoque bene liber iſte iuxta verſionem Sept. appellatur βιβλίον ἀποστασίου *liber apoſtaſiæ.*

Cæterũ quæ in noſtræ Vulgatæ textu verſibus hiſce 8. & 9. facilia ſunt, in textibus Hebr. & Sept. & varietatem habent, & difficultatem non exiguam. Siquidẽ initium verſ. 8. Hebræa ſic habent וארא כי על־כל ארות אשר נאפה *vaere chi nghal chol odoth aſcer niaphah*, &c. Pagninus, (*Et vidi quòd vidit, & quod ſecundùm omnes cauſas, quibus fornicata eſt rebellis Iſrael, dimiſi eam, & dedi ei libellum* B *repudiorum eius ad eam, & non timuit*, &c.) Regia (*Et vidi quòd ſuper omnes cauſas, quibus commiſit adulteriũ refractaria Iſrael dimiſi eam, & dedi ei libellum excidiorum*, &c.) Vatablus, (*Quod ego viderẽ, quòdque ob omnes illas cauſas, quòd adulteria commiſiſſet auerſio Iſrael, dimiſiſſem eam, atque libellos repudij dediſſẽ ei*, &c. 7

Ad verbum, *vaere*, (*Et vidi*,) *chi ngal odoth* (*quod*,) ſeu (*quia propter omnes cauſas*) *aſcer niaphah*, (*quibus fornicata eſt*, &c.) Quæ communiori ſenſu ita cum præcedentibus iungunt verbis, *Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda*; Vt ſignificet Dominus, optimè ſibi exploratam impudentiã Iudæ, eiuſdẽque per- C uerſitatem, quæ in eo turpior, & grauior ſibi viſa eſt, quòd ipſe vidit, illam vidiſſe, & agnouiſſe omnes cauſas, propter quas auerſatrix Iſrael fornicans dimiſſa eſt dato ei libello repudij, attamen iiſdem in ſe exiſtentibus cauſis, nil ſibi ipſa metuerit, quinimò nouas addiderit fornicationes. Aliter autem ſecundùm verſionem Vatabli ex eo inſuper eadem Iudæ aggrauatur peruerſitas, quòd viderit, atque cognouerit, Deum exactiſſimè vniuerſa vidiſſe auerſatricis Iſrael ſcelera: Necnon & eamdem dimiſiſſe ob multiplices quibus fornicata eſt idololatrias, ad quas potiſſimùm omnes D reducuntur eius dimiſſionis cauſæ: & nihilominus ipſam præuaricatricem Iuda, nec Dei ſubtiliſſimam expauiſſe ſcelerum eius viſionem, nec à fornicationibus tam metuendæ dimiſſionis cauſis abſtinuiſſe, quin potiùs eas auxiſſe magis.

8 *Peccatoris peruerſitas eò maior, quò magis ille norit quot mala aliis propter peccata ſimilia euenerint.*

Ipſe tamen cenſeo, extrema illa verſ. 7. verba, (*Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda*,) iuxta Hebraici textus lectionem referenda eſſe ad ſuperiora: vt ſignificetur, Iudę ſat perſpectas fuiſſe fornicationes Iſrael ſuper omnem collem, & ſub omni ligno frondoſo per idololatriam admiſſas, eiuſdemque impœnitentiam, ac Dei erga illam be- E nignitatem. Quod autem in verſ. 8. ait Dominus, (*Et vidi quòd*, &c.) ita ad ſubſequentia referendum opinor, vt idipſum à Deo hîc dicatur, quod in præcitato Iſaiæ[d] loco ab eodem ſignificatum oſtendi in expoſitione literæ noſtræ.

9 *Liber repudij animæ peccatrici non tam à Deo datur, quàm à peccatis & ab ipſamet.*

d Iſai. 50. 1.

Vt ſenſus ſit. Vidente Iuda ſororis ſuæ Iſrael fornicationes, & impœnitentiam, eaſque imitãte, ego id quod ab ipſa videri optaſſem, vidi, quòd ſi eidẽ auerſatrici Iſrael dedi libellũ repudij, eamque dimiſi, non tã mihi imputandũ id eſt, quàm illimet, quæ tota eius libelli extitit cauſa, cùm ſeſe ſuis à me reſcidit, meque priùs dimiſit for- F nicationibus, & apoſtaſiis: Ita vt liber is eius fuerit potiùs, quàm meus, & ab ipſa potiùs quàm à me exaratus, quod ex Hebraico ipſo colligere eſt vocabulo ספר כריתתיה *ſepher cherithuthea*, liber ſciſſionis eius. Quæ verò ſequuntur, (*Et non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, & abiit, & fornicata eſt etiam ipſa.*) Significant, Iudam quæ alioquin oculatiſſima fuerat in videndis ſororis ſuæ ſceleribus, quæ imitaretur, eadem minimè timuiſſe, ob prauæ diſpoſitionis ignorantiam haud intelligens, ſcelera

extitisse omnem excidij eius causam, adeoque ad illius imitationem ipsam pariter & ad colles, & ad Lucos se contulisse, vt per idololatriam fornicaretur: nec expectasse, vt ab aliis eò deduceretur.

10 In codicibus versionis Sept. est quoque varietas, Vaticanus namque, & Aldinus habent καὶ εἶδον (*Et viderunt.*) Complutensis autem, & Regia, καὶ εἶδεν, (*Et vidit*) ὅτι περὶ πάντων ὧν κατελήφθη ἐν οἷς ἐμοιχᾶτο ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα τὸ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, &c. Quæ in Latino Vaticano sic redduntur, (*Quia pro omnibus his, in quibus deprahensa est, in quibus mœchata est domus Israel.* In Complutensi autem, ac Regio sic. (*Quia pro omnibus his, pro quibus relicta est, in his mœchata est habitatio Israel, & dimisi eam, & dedi ei libellum repudij,* (seu apostasiæ) *in manus eius & non timuit prauaricatrix Iuda, & iuit, & fornicata est etiam ipsa.*) Quarum lectionum vnus, idemque est sensus, per vnam tamen magis quàm per aliam explicatus; Siue enim legamus, (*Et vidit,*) siue (*& viderunt,*) ad vnum referendum Iudaicum populum, qui ita viderit, vt eius pariter singuli viderint: quod autem viderunt, iuxta versionem Vaticani, vnum est, nempe quòd Deus Israel dimiserit, & libellum repudij ei dederit pro sceleribus iis, in quibus is ab eo depræhensus est, & in quibus ille ab eodem per fornicationes se seiunxit. Iuxta versionem Complutensis, & Regij prçuaricatrix Iuda duplicem sororis suæ auersatricis Israel vidit dimissionem ab vno Deo, primam, qua relicta est, vt liberè per scelerum vias, & studia oberraret, in quibus scelerum studiis ipsa mœchata est per idololatriam, in cuius medio Deus iam vt in propria demorabatur habitatione: Quam primam dimissionem ad culpam altera consecuta est dimissio eiusdem ad pœnam, qua veluti dato libello repudij, ab eodem Deo in Assyriorum eiecta est captiuitatem.

Peccator à Deo dupliciter dimittitur primò ad culpam, tum ad pœnam.

Vers. 8.] Quia pro eo quod, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 NOTA, tunc demum à Deo dimitti peccatorem, cùm is primus ipsum dimiserit per auersionem ab eo ad creaturas: adeóque & tunc duntaxat Dei à peccatore perdurare auersionem, cùm ipsa peccatoris auersio perdurat, ita vt & reditus Dei à reuersione quodammodo dependeat peccatoris diuinâ bene vtentis gratiâ. Quod apertè apud nostrum Ieremiam infra idemmet contestatur Dominus, dicens, [a] *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersùs eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerē ei,* & apud alium Prophetam, [b] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*

Dei ad hominem reuersio pendet ab hominis reuersione ad illū.

a Iere. 18. 8.

b Zach. 1. 3.

Vers. 9. PARAPHRASIS LITERÆ.

EA QVE [c] ad istiusmodi fornicationem se habuit promptitudine, vt ob suām in illam facilitatem, leuitatem, ac lubricitatem, quæ nihili illam faciebat, vniuersam contaminarit terram, nihil super eam relinquens, quod per idololatriam non coluerit, mœchans, & colens idola lapidea, & lignea, cum tamen vniuersa eius idololatria in nihilum ei redundarent, nihil ex idolis iis referens commodi, & opis.

c Vers. 9. *Et facilitate fornicationis suæ cōtaminauit terrā, (seu, & facta est in nihilū fornicatio ipsius) & mœchata est cum lapide, & ligno.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET facilitate fornicationis suæ, &c. Qua ratione contaminari, aut prophanari dicatur terra iam supra explicatum in vers. 1. & 2. Iudas autem ob facilitatem fornicationis suæ terram contaminasse dicitur, quia promptissima extitit ad idololatriam omnem, quia facillimè cum lapide mœcharetur & ligno, facillimè ad idola quælibet adoranda procliuis esset. Quia (ait Ioannes Maldonatus) adeo exposita erat omnibus adulteris, vt neminem recusaret, contaminauit omnem terram fornicationibus suis, id est, adorauit tanquam Deos omnes terræ partes, aut quicquid terra producit, lapides, ligna, bestias, Sept. (*Et facta est in nihilum fornicatio ipsius, & mœchata est lignum, & lapidem.*) Quorum sensus est, quòd Iudas ita ad Idololatriæ fornicationē fuit facilis, vt fornicationem admittere quasi nihil esse censuerit, adeoque & cum idolo quolibet mœchata sit. Vel, Cum etiam ipsa absque vllo metu fornicata sit (vt dictum est in vers. præcedenti) fornicatio, & idololatria ipsius redundauit in nihilum, nihil ei profuit, cum facta fuerit cum idolis quæ (vt supra visum est) cap. 2. vers. 11. ab iisdem Sept. appellantur, *Ex quibus nihil iuuabuntur:* Et nihilominus in ea perseuerauit mœchans cum idolis & ligneis, & lapideis. 12.

Peccator cōtaminat omnem terram abutens omnibus, quæ sūt in terra.

Io. Maldo.

Peccās quasi nihil se facere putat.

Ex peccato nihil habetur commodi.

Hebræa sic habent והיה מקל זנותה *vehaiah mikkol zenuthah*, &c. Quæ recentiores ita vertunt, Pagninus, (*Et fuit ob facilitatem fornicationis suæ peccare fecit terram, & mœchata est cum lapide & ligno*) Regia, (*Et fuit leuitate fornicationis suæ, & prophanauit terram, & mœchata est,* &c.) Vatab. (*factumque est, vt ob lubricitatem scortationis suæ terra pollueretur, adulterium enim commisit cum lapide, & ligno.*) Sed noster interpres optimè eorum reddidit sensum.

Vers. 9.] Et facilitate fornicationis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CONFIRMATVR per hæc, quod mox in vers. 5. dicebatur de mira peccatoris propensitudine ad malum. Et quidem quàm facilè is admittat vel grauissima scelera, egregiè Salomon duabus explicat sententiis, prima, qua ait, [d] *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Quid enim est *quasi per risum*, nisi cum lætitia, & paruipensione, id est, sic peccat, ac si non peccaret, &, ac si Deus non esset. Altera, qua dicit, [e] *Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit*, id est, omnem contemptui habet scelerum grauitatem, eorumdemque patrandorum difficultatem nihili facit, Quod & hic expressum vidimus in versione Sept. (*Et facta est in nihilum fornicatio eius,*) Chald. *Leuia videbantur in oculis eius idola eius.* Quis verò explicet, quantum ex hac scelerum facilitate ab vno iniquo inferatur detrimenti? (*contaminauit*, ait, *terram:*) vtinam id non iugiter eueniret. 13

Facilitate quanta peccēt homines.

d Prou. 10. 23.

e Prou. 18. 13.

Vers. 10. PARAPHRASIS LITERÆ.

SED [f] & insuper in fornicationibus istis, & in his sceleribus vniuersis obfirmata ita perseuerauit, vt etiam hoc Iosiæ tempore, quando sanctissimi Regis imperio conuersa videtur, haud verè, sed fictè, & simu

f Vers. 10. *Et in omnibus his nō est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.*

& ſimulatè ad me reuerſa ſit, propter Regis metum cum mendacio cultum mihi deferens, ſacrificia, & preces.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA ſenſum Literæ.

14 ET in omnibus his non eſt reuerſa ad me, &c. Duplicis hoc verſu præuaricatrix Iuda arguitur ſceleris, quorum primum eſt, quòd ficte, & cum mendacio cum Deo egit, quãdo ſub Ioſia ſanctiſſimo Rege, cuius tempore præſens factum eſt vaticinium, eiuſdem Regis ſuaſione & imperio ad illum ex idolorum cultu conuerſa eſt: Alterum verò eſt iugis in iiſdem ſceleribus perſeuerantia, & in affectu tempore Ioſiæ, & in effectu temporibus ſubſequentium Regum ſuorum, quos malos extitiſſe legimus in lib. 4. Reg. Inſigni autem iſta eius in malis perſeuerantia ſignificatur Hebraicâ phraſi, (*Et in his omnibus non eſt reuerſa ad me*,) qua quædam deſignatur perpetuitas, ſecundùm quam ſæpius in ſcriptura de implacabili Dei ira dicitur, *Et in his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.* Eſtque peculiaris hæc Hebræorum voluminum. (*Et in his omnibus*,) cui ea noſtra reſpondet Italica, (*con tutto ciò*, ac ſi Latinè diceretur, Et inſuper, vel, & ne ſic quidem. Quam phraſim etiam in Euangelio reperire eſt Luc. 16. [a] *Et in his omnibus chaos magnum*, &c. id eſt, Et inſuper chaos magnum &c. Aliter ab aliis hæc explicantur, Siquidem Ioannes Maldonatus. (*In his omnibus*) hoc loco ait, tantumdem eſſe, ac ſi diceretur, Cùm hæc omnia videret Iuda Hebr. (*In omni hoc*,) id eſt, propter hoc totum non eſt reuerſa in toto corde ſuo, id eſt, verè ac ſerio, ſed in mendacio, id eſt ficte ac ſimulatè. Ac Hebraicam lectionem ſic vertunt Pagninus, & Regia, (*Et etiam cum omni hoc*) וגם בכל זאת *vegam bechol zoth*, (*non eſt reuerſa ad me præuaricatrix Iuda ſoror eius in toto corde ſuo, quinimò in falſitate, dixit Dominus*,) ſeu, (*Sed mendaciter dicit Dominus.*) Vatablus. (*Sed neque iſta perfida ſoror eius poſt hæc omnia reuerſa eſt ad me in toto corde ſuo, ſed falſò, ait Dominus.*)

Perſeuerãtia in peccatis reprehenditur à Domino.

(In his omnibus.) *Phraſis Hebraica, deſignãs perpetuitatem quamdam.*

a Luc. 16. 26.

Verſ. 10.] Non eſt reuerſa ad me, &c. in toto corde ſuo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA ſenſus Morales.

15 PONDERA quomodo non dicitur ſimpliciter (*in corde ſuo*,) ſed (*in toto corde ſuo*) vnde colligere eſt, fieri non poſſe, vt conuerſus quis dici queat peccator, cui quidpiam in corde reliquum ſit vel affectus, vel occaſionis ad id, quod à Deo ſit alienum: quinimò nouum per iſtiuſmodi conuerſionem admitti mendacij ſcelus.

Corde toto facienda cõuerſio vt bona ſit.

EXPOSITIO MORALIS SVPER tota Allegoria à verſ. 6. vſque ad 10.

16 ALLEGORIAM iſtam duarum ſororum Iſrael, & Iuda auerſatricis, & præuaricatricis, diuerſimodè acceptam reperio ſpirituali ſenſu. Siquidẽ Ioachimus Abbas ſuper hũc locum duas Eccleſias ſignificatas in eis aſſerit, Græcam nimirum, & Latinam. Quod certè mihi non diſplicet: tametſi in ſingulorum adaptatione nequaquam cum illo conueniam. Nemo eſt enim noſtrum, qui ignoret, quàm aptè auerſatricis nomen, & Iſraelitica, quæ ſchiſmatica erat Synagoga, cum Eccleſia conueniat Græca, cui ſicut & illi datum ingemiſcimus libellum repudij, faxit Deus, vt id non vſque in finem ſit ſæculi, dum illam in manus Turcarum propter ipſius videmus traditam ſuperbiam, qua in excelſis humanarum ſcientiarum, & ſub frõdoſis humanæ eloquentiæ lignis à Chriſti Vicario Pontifice Romano vero vniuerſalis Eccleſiæ ſponſo, atque ab Apoſtolicę ſedis fide deficiens in propriis mœchata eſt, & idololatrauit opinionibus, quibus ita firmiter adhæſit, vt plane lapides duriſſimos in illis eam veneratam dixeris, necnon & ligna frõdoſa; cum humanæ eloquentiæ verbis eas veluti exornantes omni ſtudio dederit operam, vt & in dies magis fructificarent in deceptis populorum animabus. Optimè autem queritur & nunc Deus, quòd Eccleſia Latina, in qua Dei templum eſt Apoſtolica ſedes, veruſque eiuſdẽ Dei cultus, iuxta Romanorum Pontificum decreta, & fidem, in pleriſque nihilominus Prouinciis ſororem Eccleſiam Græcam auerſatricem æmulata ſit, hæreſũm errore præuaricatrix effecta, & in ſchiſmate à Sede Romana, & in falſæ religionis cultu, & in quadã hæreſiarcharum ſuorum idololatria, & in propriis obdurato corde mœchata opinionibus, & in humanis glorians ſcientiis. Vtinam non poſſemus ſimilia ferè conqueſtum dicere Deum, & de compluribus eiuſdem Eccleſiæ Latinæ Catholicis quidem, ſed quibus ob innumera ſcelera, ſpiritualemque idololatriam, ac fornicationem præuaricantium competit nomen, quibus & ſingula facilè hîc aptabis, quæ de præuaricatrice Iuda, quæ confeſſionem ſonat, hîc dicuntur. Illud vnum his omnibus metuẽdum dixerim, ne propter eos, & Eccleſiæ Latinæ in multis locis ſimilia, quæ & Græcæ euenіant, dato ei in locis iis à Deo libello repudij.

Ioach. Abb. *Græca Eccleſia ſignificata per Synagogã decẽ tribuum Iſrael auerſatricem, cui datus eſt à Deo libellus repudij.*

Latina Eccleſia in aliquibus hæreticorum Prouinciis æmulata eſt auerſatricẽ ſororẽ ſuam Eccleſiam Græcã, ideoque & illi in iis regionibus metuẽdum, ne à Deo detur libellus repudij ſicut factum eſt Græcæ.

Eccleſia Latina metuendũ, ne in pleriſque locis propter multos qui ibi ſũt ſceleſtiſſimos, ea contingãt, quæ Græcæ euenerũt Eccleſiæ.

17 Nicolaus de Lyra in ſuo Morali totum hunc locum, & allegoriam ſtatui aptat Religioſorũ, vt per auerſatricem Iſrael ij deſignentur Religioſi, qui de proprio habent, & dites ſunt cenſibus, vitulos aureos ſicut Iſrael adorantes, qui &c. Cui ſimiles plerique ex iis fiant religioſorum qui appellantur mendicantes. At allegoriam iſtam illi relinquo, apud quem & videre eam poteris.

Nic. de Lyr. *Religioſorum prauorum ij qui viuũt ex cenſibus deſignati per auerſatricem domũ Iſrael, mendicantes vero per præuaricatricem domum Iuda.*

Aptiorem cenſeo eam, quam & Hugo Card. & Dionyſius Carthuſ. proſequuntur, vt in auerſatrice Iſrael illiterati deſignati ſint, & ſæculares praui, per Iudam præuaricatricem, improbi religioſorum, & clericorum, & literatorum, vt deſignetur; ſicut tunc, ita & nunc præuaricantes iſtos ruinam laicorum, ſimpliciumque videntes, nedũ ſe minimè corrigere, at iis grauiùs delinquere, imò ſuo exemplo terram contaminare, peccandi audaciam aliis dantes. Placent autem quæ aſſerit Hugo Card. ſuper iſtis verſ. 9. verbis. (*Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram*, dicens: *Nulli enim tantam opportunitatem peccandi habent, ſicut clerici, quia in diuitiis abundant, & otioſi ſunt, & honorantur, quæ tria cauſæ ſunt peccati.* Quibus & bene congruit quod adiicitur, (*Et mœchata eſt cum lapide, & ligno*:) *Qui ad literam gloriantur*, inquit Hugo, *in lapideis domibus & palatiis, Vnde poteſt dici: quòd diabolus in domibus eius cognoſcitur, non Dominus*, vt dicitur [b] in Pſal. 47. Nec minus iiſdem competunt quæ ſequuntur in verſ. 10. (*Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me*, &c.) (*Sed in mendacio.*) *Dicunt enim, ait Hugo, Ego hæc ædificaui non propter me, ſed propter Eccleſiam cui eam dabo, vel huiuſmodi alias excuſationes ponunt.*

Hugo Card. Dion. Carth. *Clerici, & Religioſi praui peiores quàm improbi ſæculares dant illis peccandi occaſiones.*

Clericis maior peccandi commoditas quàm laicis propter tria.

Clerici praui mœchari dicuntur in lapide, & ligno, cũ gloriãtur, in lapideis domibus, & palatiis, quæ ædificarint.

b Pſal. 47. 4.

Clericorum prauorũ mẽdaciũ in palatiis ædificandis.

VVLGATÆ.

*Verſ.*6.] Et dixit Dominus ad me,&c.

*Verſ.*7.] Et dixi cùm feciſſet, &c.

*Verſ.*8.] Quia pro eo quòd mœchata,&c.

*Verſ.*9.] Et facilitate fornicationis,&c.

*Verſ.*10.] Et in omnibus his,&c.

SEPTVAGINTA.

6. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωσίου τοῦ Βασιλέως, εἶδες ἃ ἐποίησε μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ; ἐπορεύθησαν ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, καὶ ἐπόρνευσαν ἐκεῖ.

7. Καὶ εἶπε μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα, πρός με ἀνάστρεψον, καὶ οὐκ ἀνέστρεψε, καὶ εἶδε τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῆς ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα.

8. Καὶ εἶδον, ὅτι περὶ πάντων ὧν κατελείφθη ἐν οἷς ἐμοιχᾶτο ἡ κατοικία Ἰσραὴλ, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὴν, καὶ ἔδωκα αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐφοβήθη ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα, καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἐπόρνευσε, καὶ αὐτή.

9. Καὶ ἐγένετο εἰς οὐδὲν ἡ πορνεία αὐτῆς, καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον, καὶ τὸν λίθον.

10. Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἐπεστράφη πρός με ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῆς ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει.

*Verſ.*6.] Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ Regis: Vidiſti quæ fecit mihi domus Iſrael? Iuerunt ſuper omnem montem excelſum, & ſubter omne lignum frondoſum,& fornicati ſunt ibi.

*Verſ.*7.] Et dixi, poſtquam fornicata erat hæc omnia: ad me reuertere, & non eſt reuerſa. Et vidit præuaricationem eius præuaricatrix Iuda.

*Verſ.*8.] Et viderunt quia pro omnibus, in quibus depræhenſa eſt, in quibus mœchata eſt domus Iſrael, & dimiſi eam, & dedi ei libellum repudij, in manus eius. Et non timuit præuaricatrix Iuda: & iuit,& fornicata eſt etiam ipſa.

*Verſ.*9.] Et facta eſt in nihilum fornicatio ipſius: & mœchata eſt lignum, & lapidem.

*Verſ.*10.] Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde ſuo, ſed in mendacio.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ Regis: Numquid vidiſti quid fecerit domus Iſrael, quæ induratur, vt conuertatur ad cultum meum? Abeunt ipſi ſuper omnem collem excelſum, & ſub omne lignum frondoſum, & colunt ibi idola.* Verſ.7. *Et dixi, poſtquam fecerunt omnia hæc, Ad cultum meum conuertentur, & non ſunt conuerſi: Et viderunt falſarij fratres eorum viri domus Iuda.* Verſ.8. *Et manifeſtum fuit coram me, quia pro eo quod errauerunt, & indurati ſunt, vt conuerterentur ad cultum meum viri domus Iſrael, transmigrare feci eos, ſicut dant literas libelli repudij, & dimittunt (vxores,) Et non timuerunt falſarij domus Iuda, Fratres eorum, ſed abierunt, & errauerunt etiam ipſi.* Verſ. 9. *Et factum eſt ex eo quòd leuia videbantur in oculis eius idola eius, ream fecit terram, & fornicata eſt cum cultoribus idolorum lapidū, & lignorum,* Verſ.10. *Et in omnibus his non ſunt conuerſi ad cultum meum falſarij domus Iuda fratres eorum in toto corde ſuo, niſi in mendacio, dicit Dominus.*

Verſ.6. *Et dixit Dominus ad me*, &c. Origenes homil.14.in Ieremiā, myſtico ſenſu hæc ſumens, per Iſrael & decem tribus Iudaicum populum ait deſignari, cui propter ſcelera datus dicatur à Domino libellus repudij, quando poſt Chriſti interfectionem, & poſt expulſos ab illo Apoſtolos reprobatus fuit: per Iudā verò, & duas tribus ſignificari Eccleſiam Gentium, quia ex Iuda Chriſtus ortus ſit expectatio Gentium, quæ Gentium Eccleſia in deteriora temporis proceſſu lapſa ſit delicta, cùm vidiſſet quæ contigerint Synagogæ. *De noſtris enim, inquit, loquitur peccatis, qui legētes ea, quæ paſſus eſt populus Iudæorū, non timemus, neque dicimus,*[a] *Si naturalibus ramis nō pepercit, quanto magis nec nobis parcet Deus: ſi illos gloriātes eſſe ſe oliuam bonam, & de radice Patriarcharum Chriſtus clementiſſimus Deus pro ſuo merito eradicauit, quantò magis, neque nobis parcet, ſi ſimilia fecerimus? Vide benignitatem & ſeueritatē Dei: Neque enim benignus tantùm eſt, & non ſeuerus: neque ſeuerus tantùm, & non benignus. (Abiit ſuper omnem montem excelſum, & ſubiit vſque ad omne lignum nemoroſum.)* [b] *Si conſideres Phariſæum aſcendentem in templum cum ſuperbia, &c. intelliges quomodo aſcendit ſuper omnem montem excelſum. Sunt autem alij, qui aſcendunt ſuper colles, & fiunt ſubtus omne lignum nō fructiferum, ſed nemoroſum. Tales ſunt heretici, qui orationem ſuam verborum decore componunt, non vt conuertant audientes à vitiis, ſed vt delectent. Igitur qui iſtiuſmodi ſeductione perſuaſus eſt, abiit ſubtus omne lignum frondoſum.*

Origen. *Chriſtiano populo quàm metuendū de ſeueritate iuſtitiæ Dei, quando illum ſuis offendit ſceleribus.*

a Rom. 11. 21.

b Luc.18.10. *Superbi aſcēdūt ſuper omnem montem. Hæretici aſcendere dicūtur ſuper colles, & fieri ſub omni ligno frondoſo.*

2 Hieronymus. *Aliorū tormenta remedia ſunt: cumque punitur homicida recipit quidem quod fecit, ſed alij deterrentur è ſcelere. Non ſic euenisse ex caſtigatione & dimiſſione decem tribuum, populo Iuda, oſtendit hic Dominus: loquitur autem ſub figura duarum ſororum, quia de vna ſunt Patriarcharum ſtirpe generatæ: & priorem auerſatricem, ſequētem præuaricatricem vocat. Illa enim Deum penitus auerſata eſt, ſtatim adoratis in Dan, & Bethel vitulis aureis: iſta autem apud quam erat templum, & veri Dei religio, imitatione germanæ paulatim receſſit à Domino, & idcirco præuaricatrix dicitur. Secundùm anagogem autem de hæreticis prophetia eſt, qui falſi nominis ſcientiam dum ſe arbitrantur hæreticâ ſubtilitate tractare, aſcendunt in montem ſuperbiæ, & carnis huius voluptatibus deliniti ſub omni ligno frondoſo, & amœno exponunt fornicationem ſuam.*

Hieronym. *Caſtigat Deus ſceleſtos aliquos, vt deterreātur, & alij.*

Hæretici aſcendūt in ſuperbiæ montē, & carnis ſe dedunt illecebris.

Cyrillus Alex. homil. 1. Paſchali. *Alij (Iudæorum) ſuis affectibus obſecuti mentem prodigioſis cupiditatibus addixêre: ſibique latiſſima quæque in montibus nemora deligentes, in iis hoſtias dæmonibus immolabant: Nymphas, vt ego arbitror, ex Græcorum Poetarū inuentis, Hamadryadas, Oreadáſque inuocātes. Tum in omnem turpem cupiditatem effuſi, quæque occultanda maximè*

Clem. Alex. *Iudæorū, vtinam non & Chriſtianorū plerique deliciis dediti in montibus, & nemoribus Idololatrarū, Nymphas adoraſſe pleroſque Iudæorū.*

maximè fuerant, in iis ſe impenſius iactantes non mediocrem legis auctori moleſtiam afferebant. Proinde is ad Ieremiam Prophetam, Vides, inquit, quæ fecit mihi domus Iſraël, abiit in omnem montem excelſum, &c. Et dixi poſtquam fornicata eſt omnia hæc. (*Reuertere ad me, & non eſt reuerſa*) *Oderunt enim ſuæ vtilitatis vias, quibus ipſamet inuiſa eſt ſalus, nec voluptatis occaſiones auerſatur, qui voluptati ſeruire iucundum exiſtimat, verùm aſſiduè ad deteriora prolabitur, nec ſanæ mentis vllam retinet partem.* Similia ferè idem habet Homil. 9. item ex Paſchalibus.

Theodorit.

Theodoritus. (*Vidiſti quæ fecit mihi domus Iſraël? Quandoquidem abierunt illi,*) (*ſeruiebant enim in Babylone*) *docet Prophetam æquitatem ſupplicij.* (*Abiit ſuper omnem montem excelſum*, &c.)

Verſ. 7.

3

Ephrem. *Ad pænitentiã quàm benignè inuitet Deus.*

(*Et dixi, cùm feciſſet hæc omnia*, &c.) Ephrem Syrus, tom. 1. in Threnis de diuina retributione, *ô miſeranda anima quouſque torpeſcis, & de ſalute animum deſpondes? quam veniam in die iudicij aſſequeris, cùm Saluator per Prophetam exclamet, dicẽs.* (*Poſthac anima ad me reuertere, & ego ſanabo te.*)

Theodorit. *Peccator peccat volens.*

Theodoritus. *Suam bonitatem, & longanimitatem oſtendit,* (*Et dixi poſtquam fornicata eſſet, Ad me reuertere*, &c.) *Volens igitur interitum ſibi contraxit, quæ nec ab initio viuendi rationem legi conſonam amplexa eſt, neque poſt impietatem reuerti voluit.*

Gregor. PP.

Gregorius Papa Homil. 12. in Ezech. (*Numquid vidiſti*; &c.) *Ecce miſericors Deus contemnitur, & vocat; auerſantibus ſe ſinum miſericordiæ aperit, quia peccanti dicit,* (*Ad me conuertere, & tamen non eſt conuerſa.*)

Eulogius.

Eulogius Martyr, tom. 9. Biblioth. Veter. Patrum lib. de regreſſu animarum ab inferis cap. 9. *Differt Deus pœnam, vt inueniat pœnitentiam, ad quam & inuitat, iuxta illud propheticum,* (*Et dixi poſtquam fornicata es omnia, ad me conuertere, & noluit ad me reuerti poſtea.*)

4

In Dei ſeruitio quomodo nos gerere debeamus.

(*Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda*,) verſ. 8. *Quia pro eo quòd mœchata eſſet*, &c. *& non timuit*, &c.

Origen. *Alieno periculo diſcendũ, vt mala caueamus.* Simile.

Origenes citatâ Homil. 14. in Ieremiam, *Si quis nuper emptus domum emptoris, & Domini fuerit ingreſſus, ſciſcitatur ab aliquo conſeruo, quid promeruerit qui de prioribus ſeruis dominum offendit, & ſi voluerit in domo domini perſeuerare, cauet ea facere, quæ eos feciſſe audit, qui verberibus, & tormentis, & religatione digni extiterunt. Deinde diligentiſſimè inquirens, qui d fecerint illi, qui libertatem à Domino obtinere meruerunt, omni labore nititur, vt ea faciat, quæ eos feciſſe cognouit. Et nos itaque non eramus ſerui Dei, ſed idolorum, & Dæmonum, & poſtea ex gentibus congregati credidimus in Chriſtum; legamus ſcripturas, videamus qui iuſtificati ſint, quis offenderit Dominum, & cum omni obſeruatione nitamur ea facere, quæ & iuſtos legimus feciſſe; & caueamus in hac incidere, in quæ inciderunt hi, qui traditi ſunt captiuitati, & eiecti de hæreditate Dei,* (*Et non timuit*, inquit, *præuaricatrix Iuda, & fornicata eſt & ipſa,*) *Poſt fornicationem, in qua prius corruit Iſraël, fornicata eſt etiam Iuda.*

5 Theodorit.

Theodoritus. *Amplificat accuſationem in tribum Iuda,* (*Et vidit præuaricationem eius præuaricatrix Iuda ſoror eius. Et vidit, quòd horum omnium cauſa in quibus deprehenſa eſſet fornicata domus Iſraël, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij in manibus eius, & non timuit*, &c.) *Cùm perſpexiſſet*, inquit, *nequitiam ſororis ſuæ, & illius ergo inflictam ei pœnam, non cauit, ne imitaretur nequitiam, ſed ſecuta eſt veſtigia eius.*

Clem. Alexand.

Clemens Alexandrinus, lib. 2. Pædagogiæ cap. 9. In hiſce Deum vſum, ait accuſatione, quæ
A eſt vituperatio eorum, qui faciunt iniuriam, ſic autem legit. (*Et dedit ei libellum repudij, & non timuit incompoſitus Iuda.*)

Greg. PP. *Peccator cùm ſine flagellis à Deo relinquitur, vt liberè peccet, tunc eſt maximè miſer.*

Gregorius Papa loco ſupra citato Homil. 12. in Ezech. *Quia omnipotentem Deum plebs Iſraëli ita deſeruit, reuerti nolens, libellum repudij accepit. Deſeruit videlicet peccando; ſed libellum repudij accepit, in ſuis iniquitatibus ſine flagello remanendo: vt iam velut aliena derelicta faciat mala, quæ vult: zeli Dei flagella non ſentiat, quatenus ad æterna ſupplicia profundiùs deſcendat. Sed ſoror eius Iuda quoniam dimiſſam Iſraeliticam plebem in ſuis voluptatibus vidit,*
B *ipſa quoque in immunditia fornicationis exarſit. Quia enim aſpexit adulteram in ſua peruerſitate florere, etiam ipſa non timuit deterius peccare: atque à coniunctione Domini, quaſi à viri legitimi cubili recedere. Vnde neceſſe eſt, vt peccantes quoſque tunc conſideremus amplius miſeros, quando eos conſpicimus in ſua culpa ſine flagello derelictos.*

D. Thom. *Dimiſſio à mutua coniunctione cum Deo non ab ipſo eſt Deo, ſed à nobis.* a Iſai. 50. 1.

D. Thomas. (Et vidit) *quia ex eiſdem patribus orta dediſſem libellum repudij: ſeruat ſimilitudinem meretricis, in qua fœditas inuenitur. Sed contra Iſai 50.*[a] *Quis eſt hic libellus repudij? Et dicendum, quòd Deus non dimittit aliquem quantùm ad ſe pertinet: ſed homo*
C *peccans ipſum dimittit: Vnde ibidem. In iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.*

Verſ. 9.

6

Clem. Alex.

(*Et facilitate fornicationis ſuæ*, &c. Clemens Alexandrinus loco ſupra cit. Ita hæc refert. (*Ecce me nihili fecit domus Iſraël, & domus Iuda mentita eſt Domino.*

Cyprian.

(Citat & hunc locum Cyprianus Epiſtola 63. ad Cæcilium, (*Et mœchata eſt*, inquit, *in lignum & lapidem, & in his omnibus non eſt reuerſa ad me.*)

Origenes. *Corde duro peccãs fornicatur lapidẽ. Voluptate autem peccans mœchatur ſub ligno nemoroſo*

Origenes citatâ Homil. 14. in Ierem. (*Et facta*
D *eſt fornicatio eius in nihilum, & mœchabatur lignum, & lapidem. Quando peccamus duro contra Deum corde, nihil aliud facimus, niſi lapidem fornicamur: quando in voluptate peccamus mœchamur ſub omne lignum frondoſum.*

Hieronym. *Hæreticis traditis in interitum carnis aliquãdo Catholici pleriq; eorũ exẽplo non emendati, ſed in deteriora delapſi ſimili pœna caſtigantur.*

Hieronymus. *Cùm hæretici traduntur in interitum carnis frequenter euenit, vt domus Iuda, id eſt confeſſionis, & veræ fidei nequaquam terreatur exemplo, ſed multò maiora committat, & facilitate fornicationis ſuæ contaminet terram Eccleſiæ, & mœchatur cum lapide, & ligno, ea ſequens dogmata, quæ aduerſaria Deo ſunt.*

Theodorit. *Impij cũ peccant nihil ſe facere putãt.*

Theodoritus. (*Cuius fornicatio nihil facta eſt.*) *Ni*-
E *hil enim inquit, iniquum agere putabat: fornicationem porrò vocat idololatriam, quia relicto Deo, qui ſponſus earum dicebatur, ſeruiebant idolis. Et cædibus infecit terram, immolans filios Dæmonibus, & mœchata eſt cum lapide & ligno.*

Gaudentius.

Gaudentius Brixienſis, tom. 2. Bibliot. Vet. Pat. ſerm. 8. qui eſt primus in lectionem Euangelij, totam hanc ſententiam referens pro (*mœchabatur,*) legit (*Machinabatur lignum & lapidem.*)

7

Origenes. *Corde toto nõ reuertens, in mendacio ad Deum reuertitur.*

Verſ. 10. (*Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me*, &c.) Origenes ſæpius citata Homil. *Et nos conuerſi ſumus ad Dominum, ſed quia non ex toto corde*
F *conuerſi, dicitur,* (*Non eſt conuerſa ad me præuaricatrix Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio,*) *Vt oſtenderet, eos qui conuertuntur, ſi non ex toto corde conuertantur, in mendacio non in veritate conuerti.*

Hieron. *Impœnitenti nil proſũt Eccleſiaſticorũ monita.*

Hieronymus. *Si Eccleſiaſticus vir corrigere voluerit errantem, & putridas reſecare carnes, & ad pœnitentiam retrahere eos, qui ſecuti fuerunt falſitatem, ac nihilominus illi ſub ſpecie Eccleſiaſticæ veritatis antiquũ ſequantur errorem, dici poteſt de eis,* (*In omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ εἶπε Κύριος πρός με ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωσίου τοῦ βασιλέως.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὕτως εὐδόκιμος ἦν, οὕτως εὐσεβής, οὐχ ἁπλῶς ὁ χρόνος πρόσκειται, ἀλλὰ μεῖζον ἔγκλημα τοῖς Ἰουδαίοις. ὅτι οὐδὲ ἄρχοντα ἔχοντες ἐπιμελούμενον αὐτῶν βελτίους ἐγένοντο, ἐντυγχάνει τῷ προφήτῃ ὁ Θεός, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς δούλοις ἐντυγχάνομεν, ὅταν παρὰ τῶν ἐρωμένων καταφρονώμεθα.

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] ἐπισημαίνεται τὸν βασιλέα Ἰωσίαν, ἅμα μὲν ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ προεφήτευσεν, ἅμα δὲ ὅτι βασιλεὺς γέγονεν εὐσεβής, ἐφ' οὗ καὶ Χελκίας ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, τὸ δευτερονόμιον εὗρε κατακεχωσμένον ἐν οἴκῳ Κυρίου, καὶ ἀναγνοὺς ὁ βασιλεὺς εὗρε σύμφωνα τῷ νομοθέτῃ τὰ παρὰ τῶν προφητῶν προλεγόμενα, καὶ διέρρηξε τὰ ἱμάτια, καὶ ἔκλαυσε τὰ προθεσπισθέντα τὰ περὶ * τῆς πόλεως ἐπιγνούς, ἅπερ ἀποδεξάμενος ὁ Θεὸς δι' Ὀλδίας ἔφησε τῆς προφήτιδος, οὐχ οὕτως, ἰδοὺ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου. καὶ συναχθήσῃ εἰς τὸν τάφον σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακά, ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν τόπον, δι' ὧν δείκνυται ὡς εὐσεβὴς βασιλεὺς δύναται καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἐπισχεῖν, διὸ καὶ νῦν ὁ προφήτης παρακαλεῖ τὴν καθ' ἑαυτῶν ἀναχαιτίζειν ἀπόφασιν, πάντα γὰρ ἐνάγει πρὸς τοῦτο, τοῦ Ἰσραὴλ τὰ πάθη, ἡ τοῦ βασιλέως εὐσέβεια, τοῦ δευτερονομίου ἡ εὕρεσις, τῶν προφητευόντων οἱ λόγοι. [ἴδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ.

* περὶ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν ἀπαθὲς τὸ θεῖον ἀλλ' ὅμως ὡς ὑβρισμένος, καὶ ἠδικημένος διαλέγεται. ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ οὐχ εἷς, οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μὴν οὗτος οὐκ εἶδεν, ἐκεῖνα γὰρ πρὸ αὐτοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ἀντὶ τοῦ, ἔμαθες.

Θεοδωρήτου.] ὅρα τοῦ λόγου τὸ ἦθος, ἐπεὶ καὶ δούλοις ἐντυγχάνομεν, ὅταν ὑπὸ τῶν ποθουμένων ὑπερορώμεθα, εἶδες τί ἐποίησέν μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ; ὁμοῦ πάντες, οὐχ εἷς, οὐ δεύτερος, τὸ δὲ εἶδες, * ἐπὶ τοῦ, ἔμαθες. πρεσβύτερα γὰρ τοῦ προφήτου τῶν δέκα φυλῶν τὰ παθήματα, περὶ ὧν ὁ λόγος αὐτῷ, ταύτας γὰρ ἀπὸ Ῥοβοὰμ τοῦ Σαλωμῶνος υἱοῦ ἀπέστησεν Ἱεροβοάμ, καὶ πρὸς εἰδωλολατρείαν ἐξέκλινεν, αὐτός τε, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν βασιλεῖς, καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν ἀσέβειαν αἰχμάλωτοι πρῶτοι γεγόνασιν, δι' ἃς οὖν ἑάλωσαν αἰτίας διδάσκει, οὐδὲν γὰρ ἀπέστρεψεν αὐτάς, οὐ προφητῶν λόγοι, οὐχ ὁμόρων ἐθνῶν ἔφοδος, οὐ μερικὸς ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων ἀποικισμός.

* αὐτ.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] δίκαιος γέγονεν ὁ Ἰωσίας, καὶ πολλὴν σπουδὴν περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ ἐποιήσατο, ὥστε καὶ τὸν λαὸν αὐτῷ ὑπηρετεῖσθαι, ἀλλ' ἐπειδή τινες ἦσαν, οὐ γνησίως μετιόντες τὴν εὐσέβειαν, ἐλέγχει αὐτοὺς ὁ προφήτης διὰ τούτων τῶν ῥημάτων, καὶ τῇ παραθέσει τῶν δέκα φυλῶν παρα-

γομένους

Vers. 6. *ET dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ Regis.)* 8

Chrysostomi.] *Adeo laudabilis erat, adeo pius. Nec frustra mentio illa de tempore facta est: sed vt maiori peccato obnoxiores Iudæos ostēderet: quòd nec cùm principem illos moderantem haberent, meliores effecti sunt. Alloquitur Deus Prophetam, quemadmodum & nos cùm à dilectis negligimur, seruos alloquimur.*

Chrysost. *Iudæorū peruersitas designata manet per cōmemorationē sancti Regis Iosiæ.*

Victoris Presbyt.] *Regem Iosiam commemorat, tum quia eo imperante vaticinatus est, tum quia Rex pius ille fuerit, sub quo & Chelcias Sacerdos magnus Deuteronomium in domo* [a] *Domini defossum adinuenerit. Quo lecto Rex comperit oracula Prophetarum legislatori consentanea, & scidit vestimenta, & fleuit, vbi cognouit quæ prædicta erant, aduersùs ciuitatem, Quod cùm Deus probasset, per Oldam Prophetissam ei dixit: Non* [b] *ita. Ecce adiungam te ad patres tuos, & conduceris in sepulchrum tuum in pace: nec oculi tui videbunt omnia mala quæ ego super locum hunc adducam. Ex quibus liquet, quomodo Rex pius Dei quoque iram cohibere possit. Quare & nunc Propheta precatur, vt sententia contra eos lata mutetur, omnia enim ad hoc tendunt passiones Israel, Regis pietas, Deuteronomij inuentio, & Prophetarum prædictiones. (Vidisti quæ fecit mihi domus Israel, &c.)* 9

Vict. Presb.

a 4. Reg. 22. 8.

Prophetarum dicta legi Dei concinentia.

b 4. Reg. 22. 20.

Sancti viri retardare possunt Dei indignationem, eamque sistere.

Chrysostomi.] *Et certè Deus passionibus non subiacet, tamen veluti contumelia & iniuria affectus loquitur. Multitudo Israel, non vnus, non alter, sed multitudo vniuersa. Et profectò hic non viderat, præcesserant enim ista; Sed hoc est positum perinde ac si diceret, cognouisti.*

Chrysost.

Deus passionum expers loquitur tamen, ac si iis esset effectus.

Theodoriti.] *Vide orationem moratam, nam & seruos alloquimur si quando ab amatis contemnimur. Vidisti quid mihi fecerit habitatio Israel, omnes simul non vnus, aut alter. (Vidisti) autem pro cognouisti. Nam decem tribuum calamitates, de quibus habetur hic sermo, antiquiores sunt quàm Propheta. Has enim Tribus à Roboam filio Salomonis abduxit Ieroboam, ad idolorumque cultum detorsit, ipse, & qui eum secuti sunt Reges, & primi propter impietatis excessū in captiuitatē ducti: ob quas igitur causas capti fuissent edocet, nihil enim eos ad bonam frugem conuertit, non Prophetarū sermones, non finitimarum gentium irruptio, non peculiaris illa ab Assyriis eorum transmigratio.*

Theodorit. *Seruos alloquitur Deus quando contemnitur à filiis.*

Iudæorum populū Ieremiæ tēpore nil ad conuersionem adducere potuit ob illorū peruersitatē.

* Chrysostomi.] *Iustus erat Iosias, magnoque studio Dei cultum prosequebatur, ita vt & populus illi subseruiret. Sed cùm quidam essent non legitimè pietatem colentes, eos Prophetа his verbis redarguit, & decem tribuum comparatione*

Chrysost. *Iosiæ sancti Regis tēpore Iudæorū plerique ficte & mendaciter Dei cultum profitebantur.*

νόμους τούτους δείκνυσιν, ἐπειδὴ ἀπῆσαν ἐκεῖνοι, ἐδούλευον γὰρ ἐν Βαβυλῶνι.

[καὶ εἶπα μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα, πρός με ἀνάστρεψον, καὶ οὐκ ἀνέστρεψε.]

Ὠριγένους.] ἐπὶ πᾶν ὄρος ψεκτῶς ἀναβαίνουσι, καὶ οἱ τὴν ὑπερηφανίαν νοσοῦντες, καὶ γίνονται ὑπὸ παντὸς ξύλου ἀλσώδους, οὐ καρπίμου, ἐξ ἀκάρπων γὰρ τὰ ἄλση δένδρων, τέρψεως χάριν φυτευομένων, οἷς ἐοίκασι τῶν ἑτεροδόξων οἱ λόγοι, κάλλος ἔχοντες πιθανότητος, οὐ τῶν ἀκουόντων ἐπιστροφήν, οἷς ὁ ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ὑποκάτω πορεύεται παντὸς ξύλου ἀλσώδους, δι' οὗ δῆλον ὅ φησιν ὁ νομοθέτης, οὐ φυτεύσεις πᾶν ξύλον ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ οὐ ποιήσεις ἄλσος.

Τοῦ αὐτοῦ.] αὔξει τὴν κατηγορίαν τῆς Ἰούδα φυλῆς, ὅτι μηδὲ ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ συμφοραῖς ἐπαιδεύθη, τὸ δὲ τῶν εἰδωλολατρούντων ἀναίσθητον ἐμφαίνων, ξύλα, καὶ λίθους καλεῖ τὰ εἴδωλα σκοπήσας τοὺς ἐν αὐτοῖς ἐμφωλεύοντας δαίμονας, καίτοι μᾶλλον ἐπιστρέφειν ἐχρῆν τὸν Ἰούδαν, ὥσπερ ἐπεισελθοῦσαν γυναῖκα * τὴν διὰ πορνείαν ἐκβεβλημένην, μεῖζον γὰρ ἔγκλημα, τὴν ἐκείνης εἰ μιμοῖτο πορνείαν, τοιαύτη τῶν Ἰουδαίων ἡ κατοικία, δέον ἐπιστρέφειν ἐξ ἀληθείας, ἡ δὲ ψευδῶς ὑπεπλάττετο τὸν Θεὸν τιμῶσα τοῖς χείλεσιν, ἣν ἀσύνθετον καλεῖ, ὡς τὰς πρὸς Θεὸν παραβᾶσαν συνθήκας. καίτοι παιδεύεσθαι, μᾶλλον ἐχρῆν, τὸν ναὸν ἔχουσα, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κατὰ νόμον ἐπιτελούμενα, οὕτως καὶ ἡμῖν κίνδυνος ὁ μέγιστος, ἐὰν ἁμαρτάνωμεν μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ λύτρωσιν ἁμαρτιῶν, καὶ μέθεξιν ἁγίου πνεύματος, καὶ μάλιστα τὴν Ἰουδαίων ὁρῶντες ἀποβολήν, εἰ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν κλάδων ὁ Θεὸς οὐκ ἐφείσατο, πολλῷ μᾶλλον ἁμαρτανόντων ἡμῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀνέξεται.

* τῆ ἐκβε- βλημένῃ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀσύνθετον φησὶ τὴν πρὸς ἑαυτὴν ἀνώμαλον, καὶ ἀσύμφωνον, ὅτι τοῖς χείλεσι τιμῶσα τὸν Θεόν, τῇ καρδίᾳ ἐψεύδετο, ἢ καὶ τὴν λύσασαν τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας, ἢ καὶ τὴν ἄστατον, καὶ τοῖς αὐτοῖς μὴ ἐμμένουσαν.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἔλυσα τὰ πρὸς αὐτὴν δίκαια, παραδοὺς τοῖς Βαβυλωνίοις.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸν προφήτην διδάσκει τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον, ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλόν, εἶτα τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα, καὶ φιλανθρωπίαν δείκνυσιν, καὶ εἶπα μετὰ τὸ πορνεῦσαι, ἑκοῦσα τοίνυν τὸν ὄλεθρον ἐπεσπάσατο, μήτε ἀρχῆθεν τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν ἀσπασαμένη, καὶ μετὰ τὴν ἀσέβειαν ἐπιστρέψαι μὴ βουληθεῖσα, ἐντεῦθεν αὔξει τῆς Ἰούδα φυλῆς τὴν κατηγορίαν, καὶ εἶδε τὴν ἀσυνθεσίαν, θεασαμένη φησί, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, καὶ τὴν διὰ ταύτην ἐπενεχθεῖσαν αὐτῇ τιμωρίαν, οὐκ ἔφυγε τῆς πονηρίας τὴν μίμησιν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνης ἠκολούθησεν ἴχνεσιν, καὶ ἐγένετο ἡ πορνεία αὐτῆς, οὐδὲν φησὶ παράνομον ποιεῖν ὑπελάμβανε, πορνείαν δὲ τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ, καταλιπόντες γὰρ τὸν Θεόν, ὃς νυμφίος αὐτῶν ὠνομάζετο, τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευον, καὶ ἐφονοκτόνουν τὴν γῆν θύοντες τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς δαίμοσι, καὶ ἐμοιχᾶτο τὸ ξύλον, καὶ τὸν λίθον. σαφῆ τὴν τῆς πορνείας κατηγορίαν εἰργάσατο.

[Καὶ

A paratione eos iniquitatis reos ostendit, cùm illi abessent, in Babylone enim seruiebant.

Vers. 7. (*Et dixi, postquam fornicata erat, hæc omnia: ad me reuertere. Et non est reuersa.*) 7

Origenis.] *Qui superbiæ morbo laborant super omnem montem culpabiliter ascēdunt, & sub omni ligno nemoroso minimè fructuoso versātur. Ex arboribus enim infructuosis nemora sunt vnā ad voluptatem, quibus verba peruersè in fide sentientiū assimilantur, pulchritudinē probabilitatis,* B *nō audientiū cōuersionē habētia. Quibus qui se dederit sub omni ligno nemoroso obambulat. Ex quo liquet quod legislator ait,* [a] *Non plātabis omne lignū sub altare Domini Dei tui & nō facies nemus.*

Origen. Superbi super omnem montē & sub omni ligno frondoso idola colunt.

a Deut. 16. 21.

Eiusdem.] *Accusationē tribus Iudæ adauget,* 11 *(Et vidit præuaricationē eius præuaricatrix Iuda.) Quòd per Israël ærumnas erudita nō fuerit. Porrò Idolis addictorum stupiditatem ostendens ligna, lapidesque vocat Idola, considerans dæmonum in ipsis latebras. Et tamen potiùs conuerti debuerat* C *Iuda, veluti mulier ducta ob fornicationē eiectæ; maius enim crimen, si eius imitetur fornicationē. Talis erat Iudæorum populus cùm verè conuerti deberet, ille simulabat, Deū labiis honorans, Quem incompositum appellat, & qui pactis conuentisque quæ Deo fecerat, non steterit cùm erudiendus potiùs esset, quòd & templum haberet, quæque in ipso peragebantur. Sic & nobis illud maximum imminet periculum, si post Christi aduentum, expiationem peccatorum, spiritusque sancti participationem peccemus, in primisque Iudæorum eie-* D *ctionem præ oculis habentes.* [b] *Etenim si ramis sibi naturâ coniunctis Deus non pepercit multò magis delinquentibus nobis non parcet.*

Origen.

Idololatrarū stupiditas.

Pœnitentiam nobis nō agētibus quanta immineant malorum pericula.

b Rom. 11. 21.

Olympiodori.] *Incompositam ait, sibi ipsi non constantem, & instabilem.* [c] *Quod labiis Deum honorans corde mentiebatur. Vel quæ diuinas pactiones violasset, vel semper mobilem & in iisdem non persistentem.*

Olympiod. Præuaricatrix appellata domus Iuda tres ob rationes.

c Isai. 29. 15.

Eiusdem.] *Solui quod mihi cum illa ius intercedebat Babyloniis tradens.*

Olympiod.

E * Chrysostomi.] *Iustam esse pœnæ inflictionem Prophetam Deus edocet. (Abiit super omnem montem excelsum.) Deinde suam bonitatem humanitatemque explicat. (Et dixi cùm mœchata esset.) Libens itaque volens mortem sibi consciuit; Neque initio iuxta leges, vitam instituens, nec post impietatem patratam conuersa. Hinc Iudæ tribus acrior vehementiorque accusatio. (Et vidit præuaricationem.) Cùm perspexisset, ait,* F *malitiam sororis suæ mulctamque propter eam inflictam, æmulatione malitiæ non abstinuit sed illius inhæsit vestigiis.* Vers. 9. (*Et facta est in nihilum fornicatio eius,* &c.) *Nil se, ait, peruersum patrare putabat, fornicationem autem idolorum cultum vocat; Relicto enim Deo, qui eorum sponsus nominabatur, idola colebant, cædibusque terram implebant dæmonibus liberos sacrificātes. (Et mœchata est cum lapide & ligno.) Conspicuam fornicationis accusationem effecit.*

12

Chrysostom. Puniēs Deus iustitiam notam facit ipsius punitionis suæ. Peccator Libens, & volēs mortem sibi consciuit anima.

Vers. 10.

[Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ τότε ἔδοξαν εἶναι βελτίους, διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐπεστράφησαν μὲν ἐπὶ ψεύδει, ψεῦδος γὰρ ἦν τοῦτο.

Vers. 10. (*Et in omnibus his non est reuersa, &c. sed in mendacio.*)

Chrysostomi.] *Postquam enim tunc visi sunt meliores, propter hoc ait reuersos esse in mendacio, mendacium enim hoc erat.* Chrysost.

Vers. 11.] Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ.

Vers. 12.] Vade & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.

Vers. 13.] Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suā auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ.

HÆC [a] *ad me habuit Dominus, Tametsi Israel adeo malè se mecum gesserit, vt à me penitus alienata auersatricis obtinuerit nomen, sua tamen comparata sorori Iudæ, quæ cùm in dilectissimam eam assumpsissem sponsam, impiè in me agens præuaricatrix appellata est, iusta visa est & sancta. Ante meum namque veniens tribunal, suamque ibi agens & causam, iustiorem illam esse tutata est quàm causa sit Iudæ, probans nimirum, multò grauiùs deliquisse Iudā, quàm deliquerit ipsa, tum quia illa videns facinorum ipsius enormitatem, & pœnas alieno periculo discere potuisset, ac debuisset, vt à similibus desisteret sceleribus: tum quia nedum à similibus se abstinuit, sed peruersitate potiùs maiori in mei æmulationem etiam intra templum meum idolum coluit Zeli, arasque Diis extruxit alienis: tum denique ob inauditam ingratitudinem erga me, meaque specialia in eam beneficia. Sic verò suam agens causam etsi non apertis, tacitis tamen vocibus de me conquesta est, quòd tam grauiter ipsam perpetuâ punierim captiuitate, demorante adhuc fœliciter in suis Ciuitatibus eâ, quæ grauiùs delinquebat.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *dixit Dominus ad me*, &c.] Nouæ prophetiæ initium hinc sumendum crediderim, quæ & toto capite quarto contineatur. Variis enim argumentis Iudaicum populum, duasque tribus, quibus prophetabat, ad rectum callem conuertere satagens per Ieremiam Dominus, ab eius illum reuocare nititur exemplo, quam potissimùm imitari in sceleribus studuit, sororem suam Israel, totusque in eo est, vt eumdem Iudaicum populum summæ arguat ingratitudinis. Hinc quippe exordium sumens ait, Israel tametsi ob omnimodam à Deo auersionem & diceretur & esset auersatrix, comparatam Iudæ præuaricatrici, minùs eâ ostensam esse deteriorem, nihilominus in hoc sæculo multò acerbiùs, perpetuâ nimirum apud Assyrios captiuitate castigatam; cùm præuaricatrix Iuda mitiorem septuaginta dumtaxat annorum subierit pœnam. Habetque peculiarem vim, quod non dicitur, *Iustificata est*, Sed, *iustificauit animam suam.* Si quidem B hoc loco, sicut & alibi sæpius iustificandi verbum, vt & verbum Hebraicum צדק *tzadak* est forense, quo in iudicio cum altero quis contendens iustiorem suam, quàm illius ostendit esse causam. Ac si dicatur, Dixit ad me Dominus, Auersatrix Israël ante tribunal meum suam exinde tutata est causam, quòd respectu Iudæ iusta dici debuerit, Adeóque & tacitè de mea conquesta est sententia, qua multò eam punierim grauiùs, quàm puniturus sim Iudam. Quod autem hîc apud Ieremiam ipsi tribuitur Israeli (*iustificauit*, &c.) idipsum apud Ezechielem in eiusdem C Israel fauorem tribuitur Iudæ, vbi & declaratur, qua ratione hæc facta sit iustificatio. *Et* [b] *Samaria*, id est Israel *dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, sceleratiùs agens ab eis. Et iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.* Itaque cùm hîc dicitur (*Iustificauit animam suam*, &c.) id est iustam se ostendit, est modus loquendi, qui & apud nos in more est, vt in scelestioris comparatione aliquem vel impiissimum sanctum asseramus.

Iustificare est verbū forense, & significat iustam ostēdere causam.

b Ezec. 16. 51.

2 Multas autem ob causas grauiora asseruntur Iudæ crimina, quamuis quoad numerum multò D extiterint pauciora, quàm peccata Israel, & decem tribuum, quæ absque vlla interruptione iugiter & in idololatria, & in aliis perseuerarunt sceleribus. Primum, quia vidit, quam acriter aduersùs Israel se habuerit Deus in eius puniendis sceleribus, vnde cùm à similibus deterreri debuisset, in peiora potiùs delapsa est; quæ ratio tacta est supra in vers. 7. afferturque in Ezechiele.[c] *Quod cùm vidisset soror eius Ooliba*, id est Iuda, *plusquam illa insaniuit libidine, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ*: Hæcque est secunda causa, quia Idololatria ipsa Iudæ idololatriam E Israel superauit; quandoquidem Iuda in ipsomet Domini templo falsis Diis & aras extruxit, & erexit idolum, vt habes lib. 4.[d] Reg. 21. cuius idololatriæ ingens grauitas exinde aucta est, quòd summâ animi peruersitate in Dei æmulationem facta est, ita vt propterea Ezechiel dicat, se [e] *adductum fuisse in Ierusalem, in visione Dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum Zeli, ad prouocandam æmulationem.* Præcipua autem, & ad quam allatæ, & aliæ vniuersæ referendæ sunt causæ eiusdem grauitatis sceleF rum Iudæ, maximæ illius nititur erga Deum ingratitudini ad beneficia multa, quæ ab eo accepit; vt maiorem lucem, & cognitionem veritatis, quam à Sacerdotibus, & Prophetis habebat: Regium sceptrum, Regesque plerumque piissimos, verum Sacerdotium, templum & quam beneficiorum omnium censère debuit præstantissimam frequentem quæ ei exhibita est promissionem Christi ex ipso oriundi.

Iudæ crimina quomodo grauiora, & grauiora criminibus Israel.

c Ezec. 23. 11.

d 4. Reg. 21. 7.

e Ezech. 8. 3.

Ingratitudo aggrauat peccata.

Originalia, & Hebræa, & Sept. Habent, (*Iustificauit*, &c. *à præuaricatrice Iuda*,) eâ phrasi, quâ & in Euangelio [f] Dominus de publicano in comparatione

f Luc. 18. 14.

tione ſuperbi Phariſæi dixit, *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo*.id eſt, præ illo. Circa nomina auerſatricis,& præuaricatricis, vide notata ſupra expoſitione 1.verſ.6.

Verſ. 12. Paraphrasis Literæ.

a *Vade, & clama ſermones iſtos ad Aquilonem, & dices.*

Quamobrem [a] *vade,ait, iam agedum ô Propheta, illam conſolare,conuerſáque facie ad Aquilonem, aquilonareſque regiones,vbi ea degit,ſiue in iis,qui captiui ducti ſunt in Aſſyriam, & Mediam, ſiue in iis, qui Aſſyriorum manus effugerunt, Iſraeliticamque modò incolunt terram, Aquilonarem & ipſam reſpectu Ieruſalem,magnaque voce talibus eam meo alloquere nomine.* [b] *Nil eſt quòd mecum conqueraris auerſatrix Iſrael,ait Dominus:Nam ſi à tua deſiſtens auerſione, ad me tuum primum reuertaris virum, deſiſtam illicò & ipſe ab auerſione mea, nec ampliùs meam à te auertam faciem tibi indignatus: cùm enim ita ſanctus ſim, vt perfectionem ſanctitatis meæ in benignitate, in beneficentia,in clementia, atque in miſericordia ſitam voluerim,fieri non poteſt,vt perpetuò iram ſeruem, & iugiter delinquentium cuſtodiam peccata; Neque enim inſtar duri tyranni ſum, durique cenſoris, qui in eo totus ſim, vt delicta ſolummodo obſeruem quæ puniam.*

b *Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus, & non auertam faciē meam à vobis: quia ſanctus (ſeu miſericors) ego ſum,dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuū (ſeu & non ſeruabo in perpetuum.)*

Verſ. 12. Expositio Literæ.

3 VADE *& clama*, &c. Conueniunt expoſitores omnes, vt ſermo iſte ad Iſrael directus ſit,& ad decem tribus, quæ iam in Aſſyriam captiuæ ductæ fuerant: quod tamen in principio eſt verbum *Vade*,effecit,vt eorum quidam arbitrati ſint, Ieremiam hîc à Domino delegatum in Aſſyriam, & Mediam, quæ ad Aquilonem ſunt, Eóque & tetendiſſe ad prædicandum decem tribubus eò locorum captiuis: Alij verò cenſuerint, miſſum illum quidem, ac tetendiſſe ad Iſrael,at non in Aſſyriam,ſed in eas Iudææ ciuitates, in quas plurimi ex eodem Iſrael fugerāt, vt patet ex lib.2.[c] Paralip.cap.30.1.& 6. Eæ enim regiones reſpectu Ieruſalem ſunt Aquilonares. Vel ſaltem ad eoſdem aliquos viros probos delegaſſe, qui hoſce eis deferrent, prædicarent, aut legerent Dei ſermones;vel etiam per literas iſtos ipſos illis ſignificaſſe ſermones, prout præcitato loco 2. lib. Paralip. dicitur factum à Rege Ezechia.Mihi eorum magis arridet ſententia,quibus viſum eſt,id tantùm Ieremiæ in his, (*Vade & clama*,&c.) à Domino præceptum vt conuerſâ facie ad Aſſyriam vbi Iſrael captiuus erat, & ad regiones decem tribuum,& Iſrael,quæ (vt dixi) Aquilonares erant, ad eumdem Iſrael quaſi præſentem hæc verba haberet: quomodo Ezechieli iuſſum legimus, [d] *Pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & Propheta contra humum Iſrael.* Adeoque quod in principio ſententiæ poſitum eſt.(*Vade*,)pro interiectione excitātē ſumendum eſt,ac ſi ſimili aliâ diceretur particulâ, *Age*,ſeu, *Agedum*, prout aliàs,& in ſacris,& in prophanis obſeruare eſt literis,Congruentiſſimè autem Dominus per ſermones iſtos tacitæ ſatisfacit Iſraelis querelæ, quæ in præcedenti verſu ſignificata fuit,quòd ante Dei tribunal iuſtiorem oſtendens cauſam ſuam causâ Iudæ, perpetuâ nihilominus ipſe punitus ſit captiuitate,adhuc demorante Iudâ in terra propria.Ad hæc quippe idē ait Deus, Haud eſt quòd conqueraris, Si enim quæ hucuſque auerſa perſiſtis,ad me conuertaris, deſiſtente te ab auerſione, deſiſtam profectò & ipſe à mea, nec ampliùs meam à vobis auertam faciem, at

c 2. Paralip. 30.1.

d Ezec.21.2.

De Iuſtitia, & flagellis Dei conqueri nemo iure poteſt.

A propitio vos reſpiciam vultu: Neque eſt quòd metuas, me in perpetuum fore iratum, qui ita ſanctus ſum, vt clemens naturâ ſim miſericors, atque beneficus.

Hunc cenſeo germanum, ac faciliorem iſtius ſententiæ ſenſum.Tametſi & eos admodum cenſeo probabiles, quibus ita ad Iſrael hæc habita accipiuntur, vt tamen præcipua Domini in eis intentio, eorumque ſcopus in exprobrationem, vel in excitationem ſpectent Iudæ, cuius conuerſionem variis per Prophetam Deus procurari volebat rationibus. Siue per exprobrationem, B ac per contentionem cum illo agendo, in eius nimirum æmulationem illam ipſam ſororem ſuam Iſrael, cui iam ſe dediſſe ſignificarat libellum repudij, eiuſdemque Iudæ æmulam, atque inuiſam inuitans, vt conuerſam ad ipſum in Iudæ,ſi conuerti nollet,poneret locum dilectæ, cui & ciuitatem tribueret ſanctam, & templum, in quo ſanctè ipſum coleret ſanctum: vt nimirum inuitatio,& pollicitatio iſta ſtimulus tandem Iudæ eſſet;vt vel ob id reſipiſceret, ne ſibi inuiſam in ſuum ſubſtitutam videret locum. Quâ agendi ratione vſum & Chriſtum Dominum legimus in C Euangelio in parabola vineæ, & agricolarum. [e] *Malos malè perdet,& vineam ſuam locabit aliis agricolis*, &, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Gentiles in eorumdem Iudæorum locum,& gloriam ſucceſſuros denuncians.Siue mitiori agendo ratione,immenſæ Dei nitenti miſericordiæ,& benignitati,in qua totam ſuam præcipuam ſitam is gloriatur ſanctitatem; Vt nimirum ita elatis vocibus etiam auerſatrici Iſraeli, & cui propter ipſius ſcelera iam libellus datus à Deo fuerat repudij, vt reprobæ in Aſſyriorum manus datæ, diuinam nihilominus pol- D liceretur clementiam promptam ad ipſam denuo in dilectam ſuſcipiendam ſponſam, ſi toto ad eum reuerteretur corde. Quò,his auditis,& à Iuda præuaricatrice certam exinde illa conciperet ſpem,ſibi quoque,& multò magis, Dei paratam benignitatem; adeoque incunctanter ſuorum pœnitens ſcelerum ad ſanctum eum conuerteretur,& miſericordem.

Circa lectionum varietatem notanda ſunt in hoc verſu aliqua. Primum, vbi vulgata habent, (*Et clama*,) in Hebræo eſſe וקראת *vekaratha*, quod etſi ſignificet, (*& clama*,) ſignificat quoque E (*voca*,) nec non (*& lege*) quomodo verterunt & Sept.& Theodotion, καὶ ἀνάγνωθι. Secundò, vbi nos legimus,(*Reuertere auerſatrix Iſrael*,)in Hebræo eſſe pulchram paranomaſiam שובה משבה *ſciuba meſciuba*.Pagninus, & Regia, (*Reuertere refractaria*.)Vatab.(*Reuertere tu auerſatrix*.) Cùmque ambæ eæ voces ab vna ſint verbi radice שוב *ſcuh*, quod multiplicis eſt ſignificationis & ſumitur pro reuerti,pro auerti,pro reſipiſcere, & pro rebellare,verti ea non incongruè poſſunt,(*Auertere auerſatrix*,)ſeu (*auerſio*,) vt ſenſus ſit, Tu quæ tota es auerſio,cùm à me auerſa ſis per defectio- F nem, auertere modo & ab idolis ad me. Et alio modo,(*Reſipiſce rebellis*:)Sept.(*Reuertere*,ſeu *Conuertere ad me habitatio Iſrael*,) vt ſcilicet in medio tui habitem.Tertio pro, (*Non auertam faciem meam à vobis*,in Hebr.) לוא אפיל פני בכם *lo appil panai bachem*.Pagninus,& Regia, (*Non faciam cadere facies meas in vos*.) Vatabl. (*Non conïiciam vultus meos contra vos*,)id eſt,Non deiiciam,& immittam iram meam aduersùm vos. Sept. (*Non firmabo faciem meam ſuper vos*,)eodem ſenſu.Quibus enim iraſcimur, obſirmato intueri cōſueuimus vultu.Quarto,

4

Per contētionem excitādo ad æmulationē exprobrās procurat aliquando Deus conuerſionem peccatoris.

e Matth. 21.

Bonitatis, & miſericordia ſua erga ſceleſtiſſimos exēplo excitari Deus ſatagit peccatores quoſque ad cōuerſionem, ſpe illis exhibita remiſſionis criminum.

5

Sanctitas sita in benignitate, in beneficentia, & in misericordia.

to, (*Qui sanctus ego sum*, Hebr.) כי חסיד אני *chi khasid ani*. Regia (*Quia benignus ego.*) Vatab. (*Quia beneficus sum,*) Pagninus, & Isidorus, (*Quia misericors ego*, (Quomodo & Sept. ὅτι ἐλεήμων ἐγώ εἰμι. (*Quia misericors ego sum.*) Quinto pro, (*& non irascor,*) Hebr. לא אשור *lo etthor*. Pagn. & Reg. (*Non seruabo in saeculum.*) Vatabl. (*non obseruo*, (sc. iram (*perpetuo*) a verbo בשר *nathar*, quod (vt supra notatum est) propriè significat custodire, & seruare iram; Quamquam & pro seruare, & custodire simpliciter vsurpetur, adeoque & hic ita accipi queat, (*Non seruabo in saeculum*,) sc. offensas, quas mihi fecisti, seu Non obseruabo perpetuò peccata tua, Ac si dicat, Non ero tibi instar tyranni, ac duri censoris, qui iugi censurâ delinquentium obseruat peccata quae puniat.

Deus non est instar tyrãni obseruãtis delicta, quae puniat.

Vers. 13. Paraphrasis Literae.

a Verumtamẽ scito iniquitatem tuam: quia in Dominum Deũ tuum praeuaricata es, & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocẽ meã non audisti, dicit Dominus.

NON [a] *obseruabo sanè, eâue ratione in perpetuum ipse tua non seruabo scelera, dummodo tu-met illa obserues, perpendens, dolensque & confitens iniquitatem, quae in illis grauissima est, quòd in me, & aduersus me, qui tuus bonus sum dominus, iustusque & verus, ac vnus Deus, impiè egisti, a meque deficiens multiplici idolorum, Deorumque alienorum cultui te addixisti; vias studiaque tua vniuersa in eorum terens obsequium: idque & meâ contemptâ lege, nullaque habita ratione vocum mearum, quibus per multorum sanctorum monita à frondosis te amonère obnixus sum lucis, sub quibus idololatriae operam dabas.*

Vers. 13. Expositio Literae.

6 VErumtamen scito iniquitatem tuam, &c.) Pollicitus est Israeli Deus, nequaquã se cum illo futurum instar irati tyranni, qui eius obseruet delicta, quae cum indignatione puniat. In his autem se declarat, eatenus pollicitationem suam fore validam, quatenus ipsemet, qui deliquit, attentiùs suam obseruet iniquitatem, sua & cognoscat scelera, eorumque singulorum norit grauitatem, quae in eo potissimùm est, quòd admissa ab ipso fuêre contra Deum, (*Quia in Dominum Deum tuum praeuaricata es*,) quorum singula verba maximam habent vim, vt aliàs ponderasse me recolo.

(*Et dispersisti vias tuas alienis*,) per idololatriam videlicet, & post Deos alienos multiplices ambulans, multiplici pariter & cultu. Eodem sensu, quo in cap. secundo dicebatur. [b] *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas.* Et infra. [c] *Et dixisti, Desperaui*, &c. *adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.*

b Iere. 2. 23.
c Iere. 2. 23.

Sunt qui per haec designatum opinantur actum fornicationis, eo sensu, quo apud Ezechielem dicitur, [d] *Et diuisisti pedes tuos omni transeunti*: ac si dicatur, & scortata es cum alienis Diis: simplicior tamen, & melior est primus sensus. (*Et vocem meam non audisti.*) Quâ scilicet saepius per multos te monui Prophetarum. Vt igitur Israelitico populo, & decem tribubus misericordem, & placabilem se exhibeat Deus, tria priùs asserit necessariò ab illo agnoscenda, perpendenda, & confitenda, quae eius iniquitatem grauissimam reddunt: primum, quòd per praeuaricationem ab ipso recessit, qui verus, & peculiaris est eius Dominus, & Deus: Secundum, quòd insuper in eiusdem Dei sui aemulationem ad complures defecit alienos Deos: & tertium, quod omnium extitit pessimum, quòd & eiusdem Dei benignissima repulit

d Ezech. 16. 25.

Peccatori tria agnoscenda, & confitenda, vt veniam à Deo suorum obtineat scelerũ.

monita, quamquam haec extrema verba, (*Et vocem meam audisti*,) referri etiam possint ad contemptum diuinae legis.

Circa lectionum varietatem tametsi parum sit inter illas discriminis, haec habe: Hebraeam sic vertunt Pagninus, & Regia, (*Verumtamen scito*, &c. *Et sparsisti vias tuas alienis sub omni ligno viridi*, seu *frondoso*, &c.) Vatab. (*Modo*, seu, *Tantum agnoscas iniquitatem tuam, quòd in Dominum Deum tuum praeuaricata es, & disperseris vias tuas alienis*,) (*Diis*, &c.) Extrema sic reddas ad verbum, (*Et in voce mea non audisti, ait Dominus.*) Sept. (*Verumtamen scito*, &c. *quia in Dominum Deum tuum impiè egisti, & effudisti vias tuas in alienos sub omni ligno frondoso: voci autem meae non obedisti.*)

Israeli quomodo Deus misericordiã polliceatur, & quare.

7 Antequam ad vlteriora procedamus ea explicanda est difficultas, ex iis insurgẽs, quibus idemmet Dominus, qui hoc loco Israeli & decem tribubus misericordiam benignissimè pollicetur, dummodo is norit, & fateatur grauitatem iniquitatis suae, Eius rei eam potissimum afferens rationem, quia ipse sanctus, & misericors sit, è contrario apud Hosaeam apertè dixit, [e] *Non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. Et domui Iuda miserebor*, &c. Vtrobique Deus verax: verè enim non additurum se apud Hosaeam ait, vt misereatur domui Israel, vt è terrena illos erueret captiuitate Assyriorum, vt pote qui eorum oblitus esset: de ea enim captiuitate ibi sermonem habebat, cùm paulò ante dixisset, *In illa die conteram arcum Israel in valle Iezrael*, quam & hîc pariter in vers. 8. significauit, dicens, se eumdem Israel dimisisse, & dedisse ei libellum repudij. Sed & verè etiam hoc loco summam ipsimet Israeli promittit misericordiam, qua post Euangelij praedicationem è spiritali Sathanae, & infidelitatis eruturus eum erat captiuitate.

e Hose. 1. 6.

Per aemulationẽ ad pessimos aliquãdo Deus nos prouocat ad poenitentiam.

8 Oportunè autem ad resipiscentiam excitat Israel auersatricem, pollicens illi misericordiam, vt vel hac ratione saltem per eiusdem Israelis aemulationem & Iudas conuerteretur, sicut & in subsequentibus, per aemulationem conuersionis Gentium eamdem alliciet praeuaricatricem Iudam, iuxta illud Apostoli. [f] *Primus Moyses dixit*, [g] *Ego ad aemulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam*: [h] Isaias autem audet, & dicit, *Inuentus sum à non quaerentibus me*, &c. Quâ aemulationis ratione etiam apud Ezechielem vsus est, Iudam item allíciens, & prouocans per conuersionem nedum Samariae, decemque tribuum, vt hîc, sed & Sodomae, ac gentium omnium in vna Sodoma designatarum, dicens, *Ergo & tu* (Iuda) *porta confusionem tuam, qua vicisti sorores tuas peccatis tuis*, &c. *Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quae iustificasti sorores tuas.* Samariam sc. & Sodomam, de quibus supra. *Et conuertam, restituens eas*, sc. sorores tuas *conuersione Sodomorum cum filiabus*, id est, ciuitatibus suis, *& cum conuersione Samariae, & filiarum eius*, id est, Reuocabo ciues Sodomorum, & Samariae à spirituali qua detinentur captiuitate. *Et conuertam conuersionem tuam in medio eorum*, id est, Et inter eos, atque vnà cum illis, & post illos eruam etiam te à spiritali, quâ item & tu detineris captiuitate. *Vt portes ignominiam tuam*, Videns videlicet, infideles, & qui Deum nesciebant, ante te ad veram fidem conuerti, *Et confundaris in omnibus, quae fecisti consolans eas*, quatenus ex incredulitate tua intelligent, se leuiùs quàm te deliquisse.

f Rom. 10. 19.
g Deut. 32. 21.
h Isai. 65. 1.
i Ezech. 16. 51.

In

In Verſ. 11. 12. & 13.

Verſ. 11. EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 *Sæculares ſe iactāt iuſtos, & Sanctos in comparatione religioſorum, & clericorū.*

IVſtificauit animam ſuam, &c. Si iuſtificare vt forenſe verbum ſumatur, prout in expoſitione literæ hîc ſumpſimus, ex his deducere erit, fideles vel à peſſimis infidelibus, Clericoſque, ac religioſos vel à ſceleſtiſſimis laicis in iudicium apud Deum & in hoc mundo trahi, quando illi peruerſam ſuam viuendi rationem ſceleſtiori ita tuentur fidelium, ac Religioſorum vitæ inſtituto, vt & liberè in eorum comparatione iuſtos, ſanctoſque eſſe ſe comprobent, quod & apud homines audacter affirmant. Ideo ne aliquãdo contingat, quod in maximam Dei redundat blaſphemiam, obnixè ipſos ab huiuſcemodi iuſtificationis occaſione deterrens religioſos, atque fideles apud alium Prophetam ait Dominus.[a] *Si fornicarus tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda.*

a Hoſe. 4. 15.

In die iudicij grauiſſimum erit Clericis, & Religioſis malis, quòd contra ſe inſurgentes videbunt peſſimos quoſque ſæcularium ipſis condemnantes.

In Euangelio ſignificauit Ieſus, in extremo iudicij die cõſurrecturos infideles aduersùs fideles, & ex bonis quibuſdam, quæ patrarint operibus eoſdem ante Iudicem condemnaturos, dicens,[b] *Viri Niniuitæ ſurgent in Iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & Regina Auſtri ſurget, &c. & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.* At hoc loco indicatur, & peruerſiſſimos infidelium, & mundanorum hominum, in quibus nil inuenire eſt boni, in iudicio tunc ſurrecturos aduersùs fideles, & aduersùs eos qui ſpiritalem profeſſi fuerint vitam, vel clericos, vel religioſos: eoſdemque coram iudice eâ quâ poſſunt ratione condemnaturos, quod moleſtiſſimum iis fore crediderim, qui damnabuntur.

b Matth. 12. 41.

10 *In die iudicij quá ratione ſæculares dãnandi cõdemnaturi dicũtur prauos clericos, & Religioſos.*

Si quæras, quî fieri poterit, vt impij & infideles damnationi obnoxij condemnent alios. Noueris, id haud aliter ab ipſis faciendum, quàm iuſtificãdo animam ſuam, vt hîc dicitur, in illorum comparatione, accuſando videlicet eos, & probãdo, quàm grauiùs ab illis peccatũ fuerit, quàm ab ipſis: mitioremque exinde pro delictis ſuis referendo pœnam, quàm ea ſit quæ à communi iudice illis infligetur: quod ſignificauit & Ieſus in Euangelio, vbi Capharnaum alloquens, in quo diutiùs prædicarat, plurimaque operatus fuerat miracula, & incredulis Iudæis, ait,[c] *Dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij quàm tibi.* Et paulò ſuperiùs, oſtendens hoc eſſe quoddã & grauiſſimum damnationis genus dixerat.[d] *Væ tibi Corozaim, væ tibi Betſaida, quia ſi, &c. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sydoni remiſſius erit in die iudicij quàm vobis.* Et meritò, quia, vt ait Iſidorus lib. 21. de ſummo bono. *Tantò maius cognoſcitur eſſe peccatum, quantò maior qui peccat, habetur. Creſcit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum, & ſæpe quod minoribus ignoſcitur, maioribus imputatur. Vnde bene per Prophetã dicitur* inquit, Gregorius Papa 3. par. lib. Paſtoral. Admonit. 29. *Erubeſce Sidõ, ait mare. Quaſi enim per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem vitæ ſæcularium, atque in hoc mundo fluctuantium, eius qui munitus, & quaſi ſtabilis cernitur, vita reprobatur.*

c Matth. 11. 24.

d Matth. 11. 21.

Iſidorus.

11 *Laicis querentibus aduersùs Deũ, quòd pro peccatis ſuis*

Ex quibus eæ tolluntur vulgares, frequenteſque laicorũ aduersùs clericos, ac religioſos querelæ, tum apud homines, tum apud Deum, quibus ſuam iuſtificant animam eâ ratione quâ & hîc auerſatrix Iſrael ſe ante Dei tribunal, ſuâque cau-

A ſam iuſtiorẽ cauſâ Iudæ oſtendiſſe dicitur, adeóque conqueſta quòd grauiùs punita hîc fuerit, quàm Iuda, vt in literæ expoſitione declaratum eſt. Quis enim non videat, clericos, & Religioſos Eccleſiaſticis reditibus, vel etiam fidelium elargitionibus, & eleemoſynis viuentes, tametſi peruerſiſſimi extiterint, vix tantillum participes eſſe flagellorum, quibus ob ipſorum plerumque ſcelera miſeri caſtigantur laici in amiſſione merciũ, in hoſtium depopulationibus, in agrorum, vinearumque ſterilitate, in filiorũ, coniugumque morte, & ſimilium: ita vt propterea iis Pſalmi vocibus, laici iidem de illis dicant, B [e] *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Quis etiam non videat cum illis ipſis, qui propter aliquod ſcelus ex clericis & religioſis caſtigantur, mitiori agi ſolitum pœnâ, in mitiori Eccleſiæ foro: Non ſic tamen erit in die iudicij, quando remiſſiùs agetur cum laicis, quàm cum illis.

grauiùs puniãtur quàm clerici, & religioſi ipſis peiores quid reſpondendũ.

e Pſal. 72. 5.

12 *Prædicatori Euangelico quatuor ſeruanda.*

Verſ. 12. *Vade, & clama*, &c. Præter morale illud, quod ex primis verbis colligitur, Euangelico prædicatori quatuor in primis ſeruanda: primum, vt vadat, etiam cùm iter corporale ei habendum minimè ſit, vadat inquam, à ſemetipſo C diſcedens, à propriis commodis, & à propriis ſenſibus: tum, vt clamet, omnique ſtudio, quæ prædicat in audientium immittat aures: tertio, vt nõ ſuos, ſed eos duntaxat prædicet ſermones, quos à Domino ſpecialiter prædicandos acceperit: Et demum, vt prædicationẽ ſuam omnem ad Aquilonem dirigat, Et ad eos, qui inſtar Aquilonis vel ob peccata gelidi ſunt, vel ob charitatis inopiam frigidi in Dei ſunt obſequio. Obſeruare inſuper in hac eſt ſententia duos ſubindicatos Soles, & Deum, & hominem: quodque mirabilius eſt, & Deum eſſe Solem hominis, & hominem eſſe So- D lem Dei. Quòd Deus ſit Sol hominis indicatur in eo quòd homines peccatores nomine & metaphorâ deſignati ſunt Aquilonis.

Deus eſt hominum Sol, & homo eſt Sol Dei.

Sol hominis quomodo ſit Deus.

13

(*Clama ſermones iſtos contra Aquilonem*,) ſatque aliàs oſtenſum eſt, & Aquilonem frigidum, ac tenebroſum eſſe, & peccatores, quia & ab Aquilonari terra ſol ſenſibilis, & à peccatoribus Deus iuſtitiæ Sol lõgè eſt; quia tam iſti, quàm illi, luce deſtituti ſunt ſui Solis, vnde ſceleſtos illos legimus in libro Sapientiæ dixiſſe,[f] *Iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* Quòd autem homo ſit quodammodo & Dei Sol, indi- E cat ipſemet Deus, dum ait, (*Reuertere auerſatrix Iſrael, & non auertam faciem meam à vobis:*) ſignificat namque ad hominem ſe habere, vt Heliotropium ad Solem, vt ſicut cõuertente ſole ſenſibili faciẽ ſuam ad Heliotropium, conuertit illico & Heliotropium faciem ſuam ad Solem, & ſi ſemper Solem ad ſe conuerſum haberet, numquã vel etiam nocturno tempore Heliotropium facie ſuâ ab illo auerſâ conſpiceretur: In eumdem modum cõuertente homine ſemet ad Deum, conuertit ſtatim & ſe Deus ad illum, eoque non ſe auertente, nec Deus faciẽ ſuam ab illo auertit, prout & hîc F ait, & alibi. [g] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*) Idipſum ſub alia ſimilitudine per Hebraici textus ſignificatur lectionẽ illam, (*Et non faciã cadere facies meas in vos,*) ſecundùm quam ſignificatur, Deum quaſi ad Solem ſe reſpicientem eleuare ad hominem facies ſuas, quando homo ad ipſum conuertitur; eo planè modo, quo quidam ſunt florum, qui cùm flaccidi ſint, in terramque deflexi quãdo deſtituuntur Sole, eriguntur nihilominus illico, & aperiunt quodammodo facies ſuas, cùm Solẽ ipſum conuerſum ad ſe ſenſerint,

f Sap 5. 6.

Sol Dei quomodo dicatur homo.

Simile.

Deus conuertitur ad hominem, vt Heliotropium ad Solem.

g Zach. 1. 3.

Simile.

Deus eleuat faciem ſuam ad hominis conuerſionẽ, vt flos ad cõuerſionẽ Solis ſe ſe eleuat.

14 *Sācti viri ita aduersùs peccatores irascūtur, vt tamen illos minimè oderint, sed misereātur.*

a Psal. 4.4.

Cæterùm ex his iunctis cum subsequentibus, *Quia ego sanctus sū*,&c. intelligimus primò, quàm bene per Prophetam Dauid iuncta ea sint, [a] *Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum*, &, *Irascimini & nolite peccare*, per sanctum designātem eum omnem, qui Deo segregatus sit per speciale vitæ institutum, & omnino eum, qui vitam profiteatur bonam. Istiusmodi sanctos mirificatos à Domino inquit, in eo quòd irascantur, at nō peccent: irascantur quidem aduersùs peccata, & scelestos impœnitentes: at non peccent, illos abominando, & odiendo, iramque seruando, cùm illos pœnituerit. Bene autem hac in re mirificatos hos dicit à Domino sanctos suos, quia per hoc in admirandā illos euexit sanctitatis perfectionē, eam nimirum quæ ad diuinam sanctitatem suam proximè accedat. Enimuero in eo potissimùm sanctus hîc dicitur Dominus, quòd à peccatore sese ad ipsum conuertente non auertat faciem suā, vt pote qui respiciat illum, & eius conuersâ misereatur facie: tātumque absit, vt vel iuxta Hebraicam lectionem, faciem suam super illos cadere faciat, vel iuxta lectionē Sept. obfirmat super eos vultum illum suum, de quo alibi legis. [b] *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*, vt iis potiùs lætādum sit, ac cum eodem vate dicendum, [c] *Signatum* propriùsque secundùm lectionem aliam, *eleuatum est lumen vultus tui*, id est, fauorabilis vultus tuus super nos, *dedisti lætitiam in corde meo.*

Sanctitas vera in quonā sita sit.

b Psal. 37.17.

c Psal. 4. 7.

15 *Spirituales arguūtur, qui vt plurimùm nimis esse solent iracundi aduersùs delinquentes.*

Ex quibus intelligimus secundo, per ea quæ hîc dicuntur plerosque increpari, qui cum sanctiorē præ cæteris instituerint vitam, adeoque & sacramenta frequentent, & castigent corpus suum, idque in seruitutem redigere satagunt cum Apostolo, minimè tamen curant, vt animam suam à seruitute eruant iracundiæ. Videas enim plerumque istiusmodi homines ab illis à quibus vel in minimo læsi fuerint, & faciem auertere, & faciem suā super eos cadere facere, nec illos intueri obuios, vel si intueantur, obfirmatum in illos conicere vultum, vt aliquos nouos potiùs illorū obseruent defectus. Videas & sæpius ex sanctis hisce aliquos iniuriarum remissionem vel humiliter ab eis petenti negare, suam ab illo auertentes faciem, querelasque viuas (vt ita dicam) perpetuò seruantes, simulque asserentes, iram, odiumque in eum minimè seruare; id tamen efficere pro seruanda iustitia. Audiant isti Dominum dicentem, *Reuertere auersatrix Israel, & nō auertam faciem meam à vobis, quia ego sanctus sum, & non seruabo in perpetuum.* Sanctitatem veram Christiani & in hoc sitam, vt remittantur de cordibus iniuriæ, & non seruentur ad vindictam vllo modo offensæ vbi adsit lædentis pœnitentia, testis est & Iesus in Euangelio, quando de dilectione inimicorū agens, ad eáque exhortans concludit, [d] *Estote & vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est*, quod aliis quidē verbis, sed eodem significatu in alio Euangelio sic explicatum est, [e] *Estote & vos misericordes, sicut & pater vester misericors est*, ideoq; & hîc quod in vulgata dicitur, *Quia ego sanctus sum*, Hebr. & Sept. legunt. *Quia ego misericors sum*: Satque constat, eum denique in sacris literis pleno ore dici iustū, qui misericors sit, & veram iustitiam, quæ iustitiæ sit similis Dei, in misericordia sitam; adeoque misericordiam ipsam iustitiæ nomine insignitam, prout vel ex vno Psalmi loco patet, [f] *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit, Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi.*

Contra nolētes remittere iniurias, vt iustitia fori exterioris cōtra delicta exerceatur.

Sāctitas Christiani sita in perfecta iniuriarum remissione.

d Matt. 5.48.

e Luc. 6.36.

Iustus verus qui est misericors.

f Psal. 111.7. & 9.

Vers. 13. (*Verumtamen scito iniquitatem tuā*, &c.) Qui Dei in se experiri velit placabilitatem super malitia sua, operæpretium est, vt & iniquitatem ipsam suam noscat, idque in primis suo in illa attingere studeat intellectu, quod ad veram ipsum adducat peccatorum contritionem: Hoc est enim scire iniquitatem suam, scire, & nosse peccatorū grauitatem, ex qua in affectu excitetur contritio. Porrò cùm tria sint quibus nostra potissimùm aggrauantur delicta, quia sunt admissa contra Deum, quia facta sunt per adhæsionem ad spirituales nequitias, & demum quia contra Dei legem sunt gesta. Idcirco hæc tria hîc agnoscenda proponuntur: postremum in verbis illis, (*Et vocem meam non audisti:*) quibus significatur etiam diuinarum inspirationum contemptus. Secundum in iis, (*Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso:*) Primum, in illis, (*Quia præuaricata es in Dominum Deum.*) Explicatum est supra, præuaricari in Deum idipsum esse ac ab illo deficere, illique aduersari: Quàm bene autem hæc duo in qualibet iuncta reperiantur iniquitate, contra Deum esse, & dispersas esse peccatoris vias alienis, ex ea Redemptoris nostri intelliges sententia, quā ait [g] (*Qui non est mecum*,) id est, qui in opere suo aliquo à me deficit, adeoque & mecum non est, *contra me est*: En primum: Audi secundum, *Et qui non colligit mecum*, id est, & qui non studet, vt mecū operans, mecum & fructum, & meritum colligat operum suorum, is planè *dispergit*, dispergens studia, actionesque, & eorum fructum omnem Dæmonibus. Ex quibus confirmatum habemus, id quod apud Theologos peruulgatum est, veræ contritionis obiectum esse debere Deum à nobis læsum, & derelictum per effusionem, & dispersionem cordis nostri, operumque nostrorum, vnde qui corde contrito misericordiam à Deo implorauit Dauid, tunc dixit, [h] *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*, cùm priùs dixisset, [i] *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.*

16 *Peccata aggrauantur ex tribus, quæ ea sint.*

Contritionē quomodo in nobis excitare possimus.

g Luc. 11.23.

Contritionis obiectum est Deus.

h Psal. 50.19.

i Psal. 50.6.

VVLGATÆ.

Vers. 11.] Et dixit Dominus ad me, Iustificauit animam suam, &c.

Vers. 12.] Vade, & clama, &c.

Vers. 13.] Verumtamen scito, &c.

SEPTVAGINTA.

11. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με, ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα.

12. Πορεύου καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους πρὸς βοῤῥᾶν, καὶ ἐρεῖς ἐπιστράφηθι πρός με ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος, καὶ μὴ στηρίσω τὸ πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἐλεήμων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ οὐ μηνιῶ ὑμῖν εἰς τὸν αἰῶνα.

13. Πλὴν γνῶθι τὴν ἀδικίαν σου, ὅτι εἰς Κύριον τὸν Θεόν σου ἠσέβησας, καὶ διέχεας τὰς ὁδούς σου εἰς ἀλλοτρίους ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, τῆς δὲ φωνῆς μου οὐχ ὑπήκουσας, λέγει Κύριος.

Vers. 11.] Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam Israel, præ præuaricatrice Iuda.

Vers. 12.

Vers. 12.] Vade, & lege sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere ad me domus Israel, dicit Dominus, & non firmabo faciem meam super vos: quia misericors ego sum, dicit Dominus, & non irascar vobis in perpetuum.

Vers. 13.] Verumtamen scito iniustitiam tuam, quoniam in Dominum Deum tuum impiè egisti, & effudisti vias tuas ad alienos sub omni ligno frondoso, voci autem meæ non obedisti, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suam illa, quæ sese obstinat, ne redeat ad cultum meum domus Israel magis, quàm falsaria domus Iuda.* Vers. 12. *Vade, & propheti za verba hæc in terra Aquilonis, & dices: Conuertimini qui vos obfirmatis, ne conuertamini ad cultum meum, domus Israel, dicit Dominus: cùm enim conuersi fueritis non immittam furorem meum in vos, quia ego multa confero beneficia, dicit Dominus: non reseruabuntur peccata vobis in æternum.* Vers. 13. *Verumtamen scito peccata tua, quia in verbum Domini Dei tui præuaricata es: & corrupisti viam tuam: adiunxisti te populis colentibus idola sub omni ligno frondoso, & verbo meo non obedistis, dicit Dominus.*

Clem. Rom. Vers. 11. *Iustificauit*, &c. Clemens Romanus lib. 2. Apostolicarum constitut. cap. 60. ita hanc refert sententiam, *Iustificauit animam suam Israel præ anima incomposita Iuda.* Aptatque illam vt dictam aduersùs plures fidelium, Ecclesiam minimè adeuntes.

Origen. Origenes breuiter quidem hanc ipsam sententiam tangit in homil. 14. in Ieremiam, dicens in ea significari peccata Israel cum Iudæ vitiis comparata iustificare quodammodo animam eius.

Aliud est iustificari simpliciter, aliud iustificari præ alio. Idem tamen Origenes homil. 9. in Ezech. super simili sententia declarans, qua ratione istiusmodi facta dicatur iustificatio, ait, [a] *Descendit vt habes in Euangelio, Publicanus iustificatus: Non simpliciter iustificatus, sed iustificatus in cõparatione Pharisæi.* (a Luc. 18. 14.) *Aliud est iustificari: aliud ex illo iustificari. Simile est Publicanum à Pharisæo iustificatum fuisse illi, quòd Sodoma, & Samaria ex comparatione peccatricis Ierusalem iustificata sunt. Et necesse est, nos scire, quia vnusquisque nostrûm in die iudicij ab alio iustificetur, & ab alio condemnetur; Etiam cùm fuerimus iustificati ex aliis iustitia illa non tam laudis, quàm criminis loco ponitur. Væ illi homini, qui à multis peccatoribus iustificatur: vt è contrario multùm beatus, qui comparatione iustorũ, iustus ostenditur. Et quomodo iniquitas aliquando iustificat, sic condemnat aliquando iustitia. Iniquitas mea iustitia est comparatione maioris iniquitatis: sic & iustitia ex comparatione multiplicis iustitiæ iniquitas reputatur.* [b] *Propterea non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens*, &c. (*In die iudicij iniqui iustificabuntur, & damnabuntur ab aliis iniquis.* b Psal. 142. 2.)

2 Hieron. *Contra Nouati hæresim.* Hieronymus in Comment. *Iustior*, inquit, *est Israel cõparatione Iudæ: quia illa statim in principio periit: hæc illius cruciatibus potuit emendari. Attẽdat noua ex veteri hæresis* (Nouati) *quod Israel comparatione Iudæ iustificata dicatur, nec mirum hoc de vnius gentis sororibus, cum Sodoma quoque collatione Ierusalem iustitiæ nomen accipiat, dicente Domino per* [c] *Ezechielem: Iustificata est Sodoma ex te:* [d] *& Publicanus comparatione Pharisæi fit iustus.* (c Ezech. 16. 51. d Luc. 18. 14.)

A Augustin. serm. 43. de tempore Tom. 10. allatis his tribus locis, Ieremiæ, Ezechielis, & Euãgelij, *Scriptura*, inquit, *sacra eos, qui multò minùs peccauerũt, impiorum collatione iustificat. Eo modo quo Apostolus ad Rom.*[e] *legem sanctam, & mandatum sanctum, iustum, & bonum si perfectioni Euangelicæ conferantur, è contrario minimè bona pronunciat.* (Augustin. *Iustificari minus impios comparatione magis impiorum quid sit.* e Rom. 7. 12.)

Theodorit. Theodorit. in Comment. Maiori veniâ dignos esse ait decem tribus, quàm sit tribus Iuda: quia cùm calamitates earum præuidisset, in causis calamitatum committendis perseuerauit.

D. Thom. D. Thomas similia ait iis, quæ ex Hieronymo.

B 3 Hieronym. Vers. 12. (*Vade, & clama*, &c.) Hieronymus. *Verbum Hebraicum* קראת *karatha* (& *voca, & clama, & lege*) *significat: Vnde Aquila, & Symmachus, clamita: Sept. & Theodotio, lege, interpretati sũt. Ad Aquilonem autem & contra Babylonem, atque Assyrios sermo dirigitur, ad decem, & duas tribus, & earum reuersio prædicatur,* (*Et non auertam faciem meã*, inquit *à vobis:* (*siue non firmabo faciem meã contra vos:*) *vt nequaquã vos austeritate iudicis: sed cultu misericordiæ suscipiã. Sãctus enim, & misericors sum: vt non recorder vltra iniquitatis vestræ, nec meminerim, quòd à Domino recessistis, & pro illo vos idola delectarint. Ei quod dicitur,* C (*Et non firmabo faciem meã super vos*) *illud propheticũ conuenit,*[f] *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Possunt hæc ad hæreticos, & in Ecclesia neglegentes dici, qui quotidie per Ecclesiasticos viros ad pœnitentiam prouocantur. Omnis autem hæreticus habitat in Aquilone, & calorem fidei perdidit: nec audire potest illud Apostoli,*[g] *Spiritu feruentes.* (*Iudicat in hoc sæculo Deus cultu misericordiæ, non austeritate iudicis.* f Psal. 50. 11. *Hæreticus omnis habitat in Aquilone.* g Rom. 12. 11.)

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus Sermone de Adam, Sodoma, Achab, & pœnitentia, in Tom. 1. *Abstinebat Deus ab vltione in populum suum idola adorantem; sed curabat, vt amaretur ab his, qui offenderant. Ieremiam mediatorem facit.* (*Vade*, inquit, *& lege sermones istos, &* D *dices eis, Conuertere ad me, peregrinatio Israel, & non irascar vobis in æternum.*) *Promittit per mediatorem & domũ, si obtemperent, & secum pacem habeant.* (*A peccatoribus se amari curat Deus.*)

Theodorit. Theodoritus. *Immensa est beneuolentia, & humanitas Domini: quippe qui post ingentem numerum iniquitatum solam requirit pœnitentiam.* (*A peccatoribus Deus solam requirit pœnitentiam.*)

D. Thom. D. Thomas. (*Ad Aquilonem*) *vbi decem tribus captiuæ detinentur in terra Assyriorum.*

4 Hieronym. Vers. 13. (*Verumtamen scito.*) Hieronymus. *Hæreticus qui ad Aquilonem, quia se voluptatibus tradidit, recessit à Domino, & dispersit vias suas alienis dogmatibus, & voluptatem secutus est. Nulla enim hæresis nisi* E *propter gulam, ventremque construitur, vt*[h] *seducat muliercul as oneratas peccatis, semper discẽtes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes. De quibus dicitur:*[i] *Qui deuorant plebem meam velut escam panis. Et quos Christi Apostolus notat*[k] *deuorantes domos viduarum. Cùmque inquit, misertus tui fuero, ne iustum te esse putes; sed semper memento iniquitatis tuæ, & scito, quia in Dominum fornicatus sis, & superbiæ colla dimitte, vt qui offendisti per arrogantiam, places Deum per humilitatẽ.* (*Hæresis omnis propter gulam, & libidines construitur.* h 2. Tim. 3. 6. i Psal. 13. 4. k Luc. 20. 47. *Humilitas singulare medium placãdi Deum.*)

Pro (*dispersisti*,) legit Hieronymus ex Sept. (*Effudisti vias tuas.*)

Theodorit. Theodoritus. *Docet pœnitentiæ modum,* (*Verum-* F *tamen agnosce iniquitatem tuam, quia in Dominũ Deum tuum iniquè egisti,*) *Sanctitatis enim principium est, infirmitatem sentire,* (*Effudisti vias tuas in alienos.*) *Derelicto Deo, ac Domino, conditore, ac benefactore, alienis adhæsisti. Sed qui erant illi?* (*Sub omni ligno frondoso.*) *Demonstrat erroris nullum esse quæstum: Carent enim fructu plantæ in Deos formatæ,* (*Voci autem meæ non obedisti, dicit Dominus.*) *Quia dum legem ferret, ait, Non erunt tibi Dij alieni præter me.* (*Pœnitentiæ modus datus à Deo. Sanitatis principiũ est infirmitatem sentire.*)

D. Thomas. D. Thomas, (*Dispersisti*,) quasi multis idolis.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI εἶπε Κύριος πρός με, ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτῆς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχ ὡς δικαιωθέντας τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐπαινεῖ, ἀλλ' ὡς ἔλαττον ἁμαρτάνοντας, καὶ πρώτους, τούτους δὲ κακίζει ὅτι οὐ βελτίους ἐγένοντο ἐκ τούτου τοῦ σωφρονισμοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ.] εἶτα διὰ πλειόνων διδάσκει, ὅτι οὐκ ἐβδελύξατο τῆς ἀδελφῆς τὴν ἀσέβειαν, τὴν πανωλεθρίαν θεασαμένη, καὶ ὅτι μᾶλλον ἔχουσί τινα συγγνώμην αἱ δέκα φυλαί, ἤπερ ἡ τοῦ Ἰούδα φυλή, ἐπειδὴ τὰς συμφορὰς ἐκείνων ἑωρακυῖα, τὰ ἕτερα * τῶν συμφορῶν διετέλεσε δρῶσα, οὗ δὴ χάριν ἐκείνοις προθεσπίσαι ὁ προφήτης παρακελεύεται. B

* αἰτια.

[πορεύου, καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους πρὸς Βορρᾶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ποτε τοῦτό ἐστιν ἄρα πρὸς τὰ Βόρεια μέρη τῆς πόλεως, καὶ τί τοῦτο βούλεται; τί δὲ τοῖς μὴ παροῦσι διαλέγεται Ἰσραηλίταις; ἢ τοῦτο ποιεῖ πρὸς τὰ Βόρεια μέρη τῆς πόλεως, ὥσπερ τούτους παραξύνων, καὶ κνίζων, τὸ γὰρ πᾶν διὰ τούτους, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, καὶ τοὺς τελευτῶντας μακαρίζομεν τοὺς ζῶντας ποιοῦντες βελτίους, καὶ ὑμνοῦμεν κνίζοντες, καὶ ἀπόντας ἐπαινοῦμεν, οὕτω καὶ ὁ Θεός, φησί, κελεύει πεμφθῆναι τοὺς λόγους, ὥστε καὶ τούτους βελτίους γενέσθαι, κἀκείνους, ὥσπερ ὁ Παῦλος φησίν, εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τούτους διεγείρει, ἐκείνους ἐπαινῶν, ἐπειδὴ γὰρ χείρους ὑμῶν οὗτοί εἰσι λοιπὸν ὑμῖν διαλέγωμαι, οὐ γὰρ δὴ ἱστορεῖται ὁ προφήτης οὗτος ἀπελθὼν εἰς Περσίδα, οὐδὲ πέμψαι κελεύει. C

* Τοῦ αὐτοῦ.] πορεύου, γάρ, φησίν, καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους, ἀμέτρητος ἡ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπία, μετὰ γὰρ τὴν πολλὴν παρανομίαν μόνην ἐπιζητεῖ μεταμέλειαν, διδάσκει δὲ ταύτης τὸν τρόπον. [πρὸς Βορρᾶν.] D

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ κατεψύχθαι αὐτῶν τὰς καρδίας, καὶ μὴ ἔχειν θέρμην πνευματικήν, ὁ γὰρ βορέας ψυχρὸς ἄνεμος. [ἀποστράφηθι πρός με ἡ κατοικία Ἰσραήλ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο ζητεῖ μόνον ὁ Θεός, ἵνα κἂν ἐπιγνῶμεν ὑμῶν τὰ ἁμαρτήματα, τί μέγα ἀπαιτεῖ; ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἀφίεται, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν. [καὶ οὐ μὴ στηρίσω πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἐπιμόνως χρήσομαι τῇ καθ' ὑμῶν ὀργῇ. [πλὴν γνῶθι μὲν ἀδικίαν σου, ὅτι εἰς κύριον.] E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὸ ἀκάθεκτον, ἐξέχεας, οὐδὲ ἁπλῶς, ἡ γὰρ κώμη προέτρεπεν εἰς ἀσέβειαν, οὐκ ἔνι εἰπεῖν οὐδὲ τοῦτο, ἔδει διακρῖναι, τίνι κεχρῆσθαι ἐχρῆν, πᾶν ξύλον εἰς ἀσέβειαν πρόκειτο. εἰς δὲ ἀλλοτρίους, τοὺς δαίμονας, φησί. καὶ οὐκ ἔνι εἰπεῖν,

Vers. 11. ET dixit Dominus ad me Iustificauit animam suam Israel præ, &c.) 5

Chrysostomi.] Non veluti iustificatos laudat filios Israel, sed veluti minùs, & primùm peccantes. Hos autem improbat, quòd non euaserint hac castigatione meliores. Chrysost.

* Eiusdem.] Deinde pluribus commonstrat, quòd sororis impietatem non est detestata, cùm internecionem eius conspexisset: & quòd veniâ quadam potiùs decem tribus, quàm Iudæ, dignæ videbantur, quæ cùm eorum ærumnas vidisset, à calamitatum tamen causis non abhorruit. Quapropter & Prophetæ, vt illis vaticinetur, imperatur. Chrysost.

Vers. 12. (Vade, & lege sermones istos contra Aquilonem.) 6

Chrysostomi.] Quid est hoc? Num ad Aquilonares partes ciuitatis? & quid id petit? quid ad absentes Israelitas sermonē dirigit? vel hoc peragit ad Aquilonares partes ciuitatis tamquam eos extimulans, pungensq́; omnia enim dicit eorū causâ. Nos etiam vitâ functis beatitudinē tribuimus, viuentes ad sanioris vitæ cursum excitando, eosque celebramus stimulando, & absentium famam extollimus. Sic & Deus, ait, iubet sermones mitti, vt & hi, & illi probiores fiant, sicut Paulus ait: [a] Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Sic & Deus hos excitat eorum laudes celebrando. Nam quia peiores vobis hi sunt, vobis de reliquo verba facio. Neque enim Propheta hîc ad Persidem transiisse traditur, nec mittere mandat. Chrysost. a Rom. 11. 14.

* Eiusdem.] Vade, inquit, & lege sermones istos. (Immēsa sanè Domini humanitas! nam post ingentem iniquitatē solam pœnitentiā efflagitat, modumque illius docet. (Contra Aquilonem.) Chrysost. Pœnitentiam solā post peccatum Deus efflagitat, datque & illius modum.

Olympiodori.] Ob refrigerata eorum corda, nullumque habentia spiritualem calorem: Aquilo enim gelidus est ventus. (Reuertere ad me domus Israel, &c.) Olympiod. Aquilone designati peccatores.

Chrysostomi.] Hoc poscit solummodo Deus, vt saltem errata nostra agnoscamus. Quid magnum requirit? pro vobis ipsis vt cognoscamus, quòd remittit, quòd hominum amator est. (Et non firmabo faciem meam super vos.) Chrysost. Peccatorū, & diuina eorum remissionis cognitionem à nobis exposcit Deus.

Olympiodori.] Non perseueranter ira, quæ mihi est, contra vos vtar. Olympiod.

Vers. 13. (Verumtamen scito iniustitiam tuam, quoniam, &c.) 7

Chrysostomi.] Vide libidinem effusam, (Dispersisti:) neque id simpliciter: Vicus enim ad impietatem hortabatur. Neque hoc dici potest: discernendum erat, quo esset vtendum. Omne lignum ad impietatē propositum erat, (Ad alienos autē.) Chrysost.

Dæmon.

εἰπεῖν, ὅτι οὐ παρῄνουν, οὐδὲ συνεβούλευον, ἀλλ' ἐμοῦ παραινοῦντος ταῦτα ἐποίησας, τῆς δὲ φωνῆς μου οὐκ ἤκουσας, ἀλλὰ τοῖς ἀφωνοτάτοις προσέσχες.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀρχὴ γὰρ ὑγείας, αἴσθησις ἀῤῥωστίας, καὶ ἐξέχεας τὰς ὁδούς σου, τὸν Θεὸν, καὶ Κύριον, καὶ ποιητὴν, καὶ εὐεργέτην καταλιποῦσα ἀλλοτρίοις συνήφθης, τίνες δὲ οὗτοι; ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους, ἔδειξε τῆς πλάνης τὸ ἀκερδὲς, ἄκαρπα γὰρ τὰ θεοποιηθέντα φυτὰ, τῆς δὲ φωνῆς μου οὐχ ὑπήκουσας, νομοθετῶν γὰρ εἶπεν. οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

A *Dæmones intelligit. Nec dici potest quòd non adhortarer, nec consilia tibi darem, sed me conhortante hæc fecisti, vocem verò meam non audisti, sed voce penitus destitutis adhæsisti.*

Peccator non causetur de bonorum consiliorum destitutione sed incuset potiùs semet, quòd Dei vocem parui fecit. Chrysost.

* Eiusdem.] *Cognitio infirmitatis est sanitatis principium, (& effudisti vias tuas.) Deo, Domino, opifice, & benefactore relicto, alienis copulata es. Qui verò sunt hi? (sub omni ligno frondoso) ostendit erroris nullum commodum: infru-* B *ctuosæ enim pro diis habitæ arbores. (Et vocem meam non audisti,) lege enim statuerat,* [b] *Non erunt tibi Dij alieni præter me.*

Cognitio infirmitatis est sanitatis principium.

Peccati nullũ est commodũ.

b Exod. 20. 3.

Vers. 14.] Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester, & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

Vers. 15.] Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientiâ, & doctrinâ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester: & assumam vos vnũ de ciuitate, & duos de cognatione & introducã vos in Sion.

VOS, [a] *vos alloquor filios meos, qui auersi à me estis, vt rebelles, & refractarij, vos qui iure reuertentes appellandi estis, quia è fuga de Assyriorum manibus in vestras reuertentes regiones, ad pristina pariter reuersi estis & scelera, quive ad primam illam parentum vestrorum in deserto idololatriam in vitulorum aureorum, quos fecit Ieroboam, adoratione rediistis, reuertimini amabo, vt filij ad patrem amantissimum, quia ita ego sum pater vester, vt sim pariter & sponsus, & patronus; quia ea mihi cura est vestri, quibus iam ab adolescentia vestra dominatus sum, eaque ad vos, tametsi rebelles suscipiendos paratus sum promptitudine, vt etsi vel vnus duntaxat ex vobis in ciuitate aliqua, vel duo solummodo in aliqua fuerint cognatione, qui ad Euangelij Prædicationem, atque ad me conuertantur, assumpturus vos in mei sim patrocinium, & in Ecclesiã introducturus sanctam illam Sion.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 CONVERTIMINI *filij*, &c. Communiori quidem sententiâ ad Iudam iam hîc sermo instituitur, cum quo in principio huius capitis sub parabola vxoris à suo viro dimissæ actum est; vt postquam in duobus præcedentibus versibus Propheta locutus est cum Israele, apud Aquilonem manente, redeat ad Iudam, qui cum est illi sermo primarius, & prosequens cœptã parabolam dicat, vos igitur filij rebelles, qui meliori iure hoc nomen meretis, quia estis à me omnino auersi, conuertimini ab idololatria vestra, quia ego sum vester vir, sponsusque dilectissimus, à quo recessistis.

Ipse tamen crediderim, totũ id quod reliquum est huius capitis tertij, cum principio etiam capitis quarti, vsque ad illa vers. 3. verba, *Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & Ierusalem, Nouate*, &c. ad Israel directum, seu potius ad Gentes, de quarum conuersione sub typo Israel agitur. Ex occasione enim excitationis Israel, & decem tribuum de qua actum est in vers. 12. & 13. in æmulationem præuaricatricis Iuda, in eiusdem Iudæ æmulationem instituit modo Dominus sermonẽ & de conuersione omnium Gentium, iuxta frequentem sacrarum literarum morẽ, quo cum de mundi ad Christum conuersione agitur in duobus nominibus distinctis Iuda, & Israel ij designãtur qui ex Iudæis fuerint cõuersi, atque ij qui ex Gentibus, vt docet Augustinus lib. 18. de Ciui- C tate Dei cap. 28. & lib. 22. contra Faustum cap. 89. & iuxta alteram illam necessariò obseruandã in Prophetarum libris regulam, qua & à præsentibus ad futura, & à futuris ij sæpe faciunt transitum: & ex enarratione, ac veritate propinquorũ occasionem sumunt futura longo pòst tempore prædicendi, quæ ad tempus spectant gratiæ, eorundemque firmiorem reddere veritatem. Quam regulam allatam, & probatam videre cuique licet ad initium Commentariorum Hieronymi in cap. 7. Amos.

De Gentium cõuersione sub typo conuersionis Israel.

Nominibus Israel, & Iuda signati populi, Iudaicus, & Gentilis.

Augustinus.

Prophetæ sæpe à præsentibus ad futura, & à futuris ad præsentia faciunt transitum.

2 Persistens igitur Dominus per Prophetam in D eo, quem cæperat sermone ad Israel in Aquilone commorantem, iterum eum ad conuersionem promouens, filios illos appellat reuertentes, filiorum appellatione eos deliniens, suamque illis paternam erga ipsos significans benignitatem, & prouidentiam: vocabulo autem reuertentium eorumdem denotans prauitatem. Neque enim iis assentior qui in bonum sensum id sumunt, ac si dicatur, Conuertimini filij reuertentes ad patrem vestrum, quo sensu supra dictum est, (*Ergo saltem amodo voca me Pater meus,*) seu, vt alij, *reuertentes*, sit participium replicans idipsum, quod priori verbo, *Conuertimini*, dictum fuerat: Eã E scripturæ phrasi: quã istiusmodi geminationibus, ei de, quo sermo est, actui vis datur maior, exactiusque in eodem significatur studium. Quomodo sumendum id censet hoc loco Sanctius, ac si dicatur, Conuertimini haud iam ampliùs in mendacio, sed syncerè, & ex toto corde.

Filij reuertẽtes qui dicendi.

Sanctius.

Nam ex originalibus patet, in malam potiùs partem id assumendum: In Hebræo alluditur ad nomen מְשֻׁבָה *mescibua* auersatricis, seu rebellis, aut refractariæ, quo vt proprio hucusF que idem appellatus est Israel, sic egregia paranomasia habetur שׁוּבוּ בָנִים שׁוֹבָבִים *scíubu banim sciobabim*, ab eodem verbo שׁוּב *sciub*, quod (vt dictum est) significat & reuerti, seu conuerti, & auertere, & rebellare. Ideoque ab interpretibus omnibus in malũ sensum hoc versum est participium *sciobabim*. Pagninus quippe ita vertit, (*Conuertimini filij rebelles.* (Regia, (*filij refractarij.*) Vatabl. (*filij vagi.*) Et Sept. qui apud me multò maioris sunt ponderis, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες. (*Conuertimini filij qui recessistis,*) seu (*apostatæ.*)

Quod ergo à nostro interprete filij Israel dicti sunt (*filij reuertentes,*) sumendum, ac si diceretur, filij auertentes.

3 *Reuertentes proprio iure appellati filij decẽ tribuũ.*

Si autem quis in proprietate pertinaciter persistere velit significatus eiusdem vocis. (*Reuertentes:*) Dicendum, triplici ratione filios Israel, ad quos sermo habetur, sic nuncupatos. Primò, quia eos in primis Propheta Dei iussu alloquebatur, qui ex Assyriorum manibus fugerant dum ducerentur in captiuitatem, quiue, eorumdem exercitu vniuersam terram deuastante, ad tempus se subduxerant, & postea reuersi sunt (vt dictum est supra:) Secundò, quia isti ipsi ex Israel non solùm in pristinas reuersi sunt ciuitates suas, sed & ad pristinos reuertêre Idololatriæ errores, quorum eos repræhensos in præcedenti vidimus versu; idque colligitur manifestè ex eo quod in 2. lib. Paralipom. legimus, quòd mittente Ezechiâ Rege Iuda ad istos ex Israel nuncios, & epistolas quibus eis dicebat, [a] *filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias, quæ fugerunt manus Regis Assyriorum*, &c. Et paulò post, [b] *Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim, & Manasse vsque ad Zabulon, illis irridentibus, & subsannantibus eos.*

a 2. Paralip. 30.6.

b 2. Par. 30. 10.

Quinimò & toti Israel, ac decem tribubus proprio iure id competit nomen, (*Reuertentes,*) meritóque sic à Domino compellantur, (*Conuertimini filij reuertentes,*) quia ipsi ad primã Vituli Idololatriam reuersi sunt, quâ Deum in deserto ipsorum prouocauerant patres.

4 *Ad conuersionem adducere nos debet, quòd Deum habemus & patrem, & sponsum.*

(*Quia ego vir vester,*) Subindicauit vnam rationem, ob quam conuerti debuissent, quòd ad benignum conuerterentur patrem. Cæterùm, sicut supra ne dum Patrem à Iuda se vocari suasit, sed & virum, ducemque virginitatis suæ; Ita & nunc hos ambos consanguinitatis nexus & cum Israel sibi inesse significans secundam hanc eius conuersionis affert connubij rationem, (*Quia ego vir vester.*) Ac si dicat, Æquum est, vt quatenus filij conuertamini ad patrem, & patrem, qui simul vir, atque sponsus vester sum, alludens ad eam, quæ in principio huius capitis tertij allata est parabolam, *Vulgò dicitur, si dimiserit vir*, &c. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te.*

Coniugiũ spirituale cum Deo quale.

In Hebræo pro. (*Ego vir vester*) est (*Quia ego*) בעלתי בכם *bangalthi bachem*, verbo בעל *bangal*, quod multiplicis est significationis, adeoque diuersimodè hæc vertunt interpretes. Sept. (*Quia ego dominabor vobis.*) Pagninus similiter, sed in præterito, (*Quia ego dominatus sum vobis.*) Idem in margine, (*Maritus vester fui.*) Regia. (*Quia ego patronus fui vobis.*) Vatablus, (*Et ego connubium vobiscum conciliabo.*) Isidorus, vt Vulgata, (*Et ego vir vester*, possentque & verti, (*Quia ego possedi vos:*) Et, (*Quia mei estis.*) Quæ tamen omnia ad vnam referri queunt coniugij rationem, rationes alias continentem, dominij, possessionis, defensionis, atque subiectionis.

Quam autem, vt ad Israel carnalem hæc habentur, optimè in præterito, vt est in Hebræo, hæc dicta sumantur, quatenus Deus & illius vir extitit, & dux virginitatis: Attamen si ad Gentes hæc referantur, quas hîc sub typo, & persona Israel Deum alloqui diximus, præteritum vt pro futuro positum accipiendum est, prout illud sumpsêre Sept. & Vatablus, vt sit allusio ad id, quod apud Hosæam idemmet Dominus, de Christi coniugio cum Ecclesia loquens

A ait, [c] *Et erit in illa die, vocabit me, vir meus, & non vocabit me vltra, Baalim.* Et paulò post: [d] *Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi*, &c. Clariúsque in fine capitis declarans, se locutum de Israel, quem supra in cap. 1. vocari voluit, [e] *Absque misericordia*, dicit, [f] *Et seminabo eam*, scil. Iezrael, id est populum Domini, *mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit absque misericordia. Et dicam non populo meo, populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.*

c Hose 2.16. d Hose. 2. 19.

e Hose. 1.6. f Hose 2. 23.

5 *E Babylonica captiuitate rediisse paucos Iudæorũ.*

Et assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Qui hæc ad Iudam

B habita dixêre, & in istorum quoque interpretatione dissentiunt, asserentibus aliquibus, in his sicut & in sequentibus iuxta literam, Dominum Iudaico populo polliceri reditum à captiuitate Babylonica in Ierusalem, quando pauci, inquiunt è duabus tribubus rediêre, reliquis amore Babylonicæ terræ, agrorum, & opum, quas ibi acquisierant, detentis. Cùm tamen ex libro Esdræ [g] constet, non vnum, aut duos, &c. tunc è Babylonia rediisse Iudæorum, sed ingentem potiùs numerum, nempe quadraginta duo millia trecẽti sexaginta, exceptis seruis, & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem. Aliis verò

g 1. Esd. 2. 64.

Iudæorum reliquias saluandas.

C affirmantibus, literaliter hæc sumenda de cõuersione Iudæorum, quæ in fine temporum facienda est ad Christi fidem, vt tunc vnus assumendus dicatur de ciuitate, &c. quia pauci & reliquiæ Iudæorum saluæ fient, iuxta illud Isaiæ, [h] *Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad Deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo,* [i] Cùm nec tunc temporis vnus, aut duo ex Iudæis, sed teste Apostolo, omnis Israel saluus fiet. Supposito igitur, quod iam dixi, hîc non tam de Iudæorum conuersione,

h Isai. 10.22.

i Rom. 11. 26.

Dei benignitas & promptitudo ad quoscũque suscipiendos eorum qui saluandi sunt, quanta.

D quàm de conuersione Gentium sub typo Israel agi, de Gentium inquam conuersione ad Christi fidem, quæ per Euangelij prædicationẽ facienda arbitror, quod hîc dicitur, (*Et assumam vos vnum*, &c.) non tam ob id dictũ, vt significetur exiguus saluandorũ numerus, sicut plerique opinati sunt, quàm vt ingens Dei designetur benignitas, & promptitudo ad quoslibet adiuuandos, & suscipiendos, qui vel ex Israel, vel ex Gentibus vocationi, excitantique eius gratiæ, & Euangelij prædicationi non repugnarint, tametsi vnus duntaxat is fuerit in tota vna ciuitate, aut duo solùmo-

E do in tota alicuius gentis cognatione, eorum assumpturus sit curam peculiarem, vt in Ecclesiam illos introducat, ita vt & illis ea competant, quæ ait Paulus, [k] *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis*, &c. *Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis.*

k Hebr. 12. 22.

Vers. 15. Paraphrasis Literæ.

Ideoque [l] *pastores vobis dabo Apostolos, virosque Apostolicos, quos mihi maximopere cordi esse noueritis, omnibus insignes conditionibus, quas in pastoribus opto; ita ad meas implendas voluntates promptos, vt*

F *nemo iure ambigere queat, eos esse iuxta cor meum: à quibus eruditè, prudenterque & scientiâ pascemini mysteriorum fidei, & doctrinâ sanctorum erudiemini morum.*

l *Et dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientiâ, & doctrinâ (seu, cum scientia) seu scientiâ, & intellectu.*

Vers. 15. Expositio Literæ.

Et dabo vobis Pastores, &c. Non tam de Esdra, Iesu filio Iosedech, Zorobabel, Aggæo, & Zacharia cum Hebr. doctoribus hæc sumas, qui redeuntes à Babylonia Iudæos sciẽtiâ pauêre & do 6

& doctrinâ; quàm cum ferè communi noſtrorum interpretum, nec non & multorum etiam Hebræorum, qui hæc ad Meſſiæ aduentum referunt, ſententiâ, de Apoſtolis, & Chriſti diſcipulis, eorumdemque ſucceſſoribus, quos iuxta antecedentia in quamlibet mittit ciuitatem, & ad quaſlibet nationes, vel ob vnius, aut duorum, & paucorum conuerſionem. Cùm ſat illi fuerit exploratum, vel ex vno, & paucis illis multiplicandam ſibi fidelium prolem, prout ipſe probauit euentus, Vnde mox ſubiicit, (*Cúmque multiplicati fueritis*, &c.) Porrò Euangelicos iſtos, quos pollicetur Paſtores, ait, fore iuxta cor ſuum, ita videlicet ſibi gratos, vt eas omnes ſanctas habituræ ſint conditiones, quas ſibi in paſtoribus cordi eſſe norint: prout & de ſancto Rege Dauid dixit ad Samuelem, [a] *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.*

Apoſtoli quales extiterint paſtores.

a Act. 13. 22.

7 (*Et paſcent vos ſcientiâ, & doctrinâ.*) Sept. ſcientiam tantùm adhibuêre vertentes, (*Et paſcent vos, paſcentes vos, cum ſcientia,*) quod dupliciter intelligi poteſt, vel vt tantumdem ſit (*cum ſcientia,*) ac ſi aduerbialiter diceretur eruditè & prudenter, eo modo quo apud Apoſtolum ſcientiæ nomen ſumptum eſt, vbi dicitur, [b] *Zelum Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam*, id eſt zelantur Dei honorem, at imprudenter, & ineruditè: velut per eadem ipſe deſignetur paſtus, quo Apoſtoli ad fidem Chriſti conuerſos paſcent, ſcientia nimirũ, & eruditione rerum diuinarum. In Hebræo quoque ſicut & in vulgata duplex ſignatur, quo paſtores iſti paſcent, paſtus, ſic namque habet, (*Et paſcent vos*) דעה והשכיל *dengah, vehaſchel*. Pagnin. & Regia, (*ſcientiâ, & intellectu,*) Vatabl. (*peritiâ, & intelligentiâ.*) Quibus duo ſignificantur quæ Apoſtoli, prædicatoreſque ſancti docturi eſſent infideles, moribuſque deprauatas gentes; nimirum diuinorum myſteriorum ſcientiam, & doctrinam ad bonos ſpectantem mores, duplicem eorumdem paſcuis his paſcentes intellectum, ſpeculatiuum ſcientiâ, practicum verò morum doctrinâ, quam intellectus, ſeu intelligentiæ appellatione deſignatam dixi, iuxta illud Pſalmi, [c] *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.*

b Rom. 10. 2. *Prælati ſãcti quo paſtu ſuas paſcant oues, & quomodo.*

Doctrina duplex qua à Prælatis erudiendi ſunt fideles, in rebus fidei, & in moribus.

c Pſ. 110. 10.

Verſ. 14.] Conuertimini filij reuertentes.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 PER filios reuertentes eos crediderim aptiſſimè deſignari fidelium, qui ob recidiuationem in peccata ab Apoſtolo [d] Petro iuxta vetus prouerbium canes dicuntur reuerſi ad vomitum ſuum, & ſues lotæ in volutabro luti. Quos rectè Dominus appellat filios, priſtinam eis in memoriam reducens gratiam, quã per præcedentium delictorum remiſſionem, inſtar benigni patris ſæpius cum illis ſeſe geſſit: adeoque & tacitè illos vt peruerſiſſimæ, & peruicacis naturæ, ac refractarios filios arguens, paterna ſua eis patefacit bonitatis viſcera, ne ob frequentem recidiuationem per metum, ac deſperationem ab ea, quam ipſe expanſis (vt ita dicam) brachiis expectat, deterreantur conuerſione. Ideoque & aliã non minus efficacem addit rationẽ, quã ad eamdem conuerſionem nihilominus iidem alliciantur, (*Quia ego vir veſter.*) Circa quam rationem nota, quòd cùm hoc loco non loquatur ſub parabola vxoris, vt fecit in principio capitis huius tertij, ſed ſub parabola filiorum maſculorum, dicens, illos ad ipſum conuerti debere, qui vir eorum ſit, manifeſtè patet, ſignificare eum velle, ſe eſſe illorum principem, pro principe enim viri nomen ſæpius vſurpatum reperire eſt in ſacris literis: principem autem illorum cùm ſe dicit, intelligit & naturalem ſe eorum principem, & qui magno pretio eos redemerit: ideoque & ipſum maximi eos facere, vt ſubditorum naturalium, & maximè dilectorum, vtque ſeruorum, quos pretioſo ſuo redemerit ſanguine: ſicut è veſtigio, & illos tutò ad ipſum etiam poſt multiplicem in eadem ſcelera recidiuationem ſeſe conuertere debere, vt ad proprium dominum, qui non tam deſpotico, vt inquiunt, eos ſubiectos tenere ſub ſuo velit imperio, quàm paternâ illos proſequatur prouidentiâ, patres enim appellatos bonos Dominos nouimus, legentes apud Plinium Iuniorem in Panegyrico Traiani. *Nomen illud quod alij primo ſtatim principatus die, vt Imperatoris, & Cæſaris receperunt, Tu vſque eò diſtuliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator iam te mereri fatereris. Itaque ſoli omnium contigit tibi, vt Pater patriæ eſſes antequam fieres. Erat enim in animis, in iudiciis noſtris, nec publicæ pietatis intererat quid vocarere, niſi quòd ingrata ſibi videbatur, ſi te Imperatorem potius vocaret, & Cæſarem, quum patrem experiretur. Quod quidem nomen quâ benignitate qua indulgentiâ exerces? vt cum ciuibus tuis quaſi cum liberis viuis?* Et in 4. libro Regum reperimus ſeruos Naamam leproſi ita eum compellaſſe, [e] *Pater, & ſi rem grãdem dixiſſet tibi Propheta, certe facere debueras, quanto magis*, &c.) Vtque ad principem naturalem, qui omni eos ſuſcepturus ſit beneuolentiâ, ita vt ſi operæpretium ſit, vel in eorum ſe exhibiturus ſit patronum: Hæc quippe omnia vnico hebraico verbo deſignata vidimus in literæ expoſitione, quod & variæ tranſlationes indicant.

Recidiuantes in peccata inuitantur à Domino ad pœnitentiã.

d 2. Petr. 2. 22.

Viri nomen pro principe vſurpatum. Deus eſt fidelis Princeps naturalis, & qui eos pretioſiſſimo redemit pretio.

Plin. Iunior. *Domini ac Principes boni appellati patres.*

e 4. Reg. 5. 13.

9 (*Et aſſumam vos vnum de Ciuitate, & duos de cognatione.*) Si communiorem ſequi velimus iſtorum verborum ſenſum, vt iuxta literam per ea ſignificetur exiguus eorum, qui ad Chriſti fidem conuertendi erant numerus, adeoque & paucos futuros, qui ſaluentur. Aptiſſimè ea ſubiecta ſunt præcedenti inuitationi filiorum reuertentium per recidiuationem ad peccata. Vt exploratum nobis fiat, difficillimam eſſe talium conuerſionem, & quamuis immenſa ſit Dei & erga illos miſericordia, & maxima ad eos benigniſſimè excipiendos propenſio, vix tamen vnum vel in magno totius ciuitatis numero ex eis conuerti, vix & duos in copioſiſſima alicuius gentis tribu, & cognatione ex illis aſſumi. Neque enim vel ob eximias eorum preces, vel ob multa ieiunia, quibus iidem ſe afflixerint, vel ob magnam humiliationem facile ſimilibus credendum docet auctor libri Eccleſiaſtici dicens, [f] *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? orationem illius quis exaudiet?* vix iſtis proficit, & ablutio pœnitentiæ, adeo vt propterea impoſſibilem, id eſt maximè difficilem eorum conuerſionem aſſerat Paulus in epiſtola ad [g] Hebræos, dicens, *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati,* (per Baptiſmum videlicet effecti filij lucis,) *guſtauerunt etiam donum cæleſte* (in Euchariſtiæ communione, (*& participes facti ſunt Spiritus ſancti*, (in præcedentium peccatorum remiſſione, & in renouata per diuinam gratiam iuſtificatione,) *guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum*, (in Euangelio ad conuerſionem ſemper

Recidiuantiũ cõuerſio vera, eſt maximè difficilis, & rara.

Recidiuantibus parũ proſunt mortificationum, & orationis, ſimiliumque opera.

f Eccleſ. 34. 30.

g Heb. 6. 4.

allıciente,) *virtuteſque ſæculi venturi*, (reſurrectionem, & æternum iudicium, in quo rationem reddituri ſumus,) *Et prolapſi ſunt* (per recidiuationem) *rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui*, (ludibrio illum) *habentes*. Cæterùm quamuis id ita ſit difficile,& ferè impoſſibile, inuitat nihilominus & iſtos reuertentes Dominus, aſſeritque ſe eorum aſſumpturum aliquos, qui verè conuertantur, additque inſuper, daturum ſe illis & gloriam in cæleſti patria, dicens illis, *Et introducam vos in Sion*. Quod & in præcitato loco ſignificauit Apoſtolus, hæc adiiciens. [a] *Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.*

a Hebr. 6. 9.

Hugo Card.

Dignum eſt quod hic adnotemus morale ab Hugone Cardin. ex his erutum verbis, *Et aſſumam eum vos*, dici inquit, *vnum de ciuitate, ſc. mundi, & duos de cognatione religioſorum, vnde vocantur fratres. Innuit ergo hic quod de ſæcularibus, & de religioſis ſaluabuntur aliqui. Et tamen cum pauciores ſint clauſtrales, quàm ſæculares, dicit duos ſaluari de religione, & vnum de ſæculo, ad innuendum quod ſecurior, & melior eſt religio, quàm ſæculum, & plures damnabuntur de ſæculo, quàm de religione. Si quis ergo dicat, quòd non intrabit religionem quia non omnes de religione ſaluabuntur: ergo nec debet manere in ſæculo, quia multo plures damnabuntur de ſæculo, quàm de religione.*

10 *Paſtores, & Prælati boni vnde dignoſcendi.*

Verſ. 15. *Et dabo vobis paſtores*, &c. Si noſſe vis, quinam dicendi ſint Paſtores, Principes, atque Prælati iuxta cor Dei, animaduerte, an ij à Deo dati tibi ſint: viciſſimque intelligere volens, an à Deo datos paſtores aliquos acceperis, intuere, an ij ſint iuxta cor Dei. Illi ſunt iuxta cor Dei, qui in Dei ouile intrant per oſtium, adeoque & eas cōditiones habent omnes, quas, vt iuxta cor Dei, enumerauit Ieſus in cap. 10. Euangelij Ioannis, qui proprias oues vocat nominatim, & educit eas: qui ante eas vadit, ita vt oues eum ſequantur: qui vt bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, &c. Has vere minimè habent conditiones, nec iuxta cor Dei ſunt, cordi, ac voluntati Dei inhærentes, quos Deus non dederit, alieni dicendi potiùs quàm paſtores alieni, & à ſubditis quibus ea competant Euangelij, [c] *Alienum non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum*; fureſque dicendi, & latrones, venientes vt furentur, & mactent, & perdant, quibus nimirum id pariter competit, [d] *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro.* Tantumdem eſt autem intrare per oſtium paſtorem, ac Prælatum quempiam, ac dari eum à Deo, prout ex iis colligere eſt Domini dictis, [e] *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* [f] *Ipſi regnauerunt, & non ex me*, de quibuſdam prauis paſtoribus ait idemmet Dominus apud quemdam Prophetam, quos ſcilicet ipſe non dedi, quiue ex me oſtio minimè introierunt in ouile ouium: *principes extiterunt, & non cognoui*, id eſt, non probaui, vt pote nequaquam exiſtentes iuxta cor meum, neque cordi, & voluntati meæ, mihique inhærentes: *argentum ſuum, & aurū ſuum, fecerunt ſibi idola, vt interirent*: Sicut per Simoniam, pretioque auri, argentique ſui oſtium ſibi fecēre, vt in dignitates introirent, & Prælaturas: ita & idem argentum, idemque aurum idola ſibi fecēre, quibus inhærerent ad ſuum, ſubitorumque interitum.

b Ioan. 10. 1. *Prælati iuxta cor Dei ij ſunt, quos Deus dederit, vt bonos paſtores.*

Prælatorum quinā dicendi intrare per oſtium, quiue non.

c Ioan. 10. 5.

d Ioan. 10. 1. *Per Simoniā adeūtes Prælaturas non per oſtiū, ſed aliunde aſcēdunt, vt perdant, & mactent.*

e Ioan. 10. 9.

f Hoſe. 8. 4.

11 *Prælatorū bonorū munera ſunt ingredi,*

Cum è contra qui per oſtium, & à Deo dati in ouile introierint, iuxta Dei exiſtentes cor, quod totius & vitæ principium eſt, & ſalutis, ſaluandi dicantur, idque, quia ingredientur, & egredientur, & paſcua inuenient, vt in præcitatis ſignificatum eſt Domini verbis. Quid eſt autem ingredi, & egredi, & paſcua inuenire, niſi hoc quod aliis verbis idemmet Dominus hoc loco ait, (*Et paſcent vos ſcientiâ, & doctrinâ*,) ſeu vt alij legunt, (*& intellectu.*) Lege librum Paralipomenon, & inuenies, Salomonem vt primum in regnum euectus fuit, id vnum à Deo popoſciſſe. [g] *Da mihi ſapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo*, ſignificans, tunc demum quemque paſtoris impleturū munus, quod duobus iis ſignificatur verbis, ingredi, & egredi coram populo, quomodo & de bono paſtore Chriſto impletum legimus in Actibus Apoſtolorum iiſdem verbis, [h] *Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus*: Cum iuxta cor Dei, cui inhæret, paſcua inuenerit ſapientiæ, & intelligentiæ: paſcua inquam inuenerit, quæ non tam ſibi, quàm ouibus deſeruiant pro ouibus paſtum inuentum intelligimus, quod vulgo dicitur, paſtor bona inuenit paſcua. Quod & per eumdem Salomonem ſignificatum Domino fuit, in præallata ſua petitione, relata in lib. 3. Regum vbi ait, [i] *Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo*: idipſum quod hic dicitur, *Et dabo vobis paſtores. Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum, Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti*, &c. *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum.* Ac ſi dicat, Tu me populo huic infinito paſtorem dediſti, exhibe & paſcua, vt ſapienter à me paſcantur ſciētiâ, & doctrinâ, quod cùm aſſecutus eſſet dixit, [k] *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem*, id eſt, diuitias, iſtorumque paſcuorum vbertatem, *non abſcondo*. Et, [l] *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi*, paſcens nimirum te ſcientiâ, diuinorumque myſteriorum te erudiens ſapientiâ, *Ducam te per ſemitas æquitatis*, paſcens planè te & doctrinâ, quâ inſtituaris in moribus, & in iis, quæ agenda tibi fuerint: *Quas cùm ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui*, ab ignorantia præpediti, *Et currens*, doctrinâ hac, atque prudentiâ paſtus, *non habebis offendiculum malitiæ*, & peruerſi cuiuſpiam. Atque per iſtiuſmodi paſtores, paſcuiſque iſtis pingues greges redduntur Chriſti diuinæ gratiæ, & deuotionis certè pinguedine, quam adeo exoptabat Dauid, cùm diceret, *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Qui ſcienter* ex lib. Prouerb. epiſt. 11, libri 3. epiſt. ait Ambroſius, *agnoſcit animas gregis ſui*: ſapienter, ſc. intelligens cuiuſque earum capacitatem, ita vt aptam cuique exhibere nouerit ſcientiæ doctrinam *curam adhibet herbis campeſtribus, vt ſint ei paſcua plurima. Herbis enim ſuauioribus, & agni pinguiores ſiunt, & ſuccus lactis ſalubrior.*

& egredi coram ſubditis, eiſque paſcua inuenire.

Ingredi, & egredi coram populo eſt illum regere, & paſcere.

g 1. Paral. 10. 1.

h Act. 1. 21. *Prælatus bonus quæ inueniat paſcua.*

i 3. Reg. 3. 7.

k Sap. 7. 13.

l Prou. 4. 11.

Pſal. Ambroſius. Prou. 27. 23. Secund. Sept. *Prælatus iuxta cuiuſque naturā ſubditis prouidet de paſcuis verbi Dei.*

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Conuertimini filij reuertētes, &c.
Verſ. 15.] Et dabo vobis, &c:

SEPTVAGINTA.

14. Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς, καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς σιών.

15. Καὶ

15. Καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου, καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης.

Verſ. 14.] Conuertimini filij, qui receſſiſtis, dicit Dominus: quia ego dominabor veſtri, & aſſumam vos, & vnum de ciuitate, & duos ex cognatione: & introducam vos in Sion.

Verſ. 15.] Et dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos paſcentes cum ſcientia.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Conuertimini filij qui vos obfirmatis, ne conuertamini, dicit Dominus, quia ego elegi vos, & applicabo vos, ac ſi relicti ſitis vnum de ciuitate, & duo de cognatione, & introducam vos in Sion.* Verſ. 15. *Et conſtituam vobis gubernatores facientes voluntatem meam, & gubernabunt vos in ſcientia, & in ſapientia.*

Euſeb. Cæſ. Verſ. 14. (*Conuertimini filij*, &c.) Euſebius Cæſarienſis lib. 2. de Demonſtratione Euangelica, cap. 1. Demonſtratione 54. totum hunc locum ſic affert. (*Conuertimini filij qui defeciſtis, dicit Dominus, quod ego dominabor in vobis, & accipiam vos vnum de Ciuitate, & duos de familia, & adducam vos in Sion. Et dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent vos paſcentes cum ſententia.*) (credo legendum cum ſcientia.) (*Et erit cum multiplicati fueritis*, &c.) *In his quoque ait, conuerſionem Iſrael in aduentu Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti futuram canit: in qua cum vnum de ciuitate, & duos de familia, & valde paucos, & numero exiguos elegerit, earum, quæ in ipſum crediderint gentium Paſtores: cumque in terra gentes in ſua ipſarum futura vocatione creuerint, non vltra, inquit, ab eis dicetur, Arca teſtamenti Domini, Non enim amplius ad Moſis corporales adorationes recurrent, vtpote cum eis nouum tradendum ſit teſtamentum.*

Ex Iudæis Chriſti tẽpore paucos conuertendos, eoſque qui ad Gẽtes conuertendas mitterentur Cæremonia legis ceſſatura.

Greg. Nazia. *Peccatores dicti filij deſertores.* Gregorius Nazianzenus in Apologetico pag. 131. pro (*filij reuertentes*) legit (*filij deſertores.*) *Propterea*, inquit, *ſolitarius ſedere, ac ſilere quaſiui, quoniam filij deſertores facti ſumus.*

2 Hieronym. *De reditu è captiuitate Babylonica.* Hieronymus, *Iudæi hoc impletum putant poſt reuerſionem ex Babylone ſub Cyro Rege Perſarum & Zorobabel filio Salathiel, etiamſi non omnes reuerſi ſunt, ſignificari.* (*Conuertimini filij reuertentes*, ſiue *vagi, & recedentes dicit Dominus, quia ego vir veſter*, ſiue *dominabor veſtri. Aſſumam vnum de ciuitate, & duos de genere,*) *Sed melius in aduentu Chriſti, quando reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, dicente, & exponente Apoſtolo.* [a] *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma eſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Tunc introducti ſunt in Sion, de qua ſcriptum eſt,* [c] *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, & dati ſunt Paſtores iuxta cor eius Apoſtoli, & Apoſtolici viri, & pauerunt credentium multitudinem, non in Iudaicis cæremoniis, ſed in ſcientia Chriſti, atque doctrina, & in toto Orbe prædicatione Euangelij ſeminata. Nequaquam in arca Domini, quæ fuit cuſtos legis Moſaicæ habebunt fiduciam, ſed ipſi erunt templum Dei: nec iuxta errantes Nazaræos abditis ſacrificiis inſeruient, ſed ſpiritalem cultum ſectabuntur. Alij verò hoc in finem temporum intelligunt, quando ſubintrante plenitudine gentium omnis Iſrael ſaluus fiet.*

De Iudæorum conuerſione tẽpore Chriſti. a Rom. 9. 29. b Iſai. 1. 9. c Pſalm. 86. 3.

3 Theodorit. *Filios Deus vocat etiam peccatores ex ſua bonitate.* Theodoritus. (*Conuertimini filij qui receſſiſtis.*) *Etiam recedentes nominat filios, propter ineffabilem ſuã bonitatem.* (*Quia ego ero Dominus veſter,*) *iterum curabo vos, & omni ſollicitudine dignos cenſebo.* (*Et aſſumam vnum de ciuitate, &c.*) *figuratè quidem facta ſunt hæc ſub Zorobabel. Redierunt enim regnante Cyro Rege Perſarum habentes Paſtores Zorobabel filium Salathiel, & Ieſum ſummum Sacerdotem filium Ioſedech, ambos pietate, & æquitate præſtantes. Re tamen vera vbi Deus, & Saluator noſter factus eſt homo, prophetia finem accepit. Elegit enim Dominus ex Iudæis vnum ex ciuitate, & duos ex cognatione, quos conſtituit Paſtores ſecundum cor ſuum, ſacros videlicet Apoſtolos. Idcirco dicit diuiniſſimo Petro, Simon* [d] *Iona diligis me? Paſce oues meas.*

In Apoſtolis Deus aſſumpſit ex Iudæis vnum de ciuitate, &c. d Ioa. 21. 15.

D. Thom. D. Thomas. (*Conuertimini*) pœnitendo (*reuertentes*) ad me, vel (*reuertentes*) à captiuitate, Hoſeæ [e] 2. *& erit in die illa, dicit Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit vltra Baalim,* (*& aſſumam vos.*) *Hic ponit reuocatorum reuerſionem, & primo duarum tribuum, promittens eis reſtitutionem patriæ, quia diſperſi erant, vel quia non omnes reuerſi Ezech.* 36. [f] *Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram: & reintegrationem iuſtitiæ in emendatione Prælatorum.*

e Hoſe. 2. 16. f Ezech. 36. 24.

4 Verſ. 15. (*Et dabo vobis, ſcientiâ,*) quantùm ad fidem (*doctrinâ*) quantùm ad mores Iſai. 1. [g] *Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitùs.* g Iſai. 1. 26.

Cyprian. *Diſciplina Eccleſiaſtica ſeruanda.* Cyprianus Epiſtolâ 62. quæ eſt ad Pomponium de Virginitate. (*Dabo vobis Paſtores ſecundùm cor meum, & paſcent vos, paſcentes cum diſciplina.*) Affert hunc locum Cyprianus ad probandum, ſeruandam Eccleſiaſticam diſciplinam. Ad idemque propoſitum eadem refert libro de Diſciplina, & habitu Virginum circa principium. Et libro 3. Teſtimoniorum ad Quirinum numero 66.

Auguſtinus. *Apoſtoli & Prælati ſancti ſunt Paſtores ſecundùm cor Dei, & ſecundùm cor bonorum virorum.* Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium, cap. 8. tom. 7. eamdem lectionem Cypriani ſequens intelligit eam de Sanctis Apoſtolis, ſanctiſque Eccleſiæ Prælatis. In libro autem de Paſtoribus, c. 9. tom. 9. legit, (*Et conſtituam eis Paſtorem ſecundùm cor earum, & paſcent eas ſcientiâ, & diſciplinâ.*)

5 Theodorit. *Principes nobis dat Deus ſecundùm cor noſtrum.* Theodoritus lib. de Prouidentia. *Dabo inquit Principes ſecundùm cor ipſorum, vt experti peiora meliorum recordentur, & bona, & honeſta illorum inſtitutiones, & diſciplina eis veniant in mentem.*

Anaſtaſius. *Principes indignos dat nobis Deus prout meremur.* Anaſtaſius Sinaita quæſtione 16. *Cùm Deus dicat in lege (Dabo vobis Principes ſecundùm corda veſtra.) Eſt euidens quod ex Principibus alij quidem à Deo præficiuntur, tamquam digni eo honore: alij autem rurſus cùm ſint indigni, Dei permiſſione, aut voluntate præficiuntur populo digno eorum indignitate.*

Bonauent. *Prælati boni paſcunt doctrinâ, & exemplo.* Bonauentura ſerm. 1. in Dom. poſt octauam Paſchæ. *De bonis Prælatis dicitur,* (*Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ, doctrina.*) *Tunc Prælati præſunt ſecundùm diuinæ voluntatis beneplacitum, quando paſcunt gregem ſuum ſcientiâ, quantùm ad verbum, doctrinâ, quantùm ad exemplum, quia plus mouent operum exempla, quàm verborum.*

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ἘΠΙΣΤΡΑΦΗΤΕ υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα μετὰ τὴν κατηγορίαν, πάλιν παραίνεσιν, καὶ συμβουλήν, εἰ τοίνυν ἀφεστηκότες εἰσί, τί καλεῖς; διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, ὥσπερ ἀνάγκην τῆς ἐπιστροφῆς φησιν. ὥσπερ ἂν εἴ τις πρὸς οἰκέτην λέγει, ἐμοὶ δουλεύσαι ἔχεις, τίνος ἕνεκεν ἀπεπήδησας, τὴν κατοίκησιν κυρίαν λέγει.

Εὐσεβίου Καισαρείας.] πρῶτον αὐτοῖς περὶ τῆς ἐπιδημίας προφητεύει Χριστοῦ, ἀπὸ τοῦ, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, εἶτα πρὸς τὰ ἔθνη μετέρχεται, διαστέλλεται δέ, ὅτι μὴ τὸ πλῆθος αὐτῶν * ἀθρόως ἐπιστρέψει, τῇ δὲ προφητείᾳ, εἷς που, ἢ δεύτερος ὑπακούεται, πρὸς τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἐπιστρέφοντες. [καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς.]

* ἀθρόως.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔλαττον τὸ σωζόμενον, τοῦτο καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ γίνεται κρίσει, ἐλάχιστοι οἱ σωζόμενοι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ δύο σύγκειται ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, ὅταν οὖν σώζῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἰδίωμα, καὶ μὴ ὁλοτρόπως γέγονε σάρξ, ὁ εἷς δύο νοεῖται, ὅταν δὲ ὁλοσχερῶς ἀποκλίνας εἰς τὰ πονηρά, ὅλος γένηται σάρκινος, δικαίως εἷς λέγεται, φησὶ γοῦν ὅτι καὶ τοὺς ὁλοτρόπως ἁμαρτήσαντας, καὶ τοὺς μήπω τοῦτο πεπονθότας διὰ τῆς χάριτος εἰς σωτηρίαν καλῶ, ἢ οὕτως, εἷς ἐκ πόλεως ἐκλήθη, ὁ Παῦλος ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς, δύο δὲ ἐκ πατριᾶς, οἱ κατὰ συζυγίαν κληθέντες ἀπόστολοι. [ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.]

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι Κύριος ὢν πάντων, καὶ τοὺς ἤδη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντας δυνήσομαι ἀναγαγεῖν οὐδένα ὑπολιπόμενος. [Καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] αὕτη ὄντως εὐεργεσία τό, ποιμένων τυγχάνειν ἀγαθῶν, ὥσπερ οὖν καὶ τοὐναντίον τιμωρία μεγίστη, πολλῆς γὰρ δεῖται ἐπιστήμης ὁ ποιμήν, εἰ γὰρ ὁ σωματικὸς ποιμὴν πάντα ἀνέχει, πολλῷ μᾶλλον ὁ πνευματικός, ὄντως ἀνδρείας χρείας πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ, ἵνα θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς σιών, τὴν ἐκκλησίαν. [ποιμένας.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένους.

Ἀπολλιναρίου.] ποιμένας, τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἄρχοντας, ἐπιστήσειν καταπαγγέλλεται πονηρῶν τῶν πρώτων γενομένων.

A Vers. 14. *CONVERTIMINI filij qui recessistis, dicit Dominus: quia ego dominabor vestri, &c.)* 6

Chrysostomi.] *Vide post accusationem iterum adhortationem, & consilium. Si igitur recesserunt: quid vocas? Quoniam ego dominabor vestri ait, ferè necessitatem conuersionis, æquè ac si quis ad seruum diceret: mihi seruire debes, cur aufugisti? inhabitationem dominatum vocat.*

Chrysost. *Conuersioni peccatoris quàtis modis procuret Deus.*

B Eusebij Cæsariensis.] Primum ipsis de aduentu Christi vaticinatur ex eo, (*conuertimini filij qui recessistis,*) *deinde ad Gentes transit. Cum distinctione verò ait quod multitudo ipsorum non tota planè conuertetur. Sed Prophetiæ vnus aut alter obaudiet, ad Saluatorem Christum se conuertentes.*

Euseb. Cæs. *De Gentium cõuersione ad Christum.*

Chrysostomi.] *Et assumam vos & vnum de ciuitate, & duos de cognatione, &c.) Minor pars salua fit, hoc etiam erit in futuro iudicio, Paucissimi qui saluantur.* 7

Chrysost. *Quàm pauci saluandi.*

C Olympiodori.] *Ex duobus homo constatur, ex anima scilicet, & corpore: quando igitur quod est animi proprium seruat, nec omni ex parte caro euadit, vnus pro duobus habetur, quando autem in reprobum sensum omnimode se dederit, totus carneus factus fuerit, iure vnus dicitur. Ait ergo, quòd & illos qui secundùm omnes partes præuaricati sunt, & eos qui nondùm tales sunt, ad salutem per gratiam voco. Vel sic. Vnus ex ciuitate vocatus est Paulus ex tribu Ben-* D *iamin, duo autem de cognatione qui ad Apostolatum bini vocati sunt Apostoli. (Et ego dominabor vestri.)*

Olympiod. *Peccator est vnum duntaxat, totus nimirum caro.*

Paulus dictus vnus de ciuitate vocatus, coapostoli verò illius dicti duo ex cognatione.

* Chrysostomi.] *Hoc est cùm sim omnium Dominus, & iam ab hostibus captos relicto nullo reducere potero.* Vers. 15. *(Et dabo vobis Pastores iuxta cor meum.)* 8

Chrysost. *Dei dominiũ in omnia.*

Chrysostomi.] *Hoc verè beneficium est, bonos sortiri Pastores, sicut & oppositum pœna est maxima: multa enim scientia debet esse praeditus Pastor, nam si corporalis Pastor omnia per-* E *fert, multò magis spiritualis, cùm sanè huic maior sit fortitudinis necessitas quàm illi vt ponat animam suam pro ouibus. (In Sion, &c.)*

Chrysost. *Prælatus bonus ingẽs Dei beneficiũ populo: sicut eidem maxima est Dei pœna Prælatus malus.*

Olympiodori.] *Ecclesiam (Pastores.)*

Eiusdem.] Ecclesiarum præfectos.

Apollinarij.] *(Pastores) Ecclesiæ Principes constituturum se promittit, cùm primi praui extiterint.*

Olympiod. *Prælato Ecclesiast. quàm necessaria sint scientia, fortitudo, ac virtus.*

Vers. 16.] Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet vltra.

Vers. 17.]

Verſ. 17.] In tempore illo vocabunt Ieruſalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ieruſalem, & non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi.

Verſ. 18.] In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus veſtris.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

2 Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, ait Dominus, non dicetur vltra Arca teſtamẽti Domini: neque aſcẽdet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltra.

CVMQVE iſtorum Paſtorum prædicatione paſti in toto terrarum Orbe in magnum creueritis numerum, ceſſabunt quæ vſque ad id temporis, vſque ad Euangelij diuulgationem tradita à me fuerant legalia ad ritus, cæremoniaſque, & iudicialia ſpectantia: ita vt nec eius, quæ ſanctiori ritu colebatur, Arcæ teſtamenti vlla amplius habenda ſit ratio: Neque enim quis vltra eam iactabit, deque illa gloriabitur, vt quid habente diuini. Quinimo nec cogitabit quis de ipſa, nec in memoriam reducet, vt in neceſſitatibus ſuis quidpiam ab ea expectet opis, aut reſponſi: nec à quoquam iuxta legis præceptum illa viſitabitur, nec aliquid ei fiet amplius, & exhibebitur cultus, aut ante eam ſacrificabitur, neque ea renouabitur, aut fiet vltra.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Arca fœderis non fuit in ſecundo tẽplo, & poſt reditũ è Babylonia.*

b 2. Machab. 2. 7.

CVMQVE *multiplicati fueritis*, &c.) Communiter ferè expoſitores ex hoc loco deducunt, non futuram in ſecundo templo Arcam fœderis, contra quod cùm duo ſint argumenta, alterum ex verbis eiuſdem Ieremiæ, quæ habentur [b] 2. Machab. 2. 7. *Ignotus erit locus* (in quo ſcil. abſconſa ſeruatur Arca) *donec congreget congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus oſtendet hæc.* Tabernaculum, ſcil. Altare, & Arcam, de quibus ibi erat ſermo. Alterum ex rei ipſius inconuenientia, quæ eſſe videtur, quòd cùm Deus magna hîc polliceatur populo, neget tamen illi futuram Arcam, quam præ vniuerſis æſtimabant, & venerabantur Iudæi. Ad primum ex Dionyſio reſpondet Petrus à Figueira ſuper cap. 3. Ieremiæ, eorum verborum lib. Machab. ſenſum eſſe, iſta erunt occulta vſque ad aduentum Chriſti, & ipſe oſtendet ea, hoc eſt in ſe ipſo declarabit, quid iſta in veteri lege ſignificarent; omnia enim myſteria veteris legis in Chriſto completa, & declarata ſunt. Ad ſecundum reſpondent ex Hebræis primo Rabbi Salomon, Non futurum id in defectum Iudæis, quòd in ſecundo templo non habituri ſint Arcam; quódque hîc ait Dominus de illa, (*Non fiet vltra*, &c.) Æquè eſſe ac ſi diceretur, *Arca non erit, quoniam omnis congregatio veſtra erit ſancta, & habitabo in ea, quaſi ipſa eſſet Arca.*

Chriſtus quomodo oſtenderit ſuo tẽpore tabernaculũ, Altare, & Arcam.

Arcam non futurã in ſecundo tẽplo, propter Iudaici populi ſanctitatem, aiũt Hebræi.

Sanctius. *Arcã non futurã poſt reditum è Babylonia in defectum, ſed perfectionem, & præſtãtius quid in Iudaico deſignaſſe populo.*

Quam ſolutionem aliter his explicat Sanctius, duas addens alias. Vt ſic promittatur à Deo ſe futurum populo reſtituto (è Babylonia) familiarem, & propitium, vt non ſit deinceps futurum neceſſarium, ad Arcam confugere oraculi petendi gratiâ, quia tota Ieruſalem erit Deo pro ſcabello, & ſolio, quem vſum priùs Domino præbebat Arca, vt ſtatim dicetur. Aut certè tempora ſic futura fœlicia, vt auxilij gratiâ neceſſe non ſit, ad illam confugere, quod in rebus anguſtis fieri ſolitum. Aut ſic Deum compenſaturũ vſus,

A quos ex Arcæ præſentia capiebant Iudæi, vt neque Arcæ deſiderio dolerent, neque illius recordarentur vnquam.

Cæterùm reiectâ in expoſitione verborũ præcedentium in verſ. 14. ſententiâ illorum, qui in his de Iudæorum reditu è Babylonia in Ieruſalem agi contendunt, atque adeo dimiſsâ etiam præexpoſitâ quæſtione, quæ propterea hîc diſcutitur ab aliquibus, An poſt dictum è Babylonia reditum; aliiſque verbis, An in ſecundo templo fuerit Arca fœderis, quam exactè pertractatam videre vnicuique licet in Comment. Franciſci B Riberæ ſuper cap. 1. Aggæi à num. 14. vſque ad 16. Quod hîc dicitur, (*Non dicent vltra, Arca teſtamenti*, &c.) haudquaquam ob id dictum exiſtimandum, quòd tunc haud futura in ſecundo templo eſſet Arca ſenſibilis, & materialis, prout certum apud me eſt: Sed cultus Arcæ illius, legaliumque omnium ceſſatio cæremoniarum, quę poſt Euangelij diuulgationem futura erat, breuiter ſignificatur; ſolius verò Arcæ defectu, quæ apud Iudæos præ omnibus diuini quid habuiſſe viſa eſt, ita vt & vbi ea eſſet, ſacrificia Deo offerrent, & coram ea diuina ſciſcitarentur reſpon-C ſa, & eam in prælijs vt tutum Dei deferrent auxilium, legalium eo modo Propheta hoc loco prædicit deſitionem, quomodo & Apoſtolus eadem ſub vno complectens ſacerdotio, ait [c] *Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat.*

Legalia poſt Euãgelij prædicationẽ ceſſatura.

c Heb. 7. 12.

Cæterùm iſtam cultus Arcæ fœderis deſitionem, quo magis in futura legalium cæremoniarum ceſſatione credituros in Chriſtum confirmaret, exactiùs deſcribens ait, primùm, (*Non dicent vltra, Arca teſtamenti Domini*) illam ſcilicet iactantes, ſicut meritò de illa potiſſimùm D antiquitùs ſic gloriabantur, vt à ſancto Rege [d] Dauid appellata ſit virtus, ac pulchritudo populi, ibi: *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.* Quin & virtus, atque gloria Dei, ibi, [e] *Sic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Necnon & ipſo Dei nomine inſignita, ibi, [f] *Aſcendit Deus in Iubilo, & Dominus in voce tubæ.* Non ſolùm autem ipſam non iactabunt inquit, Sed (*nec aſcendet ſuper cor:*) id eſt, Non cogitabunt de ea: (*Neque recordabuntur illius,*) in ſuis nimirum neceſſitatibus. Sept. (*Neque nominabitur. Nec vi-E ſitabitur,* (Hebr. (*Nec viſitabunt,*) ſcil. illam, prout antiquitùs viſitari pluribus vicibus mandatum erat in lege, (*Nec fiet vltra*) ipſa ſcilicet Arca, vel ſumendo verbum fiet, iuxta ſignificatum frequentiſſimum in ſacris literis, & Hebraici [g] verbi עשה ngaſah facere, pro ſacrificare, & ſacrificium facere. Non fiet vltra coram illa ſacrificiũ, Non ſacrificabitur ante eam; iam enim dictum eſt, ibi ſacrificari à Iudæis antiquitùs ſolitum vbi Arca erat.

De Arcã teſtamenti gloriabantur Iudæi magis quàm de vlla alia re.

d Pſalm. 77. 64.

e Pſal. 62. 2.

Arca teſtamenti appellata virtus, & pulchritudo populi, & virtus, atque gloria Dei: Necnõ & ipſo Dei nomine inſignita.

f Pſal. 46. 5.

g Exod. 10. 25. Leuit. 15. 15. Num. 6. 11.

Facere pro ſacrificare.

Verſ. 17. PARAPHRASIS LITERÆ.

F

ILLO [h] quippe in tempore non ſedebit amplius vt in ſolio ſuo Dominus, ſicut antiquitùs in ipſa Arca teſtamenti, vel ſuper Cherubim propitiatorij illius, aut in templo Ieroſolymitano: Sed ſolium Domini ex tunc eamdem vocabunt Ieruſalem, ipſamque Eccleſiam deſignatam per Ieruſalem terrenam, in qua Dominus tunc reſidebit ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius in Chriſto filio Dauid. [i] Ad eamque vt ad veram Ieruſalem & viſionẽ pacis vniuerſa, inſtar aquarum, vt in proprium alueum congregabuntur, & vndequaque

h *In tempore illo vocabunt Ieruſalẽ ſoliũ Domini.*

i *Et congregabuntur ad eã omnes gẽtes, ſeu, Current lineatim ad eam in nomine Domini in Ieruſalem.*

quaque confluent gentes, baptizatæ in Dei nomine, currentesque ad illam recto tramite, Christi regulam sectantes; & quasi recta linea ad brauium festinantes, & instar aciei ordinatæ progredientis; processionaliter (vt ita dicam) celeri ad eam properabunt cursu. Nomen Domini inuocantes, nomenque Domini sortiti, cùm Christiani vocabuntur, & filij Dei viui. Current autem & congregabuntur in virtute eiusdem, vt fos & viuificante, & impellente, vt spiritus aquas, cum in vnum congregatæ sunt locum. [a] *Nec enim amplius distortis incedent itineribus, ambulantes post prauas cordis sui semitas: Neque post idola vadent, quæ corde suo prauo adinuenerint, & alienos non sequentur Deos, ad quos suis inhiabant desideriis: Nec facientes quicquid sibi libuerit, post ipsius cordis sui libidinem duriciemque, & seductionem aberrabunt.*

a Et non ambulabunt post prauitatem, (seu, cogitationē, seu, desiderium, seu, duritiem, aut obstinationē, seu libidinem, seu seductionem, seu aberrationē) cordis sui pessimi.

Vers. 17. EXPOSITIO LITERÆ.

IN tempore illo vocabunt, &c. Prosequitur idem vaticinium conuersionis Gentium: Et quia dixerat cessaturum Arcæ fœderis, omnemque & legalem cultum ad Euangelij prædicationem, ne quis hac de re ambigeret, cùm & in templo vt in solio suo perpetuò Deum consessurum legerit in iis apud Ezechielem verbis, [b] *Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternū*, & Arcam ipsam Dei item solium, atque scabellum pedum illius ex Propheta didicerit Dauid, [c] *Qui sedes super Cherubim*, id est in medio duorum Cherubim existentium in Arcæ propitiatorio, [d] *Et adorate scabellum pedum eius*, id est, illius Arcam *quoniam sanctum est*, posthac, ait Ieremias, haud ampliùs super Cherubim, & in templo vt in solio Deus sedebit, sed in Ierusalem, non in illa quidem terrena, sed in ea, quam Apostolus spiritualem nuncupat Ierusalem, & Ecclesiam primitiuorum, sedebit, vt super solium Dauid, & super Regnum eius: adeoque tunc temporis, cùm de Sion iuxta aliud Isaiæ [e] vaticinium exierit Euangelij lex, & verbum Domini de Ierusalem, absque vlla ambiguitate eamdem Ierusalem, & Ecclesiam Apostolicam vocabunt solium Domini.

2 *Arca fœderis soliū Dei, & scabellum pedum illius.*
b Ezech. 43. 7.
c Psal. 98. 1.
d Psal. 98. 5. *Ecclesia soliū Domini.*
* Hebr. 12. 22.
e Isai. 2. 3.

3 (*Et congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem.*) En quomodo apertè semet explicet Propheta loqui, vt dicebam, sub typo Israel de conuersione gentium facienda ad Euangelij promulgationem ex Ierusalem deriuatam. Habent autem verba ista singula specialem vim. Primò enim quia in [f] omnem terram exibit Euangelium prædicantium Apostolorum sonus, & in fines Orbis terræ verba eorum, (*gentes*,) inquit, (*omnes*) (*congregabuntur*) autem, ait (*ad eā*) instar nimirum aquarum hinc & inde dispersarū, quæ in vnum locum à spiritu qui super illas ferebatur congregatæ in locum vnū dicūtur in libris Gen. [g] ad quem aquarū fluxū alludit clariùs Isaias dicens, [h] *Et fluent ad eum omnes Gentes*, adeoque & Ecclesia pariter in Canticis appellata est, [i] *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* In Hebræo est ונקוו *venikkeuu*, quod verbum, vt in Thesauro notatur, in coniugatione *Niphngal* propriè aquas congregari significat, & transfertur ad congregationem & hominum confluentium. Quia tamen id verbum deductum videtur à nomine קו *kau*, quod lineam & regulam significat, Hieronymus Oleaster in suis Cōment. ad literam capitis septimi Exodi pag. 98. col. 1, asserit, hunc locum verti posse, (*Et current lineatim ad eam omnes gentes,*) Idemque affirmat & Franciscus Forerius in suis Comment. super vers. 13. capitis 28. Isaiæ.

f Psal. 18. 5.
In Ecclesiam quàm ingens congregandus populi numerus.
g Gen. 1. 9.
h Isai. 2. 2.
i Cant. 4. 15.
Oleaster.
Franc. Forer.

4 Quod tribus modis commodè explicabis; primùm, vniuersas gentes ad Ecclesiam veluti ad brauium cursuras lineatim, vt rectà currunt qui currunt ad brauium, Nec cursum arripiunt, nisi post tubæ sonum, postque funis lineam demissam. Vel secundò, lineatim ad Ecclesiam current, quod Ecclesiastica, & vulgari voce diceremus processionaliter, Deum nimirum laudantes, iuxta illud Psalmi, [k] *Populus eius & oues pascuæ eius introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi*, quod in anno præsertim Iubilæi Romæ, vbi Apostolica Ecclesia, & solium Domini potissimum est, a confluentibus vndequaque gentibus fieri obseruamus. Vel tertiò, Current ad Ecclesiam lineatim, id est iuxta lineam, & rectam Euangelij, fideique regulam, de qua Paulus ad Galatas ait, *In* [l] *Christo Iesu neque Circūcisio aliquid valet, neque Præputium, sed noua creatura: Et* [m] *quicumque hanc regulam secuti sunt, pax super illos, & misericordia & super Israel Dei*, id est super veros Israelitas, verosque Christianos: neque enim omnes, qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, idē ait Apostolus.

In Ecclesiam Apostolicam omnes gentes currere lineatim quid sit.
Iubilæi anno processionaliter ex omnib. Gentibus populi multitudinem ad Ecclesiam Apostolicam cursuram.
k Psal. 99. 4.
In Ecclesiam Apostolicam venient gentes vt iuxta fidei regulam.
l Galat. 6. 15.
m Rom. 9. 6.

5 (*In nomine Domini in Ierusalē.*) Ioan. Maldonatus quod vltimò dicitur, (*In Ierusalem*) sumit, vt appositum Domini, in Ierusalem subaudi inquiens habitantis; at, sicut patet ex Hebræo quod habet, (*Ad Ierusalem*) referendum id potiùs est ad pronomen supra positum, (*Et current ad eam*,) ac si dicatur, Current, & congregabuntur ad Ecclesiā, quæ est Ierusalem, & visio pacis. Cæterùm quòd (*congregabūtur*,) seu (*current*) dicitur (*in nomine Domini*,) multiplicem habet sensum: vel congregabuntur instar aquarum in nomine Domini, in quo aquis abluti, & baptizati erūt: Vel in nomine & virtute Domini, quā veluti eiusdē Domini spiritu fotæ, atque impulsæ aquę congregabuntur, &c. Vel cōgregabuntur, seu current lineatim in Ecclesiā nomen Domini inuocātes, vel vnum Deum colētes: Vel deniq; Dei nomen sortiti, adeoq; & filij Dei, & Christiani nuncupari, iuxta illud ab Apostolo [n] ex Hosæa relatū, [o] *Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.*

In Ecclesiam Apostolicā fideles congregari in nomine Domini quid sit.
n Rom. 9. 26.
o Hose. 1. 10.

6 (*Et non ambulabunt post prauitatē cordis sui pessimi*) Congregati cùm in Ecclesiam iuxta Euangelij rectam current regulam, non iam ampliùs distortis ambulabunt viis, prauam sequentes praui, pessimique cordis sui regulam, [p] *Prauum* enim, ait idem Ieremias, *est cor hominis*. Inest autem vis peculiaris istis verbis, vt ad gentes habitis, quæ ex Idololatria ad Ecclesiam congregandæ erant: nā tantumdem est, (*Non ambulabunt post prauitatē cordis sui*,) ac non ambulabunt post Deos alienos, quomodo ij dicebant, *Adamaui alienos, & post eos ambulabo*. Non colent ampliùs idola, vt colligitur ex c. 29. Deut. vbi cùm dictum esset, [q] *Vidistis abominationes, & sordes id est idola eorum*, &c. *Ne fortè sit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro, vt vadat & seruiat diis illarum gentium. Cumq́; audierit verba iuramenti huius benedicat*, i. maledicat *sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei* propriusque in Hebr. eadē phrasi, quā & Ieremias hîc vtitur, (*Et ambulabo*) בשררות לבי *bisrirnth libbi* (*in*, seu *post desideria cordis mei*.) Desideria quippe cordis, eiusdemque adinuentiones appellata reperies idola in Psalm. 80. [r] *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.*

p Ier. 17. 9.
Ambulare post prauitatē cordis sui pessimi est idola sequi, & colere.
q Deut. 29. 17.
Idola appellata desideria cordis & adinuentiones.
r Ps. 80. 12.

7 Quamquam eadem phrasi generaliùs sumpta

Ambulare poſt prauitatē cordis ſui peſſimi ſignificat effrænem viuendi rationem.

effrænis deſignetur viuendi ratio, quâ fiat omne, quod lubet, quodque deſiderat cor: quam viuendi rationem gentibus idololatris in maximam pœnam à Deo permiſſam aſſeruit Apoſtolus, dicens, [a] *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs quàm creatori.* Hebraica vox שררות *ſceriroth*, quam noſter interpres vertit (*prauitatem*) aliique (*cogitationem*) & Rabbi Salomon, (*Viſionem*) ſeu (*Phantaſiam*) communis apud Hebræos pro duritie, & obſtinatione hîc ſumitur. Vnde Pagninus ita hæc vertit, (*Et ambulabunt poſt duritiem cordis ſui mali,*) Regia, (*Poſt obſtinationem,*) Vatablus, (*Neque ſequentur vltra libidinem cordis ſui malam,*) Sept. primo ſignificatu, (*Poſt cogitationes cordis ſui mali*) In præcitato autem Deuteronomij loco eamdem vocem vertère ἀποπλάνησιν, id eſt ſeductionem, ſeu aberrationem cordis. Et bene, ambulās enim iuxta deſideria, & cogitationes cordis mali neceſſe eſt, iugi erret aberratione, iuxta illud Pauli, [b] *Eramus aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus variis.* Vnde mali cordis deſideria iſta idem Paulus deſideria appellat erroris, dicens, [c] *Deponite vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſiderium erroris.*

a Rom. 1.24.

Ambulās poſt prauitatē, & cogitationem cordis ſui mali, quaſi obſtinatus in malo, perpetuóque errat.

b Tit. 3.3.

c Ephe. 4.22.

Verſ. 18. Paraphrasis Literæ.

d In diebus illis ibit domus Iuda ad Domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram, quā dedi patribus veſtris.

IN [d] *illis quoque diebus tametſi domus Iuda, in Apoſtolis ab ipſa oriundis ad domum Iſrael, & ad prædicandum gentibus itura ſit, ſimulque cum conuerſis gentibus in Eccleſiam profectura: Eadem nihilominus in incredulis Iudæis ibit ad gētes, quæ ante ipſam ad Chriſtum conuertentur, ad ſui confuſionem, vt Euangelium ab illis accipiat; atque vnà cum eis de frigido incredulitatis, & iniquitatis Aquilone ad Apoſtolicam veniet Eccleſiam, ſortem Sanctorum, & regnum Sanctis Apoſtolis à Chriſto in hæreditatem relictum.*

Verſ. 18. Expositio Literæ.

8 IN *diebus illis ibit Domus Iuda*, &c.] Complures ſunt etiam Patrum, & eorum qui in præcedentibus literaliter de cōuerſione ad Chriſtum poſt Euangelij prædicationē, agi arbitrati ſunt, exiſtimantes his ſecundùm literam prædici à Propheta reditum à captiuitate Babylonica, domus Iuda cū multis ex domo Iſrael, vel illorum qui cùm in terra Iſrael remanſiſſent Aſſyriorum manus effugientes, ſimul cum duabus tribubus in Babyloniam captiui ducti fuerāt, vel etiam eorum, qui in Aſſyria, & Media captiui detinebantur: multos enim è Media in Babyloniam ſe tranſtuliſſe perceptâ Xerxis literâ, quâ Iudæis venia dabatur, vt in ſuam redirent terrā, teſtis eſt Ioſephus lib. 11. Antiquit. c. 5. Vt ſignificetur, tūc temporis non futuram ampliùs diſſenſionē inter Iudam, atque Iſrael, inter duas ac decem tribus; ſed domum Iuda inuitaturam domum Iſrael, vt particeps & illa eſſet cōceſſæ ſibi libertatis, ſicque ſublatis inimicitiis ambas ſimul de terra Aquilonis, de Babylonia ſc. & Aſſyria in terram reuerſuras promiſſionis, quæ earum patribus in hæreditatem data à Deo fuerat. Confirmātque hanc aſſertionem ex altero ſimili eiuſdem Ieremiæ loco, quo in c. 50. dicitur, [e] *In diebus illis, & in tēpore illo, ait Dominus, venient filij Iſrael ipſi, & filij Iuda ſimul ambulantes, & flentes,* (præ gaudio) *properabunt, & Dominum Deum ſuum quærent. In Sion interrogabūt*

E Babylonica captiuitate rediiſſe in Ieruſalē plures etiam è decē tribubus.

Ioſephus.

e Ierē. 50.4.

viam, huc facies eorum, (ſc. intētæ, & directæ erunt) *venient, & apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, quod nullâ obliuione delebitur.*

9 Sed certè ex eo loco, & præcipuè ex poſtremis verbis iſtis, *Et apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno*, &c. in mea quam & in præcedētibus huc vſque tutatus ſum, confirmor opinione, vt totum hoc vaticiniū literaliter ſit de conuerſione Gentium ſub typo Iſrael, deque eorū reditu ad Deum Euangelij tempore, & de conuerſione à captiuitate Aquilonis, id eſt Diaboli, idololatriæ, atque peccati ad Eccleſiam Catholicam, per metaphoram terræ promiſſionis deſignatā, in qua profectò conuerſione, & ij, qui ex Gentibus, & ij, qui ex Iudæis in Chriſtum crediderint, ſimul in vna Eccleſia apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, reprobato antiquo, quod cum Synagoga, vſque ad Chriſti aduentum inierat, fœdere. Iuxta hanc ſententiam, quam veriorem cēſeo, quod dicitur, (*In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis*, &c.) duobus modis intelligi poteſt: primò, vt ſignificetur, in illo Euangelij tempore domum Iuda in Sanctis Apoſtolis ex ipſa oriundis, iuxta Chriſti mandatum illud, [f] *Euntes in mūdum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, ituram ad gentes, iiſque conuerſis eoſdē Apoſtolos ſimul de frigido Aquilone infidelitatis, & iniquitatis venturos in Eccleſiam.

f Marc. 16. 15.

10 Secundò, & meliùs, magiſque ad æmulationem Iudæ ex conuerſione Iſrael, ac gentium excitandam, quod totius huius vaticinij ſcopum eſſe dixi, vt ſignificetur quò domus Iuda particeps fiat Euangelicæ libertatis, ex frigido Aquilone legis timoris, & infidelitatis, operæpretium fore, vt eat ad domum Iſrael, atque ad gētes iam ante ipſam conuerſas, vt ſimul cum illis in Catholicam veniat Eccleſiam. Eodem planè modo, quo idipſum factum apud Ezechielem ſuperiùs oſtēndi, cùm Dominus per æmulationem, *conuerſionis* Sodomæ, & Iſrael ad eamdem domum Iuda diceret, [g] *Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas,* (prædictas,) *Et conuertam reſtituēs conuerſione Sodomorum, & cōuerſione Samariæ, & conuertam reuerſionem tuam in medio earum*: ita ſc. vt te propter illas liberare videar, &c. fauet autem noſtro huic ſenſui verſio Sept. in qua in hunc modū hæc habentur, (*In diebus illis conuenient domus Iuda in domum Iſrael & venient ſimul à terra Aquilonis, & ab omnibus regionibus ad terram, quam hæreditare feci patres eorum,*) (ſeu vt legit verſio Latina Vaticana,) *Quam dedi hæreditatem patribus veſtris.* Pagninus pro, (*quam dedi patribus veſtris,*) ex Hebræo vertit, (*quam ſortiri fecit,*) ſic & Regia, (*ſortiri feci patres veſtros,*) Vatab. (*quam dedi hæreditatem patribus veſtris,*) Nouimus autem, Eccleſiā ab Apoſtolo ſortem ſanctorum nuncupatam, cùm diceret, [h] *Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum*, id eſt de terra Aquilonis, *& tranſtulit in regnum dilectionis filij ſui*, id eſt in Eccleſiam ipſam regnū chariſſimum filio ſuo, quod nimirum patribus noſtris Apoſtolis in hæreditatem reliquit.

Synagoga Iudæorū receptura Euangelium ab Eccleſia Gētiū.

g Ezech. 16. 52.

h Coloſſ. 1. 12.

Verſ. 16.] Cúmque multiplicati fueritis, &c.

Expositio Secunda iuxta sensus Morales.

11 CVM ex communi Theologorum conſenſu conſtet, cæremonialia antiquæ legis poſt

Superſtitiones quid ſacri habentes in caracteribus, figuris, & breuibus ad collum appenſis quàm vitande.

Euangelij diuulgationem eſſe mortifera, ita vt fieri nequeant abſque peccato mortali, vt egregiè probat S.Thomas 1.2.q.103.art.4. adeoque & ſuperſtitioſa iure appellari iuxta eiuſdem S.Thomæ doctrinam in 1.2.q.93.art.1. haud alienũ ab hoc loco fore opinor, ſi id ex eo colligatur morale, quanta adhibenda ſit cautela in euitãdis iis præſertim ſuperſtitionibus, quæ ſacri aliquid cum falſitate admixtum habeant, ſiue in verbis proferendis, ſiue in figuris, aliiſue actionibus faciendis, ſiue in characteribus, & breuibus ad collum deferendis. Quamuis enim nil antiquiùs fuerit in Dei lege Arcâ teſtamenti Domini ſacratius, dicitur tamen, à bonis fidelibus ita euitanda, quando falſitatem in ſignificatu admixtam habet, vt ne dum non ſit ab eis ampliùs facienda, nec viſitanda, ſed nec in ore habenda, nec in mente, aut in memoria.

VVLGATÆ.

*Verſ.*16.] Cumque multiplicati fueritis, &c.

*Verſ.*17.] In tempore illo, &c.

*Verſ.*18.] In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Καὶ ἔσαι ἐὰν πληθυνθῆτε, καὶ αὐξηθῆτε ἐπὶ τῆς γῆς, λέγει Κύριος, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἐροῦσιν ἔτι, κιβωτὸς διαθήκης ἁγίου Ἰσραήλ, οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ καρδίαν, οὐκ ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἐπισκεφθήσεται, καὶ οὐ ποιηθήσεται ἔτι.

17. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καλέσουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ, θρόνον Κυρίου, καὶ συναχθήσονται πάντα τὰ ἔθνη εἰς αὐτὴν, καὶ οὐ πορεύσονται ἔτι ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς.

18. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνελεύσονται ὁ οἶκος Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν.

*Verſ.*16.] Et erit ſi multiplicati eritis, & creueritis ſuper terram ait Dominus, in diebus illis nõ dicent vltra, Arca teſtamenti, Sancti Iſrael: neque aſcendet ſuper cor: non nominabitur, neque viſitabitur, neque fiet vltra.

*Verſ.*17.] In diebus illis, & in tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium Domini: & congregabuntur omnes gentes ad eam, & non ambulabunt vltra poſt cogitationes cordis ſui peſſimi.

*Verſ.*18.] In diebus illis conuenient domus Iuda ad domum Iſrael: & venient ſimul de terra Aquilonis, & de omnibus regionibus ad terram, quam dedi in hæreditatem patribus veſtris.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, dicit Dominus, nõ dicent ampliùs, Arca fœderis Domini, nec aſcendet in cor, nec vltra recordabuntur, nec commouebuntur, nec in ea ampliùs inibunt prælium.* Verſ.17. *In tempore illo vocabunt Ieruſalẽ locum domus maieſtatis Domini, & diſcent colere in ea omnes populi nomen Domini in Ieruſalem, & nõ ambulabunt vltra poſt cogitationẽ cordis ſui peſſimi.* Verſ.18. *In diebus illis coniungentur domus Iuda cum domo Iſ-*
B *rael, & venient ſimul de terra Aquilonis in terram, quam poſſidere feci patres veſtros.*

Verſ.16. *Cùmque multiplicati fueritis*, &c.

Cyril. Legis ... bratica ... ganda ... Chriſtum

Cyrillus Alexand.homil.4.Paſchali. *Cùm veritatem adamarit Deus, nullo modo ſibi adumbratis honoribus lætandum exiſtimauit, ſed eius quæ in ſpiritu eſt adorationis tempus iam iam adfore ſignificauit, quo quidem, antiquis ritibus ſublatis, meliores à ſe ſubſtituendos eſſe demonſtrat. Et quidem apertiſſimè id Propheta vnius voce denunciat, (Et erit in diebus illis, ait Dominus, non dicent vltra, Arca teſtamenti Domini, &c.) Si quis autem tempus illud cognoſcere aueat, quo nec cogitandum*
C *ampliùs de Arca, nec illius nomen vſurpandum Propheta confirmat, videat is quæ nunc rerum geruntur, atque in Chriſtianorum myſteria intendat oculos.*

D.Thom.

D.Thom. (*Cùmque multiplicati*, (*Non dicent*) *quaſi pro nihilo cõputabunt illud, in quo modo gloriamini: quia Arca abſconſa fuit, nec inuenta, ſic dicit* 2. *Macchab*.1.

2 *Hieron. Iuſti ... ſunt thronus Dei.* *a Pſal. 9[illegible]* *Eccleſia Apoſtolica ſolium Dei.* *De Gentium conuerſione.* *b Pſal. 6[illegible]*

Verſ.17. (*In tempore illo*, &c.) *Nequaquam Dominus ſedit ſuper Arcã teſtamenti, & Cherubim*, ait Hieronymus, *cui prius ab illo populo dicebatur,*[a] *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare. Sed omnes perfectâ mente credentes erunt thronus Dei. Vel certè meliùs, totum de Eccleſia intelligẽdum: quando congregantur omnes gen-*
D *tes in nomine Domini in Ieruſalem, in qua eſt viſio pacis: & nequaquam ambulant poſt prauitatem cordis ſui peſſimi, vt faciunt, quæ deſiderant, nec ſuos ſequuntur errores: ſed dicunt cum Propheta:*[b] *Adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.*

Theodor. Ieremiæ vaticinium ... non fuiſſe completũ poſt reditum è Babylone, ... Chriſti tempore.

Theodoritus. *Iſtud non contigit poſt reditum è Babylone. Non enim tunc gentes reliquerunt impietatem: at poſt Deum hominem factum, pertulerunt Apoſtoli ſalutarem prædicationem in vniuerſam terram: reliquerunt autem priſtinum errorem, qui illis inſeruierant: & adorantes Deum vniuerſorum, concurrunt omnes in Ieruſalem tamquam ad ſolium diuinum.*

D.Thom. Ieruſalẽ antiquitùs ... cebatur ... Dei. *c Ezech. 7.*

E D.Thom. (*In tempore*) (*Ieruſalem*) *totam, quod completum fuit in fama ſanctitatis, in qua habebatur, ſic dicitur* 1. *Macchab*.3. Ezech.43.[c] *locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum vbi habito in medio filiorũ Iſrael in æternum.* (*Et congregabuntur*) *ex omnibus aliqui: Vndique veniebant orare in Ieruſalem. Vel intelliguntur de vocatione Gentium ad fidem Chriſti.*

3 *Hieron.*

Verſ.18. (*In diebus illis ibit domus Iuda*, &c.) Hieron. *Hoc propriè in Chriſti completur aduentu, quando de duodecim ſimul tribubus Euangelio crediderunt, relinquentes terram Aquilonis duriſſimi frigoris, & à Diaboli imperio recedentes: tunc receperunt terram repro-*
F *miſſionis, quam pollicitus fuerat patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob.*

Theodor.

Theodoritus. *Docet poſt regreſſum è Babylone decem tribus non iam iterum diuiſas iri, ſed ſimul conuenturas, terramque poſſeſſuras paternam.*

D.Thom. *d Iere. 50*

D.Thomas. *Ponit conuerſionem decem tribuum*, (*In diebus illis*) *quia ex illis, qui redierunt, duabus tribubus adiuncti ſunt, quod notatur in hoc quod dicitur*, (*Venient ſimul*,) *Infra* 50.[d] *In diebus illis, & in tempore illo venient filij Iſrael ipſi, & filij Iuda ſimul*, &c. *Quidam tamen exponunt totum hoc de vltimis temporibus.*

CATE

vt mox vidimus, non tam propter alios, quàm propter ſemet aſſeruit exhibere. Dum enim ad Eccleſiam ſpóſam, ſororemque puram nimirum, & immaculatam ait, Vulneratum ſe ab ipſa, idque vulneris ſibi inflictum per vnum oculorum, ac per vnum crinem colli eius, id planè deſignat, quod plerúque in eadem contingit fidelium Eccleſia, vt per vnius contemplatiuorum, vniuſque religioſorum preces diuinum ſuum vulneretur cor. Quâ vulnerationis cordis ſui metaphorâ modum innuit, quo per eaſdem ſanctorum illorum orationes efficiatur, vt & eius anima ſit ad fidelem populum, atque etiam ad peccatores, pro quibus eæ ſint effuſæ. Prælium enim quoddam eſſe orationis ſtudium explicauimus ſatis ex verbo quo hîc apud Ieremiam id Deus expreſſit, dicens: (*Si ſteterit Moyſes*, &c.) Belligerantis autem id præcipuum eſt conamen, vt illum cum quo dimicat vulneret, in primiſque in corde, vt, vulnere illato, animam, vitamque eius cum ſanguine educat: ſanguinem quippe pro anima eſſe legimus ſcriptum in libro Deuteronomij, [a] quia vehiculum ſit vitalium ſpirituum, adeóque & vitæ ſedes. Stantes itaque ſancti, atque cum Deo in oratione præliantes eatenus vulnerare illius dicuntur cor, quatenus precibus ipſis ſuis quaſi peracutis iaculis ita diuinum penetrant cor, vt ſuper peccatores, pro quibus ij deprecãtur, quaſi è vulnerato corde & ſanguinem is ſuum emittat, quo eorum deleantur peccata: [b] *Sanguis* enim *Ieſu Chriſti*, vt ait Ioannes, *emundat nos ab omni peccato*; & vnâ cum ſanguine in eoſdem ſuam pariter emittat animam, ſuam vitam, ſeque ipſum cum omni tradat bono, prout eâ ſignificati ſupra diximus locutione, quâ hîc ait in contrarium, (*Non eſt anima mea ad populum iſtum:*) indicans ad eos pro quibus exaudiantur deprecantes ſancti, modo ſupra expoſito eſſe animam ipſam ſuam, eamdemque eſſe cum illis & vitam ſuam.

[Si quo]... in ora[tionis] prælio [sancti, p]ræstantes [pro pecca]toribus [diuinum] Deum [cor qu]odâ vul[nerare]...

a Deut. 12. 23.

b 1 Ioan. 1. 7.

29 Cæterùm quod aliquando ſanctis pro peccatore aliquo deprecantibus, illos minimè exaudiens, dicat, Etiam ſi ſancti, vt Moyſes, & Samuel ſtent, ſeu ſteterint coram me, Non eſt anima mea ad eum peccatorem, illud eſt in cauſa, quòd ſanctorum illorum precum iaculis diuinum ipſius non vulneratum eſt cor, è cuius vulnere vnâ cum gratiæ exhibitione ſanguis, animaque ipſius emiſſa ſit, vt cum eo ſit peccatore. Cuius non vulnerationis, & non exauditionis cauſa ea eſt, quæ in ea aſſignatur ſententia, quam tertio loco ſupra attulimus Iſaiæ dicentis. [c] *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat*, q. d. Non eſt quòd vel in Dei impotẽtiam, vel in eiuſdem ſurditatem referatis, quòd vos vel exoratus non ſaluet per peccatorum veſtrorum remiſſionem, quódque nec ſanctiſſimorum exaudiat preces, quos pro vobis apud ipſum adhibuiſtis interceſſores: Vobis iſtorum adſcribite culpam omnem, *Sed iniquitates*, inquit, *veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Sanctorum eæ exaudiri à Deo nequeunt preces, quæ pro illis funduntur, quos ille miſerationum ſuarum oculis non reſpiciat, qui iſtiuſmodi intuitu humilia dumtaxat reſpicere conſueuit: Peccator qui nedum humili vllâ propriæ miſeriæ cognitione: ſed elato potiùs animo, cordéque in peccatis obfirmato precibus ſe ſe commendarit ſanctorum, elatâ ipsâ ſcelerum ſuorum mole diuinam à ſe abſcondidit faciem, ita vt Dei ad illum miſericors penetrare non poſſit obtutus. Quid mirum ſi nec ſanctorum pro illo effuſæ exaudiantur orationes? Non ex orationum id prouenit earum inefficacia, at ex obice ipſo peccatoris. Adde, quòd ſi exauditio precum ſanctorum pro peccatoribus effuſarum idem eſt, ac fieri Dei animam ad peccatores, vitamque eiuſdem eſſe cum peccatoribus illis, pro quibus ſint deprecati ſtantes in ipſo orationis prælio, iaculiſque precum ſuarum diuinam cor vulnerantes, vt mox fuit explicatum: Si vulneratio iſta fieri non poſſit, muro nimirum ab iiſdem peccatoribus interpoſito obſtinationis in iniquitatibus ſuis: Ipſi ſibimet imputent ſi ſanctorum eorum proficua non ſit interceſſio, illorum non exauditis à Deo precibus; [d] quorum alioquin vel internam facit voluntatem, tantùm abeſt vt prolatas non exaudiat deprecationes.

[Cæ]terum ſibi [im]putet ſi ei [ſanct]orum non [exaud]it orationes [quas] ſancti [pro] illo fun[dunt].

c Iſai. 59. 2.

d Pſ. 144. 19.

30 (*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) Si iuxta communiorem ſenſum literaliter tantumdem hæc ſint, ac ſi dicatur, Denuncia illos eiiciendos à facie mea, & egrediantur, ſeu & quòd eiecti egredientur, Admodum conſequenter ea quoad moralem intellectum præcedentibus ſubiiciuntur. Datur enim in mandatis & Prælatis, & concionatoribus, & vnicuique virorum ſpiritualium, vt quum peccatores quippiam manifeſtè in ſuis obdurati vitiis, abſque vllo vel deſiderij emendationis ſigno, vel ob hypocriſim, vel ob humanum aliquod intereſſe, vel ex vniuerſali aliqua conſuetudine eorum qui in Eccleſia ſunt, ſanctorum ſe ſe commendant precibus, apertè illis conteſtentur, quòd ſi quæ pro eis fundantur orationes à Deo non exaudientur: & niſi ſuorum eos pœniteat ſcelerum, ab eodem Deo eiicientur, & iudicij extremi tempore, quando vt Ieſus in Euangelio ait, dicetur à Iudice, [e] *Seruum inutilem, atque impium eiicite in tenebras exteriores:* ſic nimirum à lucidiſſima Dei eiecti facie, vt extra egreſſi tenebras adeant perpetuas, qui veram reſpuerunt lucem: Et in hac quoque vita è fauorabili eiuſdem proiecti facie, vt ad peſſima quæque progrediantur. Cuius rei planè contrarium euenturum ſignificaſſe viſus eſt Dominus apud Ioannem, iis qui Deo met inſpirante, ſpecialique gratiæ impulſu ad orationem & propriam, & aliorum quoque confugerint, vbi ait, [f] *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.* Porrò prædictam improborum eiectionem aliàs quoque apud Oſeam per eumdem Dominum pronunciatum videre eſt, vbi & quæ illam præceſsêre, eamque cauſarunt, & quæ poſt eamdem conſecuta ſunt, exponuntur. [g] *Omnes nequitiæ eorum*, inquit, *in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos: principes eorum recedentes.* Eiicit namque Dominus de domo ſua, quorum nec munera, nec ſacrificia, nec quæ pro illis funduntur in templo ſuo preces exaudit, vel grata habet, cuius eiectionis ipſimet ſibi ſunt cauſa; eiicit enim illos propter peruerſitatem ſtudiorum, & conſiliorum, ac operationum ipſorum. Atque ob id potiſſimùm, quòd in loco ſancto ſuo odio eos habere cogatur, cùm in illo corã ipſo cum omnibus ſuis apparuerint iniquitatibus, *Quia ibi*, ait, *exoſos habui eos.* Quid ibi? *In Galgal*, quo bene domus Dei deſignatur, & loca ſacra; cùm Galgal primus locus

Impiis prædicandũ, quòd ſanctorũ orationibus non iuuabuntur, ſi ad pœnitẽtiam ipſi non conuertãtur.

e Matth. 25. 30.

Orationes ſanctorũ pro obduratis peccatoribus, ipſoſque peccatores quomodo Deus à ſua eiiciat facie.

f Ioan. 6. 37.

g Oſe. 9. 15.

Hieronym.
a Iosue.5.16

locus extiterit terræ promissionis sacer, vt ait Hieronymus lib. de locis Hebraicis: & de quo Angelus dixit ad Iosue.[a] *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.* In Galgal, ait, omnes nequitiæ eorum; quandoquidem sicut nigrum quid est magis conspicuum quando in candida sit tabula; ita iniquorum hominum nequitiæ spectantur magis, cùm & in sacro compareant loco. Vtinam in plerisque prædictorum iniquorum post iam expositam eiectionem, & ea non contingerent, quæ post præallata à Deo subiiciuntur. *Non addam, vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes:* Idipsum sanè

Simile.

atque hoc quod vno verbo hîc apud Ieremiam significat, (*Et egrediantur,*) Eiectos enim à facie Dei, adiici insuper vt egrediantur, quod est actus liberi arbitrij, est dari penitus in reprobum sensum: quod certè diuinæ est reprobationis finalis, quam id signat, *Non addam vt diligam eos.* Et quia qui tales sunt præcipuum inter impios obtinent locum, ideóque bene eorum prædictorum principes nuncupati, de iis dicitur, *Omnes principes eorum recedentes*, dum terga Deo vertentes egrediuntur, primum nimirum istiusmodi impiorum imitantes principem Cain, de quo scriptum est,[b] *Egressusque est Cain à facie Domini, & habitauit profugus in terra:* vagi per vniuersa mundi, carnisque studia, & ab omni concupiscentiæ vento in terrena circumducti.

b Gen. 4.16

31 *Peccatores publici, & excommunicati aut interdicti quomodo eiiciendi ex altari, & ex templo.*

Si hæc ipsa verba, (*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) in altero sumamus sensu nobis in litera probabiliori, secundùm quam in iis mandatur Prophetæ, vt ipse eos eiiciat à facie Domini, Aptus est locus iste moraliter pro eo explicando quod Ecclesiastico Prælato faciendum sit erga publicos peccatores, & concubinarios, vel etiam excommunicatos, contumaci impœnitentiâ vota sua ad inanem iactantiam, vel ex hypocrisi à sanctis Sacerdotibus publicè, ipsisque præsentibus in Ecclesia afferri curantes. De his quippe & sibi dictum à Domino bonus quisque censeat Prælatus, (*Si steterit coram me Moyses, & Samuel,*) sanctissimi nempe Sacerdotes pro talibus taliumque vota, remque sacram offerentes, (*Non est anima mea ad eos,* impios: *Eiice illos à facie mea,* eiice de Ecclesia, quos excommunicatos, aut interdictos noueris; eiice per excommunicationem de fidelium communione, quos peruicaces in talibus aduerteris delictis, quæ Ecclesiasticâ digna sint censurâ: eiice ex altari meo, ne Sacramentorum fiant participes, quos in publico, notorioque peccato sciueris obfirmatos: Et da operam vt isti omnes egrediantur è conspectu meo. Idque ij sibi ipsis imputent.

32 *A Religione eiiciendi Nouitij qui cognoscuntur dãno acl̃oneri fratribus futuri Necnon & incorrigibiles apostatæ.*

Potest idem locus non minùs congruè & ad Religionum aptari Prælatos, qui cùm erga ineptos, & sæpe etiam improbos ac perniciosos nouitios, deprecantibus pro illis aliquibus de Capitulo patribus, pij sint, præque misericordia expellere eos non audeant, non animaduertunt, crudeliores quoad hoc in propriam se esse matrem, in totam inquam Religionem, quæ deturbanda per illos est, si intra eam ad professionem fuerint admissi. Audiant Prælati isti, quomodo Deus ipse, cuius naturâ bonitas, & quem Apostolus[c] diuitem appellat in misericordia. (*Si steterint*, ait, *coram me Moyses, & Samuel, Non est anima*, non est voluntas mea, non compassionis affectus *ad eos:*) Audiant quid in hoc talium nouitiorum faciendum ipsis imperet, (*Eiice illos à facie mea,*) a consortio fratrum coram me bonum religiosorum ministerium implentium, & ante faciem meam intra claustra ambulantium. Non admittas cuiuscumque pro eis preces; nec si qui vel sanctitate, vel dignitate præstantiores piè steterint, vt hac de re multiplicibus contendant sermonibus & rationibus: Omnino obnitere vt eiecti, vel etiam tibimet vim inferendo egrediantur, septa, sc. monasterij. Melius est enim, vt vnus, duo paucique sint perituri & intra claustra essent, in mũdi egrediantur errores, quàm quòd vniuersa per eos fratrum turbetur congregatio. Audiatur in istorum confirmationem quid B. Humbertus in cap. 3. secundæ partis lib. quinti Institutionis spiritualis dicat. *Aliquando accidit quòd aliquis ad professionem leuiter recipitur ex indiscreta pietate recipientium, qui carnalibus hominibus adeo compatiuntur, vt cum eis carnales efficiantur. Ipsi sunt infirmis adeo misericordes, quòd sanis sunt crudeles, & infideles inter quos ponunt homines pestilentes, qui eos corrumpunt.* Quod autem de eiectione dicitur prauorum Nouitiorum, & de incorrigibilibus intellige pluries à Religione apostatantibus post professionem.

c Ephe. 2.4.

Humbertus.

VVLGATÆ.

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Καὶ εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου πρὸς αὐτούς. ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel ante faciem meam; non est anima mea ad eos. Emitte populum istum, & egrediantur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses, & Samuel ad deprecandum in conspectu meo, non est mihi beneplacitum in populo isto. Mitte eos de terra domus maiestatis meæ, vt transmigrent.* 1

Vers. 1. (*Si steterit Moyses, & Samuel,* &c.)

Clemens Papa in lib. 4. Constitut. Apostolicarum capit. 5. citans hanc sententiam pro, (*Non est anima mea ad eos,*) legit (*Non exaudiam eos.*) *Clem. PP.*

Hieronymus. (*coram me*, siue *contra me*,) legit. Tum in Comment. *Hos enim inquit, legimus ira Domini pro populo restitisse, & iam impendentem auertisse sententiam, Et si ait, illi steterint vel in conspectu meo, vel contra me, quorum vni dixit Deus: dimitte me, & percutiam populum istum; tamen non exaudiam, quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Eiice, vel emitte illos à facie mea, & egredientur. Non loco recedunt à Deo peccatores, sed voluntate: quamquam legamus, & Adam, & Cain eiectos esse à facie Dei.*

Hieronym. *Moyses & Samuel præcipui restiterũt iræ Dei.*

Peccatores non loco, sed voluntate recedunt à Deo.

Ioan. Chrysostomus Sermone, Ne desperemus, si in bene operando tardi fuimus. Tomo 5. *Orauit iteratò Samuel pro Israelitis, & effectus est* voti *Ioan. Chrys.*

Sancti pro aliis orantes quando à Deo exaudiantur & nō exaudiantur.

voti compoſitum tamen, cùm illi eſſent Deo accepti, eóque de hoſtibus victoriam retulerunt: Idem tamen nequiuit eoſdem perdēdos tutari, ac ſaluos reddere. Quod vt intelligas, audi Deum per Prophetam loquentem, [a] (Si adſliterint Noe, Iob, & Daniel, non liberabunt filios ſuos, & filias, quoniam ſuperabundauit malitia. Et rurſum, (Si ſteterit Moyſes, & Samuel) inquit, neque id aſſequentur. Aduerte autem quo pacto illud duobus Prophetis fuerit denunciatum, qui pro Iudæis ambo deprecati nihil ſunt pro voto conſecuti. Duos Prophetas Ieremiam intelligit, & Ezechielem, quibus duæ habitæ ſunt præcitatæ ſententiæ.

a Ezech. 14. 14.

2 Theodorit. *Quanti Deus fecerit Ieremiam, cùm illum demulſit nō exauditurus illius preces pro Iudaico populo.*

Theodoritus. Reſpondet iterum ad hæc Dominus, (Quia ſi ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea in eis,) His demulcet Prophetam: Ne putes, inquit, quòd per tui contemptum ſupplicationem non ſuſceperim, quia neque his acquieuiſſem ſupplicantibus, qui tanta ediderunt miracula. Horum meminit tamquam antiquorum: eo etiam quòd hi frequenter pro populo interpellantes ipſum, perſuaſiſſent, Etenim magnus ille [b] Moſes in conflatione vituli, cùm Deus dixiſſet, Sine me, vt indignabundus deleam eos, frequentiſſimis precibus oblatis conciliauit Dominum his qui peccauerunt. Itidem & Samuel huic non diſſimile, [c] dum pluuiam copioſam tempore meſſis adduxit.

b Exod. 32. 10.

c 1. Reg. 12. 18.

Cyril. Alex. Similia habet & Cyrillus Alexandrinus. Homil. Nonâ ex Paſchalibus.

Greg. Pap. *Ea oratio maximè Deo grata quæ pro inimicis.*

Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 13. Conditoris auribus maximè illa oratio commendatur, quæ pro inimicis quoque intercedere nititur. Vnde & per ſemetipſum veritas dicit, [d] Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Et rurſum: [e] Cùm ſtabitis ad orandum dimittite, ſi quid habetis aduerſus alterum. Cùm verò patrum priorum facta ſacro eloquio deſcribente reuoluimus, Moyſem, & Samuelem exoraſſe pro aduerſantibus inuenimus. Vnus quippe eorum ſæuientis populi perſecutionem fugit, & tamen pro vita ſui perſecutoris interuenit. Alter ex principatu populi deiectus, ipſis ſuis aduerſariis dicit: [f] Abſit à me hoc peccatum in Domino, quo minus ceſſem orare pro vobis: Quid eſt ergo in difficultate deprecandi Moyſem, & Samuelem deducere niſi apertiùs indicare, quia eius iræ neque illi, ſi adſtarent obſiſterent, qui idcirco pro amicis interuenire citiùs poſſent quia apud hunc intercedere & pro inimicis ſolerent?

d Matt. 5. 44.
e Marc. 11. 25.
Moyſes & Samuel orāt pro aduerſariis ſuis.
f 1. Reg. 12. 23.

Iſid. Hiſpal. *Iudæis propter eorū impietatem non profuêre lex, aut Prophetæ.*

Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Gentium vocatione c. 21. (Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, &c.) Per Moyſem lex, per Samuelem, Prophetæ intelliguntur, quos quamuis Iudæi habebant, propter erroris tamen impietatem proiecti ſunt. Opera enim illorum, & iuſtitia ſine Chriſti fide nihil eis prodeſt, teſtante Domino per Iſaiam. [g] Qui mei oblitus es: Ecce ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

g Iſai. 57. 12.

3 Rabanus.

Rabanus Maurus lib. 7. in Ierem. ſuper hoc cap. 15. poſt allata quæ in hunc locum retulimus ex Hieronymo, & Greg. Papa, alterum huic ſimilem perpendit locum apud Ezechielem cap. 14. quem & recentiores, & Hugo Cardin. ac etiam D. Thomas, vt mox videbimus, hîc adducunt. Quia verò quæ is proſequitur ferè ex Origenis homil. 4. in Ezechielem deſumpta ſunt, libenter & ipſe ea referam. [h] Exechielis locus eſt, Si fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitiâ ſuâ liberabunt animas ſuas, ait, Dominus exercituum; moxque ſubiicitur: Tres viri ſi fuerint in

h Ezech. 14. 14.
Cur apud Ezechielem Deus dicat, ſe non exauditurū orantes pro impiis tres potiſſimùm Noe, Danielem, & Iob.

A ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt. Quæritur, ait Rabanus, cùm & Abraham, & Iſaac, & Iacob, Moſes quoque, & cæteri Patriarchæ, & Prophetæ iuſti fuerint, cur horum tantummodo fiat mentio. Quod facilè ſoluitur. Noe imminens Orbis terrarum diluuium, quia omnis terra polluerat vias Domini, differre non potuit, ſed filios qui forſitan eiuſdem virtutis erant, & ob ſeminarium humani generis habuit reſeruatos. Daniel quoque imminentem captiuitatem populi, nullis fletibus mitigauit. Sed Iob non ob peccata, ſed ob probationem nec domum, nec filios liberauit. Alij autem dicunt, quia hi tantum
B tres viri & proſpera, & aduerſa, & rurſum proſpera conſpexerunt, idcirco pariter nominatos, & hoc latenter ſignificari, vt quomodo illi bona, & mala, & rurſum læta viderunt; ſic & populus Iſrael, qui priùs bonis fruitus fuerat, & poſtea captiuitatis ſuſtinuit iugum, ſi egerit pœnitentiam, redire poſſit ad priſtinam felicitatem.

Origen. *Filij improbi liberari nequeunt à dānatione ob Sanctorū parentū merita.*

Hanc rationem dicit Origenes citatâ homil. ſe accepiſſe à quodam Hebræo peritiſſimo. Quòd ſi Noe, Daniel, & Iob pariter congregati, & in vno loco poſiti peccatricem terram, hoc eſt eos qui in terra habitant, non poſſunt iræ Dei ſubtrahere: quid dicendum
C de his qui putant merito parentum atque virtutibus poſſe filios peccatores de gehennæ ignibus liberari? Addit Origenes vbi ſupra, Prædictorum trium ſanctorum commemoratione non tam illos quàm eorum imitatores deſignatos, quòd latiùs probat.

4 D. Thom. *Quòd ſanctorum orationes pro aliis non exaudiat Deus, eſt ex defectu eorū pro quibus orant.*

D. Thomas in Ierem. Primò ponitur repulſio orationum. (Si ſteterit Moyſes, & Samuel) qui efficaces fuerunt in orando, eò quòd de populo ſolliciti, & pro inimicis exorauerunt. (Anima) affectus: ac ſi dicat, Non eſt ex defectu orantis quòd oratio non exauditur, ſed ex defectu populi, pro quo oratur. Ezech. 14.[i] Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius. Noe, Daniel, & Iob, &c. Po-
D nitur ſecundò repulſio gentis, pro qua orabatur. Et primò quantum ad terminum à quo. (eiice) oſtende eiectos eſſe, (à facie) vt me non videant, & meâ præſentiâ non defendantur: Gen. 4.[k] Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar. &c.

i Ezech. 14. 14.
k Gen. 4. 14.

Gratiam primam mereri alteri poſſunt Sancti non quidē de condigno, ſed de cōgruo dummodo ab illo altero non ponatur obex.

Idem D. Thomas in prima 2. quæſt. 114. ar. 6. arg. Sed contra: Locum iſtum (Si ſteterit Moyſes) &c. affert ad probandum, quòd nullus homo poſſit mereri alteri primam gratiam, tametſi quis alioqui maximi ſit in ſe meriti, in corpore tamen eiuſdem art. ait, tametſi verum ſit, neminem purum hominem de condigno primam gratiam al-
E teri mereri poſſe: Merito tamen congrui poſſe aliquem alteri illam mereri. Quia enim, inquit, homo in gratia conſtitutus implet Dei voluntatem, congruum eſt ſecundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis voluntatem in ſaluatione alterius; licet quandoque poſſit habere impedimentum ex parte illius, cuius aliquis ſanctus iuſtificationem deſiderat, & in hoc caſu loquitur Ieremiæ inducta auctoritas.

Sancti orātes pro impiis, & non exauditi, ſupponuntur eſſe in ſtatu vitæ præſentis.

Idem in 4. ſent. diſt. 45. quæſt. 3. art. 3. ad 2. aſſerit, Dominum hîc loqui de Moyſe, & Samuele ſecundùm ſtatum quo fuerunt in hac vita. Ipſi enim leguntur pro populo orantes iræ
F Dei reſtitiſſe; & tametſi in illo tempore fuiſſent, eoſdem non potuiſſe orationibus Deum placare ad populum propter populi illius miſeriam: Nuncque eſſe iſtius loci intellectum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ. A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτὸν λογίζεσθαι, ὅτι ἐκείνους μὲν εἰδωλολατρήσαντας, ἴσχυσεν ἐξελέσθαι ὁ Μωυσῆς, καὶ ὁ Σαμουήλ. κἀκεῖνοι μὲν ἐκ μιᾶς ἐντυχίας τὸ πᾶν, ἐγὼ δὲ τοσαυτάκις προσελθὼν, οὐδὲν ἐργάζομαι, ἀλλ' ἐξαποροῦμαι πολλάκις. ἵνα μὴ ταῦτα λέγῃ, ἄκουσον πῶς αὐτὸν παραμυθεῖται. ἐὰν στῇ, φησὶ, Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ, τούτους οὐ δὲ ἐκεῖνοι δυνήσονται ἐξελέσθαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] Μωυσῆς ὁ λέγων, εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες. ἐπεὶ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ταύτης, ἧς ἔγραψας. καὶ Σαμουὴλ ὁ καὶ τὴν τοῦ Σαοὺλ ἁμαρτίαν πενθῶν. B

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἔκαμψεν. οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἐπεσπάσατο, οὐδὲν βελτίους ἐποίησεν, ἀλλ' ἔμειναν ἀδιόρθωτοι.

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον καὶ ἐξελθέτωσαν.] C

Πολυχρονίου.] τόπῳ τις οὐκ ἔξεισιν, ἀλλ' ἁμαρτίαις ἀπὸ Θεοῦ. ἡνίκα καὶ τοῖς ἀνελεῖν βουλομένοις, ἕτοιμον πρόκειται θήραμα. μηκέτι προνοίᾳ Θεοῦ, μηδὲ ἀπὸ τῶν νοητῶν πολεμίων || φρουρουμένοις, οἷς ἐξέδωκεν ἑαυτὸν ἑκὼν, κατὰ τὸ, ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. διὸ καὶ Δαβὶδ αἰτεῖ. μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου, φιλανθρωπίας δὲ Θεοῦ, τὸ τὸν ἐξιόντα, πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἐξιέναι. καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ γὰρ ἐγκατάλειψις διὰ πρόνοιαν καὶ ἐπιστροφήν. καὶ οὐδ' ἂν ὑποσταίη τις ἐκπεσὼν προσώπου τοῦ Θεοῦ. τοιγαροῦν ὡς μὴ, πάντῃ κακὸν, καὶ ὁ προφήτης τοῦτο προστάττεται. ὡς ἂν καὶ ἐξιόντας, πρὸ προσώπου συνέχῃ Θεοῦ πυκναῖς διδασκαλίαις. διὸ καὶ γενομένοις ἐν Βαβυλῶνι τούτοις ἐπέστελλεν. D

|| ἴσ. φρουρούμενοι.

[ἐξαπόστειλον αὐτοὺς, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὁ Θεὸς ἐκβάλλει, ἀλλ' αἱ ἡμῶν ἁμαρτίαι διιστῶσιν, ἀναμέσον ἡμῶν καὶ αὐτοῦ. ||

Vers. 1. ET dixit Dominus ad me. Si steterit 5
Moyses, & Samuel,&c.)

Chrysostomi.] *Quoniam Propheta secum cogitare videbat, eos quidem in Idolorum cultum prolapsos potuisse à Moyse, & Samuele pœnis liberare, & præterea illos quondam vnicâ congressione totam rem perfecisse, se verò toties adeuntem nihil profecisse, sed inopem consilij sæpe hæsisse; hæc ne diceret, audi quo illum modo soletur. Si steterit ait Moyses, & Samuel, hos nec illi valebunt eruere.*

Chrysost. *Sancti cuiusque sui quantam rationẽ habeat Deus.*

Olympiodori.] *Moyses qui dicebat* [a] *si remittes illis peccatum, remitte: sed & me dele è libro tuo hoc, in quo scripsisti. Et Samuel,* [b] *qui & Saul iniquitatem deplorabat.*

Olympiod. *Moyses & Samuel cur hic recensiti.*
a Ex. 32. 31.
b 1. Reg. 15. 35.

(Emitte populum istum & egrediantur.)

Chrysostomi.] *Nihil horum eos flexit, nihil horum attraxit; nihil meliores reddidit; sed inemendabiles permanserunt.*

Chrysost. *Iudæorum obstinatio.*

(Eiice illos à facie mea , & egrediantur.) 6

Polychronij.] *Loco non fit egressus à Deo, sed peccatis: cùm quis etiam præda ad occidendum propositus est cuicumque libuerit, non ampliùs per Dei prouidentiam ne ab hostibus quidem spiritalibus custoditus, quibus se ipsum spontè tradidit, iuxta illud,* [c] *Quicumque me inueniet occidet me. Quare & Dauid postulat;* [d] *Ne abiicias me à facie tua, & ne deseras me Deus salutator meus. Illud verò Dei humanitatis est, vt qui egreditur, ante faciem eius egrediatur; Nam & derelinqui à Deo ex prouidentia fit ad conuersionem. Nec quisquam subsistere poterit proiectus à facie Dei. Igitur vt non omnino malum, & Propheta hoc præcipitur, vt & egressos ante faciem Dei contineat crebris Dei admonitionibus; quare & ad illos in Babylonem profectos scribebat.*

Polychron. *Egressus à Deo fit peccatis non loco. Egressus à facie Dei est destitui eximiâ illius prouidentiâ.*
c Gen. 4. 14.
d Ps. 50. 13.
Egressus ante faciem Dei, humanitatis est, & ab illo derelinqui ad conuersionem.
Et egressi peccatores continendi ante faciem Dei admonitionibus.

(Eiice illos, & egrediantur.)

|| Olympiodori.] *Non est Deus qui reiicit, sed iniquitates nostræ diuidunt inter illum & nos.* ||

Olypimod. *Peccator non tam à Deo eiicitur, quã à semet.*

Vers. 2.] Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladiũ: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. E

Vers. 3.] Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORrò [a] *si illi animaduertentes se à te destitutos, vt iam nõ ores pro ipsis, eiectosque propterea à fauorabili vultu meo, egrediendum sibi intelligentes interrogauerint te, quonam egressuri essent malorum: Hoc ipsis dabis responsi. Eorum quosdam egressuros, vt pestilentiæ obeant morte: alios vt in bello*

a *Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortẽ: & qui ad gladium, ad gladium: Et qui ad famẽ, ad famem: & qui ad captiuitatem ad captiuitatẽ.*

bello hostili interficiantur gladio : complures vt fame consumantur ; & quotquot demum fuerint superstites, vt in talem abducantur captiuitatem, quæ & diuturnior, & peior ipsâ sit morte, prout eorum vnicuique destinatum desuper fuerit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card.

QVod si dixerint, &c.) In quorum explicationem Hugo Cardinalis, priùs inquit, poni commune scilicet mortem, tum eam diuidi per species: Ac si dicatur. Quidam morientur in agro gladio, quidam in ciuitate fame, quidam autem ibunt in captiuitatem. Communiter tamen mortis vocabulo designata accipitur pestis, prout ex simili sententia colligitur, quâ apud Ezechielem hæ item quatuor exponuntur calamitates, & dicitur, [a] *Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui : & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos.* Idipsum autem & hîc asseritur, sed speciali hoc Hebraismo, (*Qui ad mortem, ad mortem*, &c.) id est, alij egredientur vt peste obeant, alij vt bello hostium gladio interficiantur : alij vt fame consumantur, & alij qui superstites fuerint, vt abducantur in captiuitatem. Quamquam Vatablus ad quodcumque istorum quatuor membrorum subintelligendum putet, (*destinati sunt,*) Qui destinati sunt ad pestis mortem, ad hanc egrediantur, &c. Et quidem ad vniuersum populum rectè hæc referes : Tametsi Nicolaus de Lyra ad ciues duntaxat Ierusalem ea referens dicat, *Quia in obsidione Ierusalem aliqui mortui sunt infirmitate, & peste, alij gladio, alij fame, reliqui in captiuitatem ducti.*

Mortis vocabulo designata pestis. — a Ezech. 5. 12. — *Hebraismus, Qui ad hoc, ad hoc.* — Vatablus. — Lyra.

Vers. 3. PARAPHRASIS LITERÆ.

b Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.

ACerrimam [b] sanè de eis ipse sumpturus sum vltionem, debitâ enim habitâ singulorum peruersitatis inquisitione, examinatione, & diiudicatione, prout in iudicialibus fieri consueuit visitationibus, iuxta eorum demerita puniam illos, quatuor eos tradens ferarum bestiarum speciebus, quatuorque singularum earum, in ipsos immittens agmina : hostium nimirum, hominum quidem quoad naturam, at quoad sæuitiem quacumque ferociorum ferâ, qui & gladio necent, & quos interfecerint expositos aliis relinquant feris : canum, qui eorum proiecta hinc inde trahentes cadauera dilacerent : volucrumque cæli, ac bestiarum terræ, quorum & cibus sint & conculcatio, ita vt vel ipsa eorum ossium strues per ea dissipetur.

Vers. 3. EXPOSITIO LITERÆ.

2 ET *visitabo super eos*, &c. De hac phrasi Visitandi super aliquem, pro vlcisci, & vindicare in illum, eumque punire, diximus hucusque frequenter, quàm hîc dilucidarunt Sept. vertentes (*Et vindicabo super eos quatuor species:*) Impropria quidem in vtraque lectione hæc est locutio, cùm dicendum hoc sensu fuisset, (*quatuor speciebus*) scil. vel calamitatum, aut miseriarum, vel animantium. At noster Interpres secutus Sept. phrasim seruauit Hebraicam. Cuius tamen phrasis eam commodè assignare potes rationem, vt quemadmodum egregiè animaduertit super hunc locum Gaspar Sanctius, ipso visitandi verbo allusum sit ad thesauros, quos Deus habere se dicit in diem pugnæ, ex quibus tamquam ex armamentariis arma promit, quibus pœnas exigat à peccatore : adeoque benè hîc dicatur visitaturus armamentarium scilicet ipsum suum, in eoque præsertim hæc quatuor armorum genera eaque ad intentam sibi vltionem aptissima exinde exprompturum, & vibraturum. Tametsi, cùm in textu Hebraico sit verbum פקד *pakad*, quod nedum visitandi, sed & præficiendi, vt aliàs obseruauimus, habet significationem : & nomen sit משפחות *miscpahoth*, quod nō quodcumque genus, speciemque significat, sed propriè gentes designat. Familiasque ac cognationes, & refertur ad animantium genera. Pagninus ita hæc vertit (*Et præficiam eis quatuor gentes,*) eo nimirum modo animantibus quatuor specierum gentium nomen inditum putans, quo in primo capite Ioelis [c] locustarum agmen gens nuncupatum reperitur. Et Vatablus in Scholio (*Et præficiam eis quatuor familias*) eodem sensu. *Gladium ad occisionem*; cùm visitaturum se dixerit quatuor speciebus bestiarum, vt explicatum est, profectò ipso gladij nomine eiusdem populi hostes designatos crediderim Chaldæos, quos bene & gladij exprimit vocabulo, vel, vt ait Vatablus, quia viri essent gladij, gladióque accincti; vel iuxta paraphrasim Chaldaicam, quia gladio essent occisores: & eos inter feras adnumeret bestias, quia in ipsa gladij occisione ferocissimi futuri essent, interfectorum quoque cadaueribus sæui, insepulta illa cæteris tribus bestiarum generibus ea lanianda exhibentes. Quod in Hebræo dicitur, (*Canes ad trahendum*) optimè noster expressit Interpres. (*Canes ad Lacerandum*) Sept. non verbis, sed nominibus ita hæc reddidêre (*Canes ad lacerationem, & bestias terræ, & volatilia cæli ad comestionem, & corruptionem.*

Puniturus peccatores Deus dicitur visitare pœnas, tamquam armamentarium scil. pœnarum promendarum. — Gasp. Sanctius. — *Gentis nomē tributum & animalibus rationis expertibus.* — c Ioel. 1. 6. — *Milites sanguinolenti interferas & bestias adnumerantur.*

Vers. 2.] Quod si dixerint, &c.

Vers. 3.] Et visitabo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 SI iuxta vltimum de prauorum Nouitiorum, vel incorrigibilium Apostatarum eiectione præcedentia moraliter sumpta sint, congruentissimè hæc illis subiecta sunt, quibus demandatur eiicientibus Prælatis, vt si fortè per contentionem ij quos eiiciunt è religione, eis dixerint, libenter egredimur: & quo tandem egrediemur? nonne scilicet ad domos nostras, ad cognatos nostros, ad opes, ad commoda, ad delitias, & voluptates, & amicos charissimos, & ad ea omnia quæ in sæculo reliqueramus? Dei nomine tutò illis hæc respondeant. (*Qui ad mortem*, id est pestem, *ad mortem*, seu ad pestem; *qui ad gladium, ad gladium*, &c.) certò nimirum eos, & malo interitui destinatos eorum aliquos perituros peste, gladio alios, quosdam fame, vel in captiuitatem abducendos, qui præxpositas euaserint mortes: vlturumque se aduersùm eos Deum quadruplici vltionis genere in talis vltionis vindicibus quatuor animantium ferocium speciebus; earumdemque operâ vtens, hominum gladio interficientium, canum morsibus lacerantium, volucrum rostris deuorantium, & bestiarum dentibus, cornibus, pedibusque dissipantium. Quòd autem ad istiusmodi, aliaque similia mala eiecti è religione rebelles vt plurimùm egrediantur Nouitij, incorrigibilesque apostatæ; vix quisquam

Nouitij improbi, & Apostatæ incorrigibiles è Religione eiecti vt plurimùm malè fine vitam concludunt.

prouectiorum religiosorum est, qui experimentali quoad sui ordinis aliquos comprobatum id non habeat notitiã. Seriem nihilominus si quis scriptam velit similium euentuum, legat Dionysium Carthusianum in conclusione Opusculi Exhortatorij seu Institutionis Nouitiorum, quod inter illius Opuscula habetur; vbi plura similium Nouitiorum ex vno suo duntaxat Carthusianorum ordine egressorum pessiméque pereuntium affert exempla ex sexto libro Chronicæ Petri Dorlandi item Carthusiani. Et hæc quidem rectè iuxta propriam præexpositorum malorum significationem.

Dion. Cart.

Petr. Dorl.

Cæterùm si translatè eadem interpretata quis velit, vt & superioribus iuxta illatos alios quoque morales sensus, ac cuicumque congruant eiecto à facie Dei, & ab illius conspectu, domosque egredienti: duobus modis explicata ea sumat, vel vt exponit Dionysius; vel secundò, & meliùs vt interpretantur Hugo Cardinalis, ac Nicolaus de Lyra. Dionysius enim in spirituali sua explanatione capitis istius 15. Prædictorum eiectorum alios dici, inquit, perituros peste, id est, malo aliorum exemplo, persuasione seu scandalo: gladio alios, id est, tentatione Diaboli: alios fame ex inopia verbi Dei: aliosque propriæ iniquitatis captiuitate. Porrò quæ subiiciuntur in vers. 3. quatuor species, quibus Deus eosdem visitaturum se ait, ita exponit, vt gladio ad occisionem eadem quæ supra, Diabolica significetur tentatio, per quam vti gladio interficitur anima spiritali enecata morte, si ei assentiatur tentationi contra Dei charitatem, quæ vita ipsius est animæ. Canibus ad lacerandum designatos dicit, Spiritus iræ, & impatientiæ. Dæmones namque, ait, à peccatis, ad quæ homines conantur inducere, nomen accipiunt: Et congruenter canes vocantur, quia in eis secundùm Dionysium est amens furor, ac phantasia proterua, ac per hos laceratur mens: Per volatilia cæli Spiritus accipit superbiæ, de quibus in Euangelio dicitur,[a] *Volucres cæli comederunt Dei semen.* Per bestias terræ spiritus terrenæ cupiditatis. Hi enim, inquit, Spiritus maligni iusto Dei iudicio permittuntur tentare, superare, ac deuorare iniquos, qui creatorem suum indesinenter offendere non verentur.

Dion. Cart. *Peccatores eiecti à facie Dei quibus pœnis etiam in hac vita expositi sint.*

Dæmones appellati canes.

a Matt. 13. 4.

5

Nicolaus de Lyra septem duntaxat hîc recensita asserit malorum genera, gladio nimirum bis repetito, adeoque in postylla sua Morali, septem per ea designata asserit vitia capitalia, quæ & peccata nuncupamus mortalia, in eorumque singulorum explicatione, præter id quod per gladium designatum putat iræ vitium, quod excitat ad occisionem, conuenit cum Hugone Cardinale, qui in hunc modum mysticè eadem interpretatur: Vt per mortem, designetur luxuria, quòd ea reddat hominem fœtidum, & abominabilem vt mors, iuxta illud,[b] *Omnis mulier, quæ & fornicaria quasi stercus in via conculcabitur*, Et illud item Ecclesiastici.[c] *Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.* His adde multò magis idem luxuriæ vitium mortis nomine designari, prout iuxta literam mors pro pestilentia posita est: id enim vitij spiritalis quædam est pestis, tum quia nullum eo est mundo humanoque generi vniuersalius, & quo plures celeri deficiant animæ morte: tum quia ita præ vitiis vniuersis est contagiosius, vt non minus quàm pestis nedum conuersatione, sed & attactu, & quod sensibili non est in peste, vel simplici inficiat visu.[d] *Qui se iungit fornicariis*, dicitur in libro Ecclesiastici, *erit ne-*

Nic. de Lyr. *Impius in pœnam permittitur, vt septem peccatis mortalibus in reprobum sensum traditus lanietur.*

Hugo Card. *Luxuria mortis nomine designata.*

b Eccl. 9. 10.

c Eccl. 23. 36.

Luxuria vitium aptissimè dictum pestis.

d Eccl. 19. 3.

A *quam, putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.* Et[e] *omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari, De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.* Vide initium capitis noni eiusdem libri per multas sententias. Per gladium significetur superbia, quæ est gladius bis acutus, & ex vtraque parte scindens: quia primò scindit se, & postea alios, de quo infra cap. 47. dicitur,[f] *Vsquequò concidêris ô mucro Domini, vsquequò non quiesces?* Per famem auaritia, Ecclesiast. 5.[g] *Auarus non implebitur pecuniâ*, per

B captiuitatem, tristitia, vel accidia, quæ captiuat, & comprimit hominis cor, iuxta illud,[h] *Dormitauit anima mea præ tædio*: per occisionem, ira, quia[i] *qui odit fratrem suum homicida est*: per canes, inuidia ex qua procedit detractio, de qua ad Galat. 5.[k] *Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem consumamini.* Per volucres cæli, inanis gloria, de qua item ad Galat. 5.[l] *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes*, per bestias denique terræ, gula.

e Ecc. 42. 12.

Superbia dicta gladius.

f Iere. 47. 5.

Auaritia dicta fames.

g Eccl. 5. 9.

Accidia dicta captiuitas.

h Psal. 118. 20.

i 1. Ioan. 3. 15.

k Gal. 5. 15.

l Gal. 5. 26.

VVLGATÆ.

C

Vers. 2.] Quod si dixerint ad te, &c.

Vers. 3.] Et visitabo super eos, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Καὶ ἔσται ἐὰν εἴπωσι πρὸς σὲ ποῦ ἐξελευσόμεθα, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, Τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς, ὅσοι εἰς θάνατον, εἰς θάνατον. καὶ ὅσοι εἰς μάχαιραν, εἰς μάχαιραν. καὶ ὅσοι εἰς λιμὸν, εἰς λιμόν. καὶ ὅσοι εἰς αἰχμαλωσίας, εἰς αἰχμαλωσίαν.

D

3. Καὶ ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς, τέσσαρα εἴδη, λέγει κύριος· τὴν μάχαιραν εἰς σφαγὴν. καὶ τοὺς κύνας εἰς διασπασμόν. καὶ τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, εἰς βρῶσιν, καὶ εἰς διαφθοράν.

Vers. 2.] Et erit, si dixerint ad te, quò egredi emur? & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Quicumque ad mortem, ad mortem: & quicumque ad gladium, ad gladium: & quicumque ad famem, ad famem: & quicumque ad captiuitatem, ad captiuitatem.

E

Vers. 3.] Et vlciscar super eos quattuor species, dixit Dominus: gladium ad occisionem, & canes ad lacerationem, & bestias terræ, & volatilia cæli ad comestionem, & corruptionem.

F

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm dixerint tibi, Quò migrabimus? Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.*

Vers. 3. *Et visitabo super eos quatuor vltiones pessimas, dicit Dominus: Occisores gladio ad occidendum,*

dum, & canes ad dilacerandum, & aues cæli, & beſtias terræ ad comedendum, & ad diſſipandum.

Hieronym. Verſ. 2. & 3. (*Quòd ſi dixerint*, &c.

Creaturæ omnes inſurgunt in peccatorem. Hieronymus, *Quatuor plagas, quibus traditus eſt populus Iudæorum, etiam* [a] *Ezechielis prophetia demonſtrat: gladium, peſtilentiam, famem, beſtias, & captiuitatem. Inter beſtias autem canes quoque & volatilia intellige, quibus laceranda, & deuoranda, & diſſipanda corpora tradita ſunt; Neque enim fieri poterat, vt, creatore neglecto, non vniuerſa creatura conſurgeret in peccatores.*

a Ezech. 5. 12.

Theodorit. In Theodorito nil præter textum niſi hæc. *His quatuor calamitatibus ſubiiciam illos. Inſuper qui mortui fuerint beſtiis, ac volucribus pabulum erunt.*

Baſil. Magn. Baſilius Magnus homil. 3. in Hexamerôn. *Obſeruauimus hunc aëris locum conſpicuum cælum dici, quòd denſus ſit, & ob continentem cohærentiam ſub aſpectum noſtrum apertè cadentis. (A verbo enim* ὁρᾶσθαι, *id eſt videri, deriuata eſt appellatio nominis* τοῦ οὐρανοῦ *Tou ouranou, id eſt cæli) vt cùm dicit, Scriptura (Volatilia cæli.)*

D. Thom. D. Thomas. *Ponit repulſionem gentis pro qua oratur, quantùm ad terminum ad quem ponens quadruplex periculum. (Quod ſi dixerint, ad mortem) peſtilentia, q. d. diuerſi his diuerſis pœnis ſubiacebunt. Ezech. 5.* [b] *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui*, &c.

b Ezech 5. 12.

2 Origenes. *Sterilitas terræ magna calamitas.* Pluribus agit Origenes de quatuor ſpeciebus, quas hîc, & apud Ezechielem comminatur Deus. Et quidem de duabus, fame, & de beſtiis homil. 4. in Ezech. Fame quidem infertilitatem deſignatam inquiens, vel materialis terræ, quæ incolarum corrupta ſit nequitiis, vel terræ ſpiritalis quæ eſt anima noſtra, quæ in Euangelio [c] dicitur & petra & terræ bona, ac fertilis per multam patientiam, quæue & ſæpe peccat, & ſæpe non peccat. Et cùm peccauerit extendit Deus manum ſuper eam, & conterit omne firmamentum panis. Beſtiarum autem nomine Dæmones ſignificatos aſſerit, qui variarum beſtiarum nominibus in Scriptura Sancta exprimantur, cùm in peccatores immitti dicuntur.

c Matt. 13. 5 *Sterilitas, & fames animæ ingens à Deo calamitas. Dæmones variarum beſtiarum nominibus deſignati.*

Origenes. *Gladius triplici modo vulnerat.* In homilia verò quinta item in Ezechielem, agit ipſemet Origenes de duabus aliis ſpeciebus, nempe de gladio, & de morte, & de gladio quidem multa peracutè, quod duo habet in pœna, quatenus diuidit, & ſecat eum in quem infertur: *ſi verò ad acumen aciei eius*, inquit, *etiam tactus ipſe pœnalis eſt, dupliciter torquetur qui hoc gladio puniendus eſt.* Quoad mortem verò ait: *Debemus noſſe quia non ſtatim, vbi fames fuerit, ſequatur & mors. Poteſt quippe fieri vt aliquis famem ſuſtinens perſeueret in vita, licet ineduâ & ſqualore, & macie diſcrucietur. Poteſt fieri, vt immiſſis beſtiis malis ſtatim non omnes pereant, fugæ auxilio reſeruati. Poteſt euenire, vt cadente romphæa ceſſet interitus. Modo vulnerantur quidam, & ſecantur, & vt ita dicam, crebris ictibus confodiuntur, nec tamen pereunt. Idcirco in enumeratione pœnarum, & pœna infertur mortis. Quicquid autem horum fuerit illatum, ad eos venit qui inimici Dei ſunt.*

Mors malorũ omnium extremum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μάχαιραν εἰς σφαγὴν, καὶ τοὺς κύνας.]

|| ἀλ. μετὰ τὸ αἰσθητόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ || τὴν αἰσθητὴν, μάχαιραν νοητὴν, ψευδώνυμον γνῶσιν· κύνας δὲ περὶ ὧν εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. Θηρία δὲ γῆς, τοὺς τὰ γήϊνα φρονήματα ἡμῖν ἐνσπείροντας· πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς τὰ ὑψώματα, ἡ μὴν ἐπισπείροντας μετὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ.

3 Verſ. 3. *Gladium ad occiſionem & canes, &c.)*

Olympiod. *Gladius ſpiritalis prauus quis. Canes ſpiritales lacerãtes qui.* Olympiodorus.] *Poſt ſenſibilem gladium ſpiritalem falſi nominis cognitionem. Canes verò de quibus aiebat Apoſtolus*, [d] Cauete à canibus, cauete à *malis operariis. Beſtias verò terræ eos qui terrena ſenſa nobis inſeminant. Volatilia autem cæli qui talia dant nobis ſemina, vt extollamur aduerſus Dei cognitionem.*

d Philipp. *Beſtiæ terræ ſpiritales quæ, Aues ſpiritales prauæ quæ.*

Verſ. 4.] Et dabo eos in feruorem vniuerſis terræ regnis: propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c *Et dabo eos in feruorem, (ſeu in commotionem) vniuerſis regnis terræ: propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.*

Efficiam [c] *vt feruenti, ac iugi, inſtar maris concuſſi, ſint agitatione animi in vniuerſis terræ regnis, quorum feruenti tradentur odio, atque furori; adeoque acriter illos puniam, vt præ tanta calamitatis horrore quotquot ſunt regnorum terræ commouenda ſint. Idque totum efficiam propterea quod ſceleſtiſſimè ad hæc certò decernenda impulit me Rex Manaſſes ex eo ſceleſtior, quia ſancti filius Regis Ezechiæ ab eo impiiſſimè degenerauit; & quia adeo malorum, ac ſcelerum peſſimorum auctor extitit in Ieruſalẽ, ſicque & vniuerſum Iudaicum populum in ſuam traxit peruerſitatem, vt vel poſt eius pœnitentiam, ac bonam mortem populus ipſe adhuc in eadem obſirmatus perſeueret ſcelerum illius imitatione.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Feruoris nomine quid intelligat Deus, dicens ſe daturum Iudæos in feruorem.*

ET dabo eos, &c.) Feruoris nomen tranſitiuè hic poſitum arbitrati ſunt aliqui, vt ſenſus ſit, efficiam, vt vniuerſa regna terræ ferueuti eos proſequantur odio: ſeu, Tradam eos feruenti furori Regum omnium. Quomodo tranſitiuè pariter alij accipiunt vocem Hebraicam quam communiter hîc vertunt (*Commotionem:*) vt ſignificetur, Adeo acriter Deo puniturum Iudæos, vt regna vniuerſa commouenda ſint præ tantæ calamitatis horrore. Cæterùm intranſitiuè potiùs ambæ ſumendæ ſunt voces. Ac peroptimè noſter Interpres Hebraicam reddidit vocem זועה *zeuangah*, ſeu זעוה *zengauah*, quæ cùm ſit à verbo זוע *zuang*, ſeu זעוה *zangah* commoueri, contremiſcere, concuti; propriè eam ſignificat commo-

allicientes,) *virtutesque sæculi venturi*, (resurrectionem, & æternum iudicium, in quo rationem reddituri sumus,) *Et prolapsi sunt* (per recidiuationem) *rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui*, (ludibrio illum) *habentes.* Cæterùm quamuis id ita sit difficile, & ferè impossibile, inuitat nihilominus & istos reuertentes Dominus, asseritque se eorum assumpturum aliquos, qui verè conuertantur, additque insuper, daturum se illis & gloriam in cælesti patria, dicens illis, *Et introducam vos in Sion.* Quod & in præcitato loco significauit Apostolus, hæc adiiciens. [a] *Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.*

a Hebr. 6. 9.

Hugo Card.

Dignum est quod hic adnotemus morale ab Hugone Cardin. ex his erutum verbis, *Et assumam eum vos*, dici inquit, *vnum de ciuitate, sc. mundi, & duos de cognatione religiosorum, vnde vocantur fratres. Innuit ergo hîc quòd de sæcularibus, & de religiosis saluabuntur aliqui. Et tamen cum pauciores sint claustrales, quàm sæculares, dicit duos saluari de religione, & vnum de sæculo, ad innuendum quod securior, & melior est religio, quàm sæculum, & plures damnabuntur de sæculo, quàm de religione. Si quis ergo dicat, quòd non intrabit religionem quia non omnes de religione saluabuntur: ergo nec debet manere in sæculo, quia multo plures damnabuntur de sæculo, quàm de religione.*

10 *Pastores, & Prælati boni vnde dignoscendi.*

Vers. 15. *Et dabo vobis pastores*, &c. Si nosse vis, quinam dicendi sint Pastores, Principes, atque Prælati iuxta cor Dei, animaduerte, an ij à Deo dati tibi sint: vicissimque intelligere volens, an à Deo datos pastores aliquos acceperis, intuere, an ij sint iuxta cor Dei. Illi sunt iuxta cor Dei, qui in Dei ouile intrant per ostium, adeoque & eas cōditiones habent omnes, quas, vt iuxta cor Dei, enumerauit Iesus in cap. 10. Euangelij Ioannis, qui proprias oues vocat nominatim, & educit eas: qui ante eas vadit, ita vt oues eum sequantur: qui vt bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, &c. Has vere minimè habent conditiones, nec iuxta cor Dei sunt, cordi, ac voluntati Dei inhærentes, quos Deus non dederit, alieni dicendi potiùs quàm pastores alieni, & à subditis quibus ea competant Euangelij, [c] *Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum*; furesque dicendi, & latrones, venientes vt furentur, & mactent, & perdant, quibus nimirum id pariter competit, [d] *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde ille fur est & latro.* Tantumdem est autem intrare per ostium pastorem, ac Prælatum quempiam, ac dari eum à Deo, prout ex iis colligere est Domini dictis, [e] *Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* [f] *Ipsi regnauerunt, & non ex me*, de quibusdam prauis pastoribus ait idemmet Dominus apud quemdam Prophetam, quos scilicet ipse non dedi, quiue ex me ostio minimè introierunt in ouile ouium: *principes extiterunt, & non cognoui*, id est, non probaui, vt pote nequaquam existentes iuxta cor meum, neque cordi, & voluntati meæ, mihique inhærentes: *argentum suum, & aurū suum, fecerunt sibi idola, vt interirent*: Sicut per Simoniam, pretioque auri, argentique sui ostium sibi fecère, vt in dignitates introirent, & Prælaturas: ita & idem argentum, idemque aurum idola sibi fecère, quibus inhærerent ad suum, subitorumque interitum.

b Ioan. 10. 1. *Prælati iuxta cor Dei ij sunt, quos Deus dederit, vt bonos pastores.*

Prælatorum quinā dicendi intrare per ostium, quiue non.

c Ioan. 10. 5.

d Ioan. 10. 1. *Per Simoniā adeūtes Prælaturas non per ostiū, sed aliunde ascēdunt, vt perdant, & mactent.*

e Ioan. 10. 9.

f Hose. 8. 4.

11 *Prælatorū bonorū munera sunt ingredi,*

Cum è contra qui per ostium, & à Deo dati in ouile introierint, iuxta Dei existentes cor, quod totius & vitæ principium est, & salutis, saluandi dicantur, idque, quia ingredientur, & egredientur, & pascua inuenient, vt in præcitatis significatum est Domini verbis. Quid est autem ingredi, & egredi, & pascua inuenire, nisi hoc quod aliis verbis idemmet Dominus hoc loco ait, (*Et pascent vos scientiâ, & doctrinâ*,) seu vt alij legunt, (*& intellectu.*) Lege librum Paralipomenon, & inuenies, Salomonem vt primum in regnum euectus fuit, id vnum à Deo poposcisse. [g] *Da mihi sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo*, significans, tunc demum quemque pastoris impleturū munus, quod duobus iis significatur verbis, ingredi, & egredi coram populo, quomodo & de bono pastore Christo impletum legimus in Actibus Apostolorum iisdem verbis, [h] *Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus*: Cum iuxta cor Dei, cui inhæret, pascua inuenerit sapientiæ, & intelligentiæ: pascua inquam inuenerit, quæ non tam sibi, quàm ouibus deseruiant pro ouibus pastum inuentum intelligimus, quod vulgo dicitur, pastor bona inuenit pascua. Quod & per eumdem Salomonem significatum Domino fuit, in præallata sua petitione, relata in lib. 3. Regum vbi ait, [i] *Et nunc Domine Deus, tu regnare fecisti seruum tuum pro David patre meo*: idipsum quod hîc dicitur, *Et dabo vobis pastores. Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum, Et seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti*, &c. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Ac si dicat, Tu me populo huic infinito pastorem dedisti, exhibe & pascua, vt sapienter à me pascantur scietiâ, & doctrinâ, quod cùm assecutus esset dixit, [k] *Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem*, id est, diuitias, istorumque pascuorum vbertatem, *non abscondo.* Et, [l] *Viam sapientiæ monstrabo tibi*, pascens nimirum te scientiâ, diuinorumque mysteriorum te erudiens sapientiâ, *Ducam te per semitas æquitatis*, pascens planè te & doctrinâ, quâ instituaris in moribus, & in iis, quæ agenda tibi fuerint: *Quas cùm ingressus fueris non arctabuntur gressus tui*, ab ignorantia præpediti, *Et currens*, doctrinâ hac, atque prudentiâ pastus, *non habebis offendiculum malitiæ*, & peruersi cuiuspiam. Atque per istiusmodi pastores, pascuisque istis pingues greges redduntur Christi diuinæ gratiæ, & deuotionis certè pinguedine, quam adeo exoptabat Dauid, cùm diceret, *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Qui scienter* ex lib. Prouerb. epist. 11, libri 3. epist. ait Ambrosius, *agnoscit animas gregis sui*: sapienter, sc. intelligens cuiusque earum capacitatem, ita vt aptam cuique exhibere nouerit scientiæ doctrinam *curam adhibet herbis campestribus, vt sint ei pascua plurima. Herbis enim suauioribus, & agni pinguiores fiunt, & succus lactis salubrior.*

& egredi coram subditis, eisque pascua inuenire.

Ingredi, & egredi coram populo est illum regere, & pascere.

g 1. Paral. 10. 1.

h Act. 1. 21. *Prælatus bonus qua inueniat pascua.*

i 3. Reg. 3. 7.

k Sap. 7. 13.

l Prou. 4. 11.

Psal. Ambrosius. Prou. 27. 23. Secund. Sept. *Prælatus iuxta cuiusque naturā subditis prouidet de pascuis verbi Dei.*

VVLGATÆ.

Vers. 14.] Conuertimini filij reuertētes, &c.
Vers. 15.] Et dabo vobis, &c:

SEPTVAGINTA.

14. Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς, καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς σιών.

15. Καὶ

15. Καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου, καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ᾽ ἐπιστήμης.

Verſ. 14.] Conuertimini filij, qui receſſiſtis, dicit Dominus: quia ego dominabor veſtri, & aſſumam vos, & vnum de ciuitate, & duos ex cognatione: & introducam vos in Sion.

Verſ. 15.] Et dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos paſcentes cum ſcientia.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Conuertimini filij qui vos obſirmatis, ne conuertamini, dicit Dominus, quia ego elegi vos, & applicabo vos, ac ſi relicti ſitis vnum de ciuitate, & duo de cognatione, & introducam vos in Sion.* Verſ. 15. *Et conſtituam vobis gubernatores facientes voluntatem meam, & gubernabunt vos in ſcientia, & in ſapientia.*

Euſeb. Cæſ.

Verſ. 14. (*Conuertimini filij*, &c.) Euſebius Cæſarienſis lib. 2. de Demonſtratione Euangelica, cap. 1. Demonſtratione 54. totum hunc locum ſic affert. (*Conuertimini filij qui defeciſtis, dicit Dominus, quòd ego dominabor in vobis, & accipiam vos vnum de Ciuitate, & duos de familia, & adducam vos in Sion. Et dabo vobis paſtores ſecundùm cor meum, & paſcent vos paſcentes cum ſententia.*) (credo legendum cum ſcientia.) (*Et erit cùm multiplicati fueritis*, &c.) *In his quoque* ait, *conuerſionem Iſrael in aduentu Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti futuram canit: in qua cum vnum de ciuitate, & duos de familia, & valde paucos, & numero exiguos elegerit, earum, quæ in ipſum crediderint gentium Paſtores: cumque in terra gentes in ſua ipſarum futura vocatione creuerint, non vltra, inquit, ab eis dicetur, Arca teſtamenti Domini, Non enim amplius ad Moſis corporales adorationes recurrent, vtpote cum eis nouum tradendum ſit teſtamentum.*

Ex Iudæis Chriſti tẽpore paucos cõuertendos, eoſque qui ad Gẽtes conuertendas, mitterentur Cæremonia legis ceſſatura.

Greg. Nazia. *peccatores dicti filij deſertores.*

Gregorius Nazianzenus in Apologetico pag. 131. pro (*filij reuertentes*) legit (*filij deſertores.*) *Propterea*, inquit, *ſolitarius ſedere, ac ſilere quaſiui, quoniam filij deſertores facti ſumus.*

2

Hieronym. *De reditu è captiuitate Babylonica.*

Hieronymus, *Iudæi hoc impletum putant poſt reuerſionem ex Babylone ſub Cyro Rege Perſarum & Zorobabel filio Salathiel, etiamſi non omnes reuerſi ſunt, ſignificari.* (*Conuertimini filij reuertentes*, ſiue *vagi, & recedentes dicit Dominus, quia ego vir veſter*, ſiue *dominabor veſtri. Aſſumam vnum de ciuitate, & duos de genere,*) *Sed melius in aduentu Chriſti, quando reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, dicente, & exponente Apoſtolo.* [a] *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma eſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Tunc introducti ſunt in Sion, de qua ſcriptum eſt,* [c] *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, & dati ſunt Paſtores iuxta cor eius Apoſtoli, & Apoſtolici viri, & pauerunt credentium multitudinem, non in Iudaicis cæremoniis, ſed in ſcientia Chriſti, atque doctrina, & in toto Orbe prædicatione Euangelij ſeminatâ. Nequaquam in arca Domini, quæ fuit cuſtos legis Moſaicæ habebunt fiduciam, ſed ipſi erunt templum Dei: nec iuxta errantes Nazaræos abditis ſacrificiis inſeruient, ſed ſpiritalem cultum ſectabuntur. Alij verò hoc in finem temporum intelligunt, quando ſubintrante plenitudine gentium omnis Iſrael ſaluus fiet.*

De Iudæorum cõuerſione tẽpore Chriſti.
a Rom. 9. 29.
b Iſai. 1. 9.
c Pſalm. 86. 31.

3

Theodorit. *Filios Deus vocat etiam peccatores ex ſua bonitate.*

Theodoritus. (*Conuertimini filij qui receſſiſtis.*) *Etiam recedentes nominat filios, propter ineffabilem ſuã bonitatem.* (*Quia ego ero Dominus veſter*,) *iterum curabo vos, & omni ſollicitudine dignos cenſebo.* (*Et aſſumam vnum de ciuitate, &c.*) *figuratè quidem facta ſunt hæc ſub Zorobabel. Redierunt enim regnante Cyro Rege Perſarum habentes Paſtores Zorobabel filium Salathiel, & Ieſum ſummum Sacerdotem filium Ioſedech, ambos pietate, & æquitate præſtantes. Re tamen vera vbi Deus, & Saluator noſter factus eſt homo, prophetia finem accepit. Elegit enim Dominus ex Iudæis vnum ex ciuitate, & duos ex cognatione, quos conſtituit Paſtores ſecundum cor ſuum, ſacros videlicet Apoſtolos. Idcirco dicit diuiniſſimo Petro, Simon* [d] *Iona diligis me? Paſce oues meas.*

In Apoſtolis Deus aſſumpſit ex Iudæis vnum de ciuitate, &c.
d Ioa. 21. 15.

D. Thom.

D. Thomas. (*Conuertimini*) pœnitendo (*reuertentes*) ad me, vel (*reuertentes*) à captiuitate, Hoſeæ [e] 2. *& erit in die illa, dicit Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit vltra Baalim,* (*& aſſumam vos.*) *Hic ponit reuocatorum reuerſionem, & primo duarum tribuum, promittens eis reſtitutionem patriæ, quia diſperſi erant, vel quia non omnes reuerſi Ezech.* 36. [f] *Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram: & reintegrationem iuſtitiæ in emendatione Prælatorum.*

e Hoſe. 2. 16.
f Ezech 36. 24.

4

Verſ. 15. (*Et dabo vobis, ſcientiâ,*) quantùm ad fidem (*doctrinâ*) quantùm ad mores Iſai. 1. [g] *Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitùs.*

g Iſai. 1. 26.

Cyprian. *Diſciplina Eccleſiaſtica ſeruanda.*

Cyprianus Epiſtolâ 62. quæ eſt ad Pomponium de Virginitate. (*Dabo vobis Paſtores ſecundùm cor meum, & paſcent vos, paſcentes cum diſciplina.*) Affert hunc locum Cyprianus ad probandum, ſeruandam Eccleſiaſticam diſciplinam. Ad idemque propoſitum eadem refert libro de Diſciplina, & habitu Virginum circa principium. Et libro 3. Teſtimoniorum ad Quirinum numero 66.

Auguſtinus. *Apoſtoli & Prælati ſancti ſunt Paſtores ſecundùm cor Dei, & ſecundùm cor bonorum virorum.*

Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium, cap. 8. tom. 7. eamdem lectionem Cypriani ſequens intelligit eam de Sanctis Apoſtolis, ſanctiſque Eccleſiæ Prælatis. In libro autem de Paſtoribus, c. 9. tom. 9. legit, (*Et conſtituam eis Paſtorem ſecundùm cor earum, & paſcent eas ſcientiâ, & diſciplinâ.*)

5

Theodorit. *Principes nobis dat Deus ſecundum cor noſtrum.*

Theodoritus lib. de Prouidentia. *Dabo inquit Principes ſecundùm cor ipſorum, vt experti peiora meliorum recordentur, & bona, & honeſta illorum inſtitutiones, & diſciplina eis veniant in mentem.*

Anaſtaſius. *Principes indignos dat nobis Deus prout meremur.*

Anaſtaſius Sinaita quæſtione 16. *Cùm Deus dicat in lege* (*Dabo vobis Principes ſecundùm corda veſtra.*) *Eſt euidens quod ex Principibus alij quidem à Deo præficiuntur, tamquam digni eo honore: alij autem rurſus cùm ſint indigni, Dei permiſſione, aut voluntate præficiuntur populo digno eorum indignitate.*

Bonauent. *Prælati boni paſcunt doctrinâ, & exemplo.*

Bonauentura ſerm. 1. in Dom. poſt octauam Paſchæ. *De bonis Prælatis dicitur,* (*Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ, doctrina.*) *Tunc Prælati præſunt ſecundùm diuinæ voluntatis beneplacitum, quando paſcunt gregem ſuum ſcientiâ, quantùm ad verbum, doctrinâ, quantùm ad exemplum, quia plus mouent operum exempla, quàm verborum.*

CATE

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΠΙΣΤΡΆΦΗΤΕ υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα μετὰ τὴν κατηγορίαν, πάλιν παραίνεσιν, καὶ συμβουλήν, εἰ τοίνυν ἀφεστηκότες εἰσί, τί καλεῖς; διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, ὥσπερ ἀνάγκην τῆς ἐπιστροφῆς φησιν. ὥσπερ ἂν εἴπης πρὸς οἰκέτην λέγει, ἐμοὶ δουλεῦσαι ἔχεις, τίνος ἕνεκεν ἀπεπήδησας, τὴν κατοίκησιν κυρίαν λέγει.

Εὐσεβίου Καισαρείας.] πρῶτον αὐτοῖς περὶ τῆς ἐπιδημίας προφητεύει Χριστοῦ, ἀπὸ τοῦ, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, εἶτα πρὸς τὰ ἔθνη μετέρχεται, διαστέλλεται δέ, ὅτι μὴ τὸ πλῆθος αὐτῶν * ἀθρόως ἐπιστρέψει, τῇ δὲ προφητείᾳ, εἷς που, ἢ δεύτερος ὑπακούεται, πρὸς τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἐπιστρέφοντες. [καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς.] B

* ἀθρόως.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔλαττον τὸ σωζόμενον, τοῦτο καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ γίνεται κρίσει, ἐλάχιστοι οἱ σωζόμενοι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ δύο σύγκειται ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, ὅταν οὖν σώζῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἰδίωμα, καὶ μὴ ὁλοτρόπως γέγονε σάρξ, ὁ εἷς δύο νοεῖται, ὅταν δὲ ὁλοσχερῶς ἀποκλίνας εἰς τὰ πονηρά, ὅλος γένηται σάρκινος, δικαίως εἷς λέγεται, φησὶ γοῦν ὅτι καὶ τοὺς ὁλοτρόπως ἁμαρτήσαντας, καὶ τοὺς μήπω τοῦτο πεπονθότας διὰ τῆς χάριτος εἰς σωτηρίαν καλῶ, ἢ οὕτως, εἷς ἐκ πόλεως ἐκλήθη, ὁ Παῦλος ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς, δύο δὲ ἐκ πατριᾶς, οἱ κατὰ συζυγίαν κληθέντες ἀπόστολοι. [ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.] C D

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι Κύριος ὢν πάντων, καὶ τοὺς ἤδη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντας δυνήσομαι ἀναγαγεῖν οὐδένα ὑπολιπόμενος.

[Καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] αὕτη ὄντως εὐεργεσία τό, ποιμένων τυγχάνειν ἀγαθῶν, ὥσπερ οὖν καὶ τοὐναντίον τιμωρία μεγίστη, πολλῆς γὰρ δεῖται ἐπιστήμης ὁ ποιμήν, εἰ γὰρ ὁ σωματικὸς ποιμὴν πάντα ἂν ἐπέχει, πολλῷ μᾶλλον ὁ πνευματικός, ὄντως ἀνδρείας χρείας πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ, ἵνα θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων. E

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς σιών, τὴν ἐκκλησίαν. [ποιμένας.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόνας.

Ἀπολιναρίου.] ποιμένας, τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἄρχοντας, ἐπιστῆσαι καταπαγγέλλεται πονηρῶν τῶν πρώτων γενομένων.

Vers. 14. CONVERTIMINI filij qui recessistis, dicit Dominus: quia ego dominabor vestri, &c.) 6

Chrysostomi.] *Vide post accusationem iterum adhortationem, & consilium. Si igitur recesserunt: quid vocas? Quoniam ego dominabor vestri ait, ferè necessitatem conuersionis, æquè ac si quis ad seruum diceret: mihi seruire debes, cur aufugisti? inhabitationem dominatum vocat.*

Chrysost. *Conuersione peccatoris quàtis modis procuret Deus.*

Eusebij Cæsariensis.] Primum ipsis de aduentu Christi vaticinatur ex eo, (*conuertimini filij qui recessistis,*) *deinde ad Gentes transit. Cum distinctione verò ait quod multitudo ipsorum non tota planè conuertetur. Sed Prophetia vnus aut alter obaudiet, ad Saluatorem Christum se conuertentes.*

Eusebius Cæs. *De Gentium cōuersione ad Christum.*

Chrysostomi.] *Et assumam vos & vnum de ciuitate, & duos de cognatione, &c.) Minor pars salua fit, hoc etiam erit in futuro iudicio, Paucissimi qui saluantur.* 7

Chrysost. *Quàm pauci saluandi.*

Olympiodori.] *Ex duobus homo constatur, ex anima scilicet, & corpore: quando igitur quod est animi proprium seruat, nec omni ex parte caro euadit, vnus pro duobus habetur, quando autem in reprobum sensum omnimode se dederit, totus carneus factus fuerit, iure vnus dicitur. Ait ergo, quòd & illos qui secundùm omnes partes præuaricati sunt, & eos qui nondùm tales sunt, ad salutem per gratiam voco. Vel sic. Vnus ex ciuitate vocatus est Paulus ex tribu Beniamin, duo autem de cognatione qui ad Apostolatum bini vocati sunt Apostoli. (Et ego dominabor vestri.)*

Olympiod. *Peccator est vnum duntaxat, totus nimirum caro.*

Paulus dictus vnus de ciuitate vocatus, et apostoli verò illius dicti duo ex cognatione.

* Chrysostomi.] *Hoc est cùm sim omnium Dominus, & iam ab hostibus captos relicto nullo reducere potero.* Vers. 15. (*Et dabo vobis Pastores iuxta cor meum.*) 8

Chrysost. *Dei dominiū in omnia.*

Chrysostomi.] *Hoc verè beneficium est, bonos sortiri Pastores, sicut & oppositum pœna est maxima: multa enim scientia debet esse præditus Pastor, nam si corporalis Pastor omnia perfert, multò magis spiritualis, cùm sanè huic maior sit fortitudinis necessitas quàm illi vt ponat animam suam pro ouibus. (In Sion, &c.)*

Chrysost. *Prælatus bonus ingēs Dei beneficiū populo: sicut eidem maxima est Dei pœna Prælatus malus.*

Olympiodori.] *Ecclesiam (Pastores.)*

Eiusdem.] Ecclesiarum præfectos.

Apollinarij.] (*Pastores*) *Ecclesiæ Principes constituturum se promittit, cùm primi praui extiterint.*

Olympiod. *Prælato Ecclesiast. quàm necessaria sint scientia, fortitudo, ac virtus.*

Vers. 16.] Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet vltra.

Vers. 17.]

Vers. 17.] In tempore illo vocabunt Ierusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.

Vers. 18.] In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, ait Dominus, non dicetur vltra Arca testamẽti Domini: neque ascẽdet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra.

CVMQVE istorum Pastorum prædicatione pasti in toto terrarum Orbe in magnum creueritis numerum, cessabunt quę vsque ad id temporis, vsque ad Euangelij diuulgationem tradita à me fuerant legalia ad ritus, cæremoniasque, & iudicialia spectantia: ita vt nec eius, quæ sanctiori ritu colebatur, Arcæ testamenti vlla amplius habenda sit ratio: Neque enim quis vltra eam iactabit, deque illa gloriabitur, vt quid habente diuini. Quinimo nec cogitabit quis de ipsa, nec in memoriam reducet, vt in necessitatibus suis quidpiam ab ea expectet opis, aut responsi: nec à quoquam iuxta legis præceptum illa visitabitur, nec aliquid ei fiet amplius, & exhibebitur cultus, aut ante eam sacrificabitur, neque ea renouabitur, aut fiet vltra.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Y Arca fœderis non fuit in secundo tẽplo, & post reditũ è Babylonia. b 2. Machab. 2. 7.

CVMQVE *multiplicati fueritis*, &c.) Communiter ferè expositores ex hoc loco deducunt, non futuram in secundo templo Arcam fœderis, contra quod cùm duo sint argumenta, alterum ex verbis eiusdem Ieremiæ, quæ habentur [b] 2. Machab. 2. 7. *Ignotus erit locus* (in quo scil. absconsa seruatur Arca) *donec congreget congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc.* Tabernaculum, scil. Altare, & Arcam, de quibus ibi erat sermo. Alterum ex rei ipsius inconuenientia, quæ esse videtur, quòd cùm Deus magna hîc polliceatur populo, neget tamen illi futuram Arcam, quam præ vniuersis æstimabant, & venerabantur Iudæi. Ad primum ex Dionysio respondet Petrus à Figueira super cap. 3. Ieremiæ, eorum verborum lib. Machab. sensum esse, ista erunt occulta vsque ad aduentum Christi, & ipse ostendet ea, hoc est in se ipso declarabit, quid ista in veteri lege significarent; omnia enim mysteria veteris legis in Christo completa, & declarata sunt. Ad secundum respondent ex Hebræis primo Rabbi Salomon, Non futurum id in defectum Iudæis, quòd in secundo templo non habituri sint Arcam; quódque hîc ait Dominus de illa, (*Non fiet vltra*, &c.) Æquè esse ac si diceretur, *Arca non erit, quoniam omnis congregatio vestra erit sancta, & habitabo in ea, quasi ipsa esset Arca.*

Christus quomodo ostenderit suo tẽpore tabernaculũ, Altare, & Arcam.

Arcam non futurã in secundo tẽplo, propter Iudaici populi sanctitatem, aiũt Hebræi.

Sanctius. *Arcã non futurã post reditum è Babylonia in defectum, sed perfectionem, & præstãtius quid in Iudaico designasse populo.*

Quam solutionem aliter his explicat Sanctius, duas addens alias. Vt sic promittatur à Deo se futurum populo restituto (è Babylonia) familiarem, & propitium, vt non sit deinceps futurum necessarium, ad Arcam confugere oraculi petendi gratiâ, quia tota Ierusalem erit Deo pro scabello, & solio, quem vsum priùs Domino præbebat Arca, vt statim dicetur. Aut certè tempora sic futura fœlicia, vt auxilij gratiâ necesse non sit, ad illam confugere, quod in rebus angustis fieri solitum. Aut sic Deum compensaturũ vsus,

A quos ex Arcæ præsentia capiebant Iudæi, vt neque Arcæ desiderio dolerent, neque illius recordarentur vnquam.

Cæterùm reiectâ in expositione verborũ præcedentium in vers. 14. sententiâ illorum, qui in his de Iudæorum reditu è Babylonia in Ierusalem agi contendunt, atque adeo dimissâ etiam præexpositâ quæstione, quæ propterea hic discutitur ab aliquibus, An post dictum è Babylonia reditum; aliisque verbis, An in secundo templo fuerit Arca fœderis, quam exactè pertractatam videre vnicuique licet in Comment. Francisci 2

B Riberæ super cap. 1. Aggæi à num. 14. vsque ad 16. Quod hîc dicitur, (*Non dicent vltra, Arca testamenti*, &c.) haudquaquam ob id dictum existimandum, quòd tunc haud futura in secundo templo esset Arca sensibilis, & materialis, prout certum apud me est: Sed cultus Arcæ illius, legaliumque omnium cessatio cæremoniarum, quę post Euangelij diuulgationem futura erat, breuiter significatur; solius verò Arcæ defectu, quæ apud Iudæos præ omnibus diuini quid habuisse visa est, ita vt & vbi ea esset, sacrificia Deo offerrent, & coram ea diuina sciscitarentur respon-

Legalia post Euãgelij prædicationẽ cessatura.

C sa, & eam in prælijs vt tutum Dei deferrent auxilium, legalium eo modo Propheta hoc loco prædicit desitionem, quomodo & Apostolus eadem sub vno complectens sacerdotio, ait [c] *Translato Sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.*

c Heb. 7. 12.

Cæterùm istam cultus Arcæ fœderis desitionem, quo magis in futura legalium cæremoniarum cessatione credituros in Christum confirmaret, exactiùs describens ait, primùm, (*Non dicent vltra, Arca testamenti Domini*) illam scilicet iactantes, sicut meritò de illa potissimùm

D antiquitùs sic gloriabantur, vt à sancto Rege [d] Dauid appellata sit virtus, ac pulchritudo populi, ibi: *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.* Quin & virtus, atque gloria Dei, ibi, [e] *Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Necnon & ipso Dei nomine insignita, ibi, [f] *Ascendit Deus in Iubilo, & Dominus in voce tubæ.* Non solùm autem ipsam non iactabunt inquit, Sed (*nec ascendet super cor:*) id est, Non cogitabunt de ea: (*Neque recordabuntur illius,*) in suis nimirum necessitatibus. Sept. (*Neque nominabitur. Nec vi-*

De Arcâ testamenti gloriabantur Iudæi magis quàm de vlla alia re.

d Psalm. 77. 64.

e Psal. 62. 2.

Arca testamenti appellata virtus, & pulchritudo populi, & virtus, atque gloria Dei: Necnõ & ipso Dei nomine insignita.

E *sitabitur,* (Hebr. (*Nec visitabunt,*) scil. illam, prout antiquitùs visitari pluribus vicibus mandatum erat in lege, (*Nec fiet vltra*) ipsa scilicet Arca, vel sumendo verbum fiet, iuxta significatum frequentissimum in sacris literis, & Hebraici [g] verbi עשה ngasah facere, pro sacrificare, & sacrificium facere. Non fiet vltra coram illa sacrificiũ, Non sacrificabitur ante eam; iam enim dictum est, ibi sacrificari à Iudæis antiquitùs solitum vbi Arca erat.

f Psal. 46. 5.

g Exod. 10. 25. Leuit. 15. 15. Num. 6. 11.

Facere pro sacrificare.

Vers. 17. PARAPHRASIS LITERÆ.

F

ILLO [h] quippe in tempore non sedebit ampliùs vt in solio suo Dominus, sicut antiquitùs in ipsa Arca testamenti, vel super Cherubim propitiatorij illius, aut in templo Ierosolymitano: Sed solium Domini ex tunc eamdem vocabunt Ierusalem, ipsamque Ecclesiam designatam per Ierusalem terrenam, in qua Dominus tunc residebit super solium Dauid, & super regnum eius in Christo filio Dauid. [i] Ad eamque vt ad veram Ierusalem & visionẽ pacis vniuersa, instar aquarum, vt in proprium alueum congregabuntur, & vndequaque

h *In tempore illo vocabunt Ierusalẽ soliũ Domini.*

i *Et congregabuntur ad eã omnes gẽtes, seu, Current lineatim ad eam in nomine Domini in Ierusalem.*

quaque confluent gentes, baptizatæ in Dei nomine, current que ad illam recto tramite, Christi regulam sectantes; & quasi recta linea ad brauium festinantes, & instar aciei ordinatæ progredientis; processionaliter (vt ita dicam) celeri ad eam properabunt cursu. Nomen Domini inuocantes, nomenque Domini sortiti, cùm Christiani vocabuntur, & filij Dei viui. Current autem & congregabuntur in virtute eiusdem, ipsos & viuificante, & impellente, vt spiritus aquas, cum in vnum congregata sunt locum. [a] *Nec enim ampliùs distortis incedent itineribus, ambulantes post prauas cordis sui semitas: Neque post idola vadent, quæ corde suo prauo adinuenerint, & alienos non sequentur Deos, ad quos suis inhiabant desideriis: Nec facientes quicquid sibi libuerit, post ipsius cordis sui libidinem duriciemque, & seductionem aberrabunt.*

a *Et non ambulabunt post prauitatem, (seu, cogitationẽ, seu, desiderium, seu, duritiem, aut obstinationẽ, seu libidinem, seu seductionem, seu aberrationẽ) cordis sui pessimi.*

Vers. 17. Expositio Literæ.

2 *Arca fœderis solium Dei, & scabellum pedum illius.*

IN *tempore illo vocabunt*, &c. Prosequitur idem vaticinium conuersionis Gentium: Et quia dixerat cessaturum Arcæ fœderis, omnemque & legalem cultum ad Euangelij prædicationem, ne quis hac de re ambigeret, cùm & in templo vt in solio suo perpetuò Deum consessurum legerit in iis apud Ezechielem verbis, [b] *Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternũ*, & Arcam ipsam Dei item solium, atque scabellum pedum illius ex Propheta didicerit Dauid, [c] *Qui sedes super Cherubim*, id est in medio duorum Cherubim existentium in Arcæ propitiatorio, [d] *Et adorate scabellum pedum eius*, id est, illius Arcam *quoniam sanctum est*, posthac, ait Ieremias, haud ampliùs super Cherubim, & in templo vt in solio Deus sedebit, sed in Ierusalem, non in illa quidem terrena, sed in ea, quam Apostolus spiritualem nuncupat Ierusalem, & Ecclesiam primitiuorum, sedebit, vt super solium Dauid, & super Regnum eius: adeoque tunc temporis, cùm de Sion iuxta aliud Isaiæ [e] vaticinium exierit Euangelij lex, & verbum Domini de Ierusalem, absque vlla ambiguitate eamdem Ierusalem, & Ecclesiam Apostolicam vocabunt solium Domini.

b Ezech. 43. 7.
c Psal. 91. 2.
d Psal. 98. 5. *Ecclesia solium Domini.*
* Hebr. 12. 22.
e Isai. 2. 3.

3

(*Et congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem.*) En quomodo apertè semet explicet Propheta loqui, vt dicebam, sub typo Israel de conuersione gentium facienda ad Euangelij promulgationem ex Ierusalem deriuatam. Habent autem verba ista singula specialem vim. Primò enim quia in [f] omnem terram exibit Euangelium prædicantium Apostolorum sonus, & in fines Orbis terræ verba eorum, (*gentes*,) inquit, (*omnes*) (*congregabuntur*) autem, ait (*ad eã*) instar nimirum aquarum hinc & inde dispersarũ, quæ in vnum locum à spiritu qui super illas ferebatur congregatæ in locum vnũ dicũtur in libris Gen. [g] ad quem aquarũ fluxũ alludit clariùs Isaias dicens, [h] *Et fluent ad eum omnes Gentes*, adeoque & Ecclesia pariter in Canticis appellata est, [i] *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* In Hebræo est ונקוו *venikkeuu*, quod verbum, vt in Thesauro notatur, in coniugatione *Niphngal* propriè aquas congregari significat, & transfertur ad congregationem & hominum confluentium. Quia tamen id verbum deductum videtur à nomine קו *kau*, quod lineam & regulam significat, Hieronymus Oleaster in suis Cõment. ad literam capitis septimi Exodi pag. 98. col. 1, asserit, hunc locum verti posse, (*Et current lineatim ad eam omnes gentes,*) Idemque affirmat & Franciscus Forerius in suis Comment. super vers. 13. capitis 28. Isaiæ.

f Psal. 18. 5.
In Ecclesiam quàm ingens congregandus populi numerus.
g Gen. 1. 9.
h Isai. 2. 2.
i Cant. 4. 15.
Oleaster.
Franc. Forer.

4

Quod tribus modis commodè explicabis; primùm, vniuersas gentes ad Ecclesiam veluti ad brauium cursuras lineatim, vt rectà currunt qui currunt ad brauium, Nec cursum arripiunt, nisi post tubæ sonum, postque funis lineam demissam. Vel secundò, lineatim ad Ecclesiam current, quod Ecclesiastica, & vulgari voce diceremus processionaliter, Deum nimirum laudantes, iuxta illud Psalmi, [k] *Populus eius & oues pascuæ eius introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi*, quod in anno præsertim Iubilæi Romæ, vbi Apostolica Ecclesia, & solium Domini potissimum est, à confluentibus vndequaque gentibus fieri obseruamus. Vel tertiò, Current ad Ecclesiam lineatim, id est iuxta lineam, & rectam Euangelij, fideique regulam, de qua Paulus ad Galatas ait, *In* [l] *Christo Iesu neque Circũcisio aliquid valet, neque Præputium, sed noua creatura: Et* [m] *quicumque hanc regulam secuti sunt, pax super illos, & misericordia & super Israel Dei*, id est super veros Israelitas, verosque Christianos: neque enim omnes, qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, idẽ ait Apostolus.

In Ecclesiam Apostolicam omnes gentes currere lineatim quid sit.
Iubilai anno processionaliter ex omnib. Gentibus populi multitudinem ad Ecclesiam Apostolicam cursuram.
k Psal. 99. 4.
In Ecclesiam Apostolicam veniunt gentes vt ad fidei regulam.
l Galat. 6. 15.
m Rom. 9. 6.

5

(*In nomine Domini in Ierusalẽ.*) Ioan. Maldonatus quod vltimò dicitur, (*In Ierusalem*) sumit, vt appositum Domini, in Ierusalem subaudi inquiens habitantis; at, sicut patet ex Hebræo quod habet, (*Ad Ierusalem*) referendum id potiùs est ad pronomen supra positum, (*Et current ad eam,*) ac si dicatur, Current, & congregabuntur ad Ecclesiã, quæ est Ierusalem, & visio pacis. Cæterùm quòd (*congregabũtur*,) seu (*current*) dicitur (*in nomine Domini*,) multiplicem habet sensum: vel congregabuntur instar aquarum in nomine Domini, in quo aquis abluti, & baptizati erũt: Vel in nomine & virtute Domini, quâ veluti eiusdẽ Domini spiritu fotæ, atque impulsæ aquę congregabuntur, &c. Vel cõgregabuntur, seu current lineatim in Ecclesiã nomen Domini inuocãtes, vel vnum Deum colẽtes: Vel deniq; Dei nomen sortiti, adeoq; & filij Dei, & Christiani nuncupati, iuxta illud ab Apostolo [n] ex Hosæa relatũ, [o] *Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.*

In Ecclesiam Apostolicã fideles congregari in nomine Domini quid sit.
n Rom. 9. 26.
o Hose. 1. 10.

6

(*Et non ambulabunt post prauitatẽ cordis sui pessimi*) Congregati cùm in Ecclesiam iuxta Euangelij rectam current regulam, non iam ampliùs distortis ambulabunt viis, prauam sequentes praui, pessimique cordis sui regulam, [p] *Prauum* enim, ait idem Ieremias, *est cor hominis.* Inest autem vis peculiaris istis verbis, vt ad gentes habitis, quæ ex Idololatria ad Ecclesiam congregandæ erant: nã tantumdem est, (*Non ambulabunt post prauitatẽ cordis sui*,) ac non ambulabunt post Deos alienos, quomodo ij dicebant, *Adamaui alienos, & post eos ambulabo.* Non colent ampliùs idola, vt colligitur ex c. 29. Deut. vbi cùm dictum esset, [q] *Vidistis abominationes, & sordes id est idola eorum*, &c. *Ne fortè sit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro, vt vadat & seruiat diis illarum gentium. Cumq; audierit verba iuramenti huius benedicat.* i. maledicat *sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei* propriusque in Hebr. eadẽ phrasi, quâ & Ieremias hîc vtitur, (*Et ambulabo*) בשררות לבי *bisriruth libbi* (*in, seu post desideria cordis mei.*) Desideria quippe cordis, eiusdemque adinuentiones appellata reperies idola in Psalm. 80. [r] *Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.*

p Ier. 17. 9. *Ambulare post prauitatẽ cordis sui pessimi est idola sequi, & colere.*
q Deut. 29. 17.
Idola appellata desideria cordis & adinuentiones.
r Ps. 80. 12.

7

Quamquam eadem phrasi generaliùs sumpta

effrænis

Ambulare poſt prauitatē cordis ſui peſſimi ſignificat effrænem viuendi rationem.

effrænis deſignetur viuendi ratio, quâ fiat omne, quod lubet, quodque deſiderat cor: quam viuendi rationem gentibus idololatris in maximam pœnam à Deo permiſſam aſſeruit Apoſtolus, dicens, [a] *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs quàm creatori.* Hebraica vox שררות *ſcieriroth*, quam noſter interpres vertit (*prauitatem*) aliique (*cogitationem*) & Rabbi Salomon, (*Viſionem*) ſeu (*Phantaſiam*) communis apud Hebræos pro duritie, & obſtinatione hîc ſumitur. Vnde Pagninus ita hæc vertit, (*Et ambulabunt poſt duritiem cordis ſui mali,*) Regia, (*Poſt obſtinationem,*) Vatablus, (*Neque ſequentur vltra libidinem cordis ſui malam,*) Sept. primo ſignificatu, (*Poſt cogitationes cordis ſui mali*) In præcitato autem Deuteronomij loco eamdem vocem vertêre ἀποπλάνησιν, id eſt ſeductionem, ſeu aberrationem cordis. Et bene, ambulãs enim iuxta deſideria, & cogitationes cordis mali neceſſe eſt, iugi erret aberratione, iuxta illud Pauli, [b] *Eramus aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus variis.* Vnde mali cordis deſideria iſta idem Paulus deſideria appellat erroris, dicens, [c] *Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſiderium erroris.*

a Rom. 1. 24.

Ambulãs poſt prauitatē, & cogitationem cordis ſui malam, ſi obſtinatus in malo, perpetuóque errat.

b Tit. 3. 3.

c Ephe. 4. 21.

Verſ. 18. Paraphrasis Literæ.

d In diebus illis ibit domus Iuda ad Domum Iſrael, & veniēt ſimul de terra Aquilonis ad terram, quā dedi patribus veſtris.

In [d] *illis quoque diebus tametſi domus Iuda, in Apoſtolis ab ipſa oriundis ad domum Iſrael, & ad prædicandum gentibus itura ſit, ſimulque cum conuerſis gentibus in Eccleſiam profectura: Eadem nihilominus in incredulis Iudæis ibit ad gētes, quæ ante ipſam ad Chriſtum conuertentur, ad ſui confuſionem, vt Euangelium ab illis accipiat; atque vnà cum eis de frigido incredulitatis, & iniquitatis Aquilone ad Apoſtolicam veniet Eccleſiam, ſortem Sanctorum, & regnum Sanctis Apoſtolis à Chriſto in hæreditatem relictum.*

Verſ. 18. Expositio Literæ.

8 *E Babylonica captiuitate rediiſſe in Ieruſalē plures etiam è decē tribubus.*

In *diebus illis ibit Domus Iuda, &c.*] Complures ſunt etiam Patrum, & eorum qui in præcedentibus literaliter de cōuerſione ad Chriſtum poſt Euangelij prædicationē, agi arbitrati ſunt, exiſtimantes his ſecundùm literam prædici à Propheta reditum à captiuitate Babylonica, domus Iuda cū multis ex domo Iſrael, vel illorum qui cùm in terra Iſrael remanſiſſent Aſſyriorum manus effugientes, ſimul cum duabus tribubus in Babyloniam captiui ducti fuerāt, vel etiam eorum, qui in Aſſyria, & Media captiui detinebantur: multos enim è Media in Babyloniam ſe tranſtuliſſe perceptâ Xerxis literâ, quâ Iudæis venia dabatur, vt in ſuam redirent terrā, teſtis eſt Ioſephus lib. 11. Antiquit. c. 5. Vt ſignificetur, tūc temporis non futuram ampliùs diſſenſionē inter Iudam, atque Iſrael, inter duas ac decem tribus; ſed domum Iuda inuitaturam domum Iſrael, vt particeps & illa eſſet cōceſſæ ſibi libertatis, ſicque ſublatis inimicitiis ambas ſimul de terra Aquilonis, de Babylonia ſc. & Aſſyria in terram reuerſuras promiſſionis, quæ earum patribus in hæreditatem data à Deo fuerat. Confirmātque hanc aſſertionem ex altero ſimili eiuſdem Ieremiæ loco, quo in c. 50. dicitur, [e] *In diebus illis, & in tēpore illo, ait Dominus, venient filij Iſrael ipſi, & filij Iuda ſimul ambulantes, & flentes,* (præ gaudio) *properabunt, & Dominum Deum ſuum quærent. In Sion interrogabūt viam, huc facies eorum,* (ſc. intētæ, & directæ erunt) *venient, & apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, quod nullâ obliuione delebitur.*

Ioſephus.

e Iere. 50. 4.

9 Sed certè ex eo loco, & præcipuè ex poſtremis verbis iſtis, *Et apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, &c.* in mea quam & in præcedētibus hucvſque tutatus ſum, confirmor opinione, vt totum hoc vaticiniū literaliter ſit de conuerſione Gentium ſub typo Iſrael, deque eorū reditu ad Deum Euangelij tempore, & de conuerſione à captiuitate Aquilonis, id eſt Diaboli, idololatriæ, atque peccati ad Eccleſiam Catholicam, per metaphoram terræ promiſſionis deſignatā, in qua profectò conuerſione, & ij, qui ex Gentibus, & ij, qui ex Iudæis in Chriſtum crediderint, ſimul in vna Eccleſia apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, reprobato antiquo, quod cum Synagoga, vſque ad Chriſti aduentum inierat, fœdere. Iuxta hanc ſententiam, quam veriorem cēſeo, quod dicitur, (*In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis, &c.*) duobus modis intelligi poteſt: primò, vt ſignificetur, in illo Euangelij tempore domum Iuda in Sanctis Apoſtolis ex ipſa oriundis, iuxta Chriſti mandatum illud, [f] *Euntes in mūdum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, ituram ad gentes, iiſque conuerſis eoſdē Apoſtolos ſimul de frigido Aquilone infidelitatis, & iniquitatis venturos in Eccleſiam.

f Marc. 16. 15.

10 Secundò, & meliùs, magiſque ad æmulationem Iudæ ex conuerſione Iſrael, ac gentium excitandam, quod totius huius vaticinij ſcopum eſſe dixi, vt ſignificetur quò domus Iuda particeps fiat Euangelicæ libertatis, ex frigido Aquilone legis timoris, & infidelitatis, operæpretium fore, vt eat ad domum Iſrael, atque ad gētes iam ante ipſam conuerſas, vt ſimul cum illis in Catholicam veniat Eccleſiam. Eodem planè modo, quo idipſum factum apud Ezechielem ſuperiùs oſtēndi, cùm Dominus per æmulationem, *conuerſionis* Sodomæ, & Iſrael ad eamdem domum Iuda diceret, [g] *Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas,* (prædictas,) *Et conuertam reſtituēs conuerſione Sodomorum, & cōuerſione Samariæ, & conuertam reuerſionem tuam in medio earum*: ita ſc. vt te propter illas liberare videar, &c. fauet autem noſtro huic ſenſui verſio Sept. in qua in hunc modū hæc habentur, (*In diebus illis conuenient domus Iuda in domum Iſrael & venient ſimul à terra Aquilonis, & ab omnibus regionibus ad terram, quam hæreditare feci patres eorum,*) (ſeu vt legit verſio Latina Vaticana,) *Quam dedi hæreditatem patribus veſtris.* Pagninus pro, (*quam dedi patribus veſtris,*) ex Hebræo vertit, (*quam ſortiri fecit,*) ſic & Regia, (*ſortiri feci patres veſtros,*) Vatab. (*quam dedi hæreditatem patribus veſtris,*) Nouimus autem, Eccleſiā ab Apoſtolo ſortem ſanctorum nuncupatam, cùm diceret, [h] *Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum*, id eſt de terra Aquilonis, *& tranſtulit in regnum dilectionis filij ſui*, id eſt in Eccleſiam ipſam regnū chariſſimum filio ſuo, quod nimirum patribus noſtris Apoſtolis in hæreditatem reliquit.

Synagoga Iudæorū receptura Euangelium ab Eccleſia Gētiū.

g Ezech. 16. 52.

h Coloſſ. 1. 12.

Verſ. 16.] Cúmque multiplicati fueritis, &c.

Expositio secvnda ivxta sensvs morales.

11 Cvm ex communi Theologorum conſenſu conſtet, cæremonialia antiquæ legis poſt

Superstitiones quid sacri habentes in caracteribus, figuris, & breuibus ad collum appensis quàm vitandæ.

Euangelij diuulgationem esse mortifera, ita vt fieri nequeant absque peccato mortali, vt egregiè probat S.Thomas 1.2.q.103.art.4.adeoque & superstitiosa iure appellari iuxta eiusdem S.Thomæ doctrinam in 1.2.q.93.art.1. haud alienū ab hoc loco fore opinor, si id ex eo colligatur morale, quanta adhibenda sit cautela in euitādis iis præsertim superstitionibus, quæ sacri aliquid cum falsitate admixtum habeant, siue in verbis proferendis, siue in figuris, aliisue actionibus faciendis, siue in characteribus, & breuibus ad collum deferendis. Quamuis enim nil antiquitùs fuerit in Dei lege Arcâ testamenti Domini sacratius, dicitur tamen, à bonis fidelibus ita euitanda, quando falsitatem in significatu admixtam habet, vt ne dum non sit ab eis ampliùs facienda, nec visitanda, sed nec in ore habenda, nec in mente, aut in memoria.

VVLGATÆ.

*Vers.*16.] Cumque multiplicati fueritis, &c.

*Vers.*17.] In tempore illo, &c.

*Vers.*18.] In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Καὶ ἔσαι ἐὰν πληθυνθῆτε, καὶ αὐξηθῆτε ἐπὶ τῆς γῆς, λέγει Κύριος, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἐροῦσιν ἔτι, κιβωτὸς διαθήκης ἁγίου Ἰσραήλ, οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ καρδίαν, οὐκ ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἐπισκεφθήσεται, καὶ οὐ ποιηθήσεται ἔτι.

17. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καλέσουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ, θρόνον Κυρίου, καὶ συναχθήσονται πάντα τὰ ἔθνη εἰς αὐτὴν, καὶ οὐ πορεύσονται ἔτι ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς.

18. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνελεύσονται ὁ οἶκος Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βοῤῥᾶ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν.

*Vers.*16.] Et erit si multiplicati eritis, & creueritis super terram ait Dominus, in diebus illis nō dicent vltra, Arca testamenti, Sancti Israel: neque ascendet super cor: non nominabitur, neque visitabitur, neque fiet vltra.

*Vers.*17.] In diebus illis, & in tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini: & congregabuntur omnes gentes ad eam, & non ambulabunt vltra post cogitationes cordis sui pessimi.

*Vers.*18.] In diebus illis conuenient domus Iuda ad domum Israel: & venient simul de terra Aquilonis, & de omnibus regionibus ad terram, quam dedi in hæreditatem patribus vestris.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, dicit Dominus, nō dicent ampliùs, Arca fœderis Domini, nec ascendet in cor, nec vltra recordabuntur, nec commouebuntur, nec in ea ampliùs inibunt prælium.* Vers.17. *In tempore illo vocabunt Ierusalē locum domus maiestatis Domini, & discent colere in ea omnes populi nomen Domini in Ierusalem, & nō ambulabunt vltra post cogitationē cordis sui pessimi,* Vers.18. *In diebus illis coniungentur domus Iuda cum domo Is-* B *rael, & venient simul de terra Aquilonis in terram, quam possidere feci patres vestros.* 1

Vers.16. *Cùmque multiplicati fueritis,* &c.

Cyrillus Alexand.homil.4.Paschali. *Cùm veritatem adamarit Deus, nullo modo sibi adumbratis honoribus lætandum existimauit, sed eius quæ in spiritu est adorationis tempus iam iam afferre significauit, quo quidem, antiquis ritibus sublatis, meliores à se substituendos esse demonstrat. Et quidem apertissimè id Propheta vnius voce denunciat, (Et erit in diebus illis, ait Dominus, non dicent vltra, Arca testamenti Domini,* &c.) *Si quis autem tempus illud cognoscere aueat, quo nec cogitandum* C *ampliùs de Arca, nec illius nomen vsurpandum Propheta confirmat, videat is quæ nunc rerum geruntur, atque in Christianorum mysteria intendat oculos.* Cyril. Alex. *Legis vmbratica abroganda per Christum.*

D.Thom.(*Cùmque multiplicati,* (*Non dicent*) *quasi pro nihilo cōputabunt illud, in quo modo gloriamini: quia Arca abscon͂sa fuit, nec inuenta, sic dicit 2. Macchab.1.* D.Thom.

Vers.17.(*In tempore illo,*&c.) *Nequaquam Dominus sedit super Arcā testamenti, & Cherubim,* ait Hieronymus, *cui priùs ab illo populo dicebatur,* [a] *Qui sedes super Cherubim manifestare. Sed omnes perfectā mente credentes erunt thronus Dei. Vel certè meliùs, totum de Ecclesia intelligēdum: quando congregantur omnes gen-* D *tes in nomine Domini in Ierusalem, in qua est visio pacis: & nequaquam ambulant post prauitatem cordis sui pessimi, vt faciunt, quæ desiderant, nec suos sequuntur errores: sed dicunt cum Propheta:* [b] *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.* 2 Hieron. *Iusti omnes sunt thronus Dei.* a Psal. 98.1. *Ecclesia Apostolica est solium Dei. De Gentium conuersione.* b Psal. 62.9.

Theodoritus. *Istud non contigit post reditum è Babylone. Non enim tunc gentes reliquerunt impietatem: at post Deum hominem factum, pertulerunt Apostoli salutarem prædicationem in vniuersam terram: reliquerunt autem pristinum errorem, qui illi inseruierant: & adorantes Deum vniuersorum, concurrunt omnes in Ierusalem tamquam ad solium diuinum.* Theodorit. *Ieremiæ Vaticinium istud non fuisse impletū post reditum è Babylone, sed Christi tempore.*

E D.Thom.(*In tempore*)(*Ierusalem*) *totam, quod completum fuit in fama sanctitatis, in qua habebatur, sic dicitur 1. Macchab.3. Ezech.43.* [c] *locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum vbi habito in medio filiorū Israel in æternum.* (*Et congregabuntur*) *ex omnibus aliqui: Vndique veniebant orare in Ierusalem. Vel intelligitur de vocatione Gentium ad fidem Christi.* D.Thom. *Ierusalē antiquitùs dicebatur soliū Dei.* c Ezech. 43. 7.

Vers.18.(*In diebus illis ibit domus Iuda,*&c.) Hieron. *Hoc propriè in Christi completur aduentu, quando de duodecim simul tribubus Euangelio crediderunt, relinquentes terram Aquilonis durissimi frigoris, & à Diaboli imperio recedentes: tunc receperunt terram repro-* F *missionis, quam pollicitus fuerat patribus eorum, Abraham, Isaac, & Iacob.* 3 Hieronym.

Theodoritus. *Docet post regressum è Babylone decem tribus non iam iterum diuisas iri, sed simul conuenturas, terramque possessuras paternam.* Theodorit.

D.Thomas. *Ponit conuersionem decem tribuum,* (*In diebus illis*) *quia ex illis, qui redierunt, duabus tribubus adiuncti sunt, quod notatur in hoc quod dicitur,* (*Veniant simul,*) *Infra 50.* [d] *In diebus illis, & in tempore illo venient filij Israel ipsi, & filij Iuda simul,* &c. *Quidam tamen exponunt totum hoc de vltimis temporibus.* D.Thom. d Iere. 50.4.

CATE

vt mox vidimus, non tam propter alios, quàm propter ſemet aſſeruit exhibere. Dum enim ad Eccleſiam ſpóſam, ſororemque puram nimirum, & immaculatam ait, Vulneratum ſe ab ipſa, idque vulneris ſibi inflictum per vnum oculorum, ac per vnum crinem colli eius, id planè deſignat, quod plerúque in eadem contingit fidelium Eccleſia, vt per vnius contemplatiuorum, vniuſque religioſorum preces diuinum ſuum vulneretur cor. Quâ vulnerationis cordis ſui metaphorâ modum innuit, quo per eaſdem ſanctorum illorum orationes efficiatur, vt & eius anima ſit ad fidelem populum, atque etiam ad peccatores, pro quibus eæ ſint effuſæ. Prælium enim quoddam eſſe orationis ſtudium explicauimus ſatis ex verbo quo hîc apud Ieremiam id Deus expreſſit, dicens: (*Si ſteterit Moyſes*, &c.) Belligerantis autem id præcipuum eſt conamen, vt illum cum quo dimicat vulneret, in primiſque in corde, vt, vulnere illato, animam, vitamque eius cum ſanguine educat: ſanguinem quippe pro anima eſſe legimus ſcriptum in libro Deuteronomij, [a] quia vehiculum ſit vitalium ſpirituum, adeóque & vitæ ſedes. Stantes itaque ſancti, atque cum Deo in oratione præliantes eatenus vulnerare illius dicuntur cor, quatenus precibus ipſis ſuis quaſi peracutis iaculis ita diuinum penetrant cor, vt ſuper peccatores, pro quibus ij deprecãtur, quaſi è vulnerato corde & ſanguinem is ſuum emittat, quo eorum deleantur peccata: [b] *Sanguis* enim *Ieſu Chriſti*, vt ait Ioannes, *emundat nos ab omni peccato*; & vnâ cum ſanguine in eoſdem ſuam pariter emittat animam, ſuam vitam, ſeque ipſum cum omni tradat bono, prout eâ ſignificati ſupra diximus locutione, quâ hîc ait in contrarium, (*Non eſt anima mea ad populum iſtum:*) indicans ad eos pro quibus exaudiantur deprecantes ſancti, modo ſupra expoſito eſſe animam ipſam ſuam, eamdemque eſſe cum illis & vitam ſuam.

Sancti quomodo in orationis prælio impetrantes peccatoribus gratiã Deum in corde vulnerent.

a Deut. 12. 23.

b 1. Ioan. 1. 7.

29 Cæterùm quod aliquando ſanctis pro peccatore aliquo deprecantibus, illos minimè exaudiens, dicat, Etiam ſi ſancti, vt Moyſes, & Samuel ſtent, ſeu ſteterint coram me, Non eſt anima mea ad eum peccatorem, illud eſt in cauſa, quòd ſanctorum illorum precum iaculis diuinum ipſius non vulneratum eſt cor, è cuius vulnere vnâ cum gratiæ exhibitione ſanguis, animaque ipſius emiſſa ſit, vt cum eo ſit peccatore. Cuius non vulnerationis, & non exauditionis cauſa ea eſt, quæ in ea aſſignatur ſententia, quam tertio loco ſupra attulimus Iſaiæ dicentis. [c] *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat*, q. d. Non eſt quòd vel in Dei impotẽtiam, vel in eiuſdem ſurditatem referatis, quòd vos vel exoratus non ſaluet per peccatorum veſtrorum remiſſionem, quódque nec ſanctiſſimorum exaudiat preces, quos pro vobis apud ipſum adhibuiſtis interceſſores: Vobis iſtorum adſcribite culpam omnem, *Sed iniquitates*, inquit, *veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret*. Sanctorum eæ exaudiri à Deo nequeunt preces, quæ pro illis funduntur, quos ille miſerationum ſuarum oculis non reſpiciat, qui iſtiuſmodi intuitu humilia dumtaxat reſpicere conſueuit: Peccator qui nedum humili vllâ propriæ miſeriæ cognitione: ſed elato potiùs animo, cordéque in peccatis obfirmato precibus ſe ſe commendarit ſanctorum, elatâ ipſâ ſcelerum ſuorum

Peccator ſibi imputet ſi ei proficua non ſint orationes quas ſancti pro illo fundunt.

c Iſai. 59. 1.

A mole diuinam à ſe abſcondidit faciem, ita vt Dei ad illum miſericors penetrare non poſſit obtutus. Quid mirum ſi nec ſanctorum pro illo effuſæ exaudiantur orationes? Non ex orationum id prouenit earum inefficacia, at ex obice ipſo peccatoris. Adde, quòd ſi exauditio precum ſanctorum pro peccatoribus effuſarum idem eſt, ac fieri Dei animam ad peccatores, vitamque eiuſdem eſſe cum peccatoribus illis, pro quibus ſint deprecati ſtantes in ipſo orationis prælio, iaculiſque precum ſuarum diuinam cor vulnerantes, vt mox fuit explicatum: Si vulneratio iſta fieri non poſſit, muro nimirum ab B iiſdem peccatoribus interpoſito obſtinationis in iniquitatibus ſuis: Ipſi ſibimet imputent ſi ſanctorum eorum proficua non ſit interceſſio, illorum non exauditis à Deo precibus; [d] quorum alioquin vel internam facit voluntatem, tantùm abeſt vt prolatas non exaudiat deprecationes.

d Pſ. 144. 19.

30 (*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) Si iuxta communiotem ſenſum literaliter tantumdem hæc ſint, ac ſi dicatur, Denuncia illos eiiciendos à facie mea, & egrediantur, ſeu & quòd eiecti C egredientur, Admodum conſequenter ea quoad moralem intellectum præcedentibus ſubiiciuntur. Datur enim in mandatis & Prælatis, & concionatoribus, & vnicuique virorum ſpiritualium, vt quum peccatores quippiam manifeſtè in ſuis obdurati vitiis, abſque vllo vel deſiderij emendationis ſigno, vel ob hypocriſim, vel ob humanum aliquod intereſſe, vel ex vniuerſali aliqua conſuetudine eorum qui in Eccleſia ſunt, ſanctorum ſe ſe commendant precibus, apertè illis conteſtentur, quòd ſi quæ pro eis fundantur orationes à Deo non exaudientur: & D niſi ſuorum eos pœniteat ſcelerum, ab eodem Deo eiicientur, & iudicij extremi tempore, quando vt Ieſus in Euangelio ait, dicetur à Iudice, [e] *Seruum inutilem, atque impium eiicite in tenebras exteriores*: ſic nimirum à lucidiſſima Dei eiecti facie, vt extra egreſſi tenebras adeant perpetuas, qui veram reſpuerunt lucem: Et in hac quoque vita è fauorabili eiuſdem proiecti facie, vt ad peſſima quæque progrediantur. Cuius rei planè contrarium eucnturum ſignificaſſe viſus eſt Dominus apud Ioannem, iis qui Deo met inſpirante, ſpecialique gratiæ impulſu ad ora- E tionem & propriam, & aliorum quoque confugerint, vbi ait, [f] *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras*. Porrò prædictam improborum eiectionem aliàs quoque apud Oſeam per eumdem Dominum pronunciatum videre eſt, vbi & quæ illam præceſsêre, eamque cauſarunt, & quæ poſt eamdem conſecuta ſunt, exponuntur. [g] *Omnes nequitiæ eorum*, inquit, *in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos: principes eorum recedentes*. Eiicit namque Dominus de do- F mo ſua, quorum nec munera, nec ſacrificia, nec quæ pro illis funduntur in templo ſuo preces exaudit, vel grata habet, cuius eiectionis ipſimet ſibi ſunt cauſa; eiicit enim illos propter peruerſitatem ſtudiorum, & conſiliorum, ac operationum ipſorum. Atque ob id potiſſimùm, quòd in loco ſancto ſuo odio eos habere cogatur, cùm in illo corã ipſo cum omnibus ſuis apparuerint iniquitatibus, *Quia ibi*, ait, *exoſos habui eos*. Quid ibi? *In Galgal*, quo bene domus Dei deſignatur, & loca ſacra; cùm Galgal primus

Impiis prædicandũ, quòd ſanctorũ orationibus non iuuabuntur, ſi ad pœnitẽtiam ipſi non conuertãtur.

e Matth. 25. 30.

f Ioan. 6. 37.

Orationes ſanctorũ pro obduratis peccatoribus, ipſoſque peccatores quomodo Deus à ſua eiiciat facie.

g Oſe. 9. 15.

locus extiterit terræ promissionis facer, vt ait Hieronymus lib. de locis Hebraicis: & de quo Angelus dixit ad Iosue.[a] *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis,locus enim in quo stas, sanctus est.* In Galgal,ait,omnes nequitiæ eorum; quandoquidem sicut nigrum quid est magis conspicuum quando in candida sit tabula; ita iniquorum hominum nequitiæ spectantur magis, cùm & in sacro compareant loco. Vtinam in plerisque prædictorum iniquorum post iam expositam eiectionem, & ea non contingerent, quæ post præallata à Deo subiiciuntur. *Non addam, vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes:* Idipsum sanè atque hoc quod vno verbo hîc apud Ieremiam significat, (*Et egrediantur,*) Eiectos enim à facie Dei,adiici insuper vt egrediantur, quod est actus liberi arbitrij, est dari penitus in reprobum sensum:quod certè diuinæ est reprobationis finalis, quam id signat, *Non addam vt diligam eos.* Et quia qui tales sunt præcipuum inter impios obtinent locum, ideóque bene eorum prædictorum principes nuncupari,de iis dicitur, *Omnes principes eorum recedentes*, dum terga Deo vertentes egrediuntur, primum nimirum istiusmodi impiorum imitantes principem Cain,de quo scriptum est,[b] *Egressusque est Cain à facie Domini, & habitauit profugus in terra:* vagi per vniuersa mundi,carnisque studia,& ab omni concupiscentiæ vento in terrena circumducti.

Hieronym. a Iosue.5.16

Simile.

b Gen. 4.16

31 Si hæc ipsa verba,(*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) in altero sumamus sensu nobis in litera probabiliori, secundùm quam in iis mandatur Prophetæ,vt ipse eos eiiciat à facie Domini, Aptus est locus iste moraliter pro eo explicando quod Ecclesiastico Prælato faciendum sit erga publicos peccatores,& concubinarios, vel etiam excommunicatos, contumaci impœnitentiâ vota sua ad inanem iactantiam, vel ex hypocrisi à sanctis Sacerdotibus publicè, ipsisque præsentibus in Ecclesia afferri curantes. De his quippe & sibi dictum à Domino bonus quisque censeat Prælatus, (*Si steterit coram me Moyses, & Samuel,*) sanctissimi nempe Sacerdotes pro talibus taliumque vota, remque sacram offerentes, (*Non est anima mea ad eos,* impios: *Eiice illos à facie mea,* eiice de Ecclesia,quos excommunicatos, aut interdictos noueris;eiice per excommunicationem de fidelium communione,quos peruicaces in talibus aduerteris delictis, quæ Ecclesiasticâ digna sint censurâ: eiice ex altari meo,ne Sacramentorum fiant participes,quos in publico,notorioque peccato sciueris obfirmatos: Et da operam vt isti omnes egrediantur è conspectu meo. Idque ij sibi ipsis imputent.

Peccatores publici, & excommunicati aut interdicti quomodo eiiciendi ex altari, & ex templo.

32 Potest idem locus non minùs congruè & ad Religionum aptari Prælatos, qui cùm erga ineptos,& sæpe etiam improbos ac perniciosos nouitios,deprecantibus pro illis aliquibus de Capitulo patribus,pij sint, præque misericordia expellere eos non audeant, non animaduertunt, crudeliores quoad hoc in propriam se esse matrem, in totam inquam Religionem, quæ deturbanda per illos est,si intra eam ad professionem fuerint admissi. Audiant Prælati isti, quomodo Deus ipse, cuius naturâ bonitas, & quem Apostolus[c] diuitem appellat in misericordia. (*Si steterint*, ait, *coram me Moyses,& Samuel, Non est anima*, non est voluntas mea, non compassionis affectus *ad eos:*) Audiant quid in hoc talium nouitiorum faciendum ipsis imperet, (*Eiice illos à facie mea,*) a consortio fratrum coram me bonum religiosorum

A Religione eiiciendi Nouitij qui cognoscuntur dãno ac oneri fratribus futuri Necnon & incorrigibiles apostatæ.

c Ephe.2.4.

A ministerium implentium, & ante faciem meam intra claustra ambulantium. Non admittas cuiuscumque pro eis preces; nec si qui vel sanctitate,vel dignitate præstantiores piè steterint, vt hac de re multiplicibus contendant sermonibus & rationibus: Omnino obnitere vt eiecti, vel etiam tibimet vim inferendo egrediantur, septa, sc.monasterij.Melius est enim,vt vnus, duo paucique sint perituri & intra claustra essent,in mũdi egrediantur errores, quàm quòd vniuersa per eos fratrum turbetur congregatio. Audiatur in B istorum confirmationem quid B. Humbertus in cap.3.secundæ partis lib.quinti Institutionis spiritualis dicat. *Aliquando accidit quòd aliquis ad professionem leuiter recipitur ex indiscreta pietate recipientium, qui carnalibus hominibus adeo compatiuntur, vt cum eis carnales efficiantur. Ipsi sunt infirmis adeo misericordes,quòd sanis sunt crudeles, & infideles inter quos ponunt homines pestilentes, qui eos corrumpunt.* Quod autem de eiectione dicitur prauorum Nouitiorum,& de incorrigibilibus intellige pluries à Religione apostatantibus post professionem.

Humbertus.

C

VVLGATÆ.

*Vers.*1.] Et dixit Dominus ad me,&c.

SEPTVAGINTA.

1. Καὶ εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου πρὸς αὐτούς. ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.

D

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me:Si steterit Moyses, & Samuel ante faciem meam; non est anima mea ad eos. Emitte populum istum,& egrediantur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses, & Samuel ad deprecandum in conspectu meo, non est mihi beneplacitum in populo isto. Mitte eos de terra domus maiestatis meæ, vt transmigrent.* 1

E

Vers.1.(*Si steterit Moyses,& Samuel,*&c.)

Clemens Papa in lib. 4. Constitut. Apostolicarum capit. 5. citans hanc sententiam pro, (*Non est anima mea ad eos,*) legit (*Non exaudiam eos.*) Clem.PP.

Hieronymus.(*coram me*, siue *contra me*,) legit. Tum in Comment. *Hos enim* inquit, *legimus ira Domini pro populo restitisse, & iam impendentem auertisse sententiam, Et si ait, illi steterint vel in conspectu meo, vel contra me, quorum vni dixit Deus: dimitte me, & percutiam populum istum; tamen non exaudiam, quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Eiice, vel emitte illos à facie mea, & egrediantur. Non loco recedunt à Deo peccatores, sed voluntate: quamquam legamus, & Adam, & Cain eiectos esse à facie Dei.*

Hieronym. *Moyses & Samuel præcipui restiterũt iræ Dei.*

F

Peccatores non loco, sed voluntate recedunt à Deo.

Ioan.Chrysostomus Sermone,Ne desperemus, si in bene operando tardi fuimus. Tomo 5. *Orauit iteratò Samuel pro Israelitis, & effectus est* Ioan. Chrys.

voti

Sancti pro aliis orantes quando à Deo exaudiantur & nõ exaudiantur.

a Ezech. 14. 14.

voti compos:tum tamen,cùm illi essent Deo accepti, eóque de hostibus victoriam retulerunt: Idem tamen nequiuit eosdem perdẽdos tutari,ac saluos reddere. Quod vt intelligas,audi Deum per Prophetam loquentem, [a] (Si adstiterint Noe,Iob,& Daniel, non liberabunt filios suos,& filias,quoniam superabundauit malitia. Et rursum,(Si steterit Moyses,& Samuel)inquit,neque id assequentur. Aduerte autem quo pacto illud duobus Prophetis fuerit denunciatum, qui pro Iudæis ambo deprecati nihil sunt pro voto consecuti. Duos Prophetas Ieremiam intelligit, & Ezechielem, quibus duæ habitæ sunt præcitatæ sententiæ.

2 Theodorit. Quanti Deus fecerit Ieremiam cùm illum demulserit nõ exauditurus illius preces pro Iudaico populo.

b Exod. 32. 10.

c 1.Reg. 12. 18.

Theodoritus. Respondet iterum ad hæc Dominus, (Quia si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea in eis,) His demulcet Prophetam: Ne putes,inquit,quòd per tui contemptum supplicationem non susceperim, quia neque his acquieuissem supplicantibus, qui tanta ediderunt miracula. Horum meminit tamquam antiquorum: eo etiam quòd hi frequenter pro populo interpellantes ipsum, persuasissent, Etenim magnus ille [b] Moses in conflatione vituli, cùm Deus dixisset, Sine me, vt indignabundus deleam eos, frequentissimis precibus oblatis conciliauit Dominum his qui peccauerunt. Itidem & Samuel huic non dissimile,[c] dum pluuiam copiosam tempore messis adduxit.

Cyril. Alex.

Similia habet & Cyrillus Alexandrinus. Homil. Nonâ ex Paschalibus.

Greg. Pap. Ea oratio maximè Deo grata quæ pro inimicis.

d Matt. 5. 44.

e Marc. 11. 25.

Moyses & Samuel orãt pro aduersariis suis.

f 1.Reg. 12. 23.

Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 13. Conditoris auribus maximè illa oratio commendatur, quæ pro inimicis quoque intercedere nititur. Vnde & per semetipsum veritas dicit, [d] Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Et rursum: [e] Cùm stabitis ad orandum dimittite, si quid habetis aduersus alterum. Cum verò patrum priorum facta sacro eloquio describente reuoluimus, Moysem, & Samuelem exorasse pro aduersantibus inuenimus. Vnus quippe eorum sæuientis populi persecutionem fugit, & tamen pro vita sui persecutoris interuenit. Alter ex principatu populi deiectus, ipsis suis aduersariis dicit: [f] Absit à me hoc peccatum in Domino, quo minus cessem orare pro vobis: Quid est ergo in difficultate deprecandi Moysem, & Samuelem deducere nisi apertius indicare, quia eius ira neque illi, si adstarent obsisterent, qui idcirco pro amicis interuenire citius possent quia apud hunc intercedere & pro inimicis solerent?

Isid. Hispal. Iudæis propter eorũ impietatem non profuère lex, aut Propheta.

g Isai. 57. 12.

Isidorus Hispalensis lib. de Gentium vocatione c. 21. (Si steterit Moyses, & Samuel coram me, &c.) Per Moysem lex, per Samuelem, Prophetæ intelliguntur, quos quamuis Iudæi habebant, propter erroris tamen impietatem proiecti sunt. Opera enim illorum, & iustitia sine Christi fide nihil eis prodest, testante Domino per Isaiam. [g] Qui mei oblitus es: Ecce ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

3 Rabanus.

h Ezech. 14. 14.

Cur apud Ezechielem Deus dicat, si non exauditurũ orantes pro impiis tres potissimùm Noe, Danielem, & Iob.

Rabanus Maurus lib. 7. in Ierem. super hoc cap. 15. post allata quæ in hunc locum retulimus ex Hieronymo, & Greg. Papa, alterum huic similem perpendit locum apud Ezechielem cap. 14. quem & recentiores, & Hugo Cardin. ac etiam D. Thomas, vt mox videbimus, hîc adducunt. Quia verò quæ is prosequitur ferè ex Origenis homil. 4. in Ezechielem desumpta sunt, libenter & ipse ea referam. [h] Exechielis locus est, Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitiâ suâ liberabunt animas suas, ait, Dominus exercituum; moxque subiicitur: Tres viri si fuerint in

A ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt. Quæritur, ait Rabanus, cùm & Abraham, & Isaac, & Iacob, Moses quoque, & cæteri Patriarchæ, & Prophetæ iusti fuerint, cur horum tantummodo fiat mentio. Quod facilè soluitur. Noe imminens Orbis terrarum diluuium, quia omnis terra polluerat vias Domini, differre non potuit, sed filios qui forsitan eiusdem virtutis erant, & ob seminarium humani generis habuit reseruatos. Daniel quoque imminentem captiuitatem populi, nullis fletibus mitigauit. Sed Iob non ob peccata, sed ob probationem nec domum, nec filios liberauit. Alij autem dicunt, quia hi tantum

B tres viri & prospera, & aduersa, & rursum prospera conspexerunt, idcirco pariter nominatos, & hoc latenter significari, vt quomodo illi bona, & mala, & rursum læta viderunt; sic & populus Israel, qui priùs bonis fruitus fuerat, & postea captiuitatis sustinuit iugum, si egerit pœnitentiam, redire possit ad pristinam felicitatem.

Hanc rationem dicit Origenes citatâ homil. se accepisse à quodam Hebræo peritissimo. Quod si Noe, Daniel, & Iob pariter congregati, & in vno loco positi peccatricem terram, hoc est eos qui in terra habitant, non possunt iræ Dei subtrahere: quid dicendum

C de his qui putant merito parentum atque virtutibus posse filios peccatores de gehennæ ignibus liberari? Addit Origenes vbi supra, Prædictorum trium sanctorum commemoratione non tam illos quàm eorum imitatores designatos, quòd latiùs probat.

Origen. Filij improbi liberari nequeunt à damnatione ob Sanctorũ parentũ merita.

4 D. Thom. Quod sanctorum orationes pro aliis non exaudiat Deus, est ex defectu eorũ pro quibus orant.

i Ezech. 14. 14.

k Gen. 4. 14.

D. Thomas in Ierem. Primò ponitur repulsio orationum. (Si steterit Moyses, & Samuel) qui efficaces fuerunt in orando, eò quòd de populo solliciti, & pro inimicis exorauerunt. (Anima) affectus: ac si dicat, Non est ex defectu orantis quòd oratio non exauditur, sed ex defectu populi, pro quo oratur. Ezech. 14.[i] Et si fuerint tres viri isti in medio eius. Noe, Daniel, & Iob, &c. Po-

D nitur secundò repulsio gentis, pro qua orabatur. Et primò quantum ad terminum à quo. (eiice) ostende eiectos esse, (à facie) vt me non videant, & meâ præsentiâ non defendantur: Gen. 4.[k] Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar. &c.

Gratiam primam mereri alteri possunt Sancti non quidem de condigno, sed de congruo dummodo ab illo altero non ponatur obex.

Idem D. Thomas in prima 2. quæst. 114. ar. 6. arg. Sed contra: Locum istum (Si steterit Moyses) &c. affert ad probandum, quòd nullus homo possit mereri alteri primam gratiam, tametsi quis alioqui maximi sit in se meriti, in corpore tamen eiusdem art. ait, tametsi verum sit, neminem purum hominem de condigno primam gratiam al-

E teri mereri posse: Merito tamen congrui posse aliquem alteri illam mereri. Quia enim, inquit, homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, congruum est secundùm amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis voluntatem in saluatione alterius; licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius, cuius aliquis sanctus iustificationem desiderat, & in hoc casu loquitur Ieremiæ inducta auctoritas.

Sancti oràtes pro impiis, & non exauditi, supponuntur esse in statu vitæ præsentis.

Idem in 4. sent. dist. 45. quæst. 3. art. 3. ad 2. asserit, Dominum hîc loqui de Moyse, & Samuele secundùm statum quo fuerunt in hac vita. Ipsi enim leguntur pro populo orantes iram

F Dei restitisse; & tametsi in illo tempore fuissent, eosdem non potuisse orationibus Deum placare ad populum propter populi illius miseriam: Nuncque esse istius loci intellectum.

CATENA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

KAI εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ. A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτὸν λογίζεσθαι, ὅτι ἐκείνους μὲν εἰδωλολατρήσαντας, ἴσχυσεν ἐξελέσθαι ὁ Μωυσῆς, καὶ ὁ Σαμουήλ. κἀκεῖνοι μὲν ἐκ μιᾶς ἐντυχίας τὸ πᾶν, ἐγὼ δὲ τοσαυτάκις προσελθὼν, οὐδὲν ἐργάζομαι, ἀλλ' ἐξαποροῦμαι πολλάκις. ἵνα μὴ ταῦτα λέγῃ, ἄκουσον πῶς αὐτὸν παραμυθεῖται. ἐὰν στῇ, φησὶ, Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ, τούτους οὐδὲ ἐκεῖνοι δυνήσονται ἐξελέσθαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] Μωυσῆς ὁ λέγων, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες. ἐπεὶ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ταύτης, ἧς ἔγραψας. καὶ Σαμουὴλ ὁ καὶ τὴν τοῦ Σαοὺλ ἁμαρτίαν πενθῶν. B

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἔκαμψεν. οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἐπεσπάσατο, οὐδὲν βελτίους ἐποίησεν, ἀλλ' ἔμειναν ἀδιόρθωτοι.

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον καὶ ἐξελθέτωσαν.] C

Πολυχρονίου.] τόπῳ τις οὐκ ἐξίσιν, ἀλλ' ἁμαρτίαις ἀπὸ Θεοῦ. ἡνίκα καὶ τοῖς ἀνελεῖν βουλομένοις, ἕτοιμον πρόκειται θήραμα. μηκέτι προνοίᾳ Θεοῦ, μηδὲ ἀπὸ τῶν νοητῶν πολεμίων || φρουρουμένοις, οἷς ἐξέδωκεν ἑαυτὸν ἑκὼν, κατὰ τὸ, ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. διὸ καὶ Δαβὶδ αἰτεῖ. μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου, φιλανθρωπίας δὲ Θεοῦ, τὸ τὸν ἐξιόντα, πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἐξιέναι. καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ γὰρ ἐγκατάλειψις διὰ πρόνοιαν καὶ ἐπιστροφήν. καὶ οὐδ' ἂν ὑποσταίη τις ἐκπεσὼν προσώπου τοῦ Θεοῦ. τοιγαροῦν ὡς μὴ, πάντη κακὸν, καὶ ὁ προφήτης τοῦτο προστάττεται. ὡς ἂν καὶ ἐξιόντας, πρὸ προσώπου συνέχῃ Θεοῦ πυκναῖς διδασκαλίαις. διὸ καὶ γενομένοις ἐν Βαβυλῶνι τούτοις ἀπέστειλεν. D

|| ἴσ. φρουρούμενοι.

[ἐξαπόστειλον αὐτοὺς, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὁ Θεὸς ἐκβάλλει, ἀλλ' αἱ ἡμῶν ἁμαρτίαι διιστῶσιν, ἀναμέσον ἡμῶν καὶ αὐτοῦ. ||

Vers. 1. ET dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses, & Samuel, &c.) 5

Chrysostomi.] Quoniam Propheta secum cogitare videbat, eos quidem in Idolorum cultum prolapsos potuisse à Moyse, & Samuele pœnis liberare, & præterea illos quondam vnicâ congressione totam rem perfecisse, se verò toties adeuntem nihil profecisse, sed inopem consilij sæpe hæsisse; hæc ne diceret, audi quo illum modo soletur. Si steterit ait Moyses, & Samuel, hos nec illi valebunt eruere.

Chrysost. *Sancti cuiusque sui quantam rationem habeat Deus.*

Olympiodori.] Moyses qui dicebat [a] si remittes illis peccatum, remitte: sed & me dele è libro tuo hoc, in quo scripsisti. Et Samuel, [b] qui & Saul iniquitatem deplorabat.

Olympiod. *Moyses & Samuel cur hic recensiti.*
a Ex. 32. 31.
b 1. Reg. 15. 35.

(Emitte populum istum & egrediantur.)

Chrysostomi.] Nihil horum eos flexit, nihil horum attraxit; nihil meliores reddidit; sed inemendabiles permanserunt.

Chrysost. *Iudæorum obstinatio.*

(Eiice illos à facie mea, & egrediantur.) 6

Polychronij.] Loco non fit egressus à Deo, sed peccatis: cùm quis etiam præda ad occidendum propositus est cuicumque libuerit, non ampliùs per Dei prouidentiam ne ab hostibus quidem spiritalibus custoditus, quibus se ipsum spontè tradidit, iuxta illud, [c] Quicumque me inueniet occidet me. Quare & David postulat; [d] Ne abiicias me à facie tua, & ne deseras me Deus saluator meus. Illud verò Dei humanitatis est, vt qui egreditur, ante faciem eius egrediatur; Nam & derelinqui à Deo ex prouidentia fit ad conuersionem. Nec quisquam subsistere poterit proiectus à facie Dei. Igitur vt non omnino malum, & Prophetæ hoc præcipitur, vt & egressos ante faciem Dei contineat crebris Dei admonitionibus; quare & ad illos in Babylonem profectos scribebat.

Polychron. *Egressus à Deo fit peccatis non loco.* *Egressus à facie Dei est destitui eximiâ illius prouidentiâ.*
c Gen. 4. 14.
d Ps. 50. 13.
Egressus ante faciem Dei, humanitatis est, & ab illo derelinqui ad conuersionem.
Et egressi peccatores continendi. ante faciem Dei admonitionibus.

(Eiice illos, & egrediantur.)

|| Olympiodori.] Non est Deus qui reiicit, sed iniquitates nostræ diuidunt inter illum & nos. ||

Olypimod. *Peccator non tam à Deo eiicitur, quàm à semet.*

Vers. 2.] Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladiũ: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. E

Vers. 3.] Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORrò [a] si illi animaduertentes se à te destitutos, vt iam nõ ores pro ipsis, eiectosque propterea à fauorabili vultu meo, egrediendum sibi intelligentes interrogauerint te, quonam egressuri essent malorum: Hoc ipsis dabis responsi. Eorum quosdam egressuros, vt pestilentia obeant morte: alios vt in bello

a Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortẽ: & qui ad gladium, ad gladium: Et qui ad famẽ, ad famem: & qui ad captiuitatem ad captiuitatẽ.

bello hoſtili interficiantur gladio: complures vt fame conſumantur; & quotquot demum fuerint ſuperſtites, vt in talem abducantur captiuitatem, quæ & diuturnior, & peior ipsâ ſit morte, prout eorum vnicuique deſtinatum deſuper fuerit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Q*Vod ſi dixerint*, &c.) In quorum explicationem Hugo Cardinalis, priùs inquit, poni commune ſcilicet mortem, tum eam diuidi per ſpecies: Ac ſi dicatur. Quidam morientur in agro gladio, quidam in ciuitate fame, quidam autem ibunt in captiuitatem. Communiter tamen mortis vocabulo deſignata accipitur peſtis, prout ex ſimili ſententia colligitur, quã apud Ezechielem hæ item quatuor exponuntur calamitates, & dicitur, [a] *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos.* Idipſum autem & hîc aſſeritur, ſed ſpeciali hoc Hebraiſmo, (*Qui ad mortem, ad mortem*, &c.) id eſt, alij egredientur vt peſte obeant, alij vt bello hoſtium gladio interficiantur: alij vt fame conſumantur, & alij qui ſuperſtites fuerint, vt abducantur in captiuitatem. Quamquam Vatablus ad quodcumque iſtorum quatuor membrorum ſubintelligendum putet, (*deſtinati ſunt*,) Qui deſtinati ſunt ad peſtis mortem, ad hanc egrediantur, &c. Et quidem ad vniuerſum populum rectè hæc referes: Tametſi Nicolaus de Lyra ad ciues duntaxat Ieruſalem ea referens dicat, *Quia in obſidione Ieruſalem aliqui mortui ſunt infirmitate, & peſte, alij gladio, alij fame, reliqui in captiuitatem ducti.*

Hug. Card.

Mortis vocabulo deſignata peſtis.

a Ezech. 5. 12.

Hebraiſmus, Qui ad hoc, ad hoc.

Vatablus.

Lyra.

Verſ. 3. PARAPHRASIS LITERÆ.

A*Cerrimam* [b] *ſanè de eis ipſe ſumpturus ſum vltionem, debitâ enim habitâ ſingulorum peruerſitatis inquiſitione, examinatione, & diiudicatione, prout in iudicialibus fieri conſueuit viſitationibus, iuxta eorum demerita puniam illos, quatuor eos tradens ferarum beſtiarum ſpeciebus, quatuorque ſingularum earum, in ipſos immittens agmina: hoſtium nimirum, hominum quidem quoad naturam, at quoad ſæuitiem quacumque ferociorum ferâ, qui & gladio necent, & quos interfecerint expoſitos aliis relinquant feris: canum, qui eorum proiecta hinc inde trahentes cadauera dilacerent: volucrumque cæli, ac beſtiarum terræ, quorum & cibus ſint & conculcatio, ita vt vel ipſa eorum oſſium ſtrues per ea diſſipetur.*

b Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum, & diſſipandum.

Verſ. 3. EXPOSITIO LITERÆ.

2 E*T viſitabo ſuper eos*, &c. De hac phraſi Viſitandi ſuper aliquem, pro vlciſci, & vindicare in illum, eumque punire, diximus huc uſque frequenter, quàm hîc dilucidarunt Sept. vertentes (*Et vindicabo ſuper eos quatuor ſpecies:*) Impropria quidem in vtraque lectione hæc eſt locutio, cùm dicendum hoc ſenſu fuiſſet, (*quatuor ſpeciebus*) ſcil. vel calamitatum, aut miſeriarum, vel animantium. At noſter Interpres ſecutus Sept. phraſim ſeruauit Hebraicam. Cuius tamen phraſis eam commodè aſſignare potes rationem, vt quemadmodum egregiè animaduertit ſuper hunc locum Gaſpar Sanctius, ipſo viſitandi verbo alluſum ſit ad theſauros, quos Deus habere ſe dicit in diem pugnæ, ex quibus tamquam

Puniturus peccatores Deus dicitur viſitare pœnas, tamquã armamentarium ſci. pœnarum promendarum.

Gaſp. Sanctius.

A ex armamentariis arma promit, quibus pœnas exigat à peccatore: adeoque benè hîc dicatur viſitaturus armamentarium ſcilicet ipſum ſuum, in eoque præſertim hæc quatuor armorum genera eaque ad intentam ſibi vltionem aptiſſima exinde exprompturum, & vibraturum. Tametſi, cùm in textu Hebraico ſit verbum פקד *pakad*, quod nedum viſitandi, ſed & præficiendi, vt aliàs obſeruauimus, habet ſignificationem: & nomen ſit משפחות *miſcpaboth*, quod nõ quodcumque genus, ſpeciemque ſignificat, ſed propriè gentes deſignat. Familiaſque ac cognationes,
B & refertur ad animantium genera. Pagninus ita hæc vertit (*Et præficiam eis quatuor gentes,*) eo nimirum modo animantibus quatuor ſpecierum gentium nomen inditum putans, quo in primo capite Ioelis [c] locuſtarum agmen gens nuncupatum reperitur. Et Vatablus in Scholio (*Et præficiam eis quatuor familias*) eodem ſenſu. *Gladium ad occiſionem*; cùm viſitaturum ſe dixerit quatuor ſpeciebus beſtiarum, vt explicatum eſt, profectò ipſo gladij nomine eiuſdem populi hoſtes deſignatos crediderim Chaldæos, quos bene & gladij exprimit vocabulo, vel, vt ait Vatablus, quia
C viri eſſent gladij, gladióque accincti; vel iuxta paraphraſim Chaldaicam, quia gladio eſſent occiſores: & eos inter feras adnumeret beſtias, quia in ipſa gladij occiſione ferociſſimi futuri eſſent, interfectorum quoque cadaueribus ſæui, inſepulta illa cæteris tribus beſtiarum generibus ea lanianda exhibentes. Quod in Hebræo dicitur, (*Canes ad trahendum*) optimè noſter expreſſit Interpres. (*Canes ad Lacerandum*) Sept. non verbis, ſed nominibus ita hæc reddidêre (*Canes ad lacerationem, & beſtias terræ, & volatilia cæli ad comeſtionem, & corruptionem.*)

Gentis nomẽ tributum & animalibus rationis expertibus.

c Ioel. 1 6.

Milites ſanguinolenti interferas & beſtias adnumerantur.

D

Verſ. 2.] Quod ſi dixerint, &c.

Verſ. 3.] Et viſitabo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

SI iuxta vltimum de prauorum Nouitiorum, vel incorrigibilium Apoſtatarum eiectione præcedentia moraliter ſumpta ſint, congruentiſſimè hæc illis ſubiecta ſunt, qui- 3
E bus demandatur eiicientibus Prælatis, vt ſi fortè per contentionem ij quos eiiciunt è religione, eis dixerint, libenter egredimur: & quo tandem egrediemur? nonne ſcilicet ad domos noſtras, ad cognatos noſtros, ad opes, ad commoda, ad delitias, & voluptates, & amicos chariſſimos, & ad ea omnia quæ in ſæculo reliqueramus? Dei nomine tutò illis hæc reſpondeant. (*Qui ad mortem*, id eſt peſtem, *ad mortem*, ſeu ad peſtem; *qui ad gladium, ad gladium*, &c.) certò nimirum eos, & malo interitui deſtinatos eorum aliquos perituros peſte, gladio alios, quoſdam fame, vel in captiuitatem ab-
F ducendos, qui præexpoſitas euaſerint mortes: vlturumque ſe aduersùm eos Deum quadruplici vltionis genere in talis vltionis vindicibus quatuor animantium ferocium ſpeciebus; earumdemque operâ vtens, hominum gladio interficientium, canum morſibus lacerantium, volucrum roſtris deuorantium, & beſtiarum dentibus, cornibus, pedibuſque diſſipantium. Quòd autem ad iſtiuſmodi, aliaque ſimilia mala eiecti è religione rebelles vt plurimùm egrediantur Nouitij, incorrigibileſque apoſtatæ; vix quiſquam

Nouitij improbi, & Apoſtatæ incorrigibiles è Religione eiecti vt plurimùm malo fine vitam concludunt.

prouectiorum religiosorum est, qui experimentali quoad sui ordinis aliquos comprobatum id non habeat notitiã. Seriem nihilominus si quis

Dion. Cart. scriptam velit similium euentuum, legat Dionysium Carthusianum in conclusione Opusculi Exhortatorij seu Institutionis Nouitiorum, quod inter illius Opuscula habetur; vbi plura similium Nouitiorum ex vno suo duntaxat Carthusianorum ordine egressorum pessiméque pereuntium

Petr. Dorl. affert exempla ex sexto libro Chronicæ Petri Dorlandi item Carthusiani. Et hæc quidem rectè iuxta propriam præexpositorum malorum significationem.

Cæterùm si translatè eadem interpretata quis velit, vt & superioribus iuxta illatos alios quoque morales sensus, ac cuicumque congruant eiecto à facie Dei, & ab illius conspectu, domosque egredienti: duobus modis explicata ea sumat, vel vt exponit Dionysius; vel secundò, & meliùs vt

Dion. Cart. interpretantur Hugo Cardinalis, ac Nicolaus de Lyra. Dionysius enim in spiritali sua explanatione capitis istius 15. Prædictorum eiectorum alios dici, inquit, perituros peste, id est, malo aliorum exemplo, persuasione seu scandalo: gladio alios, id est, tentatione Diaboli: alios fame ex inopia verbi Dei: aliosque propriæ iniquitatis captiuitate. Porrò quæ subiiciuntur in vers. 3. quatuor species, quibus Deus eosdem visitaturum se ait, ita exponit, vt gladio ad occisionem eadem quæ supra, Diabolica significetur tentatio, per quam vti gladio interficitur anima spiritali enecata morte, si ei assentiatur tentationi contra Dei charitatem, quæ vita ipsius est animæ. Canibus ad lacerandum designatos dicit, Spiritus iræ, & impatientiæ. Dæmones namque, ait, à peccatis, ad quæ homines conantur inducere, nomen accipiunt: Et congruenter canes vocantur, quia in eis secundùm Dionysium est amens furor, ac phantasia proterua, ac per hos laceratur mens: Per volatilia cæli Spiritus accipit superbiæ, de quibus in Euangelio dicitur,[a] *Volucres cæli comederunt Dei semen.* Per bestias terræ spiritus terrenæ cupiditatis. Hi enim, inquit, Spiritus maligni iusto Dei iudicio permittuntur tentare, superare, ac deuorare iniquos, qui creatorem suum indesinenter offendere non verentur.

Peccatores eiecti à facie Dei quibus pœnis etiam in hac vita expositi sint.

Dæmones appellati canes.

a Matt. 13. 4.

5 Nicolaus de Lyra septem duntaxat hic recensita asserit malorum genera, gladio nimirum bis repetito, adeoque in postylla sua Morali, septem per ea designata asserit vitia capitalia, quæ & peccata nuncupamus mortalia, in eorumque singulorum explicatione, præter id quod per gladium designatum putat iræ vitium, quod excitat ad occisionem, conuenit cum Hugone Cardinale, qui in hunc modum mysticè eadem interpretatur: Vt per mortem, designetur luxuria, quòd ea reddat hominem fœtidum, & abominabilem vt mors, iuxta illud,[b] *Omnis mulier, quæ & fornicaria quasi stercus in via conculcabitur*, Et illud item Ecclesiastici.[c] *Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.* His adde multò magis idem luxuriæ vitium mortis nomine designari, prout iuxta literam mors pro pestilentia posita est: id enim vitij spiritalis quædam est pestis, tum quia nullum eo est mundo humanoque generi vniuersalius, & quo plures celeri deficiant animæ morte: tum quia ita præ vitiis vniuersis est contagiosius, vt non minus quàm pestis nedum conuersatione, sed & attactu, & quod sensibili non est in peste, vel simplici inficiat visu.[d] *Qui se iungit fornicariis*, dicitur in libro Ecclesiastici, *erit nequam, putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.* Et[e] *omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari, De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.* Vide initium capitis noni eiusdem libri per multas sententias. Per gladium significetur superbia, quæ est gladius bis acutus, & ex vtraque parte scindens: quia primò scindit se, & postea alios, de quo infra cap. 47. dicitur,[f] *Vsquequò conciderìs ò mucro Domini, vsquequò non quiesces?* Per famem auaritia, Ecclesiast. 5.[g] *Auarus non implebitur pecuniã*, per captiuitatem, tristitia, vel accidia, quæ captiuat, & comprimit hominis cor, iuxta illud,[h] *Dormitauit anima mea præ tædio:* per occisionem, ira, quia[i] *qui odit fratrem suum homicida est:* per canes, inuidia ex qua procedit detractio, de qua ad Galat. 5.[k] *Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem consumamini.* Per volucres cæli, inanis gloria, de qua item ad Galat. 5.[l] *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes,* per bestias denique terræ, gula.

Nic. de Lyr. *Impius in pœnam permittitur, vt septem peccatis mortalibus in reprobum sensum traditus lanietur.*

Hugo Card. *Luxuria mortis nomine designata.*

b Eccl. 9. 10.
c Eccl. 23. 36.

Luxuria vitium aptissimè dictum pestis.

d Eccl. 19. 3.
e Ecc. 42. ...

Superbia dicta gladius.

f Iere. 47. 5.

Auaritia dicta fames.

g Eccl. 5. 9.

Accidia dicta captiuitas.

h Psal. 118. 20.
i 1. Ioan. 3. 15.
k Gal. 5. 15.
l Gal. 5. 26.

VVLGATÆ.

Vers. 1.] Quod si dixerint ad te, &c.

Vers. 3.] Et visitabo super eos, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Καὶ ἔσται ἐὰν εἴπωσι πρὸς σὲ ποῦ ἐξελευσόμεθα, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς, ὅσοι εἰς θάνατον, εἰς θάνατον. καὶ ὅσοι εἰς μάχαιραν, εἰς μάχαιραν. καὶ ὅσοι εἰς λιμὸν, εἰς λιμόν. καὶ ὅσοι εἰς αἰχμαλωσίας, εἰς αἰχμαλωσίαν.

3. Καὶ ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς, τέσσαρα εἴδη, λέγει κύριος· τὴν μάχαιραν εἰς σφαγὴν. καὶ τοὺς κύνας εἰς διασπασμόν. καὶ τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, εἰς βρῶσιν, καὶ εἰς διαφθοράν.

Vers. 2.] Et erit, si dixerint ad te, quò egrediemur? & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Quicumque ad mortem, ad mortem: & quicumque ad gladium, ad gladium: & quicumque ad famem, ad famem: & quicumque ad captiuitatem, ad captiuitatem.

Vers. 3.] Et vlciscar super eos quattuor species, dixit Dominus: gladium ad occisionem, & canes ad lacerationem, & bestias terræ, & volatilia cæli ad comestionem, & corruptionem.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm dixerint tibi, Quò migrabimus? Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.*

Vers. 3. *Et visitabo super eos quatuor vltiones pessimas, dicit Dominus: Occisores gladio ad occidendum,*

dum, & canes ad dilacerandum, & aues cæli, & bestias terræ ad comedendum, & ad dissipandum. A

Vers. 2. & 3. (*Quòd si dixerint*, &c.

Hieronym. *Creatura omnis insurgens in peccatorem.*

Hieronymus. *Quatuor plagas, quibus traditus est populus Iudæorum, etiam* [a] *Ezechielis prophetia demonstrat: gladium, pestilentiam, famem, bestias, & captiuitatem. Inter bestias autem canes quoque & volatilia intellige, quibus laceranda, & deuoranda, & dissipanda corpora tradita sunt; Neque enim fieri poterat, vt, creatore neglecto, non vniuersa creatura consurgeret in peccatores.* In Theodorito nil præter textum nisi hæc. *His quatuor calamitatibus subiiciam illos. Insuper qui mortui fuerint bestiis, ac volucribus pabulum erunt.*

a Ezech. 5. 12.

Theodorit.

Basil. Magn.

Basilius Magnus homil. 3. in Hexamerôn. *Obseruauimus hunc aëris locum conspicuum cælum dici, quòd densus sit, & ob continentem cohærentiam sub aspectum nostrum apertè cadentis. (A verbo enim* ὁρᾶσθαι*, id est videri, deriuata est appellatio nominis* τοῦ οὐρανοῦ *Tou ouranou, id est cæli) vt cùm dicit, Scriptura (Volatilia cæli.)*

D. Thom.

D. Thomas. *Ponit repulsionem gentis pro qua oratur, quantùm ad terminum ad quem ponens quadruplex periculum. (Quod si dixerint, ad mortem) pestilentia, q. d. diuersi his diuersis pœnis subiacebunt. Ezech. 5.* [b] *Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui*, &c.

b Ezech 5. 12.

2 Origenes. *Sterilitas terræ magna calamitas.*

Pluribus agit Origenes de quatuor speciebus, quas hîc, & apud Ezechielem comminatur Deus. Et quidem de duabus, fame, & de bestiis homil. 4. in Ezech. Fame quidem infertilitatem designatam inquiens, vel materialis terræ, quæ incolarum corrupta sit nequitiis, vel terræ spiritalis quæ est anima nostra, quæ in Euangelio [c] dicitur & petra & terræ bona, ac fertilis per multam patientiam, quæue & sæpe peccat, & sæpe non peccat. Et cùm peccauerit extendit Deus manum super eam, & conterit omne firmamentum panis. Bestiarum autem nomine Dæmones significatos asserit, qui variarum bestiarum nominibus in Scriptura Sancta exprimantur, cùm in peccatores immitti dicuntur.

c Matt. 13. 5. *Sterilitas, & fames animæ ingens à Deo calamitas.* *Dæmones variarum bestiarum nominibus designati.*

B In homilia verò quinta item in Ezechielem, agit ipsemet Origenes de duabus aliis speciebus, nempe de gladio, & de morte, & de gladio quidem multa peracutè, quod duo habet in pœna, quatenus diuidit, & secat eum in quem infertur: *si verò ad acumen aciei eius*, inquit, *etiam tactus ipse pœnalis est, dupliciter torquetur qui hoc gladio puniendus est.* Quoad mortem verò ait: *Debemus nosse quia non statim, vbi fames fuerit, sequatur & mors. Potest quippe fieri vt aliquis famem sustinens perseueret in vita, licet inediâ & squalore, & macie discrucietur. Potest fieri, vt immissis bestiis malis statim non omnes* C *pereant, fuga auxilio reseruati. Potest euenire, vt cadente romphæa cesset interitus. Modo vulnerantur quidam, & secantur, & vt ita dicam, crebris ictibus confodiuntur, nec tamen pereunt. Idcirco in enumeratione pœnarum, & pœna infertur mortis. Quicquid autem horum fuerit illatum, ad eos venit qui inimici Dei sunt.*

Origenes. *Gladius triplici modo vulnerat.*

Mors malorũ omnium extremum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μάχαιραν εἰς σφαγὴν, καὶ τοὺς κύνας.]

|| ἀλ. μετὰ τὸ αἰσθητόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ || τὴν αἰσθητὴν, μάχαιραν νοητὴν, ψευδώνυμον γνῶσιν· κύνας δὲ περὶ ὧν εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. θηρία δὲ γῆς, τοὺς τὰ γήινα φρονήματα ἡμῖν ἐνσπείροντας· πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς τὰ ὑψώματα, ἡμῖν ἐπισπείροντας μετὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ.

D Vers. 3. *Gladium ad occisionem & canes, &c.)*

3 Olympiod. *Gladius spiritalis prauus quis.*

Olympiodorus.] *Post sensibilem gladium spiritalem falsi nominis cognitionem. Canes verò de quibus aiebat Apostolus*, [d] Cauete à canibus, cauete *à malis operariis. Bestias verò terræ eos qui terrena sensa nobis inseminant. Volatilia autem cæli qui talia dant nobis semina, vt extollamur aduersùs Dei cognitionem.*

Canes spiritales lacerãtes qui. d Philipp. *Bestiæ terræ spiritales quæ, Aues spiritales prauæ quæ.*

Vers. 4.] Et dabo eos in feruorem vniuersis terræ regnis: propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

e *Et dabo eos in feruorem, (seu in commotionem) vniuersis regnis terræ: propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda super omnibus quæ fecit in Ierusalem.*

Efficiam [e] *vt feruenti, ac ingi, instar maris concussi, sint agitatione animi in vniuersis terræ regnis, quorum feruenti tradentur odio, atque furori; adeóque acriter illos puniam, vt præ tantæ calamitatis horrore quotquot sunt regnorum terræ commouenda sint. Idque totum efficiam propterea quod scelestissimè ad hæc certò decernenda impulit me Rex Manasses ex eo scelestior, quia sancti filius Regis Ezechiæ ab eo impiissimè degenerauit; & quia adeo malorum, ac scelerum pessimorum auctor extitit in Ierusalẽ, sicque & vniuersum Iudaicum populum in suam traxit peruersitatem, vt vel post eius pœnitentiam, ac bonam mortem populus ipse adhuc* E *in eadem obfirmatus perseueret scelerum illius imitatione.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Feruoris nomine quid intelligat Deus, dicens se daturum Iudæos in feruorem.*

ET dabo eos, &c.) Feruoris nomen transitiuè hic positum arbitrati sunt aliqui, vt sensus sit, efficiam, vt vniuersa regna terræ feruenti eos prosequantur odio: seu, Tradam eos feruenti furori Regum omnium. Quomodo transitiuè pariter alij accipiunt vocem Hebraicam quam communiter hîc vertunt (*Commotionem:*) vt significe- F tur, Adeo acriter Deo puniturum Iudæos, vt regna vniuersa commouenda sint præ tantæ calamitatis horrore. Cæterùm intransitiuè potiùs ambæ sumendæ sunt voces. Ac peroptimè noster Interpres Hebraicam reddidit vocem זועה *zeuangah*, seu זעוה *zengauah*, quæ cùm sit à verbo זוע *zuang*, seu זעה *zangah* commoueri, contremiscere, concuti; propriè eam significat

commo

commotionem, quæ magna sit cum animi concussione, & tremore, ita vt hoc loco feruoris nomine expressa sit, habitâ allusione ad procellosum mare, quod iugi agitatione feruens est, iuxta illud Isaiæ,[a] *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Quamuis aliâs sæpe eamdem vocem, respectu habito ad corpoream commotionem, & vagationē, de dispersione acceperit, prout & mox hoc ipso capite vers. 7. illam vertens, *Et dispergam eos ventilabro,* &c. Efficaciùs tamen in hac sententia (*feruorem*) illam interpretatus, vt acerbiorem designaret, pœnam, quâ in ipsa dispersione in vniuersa regna afficiendi ij essent in animo. Quod attendisse crediderim & Sept. vertētes εἰς ἀνάγκας (*in angustias.*) Sicut & ipsemet noster Interpres infra cap. 24. vexationem eam reddidit, vbi à Deo dicitur eodem sensu, [b] *Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terra.* Omnium autem regnorum terræ meminit, non quòd re verâ tunc temporis dispergendi essent Iudæi per vniuersum terrarum Orbem, prout contigit in Romana captiuitate propter peccatum crucifixionis Christi: sed vel hyperbolicâ id asserit locutione, vel terræ vocabulo dictionem designans Regi Babylonis subiectam, omnia ea intelligit regna, quæ in illa continerentur, quomodo & lib. 1. Esdræ Cyrum Regem Persarum dixisse reperimus, [c] *omnia regna terra dedit mihi Dominus Deus cæli:* quia videlicet ambo isti Reges tantis dominarentur regnis, vt & Monarchiam propterea obtinuisse, & vulgato nomine Monarchæ dicti sint.

a Isai. 57. 20.

b Iere. 24. 9. *Regnorum terræ omnii nominatione quid significet.*

c Esdr. 1. 2.

2 *Manasses Regis quanta peruersitas.*

(*Propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.*) Quænam verò sunt ista? Lege caput 21. libri quarti Regum, & caput 33. libri secundi Paralipomenôn, accipe tamen breue eorum compendium ex Isidoro Clario. Occidit Prophetas, adorauit Idola, consuluit Pythonissas, immolauit pueros dæmoniis: sed & sanctissimum Dei templum ita prophanauit, vt & idoli in eo collocauerit abominationem. Neque verò frustra quoad literæ sensum adiectum id censeo, (*Filium Ezechiæ Regis Iuda*) & si primo aspectu satis extitisse videatur, si dictum esset, (*Propter Manassem Regem Iuda,*) vno duntaxat existente inter Reges Iuda, qui eo appellatus est nomine Manasses. Duas tamen ob causas Regis Ezechiæ vt patris eiusdem Manasses factam hîc arbitror commemorationem: primùm, quia & Regi Ezechiæ per Isaiam Prophetam prædictum Dei nomine fuit, propterea quod inani ostentatione nunciis Regis Babylonis vniuersos ostendit thesauros suos, magna ex parte futura per Babylonios, quæ hîc apud Ieremiam peccatis adscribuntur Regis Manasses eius filij, vt habes in cap. 20. libri 4. [d] Regum. Secundò, & veriùs, vt ipsa Regis Manasses magis exaggeraretur peruersitas vix explicabilis, idque ex triplici capite; primùm, quia is, cùm semen esset sancti, ab optima sua degenerauit radice, cùm alioquin per Sapientem scriptum sit, [e] *Semen iustorum saluabitur,* ob imitationem nimirum iustitiæ parentum suorum. Secundò, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt, cum peruersissimo filio nominatur & eius pater Ezechias adeò insignis sanctitatis, vt de ipso scriptum sit. [f] *Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis Regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: Et adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius, fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi, Vnde & erat Dominus cum eo.* Tertiò demum, vt nulli dubium esset, eo grauiorem eamdem Regis Manasses extitisse peruersitatem, quòd

Cur facta sit mentio Ezechiæ Regis Iuda cùm est sermo de Manasse eius filio.

d 4. Reg. 20. 17. *Manasses Regis inexplicabilis peruersitas amplificatur quàm maximè per commemorationem Ezechiæ patris eius.*

e Prou. 11. 21.

f 4. Reg. 18. 5.

A in illa auctorem se præbuit similis peruersitatis toti Iudaico populo, quem mox Sanctus Rex Ezechias[g] ad rectum reduxerat tramitem. Idcirco namque de ipsius Manasses peccatis dicitur. (*Quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram Domino.*)

g 4. Reg. 21. 16.

Hæcque est vna ratio, propter quam præexpositæ calamitates in Iudaicum populum futuræ dicuntur propter Manassem potiùs, quàm propter Regem Amon illius filium, de quo in cap. 33. Paralipom. legimus: [h] *Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis* B *idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multò maiora deliquit.* Sed est & altera eiusdem rei, eiusdemque dicti ratio, quia totum id quod futurum asseritur calamitatum, iam per sanctos Prophetas alios Dei item nomine eidem Regi Manasse prænunciatum fuerat euenturum propter eius scelera, cùm is adhuc perseueraret in iniquitatibus, & in culmine esset peruersitatis. Sic quippe scriptum est in lib. 4. Reg. [i] *Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum dicens: Quia fecit Ma-* C *nasses Rex abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare etiam fecit Iudam in immunditiis suis, propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam; vt quicumque audierit tinniant ambæ aures eius,* &c. Porrò cùm id in more Dei sit, vt, tametsi peccatorem quemlibet verè admissorum delictorum pœnitentem & in suam recipiat gratiam, & quascumque eidem remittat culpas, ac æternam illis debitam condonet pœnam, iuxta illud ex Ezechiele Propheta, [k] *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non re-* D *cordabor ampliùs:* decretas tamen, & certâ iudicij sui sententiâ comminatas temporales in hoc sæculo pœnas illis minimè dimittat, eorumque posteris quibus statutæ eæ sint, & denunciatæ. Vt & ex eo manifestè patet, quod Regi [l] Dauid contigit post inflictam ex ore Nathan Prophetæ in eum Domini sententiam pro iis quæ in Bethsabee peccauit, & in Vriam: vniuersa enim mala quæ Propheta comminatus ei fuerat vitæ præsentis, euenisse illi legimus; quamquam ob pœnitudinis actum audierit, [m] *Et Dominus transtulit peccatum tuum.* Haud sanè mirum, si propter Re- E gem Manassem acerbissima Iudaico inferenda populo Deus asserat, quæ iam eidem Regi scelestissimo propter ipsius scelera definitâ denunciata fuerant sententiâ: quamuis maximâ animi contritione illum pœnitentiam coram Domino egisse legamus lib. 2.[n] Paralipom. cap. 33.

3 *Auctorem malorum esse quanti referat.*

h 2. Para. 33. 22.

Decretas & denunciatas pœnas temporales pro peccatis, etiã post illorum pœnitentiam sæpe immisit Deus.

i 4. Reg. 21. 10.

k Ezech. 18. 22.

l 2. Reg. 12. 10.

m 2. Reg. 12. 13.

n 2. Paralip. 33. 12.

Adde quòd licet Rex Manasses pœnitentiam egerit, imò & præceperit Israëli, vt seruiret Domino Deo Israëli, nihilominus haud pœnitentiam egerunt illius subditi, eiusque posteri: apud quos, prout miseræ, infirmæque naturæ humanæ mos F est, multò validiora fuere prima scelerum exempla, quàm bona eiusdem Regis mandata. Et hæc est ratio alia cur etiam Ieremiæ tempore, quando iam Rex Manasses obierat in gratia, tantæ nihilominus propter illum ipsum futuræ dicuntur in Iudæos, & in ciuitatem Ierusalem calamitates. Atque id & tempore sanctissimi Regis Iosiæ, quando hoc habitum est vaticinium, quod præ manibus habemus. Nisi enim Iudæi adhuc vel saltem occultè, & animo in pessimis & tunc perseuerassent viis Regis Manasses, pepercisset fortasse illis Deus, ciuitatemque defendisset ob merita

4 *Pœnitentia Regis Manasses non imitati illius posteros qui eius scelera non pœnitentiam imitati sunt.*

Filiis, Posterisque subditis in impietate perseuerantibus non placatur Deus propter merita bonorum parentũ, & Principũ.

velle, & perficere pro bona voluntate, ſcil. ſua, & abſque meritis veſtris, quod humilis conteſtatus eſt Iſaias, à Deo collatum in eumdem Deum referens honorem, [a] *Domine dabis pacem nobis.* (En terram deſiderabilem, de qua hîc, (*Et tribuam terram deſiderabilem, hæreditatem*, &c.) pacem atque fratrum concordiam. *Omnia enim opera noſtra operatus es nobis.*

a Iſai. 26. 12.

28 Quin & vnigenitus Dei filius, humilitatiſque magiſter Ieſus idipſum agens in Euangelio ait, [b] *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera.* Quorum duplex poteſt eſſe ſenſus, alter ſimplicior, vt maiori, quàm ab Iſaia factum ſit, animi demiſſione Deo Patri nedum opera, ſed verba ſua omnia adſcribat. Subtilior alter, vt opera ipſa, quæ à ſe fiebant, & in quibus, & ad populum loquebatur, & Patrem Deum vocabat, eidem Deo ferat accepta. Idcirco enim cùm, iuxta locutionis conſequentiam dicere debuiſſet. *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe loquitur*, dixit potiùs, *Pater autem in me manens, ipſe facit opera.* Sed & hoc quoque loco, cùm ita honorificè, prout explicatum eſt, cum anima agit, vt dicat, (*Quomodo ponam te?* &c. (*Patrem vocabis me,*) ſubindicat illi & rationem, qua tutò eo vti queat honore, ipſum videlicet vt iugiter tamquam paruulus ducem, adiutorem, ac nutricium ſequatur, dicens, (*Et poſt me ingredi non ceſſabis.*) Et vt quaſi contendens cum ipſo de honore in operibus ſuis bonis: primas ſemper ei in illis deferat: quomodo euenire ſolet inter eos qui in ingreſſu alicuius portæ honore ſeſe inuicem præuenire contendunt, prout factum legimus à Propheta Regio, qui cùm fortiter, conſtanterque in bonis ſeſe geſſiſſet operibus, eius nihilominus honorificæ fortitudinis decus in Deum referre ſatagens, ait [c] *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*, id eſt, tibi ſeruatam volo: *quia Deus ſuſceptor meus es*, id eſt, quia me in operibus ipſis meis vt pater, & vt nutritius ſuſcepiſti in vlnas, & robur indidiſti. *Deus meus, miſericordia eius præueniet me.* Tu Deus meus es, æquum eſt, vt in honorifico virtutis ingreſſu tu ſis, qui primas habeas, tuaque me præueniat miſericordia. [d] *Neque enim eſt volentis, aut currentis, ſed miſerentis Dei.*

Opera ſua Christus Patri adſcribebat, vt humilitatis magiſter.

b Ioã. 14. 10.

Operum bonorum honor Deo adſcribẽdus, vt Patri, ac duci.

c Pſal. 58. 10.

d Rom. 9. 16.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Ego autem dixi: Quomodo, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Καὶ ἐγὼ εἶπα, γένοιτο Κύριε, ὅτι τάξω σε εἰς τέκνα, καὶ δώσω σοι γῆν ἐκλεκτὴν κληρονομίαν Θεοῦ παντοκράτορος ἐθνῶν, καὶ εἶπα πατέρα καλέσετε με, καὶ ἀπ' ἐμοῦ οὐκ ἀποστραφήσεσθε.

Verſ. 19.] (Et ego dixi: fiat Domine.) Quia ponam te in filios, & dabo tibi terram electam, hæreditatem Dei omnipotentis Gentium. Et dixi: Patrem vocabitis me, & à me non auertemini.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et ego dixi: Quomodo proſperabo te in filiis, & dabo tibi terram deſiderabilem, hæreditatem lætitiæ laudis populorum? Et dixi, Dominum Deum meum inuocabis coram me, & à cultu meo non reuertêris.* 1

Verſ. 19. (*Ego autem dixi, Quomodo*, &c.) Hieronymus in Comment.) *Pro hæreditate præclara exercituum Gentium) quam Sept. tranſtulerunt, (hæreditatem nominatam Dei omnipotentis Gentium,)* B *Theodotio ſignificantiùs tranſtulit, (hæreditatem inclytam fortitudinis robuſtiſſimi Gentium:) Chriſtum ſignificans, qui ductor, & Dominus eſt vniuerſarum Gentium, ſuo nomini paſſionique credentium. Ipſe dixit ad Iſrael. (Patrem vocabis me,) &,* [e] *Qui credit in me, credit in Patrem. Ipſe pollicitus eſt, (Ponam te in filios:) in numero ſcil. filiorum meorum, qui mihi de Gentium populo crediderunt, & quibus dedi terram deſiderabilem.* [f] *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

Hieron.

Chriſtus dictus robuſtiſſimus Gentiũ.

e Ioã. 12. 44.

f Ioan. 1. 12.

Theodoritus. *Propheta lætus de gratis promiſſionibus inquit, (Et ego dixi, fiat Domine,) Hacque interſerens promiſſionem concludit,* C *(Quia conſtituam te in filios,) Rurſus enim ait, Eritis mihi filij frugi, (Daboque vobis terram electam, hæreditatem percelebrem, Dei, inquam, omnipotentis Gentium,) Terram promiſſionis ita vocauit. Et ipſarum Gentium Deum omnipotentem nominauit, docens illum eſſe omnium Deum, & vniuerſorum opificem: Gentes item adepturas notitiam Dei, & ad eas peruenturam gratiam Spiritus Sancti. Deinde conſulit, vt eam teneant charitatem, quam habent filij erga Patrem, ſicque diuinâ curâ potituros.*

Theodorit.

De Gentium conuerſione.

D. Thomas, (*Quomodo*) *id eſt, quid poteſt mouere, quòd tot bona tibi contuli, cùm in tot peccatis ſis, (In filiis,)* D *id eſt, in multitudine filiorum (hæreditatem præclaram,) Nota quòd hæreditas patriæ cæleſtis eſt præclara ſplendore diuinæ viſionis Sap. 6.* [g] *Clara eſt, & numquam marceſcit ſapientia, & facilè videbitur ab his qui diligunt eam: Dulcedine diuini amoris, Pſal. 22.* [h] *Calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt: familiaritate diuinæ allocutionis.* [i] *Sap. 8. Præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: Magnificentia operationis,* [k] *Eccleſiaſtici 43. Illic præclara opera, & mirabilia: Magnitudine exultationis.* [l] *Zach. 8. Erit domus Iuda, & domus Iſrael benedictio: Solatio ſocietatis, Ezech. 31.* [m] *Omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiſo* E *Dei.*

2

D. Thomas.

Cæleſtis patriæ hæreditas dicitur præclara multipliciter.

g Sap. 6. 13.

h Pſal. 22. 5.

i Sap 8. 18.

k Eccleſ 43. 27.

l Zach. 8. 13.

m Ezech 31. 8.

(*Exercituum Gentium,*) *id eſt, vbi ab antiquo exercitus congregabantur, ſicut vſque hodie propter eius delicias. (Et dixi, Hîc ad propoſitam quæſtionem reſpondet Præuidens bona, quæ facies, hæc tibi promitto,* [n] *Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu. &c. Nota quòd Deus dicitur Pater creatione,* [o] *Matth. 11. Confitebor tibi pater Domine cæli, & terræ. Adoptione,* [p] *Rom. 8. Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Inſtructione* [q] *Iſai. pater filiis notam faciet veritatem tuam. Correctione* [r] *Prouerb. 3. Quem enim diligit Dominus corripit, & quaſi Pater in filio* F *complacet ſibi.*

D. Thom.

n Pſ. 88. 27.

Patris nomen Deo tribuitur ob creationem, ob adoptionẽ, & ob correptionem.

o Matth. 11. 25.

p Rom. 8. 15.

q Iſai 38. 19.

r Prou 3. 12.

D. Bonauentura in illud Lucæ 11. [s] *Cùm oratis dicite Pater noſter.* In nomine Patris intelligi inquit Deum vt conditorem naturæ, & largitorem gratiæ, atque vt conſummatorem gloriæ. Quo vltimo ſenſu hæc interpretatur, (*Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.*

Bonauent.

Pater dicitur Deus vt conditor naturæ, & largitor gratiæ, & vt conſummator gloriæ.

s Luc. 11. 2.

CATE

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ ἐγὼ εἶπα, γένοιτο Κύριε, ὅτι τάξω σε εἰς τέκνα.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τοῦ προφήτου τὸ κηδεμονικὸν, καὶ τοίγε οὐκ ἔμελλεν ἐκείνοις ὑποκεῖσθαι τοῖς καιροῖς, οὐδὲ αὐτόπτης ἔσεσθαι τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ὡς αὐτὰ μέλλων ἀπολαύειν, οὕτω συνεύχεται.

Τοῦ αὐτοῦ.] τοῦτο διὰ μέσου, ὡς ἀπὸ τοῦ προφήτου, καὶ εὐθὺς ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ὅτι τάξω σε εἰς τέκνα, συνῆπται γὰρ τῇ προηγουμένων ῥητῶν ἀκολουθίᾳ.

Βίκτορος.] ἐκ περιχαρείας ὁ προφήτης ἐκέκραγε, γένοιτο κύριε, πρὸς ὃν φησὶν ὁ Θεὸς, ὅτι τάξω σε εἰς τέκνα, πρὸς υἱοθεσίαν καλέσας ἡμᾶς, τιγαροῦν τεκνία τοὺς ἀποστόλους ἐξ Ἑβραίων ὄντας ἐκάλει Χριστὸς, εἶτα γῆν ἐκλεκτὴν τὴν ἐκκλησίαν, ἤτοι τὴν νέαν διαθήκην καλεῖ, ἐν ᾗπερ ἐστὶν οὐκ Ἰουδαίων μόνον Θεὸς, ἀλλὰ καὶ πάντων ἐθνῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος εἶπεν ἀνάκλησιν, εἰπὼν, ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν, καὶ μεταβέβηκεν εὐθέως εἰς ἑτέραν, ἣν ἐκάλεσεν ἐκλεκτὴν, καὶ προσθεὶς κληρονομίαν Θεοῦ παντοκράτορος ἐθνῶν, εἰ μή τις αὐτὴν ταύτην, καὶ τῶν πατέρων εἴποι κυρίως, καὶ Ἀβραὰμ γὰρ εἶδε τὴν ἡμέραν Χριστοῦ, καὶ ἐχάρη, καὶ τύπος αὐτοῦ γέγονεν Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ λίθον ἀλείφει, καὶ τῷ φανέντι μυστικῶς προσεπάλαισεν, εἰς τὸν Χριστὸν γὰρ πάντες ἐπίστευσαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ πρῶτον ἀξίωμα ἡ πατρικὴ κληρονομία, καί τοίγε ἑαυτοὺς ἐξέβαλλον ταύτης τῆς συγγενείας, πατέρα ἐκάλεσαν τὸν λίθον, ἀλλ' ὅμως τάξω σε εἰς τέκνα, ὅρα καὶ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς καινῆς, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξ ἡμῶν τὴν συγγένειαν ταύτην ἐνισταμένην, τάξω σε εἰς τέκνα, τοῦτο τοῦ Θεοῦ, καὶ Παῦλος φησὶν, ὧν ἡ υἱοθεσία, οὐδὲν γὰρ ἴσον ταύτης τῆς τιμῆς, καὶ πάλιν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, ὥστε διαφυλάσσειν τὴν τάξιν, ὅταν γὰρ τάξῃ μὲν αὐτὸς, ἡμεῖς δὲ καταλείπωμεν, ἐξοστρακιζόμεθα, οὐ γὰρ ἀπολλυμένους* εἶπε, ποιήσω σε τέκνον, ἀλλὰ στήσω σε εἰς ἐκείνην τὴν τάξιν καθάπερ ἐπὶ ἀξιώματος, τὸ δὲ διατηρῆσαι, ἡμέτερον.

* ἀπολελυμένους.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ τῷ προφήτῃ τὴν υἱοθεσίαν ἐπήγγελται*, ἢ καὶ παντὶ τῷ σωζομένῳ λαῷ.

* ἄλ. ἀπηγγέλεται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅσα διῆλθεν ἀγαθά; ποίαν αὐτοὺς ἀπαιτεῖ τὴν ἀμοιβήν; οὐδεὶς πόνος, οὐδεὶς ἱδρὼς, μέχρι προσηγορίας ἡ ἄσκησις, ποῖον ἔχει κάματον;

Τοῦ αὐτοῦ.] τοῦτο γὰρ παιδὸς, τὸν πατέρα διώκειν ἀεὶ, καὶ τύπτοντα, οὐχ ὁρᾶτε τὰ παιδία τὰ μικρὰ κλαυθμυριζόμενα, ἐπιτιμώμενα, καὶ τοῦ κρασπέδου τῆς μητρὸς ἐχόμενα, καὶ ἐπακολουθοῦντα, ἓν μόνον ζητοῦσι παρ' ἡμῶν, τὸ φιλεῖσθαι.

* Τοῦ αὐτοῦ.] συνῆπται τοῦτο, τῷ, καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν,

Vers. 19. ET *ego dixi: fiat Domine, quia ponam te in filios, &c.)* 4

Chrysostomi.] *Vide quantam Propheta curam gerat, nec tamen illis ipse temporibus futurus nec bona visurus erat; tamen vt illorum futurus particeps, ita precatur.* Chrysost.

Eiusdem.] *Hoc per interpositionem, tamquam à Propheta, statimque ex persona Dei subditur, (Ponam te in filios:) adnectitur enim praecedentium continuationi.* Idem.

Victoris.] *Prae gaudio Propheta exclamauit, (fiat Domine,) ad quem ait Deus, (Ponam te in filios,) in adoptionem, nos vocans. Igitur filiolos de Hebraeis ortos Christus appellabat Apostolos. Deinde terram desiderabilem Ecclesiam, vel nouum testamentum vocat, in quo Deus non modo Iudaeorum, sed & omnium Gentium est. Simul etiam & ex Babylone vocationem adiunxit, dicens. (Ad terram quam in hæreditatem dedit patribus eorum statimque transiuit ad aliam, quam vocauit desiderabilem, subdens, (hæreditatem Dei omnipotētis Gentiū) nisi quis hanc eamdem & patrum propriè dixerit. Nam & Abraham [a] vidit diem Christi, & gauisus est: & typus ipsius fuit Isaac,[b] & Iacob, & lapidem iūgit, & cum [c] eo qui apparuerat, mysticè luctatus [d] est. Nam omnes in Christum crediderunt.* Vict. Presb.

Chrysostomi.] *Prima [e] dignitas est paterna hæreditas, tametsi se ipsos hac cognatione eiecerint. Patrem vocarunt lapidem; sed tamen Ponam te in filios. Vide & in veteri sicut & in nouo. Et ex Deo [f] & ex nobis constare hanc cognationem, (Ponam te in filios) & Paulus ait, Quorum [g] adoptio. Nihil huic [h] honori potest æquiparari. Et iterum [i] dedit eis potestatem filios Dei fieri, vt seruent hunc ordinem Quando enim ipse quidem filios [k] constituerit, nos verò deserimus, de statu deiicimur. Nec enim nudè dixit, Te filiū faciam sed, (constituam te) in eo veluti dignitas loco, in illo autem persistere nostri est muneris.*

Olympiodori.] *Vel Prophetæ ius filiorum promisit, vel cuncto populo qui saluus fit.*

Chrysostomi.] *Vides quæ percurrerit bona? Quid exquirat, vt sibi reddatur? nullus labor, [l] sudor nullus, nomine tenus exercitatio hac quem habet laborem?*

Eiusdem.] *Hoc namque filij est, Patrem sequi & verberantem: Nonne videtis infantules plorantes matrum inclamantium hærere fimbriis, & [m] sequi? Illud vnum à nobis quærunt, vt amentur.*

* Eiusdem.] *Connexum hoc cum illo, & venient in vnum de terra Aquilonis, & ex omnibus terris ad terram, quam hæreditate tribui patribus eorum*

a Ioan. 8. 56.
b Genes. 22. 1.
c Genes. 28. 18.
d Genes. 32. 24.
Chrysost.
e *Paterna hæreditas est prima dignitas nostra.*
5
f *Cognatio inter Deū & homines tam in nouo, quā in veteri testamento.*
g Rom. 9. 4.
h *Filiationis Dei adoptio quanta sit.*
i Ioan. 1. 12.
Olympiod.
Chrysost.
k *In filiationis Dei dignitatem constituit nos Deus, volens vt nos ipsi enitamur in illa persistere. Quamquam & id pariter sit gratia ipsius, sic intellige Chrysostomū.*
Idem.
l *Patrē vocare quod sine labore fit, exposcit à nobis Deus pro immensis quæ nobis parauit bonis.*
m *Filiorū bonorum est patrē sequi etiā verberantem, adeoque Deū sequantur etiam cū flagellat.*

τῶν, τὸ γὰρ μεταξὺ κείμενον, καὶ ἐγὼ εἶπον, γένοιτο Κύριε, τοῦ προφήτου ἐστὶν ἡδομένου ἐπὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις, λέγει δὲ, ὅτι ἄξω ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐν τάξει τέκνων ἐσχηκώς, ὥσπερ καὶ πάλαι, ἡνίκα ἀπ' Αἰγύπτου ὑμᾶς ἐξήγαγον, καὶ εἶπα πατέρα ἐπικαλέσασθέ με, τουτέστι μόνον ὑμεῖς γνησίως περὶ ἐμὲ διατέθητε.

A *quod enim interpoſitum eſt, (& ego dixi. Fiat Domine,) Prophetæ eſt, quando ob Dei promiſſiones exilientis. Dicit autem, (Adducam vos in terram promiſſionis loco filiorum habens, ſicut & olim cùm vos Aegypto eduxeram.) (Et dixi Patrē vocaſtis me.) Hoc eſt, tantùm vos erga me genuino animo affecti eſtote.*

Verſ.20.] Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorē ſuū, ſic cōtempſit me domus Iſrael, dicit Dominus.

VErumtamen [a] cùm ita ergà domum Iſrael eſſem affectus, vt propemodum inſtar fœminæ cuiuſpiam amatoris, illam deperirem, totuſque in eo eſſem, vt illius procurarem ſalutem: adeòque nihil omitterem, quod in eius obſequium redundaret, & commodum; illa indigniſſimè me contempſit, ſeque mecum habuit, inſtar ſuperbæ illius mulieris, quæ ipſam depereuntem contemnit amatorem ſuum. Quin & ſi quando mihi vt ſuo adhæſit amatori, meque tantiſſum dilexit temporis; vt in amore maximè inſtabilis, inſtar vagæ meretricis, me contempto, ſtatim ad alienos ſe conuertit. Et quod peſſimum omnium eſt, habuit ſeſe mecum & inſtar obſcœniſſimæ coniugis illius, quæ dilectum ſuum contemnens virum, cum adulteris mœchari non erubeſcit. Sic quippe & ipſa, me neglecto, cum multis per idololatriam fornicata eſt alienis, falſiſque Diis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1
1. Senſus.
Ingratitudo Chriſtiani peccatoris quanta in Deum.
Deus amator & deperiens animā.

SED quomodo, &c. Ecquæ maior reperiri poteſt ingratitudo quam ſuperbæ mulieris, illum contemptu repellentis, qui ita eam deperit, vt nullum erga ipſam amoris omittat ſpecimen? Tali inquit ingratitudine mihi reſpondit domus Iſrael, dicit Dominus, cùm amator ipſius ita eſſem, vt ipſam quodāmodo deperirem, totoque affectu illius inhiarem ſaluti, & nihil omitterem, quod in eius & obſequium redundaret, & commodum: ab illa nihilominus ſuperbo aſpernatus ſum contemptu. Hic eſt optimus noſtræ lectionis ſenſus. Poſſet tamen & alio modo hęc explicari ſimilitudo, ſumēdo amatoris vocabulū non tam pro eo, qui amat, quàm pro eo qui amatur à muliere, eo modo quo ſumptum id vidimus ſupra,[b] *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis*, & in cap. 2.[c] *Adamaui alienos, & poſt eos ambulabo*: vt hæc dicta ſint in exprobrationem eius potiſſimùm, in quo ſe cōtemptum à domo Iſrael doluit Dominus, quòd poſt ipſum ingredi ceſſauit, quod cùm ipſius inhæſiſſet cultui ab eo poſtmodùm receſſit, eumdéque & aſpernata eſt, quomodo mulier fornicaria, quæ eumdem quem deperierat, poſtmodùm pro aliis reiicit, & contēnit.

2. Senſus.
Contemptum ſe iis maximè exprobrat Deus, qui eū offendūt, quē priùs pro amatore elegerant.
b Iere. 3. 1.
c Iere. 2. 25.

2
3. Senſus.
Gaſp. Sanct.
Iudæorum ſynagoga receſſiſſe dicitur à Deo eā ratione quā mulier recedit ab amaſio, à quo decepta, & deluſa ſit.

Aliter, ipſo amatoris nomine ſumpto pro amaſio: iſta in hunc modum exponit Gaſpar Sāctius: vt Deus conteſtetur Iſraeliticum populum illum ita ſe habuiſſe erga ipſum liberalem, & benemeritum eorum Deum, quemadmodum mulier in amatorē, à quo decepta eſt, quæ multò magis odit illum deluſa, quàm amauerat antea muneribus, aut blandimentis allecta. *Neque puto*, inquit, *ſine cauſa non virum, ſed amatorem dici à muliere derelictū, quia in viro aliquid eſſe poteſt, quod digreſſa, aut reputata mulier aut amet, aut obſeruet, quare ab eo non eſt alieno prorſus animo. Sed in amatore præter libidinem, & fraudem nihil eſt, quod experta fuerit mulier, quæ ſe ab illius familiaritate ſubduxit. Atque ideo ſic ab illo recedit, vt de repetendæ iterum conſuetudine ſibi cogitādum non putet: eo prorſus modo populus ille Deum contempſit, iam ad illum non iterum reuerſurus.*

Iudaica Synagoga receſſit à Deo, vt ab amaſio, quia ſine cauſa illum dimiſit.

Cæterùm ob id amatoris, ſi in amaſij ſignificatu id ſumatur vocabulum, potiùs, quàm viri vſurpatam hìc dixerim ſimilitudinem, quando de cōtemptu agitur mulieris, dimiſſione manifeſtato; quòd iſtiuſmodi contemptus amaſij magis ad rem eſſet Dei, quem Iſraelitica cōgregatio haud aliqua ex cauſa vt contemptui habitum dimiſiſſet; cùm alioquin in dimiſſione cōiugum ſemper aliqua intercedere deberet cauſa: vt colligūt omnes ex adiecta in libro Deuteronomij particula, *Propter aliquam fœditatem*, & manifeſtiùs ex Euangelij illis comprobatum eſt verbis,[d] *Si licet homini dimittere vxorem quacumque ex cauſa?* Matth. 19. 1. Adde, quòd & id pariter dici poſſet, ſimilitudinem eam à Domino hìc adhibitam, quæ rationi conſona eſſet magis, & mori, atque legi Iudaicæ. Neque enim per repudij legem licitum erat vxori virum dimittere, ſicut viro vxorem. Neque in Iudæorum id fuit more, Vnde Ioſeph. lib. 11. Antiquitatum cap. 11. *Lex*, ait, *noſtra ſolis maritis ius repudij permittit, mulieribus autem, ne dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris viri permiſſu.* Cùm è veſtigio cunctarum Gentium ſit moris, vt meretrices, parumque pudicæ fœminæ ſuum vel abſque cauſa vlla ad libitum dimittant amaſium.

Repudiū antiquitùs fieri non licebat abſque legitima cauſa.
d Matt. 19. 1.

Repudio dirimere matrimonium antiquitùs non erat apud Iudæos licitum. vxori.
Ioſephus.

Neque ex his inferri volo, maius quoque vnà cum contemptu ſignificatum fœminæ odiū. Re enim vera ipſe arbitror, ad odium tale ſignificandum quod maximum in fœmina ſit, aptiorē fuiſſe ſimilitudinem dimiſſionis mariti, quàm amaſij: iuxta eam Philoſophiæ regulam, quā eò maius in aliquam eſt odium, quò ardentior in eumdem præceſſit amor. Quod eloquenter Achilles Tatius lib. 6. de Clitophontis, & Leucippes amoribus, his explicat dignis quæ hìc referantur verbis, *Si amor negligi ſe animaduertat, iram ſibi auxilio aduocat, quæ vtpote vicina vocanti praſto adeſt, vnáque tum ambo ignem exſuſcitant, quòd ſi amorem ira ſemel peſſundet, ac domo ſuā, vt natura infida eſt, eiiciat, tantum abeſt vt ei tamquam amico ad aſſequenda optata opem ferat, vt etiam tamquam ſeruum vinculis coērceat, neque cum amato amplius in gratiam, tametſi maximè velit, redire patiatur.* Adeoque ſi maximum & contemptum, & odium in adhibita ſimilitudine ſignificatum velimus, quartum potiùs iſtū ſequamur ſenſum, vt de dimiſſione mariti ſermo ſit à fœmina contempti, qui ab illa priùs ſummo, vtpote coniugali dilectus fuerit amore.

Odij maioris eſt fœminæ receſſio à cōiuge quā receſſio ab amaſio.

Achilles Tatius.
Odiū eò maius quò ardētior præceſſit amor.
Amor vehemens quemodo in vehementiſſimum conuertatur odium.

3
4. Senſus.
Peccās Chriſtiana anima contemnit Deum coniugem ſuum.

Poteſt namque eodem amatoris nomine deſignari vir, & maritus: Sicque ſimilitudo erit coniugis, per adulterium contemnentis virum ſuum, &contra illum præuaricantis, atque illi fidē frangentis. Hæc enim omnia ſignificat Hebraicū ver-

bum בגד *bagad*, quod noster interpres hîc vertit (*contemnat*) & ex quo deriuatum supra vidimus nomen domui Iuda tributum בגודה *bogedah*, à nostro interprete redditum præuaricatrix. Adeóque sic ex Hebræo ista redduntur, à Regia, (*Si quidem præuaricata est mulier socio suo, sic præuaricati estis in me domus Israel,*) à Pagnino, (*Siquidem vt contempsit mulier dilectum virum suum, sic contempsistis me,*&c.) Et à Vatablo, (*Veruntamen quemadmodum fidem frangit fœmina amatori suo, sic fidem fregisti mihi ô domus Israel.*) Sept. sic legunt πλὴν ὡς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα αὐτῆς, οὕτως, &c. iuxta versionem Latinam Complutensis, & Regiæ, (*Verumtamen sicut contemnit mulier amatorem suum, sic contempsit,*&c.) iuxta Latinam autem versionem Vaticanam. (*Verumtamen sicut præuaricatur mulier in cohabitantem sibi, sic præuaricata est in me domus Israel.*)

*Vers.*20.] Sed quomodo si,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Peccator quã illiberaliter & indecorè cum Deo se habeat.*

HAVD tanta est Dei erga homines quosque propensio, haud tantam cuiusque fidelis animæ habet rationem, tantoque honore quoscunque prosequitur Christianos, quantum è vestigio quæ in peccato obfirmata est Christiana anima, alienato animo, indecorè, infideliter, & cum neglectu cum Deo agit. Hoc illud est, quod hoc loco dolenter idemmet pertractat Dominus, hæcque vniuersa vel prima dictione aduersatiuâ, (*Sed*) significat, quamquam, id & singulis postmodùm amplificet verbis. Sanè si aduersatiua est ista locutio, aptiori consequentiâ dicere debuisset, (*Sed quomodo si contemnat filius patrem suum, sic,*&c. quādoquidem iam dixerat, *Quomodo ponam te in filios,*&c. *Et Patrem vocabis me,*&c. Attamen ad alteram potiùs transiit similitudinē, & ait, (*Sed quomodo cōtemnat mulier amatorē suum,*) sic,&c. quò efficacior ipsa esset aduersatiua locutio, quóue magis id totum, quod intendebat probaret. Primò enim peccatricem animam mulieri comparat superbæ, & fornicariæ: vt intelligas, & illi ea omnia competere, quæ tali mulierū generi vel in sacris, vel in prophanis literis solēt adscribi, in quibus recensendis non est modò, quòd detinear. Lege librum Eccl.c.25. à vers. 17. & c.26. à vers.8. Et lib. Prouerb.c.2. à vers.16. c.5. à vers.3. alibique sæpius, nec non & lib. Eccl.c.7. vers.27.

Peccator cōparatus mulieri fornicariæ, & superbæ.

5 Secundò, vt intelligas quò ipsum impulit humanæ salutis desiderium, iuxta diuersas lectiones multiplicem assumit personam erga mulierem amore affectam. Notum est quippe amoris vehementiam nullâ aptiori exprimi posse similitudine, quàm amoris istius erga mulieres, iuxta illud Regis Dauid,[a] *Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.* Et quidem iuxta nostram Vulgatam, personam induit amatoris, cuius certè est, vt ita erga eam, quam deperit, corde sit vulneratus, sicque cum illa eius conglutinata sit anima, vt ipsam iugiter prosequatur, totusque in eius sit cogitatione; & vt amoris sui specimen ei exhibeat, vtque ipsam deliniat, nec opibus suis, nec valetudini, nec proprio, si opus sit, parcat & sanguini. Lege c.34. libri Genesis de Sichem Dinæ amatore, & c.13. lib. 2. Regum de Ammon facto amatore speciosissimæ Thamar. At si & hoc nosse velis, quâ ratione Deus amator sit animæ cuiusque fidelis, lege librum Cātici Can-

Amore in mulieres nullus inter homines maior. Amatorē animarū fidelium qualem se exhibuerit Deus.

a 2. Reg. 1. 26.

A ticorum, & intelliges ipsum[b] vulneratum, præque amoris sui vulnere[c] stantem, & persistentem post parietem, amatam animam respicientē per fenestram, perque cancellos, &[d] quasi ligatū esse ob idipsum illius domui,[e] idque etiam sub dio, & & nocturno quoque tempore ad aëris intemperiem, ad rorem, atque ad pruinam, totum[f] ab illa pendere, illique se exhibere subiectum: non parcentem rei cuipiam, quæ in illius obsequiū fuerit expendenda.[g] Non substantiæ cælestis domus suæ in eximiis, innumerisque muneribus,[h] Non denique & vitæ.

b Cant. 4. 9.
c Cant. 2. 9.
d Cant. 7. 5.
e Cant. 5. 2.
f Cant. 7. 11.
g Cant. 8. 7.
h Cant. 8. 6.

B Si & de eo specialiùs instrui peroptes, quomodo & peccatricis animæ Deus ipse factus fuerit amator, vtque illius sese exhibuerit amatorē, sumens sibi mulierem fornicationum pro dilecta, vt fieri in huius rei typum Hoseæ[i] iussit Prophetæ: lege Euangelia, & audies, ipsum,[l] relictis nonaginta nouem ouibus, venisse vt vnam deperditam, & errantem reperiret centesimam,[l] non venisse vocare iustos, sed peccatores, adeoque instar amatoris vndequaque iugibus eos quæsisse itineribus;[m] Nunc defatigatum ex itinere quasi ligatum ad puteum Samaritanæ inhiasse saluti;

6 *Peccatorum amator quomodo factus sit Deus.*

i Hose. 1. 2.
k Matth. 18. 12.
l Matt. 9. 13.
m Ioan. 4. 6.

C nunc super[n] Matthæum telonarium, & publicanum, super[o] languidum in probatica piscina triginta & octo annos habentem,[p] super cæcum,[q] super Petrum trinæ negationis scelere infectum suos defixisse oculos: nunc inhonorationi pro iisdem expositū: nunc confectum vulneribus: nunc pretiosissimum pro illis expendentem sanguinē: nunc super cruce alligatum expansis manibus illos expectasse: nunc denique in illorum intuitu & propriam vitam, spiritumque dedisse,[r] quando inclinato capite emisit spiritum. Ecquæ maiora haberi possunt amoris, amatorisque indicia?[s] Cō-

n Matt. 9. 9.
o Ioan. 5. 5.
p Ioan. 9. 1.
q Luc. 22. 61.
r Ioā. 19. 30.
s Rom. 5. 8.

D *mendat*, ait Apostolus, *charitatem suam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Nihilominus ita idemmet Dominus, *contempsit me domus Israel, quomodo contemnit mulier amatorem suum.*

7 Augetur autem ista Domini ratio per Hebraicum nomen, quod noster interpres vertit amatorem. Siquidem רע *reangh*, seu רעה *rengheh*, nedum amatorem, amicumque significat, sed & socium, & qui ita erga aliquam affectus sit, quomodo erga suas pastor bonus affectus est oues, quique propterea erga illā, quam diligit, summa cum charitate omnia expleat Pastoris officia, in pascē-

E do, sequendo, vigilando, curando, deducendo, requirendo, portando, defendendo, ac demum se, vitamque suā pro ea exponendo: deriuatur enim à verbo, רעה *ranghah*, quod pascere, pastorisq; perfectum munus explere significat. Vnde Sept. in vers. 1. huius capitis 3. pro, (*Tu autem fornicata es cum amatoribus,*) legunt, (*cum pastoribus multis.*) Insuper idem nomen significat, & voluntatem, & cogitationem.

F Itaque sumendo hanc vocem primùm in significatu amici passiuè sumpti, prout sumitur in c.5. Cantic. vbi sposa ait,[t] *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus*, i. quem præ dilectis omnibus in meum elegi amicum. Congruentissimæ istæ sunt Dei querelæ contra quamlibet Christianā animam delinquentē: eique pristinæ obiiciūtur pollicitationes, pristiniq; quos in Baptismo, & in anteacta cōuersione ergaDeū habuit affectus: quando ei illa dici potuere Moysis verba,[u] *Dominū elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt custodias caremonias illius, & mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio.* Et efficacior ista ipsa est ratio,

Quæ in Baptismo factæ sunt pollicitationes proponuntur à Deo animæ peccatrici.

t Cant. 5. 16.

Pia anima Deū appellat cogitationem, & voluntatem suam.

u Deut. 26. 17.

tatio, si idem Hebraicum nomen sumatur in significatu voluntatis, & cogitationis eo pacto, quo in Canticis sponsam quam deperibat, iuxta lectiones & Hebr. & Sept. sponsus dilectionem amoremque appellat, cùm ait,[a] *Adiuro vos*, &c. *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectionem.* Vulgata, *dilectam, donec*, &c. quoque apud Isaiam Dominus ait,[b] *Et vocabitur voluntas mea in ea*; Et quo sæpius à Propheta Dauid diuina lex, mandata, iudicia, & testimonia dicuntur. [c] *Meditatio sua.* Secundùm quem sensum præsentes Dei querelæ sunt huiusmodi. Ita erga Christianam animam affectus fui, & sum, vt totum meum desiderium, totamque & cogitationem in id coniectam habeam, vt eam in electorum filiorum cooptem numerum, At proh nephas! ab illa contemnor, à qua iam electus in talem fueram amicum, vt ipsius essem & voluntas, & cogitatio omnis: Nullam modò mei rationem habet desiderij cogitationis, & bonæ erga ipsam voluntatis, quæ priùs nil præter me cogitabat, nec transuersum (vt dici solet) vnguem à mea recedebat voluntate.

a Cant. 2. 7.
b Isai. 62. 4.
c Psal. 118.
Christianus & religiosus peccãs quàm malè se habeat erga Deum.

8 Aliam verò vim habent eædem Domini querelæ, si idem Hebraicum nomen in significatu sumatur socij, aut eius amici, qui erga amatam omnia boni pastoris expleat munia. Quod enim talis amicus Christianæ animæ extiterit, sitque Deus, colliges ex vniuersis Prophetarum libris, in quibus pastoris induit personam, lege in primis Psalmum 22. [d] & cap. 10. [e] Euangelij Ioannis. Eidemque socium nostrum effecto id maximè congruit, quod per Salomonem dicitur.[f] *Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater.* Et quod hîc adhibuêre Sept. pro socio, amico, atque amatore vocabulum συνὸντα Synonda ad viuum exprimit qualis ista sit Dei erga fidelem animam necessitudo, atque societas: per id quippe significatur cohabitans, conuiuens, coexistens, circa quæ multis philosophare potes, neque enim vel amico, vel socio alicui verius id competit nomen, quàm ipsi Deo: multoque magis si id ipsum iuxta propriissimum sumas significatum, vt significat vnum, idemque existentem, & vnum ens habentem. Quamuis enim reuera Deus dici nullatenus queat idem cum anima fideli existens, vnumque cum illa ens habens, si sermo sit de ente substantiæ naturæ, & essentiæ quod iure sibi tribuit Iesus, cum in Euangelio Ioannis dixit,[g] *Ego & Pater vnum sumus.* Eò tamen eumdem Deum eius impulit in fidelem animam amor: vt nec dedignatus sit, & vnum cum illa fieri, vtque & vnum cum illa existentem se appellare, atque vnum cum illa ens habentem, ob vnius eiusdemque spiritus communicationem per gratiam, de qua Apostolus,[h] *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo*, & Ioannes, *In*[i] *hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.*

Pastoris boni munera omnia explet Deus erga fideles animas.
d Psal. 22. 1.
e Ioa. 10. 11.
f Prou. 18. 28.
Deus quàm arctâ cum animabus fidelibus iunctus sit amicitiâ.
g Ioa. 10. 30.
Vnum cum anima quaque fideli existens quomodo dici possit Deus.
h 1. Cor. 6. 17.
i 1. Ioa. 4. 13.

9 Et quod arctiorem facit vnionem, ob realem in Eucharistiæ Sacramento communicationem corporis, & sanguinis Christi, cum quibus per concomitantiam (vt inquiunt Scholastici) communicatur animæ, & ipsa Dei diuinitas, entitas, atque substantia; De qua vnione Dominus in Euangelio,[k] *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo*, id est vnitur mecum, & ego cum illo. In quibus bene notant Patres, quòd non dicitur, *Manet in carne mea, & caro mea manet in ipso, Sed, ego in ipso, & ipse in me*, denotans ipsum suppositum, & personam diuinam carni, & sanguini vnitam. Et tam de hac secunda reali, quàm de prima spirituali vnione idemmet Dominus item apud Ioannem,[l] *Sicut tu Pater*, ait, *in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* En Deum, vnum cum anima spirituale habentem ens, ob primam vnius spiritus vnionem, quam anima habet per participationem. Audi & habentem vnum cum eadem ens reale ob Sacramenti communionem,[m] *Et ego charitatem*, id est ipsam diuinitatem Verbi vnitam carni, vt rectè intelligunt Hilarius lib. 8. de Trinitate, & Cyrillus lib. 11. cap. 26. in Ioannem, *quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum.*

In Eucharistia Sacramẽto communicatur anima Dei diuinitas, & essentia.
k Ioan. 5. 56.
l Ioa. 17. 21.
m Ioan. 17. 22.

Secundùm has itaque vel Græci, vel Hebraici nominis significationes, istæ cum fideli anima peccatrice, quæ hîc à Deo fiunt querelæ, sunt istiusmodi. Cùm ipse id maximè haberem in optatis, meumque in id adhibuerim studium: vt electis filiis eam aggregarem: illa vicissim contempsit me, qui ei iugiter & in actionibus omnibus, & tam in prosperis, quàm in aduersis me exhibui socium: me, qui instar amantissimi pastoris, nihil vnquam omisi, quod ad salubrem eius faceret pastum: me demum, qui & eò me demisi, vt ob communicationem, quam illi præstiti mei spiritus, meæque & diuinitatis realis in Eucharistiæ Sacramento, ei coëxistentem me feci, & quod nec Seraphinis concessi, vnum habentem ens.

10 Cæterùm istarum Dei querelarum vim exactiùs vt perpendamus, expendendum quid sibi velit verbum contemnere, iunctum præsertim cum muliere fornicaria. Ac primò sciendum, Hebraicum verbum בגד bagad significare aliquãdo præterire, quomodo illum sumpsit noster interpres Iob 6.[n] *Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Sæpiusque ponit pro præuaricari simpliciter, sicque reddi vt plurimùm solere ab eodem interprete nostro: Necnon & pro contemnere, vt hoc vertitur loco, quin & pro fidem frangere, & mentiri, quomodo in Vulgata accipitur Isai. 21.[o] *Qui incredulus est infideliter agit.*

Contemnat quomodo Deũ peccator.
n Iob. 6. 15.
o Isai. 21. 2.

Secundò notandum, mulierem fornicariam in humanis tribus modis quem contemnere posse amatorem, vel solummodò nullam rationem illius habendo, ita vt cùm in eum incedit superbè illum prætereat, se ab ipso auertens: vel post multa ab illo accepta munera, postquàm fidem illi exhibitam, ei mentiendo, & contra omne ius fasque fidem frangendo: vel tertio alteri adhærendo amasio, tuncque iste est omnium pessimus conteptus, quando hoc in illius facit ignominiam. His omnibus modis queritur Dominus, se ab anima Christiana, & peccatrice contemptum, cùm ait, (*Sicut contemnit mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel.*) An non Deum contemnit, illum prætereundo, qui cùm peccat, nullam diuinorum beneficiorum habens rationem superbè ab illo declinat, vel etiam in sanctis inspirationibus obuio? [p] *Initium superbiæ hominis*, dicitur in libro Ecclesiastici, *apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius.* An non etiam secundo modo eumdem contemnit, qui post fidem illi in Baptismo exhibitam innumeris ab eo acceptis, & eximiis diuinarum gratiarum donis, ipsi mentitur, frangitque fidem? *Inimici Domini mentiti sunt ei*, ait [q] Dauid; Dubitas fortè id asserere de peccatore, qui fidem minimè perdiderit, quòd peccans à fide deficiat?

Triplici ratione Deum contẽnit, quãdo peccat anima fidelis, & religiosa.
Peccator quomodo Deum præterire, & contemnere dicatur.
p Eccl. 10. 14
Peccator fidẽ Deo frangit.
q Psa. 80. 16.

a Tit. 1. 16. Audi Apostolum de talibus dicentem, [a] *Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Et alibi,

b Tim. 5. 8. *Si* [b] *quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* An non

Peccator in Dei ignominiam adhæret Sathanæ, & creaturis.

insuper Deum & tertio modo delinquens contemnit, rebus adhærendo creatis, imò & Sathanæ? lege quæ diximus supra super similis peccatricis animæ verbis iis: [c] *Et dixi: Desperaui, nequaquam faciam, adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo*: Dubitas, id quoque de tali anima peccatrice conqueri Dominum, quòd contemptus ita ab ipsa sit per ignominiam, Italicè *Per fargli dispetto*? Audi Sapientem illum dicentem, [d] *Initium omnis peccati, est superbia: qui tenuerit illam adimplebitur maledictis*, id est criminibus, & sceleribus, quæ scilicet in Dei ignominiam admissa, quasi tot erunt maledicta in Dei ignominiam blasphemo ore prolata: quod clarius exprimit textus Græcus, legens, *Inundabit abominationem*, id est instar inundantis fluuij aquas foras ex alueo emittentis, & ipse quas intra cor habet emittet abominabiles in Deum blasphemias.

c Ier. 2. 25.

d Eccles. 10. 15.

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Sed quomodo si, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Πλὴν ὡς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα αὐ-

A τῇ, οὕτως ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος.

Vers. 20.] Verumtamen, sicut præuaricatur mulier in cohabitantem ei, sic præuaricata est in me domus Israel, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea sicut præuaricatur mulier in maritum suum, sic præuaricata es in verbum meum domus Israel, dicit* 1

B *Dominus.*

Vers. 20. *Sed quomodo si contemnat mulier*, &c. Hieronymus, *Christi vox est iuxta populum Iudæorum, cui dixerat, ponam te in filios, & dabo tibi terram desiderabilem, & Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. (Quomodo inquit, mulier contemnit) non virum, sed (amatorem,) si semel commixta fuerit, cernens eum suæ libidini seruientem, & in se mutatam esse legem naturæ, per quam viro quondam subiecta fuerat, dicente Domino,* [e] *Et ad te conuersio eius: Sic domus Israel, id est populus Iudæorum contempsit Dominum Saluatorem in perniciem suam.*

Hieronym.

e Gen. 3. 16. iuxta Sept.

Theodoritus. *Conqueritur Dominus, quòd non modò decem tribus, sed etiam tribus Iuda æmulatæ sint mulierem fornicatricem, quæ deliquit in virum suum, & quòd transgressæ sint pacta cum ipso conuenta.*

Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΠΛΗΝ ὡς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα, οὕτως ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ ὁ οἶκος.]

★ Τοῦ Χρυσοστόμου.] Ἐπίγνωτε τὰ οἰκεῖα κακὰ, καὶ παρέξω τὴν ἀμνηστίαν τῶν ἤδη πλημμεληθέντων.

C Vers. 20. VERVMTAMEN *sicut præuaricatur mulier*, &c. *sic præuaricata est*, &c.)

★ Chrysostomi.] *Propria mala agnoscite, & obliuioni tradam, quæ iam delinquendo cōmisistis.*

Chrysost. *Cognitio peccatorū quanti sit apud Deum.*

Vers. 21.] Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TRIPLICI [a] *professò ratione à filiis Israel contemptus fui: primùm, quòd cùm me vnum colere debuissent; ad me gemitibus clamare per pœnitentiam si quando peccassent; ad me in necessitatibus suis confugere; meque suis inuocare deprecationibus; illi è contra multiplicibus idololatriæ viis assumptis ad excelsa, vbi adorabant Idola, se contulêre: ibi falsos inuocantes Deos, illorum opem elatis implorarunt gemitibus, atque vlulatibus.* [b] *Tum vitam suam vniuersam in mei item contemptum iniquam fecerunt, cunctis sese contaminantes sceleribus, in studiis suis omnibus, in actionibus, & cogitationibus vniuersis peruersè se habentes.* [c] *Et insuper ita me sunt aspernati, vt quem vnicum suum & Dominum in iussis capessendis, & Deum in religionis obsequio ob oculos semper habere debuissent, penitus ignorarint; sicque obliti sint, vt nec me, nec legem, cultumque meum quidquam curarint.*

a Vox in viis, (seu superexcelsa) audita est, ploratus, & vlulatus (seu deprecationis) filiorū Israel.

b Quoniam iniquam fecerunt viam suam.

c Obliti sunt Domini Dei sui.

C EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VOX *in viis audita est*, &c. Difficile est, definire, ad quid ista adhibita hîc sint, quóve ea intelligenda sint sensu, in bonumne, an in malum. Sunt enim plerique à quibus in bonum hæc sumuntur, fortasse ob id quod pro voce (*vlulatus*,) in Hebr. & in versione Sept. sit (*deprecationum*, seu *deprecationis*, & precum. Vnde Vatablus asserit, hæc esse verba Prophetæ respondentis Deo conquerenti de domo Israel, 1

Vatablus.

D quasi dicat. Si Israel pœnitentiam egerit, & illam lachrymis fuerit testatus, teque deprecetur, ignosces ne illi quòd aduersùm te iniquè egit, tuique oblitus est? Alij Deo potiùs hæc tribuunt, qui mutet personam mutatis affectibus, vt explicet desiderium, quo tenetur, videndi plebem suam resipiscentē, & ad se venientem. Ideoque se modò inducat audientem fletus pœnitentium de malè acta vita, eorumdemque preces: antequam reuera eas proferant. Alij specialiter ad eos hæc referunt Iudæos pœnitentes, quòd Christū contempsissent, de quibus in Actibus Apostolorū legimus, [d] *His auditis compuncti sunt corde*, &c. Referunt hæc ipsa alij ad Iudæos illos, qui ducti fuêre in captiuitatem: vt hîc ob oculos ponatur, & describatur calamitas, & pœna, quæ Dei secuta est

Orationes & fletus pœnitentium audit Deus priusquàm eas proferant.

d Act. 2. 37.

est contemptum: Ac si dicatur, contempsit me domus Israel, at certè cùm filij Israel ducerentur in captiuitatem, audita est vox eorum gementiū, & frustra illos deprecantium, à quibus ducebantur, & meritò, quoniam iniquè egerunt, & obliti sunt, &c. vt vox ista, iique gemitus, atque preces in malum potiùs sumantur sensum.

2 *Contemptum triplici ratione ab Israelitis asserit se Dominus.*

Ipse arbitror, hæc dicta in malum quidem sensum, sed in cōfirmationem eius, quod immediatè à Domino dictum est, *Quomodo si contemnat*, &c. *sic contempsit me domus Israel*, vt explicetur, quā ratione Deum contempserit. Neque enim adduci possum, vt asseram, in bonum sensum hæc prolata, vt significantia pœnitentiam Israelitarū, quos in versu subsequenti, vt adhuc in delictis perdurantes, reuertentes, refractarios, atque rebelles ad resipiscentiam admonitos video. Porrò in tribus situs fuisse iste Dei contemptus dicitur. Primò, quòd (*audita est vox*,) &c. Secundò, quòd (*iniquam fecerunt viam suam*:) & tertiò, quòd (*obliti sunt*, &c.) (*Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel*.) En primū: quòd in viis, studiisque illis idololatriæ, de quibus supra dictum est, [a] *Dispersisti vias tuas alienis*, clamores magnos, gemitus, precesque ad falsos fuderunt Deos, sicut in libro 3. Reg. legimus de falsis Prophetis inuocantibus Baal. [b] *Clamabant voce, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine*: Quòd cùm suis Deum placare debuissent gemitibus, suisque & pro admissorum delictorum venia illum precibus exorare, opemque ab eo implorare, illo contempto, ad idola potiùs ea omnia cōuertêre. Quem sensum clariùs referunt Hebr. in quibus pro, *in viis*, est על שפיים *ngal sciephaim* (*super excelsa*) loca nimirum æditiora, in quibus idololatriæ opera dabāt, de quibus supra, iuxta lectionem item Hebraicam domui Iuda dicebat idemmet Dominus, [c] *Leua oculos, ngal sciephaim, ad excelsa, & vide vbi non prostrata sis*. Et infra de domo Israel, *Abijt* [d] *sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi*. Vnde & simili sententiâ Isai. 15. dicitur, *Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum: super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus, descendit in fletum*. Sept. pro שפיים *sciephaim* videntur legisse שפתים *sephathaim*, aut שפיים *sephaim* cum puncto ad sinistrum cornu primæ literæ: ideoque verterunt, (Vox ἐκ χειλέων ex labiis,) scil. prolata (*audita est, ploratus, & deprecationis*) καὶ δεήσεως, prout & Hebræa, (*fletus*) תחנוני *thahhanune* deprecationum filiorum Israel ex quo intelligimus, quid sibi voluerit noster interpres vertens, (*fletus, & vlulatus*,) illos nimirum precum vlulatus, quibus Deos deprecabantur alienos, iuxta illud Hoseæ, [e] *Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis*.

a Iere. 3. 13.
b 3. Reg. 18. 28.
c Ier. 3. 2.
d Ier. 3. 6.
e Ose. 7. 14.

3 *Infidelitatem sequūtur scelera vniuersa.*
Contemptus Dei est cum omni delicto.

Addit contemptum secundum, (*Quoniam iniquam fecerunt viam suam*:) Neque enim per scelus dumtaxat idololatriæ filij Israel Deum contempsêre, sed vitam suam vniuersam iniquam fecêre, omnibus se contaminantes criminibus: Hebræor. כי העוו את דרכם *chi henghevu eth darcham*. Regia. (*Quia peruertêre viam suam*.) Pagninus, (*Quia iniquam fecerunt viam suam*) Vatablus, (*Quia deprauauerunt vias suas*.) Clariúsque omnibus Sept. (*Quia iniquè egerunt in viis suis*) in singulis videlicet studiis, in singulis & actionibus peruersè se habentes. Quod certè est, in profundum deuenisse malorum, & legimus in libro Prouerb. [f] *Impius cùm in profundum malorum* venerit, contemnit. scilicet Deum.

f Prou. 18. 3.

Contemptus Dei est cum illius, & legis eius obliuione.

Vis tertiam contemptus rationem? (*Et obliti sunt Domini Dei sui*,) Iam enim supra in vers. 32. capitis secundi ibi, *Populus autem meus oblitus est mei diebus innumeris*, dictum est, verbum obliuisci in sacris literis quemdam significare neglectum, & tantumdem esse oblitum, quem esse Dei, ac, diuinam illius legem non curare, nec facere, imò & negligere, atque aspernari.

Vers. 21.] Vox in viis audita est, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

QVOD in vehementissimam primi homicidij obiurgationem in libro Genesis à Domino Cain dictum legimus, [g] *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Idipsum & hoc loco in obiurgationem mundanorum, Christianorúque peccatorū ab eodem Domino dici crediderim. Neque verò nouum est, vt lachrymæ sanguini comparentur: nam & Gregorius Nyssenus oratione de Placilla, è cordis vulneribus lachrymas tamquam sanguinem fluere asserit, & sicut sanguis educitur, cùm aliquid pungitur carnis, ita iuxta id quod dicitur in libro Ecclesiastici, [h] *Qui pungit oculum deducit lachrymas*. Sed & multò ad rem nostram magis, quia sicut in sanguine vita est carnis, prout apertè contestatus est Dominus, tum in libro Leuitici, [i] tum in libro Deuteronomij. [k] Ita in lachrymis vita quodammodo est animæ, quatenus ei, quæ per peccatum mortua sit, per lachrymas, atque per fletus vita restituitur gratiæ, [l] *In quacumque enim hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius*, ait Deus. Quòd si sanguini vox tribuitur, quæ clamore suo nubes penetrans ad Deum ascendat: lachrymis pariter vocem iure hîc tributam habemus, & clamores nubes penetrantes, ad Deique ascendentes thronum, vt asseritur in libro Eccles. [m] *Nonne lachrymæ viduæ à maxilla descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælos*, & notum id est quod ait Dauid, [n] *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei*.

g Gen. 4. 10.
Greg. Nyss.
Lachrymæ cōparata sanguini, quasque cum illo habeant congruentias.
h Eccles. 22. 24.
i Leuit. 17. 11
In lachrymis est quodāmodo vita animæ, sicut in sanguine est vita corporis.
k Deut. 12. 23.
l Ezech. 18. 21.
Lachrymæ habēt voces, sicut & sanguis.
m Eccl. 35. 18.
n Psal. 6. 9.

5 *Lachrymarū inanis effusio pro rebus vanis reputatur quoddam homicidiū animæ.*

Porrò cùm tot inter sanguinem, atque lachrymas sint congruentiæ, cumque par reperiatur obiurgatio & in libro Genesis aduersùs effundentē sanguinem fratris sui per homicidium, & in hoc Ieremiæ vaticinio aduersùs effundentes in viis lachrymas, sat certè probabiliter deducitur, & hanc inanem lachrymarum effusionem quasi quoddam reputari posse homicidium, & homicidium, non tam corporum, quam animarum. Conquestus in præcedenti versū est Dominus aduersùs peccatrices animas, quòd contemptus ab illis fuerit, *Sed quomodo contemnit mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel*. Addit & in hoc vers. nouas querelas, seu potiùs nouas contemptus rationes, quòd ab iisdem animabus in maximam ipsius ignominiam in viis fusi sunt lachrymarum fletus. Enimuerò quæ [o] in viis sedent, prout supra dictum est in hoc 3. capite, totæ profectò in viis esse comperiuntur, & in studiis mundi, inque iisdem mundi studiis fletus fundunt, & lachrymas, vel pro mundanorum desiderio, vel pro terrenarum rerum amissione: quod in maximam Dei

Lachrymas inaniter effundi pro summa sui ignominia accipit Dominus.
o Ier. 3. 2.

redundat ignominiam: Quomodo in summam redundaret ignominiam Principis, qui saluberrimas, vitalesque dedisset aquas, quæ arctâ custodiâ pro mortalibus seruarentur morbis, si inaniter in viis ex effunderentur. Tantâ custodiâ has lachrymarum aquas seruatas voluit Iesus pro animarum ægritudinibus, vt nedum super vnicum & adolescentem filium mortuum illas effundi prohibuerit matri Viduæ, cùm illi dixit, [a] *Noli flere*: Sed nec super se ipsum illas effundi passus sit, cùm diceret, [b] *Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete.* Quamquam cùm ab anima peccatrice ita super se ex animo contrito eæ effunduntur ad peccatorum suorum remedium, tunc & super ipsum easdem effundi summopere gaudeat, vnde & de Magdalenæ lachrymis quasi glorianter ait, [c] *Hæc autem lacrymis rigauit pedes meos.*

Lachrymas quantâ custodiâ pro animarū morbis custodiri voluerit Iesus.
a Luc.7.13.
b Luc.23.28.
Lachrymis effusis pro peccatis gloriatur Deus vt effusis super ipsum.
c Luc.7.44.

6 (*Quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.*) Viatorem esse hominem quemque in præsenti sæculo nemo est, qui dubitet: probatque id peroptimè Basilius Magnus homiliâ in Psalmum 1. Cæterùm cùm via per quam is ambulat, ipsa sit eius vita, prout idem Basilius ibidem probat, congruenter & viator dicendus ille est, & factor viæ suæ; in hoc enim mundo se habet instar viatoris illius, qui in agro, niue, aut spinis vndequaque cooperto gradiens, manibus ipsis suis viam sibimet facit: actionibus quippe suis vnusquisque vel bonam, vel prauam sibi facit viam, quâ vel rectâ ad Deum tendat rectè viuendo, vel in barathrum præceps ruat vitiorum, vitam traducens peruersam, Hinc vt ad stratores, factoresque viarum exclamat in Euāgelio [d] Baptista vox ab Isaia [e] prænunciata. *Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri*: assignansque & modum, quo ista Domini via paranda sit, addit, *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Circa quæ, non est quod hoc loco detineamur.

Viator in hac vita sic est homo, vt sit simul & viarum factor.
Basilius.
Simile.
d Luc.3.4.
e Isai.40.3.

7 Id potiùs hîc explicandum, quomodo de Christianis peccatoribus dicatur. (*Quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.*) Via certè Christianorum via recta est, via est & lucis, quam adiêre, cùm in Baptismo facti sunt filij lucis, de qua per Salomonem dicitur, [f] *Iustorum semita quasi lux splendens*, & per Isaiam, [g] *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.* Si igitur nosse vis rationem, ob quam de plerisque Christianorum dicatur, (*Iniquam fecerunt viam suam,*) audi eam tibi subiectam, (*obliti sunt Domini Dei sui.*) Contingit plerumque quem rectum quidem suscipere callem, quo & rectâ ad præfixum tenderet terminum: iniquam nihilominus illum facere viam suam, quia obliuiscatur termini, ad quem sibi tendendum esset. Omnis Christiani in via sua error, omnisque Christianæ vitæ prauitas, & iniquitas, ex Domini Dei prouenit obliuione, ad quem vnum, vt ad singularem terminū omnia directa esse debent Christianorum itinera. Quamquam & ista huius termini obliuio plerumque & exinde proueniat, quòd Christiani iniquam faciunt viam suam: idque significare videtur Propheta causali illâ dictione, (*Quoniam*) dum ait, (*Quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt*, &c.) Siquidem iniquam is facit viam suam, qui in Christiana, quam profitetur vita, iniquitates operatur, iniquusque est, legimus autem in libro Prouerbiorum, [h] *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* Quod expressiùs in Euangelio declarauit Iesus dicens. [i] *Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.* Quid est enim, *nescit quò vadat*, nisi, nescit quem sibi ab initio præfixit terminum? oblitus nimirum Domini Dei sui: à quo certè non aberraret, si in memoria, & ob oculos illum haberet. Quia, vt Beatus ait Ioannes, [k] *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus*, iniquam videlicet faciendo viam nostram, *mentimur*, asserentes, illius nos recordari, *& veritatem non facimus*, quâ vnà ad eum tendere debuissemus.

Via Christianorū quæ ex se rectissima est, quomodo fieri dicatur iniqua.
f Prou.4.18.
g Isai.26.7.
Ex Dei obliuione fit, vt Christiani iniquam faciant viam suam.
Dei obliuio Christianis plerūque est ex eo quòd iniquam faciunt viam suam.
h Prou.4.19.
i Ioā.12.35.
k 1.Ioā.1.5.

A B

Vide Appendicem Patrum post Expositionem secundam vers.22.

Vers.22.] Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Cæterùm [l] *quāuis à vobis tam multipliciter contemptus sim, cùm, me neglecto vestri amantissimo, ad noua reuersi sitis idololatriæ genera: nullam tamen polliceor contemptum tantorum me habiturum rationem, si qui hucusque filij extitistis reuertentes, vagi, rebelles, ac refractarij, ad me patrem conuertamini vestrū.* [m] *Quod si in vagatione ista vestra ad vomitum sæpe reuertentes, pluribus sceleribus iniquam fecistis viam vestram, multiplicibusque me læsistis auersionibus, quibus & ob multas in quas offendistis peccatorum occasiones, lapsibus frequentibus, variis criminum vulneribus, variisque singularum potentiarum contritionibus estis confecti, sanabo ipse benignissimè auersiones vestras vniuersas; alligabo & cuncta vulnera; fouebo contritiones singulas; & peccata omnia vobis condonabo. Itaque haud ampliùs multiplices teratis idololatriæ vias, ad excelsa tendentes, ibique ad Idola clamantes.* [n] *Me potiùs colite, meque hisce deprecemini precibus: Ecce nos, reliquis omnibus dimissis viis, omnique abiecto idolorum cultu, viam vnam illam dumtaxat arripimus, quæ ad te ducit, te vnum adorantes, te vnum inuocantes, teque vnum debitis prosequentes obsequiis.* [o] *Absit vt tui ampliùs obliuiscamur. Confitemur enim te nostrum & Dominum, sub cuius imperio legibusque, vitam degamus; & peculiariter Deum, à quo omnia accepimus, & in quem totum nostrum æquum est coniiciamus affectum.*

D E

l *Conuertimini filij reuertētes (seu rebelles, refractarij, & vagi.)*
m *Et sanabo auersiones, (seu contritiones) vestras.*
n *Ecce nos venimus ad te, (seu, ecce serui nos.)*
o *Tu enim es Dominus Deus noster.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

8 Conuertimini filij, &c. Plerisque expositorum visum est, vt participium (*reuertentes*) in bonam partem hoc loco sumēdum sit, tametsi supra in vers.14. idipsum eodem modo pronunciatum, fuerit in malam partem acceptū, vt Deus occurrens pœnitentibus, & flentibus peccata sua, modum exhibeat, quo ipsum placare queant, nempe si ex corde conuertantur, Ac si dicatur, ó filij ad me reuertentes patrem, Deumque vestrum conuertimini seriò, & ex corde, vt sanem, &c. Et hoc sensu id sumpsisse videntur Sept. qui cùm eamdem Hebraicā vocem. in præcitato vers.14. in malam partem acceperint, adeóque ibi eam verterint, (*Conuertimini filij* ἀφιστάμενοι id est, *apostatæ*,) siue, vt legit Hieronymus, (*Vagi & receden*

F

Pœnitentibus occurrēs Deus modum eis exhibet, quo ipsum placare queant.

recedentes :) hoc tamen verſ. 22. in bonam potiùs ſumentes partem vertère, (*Conuertimini filij ἐπιστρέφοντες. Conuertentes*, ſeu *reuertentes*.) Meliùs tamen ab aliis idipſum æquè ac ſupra in verſ. 14. in malam partem accipitur ; atque adeo peregregiam, quæ hoc loco in Hebræo eſt paranomaſia, vnius & verbi , & participij , & nominis שובו בנים שובבים *ſcubu banim ſciobabim* ארפה משובותיכם *erpe meſciubotechem*, recentiores interpretes ſic vertunt. Pagninus, (*Conuertimini filij rebelles, ſanabo rebelliones veſtras.*) Vatab. (*Reuertimini filij vagi , & ſanabo auerſiones, ſeu rebelliones veſtras.*) Regia , (*Conuertimini filij refractarij, ſanabo auerſiones veſtras,*) vertaſque & commodè, (*Reuertimini filij auertentes, & ſanabo auerſiones veſtras.*)

9 *Ad pœnitentiam quantâ benignitate etiã poſt maxima ſcelera peccatores inuitet Deus.*

Suppoſito itaque, quod ſupra in verſ. 14. probatum à nobis fuit , vocabulum iſtud reuertentium , ſeu auertentium domui Iſrael potiſſimùm tribui , vt ei maximè accommodatum , quæ aliâ quidem voce, eiuſdem tamen ſignificatus , & ab eodem verbo deriuatâ , auerſatrix ad diſtinctionem præuaricatricis Iudæ appellatur : Mirè euehit Dominus in his benignitatem , & miſericordiam ſuam in illam. Siquidem etiam poſt talem, tamque multiplicem contemptum , quem mox ab ea ſuſtinuiſſe ſe retulit in verſ. præcedentibus, denuò paternis viſceribus ipſam ad ſe reuocat , pollicens , ſimul ac exhibens validiſſima remedia aduersùs præallatas ſui contemptus rationes. Pro eo enim quòd ſe ab illa contemptum doluit, eâ ratione, quâ mulier contemnit amatorem, ſeu virum ſuum. (*Conuertimini inquit filij reuertentes.*) Ac ſi dicat, Quamuis à vobis vt filiis reuertentibus ſemper ad noua idololatriæ genera, adeóque & à me vos auertentibus, æquè ac à matre veſtra auerſatrice, contemptus ſim , qui amator ſum veſtri, ſicut ſum & vir matris veſtræ ; nihilominus nullam tam magni contemptus habebo rationem, ſi qui hucuſque rebelles, vagi ac refractarij mihi extitiſtis, ad me conuertamini.

10 *Peccata remittens Deus ſanare dicitur auerſiones. Peccata cur dicta & auerſiones, & contritiones.*

(*Et ſanabo auerſiones veſtras.*) En quomodo & remedium pollicetur aduersùs eam rationẽ contemptus, quam ſignificarat dicens , (*quoniam iniquam fecerunt viam ſuam*,) multiplicibus nimirum peccatis, atque ſceleribus, quibus in vita ſua, & in ſtudiis ſuis iniquè erga illum ſeſe geſsère. Aptè autem ad exprimendum remedium iſtud , quod in remiſſione , & condonatione peccatorum ſitum eſt, hac vſus eſt locutionis formâ , (*Et ſanabo auerſiones veſtras*,) auerſionum nomine quidditatem exprimens peccatorum ſingulorum, ſitam in auerſione, & rebellione cum Dei contemptu: verbo autem ſanandi id ſignificans , quod ex tali auerſione ſequitur eiuſdem peccati vulnus: medicamentum quippe , & ſanatio vulneribus adhibetur, & ægritudinibus. Enimuerò auerſione homo recedens à Deo, eoque receſſu iniquam faciens viam ſuam, tot decidit lapſibus, quibus & conteritur , & vulneratur in anima, quot cedit peccatorum obuiis occaſionibus. Vnde bene Sept. legunt, (*Sanabo contritiones veſtras,*) quomodo & noſter interpres eaſdem, quos & hîc Hebraicas voces , ſic alibi reddidit , [a] (*Sanabo contritiones eorum.*) Porrò ſicut quæ peccato admittitur auerſio à Deo, ratione obiecti læſi (vt aiunt Scholaſtici) infinitæ eſt peruerſitatis : ita & quæ eamdem auerſionem conſequuntur contritiones, & vulnera, eius ſunt grauitatis, eumque afferũt dolorem, vt meritò cordis vulnera dicantur , & contritiones, nec à quoquam curari queant, præter quam à Deo ipſo, de quo legimus , [b] *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*: alligando quippe ſanat ; ſuæque miſerationis ; & gratiæ vittis eas operiendo, ac fouendo ſanat ; vnde quòd à Chriſto dicitur apud Iſaiam , [c] *Vt mederer contritis corde*, à Symmacho, & Theodotione ſic legitur. *Ad alliganda vulnera peccatorum* , Et Prophetam Regium nouimus dixiſſe , [d] *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.*

11 *Peccatum ratione obiecti eſt infinitæ peruerſitatis, ideoque à ſolo Deo curari poteſt.*

a Hoſe. 14. 5.

b Pſal. 146. 3.

Peccata curat Deus alligando , & fouendo ea.

c Iſai. 61. 1.

d Pſal. 31. 1.

12 *Orationis verba ſuggerit Deus.*

(*Ecce nos venimus ad te.*) Sicut ſupra in verſ. 4. & 5. eò extendit Dominus ſuam in domum Iudæ benignitatem, vt & verba illi ſubminiſtrarit, quibus ipſum deprecari poſſet, & placabilem reddere. Ita & nunc cum domo Iſrael pari ratione ſe habet. Subaudiendum enim eſt, *Dicite*: vt hoc pacto alij illi remedium porrigat rationi contemptus ſui , quo aſpernatum ſe doluit à filiis Iſrael clamantibus in viis ſuis, & cum fletu , ac vlulatu preces ad idola fundentibus. Æquè eſt enim ac ſi dicat, conuertimini filij rebelles, nec iam ampliùs tam multiplices teratis idololatriæ vias, ad excelſa tendentes , falſoſque ibi deprecantes Deos. At me potiùs depreceminì , atque has mihi veſtras emittite preces. Ecce nos, reliquis omnibus dimiſſis viis, vnam ſolummodò arripimus viam, quæ ad te ducit; te vnum adorantes, teque vnum implorantes. Venire enim ad Deum in ſacris literis eſt illum adorare , ploratuſque & deprecationes ei deferre , & ante eum effundere , prout colligitur ex illo Iſaiæ, [e] *Venient ad te curui filij eorum , qui humiliauerunt te: & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi* : Vbi ſermo eſt de Chriſto: & ex illo Pſalmi, [f] *Venite adoremus, & procidamus ante eum, ploremus coram Domino , qui fecit nos.* Sept. iuxta diuerſos codices variè hæc legunt. Complutenſis enim & Regius habent *ἰδοὺ οἵδε ἡμεῖς.* (*Ecce hi nos*) erimus ſc. tecum, quales eſſe par eſt. Vaticanus verò legit *ἰδοὺ δοῦλοι ἡμεῖς*, (*Ecce ſerui nos,*) ſc. tui erimus.

Venire ad Deũ eſt, illũ adorare, preceſque illi offerre.

e Iſai. 60. 34.

f Pſal. 94. 6.

(*Tu enim es Domine Deus noſter.*) En remedium tertium ad tertiam contemptus Dei rationem, qua filij Iſrael dicti ſunt obliti Domini Dei ſui, ita vt & ipſum , & eius legem nedum ignorarint, ſed & neglexerint, & aſpernati ſint. Sicut enim à Petro Apoſtolorum Principe pro tribus negationibus, quibus in ipſum deliquit, tres Chriſtus Ieſus poſt reſurrectionem ſuam, quaſi in præſtãtiſſimum illarum remedium exhiberi voluit eius erga ipſum dilectionis confeſſiones, vt videre eſt in Euangelio [g] Ioannis, Ita & hoc quoque loco à filiis Iſrael pro ſui, legiſque ſuæ obliuione, quâ ab illis contemptus fuit, talem requirit confeſſionem, quâ eum & Dominum fateantur, ſub cuius imperio & lege, vitam acturi in poſterum ſint: & Deum aſſerant : & ipſis quodammodo peculiarem , atque adeo quem omni iure præ omnibus debeant amare, & in quem ſuum omnem coniecturi poſtmodum ſint amorem.

g Ioa. 21. 15.

Verſ. 22.]Conuertimini filij reuertẽtes, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

13 Simile. *Peccati ægritudo comparata dimotioni oſſis, aut membri alicuius è proprio loco.*

ACCIDIT aliquando, vt in humano corpore membrum aliquod è proprio dimoueatur loco, illicóque totũ corpus ipſum infirmetur , adhibet æger fomenta , apponuntur læſæ parti vnguenta, alligatur membrum, exereſcit nihilominus iugiter magis magiſq; morbus; Aduocatur demum empyricus , monet is, inania eſſe

esse medicamenta vniuersa, vnumque superesse A remedium, sit quod aduersum est membrum in proprium conuertatur locum. Peruulgata est Pauli philosophia, quâ & toti fideliū Ecclesiæ,& cuicumque animæ fideli mysticum tribuitur corpus, Christo vt capiti in charitate plura vnita habens membra, [a] *Veritatem facientes*, ait in Epistola ad Ephesios Apostolus, *in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum,& connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Itaque quicquid morbi B in istiusmodi animæ corpore contingat, ex aliquo operæpretium est proueniat nexus charitatis eius defectu, vel ex aliqua iuncturarum læsione,& omnino ex alicuius potentiæ, vel etiam affectus auersione. Hinc bene peccatum quodque auersio in sacris literis nuncupatur: hinc & peccata, quæ à Deo condonantur, sanari dicuntur; hinc & Dominus, qui peccata ipsa remittit, medicum se profitetur,& empyricum.

a Ephe.4.15.

Peccata quà aptè dicātur auersiones, quæ à Deo sanentur.

14 Sicut enim medicus ad hoc vt sanitatem impertiat, cooperatione indiget ægroti, sine qua nil suâ agere potest arte. Ita & Deus instar medici, C cooperationem exposcit peccatoris, vt eius sanet auersiones, quia, vt bene ait Augustinus, *Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te.* Ideo hîc dicit, (*Conuertimini filij reuertentes*,) id est, per recidiuationem sæpius vos à veræ charitatis nexu auertentes, (*& sanabo auersiones vestras.*) Et vide amabò, quomodo ista auersionum sanatio vnico præexposito, eoque & efficacissimo fiat remedio reductionis,& nouæ accommodationis auersi affectus in pristinum, propriumque locum, quo per charitatem Deo connexus erat, (*Ecce,*) inquiunt qui ægroti erant, cùm filij essent reuertentes,& auertentes, (*nos veniemus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.*) Quique iniquam fecerunt viam suam obliti Domini Dei sui, (vt dictum est in præcedenti versu) iam eiusdem Domini Dei sui memores, ad illum rectà tendunt verum terminum suum.

Medicus quà rectè dicatur Deus, exquirens cooperationē infirmi ad sanitatē. Augustinus.

VVLGATÆ.

Vers.21.] Vox in viis audita est,&c.

Vers.22.] Conuertimini filij,&c.

SEPTVAGINTA.

21. Φωνὴ ἐκ χειλέων ἠκούσθη κλαυθμοῦ, καὶ δεήσεως υἱῶν Ἰσραὴλ, ὅτι ἠδίκησαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, ἐπελάθοντο Θεοῦ ἁγίου αὐτῶν.

22. Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, ἰδοὺ δοῦλοι ἡμεῖς ἐσόμεθα σοι, ὅτι σὺ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν εἶ.

Vers.21.] Vox de labiis audita est, ploratus, & deprecationis filiorum Israel: quoniam iniustè egerunt in viis suis obliti sunt Dei sancti sui.

Vers.22.] Reuertimini filij reuertentes: & sanabo contritiones vestras. Ecce serui nos erimus tibi: tu enim es Dominus Deus noster.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Vox iuxta torrentes audita est plorantium,& gementium filiorum Israel, quia corruperunt vias suas, obliti sunt cultus Domini Dei sui.* Vers.22. *Conuertimini filij, qui vos obfirmatis ad confirmationem; dimittam vobis si conuersi fueritis: ecce in omni tempore vos dicitis, Conuersi sumus ad cultum tuum, quoniam tu es Dominus Deus noster.* 1

Vers.21.(*Vox in viis*, siue *in labiis audita est, ploratus*,&c.)

Vers.22. (*Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones*, siue *contritiones vestras*,) Pro quo Symmachus (*conuersiones.*) Hieronymus omnia hæc in bonum sensum accipiens ait, *Libenter Deus suscipit pœnitentes,& occurrit filio inopiâ,& squallore confecto, statimque induit pristinis vestibus, & reddit gloriam reuertenti, ita dumtaxat vt reuertatur in ploratu, & vlulatu. Suo enim vitio fecit iniquam viam suam, & D oblitus est Domini Dei,& patris sui: ad quos Prophetali sermone loquitur.* (*Conuertimini filij reuertentes*,) *quos idcirco filios voco, quia intellectis peccatis vestris in ploratu, ac vlulatu reuertemini ad parentem. Cùmque vos, ait, reuersi fueritis ad Dominum, sanabit omnes contritiones vestras: siue auersiones, quibus à Domino recesseratis, vel certè conuersiones. Quamuis enim propriâ voluntate ad Dominum reuertamur, tamen nisi ille nos traxerit,& cupiditatem nostram suo roborauerit præsidio, salui esse non poterimus. Intelligamus hoc & de Iudæorum populo ad Dominum reuertente,& hæreticis, qui Dominum dereliquerunt.*

Hieronym. *Pœnitentes quos libenter Deus suscipiat.*

Similia ferè & Theodoritus, *Prædicit*, inquit, E *decem tribuum pœnitentiam, quorum mentibus calamitas impressit iniquitatis sensum. Vox enim procedens ex labiis eiulantium audita est, ac deprecationis filiorum Israel: nempe quòd iniquè egerunt in viis suis, & obliti sunt sancti Dei sui. Intuens autem pœnitentiam, vt in ea perseuerent hortatur, inquiens,* (*Conuertimini filij reuertentes,& ego sanabo contritiones vestras.*) Similia & D.Thomas, (*Ecce nos venimus ad te*,&c.)

Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΦΩΝΗ ἐκ χειλέων ἠκούσθη κλαυθμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐντεῦθεν παιδευόμεθα, μὴ μόνον ὀδύρεσθαι, καὶ θρηνεῖν ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἀλλὰ πρὸ τούτου τὸν Θεὸν παρακαλεῖν, κλαυ

Vers. 21. VOx de labiis audita est ploratus,) &c. 2

Chrysostomi.] *Hinc instruimur non modò lamentari, & eiulare in aduersis, sed & ante hoc Deum orare, flentium*

Chrysost. *In tribulationibus iungenda simul orationes & fletus.*

κλαυθμοῦ γὰρ καὶ δεήσεως φησὶν, οὔτε γὰρ ὁ κλαυθ- A
μὸς καθ' ἑαυτὸν δύναιτ' ἂν ἐργάζεσθαι τι, οὔ-
τε εὐχὴ μὴ πυρωθεῖσα τοῖς θρήνοις, οὗτο τὸ συμ-
φορῶν τὸ κέρδος. [Φωνὴ ἐκ χειλέων.]

Τοῦ αὐτοῦ.] Τὰ ἐπὶ τοῦ Ἰωσίου γινόμενα λέγει.

[υἱοὶ ἐπιστρέφοντες ἐπιστρέψατε, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν. ἰδοὺ δοῦλοι ἡμεῖς ἐσόμεθα σοι.]

Θεοδωρήτου.] Προλέγει τῶν δέκα φυλῶν τὴν μετάνοιαν, ἐπὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας αἰσθήσει, ἣν καὶ θεασάμενος ἐπιμεῖναι ταύτῃ προτρέπει, λέγων, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, διδάσκει δὲ B
οἷς δεῖ λόγοις πρὸς Θεὸν ἐξομολογήσασθαι, ἐν οἷς ἐστὶν, διότι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμάρτομεν ἡμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ κλαῦσαι, οὐδὲ τὸ δεηθῆναι, ἀπὸ γὰρ τῆς φύσεως οὗτο συνέβαινε τῶν
* ἰσχύει. δεινῶν, ἀλλ' ἰσχύς * αὐτοῦ, καὶ εὐθύνας ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἀπαιτεῖ, ἵνα μὴ μετὰ τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ πρότερα πάλιν ἐπανέλθωσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ μέλλετε πρὸς ἐπιστροφήν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μάθωμεν ἐξομολογεῖσθαι μετ' ἀκριβείας, οὐ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἀναγέγραπται, C
ἀλλ' ὥστε ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς.

Τοῦ αὐτοῦ.] τουτέστι γνησίως μεταβάλλεσθε, μὴ διὰ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως ὑποκρίνεσθε τὴν εὐσέβειαν.

A enim & precatione opus ait: nam nec fletus tantùm poterit aliquid præſtare, nec precatio fletibus non inflammata; Hoc ab ærumnis lucrum.

* Eiuſdem.] (Vox de labiis.) Quæ temporibus Ioſiæ contigère narrat. — Idem.

Verſ. 22. (Reuertimini filij reuertentes: & ſanabo contritiones veſtras: Ecce ſerui nos erimus tibi, &c.) 3

Theodoriti.] In captiuitatis ſenſu decem tribuum pœnitentiam prædicit: quam intuitus hortatur, vt perſeuerent, aitque (Conuertimini filij reuertentes,) Docetque quibus verbis deceat Deo confiteri, atque inter alia illis, Quoniam coram Deo noſtro peccauimus nos, & Patres noſtri. — Theodorit.

Chryſoſtomi.] Non enim ſufficit flere, neque orare; cùm hoc ex malorum contingat natura: ſed ſatiſdationem, correctionemque de futuris exigit, ne cum à malis liberati fuerint, iterum ad priora reuertantur. — Chryſoſt. Emẽdatio vitæ neceſſaria vltra preces, & fletus pro peccatis.

Olympiodori.] Qui tardi eſtis ad conuerſionem. — Olympiod.

Chryſoſtomi.] Diſcamus confeſſiones accuratè emittere; nec enim hæc ſcripta ſimpliciter ſunt, ſed vt ea nos ſequamur. — Chryſoſt. Confeſſio fiat cum diligentia.

* Eiuſdem.] Hoc eſt, vt decet conuertimini: non ob Regis timorem pietatem diſsimulate. — Idem.

Origenis Homilia quinta Codicis Græci Vaticani in Ieremiam, & ſecunda ex octo adhuc non impreſſis.

D Σαφῶς μὲν ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων γέγραπται πράξεσιν, ὅτι οἱ ἀπόστολοι πρῶτον εἰσῆεσαν εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν, καταγγέλλοντες αὐτοῖς ὡς συγγένεσι, διὰ τὸν Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, τῶν γεγραμμένων τὰ περὶ τῆς παρουσίας Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε δὲ ἐκείνων τὰ λεγόμενα μὴ δεχομένων, ἔδει ἑτέρους εἶναι τοὺς ἀκροατὰς τῶν λεγομένων, τότε ἀπολογησάμενοι ἐκείνοις κατέλιπον αὐτοὺς, γέγραπται γὰρ, ὅτι ὑμῖν ἔδει καταγγελθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, τοῦτο E
δὲ σαφῶς εἰρημένον ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, δυνάμει πολλαχοῦ, καὶ τῶν προφητῶν λέλεκται, καὶ γὰρ προηγουμένως μὲν λαλεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν προφητῶν τοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ ἐκείνου, εἰ δὲ ὕστερε μετὰ τὸ πολλὰ εἰρηκέναι, οὐκ ἠκούσθη, προφητεύει τὸν κηρυσσόμενον τοῖς ἔθνεσι, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ σήμερον ἀναγνώσματος γέγονεν), ἐπειδὴ πρὸ μὲν τοῦ αὐτοῦ τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ λέγεται τὸ εἰς πατέρα με καλέσεις. καὶ ἀπ' ἐμοῦ οὐκ ἀποστραφήσῃ, πλὴν ὡς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα αὐτῇ, οὕτως ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, F
λέγει κύριος, καὶ ὅτε προηγουμένως ταῦτα εἴρηται περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἤκουσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ὅτι ἠδίκησαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ἐπελάθοντο Θεοῦ ἁγίου αὐτῶν, ἑξῆς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μεταβιβάζει τὸν λόγον ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ φησὶν, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν οἱ πεπληρωμένοι συντριμμάτων, ἕκαστος εἴποι ἂν, εἰ καὶ νῦν

In Actibus Apoſtolorum perſpicuè legimus, Apoſtolos primùm Iudæorum Synagogam introgreſſos nuntiaſſe illis tamquam affinibus, propter Abrahã, Iſaac, atque Iacob, quę de Ieſu Chriſti aduẽtu ſcripta erant, illis verò dicta non recipientibus, cùm alios oporteret eſſe dictorũ auditores tunc omni à ſe culpa remota reliquerunt eos; ſcriptum eſt enim,[a] Vobis oportebat loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis, ecce conuertimur ad Gentes. Hoc autẽ ſatis apertè in Actibus Apoſtolorum effatum virtute etiam & à Prophetis ſæpe dictũ eſt. Etenim Spiritus ſanctus primò quidem illi populo per Prophetas loquitur. Quod ſi poſt multa dicta non auditus eſt, prædicationem Gentibus prædicit. Hoc & in hodiernæ lectionis principio videre eſt; Quippe ante illud Iſraelitis dicitur,[b] In Patrẽ me vocabis, & à me nõ auerteris.[c] Veruntamen ſicut præuaricatur mulier in cohabitantẽ ei, ſic prauaricata eſt in me domus Iſrael, dicit Dominus. Quæ cùm primariò dicta eſſent de Iſraele, & audiſſent filij Iſrael,[d] Quoniam iniuſtè egerunt in viis ſuis, & obliti ſunt Dei ſancti ſui, tũc Spiritus ſanctus cõuertit ſermonẽ ad nos, qui ſumus à Gẽtibus, & ait,[e] (Reuertimini filij reuertẽtes, & ſanabo contritiones veſtras.) Nos quippe ſumus cõtritionibus pleni, quiſq; dicere poteſt, & ſi

4 Iudæis non recipientibus verbum Dei & Apoſtoli, & Prophetæ prædicũt Gẽtium cõuerſionem.

a Act. 13. 46.

5

b Ierem. 3. 19.

c Ier. 3. 20.

d Ier. 3. 21.

e Ier. 3. 22. Gentiles, & Peccator quiſque ante cõuerſionẽ pleni cõtritionibus.

νῶ κεκαθάρισμαι, καὶ ἴαται ἀπὸ τῶν συντριμμάτων. ἦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀπειθεῖς, ἀνόητοι, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις, καὶ ἡδοναῖς πολλαῖς καὶ ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους, ὅτε δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, ἐπέχεε τὸν ἔλεον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. καὶ τοίγε κἀκεῖνο τὸ ἀποστολικὸν ἅπαξ μνησθεὶς, σαφέστερον πειράσομαι παραστῆσαι. οὐ γὰρ εἴρηκεν, ἦμεν γάρ ποτε ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, ἀλλὰ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ κατὰ τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην γενόμενος ἄμεμπτος, λέγει ἦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ποτε οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπειθεῖς, ἀνόητοι. ἀλλ' οὐ μόνον οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀνόητοι ἦσαν, οὐδὲ μόνοι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀπειθεῖς, οὐδὲ μόνοι ἐκεῖνοι ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἡμεῖς δὲ οἱ τὸν νόμον δεδιδαγμένοι τοιοῦτοι ἐτυγχάνομεν πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, λέγεται οὖν μετὰ τὰ εἰρημένα τῷ Ἰσραὴλ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, ἀλλ' ἐρεῖ τις, ταῦτα εἴρηται πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, σὺ δὲ αὐτὰ ἕλκεις ἐπὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν; θέλομεν παραστῆσαι, ὅτι οὐ μετ' οὐ πολλὰ, ἀλλ' εὐθὺς ὅπου βούλεται πρὸς τὸν Ἰσραὴλ λέγειν τὰ περὶ ἐπιστροφῆς, προστίθησι τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὄνομα, ἑξῆς γοῦν λέγεται. ἐὰν ἐπιστραφῇ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος, πρός με, καὶ ἐπιστραφήσεται, καὶ ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα αὐτοῦ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου μου εὐλαβηθῇ, καὶ ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος μετὰ ἀληθείας, καὶ ἐν κρίσει, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ εὐλογήσουσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη, τὰ πρῶτα τοίνυν εἴρηται πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἶτ' ἐπεὶ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, κατὰ τὰ εἰρημένα τῷ ἀποστόλῳ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ, πρόσχες τίνα τρόπον ὁ μὲν Θεὸς προτρέπει ἡμᾶς ἐπιστρέφοντας τελείως ἐπιστρέφειν. ἐπαγγελλόμενος, ὅτι ἐὰν ἐπιστρέφοντες ἐπιστρέψωμεν πρὸς αὐτὸν, ἰάσεται ἡμῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ συντρίμματα, ἡμεῖς δὲ ἀποκρινόμενοι, οἱ μὴ μέλλοντες, μηδὲ βραδύνοντες περὶ τῆς σωτηρίας ὡς ἐκεῖνος ὁ Ἰσραὴλ, φαμέν. οἱ δὲ ἡμεῖς ἐσόμεθα σοι. ὁ μὲν Θεὸς εἶπεν, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. δοῦλοι ἐσόμεθα ἡμεῖς, οὐ πρότερον ὄντες σοι, ἀλλὰ δαιμόνων ὄντες, ἀλλὰ δυνάμεων ἀντικειμένων τυγχάνοντες, ὅτε γὰρ διεμέριζες ὁ ὕψιστος ἔθνη, ἐγενήθημεν ἡμεῖς οὐ μερίς σου, οὐδὲ μετὰ τοῦ λαοῦ Ἰακὼβ σχοίνισμα κληρονομίας σου, ἀλλὰ γεγόναμεν ἄλλων μερίδες, ὅμως δὲ ἡμεῖς οἱ γενόμενοι ἄλλων ποτε μερίδες σοῦ εἰπόντος ἡμῖν, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, ἀποκρινόμεθα ἡμεῖς, τοῦτο γὰρ περιμένομεν τὴν κλῆσιν μόνον, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι ἐκλήθησαν, καὶ παρῃτήσαντο, οὕτω καὶ ἡμεῖς καλούμενοι παραιτούμεθα, ἔχομεν γὰρ ἐν ταῖς τοῦ εὐαγγελίου παραβολαῖς, ὅτι τινῶν κεκλημένων, ὁ μέν τις ἔλεγε, γυναῖκα ἔγημα, ἔχε με παρῃτημένον, ὁ δέ τις, ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, πορεύομαι δοκιμάσαι

A si nunc purgatus, & sanatus à contritionibus est.[f] *Eramus enim & nos, increduli, insipientes, errantes, seruientes desideriis, & voluptatibus pluribus, & variis, in malitia, & inuidia perſistentes, odibiles, odientes inuicẽ: cùm verò bonitas & humanitas Dei per lauacrũ regenerationis apparuit, effudit misericordiã suam super nos.* Hoc idẽ Apostolici tantũ illius dicti mentione factâ, apertiùs exponere conabor. Neque enim dixit, *Eramus aliquando insipientes, increduli.* Sed Paulus Apostolus qui ex Israel, qui erat secũdùm eam quæ in lege est iustitiã inculpatus ait. *Eramus enim & nos aliquando qui ex Israele sumus increduli insipiẽtes.* Neque tantùm Gentiles contumaces erãt, neq; illi soli insipientes, aut peccatores, sed & nos qui lege instructi sumus, tales eramus ante Christi aduẽtum, ad nos itaque, qui à Gẽtibus sumus, post dicta illa Israeli sermo dirigitur illis verbis. *(Reuertimini filij reuertentes: & sanabo contritiones vestras.* Sed dixerit aliquis, Quæ ad Israelẽ dicta sunt, tu trahis ad eos qui à Gẽtibus sunt? Volumus probare, non multis interiectis, sed mox vbi alloqui vult Israelem de conuersione, Israelis nomen apponi. Quare in sequẽtibus habetur.[g] *Si conuersus fuerit Israel, ait Dominus ad me, & cõuertatur, & si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit, Et iurauerit, viuit Dominus cũ veritate, in iudicio, & iustitia; & benedicẽt in eo Gẽtes.* Priora igitur ad eos qui à gẽtibus sũt, dicta fuêre; deinde cùm plenitudo Gẽtiũ intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit, vt in Epist. ad Rom. Apostolũ scripsisse legimus. Aduerte quãnam Deus ratione nos reuertentes perfectè reuerti adhortetur, spondens, si nos reuertẽtes reuersi fuerimus ad eum, nostras se per Iesum Christum sanaturum contritiones. Nos verò qui neque cunctamur, neque in salute morã, vt Israel ille, interponimus, respondentes dicimus. *Ecce*[i] *nos tui sumus,)* Deus quidem dixerat, (*Reuertimini filij reuertẽtes, & sanabo cõtritiones vestras.)* Qui verò à Gentibus. Serui erimus nos, qui priùs tui nõ eramus, sed Dæmonũ, sed aduersariarum Potestatum.[k] *Quũ enim diuideres, altissime, Gentes, nõ* fuimus nos portio tua, neque cũ populo Iacob funiculus hæreditatis tuæ, sed aliorum portio euasimus. Verùm nos qui aliorũ portiones olim euaseramus, dicente te nobis: *(Reuertimini filij reuertentes; & sanabo contritiones vestras)* respõdemus; id quipque tantùm expectabamus, vt nos vocares, Non sicut illi vocati sũt, & respuerũt, sic & nos vocati renuim[9]. Habemus nãque in Euãgelij parabolis, ex his qui primi erant vocati, hunc quidẽ respondisse,[l] *Vxorẽ duxi, habe me excusatũ,* hunc verò, *Iuga boum emi quinque, vado probare illa, habe*

6 [f] Tit. 3. 3. *Cum iustitia legis quot antiquitus esset defectus.*

7

[g] Ier. 4. 1.

[h] Rom. 11. 25.

8 *Gentiles appellati filij reuertẽtes, & Peccator quisque quorum contritiones sanata per Christum.*

[i] Iere. 3. 22. *Gentes promptas se exhibuère ad seruiendum Deo renuentibus id Iudæis.*

[k] Deut. 32. 8.

Iudæorũ renitẽtia ad Dei vocationes.

[l] Luc. 14. 19.

μάσαι αὐτὰ, ἔχε με παρῃτημένον. οὐχ οὕτως οὖν ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐκλήθημεν, καὶ παραιτούμεθα. διατί, περὶ ποῖον ἀγρὸν ἵνα καταγινώμεθα; περὶ ποίαν γυναῖκα σοφήν; ἀλλὰ περὶ τί ἄλλο ἀσχοληθῶμεν; εἴρηκεν οὖν ὁ Θεὸς ἡμῖν, ἐπιστρέψατε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ἡμῶν, καὶ βλέποντες ἑαυτῶν τὰ συντρίμματα, καὶ περὶ τῆς ἰάσεως ἐπαγγελίαν, εὐθέως ἡμεῖς ἀποκρινόμεθα, καὶ λέγομεν. ἰδοὺ ἡμεῖς ἐσόμεθά σοι, ὅτι σὺ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. ἐπακούσαντες οὖν καὶ εἰπόντες, ἐσόμεθά σοι, μνημονεύομεν ὅτι ὑπεσχόμεθα Θεῷ, λέγοντες αὐτῷ τὸ, ἐσόμεθά σοι, καὶ εἰπόντες αὐτῷ τὸ ἐσόμεθά σοι, μηδενὸς ἄλλου γινώμεθα, μὴ πνεύματος ὀργῆς, μὴ πνεύματος λύπης, μὴ πνεύματος ἐπιθυμίας, μὴ τοῦ διαβόλου γινώμεθα, μὴ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ἀλλὰ κληθέντες, καὶ εἰπόντες, ἰδοὺ ἡμεῖς ἐσόμεθά σοι, δείξωμεν τοῖς ἔργοις, ὅτι ἐπαγγειλάμενοι γενέσθαι αὐτοῦ, οὐδενὶ ἄλλῳ, ἢ αὐτῷ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, καὶ λέγομεν, ὅτι σὺ Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν εἶ, οὐδένα γὰρ Θεὸν ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, οὐ τὴν κοιλίαν, ὡς οἱ γαστρίμαργοι, ὧν Θεὸς ἡ κοιλία, οὐ τὸ ἀργύριον, ὡς οἱ φιλάργυροι, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, οὐδ᾽ ἄλλο τι ἐκθειοῦμεν, καὶ θεοποιοῦμεν, ὡς οἱ πολλοὶ θεοποιοῦσιν, ἀλλὰ ἡμῖν ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων, ὁ διὰ πάντων, ὁ ἐν πᾶσι θεός ἐστι, καὶ ἠρτήμεθα τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν θεὸν, ἡ γὰρ ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ θεῷ, λέγομεν, ἰδοὺ οἵδε ἡμεῖς ἐσόμεθά σοι, ὅτι σὺ Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

A habe me excusatũ. Non sic igitur nos qui ex Gentibus sumus, vocati excusatione vtimur. Cur enim? ad quemnam agrum concessuri? ad quamnam mulierem sapientẽ? aut cuinã alij addicti occupabimur? Dixit itaq; Deus nobis, (*Reuertimini filij reuertẽtes, & sanabo contritiones vestras*,) & videntes cõtritiones nostras, & promissionem curationis illicò nos respondemus, & dicimus. (*Ecce nos tui erimus, quoniam tu es Dominus Deus noster.*) Itaque obsecuti, & voce illâ

B emissâ, (*Tui erimus*,) memoriâ recolimus, quid Deo spopondimus illâ voce. (*Tui erimus*,) Quum verò illi facti sumus, (*Tui erimus*,) ne alterius ditionem subeamus, non spiritus iræ, non spiritus tristitiæ, non spiritus desiderij, non tandem Diaboli, & Angelorum eius dominatum sectemur. Sed cùm vocati dixerimus, (*Ecce nos tui erimus*,) ostendamus re ipsâ, quod sumus polliciti esse illius, nulli alij præter-

C quàm illi nos ipsos addiximus, dicimusque (*quoniam tu Domine Deus noster es*,) Nullum namque Deum nos confitemur, non Ventrem, vt ventri dediti, [a] *quorum Deus venter est*. Non argẽtum, vt auari, & nimiũ [b] habendi appetitum, quæ est Idololatria, neque quippiam aliud diuinitate insignimus, in Deorumque numero collocamus, vti plurimi facere consueuerunt. Sed nobis qui super [c] omnia Deus est, & per omnia, & in omnibus Deus est; & charitate à Deo pendemus; charitas enim nos cum Deo conglutinat, dicimus, (*Ecce nos tui erimus, quoniam tu Dominus* Deus *noster*.

Vocationibus Dei quam prõptos exhibere nos debeamus.

9 *Deo Soli seruire debemus, qui illi vni totos nos addiximus.*

Vitia, vel Diabolos nil in nobis habere fas est qui totos nos Deo dedimus.

Cauendũ ne alij quã vni vero Deo diuinitatẽ adscribamus, siue Diabolo, siue creaturæ cuipiam.

a Phil. 3. 19.
b Gala. 5. 20.
c Rom. 3. 22.

Charitate vniri Deo studeamus.

Quæ ex hac supersũt homilia, habes in Appendice subsequentiũ vers. 23. 24. & 25.

Vers. 23.] Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel.

Vers. 24.] Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.

Vers. 25.] Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra, vsque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verè mendaces (seu frustra) erãt colles, & multitudo montiũ (seu multitudo montibus, aut à multitudine à mõtibus.) Verè in Domino Deo nostro salus Israel.

INanes [a] *nobis exiuère clamores, gemitus, atque preces, quas Idolis fudimus in excelsis, cùm in magna ibi colligeremur multitudine; fefellerunt nos Dij illi falsi, atque mendaces, qui multi in collibus, & in montibus adorantur: & à multis pariter decepti sumus illorum excelsorum Sacerdotibus, multa vana pollicentibus. Fatemur iam liberè, frustra expectari, & quæri quid salutis, vel à collium idolis, vel à multitudine humani exercitus; vel ab excelsis mundi Principibus: At salutem omnem à Deo nobis efflagitandam, cùm*

D *reuera salus Israel in ipso solo sit Domino Deo nostro.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VErè mendaces erant colles, &c. Confirmare hîc docentur filij Israel præallatam Dei cõfessionem, detestatione falsorum Deorum, ad quos supra in vers. 21. dicti sunt cum Dei contemptu in excelsis & clamasse, & plorasse, & preces pro ope fudisse. Vt videlicet fateantur, ex precibus illis nil tandem retulisse eorum, quæ petière, & sperauère ab eis auxiliorum: vt propterea dicere cogantur, frustra se in collibus, & in

E excelsis gemitus illos fudisse, spemque in Diis, quos ibi coluerunt posuisse; cùm Dij omnes, quamuis ingens sit eorum multitudo, quæ in montibus adoratur, reuera mendaces essent, atque falsi, fallentes quotquot sperabant in ipsis: Atque adeò verè, & ex toto corde fateri, se demum intelligere, atque omnibus persuasum fieri velle, spem vniuersam collocandam in Domino Deo suo, in quo solo reuera est salus Israel. Hebræa primam partem sic habent אכן לשקר מגבעות המון הרים *achen lascieker miggeuangoth hamon harim.* Pagninus, (*Verè mendacium est, vt expectemus salutem à collibus à multitudine, à montibus.*) Regia. (*Verè in vanum à collibus turba montibus.*) Vatablus. (*Profectò vanitas ex collibus à multitudine, quæ in montibus.*) Quæ idem in suis Annotationi

tationibus ita declarat. Frustra sperauimus in Idolis,& precibus Sacerdotum, qui ea in montibus colebant. Aut, iuxta aliorum sententiam, frustra multitudo nostrum collecta fuit in montibus, vt ab eis peteremus opem.

Ego, iuxta sensum nostræ Vulgatæ allatum, sic illa verterem, atque exponerem, (Verè inaniter à collibus,) sc. auxilia poposcimus, (*multitudo,*) sc. nostrûm (*montibus,*) id est, montium idolis sc. preces fudimus, experimento sanè comprobauimus, salutem Israel verè esse in Domino Deo nostro, ab eoque solo expectandam,& efflagitandam.

2 Si duobus vltimis nominibus המון הרים *hamon*, & *harim*, iuxta Hebræorum sententiam subaudiendum sit מ *mem* præcedens, adeoque vertendum, vt à Pagnino, (*à multitudine à motibus.*) Crediderim, admodum commodè dici posse, in hac sententia ita vni Deo tribui veram salutem Israel, vt excludatur spes omnis, quæ in aliis collocari ab iisdem filiis Israel solita fuisset: ea verò cùm triplicis esset generis, vel quæ in excelsis, atque excelsorum Idolis; vel quæ in multitudine Gentium, ac exercituum, vel demum quæ in excelsis magnisque Principibus: frustra inquiunt expectatam à se esse,& expectari salutem, primò à collibus id est, ab idolis, quæ in collibus colere consueuit, dicente Domino per Isaiam,[a] *Cum clamauerint ad eum,* sc. falsum Deum,& ad illius idolum, *non audiet: de tribulatione non saluabit eos:* Secundò à multitudine, dicẽte eodem Domino per Hosæam,[b] *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij, quia confisus es in vijs tuis, in fortitudine fortium tuorum,*& tertiò à sublimibus celsisque Principibus, montium nomine ob celsitudinem ipsam suam designatis, de quibus Propheta Regius ait,[c] *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum in quibus non est salus.* Cui sensui fauet & versio Sept. legens, (*Verè mendaciũ erant colles,& fortitudo,* seu *potentia montium: Verumtamen,* seu, *Tantùm per Dominum Deum nostrum salus Israel,*) Vnde bene in Psalmo 59.[d] *Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominum,* quæ scilicet ab hominibus expectatur,& multò magis quæ ab Idolis semetipsa seruare non valentibus, vt longiùs Baruch probat in cap. 6. suæ Prophetiæ.

Spes omnis in alio quàm in vno Deo quàm inanis.

a Isai. 46. 7.

b Hose. 10. 13.

c Ps. 145. 3.

d Ps. 59. 13.

Vers. 24. Paraphrasis Expositionis Literæ.

SANE [e] *experimento sat comprobauimus, quanta ob idolorum cultum eueniant insuper & damna. Siquidem vel in ipsis initiis nostris, quando & in deserto vitulum aureum, & illico post ingressum terram promissionis illarum Gentium coluimus idola, confusio, & calamitas multiplex quasi ferreis dentibus, imò & instar deuorantis ignis omnes comedit, absumpsitque opes, quas summo cum labore adepti sunt patres nostri: insumentibus illis in eorumdem idolorum obsequium sua omnia, & ouium greges,& boum armenta, & filios, filiasque suas, iis illa immolantibus, à quibus nil præter confusionem reuehebant.*

e Confusio comedit laborẽ patrum nostrorũ ab adolescẽtia nostra, greges eorum,& armenta eorũ, & filios eorũ, & filias eorũ.

Vers. 24. Expositio Literæ.

3 *Confusio comedit laborem,* &c. Si ex idololatria deceptionem,& vanitatem duntaxat retulissent, meritò certè vel ob id detestari illam debuissent filij Israel. At modò addunt, efficaciorem sibi extitisse eiusdem detestationis causam, confusionem, & damnum, quod ex eadem reuexerunt: iam enim diu, cùm quasi in pueritia essent,& in adolescentia, ab iis nimirũ temporibus, quibus vel suo Moyse in deserto vitulum adorauerunt, vel sub Iudicibus in terra promissionis ad Gentium illarum se conuerterunt idola, experimento se comprobasse, eam ex idolis quibuscumque collegisse cõfusionem, quæ quasi animata, ferreisque armata dentibus illicò id omne comederit, ac deuorarit, quod maximis laboribus à patribus ipsorum adeptum esset; & ouium greges,& maiorum pecudum armenta, & filios, filiasque eorum. Quis enim ignoret, quantis cladibus, quibusue direptionibus consumpti sint Iudæi, vel ob vnum Idololatriæ scelus? Ideoque bene hac ipsâ comestionis phrasi legimus & apud Isaiam,[f] *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant,* inquit, id est videntibus vobis, ipsâque confusione vestrâ comedente cum alienis illis. Et apud Hosæam,[g] *Comederunt alieni robur eius,* id est diripuerunt, & consumpserunt hostes vniuersas eius opes. Hunc censeo germanum eorum, quæ hîc dicuntur, sensum. Non improbo tamen alterum, quem quidam afferunt, dicentes, Confusionis nomine falsos ipsos significatos Deos, eorumque idola, seu potiùs idololatriam, sicut & in vers. præcedenti iuxta Hebraicam lectionem mendacium appellata fuit; quia sicut fallit, ita & confusionem ingerit, iuxta illud Psalmi,[h] *Confundantur qui adorant sculptilia,* & illud Isaiæ,[i] *Confundentur ab idolis, quibus sacrificauerunt:* Hanc verò confusionem, seu idololatriam dici comedisse laborem, &c. quoniam in Idolorum obsequium patres filiorum Israel & suas exposuêre opes,& pecudum greges, ac filios, filiasque suas immolauère.

Peccatũ quãtum inferat confusionis & damni.

f Isai. 1. 7.

g Hose. 7. 9.

Sensus Alter. *Confusionis nomine appellata idola, & idololatriam.*

h Psal. 96. 7.

i Isai. 1. 29.

Circa lectionũ varietatem exiguum est, quod in hoc vers. 24. notetur: Hebræa sic reddunt. Regia, (*Et confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentiis nostris, pecus eorum,& bouem eorum, filios,* &c.) Pagninus, (*Baal autem pudore afficiens suos cultores consumpsit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum,*&c.) Vatabl. (*Ignominia deuorauit laborem,*&c.) Sept. (*Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentiis eorum*) (sic Complutensis,& Regia, Vaticanus verò codex legit, (*nostra*) *oues eorum & vitulos eorum,*&c.)

Vers. 25. Paraphrasis Literæ.

QVamobrem [k] & nos, qui illos imitati sumus, captiuitate iure optimo castigati sumus, in qua sic in confusione perdurabimus longissima,& peracerba, vt nec alium habituri simus somnum, quo induciæ & laboribus fieri solent,& doloribus, quàm confusionem ipsam, quæ & pro stragula,& pro ceruicalibus,& pro strato, in quibus versemur, inseruiẽt,[l] Quin & qui extrinsecus olim apud vniuersas Gentes gloria insignes eramus, inglorij iam toti terrarum Orbi erimus, vndequáque ignominiâ, & dedecore affecti, ignominiâ ipsâ, velut veste perampla nos cooperiente.[m] Et meritò, quoniam non in homines, vel in aliquem mundi Principem, sed in Dominũ vniuersorum, atque in omnipotentem deliquimus Deum, qui peculiaribus amoris indiciis, noster & dici, & esse voluit: Nec deliquimus soli nos nuper, sed & iam diu deliquêre & patres nostri, ita vt ab incunabulis nostris tam pium Deum offenderimus iugiter vsque ad præsens tempus. Nec à tantis destitimus sceleribus, vel benignissimis, & frequentissimis eius admoniti vocibus.

k *Dormiemus in confusione nostra.*

l *Et operiet nos ignominia nostra.*

m *Quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescẽtia nostra: vsque ad diem hanc: & non audiuimus vocẽ Domini Dei nostri.*

Vers. 25. Expositio Literæ.

Dormiemus in confusione nostra, &c. Sicut patres suos in idolorum cultu,& in aliis sceleribus imitati sunt, ita meritò & se vnà cum illis 4

illis confuſione, & ignominiâ replendos fatentur filij Iſrael, qui hoc loco Deum à ſe offenſum confiteri, eumdemque deprecari dicuntur. Sunt qui hæc ab illis dici putant hoc ſenſu, ac ſi dicat, Si confuſio comedit laborem patrum noſtrorum, diſcamus ergo nos alieno exemplo, alioquin & nos dormiemus in confuſione noſtra, id eſt, moriemur in miſeriis noſtris, & operiet nos ignominia noſtra: Alij ſic putant eſſe verba contritorum, vt & confuſionis, & ignominiæ vocabula in bonam partem ſumantur, nempe pro confuſione, & pudore illo, quo pœnitentes vultum coram Deo gerunt demiſſum, & verecundum, atque contritum, propterea quod peccatis ſuis illum offendiſſe cognoſcunt.

Periculo alieno diſcēdum, ne & nobis mala eveniant.

Contritio quã confuſionem adeo vtã habere deceat.

B Meliùs iiſdem vocabulis confuſionis, & ignominiæ pœnam intelliges peccatorum, ignominioſam nimirum, diuturnam, magnamque captiuitatem, in qua tunc iidem apud Aſſyrios detinebantur filij Iſrael. Vt autem noueris, quàm aptè hæc omnia exprimant, perpendenda ſunt duo verba. (*Dormiemus*,) & (*operiet nos*.) Si quidem Hebraicum verbum שכב *ſciobab*, quod noſter interpres vertit (*dormiemus*) nedum dormire ſignificat, ſed & in lecto decumbere, iacère, accubare, atque proſterni. Atque adeo ſi in ſignificatu id ſumatur dormiendi perpetuam ſignificat confuſionis, & captiuitatis illius diuturnitatem, iuxta illud Pſalmi, [a] *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor ampliùs*, Quomodo & apud Iſaiam eodem verbo, eademque phraſi æternitas exprimitur dolorum inferni, vbi dicitur, [b] *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis*,) ſceleribus ſcilic. veſtris, *de manu mea*, (id eſt mea ſententia, qua vos damnaui in ignem æternum,) *factum eſt hoc nobis*, concludenſque pœnas eas omnes, æternitatem apponit ipſarum. *In doloribus dormietis*, id eſt, ita iugiter doloribus cruciabimini, vt nec alium habituri ſitis ſomnum, quo induciæ laboribus, & doloribus quibuſcumque fieri ſolent, quàm eoſdemmet inferni dolores.

Dormiendi verbũ quando ſignificat in aliqua re perpetuitatẽ.

a Pſal. 87.6.

De Inferni igne à nobis ipſis ſuccenſo.

b Iſai. 50.11.

De inferni pœnæ æternitate.

5 Quamquam eodem verbo ſi in alio ſumatur ſignificatu iacendi, decumbendi in ſtrato, & accubandi, ipſa eorumdem dolorem, & hoc loco eiuſdem confuſionis deſignetur & diuturnitas, & acerbitas: diuturnitas eo modo, quo in libro Iob dicitur, [c] *Infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum.* Acerbitas verò & grauitas, qualis certè eſſet, ſi ſpinas, quis, acutoſque clauos, & ſimilia pro ſtramine haberet, pro ſtragulo, & pro ceruicali, ſuper quæ proſtratus toto configeretur corpore; vt ſenſus ſit, His decumbemus ſtragulis, Hi erunt, & ſtrati ſunt noſtri, & ceruicalia noſtra, ſuper quæ proſternemur, & volutabimur, dolores, & confuſio, atque captiuitas acerbiſſima. Non minùs autem & ignominiæ, quæ eandem conſecuta eſt captiuitatem, & ingens copia, & vniuerſalitas, & notorium altero ſignificantur verbo operiendi, cùm dicitur, *Et operiet nos ignominia noſtra*:) alluditur quippe ad operimentum veſtimenti, quod quidem ita corpori ſuperpoſitum eſt, vt & ſingulas corporis operiat partes: & cùm nil corporis conſpici ſinat, ipſum ſolum externo obiicitur aſpectui; Quam ſimilitudinem clariùs expreſſit Dauid, cùm de impiis loquens in Pſalmo 108. ait, [d] *Induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur ſicut Diploide confuſione ſuâ.* Vbi quò magis vis exprimeretur ſimilitudinis, non ait ſimpliciter. *Sicut veſte*, quâ

Dormio pro iaceo, & decumbo.

Inferni dolorum acerbitas qualis.

c Iob. 17.13.

Inferni pœnarũ, & confuſionis quãta futura copia.

d Pſ. 108.28.

A forſitan, vt paruâ aliquod membrum, & aliqua corporis pars cooperiri nequiret, quæue & interior aliqua potuiſſet intelligi. Sed *ſicut Diploide*, externâ nimirum veſte ita longâ, & amplâ, vt duplicari queat.

6 Quod ergo hîc, & in hac deprecatione ſua filiis Iſrael promere vnà cum prælatis à Domino ſuadetur, eſt, quod cùm ipſi, & patres eorum Domino Deo ſuo iam à primis ſuis initiis deliquerint, eiuſque legem contempſerint, nec illius paruerint monitis, iuſto eiuſdem Dei iudicio factum eſt, vt in duriſſimam abducti ſint captiuitatem, in qua nedum intrinſecâ, & pergraui, ac longiſſimâ conficiendi ſint confuſione, ſed & amiſsâ omni, quâ apud vniuerſas gentes illuſtres erant gloriâ, extrinſecus pariter vndequáque & à nationibus omnibus ignominiâ replendi ſint, & dedecore. Vt preces iſtæ eis ſint ſimiles, quibus Daniel ex perſona totius populi Iudaici in captiuitate conſtituti ait, [e] *Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, & omni Iſrael, his qui propè ſunt, & his qui procul in vniuerſis terris, ad quas eieciſti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te*, C *Domine nobis confuſio faciei, Regibus noſtris, Principibus noſtris, & patribus noſtris qui peccauerunt.*

e Dan. 9.7.

Circa lectionum varietatem. Hebr. ſic vertunt Pagninus, (*Dormiemus*.) Regia, (*Iacebimus in pudore noſtro, & operiet*, &c. *Et in voce Domini Dei noſtri non audiuimus.*) Vatab. (*Nos iacemus in impudentia noſtra*,) (quaſi in lecto, ſuper quem veſte ſtragulâ cooperiri ſolemus, quaſi dicat magno dedecore affecti ſumus.) (*Et ignominia noſtra operit nos, quia à pueritia*, &c.) Nota autem circa Hebraicam lectionem vocem כלמתנו *chelimah*, maiorẽ quamdam ſignificare confuſionem, quàm vox ſignificet altera בשתנו *boſcieh*, primo loco hîc poſita, D atque adeo ad epitaſim illi adiici ſolere, optiméque & à noſtro interprete redditam Latinâ voce ignominiæ, quomodo & à Sept. voce ἀτιμίας, inhonorationis, & dedecoris. Vt illi opponatur eiuſdem Iſrael gloriæ, propter quam aliàs, cùm ſcilicet ſuum coleret Deum, Eidem à Moyſe dictum eſt, [f] *Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui populè, qui ſaluaris in Domino?* Et à Deo ipſo, [g] *Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor.* Sept. in præterito hæc ita vertère, (*Dormiuimus in cõfuſione noſtra, & cooperuit nos ignominia noſtra, quia coram Deo*, &c. E vt Vulgata.

f Deut. 33.29.

g Iſai. 49.3.

Verſ. 23.] Verè mendaces, &c.

Verſ. 24.] Confuſio comedit, &c.

Verſ. 25.] Dormiemus in confuſione, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

F Verè mendaces, &c. Aptiſſima hæc ſunt, pro aulicis iis, qui poſt multos in Principum aulis conſumptos annos, in ſe tandem reuerſi talia ſuâ reuoluant mente, ad Deumque ex corde cõuerſi dicant, Iamdiu in excelſis Principũ aulis, quaſi Idola noſtra Principes coluimus; muneribus quaſi ſacrificiis illos cumulauimus: ſpes noſtras in illis collocauimus: vt Deos illos venerati ſumus; quas verò Deo porrigere debuiſſemus, illis ſupplices præbuimus preces: hæcque vniuerſa in ſummam Dei præſtitimus ignominiam. At ipsâ edocti ſumus experientiâ, reuera 7

Aulicorum quãta ſit vanitas eorumdemque querela.

Aula, & Principes mundi mendaces. * Psal. 4. 5.

istiusmodi vel celsissimas aulas, principesque quos ibi coluimus, ipsum esse mendacium, quodque Regium Prophetam nobis significantem non aduertebamus, cùm diceret,* *Filij hominum vsquequò graui corde, Vt quid diligitis vanitatem & quaritis mendacium? Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.* Iam & ipsi fateri cogimur. (*Verè enim mendaces erant colles: verè in Domino Deo nostro salus Israel.*) Consumpsimus adolescentiam nostram, censusque magnis laboribus à patribus nostris acquisitos profudimus, (*Confusio* enim *comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum,*&c.) Nam & in munera ingenti cum confusione, & pro decenti inter aulicos conuersatione greges, & armenta, agrosque vendidimus, atque consumpsimus: quodque omnium est pessimum, & filios, filiasque eorumdem parentum nostrorum ipsa pariter comedit confusio, filios quidem, quando fratres nostros nobiscum ad aulas alleximus: filias verò, quando & sorores nostras ad Principum gratiam captandam illorum exposuimus libidini, (*Dominus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra,*) iuxta vulgatum videlicet prouerbium illud, Qui in aula viuit, in palea moritur: ne ab illa recedamus: (*quoniam Domino Deo nostro peccauimus,*) & nos, & qui nos ad aulas delegarunt, *patres nostri:* atque in criminibus aulicis perseuerauimus ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc: *& non audiuimus vocem Domini Dei nostri*, multiplici inspiratione nos ad ipsum attrahentem.

VVLGATÆ.

Vers. 23.] Verè mendaces erant, &c.
Vers. 24.] Confusio comedit, &c.
Vers. 25.] Dormiemus in confusione nostra, &c.

SEPTVAGINTA.

23. Οὕτως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων, πλὴν διὰ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ Ἰσραήλ.
24. Ἡ δὲ αἰσχύνη κατηνάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν, ἀπὸ νεότητος ἡμῶν, τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς μόσχους αὐτῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν.
25. Ἐκοιμήθημεν ἐν τῇ αἰσχύνῃ ἡμῶν, καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς ἡ ἀτιμία ἡμῶν, διότι ἔναντι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμάρτομεν ἡμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀπὸ νεότητος ἡμῶν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ οὐχ ὑπηκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Vers. 23.] Verè in mendacium erant colles, & fortitudo montium: tantùm per Dominum Deum nostrum salus Israel.
Vers. 24.] Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum, & vitulos eorum, & filios eorum, & filias eorum.
Vers. 25.] Dormiuimus in confusione nostra: & cooperuit nos ignominia nostra: quoniam coram Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra, vsque in diem hanc: & non obediuimus voci Domini Dei nostri.

A

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Vtique in vanum colimus super colles, & in nullum vsum congregati sumus super montes, verumtamen in verbo Domini Dei nostri salus Israel.* Vers. 24. *Confusio autem peccatorum consumpsit laborem patrũ nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum, & boues eorum, filios eorum, & filias eorum.* Vers. 25. *Iacemus in confusione peccatorum nostrorum, & cooperiet nos verecundia nostra,* B *quia coram Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra, & vsque in præsentem diem, & non obediuimus verbo Domini Dei nostri.* 1

Hieronym. Pœnitentium voces quales esse debeant.

Vers. 23. (*Verè mendaces erant colles*, &c.) Hieronymus. *Dicat hoc pœnitens, & omnem superbiam derelinquens, & multitudinem, siue altitudinem montium, per quã superbiebat cõtra Deum, & humilitate prostratus loquatur, (Verè in Domino Deo nostro salus Israel.)*

Cyril. Alex. Absque metu ante tribunal Christi iusti adstant.

Cyrillus Alexand. homil. 21. Paschalium. *Ita namque* (perficientes, sc. sanctificationem in timore Dei,) *nec quidquam metuentes ante tribunal (Christi adstabimus splendidis amicti vestibus, illudque liberè* C *acclamantes, (ecce nos erimus tui, quoniam tu Dominus Deus noster es.)*

2 *Theodorit. Orationis verba docet nos Deminus.*

Theodoritus. *Non modò pollicetur sanitatem, sed etiam quibus verbis vti debeant, docet, tantùm non dicens, Hæc dicite, (Ecce serui nos erimus tibi: quia tu es Dominus Deus noster,) Abnegamus errorem, execramur seruitium Dæmonum, te solum scimus Dominum, ac Deum, (Verè colles, & montium vis erant mendacium, Verumtamen per Dominum Deum nostrum salus Domui Israel.) Ipsâ didicimus experientiâ, te solum esse bonorum subministrum; nemora verò, & colles damnum afferre & exitium.*

D.Thom. Pœnitentium reuersio, & voces ad Deũ. a Hose. 6. 1. b Exo. 15. 2. c Isai. 28. 15. d Psal. 61. 8.

D D.Thomas. *Ponit pœnitentium reuersionem, & primò profitentur obedientiam, (Ecce venimus) sicut tu præcepisti,* [a] *Hose. 6. Venite reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Secundo, confitentur Dei magnificentiam, confitentes ipsius diuinitatem, (Tu enim es,)* [b] *Exod. 15. Iste Deus meus & glorificabo eum. Idolorum falsitatem, (Verè mendaces,) quia non conferebãt idola, quæ ibi colebamus, auxilium, quod sperabamus; nec habebant diuinitatem, quam prætendebant* [c] *Isai. 28. Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Et diuini cultus vtilitatẽ, (Verè in Domino,)* [d] *Psal. In Deo salutare meum,* E *Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.*

3 *Hieron. Hæreticorum labores omnes confusione pleni.* e Psal. 63. 7.

Vers. 24. (*Confusio comedit*, &c.) Hieronymus, *Omnes hæreticorũ labores, de quibus scriptum est,* [e] *Defecerunt scrutantes scrutinio, ab adolescentia eorum, quos deceperant, filios, & filias eorum, qui in hæresi profecerant, & velut armenta luxuriâ tenebantur, operiuntur confusione.*

Theodorit.

Theodoritus ita hæc legit, (*Confusio absumpsit labores patrum nostrorũ ab adolescentia eorũ, qui immolabant oues suas, filios suos, & filias suas.*) *In quo*, inquit *demonstrat, quantum honoris excessum idolis exhibebant: & quòd inde non modò nullum quæstum faciebant,* F *sed præter interitum animarum, pudorem, & confusionem consequebantur. Hoc enim per ea quæ subiiciuntur dicit, (Dormiuimus in pudore nostro, &c.)*

Hieron. Confiteri, & nosse peccata est pars salutis. f Isai. 43. 26. secund. Sept.

Vers. 25. (*Dormiemus in confusione nostra, & operiet*, &c.) Hieronymus. *Hoc loquatur Israel, qui suum Dominum non audiuit: Hoc omnis hæreticus, qui agit pœnitentiam, & tamen pars salutis est, sua confiteri, & nosse peccata,* [f] *Dic inquit, tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Verè enim Israel dimisit Christum Dominum suum, & in eum peccauit, non solùm quando visus est in carne, sed & ante aduentum illius. Vnde dicunt, (Nos, & patres nostri, &c.)*

CATE

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΟΝΤΩΣ εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ δύναμις τῶν ὀρέων, πλὴν διὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.] A

Εὐσεβίου Καισαρείας.] μὴ πρότερον ὄντες σοι, ἀλλὰ δαιμόνων μερίς, φυλάττετε οὖν ἔργοις τὴν τοῦ ἐσομένου σοι ὑπόσχεσιν, μηδενὸς ἄλλου γινόμενοι, εἶτα τὰ πρὶν εἴδωλα δοκοῦντα μὲν ἡμῖν ὑψηλά, τε καὶ θαυμαστά, καλούμενα δὲ ψευδῆ ἐν ὄρεσι κατοικεῖ, ἤγουν τοὺς δαίμονας, τοῦ διαβόλου μηδὲν καταλιπόντος τῆς κτίσεως ἀπροσκύνητον, τὰ δὲ εἴδωλα δύναμιν ὀρέων καλεῖ, καὶ οἱ παρ' αὐτῶν ἄρα χρησμοί, καὶ θεραπεῖαι, ψευδῆ, καὶ ἀπατηλά, καὶ οὐχ οἷα τοῦ Μωυσέως, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὰ τέρατα, καὶ οὐδὲ οἷα τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοῦ Σίμωνος, εἰδότες δὲ ὡς τῷ παραπτώματι τοῦ Ἰσραὴλ ὁδὸν ἡμῖν ἔσχεν ἡ σωτηρία, καὶ ὅταν τὸ πλήρωμα ἡμῶν εἰσέλθῃ, πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, ἐπιφερόμεθα, πλὴν διὰ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. B

* ψδύαι.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] διαμέμνηται ὀρῶν, καὶ βουνῶν, ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτοῖς, κατὰ τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους καιρούς, ἱερά τε, καὶ τεμένη δειμάμενοι, καὶ βωμοὺς ἀναστήσαντες τοῖς δαιμονίοις χαριεστάτας προσεκόμιζον θυσίας. C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] προσεκύνησαν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐθυσίασαν ταῖς πονηρίαις τῆς ἐπιθυμίας, τάχα καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος εἴρηται, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, ὅταν τὸ φῶς ἴδωμεν, τότε τὸ σκότος ἐπιγινώσκομεν. ἔγνωσαν τὸν Θεόν, τότε καὶ τοὺς δαίμονας ἐγνώρισαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τότε τὴν ἁμαρτίαν εἰσόμεθα ὄντως, οὐ ῥήμασι λέγοντες, ἀλλὰ διὰ τῶν πραγμάτων πεισθέντες καὶ ἀφῆκεν αὐτοὺς ὁ Θεός, διὰ τῶν ἔργων μαθεῖν, δεῖ καὶ τῶν προτέρων καταγινώσκειν. D

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι μαντεῖαι, ἢ καὶ ὁ ὄγκος τῆς ἁμαρτίας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἰδοὺ πάλιν τό, διά, ἐπὶ τοῦ θεοῦ εἴρηται, ἔδει μὲν ὑμᾶς καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μαθεῖν, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, νῦν δὲ ἐκ τῶν εἰς αὐτοὺς γινομένων, οἱ δὲ παλαιοί, οὐχὶ λίθινα μόνον ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ ὄρη, καὶ βουνοὺς ἐδίωκον. τὸ δὲ αἴτιον, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἐνόμιζον κατοικεῖν τοὺς δαίμονας, οὐδὲν γὰρ μέρος ἐστὶ τῆς κτίσεως, ὃ μὴ προσκυνηθῆναι παρεσκεύασεν ὁ διάβολος. [καὶ μετ' ὀλίγα.] πλὴν διὰ Κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ Ἰσραήλ, τί γὰρ ἄλλο ζητεῖ ὁ θεός, ἢ ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτός σε εὐεργετεῖ; τοῦτο, ἢ οὐδὲν πλέον ἀπαιτεῖ παρά σου, καὶ τούτου αὐτοῦ ἐρᾷ. [ἡ δὲ αἰσχύνη κατανάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν.] E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ καὶ μηδὲν ἔπαθον δεινόν, αἰσχύνη μετὰ τὰ πράγματα ἦν, ἐπόνουν εἰκῇ, καὶ ἐταλαιπωροῦντο, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ θύειν ἁπλῶς, ἡ μὲν θυσία τοῖς δαίμοσιν, ἡ δὲ σωτηρία παρὰ τοῦ θεοῦ.

Vers. 23. VERE in mendacium erant colles, 4
& fortitudo montium: tantùm per Dominum Deum, &c.)

Euſebij Cæſarienſis.] *Qui prius tui non erant, ſed Dæmonum pars: ſeruanda igitur tibi re ipſa rei futuræ promiſſio, ne ad alium tranſeatis. Deinde idola quæ nobis excelſa, & admirationis plena videbantur, re vera mendacia in montibus habitant, hoc eſt, Dæmones. Cùm Diabolus ex rebus creatis nihil non adoratum reliquerit, Idola porrò vim montium vocat. Reſponſa igitur, curationeſque eorum fallacia ſunt: nec qualia Moyſis Aegyptiorum portenta fuêre: Nec Chriſti, & Simonis æquè ſe habent. Scientes autem quod Iſraelis caſu ſemita noſtræ ſalutis aperta eſt,* [a] *& quando plenitudo noſtra aduenerit, totus Iſrael ſaluus erit, adnectimus. (Cæterùm Per Dominum Deum noſtrum ſalus Domui Iſrael.)*

Euſeb. Cæſ.

Diaboli ſtudium ad idololatriā augendam.

Dæmonū reſponſa, & opera mendacia.

a Rom. 11. 25.

S. Cyrilli.] *Montium & collium meminit, quoniam in eis per priſca illa tempora fana delubráque extruentes, & aras erigentes dæmonibus quàm gratiſſimas victimas offerebant.*

Cyril. Alex.

Chryſoſtomi.] *Adorarunt iniquitatem, prauitatibus deſideriorum ſacrificarunt: forſan & ad nos ſermo hic dictus, Conuertimini filij reuertentes [& paucis interiectis,] Sanè mendaces erant colles. Cùm lumen aſpexerimus tunc agnoſcimus tenebras. Agnouerunt Deum, tunc nouerunt & dæmones. Ita & nos tunc verè peccatum ſciemus non verbis dicentes, ſed rebus ipſis perſuaſi. Et reliquit eos Deus, vt per res ipſas diſcerent. Oportet & priora damnare.*

Chryſoſt.

Cognitio lucis facit agnoſcere & tenebras, ſic & cognitio Dei facit vt agnoſcamus & dæmones.

Olympiodori.] *Oracula quæ dabantur in montibus: vel moles iniquitatis.*

Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Ecce iterum, (Per) de Deo* 5
dictum: oportebat quidem vos & ab aliis diſcere, à cælo, à terra, & mari, Nunc autem ex his quæ in ipſos facta ſunt. Veteres autem non ſaxea ſolùm erigebant, ſed & colles, monteſque ſequebantur, quod in excelſis Dæmones habitare putarent; nulla enim pars creaturæ eſt, cui cultum homines Diabolo inſtigante non exhibuerint. [Et poſt pauca.] (Cæterùm per Dominum Deum noſtrum ſalus Iſrael,) Quid enim aliud requirit Deus, quàm vt ſcias ipſum eſſe, qui in te beneficia confert? Hoc à te, aut nihil aliud exigit, & hoc vehementer cupit.

Chryſoſt.

Diſcendū & ab inanimatis.

Dæmones in excelſis habitare creditū antiquis.

Creaturis omnibus idololatria cultū exhibitū dæmone impellente.

Dei deſideriū, vt nouerimus ipſius beneficia.

Verſ. 24.] *Confuſio autem conſumpſit labores* 6
patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, &c.)

Chryſoſtomi.] *Et ſi nihil mali paſſi eſſent: dedecus rem ipſam ſequebatur: fruſtra laborabant, & angebantur, nihil planè aliud erat quàm nudum ſacrificium. Victimæ quidem Dæmonibus, ſalus autem à Deo.*

Chryſoſt.

Ignominia, cōfuſio, & dolor ſequuntur peccata.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] αἰσχύνην λέγουσι τὴν ἀληθῶς ἀκλεᾶ, καὶ ἀδοξοτάτην εἰδωλολατρείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ πλάνησιν, ἣ καὶ τοὺς μόχθους τῶν πατέρων αὐτῶν καταναλῶσαι: δεδαπανήκασι γὰρ ἱερουργοῦντες τοῖς δαίμοσι τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς μόσχους αὐτῶν, καὶ φρονήσεως ζημίαν ὁμοῦ τοῖς οὖσιν ὑπέμειναν.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἁπλούστερον μὲν οὖν ἐστι λέγειν αἰσχύνην τὰ εἴδωλα· καὶ γὰρ Ἠλίας, προφήτας αἰσχύνης τοὺς τῶν εἰδώλων ψευδοπροφήτας καλεῖ, ὧν τὸ σέβας, ὅπερ οἱ πατέρες ἡμῶν περιεποιοῦντο, καταναλῶσαι, πρόβατα θυόντων, καὶ βόας κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν ἔθυσαν τοῖς δαίμοσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρόβατα. ἐκεῖνα περὶ ἃ ἐνδιαθέτως εἶχον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ τῶν ἐκγόνων ἐφείσαντο, καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ἠγνόησαν, εἰς μανίαν τὴν ἐσχάτην ἐξοκείλαντες.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁ γὰρ μαινόμενος οὐκ οἶδεν τί πράττει, ὁ δὲ αἰσχρὰ πράγματα ποιῶν, καὶ αἰσχύνης ἄξια, ἐν αἰσθήσει τε ἐστί, καὶ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιτιμῶντας: οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι λάθρα ἐποίουν, ἀλλὰ πάντων ὁρώντων, πολλῶν τῶν μελλόντων ὄντων καταισχύνειν αὐτούς.

Ὀλυμπιοδώρου.] κοίμησιν τὴν ἀνάπαυσιν λέγει, δοκοῦντες οὖν φησὶν ἀναπαύεσθαι ἐπὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας ἔργοις, αἰσχύνης ἐπληρούμεθα. [διότι ἐναντι τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμάρτομεν ἡμεῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸν ἐξομολογούμενον οὕτως ἐξομολογεῖσθαι δεῖ, αὔξειν τὸ ἁμάρτημα πάντοθεν, ἀποστερεῖν αὐτὸν συγγνώμης, ἵνα τύχῃ συγγνώμης. [ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐκ ἁπλῶς εἶπεν, οὐ δεύτερον, οὐ τρίτον, ἀλλὰ μυριοστόν, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι πανταχοῦ τοιοῦτοι. [καὶ οὐκ ὑπηκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀλλὰ περὶ μὲν τοὺς δαίμονας οὕτω θερμοί, καὶ μανικοί, ὡς μηδὲ σπλάγχνων φείσασθαι οἰκείων, ὡς καὶ τὰ ἔκγονα καταθῦσαι, περὶ δὲ τὸν δεσπότην οὕτω ῥάθυμοι, καὶ αὐθάδεις, καὶ ἀφηνιῶντες, ὡς μηδὲ τῆς φωνῆς ἀκοῦσαι, ἀλλὰ παρακοῦσαι.

S Cyrilli.] *Confusionem vocant verè turpissimum, & inglorium idolorum cultum, & versantem in eo errorem, qui & patrum suorum labores comedit: insumpserunt enim oues suas, & vitulos, Dæmonibus sacra peragentes, prudentiæque damnum vnà cum bonis subierunt.*

Cyril.Alex. *Idololatria vilissimũ scelus, ac fœdissimum.*

Habentur in Catena Græca Vaticana aliqua super hos vers. 24. & 25 ex Origene, quæ cõsultò hic omisimus, positâ integrâ quã nuper reperimus eiusdem Origenis homiliâ.

Incerti.] Possunt plano sensu confusionis nomine vocari idola; etenim Elias, Prophetas opprobrij idolorũ, Pseudoprophetas appellat, quorum religio quam Patres nostri profitebantur consumpsit oues, bouesque sacrificantiũ, iuxta illud Psalmi, [a] *Immolauerunt filios, & filias suas Dæmonibus.*

Incertus. *Prophetæ idolorũ appellati Prophetæ opprobrij.*

Olympiodori.] (Oues.) Illa circa quæ impenso animo ferebantur.

Olympiod.

a Ps. 105 37.

7

Chrysostomi.] *Nec filiis pepercerunt & naturam suam ignorarunt, extremo furore debacchantes.*

Chrysost.

Eiusdẽ.] *Qui enim insanit, nescit quid agat. Qui verò turpia committit, & confusione digna, sentit quid agat, multosque habet increpantes: Nec dici potest clam eos fecisse: sed in conspectu omnium, cùm multi essent, qui eos confusione possent opplere.*

Idem.

Olympiodori.] *Dormitionem, quietem vocat. Putantes, inquit, in iniquitatis operibus quiescere, confusione implebamur.* (*Quoniam coram Deo nostro peccauimus nos*, &c.

Olympiod. *Quies appellata dormitio.*

Chrysostomi.] *Confitentem hac ratione decet confiteri, vt peccata omni ex parte amplificet, sibique veniæ locum deneget vt veniam consequatur.* (*Vsque in diem hanc.*)

Chrysost. *Confessio peccatorũ qualis esse debeat.*

Eiusdẽ.] *Non simpliciter dixit, nõ bis nõ ter, sed sæpius, & extra numerũ: Nec dici potest semper sui similes fuisse* (*Et nõ obediuimus voci Domini,*)&c.

Idem.

Eiusdem.] *Sed erga Dæmones ita ardentes fuêre, & furibũdi, vt nec à propriis visceribus abstinuerint, in filiorũ sanguinem sæuiẽtes: erga verò Dominũ adeo vecordes, & petulantes, & effrenes, vt neque vocẽ illius audirẽt, nec omnino obedirẽt.*

Idem. *Impij quàm ardentes sint in Dæmonum obsequiis.*

Homiliæ quintæ Codicis Græci Vaticani in Ieremiam, & secundæ ex octo adhuc non impressis.

Primã partẽ istius homiliæ habes supra ad finem Catenæ super præcedentem vers. 22.

Εἶτα καταγνόντες τῶν προτέρων ἡμῶν κακῶν, ὅτε μεγάλα μὲν ἐνομίζομεν καὶ ὑψηλὰ τὰ εἴδωλα, προσεκυνοῦμεν, καὶ θαυμαστὰ ἐνομίζομεν οἷς ἐλατρεύομεν. νυνὶ δὲ κατέγνωμεν, ὅτι ἐκεῖνα πάντα ψευδῆ ἦν, καὶ οὐδὲν ἐτύγχανε, καὶ λέγομεν ἐπιστρέφοντες. ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡμεῖς καταγνόντες τῶν προτέρων * ὑλῶν, καὶ τῶν προτέρων θαυμασίων, καὶ τάχα ἐὰν φιλοτεχνῶμεν, εὑρήσομεν τὴν διαφορὰν τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι βουνῶν, καὶ ὀρέων. ἅτινα καταλιπόντες οἱ εἰπόντες. ἰδοὺ δοῦλοι ἡμεῖς ἐσόμεθά σοι, ὅτι σὺ Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν εἶ. κατηγοροῦσιν αὐτῶν ὡς ψευδῶν, καὶ τῶν βουνῶν καὶ τῶν ὀρέων. τίς οὖν ἡ διαφορὰ τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀρέων, καὶ βουνῶν, ὧν κατεγνωκότες λέγομεν. ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων. τοῦτο λέγομεν ἡμεῖς καταγνόντες τῶν προτέρων, τὰ προσκυνούμενα παρὰ τοῖς

* γρ. ὑψηλῶν.

8

Deinceps cùm nos pristinorũ malorum pœnituerit, quum & magnitudine, excelsitateque pollêre Idola opinabamur, ea venerabamur, & quæ colebamus, admiranda putabamus: in præsenti verò & futilia fuisse, atque inania cognouimus, reuertentesque dicimus. [b] (*Verè in mendacium erãt colles,*) & nos posthabitis primis illis excelsis & admirabilibus, fortasse etiam si diligenter inquiramus, differentiam colliũ, mõtiumque quæ erat apud Gentes inueniemus. Quibus relictis hi, qui dixerunt, *Ecce hi nos tui erimus, quoniam tu Dominus Deus noster es;* ea vti mendacia, colles nempe montesque improbant. Quænã igitur differẽtia montium, colliũque, quæ apud Gentes sũt; quibus neglectis dicimus, (*Verè in mendacium eant colles, & fortitudo mõtiũ!*) Hoc quippe nos dicimus prioribus abiectis. Ea quæ Gentes adorant,

Vana videntur quæ priùs admirabamur, cum verè ad Deum conuersi fuerimus.

b Ier. 3. 23.

τοῖς ἔθνεσι ταῦτα μὲν προσκυνεῖται ὡς θεοί, ταῦτα δὲ Ἥρωες, ὁμολογοῦσι γὰρ καὶ αὐτοὶ περί τινων * ἦσαν, καὶ ἀπεθεώθησαν, ἡρακλέα προσκυνοῦσιν οὐχ ὡς γεγενημένον θεόν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνθρώπου εἰς θεὸν μεταβληθέντα. ἀσκληπιὸν προσκυνοῦσιν, ὡς ἐξ ἀνθρώπων δι' ἀρετὴν εἰς θεὸν μεταβεβηκότα. ὅταν δὲ προσκυνοῦσι τοὺς πατέρας τούτων, ὀνομαζομένους παρ' αὐτοῖς θεούς, προσκυνοῦσιν, οὐχ ὡς μεταβαλόντας ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεούς, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι οἴονται θεοὺς ἀρχῆθεν ὄντας, ἔσονται μὲν οὖν οἱ ἀρχῆθεν μὲν θεοὶ νομιζόμενοι τοῖς ἔθνεσι, τὰ ὄρη, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων. οἱ δὲ νομιζόμενοι παρ' αὐτοῖς νῦν μὲν εἶναι θεοί, πρότερον δ' ἄνθρωποι γεγονέναι, οὗτοι εἰσὶν οἱ βουνοί, ἐγνωκότες οὖν ἀμφότερα προσκυνούμενα τάγματα, φησὶν, ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων. νῦν γὰρ ὑπολαμβάνουσιν * οἱ αὐτὰ λατρεύοντες, ὅτι ψευδῆ ἐστι ταῦτα. διόπερ οἴονται τοὺς χρησμοὺς, καὶ τὰς θεραπείας ἀληθινὰς εἶναι, θεραπείας, οὐχ ὁρῶντες διαφορὰν πάσης δυνάμεως, καὶ σημείων, καὶ τεράτων ψεύδους ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας τοῖς ἀπολλυμένοις γινομένων, πρὸς πᾶσαν δύναμιν σημείων καὶ τεράτων ἀληθοῦς, ἃ μὲν γὰρ ἐποίει Χριστὸς Ἰησοῦς, ταῦτα ἦν σημεῖα ἀληθείας, καὶ πρὸ αὐτοῦ μὲν ἃ ἐποίει Μωυσῆς, δύναμις ἦν ἀληθείας, ἃ δὲ ἐποίουν οἱ Αἰγύπτιοι, σημεῖα μὲν ἦν καὶ τέρατα ψεύδους, οὕτω δὲ καὶ ἃ ἐποίει σίμων μετὰ τὸν Ἰησοῦν ὁ μάγος, ὥστε ἀποπλανᾶν τὸ ἔθνος * τῆς Σαμαρείας, καὶ νομίζεσθαι αὐτὸν εἶναι δύναμιν θεοῦ. καὶ αὐτὰ ἦν σημεῖα, καὶ τέρατα ψεύδους. ὅταν οὖν καταγνῶμεν ἐκείνων, λέγομεν οἱ καταγνωκότες, ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων, εἶτα ἐπεὶ ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἴσμεν, ὅτι τῷ παραπτώματι τοῦ Ἰσραὴλ ὁδὸν ἐλάβομεν σωτηρίας καὶ ἐκεῖνοι ἔξω εἰσὶν ἐκβεβλημένοι μέχρι τὸ πλήρωμα ἡμῶν εἰσέλθῃ, ἴσμεν δὲ ὅτι ἐὰν, τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, μετὰ τοῦτο πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. διὰ τοῦτο φαμὲν πρῶτον μὲν τὸ ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων, δεύτερον δὲ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ σωθησομένου μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. πλὴν διὰ κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐμνήσθημεν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ λέγοντος, ὅτι τῷ παραπτώματι, ᾧ παρέπεσεν ὁ Ἰσραὴλ ἡ σωτηρία γέγονεν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, ἔξω μένοντος τοῦ Ἰσραὴλ, μετὰ τὸ εἰσερχόμενον πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, φέρε τὰ κατὰ τοὺς τόπους τούτους ἀναπτύξωμεν, ἦν Ἰσραὴλ σωζόμενος, ἐξέπεσεν ὁ πολὺς Ἰσραὴλ, ἀλλὰ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε, περὶ οὗ λείμματος μυστικῶς ἐν Ἠλίᾳ λέλεκται, κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, καὶ ἑρμηνεύων περὶ τοῦ λείμματος τούτου ὁ ἀπόστολος φησίν. ἆρ' οὖν καὶ τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν, ἔχουσι Ἰσραὴλ, καὶ ἂν λεῖμμα σωζόμενον καταλειφθέντος * τοῦ Ἰσραὴλ, ταῦτα τὰ δύο τάγματα, εἰ δυνατὸς εἶ, μετάγαγέ μοι, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οὐ γὰρ εἶπεν, ὅταν πάντα τὰ ἔθνη σωθῇ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, ἀλλ' ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται,

[Margin notes to the Greek: * ἴσ. ἄλ. γεγονότι ... ; * ἴσ. ὑπολ. ... ; * ἴσ. ἀληθείας. ; * ἴσ. ἔθνος. ; * καὶ λεῖμ.]

A adorãt, vel sunt apud ipsos Dij, vel sũt Heroës. Fatentur quippe & ipsi de quibusdã, quòd mortales cùm essent, in Deorum numerũ relati sunt, Herculem siquidẽ colũt, non vti naturâ Deũ, sed vt mutatũ ex homine in Deũ. Æsculapium adorãt propter virtutẽ, diuinã dignitatem assecutũ. Cùm verò eorũ genitores colunt, qui apud eos Deorũ nomine insigniũtur, non vti trãslatos ex hominibus in Deos venerãtur: sed, vt illi quidem existimãt, à principio Deos. B Erũt itaq; qui Gẽtibus ab initio Dij habẽtur, *Mõtes & fortitudo Montiũ.* Qui verò nũc apud eos Deorũ habent opinionẽ cùm antea homines essent, colles sunt. Agnoscentes igitur vtraque numinũ adoratorum seriem aiũt, *(Verè in Mendaciũ erãt colles, & Fortitudo montiũ.)* Nunc quippe Dei cultores illa esse falsa existimant. Quapropter oracula & curationes, vera esse arbitrãtur, dũ C vniuersæ virtutis, & signorũ & portentorũ mẽdacij in omni captione iniustitię iis qui in perniciẽ tendũt, factorum differẽtiã ad omnẽ vim signorum portẽtorumq; veritatis, nõ inspiciũt. Enimuerò quę Christus Iesus faciebat, ea erant signa veritatis, quęque ante ipsũ Moses patrabat, vis erat veritatis. Verũ quæ Ægyptij præstabant, signa sanè erant, portentaq; mendacij, & quę pariter dedit Simõ Magus post Iesum, vt videlicet Gentẽ Samariæ seduceret, ipseque D virtus Dei esse putaretur, erãt & illa signa, portentaque mendacij. Quãdo igitur illa reiecerimus, dicimus qui reiecimus, *(Verè in mendacium erant colles & fortitudo Montium.)*

Præterea quia scimus nos qui à Gẽtibus sumus, Israelis casu viam salutis cõparasse; eosque esse eiectos foras: donec plenitudo nostra aduenerit; nec non, vbi plenitudo Gentiũ aduenerit, postea omnẽ Israelẽ saluatũ iri; propterea primũ quidem dicimus *(Verè in mendaciũ erant colles, & fortitudo mon-* E *tiũ.)* Deinde addimus de saluando Israele post plenitudinẽ Gentiũ, *(Tantùm per Dominũ Deum nostrũ salus Israel.)* Et quoniã Apostolici dicti meminim⁹, quòd casu quo cecidit Israel salus facta est Gẽtibus: [a] *& cùm plenitudo Gentiũ aduenerit*, foras manente Israel, *cùm plenitudo Gentiũ ingressa fuerit, tũc omnis Israel saluus erit*, age horũ locorũ explanationẽ afferamus: erat quidẽ Israel qui saluabatur, excidit magna pars Israel, sed [b] *reliquiæ secũdùm gratiæ electionẽ factæ sũt*, de qui- F bus in Helia scriptũ est. [c] *Reliqui mihi septẽ millia hominũ, qui nõ flexerũt genu Baal.* Quod residuũ exponẽs Apostolus ait, [d] *Sic ergo & hoc tẽpore reliquiæ secundùm gratiæ electionẽ factæ sũt.* Est igitur Israel, & saluãdæ reliquiæ Israel destituti. Hunc duplicẽ ordinem transfer quæso si vales ad eos qui à Gẽtibus sũt. Haud enim dixit, *Quum omnes Gentes saluæ fuerint, tunc omnis Israel saluus erit.* Sed *quum plenitudo Gentium aduenerit, tũc omnis Israel saluus erit*

Gentiles adorabãt duplex genus Deorũ quos natos cẽsebant Deos, & quos ex Heroibus Deos putabant factos.

Dij qui ab initio diuinitatẽ habuisse cẽsebãtur appellati Montes & fortitudo mõtiũ, *Heroes verò diuinitatem assecuti dicti colles.*

10 *Signa & portenta atque oracula falsorum Deorũ Gentiles non agnoscebant esse mẽdacia, cùm non inspicerent, ea quæ vera essent.*

Signorum ac portentorum aliqua vera, aliqua mendacia, eorumque differẽtiã agnoscũt qui ad Deũ conuersi sunt.

11 *Gentiũ plenitudine ad verũ Deum cõuersã, saluãdas & Iudæorũ reliquias.*

a Rom. 11. 26.

b Rom. 11. 5.

c 3. Reg. 11. 18.

d Rom. 11. 5.

Non omnes Gentes saluãdæ, Israel ante, sed earum plenitudo post cuius plenitudinis salutationẽ saluãdus & omnis Israel

e Ro. 11. 26.

οὐ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται μετὰ πάντα τὰ ἔθνη, ἀλλὰ μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, εἴ τις δύναται τὸ λοιπὸν, ὥσπερ εὗρε τὸν Ἰσραὴλ σωζόμενον μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, διαβὰς τῷ λόγῳ κατανοησάτω, πότε πάντες δουλεύσουσι, κατὰ τὰ ἐν τῷ Σοφονίᾳ εἰρημένα τῷ θεῷ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, καὶ ἐκ περάτων αἰθιοπίας οἴσουσι θυσίας αὐτῷ, ὅτε ὡς ἐν ξζ΄ λέλεκται ψαλμῷ. Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ. καὶ ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς προστάσσει ὁ λόγος λέγων. ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, ψάλατε τῷ θεῷ Ἰακὼβ, οὐκοῦν λεγόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, περὶ μὲν ἑαυτῶν μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ψευδέσιν, ἃ ἐνομίζομεν εἶναι ἀληθῆ, ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοὶ, καὶ ἡ δύναμις τῶν ὀρέων, περὶ δὲ τοῦ μετ' ὑμᾶς σωθησομένου Ἰσραὴλ, πλὴν διὰ Κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. εἶτα ἐξομολογούμενοι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν οἷς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν γεγόνασι, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ εἰδωλολατροῦντες, φαμὲν, ἡ δὲ αἰσχύνη κατηνάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν, τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς βόας αὐτῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν, ἡ αἰσχύνη κατηνάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ τάδε τὰ εἰρημένα. οὐκοῦν εἰ μέλλει καταναλίσκεσθαι ὁ μοχθηρὸς μόχθος, καὶ τὸ ψεῦδος ἔργον τῶν πατέρων, αἰσχύνην δεῖ γενέσθαι, πρὶν γὰρ αἰσχύνης οὐ καταναλίσκεται ὁ μόχθος τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ τὰ ἐπιφερόμενα. διὰ τοῦτο κατανοήσωμεν ἁμαρτανόντων διαφοράς. εἰσὶν ἁμαρτάνοντες, καὶ οὐκ αἰσχυνόμενοι, οὐδὲ αἰδούμενοι ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, οὐδὲ ἐρυθριῶντες, τοιοῦτοι εἰσὶν οἱ ἀπηλγηκότες, καὶ ἑαυτοὺς παραδόντες πάσῃ ἀσελγείᾳ, καὶ πάσῃ ἀκαθαρσίᾳ. βλέπεις γὰρ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, τίνα τρόπον ὡς ἀριστείας ἔσθ' ὅτε καταλέγουσι τὰς πορνείας, καὶ τὰς μοιχείας ἑαυτῶν, οὐδὲ αἰδούμενοι ὁμολογεῖν τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι. καὶ οὐ λέγουσιν αὐτὰ ἁμαρτήματα, ὅσον οὐκ αἰσχύνονται, οὐκ ἀναλίσκονται αὐτῶν οἱ μόχθοι, οὐκ ἀναλίσκεται αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα. ἀρχὴ ἀγαθῶν ἐστι τὸ αἰσχυνθῆναί τινα, ἃ οὐκ ᾐσχύνετο, διὰ τοῦτο ἐγὼ οὐ κατάραν νομίζω ἐν τοῖς προφήταις λέγεσθαι ἐν τῷ αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἐντραπήτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. εὔχεται γὰρ τοὺς ἀναισθήτους τῶν τῆς αἰσχύνης ἔργων εἰς συναίσθησιν ἔρχεσθαι, ἵνα αἰσχυνθέντες δυνηθῶσιν ἀναλῶσαι τοὺς μόχθους καὶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, τὰ δὲ ἄλογα τῶν πατέρων κινήματα πρόβατα τῶν πατέρων εἶπε καὶ μόσχους, οὐ γὰρ πάντα τὰ ἄλογα ἐπαινετὰ, ἀλλ' ἔστιν ἄλογά τινα ψεκτὰ, ὥσπερ τὰ πρόβατα τῶν ἡμαρτηκότων, ἔστι δέ τινα ἄλογα ἐπαινετὰ, οἷον τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, πρόβατα λέγω, καὶ ταῦτα, οἷς ἀνάλογον ἔχομεν τὸν λόγον ἔχοντες, τὸν ποιμένα τὸν καλὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἐπὰν γὰρ λέγῃ ὁ σωτήρ. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. τοῦτ' ἀκούω μόνον καθολικῶς, ὡς πάντες ἀκούουσιν, ὅτι ποιμήν ἐστι τῶν πιστευόντων. καὶ τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ὑγιὲς καὶ ἀληθὲς ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ ὀφείλω ἔχειν ἔνδον μου τὸν Χριστὸν, ἔνδον μου τὸν καλὸν ποιμένα ποιμαίνοντα τὰ ἐν ἐμοὶ ἄλογα κινήματα,

A Non portio Israel saluabitur post omnes Gētes, sed post plenitudinem Gentium. Si quis igitur potēs est, sicuti inuenit saluandum Israel post plenitudinem Gentium percurrēs rationem intelligat, Quādo *omnes*[a] *seruient*, secūdùm ea quæ apud Sophoniam à Deo dicta sunt: *sub vno iugo, & à finibus Aethiopiæ afferent sacrificia ipsi*: cùm vt in sexages. sept. Psalmo scriptū est, [b] *Aethiopia præuenit manus eius Deo*, & regnis terræ sermo imperat dicēs; [c] *Cantate Deo, Psallite Deo Iacob*.
B Dicimus igitur nos qui à Gētibus sumus, De nobis quidem-metipsis pœnitentiam agētes de futilibus illis, quæ vera esse opinabamur, (*Verè in mendaciū erant colles, & fortitudo montium.*) De Israele verò post nos saluando. (*Tantùm per Dominū Deum nostrum salus domui Israel.*) Deinde delicta non infi- 12
ciantes, quibus & patres nostri se inquinauerant, nosq; ipsi Idola colētes, dicimus, [d] (*Confusio autem consumpsit labores patrū nostrorum, ab adolescentia nostra oues eorum, & boues*
C *eorū, & filios eorū, & filias eorum,*) (*Confusio cōsumpsit labores patrum nostrorum*,) & alia quæ hîc habentur. Itaque si prauus labor absumendus est & mendaciū opus patrū, confusionē nasci necesse est: nam ante confusionē non absumitur labor Patrum nostrorum, & quæ adduntur. Propterea peccantiū differentias pernoscamus. Quidā peccāt nec pudet eos; qui pro peccatis nec rubore suffunduntur, nec cohibētur verecū-
D diā: tales sunt qui sensum doloris abiecerūt, sequemet-ipsos omni luxuriei impuritatiq; dederūt. Vides enim Gētiles vt quasi egregia facinora interdū narrent suas fornicationes, & adulteria; nec pudet illos cōfiteri impudica illa patrasse; nec ea peccata vocāt. Quā non erubescunt, nec labores eorū, nec peccata absumuntur. Bonorū initiū est pudēre de his de quibus non pudebat. Ideo ego nō maledictionē existimo id, quod in Prophetis habetur, [e] *erubescāt & cōturbētur omnes qui oderūt Sion*. Precatur enim,
E vt ij qui pudendorū operum sensum nullū habent, sensum accipiāt, vt rubore affecti possint suos labores & peccata cōsumere. Patrum verò irrationales motus: oues ap- 13
pellauit, & vitulos. Neq; enim omnia quæ ratione carēt, digna laude sunt, sed sūt quę & vituperio, veluti oues patrū qui peccauerant; sunt quæ & laude, sicuti, [f] *Meæ oues vocem meā audiunt*. Oues erāt & illa quibus respondentē habemus rationem, in animis nostris bonū pastorē. Quando etenim ait Saluator. [g] *Ego sum Pastor bonus*: non tātùm vt cæteri vniuersè dictū intelligo, eū nempe esse pastorē credentiū, & hoc enim piū & verum est; sed & in meo animo debeo Christum intus habere, bonum pastorem, pascētem, in me motus, qui ratione carent: ne deinceps

a Sophon. 3. 10.
b Ps. 67. 32.
c Ps. 67. 33.
d Iere. 3. 24.
Confusio, & erubescentia admissorum peccatorū præcedat necesse est, eorumque remissionem.
Peccāt aliqui impudenter, eisque nō remittūtur peccata dū illos admissorū nō pudet.
Pudor de prauè admissis est bonorum initium.
e Ps. 128. 5.
Passiones motusque animi absque rationis fræno praui dicti oues, & boues patrū nostrorū qui peccarūt.
f Ioā. 10. 27.
Affectus motusque animi nostri à recta ratione directi appellati oues Christi pastoris boni.
g Ioā. 10. 11.

τα, ἵνα μηκέτι ἐπὶ τὴν νομὴν ὡς ἔτυχεν ἐξέρχηται, ἀλλ' ἀγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιμένος, ταῦτα * τὰ ἀλλότρια ποτὲ τυγχάνοντα αὐτοῦ ἴδια γένηται αὐτοῦ, διὰ * τοῦ νοῦ, ἐὰν ποιμὴν, ἢ ἐν ἐμοὶ, ἄρχει μου τῶν αἰσθήσεων, * οὐκέτι εἰσὶν ὑπὸ νοῦν ἀλλότριον, ἢ ὑπὸ Φαραὼ, ἢ ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, ἀλλὰ ὑπὸ τὸν καλὸν ποιμένα, ἡ αἰσχύνη οὖν κατηνάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν, τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς βόας αὐτῶν, ἔστιν ἐν ἡμῖν γεωργοῦν ἡμᾶς, ἤτοι δὲ κακῶς γεωργοῦν, εἴτι δεῖ λέγειν τὸ κακῶς ἐπὶ τοῦ γεωργοῦντος, ἢ καλῶς γεωργοῦν, εἰ μὲν οὖν κακῶς γεωργεῖ, μόχθος ἐστὶ τῶν πατέρων καταναλισκόμενος ὑπὸ τῆς αἰσχύνης αὐτῶν, εἰ δὲ καλῶς γεωργεῖ, οὐκ ἔστι τῶν πατέρων μόχθος, ἀλλὰ μόχθος ἐστὶ ἀφ' ὧν τὰ πρωτότοκα ἀναφέρεται ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θεοῦ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν λέγουσιν ὅτι, τινων αὐτῶν οἱ τῶν πατέρων υἱοὶ ἀναλίσκονται ὑπὸ τῆς αἰσχύνης αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες, πολλάκις εἴπομεν, τὰ τῆς ψυχῆς γεννήματα, ὅτι τὰ νοήματα μὲν εἰσὶν υἱοὶ, τὰ δὲ ἔργα καὶ αἱ πράξεις, αἱ διὰ τοῦ σώματος θυγατέρες. ἐπεὶ οὖν ἐστί τινα νοήματα μοχθηρὰ, ὁποῖα ἐνόησαν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἔστι δὲ καὶ ἔργα μοχθηρὰ: διὰ τοῦτο υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἀναλίσκονται ὑπὸ τῶν πεποιηκότων, ἐὰν αἰσχύνη αὐτοῖς ἐγγένηται περὶ τῶν ἡμαρτημένων, ἡμᾶς δὲ εἴη * ποιεῖν υἱοὺς καὶ θυγατέρας δεομένους ἀναλώσεως τῆς ἀπὸ τῆς αἰσχύνης. μετὰ ταῦτα λέγουσιν ὅτι οἱ ἐξομολογούμενοι τό. ἐκοιμήθημεν ἐν τῇ αἰσχύνῃ ἡμῶν, καὶ μετὰ τοῦτο φασὶ καὶ ἐπεκάλυψε φησὶν ἡ ἀτιμία ἡμῶν, περὶ τοῦ καλύμματος πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, τοῦ ἐπικειμένου τῷ προσώπῳ τῶν μὴ ἐπιστρεφόντων πρὸς Κύριον δι' ὃ κάλυμμα, ἐὰν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, ὁ ἁμαρτωλὸς οὐ νοεῖ αὐτὸν, κάλυμμα γὰρ εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ κεῖται, δι' ὃ κάλυμμα ἐὰν ἀναγινώσκηται ἡ παλαιὰ διαθήκη, οὐ συνίησι ὁ ἀκούων, δι' ὃ κάλυμμα καὶ τὸ εὐαγγέλιον τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον, ἐλέγομεν τοίνυν περὶ τοῦ καλύμματος, ὅτι ἡ αἰσχύνη ἐστὶ τὸ κάλυμμα, ὅσον γὰρ ἔχομεν τὰ ἔργα τῆς αἰσχύνης, δῆλον ὅτι ἔχομεν τὸ κάλυμμα, κατὰ τὸ εἰρημένον τοῦ ἐν μγ ψαλμῷ, καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με, παρεθέμην, ὅτι ὁ μὴ ἔχων αἰσχύνης ἔργα, οὐκ ἔχει κάλυμμα ὁ ποῖος ἦν ὁ Παῦλος λέγων, ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμεθα, Παῦλος οὖν ἀνακεκαλυμμένον ἔχει τὸ πρόσωπον, οὐ γὰρ ἔχει αἰσχύνης ἔργα, ὃς μὴ ὡς Παῦλος ἀνακεκαλυμμένον ἔχει τὸ πρόσωπον, ὡς οὖν ἐκεῖ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με, εἴρηται ἐν μγ ψαλμῷ, τὸν αὐτὸν τρόπον εἴρηται ἐνθάδε, ἐκάλυψε φησὶν ἡμᾶς ἡ ἀτιμία ἡμῶν, ὅσον ἀτιμίας ἔργα ἐργαζόμεθα, κάλυμμα ἔχομεν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν κείμενον, εἰ θέλομεν τὸ κάλυμμα τὸ ἀπὸ τῆς ἀτιμίας ἀποθέσθαι, ἐπὶ τὰ τῆς τιμῆς ἔργα κατεντείνωμεν, καὶ νοήσωμεν ἐκεῖνο τὸ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα,

** ἴσ. ἅπερ ποτε.*
** ἴσ. διὰ τὸν νοῦν.*
** ἴσ. ἐξ αὐτῆς.*
** μὴ. supplendum patet ex re ipſa: & habetur in fragmento huius homiliæ, quod eſt in Catena Græca Vaticana.*

A deinceps, vt caſus tulerit, ad paſcua exeãt,
ſed à Paſtore ducta: vt hæc quæ aliquando
erãt aliena, illi propria fiant. Per mentẽ, Si
Paſtor in me ſit, ſenſuũ meorũ dominatum
tenet, neq; ſub ditione ſunt mentis alienæ,
vel Pharaonis, vel Nabuchodonoſoris, ſed
ſub bono Paſtore. (*Confuſio itaque conſumpſit* 14
labores patrum noſtrorũ ab adoleſcẽtia noſtra, oues
eorum, & boues eorũ. Eſt quid in nobis quod
terrã noſtrã colit, ſed vel malè colit, ſi ma-
B lè colere dicẽdus eſt agricola, vel bene co-
lit: Si quidem malè colet, labor eſt patrum
conſumptus à confuſione eorũ: ſi verò re-
ctè colit, non eſt Patrũ labor, ſed labor eo-
rũ eſt, à quibus primogenita ad aram Dei
offeruntur. (*Filios eorũ, & filias eorũ.*) Dicunt
hi, quorumnã Patrum filij conſumuntur à
cõfuſione ſua, & filiæ? ſæpius de animi fœ-
tibus diſſeruimus, cogitationes quidẽ eſſe
filios, opera verò actioneſq; quæ per cor-
C pus efficiũtur, filias. Quoniam igitur ſunt
cogitationes quædam prauæ, quales fuêre
Gentiliũ; ſunt itẽ & opera praua, ideo filij
filięque abſumũtur à ſuis auctoribus, ſi pu-
dor illis de peccatis aduenerit. Nobis verò
vtinã filij filiæque non procrearentur, quæ
abſumptione per cõfuſionẽ indigẽt. Dein- 15
de aiunt hi qui cõfitentur, ([a] *Dormiuimus in*
confuſione noſtra,) quibus addũt, (*Et cooperuit*
nos ignominia noſtra.) De Velamine & alibi
D ſæpius pertractauimus, quod obtegit faciẽ
non reuertentiũ ad Deũ. Propter quod ve-
lamen, ſi Moyſes legatur, eũ peccator non
percipit. Velamẽ enim cordi impoſitũ ha-
bet. Propter quod Velamen ſi vetus teſta-
mẽtũ legitur, qui audit nõ intelliget: Prop-
ter quod Velamen & Euangeliũ reprobis
velatũ eſt. Dicebamus itaq; de velamine,
id eſſe cõfuſionẽ. Quãdiu enim habemus
confuſionis opera, proculdubiò velamine
E tegimur ſecũdùm illud Pſalmi quadrage-
ſimi tertij. [b] *Et cõfuſio faciei meæ cooperuit me.*
Appoſui, eũ qui cõfuſionis opera nõ habet,
non habere velamẽ, qualis erat Paulus di-
cẽs. [c] *Nos verò omnes reuelatã facie gloriã Domi-*
ni ſpeculamur. Paulus igitur, detectam habet
faciem. Quicumque enim ſicut Paulus de-
tectam habet faciẽ, confuſionis opera nõ
habet. Sicut igitur in quadrageſimo tertio
Pſalmo dictũ eſt, [d] *Confuſio faciei cooperuit me,*
ita etiã hîc dictum eſt, (*Cooperuit nos ignomi-*
F *nia noſtra.*) Dum ignominiæ operibus incũ-
bimus, velamen in corde noſtro poſitũ ha-
bemus. Si nobis in animo eſt, velamẽ quod 16
fit ex ignominia deponere, ad virtutis, ho-
noriſque opera cõtendamus; illudque Sal-
uatoris noſtri dictũ intelligamus, [e] *Vt omnes*
honorificent filiũ, ſicut honorificant patrẽ: necnõ
Ee 4 & illud,

Colitur terra anima noſtra bene, & male, ex malo cultu eſt labor Gentiliũ patrum noſtrorum: ex bono autẽ eſt fructus in Dei honorẽ exhibendus.

Filiorum appellatione ſignificata actus animi, nomine verò filiarũ opera quæ fiunt per corpus.

Opera praua abſumuntur per præcedẽtẽ eorumdẽ confuſionem, & erubeſcentiã.

a Ioan. 3. 25.

Peccata ſunt velamẽ propter quod non percipiuntur quæ in ſcriptura ſacra nobis proponuntur.

Velamen quo operitur cor peccatoris ſũt confuſionis opera.

b Pſ. 43. 16.

Velamẽ ſuper faciem cordis non habent iuſti.

c 2. Cor. 3. 18.

d Pſ. 43. 16.

Velamẽ ignominiæ auferimus è noſtro corde per veram cõuerſionem, & per bona opera.

e Ioan. 5. 23.

νοη

νοήσωμεν καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις, ὁ δίκαιος ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, τιμᾷ τὸν υἱόν, ἡ ἀτιμία, ὅταν ἀτιμάζω τὸν υἱόν, αὐτὴ καθ' ἣν ἀτιμάζω τὸν πατέρα, ἢ τὸν υἱόν, ἐπὶ κάλυμμα γίνεται τοῦ προσώπου μου, καὶ λέγω, καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς ἡ ἀτιμία, διὰ τοῦτο νοήσαντες τὸ κάλυμμα τὸ ἐπικείμενον ἀπὸ τῶν τῆς αἰσχύνης ἔργων, ἀπὸ τῶν τῆς ἀτιμίας πράξεων, περιελώμεθα τὸ κάλυμμα, ἐφ' ἡμῖν ἐστι περιαιρεθῆναι τὸ κάλυμμα, οὐδενὸς ἄλλου ἐστὶν ἡνίκα γὰρ ἐπέστρεφε πρὸς Κύριον Μωσῆς, περιῄρει τὸ κάλυμμα, ὁρᾷς, ὡς Μωσῆς ποτὲ λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῦ λαοῦ ὅσον οὐκ ἐπέστρεφε πρὸς Κύριον, σύμβολον ἦν * τοῦ λαοῦ τοῦ μὴ ἐπιστρέφοντος πρὸς κύριον, κάλυμμα εἶχεν, ἐπικείμενον αὐτοῦ τῷ προσώπῳ, ὅτε δὲ ἐπέστρεφε πρὸς κύριον, σύμβολον γινόμενος τῶν ἐπιστρεφόντων πρὸς κύριον, περιῄρει τὸ κάλυμμα, καὶ οὐχ * οἷον ὁ θεὸς αὐτῷ ἐκέλευε, περίθες τὸ κάλυμμα, οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος τῷ Μωσῇ, περίθου τὸ κάλυμμα, ἀλλ' ἰδὼν Μωυσῆς, ὅτι οὐ δύναται ὁ λαὸς ἰδεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ, τότε ἐπετίθει τὸ κάλυμμα, ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ οὐ περιέμενε θεὸν λέγοντα, περιελοῦ τὸ κάλυμμα, ἡνίκα ἂν ἐπέστρεφε πρὸς κύριον. τοῦτο οὖν γέγραπται, ἵνα καὶ σὺ τὸ κάλυμμα ἐπιθεὶς σου τῷ προσώπῳ διὰ τῶν τῆς ἀτιμίας, καὶ τῶν τῆς αἰσχύνης ἔργων, αὐτὸς ἐργάσῃ, καὶ τὸ περιαιρεθῆναι τὸ κάλυμμα, ἐὰν ἐπιστρέψῃς πρὸς κύριον, τότε περιαιρεῖς τὸ κάλυμμα. καὶ οὐκ ἔτι ἐρεῖς τὸ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς ἡ ἀτιμία ἡμῶν. οἷον, ὀργὴ ἐπικειμένη τῇ ψυχῇ ἡμῶν κατά τινος, ἐπίκειται κάλυμμα ἡμῶν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, διὰ τοῦτο εἰ θέλομεν προσευχόμενοι εἰπεῖν, ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε, περιαιρῶμεν τὸ κάλυμμα, καὶ ποιήσωμεν τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο, τὸ, βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμῶν. ἐὰν περιέλωμεν τὴν ὀργὴν, περιέλωμεν τὸ κάλυμμα, ἐὰν τὰ πάθη πάντα, ὅσον δὲ ταῦτα ἐστὶν ἐν τῷ νῷ ἡμῶν, ἐν τῷ λογισμῷ ἡμῶν, ἐπίκειται τῷ ἔνδον προσώπῳ, ὧ ἡγεμονικῷ ἡμῶν τὸ κάλυμμα, καὶ ἡ ἀτιμία τοῦ μὴ βλέπειν ἡμᾶς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ λάμπουσαν, οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ὁ ἀποκρύπτων αὐτοῦ τὴν δόξαν ἀφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἡμεῖς τὸ κάλυμμα ἀπὸ τῆς κακίας ἐπιθέντες τῷ ἡγεμονικῷ, διότι ἐναντίον τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμάρτομεν ἡμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. εἴθε καὶ ἡμεῖς λέγωμεν ὡς ἔτι κατὰ τὴν προσωποποιίαν τοῦ προφήτου, ἡμάρτομεν, * οὐκ αὐτόν ἐστι τὸ ἡμάρτομεν, τῷ ἁμαρτάνομεν, ὁ μὲν γὰρ ἔτι ἐν ἁμαρτίᾳ ὢν μὴ λεγέτω, ἡμάρτομεν, οὐδὲ προαμαρτήσας, ἀκριβῶς δὲ μετανοήσας λεγέτω, ἡμάρτομεν. ὡς καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ γέγραπται ἐξομολόγησις, τῶν μηκέτι ἁμαρτανόντων, λεγόντων ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ ἐν ψαλμοῖς, μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων φησὶν ὁ προφήτης, καὶ

* ἦν.

* ἦν. οὐχ ὁ θεός.

* ταὐτόν.

A & illud Pauli, [a] *per præuaricationē legis Deum inhonoras.* Iustus ficut honorat Patrem, honorat filium. Confusio dum filium parui æstimo, ipsa etiam quâ Patrem contemno, vel filium, velamen faciei meæ fit, & dico, (*Cooperuit nos ignominia.*) Quapropter agnoscentes velamen quod adiicitur à confusionis operibus, ab ignominiæ actionibus, tollamus velamen. In nostra situm est facultate velamen tollere; ad nullum alium B id spectat. [b] *Dum enim ad Dominum Moyses reuertebatur, velamen auferebatur.* Vides Moysem quandoque pro populo sumi? Dum non conuertebatur ad Dominum, Populi non se cōuertentis ad Dominum figuram gerens velamen suæ faciei appositum gestabat. Quum verò ad Dominum cōuertebatur, conuertentium se ad Deum typus effectus, tunc velamen auferebat: nec illi Deus præcipiebat, appone velamen. Haud C enim dixit Dominus Moysi appone velamen; sed videns Moyses, Populū non posse intēdere in gloriam eius: tunc velamen in faciem ponebat: nec Deum expectabat, vt diceret aufer velamen, cùm ad Dominum conuertebatur. Igitur hoc scriptum est, vt tu quoque quod tuæ faciei apposuisti velamen per opera ignominiæ & confusionis cures pariter auferendum velamen. Si conuersus fueris ad Dominum, 17
D tunc velamen tolles; nec vltra dices. (*Cooperuit nos ignominia nostra,*) Veluti si ira in animo nostro aduersùs quempiā exardescat, velamen est nostræ faciei adiacēs. Ideo si cupimus orantes dicere. [c] *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine,* amoueamus velamen; illud Apostoli præstemus, [d] *Cupio itaque orare viros in omni loco leuantes puras manus, sine ira, prauisque cogitationibus,* si iram abstulerimus, si velamen, & omnes E animi affectiones. Donec autem hæc in mente nostra, cogitationeque sunt internæ faciei, Principi nempe animi facultati appositum est velamen, & ignominia, ne gloriam Dei splendētem videamus. Deus non est, qui gloriam suam à nobis abscondat, sed nos velamen ex malitia menti apponentes, (*Quoniam coram Deo nostro peccauimus nos & patres nostri.*) Vtinam & nos dicamus iuxta Prosopopeiam Prophetæ sicut 18
F & illi, (*Peccauimus.*) Peccauimus, & Peccamus non idem sunt. Qui enim adhuc in iniquitatibus est, ne dicat, Peccauimus. Qui verò iam peccauit, sed diligentem pœnitentiam egit, is dicat, Peccauimus: quemadmodum & apud Danielem scripta est confessio eorum qui peccare desierunt, [e] *Peccauimus, impiè egimus;* & in Psalmis. *Nec recordêris iniquitatum nostrarum antiquarum,* Propheta ait,

Et

a Rom. 2. 23.
Heresis, & Incredulitas est velamen, quo facies ini quorum operitur ignominiā.
2. Cor. 3. 18.
Velamē ignominiæ peccatorū à nobis auferre in nostra est potestate, non deficiente nobis Dei ope.
b Ex. 34. 34.
Moyses velamen sibi ponens corā populo, idemque auferēs cum ad Deū accedebat, siniolū peccatoris habētis ignominiæ velamen, & illius qui per cōuersionē ad Deū ipsum deposuit velamen.

Ira prauāque omnium affectionū velamē ignominiæ auferēdū ei qui ad Deū speculandum cōuerti velit.
c Psal. 4. 7.
d 1. Tim. 2. 8.

Dei gloriam videre nequimus donec auferamus velamē prauarum affectionum ab interna animi nostri facie.

Velamen malitiæ nobis apponimus nos ipsi.
Pœnitentia vera admissorū peccatorum est cum vita emēdatione, & cessatione ab illis.

e Dan. 9. 5.

καὶ ἡμεῖς οὖν ἐξομολογησώμεθα τὰς ἁμαρτίας, εἴθε μὴ χθιζὰς, εἴθε μὴ τριημερινάς. ἀλλ' εἴθε ἐξομολογούμενοι ἐξομολογησώμεθα περὶ ἁμαρτημάτων πρὸ πέντε καὶ δέκα ἐτῶν γεγενημένων, τὸ * μηκέτι ἁμαρτίαν ἔχειν μετ' ἐκεῖνα ἐπὶ πέντε καὶ δέκα ἔτη. εἰ δὲ χθὲς ἡμάρτομεν, * οὔτω ἀξιόπιστοι ἐσμὲν ἐξομολογούμενοι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν, οὐ δὲ χώραν ἔχει ἀπαλειφθῆναι τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ταῦτα. διότι ἡμάρτομεν ἡμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπὸ νεότητος ἡμῶν ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ἐκεῖνα μὲν ἄλλως λελέχθω εἰς διδασκαλίαν τὴν περὶ τρόπου ἀρίστου ἐξομολογήσεως. ταῦτα δέ ἐστι κατηγορία τοῦ ἐκ πολλοῦ ἁμαρτάνειν. ἀπὸ νεότητος φησὶν ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καὶ οὐχ ὑπηκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἡμάρτομεν, καὶ οὐχ ὑπηκούσαμεν ἕως τοῦ παρόντος. εἶτα ἐπιστρέψαντες, καὶ ἀρχὴν ἔχοντες ἐπιστροφῆς λέγουσι, τὸ ἡμάρτομεν, καὶ οὐχ ὑπηκούσαμεν. οὐ δὲ γὰρ ἅμα τῷ θέλειν ὑπακοῦσαι, ἤδη εὐθέως ὑπακούομεν, καὶ γὰρ ἐπὶ * χρόνου δεῖ ὥσπερ ἐπὶ τῶν τραυμάτων πρὸς τὴν ἴασιν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστροφῆς πρὸς τὸ τελείως καὶ καθαρῶς ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν θεὸν, ἐπὶ τούτοις περὶ τοῦ Ἰσραὴλ λέγει ὁ Θεός. ἐὰν ἐπιστραφῇ Ἰσραὴλ πρός με, λέγει Κύριος, καὶ ἐπιστραφήσεται, τουτέστι τελείως ἐπιστρέψῃ, καὶ ἐπιστραφήσεται ἐπιστροφῇ, οἱονεὶ, ἄρξηται ἐπιστρέφειν.

* ἴσ. τὸ.
* ἴσ. οὐκέτι.
* ἴσ. ἐπιτασ.

A Et nos itaque confiteamur iniquitates, vtinam non hesterno die, nō ante hesternū commissas, sed peccata ante annos decem & quinque patrata, nulla ex eo tēpore iniquitate admissa.

Sin autem heri peccauimus, de nostris iniquitatibus cōfitentes nondū fide digni sumus; neque locū habet horū venia peccatorum. (*Quoniam peccauimus nos, & Patres nostri ab adolescentia nostra, vsque in diē hanc.*) Et illa quidem suo modo dicta sint ad formulam absolutæ confessionis tradendam: B hæc verò assiduitatis diuturnæ peccandi accusatio est, (*Ab adolescentia, ait vsque in diē hanc; & nō obediuimus voci Domini Dei nostri.*) Peccauimus, & ad hunc vsque diem audientes non fuimus. Deinde conuersi, initiumque conuersionis habentes, (*Peccauimus* inquiunt, *& non obediuimus.*) Neque enim statim dum obedire volumus, iam illicò obedimus. Sed enim æquè temporis intercapedine opus est, sicuti in vlceribus ad curationē, sic & in conuersione, vt perfectè, pureque ad Deū conuersio fiat. Post C hæc de Israele dicit Dominus. *Si* [p] *conuersus fuerit Israel ad me, dicit Dominus, & cōuertetur.*) nempe perfectè, & conuertetur conuersione; quasi diceret, conuerti incipiat.

Cautè pœnitentia cum perseuerātia in peccatis haud fructuosa.

Conuersio ad Deū vt perfecta sit ne dū voluntatem Deo obediēdi, sed & actum ipsius requirit obediētiæ.

p Ierem. 4. 1. *Residuū istius homiliæ habes infra post Appendicem vers. 1. capitis quarti, & sequētium vsque ad vers. 8.*

CAPVT QVARTVM.

1. SI reuerterîs Israel, D
aitDominus, ad me
conuertere: si abstuleris
offendicula tua à facie mea, nō
commoueberis.
2. Et iurabis; viuit
Dominus in veritate, & in iudicio, & in
iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque
laudabunt.
3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, E
& Ierusalem: Nouate vobis nouale, &
nolite serere super spinas.
4 Circuncidimini Domino, & auferte
præputia cordium vestrorum viri Iuda, &
habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur
vt ignis indignatio mea, & succendatur,
& non sit qui extinguat, propter malitiam
cogitationum vestrarum.
5 Annunciate in Iuda, & in Ierusalem
auditum facite: loquimini, & canite tubâ F
in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini,
& ingrediamur Ciuitates munitas.
6 Confortamini, nolite stare, quia malum
ego adduco ab Aquilone, & contritionem
magnam.
7 Ascendit Leo de cubili suo, & prædo
Gentium se leuauit: egressus est de loco
suo, vt ponat terram tuam in solitudinē.
Ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes
absque habitatore.
8 Super hoc accingite vos ciliciis, plangite,
& vlulate, quia non est auersa ira
furoris Domini à nobis.
9 Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit
cor Regis, & cor Principum: & obstupescent
Sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur.
10 Et dixi, Heu, heu, heu, Domine
Deus, Ergone decepisti populum istum,
& Ierusalem, dicens: Pax erit vobis: Et ecce
peruenit gladius vsque ad animam?
11 In tempore illo dicetur populo huic,
& Ierusalem, ventus vrens in viis, quæ
sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non
ad ventillandum, & ad purgandum.
12 Spiritus plenus ex his veniet mihi:
& nunc ego loquar iudicia mea cum eis.
13 Ecce quasi nubes ascendet, & quasi
tempestas currus eius: velociores Aquilis
equi illius: Væ nobis, quoniam vastati
sumus.
14 Laua à malitia cor tuum Ierusalem,

vt salua fias: Vsquequò morabuntur in te A
cogitationes noxiæ?
15 Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.
16 Dicite Gentibus: Ecce auditum est in Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam.
17 Quasi custodes agrorum facti sunt B
super eam in gyro, quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.
18 Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.
19 Ventrem meum, ventrem meum, doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij.
20 Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repen- C
tè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ.
21 Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?
22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes; sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.
23 Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. D
24 Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt.
25 Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit.
26 Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.
27 Hæc enim dicit Dominus: Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.
28 Lugebit terra, & mœrebunt cæli de- E
super: eò quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.
29 A voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas; ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.
30 Tu autem vastata, quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris F
monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componêris: contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent.
31 Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ: Vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas: væ mihi, quia defecit anima propter interfectos.

Vers. 1.] Si reuertêris Israel, ait Dominus, ad me conuertere: Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Quandoquidem [a] *ita ad frequentes, ò Israel,* 1
assuetus es auersiones, & defectiones, tamque te ad pristina reuerti delectat, vt & à me deficiens, ad pristinam Idiolatriam reuersus sis vituli, ac propterea & tu meritò auersator nuncupêris, & qui in te sunt, filij appellentur reuertentes, auertere & nũc ab idolis, cúmque mei cultus vitulorum tibi antiquior sit adoratione, reuertere amabò ad pristina, & antiquiora, & conuertêris ad me. Profectò si quæ tibi in scandalum sunt & offendiculum amoueris idola, summâ cum animi tranquillitate vnum me colens, persistes, nec à meo commoueberis obsequio.

a Si reuertêris Israel, ad me conuertere. Si abstuleris offendicula à facie mea, nõ cõmoueberis.

Si ea, quæ vt diceres, edocui, proferes verba, Ecce 2
nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. Verè mendaces erant colles, &c. reuertêris auertens te à falsorum Deorum cultu; sanè conuertêris ad me vnicum Deum; amouensque illorum, quos mendaces probasti, simulacra, quæ in offendicula inter te ac faciem meam posita, haud ampliùs commotum te animo per ea alia ostendes verba. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: Nec erit quòd ampliùs per varias vagêris idololatriæ rationes.

Cæterùm si decreueris ad me reuerti, perfectè con- 3
uertere, facito hoc constanti animo, & impedimenta dirumpas vniuersa. Enimuerò si & idola, & quibus me offendisti abstuleris peccata, nec in captiuitatem ducêris; Et ad me reuertens apud me ages, & tranquillè quiesces, sub meum te suscipiam patrocinium, erisque mihi curæ; vt cùm tu ea abstuleris, quæ meæ iam opposueras faciei, è tuis non auferaris, nec commouearis sedibus.

Sanè cùm Christi tempore relictâ obstinatione reuer- 4
têris, tunc conuertêris ad me perfectè, abiectâ idololatriâ, & iniquitate omni, & quiesces in me, & non timebis inimicos tuos.

Conuertetur [b] *planè Israel ad me, si iuxta peculiaris* 5
sui significationem nominis, quo appellatur reuertens, reuersus eò fuerit vnde iam abscessit, ad antiquissimum meum cultum, ab omni recedens idololatria: etsi, vel etiam ab ore suo abstulerit, quæ abominabitur Idola: & demum si ita ex toto me colet corde, vt instar boni filij meam reuereatur faciem.

b Si reuersus fuerit Israel, dicit Dominus, ad me conuertetur, & si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea timuerit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

COmmuniter omnia quæ in hoc quarto ca- 1
pite habentur, ad populum Iuda dicta sumuntur, atque adeo, & quod in hoc primo vers. *Si reuertêris Israel*, &c. vt ad eumdem dicta censentur, quatenus duplici nomine vnus idemque populus generaliter acceptus & Iuda appellari in sacris literis solet, & Israel. Quod autem hîc dicitur, (*Si reuertêris Israel, ad me conuertere, si abstuleris*, &c.) ita pertinere putant ad excitationem eiusdem populi ad veram conuersionem, vt id vnum illi tradatur remedium, quo comminatam in hoc ipso capite deuitare, & effugere queat transmigrationem, & captiuitatem: vt istorum verborum Domini sensus sit, *Si reuertêris*, (in futuro) si reuersus fueris, scilicet à peccatis tuis, ad me conuertere (item in futuro, pro conuertêris)

Cõuersio vera, est vnicũ remedium ad populorũ calamitatas.

têris) id est in gratiam meam redibis, quandoquidem, vt apud alium Prophetam idemmet ait Dominus, [a] *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.* Vnde bene & hîc subiicit, *Si abstuleris offendicula tua à facie mea*, id est peccata, quibus me offendis, vel res, quæ te faciunt offendere, quæue interpositæ sunt inter te & faciem meam, *Non commoueberis*, id est non duceris in captiuitatem, quæ tibi impendet.

a Isai. 59.2.

2 *Conuersio facienda constäter & perfectè.*

Vel, si decreueris ad me reuerti, perfectè conuertere, seu, ne tardes, facito hoc constanti animo, quo pigritiam omnem excutias, impedimẽta vniuersa dirumpas: iuxta eam regulam frequenter à nobis obseruatam, quâ per replicationem verbi epitasis additur actui, per verbũ illud significato, constantiæ nimirum, strenuitatis, diligentiæ, & similium, prout in eo Comici peruulgato, *Fac, si quid facis.* Si abstuleris à facie mea idola, quibus me offendisti hucusque, non ibis in exilium. Vel tertiò, si reuersus fueris resipiscẽdo, ad me conuertere, id est apud me ages, & quiesces trãquillè, mihi curæ eris, ne ab hostibus capiaris, ego te sub meum suscipiam patrocinium: Si dimoueris à facie mea offendicula, id est peccata, & præsertim idololatriæ, non cõmoueberis, nõ eris extorris: Vel quarto secundùm Rabbi Salomonẽ, si conuersus fueris Israel ad me per pœnitentiã, reuertêris ad tuam gloriam, & priorem excellentiam. Vel quinto, iuxta Isidorum Clarium, subintelligendo & ad secundũ verbum particulã, Si, vt sit vna dũtaxat clausula, ac si dicatur, Si reuertaris Israel, ait Dominus, ad me inquã si reuertaris, si amoueris peccata, atq; idola, nõ moueberis de loco, sc. vt in captiuitatẽ abducaris. Vel demũ secũdùm alios, vt vaticinium hæc sint eius, quod futurum erat Christi tempore, sensusque sit, cùm ad me reuertêris Israel, relictâ obstinatione tuâ Christi tempore, ait Dominus, conuertêris ad me perfectè, relinquens omnem idololatriam, & iniquitatem omnem, & quiesces in me, non timebis inimicos tuos, inueniesque requiem animæ tuæ.

3 *Cõuersio vera tranquillam reddit animam.*

4

5

6 *Conuersi ad Christi fidem requiem suæ inueniunt animæ.*

2 *Auctoris sẽsus primus.*

Ipse, quamuis cum communi expositorũ sententia existimem, in toto hoc cap. 4. idem continuari argumentum, quo & in præcedenti cap. 3. populus Iuda variis rationibus ad conuersionem excitari cæpit, & ad pœnitentiam: Arbitror tamen, quæ dicuntur in hoc vers. 1. & in vers. subsequenti, ad populum Israel, & decem tribuum, vt distinctum à populo Iuda, & duarum tribuum primò esse directa, prout & præcedentia dirigi significasse Dominum Prophetæ vidimus, cùm exponeremus verba illa vers. 12. *Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis*, &c. vsque ad finem capitis, vt vel per æmulationem conuersionis, siue dicti populi Israel, siue populi Gentilis, cuius ille typum gessisse vidimus, ad verum Dei cultum, atque ad Euangelium, populus ipse Iuda ad conuersionem item, & pœnitentiam prouocaretur, ad quam is apertè excitatur in vers. 3. *Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ierusalem: Nouate vobis nouale*, &c. Itaque quod dicitur, (*Non commoueberis*,) haud censeo referendum ad liberationem à periculo captiuitatis, prout communiter refertur; sed ad animi quietem, & perseuerantiam in veri Dei cultu, ad quem is reuersus sit populus, quem supra bis appellatum vidimus filios reuertentes. Vt in prima parte, (*Si conuer-*

A *têris Israel, ait Dominus, ad me conuertere*,) idipsum significetur, quod in præcedenti capite, & in vers. 14. & in vers. 22. repetitum ab eodem Domino eidemque est populo, *Conuertimini filij reuertentes*, ac si dicatur, si iuxta proprium tuum epithetum, quo reuertens appellaris, quia haud vnquam firmus in religionis consistis cultu, tam te reuerti delectat, atque auerti, iam & modo auertere Israel ab idolis, ad quæ iam reuersus, auersus, & conuersus hucusque fuisti, & conuertere ad me, atque ad mei cultum: enimverò si ea, quæ mihi opposuisti abstuleris idola, quæ B tibi in scandalum, & in offendiculum extitêre, non cõmoueberis vagans per idololatriam multiplicem.

Possunt hæc ipsa in eodem quidem accipi significatu, dicta tamen in comprobationem præcedentium. Cùm enim circa finem præcedentis capitis post præallatam in vers. 22. exhortationem ad veram conuersionem, *Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras*, & ea posita sint verba, quibus populus Israel conuersionem illam suam protestari debuisset: *Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster*; *Verè mendaces erant colles*, &c. In eorum C comprobationem subiicit modò Dominus, *Si reuertêris* (in futuro) *ad me conuertêre* (item in futuro.) *Si abstuleris*, &c. & est sensus, Bene profectò, si iuxta horum verborum prolationem reuertêris, auertens te, & deficiens à falsorum Deorum cultu, sanè conuertêris ad me vnicum, verumque Deum tuum. Et si à falsis hac ratione reuertens, deficiensque Diis, & illorum quæ mihi opposueras, amoueris idola, nec animo amplius commoueberis, prout per idololatriam commotum te ostendunt quæ protulisti verba, D *Confusio comedit laborem nostrum*, &c. & *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Deo nostro peccauimus*, &c. Nec erit, quod iterum ad alienorum Deorum cultum commouearis, per varias videlicet vagans idololatriæ rationes.

3 2. Sensus. *Conuersionis vera effectus præcipuus est animi quies.*

Istorum duorum sensuum veritatem colligo ex originali lectione Hebraica, circa quam notandũ primò est, pro eo quod noster interpres vertit. *Reuertêris*,) & (*conuertêre*,) vtrobique vnum idemque esse verbum futuri temporis תשוב *thasciub*, à verbo שוב *sciub*, quod (vt in præcedenti capite E animaduertimus sæpe) & reuerti significat, & auerti, & conuerti, & deficere, ac rebellare, & resipiscere. Notandum secundò, pro eo quod in Vulgata legimus. (*Non commoueberis*) Hebraicè dici ולא תנוד *velo thanud*, cuius verbi significatio proprior est, crebriori motione demigrare, atque vagari, adeoque hîc à recẽtionibus vertitur, (*Non vagaberis*) seu (*non demigrabis.*) Pro offendiculis, Hebraicè est nomen abominationes designans; ostensum est autem supra, vtroque vocabulo tam abominationis, quàm offensionis, seu offendiculi Idolum in sacris literis appellari solitum. F Rectè itaque Hebraicam lectionem & Sanctes-Pagninus, & Regia ita reddidêre, (*Si reuersus fueris Israel, dixit Dominus, ad me reuertêris, & si abstuleris abominationes à faciebus meis*, (seu *à facie mea.*) *Et non vagaberis*, seu *& non demigrabis.*) Vatablus, etsi in textu suæ interpretationis à prædictis non dissentiat, in Annotationibus tamen idem verbum תשוב *thasciub* diuersimodè accipit secundo loco, atque in primo, nempe in significatu quiescendi, prout supra indicatũ est, nã & hoc pariter inter multiplicia significata habet verb. שוב *sciub.* Multò

4

5 Multò tamen aliter hanc ipsam sententiam reddidêre Sept. ambigua enim verba omnia, quæ & secundæ personæ masculini generis, & tertiæ personæ generis fœmini esse possunt, vt tertias accepêre personas, ideóque sic vertêre, (*Si reuersus fuerit Israel, dicit Dominus, ad me conuertetur, & si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit, siue timuerit.*) Quæ primò Ioãnes Maldonatus ita exponit, si reuersus fueris Israel, ait Dominus, ad me, conuertetur, sc. Deus ad te. Et quidem Codices tam Complutensis, quàm Regius, & Vaticanus ita hæc distingunt comâ interposito post, (*ad me.*) Meliùs tamen eadem vox (*ad me*) iungitur cum verbo, (*Conuertetur*) quod ad Israel referatur, cùm (vt dictum est) ex Hebræo pateat, si id in tertia persona accipiatur, esse generis fœminini, atque adeo ad Deum referri non posse, & constat in toto capite tertio de Israel verba habita in fœminino item genere. Vnde Andreas Capella eandem versionem Sept. in hunc exponit modum, si conuersus fuerit Israel, dicit Dominus, ad me conuertetur, hoc est reuertetur ex captiuitate. Siue, cùm fecerit quod in se est, conferam ego auxilium meum, vt possit plenè conuerti: Meliùs & iuxta hanc versionem Sept. puto hæc respondere præallatis, *Conuertimini filij reuertẽtes*, prout & in Vulgata, & in Hebræo, alio tamen sensu, vt videlicet Dominus exponat, quâ ratione Israel iuxta prædictam, iteratamque excitationem conuerti ad ipsum debeat, quæ ratio tria continet, primum, vt reuertatur, à cultu idololatriæ recedens, atque deficiens: secundum, vt nedum re, factoque ab externo Idolorum abstineat cultu, sed idola ipsa nec nominet: & tertium, vt vero religionis cultu ipsum vnum sic reueteatur verũ Deum, vt ab eius facie, eiusdemque conspectu filiali timeat metu. Ac si dicatur, Conuertetur planè Israel ad me, meæ obtemperans excitationi, ait Dominus, si iuxta peculiaris nominis sui significationẽ reuersus fuerit, vnde iam diu discessit, ad pristinum meũ cultum, ab omni recedens idololatria; & si vel etiã ab ore suo abstulerit, quæ abominatur idola; & demum si ita ex toto me colat corde, vt instar filij à mea timeat facie, reuerentialem enim hunc, & pium religiosumque timorem hoc loco significat, quod adhibitum est verbum Græcum εὐλαβηθῇ eulabithi.

Versionis Sept.
1. Sensus. *Conuersio nostra est quodãmodo causa conuersionis Dei ad nos.*
2 Sensus. *Cõuersio vera eruit à Dæmonis captiuitate.*
3. Sensus. *Ad cõuersionem bonam tria necessaria sunt, quænam ea sint.*

Vers. 1.] Si reuertêris Israel, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 PERVVLGATA est ea Augustini lib. 1. Confessionum cap. 1. sententia. *Inquietũ est cor nostrum Domine, donec reuertatur*, ad te, eaque est hominis conditio, vt vel inquietudinem, vel quietem simili habeat ratione, quâ & Magnes. Sicut enim Magnes quia id propriæ inditum habet naturæ, vt vnam respiciat Boreæ stellam, cùm casu aliquo contingit, vt à Borea auersa sit, inquietudine agitatur continuâ, iugique moueri videtur reuersione, quoadusque amoto impedimento ad suam conuersa sit Boreã, quando & nullatenus commouetur. Ita & homo, cùm ad hoc conditus sit, vt in Dei visione quiescat, cùm per deprauatos affectus à Deo eum esse cõtingit auersum ad creaturas, quas & propterea instar idolorum nimio colit amore, in iugi

Homo quoad quietem, & inquietudinẽ similis Magneti.
Simile.
Mundani sũt continuè in reuersione.

A se comperitur agitatione, quam propriissimo nomine reuersionem appelles; per creaturas enim vagans, vt voluptatem nanciscatur, cùm omnium quæ concupiscit, compos fieri nequeat, ad ea ipsa sæpius reuertitur, à quibus, vt noua experiretur, abscesserat. In quo non immeritò ei comparandus videtur, qui cùm aliquid alicubi sedulò quærit, vbi id non sit, quærens ad eadem sæpius reuertitur loca, à quibus iam se auertat. Cæterùm si suum ad Deum conuertat aspectum, si vera ad suum peculiare obiectum reuertatur conuersione, illicò quiescit, nec opus habet vt moueatur, aut aliò reuertatur, cùm ple- B nè per vnum Deum sibi experiatur satisfactum. Indicauit hæc omnia perbreui vnâ sententiâ Salomon in libro Prouerbiorum dicens, [a] *Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram.* Qui enim hominum per auersionem à Deo impij sunt, tametsi vt à Deo auersi, toti sint vt quietem, voluptatem, atque delicias quærant in terra; attamen super terra ipsa, ad quam conuersi sunt, minimè habitabunt, quietasque non habebunt sedes, verùm instar innundantis maris, iugi agitatione commoti per multiplices, quæ in terra sunt creatu- C ras, ibunt, & reuertentur. Cùm è contra qui inter multos impios conuersione ad Deum iustus est, certè quamdiu in sua perstiterit iustitia, qua totus in Deum conuersus est, in quem & coniectos intentionis suæ habet oculos, non commouebitur planè in æternum, perfectâ nimirum inuentâ, quam appetit, quiete.

Iusti non cõmouentur, sed in Deo quiescunt.
a Prou. 10. 30.
Mundani, instar maris innũdantis sunt in iugi agitatione.

Si quæritis, (ad homines dicitur apud Isaiam) 7
Quærite, conuertimini, & venite. Ac si dicatur, Cùm toti in id propensi sitis, in eoque vos defatigetis, vt perpetuâ animi agitatione, iugique vel auersione, vel reuersione quæratis quie- D tem: *Quærite*, sed prout opus est, & vbi ea reuera est, illam quærite, *Conuertimini* ab inani vagatione per creaturas, conuertimini ad primum fœlicitatis vestræ obiectum, *& venite* ad centrum proprium, in quo minimè commoueamini. At multò & clariùs, & efficaciùs idemmet Dominus apud nostrum Ieremiam hîc explicat ista omnia, dum ait, (*Si reuertêris Israel, ad me conuertere.*) Quibus in verbis perpende ex vi & interpretatione nominis (*Israel*) quod significat videns Deum, hominem ex peculiari suo fine, ad quem conditus fuit vt Deum in- E tueretur, eumdemque iugiter ob mentis oculos haberet, efficacissimâ ratione & argui simul, & doceri; argui quidem, quòd contra proprij finis rationem totus reuersioni addictus sit, & auersioni, à Deo, & reuersioni ad creaturas, Ac si dicatur, Quid nomina, quæ sibi inuicem pugnant, simul commisces? Quid, si Israel à tuo nuncupatus es fine reuertens iam nuncuparis, & auersator, cùm iugiter in motu sis reuersionis? Edoceri autem simul quo pacto & reuerti, seu auerti queat, & videre Deum; adeoque vtroque prædictorũ nominum appellari F absque mutua ad inuicem repugnantia, & simul absque perturbatione eam adipisci valeat quietem, quam ex vno suo dumtaxat assequi potest fine. Vt sensus sit, si Israel dici vis, & reuerti te delectat, vnam amodò fac reuersionem, quâ ad Dei adducaris visionem; Reuertere, auertens te ab iis omnibus, ad quæ hucusque tantâ animi reuertebaris perturbatione, & conuertere ad Deum obiectum, centrumque tuum.

b Isai. 21. 12.
Conuersio ad Deum necessaria.
Christianum quàm dedeceat à Deo esse auersum.

(Si

8 (*Si abſtuleris offendicula tua à facie mea non commoueberis.*) Qui ita ad Deum conuertitur, vt in illum ſuos iugiter conuerſos habeat oculos, ſat certe probat experimento, quàm rectè poſtquam dictum eſt, (*Si reuerteris Iſrael, ad me conuertere,*) ſubiectum hîc ſit, (*Non commoueberis,*) ſeu, vt alia habet lectio, (*Non emigrabis.*) dicente Propheta Dauid,[a] *Quia ipſe Deus meus, & ſaluator meus, adiutor meus, non emigrabo,* ſeu *non mouebor.* Vnde verò eſt, quòd quotidie per pœnitentiam plerique ad Deum conuertuntur, reuertentes, & auertentes ſe à peccatis, quæ & in confeſſione deteſtantur, & nihilominus illicò commoueri ſe ſentiunt, ita vt vel in eadem, vel ſæpe etiam in deteriora emigrent ſcelera: vnde & in perpetua ſunt animi commotione, ac perturbatione? Exinde profectò, quia haud ablata ſunt offendicula, & occaſiones peccatorum, quas propterea hîc auferri ſuadet Dominus, (*Si abstuleris offendicula à facie mea, non commoueberis.*) Quamquam non modica in his & locutionis videatur eſſe improprietas, & dictorum repugnantia. Si enim offendicula ea propriè appellantur, in quæ offendant iter habentes, dum auferenda iubentur offendicula, itineris certè deſignatur motus, cui repugnans videtur, quod dicitur, (*Non commoueberis:*) & vt in proprietate ſtaretur ſermonis, dicendum potiùs fuiſſet, (*Si abſtuleris offendicula à facie tua.*) ſeu (*coram te.*) quàm vt modò dicitur, (*à facie mea,*) ſeu (*coram me.*)

a Pſ.61.7.

Recidiuationis cauſa potiſſima eſt, quod nõ auferatur occaſiones peccatorum.

B

9 Nec repugnantia tamen in dictis eſt, nec improprietas vlla; quia poſt conuerſionem anima quæ viatrix, ſemper quidem in itinere eſt, vt altiùs ad perfectionem aſcendat; tuncque veriùs non commoueri, nec emigrare dicitur, quum à dicto non ſiſtit perfectionis progreſſu. *Quia parata ſunt nuptiæ, & omnis nos curia cæleſtis frequentia deſiderat, & expectat, curramus non quaſi in incertum,* ait Bernardus ſerm.2. in Vigil. Natiuit. Domini, *curramus deſideriis, & profectu virtutum. Proficere proficiſci eſt.* Hæcque eſt ratio, cur offendicula iſtius itineris coram Deo, & ante faciē illius propriiſſimè eſſe dicatur, quia in ea potiſſimùm in iſtiuſmodi itinere offendit vnuſquiſque, quæ poſt conuerſionem, coram Deo, ad quem & iter habere profitetur, ſeruata vult mundi & carnis, quæ & occaſiones peccatorum vulgò appellantur, & offendicula rectiùs hîc dicuntur neceſſariò auferenda, ſi is qui ad Deum conuerſus eſt, commoueri, & emigrare à recto ſuo noluerit aſcenſionis progreſſu. Enimuerò ei, qui iſtiuſmodi vel minimas auferre non ſtudeat occaſiones, id propemodum contingit, quod currui aliquando euenit per accliue aſcendenti, cui ſi in medio curſus aliquis, in quem offendat obiiciatur lapis, per id offendiculi id habet, vt totus commoueatur, ſicque à cæpto emigret, & dimoueatur aſcenſu, vt eius rotis retrorſum verſis in præceps dilabatur, ruat, ac conquaſſetur, & confringatur. Ad quæ alludere forſitan is voluit Sapiēs, qui dixit, *Præcordia*[b] *fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius.* Carrum eſſe animam quamque exinde aliàs probauimus, quod in Canticis ab vna earum iuxta verſionem Sept. dictum reperimus.[c] *Poſuit currus Amminadab.* Iſtius ſpiritualis currus rotæ ſunt eiuſdem animæ affectus, præcordiorum nomine inſigniti, quia in præcordiis ſedem habent. In fatua itaque anima, qualis ea eſt, quæ cùm ad Deum conuertitur, non amouet occaſiones peccatorum; affectus quaſi rota eſſe dicuntur, rota videlicet, quæ in ipſo conuer-

In perfectionis itinere perſeuerans dicitur non commoueri.

C

D

Bernardus.

Proficere eſt proficiſci.

E

Simile.

Occaſiones vel minimas non auferēti quid mali contingat in profectu ſpirituali.

b Eccl.33.5.

Affectus ſunt inſtar rotæ hominis mũdani qui curruus eſt quidam.

c Cant.6.11.

F

A ſionis, & pœnitentiæ curſu in offendiculum incidit rei alicuius mundi, aut carnis; & quia quaſi axis verſatilis cogitatus illius, ſtatim ac de eo, quod ſibi occaſioni eſt ac offendiculi cogitare incipit, idemque mente reuoluere, à cœpto aſcenſionis ad perfectionem conuertitur itinere, retroque deuoluta, affectibus præceps in quælibet delabitur ſcelera.

In verſione Sept. habemus & quæ ſint offendicula quæ auferenda ſunt ei qui verè ad Deum per pœnitentiam conuertatur; Et quomodo eadem ſint auferenda: quáue ratione fieri queat, vt qui conuerſus ad Deum eſt, & offendicula abſtulit, non commoueatur. Pro eo enim quod in Vulgata dicitur, (*Et ſi abſtuleris offendicula à facie mea,*) ibi legitur, (*Si abſtulerit abominationes ſuas de ore ſuo:*) Vt intelligas, Ea penitus auferenda, quę quiſque in confeſſione deteſtari profeſſus eſt; alioquin ſi quid iſtiuſmodi abominationum ſinatur reliqui, pro offendiculo ad recidiuationem impellenti id inſeruiturum. Ita autem nedum è corde, & ore eas auferendas abominationes, vt nec vel oretenus vlla illarum admittatur commemoratio, vt verè vnà cum Domino dicat, *Perdam Babylonem*, peccata nimirum, & abominationes quæ confuſionem mihi ingeſsère:[d] *Perdam* inquam, *Babylonis nomen, & reliquias, & germen & progeniem.* Quod & Apoſtolus monuit, dicens.[e] *Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.* Cæterùm ſi poſt conuerſionem prædictamque occaſionum ablationem tutus quis eſſe velit, vt non commoueatur à ſuo, quem cæpit progreſſu, nec à ſuo iuſtificationis emigret loco, Timeat, & reuereatur à facie Dei, ſic enim legunt Sept. (*& à facie mea timuerit, ſeu reueritus fuerit,*) pro eo quod in Vulgata eſt, (*Non commoueberis,*) Eſto ſicut filius ante faciem patris, vt & tu dicere queas.[f] *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.*[g] Et, *ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ,* iugiter in cunctis quæ agunt, & in vniuerſa conuerſatione ſua in manus, quas timent, ſunt coniecti, *Ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum:* iuxta illud Iob,[h] *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.*[i] *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus,* ait Salomon, Si beatus, certè non commouetur. Noſſe vis quis ille ſit, qui commouetur? Audi quid ibidem ſubiicit Salomon, *Qui verò mentis eſt duræ,* vt nullum videlicet Dei in ſe ſentiat timorem, *corruet in malum*: à recto retrocedens progreſſus itinere præceps in omne labetur malum.

10

Occaſiones quænam auferendæ, & quā ratione auferēda ſint pœnitenti.

d Iſai.14.22.

e Epheſ.5.3.

Perſeuerare quomodo poſſit pœnitens in adepta iuſtificatione.

f Pſal. 15. 8.

g Pſ. 122. 2.

h Iob 9 28.

i Prou. 28. 14.

Quamuis offendiculi vocabulo quodlibet ſignificetur itineris impedimentum, in quod pedibus iter habens offendat, ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum: piè tamen hoc loco iuxta vocis deſinentiam, pro exiguo, & paruulo poſitum id accipitur à Iacobo Aluarez de Paz. Tom. 1. de Perfectione Vitæ ſpiritualis lib.5. part.2. cap. 16. vt ſermo hic ad virum ſit religioſum, Et in eo quod dicitur. (*Si reuerteris, &c.*) æquè ſit ac ſi tale quid eidem aſſerat Dominus: Si peccata deſeris, & veterem derelinquis conuerſationem, ſeriò conſidera, quòd non cum homine amicitiam reſarcis, ſed ad me conuerteris, quem neque in magnis, neque in minimis æquum eſt, vt offendas. Si abſtuleris non ſolùm offenſas, quæ amicitiam diſcindunt, ſed etiam offendicula, id eſt, læuia perfectionis obſtacula, ita vt (quantùm hæc vita plena peccatorum, & imperfectionum, fert)

11

Conuerſus denuo ad Dñ ſatagat vel minima quæque deuitare peccata.

ea quotidie aboleas, tunc non commoueberis. A
Tunc non vt arundo imperfectorum simbolum quolibet insurgentis passionis agitaberis vento: sed sicut Cedrus procera in charitate radicatus, & fundatus in perfecta Christi imitatione persistes.

In cuius sensus confirmationem digna mihi videntur, quæ hîc referantur Ioannis Chrysostomi verba, quibus homil. 8. in caput 3. epist. 1. ad Corinth. post dimidium, ait, *Nullum sit medium inter nos, & Christum. Quod si medium aliquod intercederet, id quam primum aboleamus*, & paulò post. *Conglutinemur ei, & conglutinemur per opera.* [a] *Qui enim seruat præcepta mea, ipse in me manet inquit*, 1. Ioan. 3. 24. *Et profectò multis nos inuicem exemplis coniungit. Animaduerte quæso. Ipse caput, nos corpus. Numquid potest vlla media inter caput & corpus esse distantia quæ vacet? Ipse fundamentum, nos ædificium: ipse vitis, nos palmites: ipse sponsus, nos sponsa: ipse pastor, nos oues: via ille, nos viatores: nos item templum, ille inhabitator: ipse primogenitus, nos fratres: ille hæres, nos cohæredes: ipse vita, nos viuentes: ipse resurrectio, nos qui resurreximus: ipse lux, nos illuminati. Hæc omnia conglutinationem demonstrant, & nihil vacui in medio relinquunt, ne minimum quidem, quippe qui parum abest, cùm processerit, aberit longiùs. Et id parum non est, sed ferè totum existimandum. Cum igitur parum peccauerimus, vel desidiâ torpuerimus, nolimus vt exiguum despicere. Siquidem id neglectum, quam primum in immensum euadet.*

Peccatorum venialiũ magna habenda est ratio, quibus, tametsi parum, à cõglutinatione eum Deo seiungimur, secundũ Chrysostomum.

a 1.Ioa.3.24.

VVLGATÆ.

*Vers.*1.] Si reuertêris Israel, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ἐὰν ἐπιστραφῇ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος, πρὸς D με, ἐπιστραφήσεται, καὶ ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα αὐτοῦ ἐκ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου μου εὐλαβηθῇ.

*Vers.*1.] Si conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me conuertetur: & si abstulerit abominationes de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Si conuertêris Israel ad cultum meum, dicit Dominus, acceptabilis erit conuersio tua, ante quam signetur sententia tua: & si abstuleris abominationes tuas à facie mea, non commoueberis.* 1

B Hieronymus in Comment. Lectionis Sept. quæ sic habet, (*Si conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me conuertetur,*) sensum inquit esse. *Si ad me fuerit reuersus, reuertetur de captiuitate.* Siue aliter. *Cùm obtulerit quod habet*, [b] *Qui enim habet, dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur ab eo.* Hieronym. b Matth.13.12.

Nostræ autem lectionis sensum ait esse. *Si reuertêris ad me Israel, & semel salutem desiderans, peccasse te dicis, & vocem Domini tui non audisse: planè conuertere, & crede quem negasti, & tunc erit plena conuersio.* *Conuersio qualis esse debeat.*

C D.Thomas. *Si reuertêris ab idolis, ad me conuertere.* Vel, *Si reuerti disponis, toto corde conuertaris.* Vel, *si reuerti vis à captiuitate, conuertere pœnitendo.* D.Thom.

(*Si abstuleris offendicula tua à facie mea non commoueberis.*) Hieronymus. *Quando mouemur, & dicimus*, [c] *Mei autem penè moti sunt pedes: non imbecillitate naturæ hoc patimur. Sed quia ponimus offendicula, & idola nostra contra Dominum.* 2 Hieronym. *Conturbationis nostræ nos ipsi causa sumus.* c Psal. 72.2.

D.Thomas, *Si abstuleris idola, in quibus & tu procedens offendis, & me ad iram prouocas, non commoueberis, videlicet à patria*, [d] *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem.* D. Thom. d Psal. 124.1.

Theodoritus. *Promittit fruitionem bonorum, si obliti fuerint idolorum, (illa enim vocat abominationes) & cultum in verum Deum transtulerint, ita vt non per idola, sed per ipsum iurent.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΑΝ μὴ ἐπιστραφῇ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος, πρὸς με, καὶ ἐπιστραφήσεται. E

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐὰν ἐπὶ ὅλης καρδίας μετανοήσῃ.

[Καὶ ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα αὐτοῦ ἐκ στόματος αὐτοῦ.]

Βίκτορος.] περιελεῖν ἐκ τοῦ στόματος τὰ βδελύγματα, τὸ μηδὲ μίαν τῶν εἰδώλων μνείαν ποιεῖσθαι, βδέλυγμα δὲ στόματος καταλαλία, λόγος ἀργὸς, πόσῳ γε μᾶλλον κατὰ Θεοῦ βλασφημία.

Vers. 1. SI conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me, & conuertetur. 3

Olympiodori.] *Si enim pœniteat toto cordis affectu.* Olympiod.

(*Et si abstulerit abominationes suas de ore suo.*) *Pœnitentia sit ex toto cordis affectu.*

Victoris.] *Abominandis execrandisque os occludere, nullam idolorum mentionem habere: abominatio autem oris, iurgia, sermones inanes, & omnium nequissimum, quæ in Deum effutitur blasphemia.* Vict. Presb. *Os claudẽdũ rebus malis. Oris abominatio sũt iurgia, sermones praui, & blasphemia.*

Origenis Homiliæ Quintæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & Secundæ ex Octo quæ nunc primùm in lucem eduntur.

Primus istius homiliæ parte. i. abe. supra in A, pẽdicibus vltimis, capitis 3. super vers. 22. & sequẽtibus.

Ἐπὶ τούτοις περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγει ὁ Θεὸς, ἐὰν ἐπιστραφῇ Ἰσραὴλ πρὸς με, λέγει Κύριος, καὶ ἐπιστραφήσεται, τουτέστι τελείως ἐπιστρέψῃ, καὶ ἐπὶ

Post hæc de Israele dicit Dominus, (*Si conuersus fuerit Israel ad me, dicit Dominus, & conuertetur,*) nempe perfectè & conuer 4 a Iere.4.1.

ἐπιστραφήσεται ἐπιστροφῇ, οἱονεὶ ἄρξηται ἐπιστρέφειν. εἶτα φησί. καὶ ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα αὐτοῦ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ προσώπου μου εὐλαβηθῇ, καὶ ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν κρίσει, καὶ δικαιοσύνῃ. καὶ εὐλογήσουσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη, τίνα δὲ ταῦτα ποιήσωσιν, ἵνα εὐλογήσωσιν ἔθνη ἐν αὐτῷ; ἐὰν περιέλῃ βδελύγματα αὐτοῦ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. τί δὲ τὸ περιελεῖν τὰ βδελύγματα ἐκ τοῦ στόματος; ὅσα κακῶς λέγομεν, βδελύγματά ἐστιν ἐν τῷ στόματι ἡμῶν. περιέλωμεν τοίνυν τὰ βδελύγματα ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν, περιαιροῦντες καταλαλίας, λόγους ματαίους, ἀργοὺς λόγους, καὶ μέλλοντας ἡμᾶς ποιεῖν ἐγκαλεῖσθαι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. εἰ τοίνυν θέλομεν ἀπαντῆσαι ἡμῖν τὸ, καὶ εὐλογήσουσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῷ αἰνέσουσι τῷ Θεῷ ἐν Ἱερουσαλήμ. ποιήσωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰρημένα, ποῖον δὲ πρῶτον; περιελεῖν τὰ βδελύγματα ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν. ἑξῆς ἐστι, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ προσώπου μου εὐλαβηθῆναι. δεύτερον τοῦτο ποιήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς, ἵνα εὐλαβηθῶμεν. τάχα γάρ ἐστιν εὐλάβεια γινομένη, οὐκ ἀπὸ προσώπου δὲ τοῦ Θεοῦ. οἱ γοῦν οὐκ ἐπιστημόνως φοβούμενοι, προθέμενοι δὲ φοβεῖσθαι, οὐκ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ εὐλαβοῦνται. ὅσοι δὲ μετ' ἐπιστήμης εὐλαβοῦνται, τῷ ἀεὶ βλέπειν, καὶ ἀναζωγραφεῖν ἑαυτοῖς τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, γινόμενον ἐπὶ τοὺς ποιοῦντας τὰ κακά, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν, οὗτοι εἰσὶν οἱ ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ εὐλαβούμενοι. ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου μου εὐλαβηθῇ.

A conuertetur conuersione; quasi diceret, conuerti incipiat. Deinceps ait. (*Et si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit, & iurauerit viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & iustitia & benedicent in eo Gentes.*) Quenā igitur agenda sunt, vt Gētes in eo benedicāt? (*Si abstulerit abominationes suas de ore suo.*) Quid porrò illud est, auferre abominationes ex ore? Quæcumque malè dicimus, abominationes sunt in ore B nostro: Auferamus itaque abominationes ex ore nostro detractiones, sermones inanes, ociosa verba, ex quibus futurū est, vt in die iudicij rei simus. Etenim [a] *ex verbis tuis iustificaberis, verbisque tuis condēnaberis*: si igitur volumus, vt contingat nobis id, (*Et benedicent in eo Gentes, & in eo laudem dicēt Deo in Hierusalē.*) Faciamus quæ initiò diximus. Quod est autē primum? abominationes ex ore nostro tollere, sequitur illud (*& à facie mea reueritus fuerit.*) C Secundo loco nobis faciedū hoc est, non vt simpliciter reuereamur: fortasse enim est reuerētiā exhibere, non tamen à facie Dei. Nā qui absq; scientia metuunt, & propositū est illis timere, nō à facie Dei reuerentur. Quia verò cū sciētia reuerentur semper præ oculis habēdo, & suæ mentis acie faciem Dei contuendo, quæ est. *Super* [b] *facientes mala, vt penitus perdat de terra memoriam eorum*: hi sunt D qui à facie Dei reuerentur. (*Si abstulerit abominationes de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit.*)

A Deo benedicendo nullā re magis deterrentur infideles quàm prauitate linguæ fidelium. Sicut è cōtra. Locutio quælibet praua dicitur abominatio ex ore.

Linguæ emēdationi quāto studio indulgendum sit.

a Matth. 12. 37.

5 *Post linguæ prauæ emendationem, sāctus in nobis procurandus Dei timor.*

Non omnis timor bonus, sed is qui cū sciētia Dei est, cuius facies præ oculis habetur timentis.

b Psa. 33. 17.

Residuū istius homiliæ habes infra in Appendicibus vsque ad vers. 8.

Vers. 2.] Et iurabis: viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *O Te [a] beatum Israel tunc temporis, quando ita me in veritate confiteberis, sicque me ex toto coles corde, vt & operibus, & sanctissimâ vita institutione idipsum profitearis.*

a Et iurabis, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia.

2 *Si iurare tibi opera pretium aliquando sit, non iurabis amplius per falsos, mortuosque Deos, at per me viuentem in sæcula sæculorum, idque dumtaxat vt veritatem mei confirmes attestatione, cui omnia nuda & aperta sunt, & cùm ad iurandum cogēris in foro, & pro forensi actu aliquo siue iudicij, quod ius dicunt criminale, siue iustitiæ, quod iuris est ciuilis.*

3 *Et pro re vera iurabis, pro seria, atque pro iusta,* [b] *O te inquam beatum.*

b Et benedicent eū Gentes, ipsumque laudabunt.

1 *Ita enim prosperè habebis, cùm ita ad me conuersus fueris, sique iustitiam colueris, vt omnes te benedictionibus prosequantur.*

2 *Gentesque tuam hanc intuentes rectam viuendi rationem, & fidelitatem Deo exhibitam bene tibi precabuntur.*

3 *In primisque eæ, quæ tua erudita fuerint exemplo, magnis te euehent vocibus, tuam prædicantes pietatem, iustitiam, ac sanctitatem.*

Quinimò infideles ipsi propterea & Deum benedicent, qui talia, tantamque tibi suppeditauit bonorum copiam. Eumdemque & ob sanctam glorificabunt, quam in te elucentem conspexerint viuendi rationem. 4

Et quæ alioqui me ignorabant Deum ad tui exemplum iam pari modo pro vnico veroque suo Deo me laudabunt, & colent. 5

Eædemque [c] *Gentes, quæ hoc pacto ad tuam exem-* 6
E *plo tuo conuersæ fuerint religionem, & pietatem, in tuo benedictas se censebunt nomine, summæ habentes gloriæ, quòd & ipsæ Israel appellari mereantur.*

c Et benedicent se in eo Gētes, & laudabunt se in eo.

Et aliæ quæ in pristina sua permanserint infidelitate, optabunt nihilominus se, suosque esse tibi similes. 7

Et cùm quempiam laudare voluerint, quòd iustus, 8
piusque sit, dicant similem illum esse Israelitis.[d] 9

Adeò vt propter tuam probitatem, me, pariter eâ quâ possunt ratione veneratura sint in Ierusalem, summo honore me, & templum prosequentes, in quo sacrificia mihi offeruntur.

d Et benedicēt in eo Gētes, & in eo laudabunt Deum in Ierusalem.

F *Et cùm tempus aduenerit, quo & ipsas diuino meo visitem afflatu, ex bonis operibus te considerantes ad* 10
rectam fidem conuersæ plenius me glorificabunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET iurabis, &c.) Haud sat est, vt quis declinet à malo, at insuper operæpretium est, vt & faciat bonum: Nec sat est, vt faciat quis bonū, sed & id quoque necesse est, vt quod facit bonum, & bene faciat, vt gloriam apud

Deum, laudemque sibi conciliet apud homines. A

Rectus religionis cultus præ omnibus est maximè necessarius fidelibus.

Israeliticum populum ad verã Dominus alliciens cõuersionem monuit illum in præcedenti versu, vt offendicula, atque Idola à se amoueret, addit modo quid in primis faciendum ab eodem sit boni, id nimirum, quod inter actus virtutis vniuersos primas tenet, nedum internam, sed & externam rectæ fidei confessionem, rectumque religionis cultum,[a] *Corde enim creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem.* Neque verò nouũ est, vt eximium hunc religionis, & confessionis actũ sacræ literæ iurandi exprimãt verbo, cùm (vt alia innumera ommittam loca) apud Isaiam idemmet B Dominus, dicat,[b] *Mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua*, quæ referens simul, ac explicans Paulus,[c] *Scriptum est*, ait, *Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo*, & in epistola ad Philippenses,[d] *Vt in nomine*, inquit, *Iesu, omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia*, &c. Ex quibus collige, cùm dicitur (*& iurabis,*) nequaquam hoc loco præcipi, vt iuretur, vnde sumunt aliqui expositorum occasionem disputandi, an Iesus in Euangelio istud penitus abrogarit præceptum, qua de re aliquid in secunda C dicemus expositione morali. (*Viuit Dominus.*) Hæc est confessio, quæ Israeli cùm conuerteretur, post idolorum abiectionem facienda suadetur: Tantumdem etenim est, (*Et iurabis, viuit Dominus*) ac, & confiteberis Domino: pio religiosoque cultu prosequi te fateberis Dominũ viuentẽ in sæcula sæculorum; cunctaque videntẽ, atque adeo & cuiuscumque rei testẽ fidelissimum, cùm alioqui eo potissimùm actu eumdẽ Deũ dereliquisse protestati sint, quòd in Diis iurauerint mortuis, quódue idola mortua, Deos esse confessi sint, prout mox in cap. 5. dicetur,[e] *Super quo propitius tibi esse* D *potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt Dij.* Solenne autem erat iuramentũ istud, nedum apud antiquos Patres, sed & apud Angelos, & apud Deum ipsum; nam & Angelum in libro[f] Apocalypsis legimus, leuasse manum suam ad cælum, & iurasse per viuentem in sæcula sæculorum, & Dominus in Cantico Deuteronomij,[g] *Leuabo* inquit, *ad cælum manum meã*, id est iurabo, *& dicam, viuo ego in æternum.*

a Rom. 9. 10. *Iurandi verbum pro confiteri & colere Deum.*
b Isai. 45. 23.
c Rom. 14. 11.
d Philip. 2. 10.
Viuit Dominus iurandi formã quid significarent Patres.
e Ierem. 5. 7. *Viuit Dominus: solenne iuramentum & Angelis, & Deo.*
f Apoc. 10. 5.
g Deut. 32. 40.

2

1. Sensus. Iuramẽti boni comites tres, veritas, iudicium, & iustitia.

(*In veritate, & in iudicio, & in iustitia,*) Significatur per hæc, quomodo & bene præexpositũ faciendũ sit bonum iuramentũ, confessionis, ac pij religiosique cultus. Possunt autẽ hæc tripliciter exponi. E Primò iuxta communem sensum, nedũ apud expositores sacrorum voluminũ, sed & apud quoscumque siue Scholasticorum, siue Canonistarũ, qui de iuramento tractant, vt tribus his vocibus tres designentur (vt inquiunt) comites boni iuramẽti, veritas, iudiciũ, & iustitia; vt sit pro re vera, seria, ac iusta. Vtque verè fiat; nec temerè, sed cum opus est; & rectè, licitè, atque iustè. Secũdùm quã primam expositionem quod dicitur, (*In iudicio,*) sumitur iuxta vulgatum nostrũ loquẽdi morem, ad designãdum actum prudentiæ, & discretionis; F cùm tamen ex Hebræo pateat, per id designari potius actũ iustitiæ forẽsis: Siquidẽ Hebraica vox משפט *misepath*, propriè tales significat actus, qui ad forum, regiméque spectant; adeoque & sæpius vsurpatur pro diuina lege, diuinisque mandatis, vtpote deriuatum à verbo שפט *sciphat*, iudicare, statuere, regere, & decernere, verbum item forẽse, quamquã translatè & pro norma, regula, atque mensura designanda in frequenti sit vsu, sicut & pro debita designanda sanctitate, atque iustitia,

Quamobrem quamuis, vt cõmunem, probatũque hunc præsentis loci venerer sensum, admodũ nihilominus probabiles duos hos alios referre nõ piget. Alterum vt in his explicetur priùs rectus iuramenti finis, qui vnus potissimum esse debeat, vt veritas cõprobetur, & confirmetur per diuinã attestationem, quæ falli minimè potest, ideoque dicitur, (*Et iurabis, viuit Dominus in veritate,*) id est, (vt bene exponit Vatablus) pro veritate. Tum ne quis pro qualibet veritate cõtestanda iuramentũ semper habeat in ore, quod pessimi complurium est moris: locus, tẽpusque assignetur, quibus duntaxat iurandum sit: locus nimirum fori, in quo & iudicium, & iustitia exercentur: tempus, cùm in ipso foro, seu in forensi aliqua causa iurãdi porrigatur occasio. Pro cuius sensus intelligentia sciendum, quando ista duo nomina iudicium, & iustitia simul iuncta reperiuntur, prout inueniũtur frequentissimè, si ad forenses referantur actus, duo per ea significari & forensium causarũ, & iudicialium actuum genera; iudicij quidẽ nomine ea, quæ sunt iuris (vt dicitur) criminalis; nomine verò iustitiæ, ea quæ sunt iuris ciuilis, ad quæ duo vniuersi forẽses referuntur actus, iuxta illud Psalmi,[h] *Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ*, adeóq; & de iustissimo Rege Dauid dicitur,[i] *Faciebat iudiciũ, & iustitiam omni populo.* Et his duobus nominibus ius omne, quod à directissimo, cælestiq; iudice dicitur, expressum reperimus in Psalmo, vbi dicitur,[k] *Tu parasti directiones*, id est forum aperuisti, & veluti in tribunali sedisti, vt ius cuique reddens vniuersa dirigeres, *Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.*

3
2. Sensus. Iurandi finis debet esse veritatis attestatio.
Iurandi tempus & locus quæ.
Iudicij, & iustitiæ nominibus significatur ius criminale, & ius ciuile.
h Psal. 88. 15.
i 2. Reg. 8. 15.
k Psal. 98. 4.

Sed qui mihi magis arridet, postremus est eorũ quæ dicuntur, (*Et iurabis, viuit Dominus in veritate, &c.*) Sensus, secundùm quem hæc tria (*in veritate, & in iudicio, & in iustitia*) non tam ad rectitudinem & bonitatem iuramenti, quàm ad rectitudinẽ, & bonitatem pij, religiosique cultus contestandam opinor hoc loco allata. quando, (vt dictũ est) verbo iurandi, actuque iuramenti per Deum viuum, & verum, actus designatus est confessionis, & religiosi obsequij eidẽ Deo exhibendi, quod Theologi appellant cultum Latriæ, vt tantumdem sit iurare, viuit Deus in veritate, ac id quod alibi aliis dictũ est verbis, Seruire Domino in veritate, vt *ly* (*in veritate*) idẽ sit atque ex toto corde. Sicut enim in mendacio obsequium Deo præstari dicitur, & cõfessio, quæ nõ sint facta ex toto corde, iuxta id quod in præcedẽti capite habuimus,[l] *Et non est reuersa ad me in toto corde suo, sed in mendacio:* Ita & è contra, vnde per Samuelem in 1. lib. Reg. dictum est,[m] *Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro.* Vis nosse colẽtẽ Deũ in falsitate?[n] *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me*, ait apud Isaiam Dominus: vis nosse idipsum & falso confessionis actũ per iuramentum exhiberi? Audi eumdem Dominum in subsequenti Ieremiæ capitulo,[o] *Quod si etiam, viuit Dominus dixerint: & hoc falsò iurabunt.*

4
3. Sensus. Cultus & obsequium Dei rectum est in veritate, id est ex toto corde.
Iurare Deo in veritate est idẽ quòd seruire Deo ex toto corde.
l Iere. 3. 10.
m 1. Reg. 12. 24.
n Isai. 29. 13.
o Matth. 15. 8.

Cæterùm quia ista cõfessionis veritas esse nequit, ni & vitæ actus eidem respondeãt, & operationes, ideo & apud Hosæam dicitur,[p] *Nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iurauerritis, Viuit Dominus*, quorum sensus est, Nolle Deum confessionem, quæ falsa operibus cõprobata sit, cùm & de Galgalis, deque ingressu in illa infra apud eumdẽ Hosæã legatur,[q] *Omnis malitia eorum in Galgalis*, ipsumque Bethauen vocabulum, quod domum sonat iniquitatis, indicet, quid sit ascendere in illam. Et è contra hîc apud nostrum Prophe

5
Confessio Dei & actus religionis debent fieri ex toto corde, & cum recta vitæ institutione.
p Ier. 5. 2.
q Hose. 5. 15.

Prophetâ dicitur,(*Et iurabit: Viuit Dominus in veritate,*) additurq;,(*Et in iudicio,& in iuſtitia,*) vt perfecta cõprobetur iuramenti, confeſſionis,cultuſque & obſequij diuini veritas,cui iuſta ac ſancta reſpõdeat viuendi ratio, bonaque cõſona ſint & opera. Frequẽs enim eſt ſacraru ſcripturarũ phraſis iſta,vt duobus his nominibus ſimul iũctis vna eadẽ ſignificetur,quæ in operibus elucet iuſtitia, & virtus,rectaq; vitæ inſtitutio vnde in libro Geneſis ait de Abrahã Dominus. [a] *Scio quod præcepturus ſit filiis ſuis,& domui ſuæ poſt ſe,vt cuſtodiãt viam Domini,& faciant iudicium,& iuſtitiam*: & Sanctus Dauid ad Deum,[b] *Feci*, inquit, *iudicium & iuſtitiam,non tradas me calumniantibus me.*

Iudicium, & iuſtitia ſimul iuncta ſignificant rectam vitæ rationẽ in virtute.

a Gen. 18. 19.

b Pſ. 118. 21.

6 (*Et benedicent eum Gentes,ipſumque laudabunt.*) In noſtra hac Vulgatæ lectione relatiuũ, (*eum*) ancipitem hanc reddit ſententiã. Et quidem cùm ex cõmuniori expoſitorum ſententia ad Dominũ referendũ id ſit,cuius mox facta eſt cõmemoratio, vbi dictum eſt,(*Et iurabis viuit Dominus:*) cũmque benedicendi verbum nedum ſimplicem benedictionẽ, aut laudationẽ,ſed & gratiarũ actionem, adorationemque ſignificet, triplici ratione hæc expones. Primò,per rectum illum Dei cultũ,perque rectam viuendi rationem Iſraeliticum populum tantis cumulandũ bonis, vt Gentes vel infideles Deũ benedicturæ,ac laudaturæ ſint,qui talia tantamque illi ſuppeditauit bonorũ copiam. Secundò, cõmouendas Gentes ad Deum glorificandum ex ipſa eiuſdẽ populi Iſraelitici pia ſanctaque viuendi ratione,iuxta illud Euangelij.[c] *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum,qui in cælis eſt.* Cùm è contra ad fideles prauè viuentes dicat Apoſtolus,[d] *Nomen Dei propter vos blaſphematur inter Gentes.* Tertiò, eiuſdem populi bono exemplo Gentes ipſas,quæ alioquin Deum ignorabant,illum exinde pari ratione culturas, ac laudaturas: vt hæc iis ſint ſimilia,quibus infra in c. 12. idemmet Dominus de Gentium vicinarum conuerſione ad exemplum Iudaici populi agens ait.[e] *Et erit, ſi eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo: Viuit Dominus, ſicut docuerunt Populũ meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei*, de quibus ſuo loco,Deo dante,agemus.

Benedicere pro gratias agere, & adorare.

1. Senſus.

2. Senſus. *Ad Deũ laudandũ excitantur etiam infideles ex fidelium probitate.*

c Matt. 5. 6.

d Rom. 2. 24.

3. Senſus. *Infideles ad rectam Dei fidem facilè reducuntur videntes ſanctam fideliũ vitam.*

e Ier. 12. 16.

7 Cæterùm ex Originalibus(vt mox patebit) cõſtat,idem relatiuum *Eum*,atque *ipſum* ad Iſrael potiùs referendum,ad quem & verba hîc habentur: nec moleſtiam id ingerere debet,quòd cùm dictũ fuiſſet, *Si reuerteris Iſrael,*&c. *Si abſtuleris offendicula,* &c. *iurabis*,&c. ſemper in ſecunda perſona, oportuiſſet & in tertia perſona dici, *Et benedicent te Gentes*, &c. Frequens eſt quippe apud Prophetas præſertim, iſtiuſmodi perſonarum commutatio, ſatque pro hoc alter ſit Sophoniæ locus huic ſimilis,[f] *Timebis me,& ſuſcipies diſciplinam,& nõ peribit habitaculum eius*, pro tunc. Congruuntque peroptimè laudes & benedictiones omnium Gentium ei,qui iurat in Domino, eumdẽque Dominum & oris,& rectæ vitæ colit confeſſione,iuxta illud Pſalmi 62.[g] *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* Porrò quod primo loco dicitur. (*Et benedicent eum Gentes,*) duplicem habere poteſt ſenſum: primum,quòd Gentes illius intuentes rectam viuẽdi rationem,& fidelitatem Deo exhibitam, bene ei precaturæ ſint,quo ſenſu frequenter in vſu eſt ipſum benedicendi verbũ. Vel iuxta alterũ eiuſdẽ verbi ſignificatũ,quod eum magnis vocibus encõcturæ ſint Gentes, quæ ab ipſius Iſrael erudiẽtur exẽplo,eamdemque illius prædicantes pietatem, religionem,iuſtitiãque,ac ſanctitatẽ, adeóque & multorũ labiis ipſum laudaturæ, quomodo in libro Eccleſ. de viro iuſto,& miſericordi dicitur,[h] *Splendidũ in panibus*, i. largum, & benignũ in cibis communicandis, *benedicent labia multorum*, i. eius proclamabunt, laudibuſque celebrabunt beneficentiam,& bene eidem precabuntur: *Et teſtimoniũ veritatis illius fidele*, i.& iſtæ quibus veritatẽ, atque iuſtitiam eius celebrabunt,laudes erunt firmæ,& ſtabiles, vt pote fundatæ in ſolida eius virtute. Alij non tã ad iuſtitiã Iſrael,quã ad externã illius proſperitatẽ,quę ex recto Dei cultu eidẽ prouẽtura eſſet,has referũt benedictiones, & laudes, Ac ſi dicatur; Ita proſperè te habebis,ſi ad me fueris conuerſus,& iuſtitiã colueris,vt omnes te benedictionibus proſequantur,& laudibus celebrent.

Perſonarum mutatio apud Prophetas frequentiſſima.

f Soph. 3. 7. *Boni laudantur etiam ab impiis.*

g Pſ. 61. 12.

4. Senſus.

5. Senſus. *Exẽplo bonis ad ſe conuerſi ab illis benedicitur.*

h Eccleſ. 31. 28. *Eleemoſynarium omnes benedicunt.*

6. Senſus.

8 Hebræa ad verbum ſic habent, (*Et benedicent ſe in eo Gentes,& laudabũt ſe,*) Vel(vt vertit Vatablus) (*iactabunt ſe,*) aut,vt notat Iſidorus Clarius,(*gloriabuntur in eo.*) Quæ à Vatablo ſic exponuntur, Gentes optabunt, ſe, & ſuos eſſe tibi ſimiles,& cùm volent aliquẽ laudare,quòd ſit iuſtus,& religioſus: dicent illum ſimilem Iſraelitis. Aliter verò ab Iſidoro in ſuis Annotationibus,ſic futurum eſt, dicit Propheta, vt Gentes, quæ per nomina Deorum ſuorum iurant,religioſè ſibi imprecaturæ ſint bona,& benedicturæ per ſacroſanctũ nomẽ Dei,quod propter vos in eiſdẽ Gentibus blaſphematur. Quibus duobus ſenſibus adde & hũc tertiũ,vt ſignificetur,Gentes quæ per bona Iſraelitarum exempla ad religioſum veri Dei cultum, atque ad eorumdẽ Iſraelitarũ pietatem conuerſæ fuerint, benedictas ſe exiſtimaturas in ipſo Iſrael nomine,& in eodem ſe gloriaturas; ſummæ videlicet habentes gloriæ, quòd & ipſæ Iſrael appellari mereãtur. Nam quotquot Gentiliũ ad rectam fidem conuerſi ſunt per Apoſtolorum prædicationem, in Iſraelitarum numero computati ſunt, ita vt veriùs illis id nominis Apoſtolus tribuendũ cenſuerit Paulus, quàm iis qui ex Iſrael eſſent ſecundùm carnem duntaxat, [i] *Non omnes qui ex Iſrael ſunt,ij ſunt Iſraelitæ.* Et, *non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine:* quos idem Apoſtolus alibi appellat [k] *Iſrael Dei*, ad differentiam Iſrael carnis.

Bonis vel impij ſimiles eſſe optant.

7. Senſus.

8. Senſus.

9. Senſus. *Infideles cùm conuertuntur benedictos ſe putãt,& gloriantur in Chriſti nomine.*

i Rom. 9. 6.

k Gal. 6. 16.

9 Sept. hæc ipſa ita legunt, (*Et benedicent in eo Gentes, & in eo laudem dicent Deo*, ſeu *laudabunt Deum, in Ieruſalem.*) Quibus ſignificatur, eumdem populum Iſrael à Gentibus, quæ pium eius viderint Dei cultum, ſanctamque obſeruauerint viuendi inſtitutionem,benedicendum, atque in eodem, & propter inſignia eius opera iuſtitiæ ab ipſiſmet Gentibus laudandum Deum in Ieruſalem. Quod duobus modis intelligi poteſt. Vel iuxta ea quæ in libro Macchabæorum ſic deſcribuntur. [l] *Cùm ſancta Ciuitas habitaretur in omni pace,leges etiã adhuc optimè cuſtodirẽtur propter Oniæ Pontificis pietatem,& animos odio habentes mala,fiebat, vt & ipſi Reges,& Principes,* (ſc. Gentium) *locũ ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent: ita vt Seleucus Aſiæ Rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.* Vel iuxta ea,quæ Petrus ait Apoſtolus, [m] *Conuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectãt de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes,glorificent Deum in die viſitationis.*

10. Senſus. *Fideles quãto honore habeãtur etiã apud infideles,cùm boni extiterint.*

l 2. Maccha.

11. Senſus. *Opera bona quantã vim habeant ad Dei laudes promerendas.*

m 1 Pet. 2. 12

Quando ſcilicet bonorũ veſtrorũ exẽplo conuertẽtur: cũmq; Deus illos veſtrã ſanctã cõuerſatione ad meliorẽ frugẽ reuerſos viſitare,& afflatu ſuo ad fidẽ vocare dignabitur, iuxta illud Zachar. [n] *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſi-*

o Luc. 1. 78

visitauit nos Oriens ex alto. Quando & iuxta Isaiæ A vaticinia,[a] Confluentibus omnibus Gentibus in Ierusalem,[b] glorificabit Deum bestia agri, Dracones, & Struthiones.

a Isai. 2. 2.
b Isa. 43. 20.

Vers. 2.] Et iurabis: viuit Dominus in veritate, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10 DICTVM est in prima literæ expositione, iurandi verbum dupliciter hîc sumi posse, & ad designandum actum cultus Dei, B ac religionis, vt stet pro colere Deum, eidemque seruire; & pro significando ipso iuramenti actu: Quia vtrumque ad mores etiam spectat, præter ea, quæ ibi dicta sunt, nonnulla hîc addere æquũ est. Et quidem si propriè de iuramento hîc agi velimus. Supposito quod de fide est apud Catholicos, iuramentum, quod debitas habeat circunstantias, nedum bonũ, sanctumque esse, sed & esse præceptum quando necessitas, & quando ingens, vel nostra, vel proximi id exposcit vtilitas. Non abs re fuerit, si primò dicamus, hîc significari, cu C istiusmodi accidit casus, tunc ab eo, qui ad Deum verè conuersus sit per pœnitentiam, quæ in præcedenti versu descripta est, iurari quidem absque vllo (vt ita dicam) scrupulo, & iurari per Deũ viuum. Tum, quia iuramenta omnia ad tres præsertim referantur species, assertorij, imprecatorij, & promissorij, eorum hîc designentur singula, cùm adiicitur. (*In veritate, in iudicio, & in iustitia:*) Vt veritatis nomine assertorium significetur, quod ad asseuerandum duntaxat quid verũ adhibetur; Iudicij appellatione imprecatorium intelligamus, cùm iudiciũ frequenter in sacris literis pro damnatione & supplicio sumi soleat, vt Iacobi 2.[c] *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam,* D & Hose. 10.[d] *Germinabit quasi amaritudo,* id est quasi amaræ, & noxiæ herbæ, *iudicium*, id est supplicium *super sulcos agri.* Voce demũ iustitiæ promissorium sumas: cùm promissionis adimpletio ad iustitiã spectet, cuius est reddere vnicuique quod suum est.

Iuramentum est res bona, & sancta cũ debitas habet circunstantias.

Iuramentum triplex, assertoriũ, imprecatorium, & promissorium.

c Iacob. 2. 13.
d Hose. 10. 4.

11 Verùm quia Euangelicæ perfectionis id esse videtur, vt sermones nostri, absque vllo sint iuramento, dicente Domino.[e] *Ego autẽ dico vobis, nolite iurare omnino, Sit autẽ sermo vester, est, est: non, nõ: quod autem his abundantius est, à malo est.* Et in eorũdem confirmationem, hisce ea explicante Iacob. Apostolo.[f] *Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcũque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est: Non, non: vt non sub iudicio decidatis.* Quæ Euangelica perfectio non tam in eo sita est, vt omninò, nulloue in casu cuiuscũque necessitatis, vel vtilitatis iuretur, hoc enim summæ potiùs esset peruersitatis, prout sãcta, & Catholica aduersùs cõplures, & antiquos, & recentiores id asserentes hæreticos, docet; Sed in eo, vt ita veraces simus, adeoq; in externa conuersatione perfectam instituamus viuendi rationem, vt haud operæ pretium nobis sit, vt aliquãdo iuremus, simplicibus quibuscumque sermonibus nostris per, est, est: non, non, tantam apud homines vniuersos fidem habentibus, quantam nec iuramenta habent arctissima, quibus ij, qui tali præditi nõ sunt perfectione, sua Dei attestatione confirmant dicta. Quod haud obscurè idemmet significauit Dominus in extremis illis Euangelij verbis.[g]

Iurare quomodo prohibuerit Christus in Euãgelio.

e Matth. 5. 34 & 37.
f Iacob. 5. 12.

Iuramenta quomodo excludat perfectio Christiana.

g Matth. 5. 37.

12 A *Quod autem his abundantius est, à malo est.* Quorũ duplex esse potest sensus, Primus: Iuramentum, quod supra simplicem sermonem per, est, est, non, nõ, accesserint prouenire à malo, id est à malitia, & falsitate, atque à praua nostra viuendi, seu etiã loquendi ratione, propter quod malum, fit, vt ad contentiones litigemus, vel criminibus obnoxij ad iudicium trahamur, atque adeo à iudicibus in foro iurare cogamur: vtve aut incredulos alios iudicantes, aut quia re vera fidem nostris alij non adhibent sermonibus, iuramenta, & aliis demus, & ab aliis recipiamus, iuremusque & requisiti, & B non requisiti. Quodque peiori ratione ab eodem prouenit vitæ, & institutionis malo est, quia inaniter, omnique loco, & tẽpore per prauam iuramus consuetudinem, A qua potissimùm fideles deterruisse crediderim Iacobũ Apostolũ in præcitatis verbis, suum iis concludens sermonẽ,[h] *Vt non sub iudicio decidatis,* iuxta ea libri Eccles.[i] *Iurationi non assuescat os tuũ, multi enim casus in illa,* multi inquam casus in periuria & in prauæ consuetudinis, ac periuriorũ pœnas.[k] *Vir enim multum iurãs replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga.* Quæ adeo rectæ consona sunt rationi, vt & apud C infideles Gentes propterea à malo esse iuramenta existimata sint. Ideo Pythiam illa Lacedæmoniis exprobrasse, quòd diceret, meliùs, vtiliusque fore citra iusiurandum promissa implere, asserit Plutarch. Opusc. tom. 1 Quæstionum Roman. quæst. 20. Vbi & ex sententia Fauorini Philosophi ait, idcirco apud antiquos, nõ fuisse permissum pueris Herculem iuraturis, vt id intra domũ facerẽt, sed iisdem iussum, vt exeuntes sub diò iurarent, vt hoc videlicet modo cohiberent eos, à leuitate, & iurandi temeritate: nam iste, dicebat Fauorinus, quasi apparatus cunctationem iniicit, facul- D tatemque deliberandi præbet.

Iuramentum omne quomodo dicatur esse à nostra malitia.

h Iacob. 5. 12.
i Eccles. 23. 9.
k Eccles. 23. 12.

Iuramẽta exprobrata vt mala Antiquis Gentilibus à falsorum Deo Pythia.

A iurandi leuitate quàm prudenter & Antiqui Gẽtiles auerterẽ studuerint homines à pueritia.

13 Vel secundo, magisque & ad rẽ nostram, & ad intentionẽ loquentis Domini & ad verborũ proprietatem; Vt cùm dicitur, iuramentũ, quod simplici adiicitur sermoni, esse à malo, mali nomine malignus designetur Diabolus, quod ex textu Græco colligi posse videtur, vbi non est ἐκ τ̃ κακοῦ *ek tou kakou*, quod propriè malum designaret malitiæ, at ἐκ τ̃ πονηρῦ, *ek tou ponirou.* Quod cum articulo Diabolũ significat malignum, malũque per antonomasiam, quomodo apud eumdem Euãgelistam in c. 6.[l] *Sed libera nos à malo.* Et clariùs in ca. E 13.[m] *Omnis qui audit verbum Regni, & non intelligit, venit malus, & rapit,* &c. Vt sensus verborũ Domini sit. Cùm homo in veritate staret, & in statu innocẽtiæ, vitæque esset in sinceritate, nullo opus habuit iuramento in conuersatione, à maligno serpente factum est, vt ex innocẽtia is deciderit vitæ, simulque ab eodem omnis mendacij patre effectum, vt iuxta Regij Vatis sententiam,[n] omnis homo & diceretur, & esset mendax, cui propterea necesse esset vt in confirmationem sermonũ suorum iusiurãdum adiiceret, ego autem, ait Iesus ad pristinam vos redactos velim vitæ sinceritatẽ, & F sanctitatem, ideoque ad perfectionem erudiens Euangelicam, mãdo vobis, vt eam prosequamini & in dictis veritatem, & in moribus, operibusque iustitiam, vt etiam actu minimè vobis iurãtibus, per verbale iusiurandum aliquod, sermones vestri simplices per est, est, non, non; haud alterius egeãt confirmatione, quàm vestrã ipsã veritate, & iustitiã, & quolibet externo sint efficaciora iuramento improborum, & mendacium; quatenus istiusmodi confirmatio, & ipsa est per attestationem Dei, qui in veritatis sermonibus esse comproba

Mali nomine significatur Diabolus.

l Matth. 6. 13.
m Matt. 13. 19.

Iuramentum qua ratione dicatur esse à maligno Diabolo.

n Ps. 115. 11.

Sanctorũ virorum sermonibus simplicibus tanta habetur fides, quanta nec iuramentis improborum.

probatur, quem ſanctâ conuerſatione glorificamus, & portamus in corporibus noſtris, & cuius omnis noſtra eſt iuſtitia.

14 Ad quæ alluſiſſe videtur idemmet Ieſus rationem afferens, cur externa niſi in neceſſitatis caſibus proferenda non ſint iuramenta, dicens: [a] *Neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.* Per hæc quippe indicat, ſi iuramentum per prædicta exhibitum efficacem facit cuiuſlibet dicti veritatis teſtificationem, ſuo certè modo efficacem ad idipſum eſſe ſanctitatem, ac iuſtitiam viri probi, per quæ is & thronus, & ſcabellum pedum Dei eſt, quatenus per pœnitentiam ex inimico ei reconciliatus, iuxta Prophetę dictum, poſitus [b] eſt ſcabellum pedum illius; & vulgata eſt omnium ore ſententia, *Animam iuſti ſedem ſapientiæ eſſe.* Et nouimus, in [c] Canticis animam item iuſti propter eiuſdem ſanctitatis pulchritudinem, regiæ aſſimilatam ciuitati Ieruſalem. Et quòd ipſæ eiuſdem cogitationes, quæ ex mente, capiteque illius exoriuntur ab ipſo ſint Deo, ſat ex iis conſtat Apoſtoli, [d] *Non poſſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Vnde benè infert illicò poſt præallata, *Sit autem ſermo veſter eſt, eſt,* &c. vt ſupra.

a Matt. 5. 33.
b Pſal. 109. 1.
c Cant. 6. 3.
d 2. Cor. 3. 5.

15 Iuxta hanc igitur Euangelicæ perfectionis à Redemptore noſtro allatam doctrinam circa inania, & non neceſſaria iuramenta, & iſtum pariter quem præ manibus habemus, exponere licet Ieremiæ locum, Cùm enim in præcedenti verſu peccatricem animam ad eam Propheta euehere contendiſſet conuerſionis perfectionem vt per auerſionem à peccatis conuerteretur ad Deum, tum & ea omnia à ſe penitus auferret, quibus quoquo modo in progreſſu vitæ ſpiritualis præpediri potuiſſet, adeoque & ſummam illi pollicitus eſſet animi tranquillitatem, quietéque ac perſeuerantiam in bono, dicens, *Si reuerteris Iſrael, ad me conuertere: ſi abſtuleris offendicula à facie mea, non commoueberis,* ſeu *Non emigrabis*: Addit nunc, (*Et iurabis in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia.*) Significans, tunc illi eius ita profuturam probitatem, vt in externa fratrum conuerſatione haud cogatur quæ dixerit iuramento, & Dei atteſtatione confirmare, Sed fore, vt in veritate, & in iudicio, ac in iuſtitia ipſa ſua, iuret, (*Viuit Dominus*) illis videlicet pro omnium validiſſimo ſupplentibus iuramento, quod (*viuit Dominus.*)

Vita ſãctitate ſata in fratrũ conuerſatione ita teſtificat dicta, vt haud exhibeatur iuramentum.

Bene autem hæc duo ſimul coniungit, (*In veritate, & in iudicio*) ſicut & alibi coniuncta reperiuntur, vt Danielis 3. [e] *Quia in veritate, & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra.* Et lib. 1. Macchab. 7. [f] *Non eſt veritas, & iudicium in eis, tranſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt.* Quia duobus his duplex ſignificatur ſinceritas, in dictis, ſignificata nomine veritatis; & in factis, deſignata vocabulo iudicij. Quibus duobus additur (*& in iuſtitia*) quâ iuſtitiæ voce perfecta, omnibuſque partibus abſoluta deſignatur perfectæ vitæ inſtitutio, iuxta illud Chriſti Ieſu ad Ioannem, [g] *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam,* id eſt quicquid ſancti viri virtuti, & officio conſentaneum eſt, quicquid ad ſanctæ vitæ perfectionem facere videtur.

Veritas & iudicium coniunctim quid ſignificent.
e Dan. 3. 21.
f 1. Maccha. 7. 18.
Iuſtitia nomine ſignificata perfectio.
g Matt. 3. 15.

16 In quorum omnium, quæ circa hunc ſenſum A & pro iſta Ieremiæ ſententia, & pro allato Euangelij loco de iuramentis, dicta ſunt, hanc accipe Ioannis Chryſoſtomi confirmationem. Is námque in fine Homiliæ ſeptimæ ad Populum Antiochenum hæc habet. *Quòd non iuramentum fide dignum hominem faciat, ſed vitæ teſtimonium, & conuerſationis integritas, & mens bona, ſæpe multi iurantes diſrupti ſunt, & non perſuaſerunt: alij verò innuentes tantum, multùm iuratis fide digniores apparuerunt.* Hinc apud Romanos tanta fides Sacerdotibus habebatur, vt Flamini Diali, qui inter eos ſanctior cenſebatur, nec iurare liceret, nefas æſtiB mantes, cui Deorum ſacra, & cæremoniæ creditæ eſſent, ipſi verbo aſſerenti fidem non habere, vt legitur apud Liuium 4. Decad. lib. 1. in fine, & Feſtum Pompeium lib. 9.

Iuramentum non tam fide dignũ reddit hominẽ, quã bona vitæ teſtimonium.
Ioan. Chryſ.
Sacerdoti haud cõgruit vt iuret.
Tit. Liuius
Feſt. Pomp.

Adeoque admodum congruenter de tam veridico proboque viro, cui abſque vllo iuramento ſinguli credant, hîc ſubiicitur, *Et benedicent eum Gentes, ipſumque laudabunt,*) Etenim id boni apud vniuerſos erit nominis, vt vel etiam Gentes, quæ adhuc in infidelitate perdurãt, benè illi precaturæ ſint, eumdéque pro iis, quæ ſimplici aſſeruerit ſermone laudaturi. Quin & optimè tunc ſecum C agi, beatoſue quodammodo ſe exiſtimaturi ſint, cum illum pro aliqua aſſerenda veritate in teſtem pro ſe habere potuerint, qua de re & iactaturi ſe ſint. Quod clariùs exprimit Hebraica lectio, (*Et benedicent ſe in eo Gentes, & iactabunt ſe in eo.*)

Si velimus non tam de iuramento propriè hîc agi, quàm de Dei cultu, atque obſequio, vt tantumdem ſit, (*Iurabis, Viuit Dominus in veritate,* &c.) ac, Coles Dominum, eidemque ſeruies in veritate, &c. prout ſecundo loco in prima expoſitione probauimus. Tunc ex duobus Euangelij locis D duplex & iſtorum afferri poteſt ſenſus. Primus ex eo quod apud Ioannem dicitur. [h] *Veri adoratores adorabunt Deũ in ſpiritu & in veritate.* Vt, quod hîc Dominus animæ, quæ verè ad ipſum conuerſa ſit, pollicetur, fore vt cum ſumma animi quiete, quam mox ei prædixit, illa vt verum Deum immortalem ipſum adoret, colatque, ipſi ſeruiat, rectè, veréque de ipſo ſentiens, & in iuſtitia, ac ſanctitate: quod eſt adorare in veritate, & in ſpiritu. Explicatum eſt enim ſupra, frequenter in ſacris literis hæc duo, iudicium & iuſtitiam coniunctim vſurpari ſolita ad plenam deſignandam E vitæ puritatem, & integritatem, quæ & nomine Spiritus ſignificantur, quia ex Spiritu Sancto ſunt, ob id ſpiritum ſanctificationis appellato. Vnde Apoſtolus cum in Epiſtola ad Romanos dixiſſet, [i] *Cui, ſc. Deo, ſeruio in ſpiritu meo*: Idipſum repetens in 2. ad Timoth. illud declarans, quod dixerat, *In ſpiritu meo*, ait, [k] *Gratias ago Deo, cui ſeruio in conſcientia pura.* 17

Adorare in ſpiritu, & veritate quid ſit, & quemodo à verè pœnitente fiat.
h Ioan. 4. 23.
i Rom. 1. 9.
k 2. Tim. 1. 3.

Alter verò locus ex eodem Ioannis Euangelio is eſt, vbi Dominus de Spiritus Sancti loquens aduentu ait, [l] *Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Quem locum F breuiter hiſce explicat Bernardus Serm. 21. ex Paruis. *Spiritus Sanctus arguit mundum de peccato, quòd diſſimulat: de iuſtitia, quam non ordinat, dum ſibi, non Deo eam dat: de iudicio, quod vſurpat, dum tam de ſe, quàm de aliis temerè iudicat.* Et quidem certum eſt, eumdem Spiritum Sanctum in quamlibet aduenire animam, quæ verâ, & ea ad Deum reuerſa ſit conuerſione, de qua Prophetam noſtrum in primo huius capitis quarti verſu egiſſe vidimus. Adueniens autem de tribus potiſſimùm eandem inſtruit, quæ in Dei cultu, & in vita cauenda illi 18

Spiritus Sanctus in pœnitentẽ animã adueniens quid illã edoceat quoad Dei obſequiũ.
l Ioan. 16. 8.
Bernard.

sint spirituali, in quibus ante conuersionem maxime deliquit, & quæ Dei obsequio maximè sunt obnoxia: de peccato videlicet quolibet, in primisque infidelitatis: de falsa iustitia: & de prauè vsurpato iudicio: Edocetque vt Deum colat in veritate, & in iudicio, & in iustitia.

19 Cæterùm quomodo hæc doceat, obscuris in præcitato Euangelij loco Dominus explicat verbis, quæ tamen, si bene expendantur, ad eorum, quæ hîc ex occasione Propheticæ sententiæ tractamus summopere conferent intellectum, *Arguet* enim inquit, id est efficacissimis rationibus conuincet, [a] *de peccato, quia non crediderunt in me:* probans, illos omni obnoxios extitisse peccato, vel ex eo, quòd in veræ fidei non perstiterint veritate, quod & alibi idem contestatus est Iesus, dicens, [b] *Nisi credideritis, quia ego sum, in peccato vestro moriemini:* constansque est Apostoli sententia, [c] *Sine fide impossibile esse placere Deo.* Idcirco animæ, quæ sic à Spiritu sancto conuicta sit, dicitur apud Ieremiam, (*Et iurabis, Viuit Dominus,*) id est Coles Dominum, (*in veritate,*) secundùm quam nimirum captiuum tuum obtinebis intellectum in obsequio fidei. Bene autem dicitur (*in veritate*) tum quia veritas peccato opponitur, vt colligitur ex eo Euangelij, quo de Diabolo dicitur, [d] *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit,* vbi, iuxta expositionem Ioannis Chrysostomi homil. 54. in Ioannem veritatis nomine rectitudo intelligitur vitæ, quæ omne excludit peccatum, omnemque virtutem complectitur: Tum quia eodem veritatis vocabulo ipsa designatur fides, quæ per Christum exhibita est, vt colligitur ex eo, [e] *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Et ex eo Apostoli, [f] *Gratia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: omnes enim peccauerunt, & egent gloriâ Dei.*

Infidelitas radix omnis peccati.
a Ioan. 16. 9.
b Ioan. 8. 24.
c Heb. 11. 6.
Veritas vt significat vitæ rectitudinem, opponitur peccato.
d Ioan. 8. 44.
Io. Chrysost.
Veritatis nomine designatur fides.
e Ioan. 1. 17.
f Rom. 3. 22.

20 Porrò istiusmodi veritati rectè adiuncta dicuntur, iudiciū, & iustitia, obsequiumque ab anima pœnitente Deo exhibitum asseritur futurum in veritate, & in iudicio, & in iustitia, vtpote illi præstitum, cui Pater omne dedit iudicium, & à quo omnis est iustitia, quod in præallato Euangelij loco significauit & ipsemet Iesus, adijciens, Spiritum Sanctum arguturum mundum & [g] *de iustitia, quia* inquit *ad Patrem vado, & iam non videbitis me, & de iudicio, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Quibus significat, per eiusdem Spiritus aduentum animam item doceri, iustitiam vniuersam illi tribuendam, qui eam semel suâ & nobis adeptus est passione, quâ ad Patrem iuit, quando & [h] *per proprium sanguinem semel introiuit in sancta:* [i] *semelque oblatus est ad multorum exhaurienda peccata,* Cauendumque ne quoquo pacto iudicium sibi vsurpet, ne & id ei contingat, quod Diabolo euenit, qui, cùm dominiū, principatum, atque iudicium in mundo per tyrannidem sibi vsurpasset, acerbissimâ iudicatus est damnatione, Quod & Paulum significasse crediderim, vbi dixit, [k] *In quo alium iudicas, te ipsum condemnas.*

Iustitia omnis nostra Christo tribuenda.
g Io. 16. 10.
h Heb. 9. 12.
i Heb. 9. 28.
Iudiciū omne Christo relinquere debemus.
k Rom. 2. 1.

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Et iurabis. Viuit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Καὶ ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος, μετὰ ἀληθείας ἐν κρίσει, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ εὐλογήσουσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῷ αἰνέσουσι τῷ Θεῷ ἐν ἱερουσαλήμ.

Vers. 2.] Et iurauerit, viuit Dominus, cum veritate in iudicio, & iustitia, & benedicent in eo Gentes, & in eo laudem dicent Deo in Hierusalem.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et si iuraueris, Viuus est Dominus, in veritate, in iudicio, & in iustitia, & benedicentur populi in Israel, & in ipso laudabuntur.* 1

Vers. 2. *Et iurabis*, &c. Hieronymus proponit difficultatem, Quomodo Euagelium iurare nos prohibet, Respondensque ait, [l] *Hic, iurabis, pro confessione dicitur, & ad condemnationem Idolorum, per quæ iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula, & iurat per Dominum.* Aliter ad eamdē difficultatem Theodoritus. *In Euagelijs* ait, *perfectiora, Non iurare, sc. omnino sancita: Adhortari verò hic Iudæos, infirmum adhuc gestantes animū, iurare per ipsum, vt iurisiurandi consuetudine discerent ipsum solum adorare.*

Quod dicitur, (*Viuit Dominus,*) addit Hieronymus, *in testamento veteri iusiurandum est ad condemnationem mortuorum, per quos iurat omnis idololatra. Simulque animaduertendum, quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam: si ista defuerint, nequaquā erit iuramētum sed periurium.*

D. Thomas ita hos explicat iuramenti comites, (*In veritate,*) ex parte iurantis: vt verè, & non simulatè, & ad deceptionem iuret: (*In iudicio,*) quantùm ad causam, pro qua iuratur, vt non temerè, sed præcedente debitâ discussione iuretur. (*In iustitia,*) quantùm ad rem, de qua iuratur, vt sit iusta, & licita.

(*Et benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt.*) Hieronymus. (*Cùm prædicta fecerit Israel, & per Apostolos Magister fuerit Gentium: tunc benedicent, siue benedicentur in eo omnes Gentes, & ipsum laudabunt, quòd salus processerit ex Israel.*

Theodoritus. *Pollicetur, si prædicta fiant, quòd per ipsum Israel Gentes benedicent, & laudibus extollent Deum in Ierusalem. Quamdiu enim illi verum Dei cultum retinebant, plerique vicina loca incolentes religionem ediscebant.*

D. Thomas. (*Benedicent Gentes,*) *sc. Dominum, videntes beneficia ipsius in te.*

Hieron.
l Matt. 5. 34.
Iurare posi pro confess.
Iurare cur concessum Iudæis, & prohibitum in Euangelio.
Theodorit.
Hieronym.
Viuit Dominus, iuramētum antiquorum ad differentiã idololatrarum.
Iuramenti comites.
D. Thom.
Theodorit.
D. Thom.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος, μετὰ ἀληθείας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μηδεὶς ἐντεῦθεν λαμβανέτω

ET iurauerit: *Viuit Dominus, cum veritate, &c.*

Chrysostomi.] *Nullus hinc iurandi occasionem*

τῳ πρόφασιν ὅρκȣ, ἀλλ' ἀκȣέτω τȣ͂ εὐαγγελίȣ, A ὅτε ἠκȣ́σατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐπιορκήσεις, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως. πρὸ τȣ́τȣ ταῦτα ἐλέγετο τοῖς ἀνοήτοις, τοῖς ἐξ εἰδώλων προσαγομένοις, οὐχὶ τοῖς φιλοσοφȣ͂σιν, οὐχὶ τοῖς ἁπτομένοις τῶν οὐρανῶν, οὐχὶ τοῖς εἰς ἄνδρα τελȣ͂σιν.

Ὀλυμπιοδώρȣ.] οὐκ ὀμνύναι προστάττει, ἀλλ' εἰ ἄρα τις ὀμνύει, βȣ́λεται ἑαυτῶν μὴ τὰ εἴδωλα ὅρκια ποιεῖσθαι. πλέκει δὲ τὸ, ζῇ Κύριος, τῷ ὅρκῳ, ἵνα ὀμνύοντες ὁμȣ͂, καὶ δοξολογῶσι, καὶ εὐχαριστῶσιν.

[καὶ εὐλογήσȣσιν ἐν ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῷ αἰνέσȣσι B τῷ θεῷ ἐν Ἱερȣσαλήμ.

Βίκτορος. αἱ ποιούτων εὐλογήσει ἐν ἡμῖν ἔθνη, καὶ ἐν ἡμῖν αἰνέσȣσι τὸν θεὸν, κατὰ τὸ, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ὀλυμπιοδώρȣ.] οὐ γὰρ ἀδίκως, ἢ ἀκρίτως, δεῖ προφέρειν τȣ͂ θεȣ͂ τὸ ὄνομα.

Τȣ͂ αὐτȣ͂.] ἡ γὰρ καλὴ ἀναστροφὴ, καὶ ἑτέροις γίνεται αἰτία σωτηρίας.

nem arripiat, ſed Euangelium audiat. [a] Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non periurabis: Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Antea hæc fatuis dicebantur, quique relictis idolis proficiebant. Non Philoſophiam profitentibus, non cælum ipſum tangentibus, non ad virilem ætatem prouectis.

a Matth. 5. 33.

Iurare conceſſum Iudæis vt imperfectis, prohibitũ Chriſtianis vt perfectioribus.

Olympiodori.] Non iurare præcipit, ſed ſi quis omnino iurat, nõ per idola iurandũ vult. Addit autem: viuit Dominus: iureiurando, vt iurantes gloriam vnà gratiaſque offerant.

Olympiod.

Iurans gratias Deo ſimul agat.

(Et benedicent in eo Gentes, & in eo laudem dicent Domino, &c.) 4

Victoris Presb.) Quæ ſi exequi non recuſabimus, benedicet in nobis Gẽtes, & in nobis Deũ cõcelebrabũt, iuxta illud. [b] Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ, qui in cælis eſt.

Vict. Presb.

Noſtra bona conuerſatio excitat alios ad glorificandum Deum.

b Matth. 5. 16.

Olympiodori.] Non enim iniuſtè, aut temerè nomen Dei eſt pronuntiandum.

Olympiod.

Nomen Dei haud temerè pronunciandum.

Eiuſdem.] Bona enim conuerſatio, aliorum quoque ſalutis cauſa fit.

Conuerſatio bona proficua & aliis.

Primas iſtius homiliæ partes habes ſupra in Appẽdicibus à verſ. 21. capitis tertij.

Origenis Homiliæ quintæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & ſecundæ, ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Καὶ ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν κρίσει, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ. ἴδωμεν ἡμεῖς ἑαυτȣ̀ς οἱ ὀμνύοντες, τίνα τρόπον, οὐκ ἐν κρίσει ὀμνύομεν, ἀλλ' ἀκρίτως, ὥστε γίνεσθαι * ἡμῶν τȣ̀ς ὅρκȣς ἔθει μᾶλλον, ἢ κρίσει, συναρπαζόμεθα γοῦν, καὶ τοῦτο ἐλέγχων ὁ λόγος φησί: καὶ ἐὰν ὀμόσῃ, ζῇ Κύριος ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν κρίσει, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, οἴδαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρημένον ὑπὸ τȣ͂ κυρίȣ πρὸς τȣ̀ς μαθητὰς, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὀμόσαι ὅλως, ἴδωμεν δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν, καὶ ἐὰν διδῷ θεὸς, συνεξετασθήσεται τὰ ἀμφότερα, τάχα τὸ πρῶτον δεῖ ὀμόσαι ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν κρίσει, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα μετὰ τȣ͂το προκόψας τις, ἄξιος γένηται τȣ͂ μὴ ὀμνύειν ὅλως, ἀλλ' ἔχῃ ναὶ, μὴ δεόμενον τȣ͂ εἶναι τὸ οὔ, καὶ ἔχῃ τὸ οὔ, μὴ δεόμενον μαρτύρων, τῷ εἶναι αὐτὸ ἀληθῶς οὔ, καὶ ὀμόσῃ οὖν, ζῇ κύριος ἐν ἀληθείᾳ, ἐν τῷ ὀμνύοντι πρῶτον ζητῶ τὸ μὴ ψεῦδος, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς, ἵνα μετὰ ἀληθείας ὀμόσῃ. ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες, καὶ ἐπιορκȣ͂μεν, ἀλλ' ἔστω μετὰ ἀληθείας, οὐδὲ καλῶς ὅρκος γίνηται, * ἀλλ' ἐν κρίσει. δεδόσθω γὰρ, ἔθει ὀμνύω, ἐν κρίσει, εἰ δέοι παραλαμβάνειν εἰς τὸν τοιȣ͂τον ὅρκον E τὸν τȣ͂ παντὸς, τὸν Χριστὸν αὐτȣ͂ ἐπὶ τόδε τὸ πρᾶγμα, πηλίκον δεῖ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἵνα γόνατα θῶ, καὶ ὀμόσω πρὸς τὴν ἀπιστίαν γινομένην ἔν τισι περὶ τοῦ λόγȣ μȣ, θεραπεύων τȣ͂το ποιῆσαί με πότε, εἰ δὲ ὡς ἔτυχεν, εἰ οὕτως ὀμνύοιμι, ἁμαρτάνοιμι ἄν. ἐὰν οὖν ὀμόσῃ, ζῇ κύριος μετὰ ἀληθείας, καὶ ἐν κρίσει, μὴ ἀκρίτως, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ μὴ ἀδίκως, καὶ εὐλογήσȣσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη. ἥνωσεν ἀμφότερα, τȣ̀ς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ, εἶπεν καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν, εἶπεν καὶ περὶ τȣ͂ Ἰσραὴλ, ἐπιφέρει, καὶ εὐλογήσȣσιν ἐν αὐτῷ ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῷ αἰνέσȣσι τῷ θεῷ ἐν Ἱερȣσαλήμ.

* γίνεσθαι.

* γίνεται.

* ἴσως πρὸς τὴν ἀπιστίαν γινομένην ἐν ἐμοί.

Verſ. 2. (Et iurauerit, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Conſideremus C noſmet ipſos qui iuramus, quomodo, nõ in iudicio, ſed ſine eo iuramus; ita vt vſu potiùs quàm iudicio iuſiurãdũ præſtemus, ſurripimur itaque; quod & ſermo Propheticus repræhendit, dũ ait, (Et ſi iurauerit, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Scimus, à Domino diſcipulis in Euangelio [c] dictum, ne omnino iurarẽt. Videamus quoq; & quod hîc dicitur &, ſi Deus largietur, vtraque examinabimus. Etenim D fortaſſe primò iurandum eſt in veritate. & iudicio, & iuſtitia, vt poſteaquã in virtute quiſpiam progreſſus fecerit dignus fiat, ne omnino iuret: ſed habeat, Eſt, [d] cui non ſit opus, vt opponatur, non. Et habeat, Non quod teſtium confeſſione non indigeat, vt verum ſit, Non. (Et iurauerit igitur, viuit Dominus in veritate.) In iureiurando id primò poſtulo, non Mendacium, ſed veritatem, vt cum veritate quis iuret. Nos verò infœlices & peieramus. Sed eſto cum veritate, nondum rectè iuſiurandum fit, ni in iudicio iuretur. Detur enim; iuro ex more, in iudicio, ſi oporteat dum ſic iuro, Deũ vniuerſi opificem, Chriſtum eius aſſumere ad hanc rem quãtam eſſe rem oportet vt poſitis genibus iurem incredulitatẽ nonnullorum vt curem, dum mihi fides non habetur id faciã. Sin vt caſus tulerit, ſi temerè iurauerim, peccatum cõmittam. (Si igitur iurauerit, viuit Dominus cum veritate, & in iudicio, non ſine iudicio, & in iuſtitia, ſine iniuſtitia; & benedicent in eo Gentes. Vtraque coniunxit, & eos qui à Gentibus ſunt, & Iſraelem, & de Gentibus, & de Iſraele ſermonem habuit, addit, (Et benedicent in eo Gentes,) & in eo laudem dicent Deo in Ieruſalem.

5

Iuramenta ſæpe fiunt ſine iudicio, & ex vſu prauo.

c Matth. 5. 34.

Ex rectâ iurãdi ratione ad id deuenitur perfectionis, vt omnino nõ iuremus, haud nobis id neceſſario iuramento.

d Matth. 5. 37.

6

Iuramentum primò veritatem adiũctam habere debet.

Iuramentum quantá faciẽdum ſit cautelá.

Iuramentum temerè factũ peccatum eſt.

Lingua vſus bonus in nobis ædificationi eſt tam fidelibus, quàm infidelibus.

Reſiduũ iſtius homiliæ habes infra in Appendicibus vſque ad verſ. 8.

Verſ. 3.]

Verſ. 3.] Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ieruſalem: Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.

Verſ. 4.] Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationum veſtrarum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hoc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ieruſalem.

Qvamobrem [a] ô Iuda, æmulare chariſmata meliora, æmulare conuerſionem Iſrael, & conuerſionem peſſimarum quoque Gentium, quam propterea vt in æmulationem tibi deſeruiret hucuſque proſecutus ſum. Hæc ſiquidē non ipſe qui Propheta Dei ſum, ſed idemmet Dominus & generaliter, & ſpecialiter cuilibet viro Iudæ, & cuicumque in primis eius Ciuitatis ſanctæ Ieruſalem, ait [b] Studete vt omnem idololatriam, omniaque idololatrum ſcelera à veſtra extirpetis terra, nouale quoddam illam reddētes, & inſtar arui denuò proſciſſi ad ſementem. Et cauete, ne vobis perſuadeatis, fieri poſſe, vt optimum pij cultus, virtutiſque ſemen cum ſpinis vigêre poſſit idololatriæ, ac vitiorum, cùm hæc ſeſe inuicem pati nequeant.

1

b Nouate vobis nouale, & nolite ſerere, ſuper ſpinas.

2 *Quod ſi ſtudio, & pietate ſanctiſſimi Regis veſtri Ioſiæ iam terra ipſa veſtra quaſi quoddam nouale facta eſt, ablatis omnibus falſorum Deorum ſimulacris, aris, atque nemoribus, omnique è medio ſublatâ ſuperſtitione externâ; Enatis nihilominus interim in eadem multiplicibus ſcelerum vrticis, ac vepribus, quæ in vobis vigêre conſpiciuntur, date operam, vt terram ipſam à Rege proſciſſam denuò expurgetis, nouáque proſciſſione nouale ipſum innouate, ſi à priſtina vita emendati virtutum vberes colligere vultis fructus: Nam alioquin id vobis euenturum conteſtor, quod ei contingit agricolæ, qui nullum ex iactis ſeminibus refert fructum, cùm ſeminauerit ſuper ſpinas.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 HÆC *enim dicit Dominus, &c.*) Redit iam Propheta ad id, quod primò in toto hoc intendit vaticinio, quod in capite tertio cœptum eſt, ad excitandum denuò populum Iuda, & duarum tribuum, vt vel per æmulationem conuerſionis Iſrael decemque tribuum, nec non & Gentium, de qua hucuſque actum vidimus, & ipſe tandem ad Deum conuerteretur, ab idololatria recedens, & à ſceleribus reliquis. Reditum autem iſtum ad ſermonem primò intentum indicat particula, (*Enim,*) Vtque exhortatorius ſermo iſte maiorem vim habeat, nō vt ſuum, ſed vt Domini ſe illum proferre ait, (*Hæc enim,*) inquiens, (*dicit Dominus viro Iudæ, & Ieruſalem.*) In quibus pondera, quòd in ſingulari ait, (*viro Iuda,*) quodque addit, (*& Ieruſalem*) indicat quippe, ſe quidē ad vniuerſum Iudæ populum prophetare, & prædicare veluti è ſuggeſtu, At Dominum, cuius ore ipſe loquebatur, ipſius ſermonem intrinſecus ad quemcumque eiuſdem populi virum ſpecialiter eadem verba deferre. Præſertim verò ad quemlibet eorum qui ſanctam incolebant Ieruſalem, quorum & ſinguli par fuiſſet, vt eſſent viri virtute inſignes. Obſeruanda hoc loco eſt regula, ſecundùm quam in ſcriptura ſolet coniunctiō, (*Et*)

Et, pro, præſertim poni ſolitum.

A cùm poſt genus additur ſpeciei, accipi pro eo quod eſt præſertim, ſicut in eo Euangelij, [c] *Dicite diſcipulis eius, & Petro.* Moriſque eſt Prophetarum, vt tametſi ſub nomine Iuda duæ tribus intelligātur, ad quas ſpectabant etiam habitantes Ieruſalē, ad Ieroſolymitanos nihilominus potiſſimùm conuertant ſermonem, qui religioſiores eſſe debuiſſent, magiſque ab omni idololatria alieni, quandoquidem in vrbe ſua templum, Sacerdotes, & legiſperitos haberent, & ciues ſanctæ eſſent Ciuitatis. *c Marc. 16. 7.*

(*Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.*) 2 *Ad conuerſionem bonā requiritur emēdatio duplex.*

B Quia ad bonam perfectamque conuerſionem duo neceſſaria ſunt vt in populo corrigantur, & externus nimirum, & internus Dei, virtutiſque cultus. Externam emendationem priùs in hoc verſ. 3. Iudaico populo ſuadet Propheta, tum in ſequenti verſ. 4. & ad alteram eumdem hortatur internam, ſine qua parum, aut nihil externa illi prodeſſet. Pro intelligētia autem eorum quæ hîc dicuntur, ſupponendum primò, *Noualis*, nomen duplicis apud Latinos auctores eſſe ſignificationis, vel enim ſignificat terrā proſciſſam quidem, ſed quæ anno ceſſat, & intermittitur, vt ſensēre C Paulus Iuriſconſultus, & Varro, & Plinius: vel ſignificat terram, aruumque de nouo ad ſementem ſciſſam, vt in ea ſeratur, vt exiſtimarunt Feſtus, & Seruius, & ferè omnes huius ſententiæ expoſitores ſequentes B. Hieronymum. Supponendum ſecundo, & verbum, *Nouandi*, duobus modis ſumi hîc poſſe, & propriè, & impropriè, Propriè pro denuò proſcindere, impropriè, pro arare ſimpliciter, prout ex vi Hebraici verbi ſumendum videbimus, vt *Nouare nouale*, tantumdem ſit, ac facere nouale, id eſt terram ad ſementem proſcindere. Supponendum tertiò, hoc vaticinium, vt ex præ- D cedenti conſtat capite, habitum ad populum Iuda tempore piiſſimi Regis Ioſiæ, per quem terra eiuſdem populi proſciſſa quodammodo eſt, ablatis ex illa vepribus, prauiſque omnibus, quæ in ea exereuerant idololatriæ herbis, prout habemus in cap. 23. lib. 4. Regum. *Nouale quid ſit.*

His ſuppoſitis, Dicendum, ſi, quod hîc dicitur, (*Nouate vobis nouale* primo modo ſumatur, Prophetam, cùm animaduerteret, poſt deletam à pio Rege extrinſecam idololatriam, adeoque & Iudaicam terram factam nouale quoddam, veluti in agro proſciſſo quidem, ſed ceſſanti: multipli- E cia vel etiā in externa populi cōuerſatione exurrexiſſe ſpinarum ſcelera: Saturo per veram pœnitentiam virtutum, bonorumque operum ſemina, perſuadere; vt quaſi iam ſciſſam terram denuò proſcindens, haud ſibi ſat fuiſſe cēſeat, Idolorum à ſe ablatum cultum: ſed & inſuper omni enitatur ſtudio, vt quæ in externa eius conuerſatione inoleuiſſe conſpiciuntur ſcelera, è ſui medio tollat: alioquin fore, vt id ipſi cōtingat, quod ei euenire ſolet agricolæ, qui ſuper ſpinas ferat. Sicut enim is è ſatione illa ſua nil refert fructus, quia ſemen à ſpinis ſuffocatur. Ita & eis nil profuturā F pœnitentiam, nilque ex iis, quæ benè facere propoſuerint bonorum operum, ipſos reuecturos commodi, quia à ſcelerum ſpinis, ea, quæ propoſuēre bona virtutis ſemina, vel non ſinentur enaſci, vel enata ſuffocabuntur, vt nullius ſint meriti ad gloriam. 3 *1 Senſus. Per pœnitentiam emendanda crimina, quæ poſt Baptiſmum excreuēre.*

Quòd ſi idem verbum, (*Nouate,*) ſecundo ſumatur modo, prout & communi expoſitorū ſententiā ſumitur, vtque ex Hebræo colligitur, Ac ſi dicatur, terram veſtram facite nouale, atque proſcindite, vt iam ſit inſtar arui denuo ad ſemen- 4 *2 Senſus.*

tem

tem arati: Dicēdum, Prophetam ſanctum prædicatione iſtâ tuâ enixum adiuuare pium Regem, ſuadēs populo Iudæ, vt in proſcindēda terra ſua, auferendiſque ex illa idolis, in deſtruēdis idolorum excelſis, phanis, atque altaribus, & in iis omnibus abolendis, quæ vel ad idololatriam, vel ad alia idololatrarum ſcelera ſpectarent, cooperatores ſe ipſos quoque ſuos exhiberent Regi. Quod quidem oretenus factum videtur, quando vt dicitur in 4. lib. Regum.[a] *Aſcendit Rex templum, & omnes viri Iuda, vniuerſique qui habitabant in Ieruſalem cum eo, Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus*, &c. *Stetitque Rex ſuper gradum, & fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cuſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & cæremonias in omni corde, & in tota anima*, &c. Statimque ſubiicitur, quæ iuſſu eiuſdem Regis facta eſt abolitio idololatriæ, quæ in locis admittebatur publicis.

a 4. Reg. 23. 1.

5 Ne quis autē decipiatur, exiſtimans fieri poſſe, vt ſimul & Dei, & idolorum indulgeatur cultui, aut vnà cū vitiis & virtuti vacari queat, benè addit Propheta, (*Et nolite ſerere ſuper ſpinas*,) ſationem appellās cultum Dei, ſtudiūque virtutis, per quæ ad meſſionem deuenitur manipulorum, fructuūque gloriæ æternæ; Spinas verò dicens falſos Deos, & ſcelera, per quæ inanis omnis ea redditur ſatio, Vt quæ hîc dicuntur iis ſint ſimilia, quibus Apoſtolus ad denuò itē conuerſos ait,[b] *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cū iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis?*

Virtutis ſtudii inane, ni extirpentur vitia.

b 2. Cor. 6. 14.

Hebræa ad verbum ita hæc habent, (*Arate vobis arationem*) ſeu, vt vertunt alij, (*aruum*, aut, *agrū*, *Et non ſeretis ad ſpinas*.) Quæ & Iſidorus, & Vatablus ad præparationem animi referunt, quia arare agrum, eſt eum expurgare à ſpinis, & herbis, atque adaptare ſementi. Sept. legunt, (*Nouate vobis, νεώματα noualia*,) ſeu, vt alij legunt, (*nouamina, & non ſeratis ſuper ſpinas*.) Vide in Appendice.

Verſ. 4. Paraphrasis Literæ.

SED[c] *& id obnitamini, vt poſt noualis nouationem, externorumque impedimentorum extirpationē, & interna omnia è veſtro auferatis corde, quibus quoquo modo vobis vera eiuſdē cordis impediri poteſt conuerſio. At ſicut ſumma habetis religioni ſummaque & gloriæ vt circūcidamini carne, vtque circumciſi nuncupemini: Ita in hoc omnem veſtram ſitā arbitremini gloriam, omneque veſtrum adhibete & ſtudiū, vt intrinſecus coram Domino, qui inſpector eſt cordium, ſpiritu vos circumcidatis, auferentes prauas cogitationes, mala deſideria, amorem proprium, creaturarū affectum, propenſionem ad idololatriam, in primiſque duritiem, quæ præputia ſunt cordis.*[d]

c *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordiū veſtrorū viri Iudæ, & habitatores Ieruſalē.*

1
Niſi enim ſpinas è tellure veſtra extirpaueritis, extrinſecam veſtram emendantes conuerſationem, internāque & conuerſationem coram Domino purificaueritis, cordium veſtrorum circumcidentes præputia: grauiſſimas vobis imminēre ſciatis pœnas, ſicut & iis, qui inter vos carnem non circumcidiſſent præputij ſui.

Moneo nunc vos, quando liberum adhuc eſt, vt inſtantia euitetis mala, Ne fortè perſiſtentibus vobis abſque emendatione, quaſi ignis in ſpinas ſcelerum veſtrorum in altas eleuetur flammas, & mea in me ſuccendatur indignatio, egreſſa vt ignis è percuſſo ſilice, me longanimem, & multum miſericordem veſtris ad iracundiam irritantibus prauis cogitationibus, ſtudiis, atque operibus, per quæ & fit, vt egreſſus non extinguatur ignis.

d *Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & nō ſit qui extinguat propter malitiam cogitationū (ſeu ſtudiorum, aut operum) veſtrorum.*
2

Verſ. 4. Expositio Literæ.

7 CIrcumcidite vos, &c.) Dictum eſt in præcedenti capite à Domino de Iuda, *Et non eſt reuerſa ad me in toto corde ſuo, ſed in mendacio*. Neceſſariò igitur, & conſequenter poſt exhortationem præexpoſitam debuit Propheta & ad perfectam veramque cordis conuerſionem Iudaicum eumdem populum hortari, vt videlicet id potiſſimùm poſt externorum impedimentorum ablationem enitatur, vt & interna omnia è corde auferat impedimenta.

Porrò quia norat, nihil apud Iudæos glorioſius Circumciſione, ſicut è contra nil apud eoſdē ignominioſius præputio, ita vt propterea ad Gentium ignominiam in circumciſas eas appellarent, efficaciſſima oratione, & cordis impedimenta præputia dicit, & eorumdem ablationem vti ſanctiſſimam ſuadet Circumciſionem.

Circumciſione nil apud Iudæos glorioſius, ideo ſub illius metaphora pœnitentia eis ſuadetur.

(*Domino*) autem (*circumcidite vos*) inquit, qui internorum inſpector eſt, & ſcrutator cordium.

Præputia cordis ea quidem ſunt vniuerſa, quibus cor operitur, ne Dei pateat impreſſionibus; vt ſūt praua deſideria, peſſimæ cogitationes, amor proprius, creaturarum affectus, ipſaque ad idololatriam propenſio, quæ cuncta in vna cōprehenduntur eiuſdem cordis duritie, quam vnam hîc ſignificatam ea indicat lectio, quæ in ſingulari præputiū habet, vt videre potes in Appendice ex Cypriano, & Auguſtino. Sed & Moyſes hanc vnā intellexiſſe viſus eſt, cùm in libro Deuteronomij dicat,[e] *Circumcidimini præputiū cordis veſtri*, meliuſque ſe declarans addit, *& ceruicem veſtram ne induretis amplius*. Et Stephanus in Actibus Apoſtolorum,[f] *Durâ, inquiens ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſēper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri*. Apertè autē hanc & hoc loco expreſſerunt Sept. ita hæc vertentes, (*Circumcidimini Deo veſtro, Circumcidimini duritiā cordis veſtri*.) In lectione Hebraica nil eſt quod notetur momenti. Notanda dumtaxat verſio Symmachi. (*Purificamini Domino, & auferte malitias cordium veſtrorū*.) Vnde apparet totam hanc Ieremiæ exhortationem per ſimilem optimè explicari alterā Samuelis adhortationem, quā in 1. lib. Reg. eidem populo dixit,[g] *Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum*, i. Si verè ad Deum conuerti vultis, *auferte Deos alienos de medio veſtri, Baalim, & Aſtaroth*. En Nouationem noualis: *Et præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli*. En Circumciſionem cordium, & ablationem præputiorum.

Præputia cordis quæ ſint. Duritiēs & præputium cordis.

e Deut. 10. 16.

f Act. 7. 51.

Circumciſio cordis eſt illius purificatio.

g 1. Reg 7. 3.

8 (*Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam cogitationum veſtrarum*.) Frequētiſſima iſta Dei comminandi ratio eſt apud Prophetas cum particula, (*Ne fortè*,) quâ indicatur, liberum eſſe homini, vt comminatam deuitet pœnam, ſi ea nimirū emendet, propter quæ illius eſt pœnæ cōminatio. Notat Ioannes Maldonatus in ſuis Comment. in his fieri alluſionem ad ſpinas, quæ facillimè flāmam concipiunt, ſic enim peccata iram Dei accendūt, iuxta illud Iſaiæ.[h] *Succenſa eſt quaſi ignis impietas, veprem, & ſpinas vorabit*, Et illud,[i] *Et erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma, & deuorabitur ſpina eius, & vepres*. Et, *Concipietis ardorem, parietis ſtipulam, ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos, & erunt populi quaſi de incendio cinis, ſpinæ congregatæ igni comburentur*. Andreas verò Cappella non tam ad ſpinas in his putat alluſum, de quibus in præcedēti verſu, & *Nolite ſerere ſuper ſpinas*, quàm ad id quod in præſenti verſ. 4. mox dictum eſt, & de Circumciſione

Ne fortè, cur addatur in Dei comminationibus. Io. Maldon.

h Iſai. 9. 18. *Peccata inſtar ſpinarū Dei iram accendunt.*

i Iſai. 10. 17.

k Iſai. 33. 11.

And. Cappel.

ciſione cordis, vt ſicut in libro Geneſis cum præceptum primò datum eſt circumciſionis corporeæ, grauiſſimâ illâ comminatione dictum eſt Abrahæ.[a] *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit.* Et in lib. Exod.[b] Moyſem Dominus occidere in via voluit, quia adhuc eius circumciſus non eſſet filius: Ita, multóque rationabiliùs iſtæ & hoc loco adhibeantur minæ aduersùs eos, qui Domino ſe minimè circumcidant, & præputia non auferant cordium ſuorum.

a Gen. 17. 14.
b Exo. 4. 24.

9 Vtrumque bene: Sed meliùs dixerim, ad totam cohortationē, quæ ambobus his duobus verſibus continetur, in iſtis reſpectū minis; ni videlicet Iudaicus populus verâ cōuerſione, & externā ſuam expurgaret cōuerſationem ab idololatria, prauiſque ſcelerum ſtudiis: & interiora purificaret cordis. Quòd enim propriè, neque ad ſpinas ſpecialiter, neque ad Circumciſionem iſtud minarū genus directum ſit, patet ex eo quòd frequenter eædem reperiuntur ab eodem Domino factæ, & populo eidem abſque vlla præcedenti, vel ſpinarū, vel circūciſionis commemoratione, vt in Cant. Deut.[c] *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerūt in vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos,* &c. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima, deuorabitque,* &c. & apud noſtrum Ieremiam infra c. 21.[d] *Iudicate manè iudiciū, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorū,* Iiſdem omnino verbis, quæ & hìc. Niſi quòd loco (*cogitationum veſtrarum,*) ibi ab eodem interprete poſitum eſt, *ſtudiorum veſtrorum,* vt intelligas quod dicebam, iſtas minas directas aduersùs malitiam nedum internam cogitationum cordis, ſed & externam ſtudiorum, ac operum, Hæc enim omnia vox ſignificat Hebraica, quam Pagninus vertit, (*operum veſtrorum,*) Regia, (*Conatuum veſtrorum, Et non extinguetis à faciebus malitiæ conatuum veſtrorū,*) Vatablus, (*Propter peruerſitatē ſtudiorum veſtrorum.*) Sept. (*Ne egrediatur quaſi ignis indignatio mea, & ſuccendetur, & non erit qui extinguat à facie malitiæ adinuentionum veſtrarum.*) Multis quidem circa hæc philoſophari liceret; Sed quia de proportione inter indignationem atque ignem, igniſue ſuccenſionem egimus in primo capite, cum exponeremus verba illa,[e] *Ollam ſuccenſam ego video, Et à facie Aquilonis panditur omne malum.*

c Deut. 32. 21.
d Iere. 21. 12.
e Iere. 1. 13.

10 Id tantum circa literam hìc perpendendū, quod proprietas indicat, ſuggeritque verbi egrediendi coniuncti cum Dei indignatione, atque cū igne. (*Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea.*) Et quidem ſi ex humanis arguēdum ſit, propriiſſimam hanc eſſe apparet locutionem; Si enim iratū hominem inſpexeris, indignationem planè vt ignis flammas vndequaque ex ipſo egredientē in oculis, in naribus, in frōte, in genis, multóque copioſiùs in ore conſpicies. Adeoque & de Domino in indignatione ad iudicium veniente legimus.[f] *Oculi eius tamquam flamma ignis.*[g] *Et fluuius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius.*

Iracūdo egredi dicitur ira tanquā ignis.
f Apoc. 1. 14.
g Dan. 7. 10.

Cæterùm cùm hìc haud ſimpliciter egreſſura dicatur, vt ignis, indignatio iſta Dei, ſed addatur, *propter malitiam cogitationum,* ſeu *ſtudiorum,* aut *operum veſtrorum*: ſignificari videtur, contineri quidem in Deo id totum quod virtutis eſt in iracundia, & indignatione, eius tamē iræ & indignationis, ignem, ac flāmas haudquaquam ab ipſo egredi, niſi externâ prouocantium eductū irritatione.

In Deo quādo ſit ira, & quomodo egredi dicatur.

11 Et omninò quoad hoc Deum ſe habere inſtar ſilicis, qui ex natura ſua frigidus, continet quidem vim igneam, ignem tamen non emittit, niſi extrinſecus, vel ferro, vel duriori comploſus ſit ære, vel petra.

Simile.
Deus eſt inſtar ſilicis, quoad emiſſionem ignis indignationis.

Noſſe vis, quàm alienus ab omni indignationis æſtu ſit Deus, quamue (vt ita dicam) ex natura ſua propter bonitatem, & longanimitatem frigidus?[h] *Miſerator* ait Dauid, *& miſericors Dominus: longanimis, & multum miſericors.* Audi, & quomodo igneā intra ſe cōtinet vim, virtutemque indignationis, *Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur,*[i] *Dominus Zelotes nomen eius, Deus eſt æmulator,* ait Moyſes; Duram vis comploſionē, malitiæq; irritationem, propter quam ex lapide iſto ignis egreditur,[k] *Hodie,* inquit idemmet Deus, *ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in irritatione ſecundùm diem tentationis in deſerto.* Benè autem poſt egreſſum iſtius ignis diuinæ indignationis dicitur, non eſſe qui illum extinguat, & ſubindicatur ratio in præconſideratis verbis, (*Propter malitiam cogitationum,* ſeu, *ſtudiorum & operū veſtrorum:*) Siquidem educto prædicto igne per durā malitiei irritationem, tantùm abfuit, vt Iudaicus populus per conuerſionem illum extinxerit, vt maximas potiùs eum ſuccenderit in flammas per prauas ſuas cogitationes, per peſſima ſtudia, perque ſceleſtiſſima & opera, quæ ab[l] Apoſtolo ligna, fœnum, & ſtipulæ appellantur.

h Pſal. 102. 8.
i Exo. 34. 14.
k Pſal. 94. 8.
l 1. Cor. 3. 12.

Verſ. 3.] Nouate vobis nouale, &c.

Verſ. 4.] Circumcidimini Domino, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

12 CVM ex[m] Euangelica parabola conſtet, ſemen eſſe verbum Dei, ſerentem eſſe prædicatorem quemlibet, terram quæ ſeritur, eſſe auditores quoſque, ſpinas eſſe ſollicitudines ſæculi, diuitias, atque voluptates.

Verbum Dei ſeminant & prædicatores, & auditores.
m Luc. 8. 12.

Ex hoc tamen Ieremiæ loco duo inſuper habemus. Primum, diuini verbi auditores nedum terram eſſe, in quam id iaciatur ſeminis; at eſſe pariter ſerentes: Secundum, ita eoſdem eſſe ſerentes, vt ſimul quoque ſemet vti terram in qua ſemen ipſum ſuſcipiunt, excolant operæpretium ſit. Neque verò moleſtiā cuiquam ingerere debet, quod & prædicatores in Euāgelio ſemen verbi Dei ſerere dicuntur, & id hoc loco ipſis tribuatur auditoribus. Nam etſi prædicatores in audientium ſeminent aures, ipſi nihilominus auditores ſint operæpretium eſt, qui iactum ad ſuas aures illud ipſum ſemen in terra ſerant cordis ſui Quam ſecundā rationem alterâ metaphorâ hiſce Iacobus explicauit Apoſtolus,[n] *Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiā malitiæ in manſuetudine, ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Ex qua Apoſtoli ſententia, colligimus diſcrimen quod inter prædicatores eſt, atque inter auditores idē ſerentes verbi Dei ſemen. Enimuerò prædicatorum vnum eſt ſtudium, vt exhibitum à cæleſti Patrefamiliàs ſemē in hominum iaciant aures, quales quales ij ſint: ſicque terrā ſerant, quomodocumque illam repererint, & qualem oblatam à Deo acceperint, Vnde in Euangelio de iis dicitur,[o] *Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam,* &c. *& aliud cecidit ſupra petram,* &c. *& aliud cecidit inter ſpinas,* &c. *& aliud cecidit in terram bonam,* &c. Adeoque plerūque id eis contingit, quod per Aggæum Prophe

Verbi Dei duplex ſeminatio eodē tempore.
n Iacob. 1. 21.
Verbum Dei quomodo ſerant prædicatores.
o Luc. 8. 5.

a Aggæi.1.6. Prophetam dicitur,[a] *Seminaſtis multùm,& intuliſtis parum.*

13 At verò auditorum id inſuper eſt muneris, vt cordis ſui terram ſationi exponant cultam, ita vt haud priùs verbi Dei ſemen in illo ſerant, quàm ipſum ita excoluerint, vt ſuſceptum in eo ſemen fructum & virtutum afferat,& vitæ,æternæ: Culturam autem iſtam ſubindicat in præallata ſententia B.Iacobus dicens, *Propter quod abiicièntes omnem immunditiam,& abundantiam malitiæ in manſuetudine,*&c. Ad hoc quippe vt ſemen in terra fructuoſè excipiatur, operæpretium eſt,vt hæc duo primùm per agricolam fiant,vt tellus ipſa reddatur mollis,quò ſemen ſuſcipi in ea queat, idque illud eſt,quod dicitur, *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum.* Tum,vt ex eadem ea auferãtur omnia, quę ſementis fructificationem quoquomodo impedire poſſunt, ſiue petræ eæ ſint, ſiue herbæ noxiæ, ſiue ſpinæ, quæ abundantiùs in inculto quoque proueniunt agro: hocque ſignificat quod dicitur, *Abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ.*

Verbum Dei quomodo ſerant auditores.

Auditores verbi Dei quomodo terram colant cordis ſui.

14 Meliùs autem hæc ipſa noſter hîc exprimit Ieremias,cùm ait, (*Nouate vobis nouale,*) ſeu iuxta Hebraicam lectionem, (*Arate vobis aruum*, aut *arationem,& nolite ſerere ſuper ſpinas.*) Vnicâ enim aratione duo fiunt prædicta.Nec abs re eſt, quòd cum iſta ſuadetur terræ cordis aratio, his ſuadetur verbis. (*Nouate vobis nouale.*) Sicut nec abs re eſt,quòd ſpinarum dumtaxat hîc fit commemoratio,cùm adiicitur,(*Et nolite ſerere ſuper ſpinas.*) Sicut enim per arationem renouatur facies terræ, dum ſus déque verſatur, adeoque & nouale appellatur.Ita & cor pœnitentiæ innouatur vomere,quo & omnis aufertur iniquitatis vetuſtas,vt quod hîc dicitur illud ipſum ſit,quod in epiſtola ad Epheſios ait Paulus,[b] *Deponite vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem,qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris: Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* Porrò cùm Ieremias ad pœnitentem animam hîc inſtituerit ſermonem, & quæ perfectâ conuerſione ad Deum reuertatur,vt in præcedẽtibus viſum eſt,congruentiſſimè ad perfectã eam promouens innouationẽ, ſpinas potiſſimùm illi aſſerit auferendas, quibus,iuxta [c] Saluatoris dictũ tria deſignãtur,ſollicitudines, diuitiæ, & voluptates vitæ, quæ plerumque vti cum pœnitentia compatibilia ſinuntur reliqua. Cùm tamen maximè ea obnoxia ſint profectui cuilibet, diuinumque per illa ſuffocetur verbum.

Verbum Dei vt fructuosè ſeratur, arandæ ab auditore eſt tellus cordis ſui.
Nouale fit in terra cordis, cùm illud innouatur.

b Eph.4. 22.

Pœnitẽs anima quas ſpinas è ſuo corde auferre debeat.

c Luc.8.15.

VVLGATÆ.

*Verſ.*3.] Hæc enim dicit Dominus,&c. Nouate vobis nouale,&c.

*Verſ.*4.] Circumcidimini Domino,&c.

SEPTVAGINTA.

3. Ὅτι τάδε λέγει Κύριος τοῖς ἀνδράσιν Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ. νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ᾽ ἀκάνθαις.

4. Περιτμήθητε τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ περιτέμεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν, ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ, μὴ ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ ἐκκαυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν.

A *Verſ.*3.] Hæc enim dicit Dominus viris Iuda,& habitatoribus Hieruſalem: Nouate vobis noualia, & nolite ſerere ſuper ſpinas.

*Verſ.*4.] Circumcidimini Deo veſtro:& circumcidite duritiam cordis veſtri Iuda, & habitatores Hieruſalem: ne egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendetur (& non erit qui extinguat) à facie nequitiæ adinuentionum veſtrarũ.

B APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia ſic dicit Dominus viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem: facite vobis opera bona, & nõ quæratis ſalutem in peccatis:* Verſ.4. *Conuertimini ad cultum Domini, & auferte impietatem cordis veſtri, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem, ne fortè egrediatur quaſi ignis furor meus, & conſumat abſque miſericordia propter malitiam operum veſtrorum.* 1

Verſ.3. & 4. Iuſtinus Martyr lib.colloquij cum C Tryphone Iudæo pag.63.(*Nouate vobis noualia, & nolite in ſpinas ſementem iacere, Circumcidimini Domino, ſed circumcidimini cordis veſtro præputio,*) *Cauete igitur, ne in ſpineta, & arua inculta iaciatis ſemen, vnde nullus vobis fructus proueniat. Noſcite Chriſtũ, & ecce nouale pulcherrimum, & pingue in veſtris cordibus.* Iuſtin. Mart.

Nouale in corde fit cognitione Chriſti.

Tertull.lib.aduersùs Iudæos c.3.legens, (*Innouate vobis nouitatẽ,*) exponit de ſpirituali Circumciſione:& lib.1.contra Marcionem c.20. & lib. 4. c.1.legens,(*Renouate vobis nouamen nouum, & circumcidimini Deo veſtro, & circumcidimini præputia cordis veſtri,*) ex hoc loco probat,fuiſſe abrogandam D legem veterem,nouamque aliam ſanciẽdam, ſpinis videlicet antiquæ legis auulſis, nouam legis nouæ ſementem iaciendam. Tertullian.

Lege veteri abrogata ſanciendam nouam.

Quo ſenſu hæc ipſa accipiens Cyprian. lib. 1. Teſtimoniorũ aduersùs Iudæos,n.8.ait, *Quod Circumciſio prima carnalis euacuata ſit, & ſecunda ſpiritualis repromiſſa ſit, apud Ieremiam,* (*Hæc dicit Dominus viris Iuda, & qui inhabitabant Ieruſalem. Renouate inter vos nouitatẽ, & ne ſeminaueritis in ſpinis: Circumcidimini vos Deo veſtro, & circumcidite præputium cordis veſtri, ne exeat ſicut ignis ira mea & exurat & non ſit qui extinguat.*) Hanc Cypriani lectionem E affert & Auguſtinus in Dialogo altercationis Eccleſiæ & Synagogæ Tom.6. (*Renouamini vos nouitate, & ne ſeminaueritis in ſpinis: Circumcidite vos Deo veſtro,* &c.) Cyprianus. Auguſtinus.

Vide apud eumdem Cyprianum lib. de ſingularitate Clericorum c. 21. vbi hæc referuntur ad noſtros mores,in codice noſtro pag.336.col.2.

Hieronymus. *Pro eo,inquit, quod nos diximus,(Circumcidimini Domino, & auferte præputium cordium veſtrorum,) Symmachus poſuit, (Purificamini Domino, & auferte malitias cordium veſtrorum,) Circumciſionem emundationem, & præputia vitium intelligens.* F *Hoc autem præcipitur viris Iuda, & Ieruſalem, qui veram ſectantur fidem, & habitant in Eccleſia, vt non ſemment ſuper ſpinas, quas* [d] *Euangelicus ſermo ſignificat, quæ ſuffocent ſementem Dei, ſed priùs nouale faciant, & omnes ſuffodiant vepres, ſenteſque auferant, vt munda ſemina, munda arua ſuſcipiant. Hoc eſt quod in alio loco dicitur,* [e] *Ne miſeritis margaritas veſtras ante porcos, & ne detis ſanctum canibus. Quomodo enim poteſt Dei audire ſermonem, & concipere ſemina, & fructum facere, cuius animus ærumnis mundi plenus eſt?* 2

Hieron.

Circumciſio ſpiritualis quæ.

Verbum Dei quibus, & qualiter ſit ſerendum.

d Luc.8.15.

e Matth.7.6.

A *Quodque sequitur, (Circumcidimini Domino,) &c. nulli alij præcipitur, nisi viro Iuda, & habitatori Ierusalem, vt deserant occidentem literam, & sequantur spiritum viuificantem. Si enim inquit hoc non feceritis, egredietur vt ignis indignatio mea, & succendetur, & non erit qui extinguat. Ideo autem minando ante prædicit, ne facere compellatur, quod & in Niniuitis probamus, quibus prædicta sententia est, vt imminentem furorem pœnitentiâ declinarent. Omnia autem hæc mala venient propter malitiam cogitationum siue adinuentionum nostrarum. Vbi sunt, qui dicunt, in cogitationibus non esse peccatum, cùm omnia vitia, iuxta* [a] *Euangelicam veritatem, de corde procedant.*

Minādo Deus prædicit flagella, ne ea immittere cōpellatur.

In cogitationibus esse peccatum.

a Matth. 15. 19.

3 Ioan. Chrysostomus homil. 4. ad pop. Antioch. de patientia. (*Renouate vobis noualia, & nolite seminare in spinis.) Quemadmodum aratrum immittens, deorsum terram aperit, tutam seminibus custodiam parans, ne iacta in superficie remaneant, sed in ipsius terræ sinus immittantur, & in tuto radices figant. Sic & nos facere necessarium, & tamquam aratro tribulatione vtentes, cordis profundum scindentes. Hoc enim alius Propheta admonet dicens,* [b] *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Corda igitur scindamus, vt si qua dolosa herba, & improba cogitatio nobis est, radicitùs eam euellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus.*

Chrysost. *Verbo Dei paranda terra cordis aratro tribulationis, & mortificationis.* Simile.

b Ioel. 2. 13.

Cyrillus Alex. homil. 1. Paschali (*Nouate*) &c. *Syluescentem animum, atque omni pietatis cultura destitutum diuino timore, tamquam igne expurgantes, bonum semen saluatoris excipiamus: qui non inani nos, aut vmbratico cultui addictos esse docuit: sed nouis ad salutem institutionibus præclarè erudiit. Igitur eum, qui in occulto est Iudæum, & eam quæ in occulto est Circuncisionem exhibeamus Deo, circumcidentes omnem ex nostris cordibus prauitatem.*

Cyril. Alex. *Timore Dei nouanda in animo nostro Nouamina.*

Idemque homil. 6. item Paschali. *Quæ est in corporis Circumcisione gloriatio? si per se sola spectetur, nec aliquid ex adiecta commentatione splendoris accipiat, cordatorum iudicio nihili res, opinor, existimabitur: At si spiritalis Circumcisionis ferat typum, mentisque purgatæ expiationem significare intelligatur, tunc eam quispiam fortè commendabit, nempe quæ id quod intellectu difficile erat, ipsa quàm appositissimè adumbret, atque indicet, & corporis dolore vitato, de sola mentis emundatione cogitabit. Quod etiam vt sine cunctatione præstarent Iudæi prophetica oratione admonebantur, quæ sic habet (Hæc dicit Dominus: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum.* &c. B Et post aliqua, eadem homiliâ. *Proinde, ait, recipe ô Iudæe macharam spiritus, exue tandem cordis duritiam. Circumcide te, vt scriptum est Deo. Disce iam Sabbata non eo cultu, quem tibi pro arbitrio fingis: sed illo, quem legis auctor impendi postulat, celebrare.*

4 *Circumcisio carnalis catenus alicuius extitit æstimationis, quatenus erat typus Circumcisionis spiritualis.*

Circumcisio facienda per ablationē duritia cordis.

Theodoritus. *Exinde ab Israele conuertit sermonem ad Iudam. Excolite, inquit animas vestras: radicitùs euellite memoriam idolorum, hæc enim spinas appellat, (Circumcidimini Deo vestro,) Tum docet, quæ sit Circumcisio diuina, (Et circumcidite præputium cordis vestri,) Docens apertè, Circumcisionem apparentem latentis esse figuram: & si adsit interior, superfluam esse* C *corpoream. Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto in carne, est Circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & Circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, ait Apostolus.* Idem Theodoritus Comment. in cap. 2. Epistolæ ad Rom. legit, (*Circumcidimini Deo, & circumcidite præputium cordis vestri durum.*)

5 *Idola spinæ appellata.*

Circumcisio spiritus qui.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΤΑ'ΔΕ, λέγει Κύριος, τοῖς ἀνδράσιν Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ. D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀσφάλεια γὰρ πόλεως, οὐχ οἰκοδομῆς ἁρμονία, οὐδὲ λίθων μέγεθος, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων ἀρετή. ὥσπερ οὖν καὶ προδοσία πόλεως, οὐχ οἰκοδομημάτων σαθρότης, ἀλλ' ἡ τῶν πολιτῶν φαυλότης.

[Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐκ τῆς πείρας τῶν γεωργικῶν ὁ προφήτης παραγγέλλει γίνεσθαι ἐπὶ τῶν ψυχῶν, ἃς ὑπὸ πολλῆς ἀργίας ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, πολλὴν ἐξενεγκούσας κακίαν, καὶ ἔργα ἄκαρπα, τῷ ἀρότρῳ τοῦ λόγου μεταχειρίζειν παρακελεύεται. οὐ γάρ ἐστι θεῖον ἁπλῶς δέξασθαι σπόρον, μὴ πρότερον τὰς ἀκάνθας ἐκβαλόντα· διό φησιν, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. E

Τοῦ αὐτοῦ.] γεωργήσατε φησὶ τὰς ἡμετέρας ψυχάς, πρόρριζον ἀνασπάσατε τῶν εἰδώλων τὴν μνήμην, ταῦτα γὰρ ἀκάνθας καλεῖ. τουτέστιν, ἐξάρατε τὰ εἴδωλα, καὶ οὕτω τῷ Θεῷ προσέρχεσθε, εἰς τὸν ναὸν ἀφικνούμενοι. ἔλαβε δὲ καὶ

Vers. 3. *Hæc enim dicit Dominus viris Iuda & habitatoribus Ierusalem.)* 6

Chrysostomi.] *Nullam enim vel ædificiorum concinnitas, vel saxorum magnitudo, sed incolarum virtus munitionem securitatemque vrbis pariunt. Eadem ratione illius proditionis euersionisque non muri vetustate collapsi, ac diruti, sed peruersitas ciuium in causa est.*

Chrysost. *Ciuitatum munimē bona ciuium vita, sicut econtrà vita praua est vrbium ruina.*

(Nouate vobis noualia, & nolite serere super spinas.)

Chrysostomi.] *Ex eo quod in ipsa Agricultura experimur, seruandum quoque in animis admonet Propheta, circa ea quæ præ segnitie temporibus præteritis multam tulerunt prauitatem, & infructuosa opera. Itaque rationis aratro excidenda cohortatur: haud enim fas est diuinum prorsus semen recipere, ni prius spinis eradicatis: propter quod ait,* [a] *Declina à malo, & fac bonum.*

Chrysost. *Agricultura ratio seruāda & in vitæ emendatione.*

a Ps. 36. 27.

Eiusdem.] *Excolite, ait, animos vestros, Idolorum memoriam penitus extirpate, hæc enim spinas vocat, hoc est, Idola euertite, & sic ad Deum confugite templum petentes, sumptâ ad*

Chrysost. *Spinarum nomine designata Idola.*

καὶ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν γεωργῶν. τὸ οὖν μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις, τουτέστιν, μὴ εἰδωλολατρεοῦντες εἰσέρχεσθε εἰς τὸν ναόν.

[Περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἆρα περὶ ταύτης λέγει τῆς περιτομῆς; οὐδαμῶς, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ ψυχήν, ἆρα ἐκείνη οὐ τῷ θεῷ ἐστιν ἡ περιτομή; οὐ γὰρ ἂν εἶπεν τῷ θεῷ περιτμήθητε, καὶ μὴν εἶπεν ἄν τις ὅτι περιτεμνώμεθα. πῶς γὰρ ἂν αὐτοῦ οὐκ ἂν εἴη; οὐ βούλομαι τὴν παρ' ἑτέρου γινομένην περιτομήν, ἀλλὰ τὴν παρ' ὑμῶν αὐτῶν, ἧς ἕκαστος ἐστι κύριος, ἐκείνη παρ' ἑτέρου γίνεται, καὶ ἐν σώματι γίγνεται. αὕτη οὐχί. ὁρᾷς ὅτι συγκαταβάσεως ἦν ἡ παλαιά; οὐ γὰρ ἂν εἶπεν τῷ θεῷ ὑμῶν εἰ μὴ ἐδήλου, ὅτι ἐκείνη, οὐ τῷ θεῷ, τί γὰρ ὄφελος εἰς ἀρετὴν ἐκείνη; τί ἐνταῦθα φησὶν ὁ Ἰουδαῖος; ὁρᾷς ὅτι ὁ νόμος ἄλλο τι αἰνίττεται; καὶ οὐκ ἔτι καθ' ἑαυτὸν ἱκανὸς σῶσαι, εἴγε τοιαύτη ἡ περιτομή; ἆρα τῆς καινῆς ἠρέμα διανοιγομένης τὰς θύρας, ὁρᾷς τὴν παλαιὰν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς καταργουμένην. οὐκ εἶπε Παῦλος περὶ τούτου Ἰουδαῖε, οὐκ ἐνομοθέτησε Πέτρος, Ἱερεμίας εἶπεν, ὃν περιέπεις ἔτι καὶ νῦν. οὐκ ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα προφέρωσοι βιβλίων, ἐκ τῶν ἡμετέρων μᾶλλον, ἢ σῶν, καὶ γὰρ καὶ τὰ τῆς καινῆς οὐχ ἧττον ἡμέτερα μᾶλλον ἢ σά, καὶ τὰ τῆς παλαιᾶς, οὐχ ἧττον ἀλλότρια σου, ὥσπερ ἐκείνοις ἀπιστεῖς οὕτω καὶ τούτοις, ὥστε ὁ μὲν Ἰουδαῖος ἀμφοτέρων ἐκπέπτωκεν, ἡμεῖς δὲ ἀμφοτέρων ἐχόμεθα, ἐν γὰρ ἀμφοτέροις τὸ πνεῦμα.

Τοῦ αὐτοῦ.] εἶτα διδάσκει ὁ ποία τοῦ θεοῦ ἡ περιτομή. [καὶ περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν.] σαφῶς ἐδίδαξεν ὡς ἡ φαινομένη περιτομὴ τύπος τῆς κεκρυμμένης ἐστίν, καὶ ὅτι τῆς ἔνδον οὔσης περιττὴ οἱ τοῦ σώματος. ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ θεῖος ἀπόστολος Ῥωμαίοις γέγραφεν, οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ θεοῦ, ἤκουσε γὰρ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑμῶν ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν γὰρ κακίαν, οὐ τὴν σάρκα βούλεται περιτέμνεσθαι. [μὴ ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβεννύων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀνθρωπίνως διαλέγεται, βουλόμενος αὐτοὺς παιδεῦσαι, διὸ πολλάκις ἐπικρεμνᾷ τὸν φόβον αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τὸ δεινὸν τοῦτο, ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις εἰς τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀναιρεῖ ταύτην τὴν παραμυθίαν.

* Τοῦ αὐτοῦ.] τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις ἐπάγει τὴν ἀπειλήν, μή ποτε ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, ὑμεῖς γὰρ μόνοι δύνασθε σβέσαι μεταμελόμενοι, ὑμῶν δὲ μεταμέλειαν μὴ κεκτημένων οὐδεὶς ἱκανὸς ἀπαλλάξαι τῆς τιμωρίας.

ad hoc quoque Metaphorā ab Agricolis. Illud enim, Nolite seminare super spinas, hoc est, Idolis addicti ne templum ingrediamini. 7

Vers. 4. (*Circumcidimini Deo vestro: & circumcidite duritiam cordis vestri viri Iuda, & habitatores Hierusalem.*)

Chrysostomi.] *Num de hac Circumcisione loquitur? Nequaquam, sed de ea quæ fit in animo. Ea igitur haud est in Deo Circumcisio, neque enim dixisset, (Deo circuncidimini.) Et tamen diceret quispiam, quòd circumcidimur, & Deo circumcidimur, quanam enim ratione ipsius non sit? Nolo factam ab alio Circumcisionem: sed eam, quæ à vobis ipsis fit, cuius quisque est Dominus. Illa quidem ab alio, & in corpore fit; hæc verò nequaquam. Viden, vt vetus condescensionis fuerit? non enim dixisset, (Deo vestro,) ni illam Dei non esse significasset. Nam quod illa ad virtutum præstabat emolumentum? Quid hîc Iudæus adstruet? Vides vt lex aliud quid innuit? cùm se ipsa minimè sit sufficiens ad salutem, si talis est Circumcisio? nouâ igitur paulatim portas adaperiente, Vides veterem ipsam per se ipsam euanescere? Non dixit de hoc Paulus, non legem tulit Petrus: Ieremias dixit, quem vsque dum colis, ac vêneraris Iudæe. Non ex nostris, imò ex tuis hæc tibi libris oppono; ex nostris potiùs quàm tuis: nam & quæ in nouo testamento continentur, non minùs sunt tua, quàm nostra, & quæ in antiquo non minùs à te aliena. Sicut illis ita & his fidē denegas. Iudæus itaq; vtraque amisit; nos vtraque amplectimur, est enim in vtrisque spiritus.*

Chrysost. Circumcisionem non tam carnalē, quā spiritualē exposcit Dominus.

Circumcisio carnalis fuit condescensionis.

Testamēta & nouū, & vetus nostra potiùs sunt quā Iudæorum.

Eiusdem.] *Præterea quæ sit Dei Circumcisio docet. (Et circumcidite duritiem cordis vestri) satis clarè exposuit, quòd apparens Circumcisio typus, figuraque est absconditæ, quæ si adest, ea quæ est corporis superflua est. Hinc occasione ductâ diuinus Apostolus ad Romanos scripsit, Non [c] enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto Circumcisio in carne est, sed qui in abscondito Iudæus est, & Circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus nō ab hominibus, sed ex Deo est. Audiuit enim Deum per Prophetam dicentem, (Circumcidimini Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri viri Iuda, & qui habitatis Ierusalem.)*

Chrysost.

Circumcisio spiritalis vbi adsit superflua est Circūcisio carnalis.

c Rom. 2. 28.

Olympiodori.] *Prauitatem enim, non carnē vult circumcidi. (Ne egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendetur: Et non erit qui extinguat à facie nequitiæ adinuentionum vestrarum.)*

Olympiod. 8

Chrysostomi.] *Hominum more volens ipsos instruere alloquitur, propter quod multoties ipsis timorem iniicit. Nec erit qui extinguat malum hoc. Quia enim sæpe in ipsius pietatem spem affixerant, hoc illis solamen euertit.*

Chrysost. Timorē sæpe nobis iniicit Deus vt nos instruat. Pietate suā abutentibus Deus spē illius alignando aufert.

* Eiusdem] *Repugnantibus verò, minas indicit, (Nequādo egrediatur vt ignis furor meus,) Namque soli vos eum pœnitentiâ valetis extinguere: at vobis pœnitentiam non agentibus, nemo punitioni vos eripiet.*

Chrysost. Pœnitētiā solâ extinguere possumus Dei furoris ignē.

Θεοδωρήτου.] ἐκείνην γὰρ τὸ πῦρ ὕλην ἔχει τὴν πονηρίαν, ἧς μὴ οὔσης τὸ πῦρ οὐκ ἔχει τοῦ νεμηθήσεσθαι, τὸ δὲ, οὐκ ἔσται ὁ σβέσων, ἀναιρετικὸν τοῦ μὴ δεῖν ἐπελπίζειν ἐπὶ ἀδικίᾳ τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, πολλάκις γὰρ ἀπειλήσας διὰ τῶν προφητῶν ἐπέσχε τὴν ὀργὴν, ἐσθ' ὅτε τοῦ προφήτου δεηθέντος ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς Μωυσῆς, καὶ Σαμουὴλ, καὶ Ἰώβ. A

Theodoriti.] *Illam enim ignis materiam habet*, iniquitatem nempe, *quæ si non extiterit, ignis quod depascatur non habet, illud verò, (Nec erit qui extinguat) spem dum in iniustitia es adimit de Dei bonitate. Cùm enim sæpius minas intulisset per Prophetas, quandoque effusis pro illis à Propheta precibus, sicuti Moyses & Samuel, & Iob fecerant, iram compressit.*

Theodorit.

Primas istius homiliæ partes habes supra in Appēdicibus præcedentibus à vers. 22. capitis tertij.

Origenis Homiliæ quintæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & secundæ ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Ὅτι τάδε λέγει κύριος τοῖς ἀνδράσιν Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ. εἴρηκε τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἴρηκε καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγει τοῖς B ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, μέμνημαι τῶν πρώην εἰρημένων περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ τῶν κατοικούντων ἐν Ἱερουσαλὴμ τροπολογιῶν. κατοικοῦμεν γὰρ ἡμεῖς, ἐὰν ὁ θεὸς διδῷ, ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ. ἐπεὶ ὅπου ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία, ἐὰν θησαυρίζωμεν ἐν οὐρανῷ, καὶ ἔχωμεν τὴν καρδίαν ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ ἄνω. περὶ ἧς ὁ ἀπόστολος φησὶν, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν, ὡς γέγραπται, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τάδε οὖν λέγει κύριος τοῖς ἀνδράσιν Ἰούδα, C καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ. νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις, ὁ λόγος οὗτος μάλιστα τοῖς διδάσκουσι λέγεται, ἵνα μὴ πρότερον ἐμπιστεύσωσι τὰ λεγόμενα τοῖς ἀκροαταῖς πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, ὅταν γὰρ ἀρότρῳ ἐπιβαλόντες τὴν χεῖρα, νεώματα ποιήσωσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς, κατὰ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἀγαθὴν τούτων ἀκουόντων, τότε σπείροντες οὐ σπείρουσιν ἐπ' ἀκάνθαις, ἐὰν δὲ πρὸ τοῦ ἀρότρου, καὶ πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῶν ἀκουόντων λάβῃ τις τὰ σπέρ- D ματα τὰ ἅγια, τὸν περὶ τοῦ πατρὸς λόγον, τὸν περὶ τοῦ υἱοῦ, τὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναστάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ κολάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναπαύσεως, τὸν περὶ νόμου, τὸν περὶ προφητῶν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἑκάστου τῶν γεγραμμένων, καὶ σπείρῃ, παραβαίνει τὴν λέγουσαν ἐντολὴν πρῶτον νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. δεύτερον, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις. ἀλλὰ ἐρεῖ τις τῶν ἀκουόντων. ἐγὼ οὐ διδάσκω, οὐχ ὑπόκειμαι ταύτῃ τῇ ἐντολῇ, καὶ σὺ E γεωργὸς γενοῦ σεαυτοῦ, καὶ μὴ σπείρῃς ἐπ' ἀκάνθαις, ἀλλὰ νέωμα ποιῆσόν μοι τὸ χωρίον, ὃ πεπίστευκέ σοι ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, κατανόησον τὸ χωρίον, ἴδε ποῦ εἰσιν ἄκανθαι, ποῦ μέριμναι βιωτικαὶ, καὶ πλούτου φιληδονία. καὶ κατανοήσας τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν τῇ ψυχῇ σου, ζήτησον τὸ λογικὸν ἄροτρον, περὶ οὗ ὁ Ἰησοῦς φησὶ, τὸ οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω εὔθετός ἐστι τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. ζητήσας αὐτὸ, καὶ εὑρὼν ἀπὸ τῶν γραφῶν, συναγαγὼν τοὺς βοῦς, τοὺς ἐργάτας, τοὺς καθαροὺς, ἀροτρίασον, καὶ νέωσον τὴν γῆν, καὶ F ἵνα μηκέτι ἡ παλαιὰ αὐτὴν ποίησον νέαν, ἐκδυσάμενος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν νέον, τὸν ἀνακαι-

9 (*Hæc enim dicit Dominus viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem.*) Dixit Gentibus, dixit Israeli, dicit & ad Iudã. Tropologias, quas nuper de Iuda, deque Ierusalē incolis exposui memoriâ recolo. Habitamus quippe nos, Deo præstante in Ierusalē: Quandoquidem,[e] *vbi Thesaurus, ibi & cor:* Si thesaurizamus in cælis, & cor in superiori Ierusalem fixũ habemus: de qua Apostolus ait; *Superna*[f] *verò Ierusalem libera est, quæ est mater nostra*, sicut scriptum est, & quæ sequuntur.

Cor fixum in cælis habet qui thesaurizat in cælis.

e Matth. 6. 21.

f Galat. 4. 26.

10 (*Hæc igitur dicit Dominus viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem; Nouate vobis noualia, & nolite serere super spinas.* Præcipuè Doctoribus fit hic sermo, ne priùs auditorib. verba tradant, quàm noualia faciant in eorũ animis. Cùm enim sumpto aratro noualia fecerint in animis instar terræ bonæ & fœcundæ illis audientibus, tunc serentes nõ seminant super spinas. Si verò ante aratrum, & antequam noualia parauerint in principi animi facultate auditorum susceperit quis sancta semina, sermonem de Patre, de Filio, de Spiritu sancto, itemque de resurrectione, de inferno, de requie, de lege, de Prophetis, &, vt vno verbo dicam, de vnoquoque eorum quæ scripta sunt, eaque seminauerit, violat mandatum, Primo (*nouate vobis noualia.*) Deinde (*& nolite serere super spinas.*)

Doctores sacri antequã diuinorum dogmatũ serant doctrinã animos auditorũ ad eam aptos reddere satagant.

Doctrina sacra exhibita ante præparationem animi auditorũ, semina super spinas asserida.

11 Sed dicet quispiam ex his qui audiunt: Ego non doceo, præcepto huic non subiaceo. Verùm tu met agricola sis, nolique serere super spinas; sed nouale confice solum, quod tibi tradidit omnium Deus. Considera solum: Vide, vbi spinæ sint, vbi vitæ huius cogitationes, diuitiarum nimius appetitus, & vbi spinas in anima tua cognoueris; aratrum rationis perquire, de quo ait IESVS,[a] *Nemo manum suam mittens ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei.* Quo perquisito, & ex diuinis literis inuento collige boues, operarios mundos, & ara, & noua terram, & ne posthac vetus sit, effice ipsam nouam,[b] *Et veterem hominem expolians cum actibus suis, & nouum induens, eum qui renouatur in agnitionem,*

Doctrina sacra nemo se dedat, ni priùs vita emendationem aptam ad illa suscipiendam suã reddiderit animam.

Nouale quomodo cuique faciendum in terra animæ.

Aratrii quo animæ terra colitur quodnam sit.

a Luc. 9. 62.

b Colos. 3. 9.

ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, ποίησον σεαυτῷ A
νέωμα. καὶ ἐὰν ποιήσῃς τὸ νέωμα, λάβε σπέρ-
ματα ἀπὸ τῶν διδασκόντων, λάβε σπέρματα ἀ-
πὸ τοῦ νόμου, λάβε ἀπὸ τῶν προφητῶν, ἀπὸ τῶν
εὐαγγελικῶν γραφῶν, ἀποστολικῶν λόγων, καὶ
λαβὼν ταῦτα τὰ σπέρματα, σπεῖρον τῇ * ψυχῇ
διὰ τῆς μνήμης, καὶ τῆς μελέτης, αὐτόματα ταῦ-
τα δόξει ἀνατέλλειν, τὸ * ἀληθῶς οὐκ αὐτὰ ἀ-
νατέλλει μετὰ μὲν μνήμην αὐτῶν, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐ-
τὰ αὔξει. ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλῶς ἐπότισεν,
ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξησεν, καὶ εἴ τις γε δεδύνηται κα- B
τανοῆσαι τὰς γραφὰς, οὗτος πεποίηκε νέωμα,
καὶ ποιήσας νέωμα, ἔσπειρεν οὐκ ἐν ἀκάνθαις,
ταῦτα τὰ σπέρματα οἰκονομεῖται ὑπὸ θεοῦ, οὐκ
αἰφνίδιον γίνεται στάχυς, ὡς ἐν τῷ κατὰ Μάρκον
εὐαγγελίῳ. πρῶτον χόρτος, εἶτα στάχυς εἶτα ἕτοιμον
γίνεται πρὸς θερισμὸν, ὅταν γένηται ἕτοιμον πρὸς
θερισμὸν, ἐλεύσονται οἱ ἐπὶ τὸν θερισμὸν ἐξα-
ποστελλόμενοι. ὅταν γένηται ἕτοιμον πρὸς τὸν θερισ-
μὸν, ἐλεύσονται πρὸς οὓς ὁ λόγος φησὶν, ἐ-
πάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς C
χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. φη-
σὶν οὖν ἡμῖν, νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ
σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις. ἐὰν δὲ πρὶν καθαρίσαι
τὴν ψυχὴν, ἔτι ἔχων * ἀκάνθας, προθῇς τὸ δι-
δάσκειν, ἢ δυναμένῳ, ἢ νομιζομένῳ, ἢ ἐπαγγελ-
λομένῳ, καὶ αὐτοῖς * μαθήματα, καὶ σπέρμα-
τα πνευματικὰ, παραβαίνεις τὴν λέγουσαν ἐν-
τολὴν, μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις. Καὶ ἑξῆς τοῦ-
το λέγεται. περιτμήθητε τῷ θεῷ, καὶ περιτέμνε-
σθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν, περιτμή- D
θητε τῷ θεῷ ὑμῶν, ἀναγκαίως πρόσκειται τὸ,
περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑμῶν. νοήσεις δὲ αὐτὸ ἀπὸ
τοῦ παραδείγματος τοῦ αἰσθητοῦ. περιτέμνονται, κα-
τὰ τὸ αἰσθητὸν λέγω, οὐ μόνον οἱ ἐκ περιτομῆς
κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολ-
λοὶ, τῶν * Αἰγυπτίων εἰδώλοις ἱερεῖς περιτέμνον-
ται, ἀλλ' ἐκείνη ἡ περιτομὴ εἰδώλοις περιτομή ἐστι,
καὶ οὐκ ἔστι τῷ θεῷ γινομένη περιτομή. ἡ δὲ Ἰου-
δαίων τάχα, πάντως δὲ τότε τῷ θεῷ ἐγένετο.
ἐὰν οὖν λέγῃ ὁ λόγος, περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑ-
μῶν. νοήσας τὸ ῥητὸν, μετάβηθι καὶ ἐπὶ τὴν E
τροπολογίαν. ἵνα εὕρῃς πῶς τῶν περιτεμνομένων
τροπολογικῶς. ὥστ' * ἂν εἰπεῖν τάχα τινας αὐ-
τῶν, ἡμεῖς ἐσμὲν ἡ περιτομή. οἱ μὲν περιτέμνον-
ται τῷ θεῷ, οἱ δὲ περιτέμνονται μὲν, οὐ τῷ θεῷ
δέ. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι λόγοι παρὰ τὸν λόγον τὸν
τῆς ἀληθείας, παρὰ τὸν λόγον τὸν τῆς ἐκκλησίας.
περιτέμνονται τὰ ἤθη, καὶ τὴν καρδίαν, ὥστε εἰ-
πεῖν σωφρονίζουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες, σωφρο-
νίζουσιν οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καὶ γίνεται αὐτοῖς F
περιτομὴ, ἀλλὰ περιτομὴ μὲν, οὐ τῷ θεῷ δέ. πε-
ριτομὴ γὰρ λόγῳ ψευδεῖ παρ' ἐκείνοις γίνε-
ται. ὅταν δὲ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα,
κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας κοινω-
νικὸς ἦς, οὐ περιτέτμησαι μόνον, ἀλλὰ περιτέτ-
μησαι τῷ θεῷ. περιτμήθητε οὖν τῷ θεῷ ὑμῶν,
καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑ-
μῶν, τίς ταῦτα οὐ παρέρχεται ὡς σαφῆ; οὐκ
ἂν * ἐστί τις ἀκροβυστία τῆς καρδίας, καὶ ταύτην
δεῖ

* τὴν ψυχήν.
* ἴσ. ἐν καὶ ἑαυτοῖς.
* ἴσ. ἀχυρώσεις.
* ἴσ. εὐθῆς.
* ἴσ. ὡς οἱ τῶν.
* ἴσ. ὥστε μὴ εἰπεῖν.
* ἴσ. ποῖα ἀφαιρεῖ ἀκροβ.

nem, tibi metipſi nouale parabis; quod ſi
effeceris, è Doctoribus, Lege, Prophetis, *Doctrinæ ſacræ ſemina è ſacris libris ſumenda.*
Euangelicis ſcripturis, Apoſtolicíſque ſer-
monibus ſumito ſemina; & ea in animum
iacito memoriæ mandans, & meditatione
excolens. Pullulare hæc ſua ſponte vide- *Doctrinæ ſacræ incremẽtum non tam ex memoria noſtra, quàm ex Deo.*
buntur; reuerà tamen non ea per memoriã
oriuntur, ſed Deus ipſis incrementũ dat,
Ego [c] *plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incre-*
mentũ dedit. Quod ſi quis diuinarũ literarũ *c 1. Cor. 3. 6.*
ſẽſa capere valuerit, is parauit nouale, quo
parato ſuper ſpinas non ſeuit. Hæc ſemina, *Doctrinæ ſacræ ſemina nõ illicò, ſed paulatim in ſpicã creſcunt aptã ad meſſem.*
ita Deo diſponente; non repentè ſpicæ e-
uadunt; Vt in Euangelio ſecundùm Mar-
cum habetur; *Primùm* [d] *herba, continuò ſpica:*
quod tandem fit aptum ad meſſem. Quũ *d Marc. 4. 28.*
aptum ad meſſem fuerit, ad metendum
deſtinati aduenièt. Quum aptum ad meſ-
ſem fuerit, venient illi ad quos dictũ eſt, [e] *e Ioan. 4. 35.*
Leuate oculos veſtros, & luſtrate regiones, quo-
niam albæ ſunt iam ad meſſem. Ait itaque no- *Doctrinã ſacram exhibẽs ante auditẽis animi expurgatiõẽ, etiã ſi auditor ſuſcipere eã vel poſſit, vel poſſe ſe putet, vel eã ſe ſuſceptură polliceatur, præceptum rectæ ſeminationis nõ ſeruat.*
bis,) *Nouate vobis noualia, & nolite ſerere ſu-*
per ſpinas.) Verùm ſi antequam expurges
animum, adhuc ſpinis ſcatentem, doctri-
nam perfundas, vel valenti, vel quòd va-
leat opinionem habenti, vel promittenti;
& inſeras inſtitutiones, & ſemina ſpirita-
lia, præceptum non ſeruas, (*Nolite ſerere*
ſuper ſpinas. Et deinceps huic dicitur.

Verſ. 4. (*Circumcidimini Deo veſtro, & cir-* 12
cumcidite præputium cordis veſtri,) *Circumcidi-*
mini Deo veſtro.) Neceſſariò id poſitum eſt *Circumciſio Gentiliũ aliquorum non Deo, ſed idolis facta dicenda eſt.*
(*Circumcidimini Deo veſtro.*) Quod intelli-
ges exteriori exemplo. Circumciduntur
corporaliter, inquam, non tantùm qui iux-
ta legẽ Moyſis ex Circumciſione ſunt, ſed
& plerique alij, ſicut Ægyptiorũ Sacerdo- *Ægyptiorum Sacerdotes circũcidebantur.*
tes Idolis circumciduntur. Sed illa Circũ-
ciſio Idolis Circũciſio eſt, & minimè Deo *Circumciſio Iudæorũ antiquitùs fiebat à Deo.*
fit: at Iudæorũ fortaſſe, certè tũc Deo fie-
bat. Cũ igitur dicitur, (*Circumcidimini Deo*
veſtro,) ſententiã intelligens, ad figuratè ſi- *Circumciſio etiã moralis haud omnis aſſerenda facta à Deo.*
gnificatum tranſcende, vt comperias eorũ
qui ſeſe tropicè circũcidunt (ne fortè qui-
dam ex iis dicant ſe eſſe Circumciſionem)
quoſdam ſanè circumcidi Deo, alios verò
circumcidi, ſed non Deo. Hoc etiam aliis *Circumciſio moralis, & Caſtitatis ſtudiũ apud antiquos Philoſophos, & apud Hæreticos, non eſt aſſerenda Circumciſio facta Deo.*
modis accipitur præter veritatis modum,
Eccleſiæ ſenſum. Circumciduntur, & mo-
ribus, & corde, hoc eſt caſtitatem ſeruant
qui Philoſophiæ addicti ſunt, nec non, &
hæretici, fitque apud eos Circumciſio; ſed
etſi Circũciſio eſt, Deo tamẽ non eſt: falsò
quippe Circũciſio apud illos fit. Quãdo ve- *Fidelibus eſt vera Circumciſio facta Deo, & meritoriũ caſtitatis ſtudium.*
rò ſecũdũ Eccleſiæ regulas, & ſanæ doctri-
næ propoſitũ particeps cõmunionis es, nõ
tãtũ circũciſus es, ſed & Deo. (*Circũcidimini*
itaque Deo veſtro, & circũcidite præputium cordis 13
veſtri. Quis hæc vti clara & manifeſta non *Præputium quod natura humana eſt*
perfũctoriè legit? nõ percipitur à Ieſu præ-

 putium

περιτέμνεσθαι. ὁ ἀκριβώσας τὸν λόγον τοιαῦτα ζητῶν ἐν τῷ τόπῳ ἐξετάσει, ἡ ἀκροβυστία συγγεννᾶται, ἡ περιτομὴ ἐπίκλητός ἐστι, καὶ ὅπερ ἐκ γενέσεως ἐλήλυθε, τοῦτο περιαιρεῖ ἡ περιτομή. εἰ τοίνυν περιαιρεῖσθαι κελεύει ὁ λόγος τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας, ὀφείλει τι εἶναι συγγεγεννημένον τῇ καρδίᾳ, ὃ λέγει ἀκροβυστίαν, ὅπερ περιαιρεθῆναι δεῖ, ἵνα τις περιτέμηται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας. ἐάν τις νοήσῃ τὸ, ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἐάν τις νοήσῃ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, ἐν ᾧ γεγεννήμεθα, ἐάν τις νοήσῃ τὸ, οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδὲ εἰ μία ἡμέρα εἴη ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀριθμητοὶ δὲ μῆνες αὐτοῦ, ὄψεται τίνα τρόπον γεγεννήμεθα μετὰ ἀκαθαρσίας, καὶ ἀκροβυστίας τῆς καρδίας ἡμῶν. ἵνα δὲ κατὰ τὸ ἁπλούστερον παράδειγμα λεχθῇ δυνάμενον προσαγαγεῖν ἡμᾶς τῷ ἰδεῖν τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας, παραθήσομαι, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ψευδοδοξίαι πάντως γίνονται ἐν τῇ ψυχῇ, οὐ γὰρ οἷόν τε ἐστὶν ἀρχῆθεν ἀληθῆ δόγματα καὶ καθαρὰ λαλεῖν τὸν ἄνθρωπον, προενοήσατο δὲ ὁ θεῖος λόγος ἱστορίας καὶ γραφῆς τῆς κατὰ τὸ ῥητὸν, ἵνα θρέψῃ τὸν κατὰ σάρκα γεγεννημένον τῷ Ἀβραὰμ ἐν τοῖς κατὰ σάρκα πρῶτον λόγοις, καὶ γένηται πρῶτος ὁ ἐκ τῆς παιδίσκης, εἰς τὸ δυνηθῆναι μετὰ τοῦτον γεννηθῆναι τὸν τῆς ἐλευθέρας, καὶ τὸν διὰ τῆς ἐπαγγελίας, εἰ νενόηται τοῦτο διατί παρελήφθη, δύναται νοεῖσθαι ἡ ἀκροβυστία τῆς καρδίας προγινομένη τῆς περιτομῆς, χρεία οὖν ἡμῖν τὸν λόγον παραλαβεῖν τὸν καθαίροντα τὰ δόγματα, καὶ περιαιροῦντα πάντα τὰ γινόμενα κατὰ ψευδοδοξίαν ἐν ἡμῖν. τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ἡμῶν, ἡ γὰρ καρδία ἐστὶν ἔχουσα καθ' ἡμᾶς τὸ ἡγεμονικὸν, ἔνθα ἐστὶ τὰ νοήματα, ὅθεν οἱ διαλογισμοὶ ἐξέρχονται οἱ πονηροὶ, ὁ περιαιρούμενος τοὺς διαλογισμοὺς τοὺς πονηροὺς, τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας περιαιρεῖται, ὁ ἀποτιθέμενος τὴν ψευδοδοξίαν, περιτέτμηται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ γίνεται ἀνὴρ Ἰούδα, καὶ κατοικῶν Ἱερουσαλὴμ καθαρῶς περιτεμνόμενος, ἐὰν δέ τις μὴ ἀπόθηται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἴδωμεν τί ἀπειλεῖ αὐτῷ ὁ λόγος, μήπως ἐξέλθῃ φησὶν, ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ ἐκκαυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων, ἐξέρχεται οὖν ὡς πῦρ ὁ θυμὸς τοῦ Κυρίου ἐπὶ τοὺς μὴ περιτμηθέντας τῷ θεῷ, ἐπὶ τοὺς μὴ ἀποθεμένους τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔστι ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, τὸ πῦρ ἐκεῖνο ὕλην ἔχει τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν, ὅπου οὐκ ἔνι πονηρία ἐπιτηδευμάτων, οὐκ ἔχει τὸ πῦρ ὅπου νεμηθῇ, ὅτι δὲ ἡ ὕλη ἐκείνου τοῦ πυρὸς ἡ πονηρία ἐστὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν.

A putium cordis,& tamen id circumcidi oportet. Qui sermonē diligenter considerauerit,inquirenti locum hæc illi occurrēt. præputium congenitum est, Circumcisio aduenit; quodque ab ortu prouenit Circumcisio adimit. Si igitur sermo hic præputium cordis tollendum iubet, oportet esse quidpiam vnà cum corde natū. Quod appellat præputium,præcidique debet, vt quis præputium cordis sui circumcidat, si B quis illud recolit. *Eramus* [f] *naturà filij iræ,sicut & cæteri.* Si quis recolit,*Corpus humilitatis*, in quo nati sumus,si quis recolit, [h] *neminē esse purum à sordibus,quamuis vna dies fuerit vita eius*,menses autem illius esse mensurabiles [i] perspiciet quâ ratione cum impuritate nati simus, & præputio cordis nostri.

cordi est vitiū, quod post Adæ peccatū congenitum habemus. *Circumcisio cordis fit per resectionē vitiorum è nostro corde.* *Error est asserere vitia à natura esse, vt hic innuitur,nisi de Originali sit sermo.* f Ephes. 2,3. g Philip. 3. 21. h Iob. 25.4. i Iob. 14. 5.

14 Vt verò ad faciliorem captum exemplo vtar,quod nos ad cordis præputiū dignoscendum ducere possit. hoc profero, in priC ma teneraque ætate falsæ planè animo innascuntur opiniones; haud enim fieri potest,ipso statim initio hominem vera dogmata puraque proloqui. Prouidit autem Deus,vt esset historia, & sacra pagina,vt [k] filius Abrahæ natus secundùm [l] carnem, primùm his quæ secundùm carnem erant sermonibus enutriretur,primusque qui ex ancilla erat nasceretur, vt postea [m] qui liberæ erat,& per promissionem, in lucē veD niret. Si hoc quid tibi velit perceptum sit, vtique & præputiū cordis factū ante ipsam Circumcisionem percipi valet : opus ergo nobis ratione est,quæ dogmata expurget, & auferat omnia, quæ in nobis ex falsis opinionibus innascūtur.Hoc igitur est, preputium cordis nostri deponere; in corde enim apud nos rationis humanæ sedes est, vbi intelligētia est,vnde cogitationes prauæ exeunt.Qui cogitationes prauas tollit, præputiū cordis tollit, qui falsam opinioE nem deponit,præputium cordis sui circūcidit, fitque vir Iuda, Ierusalemque inhabitans purè circumcisus.

Circumcisio cordis fit per resecationem falsarum opinionum. k Genes. 16. 42. l Galat. 4 22. m Gen. 21. a. *Circumcidit cor qui prauas tollit cogitationes.*

15 Si quis autem præputiū cordis sui non deposuerit,quid illis sermo minetur cōspiciamus.(*Ne egrediatur,ait, tamquā ignis indignatio mea,& succendetur,& non erit qui extinguat,*)egreditur itaque velut ignis indignatio Domini aduersùs eos, qui Deo circūcisi non sunt,nec preputium cordis sui deF posuerūt,(*Et non erit qui extinguet, à facie nequitiæ adinuentionum vestrarū.*) Ignis ille nequitiam adinuentionum nostrarū pro materie habet. Vbi nequitia adinuentionum non est,ignis quod depascatur non habet, materiem verò illius ignis nequitiam adinuentionum esse; audi Prophetam dicentem. (*Et non erit qui extinguat à facie nequitiæ adinuentionum vestrarum.*

Non circumcidentes cor suū à vitiis, &c. igne cōburentur diuinæ indignationis. *Peccata sunt materia quā ignis diuinæ succēdit indignationis.* *Vltimā huius homiliæ partē habes infra in Appendice vers. 5. & 7.*

Vers. 5.]

Vers. 5.] Annunciate in Iuda, & in Ierusalem auditum facite: loquimini, & canite tubâ in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur Ciuitates munitas.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Annunciate in Iuda, & in Ierusalem auditum facite.

EN [a] ignem istum iam egressum conspicio, En succensam Dei indignationẽ, En potentissimum insurgentem hostium exercitum, ferte eius nuncium in Iuda, curate vt Regiæ, præsertim id exploratum fiat Ciuitati Ierusalem, quò vel nunc illius ciues ad sanctum confugientes templum, & victimis, & precibus contrito corde emissis Dei exardescentem placare satagant iram. [b] Video iam ipsos in terram nostram irruentes hostium cuneos: & vocibus, & tubæ sonitu signa instantis exhibete cladis. Loquimini omnibus quotquot obuios habetis, atque vt imminens magis palàm faciatis prælium canite tubâ corneâ, ipsoque tubæ sono, prout moris est, conuocate populi cœtum, cui id denuncietis. [c] Vehementiori quo potestis spiritu, & vocibus clamat., & ipsis clangite tubis, Clamate fortiter, monentes, eò iam peruentum periculi, vt vix vnum supersit confugij solamen, si simul coacti in munitiores nos recipiamus Ciuitates, & in loca, quæ fortiora visa fuerint.

b Loquimini, & canite tubâ in terra.

c Clamate fortiter, & dicite. Congregamini, & ingrediamur Ciuitates munitas.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ANnunciate in Iuda, &c.) Egressum iam denunciat indignationis diuinæ ignem, quem nemo iuxta sua bona consilia per veram conuersionem extinxerit, & sub ducis prosopopeia eloquentissimè id describit, quod ab huiuscemodi fieri solet duce, qui in bellis expertus sit, validioris cùm ingruit hostis incursus cui occurri nequeat, vixque fieri posse spes sit, vt illius euitetur rabies. Mittit is in totam prouinciã, qui instans denunciet periculum, Sic (*Annunciate,*) ait Propheta, (*in Iuda:*) Sed id potissimùm ille studet, vt Regiæ Ciuitatis istud percipiant ciues: propterea additur, (*Et in Ierusalem auditum facite.*) Quamquam & aliud in adiectis his verbis sibi velit Propheta: optare nimirum, vt tam ingens, præsensque malum ita in Ierusalem denuncietur, vt ciues sanctæ illius Ciuitatis auditu id percipientes ad sacrosanctum eius templum cum fletu confugiant, oblatisque victimis Deum sibi totique populo placatum reddere satagant. (*Loquimini, & canite tubâ in terra.*) Quasi res non dici, sed geri videatur: addit hæc Propheta in persona eiusdem ducis, propemodum dicens: Video iam hostes irruentes & vocibus, & tubæ sonitu eius rei signa exhibete: Seu, loquimini omnibus quotquot obuios habetis, atque vt imminens magis palàm faciatis prælium, canite tubâ, ipsosque tubæ sono, prout moris apud vos est, conuocate concionem, tubis enim apud Iudæos conuocari solitos cœtus, cùm res promulganda esset magni momenti, patet ex eo quod in lib. Iudicum, dicitur, [d] *Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccinâ conuocauit domum Abiezer.* [e] Et Saul in primo lib. Regum cecinisse dicitur buccinâ in omni terra, dicens: *Audiant Hebræi.* Ad hoc cecinit buccinâ, vt congregato cœtui promulgaretur, quæ habita per ipsum fuerat victoria contra Philisthæos: Vnde illico subiicitur: *Et vniuersus*

Tuba sonitu cœtus conuocari solitos apud Iudæos.

d Iudic. 6. 34.
e 1. Reg. 13. 3.

A *Israel audiuit huiuscemodi famam. Percussit Saul stationem Philisthinorum.* Confirmatque hunc sensum Hebraica vox שופר *sciophar*, quæ & hîc & in præcitatis similibus est locis, & eam propriè significat tubam, quæ cornea erat, Adeóque Hieronymus in illud Hoseæ, [f] *Clangite buccinâ in Gabaa, tubâ in Rama. Buccina*, inquit, *Pastoralis est, & cornu recuruo efficitur: vnde & propriè Hebraicè* שופר *sciophar, Græcè* κερατινὴ *appellatur. Tuba autem de ære efficitur, vel argento, quâ in bellu, & in solennitatibus concrepabant.*

Tubarũ duplex genus.
f Hose. 5. 1.

2 Quod subiicitur, (*Clamate fortiter,*) referri potest etiam ad ipsum tubæ sonitum, ad quem congregandus esset cœtus, hocque crediderim significatum per Hebraicum, quod hîc est verbum מלאו *malu*, propriè significans, (*Implete*) cùm enim quis vehementiorem vult emitti clangorem, vehementiori & spiritus copiâ tubam impleat operæpretium est. Sic haud necessarium erit, ad coniecturas recurramus, vel eam quam affert Ioannes Maldonatus, vt noster interpres secutus Sept. videatur legisse מאד *meod*, id est valde, & fortiter, vbi nunc legimus מלאו *malu*, vnâ interiectâ literâ, alterâ verò in aliam sibi similem commutatâ: Vel eam, quâ Christophorus à Castro ait, Sept. nostrumque interpretem sumpsisse verbum ipsum (*implete*) pro aduerbio plenè, multùm, seu fortiter, quod frequens est apud Hebræos. Quãuis autem eodem significatu implendi id verbum Hebraicum sumpserint in suis versionibus, & auctor Regiæ vertens, (*Complete,*) & Vatablus legens, (*Implete,*) Sanctes tamen Pagninus, aliique ex Hebræis alio eiusdem significatu vertunt, (*Congregate*) quod Vatablus in suis Annotationibus interpretatur, *Congregate scilicet milites*, magisque ad præallatum tubæ sonitus significatum, D interpretaberis, Congregate scilicet cœtum. Vnde & subditur, quid post clangorem, editis clamoribus coacto ab iisdem præconibus populo dicendum sit. (*Et dicite: Congregamini & ingrediamur Ciuitates munitas,*) Hebr. (*munitionis.*) Sept. (*muratas.*) Quibus verbis amplificatur non modicum imminentis periculi grauitas, cui obsisti nequeat armis, vnicamque tentandam superesse viam confugij in loca munitiora.

Ioan. Mald.
Christ. à Castro.
Verba pro aduerbiis poni solita apud Hebræos.

Vers. 5.] Annuntiate in Iuda, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 VNus Sanctorum Prædicatorum moraliter in his exactiùs descriptum cum Hugone Cardinale, & aliis accipere possumus. Quorum id studij debere esse significatur, vt Laicis quidem sub Iudæ designatis vocabulo, quod confessionem sonat, Dei annuncient verba, quæque vltimis temporibus & fœlicitatis futura sunt iustis, & pœnarum euẽtura sunt improbis: Sed multò magis iis, qui ad cælestem spectant Ierusalem electis, ita Dei docere satagant legem, vt eorum illam imprimant auditui, (*Annunciate in Iuda,*) en primum: (*Et in Ierusalem auditum facite.*) En secũdum. [g] (*Non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis.* Fidelibus Mileti Paulus egregius dicebat prædicator, sui muneris nihil à se prætermissum contestans. Porrò quia in istiusmodi prædicationis studio haud vna semper omnibus vtenda locutionis ratio, sed prout personarum, rerumque ac

Prædicator bonus, qua docere, & annunciare debeat.
g Act. 20. 27.
Prædicatori bono multiplex necessaria loquendi, & docendi ratio.

ac temporis, locique popoſcerit conditio, ſit & ea neceſſe eſt multiplex, iuxta illud item Pauli ad
a 2.Tim.4.2. Timotheum pariter prædicatorem. [a] *Inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Variam hanc prædicandi rationem, & hîc multis ad ipſum ſtudij ſignificandum Propheta vſus eſt verbis. (*Annunciate: Auditum facite, loquimini, Canite tubâ, Clamate fortiter, & dicite.*)

4 *Sermo multiplex & varius neceſſarius Doctori Eccleſiaſtico & Prædicatori.* Greg.Naz. Greg.PP.

4 De hac multiplicis, variique ſermonis doctori, & prædicatori neceſſitate peregregiè tractat Gregorius Nazianzenus in Oratione ſeptima, quæ eſt de compoſita diſſerendi ratione: fuſiúſque Gregorius Papa totâ ferè tertiâ parte ſui libri Paſtoralis Nazianzeni, vt ipſe inquit, promotus exemplo. Sic quippe in eiuſdem partis tertiæ Prologo ait: *Vt longè ante nos reuerendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non vna eademque cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum qualitas aſtringit. Sæpe namque aliis officiunt, quæ aliis proſunt. Quia plerunque & herba quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt: & lenis ſibilus equos mitigat, catulos inſtigat; & medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat.* Et poſt aliqua ita concludit, *Vnde & doctor quiſque vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna eademque exhortatione corda tangere audientium debet.* Ex quibus id colligere eſt, quòd tametſi varij ſint ſanctorum doctorum ſermones, variæque & in docendo rationes, Vnum nihilominus ſit, quod docent, & prædicant verbum charitatis, quo vno & tota Chriſti Euangelica concluſa eſt doctrina, ac diſciplina, iuxta illud, [b] *In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis,* id eſt, quòd meæ compotes eſtis diſciplinæ; *ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Quia & in hunc pariter modum idemmet Chriſtus ipſam ſuam deſcripſit doctrinam vniuerſam, [c] *Hæc mando vobis,* inquiens, *vt diligatis inuicem.* Hocque illud eſt quod & hoc loco Propheta noſter poſt deſignatam, vt explicatum eſt, variam prædicandi, docendique rationem. Vnico dumtaxat verbo ipſam totam exponit, quam prædicandam Deus velit doctrinam, (*Congregamini.*) Quid eſt autem congregari, niſi ſimul in vnum conuenire? Quod ſanè vnius effectus eſt charitatis, quâ in vna congregatione vel innumeri in admirabili vnanimitate tenentur, colligatique ſeruantur.

Sermones multiplices Doctorũ Eccleſiaſticorũ de vna ſunt charitate. b Ioã. 13.35. c Ioã.15.17.

Ad charitatis doctrinam tria ſunt neceſſaria vt proficua illa ſit.

Cæterùm quia charitas ipſa, ſine qua nec congregari poſſent fideles, nec congregati quirent contineri, vigens perdurare nequit: ni tria ſimul adſint, & eius qui ipſam docet in operibus dilectionis exempla, & commune in ipſa iugiter proficiendi ſtudium: & locus denique in quo eius actus & tutò ſeruetur & augeatur per Chriſtum, qui [d] & totus igne combuſtus eſt charitatis: & mediâ membrorum ſuorum charitate conſtrauit. Vnico pariter adiecto hæc omnia ſignificata ſunt verbo, (*Et ingrediamur.*) In media nimirum charitate conſtrata, in Chriſti vulnera. Quæ aptiſſimâ expreſſa ſunt appellatione, (*Ciuitatum munitarum.*)

d Cant.3.10. *Vulnera Chriſti ſunt locus in quo ſeruare, & augere debemus charitatem.*

Appendicem huius verſ. Vide poſt Expoſitionem ſecundam verſ. 7.

Verſ. 6.] Leuate ſignum in Sion. Confortamini, nolite ſtare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.

A *Verſ. 7.*] Aſcendit Leo de cubili ſuo, & prædo Gentium ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in ſolitudinem. Ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitatore.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

B *Cùmque [e] omnium fortiſſima ſit arx Sion. Leuate in ea vexillum ſub quo, & ad quod quotquot poſſunt confugiant, perque elatum in arce illa Regia vexillum ingruens ipſum notificate prælium, [f] Quamquã nec ibi ſecuritas. Videre videor vos ita animo præ metu conſternatos, vt nec pedem mouere valeatis, aſſumite vires; fortique animo eſtote ad fugam; cauete, ne pedem alicubi figatis, néve ſtationem vſquam deſignetis, at fuga celeriùs vos committite. Quia ſummum ab Aquilonaribus regionibus, & à Chaldæa inſurgit aduerſùm vos malum, quod à Domino adducitur tale, tamque perniciosum, vt per illud conterendi, atque ad nihilum ferè redigendi ſitis.*

e *Leuate ſignũ in Sion,* f *Confortamini, nolite ſtare, quia malũ ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.*

C

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Leuate ſignum in Sion, &c.) Quamquam phraſi iſtâ leuandi ſignum denunciari frequenter in ſacris literis ſoleat prælium, & conuocari ad bellum, vt Iſaiæ 5. [g] *Et leuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ, Et ecce feſtinus velociter veniet,* ſc. conuocatus hoſtis. [h] Et cap. 13. *Super montem caligioſum leuate ſignum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas* D *Duces,* ſæpius tamen eadem vſurpata reperitur ad ſignificandum dumtaxat, vt quis ſimul colligatur populus, vt apud eumdem Iſaiam cap. 11. [i] *Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* Et cap. 49. [k] *Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.* Et hoc ſecundo ſenſu hîc accipitur, In omnium enim fortiſſimam arcem Sion confugiendum ſuadens, Leuate inquit Propheta vexillum in ea, ſub quo, & ad quod, quotquot poſſunt congregentur. Quod clariùs expreſsêre Sept. cùm E verterint, (*Aſſumentes,*) ſcilicet ſarcinas, (*fugite in Sion:*) nomen Hebraicum נס *nes* quod ſignum, atque vexillum ſignificat, ſumentes pro fuga, vt deriuatum à verbo נוס *nus* fugere. Poſſet tamen eadem phraſi, (*Leuate ſignum,*) primo modo acceptâ, hîc deſignari inſtans bellum, & iuberi vt propterea in Regia arce Sion eleuetur vexillum, quò omnes in tanto ſibi proſpiciant periculo.

1 *Signũ leuare eſt conuocare ad bellum.* g Iſai. 5. 26. h Iſai.13.2. *Leuare ſignũ pro conuocare populi cœtũ.* i Iſai.11.12. k Iſai.49.22.

(*Confortamini, nolite ſtare.*) Indit per hæc animos, non quidem ad prælium, ſed ad fugam, ſuadens, vt fugere feſtinent. Clariùs apud Sept: (*Feſtinate, ne ſtetis.*) In Hebræo eſt verbum העיזו *hanghizu,* Quod Hebræorum Doctores, quique ex noſtris recentiores edidêre verſiones, interpretantur, (*Congregamini, congregate vos,*) ſeu (*Confugite,*) à radice עוז *ngaiaz.* Sept. aut idipſum verbum verterunt ad ſenſum, aut potiùs aliter ſic legerunt האיצו *haitzu* à radice הוץ *vtz* feſtinare. At noſter interpres idem deduxit à radice עזז *ngazaz,* Roborare, fortificare, (*Confortamini,*) autem inquit ſimul, & *nolite ſtare:* quia in ſimilibus cladium periculis 2

F

riculis ſolent populi animo conſternari, & quodammodo immoti permanere, ita vt nec pedem dimouere audeant.

(*Quia malum ego adduco ab Aquilone.*) Exponit rationem, cur tam celerem ſuadeat fugam: quia inſtet iam Chaldæorum exercitus ab Aquilone à Domino adductus, iuxta id quod in initio huius Prophetiæ dictum eſt, *Ab Aquilone pandetur omne malum.* (*Et contritionem magnam.*) Sumptâ metaphorâ à rebus, quæ minutiſſimè cõfringuntur, & quaſi in nihilum rediguntur, Contritionis vocabulo deſignaur & hîc, & alibi ſæpius grauiſſima calamitas, quâ quis potentiâ, fortuniſque ſuis priuatur, & quaſi in nihilum redigitur. Porrò iſte Ieremiæ locus alteri ſimilis eſt Euãgelij loco, vbi Dominus Ieſus de euerſione agens Ieroſolymitana, quæ per Romanos facienda erat, ait, [a] *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes,* &c. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit,* &c.

Contritionis vocabulo deſignata calamitas maxima.

a Matth. 24. 16.

Verſ. 7. Paraphrasis Literæ.

FErociſſimus Rex Nabuchodonoſor inſtar Leonis rabidi à prædæ fame emiſſus, egreſſus iam eſt de Babylonia, quæ quaſi tot eſt cubile Leonum, quot in ea ſunt ciues: Et qui Gẽtium prædas vndequáque venatur, adeóque quotquot poteſt & debellat, & interficit, & vaſtat, iam ſe erexit, iterque arripuit. De ſuis abſceſſit ſedibus, vt ad ſolitudinem tuam redigat terram; Vel & ipſæ quæ videntur confugium Ciuitates tuæ & fortes, & incolis plenæ per illum deſtruentur, ita vt nec reliquus ſit, qui eas incolat.

c *Aſcendit Leo de cubili ſuo, & prædo Gentiũ ſe leuauit, egreſſus eſt de loco ſuo: vt ponat terram tuam in ſolitudinem. Ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitatore.*

Verſ. 7. Expositio Literæ.

3 AScendit Leo de cubili ſuo.) Indicat ferè digito venientem ferociſſimum Regem Babylonis Nabuchodonoſor, quem rabidiſſimo primùm aſſimilat Leoni ab eſurie de ſuo aſcendenti cubili; ſimulque tacitè ſignificat, Babylonis Ciuitatẽ, & regnum iure vocandum cubile Leonum, quia Babylonij, & Chaldæi pariter Leones ſuâ eſſent ferocitate, & rabie, prout dictum eſt in c. 2. [c] *Super eum rugierunt Leones, & dederunt vocem ſuam, poſuêrunt terram eius in ſolitudinem,* &c. (*Et prædo Gentium ſe leuauit.*) Pro prædone in Hebraic. eſt משחית maſchith quod bene Sept. reddidêrunt, (*Vaſtans,*) Pagninus, (*Interfector,*) Regia, (*Corruptor,*) Vatab. (*Vaſtator Gentium.*) Omnia autem hæc eidem optimè congruunt Regi, qui vniuerſas, quocumque peruenit, & deprædatus eſt, & vaſtauit Gentes, vt meritò infra dictus ſit. [d] *Malleus vniuerſæ terræ.* [e] Et *Mons peſtifer, qui corrupit vniuerſam terram,* Quomodo autem hæc terræ Iuda Rex iſte iam iam facturus ſit, exponit Propheta ſubiiciẽs, (*Egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in ſolitudinem: Ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitatore.* Quibus extremis verbis oſtendit, neque id, ad quod excitatæ ſunt, quodque vnũ reliquum ſupereſſe videbatur, tutum exinde futurum confugium ad Ciuitates munitas. Adeoque luctui duntaxat operã dandam, & pœnitentiæ.

ʒ Iere. 2. 15.

d Ier. 50. 23.
e Ier. 51. 25.

Verſ. 6.] Leuate ſignum, &c.

Verſ. 7.] Aſcendit Leo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 LEuate ſignum. Confortamini, nolite ſtare: quia malum, &c. Aſcendit Leo, &c.) Poſſunt hæc ad eum referri Euangelij locum quo Dominus ad ſpiritualem promouens progreſſum ait, [f] *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Leuatur quippe ſignum, cùm tollitur crux, Confortatur autem, roburque is in hoc ipſo habet, qui abnegans ſemetipſum crucem eamdem quotidie tollit: & neutiquam ſtat, qui crucem item baiulantem ſequitur Chriſtum: Cur verò is ſtet, qui malum iugiter inſequens habet? *Quia malum,* inquit, *ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.* Et certè ſi infernalis Leo Diabolus quietem dimittit, vt ex quibuſcumque prædam reuehat, cauendum fidelibus, ne vnquam à bonis deſiſtant itineribus. Vulgatum eſt enim Bernardi dictum, *In via Dei non progredi, eſt retrogredi.*

4 *In vita ſpiritualis ſtudio qualitèr nos gerere debeamus.*

Quod verſ. 7. dicitur, (*Aſcendit Leo de cubili ſuo,* &c.) In bonum ſenſum allegoricè accipit Ioachinus Abbas, Leonis nomine deſignatum aſſerens Prædicatorum ordinẽ, qui inſtar Leonis ad nullius pauêre debent occurſum: eatenúſq; Leonem iſtum dici ponere terram in ſolitudinẽ, quatenus terrena corda à ſua peruerſitate, & corruptione conuertent. *Ciuitates* inquit, *id eſt ſenſus, cogitationes, & actus vaſtabit omnino carnales, & faciet abſque habitatore ſpiritus beſtialis.* Neque verò Ioachinus ſolus in bonum ſenſum hæc accipit: ſed & D. Bonauent. vt habes in Appendice noſtra.

5 Ioach. Abb. *Leonis nomine & metaphorâ deſignati Prædicatores.*

Cæterùm quãuis iuxta ſenſum iſtum admodũ conſequenter hæc in iſto verſ. 7. præcedentibus ſubiecta videantur, in quibus & de ſanctis prædicatoribus moraliter actum vidimus: haud tamen rectè dicuntur conſona ad literam. Secundùm quam certum eſt, Leonis metaphorâ deſignatum Babyloniæ Regem hoſtiliter ad Iudæorum deuaſtationem inſurgentem: Adeóque cõgruentiùs in malum ſenſum & moraliter iſta deſumes.

Et quidem ex parte placet, quod ſecundò idem aſſerit Abbas, In his deſcribi quod Eccleſiæ euenturum eſſet propter Eccleſiaſticorum prauitatem, ita autem is loquitur: *Propter malitiam clericorum & Prælatorum eorum terram corrumpentium ſorde ſuâ, iuſto iudicio permittitur, Leonem aſcendere, Principes ſæculares contra terram Eccleſiæ, qui vt puto, humiliter ſe gererent, ſi non ipſa plus debito in ſua nequitia ſuperbiret. Licet enim* [g] *in ſuperbiam populorum poſita ſit Eccleſia, vt omnes pro Chriſto Domino, tam Reges, quàm alij, quaſi matri filij obedirent: tamen ex quo eius non humiliter flectitur ſuperbia, ſed ſemper aſcendit, videat, ne ob ſui culpam correctores inſurgant, & odio eam habeant ſubuerſores. Certè inter cæteros mundi Reges Princeps Imperialis obtinet principatum, & idcirco timendum eſt, ne loco ſuo, & cubili ſcil. Alemaniæ prodeat Leo ſæuus, & quaſi de Aquilone veniens deſolatam reddat Eccleſiam, & abſque habitatore ſcil. Prælatis, & cultoribus fidei, deuaſtent Ciuitates eius, Eccleſias incredibili contritione.* Quæ quàm verè dicta ſint, iis optimè eſt exploratum, qui antiquarum gnari ſint hiſtoriarum, & eorũ quæ Eccleſia tunc temporis paſſa eſt, cùm vel Henricus II. vel Fridericus Ænobarbus, aliique ſimiles Schiſmatici, ſediſque Apoſtolicæ perſecutores imperarẽt, quorum plurima videre eſt apud Card. Baronium ſcriptis conſignata tomis 11. & 12. Faxit Deus, ne noſtris hiſce temporibus ſimilia aliquando per Hæreticorum imperij electorum Principum ſchiſmaticam hæretici pariter Imperatoris electionem deploranda eueniant.

6 Ioach. Abb.

Clerici contemnũtur, & opprimũtur à ſæcularibus propter ipſorũ ſuperbiam, & prauitatem.

g Iſai. 60. 15.

Eccleſiam ab Imperatore perſecutionẽ ſuſtinere vnde ſit.

Duo ſanè mihi certa ſunt, primum: particularibus Eccleſiis talia multis in Prouinciis facta audiri, præſertim per Turcarum Imperatorem cui

Eccleſia quã multa peracerba à Turcarum paſſa ſit Imperatore.

cui propriùs ista duo competunt, quæ & Diaboli sunt nomina, Leonis, & prædonis Gentium: secundum Ecclesiam Apostolicam, iuxta inditum à Paulo Apostolo titulum,[a] *columnam & firmamentum veritatis*; eamdemque vt Catholica est, neutiquam ab hostili vllo impetu diruendam, vtpote quæ super eam fundata est petram: cui inuiolabiliter dictum à Christo legimus: [b] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi*, id est, omnes inferorum potestates, omnesque Sathanæ inferorum Principis satellites, *non præualebunt aduersùs eam.*

a 1. Timot. 3. 15. *Ecclesia Catholica à nulla dirui potest potestate.* b Matth. 16. 18.

7 Sed ad mores aptiùs communiorique Leonis acceptione inhærẽtes spirituali, quam & in principio istius expositionis tetigimus, ea hîc describuntur, quæ per Diabolũ vnicuique animæ peccatrici contingunt tandem deploranda, quum in peccatis assueuescit: quodque & fideli cuilibet maximè est pauendum. In qua descriptione, primum notanda est coniunctio cubilis cum vocabulo Leonis (*Ascendit Leo de cubili suo*) nam & cubile dormitationem denuntiat, & Leonem vigilantiæ typum asseri ex eo quòd apertis dormiat oculis, testatum Pierium Valerianum lib. 1. suorum Hieroglyphicorum, credo me notasse & aliàs. Omnis ferè mali nostri ea vna est causa, quòd Diabolum iugiter in cubili dormitantem putamus. Adeoque & nos socordiæ dediti, vel dormitationi assuescimus, nullâ infligendorum nobis damnorum sollicitudine acti: vel ad bonum sumus pigri, & quasi in lecto nostra versantes mẽbra,[c] iniquitatem, sicut in Psalmo dicitur, in nostro meditamur cubili. Cæterùm quemadmodũ de Deo cælorum Rege legimus,[d] *Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Ita & de tenebrarũ principe asserẽdum, Non dormitabit, neque dormiet, qui tamquam Leo rugiens circuit, vt ait Petrus [e] quærens quem deuoret.

Peccatrici animæ quæ per Diabolũ contingunt deploranda. *Diabolũ dormire existimãtes in omne malũ delabimur.* c Psal. 35. 5. d Psal. 120. 4. e Petr. 5. 8.

Quòd si aliquando fiat, vt is cuipiam dormiat, tunc sanè cum tali pessimè rem agi dicẽdum; vtpote qui eò per Sathanæ iuges vigilias deuenerit, vt iam illius factus sit cubile, in quo is quietè dormitet, vt in libro Iob [f] scriptum est. *Sub vmbra dormit: in secreto calami, in locis humentibus.* Super quæ Gregorius Papa lib. 33. Moral. cap. 3. *Per vmbram, ait, recedente charitate torpor frigidæ mẽtis exprimitur, sicut de peccãte homine scriptum est, quia secutus est vmbram.* Et paulò post, *Iste igitur Beemoth, quia in illis quasi quamdam requiem inuenit, quos à veri solis ardore subtrahendo, frigidos facit, sub vmbra dormire perhibetur.* Idemque ad finem cap. 4. *Et in secreto*, inquit, *calami dormit, id est, quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris, atque altitudinis commouet, eorum corda tenaciùs tenet, & quasi ipsi ibi quietus dormit, vbi eos, quos possidet, quiescere non permittit*: & in cap. 5. *Et in locis*, ait, *dormit humentibus, quia in reproborum hominum lubrica operatione requiescit. Loca enim humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit.*

Diabolus cũ alicui dormit, pessimè cũ illo tali agitur. f Iob. 40. Greg. Pap.

8 Cæterùm & ista Dæmonis dormitatio cum maxima est eiusdem vigilia, æquè ac & Leonis somnus. Dormiens quippe in peruersis, vt dictum est, hominibus, quos alibi & Draconum cubilia factos legimus, apertis oculis vndequaque respicit, si in ipsum, in quo dormit, quid nouę deferre queat ex iustis prædæ, curans vt eorumdem impiorum opera in aliquod illi pertrahantur malum: vel saltem, vt per iustorum illorum casum, impij, in quibus veluti requiescit, reddantur peruersiores, eorum in peruersitate sua confirmati, & enutriti exemplis. Quod per id probari posse crediderim, scriptum apud Nahum Prophetam. [g] *Leo capit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit prædâ speluncas suas, & cubile suum rapinâ.* Quo loco variis nominibus iidem significati sunt impij, catulorum, leænarum, speluncarum, atque cubilis. Tametsi aptiùs tam apud Nahum, quàm hîc apud Ieremiam, cubilis vocabulo non tam lectus designatus sit, quàm locus idem, quem & speluncas dixerat. Nam & hîc in versione Sept. neutiquam lecti fit mentiõ, sed, *Ascendit*, dicitur, *Leo ἐκ τῆ μάνδρας αὐτοῦ, ek tis mandras autou.* Mandræ autem voce significari notum est, speluncam, in quam feræ se condunt, & in qua pariter quiescunt, & dormiunt. Qualis sanè infernali Leoni abyssus est inferni, vbi suos habet & catulos, & leænas damnationis spiritus.

Diaboli dormitatio in hominibus impiis est cum maxima vigilia. g Nahum. 2. 12. *Cubilis nomine designatũ antrum ferarum.*

9 Porrò quia abyssus ista in inferioribus est terræ partibus, ad animarum exinde deueniens lanienam, Leo iste ascendere dicitur, qui celsitudini inuidet hominis: quique consuetâ ascensionis superbiæque tentandi ratione facilè suum obtinere sperat intentum. Quàm bene autem prædonem Gẽtium appellarit illum Ieremias, ex illiusmet patet verbis, quibus glorianter apud alium Prophetam ait:[h] *Abstuli terminos populorũ: & Principes eorum.* Prælatos nimirum, atque doctores eorum deprædatus sum: *& detraxi quasi potens*, non verè potens, *in sublimi residentes*: Eos nempe qui sublimem in cælo ob eximiam vitæ sanctitatem paratam habebant sedem: *& inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorũ.* Tunc verò istiusmodi agit prædas, quum, sicut hîc dicitur, ob nostram se leuauerit incuriam, quem in adiutorio habitantes Altissimi, & in protectione Dei cæli commorantes conculcatum tenere depressum, iuxta eam Dei pollicitationem,[i] *Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem*: Quumque idẽ egressus de suo fuerit abyssi loco, à nobismet ipsis illi aperto, dataque ei nos seducendi commoditate, ruptis quodammodo, quibus ibi is ligatus est vinculis.

Diabolo qui congruat ascendẽdi verbum, quãdo accedit ad nos tentãdũ. *Diabolus quomodo prædo Gentium.* h Isai. 10. 13. i Psal. 90. 13. *Diabolus ascendit ex Abysso ad nos tentandos, quum nosmet illũ soluimus, & aperimus in damnum nostrum.*

Legimus enim in libro Apocalypsis, [k] *Et vidi Angelum descendentem de cælo habentem clauem, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit Draconem, & serpentem antiquum, qui est Diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille*, (numerus finitus pro infinito,) *& misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat ampliùs Gentes.* Sic itaque è loco suo egressus audacter ille in nos irruit miseros; hicque eius est irruptionis scopus præcipuus, de quo hîc dicitur, (*Vt ponat terram tuam in solitudinem*:) vt nimirum nil in terra animarum nostrarum saluum relinquat fructuum bonorum operum, vel segetum salubris doctrinæ, vel denique diuinæ viroris gratiæ, instar solitudinis horridæ boni omnis eam reddens expertem. Vnde & id necessariò prouenit, quod mox subiicitur malorum omnium acerbissimum: (*Ciuitates tuæ vastabuntur, remanẽtes absque habitatore*,) nostris omnibus potentiis, quas supra nostras esse diximus spiritales animæ ciuitates, ad summam redactis vastationem: absque Deo ipsarum habitatore, à quo vno multò magis quàm ab ipsas viuificante animâ, vniuersa eis & sunt, & conseruantur bona, vigorque & motus omnis.

k Apoc. 20. 1. *Diaboli scopus in tentãdo nos, est, vt animam nostram, & Deo destituat habitatore, & expertẽ reddat omnis boni.*

VV L

VVLGATÆ.

*Vers.*5.] Annunciate in Iuda,&c.

*Vers.*6.] Leuate signum,&c.

*Vers.*7.] Ascendit Leo de cubili suo.

SEPTVAGINTA.

5. Ἀναγγείλατε ἐν τῷ Ἰούδᾳ, καὶ ἀκουσθήτω ἐν Ἱερουσαλήμ. εἴπατε, σημάνατε ἐπὶ τῆς γῆς σάλπιγγι: κεκράξατε μέγα, εἴπατε, συνάχθητε καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς τειχήρεις.

6. Ἀναλαβόντες φύγετε εἰς Σιών: σπεύσατε, μὴ στῆτε, ὅτι κακὰ ἐγὼ ἐπάγω ἀπὸ Βορρᾶ, καὶ συντριβὴν μεγάλην.

7. Ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ ἐξολοθρεύων ἔθνη. ἐξῆρε, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ τοῦ θεῖναι τὴν γῆν εἰς ἐρήμωσιν, καὶ αἱ πόλεις καθαιρεθήσονται παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι αὐτάς.

*Vers.*5.] Annunciate in Iuda,& audiatur in Hierusalem: dicite: Significate super terram tubâ: Clamate fortiter: dicite: Congregamini,&ingrediamur in Ciuitates muratas.

*Vers.*6.] Assumentes fugite in Sion: festinate,nolite stare:quia mala ego adduco ab Aquilone,& contritionem magnam.

*Vers.*7.] Ascendit Leo de cubili suo:exterminans Gentes leuauit se, & egressus est de loco suo, vt ponat terram in solitudinem: & Ciuitates destruentur, eò quòd non habitentur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Annunciate in Iuda,& in Ierusalem,narrate, & dicite,clangite tubâ in terra,clamate, multiplicate,& dicite:Congregamini,& ingrediamur in Ciuitates munitas.* Vers.6. *Leuate signum in Sion, migrate, & non moremini,quia malum ego adueho ab Aquilone,& contritionem magnam.* Vers.7. *Migrauit Rex de arce sua, & disperdens populos profectus est cum exercitu suo: egressus est de loco suo,vt ponat terram tuā in desolationem. Ciuitates tuæ desertæ erunt absque habitatore.*

Vers.5.& 6.(*Annunciate in Iuda*,&c.)Hieronymus. *Hoc audiat Iuda,hoc Ierusalem, in qua confessio est fidei,& in qua Christi pax habitat,& cui per Isaiā dictum est:* [a] *In montem excelsum ascende tu, qui* A *Euangelizas Sion, eleua vocem tuam, qui Euangelizas Ierusalem. Clamet fortiter, & ita præcipiat, vt ingrediamur Ciuitates munitas: Hæreticorum bella consurgunt, Christi nos teneant munimenta: (Leuate) crucis (signum) in specula,id est in sublimitate Ecclesiæ. (Confortamini) qui timetis, (Nolite stare,)sed ad auxilium Christi currite.(Malum)enim,*inquit, *(Ego adduco ab Aquilone & contritionem magnam.) Verum Nabuchodonosor, qui idcirco in mundo isto à me esse permittitur, vt vestra fortitudo,& victoria cōprobetur.*

Hieronym. *Quàm cauti in hac vita esse debeant fideles aduersus hæreticos, & diabolum.*
a Isai.40.9.

Diabolus cur permissus in Ecclesiam insurgere.

Rabanus Maurus in fine lib. 2. Comment. in Ierem. *Propheta postquam admonuit Israelitas ab errore ad Dominum conuerti, & in veritate & in iudicio, atque iustitia ambulare, agrumque cordis ab im-* B *munditia scelerum mundare, incitat vt contra Leonem ferocissimum pugnaturi armis spiritualibus se muniant, & Ciuitates munitas sacrarum scripturarum ingrediantur, leuentque vexillum crucis, præliantes viriliter contra hostem nequissimum.* 2

Rabanus. *Contra Diabolum pugnaturi quibus armis debeamus armari.*

Theodoritus magis ad literam. *Iudæos perterrere faciens Dominus,hortatur Prophetam,vt dicat, Ierusalem, & vniuersæ tribui Iuda, vt tubâ canant, & significent omnibus impetum hostium quò muratas in vrbes confugiant, & potissimùm in Sion, vt pote magis munitam: vrgetque dicens, (festinate, ne cunctemini. Quia ego mala adducam ab Aquilone, & tribulationem magnam.)*

Theodorit.

Vers.7.(*Ascendit Leo de cubili suo,& prædo Gen-* C *tium,*&c.) Hieronymus. *Iste est verus Nabuchodonosor,de quo & Petrus loquitur,* [b] *Aduersarius noster Diabolus,quasi Leo rugiens circuit. Ascendit autem vel de abyssis,in quos religandus est,* [c] *& ne mittatur exorat: & prædo, siue vastator Gentium se leuauit,de quo dictum est,* [d] *Omnium inimicorum suorum dominabitur, & qui gloriatur in conspectu Domini,* [e] *Circuiui omnem terrā,& conculcaui eam. Quis est enim quem Diaboli venena nō tangant:nisi ille solus,qui potest dicere,* [f] *Ecce venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil.Iste crebro ponit omnem terram Ecclesiæ in solitudinem,vt egressi de Ecclesia pugnent contra Ecclesiam* [g] *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis, si enim* E *fuissent ex nobis mansissent vtique nobiscū. Ciuitates vastatur terra Iuda,& hæreticorū florent conciliabula. Si quis autem fautor est auctorum peruersorum dogmatum, de hoc dici potest, Ascendit Leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuauit,& reliqua.* 3

Hieronym. b 1.Pet.5.8. *Diaboli contra Ecclesiam insultus per hæreticos.* c Luc.8.31. d Psal.9.5. e Iob.1.7. f Ioa.14.30. g 1.Ioan.2.19. *Hæreticorum fautores similes Diabolo.*

Theodoritus. *Leonem vocat Nabuchodonozor, speluncam verò Babylonem,& ex ea erumpentem illum vrbes incensurum,& agros vastaturum.* Similia & D. Thomas.

Theodorit. D.Thom.

Bonauentura Serm.3.in Natiuit.Domini.*Christus egressus est,*ait,*vt Leo de antro vteri virginalis cōtra Diabolum(Ascendit Leo de cubili suo: prædo Gentium se leuauit. Egressus de loco suo, vt ponat terram in solitudine) Leo Christus est Apoc.5. Ecce nunc Leo &c. qui quasi Leo diabolum inuasit,vt Gentes per vocationem ad fidem de manibus diaboli quasi prædam rapuit. Terram in solitudine posuit, quando Limbum inferni, eductis animabus sanctorum,euacuauit.*

Bonauent. *In Natiuitate sua Christus ascendit vt Leo de cubili suo. Christus Prædo gentium die resurrectionis posuit terram Limbi in solitudinem.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΝΑΓΓΕΙ'ΛΑΤΕ ἐν τῷ Ἰούδᾳ.
Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τί τοῦτο; ἄνω εἶπε, μή ποτε ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ θυμός μου. ἤδη αὐτὸν ἐξέκαυσεν,

Vers. 5. ANnunciate in Iuda, &c.) Chrysost.] *Quid: superius dixerat: nequando succendatur sicut ignis indignatio mea* 4

Chrysost. *Ira Dei cum misericordia.*

χαωτεν, ἐφίησιν αὐτοῖς τὰ δεινὰ, καὶ ἐπὶ θύραις A αὐταῖς ἀγαγὼν, οὐκ ἐπαφίησιν αὐτοῖς τὰ δεινά. οὐ γὰρ εἰς ἁρπαγὰς εἰσάγει τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐφίστησι τῶν πολεμίων ταῖς πύλαις, καθάπερ διδάσκαλος ἄριστος, κατάγει μὲν τὸν ἱμάντα, οὐ πλήττει δέ.

* Τοῦ αὐτοῦ.] διεδοητόμενος δὲ αὐτοὺς παρακελεύεται εἰπεῖν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίων φυλῇ, ὥστε σαλπίσαι, καὶ σημῆναι πᾶσι τῶν πολεμίων τὴν προσβολὴν, ἵνα εἰς τὰς τετειχισμένας καταφύγωσι πόλεις, διαφερόντως δὲ εἰς Σιὼν ὡς ὀχυρωτέραν. B

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα προφητεύει.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τὰς ἐκκλησίας, ὧν αἱ πύλαι τοῦ ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν.

[Ἀναλαβόντες φεύγετε εἰς Σιών.]

Ὀλυμπιοδώρου.] φεύγετε εἰς Σιὼν, εἰς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ γὰρ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι μία τυγχάνουσιν, ἢ καὶ εἰς τὸ εὐσεβὲς πολίτευμα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀναλαβόντες.] ἐναντιολογία τίς ἐστιν. ταῦτα μὲν γὰρ κηδομένου, καὶ προνοοῦντος, καὶ ὅπως μηδὲν γένηται ἄτοπον, πράττοντος. C ἐκεῖνο δὲ βουλομένου παραδοῦναι, καὶ ποιῆσαι ἐκδότους, καὶ ἐσχάτοις περιβαλεῖν κακοῖς. εἰ σὺ ἐπάγεις τὰ κακὰ ἀπὸ Βορρᾶ, τίνος ἕνεκεν καὶ ἐπισπεύδεις; ταῦτα μὲν γὰρ αὐτοῦ στρατηγοῦντος τὰ ῥήματα, ἐκεῖνα δὲ πολεμίων περιισταμένου. ὁρᾷς ὅτι διορθοῦντός ἐστι καὶ κηδομένου: καὶ εἰς πίστιν βιαζομένου τὰ ἐσόμενα ἀγαγεῖν; ἐπειδὴ γὰρ τὰ ῥήματα, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ, σχεδὸν * εἰς τὰ πράγματα αὐτῶν ἀναλύπτει.

*Fort. χεῖδον τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀρεπτοι.

D

*Τοῦ αὐτοῦ.] τοῦ Βαβυλωνίου τὴν ἔφοδον ἀπειλεῖ καὶ τὴν πρώτην αἰχμαλωσίαν μηνύει, τῶν γὰρ ἔξω τέως τὴν ἀπώλειαν λέγει. φησὶ γὰρ φεύγετε εἰς Σιὼν, σπεύσατε, μὴ στῆτε.] ὡς περισωζομένης τῆς πόλεως.

[Ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τροπικῶς τὸν διάβολον.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν παρουσίαν τοῦ διαβόλου σημαίνει, καθ' ἱστορίαν δὲ τοῦ Βαβυλωνίου.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀνέμνησε καὶ τῶν τοῖς ἀδελφοῖς συμβεβηκότων δεινῶν. τί λέγω μίαν πόλιν, E καὶ φυλὴν ἐλαχίστην; ὁλοκλήρους δήμους, καὶ πόλεις αὐτάνδρους ἀνεῖλεν.

* Τοῦ αὐτοῦ.] λέγει ταῦτα παραβολικώτερον. καὶ καλεῖ λέοντα τὸν Ναβουχοδονόσορ, μάνδραν δὲ τὴν Βαβυλῶνα, ἐκεῖθεν δὲ τοῦτον ὁρμῶντα, καὶ τὰς πόλεις ἐμπρῆσαι, καὶ τὰς χώρας δῃῶσαι, τούτου δὴ χάριν, περιζώσασθε, καὶ τὰ λοιπά.

Βίκτορος.] ἀνέβη λέων.] ἐπὶ Ἰωσίου γὰρ βασιλέως, ἐφ' οὗ ἡ προφητεία, ἀνέβη Νεχαὼ Φαραὼ ἐπὶ τὸν Ἀσσύριον, καὶ ἀντιπεσόντα παρὰ τὸ δέον F ἀνεῖλε καὶ τὸν Ἰωσίαν, ὅτε καὶ τὸν Ἀσσύριον εἰκὸς * ἐγνωκότα ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, παραχρῆμα γὰρ ἀναιρεθέντος Ἰωσίου, Ἰωαχὰς ὁ τούτου παῖς ἐβασίλευσεν, ὃν βασιλεύσαντα μῆνας τρεῖς μετέστησε Νεχαὼ Φαραὼ, καταστήσας Ἰωακεὶμ τὸν ἀδελφὸν μετ' αὐτοῦ, υἱὸν δὲ Ἰωσίου, ᾧ τινι ἐδούλευσεν * ἀναβὰς ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐξάρας μὲν ἐπὶ Ἰωσίου ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ τὴν τοσαύτην διανύσας ὁδόν.

*Fort. περὶ τὸ εἰκός.

*Fort. ἐδούλευσεν ἀναβὰς ὁ ... ἐδουλαγώγησε.

A mea: iam est succensus: imminentia ipsis pericula infert, & ea prope fores illata non permittit irruere. Nec enim vrbes diripiẽdas obiicit, sed hostes admouet portis, veluti ludimagister optimus, lora quidem quatit ad verberandũ, parcit tamen.

Deus instar magistri lora quidem qualitatis ad verberãdum, sed tamen parcit. Chrysost.

*Eiusdem.] *Porrò eos perterritans iubet nunciari Ierusalem, omnique Iudaeorum tribui, vt signum tubâ daret, & significaret hostium incursionem, vt ad munitas confugiant ciuitates, praecipuéque ad Sion tanquam munitionem.*

B Olympiodori.] *Euangelicam praedicationem vaticinatur.*

Olympiod. *De Praedicatione Euangelica.*

Olympiodori.] *Ad Ecclesias, aduersùs quas portae inferi non praeualebunt.*

Olympiod. *Ecclesia dicta ciuitates murata.*

Vers. 6. (*Assumentes fugite in Sion, festinate*, &c.)

Olympiodori.] (*Fugite in Sion,*) *in Catholicam Ecclesiam. Cunctae enim vna sunt Ecclesia. Vel in piam viuendi rationem.*

Olympiod. *Ecclesiae omnes vna sunt Ecclesia. Fugiendũ in piam viuendi rationem.*

C Chrysostomi.] *Assumentes*, &c. *Sibi ipsi pugnantia dicere videtur: haec enim curam gerentis, & prouidentis, & ne quid absurdum vsu veniat operantis. Illud verò prodere, & dedere, extremisque est malis subiicere. Si tu mala inducis ab Aquilone, cur etiam sollicitas? haec enim sunt Ducis officio fungentis verba; illa verò partes aduersariorum suscipientis. Vides, vt corrigentis, & curam gerentis, & vt fidem habeant futura adnitentis ea verba sint? cum enim illi nihil per verba proficerent, rerum ferè ipsarum descriptionem proponit.*

Chrysost.

Verbis nõ proficiẽtibus proponit Deus ob oculos imminentes clades.

D *Eiusdem.] *Babylonij impetum minatur, primamque captiuitatem denuntiat, eorum enim qui foris erant ruinam dicit: nam ait, (fugite in Sion, properate nolite stare,) De vrbe videlicet incolumi manente.*

Chrysost.

Vers. 7. (*Ascendit Leo de cubili suo*, &c.) 7

Olympiodori.] *Tropicè, diaboli.*

Olympiod. *Leo Diabolus.*

Olympiodori.] *Aduentum diaboli denotat: secundùm verò historiam Babylonij.*

Olympiod.

Chrysostomi.] *Meminit & quae fratribus* E *aduersa acciderunt. Quid vrbem dico, vnam infimamque tribum? populos totos vrbesque lethali excidio omnino deleuit.*

Chrysost.

*Eiusdem.] *Parabolicè haec dicta sunt, vocatque Leonem Nabuchodonosor, cubile verò Babylonẽ, & illũ ex ea profectũ, & vrbes incẽdisse & terras igne vastasse, quare Accingite vos*, &c.

Chrysost.

Victoris Presb.] (*Ascendit Leo*, &c.) *Imperãte enim Iosia, sub quo & hoc vaticiniũ, Pharao Nechao, ascendit contra Assyrium, & resistentẽ* F *contra fas Iosiã quoque quando & Assyriũ, interemit, quod è loco suo moueri sine causa statuisset. Iosia autem interẽpto statim Ioachas eius filius regni gubernacula suscepit, quem, cùm regnasset tribus mensibus Nechao Pharao amouit, Ioachim eius fratre, filioque Iosiae Regio diademate cincto: quem ascendens Nabuchodonosor in seruitutem redegit, Iosiae quidem tempore expeditione susceptâ, confectoque vero per medium tempus tanto itinere.*

Vict. Presb.

Orige

Residuū istius homiliæ habes in præcedentibus nostris Appēdicibus à vers. 22. capitis tertij, & seq.

Origenis Homiliæ quintæ Codicis Græci Vaticani in Ieremiam, & secundæ, ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

A Ἀναγγείλατε ἐν τῷ Ἰούδα, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀκουσθήτω, εἴπατε, ἀναγγείλατε, σημάνατε σάλπιγγι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κράξατε μέγα, ταῦτα φησὶ τὰ ἐπαγγελλόμενα εἴπατε ἐν τῷ Ἰούδα, τοῖς ἀπὸ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα τοῦ Χριστοῦ, πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν. σημάνατε σάλπιγγι ἐπὶ τῆς γῆς, ὁ λόγος ὁ ὑψηλὸς, ὁ διεγείρων τὸν ἀκροατὴν, ὁ παρασκευάζων αὐτὸν εἰς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τῶν παθῶν, εἰς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τῶν ἐνεργειῶν τῶν ἀντικειμένων, B ὁ παρασκευάζων αὐτὸν εἰς τὰς ἑορτὰς τὰς οὐρανίους. εἰς ἀμφότερα γὰρ ταῦτα λέγεται, καὶ παραλαμβάνεται σάλπιγξ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, ὁ τοιοῦτος λόγος σάλπιγξ ἐστιν, οἷον ἐμοὶ κελεύει ὁ λόγος, καὶ εἴ τινι ἄλλῳ. δίδοται δὲ τῷ βουλομένῳ, καὶ ζητήσαντι τὸν νοῦν τῶν γραφῶν. κελεύει ποιῆσαι σάλπιγγας ἀργυρᾶς, ἐλατὰς, οὕτω φησὶν ὁ λόγος, σημάνατε σάλπιγγι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κεκράξατε μέγα, εἴπατε, συνάχθητε, καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς τειχήρεις. εἰς ἀτείχιστον πόλιν οὐ βούλεται ἡμᾶς εἰσελθεῖν ὁ λό- C γος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' εἰς τετειχισμένην. ἡ ἐκκλησία τοῦ ζῶντος θεοῦ τετειχισμένη ὑπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ λόγου. οὗτος γὰρ ὡς ἐστὶ τὸ τεῖχος, ἐν ιζ. κεῖται ψαλμῷ ὅτι καὶ τεῖχός ἐστιν ὁ θεός. ἀναλαβόντες φεύγετε εἰς Σιών. ὅσοι ἐστὲ ἔξω τῆς Σιὼν, ἀναλαβόντες φεύγετε εἰς Σιὼν, σπεύσατε, μὴ στῆτε, οἱ ἐν τῇ προκοπῇ, σπεύσατε ἐπὶ τὸ σκοπευτήριον. ὅτι κακὰ ἐγὼ ἐπάγω ἀπὸ Βοῤῥᾶ, καὶ συντριβὴν μεγάλην. τῶν ἐπαγομένων κακῶν ἀπὸ Βοῤῥᾶ. Βοῤῥᾶ τοῦ ἀντικει- D μένου, ὡς πολλάκις λέλεκται, ὃς ἐὰν εὑρεθῇ μὴ σπεύσας, μηδὲ εἰσελθὼν εἰς τὰς πόλεις τὰς τειχήρεις, μὴ γενόμενος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔξω ἑστηκὼς, αὐτὸς ὑπὸ τῶν πολεμίων καταληφθεὶς ἀναιρεθήσεται, τίς δέ ἐστιν ὁ πολέμιος; ἴδωμεν ἐκ τοῦ ἑξῆς τίνα τρόπον λέγεται. ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, ἐξολοθρεύων ἔθνη, ἐξῆρεν, οὗτός ἐστιν ὁ πολέμιος, ὃν δεῖ ἡμᾶς φυγεῖν. λέων ἡμᾶς καταδιώκει. τίς οὗτος; Πέτρος ἡμᾶς διδάσκει λέγων, ὁ ἀντίδικος ἡμῶν E διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπιεῖν, ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει. καὶ κατὰ τὸν θ. ψαλμὸν, ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ, ἐνεδρεύει ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐνεδρεύει οὗτος ὁ λέων, οὐχ ἡμέρα, ἀλλ' ἐπὰν γένηται νύξ. κατὰ γὰρ τὸν ργ. ψαλμὸν, ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ, ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς. ἀνέβη οὖν λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, ποῦ ποτε; κάτω ἐστὶ πεσὼν, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς κατελήλυθεν. ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ. ἄνθρωπος εἶ, ἀνώτερος εἶ τοῦ διαβόλου. κρείττων γὰρ εἶ αὐτοῦ ὁ ποῖος ἐὰν ἦς. ἐκεῖνος διὰ τὴν κακίαν κάτω ἐστίν.

Vers. 5. (*Annunciate in Iuda, & in Ierusalē* 7
audiatur, dicite, Annunciate, significate tubâ super terram, & clamate fortiter.) Hæc ait, quæ promittuntur dicite in Iuda, his qui à Tribu Iudæ Christi scilicet, sunt. Cōstat enim, ex Iuda Saluatorē nostrū exortum. (*Significate tubâ super terrā.*) Sermo tuba est grandis qui auditorē excitat, qui instruit eū ad pugnā contra passiones, conflictūque contra operationes aduersariorum, qui præparat eum ad solennitates cælestes. Nam ad duo hæc assumitur, & vsurpatur tuba in Numeris.[a] Huiusmodi sermo tuba est; Veluti iubet me sermo, & si quē aliū. Volēti porrò, sensaque diuinarum literarū perscrutanti cōceditur, iubet cōficere tubas argenteas ductiles. Ait ergo (*significate tubâ super terrā, & clamate fortiter: dicite, Cōgregamini & ingrediamur ciuitates muratas,*) Vrbem muris nō cinctam ingredi nos sermo Dei prohibet, sed in munitam. Viuentis Dei Ecclesia sermonis veritate munita est; hūc namque murū esse decimo septimo [b] Psalmo habetur, quoniam & murus est Deus.

Iuda appellatione designati qui Christi sunt.

Verbum Dei est tuba grādis excitans ad spirituale pugnam, & ad cælestes solennitates.

a Num. 10. 2.

Ecclesia ciuitas munita muro sermonis veritatis.

b Psal. 17. 3.

Vers. 6. (*Assumentes fugite in Sion.*) Qui- 8
cumque extra Sion degitis assumētes fugite in eam. (*Festinate, nolite stare.*) Qui in virtute progressum fecistis, ad speculam festinate. (*Quoniam mala ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnam,*) malorum inferendorū ab Aquilone. *Aquilone*.i. aduersario, vt alibi sæpius animaduertimus. Si quis inuentus fuerit, qui non properauerit, neque se ad vrbes munitas receperit, hoc est intra Ecclesias Dei, non fuerit ingressus, sed foras remanserit; ille captus ab hostibus neci tradetur. Quis nam verò est hic hostis? videamus in sequentibus quid dicatur.

Proficiētes in virtute festinent ad speculā sanctarum meditationum.

Diabolus quos potissimum aggrediatur.

Vers. 7. (*Ascendit Leo de cubili suo, exter-* 9
minans Gentes, leuauit se.) Hic est hostis à nobis fugiendus, Leo nos persequitur. Quis is est? Petrus docet nos inquiens.

Aduersarius noster Diabolus, tamquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide: & in Psalmo nono legitur,[c] *Insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca sua.* Et insidiatur hic Leo, non die, sed nocturno tempore. Nam vt in Psalmo centesimo tertio habetur. [d] *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ terræ; Catuli Leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.*

Diabolus est Leo à nobis fugiendus.

c 1. Petr. 5. 8.

Diabolus est Leo in tenebris insidiās.

c Psal. 9. 30.

d Ps. 103. 20.

Ascendit igitur Leo de cubili suo. Sed quò ascendit? in infimas terræ partes lapsus, ibi est. (*Ascendit Leo de cubili suo.*) Homo es, superior es Diabolo: eo namque potior es quisquis tu sis, ille ob malitiam infra est.

Diabolo ob eius malitiā superior est homo.

ἀνέβη οὖν λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, ἐξολοθρεύων ἔθνη, ἐξῆρεν ἀναβὰς ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, τόπυ τοῦ οἰκείυ τῇ κολάσει αὐτοῦ, ἐξολοθρεύων ἔθνη ἐξῆρεν. ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπυ αὐτοῦ θεῖναι τὴν γῆν σου εἰς ἐρήμωσιν, βούλεται εἰσελθεῖν σου εἰς τὴν γῆν, περὶ ἧς πρὸ βραχέως ἐλέγομεν. ἑκάστην ἡμῶν βούλεται νεμηθῆναι, ἔρχεται οὖν τοῦ θεῖναι τὴν γῆν σου εἰς ἐρήμωσιν, ἵνα καταπατήσῃ τὰ σπέρματά σου ὁ λέων, ἵνα ποιήσῃ ἔρημον σου τὴν γῆν, καὶ πόλεις σου καθαιρεθήσονται παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι αὐτάς, ἐπὶ τούτοις περιζώσασθε σάκκους, ἐπεὶ οὖν ἀνέβη λέων, καὶ ἀπειλεῖ σου λέων, καὶ βούλεται σου ἀφανίσαι τὴν γῆν, περίζωσαι σάκκον, κλαῦε καὶ πένθει, διὰ τῶν εὐχῶν παρακάλει τὸν θεὸν, ἵνα τοῦτον τὸν λέοντα ἐξολοθρεύσῃ ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ ἐμπέσῃς αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα. ὃν τρόπον γὰρ ὅταν ἐκσπάσῃ ὁ ποιμὴν ἐκ στόματος λέοντος δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίυ, οὕτως ὁ λέων ζητεῖ τῶν ὤτων σε λαβεῖν, ἵνα διὰ τῆς λιχνίας σου λόγους ψευδεῖς σοι παραβαλὼν, ἐκσπάσῃ σε ἀπὸ τῆς ἀληθείας, βούλεται, σου ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἁρπάσαι τοὺς πόδας, καὶ καταφαγεῖν, ἀλλὰ σὺ περίζωσαι σάκκους, καὶ κόπτου, καὶ κλαῖε, καὶ ἀλάλαζε * βλέπων τὸν πολέμιον ἐνεστηκότα, ἵνα ἀποστραφῇ θυμὸς ὀργῆς Κυρίου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀποστραφέντος τοῦ θυμοῦ δυνηθῇς ἐν ἀμεριμνίᾳ γενόμενος, μηκέτι τοῦ λέοντος ἐπισυρχομένου σοι, τῷ σε εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν τειχήρη πόλιν, δοξάζειν τὸν ῥυόμενόν σε θεὸν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

*ἀλάλυξε.

A *Ascendit* itaque *Leo de cubili suo, exterminans Gentes, leuauit se)* ascendens de cubili suo, loco suæ punitioni idoneo, *exterminans Gētes, leuauit se de loco suo, vt ponat terram in solitudinem.*) Tuam terram, de qua paulò ante disserebamus, ingredi cupit, vnumquē- que nostrûm depasci vult: venit igitur, vt ponat terram tuā in desolationē, vt semina tua cōculcet, *vt terrā tuam* desolatā reddat, *& vrbes tua expugnabūtur*, eò quod nō *habitētur.*

Diabolus ex inferis in terrā cordis nostri ingredi satagit, vt animam nostrā desolatā reddat.

B Verſ. 8. *(Super his accingite vos ciliciis.)* Quādo igitur Leo ascendit, & minatur tibi, terramque tuam desolare vult, accingere cilicio, lachrymare, & plora, precibus age cū Deo, vt Leonem hunc à te disperdat, & in os illius non incidas. *Quemadmodum*[f] *enim quum extraxerit pastor ex ore Leonis crura, vel fibram aurium.* Sic Leo quærit auribus te præhendere; vt per curiositatem tuam sermonibus te fallacibus inescans abducat à C veritate. Vult ille pedes tuos à veritare seductos abripere, & deuorare. Sed tu accingere ciliciis, plange, fletus ede, & vlula, imminentem hostem conspiciens, vt auertatur furor iræ Domini à te; quo auerso possis animo iam pacato, non ampliùs Leone tibi struente insidias, eò quod fueris ad munitam vrbem ingressus, glorificare Deum liberatorem tuum in Christo Iesu, cui est gloria, & potestas in sæcula sæ- D culorum. Amen.

10 *Lachrymis & mortificationis operibus resistendum Diabolo contra nos insurgenti.*

f Amos. 3. 12.

Diabolus nititur nos prehendere per curiositatem aurium abductos à veritatis semita.

Verſ. 8.] Super hoc accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à nobis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Super his, (seu, super hoc) accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à nobis.*

Qvamobrem id superest quod faciatis, vt ploretis, ac vluletis super his tam acerbis, lugentium vos induentes habitu: Sed super hoc in primis, & propterea ciliciis vos induatis, lachrymasque & vlulatus emittite, quia nec piissimi Iosiæ Regis vestri meritis placatus est furor Domini, confugite ad pœnitentiam, ad cilicia, ad gemitus, atque ad eiulatus pro peccatis vestris. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Dominus?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Svper hoc accipite, &c. In originalibus Hebr. & Sept. est in plurali, *(Super his,)* quod videtur referri ad prænarrata, vt propter illa flendum significetur. Quod tamen in Vulgata singulariter habetur, *(Super hoc)* commodissimè ad subsequentia referri potest, vt non tam pro præexpositis plorandum dicatur, quàm ob id, quòd non est auersa ira furoris Domini. Pro *(ciliciis)* in Hebr. & apud Sept. est *(Saccis,)* pro eodem autem in sacra scriptura hæc duo sumuntur; nec aliud apud Hebræos est cilicij nomen quàm שק *sak*, & benè, quia istiusmodi lugentium, & pœnitentium facci fiebant è cilicio, vt colligitur ex eo Apocalypsis,[b] *Et Sol factus est* niger tamquam saccus cilicinus, fuisse autem videtur istud saccorum, & ciliciorum genus indumētum quod circa lumbos potissimùm adhiberetur, patet ex eo quòd cùm primum eius exponitur vsus in lib. Genes. vbi vulgata habent.[c] *Scissis vestibus indutus est cilicio*, Iacob scil. deflens mortem filij sui Ioseph: In originalibus Hebr. & Sept legitur, *Posuit saccum in lumbis suis.* Et in nostra quoque vulgata lib. 3. Reg. dicitur de Syris à Rege Israel deuictis,[d] *Accinxerunt saccis lumbos suos*, &c. Ideo E cùm illud indui suadetur, accingendi id exponitur verbo, & Græcè περιζώσασθαι, & nouimus περίζωμα, cingulum designare, atque ad id alludi videtur in eo Psalmi, quo dicitur,[e] *Conscidisti saccū meum, & circumdedisti me lætitiā*, ac si dicatur, Pro cilicio quo præcinctus eram ad luctum, cingulo me accinxisti lætitiæ. Sicut è contra[f] Isaiæ 3. legimus, superbis mulieribus Deum pro fascia pectorali, quæ erat insigne cinguli genus, daturum cilicium.

Cilicium, & saccus pro eodem sumitur in scriptura.

b Apoc. 6. 12.

Cilicium antiquitùs erat indumentum circa lumbos.

c Genes. 37. 34.

d 3. Reg. 20. 21.

e Psa. 29. 12.

f Isai. 3.

F Cæterū cùm & ad luctum simpliciter, & pro calamitatibus duntaxat temporalibus, & pro pœnitentia coram Deo contestanda admissorū criminum accingi id soleret indumenti, vtroque modo id quod hîc dicitur accipi potest, vt hæc Ieremiæ verba iis sint similia, quibus Propheta Ioel eidem populo dixit,[g] *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.* Et paulò infra,[h] *Accingite vos, & plangite Sacerdotes, vlulate Ministri altaris*, &c.

g Ioel. 1. 8.
h Ioel. 1. 13.

2 Quæ subsequuntur, *(Quia non est auersa ira furoris Domini à nobis,)* dupliciter accipi queunt, vel in epitasim, & amplificationem causæ luctus ob

præ

præexpositas clades, quas designari diximus in A lectione Heb. & Sept. (*Super his*, &c.) Vel cõgruẽtiùs, iuxta lectionem Vulg. (*Super hoc*) vt in his afferatur potissimã totius luctus ratio, simulque subindicetur modus, quo clades iam ingruentes euitari possent. Si videlicet per veram pœnitentiam studerent auertere iram furoris Domini ab ipsis. In Heb. est valde anceps pronomen ממנו *mimmenu*, quod Sept. & Vulg. reddidère, (*A nobis*,) Pagninus, (*A vobis*.) Regia, & Vatablus, (*Ab eo*,) scil. Deo. Vt idem in his sit sensus atque vbi sæpius apud Isaiam legimus, *Et in his omnibus non est auersus furor eius, & adhuc manus eius extenta.* Legentes autem, (*A nobis*) & hunc iisdem dare possumus sensum, vt super eo potissimùm deplorandum dicatur, quòd neque piissimi Regis Iosiæ meritis placatus sit Dominus, vt hæc iis sint similia, siue ad illa alludant, quibus in lib. 4. Reg. dicitur. [a] *Similis illi scilicet Iosiæ non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses.*

a 4. Reg. 29. 25.

Vers. 8.] Super hoc accingite vos ciliciis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Accingendi verbo designari solita instructio ad prælium.*

Pluribus in expositione vers. 14. capitis primi probasse me recolo, & in Sacris, & in Prophanis literis verbo accingendi designari solitam instructionem ad prælium: Neque opus est, vt id denuò confirmemus. Id potiùs æquum est, vt attentiùs examinemus, quòd dum ad maximum excitamur prælium, nec simpliciter dicitur (*Accingimini*) vt generalem intelligere possemus præparationem exercitus, equorum, curruum, tormentorum bellicorum, & eorum cæterorum quæ ad bene, fortitérque belligerandum sint necessaria: Neque, quod proprius diceretur specialiter de ferreæ fit mentio armaturæ instructione: Sed pro, (*Accingite vos armis*,) asseritur, (*Accingite vos ciliciis.*) Quando Salomon compendio perbreui optimam explicare voluit instructionem ad bellum, *Equus*, [b] inquit, *paratur ad diem belli*: quandoquidem ex equis præcipuum est belli robur. Vnde & in Psalmo, vbi de mundanis agitur hominibus, qui in bene instructis confidunt exercitibus, dicitur, [c] *Hi in curribus, & hi in equis.*

In equis maximum est prælij robur.
b Prou. 21. 31.
c Psal. 19. 8.

4 *Non* [d] *est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem*, dicebat aliàs Apostolus Paulus, *sed aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum, aduersus mundi rectores.* Et nihilominus duo hîc nobis proponuntur, quibus, & dicto aduersari videtur Apostoli, & ei repugnari, quod per Vatem asseritur Regium, [e] *Fallax equus ad salutem.* Equus enim in his, (*Accingite vos ciliciis*) asseritur nobis necessarius, vt instruamur ad prælium contra carnem propriam, & contra sanguinem corpusque nostrum. Cilicia, nemo est qui nesciat, ex pilis contexta esse equorum, & ad carnis deseruire afflictionem, ac subiectionem corporis ad spiritum. Verum est, quod aiebat Paulus, esse nobis ineundum prælium cum infernalibus spiritibus, vt visum est in præcedentis sententiæ expositione secunda, cum quibus tamquam alternis colluctare exertis opus est brachiis, apprehensis adinuicem carneis quodammodo membris, *cum tamen* [f] *spiritus carnem, & ossa non habeant*: Præstantissima nihilominus in tali cum illis bello vincendi ratio hæc est; vt quod carni non datur faciamus illorum, carni faciamus nostræ, ciliciis, asperisque equorum pilis eam constringentes: eiusdemque carnis nostræ mortificatione id in bello contra spirituales nequitias assequemur mortuis equorum pilis, quod validissimo viuorum item equorum exercitu nullatenus, vel contra mortales, infirmosque possemus homines. Vnde & Dauid cùm belli grauissimi molestiis agitaretur hostium suorum. [g] *Ego autem*, inquit, *cum mihi molesti essent, induebar cilicio.* Et sancta quoque Iudith [h] cùm exitiosissimum per Holophernem Diaboli typum vniuersum fidelium populo ingrueret prælium, cilicio se accinxisse dicitur, eoque instructa gloriosissimam de hoste victoriam reuexisse communi.

d Ephes. 6. 12.
e Psal. 32. 17.
Equus mortuus necessarius nobis ad præliũ cõtra carnẽ nostrã propriam, ideo accingi iubemur ciliciis quæ ex pilis fiunt equorũ.
Dæmonum in prælio superiores euadimus ciliciis carnẽ nostrã constringẽtes.
f Luc. 24. 39.
g Psa. 34. 13.
h Iudith. 9. 1.

5 Cæterùm quia quando ista agenda sunt prælia cum infernalibus hostibus, atque cum carne nostra. Ex neutro præliorum eorum tutò haberi potest victoria, ni & ad tertium instructi bellum contra Deum pariter inualescamus, idcirco & Dauid postquam dixit, induisse se cilicio, adiunxit, [i] *Et oratio mea in sinu meo conuertetur*, id est, & orationem meam apud me iterabam, vt prælium quod ipsa inibam, in meam redundaret vtilitatem. Quod expressiùs testatur in Psalmo alio, quando experimento se comprobasse ait, haud sat sibi fuisse accinctionem cilicij, adeoque & orationis arripuisse armaturam Dei victricem. Cùm enim dixisset, *Et* [k] *posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersùm me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum*: subiecit illicò: [l] *Ego verò orationem meam ad te Domine*, scilicet dirigebam: *tempus beneplaciti Deus*, opportunum scilicet mihi obuenit periucundæ, tibique pariter beneplacitæ victoriæ tempus. Quod & paulò ante nominata & facto exhibuit Iudith, [m] quæ cilicio induta prosternens se Domino affectuosissimis ad eum clamauit precibus: & iis quoque in oratione sua asseruit verbis: [n] *Non in multitudine est virtus tua Domine*, &c. *Sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.*

Præliantes cũ dæmonibus, & cum carne nostra ciliciis, vt victoriam referamus, præliandum & cum Deo orationũ armis.
i Psal. 34. 13.
k Psa. 68. 12.
l Psal. 68. 14.
m Iudit. 9. 1.
n Iudith. 9. 16.

6 Ideoque bene, & necessariò hoc loco per Ieremiam, postquam dictum est, (*Accingite vos ciliciis*) adiectum quoque (*& plangite, & vlulate*,) oratione ipsâ designatâ, quâ vnâ ad Deum inualescere nobis datur, iuxta peruulgatum illud Oseæ de Iacob luctante cum Angelo referente Dei personam: [o] *In fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum.* Vnde & nomen obtinuit Israel, quod inualescens significat ad Deum. Orationis autem ad istiusmodi bellum proponens instructionem, duo adhibuit Propheta noster verba, quorum neutro alicuius expressio fit sermonis: quod enim ait, (*Plangite*,) lachrymarum designat effusionem: quodque addit, (*Et vlulate*) inconditarum duntaxat & inarticulatarum vocum, & suspiriorum significat emissionem. Quæ tamen pœnitentium

Oratio est præcipuũ armorum genus ad reuehendã ex Deo victoriam.
o Oseæ 12. 3.
Orationi nõ tam verba necessaria sũt, quã affectus, vt fit efficax.

Ambros. *Luc.22.62. *Lachryma sunt oratio efficacissima: pœnitentibusque quocumque sermone apud Deum sunt validiores.* Ambros.

tentium præsertim animarum efficacissima quorumcumque sunt sermonum. Vnde Ambrosius serm.46.qui est de Pœnitentia Petri, * *Lachrymæ* ait,*tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non postulant,& merentur:causam non dicunt, & misericordiam consequuntur, nisi quòd vtiliores lachrymarum preces sunt,quàm sermonum, quia sermo in precando fortè fallit,lachryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma semper totum prodit affectum.*Idemque Ambrosius lib.10.in Lucam super cap. 22. eius Euangelij, Vbi de Petri proditione. *Lachrymas eius*, inquit,*lego, satisfactionem non lego.Sed quod defendi non potest, ablui potest,* B *Lauant lachrymæ delictum,quod voce pudor est confiteri, Et veniæ fletus consulunt, & verecundæ lachrymæ sine horrore culpam loquuntur. Lachrymæ crimen sine offensione verecundiæ confitentur.Lachrymæ veniam non postulant,sed merentur.*

7 *Lachrymæ optimũ armorũ genus contra irã furoris Domini.* a Psal.77.49. *Ira furoris Dei est ignis, & tempestas valida.* b Psal. 49.2.

(*Quia non est auersa ira furoris Domini à nobis.*) Quasi dicat: Super hoc necesse est, vt & carnis mortificatione in cilicij accinctione,&lachrymis affectuosas corã Deo promatis preces, ac peccatorum vestrorum confessionem; Quia cum Dæmone pugna nobis est,atque cum Deo, cuius ira succensa est furibũda,[a]cuius & immissiones sunt C per Angelos malos. Experientiâ autem ipsâ edocemur,quàm aptè,rectèq; hæc à Propheta dicantur.Enimuero cùm ira furoris Domini ignis fulgetrorum horribilium quodãmodo sit, vehemẽsque tẽpestas,timore quoscumque concutiẽs,iuxta illud,[b] *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Id certè in illius faciendum est commotione, quod in maxima à nobis fieri solet tonitruorum,fulgurum,ventorum, atque imbrium tempestate sensibili: confugimus namque illico ad preces,ad vlulatus, ad lachrymas, atque ad nostrorum criminum detestatio- D nem,naturali ferè impetu, non sine tamen diuinæ gratiæ ope ad hæc impulsi,imò inditã in præcordiis nostris synderesi nobis istiusmodi suggerente armorum genera. Et quidem exploratissimum id est,contra ignem haud aptioribus dimicari posse armis, quàm aquis, quibus ille extinguitur. *Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea,& succendatur*: dixit hoc ipso capite idemmet Deus vers.4. Ad aquas ergo lachrymarum confugiamus,plangentesque illam auertamus à nobis extinctam.

8 *Suspiriorũ,& clamorũ vlulatu optimè prospicimus tempestati cõmotæ iræ furoris Dei. Campanæ cur tẽpestatũ cõmotione pulsentur.*

Physicâ sat constat ratione,tẽpestati optimum E id adhiberi remedium, quo eius à nobis auertamus damna, si quoquomodo aërem commoueri curemus,vnde id in more nostrarũ est regionum, vt insurgentibus tempestatibus illico vndequaque pulsentur campanæ: quamquam eiusdem campanarum pulsationis & aliæ sint rationes ad religionem spectantes. Cæterùm in spirituali furoris Dei tempestate nullo pacto vehementiùs commouere aërem possumus,quàm sonitu emissorum clamorum ad Deum, quámue gemituum, & suspiriorum emissione. Idcirco peroptimè adiectum hîc est, (*Et vlulate.*) Et nota, quòd ob id F hæc facienda dicuntur, vt auertatur ira furoris Domini à nobis,(*Vt auertatur*) dicitur, non *vt extinguatur*,vel,*vt sedetur*.Quia prædictis armis non tam cum Dei pugnamus ira, quàm cum peccatis nostris,quæ ipsa Dei insequitur indignatio: Vnde fit,vt quando aduersùs nostra dimicantes peccata efficacissimis iis, quæ commemorata sunt armis,illa à nobis auertimus, & furorem Dei pariter auertamus à nobis,

Oratione, lachrymis, & suspiriis non tam contra Deum quàm contra nostra pugnamus peccata, quæ cum auertimus, auertimus & Dei iram à nobis.

A

Appendicem huius vers.8.Vide post Expositionem secundam vers.9.

Vers.9.] Et erit in die illa,dicit Dominus, Peribit cor Regis, & cor Principum: & obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TVNC [c] sanè temporis, perseuerantibus vobis in obfirmatis sceleribus, nec aliquid vel ab iis expectare poteritis opis, qui vobis præerunt. Eâ quippe die ij ipsi qui animosiores alioquin extiterant in vobis, Rex, atque Principes vestri ita præ ingenti pauebunt metu, vt defecisse eis dicas cor audaciaque vniuersa. Sacerdotes, in quorum sacrificiis spes aliqua esse potuisset, ad tam rabidi hostis aduentum, ita & ipsi præ tremore reddentur stupidi, & extra se, vt quò se vertant penitus ignorent, & sancti quoque Prophetæ, quorum precibus plerumque Dei C placari consueuit indignatio, quique sæpius latiora prænunciantes bono animo esse prædicabant, eo tempore consternabuntur admirantes Dei iustitiam, Multò magis tunc & Pseudoprophetæ animo deficient, & praui Sacerdotes extra se rapientur, & Reges, Principesque tui suo dissoluentur corde, Vt pote quibus maxima tantæ cladis obtinget pars, cùm & præ omnibus ab iisdem ad iracundiam irritatus sim, dicit Dominus.

c Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principũ,& obstupescent Sacerdotes,& Prophetæ cõsternabuntur.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET erit in die illa, &c.) Benè cor Regis, & cor Principum, quia isti animosiores esse solent, cor quippe pro animositate (vt ita dicam) hîc sumitur, quia cor sedes omnis est audaciæ.Perire autem cor dicitur,cùm præ timore deficit animus, adeóque ad vehementem significandum timorem istiusmodi phrasi vti consueuerunt sacræ literæ,Perire, aut contabescere, aut dissolui,aut liquefieri cor, vt Iosue. [d] *Et hæc audientes pertimuimus,& elanguit cor nostrum*,&c.7.[e] *Pertimuitque cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est*,[f] & Isai. 13. *Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur.* Porrò cùm animi eorum explicatur deiectio, haud dubium quin & maximus indicetur reliquorum pauor, & consternatio, ideo & prudentissimus ille Chusai lib.2.Reg.ad contestandum, fore vt vniuersus exercitus Absalon ad conspectum Regis Dauid, & eorum qui illum sequebantur,animo præ ingenti destitueretur timore, ait, [g] *Et fortissimus quisque cuius cor est, quasi Leonis,pauore soluetur.*

1 *Cor pro animo & audacia.* d Iosu. 2.11. e Iosue.7.5. f Isai.13.7. g 2. Reg.17.10.

Sed quia dici potuisset,Iudæ populum,tametsi ipsius & Rex,& Principes animo destituerentur, habiturum nihilominus, qui ei animos adderent,confidentemque redderent,& benè sperantem in superno Dei auxilio,additur, (*Et obstupescent.*)Sept,ἐκστήσονται.(*Extra se fiẽt Sacerdotes,& Prophetæ cõsternabuntur.*) Sacerdotes,in quorũ sacrificiis spes aliqua esse potuisset,ad tã ferocis hostis aduentum,ita & ipsi præ tremore reddentur obstupefacti,& extra se,vt quò se vertant nesciant. Et sancti insuper Prophetæ, quorum & orationibus Dei plerumque placari consueuit indignatio,

gnatio; qui ne sæpius instantibus cladibus bona denunciantes bono animo esse prædicabant, & ipsi tunc temporis admirabundi ita animo consternabuntur, vt nil boni afferre queant nuncij, prout & sibimet contigisse significabit in vers. sequenti Ieremias. *Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepisti*, &c.

2 Quamquam & de falsis quoque Prophetis intelligi hæc possint, vt quod in toto hoc versu dicitur, eò directum sit, vt significetur, in tanta hac clade per Nabuchodonosor, Chaldæosque facienda primas potioresque habituros partes eos, qui & potiores partes in Dei offensionibus habuêre, Regem Sedeciam, eiusque Principes, *Sacerdotes, ac Pseudoprophetas*, de quibus omnibus præsertim Deus ipse supra conquestus est, dicens,[a] *Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus? Et tenentes legem meam nescierunt me, & Pastores præuaricati sunt in me: & Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.* Vnde bene & ibi subiectum vidimus, *Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum*, &c. Porrò cùm dicitur, (*In illa die peribit cor Regis,*) quamuis de Sedecia (vt dictum est) rectè sumatur, quem ex vltimo capite, quarti libri Reg. didicimus, animo consternatum aufugisse per hortum in solitudinem, potest tamen etiam de aliis duobus Regibus Ioakim, & Ieconia, qui & participes extitêre impetus Chaldæorum, vt narratur in cap. 24. eiusdem libri 4. Reg. vbi & Ieconias appellatur Ioachin, diuersis tamen literis à primo. Vt nomen Regis singulariter hîc positum collectiuè sumatur.

a Ierem. 2. 8.

Vers. 9.] Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor Regis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 CONGRVENTER admodum superioribus subiecta hæc sunt, quibus immediatè dicebatur, (*Quia non est auersa ira furoris Domini à nobis.*) Iam enim diximus, iram furoris Domini instar ignis esse succensi, instarque tempestatis cum tonitruis, atque fulgetris horrorem incutientibus. In his ergo indicari videtur, eamdem Dei iram ex eo quòd minimè auersa sit per fletus, & vlulatus nostros, perseuerante adhuc eius tempestate, in fulgur, fulmenque quodammodo effundi, iuxta illud Zachariæ. [b] *Et Dominus Deus super hos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius.* Quod idemmet Dominus minitans asseruit, cùm diceret:[c] *Si acuero vt fulgur gladiū meum.* Peregregiâ autem hæc designantur eorum descriptione; quæ in ipsa contingere solent fulgurum eiaculatione sensibili, quando hîc quosdam morte videas affectos; ibi arescentes præ timore intuearis, ac præ stupore stolido: inde vociferantium cum horrore audias clamores; eodemque temporis momento aures tibi consternatorum concutiantur fragore ædificiorum, (*Peribit cor Regis, & Principum*) en mortuos: Vide stupidos: (*obstupescent Sacerdotes:*) accipe ruinas, atque fragores ruinarum, (*Et Prophetæ consternabuntur.*) Si clamores quoque vis querulos, ipso eos suggerit Ieremias in mox sequenti versu 10. *Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus.* Aptè pariter in hac iræ Dei, instar fulguris descriptione excelsorum dumtaxat mentio fit percussionis: compertissimum namque id est in fulminibus, vt celsiora

Iræ furoris Dei tēpestas quādo sedata nō sit lachrymis, & suspiriis, effūditur instar fulminis.

b Zach. 6. 14.

c Deut. 32. 41.

Iræ furoris Dei effectus fulminū sunt effectus.

Principes castigans Deus castigat & populum illis subiectum.

A petant, vnde id peruulgatum Poëtæ lyrici: *Celsa grauiore casu, Decidunt turres: feriuntque summos fulmina montes.* Turribus porrò, montibusque decidentibus, fit vt eorummet ruinâ & depressiora prosternantur ædificia, & quidquid sub illis esse contingit, confringatur, & conteratur.

Quando in vno quoque nostrûm tria hæc, quæ in homine sunt præcipua, defecerint, vel vehementi aliquâ affecti sint ægritudine, vox, mens, atque cor, factum sanè est & de membris, & de potentiis nostris reliquis inferioribus, factum est de nobis. Idipsum euenire censendum & in toto mystico Ecclesiæ corpore: Ideo bene ad iræ Dei fulmen in improborum ciuium punitionem emissum percussi hi tres dicuntur præstantiorum in Repub. ordinum, Principum sæcularium, cordis locum gerentium, adeoque & in ipsorum corde percussorum: Sacerdotum, mentem referentium spiritalem, congruentique propterea stuporis pœnâ affectorum: Ac demum Prophetarum & Prædicatorum, instar sublimis vocis in Ecclesia constitutorum, sed à celsitudine diuinorum verborum, quæ prædicare deberent, ita in infima consternatorum, vt toti de terrenis infimisque eorum sint sermones ad populum. 4

B

C

Iure autem optimo cùm in totum populum ira furoris Domini conuersa esset propter illius scelera, in tres tamen præexpositos illius sublimiores ordines eadem vim suam hîc dicitur exercuisse: quia peccata populi Principibus, Prælatis, Sacerdotibus, ac Prædicatoribus illius imputantur. *Quod dicemus*, ait Ioan. Chrysostomus homil. 34. in epist. ad Hebræos, *infelicibus illis, & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorum suppliciorum abyssum iactant. Omnium quos regis, mulierum, puerorum, atque virorum tu rationem redditurus es, tanto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis Rectorum*: Cæterùm quòd consternari sinuntur Prædicatores, obstupescere Sacerdotes, & cordis, virilisque roboris fieri expertes Principes sæculares, vt eorum singuli propterea in crimina delabantur, & in maximam (vt dictum est) redundat scelesti totius populi pœnam. De qua pœna in subsequenti versiculo 10. lamentatur cum indignato Deo Propheta, dicens: *Ergóne decepisti populum istum*, &c. *& peruenit gladius*, instar fulguris à te, sc. exacutus, *vsque ad* eiusdem populi *animam*, atque intima.

D

E

Quod in viuente homine euenit ægrè se habentibus illius voce, mente, & corde. Id & in mystico Ecclesiæ accidit corpore, deficiētibus Principibus sæcularibus, Sacerdotibus, & Prædicatoribus.

Principes sæculares sunt cor Ecclesiast. corporis.

Sacerdotes sunt mens Ecclesiæ.

Prædicatores sunt vox Ecclesiæ.

Peccata populi imputata Principibus, Sacerdotibus, & Prædicatoribus.

Io. Chrysost.

Prædicatura appellata suppliciorū abyssus, & ignis maximus.

Principū, Sacerdotum, & Prædicatorū, peccata redūdant in populi pœnam.

VVLGATÆ.

Vers. 8.] Super hoc accingite vos, &c.

Vers. 9.] Et erit in die illa, &c.

F

SEPTVAGINTA.

8. Ἐπὶ τούτοις περιζώσασθε σάκκους, καὶ κόπτεσθε, καὶ ἀλαλάξατε, διότι οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς Κυρίου ἀφ' ὑμῶν.

9. Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, ἀπολεῖται ἡ καρδία τοῦ βασιλέως, καὶ ἡ καρδία τῶν ἀρχόντων, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκστήσονται, καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται.

*Vers.*8.] Super his accingite vos ciliciis, & plangite,& vlulate, quia non est auersus furor Domini à vobis.

*Vers.*9.] Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum; & obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ mirabuntur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Super hoc accingentur saccis, plangent, & vlulabunt: quia non est auersus furor iræ Domini à nobis.* Vers.9. *Et erit in tempore illo, dicit Dominus, conteretur cor Regis, & cor Principum, & vastabuntur Sacerdotes, & Prophetæ falsi conturbabuntur.*

Hieronym. *Pœnitentiâ denitamus Diaboli insultus.*

Vers.8. (*Super hoc accingite vos ciliciis*,&c.) Hieronymus. *Aliter Leonem, & sæuissimam bestiam vitare non possumus, nisi agamus pœnitentiam, & ad Dominum conuertamur, non solùm mente, sed & opere. Quamdiu enim ille vastat Ecclesiam, & terram Iuda, & Ierusalem quoque populatur, Dei ira perspicua est.*

Bonauent.

Bonauentura Expositione in titulū libri Threnorum. *Ad planctum pro consideratione peccatorum inuitans Ieremias dixit, (Accingite vos ciliciis, plangite,*

A *& vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à vobis,) In cilicio omnis corporalis afflictio intelligitur: in planctu, culpæ detestatio. In vlulatu, detestationis vehementia, & intensio designatur, quæ exercenda sunt donec Spiritus Sanctus clementiâ suâ interius experiatur. Ira autem furoris est voluntas, siue animus puniendi.*

Ad pœnitentiam tria requisita corporalis afflictio, culpæ detestatio, & detestationis intentio.

Ira furoris Dei est illius animus puniendi.

Vers.9. (*Et erit in die illa*,&c.) Hieronymus, *Vastante prædone Ecclesiam Domini, & irâ contra nos Domini permanente, omne auxilium inutile erit. (Peribit cor Regis:)* [a] *cuius cor debet esse in manu Dei: & cor Principum, qui putabantur esse sapientes.* [b] *Stultam* B *enim fecit Deus sapientiam mundi, quia per illam non cognouerunt Deum. Ipsi quoque Sacerdotes, qui legem Domini docere deberent, & subiectos sibi populos à Leonis furore defendere, quodam stupore infatuati, vertentur in amentiam. Sic enim Sept. transtulerunt, pro stupore, excessum mentis exprimentes. (Et Prophetæ consternabuntur:) siue, vt Aquila transtulit verbum Hebraicum, יתמהו ithmahu, (amentes erunt.) Quis enim non insaniat, non perdat cor, quando Principes, & Reges, & Sacerdotes, & Prophetas quondam suos sub Leone conspexerit?*

2 Hieronym. *Hæreticorum motus quàm periculosi in prouinciis, & regnis.*

a Prou. 21.1.

b 1.Cor.1.20.

Theodoritus. *Prædicit Regis formidinem, tam* C *Ioacim, quàm Iechoniæ succedentis, tandemque ipsius Sedeciæ. Prædicit etiam Principum, & Sacerdotum metum.* Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἐπὶ τούτοις περιζώσασθε σάκκους, καὶ κόπτεσθε.

Βίκτωρος.] εἶτα θρηνεῖν κελεύει, ὡς μὴ ἀποστραφέντος τοῦ θυμοῦ Κυρίου, πῶς γὰρ ἂν ἀπέστρεψαν D θυμὸν Κυρίου, οἱ μὴ τῷ προφήτῃ πεισθέντες, μήτε περιτεμνόντες τὰς πονηρίας τῶν ἐπιτηδευμάτων τῆς καρδίας αὐτῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διότι οὐκ ἀπεστράφη.] τουτέστιν οὐκ ἀπὸ τῶν Ἰωσίου γινομένων ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ, καὶ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον αὖθις εἰς ἀσέβειαν ἐξετράπητε, δεικνύντες ὡς καὶ τὰ ἤδη γινόμενα, ὡς οὐ μετὰ γνησίας τῆς γνώμης γεγένηται παρ' ὑμῶν, τὴν καθ' ὑμῶν ἐξήνεγκε ψῆφον ὁ Θεός. E

[καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.]

Βίκτωρος.] καὶ ἡ καρδία, φησὶν, ἀπολεῖται, βασιλέως δὲ μάλιστα, καὶ ἀρχόντων, καὶ ψευδοπροφητῶν οἱ καὶ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, τοῖς προφήταις ἔλεγον, μὴ λαλεῖτε ἡμῖν, καὶ ἀναγγέλετε ἑτέραν πλάνησιν. Θεοῦ γάρ τις ἐκπεσὼν, καὶ τῆς καρδίας ἐκπέπτωκεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ἀλαλάξατε, οὐ διὰ τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμός. ὄντως γὰρ ὄντως, οὐ διὰ τὴν γέενναν δεῖ μόνην χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὅτι ὀργίζεται Θεός. οὐχ ὅτι ὀργίσθη, ἀλλ' ὅτι ἀπεστράφη.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀπολεῖ ἡ καρδία τοῦ βασιλέως.] τοιαύτη γὰρ τῶν δεινῶν ἡ φύσις, ἀποστερεῖ τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν. ὅταν γὰρ ἄμετρος ὁ φόβος ᾖ, οὐδὲν ἀφίησι κατὰ χώραν μένειν.

Ὀλυμ

Vers. 8. SVPER *his accingite vos ciliciis, & plangite*,&c.)

3 Vict. Presb. *Ira Dei non auertitur ab iis qui recta suadentes nō audiunt.*

Vict. Presbyt.] *Postea lachrymas effundere* D *præcipit, nimirum furore Domini nō auerso. Quomodo enim furorem Domini auertissent, qui Prophetam suadentem non audierunt, & prauitates operum cordis sui non circumciderunt?*

Chrysostomi.] (*Quia non est auersus*,&c.) *Hoc est, non ob ea quæ gessit Iosias Deus suam cohibuit indignationrm, sed quoniam & eo vitâ functo, iterum in impietatem prolapsi estis, ostendentes & ea quæ iam feceratis non purâ, genuináque mente facta fuisse, Deus contra vos sententiam tulit.* E

Chrysost. *Iudæorū conuersio Sancti Regis Iosiæ tempore nō fuit genuina, ideo nec auersa est ira furoris Dei à Iudæa propter ipsius Iosiæ rectè acta.*

Vers.9.) *Et erit in die illa*,&c.)

4 Vict. Presb.

Victoris Presbyt.] *Et cor, ait, peribit, præcipuè verò Regis, & Principum, & Pseudoprophetarum, qui, vt Isaias asserit, Prophetis dicebant,* [a] *Ne nobis loquamini, Et errorem alium nunciate. Qui enim à Deo auersus est, cor item non habet.*

a Isai.30.10.

Cor nō habet qui à Deo auersus est.

Chrysostomi.] (*Plangite*, &c.) *Non propter aduersitates, sed quia non est auersus furor: sanè enim non solùm propter gehennam dolendum: sed quia Deus irascitur, Non quòd iratus sit, sed quòd auersus fuerit.*

Chrysost. *Flendum non tā propter aduersa, quàm propter Dei offensas.*

Eiusdem.] (*Peribit cor Regis*,&c.) *Ea enim est rerum aduersarum natura, vt innatâ homines priuet ratione. Nam si mensuram terror excesserit, nihil in eodem loco stare permittit.*

Idem. *Aduersarum natura est, vt homines priuent ratione.*

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ ἐκστήσονται, ἐπὶ ταῖς ἀδοκήτοις συμφοραῖς. [καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οἱ ψευδοπροφῆται. διατί; οὐχ' ὡς παρ' ἐλπίδας τῶν πραγμάτων ἐξελθόντων, ἀλλ' ὡς παρ' ἐλπίδας δεικνυμένων, καὶ γιγνομένων.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ψευδοπροφῆται.

Olympiodori.] (*Et obstupescent, &c.*) *In non expectatis ærumnis.* (*Et Prophetæ mirabuntur.*) Olympiod.

Chrysostomi.] *Hoc est Pseudoprophetæ. Quanam de causa? non quòd præter spem res exitum essent sortitæ, sed quòd præter spem exhiberentur, & fierent.* Chrysost.

Olympiodori.] *Pseudoprophetæ.* Olympiod.

Vers. 10.] Et dixi, Heu, heu, heu, Domine Deus: Ergone decepisti populum tuum, & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis: Et ecce peruenit gladius usque ad animam?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a Et dixi.

DVM [a] *hæc enarro, quæ populo meo mox euentura conspicio acerbissima, fieri nequit, vt vehementibus intra me non agiter motibus, quæ autem propterea sensi intrinsecus, quæue in meo protuli animo, præ internæ perturbationis magnitudine, & extrinsecus promere coactus hæc ad Dominum habui.* [b] *Admiratione quidem non exiguâ, & metu, atque dolore tunc primum fui commotus, cùm me adhuc infantem in Prophetam eligeres, quod tanto muneri imparem me agnoscerem. Ideoque tunc dixi, A, a, a, Domine Deus, Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. En & modò iisdem concussum me sentio motibus, diuersas tamen ob rationes, Heu, heu, heu Domine Deus, Paueo, admiror, atque summopere doleo, quòd & per me, quem in sanctum Prophetam Iudaico potissimum populo destinasti, populum eumdem decepisse visus sis; quando postquam illi pacem, te id mihi ingerente, pollicitus essem pro tempore, quo tu illam præordinasti, Is nunc me deceptum decepisse & ipsum arbitratur, idque & palam fatetur; cùm iuxta eas, quas, te pariter dictante, prædico clades, & afflictionibus grauissimis, qui intima, & abdita quæque eius, Principesque potissimùm, Sacerdotes, atque Prophetas penetret, peruenerit gladius usque ad ipsius animam.*

b *Heu, heu, heu Domine Deus: Ergo ne decepisti populum tuum, & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius usque ad animam?*

2 *Quodque me magis iis perturbat motibus, illud est, quòd cùm me tantâ solennitate in huius populi consecraueris Prophetam, qui vera eis denunciarem, permisisti, nihilominus, vt ille potiùs à Prophetis deciperetur falsis, tuque ipse permissione istiusmodi tuâ eumdem decepisti populum, permittens, vt iis fidem præstarent falsò pollicentibus pacem: Cùm potiùs & in ipsorum Prophetarum, & in populi eiusdem pœnam, clades, & aggrauatæ, & multiplicatæ sint nimis.*

EXPOSITIO PRIMA IUXTA SENSUM LITERÆ.

1 QVI erga Iudaicum populum, ciuitatemque Ierusalem vehementissimâ affectus erat charitate, totus in instantis illius vastationis narratione commotus est Ieremias. Quam autem intrinsecus sensit commotionem, & extrinsecus pariter significare compulsus est. Adeoque in ipsius, quam cœperat, narrationis suæ medio egregiâ ad Deum conuersione & suos illi significauit internos motus, & eorum exposuit causam. Quod enim, ait, (*Et dixi:*) tantumdem est ac, Quæ intrinsecus in animo sensi, cùm adeo grauia oratione prosequerer, extrinsecus quoque proferre coactus, hæc ad Dominum habui, cuius me noram fungi legatione. Quid autem illud

B est? (*Heu, heu, heu Domine Deus.*) Quibus triplicem internum suum explicat motum, admirationis, metus reuerentialis, atque doloris, quibus & cùm primùm à Deo Propheta institueretur, se pariter commotum significauit in capite primo, vbi his similia habuit, *Et dixi, A, a, a Domine Deus*, est enim in Hebraico textu & hoc loco, sicut & ibi eadem interiectio אהה *ahah.* Vnde non abs re fuerit, si dixerimus, & hîc quoque Prophetam ad eam primam alludere sui institutionem: Id autem duobus modis fieri potuit, iuxta duplicem sensum eorum, quæ sequuntur, (*Ergo ne decepisti*

C *populum istum, & Ierusalem dicens, Pax erit vobis: &c.*)

Vide supra expositione primâ vers. 6. cap. 1.

Ierem. 1. 6.

2 1. Sensus.

Vt primò indicet, se tunc quidem in prophetici oneris, ac dignitatis exhibitione admiratione commotum, & metu, necnon & doluisse, quòd tanto imparem se agnosceret se muneri. At postmodùm similibus quidem, diuersâ tamen ratione se agitari motibus. Quòd, cùm Prophetam tanta cum solemnitate ipsum tunc Deus consecrauerit, Iudaicoque in primis destinauerit populo, modò ad decipiendum eumdem populum cum delegasse is videatur. Neque enim vllâ ra- *Decipere quomodo dici queat Deus per sanctos Prophetas.*

D tione existimandum, Sanctum Prophetam id Domino imponere voluisse, vt vel mente conceperit, falsa ab illo sibi suggesta, quibus is deciperetur populus. Sed ob imminentem, quam narrare cœperat, Ciuitatis Ierusalem euersionem populum ipsum in eam deuenisse, ait, sententiam, vt Deus per Prophetæ sui os eum deceperit: sic quippe subiicitur, (*Dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius usque ad animam.*) Supra enim pacem pollicitus, cùm in capite tertio dixit, *In tem-* Ierem. 3.
pore illo vocabunt Ierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini

E *in Ierusalem*, statim è vestigio grauissimam eiusdem Ciuitatis, totiusque Iudaicæ terræ per idem Prophetæ os prædicit instantem cladem. Vt quod hîc dicitur. (*Ergone decepisti populum istum dicens, &c.*) ei sit simile, quod infra in cap. 20. idem ait Ieremias, [c] *Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Vbi declarans rationem, quâ se seductum, vel iuxta versionem Sept. deceptum se à Domino asseruerit, subdit, *Factus sum in derisum totâ die, omnes subsannant me.* Ac si dicat, Deceptum me omnes arbitrantur, idque apud illos deueni opinionis, te permittente, ita vt propterea me à te sedu-

Decipiat quomodo Deus sanctos Prophetas.

c Iere. 20. 7.

F ctum, deceptumque affirmare non erubescam, scio enim, te dictante vera me vaticinatum, quòd si illi seductum me prædicant, seductum sciant à te, qui omnis & mendacij, & deceptionis es expers.

3 2. Sensus.

Secundo tamen sensu, qui & mihi magis arridet, magisque & antecedentibus, & subsequentibus consonus est; turbatũ se quidem tunc temporis significat Ieremias, cùm adhuc puer Propheta institueretur à Domino, triplicique (vt dictum est) coram eodem Domino turbatum motu. At

*Verſ.*8.] Super his accingite vos ciliciis, & plangite, & vlulate, quia non eſt auerſus furor Domini à vobis.

*Verſ.*9.] Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum; & obſtupeſcent Sacerdotes, & Prophetæ mirabuntur.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Super hoc accingentur ſaccis, plangent, & vlulabunt: quia non eſt auerſus furor iræ Domini à nobis.* Verſ.9. *Et erit in tempore illo, dicit Dominus, conteretur cor Regis, & cor Principum, & vaſtabuntur Sacerdotes, & Prophetæ falſi conturbabuntur.*

Hieronym. *Pœnitentiâ deuitamus Diaboli inſultus.*

Verſ.8. (*Super hoc accingite vos ciliciis,&c.*) Hieronymus. *Aliter Leonem, & ſæuiſſimam beſtiam vitare non poſſumus, niſi agamus pœnitentiam, & ad Dominum conuertamur, non ſolùm mente, ſed & opere. Quamdiu enim ille vaſtat Eccleſiam, & terram Iuda, & Ieruſalem quoque populatur, Dei ira perſpicua eſt.*

Bonauent.

Bonauentura Expoſitione in titulũ libri Threnorum. *Ad planctum pro conſideratione peccatorum inuitans Ieremias dixit, (Accingite vos ciliciis, plangite,* A *& vlulate: quia non eſt auerſa ira furoris Domini à vobis.) In cilicio omnis corporalis afflictio intelligitur: in planctu, culpæ deteſtatio. In vlulatu, deteſtationis vehementia, & intenſio deſignatur, quæ exercenda ſunt donec Spiritus Sanctus clementiâ ſuâ interius experiatur. Ira autem furoris eſt voluntas, ſiue animus puniendi.*

Ad pœnitentiam tria requiſita corporalis afflictio, culpæ deteſtatio, & deteſtationis intentio.

Ira furoris Dei eſt illius animus puniendi.

Verſ.9. (*Et erit in die illa,&c.*) Hieronymus, *Vaſtante prædone Eccleſiam Domini, & irâ contra nos Domini permanente, omne auxilium inutile erit.* (*Peribit cor Regis:*) [a] *cuius cor debet eſſe in manu Dei: & cor Principum, qui putabantur eſſe ſapientes.* [b] *Stultam* B *enim fecit Deus ſapientiam mundi, quia per illam non cognouerunt Deum. Ipſi quoque Sacerdotes, qui legem Domini docere deberent, & ſubiectos ſibi populos à Leonis furore defendere, quodam ſtupore infatuati, vertentur in amentiam. Sic enim Sept. tranſtulerunt, pro ſtupore, exceſſum mentis exprimentes. (Et Prophetæ conſternabuntur:) ſiue, vt Aquila tranſtulit verbum Hebraicum, יתמהו ithmahu, (amentes erunt.) Quis enim non inſaniat, non perdat cor, quando Principes, & Reges, & Sacerdotes, & Prophetas quondam ſuos ſub Leone conſpexerit?*

2 Hieronym. *Hæreticorum motus quàm periculoſi in prouinciis, & regnis.*
a Prou. 21.1.
b 1.Cor.1.20.

Theodoritus. *Prædicit Regis formidinem, tam* C *Ioacim, quàm Iechoniæ ſuccedentis, tandemque ipſius Sedeciæ. Prædicit etiam Principum, & Sacerdotum metum.*

Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἐπὶ τούτοις περιζώσασθε σάκκους, καὶ κόπτεσθε.

Βίκτορος.] εἶτα θρηνεῖν κελεύει, ὡς μὴ ἀποστραφέντος τοῦ θυμοῦ Κυρίου, πῶς γὰρ ἂν ἀπέστρεψαν D θυμὸν Κυρίου, οἱ μὴ τῷ προφήτῃ πεισθέντες, μήτε περιτεμνόντες τὰς πονηρίας τῶν ἐπιτηδευμάτων τῆς καρδίας αὐτῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διότι οὐκ ἀπεστράφη.] τουτέστιν οὐκ ἀπὸ τῶν Ἰωσίου γινομένων ἔπαυσατο τῆς ὀργῆς ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ, καὶ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον αὖθις εἰς ἀσέβειαν ἐξετράπητε, δεικνύντες ὡς καὶ τὰ ἤδη γινόμενα, ὡς οὐ μετὰ γνησίας τῆς γνώμης γεγένηται παρ' ὑμῶν, τὴν καθ' ὑμῶν ἐξήνεγκε ψῆφον ὁ Θεός.

E [καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.]

Βίκτορος.] καὶ ἡ καρδία, φησὶν, ἀπολεῖται, βασιλέως μὲν μάλιστα, καὶ ἀρχόντων, καὶ ψευδοπροφητῶν οἱ καὶ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, τοῖς προφήταις ἔλεγον, μὴ λαλεῖτε ἡμῖν, καὶ ἀναγγέλετε ἑτέραν πλάνησιν. Θεοῦ γάρ τις ἐκπεσὼν, καὶ τῆς καρδίας ἐκπέπτωκεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ἀλαλάξατε, οὐ διὰ τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμός. ὄντως γὰρ ὄντως, οὐ διὰ τὴν γέενναν δεῖ μόνην χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὅτι ὀργίζεται Θεός. οὐχ ὅτι ὠργίσθη, ἀλλ' ὅτι ἀπεστράφη.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀπολεῖ ἡ καρδία τοῦ Βασιλέως.] τοιαύτη γὰρ τῶν δεινῶν ἡ φύσις, ἀποστερεῖ τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν. ὅταν γὰρ ἄμετρος ὁ φόβος ᾖ, οὐδὲν ἀφίησι κατὰ χώραν μένειν.

Ὀλυμ

Verſ. 8. *SVPER his accingite vos ciliciis, & plangite,&c.)* 3

Vict. Presb. *Ira Dei non auertitur ab iis qui recta ſuadentes non audiunt.*

Vict. Preſbyt.] *Poſtea lachrymas effundere præcipit, nimirum furore Domini nõ auerſo. Quomodo enim furorem Domini auertiſſent, qui Prophetam ſuadentem non audierunt, & prauitates operum cordis ſui non circumciderunt?*

Chryſoſtomi.] (*Quia non eſt auerſus,&c.*) *Hoc eſt, non ob ea quæ geſſit Ioſias Deus ſuam cohibuit indignationem, ſed quoniam & eo vitâ functo, iterum in impietatem prolapſi eſtis, oſtendentes & ea quæ iam feceratis non purâ, genuináque mente facta fuiſſe, Deus contra vos ſententiam tulit.*

Chryſoſt. *Iudæorũ conuerſio Sancti Regis Ioſiæ tempore non fuit genuina, ideo nec auerſa eſt ira furoris Dei à Iudæa propter ipſius Ioſiæ rectè acta.*

Verſ.9.) *Et erit in die illa,&c.)*

Victoris Preſbyt.] *Et cor, ait, peribit, præcipuè verò Regis, & Principum, & Pſeudoprophetarum, qui, vt Iſaias aſſerit, Prophetis dicebant,* [a] *Ne nobis loquamini, Et errorem alium nunciate. Qui enim à Deo auerſus eſt, cor item non habet.*

4 Vict. Presb.
a Iſai. 30.10.
Cor nõ habet qui à Deo auerſus eſt.

Chryſoſtomi.] (*Plangite,&c.*) *Non propter aduerſitates, ſed quia non eſt auerſus furor: ſanè enim non ſolùm propter gehennam dolendum: ſed quia Deus iraſcitur, Non quòd iratus ſit, ſed quòd auerſus fuerit.*

Chryſoſt. *Flendum non tã propter aduerſa, quàm propter Dei offenſas.*

Eiuſdem.] (*Peribit cor Regis,&c.*) *Ea enim eſt rerum aduerſarum natura, vt innatâ homines priuet ratione. Nam ſi menſuram terror exceſſerit, nihil in eodem loco ſtare permittit.*

Idem. *Aduerſorum natura eſt, vt homines priuent ratione.*

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ ἐκστήσονται, ἐπὶ ταῖς ἀδοκήτοις συμφοραῖς. [καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οἱ ψευδοπροφῆται. διατί; οὐχ ὡς παρ' ἐλπίδας τῶν πραγμάτων ἐξελθόντων, ἀλλ' ὡς παρ' ἐλπίδας δεικνυμένων, καὶ γιγνομένων.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ψευδοπροφῆται.

A Olympiodori.] *(Et obſtupeſcent, &c.) In non expectatis ærumnis. (Et Prophetæ mirabuntur.)* Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt Pſeudoprophetæ. Quanam de cauſa? non quòd præter ſpem res exitum eſſent ſortitæ, ſed quòd præter ſpem exhiberentur, & fierent.* Chryſoſt.

Olympiodori.] *Pſeudoprophetæ.* Olympiod.

Verſ. 10.] Et dixi, Heu, heu, heu, Domine Deus: Ergone decepiſti populum tuum, & Ieruſalem, dicens: Pax erit vobis: Et ecce peruenit gladius vſque ad animam?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Et dixi.*

DVM [a] hæc enarro, quæ populo meo mox euentura conſpicio acerbiſſima, fieri nequit, vt vehementibus intra me non agiter motibus, quæ autem propterea ſenſi intrinſecus, quæue in meo protuli animo, præ internæ perturbationis magnitudine, & extrinſecus promere coactus hæc ad Dominum habui. [b] Admiratione quidem non exiguâ, & metu, atque dolore tunc primum fui commotus, cùm me adhuc infantem in Prophetam eligeres, quod tanto muneri imparem me agnoſcerem. Ideoque tunc dixi, A, a, a, Domine Deus, Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. En & modo iiſdem concuſſum me ſentio motibus, diuerſas tamen ob rationes, Heu, heu, heu Domine Deus, Paueo, admiror, atque ſummopere doleo, quòd & per me, quem in ſanctum Prophetam Iudaico potiſſimum populo deſtinaſti, populum eumdem decepiſſe viſus ſis; quando poſtquam illi pacem, te id mihi ingerente, pollicitus eſſem pro tempore, quo tu illam præordinaſti, Is nunc me deceptum decepiſſe & ipſum arbitratur, idque & palàm fatetur; cum iuxta eas, quas, te pariter dictante, prædico clades, & afflictionibus grauiſſimis, qui intima, & abdita quæque eius, Principeſque potiſſimùm, Sacerdotes, atque Prophetas penetret, peruenerit gladius vſque ad ipſius animam.

b Heu, heu, heu Domine Deus: Ergone decepiſti populum tuum, & Ieruſalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vſque ad animam?

2 *Quodque me magis iis perturbat motibus, illud eſt, quòd cùm me tantâ ſolennitate in huius populi conſecraueris Prophetam, qui vera eis denunciarem, permiſiſti, nihilominus, vt ille potiùs à Prophetis deciperetur falſis, tuque ipſe permiſſione iſtiuſmodi tuâ eumdem decepiſti populum, permittens, vt iis fidem præſtarent falsò pollicentibus pacem: Cùm potiùs & in ipſorum Prophetarum, & in populi eiuſdem pœnam, clades, & aggrauatæ, & multiplicatæ ſint nimis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVI erga Iudaicum populum, ciuitatemque Ieruſalem vehementiſſimâ affectus erat charitate, totus in inſtantis illius vaſtationis narratione commotus eſt Ieremias. Quam autem intrinſecus ſenſit commotionem, & extrinſecus pariter ſignificare compulſus eſt. Adeoque in ipſius, quam cæperat, narrationis ſuæ medio egregiâ ad Deum conuerſione & ſuos illi ſignificauit internos motus, & eorum expoſuit cauſam. Quod enim, ait, *(Et dixi:)* tantumdem eſt ac, Quæ intrinſecus in animo ſenſi, cùm adeo grauia oratione proſequerer, extrinſecus quoque proferre coactus, hæc ad Dominum habui, cuius me noram fungi legatione. Quid autem illud eſt? *(Heu, heu, heu Domine Deus.)* Quibus triplicem internum ſuum explicat motum, admirationis, metus reuerentialis, atque doloris, quibus & cùm primùm à Deo Propheta inſtitueretur, ſe pariter commotum ſignificauit in capite primo, vbi his ſimilia habuit, *Et dixi, A, a, a Domine Deus*, eſt enim in Hebraico textu & hoc loco, ſicut & ibi eadem interiectio אהה *ahah.* Vnde non abs re fuerit, ſi dixerimus, & hîc quoque Prophetam ad eam primam alludere ſui inſtitutionem: Id autem duobus modis fieri potuit, iuxta duplicem ſenſum eorum, quæ ſequuntur, *(Ergo ne decepiſti populum iſtum, & Ieruſalem dicens, Pax erit vobis? &c.)*

Vide ſupra expoſitione primâ verſ. 6. cap. 1.

Ierem. 1. 6.

2 1. Senſus.

Vt primò indicet, ſe tunc quidem in prophetici oneris, ac dignitatis exhibitione admiratione commotum, & metu, necnon & doluiſſe, quòd tanto imparem ſe agnoſceret ſe muneri. At poſtmodùm ſimilibus quidem, diuerſâ tamen ratione ſe agitari motibus. Quòd, cùm Prophetam tanta cum ſolemnitate ipſum tunc Deus conſecrauerit, Iudaicoque in primis deſtinauerit populo, modò ad decipiendum eumdem populum eum delegaſſe is videatur. Neque enim vllâ ratione exiſtimandum, Sanctum Prophetam id Domino imponere voluiſſe, vt vel mente conceperit, falſa ab illo ſibi ſuggeſta, quibus is deciperetur populus. Sed ob imminentem, quam narrare cæperat, Ciuitatis Ieruſalem euerſionem populum ipſum in eam deueniſſe, ait, ſententiam, vt Deus per Prophetæ ſui os eum deceperit: ſic quippe ſubiicitur, *(Dicens: Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vſque ad animam.)* Supra enim pacem pollicitus, cùm in capite tertio dixit, *In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ieruſalem*, ſtatim è veſtigio grauiſſimam eiuſdem Ciuitatis, totiuſque Iudaicæ terræ per idem Prophetæ os prædicit inſtantem cladem. Vt quod hîc dicitur. *(Ergone decepiſti populum iſtum dicens, &c.)* ei ſit ſimile, quod infra in cap. 20. idem ait Ieremias, [c] *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Vbi declarans rationem, quâ ſe ſeductum, vel iuxta verſionem Sept. deceptum ſe à Domino aſſeruerit, ſubdit, *Factus ſum in deriſum totâ die, omnes ſubſannant me.* Ac ſi dicat, Deceptum me omnes arbitrantur, idque apud illos deueni opinionis, te permittente, ita vt propterea me à te ſeductum, deceptumque affirmare non erubeſcam, ſcio enim, te dictante vera me vaticinatum, quòd ſi illi ſeductum me prædicant, ſeductum ſciant à te, qui omnis & mendacij, & deceptionis es expers.

Decipere quomodo dici queat Deus per ſanctos Prophetas.

Ierem. 3.

Decipiat quomodo Deus ſanctos Prophetas.

c Ierc. 20. 7.

3 2. Senſus.

Secundo tamen ſenſu, qui & mihi magis arridet, magiſque & antecedentibus, & ſubſequentibus cōſonus eſt; turbatū ſe quidem tunc temporis ſignificat Ieremias, cùm adhuc puer Propheta inſtitueretur à Domino, triplicique (vt dictum eſt) coram eodem Domino turbatum motu. At

non admittat separatorium, iuges probabit inimicitias cum iis ipsis à quibus recedere noluit. Cùm è vestigio vnà cum istiusmodi gladij missione penetrante vsque ad animam, perfectissimam conferat pacem illam, de qua Apostolus,[a] *Pax,* inquit *Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras.* Quamue vt fugientem in solitudinem nedum inquirendam omni sedulitate, sed & omni contentione vsu prædicti gladij separatorij persequendam suadet vates Regius, dicens, [b] *Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.*

Pax Dei est cū gladio diuidente animam à mundo.

a Phil. 4. 7.

b Psal. 33. 15.

Porrò sicut hæc pax summopere desideranda, est, summæque est iucunditatis, teste piâ illâ animâ, quæ cùm illa posita esset, dixit, [c] *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Ita & primum istud deceptionis Dei genus peroptandum cuique est fidelium, maximæque censendum est dulcedinis, & consolationis. Cùm è contra alterum deceptionis item Dei genus inexplicabilem afferat dolorem fidelibus, quibus & præ omnibus id detestandum existimatur. In quo contrariâ ratione à superiori genere promittitur pax, & vice pacis mittitur summè afflictiuus gladius, pertingens vsque ad animam. Vnde Ieremias noster vehementissimo dolore perculsus in hæc prorupit verba, [d] *(Heu, heu, heu Domine Deus. Decepisti populum tuum dicens, Pax erit vobis, & ecce peruenit gladius vsque ad animam.)*

c Cant. 2. 3.

Deus quomodo decipere dicatur promittens pacē, & mittens gladium.

d Ier. 4. 10.

7

De hac Dei deceptione agit Beatus Iob, recensensque illam inter ea, quæ eiusdem Dei potentiam arguunt, ait, [e] *Qui immutat cor Principum populi terræ, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.* Vix aliquando ingemiscendum pro istiusmodi deceptione, quâ, Deo permittente, populus aliquis à prauis Doctoribus, & hæresiarchis, qui sunt pseudoprophetæ Ecclesiæ, in hæresûm deducitur errores, ni eius Principes decepti sint populi. Ideo decepturus, seu permissurus Deus, vt Israeliticus populus à Pseudoprophetis deciperetur, de deceptione potissimùm consuluit Regis illius, dicens, [f] *Quis decipiet nobis Achab?* Propterea ait Iob, Deum immutare cor Principum populi terræ, populi qui terræ affixus sit, terrenisque deditus, permittens, vt praui fidem præbeant Consiliariis, per quos cor, quo erga Catholicam fidem, Apostolicamque Ecclesiã erant affecti, per declinationem ad hæreses immutatum reddatur. Sicque per eosdem prauos Consiliarios, pessimosque Doctores decipi ipsos sinere, vt hæresûm opinionibus infecti errent, prout dicitur & in Psalmo, [g] *in inuio, & non in via,* quæ Christus est, via recta, & via lucis, per quam vt ambularent suaserat eis idemmet Christus apud Ioannem, dicens, [h] *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Tenebræ inquam illæ densissimæ hæreseôs, de quibus inquit & Iob, *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce.* Adeoque & benè subiicit, *& errare eos faciet quasi ebrios,* Mittendo nimirum illis, vt ait Apostolus, [i] *operationem erroris, vt credant mendacio,* iidemque quasi ebrij, & in vertiginem acti fœdissimè, nullàque ratione habitâ decori, atque honesti, euomant, & in subditum populum.

e Iob. 12. 24.

Hæresi vix inficitur Populus aliquis, nisi priùs illius infecti sint Principes.

f 3. Reg. 22. 20

Hæresiarchæ student potissimùm Principes decipere.

Principes hæresi infecti qualiter se habeant erga subiectum populum.

g Psal. 106. 40.

h Ioa. 12. 35.

i 2. Thess. 2. 11.

8

Talis itaque populi Ieremias ingemiscens miseriam, ter ait, *heu, heu, heu,* indicans, & nobis, nulla de re magis in Ecclesia dolendum, quàm de huiusmodi deceptione à Deo in præcedentiū A peccatorum pœnam permissa. (*Decepisti,* inquit, *populum istum, & Ierusalem, dicens, Pax erit vobis, Ecce peruenit gladius vsque ad animam.*) Quod certè in multis Prouinciis, quæ priùs religiosissimæ erant, ita vt nomen illis competeret Ierusalem, & visionis pacis, deplorandum nostris est temporibus hisce, quando hæresiarchæ in eo potissimùm & Principes, & plebem deceperunt, atque decipiunt, quòd pacem pollicentur, & libertatem prædicant conscientiæ, cùm indubitatum id sit, quod per Prophetam illum dicitur, *Non est pax impiis dicit Dominus,* & si pax aliqua eis pro- B mittatur, prout promittunt hæretici, suadentes, vt carnis satisfiat desideriis, quæ iugiter militant aduersùs homines, & vt conscientiæ nullatenus admittantur remorsus, pax mundi ea est, de qua Dominus, [k] *Pacem* ait, *meam do vobis non quomodo mundus dat, ego do vobis*: non illam videlicet pacem, cui summa adnexa est amaritudo, ita vt id ei competat, quod ad aliud propositum dictum reperimus, [l] *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Pro qua & zelo æstuabat Dauid, cùm diceret, [m] *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns, quia non est respectus morti eorum.* Quia non est qui C respiciat ad eorum mortem, nec ipsimet respiciunt, considerantque mortem suam, quæ talem consequitur pacem.

De hæresis deceptione fidelibus maximè dolendū.

Hæretici nostri temporis libertatē cōscientiæ prædicantes promittunt pacem, & dant gladiū amaritudinis.

Isai. 48. 22.

Pax mundi pessima & amarissima.

k Ioan. 14. 27.

l Isai. 38. 17.

m Psal. 72. 3.

Quod & in Euangelio deflesse Dominum legimus, cùm dicitur, [n] *Appropinquans Iesus Ciuitati fleuit super illam, & ait. Quia si cognouisses & tu, & quidem quæ ad pacem tibi in hac die tua, Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis,* quorum, iuxta Gregorium Papam sensus est, & quidem in hac die tua habes quæ ad pacem pertinent, id est, labili hoc tempore, quod tibi, non diuino honori impendis, tradis te carnis voluptatibus, ac bonis præ- D sentibus ad fœlicitatem abuteris. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: Si enim oculis cordis tui mala quæ imminent abscondita non essent, haud tam gratanter prædictam complexareris pacem. *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & cætera,* de quibus aliàs.

n Luc 19. 42.

Pacis mundi amaritudo nō percipitur à mundanis, cū tamen fletum causarit Christo.

Greg. Pap.

9

Vtinam autem mala, quæ hanc comitantur mundi pacem corpus duntaxat attingerēt. Quod maiorem Prophetæ incutit dolorem, id est quòd perueniunt vsque ad animam, cui & mortem infert infidelitatis acutissimus linguæ hæreticorū E gladius, de quo in Psalmo 56.[o] *Lingua eorum gladius acutus,* & in Psal. 58.[p] *Et gladius in labiis eorum.* Vnde, (& ecce, inquit, *peruenit gladius vsque ad animam,*) Et nota, quòd hæc in præterito, loquitur, cùm quando priùs egit de deceptione per pollicitationem pacis, loquutus sit in futuro, (*Pax erit vobis*:) Quia reuera in terrenis voluptatibus, & in ea, quam hæretici prædicant libertatem conscientiæ, numquam pacis internæ obtinetur quies, cùm è vestigio ad primã eorumdem hæreticorū doctrinæ admissionem, gladius linguæ illorum illicò dicendus sit peruenisse vs- F que ad animam. Quæ dicta sunt de Dei permissione deceptionis populorū per hæreticos, aptabis facilè ad deceptionem cuiuscumque fidelis per prauam circa mores improborum doctorum eruditionem. Vel etiam ad permissionem deceptionis animarum, quæ fit per suggestiones, & tentationes Sathanæ, appellati spiritus erroris, atque mendacij, de quo apud Hosæam dicitur,[q] *Spiritus fornicationis decepit eos,* pollicens nimirum quietem, ac pacem in vsu carnalium voluptatū, quarum pollicitationum gladius peruenit vsque ad

Hæresis gladius peruenit vsque ad animam.

o Psal. 56. 5.

p Psal. 58. 8.

Doctrina praua quàm periculosa, & perniciosa.

Dæmonē decipere animas quomodo permittat Deus.

q Hose. 4. 12.

ad

ad animam, *fornicati sunt* enim ibidem subijcitur, *à Deo suo*: cùm paulò ante in eodem capite dictum fuisset, [a] *fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.*

a Hose.4.11.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Et dixi, Heu, heu, heu, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Καὶ εἶπα, ὦ δέσποτα Κύριε, ἄραγε ἀπατῶν ἠπάτησας τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, λέγων, εἰρήνη ἔσται, καὶ ἰδοὺ ἥψατο ἡ μάχαιρα ἕως τῆς ψυχῆς αὐτῶν.

Vers. 10.] Et dixi, ô Dominator Domine: ergo ne decipiēs decepisti populum istum, & Ierusalem, dicens, pax erit, & ecce tetigit gladius vsque ad animam eorum?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixi, Suscipe deprecationem meam Domine Deus: Certè* A *ecce Prophetæ mei decipiunt populum istum, & Ierusalem, dicentes: Pax erit vobis, & nunc ecce gladius occidit in populo.*

Vers. 10. (*Et dixi, Heu,* &c.) Hieronymus in Comment. *Quia supra dixerat,* [b] *In illo tempore vocabunt Ierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes in monte Domini in Ierusalem, & nunc dicit,* [c] (*Peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescent Sacerdotes & Prophetæ consternabuntur:*) *turbatur Propheta, & in se putat Deum esse mentitum: nec intelligit, illud post multa tempora repromissum, hoc autem vicino futurum tempore, iuxta quod* B *& Apostolus loquitur:* [d] *Numquid repulit Deus populum suum?* Absit. Similia asserit & D. Thomas.

Hieron. *Deceptum se à Deo putat Ieremias.*
b Ier.3.17.
c Ier.4.9.
d Rom.11.1.

Theodoritus, *Hæc non verè dicit Propheta: sed quòd pseudoprophetæ promitterent pacem, & assererent Deum hanc polliceri.*

Theodorit. *Decipere dicitur Deus per Pseudoprophetas.*

(*Peruenit gladius vsque ad animam,*) ait Hieronymus, *quando nihil vitale in anima reseruabitur. Simulque & hoc ostendit, quòd nisi gladius præcesserit, qui desecet, & purget animæ vitia, pax & promissio non sequatur.*

Hieron. *Pacē animæ præcedit gladius.*

Gregorius Papa lib. 11. Epistolarum epist. 2. C (*Peruenit gladius vsque ad animam,*) *ecce cuncta plebs cælestis iræ mucrone percutitur, & repentinâ singuli cæde vastantur.*

Greg. Pap.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI εἶπα, ὦ δέσποτα Κύριε. ἄραγε ἀπατῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὰ συναποκρίνονται τῷ Θεῷ οἱ προφῆται, καθάπερ ἐν τινι σκηνῇ, τὴν D διόρθωσιν ἐργαζόμενοι τοῦ λαοῦ. τοῦτο καὶ πατέρες, καὶ φίλοι πατέρων μετ᾽ ἀλλήλων ποιοῦσιν, τοὺς παῖδας διορθοῦντες. ποῦ δὲ εἶπε τούτοις, εἰρήνη ἔσται ὑμῖν; ἀνωτέρω τὰ χρηστὰ διηγούμενος ἔλεγε. καὶ ἥξουσιν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα. τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα φησὶν ὁ προφήτης; οὐ γὰρ δὴ ἀγνοεῖ. μὴ γένοιτο, ὁ πάντα εἰδὼς ἀκριβῶς, ἀλλ᾽ ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος, τοῦτο, ὅτι συναποκρίνεται τῷ Θεῷ, ὅπερ εἰκὸς ἦν ἐκείνους εἰπεῖν. ἵνα E δῷ πάλιν ἀρχὴν ἀποκρίσεως τῷ Θεῷ.

Θεοδωρήτου.] οὐκ ἀληθῶς ὁ προφήτης ταῦτα φησίν. ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ οἱ ψευδοπροφῆται, ὡς ἐκ θεοῦ τοῖς Ἰουδαίοις τὴν εἰρήνην κατήγγελον πρὸς ἐκείνων ἔλεγχον ταῦτα προβάλλεται.

Βίκτορος.] οὕτω πάντες οἱ ἅγιοι χρονιζούσης τῆς ἐλπιζομένης σωτηρίας, ἀμηχανοῦσιν.

Vers. 10. ET *dixi, ô Dominator,* &c. *Ergóne decipiens,* &c.) 2

Chrysost.] *Multa Deo Prophetæ respondent cum alijs, veluti in Scæna quadā, populi emendationem procurantes. Hoc patres, patrumque amici inuicem faciunt, filios corrigentes.* Vbinam verò his dixit, (*Pax erit vobis?*) Supra enarrans prospera dicebat, [a] *Et veniet domus Israel, & Iuda in vnum,* si abominationes sustulerit. Ad quid igitur hæc ait Propheta? nec enim ignorat, Absit, qui omnia perfectè nouit, sed quod initio dixi hoc est, quod ab illis Deo erat dicendum, & ipse respondet: vt rursus occasionem responsionis Deo exhibeat.

Chrysost. *Emendationē proximi procurare satagant omnes.*
a Ier.3.18.

Theodoriti.] *Non verè hæc proferuntur à Propheta. Sed cùm Pseudoprophetæ veluti ex Deo Iudæis pacem pollicerentur, ad illorum redargutionem hæc proponit.*

Theodorit.

Victoris.] *Ita omnes sancti speratâ salute tardante anxietate premuntur.*

Vict. Presb. *Sancti anguntur tardante salute quam sperant.*

Vers. 11.] In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem, ventus vrens in viis, quæ sūt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandū.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusalē.*

E *Longinquis quippe ciuitatibus, quibus primum cogniti fuerint Chaldæorum Regis, & exercitus* F *motus, illo tempore, quod tu præordinasti, frequentes, celeresque, & populo vniuerso, & ciuitati in primis Ierusalem mittentur nuncij,* [b] *qui Regem, populumque Iuda de aduentu doceant eorumdem Chaldæorum proximo aduersus eos: & de Babylonici Regis, exercitusque instruant & itineribus, & terribilitate, dicentes, itinera esse per ea deserta, quæ sunt inter Ierusalem, ac Babylonem, perque eam viam, quâ tenditur in Ierusalem Iudæorum Regiam, eosdemque tanto venire cum impetu, vt meritò vento comparandi sint Aquilonis omnia vrentis,*

1
b *Ventus vrēs in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, nō ad ventilādum, & ad purgandum.*
2

vrentis,tantoque perflantis impetu,vt deſeruire nequeat A
3 *ad ventilandum, purgãdumque triticum,abreptis ſimul*
& leuibus paleis, & grauioribus granis, [a] *qualis is eſſe ſolet, qui in locis ſpirat aditioribus, vel in deſerto vbi nihil ſit, à quo eius impediatur vehementia. Sic enim Rex Nabuchodonoſor cum ſuo exercitu omnia vel muniſſima Iudææ oppida ſuo penetrabit impetu, à nulloque impeditus vaſtabit vniuerſa, non pauperem dumtaxat plebem, ſed & magnates in captiuitatem abripiens.* [b] *Neque ad id veniet vt per ipſum probentur puri, ac ſancti, quod ærumnis Deo permittente ſæpius fieri ſolet; ſed vt omnia necibus, rapiniſque compleat in vindictam, & in ſceleſtis populi deuaſtationem.*

a Ventus ſiccus excelſa in deſerto, via filiæ populi mei.

b Non ad purũ, neque ad ſanctum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 IN *tempore illo*, &c.) Redit iam Propheta ad deſcribendum, quam cœperat imminentem per Regem Babylonis, eiuſque exercitum calamitatem. Deſcribit autem illum aduentantem, & viam deſignans, quà venturus erat, & modum. Itinera illius futura inquiens per ea deſerta, quæ inter Babylonem ſunt, atque Ieruſalem, Modum futurum aſſerit cum vehementia, & terribilitate maxima, vt pote inſtar vrentis, vehementiſſimique venti omnia deuaſtantis. Expendamus verba, quæ perplexitatis aliquid in ſe videntur habere: ſupponitur, ex locis quibus aduentantis Babylonici exercitus primùm perſpecti fuerint impetus, nuncios tunc aduenturos in Ieruſalem, qui Iudæ Regem, populumque ea de re faciant certiores, hoc enim ſignificat, (*In tempore illo dicetur populo huic, & Ieruſalem.*) Quòd verò nunciaturi aſſeruntur, iuxta noſtram Vulgatæ lectionem tale eſt, (*Ventus vrens,*) id eſt, exercitus Chaldæorum, inſtar venti vrentis eſt ſcilicet iam, (*in viis quæ ſunt in deſerto,*) id eſt iter habet, & irruit per vias, quæ in deſerto ſunt, perque ea deſerta, quæ inter Babylonem, ac Ieruſalem exiſtunt, *via* (genitiui ſingularis.) (*filiæ populi mei,*) id eſt, quâ deuenitur in Ieruſalem, Hebraica phraſi ſic nuncupatam filiam populi mei, prout & in Threnis,[c] *effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritionem filiæ populi mei.* [d] Et *filia populi mei crudelis, quaſi Struthio in deſerto.*

Ieruſalẽ dicta à Ieremia filia populi mei.

c Thren. 2. 11.

d Thren. 4. 3.

2 (*Non ad ventilandum, & ad purgandum.*) Perſtat in aſſumpta vrentis venti metaphora, per hæc enim ſignificatur prædictum Chaldæorum exercitum vrenti quidem vehementique ſimilem futurum vento, non tamen vento illi, qui vehementiâ ſuâ ad id inſeruiat boni, vt in area triticum ventilet, ac purget; ſed ei qui noxia tantum afferat, vniuerſaque vrat: ſic enim illum & inſtar venti omnia penetraturum vel tutiſſima Iudaicæ regionis loca: & inſtar venti vrentis omnia deuaſtaturum, nec rationem vllam habiturum cuiuſpiam: haud enim futurum inſtar illius venti, quo in area ventilando, atque purgãdo leues rapiuntur paleæ, grauiaque relinquuntur grana: at eodem impetu & tenuiores populi, & potentiores Principes, Sacerdotes, atque Prophetas vel nece vel captiuitate abducturum. Id vnum hîc animaduertendum. Quamuis vt plurimùm in ſacris literis nomine venti vrentis deſignari ſoleat Auſter, qui calidus eſt, adeoque & ob id, hoc loco exiſtimârint aliqui dictum, *in viis quæ ſunt in deſerto*, &c. Quòd ab ea regione, quæ ab Auſtro reſpicit Paleſtinam, deſertum ob ariditatem nuncupata vehementes excitari ſoleant turbines, & vrentes venti. Attamen is qui modò in ſimilitudinem aſſumitur ventus vrens, ventus eſt Aquilo, ab Aquilone videlicet perflans impetu maximo, cuius violentiam, ac damna explicans auctor libri Eccleſiaſtici ait,[e] *Et deuorabit montes*, omnem videlicet eorum viriditatem depaſcens, ac areſaciens, *& exuret deſertum*, eius pariter virentia conſumens, quod clariùs explicat, cùm ſubiicit, *Et extinguet viride ſicut igne*, id eſt, ſicut ſi igne exuſtum id eſſet.

Aquilo dictus ventus vrẽs, ſerenus, & ſiccus.

e Eccle. 43. 23.

In Hebræo pro vento vrente eſt רוח צח *ruahh tzahh*, propriè, (*Ventus clarus*) atque ſerenus: nomen enim adiectiuum tzahh mundum, purum, 3
B candidum, nitidum, atque ſerenum propriè ſignificat, vnde & aëri tributum reperitur Iſai. 18. 4.[f] *Sicut aër clarus*, ſeu *ſerenus propter lucem.* Vulgata, *Sicut meridiana lux clara eſt*, conſtat autem, iuxta Salomonis[g] dictum, Aquilonis ventum nubes diſſipare, & pluuias, adeóque & iure ſerenum ab effectu nuncupari, ſicut & ab alio ſiccitatis effectu alij hoc ipſo loco Ventum eum appellatum cenſent Siccum, prout vertunt Pagninus, & Regia, (*Ventus ſiccus,*) nec non & Vatab. legens, (*Ventus exſiccans,*) R. Salomon, (*Ventus ſitibundus,*) ob
C eamdem rationem. Congruitque & in eo venti Aquilonis ſimilitudo cum Rege Babylonis, & cum Chaldæorum exercitu, nedum in moleſtiſſimis effectibus, ſed & in eo, quòd ab Aquilonaribus regionibus veniunt.

d Iſai. 18. 4.

e Prou. 25. 23.

In reliquis diuerſus ſenſus à lectione noſtra in lectione videtur Hebraica textus, & ad aſſumptam prædicti venti ſimilitudinem ſpectare vniuerſa, cuius impetus duplici inſuper ex capite aſſeruntur vehementiores, quia in locis perflet æditioribus, & quia in deſerto ſpiret, vbi nihil ſit, à quo illius impediantur impetus, qui & propterea tanti ſint, vt haud deſeruire is queat ad vẽ-
D tilandum, & purgandum triticum, vtpote quo nedum paleæ, ſed & grana ſimul abriperentur in aëra. Sic enim habent ad verbum, (*Ventus ſerenus, ſeu ſiccus excelſa*, ſcil. perflans *in deſerto*, ſc. ſpirans, *via filiæ populi mei*,) id eſt ventus iſte Ieruſalem verſùs, ſuos hos vehementiſſimos immittit impetus, (*Non ad ventilandum, & ad purgandum*,) ſed ad deuaſtandum. Vt tota ſit locutio metaphorica Chaldæorum exercitus proximos deſignans impetus in Iudæam.

In verſione Sept. multò maior eſt diuerſitas, 4
eſtque non modicum difficultatis in illius expli-
E cando ſenſum, primo enim cùm Hebraica vox רוח *ruahh* & ventum deſignet, & ſpiritum, Sept. illi ſapientes in ſecundo id ſumpsêre ſignificatu, vertentes, πνεῦμα πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁδὸς τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου, οὐκ εἰς καθαρὸν, οὐδ' εἰς ἅγιον. (*Spiritus erroris in deſerto via filiæ populi mei, non ad purum, neque ad ſanctum.*) Quamuis autem Theodoritus (vt videre eſt in noſtra appendice) de prauo ſpiritu ſeducente, atque in errorem ducẽte pſeudoprophetas, hæc intelligat, quem & ſequuntur qui iſtam lectionem Sept. attingunt. Ipſe tamen
F & in ea ſpiritus vocabulum pro vento poſitum arbitror, prout idem & à noſtro interprete in ſubſequenti obſeruatum eſt verſ. 12. vt idem ferè ſit iſtorum ſenſus, qui eſt & lectioni Vulgatæ allatus, deque Rege Babylonis, & Chaldæorum exercitu fiat ſermo ſub metaphora & ſimilitudine venti, Ac ſi dicatur ventus abſque vllo impedimento in deſerto oberrans, (ſic enim (*erroris*) pro errans ponitur, quomodo & mox in ſequenti verſ. dicitur, *Spiritus plenitudinis*, pro plenus) (*via filiæ populi mei*,) id eſt iſtius perflantis venti, ſeu iſtius exercitus, inſtar venti oberrantis viâ quâ flat,

Spiritus pro vento.

flat, & tendit est via Ierusalem, (*Non ad purum, neque ad sanctum*,) probandum ille venit, sed ad perdendum atque ad vastandum, vt sit locutio concisa. Nemo autem est qui ignoret duplicem rationem, quâ calamitates immittit Deus, vel vt iustos probet, purioresque per eas efficiat, vel vt impios, & obduratos per eadem perdat. In textu B. Hieronymi habentur, (*Spiritus erroris*,) cùm omnes codices Græcè impressi πλανήσεως (*erroris*) habeant.

Vers. 11.] In tempore illo dicetur, Populo huic, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 TEMPORE quo Deus permittit hæreticos decipere populum suum fidelem, prout mox explicatum est, quale nostrum est tempus, frequenter fidelibus denunciatur, iisque primùm qui infectis propinquiores sunt Prouinciis, proximum & ipsis, ni sedulò sibimet caueant, hæreseôs periculum. Dicitur autem hæresis primùm ventus, quia instar venti agitantis, & commouentis aërem in quem spirat, & ipsa illicò nedum vnumquemque totum commouet, quem perflare cæperit, sed totas agitatione suâ perturbat Prouincias, vniuersáque & regna, quæ attigerit. Porrò sicut ventus ita est sui diffusiuus, ac penetratiuus, vt ferè in instanti totum vbi flat, sui participem faciat locum, & vndequaque vel per minimas rimulas in eo sibi reperiat aditum. Ita & hæresis vel per tenuissimas sibi præstitas occasiones & animarũ adit penetralia, & in Ciuitates, & in Prouincias, & in Regna ingrediens, illicò in eis quantumlibet maximis sese diffundit, quod vtinam temporibus hisce nostris comprobatum non videremus experientiâ.

Hæreseôs quàm magnũ sit periculum contagionis.

Hæresis quàm aptè dicatur ventus.

Hæresis vel per minimos penetrat aditus.

6 Quis verò ea explicet damna, quæ ab vno isto hæresis fiunt vento? Vnico Propheta noster ea subindicat attributo, (*Ventum*) eam appellans (*vrentem*,) vrentem autem non tam æstu, quàm frigiditate, prout explicatum est in expositione literæ, instar venti Aquilonis; & in subsequentibus videbimus, spiritualem frigiditatem esse iniquitatem, dicente ipsomet Ieremiâ, [a] *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam*, Nec est, qui ignoret, hæreseôs damna vniuersa ex hæreticorum prouenire peruersitate, congelando, & exsiccando; comburunt quicquid in germen prodierit, peruersè quorumlibet bonorum operum docentes inutilitatem & ariditatem, prout nostri temporis docent hæretici, iustitiam solummodò eam prædicantes, quam dicunt imputatiuam. Ideóque bene pro vento vrenti in Hebraic. vento sicco hæresis hîc comparatur.

Hæresis suâ nocet peruersitate.

Frigus spirituale est iniquitas.

a Ierem. 6. 7.

Hæresis ventus vrens, & quomodo vrat congelando, & exsiccando.

7 Qua in re id perpendendum, quòd hæresis ea potissimùm, quâ iustitiam nostram vniuersam tribuit gratiæ, inutilia definiens quæcumque opera, exsiccando comburere dicitur, & humorem gratiæ omnem à virentibus plantis, atque à fidelibus depellere, quos suo tetigerit algore. Vnde & bene hîc ita (*ventus* dicitur *vrens*, ac *siccus*, vt venire asseratur, & flare *in viis, quæ sunt in deserto*.) Ex eo Psalmi, quo dicitur. [b] *In terra deserta, & inuia, & inaquosa*, tres in primis colligo esse deserti spiritualis conditiones; primam, vt Dominus illum deseruerit. Secundam, vt in eo viæ mi-

Hæresis nimiũ tribuens gratiæ diuinæ, animas reddit ipsâ gratiâ destitutas.

b Psal. 62. 3.

Deserti spiritualis conditiones tres.

A nimè appareant, quibus in spirituali gradiendum sit vita: & tertiam, vt expers sit diuinarum gratiarum aquis. Hæresis ventus in aliquam spirans animam, aut in Ciuitatem quampiam, hæc seruat itinera, hacque procedit ratione, vt eorum vtatur ope quos propter scelera norit à Deo esse desertos: vtque in inuio perplexitatum, ac dubitationum circa res fidei, plurimas sibi faciat vias prauis doctrinis, de quibus per Prophetam dicitur, *fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum*: & demum, vt terram Sacræ Scripturæ, quam vnam prædicare asserit, absque aquis doceat veræ sapientiæ, B quæ sensibus constat Sanctorum, ac veterum Patrum, in primisque sacræ, & Apostolicæ Ecclesiæ deffinitionibus. Quam Apostolicam sedem cùm impugnare omni enitatur contentione, benè flare ea dicitur, *in viis deserti via filiæ populi Dei*, id est, Ierusalem (vt explicatum est in litera) in qua antiquitùs erat templum, & summus Sacerdos, vt modò in Romana Ecclesia sedes est Petri, summusque Pontifex. Benè insuper de prædicto hæresis vento additur, (*Non ad ventilandum, & ad purgandum*:) Neque enim hæreseôs argumenta, & syllogismi, quorum multa effutiunt hæretici, eò C spectant vt disputatione congruâ verum ventiletur, purgeturque à falso, vt triticum à paleis: at in id vnum directa sunt, vt omnia confundant, & sus déque inuertant.

Hæresis itinera qualia.

Hæreticorũ id peculiare, vt Apostolicam impugnent Ecclesiam.

Hæreticorum disputationes quò tendant.

Iuxta versionem Sept. (*Spiritus erroris in deserto, via filiæ populi mei, non ad purum, neque ad sanctum*,) congruentissimè hîc ipse hæreseôs ventus dicitur Spiritus erroris, quia quicquid flat, quicquid spirat error fidei est; Et in deserto spirat, quia eos suis commouet, agitatque, & concutit mendaciis, quos meritò desertum appelles; quia deserentibus ob scelera quæ admisêre Deũ, D ab eodem vnico suo deserti redditi sunt habitatore. Via istius spiritus erroris dicitur. Via filiæ populi Dei, phrasi illâ, quâ in sacris literis filiæ vocabulum pro nomine vsurpatur Ciuitatis, Ac si dicatur, Via Ciuitatis populi Dei, vrbis nimirum Romæ, in qua sedes est Petri, sic appellatæ Ciuitas populi Dei, quia ad eam pro fidei Catholicæ eruditione fidelis confugit Dei populus, adeoque vt eiusdem Catholicæ fidei habitaculum ab Apostolo nũcupatur [c] *columna & firmamentum veritatis*. Spirans igitur ventus iste erroris viam istam extrinsecus tenere videtur, quia E hæreticorum id moris esse solet, vt cùm errores dispergunt, Catholicæ inhærêre se profiteantur fidei, & veritati. Attamen tametsi hac tendere se fingant viâ, nec ad purum, neque ad sanctum eorum tendit doctrina, cùm ventus ipse hæreseôs vt spiritus erroris eidem puræ ac sanctæ aduersus sit fidei. 8

Hæresis est spiritus erroris flans in eos potissimùm, qui à Deo deserti sunt.

Filiæ nomine significatur Ciuitas.

Roma Ciuitas populi Dei.

c 1. Tim. 3. 15.

Hæretici fingunt se Catholicam fidem tueri.

Nec permittit Deus, vt istiusmodi spiritus ad quemquam, qui verè purus sit, & verè sanctus, pestilenti suo perueniat flatu, prout apertè etiam ex iis colligitur Euangelij verbis, quibus Dominus ait, [d] *Surgent pseudo-Christi, & pseudoprophetæ, & F dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi*. Si fieri potest, inquit, indicans, id fieri nequaquam posse, vt qui electi vereque puri sunt ac sancti, spiritu decipiantur erroris, ob fortissimam, efficacissimamque Dei protectionem, prout & aliàs de iisdem sub ouium metaphora contestatus est, dicens, [e] *Non rapiet eas quisquam de manu mea*. Cùm è contra ex Apostolo colligatur, illos ab hoc erroris vento agitari, & rapi, qui baptismalem deseruêre puritatem, omnique destituti sunt charitate, quæ perfe 9

Hæresis non attingit eos, qui verè puri sint ac sancti.

d Matth. 24. 24.

e Ioa. 10. 28.

Hæresis quos potissimùm attingat.

perfectionis vinculum est, & sanctitatis: sic enim A de animato spiritu erroris Antichristo loquens, ait,[a] *Cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt, (Nota) eò quòd charitatem veritatis non receperunt.)* Quæ iis consona sunt, quæ & hoc loco a Ieremia significata iam diximus in primis verbis, *Spiritus erroris in deserto.)* Quòd si adhuc in omnibus, quæ iuxta allatam expositionem à Ieremia dicta sunt contestes vis & in nouo testamento Apostolos, audi Paulum in prima ad Timotheum hæc habentem, [b] *Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam.* Audi & Petrum ad pueros, sanctosque dicentem.[c] *Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi.*

a 2. Thess. 2. 9.
b 1. Tim. 4. 1.
c 2. Pet. 3. 17.

10 *Prædicatores de Diaboli insidiis potissimum instruere debent fideles.*

Præter hæc quæ de vento hæreseôs, spirituque erroris dicta sunt, alter est, quem exponamus erroris spiritum, à quo & hæresis ipsa, Diabolus pater omnis mendacij omnisque deceptionis. Huc C enim, cùm decipere miseras is permittitur animas, palàm facere, & omni meliori modo simplicioribus manifestare debent quotquot legatione Dei funguntur, prout significat Ieremias noster, cùm post gemitus ob præexpositas per Sathanam deceptiones, illicò subiicit, (*In tēpore illo dicetur populo huic, & Ierusalē.*) Animabus nimirū, quas Deus suggestionibus Diaboli decipi permiserit, vt in posterum cautiores sint. (*Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto.*) Ventum inquiunt esse diabolum, vt illius norint proprietatem peculiarem, qua cum animabus agit perflando, & prauis suggestionibus illas concutiendo: sic in libro Iob dicitur,[d] *Repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus*, illicò enim, instar vehementis venti totam animæ, quæ domus Dei esse debet, concutit firmitatem.

Diabolus dictus ventus, quia prauis flat suggestionibus.
d Iob 1. 19.

11 *Diabolus quā aptè dicatur ventus vrēs. Diabolus vrit & æstu, & frigore, cùm suggestionibus perflat.*

Nedum autem ventum Diabolum dicunt, Sed & vrentem, vrentem inquam, & æstu, & frigore: sæpius quippe in sacris literis per ventum vrentem Auster intelligitur: vtrique Diabolus frequenter concupiscentiam succendens: propriùs tamen hoc loco vrentis vēti nomine Aquilonem designatum vidimus in prima expositione, tum E quia frigore adurit nequitiæ suæ, quâ & animas, quas tetigerit, torpentes aridasque reddit: tum quia instar venti Aquilonis è regione à Sole remotiore enascentis, & ille ex inferi tenebrosisque antris exurgit, vt animas perflet. Nocet ventus iste vrens & impetu vehementi, & combustione: impetu nedum concutit, vt dictum est, animas: at & rapit. Sic in libro Iob, vbi de opulento est sermo, dicitur,[e] *Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.* Quem impetum exercet in impiorum, & præsertim diuitum mortem, quando illorum animas de hoc F mundo secum rapit ad inferos, prout auaro illi dictum legimus in Euangelio, [f] *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* prout & alteri item in Euangelio contigisse dicitur diuiti Epuloni, [g] *qui mortuus est & sepultus est in inferno.*

Diaboli impetus quales.
e Iob. 29. 20.
In diuites potissimum Diabolus suos exercet impetus.
f Luc. 12. 20.
g Luc. 16. 22.

12 *Diabolus adurit, ariditatē spiritus suis suggestionibus inducendo.*

Verùm non tam de istiusmodi impetu hîc agitur, quàm de combustione spiritualis huius venti vrentis, quâ combustione mors propriè infertur animabus. Isque est suggestionum, & tentationum Diaboli effectus, quo anima arefacta expers fit omnis humoris gratiæ, quâ viuit. Instar enim vrentis venti, qui plantas adurit exsiccando, & Diabolus in id totum suum collocat studium, vt ariditatem in anima causet, sicque totum id exsiccet, quod in ea boni esse contigerit, iuxta illud Ezechielis, [h] *Et ventus vrens siccauit fructus eius, & arefacta sunt virga roboris eius.*

Ariditatem Spiritus Diabolus inducere potissimum satagit.
h Ezech. 19. 12.

Maximè autem metuenda sunt, quæ subiicit Ieremias. (*In viis quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, neque ad purgandum.*) Quæ iis consona mihi videntur Euāgelij,[i] quibus Dominus B ait, immundum spiritum ambulare per loca arida, in quibus cùm non inueniat requiem tendere ad domum purgatam, & ornatam, ibique cum septem aliis spiritibus fixam, munitamque sibi constituere sedem. Viæ enim in quibus iugiter flat iste ventus vrens, & in quibus omni tempore ambulat Diabolus, arida sunt mundi deserta, infideliumque loca, diuinæ cognitionis, diuinæque gratiæ aquarum expertia. Quibus is minimè contentus, quippe qui mundanos illos iam sibi habeat obstrictos, sicut & infideles: viam arripit filiæ populi Dei, flare suis peruersis suggestionibus in animam enitens fidelem, & in illa suum exercet robur vehementius, quam sibi repererit magis paratam, qualis certè anima est praui cuiusque religiosi, quæ per solennia, quæ emisit vota, scopis mundata est, & ornata. Hancque non ad ventilandum, aut ad purgandum perflat, nec tentat, vt probet; sed vt tutiùs fiat illius compos pluribus in ipsam irruit spiritibus.

i Matth. 12. 43.
Diabolus ambulat in mūdanis, & in infidelibus, vt in locis aridis.
Religiosos potissimū adire satagit Diabolus, in quibus requiescat.

Duo autem hoc loco notanda sunt; eumdem Diabolum ventum vrentem appellari, & dici, super prædictam animam flare non ad ventilan- 13
dum, nec ad purgandum: quibus significatur, in potestate liberi arbitrij nostri, cui comes diuina non deest gratia, esse, vt immundus ille admittatur Spiritus: fierique posse, vt ipsemet Diabolus ventus vrens existens cuipiam ad ventilandum deseruiat, & ad purgandum. Sicut enim is, qui bonas & in ianuis, & in fenestris habent fores, ad libitum suum vel admittere, vel arcère à domo sua potest impellentis flamina venti: Ita & vnicuique fidelium ab Apostolo dicitur,[k] *Et date locum iræ*, &[l] *Nolite locum dare Diabolo.* Enimuerò cùm duobus modis perflare soleat Diabolus, altero suam iram in nos exercendo per afflictiones, quas immittit, perque tentationum impetus, quibus nos propellere nititur, quæ illius ira à Deo permittitur, vt quasi triticum per eius flamina ventilati ab aliquibus imperfectionum purgemur paleis, & quisquiliis; prout perflatum ab eo nouimus sanctum Iob: istiusmodi huius venti vrentis flaminibus dandum locum suadet nobis Paulus, vt eius ira & ingrediatur, & egrediatur liberè, neutiquam nos defendentes, illius quoquomodo arcentes impetus, sicut eis locum dedisse legimus Iob, quando perceptis vehementissimis, quibus illius ira ipsum concutere enixa erat impulsibus, vt iidem patentiorem daret locum,[m] *& sua scidit vestimenta*, nudum ei offerens corpus, quod percuteret, &[n] *testâ saniem rasit*, post eiusdem corporis percussiones, indicans, se quoad posset, & interiora ei aperire, quæ & perflaret, vreretque viscera sua.

Diaboli suggestiones admittere, vel non admittere est in potestate nostri liberi arbitrij.
k Rom. 12. 19.
l Eph. 4. 27.
Diaboli iræ dandū locum, cùm perflat, vt afflictionibus, & tentationibus nos purget.
m Iob 1. 20.
n Iob 2. 8.

14 *Diaboli prauis suggestionibus quanto studio præcludere debeamus aditus?*

Cæterùm quādo ventus iste vrens altero perflat modo non ad ventilādum, neque ad purgandum, sed ad exsiccandum, atque ad mortem animæ inferendum, prout hoc loco flare dicitur

prauis suggestionibus; tunc, iuxta alterum Pauli consilium, curãdum, vt ei locum non demus, sed arctissimâ nos seruemus custodia,[a] quia mors intrare dicitur per fenestras sensuum: [b] Et omne malum ab Aquilone pandi, quando nimirũ sinimus à regione vmbræ mortis Diabolum ventum frigidissimũ Aquilonis aditum sibi facere in animas nostras, etiam per minimas vel affectus alicuius indebiti, vel peccandi occasionum rimulas. Qualem profectò aditum sibi fecisse hîc significatur, dum, iuxta Hebraicã lectionem *excelsa* perflare is dicitur, *& in deserto*, tendens in animam, quam Deus filiam populi sui appellat, vt pote vnam ex fideli populo. Neque enim in illam eius penetrare potuissent flamina, impetusque, nisi priùs quid in ipsa esset elationis, quam initium peccati omnis auctor asserit libri Ecclesiastici,[c] & nisi eadem vndique se exhiberet patentem instar deserti, quem ventus vndequaque ingressus ex omni agitat parte, nullâ existente clausurâ, nulloque obstaculo.

a Iere. 9. 21.
b Iere. 1. 14.
Diabolus aditũ sibi arripit vel ex minima rimula indebiti affectus.
Diaboli tentationes superbos potissimum attingunt, & eos qui se parum custodiunt.
c Eccl. 10. 15.

15 Hug Card.
Ex tentationibus & detractionibus vt à vento vrête magna dãna sumunt praui.
d Psal. 13. 3.
e Amos 4. 9.

Ventum, vrentem, morali item sensu aliter sumens Hugo Cardinalis. *Via, inquit, in deserto sunt diuersi modi viuendi in mundo. Per ventum, tentationes, detractiones, quæ exterminant omne quod est virens in homine, id est omne bonum. Psal. 13.* [d] *Contritio, & infœlicitas in viis eorum Amos 4.* [e] *Percussi vos in vento vrente, & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum; olueta vestra, & ficeta vestra comedit Eruca, & non redistis ad me, dicit Dominus. (Non ad ventilandum, & purgandum) quia mali cùm deberent emendari, & corrigi ex his scil. tentationibus, & detractionibus, deteriores potiùs fiunt. Concipiunt enim ex adulationibus vanam gloriam: ex detractionibus rancorem, & ex tentationibus peccatum.*

Vide Appendicem post Expositionem secundam vers. 13.

Vers. 12.] Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

f *Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc (etiam) ego loquar iudicia mea cũ illis.*

ADeóque [f] *ipsemet Dominus reassumptis quodammodo prædictorum nunciorum verbis, hæc intulit, Ex iis quidem viis, quas illi indicarunt, vehemens ille veniet ventus, fortis, omnique plenus impetu, detrimento, atque vastatione, Rex inquam Babylonis, & veniet vt minister meus, in meumque obsequium, eoque tempore debitas ex scelestis illis sumam pœnas. Quin & nunc & ipse exponam: quâ ratione per Chaldæorum exercitum vltionem de ipsis Iudæis, & Ciuitate Ierusalem sim sumpturus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Isid. Clar.

S*Piritus plenus*, &c.) Isidorus Clarius existimat istius versus partem primam esse verba Prophetæ in persona populi, secundam verò, (*& nunc.* &c.) eiusdem esse, sed loquentis in persona propria, ac significantis, se locuturum iudicia, quæ sibi reuelarat Deus. Quibus aliquatenus consentit & Vatablus, asserens, primum à populo dici, Ventus vehementior, quàm vt conue- A niat istis rebus, de quibus mox dictum est, ventilationi, sc. ac purgationi, veniet contra me. Tum, Prophetam subiicere. Nunc etiam, finitâ sc. prophetiâ, ego non tamquam Propheta, sed tãquam priuatus eos increpabo, ostendamque illis, Deum iustum esse, qui de illis pœnas sit sumpturus, cùm pœnitentiam tantopere auersentur. Meliùs ab aliis totum quod hîc dicitur Deo tribuitur, cuius verba referat Propheta. Et quidem conueniunt omnes, vt nomine, (*Spiritus*) designetur vẽtus, quomodo & in Psal. 148. dicitur,[g] *Ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarum, quæ faciunt* B *verbum eius.* Cui loco & ista sunt similia, cùm dicitur, (*Ventus veniet mihi,*) id est, in obsequium meum. Porrò, quòd (*ventus* dicitur *plenus ex his,*) plerique comparatiuè positum putant Hebraicâ phrasi, ac si dicatur, plenior his, seu vt ex Hebræo vertit Pagninus, (*Vehementior his.*) (*fortior his,*) ait Ioãn. Maldonatus, scilicet ventis, quibus areæ purgari solent. Plenum dici ventum censet Andreas Cappelja, quasi Deus significare velit, Ventum, de quo mox dictum fuerat, non futurum inanem, sed plenam iuxta ipsius voluntatem facturum vindictam, relatiuum verò, (*Ex his,* refert ad vias deserti, de quibus etiam in vers. C præcedenti, vel ad Chaldæos.

Vatablus.
g Psal. 148.
Io. Maldon.
Andr. Capp.

Omninò hunc ipse puto istorum sensum, vt Propheta in persona Dei reassumptâ similitudine vehementis venti, quâ nuncij aduentum exercitus Chaldæorum Iudæis nunciarant, dicat, Ex iis quidem viis, quas illi indicarunt, venturum maximum illum ventum, fortemque & omni plenum impetu, detrimento, atque vastatione, & venturum vt ministrum suum, in suumque obsequium: Eoque tempore se debitas ex illis sumpturum pœnas, tuncque cùm hæc ipsa referret, illos ad præexpositas damna- D re clades. Vide supra circa hanc phrasim *loqui iudicia cum aliquo*, dicta à nobis in cap. primo vers. 16.

Sensus auctoris.

2 Circa lectionum varietatem duo dumtaxat notanda. Primum, pro (*spiritus plenus,*) in versione Sept. haberi πνεῦμα πληρώσεως, (*Spiritus plenitudinis, seu repletionis,*) phrasi illâ Hebraicâ, quâ genitiui substantiui ponuntur pro adiectiuis vt Psal. 20. *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis*, pro benedictionibus dulcibus: adeóque tantumdem est, (*Spiritus plenitudinis,*) ac vt & in E Hebr. & in Vulgata dicitur, (*Spiritus plenus,*) Secundò, vbi vulgata simpliciter legit, (*& nunc ego loquar,* &c.) Et Sept. (*Nunc autem ego,* &c.) In Hebraico textu haberi, (*Nunc etiam ego loquor,* &c.) Quâ dictione, *Etiam*, videtur significare Dominus, se quoque exponere post nuncios velle, quâ ratione de iisdem Iudæis, deque ciuitate Ierusalem per insurgentes in eos Chaldæos vltionem sumpturus sit. Vnde aliis peregregiis metaphoris, ac similitudinibus eosdem describens subiicit.

Genitiui substantiui poni soliti pro adiectiuis.

F *Vers. 12.*] Spiritus plenus ex his veniet mihi, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 CVI, iuxta [h] Euangelij dictum, & venti, & mare obediunt, venire ait sibi, ad imperium videlicet, & in obsequium suum spiritualem de quo hucusque actum est, ventum, & venire

h Matth. 8. 27.

nire plenum tunc potissimùm, quando cum animabus loquitur iudicia, de iisdemque sumit & pœnas, quas à Sathana tentationibus concuti, impellique permittit, & deiici. (*Et nunc* inquit, *ego loquar iudicia cum eis.*) Duobus modis Diabolus à Deo tentare sinitur animas, in easque suo flare spiritu, altero quidem inefficaci ad impellendum in peccati consensum, & deseruiente potiùs ad probationem, & ad meriti augmentum, de quo Apostolus ait. [a] *Tentatio vos non apprehendat nisi humana*, id est, nisi eâ, quâ homines etiam iusti à spiritu nequitiæ extrinsecus perflantur, inani remanente omni eius impulsu, quod explicans meliùs subdit, *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere*, Et in hoc primo tentationis genere Diabolus dicendus quidem ventus, spiritusque, at inanis.

Tentare animas duobus modis Deus permittit Diabolo.

a 1.Cor. 10. 13.

Tentans inefficaciter Diabolus dicitur Spiritus inanis.

4

Tentans efficaci tentatione trabile ad efsensũ Diabolus dicitur spiritus plenus, & plenitudinis.

E contra verò in altero tentationis genere meritò, (*Spiritus*) dicitur (*plenus*) seu, iuxta aliam lectionem, (*plenitudinis*,) tum quia eo tentans id totum implet, quod suo in anima facere enititur flamine, & impulsu, in consensum illã abripiens, impellensque in mortem: tum quia per apertas eiusdem animæ affectuum fores, is ipse tentans ingrediens pestiferi flaminis sui plenitudinem in illam immittit, quâ in mortem deiicitur peccati; & in malorum quoque profundum. Quo tentationis genere; quoue spiritu pleno tentatus est Iudas, & Ananias, & quotquot tradidisse Deum in reprobum sensum vt seruiant immunditiæ, aliisque sceleribus, ait Apostolus. Vnde Iudæ tentationem explicans Lucas, inquit, [b] *Intrauit autem Sathanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim*, (en ingressum spiritus plenitudinis: audi vehementem in sceleribus impulsum, & casum Iudæ.) *Et abiit, & locutus est cum Principibus Sacerdotum & magistratibus, quemadmodum Iesum traderet eis*, Et Ananiæ dixit Petrus, [c] *Cur tentauit Sathanas cor tuum*, (intrans nimirum in illud) *mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Quare posuisti in corde tuo hanc rem?* (admittens nimirum intra illud istiusmodi plenitudinem flatus spiritus nequitiæ?) *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Et de porcis, typum libidinosorum hominum gerentibus, legimus in Euangelio, [d] ad primum Dæmoniorum in eos ingressum, illico præcipites in mare deiectos, & in abyssum ad mortem impulsos.

b Luc. 22. 3.

c Act. 5. 3.

d Luc. 8. 33.

5

Quas Diaboli tentationes à nobis auersi petimus in oratione Dominica.

Ab hoc spiritu plenitudinis malitiæ, atque ab hoc secundo impulsus, tentationisque illius genere iteratis precibus liberari quotidie in oratione Dominica à cælesti petimus Patre dicentes, [e] *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo*, id est, à maligno Sathana. Et meritò, cùm nil sit, quod timere debeamus magis: nullaque maior in præsenti vita homini infligi queat pœna, quàm cùm Deus, cum aliquo loquens iudicia, ex iis ipsis viis superbiæ, & deserti, ac libertatis carnis, per quas priùs à vento vrente arefactus est, (vt explicatum est in versu præcedenti) & propter innumera quæ iam admisit, admittitque scelera, permittitur, vt ad eiusdem Dei vindictam Diabolus in infœlicem veniat spiritus plenus, [f] traditum in desideria cordis sui, & in passiones ignominiæ, atque [g] in reprobum sensum, vt faciat ea, quæ non conueniunt: & redditus à spiritu plenitudinis [h] repletus omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenus efficitur inuidiâ, homicidio, contentione,

e Luc. 11. 4.

Tentari à Diabolo efficaciter permittit Deus in maximam pœnam.

f Rom. 1. 24.

g & 26.

h & 28.

A dolo, malignitate &c. quæ in Epistola ad Romanos enumerat Apostolus, Qualem idem Apostolus pronunciauit Elimam magum, quando eum sic compellauit, [i] *ô plene omni dolo, & omni fallaciâ, fili Diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini.*

i Act. 13. 10.

6

Singulariter, tametsi literæ haud admodum congruenter Hugo Card. in persona fidelium bonorum ista in moralem hunc accipit sensum, (*Spiritus*, inquit, *plenus ex his veniet mihi:*) *quasi ex hoc vento acquiram mibi plenitudinem gratiarum. Vnde* [k] *Oseæ 13. dicitur, Adducit Dominus ventum vrentem de deserto ascendentem: & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, id est omnem affectionem terrenorũ, atque carnalium.* Quæ sequuntur tribuit Deo, dicenti: (*Et nunc ego,*) *sc. tacco in præsenti dissimulando peccata hominum propter pœnitentiam:* (*Sed loquar iudicia mea cum eis,*) *in futuro iudicio.* Aptiùs per spiritum plenum designatum humanum accipies affectum, quando vehementi animam concutit motu. De quo humano affectu Richardus de S. Victore Tractatu primo de statu interioris hominis cap. 9. hæc habet, quæ ad rem nostram faciunt, & digna sunt quæ hîc describantur. [l] *Lustrans vniuersa, inquit Salomon, in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Rectè sanè lustrando vniuersa, in circuitu pergere dicitur spiritus: quia cordis affectus, qui spiritui comparatur, per diuersa rapitur, & multiformiter variatur. Nã quoniam numquam sufficientẽ delectationẽ inuenit, de vno semper in aliud tendit. Nunc hoc, nunc illud amat: nunc hoc, nũc illud desiderat: & quæ priùs amauerat, iterum despicit; & diu multúmque desiderata, iterũ fastidit: & sæpe post fastidiũ, ad abiectas suas concupiscentias auidior redit; & in hunc modũ in circuitu pergit, & cursum suum in circulum flectit. Rectè autem hic humanus affectus comparatur spiritui, vel aëri: quia sicut hoc elementum præ cæteris omnibus est mutabilius, variisque subiacet passionibus. In momento, in ictu oculi incalescit: & iterum eadem facilitate refrigescit, in tantum vt ab vno ore, & sub eodem penè tempore vel tenuiter exhalatus, vel fortiter impulsus nunc calidus exeat, nunc frigidus prorumpat. Sic affectus humanus facilè afficitur, leuique permutatione in cõtrarias passiones mutatur. Quis nescit, quomodo homo ad tenuẽ spirantis fauoris auram totus statim inclinatur ad gratiam: & si ex eodem ore, & eodem tempore ventus detractionis eruperit, statim affectum in alteram partem flectit, & in odium, & in furorem vertit?*

Hug. Card.

Vento vrente designatus Spiritus sanctus exsiccãs omnẽ affectionem terrenã, atque carnalem.

k Ose. 13. 16.

Dissimulat nũc sæpe Deus peccata hominum, castigaturus ea in futuro iudicio.

Richard. de S. Vict.

Affectus humanus appellatus spiritus plenus.

l Eccles. 1. 6.

Affectus humanus quàm rectè cõparatus spiritui in circuitu pergenti & lustranti vniuersa.

Affectus humanus quàm rectè cõparetur vento, & elemento aëris.

Vide Appendicem post Expositionem secundam vers. 13.

Vers. 13.] Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: velociores Aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ECCE [m] *exercitus ille ascendet instar caliginosæ nubis, quæ ociùs totum operiat cælum, & in grandines, imbresque resoluatur, vnà cum tonitruis, & fulguribus: Curribus suis tum propter fragorem, tum propter ingentia, quæ faciet dãna, magnæ similis erit tempestati, ac turbini omnia deuoluenti. Equites, quorum ingens in ipso erit copia, propter prædæ rabiem Aquilis erunt velociores, atque instar Aquilarum tantâ volabunt, & dexteritate, & constantiâ, vt nil reperiendum sit, quo illorum impediatur pernicitas ad cædes,*

m *Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tẽpestas currus eius: velociores Aquilis equi illius: væ nobis quoniam vastati sumus.*

& prædam. Tunc sanè in desperationem adacti dicturi estis, Væ nobis, quia factum est de nobis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ECCE *quasi nubes ascendet*, &c.) Vehementissimo vento cùm à nunciis comparatus esset adueniens Chaldæorum exercitus, & vento (vt explicatum est) Aquiloni alioquin serenitatis, addit insuper Dominus, eumdẽ ascendere quoque instar caliginosæ nubis, quæ citissime totum operiat æther, & in grandinem, imbresque resoluatur, vna cũ tonitruis, & fulgoribus; Quod apertiùs explicat, adhibitâ similitudine tẽpestatis, quam curribus potissimùm tribuit iis, quorũ in præliis antiquitùs erat vsus, tum propter fragorem, tum propter ingentia, quæ faciebant dãna. Porrò cùm præter currus in exercitu illo maxima futura esset, & equitum copia, & de hisce addit, (*Velociores Aquilis equi illius*,) haud simplicem designans eorum celeritatẽ, sed eam quæ ad prædam directa sit, atque ad cædes. Inde enim cuilibet rapacium auium, Aquilæque in primis à natura indita est volatus pernicitas, vt quã ex summa voracitate appetunt, corripere faciliùs queant prædam. Adde quòd Aquilæ eiusdẽ similitudine eorumdem equitũ significatur & dexteritas, & constantia, & impetus, quos effugere nemo possit: vix enim fieri potest, vt Aquila ea, ad quam se proripuerit, frustretur prædã, vt pote quæ & concitato, & librato sic volet impetu, vt nec à vehementissimis præpediatur ventis. Estque propterea hæc Aquilarum similitudo frequens in sacris literis, & apud eumdem Ieremiam Thren. 4. habemus, [a] *Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cæli*. Ad significandam autem certam, quæ per Chaldæorum exercitum, eorumque præsertim equites Aquilis in pernicitate similes faciẽda erat præda, atque vastatio, per Mimesim adiicitur, (*Væ nobis*, &c.) subintellige, Et dicetis, (*Væ nobis, quoniã vastati sumus*,) seu, vt ex Hebr. vertunt Pagninus, (*Væ nobis, quoniam in prædam dati sumus*,) & Vatabl. (*Væ nobis, quia prædamur, seu consumpti sumus*,) Aut, vt Sept. (*Væ nobis, quoniam miseri facti sumus, seu, miserè vexamur*.) Vt sensus sit, Ad primum Chaldæorum impetum, Quin & ad primum aduentus eorumdem nuncium trementes dicetis, *Væ nobis*, &c. Nisi velimus hæc esse Prophetæ verba, præ cæteris totius populi comminatas deplorantis miserias: prout admodum probabiliter plerique sentiunt expositorum.

Aquilarũ similitudo quã apta ad designandã equitũ persequentium pernicitatem, rabiẽ atque dexteritatem.

a Thr. 4.19.

Vers. 13.] Ecce quasi nubes ascendet, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 EXplicatur in hac sententia, quibusnã constet Diaboli exercitus, quo infelices aggreditur, vastatque animas. Et quidem cùm validissimus quisque exercitus ex tribus potissimùm cõstet, ex peditibus, ex curribus, quorũ frequens antiquitùs erat vsus, & ex equis, seu equitibus. Præcipuum spiritualis huius exercitus corpus, quod certè ex peditibus constare solet, quasi nubes ascendere dicitur; sic quippe in 3. lib. Reg. legimus, [b] *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari*, quo loco nedum ascensionis, sed & vestigij hominis, à pedite nimirum relicti fit mẽtio. Ac benè, vt inferre hîc quoque nobis liceret, Diabolum primò ascendere in peditibus, Hebraicã,

Diaboli in animas exercitus quibusnã constet.

Diaboli exercitus pedites quàm cõgruè dicti quasi nubes.

b 3. Reg. 18. 44.

A quã hîc est vox כעננים *changananim*, (*quasi nubes*) in plurali, plures designat nubes, quas & quasi vestigium hominis in suis initiis ascendere dicas.

3 Si, quinam sint ascendentes isti Diaboli pedites interroges: recole quod & aliàs à nobis ex [c] Euãgelio probatũ est, ascensionem, seu ascendere tribui solitum cogitationibus. Et quidem primum maximũque robur exercitus Sathanæ prauæ sunt cogitationes ipsæ, quibus primò vniuersa obnubilatur fidelis animæ mens, Bene autem hæ cogitationes asseruntur ascendere quasi nubes. Sicut enim nubes è vaporibus fiunt, qui vel è terra, vel B è mari ascendũt eleuati ab æstu. Ita & prauæ cogitationes ab æstu concupiscentiæ eleuatæ è terrenis, amarissimique, & feruentis maris mũdi huius rebus eleuatæ ascendunt in corda nostra, quæ & cælestis Solis ita priuant radiis, vt Deũ, qui per ipsas offenditur, videre non sinant, quando peccatum aduersùs illum admittitur. Quamquam in eo quoq; nubibus cõparentur congruenter, quòd sicut nubes ab eo ipso, quem operiunt, Sole dissipantur: ita & prauæ cogitationes à Deo dispergũtur: sic namque legimus in libro [d] Iob, *Qui dissipat cogitationes malignorũ*. Et cùm, prout supra explica-C tum est, cogitationes noxiæ peccatum sint, & appellentur iniquitas ipsa, iuxta illud Prouerbiorũ, [e] *Cogitatio stulti peccatum est*: quando à Deo dissipantur, dissipari dicuntur vt nubes, teste eodemmet Domino apud Isaiam, vbi ait, [f] *Deleui vt nubẽ iniquitatem tuam*, bene vt nubem, quia & instar nubis Deo opposita nostra est iniquitas omnis, iuxta illud ingemiscentis animæ, [g] *Opposuisti nubẽ tibi, ne transeat oratio*. Opposuisti, inquit, eo modo quo mox & Ieremias deplorans dicebat, *Decepisti populum tuum*, i. decipi & opponi permisisti, Neque enim Deus, sed nos ipsi sumus, qui è paruis initiis D in magnam, densamque crescere sinentes nubem, ipsas & prauas cogitationes nostras, & nostram Deo opponimus iniquitatem, lucem impedientem miserationum illius, ita vt nec transeat oratio nostra, quã lux ipsa attraheretur.

(*Et quasi tempestas currus eius*.) Bene post nubilum, postque densam à prauarum cogitationum nubibus causatã caliginem, subiicitur quæ in anima, quam debellare satagit Diabolus, cõsequitur tempestas, illam perturbans, sus dẽque totam deuoluens: dicente B. Iob. de diuite, [h] *Nocte*, i. in caligine noctem præ obscuritate referente, *opprimet* E *eum tẽpestas*. Quo loco, sicut & hîc in Hebr. pro tẽpestate est vox, סופה *suphah*, quæ propriè significat ventũ cum frigore maximo, obiecta quæq; disrumpentem, ac prosternentem: vertitque eam aliàs sæpe noster interpres, Turbo, quã omnia deuoluuntur: quamquã tempestatis vox plura simul iuncta designet, nẽpe ventorum, tonitruorũ, fulminum, & corruscationum in aëre factam turbationem. Et turbini igitur, & tẽpestati assimilatur currus exercitus Sathanæ. Porrò currus isti quibus aduersùs animam is militat summo cum impetu, magnoque cum eiusdem animæ detrimen-F to, interni sunt cuiusque affectus, vehemẽtesque passiones, quas ipsemet instruit, insidensque & dirigit, militatque in illis. Vide Bernard. serm. 39. in Cant. circa medium de tribus præcipuis Sathanæ curribus egregiè tractantem, de curru malitiæ, de curru luxuriæ, dẽque curru auaritiæ, & quibus eorum singuli constent rotis, quibus trahantur equis, & quos habeant aurigas.

Cæterùm isti Sathanæ (*currus quasi tempestas*,) esse dicuntur, primùm quia vniuersa, quæ in anima contingit tempestas, ac perturbatio ex internis,

3 *Cogitationes prauæ sũt pedites, & maximum robur exercitus Diaboli.*

c Luc. 24 38.

Cogitationes prauæ quàm congruè assimilentur nubibus ascendentibus.

Cogitationes prauæ à Deo dissipantur sicut nubes à Sole.

d Iob. 5.12.

e Prou. 24.9.

f Isai. 44.22.

g Thr. 3.44.

h Iob. 27.20.

Tempestas propriè quid sit.

Currus exercitus Diaboli sunt interni cuiusque affectus, & passiones nostræ vehementes.

Bernardus.

5 *Passiones & affectus nostri vehementes vt currus Diaboli assimilantur congruentissimè tempestati.*

a Iob.37.9. nis deriuat affectibus, & paſſionibus illius, [a] *Ab interioribus enim*, ait Eliu in lib. Iob *egredetur tempeſtas.* Conſidera animam ſuis effrænem in paſſionibus, videbiſque quàm multiplicibus, variiſque hinc inde concutiãtur deſideriorum ventis, quæ tonitrua in ipſa, & ab ipſa prodeant querelarum, & detractionũ, quæ fulmina emittantur blaſphemiarum, quæue ex eadem emicent corruſcationes iactationis ſui ipſius; ac demum quàm profuſos demittat inanium, ac damnoſarum expenſarum imbres; ſimulque & omnia in illa perſpicies, quæ in magnam vnà conueniunt tempeſtatem. Animaduertes quoque quomodo & inſtar turbinis prædictis paſſionum ſuarũ curribus & gyros intra ſemetipſam agat, & vniuerſa quæ obuia ſibi fuerint, deturbet, ac proterat impedimenta.

Paſſiones & affectus vehementes ſimiles turbini.

6 (*Velociores Aquilis equi illius.*) Tertia hæc eſt Sathanæ exercitus aduersùs animam acies ex equis, equitibuſque conſtans. Et quidem iſti eius equi ipſæ ſunt eiuſdem animæ potentiæ, quas tartarei equitant ſpiritus: eæque bene velociores dicuntur Aquilis, quod vel in vna earum, intellectu aduertere eſt, qui in inſtanti quodammodo è terrenarum ſpeculatione ad cæleſtium volat intuitũ: & ex cælis iterum volat in terras. Porrò ſi tunc potiſſimùm perniciſſima eſt Aquila, cùm ad prædam impellente volat fame, ſanè nec explicari, vixque percipi poteſt, quâ celeritate animalis hominis potentiæ ad prædam deuolent vel ſenſibilium, vel intelligibilium rerum. Neque verò Aquilis vel in dexteritate cedunt, vel in conſtantia, quando ſic pernices volant: Ecquis enim explicet, quantâ vel vnâ voluntatis potentiâ ad id quod velit, & dexteritate fictionum, atque mendaciorum, & conſtantiâ volet obſtinationis? Ex equis, equitibuſque prædictis ea in primis proueniunt, quæ maximum fidelibus vniuerſis incutiunt dolorem, quod inſtar Aquilarum ad fœtida, & corruptibilia mundi, & carnis conueniunt omnes, quomodo de Aquilis dixit Iob, [b] *Vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt*, & in Euangelio Dominus, [c] *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ*: quòd eorum tamdem præda eſt ipſamet anima, iuxta illud, [d] *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, quodque inſtar hoſtilium equorum, ac equitum eamdem ita deuaſtent animam, vt præ dolore, atque metu quotquot illarum experti ſunt impetus, exclamare cogantur. (*Væ nobis, quoniam vaſtati ſumus.*

Potentiæ noſtræ ſũt equi, & equites exercitus Diaboli aduersùm nos.

Potentiæ noſtræ Aquilis ſimiles & in velocitate, & in dexteritate, & in conſtantia.

E potentiis noſtris, vt ſũt equi exercitus Diaboli, quanta mala nobis deueniant.

b Iob.39.30.

c Matth.24.28.

d Thr.3.51.

Adhibitam tempeſtatis ſimilitudinem Deo aptans Hugo Card. (*Et quaſi tempeſtas*, ait, *currus eius.*) *Vnde* [e] Prou.10. *Quaſi tempeſtas tranſiens, & non erit impius. Tunc enim in tempeſtate veniet omnia ſubuertens: qui hic venit in rore, & vt pluuia in vellus ad pœnitentiam benignè vocans.* In contrarium verò ſenſum pariter ad Deum totam ſententiam Antonius Fernandius in Viſionis nonæ ſect. 3. in hunc aptat modum: vt ſignificetur, nihil eſſe, quod turbemur, & horreamus quadrigam Dei, *Solam enim* inquit, *habet ſpeciem tempeſtatis, re ipſâ nubes quædam eſt non ſolùm mollis, ſed facilè diſſipabilis, & equos habet perniciſſimos, qui vt vindictam citò trahunt, ita citiſſimè tranſire faciunt. Non enim ira Dei diu hæret, incumbitue prædæ, ſed veluti per tranſitum, non quidem vt Aquilæ facere ſolent, ſed longè adhuc celerius.*

Hug. Card. *In Iudicij die Deus veniet quaſi tempeſtas.*

e Prou. 10. 25.

Ira Dei in præſẽti ſæculo ſpeciem ſolũmodo habet tempeſtatis: re vera enim eſt nubes facilè diſſipabilis.

Anton. Fernand.

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] In tempore illo dicetur, &c.

A *Verſ.* 12.] Spiritus plenus, &c.

Verſ. 13.] Ecce quaſi nubes aſcendet, &c.

SEPTVAGINTA.

11. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐρῦσι τῷ λαῷ τύτῳ, καὶ τῇ ἱερυσαλὴμ: πνεῦμα πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁδὸς τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου, οὐκ εἰς καθαρὸν οὐδ' εἰς ἅγιον.

12. Πνεῦμα πληρώσεως ἥξει μοι. νῦν δὲ ἐγὼ λαλῶ κρίματα μου πρὸς αὐτούς. B

13. Ἰδοὺ ὡς νεφέλη ἀναβήσεται, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ, κουφότεροι ἀετῶν οἱ ἵπποι αὐτοῦ. οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι ταλαιπωροῦμεν.

Verſ. 11.] In tempore illo dicent populo huic, & Ieruſalem: ſpiritus erroris in deſerto: via filiæ populi, non ad purum, neque ad ſanctum.

C *Verſ.* 12.] Spiritus repletionis veniet mihi. Nunc autem ego loquor iudicia mea aduersùs eos.

Verſ. 13.] Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas, currus eius: leuiores Aquilis equi eius. Væ nobis, quia miſerè vexamur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

D PARAPHRASIS Chaldaica. *In tempore illo dicetur populo huic, & Ieruſalem: Quaſi ventus meridianus ſuper capita fluentorũ, aquarum in deſerto, ſic eſt via congregationis populi mei, non ad ventilandum, nec ad diſpergendum.* Verſ. 12. *Pro eo quòd errauerunt ſequentes falſos Prophetas, qui prophetabant eis in ſpiritu falſitatis: propterea exercitus populorum leuiores his, ſicut ventus veniet contra eos. Nunc enim in verbo meo adducam eos, & loquar vltionem iudiciorum meorum de eis*, Verſ. 13. *Ecce Rex cum exercitu ſuo aſcendet ſuper eos, ſicut nubes quæ aſcendit, & operit terram: & quaſi turbines currus eius,* E *& velociores Aquilis equi eius, væ nobis, quia venit ad vaſtandum nos.* 1

Verſ. 11. (*In tempore illo dicetur populo, &c.*)

Verſ. 12. (*Spiritus plenus, &c.*)

Hieronymus. *Quando peruenerit gladius vſque ad animam, & fuerit area conſumata; tunc ventus vrens veniet de deſerto, qui non eam purget, & ventilet, vt paleis huc illucque diſperſis frumentum in horrea recondatur, Sed ſpiritus plenus nequaquam populo, ſed mihi veniet: vt meum triticum diſſipetur. Alij hunc locum ſic ediſſerunt, vt poſtquam conſumata fuerit area, reliquiæ ſaluæ fiant. Vnde & ſcriptum ſit. (Spiritus ple-* F *nitudinis veniet mihi,) dicente Euangeliſtâ,* [f] *Omnes ex plenitudine eius accepimus, & Spiritus ſancti gratiam ſortiemur. Ventum autem vrentem iuxta hiſtoriam accipe Nabuchodonoſor, qui vniuerſa conſumat. Iuxta tropologiam, aduerſariam poteſtatem, quæ veniens de deſerto, & de ſolitudine, vbi nullum hoſpitium Dei eſt, Eccleſiam eius conetur euertere,*

Hieron. *In die iudicij veniet & Diabolus in obſequium Chriſti Iudicis.*

f Ioan. 1.16.

Ventus vrens eſt Diabolus.

Theodoritus. *Pſeudoprophetarum mendacium redarguens, vſus eſt his verbis, (In tempore illo dicent populo huic, & Ieruſalem, quòd ſpiritus ſeductionis eſt in deſerto: Via filiæ populi mei non tendit ad*

Theodorit. *Deceptio eſt à ſpiritu erroris.*

A *ad purum, & ad sanctum: nec spiritus plenitudinis veniet ab his mihi.) Ipsa experientiâ, inquit, discent tempore calamitatum, quòd spiritus erroris, & seductionis erat ille, qui loquebatur per Pseudoprophetas: non purus, non sanctus, nec spiritus plenitudinis, pro completiuus trinitatis, à quibus sc. Pseudoprophetis mala ista mihi prouenerunt.*

D. Thom. *Ventus vrens exercitus Chaldæorũ.* D. Thomas. (*Ventus vrens*) *scil. exercitus Chaldæorum, qui totam terram comburet, iam est* (*in viis, quæ sunt in deserto,*) *quod est intra Chaldæam, & Iudæam q. d. Iam exercitus ad locum illum peruenit:* (*Non ad ventilandum,*) *vt scil. quidam captiuentur, sicut quando purgatur granum, & palea: sed omnes captiuabimini.* (*Spiritus plenus,*) *id est indignatio perfecta super vos,* (*ex his*) *scil. hostibus,* (*mihi*) *id est ad* B *honorem meum.* Isai. 30. *Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium cæli ad perdendas Gentes in nihilum,* &c.

b Isai. 30.20. *Spiritus plenus indignatio perfecta.*

2 Hieronym. *Iudicia loquitur cum Iudæis Deus tristibus tristia iungens.* (*Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis.*) Hieronymus. *Aposiopesis, iuxta illud Virgilianum, Quos ego? Sed motos præstat componere fluctus. Dicturus itaque prospera, continet se, & tristibus iungit tristia. Hæc enim sunt iudicia, quæ cum populo quondam suo loquitur Deus, vt sciant se iustè sustinere quæ sustinent.*

Theodorit. Theodoritus. (*Nunc autem ego loquar iudicia mea cum eis,*) *hoc est, calamitates, quas iustè adducam eis.*

D.Thom. D. Thomas. *Comminatur per Chaldæos executurum se iudicium.* (*Et nunc ego*) *quasi, non possum me plus tenere.* (*Sed loquar,* &c.) Vel (*Nunc ego*) *consolatoria loquar. Supra, id est, loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me,* &c.

3 Hieronym. Vers. 13. (*Ecce quasi nubes ascendet,* &c.) Hieronymus. *Ventura cernit præsentia, & Babyloniorum describit exercitum, cuius curruum, rotarumque strepitus tempestati sæuissimæ comparatur, & equorum velocitas Aquilis iungitur. Quod cùm Propheta dixisset, & quasi venientes hostes digito demonstrasset, populus ingemiscit, & nequaquam futura, sed facta iam sentit, dicens,* (*Væ nobis, quoniam vastati sumus.*) *Hoc idem refertur ad Ecclesiam, quòd quotidie veri Nabuchodonosor nos impugnet exercitus, & currus Pharaonis, omnisque eius equitatus Aquilarum impetum superet. Quod si intelligat vir Ecclesiasticus, credens illi sententiæ:*[c] *Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris, dicet,* (*Væ nobis, quoniam vastati sumus.*)

Diaboli exercitus quotidie nos impugnat.

c Isai. 30.15. Sec. Sept.

D.Thom. D.Thomas. *Hic describit hostium aduentum, quantum ad via terminum. Et primò illorum describit multitudinem.* (*Quasi nubes*) *quæ totam terram operit.* (*Ascendet*) *propter situm terræ. Secundò illorum impetuositatem.* (*Et quasi tempestas*) *cum magno tumultu,* Isai. 5.[d] *Rota eius quasi impetus tempestatis. Et terriò eorumdem velocitatem.* (*Velociores,* &c.) *Tum ponit aduentus effectum,* (*Væ nobis,*) *ex persona populi.*

d Isai. 5.28.

Eucherius. *Dæmonis velocitas.* Eucherius lib. de Spiritualibus formulis cap. 5. *In Ieremia de malignis spiritibus dicitur,* (*Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis.*)

Hugo de S. Vict. *Diaboli malitiâ prima homines.* C Hugo de Sancto Victore, institutionis Monasticæ, De bestiis, & aliis rebus, lib. 1. cap. 56. *Persecutores nostri Aquilis cæli velociores sunt, cùm tanta contra nos maligni homines faciunt, vt ipsas etiam aëreas potestates inuentionibus malitiæ praire videantur.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΝ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, πνεῦμα πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁδὸς τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου. οὐκ εἰς καθαρόν.]

4 Vers. 11. IN tempore illo, &c. *Spiritus erroris in deserto. Via filiæ populi mei,* &c. *Non ad purum,* &c.)

D Βίκτορος.] πνεῦμα πλανήσεως φησί, τουτέστι τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ἐν Ὠσηὲ γάρ φησιν, ἰδοὺ ἐγὼ πλανῶ αὐτήν, τουτέστι δορυάλωτον ποιήσω. θυγατέρα δὲ λαοῦ τὴν Ἱερουσαλήμ, ἤτοι τὴν Ἰουδαίαν φησίν. τὴν δὲ ἐπάνοδον εὐθέως αἰνιττόμενος λέγει, μὴ εἰς καθαρὸν αὐτὴν γίνεσθαι, καὶ πλήρες, λείψανον γὰρ ἐπανήξει μόνον τῶν ἡλωκότων.

Vict.Presb. *Captiuitas appellata spiritus erroris.* Victoris.] *Spiritum erroris ait, id est captiuitatis: ait enim & in Osea,*[a] *Ecce ego errare faciam eam, hoc est, tradam in captiuitatem: filiam autem populi, Ierusalem, siue Iudæam appellat. Reditum autem statim innuens, ait, nequaquam ipsam ad purum, perfectumque venturam, Captiuorum enim reliquiæ solùm regredientur.*

a Ose. 2.14. *Reditus Iudæorum è captiuitate Babylonica imperfectus.*

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν τῆς ἐφόδου τῶν Βαβυλωνίων, ἢ Ῥωμαίων, ἢ τὴν τῆς συντελείας.

Olympiod. Olympiodori.] *Babyloniorum, vel Romanorum impetu, vel extremâ consummatione.*

Τοῦ αὐτοῦ.] οἱ πρότερον πεπλανημένοι εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, διὰ τῆς οἰκείας ἐρημώσεως γνώσονται τὴν προτέραν πλάνην.

E Idem. *Peccatorum cognitio causata per calamitates.* Eiusdem.] *Qui prius errabant Iudæi, cæterique homines, propriâ desolatione priorẽ agnoscent errorem.*

Θεοδωρήτου.] αὐτῇ γνώσονται πείρᾳ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν συμφορῶν, ὡς πνεῦμα πλανήσεως ἦν, τὸ ἐν ψευδοπροφήταις λαλῆσαν, οὐ καθαρόν, οὐδὲ ἅγιον, οὐδὲ πνεῦμα πληρώσεως, δηλοῦν τὸ συμπληρωτικὸν τῆς τριάδος ἀφ' ἧς ἦλθε μοι τὰ τοιαῦτα κακά.

Theodorit. *Calamitatũ tempore cognoscitur falsorum doctorum error. Spiritus sanctus appellatus Spiritus plenitudinis.* Theodoriti.] *Experientiâ ipsâ cognoscent calamitatum tempore, quod spiritus erroris erat, qui per Pseudoprophetas loquebatur, non purus, non sanctus: nec plenitudinis spiritus, hoc est tertia Trinitatis persona, cùm tot obtigerint mihi mala.*

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς πολεμίους φησὶ πνεῦμα πλανήσεως, καλῶς. Καθάπερ τὸ πνεῦμα περιφέρει πανταχοῦ τὸν χοῦν ἀναρριπίζον, οὐκ εἰς τεταγμένους ἀποτιθέμενον τόπους. οὕτω καὶ τού-

τοις

5 Chrysost. *Hostes aduersi appellati* Chrysostomi.] *Aduersarios spiritum erroris vocat, idque non incongruè. Sicut enim spiritus puluerem ventilando, huc illuc circumfert, nec in certa desert loca, sic & istis accidit, veluti ventus*

tus

τοις ἐγίνετο, ὥσπερ ἄνεμος σφοδρὸς ἐμπεσὼν ὁ πόλεμος ἐκεῖνος ὁ βαρβαρικὸς πανταχοῦ τῆς γῆς διέσπειρε, καίτοι καὶ τὸ διασπαρῆναι χαλεπὸν, τὸ δὲ καὶ ἀτάκτως οὕτω παθεῖν, * ἀμύθητον.

* ἄλ. ποιεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ.] αὕτη ἡ ἀπόκρισις πρὸς τὸ λέγειν, ἀπατῶν ἠπάτησας τὸν λαὸν, οὐκ ἐγὼ ἠπάτησα ἀλλ᾽ αὐτοὶ γεγόνασιν ἑαυτοῖς αἴτιοι.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐπειδὴ εἶπεν ὁ προφήτης, ἄραγε ἀπατῶν ἠπάτησας τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγων, εἰρήνη ἔσται ὑμῖν, καὶ ἰδοὺ ἥψατο ἡ μάχαιρα τῶν ψυχῶν αὐτῶν, λέγει ὁ Θεὸς, ὅτι τῶν κακῶν ἐπελθόντων εἴσονται τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὅτι κατὰ δαιμόνων ἐνέργειαν ἐπλάνησαν αὐτοὺς οἱ μάντεις. παραπλήσιον δὲ ἐστι τῷ παρὰ τοῦ Μιχαίου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ, ὅτι ἐξῆλθε πνεῦμα ψευδὲς, καὶ γέγονεν ἐν πᾶσι τοῖς ψευδοπροφήταις πρὸς ἀπάτην τοῦ βασιλέως, τὸ δὲ πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευον, ὁδὸς δὲ τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου. αὐτὶ τοῦ, αἱ πράξεις. οὐκ εἰς καθαρὸν, οὐδὲ εἰς ἅγιον. δι᾽ αὐτῆς φησὶ μαθήσονται τῆς πείρας κατὰ τὸν καιρὸν τῶν συμφορῶν, ὡς πνεῦμα πλανήσεως ἦν, τὸ διὰ τῶν ψευδοπροφητῶν φθεγγόμενον.

[Πνεῦμα πληρώσεως ἥξει μοι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι πέπαυμαι τοῦ ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τὰ δεινά. τοῦ πληρωθῆναι αὐτῶν τὰς τιμωρίας.

Τοῦ αὐτοῦ.] αὐτὶ τοῦ, οὐ συμπληρωτικὸν τῆς τριάδος, ἀφ᾽ ὧν ἦλθέ μοι τὰ παρόντα κακά.

[Πνεῦμα πληρώσεως ἀπὸ τούτων ἥξει μοι.] τὴν δὲ πλάνην φησὶ, ταύτην ὑπομένουσιν, ἐπειδὴ ἀκάθαρτοι εἰσὶν εἰδωλολατροῦντες, καὶ μολυσμάτων πεπληρωμένοι, καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος ἀμέτοχοι. τὸ δὲ, ἀπὸ τούτων ἥξει μοι, τουτέστιν, οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ εἰς τὸν ναὸν ἤρχοντο μετὰ τοσαύτης ἀκαθαρσίας ἤδη τῆς παρ᾽ ἐμοῦ τυγχάνουσι χάριτος.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ τὰς ἐρήμους ψυχὰς πνεῦμα πλανήσεως, ἐπλάνησεν, ὑπισχνεῖται δώσειν πνεῦμα ἅγιον ἐπιστρέφον τὰς ψυχὰς πληροῦσας αὐτοῦ τὰς ἐκκλησίας. [Νῦν δὲ ἐγὼ λαλήσω κρίματά μου πρὸς αὐτούς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι κολάσω αὐτούς ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ἥξει πάλιν, ἵνα μὴ ἡ τοῦ μέλλοντος καιροῦ προθεσμία ῥαθυμοτέρους ποιήσῃ, τὴν γινομένην ἄδειαν ἐκ τοῦ χρόνου τοῦ μεταξὺ, συνέστειλεν εἰπών. καὶ νῦν δὲ ἐγὼ λαλήσω κρίματα.

Θεοδωρήτου.] τουτέστιν ὡς δίκαιος αὐτοῖς ἐπάξω συμφορὰς, καὶ καταλέγεται ταύτας.

[Ἰδοὺ ὡς νεφέλη ἀναβήσονται, καὶ ὡς καταιγίς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς διαφόρους εἰκόνας ἐπιζητεῖ φοβερωτέρας.

Βίκτορος.] νέφη μὲν καλεῖ τοὺς πολεμίους διὰ τὸ πλῆθος, καταιγίδα δὲ διὰ τὸ σφοδρόν. οὐαὶ δὲ ἡμῖν ὁ προφήτης φησὶ τὸ τῶν ὁμοφύλων οἰκειούμενος πρόσωπον, καὶ ὡς ἤδη σὺν αὐτοῖς πάσχων ὀδύρεται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα καταπλήξῃ αὐτῶν τὴν διάνοιαν, ἵνα αὐτοὺς πτοήσῃ, διαγράφει τὸ στρατόπεδον, καὶ τί τὸ κέρδος; τὸ ταχὺ λέγει τῆς παρουσίας, ἀλλ᾽

A *tus vehemens vrens barbaricum illud bellum in terram omnem disseminauit, & disseminari quidem graue est, nullo verò ordine id pati, verbis exprimi non potest.* — *Spiritus erroris, & vêtus vrens.*

Eiusdem.] *Hæc responsio ad id quod erat dictum, Decipiens decepisti populum: haud ego decepi, sed ipsi sibi malorum suorum opifices.* — Idem. *Deceptio nostra nô à Deo, sed à nobis.*

* Eiusdem.] *Cùm dixisset Propheta ergóne decipiens decepisti populum istum, & Ierusalem dicens, Pax erit vobis, & ecce tetigit gladius animas vestras? Dicit Deus, malis inflictis dictorum Prophetæ veritatem agnituros, Dæmonumque operâ eos ab Aruspicibus deceptos. Simile illud est à Michæa*[b] *dictum tempore Achab; quòd exiuit spiritus mendax, & factus est in omnibus Pseudoprophetis ad deceptionem Regis.) Illud verò (erroris in solitudine) quoniam in montibus Idola colebant. (Via filiæ populi mei) actiones népe: (Non ad purũ neque ad sanctum) ipsâ inquit, experientiâ discent ærumnarum tempore, quòd spiritus erroris erat, qui per Pseudoprophetas loquebatur.* — Idem. — b 3. Reg. 22. 20. — *Idola appellata spiritus erroris in solitudine.* — *Per Doctores falsos loqui spiritũ erroris intelligimus calamitatum tempore.*

Vers. 12. (*Spiritus repletionis veniet mihi.*) 6

Chrysostomi.] *Hoc est dira in ipsos inferre finem imposui. Satis pœnarum illos dedisse.* — Chrysost. *Spiritus repletionis dicitur finis calamitatum.*

* Eiusdem.] *Hoc est, non vna persona diuina, ex quibus mihi præsentia mala venerunt.* — *Spiritus repletionis non Trinitatis persona: sed ipse spiritus erroris, quo Iudæi pleni erant.*

(Ex his spiritus plenitudinis adueniet.) Errorem autem hunc ait, ferunt, quia Idololatriæ obnoxij immundi sunt, sordibusque oppleti, meoque spiritu penitus vacui, illud verò (ex his adueniet mihi) hoc indicat. Non quia templum tanta immunditie ingrediebantur, ideo meæ gratiæ participes efficiuntur. — *Templũ Dei adire in peccato non est gratiæ meritorium.*

Olympiodori.] *Postquam desertos animos erroris spiritus aberrare fecerat, Spiritum sanctum tribuere pollicetur, conuertens animos, qui ipsius Ecclesias implent. (Nunc autem ego loquar iudicia mea aduersus eos.)* — Olympiod. *Spiritus plenitudinis & spiritus sanctus oppositus spiritui erroris.*

E Chrysostomi.] *Hoc est puniam eos: cùm enim dixisset, iterum veniet, ne futuri temporis dilatio inertiores reddat, licentiam, quæ ob intermedium tempus oritur, comprimit, dicens, & nunc ego loquar iudicia.* — Chrysost. *Loqui iudicia est punire.*

Theodoriti.] *Hoc est, vt iustus ipsos in calamitates inducam, easque enumerat.* — Theodorit.

Vers. 13. (*Ecce quasi nubes ascendent, & quasi tempestas, &c.*) 7

Chrysostomi.] *Vide, vt varias inquirat imagines horridiores.* — Chrysost.

F Victoris.] *Nubes quidem hostes appellat ob multitudinem, procellam verò ob vehementiam. (Væ autem nobis,) ait Propheta, contribulium personam induens, & veluti iisdem malis oppressus deplorat.* — Vict. Presb.

Chrysostomi.] *Vt terreat ipsorum mentem, vt in eos timorem iniiciat, describit exercitum: at quæ hinc vtilitas? celerem enarrat aduentum,* — Chrysost. *Calamitates futuras prænunciari voluit Deus impiis, etsi illi exinde nihil profecerint.*

οὐδὲν τούτων καθίκετο, τοιοῦτον ἡ κακία. ἀλλ' ὅμως προὔλεγεν ὁ Θεός, εἰ μὴ ἐνεδίδωκαν ἐκεῖνοι.

A *sed nihil eos mouit, ea est nequitiæ vis. Prædicebat tamen Deus, etsi illi non profecerunt.*

Vers. 14.] Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Laua à malitia cor tuũ, Ierusalẽ, vt salua fias, vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?

AT [a] *ne desperes: in tua potestate est popule mi, vt saluus fias: Remedium in te habes facillimum contra imminentia hæc tibi mala, eas ipsas, quas desperans effundes tunc temporis lachrymas, si illas modo in ablutionem conferas malitiæ è corde tuo. Cùm autem cogitationes morosæ malorum istorum omnium sint causa, omniumque cladium, sicut & radix sunt peccatorum omnium, in id omnibus stude neruis, vt quæcumque iniquitatis sunt, ita à te abluantur, vt nullatenus in tuo demorentur corde, in quo nascuntur.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Minis suis Deus non intendit deducere in desperationem, sed ad pœnitentiam. Pœnitẽtia est singulare remediũ in calamitatibus quibuscũque.*

LAua à malitia, &c.) Propositis Iudaici populi verbis, quibus desperari omnino visus est de salute à Chaldæorum exercitu, dicens, *Væ nobis, quia vastati sumus*: Vt illi noua adhuc exhibeat bonitatis, miserationisque indicia: Et vt exploratum sit vniuersis, se id potissimũ comminando intendere, vt ob minarum terrorem ad salutarem deducat pœnitentiam; En minis ipsis adhortationem Dominus subiicit ad pœnitentiam, & contra populi desperationem vnum, quod ad salutem reliquum est, porrigit eiusdem pœnitentiæ effugium, atque remedium, simulque & modum edocet, quo singulari isto vti is queat remedio ei sanè facillimo, (*Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias.*) Loquitur ad Ierusalem per prosopopeiam, vt pote ad illius ciues, atque ad præcipuos Iudaici populi, qui illam incolebant, nec non & ad populũ vniuersum, cuius Regia, & metropolis ipsa erat Ierusalem; Æque est autem ac si dicat, Ne desperes; in tua potestate est, vt saluus fias: Nec opus est, vt in hoc ingentes facias in colligendo exercitu expensas, aut magnis te subiicias laboribus, atque periculis; Remedium in temet habes facillimum, eas ipsas quas largiùs modo inaniter effundis lachrymas, cùm ais, Væ nobis; Si videlicet illas ad ablutionem potiùs transferas malitiæ è corde tuo. Circa quæ multa essent, quæ dicerentur sat opportunè, ni aliàs dicta essent. Vide expositiones nostras vers. 22. cap. 2. *Si laueris te nitro, &c. maculata es iniquitate coram me.*

2 *Cogitationes morosæ sunt radix omnis malitiæ.*

Porrò quia propria cordis malitia, & quæ tãquam fæx in illo residet, adeoque & abluenda est, quo tamquam vas mundum id Deo exhibeatur, eæ potissimùm sunt cogitationes prauæ, quæ in ipso & enascuntur, & commorantur, quasque propterea morosas vulgò appellãt, à quibus vniuersa est hominis corruptela, omnisque iniquitatis malitia, iuxta illud Domini, [b] *De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria*, &c. has cogitationes in primis pœnitentiæ ablutione ex eodem corde Deo auferendas suadet dicens, (*Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?*) sicut & per alium Prophetam vbi dicit, [c] *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Fieri

b Matth. 15. 19.

c Isai. 1. 16.

certè non potest, post Adæ peccatum, vt cogitationes prauæ ex hominis corde non enascantur, teste ipsomet Deo in libro Genesis, [d] *cùm sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sint ab adolescentia sua.* Quod tamen omnibus neruis studendum vnicuique esse debet, id est, vt quæ è corde prodeunt, in eodem minimè demorentur, hocque salubri exprobratione Iudæis hîc persua-

Studendum vt prauæ cogitationes è corde enatæ non demorentur in corde.

d Gen. 8. 21.

B det Dominus dicens.

3 *Cogitationes morosæ sunt causa omnis nostri mali & culpæ, & pœnæ.*

(*Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?*) Quibus in verbis nota, quod non dicit, (*Cogitationes prauæ*, aut *malæ*,) sed (*cogitationes noxiæ*,) Vt iis, qui ob imminentia ex Chaldæorum aduentu deflebant damna, faceret exploratum, noxam omnem nedum animæ, sed & corporum, omneque ciuitatis damnum à peccatis deuenire, quorum radices sunt cogitationes morosæ, adeoque has in primis auferendas. Confirmare hæc potes ponderans varias præsentis sententiæ lectiones; ambigua enim, multiplicisque significationis He-

C braica vox אונך *onech*, varietatis & versionum præbuit occasionem. Sept. ita hæc reddunt, (*Vsquequò erunt, seu subsistent in te cogitationes, πόνων σου*, id est, *laborum*. seu *dolorum tuorum*?) Aquila *ἀνωφελείας*, id est (*damni*, seu *noxiæ*) Symmachus *ἀδικίας*, id est (*iniustitiæ.*) Pagninus, (*Vsquequò morari facies in medio tui cogitationes iniquitatis tuæ?* Regia (*vsquequò morari facies in interiori tuo cogitationes iniuriæ tuæ.*) Vatablus, (*Quousque differs in te cogitationes vanitatis tuæ?*) Putat autem Vatablus, fictam pœnitentiam sic vocari cogitationes vanas, atque iniquas.

D

Vers. 14.] Laua à malitia cor tuum vt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Cor tãgi nulla re potest quin mors sequatur.*

DVo quæ sibi inuicem aduersentur in prima dici videntur istius sententiæ parte, (*Laua à malitia cor tuum,*) En vnum: (*vt salua fias*,) En alterum: Si enim verum est, prout est verissimum, quod physicum est assertum, vt

E cor tangi nulla cum re queat, quin illicò mors consequatur animantis: profectò ablutio illius repugnans est saluti, & salus ipsa excludatur necesse est, vbi quis suum abluere tentet cor. Adde, quòd & illud contra naturalem pariter Philosophiam supponi videtur, vt in eodem corde sit malitia, à qua abluendum illud sit, dicente Aristotele lib. 2. de Partibus animal. cap. 4. *Cor solum viscerum, atque omnino partium corporis nullum vitium patitur graue, idque rectâ ratione, cùm enim Principium corrumpitur, nihil est, quod cæteris, quæ inde pendeant, præbere auxilium possit.* Cui consentit

Cor malum non admittẽ graue, quin in animante sequatur mors.

Aristot.

F & Plinius lib. 11. nat. Histor. cap. 37. dicens: *solum cor viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit: læsumque mortem illicò affert.* His tamen nõ obstantibus haud ambigendum, veritati consona hæc esse à naturali Philosophia aliena, quæ hîc asseruntur, cùm & Dominus Iesus in Euangelio manifestè mala esse posse in corde confirmarit, quáue ratione id fiat, & quæ ea sint edocuerit mala, cùm dixit, [a] *vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Quæ perbreue sunt commentum totius præsentis sententiæ, in qua, post præallata, adiecta hæc

Plinius.

In corde esse malitiã prauarum cogitationum.

a Matt. 9. 4.

hæc legimus, (*Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?*)

5

Cor est fons totius caloris naturalis.

Quin & è naturalibus quoque rationem desumere licet, quâ & malitia sit in corde, & cor ipsum ab illa sit abluendum. Cùm enim exploratissimum sit, cor totius naturalis caloris esse fontem, è quo & vita, & motus, & omnis est nostra operatio, duplex certè tali fonti obtingere potest malum, alterum ex indebita in eo existentis caloris proportione ob excessum: alterum ex frigiditate aliqua intra illud ex defectu causata caloris item congrui. Quæ sanè mala & in mores redundare testis est idemmet Philosophorum facilè princeps Aristoteles, loco supra citato. Notaque ea est regula constans, Animalia parui cordis esse audaciora: cùm in paruo corde animalis calor sit bene adunatus, ac vehemens, sanguisque adueniens illo tacto citiùs calefiat, & ad alia membra spiritu moueatur calefactiuo, quo mediante tribuitur & audacia: Et è contra animalia magni cordis esse timida, quandoquidem ibi calor est diffusus, & dispersus, nec potest calefacere sanguinem ad illud concurrentem, sicque timor ibi gignitur.

Cordis mala redundant in mores.

Cordis parui animalia esse audaciora, & è contra quæ cor habet magnum esse timida. Ipsiusque diuersitatis ratio physica.

6

Cordis spiritualis malitia vna ex nimio concupiscētiæ calore, ex quo ardentissimæ multiplicium vitiorum febres.

De malitia spirituali cordis è nimio, indebitoque concupiscentiæ calore aliàs sæpius actum à nobis est: certum est enim putridas, ac multiplices, easque mortales per illam in ægrotantem causari febres vitiorum lethalium. Agamus nunc de ea potiùs quæ è frigore, & torpore malitia est cordis, prauarum inquam cogitationum. *Vnde enim nobis tam vanæ*, ait Bernardus sermone de triplici genere bonorum, & Vigilantia super cogitationibus, in initio, *tam obscenæ cogitationes, quæ nunc immunditiâ, & eleuatione, nunc superbiâ, & ambitione, cæterisque passionibus extorquent nos, vt vix aliquando in serenitatem sanctarum cogitationum respiremusve nobis à torpore, & tepore cordis nostri, quo permittimus nos his vanitatibus occupari, & non magis ex instanti transilimus in bona Domini, siue in naturalia, siue in spiritualia, seu etiam æterna.* Idemque Bernardus serm. 63. in Cant. *Si semel*, inquit, *hoc frigus animam, anima quidem (vt assolet) incuriâ spiritu dormitante, peruaserit, ac nemine inhibente, ad interiora eius peruenerit, descenderit in viscera cordis, & sinum mentis, concusserit affectiones, occupauerit consilij semitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatem addixerit spiritus, mox vt in corpore euenire solet febricitantibus, subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virium, horror austeritatis intenditur, timor sollicitat paupertatis*, &c. quæ longiùs sanctus ipse ibi prosequitur.

Bernardus.

Cordis spiritualis malitia pessima ex defectu debiti caloris claritatis est prauarum potissimum cogitationū, quæ ex frigiditate, & torpore sunt spiritus.

Cogitationes prauæ à frigiditate, & torpore spiritus.

Bernardus.

Frigus, & torpor spiritus quā perniciosum animæ.

7

Cordis malitia quæ ex frigiditate est spiritus quomodo sanāda dicitur per absolutionē.

Sed si malitia, de qua hîc agitur cordis, frigiditas istiusmodi est, & quæ ex tali frigiditate sunt cogitationes; Quid ad malitiæ eius remedium ablutio? quam & hîc porrigit Ieremias, dicens, (*Laua à malitia cor tuum, vt salua fias*,) id est ne perire alioquin ob illam tibi contingat; & alibi Isaias item Propheta, seu potiùs apud Isaiam Deus mandat,[a] *Lauamini*, inquiens, *& mundi estote, Auferte malum cogitationum vestrarum*, si istud frigiditatis malum, & malitia cogitationum nostrarum per ablutionem curanda, & auferenda est, affirmemus oportet, sordium quid in iisdem esse cogitationibus, eamdemque illarum malitiam ita ex cordis esse frigiditate, vt sit pariter deturpans, & maculans cor ipsum. Qua de re peregregiè, quem vnum citare in hoc me delectat tractatu, Bernardus sermone de triplici genere cogitationum nostrarum, ad finem sermonis hæc habet. *Et primum quidem genus cogitationum otiosarum scil.*

a Isai. 1. 16.

Cogitationes prauæ sordes inferunt cordi, adeoque cordis quæ ex illius malitia ablutione sananda dicitur.

Bernard.

A *ad rem non pertinentium, lutum est, sed lutum simplex, id est non inhærens, nec fœtens, nisi fortè diutius immoretur in nobis, & per incuriam, ac negligentiam nostram in alterum genus cogitationum vertatur, quod quotidie experimur. Dum enim otiosa tamquam minima spernimus, ad turpia, atque inhonesta dilabimur. Secundum verò cogitationum genus.* (violentæ nimirum magis, & fortiùs adhærentes, quæ ad necessitates naturæ pertinent, & quasi ex eodem assumptæ limo, de quo & nos facti sumus, nimiūque nobis inhærentes,) *non lutum simplex, sed viscosum, ac limosum est. Nam tertium quidem sic cauendum est,* B *non tamquam lutum, aut limus, sed tamquam immundissimum, ac fœtidissimum cœnum.* De quo tertio genere præmiserat, *Dico autem cogitationes illas immundas penitus, & fœtidas, quæ ad luxuriam, ad inuidiam, & vanam gloriam pertinent, cæteraque vitia detestanda.*

Cogitationū prauarū triplex genus, quorum vnūquodque defœdat sordibus suis cor nostrum.

8

Cogitationes prauæ cordis nostri stratū ascendere dicuntur, & in eo quiescere, quando sunt morosæ. Quæ ne crescant omni contendendū est studio.

Facit ad præsentem Ieremiæ locum quod in eodem sermonis medio his idem Bernardus asserit verbis. *Quid ergo agendum cùm limosa cogitatio mentem subierit? Planè exclamandum nobis est cum sancto Iacob,*[b] *Ruben primogenitus meus non crescas, ascendisti enim cubile patris tui. Ruben enim, & carna-* C *lis, atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est, quæ tunc cubile nostrum ascendit, cùm non solùm memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis* (cordis, dictu) *stratum ingreditur, & polluit prauâ delectatione.* Hoc verò illud est, quod significant & ea quæ hîc habentur, (*Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?*) Quod magis Hebraico exprimitur verbo תלין *thalin*, cuius vis propria nedum est (*morabuntur*,) sed & (*pernoctabunt*,) tamquam in parato nimirum intra cordis nostri penetralia, & diuersorio, & lecto, in quo quietem agant post multam in tali decubitu versationem. Vnde non D abs re sit, si is qui à tali saluus fieri velit malitia, de qua hîc agitur cordis, & re faciat, & verbis id protestetur, quod per Vatem Regium dicebatur.[c] *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Quamquam istam lachrymarum ablutionem aptiùs dixerim remedium alterius malitiæ cordis, quàm ex improportionato, & indebito concupiscentiæ calore eidem prouenire diximus. Ecquod enim aptius contra nimios æstus medicamen, quàm aquarum? Nec cōcupiscentiam compescere quis posse existimet, aut febres curare vitiorum, quæ ex illius intra E cor æstibus causatæ sint, qui cor, lectum suum lachrymis non riget pœnitentiæ, quam propterea, & Baptismi nomine sancti nuncuparunt Patres.

b Gen. 49. 3.

Cogitationes morosæ tamquam in diuersorio, atq; in lecto pernoctare dicūtur in nostro corde.

c Psal. 6. 7.

Cordis malitia ex nimio concupiscētiæ calore curatur ablutione lachrymarū.

9

Cordis malitia quæ ex prauis est cogitationibus, & ex frigiditate spiritus, curatur apposito debito spiritus calore.

Cæterùm ad cordis item malitiam ex frigiditate prouenientem, de qua in præsenti Ieremiæ sententia sermonem vidimus esse, ad prauas inquam cogitationes, teporem, frigusque cordis, ac spiritus præ se ferentes, altera adhibeatur necesse est ablutio, quâ frigus ipsum apposito curetur calore congruo. Porrò congruus in cor- F de calor cordi ex bono, puroque prouenit sanguine, quem in tribus à naturâ ei inditis vbertim accipit, concoquitque ventriculis; vt vnà cum spiritibus vitalibus illum & ad singula quæque alia diffundat corporis membra. *Ex cordis nanque fonte*, dicit in loco supracitato Plinius, *duæ grandes venæ in priora, & terga discurrunt, sparsæque ramorum serie per alias minores omnibus membris vitalem sanguinem rigant.*

Cordis frigiditatem copia tollit eius, qui in eiusdē cordis vētriculis sit sanguinis.

Plinius.

Sanguis certè qui maximè congruus, & proportionatus spirituali nostro est cordi, optimum torporis, & frigiditatis in vita spirituali omnis remedium,

Cordis nostri frigiditate spiritus, & prauarum cogitationũ ægritudine laborantis optimũ remediũ sanguis Christi spiritali cordi maximè cõgruus.

remedium, sanguis est Christi, igneam vim habens, qui è succensa diuinæ charitatis fornace effusus est eiusdem Christi ex corde, quin & ex illius singulis est membris, cuius & ea duo meritò celebrantur eximia, & lauare, & emundare, iuxta illud. [a] *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*, & illud, [b] *Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato.*

a Apoc. 1. 5.
b 1. Ioa. 1. 7.

10

Sanguinis Christi ablutione quomodo curãda malitia cordis nostri ex frigiditate, & cogitationibus prauis.

Hunc Christi sanguinem in triplici spirituali considerationis ventriculo, spiritale item cor nostrum accipiat abundanter aduersùs triplex frigiditatis malum, triplexque cogitationum supra enumeratatum genus, eosdem tres cõsiderationis ventriculos alioquin triplici suâ deturpãtium malitiâ, eum nimirum recogitantes Christi sanguinem, qui in singulis passionis eiusdem mysteriis effusus est: attentæque meditationis studio eodem in corde illum exactiùs incoquentes in cogitationibus de illius pretij exhibitione, déque nobis per illum præstitis Sacramentis, necnon & de Spiritus sancti simul cum illo largitione.

c 1. Ioan 5. 8.

Cogitationũ triplici genere de Christi passionis mysteriis curanda malitia cordis nostri ex prauis cogitationibus.

Tres [c] enim, vt Beatus ait Ioannes, *sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum*, seu vt Græcè est εἰς τὸ ἕν εἰσι, *in vnum sunt*. Si quidem in spiritali cordis nostri terra, præexpositâ ratione Christi sanguine repleta tres testimonium dare dicuntur, quia trium potissimùm rerum sunt cogitationes, spiritus, aquæ, & sanguinis, cogitationes de pretio effusi ex incõtaminati agni corpore sanguinis, déque eiusdem agni patientis, ac morientis mysteriis: cogitationes de prodeunte ex eius agni latere vnà cum sanguine aquâ ablutiuam suam Sacramentis vim impertiente, déque eorumdem Sacramentorum nobis per eamdem aquam cum Christi sanguine præstitis ex diuina benignitate gratiis: Et cogitationes de vitalis Spiritus sancti facta nobis cõmunicatione per sanguinem eumdem, quando Christus in ipsa sanguinis effusione super cruce suum emisit spiritum, [d] inclinato capite, vt ex illo inclinationis capitis gestu, designaret, ad eos se illum emittere, qui subtus crucem starent ipsius. De quibus tribus cogitationibus bene adiectum dixerim.

d Ioa. 19. 30.

Et hi tres vnum sunt, vnum scil. malitiæ cordis remedium, seu etiam in vnum sunt medicamen eius, quæ cor ægrotet, frigiditatis, & malitiæ triplicis generis prauarum cogitationum.

11

Cogitationũ prauarum remedium per admissionem sanguinis Christi in cor nostrum quã aptè explicatũ metaphorâ ablutionis.

Ablutionis metaphorâ designari solita magna humidorum copia.

Istius autem sanguinis Christi in nostra spiritalis cordis receptacula admissio: istudque præexpositâ ratione ex Christi sanguine adhibẽdum malitiæ cordis, prauarumque cogitationum remediũ rectè ablutionis expressum est metaphorâ, quam eo certè modo intelligere debemus, qui & materiali, corporalique congruus sit, & carnei cordis ablutioni per sanguinem. Is verò haud aliud est, quàm magna, proportionata tamen, congrui sanguinis eiusdem copia, magnaque abundantiæ eius admissio. Neque nouum est in sacris literis, vt humidorum maxima abundantia ablutionis exprimatur vocabulo, quin potiùs frequens istiusmodi est phrasis vsus: vnde hac ipsâ periphrasi ingentem butyri sui abundantiam ita sanctus expressit Iob, dicens: [e] *Quando lauabam pedes meos butyro.* Et magnam item effundendi hostilis sanguinis copiam ita circumbutus est Dauid, [f] *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris:* aliásque, [g] *Vt intingatur pes tuus in sanguine.* Quomodo & in benedictione Aser lib. Deuteronomij, olei abundantiam sic expressit & Moyses, [h] *Tin-*

e Iob 29. 6.
f Psal. 57 11.
g Psa. 67. 24.
h Deut. 33. 24.

A *gat in oleo pedem suum.* Magisque ad rem nostram de ipsius copiosissima Christi sanguinis effusione, & abundantia Sanctus Iacob lib. Genesis in benedictione Iuda, iuxta communem Sanctorum Patrum intellectum: [i] *Lauabit*, inquit, *in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Quando scilicet tantam Iesus emittet sanguinis copiam, quo nedum manus, pedes, faciem, totumque suũ & corpus: Sed & vniuersam Ecclesiam fideliũ, de quibus apud Isaiam dictũ eidem fuit, [k] *His omnibus velut ornamẽto vestiêris*, stolam inquam, & pallium suum abluet, ita vt exinde admirantes Angeli: item apud [l] Isaiam dicant de illo: B *Quis est iste qui venit de Edom*, quod ruborem significat, *tinctis vestibus de Bosra?* &, *Quare rubrum est indumentum tuum?* &c. Vide quæ in istiusmet sententiæ diximus expositione prima. Et quæ expositione dicta sunt secundâ super iis verbis vers. 22. cap. 2. *Si laueris te nitro*, &c. *maculata es in iniquitate tua.*

Sãguis Christi in maxima copia fusus.
i Gen. 49. 11.
k Isai. 49. 18.
l Isai. 63. 1.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem secundam vers. 15.

C *Vers. 15.*] Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.

ERRI [a] *id sanè nequit, quòd tam facile habens pœnitentiæ effugium, adhuc demorentur in te istiusmodi cogitationes scelerum omnium radices, cùm mox à Dan ciuitate Iudææ versùs Aquilonem extrema nuncius audiendus sit aduentantis exercitus hostium:* [b] *& à monte Ephraim ciuitate alterâ, quâ à parte item Aquilonis magis approximatur Ierusalem, vox pari-* D *ter audienda sit nuncij notum tibi facientis flagellum, quod tibi ob scelus præsertim idololatriæ à Chaldæis obuenturum est idololatris, idolum Beli in sui medio de-*
ferentibus; atque à Rege Nabuchodonosor, qui idolum, 1
statuamque suam adorari mandabit. Simulque tibi si- 2
gnificantis, iniquitatem præsertim idololatriæ cladium 3
vniuersarum tibi esse causam. 4

a *Vox enim annunciantis à Dan.*

b *Et notum facientis idolum (seu iniquitatem) à monte Ephraim.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VOX *enim*, &c.) Particula (*enim*) indicat ita hæc cum præcedentibus adnectẽda, vt quæ illa cõprobent; Duo in præcedenti- 1
E bus verbis. *Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?* fecisse vidimus Dominum, exprobrasse Iudaico populo alienum à pœnitentia animum; & eidem indicasse, ipsa eius scelera omnium, quæ illi imminerent, causam esse damnorum. Vtrumque per hæc confirmat, & vtriusque affert rationem. Exprobrationis quidem, quia vix ferri potest, vt adhuc pœnitentiam differat, & commorari in se sinat prauas cogitationes, scelerum omnium radices, cùm mox à Dan extre-F mâ Iudææ ciuitate versùs Aquilonem aduentus hostilis Chaldæorum exercitus audiendus sit nuncius. Quòd verò damnorum vniuersorum, quæ per eumdem exercitum subiturus erat causa ipsa sit eius iniquitas, & in primis idololatriæ; quia & de monte Ephraim, qui à parte item Aquilonis ciuitati proximior est Ierusalem, vox pariter audienda sit nuncij notificantis Idolum, id est flagellum, quod propter idololatriam inde ei ex Rege obuenturũ esset Babylonis; vt idoli vocabulum hoc loco vsurpatum sit eo modo, quo

Idoli nomen pro pœna idololatriæ debita.

Peccati nomẽ pro pœna peccati.
a Iſai 53.6.
b Et 12.

A quo & peccati nomen pro pœna peccati vſurpatum reperimus, & nomen iniquitatis pro pœna iniquitati debita Iſaiæ 53. de Chriſto, [a] *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm.* [b] *Et ipſe*
2 *peccata multorum tulit.*

In cuius ſenſus confirmationem facit Hebraica vox און *auen* quæ ſine punctis eadem eſt, atque ea quam in præcedenti verſu iniquitatem, ſeu labores, aut damna, doloreſque ob iniquitatem prouenientia ſignificaſſe vidimus; tametſi cum punctis modo diuerſimodè hîc, atque ibi legatur, nempe ibi *on*, hîc verò *auen*, vtrumque nihilominus idipſum ſignificat, & à noſtro interprete aliquãdo vertitur iniquitas, aliquando idolum, ſicut & hîc, & alibi ſæpiùs. Clariùs autẽ hæc ipſa probatur ex aliis præſentis loci verſionibus, ſiquidem Sept. ſic vertunt, (*Et audietur dolor de mõte Ephraim.*) Pagninus & Regia, (*& audire facientis iniquitatem de monte Ephraim.*) Vatablus (*Prædicatque à monte Ephraim vanitatem,*) & in Annotationibus, (*afflictionem*, aut *pœnam vanitatis*, vel *iniquitatis.*) Noui, alios idoli vocabulo cenſuiſſe ſignificatos vel idololatras, ex quibus adueniens conſtabat exercitus. Vel Regem Nabuchodonoſor, ſic nuncupatum, quia ſe in ſtatua vt idolum adorari fecit, vt patet ex lib. [c] Danielis. Vel, vt ait Hieronymus idolum Beli, quod ſecum Babylonij in ſuo afferebant exercitu, vel ignis, qui, vt hîc ait Gaſpar Sãctius, Babyloniis erat pro Deo, & geſtabatur in prima acie, tamquam viæ, atque caſtrorum dux. Placet nihilominus mihi ſenſus quem attuli.

c Dan. 3. 5.
Gaſp. Sanct.

3 Illud certè veriſſimum eſt, atque apud omnes indubitatum, commemoratione duarum ciuitatum, Dan, & Ephraim hîc deſignari iter, quod Chaldæorum exercitus ex Aquilone facturus erat, in Ieruſalem veniens; quod iter & à filiis Dan factum legimus in cap. 18. [d] lib. Iudicũ, vbi dicitur, eos primùm deueniſſe in montem Ephraim, & inde in terram Lais, quam poſtmodùm è ſuo nomine appellarunt Dan, aliis poſtea nominibus nuncupatam Paneas, & à Philippo in Cæſaris gratiam Cæſaream, teſte Ioſepho lib. 18. Antiquit. cap. 3. & de ciuitate iſta vt Iudææ termino à parte Aquilonis id intelligitur, quod frequentiſſimè in ſacris literis dicitur, à Dan vſque Berſabee, alterum nimirum terminum.

Dan, & Ephraim commemoratione deſignatur Chaldæorum è Babylonia in Iudæam iter.
d Iud. 18. 13.

Verſ. 15.] Vox enim annunciantis à Dan, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 CVM nomen Dan interpretetur iudicans, ſeu iudicium, nomenque Ephraim vbertatem deſignet, & excreſcentem, atque fructiferũ, & diuitibus, ac delicioſis hominibus tributum frequenter reperiatur. Duo ex præallatis verbis colligi poſſunt, quæ ad mores ſpectent. Primum, vocem Prædicatoris Euangelici à iudicio in primis exordium debere deſumere, vt arctiſſimi Dei iudicij atque damnationis timorem auditoribus incutiant, qualis certè extitit ea vox clamantis in deſerto Ioan. Baptiſtæ, [e] *Progenies viperarum, quis vos docuit fugere à vẽtura ira,* &c. Tum Prædicatores eoſdem debere in id potiſſimùm ſuos intendere neruos, vt cum iiſdem auditoribus de vbertate terrenarum rerum, déque celſitudine diuitũ ac de voluptatibus ſæculi agentes, certiores illos

Prædicator Euangelicus ante omnia iudicij timorẽ incutere auditoribus ſatagat.
e Matth. 3. 7.
Voluptates & opes ſæculi nil aliud sũt quã inane ſimu-

reddat, prædicta vniuerſa idolum quoddam eſſe, ita vt quotquot erga ipſa affecti ſint, ſcelus admittere cenſendi ſint idololatriæ, quod ſæpius ex Apoſtolo [f] probaſſe [g] me recolo. Et reuera nil aliud illa ſunt, quàm inane ſimulacrum, quod ipſa eſt vanitas, & nihil prodeſt.

lacrum, ideoque idololatræ cenſendi qui erga ea affecti ſint.
f Gal. 5. 20.
g Epheſ. 5. 5.

5 Secundum: à Dan, id eſt, à iudicibus, quos primùm diuina attingere ſolent flagella, vocem eſſe annunciantis paratam & populo reliquo Dei vltionem, quod ex ea intelligere potes annunciãtis Iſaiæ voce, [h] *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pu-*
B *pillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael, Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Statimque poſt expoſitam caſtigationem iudicum, quos peculiariter Deus ſuos appellat hoſtes, & inimicos. Ab his iudicibus deuenit ad minas toti populo exhibitas, *Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam,* &c.

Iudices præ omnibus à Deo caſtigãdos, eoſdẽque futuros nuncios caſtigationis reliquorum.
h Iſai. 1. 23.

6 Rectè autem hîc, apud Ieremiam adiicitur, (*Et notum facientis idolum de monte Ephraim,*) vt intelligas, exinde perſpicuum omnibus fieri, quàm
C magna iis parata ſit pœna, qui veluti idolum ſuũ mundi huius & opes coluêre, & voluptates, quòd diuites deliciiſque indulgentes, atque ſuperbos, quos omnes mons deſignat Ephraim, grauiùs punitos pateat, vt apertè teſtatur in Euangelio Dominus, dicens, [i] *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram: væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.* Et Iacobus Apoſtolus, [k] *Agite,* inquit, *nunc diuites plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis: Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,* &c. *Et ærugo eorum in teſtimonium vo-*
D *bis erit, & manducabit carnes veſtras, ſicut ignis. Theſaurizatis vobis iram in nouiſſimis diebus.*

Diuites mũdi, terreniſque addicti grauiùs puniẽdi, vt idololatræ.
i Luc. 6. 24.
k Iacob. 5. 1.

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Laua à malitia, &c.

Verſ. 15.] Vox enim annunciantis, &c.

SEPTVAGINTA.

E 14. Ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου Ἱερουσαλήμ, ἵνα σωθῇς. ἕως πότε ὑπάρχουσιν ἐν σοὶ διαλογισμοὶ πόνων σου;

15. Διότι φωνὴ ἀγγέλλοντος ἐκ Δὰν ἥξει, καὶ ἀκουσθήσεται πόνος ἐξ ὄρους Ἐφραίμ.

Verſ. 14.] Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias: Vſquequò ſubſiſtunt in te cogitationes laborum tuorum?

Verſ. 15.] Vox enim annunciantis è Dan
F veniet: & audietur dolor de monte Ephraim.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Mũda cor, ne facias malum Ieruſalẽ, vt ſalua fias: quouſque durabunt, & ſtabiles erunt violẽti qui ſunt in te?* Verſ. 15. *Quia vox Prophetarũ qui prophetãt aduerſùs eos qui migrauerunt ad vitulũ, qui eſt Dan, & nunciant*

annun

annunciationes malæ venient super eos occisores, eò quod seruierunt simulachro, quod erexerat Michas in monte domus Ephraim.

Vers. 14. (*Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias*, &c.)

Hieronym. *Baptismi & pœnitentiæ aquis lauatur à malitia cor.* Hieronymus. *Dicenti populo, Væ nobis, quoniam vastati sumus, respondit per Prophetam Deus. (Laua à malitia cor tuum,) illâ aquâ, de qua* [a] *Isaias loquitur, Lauamini, mundi estote: aquâ Baptismi salutaris, aquâ pœnitentiæ. Ad Metropolim autem loquitur Iudæorum, vt per vrbem intelligantur populi. (Vsquequò, inquit cogitationibus subiaces, quæ procedunt de corde tuo? Cor autem in scripturis sanctis pro anima & sensu debemus accipere.*

a Isai. 1. 16.

Cor pro anima, & sensu vsurpatur.

Chrysost. *Eleemosynâ lauandũ cor à malitia.* Ioannes Chrysostomus homil. 73. in Ioannem. *Iudæis immunditiis conscientiæ vacantibus ait Propheta. (Ablue à malo cor tuum, quousque erunt sibi rationes laborum tuorum.) Lauemur & nos non cœno, sed aquâ mundissimâ: eleemosynâ, non auaritiâ.*

2 Vers. 15. (*Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolum*, vel *dolorem de monte Ephraim.*)

Hieronym. *Dan ciuitas quæ.* Hieronymus. *Iuxta situm Iudææ diuinus sermo nunc loquitur. Dan enim tribus iuxta montem Libanum, & vrbem, quæ nunc dicitur Paneas, Aquilonem respicit, vnde venturus est Nabuchodonosor. Idolum autem vel Bel, vel dolorem, vel iniquitatem de monte* A *Ephraim venire describit. Post tribum quippe Dan succedit terra Ephraim, per quam venitur Ierusalem. Dan interpretatur iudicium. Ephraim vbertas. Veniet igitur iudicium Domini in terram Domino delinquentem cum omni vbertate supplicij.* *Iudicium veniet in peccatores cũ omni vbertate supplicij.*

3 Theodoritus. (*Quapropter vox annunciantis è Dan veniet: & audietur labor de monte Ephraim.*) *Dan appellabatur quæ nunc πανεάς. Ea erat de regione Israelitide Regnorum historiâ, teste, A Dan vsque Bersabee. Hæc verò quemadmodum mons Ephraim sita est ad Aquilonem, habitâ ratione ipsius Ierusalem, Inde proficisci capit Rex Babylonis, vt testificatur hic Propheta,* [b] *ac Regnorum liber quartus,* [c] *Aiunt enim, captiuos abductos fuisse à militibus ipsius Nabuchodonosor in Reblata regionis Emath.* B *Porrò Reblatha pagus est in regione, quæ dicitur Emesa. Ita vt perspicuum sit, ipsum magnam Emath vocitare Emesam: aliam autem Emath ἐπιφάνειαν, id est, excellentiam, sic enim vsque in præsentem diem appellatur voce illius loci propriâ.*

Theodorit. *Dan ciuitas aliàs dicta Paneas.*

b Iere. 52. 26.
c 4. Reg. 25. 20.
Reblata vbi sit.
Emath Ciuitas quæ & Emesa.

D. Thom. D. Thomas. *Hic describit obsidionis nuncium, (A Dan,) cuius terra primò occurrebat Chaldæis venientibus Ierusalem, (De monte Ephraim,) quem postmodum inueniebant (idolum,) id est, hostes, quos pro idololatria patiebantur, In quo designatur ordo nunciorum sibi succedentium.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΠΌΠΛΥΝΕ ἀπὸ κακίας ἕως πότε ὑπάρχουσιν ἐν σοὶ διαλογισμοὶ πόνων σου.

Βίκτωρ.] παρακαλῶν διὰ μετανοίας κωλύσαι τὰ μέλλοντα. διαλογισμοὶ γὰρ πόνων σου, τουτέστιν, οἱ τὰ ἐπιπόνασοι περιάγοντες. ἀντὶ δὲ πόνων, ἀκύλας μὲν ἀνωφελείας, σύμμαχος δὲ ἀδικίαν ἐξέδωκαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὄντως γὰρ οὐδὲν ταύτης τῆς ταλαιπωρίας ἴσον. ταύτῃ τῇ λέξει κεχρῆσθαι εἰώθαμεν, ὅταν ἴδωμέν τινα μακρᾷ ἀρρωστίᾳ παραδεδομένον, καὶ οὐδέποτε ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς φθορᾶς ἐκείνης δυνάμενον. καθάπερ γὰρ σῶμα ἀσθενὲς ὑπὸ πυρετῶν δυσέκνιπτον γίνεται, οὕτω καὶ ψυχὴν ταλαίπωρος ὑπὸ ἁμαρτημάτων. D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἀρκεῖ τὰ ῥήματα, οὐδὲ τὸ ταλανίσαι μόνον ἑαυτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ Κυρίου. μὴ κλαίετε δάκρυσιν. ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς τῶν ἔργων προσθήκης, [καὶ μετ' ὀλίγα] ἀπόπλυνον ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου. τί οὖν, εἰ ἀνέβη ὡς λέων; εἰ πάρεστιν ὡς νεφέλη; εἰ τὰ δεινὰ ἐπὶ θύραις; ποία μεταβολῆς προθεσμία; ποῖος μεταβολῆς καιρὸς ὑπολέλειπται; ἀλλ' ὅρα τὴν φιλανθρωπίαν, διελέχθημεν περὶ ἐκείνων ὡς παρόντων, ἵνα * τὴν ῥαθυμίαν ταύτης καλύψῃ, διελέχθη δὲ πάλιν ὡς μελλόντων, ἵνα μὴ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλῃ. ἐκεῖνα μὲν τὰ ῥήματα τοῦ, τὴν ἀπόφασιν ἐξενεγκόντος ἐστι, ταῦτα δὲ τοῦ διδόντος καιρὸν, διορθώσεως. οὐδεὶς γὰρ ὁμοῦ τε ἐπάγει τὴν τιμωρίαν, καὶ παραίνεσιν εἰσάγει. ταῦτα γὰρ ἀμφότερα ἐναντία. εἰ συμβουλεύεις, ἄνες τὴν κόλασιν, εἰ κολάζεις, πῶς παραινεῖς E

* Fort. ταύτης εἰς προθυμίαν ἀμείψῃ.

C Vers. 14. LAua à malitia, &c.) *Vsquequò subsistũt in te cogitationes laborũ tuorũ.* 4

Vict. Presb. *Pœnitentiâ imminentes impedire possumus calamitates.* Victoris.] *Cõmonet, vt per pœnitentiam futura impediant: cogitationes enim laborũ tuorum, hoc est, qui laboriosa tibi adferunt. Pro laboribus verò Aquila quidem ἀνωφελείας inutilitates, Symmachus verò iniustitiam edidêre.*

Chrysost. *Peccati ægritudine nil miserius.* Chrysostomi.] *Nihil re vera cum hac infelicitate conferendum. Hac vti dictione consueuimus, cùm quempiam longissimâ valetudine teneri, nec aliquod à morbo leuamen consequi videmus, sicut enim corpus infirmitatum febribus vix lauatum sordes abiicit: ita & infelix anima peccatis oppressa.*

Chrysost. *Pœnitentia vnà cum lachrymis habeat & opera. Vt ad pœnitentiam peccatores cohortetur, quàm suauiter, & prudenter agat Deus.* Chrysostomi.] *Non satis sunt, verba sequi ipsum in Ecclesia Domini, vt miserabilem deplorare. Ne flete lachrymis: sed opus est vt addantur & opera* [& post pauca,] *Laua à malitia cor tuum. Quid ergo, si Ascendit tamquam Leo? si veluti nubes adest? si ad fores ipsas aduersa? Quod agendæ pœnitentiæ præstitutum tempus? Quod mutationi in melius tempus præfinitum? Sed vide humanitatem: Sermonem de illis, vt præsentibus, habuit, vt eius torporem excuteret: iterum vt futuris, ne in desperationem induceret. Illi quidem sermones ferentis sentẽtiam sunt: hæc autem tempus impertinentis vt resipiscant. Nullus enim vnà pœnas infligit, & adhortationibus vtitur, Nam hæc sibi inuicem opponuntur, si Consilia profers, à castigationibus abstineas: si punis, quomodo cohortaris eos, in quos animaduertis?*

Deus cũ castigat benignas simul exhibet adhortationes.

τοῖς

τοῖς τιμωρουμένοις; ἀλλὰ καὶ ὅμως λέγει μὲν κολάζειν, ἵνα μὴ ῥαθυμῶσι λέγει δὲ, ἀνιέναι, ἵνα διορθώσωνται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς; τοῦτο ὁ φησι, καὶ ὁ χριστὸς ἐνταῦθα κεῖται. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί. ἕως πότε ὑπάρξουσιν; ὁρᾷς τοῦ Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν. ἕως πότε; ὅτε καὶ τῇ φύσει φευκτέον ἦν, καὶ τῷ χρόνῳ. ποία συγγνώμη; τίς ἀπολογία; ἔστω. τὴν κακίαν οὐκ ἀπεστράφης ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς, ἀπὸ τοῦ χρόνου οὐκ ἔδει;

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ γὰρ οἱ τὰ μάταια διαλογιζόμενοι πονοῦσιν ἐπὶ τὸ εὑρεῖν τὸ ζητούμενον.

[διότι φωνὴ ἀναβαίνοντος ἐκ δὰν ἥξει μοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ τὴν ἅλωσιν ἐπαγγέλλοντος γενήσεσθαι ἐκ δὰν, καὶ ἕως βηρσαβεὲ, ὑπὸ βαβυλωνίων, ἢ ῥωμαίων. ἔστι δὲ ἡ μὲν δὰν πέραν τοῦ ἰορδάνου, ὄρος δὲ ἐφραὶμ ἡ σαμάρεια. φασὶ δέ τινες, καὶ ἐκ τῆς φυλῆς δὰν ἥξειν τὸν ἀντικείμενον.

A iis? Sed his non obſtantibus punire ſe inquit, ne emolliantur: relaxare, vt corrigantur.

Chryſoſtomi.] *Vides, quod & Chriſtus aiebat, hîc licet adinuenire, ex corde enim exeunt cogitationes prauæ, (quouſque exiſtent) vides æquanimitatem Dei? (Quouſque?) Quando & naturâ fugiendum erat, & tempore, quæ venia? quæ defenſio? eſto: iniquitatem non vitaſti ipsâ naturâ: quid ni tempore ipſo?* Chryſoſt. Matt. 15. 19. *Cogitationes è corde. Cogitationes prauæ vitãdæ & propter illarum naturam, & propter durationis earũ prauitatem.*

Olympiodori.] *Etenim qui in futilibus* B *mentem occupant, laborant, vt quod quærunt aſſequantur.* Olympiod. *In vanis ne mentẽ occupemus cauendum.*

Verſ. 15. *(Vox enim annunciantis à Dan veniet.)* 6

Olympiodori.] *Excidium annunciantis ex Dan vſque Berſabee à Babyloniis, vel Romanis. Eſt verò Dan vltra Iordanem, Mons autem Ephrem Samaria. Aſſerunt nonnulli ex tribu Dan aduerſarium venturum.* Olympiod. *Ex tribu Dã venturus aduerſarius Antichriſtus.*

Verſ. 16.] Dicite Gentibus: Ecce auditum C eſt in Ieruſalem, cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam.

Verſ. 17.] Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Dicite Gentibus. *Diuulgetur [a] id per vniuerſum terrarum Orbem, literiſque, & crebris denuntiationibus idipſum vndequáque publicetur, ita vt vniuerſæ gentes de hoc vno in ſuis ſermocinationibus verba habeant, [b] Nouum, horrendumque nuncium auditum eſſe in Regia Ciuitate Ieruſalem, Principes, magnateſque multos vnà cum potentiſſimo Rege, militum agminibus circundato de terra venire longiùs à Iudæa diſſita. Eoſdemque Principes exercitus totius cuſtodes, ac duces magnis vocibus iuſſa militibus dare aduerſum illam, ſuam eiſdem ſignificantes rabiem in eam, militéſque pariter barbarico more ingentes edere clamores, quibus & terrorem incutiant, & ſeſe inuicem ad prædam excitent.* b *Ecce auditũ eſt in Ieruſalẽ, cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper Ciuitates Iuda vocem ſuam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Dicite gentibus*, &c.) Ea ipſa quæ hucuſque dicta ſunt, magis amplificans Dominus, adiicit modò, Et gentibus pariter quibuſcumque imminentem Iudæis enarrandam ſcelerum ipſorum vltionem, per aduenientem Chaldæorum exercitum; vt & Gentes quoque intelligant iuſta Dei iudicia, ſicque vel ipſæ accipiant diſciplinam. Videtur alludi ad id quod moris in mundo eſſe ſolet, vt inſurgentibus bellorum motibus, cúmque à magnis præſertim Principibus aduerſùs aliquod regnum inſtruuntur exercitus, de iis illicò, vel ad remotiſſimas gentes crebris denunciationibus fama ita fit celebris, vt & in tabellionum literis, & in quibuſcumque ciuium ſermocinationibus ſemper de iis verba habeantur. Quod magis patet ex verſione Sept. quæ habet, ἀναμνήσατε ἔθνη, id eſt.) *Recordamini, ſeu commonefacite Gentes,*) Hebræa לגוים הזכירו *hizchiru lagoim.* (*Memorate, ſeu commentemini Gentibus.*) Tametſi plures ſint, qui cenſent, hæc adhuc pertinere ad eoſdem nuncios, qui Iudæis delaturi erant Chaldæorum aduentum; vt Gentium nomine Chaldæi ipſi deſignentur, quo ſenſu hæc ſumens Pagninus ſic ea vertit, (*Memorate propter Gentes,*) Iſidoruſque, & Vatablus legêre, (*Memorate, ſeu dicite de Gentibus.*) Nec deſunt, qui Gentium vocabulo Iudæos deſignatos aſſerunt eos, qui à Ieruſalem aberant, ad quos & prædicta deferenda eſſent nuncia. Alluſio. *Bellorum in motibus vndique latius eorũ diffunditur fama & crebri vbique de illis ſunt ſermones.*

D (*Ecce auditum eſt in Ieruſalem.*) Iam ſæpius notatum eſt, particulâ, *Ecce*, ſignificari quid noui, magni, & admiratione digni. Id autem tale hîc aſſeritur, quod auditum eſt in Regia Iudæorum Ciuitate Ieruſalem, Cuius & fama per totum diuulganda erat terrarum Orbem, nempe. (*Cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper eam vocem ſuam.*) Chaldæorum nimirum è longinqua Babylonis terra venire exercitum. In Vaticano Codice verſionis Sept. ita hæc habentur. (*Ecce venerunt: annunciate in Ieruſalem* συστροφαὶ *ſyſtrophæ, id eſt, gurgites aquarum, ſeu cateruæ veniunt* E *de terra longinqua, & dederunt ſuper eam vocem ſuam.*) Pro (*Cuſtodes*) in Hebraico textu eſt vox נצרים *notzerim*, à qua Vatablus aſſerit deriuatum nomen Regis Chaldæorum Nabuchodonozor, cenſetque eadem voce hîc eos deſignatos milites, qui Regem ipſum cuſtodiebant, Italicè, *la guardia del Re*, qui ab illius nomine Nabuchodonozor ſic dicti ſint Notzerim, ſicut à Cæſare Cæſariani. Certè tam ipſe Vatablus, quàm reliqui recentiores interpretes, prout & Vulgata vertunt, (*Cuſtodes*,) verbum enim נצר *natzar* ſignificat ſeruare, obſeruare, & cuſtodire, F vnde & rectè id nomen tribuitur militibus obſidione Ciuitatem obſeruantibus, vt in ſequenti Verſ. 17. clariùs ſignificatur. Quamquam dici pariter poteſt, eodem nomine Principes deſignari exercitus, Regem nimirum, eiuſque magnates, quomodo idem nomẽ à noſtro interprete ſumptum eſt Nahum 3. vbi diſtinguens Principes, ac cæterorum qui in exercitu ſunt militum vulgus, dicit.[c] *Cuſtodes tui quaſi locuſtæ, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum*, id eſt, quaſi paruulæ locuſtæ. Porrò per id quod de prædictis cuſtodibus adiicitur,

2

Cuſtodũ nomine deſignati milites Regem cuſtodiẽtes. Vatablus.

Cuſtodes appellatl Principes, atque magnates, qui præſunt.

c Nahum. 3. 17.

iicitur, (*Et dare super Ciuitates Iuda vocem suam,*) si de Ducibus, & Principibus sit sermo, significatur, illos exercitui iussa daturos, & magnis clamoribus milites aduersùs Ciuitates Iuda sollicitaturos, suam in eas palàm facientes rabiē, prout & supra sub Leonum metaphora dictū est, [a] *Super eam rugierunt Leones, & dederunt vocem suam.* Quòd si sermo hic sit de militibus, ad id alluditur moris, quo solebant, sicut & modò fit, Gentes barbaræ, vt terrorem incuterent, & se ad prælium excitarent, ingentes edere clamores.

a Iere. 2. 15.

Vers. 17. PARAPHRASIS LITERÆ.

b *Quasi custodes agrorū facti sunt super eum in gyro.*

c *Quia me ad iracundiam prouocauerūt. (seu me mutarunt, aut, à me defecerūt, aut, mihi inobedientes fuerunt, aut, me neglexerunt) dicit Dominus.*

3

Obsidionis arctissima descriptio.

TAM [b] *arctâ iam illā ambierunt obsidione, vt nec aditum permissuri sint præsidio cuiquam, nec exitum ad fugam. Sicque tuto seruatum sibi studebunt prædæ fructum vniuersum, vt meritò custodibus assimilandi sint agrorum:* [c] *Idque omne Iudæis ipsis continget, quia me in indignationem excitarunt, & per idololatriam à me desicientes, méque propter idola mutantes, & per inobedientiam, atque contemptum, præceptis meis non obtemperantes, méque & legem meam contemptui habentes.*

Vers. 17. EXPOSITIO LITERÆ.

QVasi custodes, &c.) Hebræa, & Sept. (*Sicut custodientes agrum fuerunt super eam in circuitu.*) Exposito repentino exercitus Chaldæorum aduentu, ingentique eiusdem contra Ierusalem, vniuersamque Iudæam terrore exprimit arctam militum illorum obsidionē, quâ circumquaque eam ita circundaturi erant, vt nec aditum in illam cuiquam permitterent præsidio, nec egressui vlli locus esset ad fugam, quomodo & qui agrum custodiunt sollicitè curant, ne quid gregis effugiat, neue quis intra agrum ipsum ingrediatur, vt tutos qui in eo sunt sibimet custodiant fructus, (*Quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.*) Quod supra subindicarat damnorum, malorúmque omnium, quæ per Chaldæorū exercitum illi obuentura erant causam ipsam esse eius malitiam & iniquitatem, id nunc clariùs contestatur. In quo verò potissimùm ista Iudaici populi extiterit iniquitas, quâ ad iracūdiam prouocauit Dominum, indicant lectiones Hebr. & Sept. Hebræa enim habet, כי־אתי מרתה *chi othi maratha* quod ob varias verbi מרה *marah* significationes, rectè vertas. (*Quia me mutasti,* scil. pro idolis, vel (*A me defecisti,* aut *rebellasti,*) sc. per idololatriam. Vel (*Mihi inobediens fuisti,*) contemptui nimirum habens me, legemque ac præcepta mea. Quod expresśere Sept. vertentes, (*Quia me neglexisti,*) de quo contemptu pluribus sæpe egimus supra.

Vers. 16.] Dicite Gentibus, &c.

Vers. 17.] Quasi custodes agrorum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

Custodes duos sibi proximos habet anima, semet, ac Deum.

d Prou. 4. 23.

e Psal. 38. 2.

DVos vnaquæque anima, præter Angelorum custodiam, sibi maximè proximos sui habet custodes, semet, & Deum, Custos sui ipsamet est, cùm iuxta Sapientis consilium, [d] *Omni custodiâ seruat cor suum, ex quo vita procedit,* cùm vnà cum Regio vate ait. [e] *Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, Posui ori meo*

A *custodiam, & ostium circumstantiæ labiis meis,* [f] cùm immaculatam se satagit custodire ab hoc sæculo, [g] seruans Dei legem, quasi pupillam oculi sui. Quo modo & magis sibi proximum alterum habet custodem Deum, de quo scriptum reperit. [h] *Custodiuit eum quasi pupillam oculi sui,* & [i] *Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.* [k] *Ecce enim non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Nouum nihilominus, & quod maximam incutiat admirationem vniuersis, id plerumque euenit; vt cùm anima nullam istorum

B proximorū custodum habeat rationem, alij è longinquo in eam veniant custodes, Dæmones è remotissimis inferorum antris aduersùs illam insurgentes, de quibus in Psalmo 70. [l] *Qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum, Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat:* hocque est, quod & hic subiicitur, (*Et dare super Iuda vocem suam.*) Quamquam per hæc verba subindicetur & ratio, quâ Dæmones ipsam custodiunt animam, immittendo nimirum in illam validam, frequentemque suarum suggestionum vocem.

f Iacob. 1. 27.

g Prou. 7. 2.

h Deut. 32. 10.

i Psal. 33. 21.

k Psal. 120. 3.

Anima, quæ sui met, & Dei parui facit custodiā, Dæmones magno cū illius damno sua custodes.

l Psal. 70. 10.

Dæmones quâ ratione sibimet custodiāt animam peccatricem.

C Vnde & bene adiectum est, (*Quasi custodes agrorum facti sunt super eā in gyro,*) tam arctā videlicet eam seruantes custodiā, vt præfortem in ipsius gyro ædificatum dicas murum, ab omni eam arcentem egressu ad boni quidpiam, quod eadem anima deplorat, dicens, [m] *Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore,* Dæmonibus scilicet fel mihi dumtaxat, & laborem exhibentibus. [n] *Circumædificauit aduersùm me, vt non egrediar.* Bene quoque quasi custodes agrorum super animam facti dicuntur dæmones: quia cùm illius possessionē iniêre, adeo se se in illa corroborāt, vt om-

D nes operum illius seruatos sibi satagant fructus, instar agrorum custodes illam iugiter circūeuntes, & perambulantes, quod significare voluit Dominus, in Euangelio dicens. [o] *Cùm fortis armatus custodit atriū suum, in pace sunt omnia quæ possidet,* i. pacificè ei quicquid in illo est, seruatur. Porrò talis, tātáque est istius facinoris peruersitas admiranda, vt meritò digna censeatur, quæ publicetur per vniuersum terrarum Orbem omnibus Gentibus, ita vt & de ipsa cuncti sermocinentur, & stupeant. (*Dicite, inquit, Gentibus, Ecce auditū est in Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, &c. Quia*

E *me mutauit, adeóque, & ad iracundiam prouocauit.*)

5

Peccatricem animā quam arctè obsessam seruant Dæmones.

m Thr. 3. 5.

n Thr. 3. 7.

Dæmones custodiunt animā vt agrorum custodes agros custodiunt.

o Luc. 11. 21.

Quæ de custodibus hic dicuntur, non ineptè aptabis quoque & iis, qui Prælaturas, & Episcopatus ambiunt, magnóq; quęritant studio: vt sensus sit. Palàm omnibus facite, gentibusque denūciate vniuersis, quod in vrbe magna cum admiratione auditu percipitur, de remotissimis Christiani populi regionibus ad curiam venire, qui animarū custodiam exquirunt, custodesque & Episcopos dici auent, & esse: Nec erubescūt dare vocem suā super Ciuitates Iuda, emittentes vocem ad efflagitandos Episcopatus præcipuarū Ciuita-

F tum Christianitatis. Sanè super eam vrbē, & super curiam ipsam facti sunt quasi custodes agrorum; sicut enim illi pro fructibus dūtaxat custodiam adhibēt agris: Ita ipsi pro censuum duntaxat fructibus & Episcopatus quærunt, & fieri custodes. Quin & postquā Episcopatum adepti custodes alicuius facti sunt Ciuitatis, super illam vt agrum quoque custodes pro exacta censuū, fructuumque collectione sedulam exhibent custodiam. Id autem omne euenit, quia Ciuitas illa me ad iracundiam prouocauit. Qua de re Gregorius Papa lib. 25. Moral. præclarè hæc ait. *Nullus qui malum*

6

Prælaturas, & Episcopatus ambire, ac petere quā prodigiosum & horrendū.

Prælati praui dicendi quasi custodes agrorū, quia fructuū, cēsuumque ex agris Ecclesiasticis rationem habent.

Prælatus in Ciuitate prauus ex peccatis eiusdem Ciuitatis.

Greg. Pap.

malum rectorem patitur, eum quem patitur accuſet, quia nimirum ſui fuit meriti peruerſi rectoris ſubiacere ditioni. Culpam ergo proprij magis accuſet operis, quàm iniuſtitiam gubernantis, ſcriptũ namque eſt.[a] Hoſe. 13. 11. Dabo tibi Reges in furore meo. Facitque ad hunc locum dictũ Plutarchi lib. de Ciuili Inſtitut. Non tanquam ad nundinas & lucella eundum eſt, iis qui ſibi gubernacula Reipub. committi volunt, quemadmodum Stratoclẽ illum, & Dromoclidem accepimus ſolitos ſe ſe mutuò ad meſſem auream inuitare, ſic enim ioco tribunal, & curiam appellitare conſueuerunt.

a Hoſe. 13. 11. Plutarchus. Ad Officia, & Prælaturas impróbi intrant vt ad meſſem auream.

VVLGATÆ.

Verſ. 16.] Dicite Gentibus, &c.
Verſ. 17.] Quaſi cuſtodes agrorum, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Ἀναμνήσατε ἔθνη, ἰδοὺ ἥκασιν, ἀναγγείλατε ἐν Ἱερουσαλὴμ, συστροφαὶ ἔρχονται ἐκ γῆς μακρόθεν, καὶ ἔδωκαν ἐπὶ τὰς πόλεις Ἰούδα φωνὴν αὐτῶν.

17. Ὡς φυλάσσοντες ἀγρὸν, ἐγένοντο ἐπ' αὐτὴν κύκλῳ, ὅτι ἐμοῦ ἠμέλησας, λέγει Κύριος.

Verſ. 16.] Commonefacite Gentes, ecce venerunt: annunciate in Ieruſalem, cateruæ veniunt de terra longinqua: & dederunt ſuper Ciuitates Iuda vocẽ ſuam.

Verſ. 17.] Quaſi cuſtodes agri facti ſunt ſuper eam in circuitu: quia me neglexiſti, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

A Paraphraſis Chaldaica. Commemorate populis, & annunciate Ieruſalem, dicite, Exercitus populorum diripientium quaſi vindemiatores veniunt de terra longinqua, & caſtrametabuntur ſuper Ciuitates domus Iuda, & tollent ſuper eas vocem ſuam. Verſ. 17. Quaſi cuſtodes agrorum fuerunt ſuper eam per circuitum, quia contra verbum meum rebellauit, dicit Dominus. 1

Verſ. 16. (Dicite Gentibus, Ecce auditum eſt in Ieruſalem, cuſtodes venire, &c.)

Verſ. 17. (Quaſi cuſtodes agrorum, &c.)

Hieronymus. Vult, omnes in circuitu nationes Dei noſſe ſententiam, & flagellatã Ieruſalem, cunctas recipere diſciplinam. Celebri inquit in Ieruſalem ſermone narratur, aduerſarios venire de terra longinqua, & fremitũ contra eam ſurgere vlulantis exercitus, qui tam diligenter obſideant Ciuitatem, & claudant vrbem munitionibus, vt non tam aduerſarios putes eſſe, quàm agrorum, vinearumque cuſtodes. Hoc autem totum factum eſt, non hoſtium viribus, ſed culpâ Ieruſalem, quæ Deum ad iracundiam prouocauit. Si enim in porcos poteſtatem non habent aduerſariæ fortitudines, quantò magis in homines, & homines quondam Ciuitatis Dei?

Hieronym. Dæmones non habent poteſtatem in homines.

Theodorit. (Ecce turba veniunt è terra longinqua, &c.) Quo enim pacto, ait, qui vineas, vel ſemina obſeruant, diligenter ea cuſtodiũt, & per ea tranſire prohibent viatores: ita hi Ieruſalẽ obſidebunt, nec quemquam effugere permittẽt. Docet præterea Propheta, & quartus liber[b] Regũ, murum[c] in circuitu cõſtruxiſſe ex lapidibus quatuor pedes latis, ne quis habitantium fugã capeſſeret. 2

b Ier. 52. 24. c 4. Reg. 25. 1.

D. Thomas pro, (Dicite Gentibus) legit (Concitate Gentes,) ſicut & Hugo Card. & alij. Determinat inquit, quod nunciatũ eſt, (Concitate Gẽtes,) ſc. ciues in medio Ieruſalẽ præparate vos ad reſiſtendũ: vel Gẽtes in circuitu, vt ex veſtris pœnis territi corrigãtur. (Ecce auditũ eſt) frequẽter per multos nuncios, & prius per Prophetas (cuſtodes,) i. hoſtes ad obſidẽdũ, (vocẽ vlulatus exercitus.) (Quaſi cuſtodes) ſine aliqua reſiſtẽtia vndique obſidẽtes.

D. Thom. Hug. Card.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΝΑΜΝΗΣΑΤΕ ἔθνη, ἰδοὺ ἥκασι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δείκνυσιν ὅτι πολλάκις ἀκούσαντες ἐπελάθοντο.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὴν ἄδειαν λέγει, καὶ τὴν πολλὴν παῤῥησίαν, ὡς οὐ νόμῳ πολεμίων παρέσονται. ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἤδη προκατειλημμένα χωρία.

[Ὡς φυλάσσοντες ἀγρὸν ἐγένοντο ἐπ' αὐτὴν κύκλῳ.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ὥστε μὴ εἶναι διαφυγεῖν βουλομένοις αὐτοῖς. εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν τῶν δεινῶν. ὅτι ἐμοῦ ἠμέλησας, λέγει Κύριος.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐντρεπτικῶς τοῦ δεσπότου ἠμέλησας. καὶ τὸ ἀξιόπιστον. οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς κόλασιν; οὐ πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον; εἰ γὰρ μὴ πόλεμος ἦν, εἰ γὰρ μὴ πόλεως ἅλωσις, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἀκοῦσαι τὸ ῥῆμα, πόσην ἔχει τιμωρίαν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τουτέστιν ὥσπερ ἐκεῖνοι οἱ ὀπωροφύλακες εὑρόντες τινα κλέπτοντα βοῶσι, καὶ εἰς φόβον καθιστῶσι τὸν κλέπτην, καὶ μετὰ πάσης προθυμίας αὐτοὶ ἐπιτρέχουσιν ἑλεῖν βουλόμενοι τὸν τολμήσαντα. οὕτω καὶ οὗτοι βοῶσι μόνον, καὶ εἰς φυ-

E Verſ. 16. (Commonefacite Gentes, ecce venerunt, &c.) 3

Chryſoſtomi.] Oſtendit quod & ſi multoties audiſſent, obliuiſcebantur.

Chryſoſt.

Eiuſdem.] Licentiam inquit ſummamque procacitatem, quòd non aderunt lege inimicorum, ſed vt iã ad expugnatas vrbes. Verſ. 17. (Quaſi cuſtodes agri facti ſunt ſuper eam in circuitu.) 4

Eiuſdem.

Eiuſdem.] Ita vt fugæ ſe dare, & ſi velint, non poſſint. Dixit & malorum cauſas; Quod me parui feciſti ait Dominus. (Quia me neglexiſti, dicit Dominus.)

Eiuſdem.

F Eiuſdem.] Sermo ad coarguendũ aptiſſimus, (Dominum parui pendiſti,) omnique fide dignus. Nonne hoc ad puniendum ſatis? nonne omni ſupplicio grauius? etſi enim nec bellũ eſſet, nec vrbis vaſtatio, vel hoc vnum audire verbum quantùm in ſe pœnæ compræhendit?

Chryſoſt. Contemptus Dei quàm magnũ malũ.

* Eiuſdem.] Hoc eſt ſicut qui fructuũ cuſtodiæ præſunt, dum furem depræhẽdunt clamorem excitant, furique timorem incutiunt, & feſtinãtes accurrunt, vt talia audentẽ capiant; ſic & hi clamant

Eiuſdem. Cuſtodum agrorũ ſimilitudo quàm apta ad exprimendũ hoſtilem incurſum.

γλῶ ὑμᾶς τρέπουσιν, ὡς ἐπ' ἀλλοτρίοις ὄντας. ὅτι ἐμοῦ ἠμέλησας, λέγει Κύριος, ἄξια ὧν ἐτόλμησας ὑπομένεις, καὶ θερίσεις ἃ ἐσπάρκας.

Βίκτωρ.] ἐνεργητικῶς δὲ ἠμελῆσθαι φησὶν, ὁ ἀνενδεὴς, καὶ ὁ χριστός φησιν, ἐδίψων, καὶ ἐποτίσατέ με. κατὰ γὰρ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ἑαυτῶν ἀμελοῦσιν οἱ ἀφεστηκότες Θεοῦ. ἄνθρωποι δὲ φησιν οὐκ ἴσχυον κατὰ σοῦ, πονηρίας εἴπερ ἀπήλλαξο.

A *mant tantum, in fugamque vos vertunt, veluti in alienis deprahensos, [quoniam me parui æstimasti ait Dominus.] Audacia tua condigna sustinebis, quæque seruisti metes.*

Vict. Presb.]*Confusionis autem sermo, dum nullius indigus se flocci factum asseuerat: ait & Christus,* [a] *Sitiebā, & dedistis mihi bibere: iuxta enim veritatem, qui à Deo aberrant, se ipsos negligunt, homines enim, inquit, non præualebant aduersùs te, cum nequitia liber sis.*

Vict. Presb. Contemptum sui Deus improperat peccatoribus ad eorum confusionem.
a Matth. 25. 35.

Vers. 18.] Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 STudia [b] *tua pessima hæc tibi causarunt acerba, & peruersa in corde tuo demorantes cogitationes hæc fecêre, te à me separantes,* [c] *quâ certe separatione fecerunt, vt calamitas ista, & malitiei tuæ pœna adeo sit amara, vtque eadem vsque ad cor tuum suâ pertingat amaritudine, teque & maximè affligat.*

b Via tua & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi.
c Ista malitia tua quia amara, quia tetigit cor tuum.

2 *Quod enim maximum omnium, & peracerbum tibi est malum, illud certè est, quòd per iniquitatem amaritudo tibi ingesta est molestissima, quódque amarore ipso suo conscientiæ redargutione malitia, & eius pœna tuum peruenit ad cor, quod & acerbissimè afflixit, quia per ipsum dulcissimus, ac clementissimus ad amaritudinem concitatus est Deus.*

3 *Quidni verò amarus is tibi fieret, si cum malitia amaritudinem dumtaxat proferat, ac propterea sit amara, nihilominus sic ea tuo infixa est cordi, vt nil aliud quàm ipsā cogites, amesque. Vnde & ista malitia tua pœna revera amara est: quia & ipsa cor tuum penetrauit.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 VIæ *tuæ*, &c.) Quia superius in vers. 14. prauis potissimùm cogitationibus tribuit imminentium malorum causam, dicens, *Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ*, id modò confirmans, ait, Præexposita omnia, non tam à Chaldæis facienda, quam ab ipsomet Iudaico populo prauis studiis, pessimisque suis facta iam sibi esse cogitationibus.[d] *Peruersæ enim cogitationes*, (vt dicitur in lib. Sapientiæ) *separāt à Deo*, è qua separatione malum est omne. Vnde bene subditur, (*Ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.*) Malitiæ nomine sumpto pro calamitate, afflictione, & ipsius malitiei pœna, prout & supra in vers. 15. nomina idoli & iniquitatis vidimus vsurpata. Quod autem dicitur est. Quòd ista calamitas sit amara, quódve amaritudine suâ pertingat vsque ad cor, & maximè affligat: eo ipso sensu, quo supra in vers. 10. dicebatur, *Et ecce peruenit gladius vsque ad animam*, quasi dicatur, Hæc inquam tibi fecerunt prauæ cogitationes, quòd ista calamitas, &c. Vt particula, *Quia*, non tam causam designet, quàm vel effectum, vt posita pro alia particula *quòd* aduerbialiter, prout sæpissimè Hebraica vsurpata reperitur particula כי *chi*: Vel asseueranter. Ac si dicatur, Ista malitia tua verè amara, profectò tetigit cor tuum. Seu redundanter, prout aliàs frequenter, idque in vtroque membro: aut in primo quidem mēbro sic asseueranter, in secundo verò causaliter. Vt sensus sit, Viæ tuæ fecerunt, &c. Ista calamitas tua certè

d Sap. 1. 3.

B amara, quia tetigit cor tuum.

2 Circa lectionum varietatem in versione quidem Sept. nihil est, quod notetur à Vulgata diuersi, nisi quòd pro cogitationibus, habent τὰ ἐπιτηδεύματα, *Adinuentiones*,) Lectionem Hebraicam sic vertunt Pagninus, (*Via tua, & actus tui fecerunt hæc tibi, qui i amarè*, (aduerbialiter) *quia peruenit vsque ad cor tuum.*) Regia, (*Via tua, & studia tua fecerunt hæc tibi, quia amarum, quia pertigit vsque ad cor tuum.*) Vatablus. (*Via tua & studia tua*, &c. *Hac est malitia tua, quæ quādoquidem amara est, cor penetrat.*) Idemque in Annot. (*Istud admisit malitia tua, quia* C *quod accidit tibi, amarum est, ita vt penetrauerit vsque ad cor*, id est, affligat te admodum. Potest autem vox מר *mar* accipi vt verbum: atque etiam vt nomen substantiuum, adeoque & verti, (*Ista malitia tua, quia amaricauit*, Vel *quia amaror*, seu, *quia amaritudinem.*) Quæ lectiones triplicem præter allatum, eorum quæ hîc dicuntur suggerunt sensum, quorum singuli & nostræ Vulgatæ haud difficilè aptentur.

3 Primum sumendo malitiæ nomen item pro malitiei pœna, & afflictione, vt idipsum hîc dicatur, quod supra in cap. 2. vbi idemmet Dominus D aiebat.[e] *Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti*, &c. *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te, Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum*, &c. Ac si & hîc pariter dicatur. Vniuersa quæ enumerata sunt acerba, tibi obuenēre propter iniquitates tuas. At quod omnium maximum, ac peracerbum tibi est malum, illud est, quòd per eamdem iniquitatem amaritudo tibi ingesta est molestissima, quódue amarore ipso suo vsque ad tuum peruenit cor, amarissimis videlicet conscientiæ tuæ stimulis, atque remorsibus, de quibus fusiùs egimus supra, cùm E præallata exponeremus verba, *Arguet te malitia tua*, &c. Hocque sensu in vulgata dicetur, Ista est grauissima malitiei tuæ pœna, quòd eadem malitia amara tibi extitit, quòd conscientiæ redargutione tetigit & cor tuum.

2. Sensus. Conscientiæ remorsus est pœna peccati omnium maxima.
e Iere. 2. 17.

4 Secundo sensu significari hîc potest, Istam extitisse acerbissimam Iudaici populi pœnam, quod malitiā suā dulcissimum, ac clementissimū amaricauit Deum, ad amaritudinem, & iracundiam illum prouocans, quia ista ipsa Dei amaricatio, tetigit eiusdem populi cor, afflictione nimirum maximā, quæ & cor penetraret, redundans in eius F caput, iuxta illud Hoseæ, [f] *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum, paruuli eorum elidantur, & fœta eius discindantur.* Quo sensu in vulgata, malitia ipsa dicitur amara, quòd dulcem Deum ad amaritudinem prouocet, eundemque clementem sæuire cogat, Vnde & tactum dicitur delinquentis cor. Eodem nimirum populo pereunte. Siquidem nemo est qui nesciat, quolibet cordis contactu nedum pœnas inferri acerbissimas, sed & mortem.

3. Sensus. Peccatum amarū est peccāti, quia ad amaritudinē dulcem concitat Deum.
f Hose. 14. 1.

Tertio

4. Senſus.

Peccatoris peruerſitas maxima, quòd amariſſimo exiſtente peccato id nihilominus in ſuo corde radices ponere ſinat.

Tertio denique ſignificari in his poteſt, id extitiſſe in Iudaici populi malitia peſſimum, quòd cùm malitia amaritudinem duntaxat proferret, amaraque propterea eſſet, cordi nihilominus illius infixa ſic ea fuerit, vt nil aliud cogitarit, nil amarit aliud quàm iniquitatem. Vel, in corde nihilominus eius ipſa ſuas miſerit radices. Quod Italicâ phraſi diceremus, *Se gli è radicata nell' oſſa.* Pro quo ſenſu facit lectio Hugonis Card. & aliorum, *Quia tetigit os tuum.*

Verſ. 18.] Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5

Peccatoris miſerrimus ſtatus in calamitatibus animæ & corporis.

MISERRIMVS in his exprimitur in maximis & animę, & corporis calamitatibus conſtituti peccatoris ſtatus, miſeriarumq; illius eidem à Domino explicantur rationes, quæ ad tres potiſſimùm reducuntur, iuxta tria ſententiæ iſtius membra, Prima in eo quod dicitur, (*Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt tibi hæc:*) Secunda, in eo quod additur, (*Iſta malitia tua quia amara.*) Et tertia, in parte vltima, (*Quia tetigit cor tuum.*)

Calamitates in peccatorē immittens Deus primo modo qui eſt ſaluberrimus cum illo pugnat, faciens cū tentatione prouentum.

a Iſai. 28. 19.
b 1. Cor. 10. 13.

Quoad primam, Sciendum, duobus modis in Tribulationum, calamitatū, & tentationum prælio Deum cum anima pugnare peccatrice: dupliciq; pariter ratione in eodem ipſam dimicare & animam, primus quo Deus pugnat modus eſt, quādo ea immittit peccatori aduerſa, quæ illi ſalubria ſunt; quando ita illū tribulationibus concutit, vt [a] vexatio det illi intellectū: quando iuxta Apoſtoli dictū [b] permittit quidem eum tentari; ſed vt fidelis Deus non patitur, illum vel à Dæmonibus, vel ab hominibus tētari ſupra id quod is poteſt, quin potiùs facit cum tentatione prouentum. Pugnanti in hunc primum modū Deo, opponit ſe pariter & peccatrix anima, quæ ex tribulationibus & calamitatibus iis fit ſapientior, dimicanſque & ipſa peculiari belligerandi ratione eiuſdem Dei vtitur ope aduerſus eos, qui ex illius permiſſione ærūnis, & tentationibus ipſam concutiebant, ſiue homines ij eſſent, ſiue dæmones, ſiue creatura alia, ita vt glorioſam ex illis omnibus referat victoriam.

6

In prælio immiſſarum à Deo calamitatum ad ſalutē, oratione Deo ſe ſe opponēs anima, inſtructā veluti aciē eorū qui ipſam tribulant, eidem proponit, eoque ſtratagemate ſuperior euadit.

c Pſal. 5. 2.

d Pſal. 5. 5.

Vide mirabilem Sapientis per tribulationes effectæ animæ pugnandi cum Deo modum: iis ipſis vtitur ad Deum, quibus ad eā dimicare nouit & Deum. Nemo eſt qui neſciat, vnum in omni denique euentu homini cuilibet ſupereſſe pugnandi cū Deo genus, qui inſuperabilis alioquin eſt, idque per orationem, de quo ſæpius actum, & agendum in his eſt noſtris Commētariis. In prælio iſto ſe tribulātes proponit Deo anima, & tamquam inſtructam illius obtutui ſtatuit inſurgentium, peſſimique in ſe eorumdē animi, atque iniquitatum aciem. Quo certè ſtratagemate Dauid iſtiuſmodi peritiſſimus bellorum vſurum ſe eidē aſſerit Deo, quando in Pſalmo 5. precum initurus cum illo prælium, cùm dixiſſet, [c] *Verba mea auribus percipe, Domine intellige clamorem meū: Intēde voci orationis meæ, Rex meus, & Deus meus: Quoniā ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam,* i. illico victoriā mihi de iis exhibebis inimicis meis, quibus tumet aduerſùm me pugnare viſus es, quādo ij ex tua me aggreſſi ſunt permiſſione, quam & iuſſionem interpretati ſunt: ſubdens autem ipſam in tali ſtratagemate pugnandi rationem, addit; [d]

A *Manè adſtabo tibi, & videbo:* Sic in noſtra Vulgata, Quorum hic eſſe poteſt ſenſus: Primo manè, atque in principio prælij orationis meæ, me tibi exhibebo, eo videlicet oppreſſus modo, quo tribulationibus, & calamitatibus ab iniquis cōcutior hoſtibus meis, vereq; tibi reſignatus videbo, quid ex prælio ipſo meo conſequatur. Sed ad rem noſtram magis in Hebraico textu militari verbo אערך לך engherech lecha. *Manè ordinabo, ſeu inſtruā veluti in aciem ad te,* ſc. orationē meam, ait Rabbi Dauid, Vnde & Fœlix, & Regia in margine verſionum ſuarum habent, *Ordinabo ſeu diſponam ad te, ſc. orationem:* B Aptiùs tamen ſubintelliges, ipſam, quam dicebam, tribulantium ſe aciem; vt hoc ſibi in his velit, Inſtruam, velutique aciem ordinatam tibi proponam in meo orationis, quod tecū habebo, prælio, illos ipſos quos me tribulare tumet permiſiſti.

7

In orationis prælio pia anima, propoſitā ad Deum aduerſā ſibi acie ſpeculæ munus ſibi aſſumit.

e Pſal. 55. 1.
f Pſal. 5. 5.

Id quod facto eum expleſſe alio colligitur ex Pſalmo, quo orationis pariter agens in prælio ita Deum affatus eſt. [e] *Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, totâ die impugnans tribulauit me.* Vide inſtructam aciem ante Dei propoſitam oculos. Hoc eſt, quod dicebat, [f] *Manè ordinabo, ſeu inſtruam ad te.* C Quā propoſitā in oratione ſua acie, id ipſemet ſumpturum ſe inquit muneris, quod in bello eſt maximè præcipuum, ſpeculæ: ſubdit quippe illicò, *Et videbo,* ſeu, vt legit Hieronymus, *Et ſpeculabor:* certam nimirum opis tuæ conſecutionem, victoriamque ex aduerſariis ipſis meis, & ex tribulationibus quoque gaudium, & gloriam. Videbo, inquit, iſta omnia: *quoniam non Deus volēs iniquitatem tu es,* i. Hæc ſpeculans aſpiciam, quoniam propoſitæ aciei ferre non potes iniuſtè illatas mihi iniurias. Vnde audacter aliàs, [g] *Cùm inuocarem,* dixit, *exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ: in tribu-* D *latione dilataſti mihi:* dilatato nempe, in quo concertandum mihi fuerat campo per aduerſariorum meorum fugam: dilatato & corde per immiſſum animo & gaudium, & robur. [h] *Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.* Ex hoc iam *ſi conſiſtant aduerſùm me, caſtra non timebit cor meum.*

g Pſal. 4. 1.

h Pſal. 26. 3.

8

In tribulationibus conſtitutus confugiat ad prælii orationis, Deoque proponat peccatorum ſuorū aciem in ſpiritu contritionis.

i Dan. 3. 29.

Vtinam vel inter maximū quemque peccatorem, atque Deum hoc primo modo tribulationū committeretur prælium: Vtinam peccator idē in præexpoſito belli ſtratagemate vnā cum propoſita in oratione tribulātium ſe inſtructo ante Dei E oculos exercitu, & peccatorum pariter ſuorum quibus calamitates commeruit, alteram ad Deum inſtrueret aciem, vel iis vtens verbis, quibus ſancti illi tres pueri intra Babylonicam fornacem in ſuis dixēre precibus, [i] *Peccauimus & iniquè egimus, recedētes à te, & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus, ſicut præceperas nobis, vt bene nobis eſſet: Omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis, in vero iudicio feciſti: & tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum, & peſſimorum,* &c.

9

Impij in ſuis calamitatibus inſtruunt contra Deum peccatorum ſuorū aciem, vt illū peruicaci impugnēt perfidiā.

F Cæterùm, ô verè miſeros, quotquot in tribulationibus Deū potiùs maledictis inceſſunt, & cōtra illius prouidentiā blaſphemias effutiunt, impatientiæ ſtimulis acti. Inſtruunt ſanè & iſti peccatorū aciem non tam veterū in contrita oratione, quàm nouorū cum peruicaci perfidia: nec tam ad Deum ſeu ante Dei oculos, vt eorum miſereatur, quàm cōtra Deum, vt illum, ſi fieri poſſet, expugnent. Hicque eſt ſecundus, quem dicebā, prælij in tribulationibus modus ex parte obfirmati, deſperātiſque peccatoris. Contra quem profectò & Deus altero eo modo præliatur, quem in hac

Insigni stratagemate militari oppositam sibi ab impio peccatorum aciem Deus in illiusmet conuertit acerrimas calamitates.

quam præ manibus habemus, indicat sententia, (*Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt tibi hæc*) viarũ nomine peccata designans, quæ actu, prosequimur externo, cogitationum verò appellatione interna significans delicta. In eo autem iste situs est præliandi modus, quòd ad instar peritissimi ducis, qui oppositum sibi aduersariorum exercitum in damnum, cladem que inimicæ conuertit legionis: Is ipsis, quibus à peccatore oppugnatur peccatis, in illius vtitur Deus contusionem, & calamitosissimas afflictiones: Ipsa eius nimirum peccata, veluti in aduersam illi aciem eidem obiiciens, quibus is oppugnetur, & variis conteratur cladibus corporis, animique.

Quam pugnandi peritissimam rationem eâ ipsâ illi Deus testatam fecit locutionis phrasi, quâ similem præliandi modum à se idipsum seruatum significasse in Psalmo 5. Vatem Regium superius vidimus. Enimuerò in Psalmo 49. post factam multorum peccatoris, criminum commemorationem,[a] *Peccatori*, namque ibi legimus, *dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas*, &c. *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum: si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris*, &c. post multa, addit: [b] *Existimasti iniquè, quòd ero tui similis*, iniquus videlicet & ego, qui tuis conniueam sceleribus: *Arguam*, id est puniam, & castigabo te: declaransque modum, quem seruaturus in ipsa sit illius punitione, subiicit: *Et statuam contra faciem tuam.* Flagitia nimirum tua: seu vt in Psalterio dicitur Romano: *Et statuam illam contra faciem tuam*: nempe omnem quam admisisti iniquitatem. Pro quo in Hebraico textu verbo ערך *ngarach*, quod propriè ordinare & instruere significat, sic habetur ואערכה לעיניך *veengherecha leghecha*, id est, *ordinabo oculis tuis*, seu *instruam in oculis*, aut, *ante oculos tuos*, scil. peccata tua. Quem sensum optimè & ea refert lectio Græca καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. *Et statuam*, seu instructam veluti aciem constituam *contra faciem tuam peccata tua.* Quam lectionem in plerisque reperire & Codicibus Græcis, Complutensi, Regio, Aldino, aliisque, nec non & apud Ioannem Chrysostomum, Theodoritum, & Euthymium Comment. super citatum Psalmum 49. Quin & in Latino Psalterio Ambrosiano, quod habet. *Et statuam contra faciem tuam peccata tua.* Lege caput 26. libri Leuitici à vers. 14. & cap. 28. libri Deuteronomij à vers. 13. intelligésque hanc Dei contra obsirmatos peccatores pugnandi rationem, & quàm verè & ista pariter apud Ieremiam ab eodem Domino prolata sint.

a Psa. 49. 16.

b Psa. 49. 21.

Impugnat Deus peccatores ipso scelerum eorum exercitu, quē illis obiicit.

(*Viæ tuæ, cogitationes tuæ,*) id est praua tua viuendi studia, prauæque & cogitationes tuæ, (*fecerunt tibi hæc.*)

11 Quibus opportunè adiectum est, (*Ista malitia tua, quia amara.*) Vt nouerimus & secundam rationem, quam in præsenti sententia assignari dicebam, veratum præsentis vitæ calamitatum, & afflictionum impij. Quas enim ob sua scelera, vt explicatum est, patitur ærumnas, illius sunt: adeoque bene eæ omnes nomine expressæ sunt malitiæ, quia in pœnam illi contingunt malitiæ, quæ fixas in ipso habet radices. Nisi enim ex istiusmodi malitia malæ, & prauæ eæ sint, censeri sanè possent Dei potiùs esse, atque adeo præstantissimæ, & pretiosissimæ, quales ferè esse affirmamus tribulationes, quæ à Deo, vt à paterna manu in summum prouenire nobis solent beneficium, de quibus meritò sanctus dicebat

Impij calamitates, & tribulationes nō tam Dei, & à Deo, quàm illiusmet, & ab illo dicendæ sunt.

Tribulationū quæ dicendæ sint Dei.

A Dauid, [d] *Virga tua, & baculus tuus*, quibus scilicet benignè variis me percussisti tribulationibus, *ipsa me consolata sunt.* Quæ enim tales contingunt calamitates, & aduersa, vt super illa inuocari liceat Dei nomen & appellari tribulationes Dei actiuè, iucundissimæ iis qui eas patiũtur, gloriosissimæ, omnisque sunt gaudij vt sæpe alias ex Iacobo probatum est Apostolo.

d Psal. 22. 4.

Ideoque optima hic affertur ratio, quòd præexpositæ impij ærumnæ nequaquã Dei, vt explicatum est, sint, sed ipsiusmet impij, quia summum potiùs illi inferunt amarorem, talem sanè B quali & earum prima causa prædita est malitia, de qua egimus pluribus supra in cap. 2. vbi dicebatur, [e] *vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum. Nihil enim est tam occupatum*, vt bene ait Quintilianus lib. 8. Institut. cap. 4. *tam multiforme, tam variis affectibus concisum, atque laceratum, sicut mala mens.*

Tribulationes, & calamitates impiorum amarissimæ, sicut & amarissima est malitia illarum causa.

e Ier. 2. 19.

Quintilian.

Peracutè verò Deus hanc concludens sententiam, præexpositæ & amaritudinis, & malitiæ, & calamitatum impij hisce tertiam assignat rationem. 12

Amaritudinis tribulationum impij ex radice cordi infixa prouenit amaritudinis peccatorum.

(*Quia tetigit cor tuum.*) Quia & moralis vitiorum C malitia, quæ prædictorum omnium est causa, lethifera ipsi est impio, mortémque iugiter illi suo infert aculeo; Sat enim probatum est alias, vel minimo cordis tactu mortem homini contingere: Et malitia pariter pœnalis, ipsæ nimirum, quæ eumdem impium attingunt, afflictiones ad cordis penetrant sensoria, quo contingere, nil potest acerbius. Subtiliùs autem per hæc ipsa, (*Quia tetigit cor tuum*) moralis ista eorumdem subindicatur ratio, Quia nimirum cor impij terrenis, & mundanis affixum est, atque carnalibus: in quo reuera tota eius sita est malitia, D quã Deo aduersùs est; cúmque calamitates, quibus à Deo propter eamdem conteritur malitiam, vniuersæ circa ea sint, & diuino fiant illorum tactu, iuxta illud Sathanæ in libro Iob ad Dominum. [f] *Sed extende manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: seu*, [g] *& tange os eius, & carnem eius, & tunc videbis, quod in faciem benedicat*, id est maledicat, *tibi*: profectò cùm dicat in Euangelio Iesus, [h] *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*, tacto, (*vt dictum est*) impij thesauro, tactum dicendum & illius cor, illius mentem & animam.

Tribulationes & calamitates impio sic acerbissimæ, quia sunt circa ea, quibus illius affixum est cor.

f Iob. 1. 11.

g Et 2. 5.

h Mat. 6. 21.

E Potes hanc ipsam sententiam non minùs apto morali sensu ad manus habere, cùm mundanorum, & carnalium quispiam de multiplicibus tecum conqueri contingat ærumnis, quibus vndequáque ita opprimitur, vt respirare vix queat; contestans nimirum eorum singulis, ea omnia, quæ illis adeo sunt molesta, ipsos sibimet adscribere debere, ex prauis eorum studiis, & ex cogitationum pergraui mole, quibus ob nimium in rem aliquam affectum opprimuntur. Vt, verbi gratiâ, ad specialem deueniendo praxim. Queritur tecum Ambitiosus quis aulicus, responde F illi, (*via tua*, &c.) Hæc omnia tibi ob id prouenēre, quia tumet in Principis istius, & illius te contulisti aulam; Quiete summâ fruebaris in patria, vbi & Sacramentorum frequentatione tranquillam agebas vitam, quid itineribus te addixisti ad Principum aulas, quæ instar procellosi, & amarissimi sunt maris? Cogitationes, quibus iugiter iactaris, vt id assequaris, quod ambitio tibi proposuit, hæc tibi intulēre. Ista malitia ipsius ambitionis tuæ omnem tibi causat amaritudinem: quia tetigit cor tuum, quia permisisti, 13

Mundani ærumnis opprimuntur ipsiusmet culpâ, prauis studiis, vehementique & prauum aliquem affectu.

Ambitiosi vnde ærumnarū moles.

vt

vt tuo infigeretur cordi.

Amoris libidinoſi malitia amariſſima in cor admiſſa, eſt cauſa innumerabiliũ, & moleſtiſſimarum ærumnarum.

Congruunt tamen hæc in primis contra illũ, qui libidinoſo, fœdoque amore aliquam deperiens mulierem continuis ærumnarum concutitur moleſtiis, ardentibuſque æſtuat flammis, ita vt amara ſentiat quæcumque ei obueniant vniuerſa. (*Viæ tuæ*) ad talem dicendum eſt, quas perpetuis frequentas deambulationibus circa amaſiæ tuæ domum: *Et cogitationes tuæ*, quibus illam tua ſemper verſas in mente, cuncta hæc tibi fecerunt mala, calamitatumque tibi fuère cauſa in infortuniorum negotiis, paupertatis, ægritudinis, & ſtoliditatis; *Iſta* amoris adeo turpis malitia tua moralis ſimul, atque pœnalis, ita tibi certè eſt amara; *quia tetigit cor tuum*: quia illius iacula in tuum admiſiſti cor. Vide in expoſitione literæ; quæ à nobis dicta fuère ſupra cùm exponeremus verſ. 17. & 19. capitis ſecundi.

VVLGATÆ.

Verſ. 18.] Viæ tuæ & cogitationes tuæ, &c.

SEPTVAGINTA.

18. Αἱ ὁδοί σου, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματά σου ἐποίησαν ταῦτά σοι. αὕτη ἡ κακία σου, ὅτι πικρὰ, ὅτι ἥψατο ἕως τῆς καρδίας σου.

Verſ. 18.] Viæ tuæ, & adinuentiones tuæ fecerunt hæc tibi: iſta malitia tua: quia

A amara, quia tetigit vſque ad cor tuum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Viæ tuæ peſſimæ, & opera tua corrupta cauſata ſunt hæc tibi: Iſta malitia, & amaritudo induxit ſuper te Ieruſalem, donec conteretur impietas cordis tui.* 1

Hieronym. Mala omnia nobis accidũt vitio noſtro.

Verſ. 18. *Viæ tuæ*, &c. Hieronymus, *facit apoſtrophem ad Vrbem Ieruſalem, quòd via illius, & cogitationes, quibus & opere, & ſermone peccauit, fecerunt ei venire omnia quæ venerunt: malitiamque illius, quæ* B *per ſe amara ſit tetigiſſe cor illius, & animæ interna penetraſſe. Quicquid ergo nobis accidit, noſtro vitio accidit, qui dulcem Deum in amaritudinem vertimus, & cogimus ſæuire nolentem.*

Cyril. Alex. Peccata ſequi debet & pœna.

Cyrillus Alexandrinus homil. 8. Paſchali. *Dicet nobis ille, penes quem omnium rerum poteſtas eſt (viæ tuæ, &c.) (iſta malitia tua) quia amara, quia tetigit cor tuum,) Qui enim grauiter peccauerunt, conſequens eſt vt meritis in eos pœnis animaduertatur, & vecordiæ noſtræ ſupplicium viciſſim, ex æquo reſpondere neceſſe eſt.*

Idemque in homil. 25. item Paſchalium: C *Criminum, ait pœnas ab iis perſolutas, quibus illa contigerunt, indicat vniuerſorum Deus iis verbis, (Quoniam me neglexiſti, dicit Dominus: viæ tuæ, & ſtudia tua fecerunt hæc tibi.)*

D. Thomas, Pro, (*Quia tetigit cor tuum*) legit (*Quia tetigit oſtium, id eſt, vſque ad interiora oſſa peruenit.*) D. Thom.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Αἱ ὁδοί σου, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματά σου ἐποίησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίς λοιπὸν ἐλπὶς θεραπείας ἐστὶ, τοῦ κεφαλαίου, καὶ ἡγεμονικωτάτου διαφθαρέντος; ἔστι γὰρ κακία οὐ πικρὰ, ἔστι κακία ἐξ ἀφελείας γινομένη, ἣ καὶ συγγνοίη τις ἄν. αὕτη φησὶν ἀφόρητός ἐστι, ὅταν καὶ μόνιμος γένηται, καὶ πρὸς αὐτὴν φησὶν ἐλθεῖν τὴν καρδίαν.

D Verſ. 18. *VIAE tuæ & adinuentiones tuæ fecerunt tibi, &c.)* 2

Chryſoſt. Corde peccatoris corrupto medicamenti vix aliqua ſupereſt ſpes. Malitia haud omnis amara.

Chryſoſtomi.] *Quæ igitur ſpes medicamenti eſt, illo, quod caput eſt, principemque locum obtinet, corrupto? eſt enim Malitia haud amara, eſt error è ſimplicitate profectus, cui quis facilè det veniam. Hæc ait prauitas minimè toleranda, quòd & fixa eſt, & ad ipſum cor peruenerit.*

Verſ. 19.] Ventrem meum, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo, quoniã vocem buccinę audiuit anima mea, clamorem prælij.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ventrẽ meũ, ventrem meũ doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me.

OB [a] *iſtorum commemorationem, & tam inſtantis cladis, & multò magis malitiei, & peruerſitatis populi mei, vehementiſſimis totus perculſus ſum doloribus, ſiquidem maximis eius compatiens miſeriis pergrauiter, & peracerbè animo angor, & præ ingenti animi mœrore, ſenſibiliter quoque cordis dolore affectus conturbatus quàm maximè ſum, & exanimis penè factus, ita vt vix effari queam.*

b Nõ tacebo, quoniã vocẽ buccinæ audiuit anima mea, clamorẽ belli.

Attamen [b] *vel hac ratione abreptâ ferè mihi loquelâ, quoad potero non tacebo, propellentibus è veſtigio ad loquendum proximis periculis, inſtantéque clade; iterum* E *enim audire mihi videor in noſtris ianuis hoſtilis exercitus buccinam, præliique clamorem.*

Quinimo diſrumpor, ſi taceam, quam enim per Prophetiæ ſpiritum audiui vocem buccinæ, & clamorem belli, quaſi conceptum quemdam in vtero geſtare mihi videor, atque adeo ventrem meum id emittere volens, quaſi parturiens doleo, angorque partus doloribus.

Inſuper ſi hoc, quod mihi reuelatum eſt meo additum ſeruem in corde, quaſi ſagittam fœmori habeam infixam ſenſibilibus, iiſque vehementiſſimis perturbor cordis doloribus, atque adeo non tacebo.

c Viſcera mea, viſcera mea doleo, parietes cordis mei, tumultuãs mihi cor meum: & non tacebo, quoniam vocem tubæ audiſti, ô anima mea, clamorẽ belli.

Audiſti [c] *ô anima mea vocem buccinæ, bellicumque clamorem, tacere quomodo potero, qui pro compaſſione populi mei internis omnibus doleo viſceribus, iiſque in primis, quæ tamquam parietes cor meum ambiunt præcordiis, in ſpiritu præſentem aſpiciens deuaſtantem exercitum tumultum intra me ſentio, palpitante mihi corde, & præ pauore, & præ zelo ſalutis meorum. Profectò non tacebo, referam horrenda, quæ mihi reuelata*

ſunt,

sunt, vt vel ex eorum auditu, qui rebellis Deo est metu commoueatur, & super sua doleat malitia.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 VEntrem meum, &c.) Putant aliqui hæc esse verba Iudaici populi, seu ciuitatis Ierusalem, in cuius persona Ieremias loquatur, & per prosopopeiam illius explicet cōmotionem maximam, ac si iam tubæ clangorē, & bellicum audisset tumultum. Et quidem pro sensu morali hæc mihi non displicent. Sicut nec sententia, quâ hæc ipsa asseruntur, à Propheta dicta in persona Dei, suum instar hominis exprimentis dolorem ob calamitatem suo populo imminentem, de quibus agemus in secunda expositione. At iuxta sensum literæ, quem modò prosequi contendo, cum communiori consensu sumo hæc vt ipsius Ieremiæ in persona propria loquentis, iterumque prout & supra in vers. 10. suâ animi & corporis experimentis commotionem, suosque dolores, quibus angebatur, dilecto suo compatiens populo, cùm per Prophetiæ spiritū iam proximam videret illius cladem. Quod & Christo Domino contigisse legimus in Euangelio, vbi appropinquans ciuitati Ierusalem interno cordis dolore commotus fleuit super illam, dicens, [a] *Quia si cognouisses & tu*, &c. Et quidem facilis istorum verborum intellectus iuxta nostram Vulgatam hîc mihi videtur, vt Propheta ex præexposita instantis cladis, eiusdemque cladis causæ enarratione totus ob charitatem, quâ populum suum prosequebatur, commotus sit, eosque modò suos eidem populo palàm faciat motus, & illum suo commoueat exemplo, adeóque & iterum eamdem ei proponit, quæ iam ferè in ianuis proxima erat, tragœdiam.

a Luc. 19. 41.
1. Sensus.

2 Motus autem duos potissimùm recenset, ambosque ex eius populi compassione, atque ex instantis cladis acerbitate exortos; motum animi, quo nimirum summo animi dolore perculsum se sentiebat, motumque corporis, quo videlicet ob vehemētem animi angorem sensibilibus quoque, iisque molestissimis in corde ipso suo afflictatum se sentiebat doloribus, sic primò ait (*ventrem meum, ventrem meum doleo*) ventris nomine animum designans, iuxta frequentissimum eius in sacris literis vsum, cuius sat vnum sit exemplum [b] ex Psalm. 30. vbi Propheta ait, *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus*: repetitione autem istius ventris more item scripturarum consueto, eius maximam significans doloris animi sui vehementiam. Tum secundò addit, (*Et sensus cordis mei conturbati sunt in me.*) Ac si dicat, sensibiliter cordis dolore affectus conturbatus quàm maximè sum, & exanimis penè factus, ita vt vix loqui valeam. Quò tamen ad similes ex contritione peccatorum dolores alliciat & populum, subiicit, (*Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij,*) ac si dicat, etsi cordis dolor loquelam ferè mihi abripiat, Nihilominus non tacebo maximo periculo, proximáque clade me ad loquendum propellente. Nam videor mihi audire proximi exercitus buccinam, & classicum bellicum. Quo loco obserua, & aliorum quoque Prophetarū modum, quo vt significent cladem, de qua loquuntur, iam esse proximam, sumunt à venientibus metaphoram, cùm ita propinqui sunt, vt eorum vox, aut sonitus audiatur.

Ventris nomē pro animo.
b Psa. 30. 10.

A Cæterùm verbum. (*Non tacebo,*) alterum mihi suggerit eorum, quæ hîc dicuntur, sensum subtiliorem, & literæ non incongruum. Ex libro Ecclesiastici erutum, eo enim in libro hæc habentur, [c] *Audisti verbum aduersùs proximum tuum? commoriatur in te fidens, quoniam non te dirumpet.* Duasque afferens eius libri auctor similitudines, parturientis cum dolore, & sagittam in femore habentis, explicat peruersam illorum naturam, qui se continere non valent, vt quod audierint non effutiant inaniter. Tum subdit, quomodo nihilominus id ei dicendum sit, quem dilexeris, B ad opportunam illius correptionem. Sic igitur Ieremias per Prophetiam videns proximam aduersùs Iudaicum populum cladem per Chaldæorum exercitum, opportunéque de illa eum monere volens, vt corrigeretur, suaque emendaret & scelera. Cladis illius causam omnem ait, (*Ventrem meum, ventrem meum doleo.*) ad primam alludens parturientis similitudinem, Ac si dicat, Dirumpor si taceam, quam enim audiui vocem buccinæ, & clamorem prælij, quasi conceptum quendam in vtero habeo, adeoque ventrem ipsum meum id emittere volens, vt parturiens doC leo, doloribusque angor partus. Quod expressiùs deducitur ex Hebraico verbo חלה *hhalah*, quod & dolere simpliciter significat, & parere cum dolore. Tum alludens ad eum, qui aliquid prope cor infixum habens extremis cordis afficiatur doloribus meum attingentibus cor, illudque turbatum reddentibus. Adeoque, Non tacebo, Dicamque id omne, quod meo inest cordi.

3
2. Sensus.
Propheta tacere nequibāt cum aliquid per reuelationem prædictū dum acciperant.
c Eccl. 19. 10

In Hebraica lectione notandum, vocem מעי *mengai* quam noster vertit. (*Ventrem meum,*) id omne significare, quod intra ventrem est, interiora nimirum & viscera. Quid autem viscerum D seu interiorum vocabulo hîc intelligendum sit, in eodem Hebraico textu altero declaratur nomine, quod subiectum est, (*Parietes cordis mei*) ipsa nimirum præcordia, quæ cor instar parietum ambiunt. 4

Cordis parietes qui sint.

Ad verbum itaque sic istam vertunt lectionem. Pagninus, (*Ventrem meum, ventrem meum doleo, parietes cordis mei doleo, resonat in cor meum, & non tacebo, quoniam vocem tubæ audisti anima mea, clamorem belli*) Regia, (*visceribus meis, visceribus meis, torquebor, parietes cordis mei, tumultuans mihi cor meum, & non tacebo*, &c.) Vatablus (*viscera E mea, viscera mea doleo, parietes cordis mei tumultuantur mihi cor meum, quia vocem tubæ audiui ô anima mea, classicum bellum.*) Parietem, ait idem Vatab. in Annot. *meminit propter cauitates cordis, videntur enim esse parietes, qui circundant illos duos cordis ventriculos.*

Porrò quod tumultuari, seu sonare dicitur cor, palpitationem cordis significat, & tremorē: verbum enim המה *hamah* etsi propriè significet resonare, & fremere cum strepitu, ac tumultuari instar ebullientis vini, aut instar maris fluctibus perstrepentis, tumultum quoque, & conF turbationem designat tremoris, hoc significatu acceptum id reperimus à nostro interprete Canticorum cap. 5. [d] *Dilectus meus misit manum suam per foramen*, & venter, (id est cor meum) *intremuit ad tactum eius.* Et nouimus, tremorem sæpius vnà cum cordis palpitatione esse coniunctum, neque ex metu solùm, sed & ex dolore, & ex vehementi quoque zelo eumdem causari colligere est ex lib. 1. Machab. vbi de Matathia æstuante pro Dei honore aduersùs Iudæum sacrificantem idolis super aram, dicitur, [e] *Et vidit Matha*

d Cant. 5. 4.
Tremor vnde
f Machab. 1. 24.

Matathias & doluit, & contremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens confodit eum ſuper aram.

In verſione Sept. quoad primam huius ſententiæ partem conueniunt omnes codices, ſic legentes, (*Ventrem meum, ventrem meum doleo, & ſenſus*, ſeu *ſenſoria* τὰ αἰσθητήρια *cordis mei.*) Secundam partem diuerſimodè habent; Codices enim Complutenſis, Regius, & alij legunt μαιμάσσει (*me premit anima mea*) Codex verò Vaticanus, prout & Codices quos & B. habuit Hieronymus legit μαιμάσσει (*fluctuat anima mea*,) vt μαιμάσσει idem hîc ſignificet ac μαιμάζει. Tertia pars iuxta Codices Complutenſem, & Regiam, (*Lacerabitur & cor meum*) iuxta Codicem verò Vaticanum (*Dilaceratur cor meum.*) Quarta demum pars eadem apud Codices vniuerſos, (*Non tacebo, quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem belli.*)

Verſ. 19.] Ventrem meum, ventrem meum doleo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Prædicatores Sancti quàm angantur pro ſalute proximi.*

HOc eſt proprium eorum, qui verâ erga proximum ſuccenſi ſunt charitate, præſertim ſanctorum concionatorum; vt non minus de fratrum anxij ſint ſalute, quàm de propria, ideoque & vehementiſſimis tunc angantur doloribus, cum pro admiſſis ab eis ſceleribus de ipſa eorum ſalute ancipites eſſe coguntur, cum imminentia Dei in illos præuident flagella, adeo vt continere ſe nequeant quin illos vel etiam inuitos moueant, terreantque, [a] *Tabeſcere me fecit zelus meus*, aiebat Dauid, *quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud.* Ac ſi diceret. Cum viderē Domine quoſpiam ita exiguam legis tuæ rationem facere, vt aduerſùs te peccare audeant, tibi inimicos illis exiſtentibus, meos pariter & inimicos appellare eos compellor, attamen præ ea quâ erga illos affectus ſum charitate, talia intuens, eaſque conſiderans, quæ verbis tuis comminatus illis es pœnas, tametſi verborum tuorum eorum obliti ij penitus ſint, vehementi cordis dolore tabeſco. Non tacebo; quin verba ipſa tua illis non pandam continere me nequeo: tamquam enim ignitum quid in ventre meo tuum eſt eloquium, tua ſunt & verba quæque, & ipſe qui ſeruus tuus ſum, maximam ſemper eorum habui rationem.

a Pſal. 118. 139.

6 *Paulus Apoſtolus quàm anxius fuerit de ſalute proximi.*

Porrò cùm duplicis Propheta noſter hoc loco mentionem faciat conturbationis, atque doloris, cordis nimirum, ac ventris. In vno ambas videre eſt Apoſtolo Paulo, præ ingenti charitatis æſtu aſſerenti, [b] *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Is quippe ſuum exprimens ventris dolorem, quo propter Galatarum à fidei ſinceritate defectionem conturbatum ſe ſentiebat, eos ipſos alloquens Galatas: [c] *Filioli*, ait, *mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Ac ſi dicat, Pro quibus donec vos video à Chriſto difformes, ventrem meum doleo, ita vt vehementiſſimis partus meo ipſo in ventre denuò angi videar doloribus. Quod magis declarans ſubiicit, *Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam.* Super quæ in ſuis Commentariis Ioan. Chryſoſtomus, *Conſidera mihi, inquit, ſibi non temperantem, conſidera feruentē, conſidera non potentem talia ferre. Vt, ait, immutem faciem meam, Hoc eſt, vt vertam eam in ploratum, vt moueam lachrymas, quò ſimul omnes ad lamentum pertraham. Quoniam confundor in vobis.* Ac ſi dicat id eſt, quod me maximè excitat ad lachrymas, quóve mirum in modum crucior, quòd in vobis à recta, quam à me accepiſtis inſtitutione deficientibus confuſionem intra me ipſum ſentio grandem, de veſtra nimirum dubitans ſalute, Græcè enim pro confundor eſt ἀπορῦμαι, id eſt dubito. Porrò ſuam quoque cordis ingentem conturbationem pro ſalute proximi ſui efficaciſſimis idem explicat verbis in epiſtola ad Rom. dicens, [d] *Veritatem dico in Chriſto, non mentior: teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ meâ in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, &c.

b 2. Cor. 11. 29.

c Gal. 4. 19.

Io. Chryſoſt.

d Rom. 9. 1.

Si in Dei perſona hæc à Ieremia prolata ſumpſerimus, prout ſumi ab aliquibus dixi in literæ expoſitione, Peregregio ſanè tropo, efficaciſſimaque ratione duo in his explicari videbimus; & quàm ingens malū ſit peccatum, vtpote quod Deo quoque, ſi fieri poſſet, ſummos incuteret dolores: & quàm magna Dei ſit erga homines charitas, quippe qui, ſi doloris particeps eſſe poſſet, illis peccantibus, adeoque & delictorum pœnis ſe ſubiicientibus, cùm eos iuſtitia vrgente caſtigaturus eſt, vehementiſſimis angatur doloribus, & quidem quod hîc ait, (*Senſus cordis mei conturbati ſunt in me*,) clariùs in libro habemus Geneſis, vbi dicitur, [e] *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & quòd cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum: Pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terra.* Anthropopathôs, ac ſi diceretur. Si pœnitentia, & mutabilitas cadere in ipſum poſſent, hominum more pœnituiſſet, quòd hominem feciſſet, quem damnaret pro admiſſis criminibus. Vnde ſubditur, *Et tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo*, inquit, *hominem*, quod idem eſt ac quod hîc dicit, (*Non tacebo quoniam vocem buccinæ*, &c.

7 *Peccatū tam grande malū vt, ſi fieri poſſet, vel etiam Deo dolorem incuteret maximum.*

e Gen. 6. 5. *Deū in hominem charitas tāta, vt quodāmodo maximo cordis dolore angatur, cum illū puniturus eſt.*

Quod verò ex Ieremiæ ore ait, (*Ventrem meum, ventrem meum doleo, Non tacebo, quoniam*, &c.) clariùs quoque ex ore Iſaiæ dicit. [f] *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Quibus in verbis primò ſuam exaggerans longanimitatem, quâ [g] *ſuſtinuit* (vt ait Apoſtolus) *in multa patientia vaſa iræ apta in interitum*, in qua patientia oſtenſionem fecit & potentiæ ſuæ, quippe qui permultum laboris exhibitum propterea ſibi aſſerit in iniquitatibus hominum. Tum patefaciens quibus cruciatum ſe ſentiat doloribus, quando tandem ad flagella deuenit, & ad damnationis ſententiam, ait, *Sicut parturiens loquar, Diſſipabo, & abſorbebo ſimul*, ac ſi dicat: Iis actus doloribus in ventre meo, quibus & mulier angitur in partu, cum clamore, gemitu, anhelitu, atque ſuſpiriis haud ampliùs conceptam ſententiam continere propemodum valens, non tacebo, ſed proferam inſtar partus, quod anima mea audiuit, extremum quod intrinſecus decretum à memet fuit iudicium, proximamque illius finalis iudicij buccinam, & belli clamorem, quando, pugnante pro me terrarum Orbe, omnique creaturâ, prolatâ in damnatos ſententiâ diſſipabo, & abſorbebo ſimul, id eſt per malignos ſpiritus diſſipare faciam totam impiorum collectionem, ſimulque eos vniuerſos ab inferis faciam abſorberi. Quo loco notandum in textu Hebræo pro eo quod noſter legit, *ſicut parturiens*

8 *Lōganimitas Dei quanta.*

f Iſai 42. 14.

g Rom. 9. 22

h Iſai. 43. 24. *Iudicij extremam ſententiam contra impios prolaturus Deus vehemētiſſimis ſe angi ait doloribus.*

turiens loquar, esse sicut parturiens, אפעה ephnge, quod verbum propriè clamorem designat parturientis, adeoque Regia ibi vertit, *Sicut parturiens eiulabo*. Et Vatabius, *sicut parturiens anhelus gemam, & suspiria ducam*. Amplificare potes hos iam explicatos dolores, vel sanctorum virorum pro peccatis proximi, vel ipsiusmet Dei per ea quæ hic apud Ieremiam adduntur in versione Sept. *Me premit, seu fluctuat anima mea, Dilaceratur & cor meum.*

9 *Christus quã doluerit peccatoribus cõpatiens.* Quòd si in eodemmet Deo vt carne induto, adeoque & doloris ratione humanitatis particîpe ea quæ hîc ex Ieremiæ ore ab eo dicuntur, nosse quis aueat, legat caput vndecimum Euangelij Ioannis, & animaduertet, quomodo iuxta Hebraicam lectionem, super Lazaro mortuo, & quatriduano obfirmati peccatoris typum gerente internis adeo doluerit præcordiis, suisque ita erga illum commotus sit visceribus, vt, auditis iis Iudæorum verbis, *Domine* [a] *veni, & vide*, illico vbertim lachrymas effuderit, ex quibus eius lachrymarum fontibus maximam ipsius adstantes perceperunt in mortuum charitatem, subdit enim Euangelista, postquam dixit, [b] *Et lachrymatus est Iesus; Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomodo amabat eum*; Et quomodo eiusdem Iesus cor præ eodem dolore etiam extrinsecus resonauerit; fremueritque cum strepitu, & tumultuatum sit, instar ebullientis vini, aut perstrepentis maris; sic enim ibidem dicitur, *Iesus infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.*

a Ioa.34.11.
b Ioa.11.35.

10 Quamquam quod iuxta hanc ipsam dicitur Hebraicam lectionem, quæ sic habet, (*Viscera, viscera mea doleo, parietes cordis mei tumultuans*, seu *resonans*, aut *fremens cum strepitu cor meum*,) ad tempus id referri commodè queat, quando pro peccatoribus cruci affixus, dicere potuit, *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor similis sicut dolor meus.* Tunc quippe exhibitus vir dolorum internis doluit visceribus, quando clauorum ictibus nerui perfossi sunt manuum, atque pedum, penetrante dolore illo neruorum, quo maior esse nequit, vsque ad illius viscera. Tunc & parietes doluerunt cordis eius, quando trahentibus vi vehementi crucifixoribus alterum illius brachium ad iam paratum crucis foramen, eius confractum est pectus, diruptæque sunt & costæ.

In passione sua quomodo Christus doluerit viscera, & parietes cordis sui.

Quomodo resonuerit illius cor. Tunc resonuit, fremuitque cum strepitu extrinsecus & ipsius cor: quando iuxta Apostoli dictum, [c] *cum clamore valido, & lachrymis preces Deo obtulit*: quando & iuxta Matthæi Euangelium, [d] *iterum clamans voce magnâ emisit spiritum.*

c Hebr.5.7.
d Matth.27.50.

11 *Quomodo est ipsius presserit anima.* Sed & tunc ea quoque dicere potuit, quæ in versione Sept. habentur, (*Me premit anima mea,*) quam animæ pressuram externis iis significauit verbis, quibus anxius de Iudæorum, & crucifixorum suorũ salute dixit. [e] *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* [f] Et, *Sitio.* Cumque dilectissimam matrem suam compellans dixit, [h] *Mulier ecce filius tuus.* Et fluctuasse tunc visa est pariter illius anima, quando dixit, [i] *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* An non & id verissimè dicere potuit, quod in Codicibus Cõplutensi, & Regio, versione Latinâ lectionis Sept. legimus, (*Lacerabitur & cor meum,*) cùm id post illius mortẽ contigisse referat is qui vidit dilectus eius discipulus in Euangelio dicens. [k] *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua.*

e Luc.23.34.
f Ioa.19.28.
h Ioa 19.26.
Quomodo illius anima fluctuare visa sit.
i Matth.27.46.
Quomodo ei laceratũ fuerit cor.
k Ioa.19.33.

Passionis suæ tempore quæ prædixit Iesus Benè autem, quando hæc omnia prædixit, quæ passionis mortisque suæ tempore futura

A erant, (Nouimus enim ex Euangelio sæpius ea prænunciasse discipulis suis) subiicere & hæc potuit, (*Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem belli.*) Nec enim vel ipso passionis suæ tempore illum se continuisse, quin loqueretur, eaque nunciaret, quæ Iudæis iam imminebant per Romanorum exercitum mala, testatur Lucas, cùm ait, Iesum conuersum ad mulieres, quæ cùm fletu ipsum deferentem crucis patibulum sequebantur, hæc habuisse, [l] *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus* B *dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos*, &c.

Iudæis clades, quæ eis imminebant.
l Luc.23.28.

12 *Iudicij extremi consideratio quantùm compũctionis causet in anima.* Denique si hæc animæ tribuamus, prout ab aliquibus iuxta literam Iudaico tribuuntur populo, ex hoc loco colligere est, quantùm compunctionis, & vtilitatis in vnoquoque fidelium causet iugis cogitatio, & meditatio extremi iudicij. Et quidem celeberrimum illud est Hieronymi dictum, siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper vox illa videtur sonare in auribus meis, *Surgite mortui, & venite ad* C *iudicium.* Alibique idemmet Hieronymus, *Quoties*, inquit, *diem iudicij cogito, totus corde, & corpore contremisco.* Hoc itaque illud est, quod anima fidelis hîc sibi contigisse asserit, (*Quoniam* inquiẽs *vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij, ventrem meum, ventrem meum doleo,*) internis nimirum præcordiorum pressus ærumnis, (*sensus cordis mei conturbati sunt,*) & extrinsecus videlicet corpore contremiscens.

Hieron.
Hieron.

In die iudicij audietur sonitus tubæ, & clamor prælij. Benè autem cùm extremum cogitaret iudiciũ, vocem mente suâ audisse se ait buccinæ, & cla- D morem prælij; nam tubæ sonitum eo in die audiendum planè constat ex iis Domini verbis, [m] *Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna*, & Apostolus id confirmans ait, [n] *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Prælium autem tunc commouendum peracerbũ ex libro colligitur Sapientiæ, vbi dicitur, [o] *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturã ad vltionem inimicorum*, & post aliqua, [p] *Et pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos.*

m Matt.24.31.
n 1.Cor.15.52.
o Sap.5.18.
p Sap.5.21.

13 *Contritio vt efficax sit, debet habere adiunctũ votum confessionis.* Ad quid verò, dicet aliquis, interpositum hîc est verbum, (*Non tacebo?*) Sanè per hoc, quæ lo- E quitur anima significat, compunctioni suæ, quã exposuit, non defuisse id quod cuilibet contritioni, vt bona perfectaque sit, debet esse adiunctum propositum confitendi omnia, & singula, quæ à se admissa fuêre scelera, prout & Dauid significauit, de compunctione propria loquens in Psalmo 31. dicens, [q] *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina: delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino*, proponens nimirum confiteri, tuncque illico con- F secutus est & effectus meæ compunctionis, atque contritionis, Nam & *tu remisisti iniquitatem peccati mei.* Super quibus plura dixisse me recolo in Cõmentariis meis super lib. Cant. exposit. 3. in vers. 4. capitis quinti.

q Psal.31.4.

14 *Contritionis turbatio est similis bullori.* Vnum duntaxat hoc loco ponderandum extremum verbum, (*Conturbati sunt,*) Cùm enim dicitur. (*Et sensus cordis mei conturbati sunt,*) vt notatum est supra, ex vi Hebraici verbi talis designatur conturbatio, qualis fit in bullore. Porrò sicut quãdo intra vas aliquod istiusmodi fit bul- Simile.

loris

loris conturbatio, & quæ intra vas ſunt ex imis eius ſedibus commouentur, ſus déque vertuntur, & ex eodem vaſe extrinſecus exundat aquæ: Ita & in vaſe humani cordis, quod igne ebullit contritionis, peccata ex imis commota ſus déque quodammodo per exactum vertuntur conſcientiæ examen, & extrinſecus plerumque exundans feruentium eſt copia lachrymarum.

Cæterùm cùm per idem Hebraicum verbum & conturbatio ſignetur tremoris, quæ nedum ex pauore in corde conſurgit, ſed ex zelo eiuſdemque cordis eſt æſtu, vnde in præcitata Canticorum ſententia, ſic à noſtro interprete redditum eſt per verbum intremuit,

Cant. 5. 4.

Et venter meus intremuit ad tactum eius, id inſuper ſuæ compunctioni ineſſe ſignificat anima, quòd eadem ſic deteſtata eſt, quæ à ſe admiſſa nouit delicta, vt præ zelo, & indignatione aduerſùs illa ſuo intremuerit corde. Quæ omnia ſibi contigiſſe eximium pœnitentiæ exemplar conteſtatur Dauid, cùm ait,[a] *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde*, turbatione ſcilicet à bullore cauſata examinis cõſcientiæ, quam turbationem exundantes conſecutæ ſunt & feruentes lachrymarum aquæ.[b] *Laboraui enim in gemitu meo, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Vis noſſe & illius zelum, indignationemque aduersùs peccata?[c] *Turbatus eſt, ait, à furore oculus meus.*

a Pſal. 6. 3.
b Pſal. 6. 7.
c Pſal. 6. 8.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Ventrem meum, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μαιμάσσει ἡ ψυχή μου, σπαράσσεται ἡ καρδία μου, οὐ σιωπήσομαι, ὅτι φωνὴν σάλπιγγος ἤκουσεν ἡ ψυχή μου, κραυγὴν πολέμου, καὶ ταλαιπωρίας.

Verſ. 19.] Ventrem meum, ventrem meum doleo, & ſenſoria cordis mei: fluctuat anima mea, dilaceratur cor meum: non tacebo, quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem prælij & miſeriæ.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Dicit Propheta, viſcera mea, viſcera mea dolent mihi, mota eſt ſuſtentatio cordis mei, rugit in me cor meum, nec tacet, quia vocem clamoris tubæ corneæ audiuit anima mea, & vlulationem bellatorum.*

Greg. Naz.

Verſ. 19. (*Ventrem meum, ventrem meum doleo*, &c.) Gregorius Nazianzenus Orat. 3. de Pace pag. 437. ad hæc alludens, *Ventris*, ait, *dolore afficior, & ſenſuum organis vellicor.* Idem autem in oratione ad ciues Nazianzenos timore perculſos, & Præfectum iraſcentem, in initio pag. 481. (*Ventrem, ventrem meum*, inquit, *doleo, & cordis mei ſenſoria incitantur.*) *Quo loco ventris nomine ſuam ipſius animam intelligit, vel quia abdita ſit, & oculorum obtutum effugiat (id enim habet anima cum ventre*

Ventris nomĕ tur tribuatur animæ.

A *commune,) Vel quia ſermonis alimenta capiat, atque (vt ſic loquar) digerat. Per ſenſoria autem fortaſſe impulſiones animæ, cogitationeſque ſignificat, eaſque potiſſimùm, quæ à ſenſibus proficiſcuntur, quibus optimus vir percellitur, & incaleſcit, atque impetu fertur, nec iam per ſpiritus æſtus cohiberi poteſt, hoc enim verbum* μαιμάσσειν *promptitudinem quamdam indicat iracundiâ permixtam. Quòd ſi quis hæc etiam ad ipſos corporis ſenſus referat, haudquaquam abſurdè id fecerit, quandoquidem oculi, & aures non modò triſtibus ſpectaculis, & auditionibus diſcruciantur: verùm etiam ob commiſerationem lætiora videre concupiſcunt.*

Cogitationes vehementes dictæ ſenſoria cordis.

Senſus corporis dicti ſenſoria cordis.

B Baſilius Magnus homil. in Pſal. 33. de homine interiori, & ſpiritualiter hæc ait intelligẽda.

Baſilius Magnus.

Gregorius Nyſſenus homil. 14. in Cant. *Magnum illum Ieremiam ſcimus cor ſuum mirificè à triſtibus illis cogitationibus afflictum ventrem appellare, cùm ait, (venter mihi dolet, & ſenſus cordis mei turbantur.)*

Greg. Nyſſ.
Venter appellatum cor.

Ambroſius lib. 5. Epiſtolarum, epiſt. 23. ad Horontianum. *Deus Pater dicit. (Ventrem meum doleo.)* 2

Ambroſ.
Deus dolere vẽtrem ſe aſſerit.

Idem verò Ambroſius lib. de fuga ſæculi ca. 7. non tam Deo, quàm Prophetæ hæc tribuens ait. *Ventrem meum doleo, ventrẽ meum doleo, in Prophetico libro dictum legimus. Quia ibi eſt malitia, vbi debet eſſe*

Ob humanæ mẽtis inquietudinem, & improbitatem angitur Ieremias.

C *innocentia, & illud plus laborat, quod in nobis debet eſſe tranquillius: atque id nequitiæ veſtigiis proculcatur, ſtimulatur vnguibus, proceſſu quodam improbitatis, incrementoque concutitur*, (alludit ad id quod ſerpẽti dictum eſt Gen. 3. ſuper ventrẽ tuum gradieris) *vbi eſt genitale ſeminarium poſteritatis æternæ. Videtur quidẽ hoc ad id referendũ eſſe, quod dolebat, periſſe quos creauit filios, & ſuſcepit, ſed multò magis, quòd in vẽtre ſuo verbi ſeminarium non habebant. Ideo ventrem ſuum dicit, quaſi pretioſiſſimum. Pretioſus enim mentis vterus eſt, quo fœcunda ſeges conſiliorum verbi ſemine pullulare*

Geneſ. 3. 14.

Mens noſtra eſt vterus, & vẽter pretioſus.

D *conſueuit, & vitæ totius ſolent, atque virtutum, ac diſciplinarum quædam membra formari.*

Hieronymus in Comment. *Vbi nos iuxta Symmachum poſuimus, (Turbati ſunt) & in Hebraico ſcriptũ eſt* הומה *homeh, Sept. & Theodotion poſuerunt* μαιμάσσει *quod verbum vſque in præſentiarum: quid ſignificet ignoro. Aquila autem poſuit,* ὀχλάζει, *quod & ipſum tumultum ſonat. Hoc de verbo dictum ſit, ſuper quo ſcio apud pleroſque magnum eſſe certamen. Vox autẽ Prophetæ, & per Prophetam Dei loquentis inducitur, quòd doleat ſuper contritione populi ſui, & ad inſtar hominis viſcera eius interna lacerentur: Quomodo & Saluator*[a] *ſuper Lazari morte doluit,*[b] *& planxit Ieruſalẽ, nec celare voluit dolorem ſilentio. Vteri itaque nomine*

Hieron.

Deus dolere ſe ait, & lacerari propter contritionem populi.
a Ioan. 11. 34.
b Luc. 19 41.

E *rectè mens accipitur, quia ſicut proles in vtero concipitur, ſic cogitatio in mente generatur, & ſicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes.*

Ventris nomine ſignificata mens.

3

Ioannes Chryſoſtomus Homil. in Pſal. 39.[c] *Et legem tuam in medio ventris mei. Ventrem appellat eâ ratione, quâ vocat Eccleſiam. Vnde etiam Ieremias propter peccata Iudaica, (Ventrem meum dicebat, ventrem meum doleo) Iudæorum Synagogam ſignificans.*

Io. Chryſoſt.
c Pſal. 39. 9.
Vẽtris nomine ſignificata Eccleſia, & Synagoga.

Petrus Chryſologus ſerm. 72. Refert hæc vt dicta à Ieremia, ad exprimendum pauorem magnum, quo commotum ille ſe ſenſit in conſide-
F ratione ſpiritualis partus diuini, propter quem Deum appellamus Patrem.

Pet. Chryſol.
Patrẽ appellantes Deum expaueſcere debemus.

Theodoritus, *Luget Propheta, & deplorat vicem Iudæorum, dicens, Ventrem, & ſenſoria cordis dolêre: imitaturque matrem ſeſe ob filiorum interitum laniantẽ. Langueſcit enim ait anima mea, dilaceratur cor meũ: Non tacebo, quia vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem belli, miſeriam & tribulationem reſonat. Hæc enim tuba ſignificat, hæc prænunciat mala.*

Theodorit.
Prædicator & Prælatus bonus interitũ ſubditorum dolet, vt mater dolet ob filiorum mortem.

Paſchaſius Ratbertus expoſit. in Pſal. 44. *De hoc verbo ſcil. manente in patre quod nec auris audiuit,* nec

Paſchaſius.
Verbi Dei cõceptus in m... te quàm afficiat ſanctos.

nec in cor hominis ascendit,) Ieremias cum diuino concepisset affectu, vix sustinens clamabat, (Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei conturbati sunt.)

Mentis congruentia cum ventre.

Idemque lib. 1. in Lamentationes Ieremiæ. *Vt ostenderet quid dixisset, adiungit, (Sensus cordis mei conturbati sunt,) Ventris namque nomine rectè mens accipitur: quia sicut proles in vtero, sic cogitationes in mente generantur: & sicut in ventre cibi, ita & in mente continentur.*

Bernardus. *Doctori sacro, & Prædicatori, quàm graue sit cum suam cõmunicare nõ potest scientiã, non habens qui ipsum audiat.*

Bernardus serm. 36. in Cant. circa medium. *(Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.) Puto quòd in sua persona potuit hoc dixisse Propheta, quòd videlicet scientiâ plenus, & æstuans charitate, & omnino effundere cupiens non inueniret qui curaret audire, & sic quasi oneri sua sibi scientia erat, quam communicare non poterat. Plangitque tam illos, qui scire contemnunt quomodo sit viuendum, quàm illos, qui scientes, malè nihilominus viuunt, Ideo eumdem sermonem repetit.*

D. Thomas. *Propheta ostendit suam compassionem, (Ventrem,) quantùm ad afflictionem affectus: (Sensus cordis) quantùm ad perturbationem intellectus: (Non tacebo) etiam exteriùs explorans.* [a] *Thren. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea.* D. Thom. a Thren. 1.

CATENA EX VETERIBVS

PATRIBVS GRÆCIS.

ΤΗΝ κοιλίαν μου ἀλγῶ.

Βίκτωρ.] τουτέστι τῆς κακώσεως πρόφασις, ἥτις ἐστὶν ὀδυνηρά, καὶ αὐτῆς σου τῆς καρδίας καθήψατο. λοιπὸν ὁ προφήτης ὑπὲρ αὐτῶν φιλανθρώπως ὀδύρεται, καὶ τεταράχθαι φησὶ τὴν ψυχήν.

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα προειπὼν ὁ προφήτης, ὑπὲρ ἐκείνων ὀδυνᾶται, καὶ ἀποδύρεται, καὶ λέγει. τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἐγὼ ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου. ἔλαβε δὲ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῆς ὠδινομένης γυναικός. μαιμάσσει ἡ ψυχή μου. τουτέστι, θορυβεῖται ἐν ἀγῶνι τυγχάνουσα. σπαράσσεται ἡ καρδία μου, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ δέους πηδᾷ μόνον οὐχὶ ἐξελθεῖν βουλομένη. μιμεῖται μητέρα τὰ σπλάγχνα σπαραττομένην, ἐπὶ τέκνων ὀλέθρῳ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔνθους γέγονεν ὁ προφήτης. οὐ νῦν, ἀλλὰ μικρῷ πρόσθεν εἶπε ταῦτα. ἐπὶ πραγμάτων ὁρᾷ συμβαίνοντα προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, πολέμους, καὶ παρατάξεις, καὶ μάχας, σαλπίγγων ἠχὴν, θόρυβον ἵππων, ἔφοδον πολεμίων ἀνδρῶν, πάσας τὰς ἰουδαίων συμφοράς. ὅρα δέ μοι τοῦ Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν. ἠπείλησε διὰ ῥημάτων, οὐκ ἔδακεν αὐτοὺς ὁ λόγος. ἀξιοπιστοτέραν ποιεῖ τὴν πρόῤῥησιν, αὐτὸν τὸν ἀξιοῦντα θεατὴν τῶν λεγομένων ποιῶν.

Vers. 19. *V*Entrem meum, &c.) 4

Victoris Presbyteri.] *Hoc est malorum inferendorum occasio, quæ & dolores excitat, ipsumque pupugit cor, eiulat ergo Propheta, miseratione ductus, animumque sibi, clamat turbatum.* Vict. Presb. *Ieremiæ compassio in Iudæos.*

* Chrysostomi.] *Hæc cùm prædixisset Propheta, propter eos doloribus excruciatur, & eiulat, aitque (Ventrem meum, Ventrem meum ego doleo, sensoriaque cordis mei,) duxit autem metaphoram ex muliere parturiente. (Incitatur anima mea,) id est. Turbatur in certamine constituta (Dilaniatur cor meum:) hoc est præ timore saltat, ferè egredi appetens, imitatur matrem, cui cæsis filiis viscera dilaniantur.) Quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, &c.)* Chrysost.

Chrysostomi.] *Propheta numine plenus non modò, sed paulò ante hæc dixerat: re ipsa fieri videt propheticis oculis prælia, & acierum instructiones, atque conflictus, tubarum clangorem, hinnitum equorum, impetum inimicorum, omnes denique Iudæorum calamitates. Vide longanimitatem Dei: verbis minatus, non ipsos momordit sermo: credibilius efficit vaticinium, dum dictorum spectatorem facit ipsum, qui deprecabatur.* Chrysost.

Vers. 20.] Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b Contritio super contritionẽ vocata est, & omnis terra vastata est repentè: Tabernacula mea vastata sunt, subitò pelles meæ.

AVdite, [b] *Multiplices amodò sibi inuicem succedentes super te popule meus irruent calamitates, & clades, obsidionis, famis, necis, euersionis, & captiuitatis: quas omnes Deus, contra quem deliquisti, imperio suo quasi præconis voce, atque vt ministros vltionum suarum vocauit aduersùm te. Iamque propterea videor mihi liberè asserere posse, terram tuam vniuersam esse vastatam. Ita vt tumet querulis vocibus dicas. Illico mea & domus, & oppida, & munitiones, Ciuitatesque fortissimæ deuastatæ sunt, eâ facilitate illa demolientibus Chaldæis, quâ pellicea diruissent tentoria.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *COntritio super contritionem, &c.)* Buccinæ sonitum, clamoremque belli: quasi iam secutas deflens Propheta asserit clades multiplices, obsidionis nimirum, famis, interfectionis, euersionis, & captiuitatis; has quippe inuicem se consequentes designat cùm ait, *(contritio super contritionem.)* Vocatas autem has omnes inquit, vt intelligas, diuino imperio earũ singulas, quasi præconis voce in vltionem vocatas inimicorũ eius. Exponens autem Propheta qualis facta sit vltio, subdit,

Vocare clades quomodo dicatur Deus.

subdit, (*Et omnis terra vaſtata eſt.*) Inducitq; ipſum Iudææ terram vltionem eadem explicantem. (*Repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ*) eodem planè modo, quo & infra in cap. 10. Ciuitatem Ieruſalem inducit ſimilia proferentem.[a] *Tabernaculum meum vaſtatum, & omnes funiculi mei dirupti ſunt, filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.* Quibus ambobus in locis per tabernacula, & pelles idipſum intelligit, domus videlicet, oppida, & munitiones, quæ illico per Chaldæorum exercitum ea facilitate diruendæ eſſent, ac ſi tabernacula, & tentoria eſſent, quæ è pellibus fabrefacta ſunt.

a Iere. 10. 20.

Hebræa iuxta Pagninum, & Regiam, (*Contritio ſuper contritionem vocata eſt, quia vaſtata eſt omnis terra: repente vaſtata ſunt tentoria mea, ſubitò meæ cortinæ.*)

Iuxta Vatablum, (*Clades ſuper cladem clamatur: ſiquidem tota terra vaſtata eſt, ſubitò vaſtata ſunt tentoria mea, & momento aulæa mea.*) Quæ in Annotationibus ſuis ita declarat. Contritio altera alteri ſuccedet, id eſt, decem tribus iam abductæ ſunt captiuæ, duæ etiam abducentur, niſi reſipuerint: Per totam terram intelligit terram decem tribuum. Tentoria autem vocata inquit loca munita, quia Nabuchodonoſor ea facile ceperit. Nec deſunt qui per tabernacula & pelles templi, tabernaculum ſignificatum arbitrantur, quod rubricatis, & hyacinthinis pellibus tectum erat ad inſtar illius Moyſis, de quo Exod. 24.

In verſione Sept. non modica hîc reperitur in Codicibus diuerſitas quoad diſtinctionē. Primā enim partem Complutenſ. & Regius legunt, (*Et miſeria contritionem inuocat,*) Vaticanus referens nomen (*miſeriæ*) ad præcedentem verſum, (*clamorem belli, & miſeria,*) hîc legit. (*contritionem aduocat.*) Secundam partem Complut. & Reg. (*Quoniam defatigata eſt omnis terra repente.*) Vaticanus, (*Quoniam vaſtata eſt omnis terra.*) Tertiam partē Complut. & Reg. (*Dilaniatæ ſunt pelles meæ.*) Vaticanus, (*Repente dilaceratæ ſunt pelles meæ.*)

Verſ. 20.] Contritio ſuper contritionē, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Iudicij die inſtante multiplices ſibi inuicem ſuccedentes futuræ calamitates in terra.*

LEGE caput 24.[b] Matthæi, & c. 21. Lucæ.[c] Et videbis, quomodo in extremis temporibus quando iudicij inſtabit dies, calamitates multiplices tunc ſibi inuicem ſuccedent ſuper terrarum Orbem, ita vt eo potiſſimùm tempore dici hæc queant, (*Et vaſtata eſt omnis terra*)[d] lege & cap. 8. ac 9. Apocalypſis, & intelliges, quàm rectè calamitates eæ multiplices vocandæ dicantur, aſſignatis nimirum à Deo ſeptem tubis Angelis ſeptem, vt earumdem tubarum ſonitu illas, quæ ibi enumerantur acerbiſſimas vocarent iuxta Dei imperium calamitates, & clades, quibus vniuerſa vaſtanda eſt terra.

b Matth. 24. c Luc. 21. d Apoc. 8. 9. *Iudicij die venient multiplices calamitates vocatæ à Deo contra homines.*

(*Repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ.*) Quod hîc ex perſona omnium hominum ait anima, ſe percepiſſe in conſideratione extremi iudicij, eſt, quòd tunc repente vaſtabuntur tabernacula, & pelles corporum, quæ per mortem illico diſſoluentur; tabernaculum enim Apoſtoli[e] ſuum[f] appellant corpus, vt locus iſte ei ſit ſimilis, quo in lib. Iob dicitur.[g] *In puncto ad inferna deſcendunt.* Quamquam ſi eadem anima de propriis loquatur tabernaculis, idipſum per hæc ſignificabit, quod prædixerat, (*Et vaſtata eſt omnis terra.*) Per tabernacula loca deſignans habitationis, & incolatus ſui ſuper ipſam terram, de quibus Propheta dicebat,[h] *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, Habitaui cum habitantibus Cedar,* id eſt, in tabernaculis, ſicut Cedareni.

e 2 Cor. 5. 4. f 2 Pet. 1. 13. g Iob. 21. 13. h Pſ. 119. 5.

VVLGATÆ.

Verſ. 20.] Contritio ſuper contritionē, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Συντριμμὸν ἐπικαλεῖται, ὅτι τεταλαιπώρηκε πᾶσα ἡ γῆ. ἄφνω τεταλαιπώρηκεν ἡ σκηνή. διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις μου.

Verſ. 20.] Contritionem aduocat, quia vaſtata eſt omnis terra: repente vaſtatum eſt tabernaculum, dilaceratæ ſunt pelles meæ.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Confractio ſuper confractionem accidit, quia direpta eſt omnis terra, ſubitò deſolata eſt terra mea, in tempore vno omnes Ciuitates meæ.*

Verſ. 20. (*Contritio ſuper contritionem, &c.*)

Hieronymus, *Omnis itaque clangor buccinæ, & fremitus præliorum illius turbat affectum, dum mala cumulantur malis, & vniuerſa duarum tribuum terra vaſtatur. Dum non putabam, inquit, tabernacula quondam, & pelles meæ Babylonio furente populata ſunt, & in prædam hoſtium mea quondam ceſſere hoſpitia. Loquitur autem hoc idem Deus, quando ſeditionis turbas, atque diſcordias cernit Eccleſia, & in conuenticulis ſuis clamare per diem, & Dei requiem in bella conuerti.* — Hieron. *Eccleſiæ ſeditiones deſcripta à Deo.*

Theodoritus. *Dicit etiam, terrā miſeriā afflictam, tabernaculum diſruptum, & pelles diſſipatas. Et per hæc indicat obſcurè vaſtationem.* — Theodorit.

D. Thomas. (*Contritio ſuper contritionem.*) *Quia vaſtatio ſuper obſidionem, Vel vaſtatio vna ſuper aliam,*[i] *Iob 16. Concidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas, (Repente tabernacula) per quæ ſignificantur domus, (pelles) quibus tentoria cooperiebantur.* — D. Thom. i Iob. 16. 14.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΣΥντριμμὸν ἐπικαλεῖται, ὅτι τεταλαιπώρηκεν.

2 Verſ. 20. CONTRITIONEM aduocat, quia, &c.)

Εὐσεβίȣ Καισαρείας. [ὡς ἐκ προσώπȣ τῆς Ἱερȣσαλὴμ εἴρηται ὁ λόγος. πῶς γὰρ ἁρμόσει θεῷ, ἢ τῷ προφήτῃ τὸ, διεσπάσθησαν αἱ δέῤῥεις μȣ; ἡ γὰρ ἀκριβὴς ὅτως ἔχει γραφὴ, καὶ Ἀκύλας γὰρ ὅτως, ἐταλαιπώρησαν αἱ σκηναί μȣ, τὰς οἰκίας δηλῶν. τῆς ὅλης πόλεως ὁ λόγος ἐν ᾗ συνεστήκει, ἡ ὑπὸ Μωυσέως κατασκευασθεῖσα σκηνή.

Ὀλυμπιοδώρȣ.] τροπικῶς μὲν τὴν ψυχὴν, καὶ τὰς αἰσθητικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, παραστεῖλαι δὲ καὶ τὰ σπλάγχνα ὑπὸ συμπαθείας ὁ προφήτης.

Βίκτωρ.] συντετριμμένον γάρ φησιν ἐπὶ συντετριμμένῳ, ἐπειδὴ πρῶτον ἐπῆλθεν ὁ Ναβȣχοδονόσορ, καὶ τὸν Ἰεχονίαν σὺν τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι, καὶ σκεύεσι τοῖν ἱερατικοῖς ἀπήει λαβών. εἶτα πέμψας Ναβȣζαρδὰν τελείαν ἐρημίαν εἰργάσατο. τότε γὰρ καὶ τελείως ἡ πᾶσα τεταλαιπώρηκεν.

Ὀλυμπιοδώρȣ.] τεταλαιπώρηκεν ἡ σκηνὴ, ἢ ὁ ναὸς, ἢ καὶ πρὸς τῷ τέλει πᾶσα ἡ γῆ, ἣν ὥσπερ σκηνὴν οἰκȣμένην πάροικοι τυγχάνοντες.

Τȣ̃ Χρυσοστόμȣ.] τὸ εὐάλωτον δείκνυσι, σκηνὴν καλῶν, ἄλλως δὲ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, πόλιν πᾶσαν, καὶ οἰκίαν πᾶσαν τȣ́τῳ τῷ τρόπῳ τῆς προσηγορίας προσονομάζων. σκηνὴ γὰρ ὁ παρὼν βίος ἐστίν.

Τȣ̃ Χρυσοστόμȣ.] ȣ̓δὲ πόνȣ δεήσει τοῖς πολεμίοις, ȣ̓δὲ χρόνȣ τινὸς, ἀλλ' ὥσπερ σκηνὴν διασπῶντες, ȣ̔́τω κρατȣ̃σι τῶν τειχῶν. ὅρα δὲ καὶ τὸ τȣ̃ προφήτȣ φιλόστοργον, πᾶσαν οἰκειȣ̃ται τὴν πόλιν, οἰκίαν αὐτȣ̃ φησὶν εἶναι τὴν Ἱερȣσαλήμ.

Τȣ̃ αὐτȣ̃. διεσπάσθησαν αἱ δέῤῥεις μȣ. περὶ τῶν λοιπῶν πόλεων φησίν. ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν ταῖς στρατοπεδείαις σκηνοποιȣμένων βασιλέων, καὶ τῶν λοιπῶν. τινὲς δὲ σκηνὴν μὲν ἔφασαν τὰ βασίλεια, δέῤῥεις δὲ τὰς λοιπὰς οἰκίας τῆς πόλεως.

Βίκτωρ.] τὰ τείχη, δέῤῥεις καλεῖ, ἃ καθεῖλε Ναβȣζαρδὰν, τῇ τῆς σκηνῆς ἐπιμείνας τροπῇ.

Ὀλυμπιοδώρȣ.] πάλιν ἢ τὸν ναὸν φησὶν, ἢ τὰ τῆς κακίας ἐπικαλύμματα, πάντων πρὸς τῷ τέλει φανερȣμένων.

A Eusebij Cæsariensis.] *Nomine Hierusalem habitus sermo: haud enim Deo, vel Prophetæ (scissæ sunt pelles meæ,) accommodari potest; emendatior enim ita habet scriptura, & Aquila ita reddidit, (afflicta sunt tabernacula mea) domos significans. Verba igitur sunt ciuitatis, in qua tabernaculum à Moyse fabrefactum fuerat erectum.* Euseb. Cæs.

Olympiodori.] *Tropicè quidem animam, & facultates eiusdem ad varios vsus accommo-* Olympiod. *Ieremia compassio quāta.*
B *datas, scinduntur autem interiora Prophetæ præ commiseratione.*

Victoris.] *Contritionem ait super contritionē postquam primò aduenit Nabuchodonosor, & Iechoniâ capto, vnà cum optimatibus, vasibusque Sacerdotalibus rediit. Deinde Nabuzardam misso, totale excidium desolatioque secuta, tunc enim penitus vniuersa fuit vexata.* Victoris.

Olympiodori.] *Afflictum est tabernaculum, vel templum, vel vltimis temporibus vni-* Olympiod. *Mundus appellatus tabernaculum.*
C *uersus Orbis, quem vti tabernaculum aduenæ habitamus.*

Chrysostomi.] *Facilem expugnationem demõstrat nomine tabernaculi. Neque verò aberrauerit, si quis ciuitatem quamlibet, & domum hoc appellarit nomine: Scena enim est præses vita.* 3 Chrysost. *Tabernaculi nomine significat a domus, & ciuitas. Vita ista est scena quædā.*

Eiusdem.] *Oppugnantibus nec sudore, nec tempore opus erit; sed veluti scenam diffuentes, murorum possessione potientur. Vide etiam Prophetæ singularem amorem, totam ciuitatem pro* Chrysost.
D *sua ducit, propriam sibi domum esse Ierusalē ait.*

★ Eiusdem.] *Scissæ sunt pelles meæ.) De reliquis vrbibus hæc profert: sumitur autem metaphora à Regibus, cæterisque aliis, qui in castrametationibus tentoria constituunt. Quidam tentorium Regiam exposuerunt, Pelles cæteras ciuitatis domus.* *Pellium nomine significata ciuitas.*

Victoris.] *Mœnia pelles vocat, in scenæ metaphora persistens, quæ demolitus est Nabuzardan.* Victoris. *Pellium nomine significata mœnia ciuitatis.*

Olympiodori.] *Rursus vel templum ait,*
E *vel nequitiæ tegmina, cùm omnia in fine patefiant.* Olympiod. *Pellium nomine significata nequitiæ tegmina.*

Vers. 21.] Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 AN [a] non contritio super contritionem, & calamitas super calamitatem meo continget populo? cùm videre mihi videar nedum fugam ei necessariò ex vrbibus suis factam, sed & ipsi eorum fugæ adiectam implacabilium hostium insectationem, quippe quos & propterea ad buccinæ sonitum collectos intueor indefessè fugientem persequi, & sub erecto vexillo ab vrbium non desistere obsidione.

a Vsquequò videbo fugiētem, (seu vexillum) audiam vocem buccinæ?

2 *Tanta sanè est doloris propterea, & æmulationis meæ turbatio, vt à te solo Deo omnipotente sedari ea queat, sicque intelligo, haud alium populi mei fugam, hostiumque buccinam habitura finem, nisi quem ipsi dederis Domine. An non tu is qui ad punctum duntaxat & pro exiguo temporis momento absconsurum te asseruisti faciem à populo tuo, & vix ad instans illum derelictum, quem miserationibus prosequi ais sempiternis? Cur igitur à dolore impulsus tecum modo non querar, videns tam diu populum istum tuum, qui & meus, fugientem, hostesque ad buccinæ sonitum collectos illum insectantes? Vsquequò Domine hæc & videbo, & meis tamdiu auribus percipiam? vsquequò videbo & vexillum obsidentium fugientis populi vrbes? Vbi est zelus tuus pro populo tuo?*
F *vbi est fortitudo tua contra hostes tuos? Vbi multitudo viscerum tuorum? An non commouentur ad miserrimum hoc, quod tibi propono obiectum?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VSquequò videbo, &c.) Duobus modis quod à Propheta dicitur, (*Vsquequò videbo fugientem*, &c.) accipi potest, vel vt sit sermo ad Iudaicum populum, quo cum loquebatur, vel vt sit exclamatio ad Dominum. Si primo modo, 1

1.Senſus.

modo, ſat certè congruenter hæc iis ſubiecta ſunt, quæ mox in verſ. 20. dicta fuerant, *Contritio ſuper contritionem vocata eſt, & vaſtata omnis terra, Repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles mea.* Magna enim cum emphaſi ea confirmãs Propheta ſanctus in his oſtendit, quòd contritio ſuper contritionem, calamitas ſuper calamitatem ventura eſſet: quandoquidem non ſolùm ſubito hoſtium aduentu tantus toti populo commouebitur pauor, vt fugæ ſeſe committendi ſint vniuerſi, ſed, & quod multò eſt peius, ipſimet eorum fugæ ſuccedet hoſtium eorundem impetus, illos perſequentium; id quippe ſignificat tubæ ſonitus poſt fugientes tam Prophetæ moleſtus. Habet autem iuxta hunc ſenſum peculiarem vim particula, (*Vſquequò*) alteri reſpondens particulæ (*ſubitò, & repente,*) qua mox ex eiuſdem populi perſona dictum eſt, *Repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles mea.* Ne quis enim cenſeret vaſtationem iſtam in futuram ſubitam, vt modicum temporis hoſtium tolerandi ſint impetus, prout euenire ſolet in repentinis deprædantiũ irruptionibus: indicat Propheta, venturas clades tantum perduraturas temporis, vt earum ignoret terminum: nam etſi ſubitò vaſtandæ ſint domus habitatoribus deſtitutæ, qui fugâ ſibi conſuluerint, fugientium tamen inſectatio haud ſubita erit, ſed longo durabit tempore.

2
2.Senſus.

Cæterùm ſi ſecundo modo hæc ſumantur, vt non tam ad populum, quàm ad Dominum dicta, quod & mihi magis placet, admodum congruè in amplificationem adhibita fuiſſe dicendum eorum, quæ mox in verſ. 19. idem aſſeuerat Propheta, *Ventrem meum, ventrem meum doleo,* &c. *Quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij:* Amplificat autem peregregiè in his totius ſuæ conturbationis vehementiam, proponens illam Deo. Eſtque frequens iſtiuſmodi amplificationis ratio apud Prophetas, cuius rei ſat ſit Regij vatis exemplum, qui ſtatim ac dixit, [a] *Et anima mea turbata eſt valde,* ſubiecit, *Sed tu Domine vſquequò?* Et in alio Pſalmo, [b] *Quamdiu inquit, ponam conſilia in anima mea,* anxius nimirum in excogitandis rationibus, & decernendis modis, quibus præſentes effugere queam hoſtium inſultus: *Dolorem in corde meo per diem?* quamdiu ſcilicet dolore totâ die excruciabor? ſubditque illico, *Vſquequò exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.*

Particula (vſquequo) deſeruit plerumque amplificationi eius, de quo agitur.
a Pſal.6.4.
b Pſal.12.2.

3
In oratione quomodo anima conqueri ſoleat aduerſus Deũ quẽ deprecatur.

Vnde arguere licet, noſtrum quoque Prophetam in hiſce, (*Vſquequò videbo fugientem,*&c.) efficaciſſimâ apud Dominum in populo ſuo vſum oratione, & querelas continent, & excitationem ad commiſerationem; querelas (inquam) à vehementia ſui doloris, ſuique zeli pro ſalute populi ſui ſibi ſubminiſtratas aduerſùs eum ipſum, quem deprecabatur Deum; quòd tam diu ſuſtineret populum, alioquin electum ab inſectantibus hoſtibus opprimi, cùm ipſe aliàs eidem conteſtatus ſit,[c] *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* Excitat porrò per hæc ipſa piiſſimum Deum ad commiſerationem, per apoſiopeſim, reducendo illi in memoriam multitudinem miſerationum ſuarum in obiecto, quod illi proponit ingentis miſeriæ populi ipſius, vtpote qui perſuaſum habeat, vix fieri poſſe, vt ad tam miſerandum obiectum viſcera non commoueantur tam benigni erga filiũ

c Iſai. 54.7.
Ad miſericordiam excitatur Deus per ſolam ebuctli miſeri propoſitionẽ.

A patris. Vt tacitè in hac Ieremiæ oratione & iis ſimilia proferantur, quæ aliàs ab Iſaia eidem Domino dicta fuère. [d] *Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? Tu enim pater noſter.* Non protulit tamen clarè hæc Ieremias; quia ſat cenſuit apud Deum ſolam miſerabilis neceſſitatis expoſitionem. Neceſſitas autem, & miſeria quam proponit, eſt diuturnum, moleſtiſſimumque bellum, quo ita ſuus opprimebatur populus, vt nec per fugam declinare id poſſet, inſectantibus hoſtibus, ſeque inuicem excitantibus per buccinæ ſonitum ad
B fugientes quoque proſequendos.

In oratione ſat eſt proponere Deo neceſſitates noſtras.
d Iſai.63.15.

Quoad lectionum varietatem id ſolummodo eſt notandum, quòd eadem Hebraica vox, נס, quam & Sept. & noſter interpres legerunt (nos) à verbo נוס nus fugere, adeoque & verterũt, *fugientem*: Modo in Hebraico textu cum punctis legitur, nes, à verbo נסס naſas eleuare, & ideo à recentioribus vexillum redditur, (*Quouſque videbo vexillum, audiam vocem tubæ?*) Quo ſignificatur diuturna hoſtilis exercitus mora in obſidione, & in irruptionibus. Pro, (*Audiam vocem tubæ.*) Sept. in præſenti habent, (*Audient,* ſeu *Au-*
C *dio vocem tubarum.*)

Verſ. 21.] Vſquequò videbo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

DVOBVS modis fugere vnicuique contingere poteſt fideliũ, duplexque eſſe poteſt & fuga, optabilis quidem, altera verò maximè cauenda. Optabilis illa eſt, quam ſuadet
D auctor libri Eccleſiaſtici dicens, [a] *Quaſi à facie Colubri fuge peccata,* afferens eiuſdem fugæ neceſſitatem, cùm ſubiicit, *Si enim acceſſeris ad illa ſuſcipiant te. Dentes Leonis dentes eius interficientes animas hominum. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plaga illius non eſt ſanitas,* fugam, inquit, tibi perſuadeo, ad quam ipſa te impellit inimicitia, quam à primis naturæ initiis cum peccatis habes, ei ferè ſimilem, quam inter ſerpentem, atque hominem in mundi crepundiis poſitam à Domino legimus in libro Geneſis. [b] Cur enim non fugias iniquitatem, quæ & Coluber eſt, ſuo
E te inficiens veneno? Sanè ſi ad eam acceſſeris vel cogitatione, id tibi eueniet, quod & illi, qui blanda Serpentis illectus ſpecie, propiùs accedat, vt illum intueatur; inuoluet quippe, atque mordebit te, & ipſa non minùs quàm tortuoſus Coluber. An non rabidum fugeres Leonem tibi obuium? Scito, multò magis fugiendam tibi iniquitatem, quam ob naturæ corruptionem in cunctis tuis obuiam habes itineribus, in ſtudiis, actionibuſque vniuerſis: habet & ipſa dentes, quibus non tam caro laceretur vt dentibus Leonis, quàm anima interficia-
F tur, quæ ſpiritus alioquin eſt, & immortalis. Profectò vix quempiam reperias tam vecordem, qui romphæam vtraque parte acutam manu comprehendere velit; quacumque enim illam quis attigerit parte, vulnus referet, pro certo habeas, omnem iniquitatem eſſe, & quaſi ancipitem gladium, quem ſi non effugias, accipies ſanè ex ea plagas, quarum naturæ viribus ſperare nequeas curationem. Modum iſtius fugæ ſubindicat Petrus Apoſtolus, cùm ait. [c] *Fugientes eam quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.* Fugere ſi

Fuga à peccatis quàm neceſſaria.
a Eccl.21.2.
Inter peccatum, atque hominẽ inimicitia antiquiſſima.
b Gen.3.15.
Peccatum eſt Coluber.
Peccatum eſt Leo.
Peccatum eſt romphæa bis acuta.
Peccatũ fugiendi modus eſt fugere mũdum, & concupiſcentiã.
c 2.Pet.1.2.

ſi quis velit peccata, fugiat mundum, ſic namque corruptionem fugiet concupiſcentiæ, è qua iniquitas vniuerſa. Quicquid enim eſt in mundo concupiſcentiæ corruptio eſt, teſte Ioanne dicente, [a] *Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* De hac certè fuga intelligi hæc minimè poſſunt, *Vſquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ.* Neque enim fieri poteſt, vt Propheta ſanctus eam deteſtetur, pro qua ſuadenda claſſicum (vt ita dicam) ſacræ omnes conſonant paginæ.

a 1. Ioan. 2. 16.

5 Altera potiùs eſt quæ eundem angit Prophetam & fuga, & buccina, buccina quâ veluti item claſſico ſonitu Diabolus ingentem malignorum ſpirituũ aduersùs fidelem animam colligit acié, cùm ait, [b] *Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat*: Fuga, quam fidelis item anima inire cogitur ſtatim ac in graue aliquid delapſa ſit ſceleris. Siquidem Salomone teſte, [c] *Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi Leo confidens abſque terrore erit.* Id ex diuina gratia habet qui iuſtus eſt, vt nedum abſque Dæmonum terrore ſit, ſed & inſtar Leonis, qui numquam terga præ metu vertit, animo forti, ac magno pugnam init cum antiquo ſerpente, bellanſque bella Domini in fugam eum vertit, quod Iacobus item Apoſtolus fidelibus id ſuadens vniuerſis ſignificauit, dicens, [d] *Subditi eſtote Deo, Reſiſtite autem Diabolo, & fugiet à vobis.* Quibus in verbis nota quòd prius dicitur, *Subditi eſtote Deo*, æquè enim eſt ac ſi diceretur, Non ſitis fidentes in vobis, ſed in Deo, ſub cuius militatis imperio, audaciuſque in fugam à virtutis ſtudio vos vertere nitenti Diabolo reſiſtite: fugiet ille certè à vobis, intelligens, Deum eſſe, qui prœliatur in vobis, atque inſtar Ægyptiorum qui Iſraëliticum inſectari aggreſſi ſunt populum, dicet toti inferorum cohorti. [e] *Fugiamus Iſrael, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.*

Diabolus quomodo buccinã canere dicatur.

b Pſa. 70. 11.

Fugiat quomodo peccator quiſque à Diabolo.

c Prou. 28. 1.

In fugã vertit Diabolũ iuſtus quiſque.

d Iacob. 4. 7.

e Exod. 14. 25.

6 Vide magnos ſancti Regis Dauid animos. [f] *Perſequar* ait, *inimicos meos, & comprehendam illos*, eorum videlicet comprǽhendens inſidias, *& non conuertar*, non deſiſtam à mea reſiſtentia, & proſecutione, *donec deficiant.* Idemque paulò poſt eorumdem fugam haud ſibi, ſed Deo adſcribens ait, [g] *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum*, id eſt, effeciſti, vt, me illos inſequente, terga verterent, fugamque arriperent. Cæterùm impius, qui diuinâ eſt deſtitutus gratiâ, tam exiguo eſt animo, vt vel etiam nullo perſequente, nullaque acri inuadente tentatione à recto virtutis tramite fugiat: multóque magis ſi per validas tentationes Dæmonem habeat ipſum in fugam dantem, à virtutibus fugit ad vitia. Hancque illius fugam deplorat Ieremias, & quotquot ad proximi anhelant ſalutem, cùm ait (*Vſquequò videbo fugientem?* (*Fugientem*,) inquit, nemine ſcilicet proſequente, addens, (*audiam vocem buccinæ?*) Dæmonem nimirum buccinâ prauarum ſuggeſtionum eundem inſequentem, ac fugam illius accelerantem.

f Pſa. 17. 38.

g Pſa. 17. 41.

Peccator quàm puſillo ſit animo.

Quibus profectò verbis cum hiſce, quæ à nobis hic dicta ſunt, vtetur ſat cõmodè diuini verbi concionator in Euangelio [h] primæ Dominicę Quadrageſimæ, in quo habes, quomodo à Chriſto Domino fugatus ſit Diabolus, & quâ ille vſus ſit buccinâ, ſacrâ nimirum ſcripturâ, & verbo Dei, de quo apud Hoſæam legimus, [i] *In gutture tuo ſit tuba*, inuehens è veſtigio vnà cum Ie-

Diabolus à Chriſto fugatus in deſerto.

h Matt. 4. 3.

i Hoſe. 8. 1.

A remia contra impios fideles, adeo molles, & effœminatos, vt à virtutis ſtudio in fugam ad vitia dari ſe ſinant à Diabolo.

Vide Appendicem Expoſitionum Patrum poſt expoſitionem ſecundam, verſ. 22.

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt. B

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVIBVS [a] *è veſtigio ſubintulit Dominus, ipſi id ſibi imputent, quod hæc patiuntur: Tamdiu hæ perdurabunt eorum calamitates, quamdiu in ſua perſiſtent inſipientia, de ſemet conquerantur. Nec tu aliud viſurus es, qui pro ipſis me deprecaris fugientibus: nec aliud à me referes reſponſi, aut opis, quàm vt eorum perpendas malorum, quæ commemoraſti, cauſam ignorantiæ, &* C *imprudentiæ ipſorum peruerſitatem. Hoc vnum ſemper mihi extitit in optatis, vt ſaperent, intelligerentque, ac prudenter ſe gererent, ſic quippe innumeros fugare, atque proſternere quiuiſſent hoſtes: verùm è contra illis euenit, quòd iugi collectorum hoſtium inſequente, & fugiunt, & fugient. Quia cùm eius rationem habere debuiſſent, quod ſingulari priuilegio in meum electi ſunt populum, præ ſtultitia id nihili fecêre, eóque deuenêre ſtultitiæ, vt in calamitatibus ipſis ſuis audaciùs in me ſe habuerint, temerarioque & immoderato perciti affectu de me verè ſtulti conqueſti ſint, quem etiam vt ſtulti minimè noſſe ſuis peſſimis ſignificarunt operi-* D *bus.* [b] *Sanè filios eos iure appelles inſtar iumentorum inſipientes, cùm id non æſtimarint, de quo potiſſimùm vt populo meo gloriandum eis eſſet, ſcire, & noſſe me: Imò & in hoc ipſo quòd me non cognoſcunt, ipſis inſipientiores ſeſe exhibent iumentis, qui apprimè ſuum & dominum noſcunt, & poſſeſſorem.* [c] *Sed & qui ſtulti ſunt vt temerario, proprioque affectu perciti, ac inſipientes propriam voluntatem ſequentes à diuinæ meæ legis cognitione alieni, ſunt pariter vecordes, ac non intelligentes, obſcuratum ignorantiæ tenebris ſuum habentes intellectum; & inſipiens cor: per ignorantiam, cordiſque cæcitatem à vera alienati vita, quæ in mei* E *ſita eſt cognitione, experteſque propterea & intellectus, & cordis; atque adeo vt non intelligentes digni qui his, quæ ſuſtinent, vapulent flagellis.* [d] *Si ſapientiam ſecundùm intellectus duntaxat acumen metiaris, ſapientes quidem primo videntur aſpectu, idque in illis eſt maximè ſtultum, quòd cùm ſapientes ſint apud ſemetipſos nimium circa ea quæ ſunt mundi, & carnis ſapere contendunt; & ſubtiliſſimi, ac calidiſſimi ſunt in inueniendis rationibus mala patrandi; cæterùm iſta mundi ſapientia, carniſque prudentia ſtultitia eſt omnium celeberrima;* [e] *Quin & per id fit omnibus exploratum, quòd vacui ipſâ ſint verâ ſapientiâ, quòd bene* F *facere neſciunt; cùm conſtet, in benefactis potiſſimùm ſitam eiuſdem ſapientiæ rationem.* [f] *Quamuis autem hæc de toto vera ſint Iudaico populo, multo tamen rationabilius de eius affirmare & ducibus, qui vt omnino inſipientes, & non intelligentes, me vt verum non agnouerunt Deum, vtque rebelles mihi minimè obtemperarunt. Ad eorum quippe exemplum, & ex eorum ignorãtia reliqui de inferiori populo filij & ipſi extitêre inſipiẽtes, & non intelligentes ſapientes & ipſi vt faciant mala, & benefacere neſcientes. Vnde & contra iſtiuſmodi duces*

a Quia ſtultus populus meus me non cognouit.

b Filij inſipientes ſunt.

c Et vecordes (ſeu non intelligentes.)

d Sapientes ſunt, vt faciant mala.

e Benè autẽ facere neſcierunt.

f Quia qui duces populi mei me non cognouerunt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes. Sapientes ſunt, &c.

ces

tes eſt quòd conqueratis, vt de iis, quibus tota hæc, ob quam ita angeris, imputanda eſt calamitatis ruina.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccati ſtultitia cauſa omnis mali, atque ruinæ.*

QVIA *ſtultus populus meus*, &c.) Particula, (*Quia*) indicat, in hac ſententia rationem à Deo afferri eorum, quæ mox præceſſere in verſiculo præcedenti, & ſibi inuicem videlicet ſuccedentium calamitatum; & quòd immeritò cum ipſo quis conqueratur quòd eas tam diuturnas permittat; quòd iuxta ſibi naturaliter indita miſericordiæ viſcera fugienti opem non ferat. Quia populus ille ſuâ eas commeruit ſtultitiâ, atque peruerſitate, in quibus adhuc perſeuerat. Opportunè autem ſtultitiæ, inſipientiæ, & impudentiæ affert rationem, cùm potiſſimùm de Iudaici populi agitur fuga, & de perſequentibus hoſtibus: nã alioqui ſi ſapiens is extitiſſet, & verè prudens, contrarium illi eueniſſet, vt ipſe potiùs ſuos in fugam verteret hoſtes, facillimóque negocio vel copioſiſſimum eorum perſequeretur exercitum. Quod vnum ſemper Deo extitiſſe in optatis teſtatus eſt Moyſes dicens.[a] *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderent. Quomodo perſequatur vnus*, ſc. eorum *mille*, ſc. hoſtes, *& duo fugent decem millia.*

a Deut. 32. 28.

2 Cæterùm dum præallatam hoc loco Deus Prophetæ affert rationem, verbis profectò vtitur efficaciſſimis, quorum ſingula expendamus operæ pretium eſt, vt totius ſententiæ huius, quæ & celeberrima eſt, enodetur ſenſus, & energia. Et quidem quoad id quod primò dicitur, (*Quia ſtultus populus meus*,) ſic Iudaicus populus aſſeritur ſtultus, vt ſimul indicetur & ſtultitiæ ipſius ratio: ea verò eſt, quòd cùm is populus Dei ſit, præcipuâ benignitate in Dei electus peculiũ, & quem Deus validiorem cunctis effecit gentibus, ipſe nihilominus, inſtar ſtulti nullam ſingularis huius electionis habuit rationẽ, ſicque ſe geſſit ſtultè, vt, cùm ſe habens ſicut populum Dei innumeros (vt per Moyſem dictum vidimus) fugare poſſet exercitus, è veſtigio non viuens vt populus Dei,[b] prouocari ſe ab eodem Deo fecerit, in eo qui nõ eſt populus, & in Gente ſtulta irritari, prout idémet aſſeruit illi Deus in præcitato Moyſis Cantico. Sed & in eo ſtultus modò dicitur, qui & populus Dei; quòd cũ ſibi, ſuiſque ſceleribus quicquid ei mali contingeret imputare debuiſſet, audeat nihilominus propter inſurgentes ſibi calamitates aduersùs eumdem Deum indignari, conqueri, audaciuſque in eum ſe habere.

Iudaicus populus quàm rectè ſit dictus ſtultus, qui populus Dei.

b Deut. 32. 21.

3 Hæc enim peculiariter Hebraicum, quod pro ſtulto hîc adhibitum eſt, ſignificat nomen אויל *euil*, quod non tam rudem, & ignarum ſignificat, quàm temerarium, audacẽ, immoderatoq; affectu percitũ, prout apertè colligitur ex eo, quod idémet Dominus eodem vtens vocabulo Zachariæ ait Prophetæ,[c] *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, id eſt inſtrumenta, quibus paſtor vtitur, ſibimet immoderato percitus affectu, & erga oues audacior, atque crudelis, quiq; peruersè iis vtitur inſtrumẽtis in ouium perditionem, vt ſibimet conſulat, quibus eaſdẽ bene regere, & tutari oporteret, baculo nimirũ forti, quo eas contundat, gladio quo illas iuguletur, perâ in qua lapides deferat, quibus vel à longè eas occidat. Et in lib. Prouerb. de huiuſmodi ſtultitia, quam modo Deus ſuo obiicit populo dicitur, *ſtultitia*, Hebraicè אולת *iuueleth*, ab eodem nomine *euil*, *hominis ſupplantat*

Stulti nomen ſignificat temerariũ, audacem, immoderatoque affectu percitũ.

c Zach. 11. 13.

Paſtor & Prælatus ſtultus quis propriè dicendus.

Stultitiæ nomen deſignat affectus peruerſitatem.

Prou. 19. 3.

A *greſſus eius, & contra Dominum feruet animo ſuo.* Quorum commodiſſimus hic eſt ſenſus. Cùm ex hominis ſtultitia & effectus peruerſitate omnis illi obueniat ruinæ, ipſe nihilominus homo temerariè, & audaciùs aduersùs Deum in ſuis indignatur calamitatibus, vtpote verè ſtultus, temerarius, atque ſceleſtus.

4 Benè autem poſtquam dixit, (*Quia ſtultus populus meus*,) adiecit Dominus, (*Me non cognouit*,) quæ & præexpoſita efficaciter confirmant, cũ cognoſcendi verbum hîc notitiam deſignet intellectus, quæ adiunctã habeat affectus, & voluntatis pro-
B penſionẽ, nedum in interno cordis per dilectionẽ, ſed & in externo per actiones, quæ ſunt probatio eiuſdem dilectionis internæ,[d] *Qui enim dicit ſe noſſe Deum*, ait Ioannes, *& mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt.* Ex ſtultitia inquit, temeritate, audaciâ, atque peruerſitate populi mei & id factum eſt, vt non probarit me habere in notitia, eáque me repulerit ſuperbiâ, vt iuxta vias meas ambulare in ſuis neglexerit actionibus, omnẽ renuẽs mãdatorum meorum notitiam, idque vel factis temerariè proferens, quod audacioribus ſuperbi illi in libro Iob dixêre verbis,[e] *Recede à nobis, ſcien-*
C *tiam viarum tuarum nolumus.*

Cognoſcere deſignat notitiam intellectus cũ voluntatis propenſione, & cum bonis operibus.

d 1. Ioan. 2. 4.

e Iob. 22. 17.

5 Facitque valde ad propoſitum eius de quo agitur, quòd non de quolibet ait Dominus, (*Me non cognouit*,) ſed de Iudaico populo, qui ob propriam ſtultitiam ſummo cum dedecore diutiùs ab inſequentibus fugere coactus eſt hoſtibus, magnamque habet vim quod dicitur, (*Populus meus me non cognouit*) ſignificatur enim populum illum, qui beatũ ob id ſe cenſere debuiſſet, quòd Dei populus eſſet, à quo & in omni ſaluaretur anguſtia, quique propterea & gloriari quiuiſſet, quòd Deum ſcutum haberet auxilij ſui, & gla-
D dium gloriæ ſuæ, vt dicitur in lib. Deuteronomij,[f] propter ſtultitiam ſuam, quâ Deum ipſum non cognouit, expers veræ factus eſt gloriationis, quam in eo ſitam idemmet apud noſtrum Ieremiam aſſerit Dominus, vt ipſe agnoſcatur eſſe Deus. Ita vt meritò eidem id proprio iure adſcribi queat, quod per Prophetam dicitur,[g] *Cùm in honore eſſet non intellexit, Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Inſipientibus quippe iumentis in hoc quoque loco illum comparatum videmus, cùm ſtatim ac dictum eſt, (*Stultus populus meus me non cognouit*,)
E ſubiiciatur, (*filij inſipientes ſunt.*) Quid dico iumentis eum comparatum inſipientibus, cum in hoc ipſo quòd Deum non cognouit, multò ſit ipſis inſipientior iumentis, teſte eodem Domino apud Iſaiam,[h] *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Noſſe vis, quò eius peruenerit inſipientia? Audi regium vatem.[i] *Dixit inſipiens in corde ſuo*, (neque enim auſus eſt id ore proferre.) *Non eſt Deus.* Quam tamen ore proferre metuit inſipientiam, protulit re, atque factis, *Corrupti enim ſunt, & abomi-*
F *nabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Iudæi, & Chriſtiani cũ eò deuenerint ſtultitiæ, vt Deum, cuius ſunt populus, nõ cognoſcãt, ſiunt expertes gloriæ ſuæ omnis.

f Deut. 33. 29.

Ierem. 9. 24.

g Pſa. 48. 13.

Gloria fideliũ eſt, quòd verum agnoſcant Deum.

Non cognoſcẽtes Deũ, quò peruenire dicendi ſint inſipientiæ.

h Iſai. 1. 3.

Inſipiẽtia fidelium nõ cognoſcentium Deum maior, quàm iumentorum.

i Pſal. 13. 1.

Porrò ſicut apud Iſaiã duo Deus in mox præcitata ſententia ſuo tribuit populo, quaſi diſtincta ſtultitiæ genera, quòd ipſum non cognouit, & quòd non intellexit, quorum alterum ad inſipiẽtiam ſpectat rebellis voluntatis, vt explicatum eſt, (*Me non cognouit*,) alterum verò ad inſipientiam intellectus, (*Me non intellexit*:) Ita & hîc quoque nedũ dixit, (*filij inſipientes ſunt*,) ſed addit, (*& vecordes*:) pro quo in textu Hebraico eſt,

Stultitiæ genera duo, alterum pertinens ad volũtatẽ, alterum ad intellectus inſipientiam.

Stultitiæ tria genera. (*Et non intelligentes ipsi.*) Esse autem hæc tria distincta fatuitatis genera, ex eo colligere & Psalmi, quo dicitur. [a] *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*: Qui enim monet, vt intelligant, supponit, illos quos monet, esse non intelligentes. Ad quod certè extremum pessimumque genus non deueniunt, qui priùs non fuerint & stulti per temeritatem, & insipientes per alienam à Deo voluntatem. Quæ & per ea explicari possunt, quibus Apostolus ad Ephesios ait, [b] *Hæc dico, & testificor apud Dominum, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui*: vt stulti videlicet, ac insipientes, vt stulti temerario, proprioque affectu perciti; vt insipientes propriam voluntatem sequentes à diuinæ legis cognitione alieni, *tenebris obscuratum habentes intellectum*; En tertium. *Non intelligentes* quod, vt quid propriè sit melius perciperetur, addidit: *alienati à vita Dei per ignorantiam propter cæcitatem cordis ipsorum.*

a Psal. 93.8.

Non intelligentes qui nã propriè dicendi sint fidelium.

b Eph. 4. 17.

7 Non intelligentes, quos & (*vecordes*) hîc appellat Dominus, ij propriè sunt, qui tenebris obscuratum habent intellectum, vel, vt alibi idem ait Paulus, [c] *qui obscuratum habent insipiens cor suum*: quique per ignorantiam, quâ Deum intellectiuâ non agnouerunt notitia, à vita eiusdem Dei, quæ vita æterna est, alieni effecti sunt, cum scriptum sit, [d] *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*: *propter cæcitatem autem cordis*: sic dictos inquit redditos non intelligentes, quod idipsum est, ac quod hîc significatur voce, (*Vecordium*,) id est, sine corde, vt apertiùs apud nostrum Ieremiam in subsequenti capite explicatur, vbi dicitur, [e] *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis*, vbi per secundum declaratur, quid sit quod priùs dicitur, *Qui non habes cor*, quâ phrasi apud alium Prophetam idipsum significatum, vbi legimus, [f] *Ephraim quasi Columba seducta*, id est, insipiens, & stolida, *non habens cor*. Hebræa. *Non cor*: id est, non habens intellectum, quod non tam ad Columbam, quàm ad Ephraim refero. Quis sine intellectu esse dicatur, quomodo & in Euangelio Dominus ad Apostolos dixit, [g] *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligentes quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*, &c. Quomodo & Dauid, [h] *Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: quomodo & Apostolus eiusmodi hominem, qui animalibus sine intellectu sit similis, animalem item appellans, de illo ait, [i] *Animalis homo non percipit*, id est, intellectu non attingit, *quæ sunt Spiritus Dei*. Quomodo & in libro Sapientiæ dicitur. [k] *Populi autem videntes, & non intelligentes, & non ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius.* Meritò autem super Iudaicum populum perduraturas calamitates hîc ait Dominus, cùm ille hac ratione, & stultus sit, & insipiens, & vecors sine intellectu; nam & per alium Prophetam dixit, [l] *Et populus non intelligens vapulabit.*

Vecordes quinam propriè dicendi sint fidelium.

c Rom. 1. 21.

d Ioan. 17. 3.

Vecordes iidẽ qui & sine intellectu.

e Iere. 5. 20.

f Hose. 7. 11.

g Matth. 15. 16.

h Psal. 31. 9.

i 1. Cor. 2. 14.

k Sap. 4. 14.

Fideli vecordi, & non intelligẽti meritò contingunt flagella.

l Hose 4. 14.

8 (*Sapientes sunt vt faciant mala, benè autem facere nescierunt.*) Vt confirmet, quàm verè prædictis omnibus stultitiæ, & fatuitatis generibus Iudæos stultos, insipientes atque vecordes dixerit, addit modò Dominus, in eo ipso illorum stultitiam, insipientiam, atque vecordiam elucescere, quòd sapientes sese censuêre, atque etiam dixêre, iuxta illud Pauli. [m] *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*, quod ex eo desumpsit Prouerbiorum, [n] *Vidisti hominem sapientem sibi videri; magis illo spem habebit in-*

Sapiens apud semetipsũ est omnium stultissimus.

m Rom. 1. 22.

n Prou. 26. 12.

A *sipiens*, quia [o] *quæ stulta mundi sunt elegit Deus, vt confundat fortia. Sapientes*, inquit, *sunt*: si sapientiam metiaris secundùm intellectus dumtaxat acumen, Quis enim explicet eorum machinationes, eorum consilia, eorum artificia, eorum dolos, vafricies, fictiones, nouaque inuenta: Quis eorum acutissima ad decipiendum comprehendat argumenta: Quis prudentes eorum attingat astutias, quibus mira ingenij subtilitate in omnem sese versant partem? Verùm cùm hac ratione sint (*sapientes vt faciant mala*:) haud profectò sapientes dicendi sunt simpliciter, sed sapientes secundùm

o 1. Cor. 1. 27.

Sapiẽtes mũdi quales, & quàm rectè dicti stulti, insipiẽtes, atque vecordes.

B mundi sapientiam, quæ (vt benè ait Apostolus,) [p] *stultitia est apud Deum*. Quis verò meliùs id de talibus affirmare posset sapientibus, quàm idemmet qui hîc loquitur Deus, cùm is solus stultam eorum declarare potest sapientiam, qui, vt ex Psalmo 93. refert Paulus, [q] *nouit cogitationes*, & machinamenta *sapientium* talium, *quoniam vanæ sunt.* Quidue excogitari potest insipientius, quàm Sapientes se censêre, qui vanâ præditi sunt sapientiâ? quod tamtumdem est, ac si diceremus, qui vani, inanesque sunt atque vacui verâ solidâque sapientiâ.

p 1. Cor. 3. 19.

q 1. Cor. 3. 20.

C Quod hoc loco expressit Dominus dicens: (*Bene autem facere nescierunt.*) Quorum germanus intellectus ex iis eruendus est, quibus sapientissimus Salomon in principio libri Prouerbiorum ait. [r] *Timor Domini Principium sapientiæ: sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt.* Ac si dicat, Sulti despiciunt sapientiam, & doctrinam benefaciendi; Nec dubium quin sic despicientes ipsâ vacui sint sapientiâ: cùm sapientia vera sita sit in timore Domini. Quod clariùs explicauit auctor libri Ecclesiastici, dicens, [s] *Plenitudo Sapientiæ timere Deum*: quamquam & in citata Salomonis sententia idipsum significetur ex vi vocum Hebraic. &

9

Sapientia vera sita est in timore Dei, atque in benè operando.

r Prou. 1. 7.

s Eccl. 1. 20.

D Græc. ראשית *reseith*, & ἀρχὴ *archi*, quæ nedum Principium designant, vt habemus in Vulgata, sed & caput, seu præcipuum, ac principatum, atque etiam summam. Quomodo ipsum Principij nomen item in Vulgata pro Principatu vsurpatum reperitur in Psalmo 109. [t] *Tecum Principiũ*, id est, principatus, *in die virtutis tuæ*. Porrò per timorem Domini intelligit Sapiens omnem Dei reuerentiam, quâ fit vt homo Dei maiestatem habens præ oculis illum magnifaciat, illi submisse se subiiciat, illi morem in omnibus gerere studeat,

t Psal. 109. 3.

Timoris Dei nomine quid significetur, cùm is dicitur principiũ & summa sapientiæ.

E cauens studiosè, ne illum offendat, vt bene super eum locum declarat Iansenius. Et timere Deum est benefacere in Dei obsequium, & ex pietate in Deum.

10 Quoad lectionum varietatem vnum dumtaxat notandum superest circa versionem Sept. Pro eo enim quod noster interpres ex Hebræo legit, (*Quia stultus populus meus me non cognouit.*) Legunt Sept. διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν. (*Quia qui Duces, seu Principes populi mei, me nõ cognouerunt, filij insipientes sunt, & non intelligentes*, &c.)

F Qua in versione videntur illi Sapientes seniores quod nunc in Hebraico textu habemus אויל עמי *euil ngammi*. (*Stultus populus meus*,) legisse אלי עמי *ele ngammi* hoc est, (*Dij populi mei*:) fat exploratum habentes, Deos populi significare Principes populi. Prout fecêre in cap. 17. Ezechielis, vbi quod in Hebræo dicitur, [u] *Et Deos terræ tollet*, verterunt, *Et duces terræ tollet*, Vulgata, *Et fortes terræ tollet*. Cùm alioqui in Psalmo 81. nomen Deorum pro ducum, atque iudicum, prout est in Hebræo, verterint, [x] *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.*

Principes in scriptura appellati Dij.

u Ezech. 17. 13.

x Psal. 81. 1.

Quæ

tes eſt quòd conqueraris, vt de iis, quibus tota hæc, ob quam ita angeris, imputanda eſt calamitatis ruina.

A *greſſus eius, & contra Dominum feruet animo ſuo.* Quorum commodiſſimus hic eſt ſenſus. Cùm ex hominis ſtultitia & effectus peruerſitate omnis illi obueniat ruinæ, ipſe nihilominus homo temerariè, & audaciùs aduersùs Deum in ſuis indignatur calamitatibus, vtpote verè ſtultus, temerarius, atque ſceleſtus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Peccati ſtultitia cauſa omnis mali, atque ruinæ.

1 QVIA *ſtultus populus meus*, &c.) Particula, (*Quia*) indicat, in hac ſententia rationem à Deo afferri eorum, quæ mox præceſſere in verſiculo præcedenti, & ſibi inuicem videlicet ſuccedentium calamitatum; & quòd immerito cum ipſo quis conqueratur quòd eas tam diuturnas
B permittat; quòd iuxta ſibi naturaliter indita miſericordiæ viſcera fugienti opem non ferat. Quia populus ille ſuâ eas commeruit ſtultitiâ, atque peruerſitate, in quibus adhuc perſeuerat. Opportunè autem ſtultitiæ, inſipientiæ, & impudentiæ affert rationem, cùm potiſſimùm de Iudaici populi agitur fuga, & de perſequentibus hoſtibus: nã alioqui ſi ſapiens is extitiſſet, & verè prudens, contrarium illi eueniſſet, vt ipſe potiùs ſuos in fugam verteret hoſtes, facillimóque negocio vel copioſiſſimum eorum perſequeretur exercitum. Quod vnum ſemper Deo extitiſſe in optatis teſtatus eſt Moyſes dicens.[a] *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderent. Quomodo perſequatur vnus*, ſc. eorum *mille*, ſc. hoſtes, *& duo fugent decem millia.* C

a Deut. 32. 28.

4 Benè autem poſtquam dixit, (*Quia ſtultus populus meus*,) adiecit Dominus, (*Me non cognouit.*) quæ & præexpoſita efficaciter confirmaut, cũ cognoſcendi verbum hîc notitiam deſignet intellectus, quæ adiunctã habeat affectus, & voluntatis propenſionẽ, nedum in interno cordis per dilectionẽ, ſed & in externo per actiones, quæ ſunt probatio eiuſdem dilectionis internæ,[d] *Qui enim dicit ſe noſſe Deum*, ait Ioannes, *& mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt.* Ex ſtultitia inquit, temeritate, audaciâ, atque peruerſitate populi mei & id factum eſt, vt non probarit me habere in notitia, eáque me repulerit ſuperbiâ, vt iuxta vias meas ambulare in ſuis neglexerit actionibus, omnẽ renuẽs mãdatorum meorum notitiam, idque vel factis temerariè proferens, quod audacioribus ſuperbi illi in libro Iob dixére verbis, [e] *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.*

Cognoſcere deſignat notitiam intellectus cũ voluntatis propenſione, & cum bonis operibus.

d 1. Ioan. 2. 4.

e Iob. 22. 17.

5 Facitque valde ad propoſitum eius de quo agitur, quòd non de quolibet ait Dominus, (*Me non cognouit*,) ſed de Iudaico populo, qui ob propriam ſtultitiam ſummo cum dedecore diutiùs ab inſequentibus fugere coactus eſt hoſtibus, magnamque habet vim quod dicitur, (*Populus meus me non cognouit*) ſignificatur enim populum illum, qui beatũ ob id ſe cenſere debuiſſet, quòd Dei populus eſſet, à quo & in omni ſaluaretur anguſtia, quique propterea & gloriari quiuiſſet, quòd Deum ſcutum haberet auxilij ſui, & gla-
D dium gloriæ ſuæ, vt dicitur in lib. Deuteronomij,[f] propter ſtultitiam ſuam, quâ Deum ipſum non cognouit, expers veræ factus eſt gloriationis, quam in eo ſitam idemmet apud noſtrum Ieremiam aſſerit Dominus, vt ipſe agnoſcatur eſſe Deus. Ita vt meritò eidem id proprio iure adſcribi queat, quod per Prophetam dicitur,[g] *Cum in honore eſſet non intellexit, Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Inſipiẽtibus quippe iumentis in hoc quoque loco illum comparatum videmus, cùm ſtatim ac dictum eſt, (*Stultus populus meus me non cognouit*,)
E ſubiiciatur, (*filij inſipientes ſunt.*) Quid dico iumentis eum comparatum inſipientibus, cum in hoc ipſo quòd Deum non cognouit, multò ſit ipſis inſipientior iumentis, teſte eodem Domino apud Iſaiam,[h] *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Noſſe vis, quò eius peruenerit inſipientia? Audi regium vatem.[i] *Dixit inſipiens in corde ſuo*, (neque enim auſus eſt id ore proferre.) *Non eſt Deus.* Quam tamen ore proferre metuit inſipientiam, protulit re, atque factis, *Corrupti enim ſunt, & abomi-*
F *nabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Iudæi, & Chriſtiani cũ eò deuenerint ſtultitiæ, vt Deum, cuius ſunt populus, nõ cognoſcãt, ſunt expertes gloriæ ſuæ omnis.

f Deut. 33. 29.

Ierem. 9. 24.

g Pſa. 48. 13.

Gloria fideliũ eſt, quòd verum agnoſcant Deum.

Non cognoſcẽtes Deũ, quò peruenire dicendi ſint inſipientiæ.

h Iſai. 1. 3.

Inſipientia fidelium nõ cognoſcentium Deum maior, quàm iumentorum.

i Pſal. 13. 1.

2 Cæterùm dum præallatam hoc loco Deus Prophetæ affert rationem, verbis profectò vtitur efficaciſſimis, quorum ſingula expendamus operæ pretium eſt, vt totius ſententiæ huius, quæ & celeberrima eſt, enodetur ſenſus, & energia. Et quidem quoad id quod primò dicitur, (*Quia ſtultus populus meus*,) ſic Iudaicus populus aſſeritur ſtultus, vt ſimul indicetur & ſtultitiæ ipſius ratio: ea verò eſt, quòd cùm is populus Dei ſit, præcipuâ benignitate in Dei electus peculiũ, & quem Deus validiorem cunctis effecit gentibus, ipſe nihilominus, inſtar ſtulti nullam ſingularis huius electionis habuit rationẽ, ſicque ſe geſſit ſtultè, vt, cùm ſe habens ſicut populum Dei innumeros (vt per Moyſem dictum vidimus) fugare poſſet exercitus, è veſtigio non viuens vt populus Dei,[b] prouocari ſe ab eodem Deo fecerit, in eo qui nõ eſt populus, & in Gente ſtulta irritari, prout idẽmet aſſeruit illi Deus in præcitato Moyſis Cantico. Sed & in eo ſtultus modò dicitur, qui & populus Dei; quòd cũ ſibi, ſuiſque ſceleribus quicquid ei mali contingeret imputare debuiſſet, audeat nihilominus propter inſurgentes ſibi calamitates aduersùs eumdem Deum indignari, conqueri, audaciuſque in eum ſe habere.

Iudaicus populus quàm meritò ſit dictus ſtultus, qui populus Dei.

b Deut. 32. 21.

3 Hæc enim peculiariter Hebraicum, quod pro ſtulto hîc adhibitum eſt, ſignificat nomen אויל *euil*, quod non tam rudem, & ignarum ſignificat, quàm temerarium, audacẽ, immoderatoq; affectu percitũ, prout apertè colligitur ex eo, quod idẽmet Dominus eodem vtens vocabulo Zachariæ ait Prophetæ,[c] *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, id eſt inſtrumenta, quibus paſtor vtitur, ſibimet immoderato percitus affectu, & erga oues audacior, atque crudelis, quiq; peruersè iis vtitur inſtrumẽtis in ouium perditionem, vt ſibimet conſulat, quibus eaſdẽ bene regere, & tutari oporteret, baculo nimirũ forti, quo eas contundat, gladio quo illas iugulet, perâ in qua lapides deferat, quibus vel à longè eas occidat. Et in lib. Prouerb. de huiuſmodi ſtultitia, quam modo Deus ſuo obiicit populo dicitur, *ſtultitia*, Hebraicè ואולת *iuueletò*, ab eodem nomine *euil*, *hominis ſupplantat*

Stulti nomen ſignificat temerariũ, audacem, immoderatoque affectu percitũ.

c Zach. 11. 13.

Paſtor & Prælatus ſtultus quis propriè dicendus.

Stultitiæ nomen deſignat affectus peruerſitatem.

Prou. 19. 3.

Porrò ſicut apud Iſaiã duo Deus in mox præcitata ſententia ſuo tribuit populo, quaſi diſtincta ſtultitiæ genera, quòd ipſum non cognouit, & quòd non intellexit, quorum alterum ad inſipiẽtiam ſpectat rebellis voluntatis, vt explicatum eſt, (*Me non cognouit*,) alterum verò ad inſipientiam intellectus. (*Me non intellexit*:) Ita & hîc quoque nedũ dixit, (*filij inſipientes ſunt*,) ſed addit, (*& vecordes*:) pro quo in textu Hebraico eſt, (*Et*

Stultitiæ genera duo, alterum pertinens ad volũtatis, alterum ad intellectus inſipientiam.

stultitia tria genera. (*Et non intelligentes ipsi.*) Esse autem hæc tria distincta fatuitatis genera, ex eo colligere & Psalmi, quo dicitur. [a] *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*: Qui enim monet, vt intelligant, supponit, illos quos monet, esse non intelligentes. Ad quod certè extremum pessimumque genus non deueniunt, qui priùs non fuerint & stulti per temeritatem, & insipientes per alienam à Deo voluntatem. Quæ & per ea explicari possunt, quibus Apostolus ad Ephesios ait, [b] *Hæc dico, & testificor apud Dominum, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui*: vt stulti videlicet, ac insipientes, vt stulti temerario, proprioque affectu perciti; vt insipientes propriam voluntatem sequentes à diuinæ legis cognitione alieni, *tenebris obscuratum habentes intellectum*; En tertium. *Non intelligentes* quod, vt quid propriè sit melius perciperetur, addidit: *alienati à vita Dei per ignorantiam propter cæcitatem cordis ipsorum.*

a Psal. 93.8.

Non intelligentes quinā propriè dicendi sint fidelium.

b Eph. 4. 17.

7 Non intelligentes, quos & (*vecordes*) hîc appellat Dominus, ij propriè sunt, qui tenebris obscuratum habent intellectum, vel, vt alibi idem ait Paulus, [c] *qui obscuratum habent insipiens cor suum*: quique per ignorantiam, quâ Deum intellectiuâ non agnouerunt notitia, à vita eiusdem Dei, quæ vita æterna est, alieni effecti sunt, cum scriptum sit, [d] *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: propter cæcitatem autem cordis*: sic dictos inquit redditos non intelligentes, quod idipsum est, ac quod hîc significatur voce, (*Vecordium*,) id est, sine corde, vt apertiùs apud nostrum Ieremiam in subsequenti capite explicatur, vbi dicitur, [e] *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis*, vbi per secundum declaratur, quid sit quod priùs dicitur, *Qui non habes cor*, quâ phrasi apud alium Prophetam idipsum significatum, vbi legimus, [f] *Ephraim quasi columba seducta*, id est, insipiens, & stolida, *non habens cor*. Hebræa. *Non cor*: id est, non habens intellectum, quod non tam ad Columbam, quàm ad Ephraim refero. Quis sine intellectu esse dicatur, quomodo & in Euangelio Dominus ad Apostolos dixit, [g] *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligentes quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*, &c. Quomodo & Dauid, [h] *Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: quomodo & Apostolus eiusmodi hominem, qui animalibus sine intellectu sit similis, animalem item appellans, de illo ait, [i] *Animalis homo non percipit*, id est, intellectu non attingit, *quæ sunt Spiritus Dei.* Quomodo & in libro Sapientiæ dicitur. [k] *Populi autem videntes, & non intelligentes, & non ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius.* Meritò autem super Iudaicum populum perduraturas calamitates hîc ait Dominus, cùm ille hac ratione, & stultus sit, & insipiens, & vecors sine intellectu; nam & per alium Prophetam dixit, [l] *Et populus non intelligens vapulabit.*

Vecordes quinam propriè dicendi sint fidelium.

c Rom. 1. 21.

d Ioan. 17. 3.

Vecordes iidē qui & sine intellectu.

e Iere. 5. 20.

f Hose. 7. 11.

g Matth. 15. 16.

h Psal. 31. 9.

i 1. Cor. 2. 14.

k Sap. 4. 14.

Fideli vecordi, & non intelligēti meritò contingunt flagella.

l Hose 4. 14.

8 (*Sapientes sunt vt faciant mala, benè autem facere nescierunt.*) Vt confirmet, quàm verè prædictis omnibus stultitiæ, & fatuitatis generibus Iudæos stultos, insipientes atque vecordes dixerit, addit modò Dominus, in eo ipso illorum stultitiam, insipientiam, atque vecordiam elucescere, quòd sapientes sese censuêre, atque etiam dixêre, iuxta illud Pauli, [m] *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*, quod ex eo desumpsit Prouerbiorum, [n] *Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit in-*

Sapiens apud semetipsū est omnium stultissimus.

m Rom. 1. 22.

n Prou. 26. 12.

A *sipiens*, quia [o] *quæ stulta mundi sunt elegit Deus, vt confundat fortia. Sapientes*, inquit, *sunt*: si sapientiam metiaris secundùm intellectus dumtaxat acumen, Quis enim explicet eorum machinationes, eorum consilia, eorum artificia, eorum dolos, vafricies, fictiones, nouaque inuenta: Quis eorum acutissima ad decipiendum compræhendat argumenta? Quis prudentes eorum attingat astutias, quibus mira ingenij subtilitate in omnem sese versant partem? Verum cùm hac ratione sint (*sapientes vt faciant mala*:) haud profectò sapientes dicendi sunt simpliciter, sed sapientes secundùm

o 1. Cor. 1. 27.

Sapiētes mūdi quales, & quam rectè dicti stulti, insipiētes, atque vecordes.

B mundi sapientiam, quæ (vt benè ait Apostolus,) [p] *stultitia est apud Deum.* Quis verò meliùs id de talibus affirmare posset sapientibus, quàm idemmet qui hîc loquitur Deus, cùm is solus stultam eorum declarare potest sapientiam, qui, vt ex Psalmo 93. refert Paulus, [q] *nouit cogitationes*, & machinamenta *sapientium* talium, *quoniam vanæ sunt.* Quidue excogitari potest insipientius, quàm Sapientes se censêre, qui vanâ præditi sunt sapientiâ? quod tamtumdem est, ac si diceremus, qui vani, manesque sunt atque vacui verâ solidáque sapientiâ.

p 1. Cor. 3. 19.

q 1. Cor. 3. 20.

C Quod hoc loco expressit Dominus dicens: (*Benè autem facere nescierunt.*) Quorum germanus intellectus ex iis eruendus est, quibus sapientissimus Salomon in principio libri Prouerbiorum ait. [r] *Timor Domini Principium sapientiæ: sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt.* Ac si dicat, Sulti despiciunt sapientiam, & doctrinam benefaciendi; Nec dubium quin sic despicientes ipsâ vacui sint sapientiâ: cùm sapientia vera sita sit in timore Domini. Quod clariùs explicauit auctor libri Ecclesiastici, dicens, [s] *Plenitudo Sapientiæ timere Deum*: quamquam & in citata Salomonis sententia idipsum significetur ex vi vocum Hebraic. &

9

Sapientia vera sita est in timore Dei, atque in benè operando.

r Prou. 1. 7.

s Eccl. 1. 20.

D Grec. ראשית *resith*, & ἀρχὴ *archi*, quæ nedum Principium designant, vt habemus in Vulgata, sed & caput, seu præcipuum, ac principatum, atque etiam summam. Quomodo ipsum Principij nomen item in Vulgata pro Principatu vsurpatum reperitur in Psalmo 109. [t] *Tecum Principiū*, id est, principatus, *in die virtutis tuæ.* Porrò per timorem Domini intelligit Sapiens omnem Dei reuerentiam, quâ fit vt homo Dei maiestatem habens præ oculis illum magnificiat, illi submissè se subiiciat, illi morem in omnibus gerere studeat,

t Psal. 109. 3.

Timoris Dei nomine quid significetur, cùm is dicitur principiū & summa sapientiæ.

E cauens studiosè, ne illum offendat, vt benè super eum locum declarat Iansenius. Et timere Deum est benefacere in Dei obsequium, & ex pietate in Deum.

10 Quoad lectionum varietatem vnum dumtaxat notandum superest circa versionem Sept. Pro eo enim quod noster interpres ex Hebræo legit, (*Quia stultus populus meus me non cognouit.*) Legunt Sept. διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν. (*Quia qui Duces, seu Principes populi mei, me nō cognouerunt, filij insipientes sunt, & non intelligentes*, &c.)

F Qua in versione videntur illi Sapientes seniores quod nunc in Hebraico textu habemus אויל עמי *euil ngammi.* (*Stultus populus meus*,) legisse אלי עמי *ele ngammi* hoc est, (*Dij populi mei*:) sat exploratum habentes, Deos populi significare Principes populi. Prout fecêre in cap. 17. Ezechielis, vbi quod in Hebræo dicitur, [u] *Et Deos terræ tollet*, verterunt, *Et duces terræ tollet*, Vulgata, *Et fortes terræ tollet.* Cùm alioqui in Psalmo 81. nomen Deorum pro ducum, atque iudicum, prout est in Hebræo, verterint, [x] *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.*

Principes in scriptura appellati Dij.

u Ezech. 17. 13.

x Psal. 81. 1.

Quæ

Iudices in ſcriptura appellati Dij. a Pſal. 81. 5. *Iudices praui ignorātes, & maximarum ruinarū cauſæ.*

Quæ coniectura ſi vera eſt, Locus iſte Ieremiæ A illi erit ſimilis, quo in præcitato Pſalmo 81. item de Iudaici populi iudicibus, & ducibus dicitur,[a] *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*, id eſt, Cùm omnes eſſetis filij excelſi, atque adeo in excelſo ducatus populi mei ſtatu collocati, dixi, tam iuſtè, tamque rectè vos præeſſe, ac iudicia exercere debere, vt mihi hac ratione ſimiles Deo, & vos dij quodammodo appellaremini iure. Attamen non cognoſcentes me, planè neſcitis, qui eſſetis, quidve vobis facto opus fuiſſet, vtque inſipientes, atque B vecordes non intellexiſtis, & in tenebris ignorantiæ ambulaſtis omnis veræ expertes ſapientiæ. Vnde conſecutum eſt, vt omnia moueantur fundamenta terræ, quod mox & noſter aſſerit Ieremias in verſ. ſequenti, (*Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili.*)

11 *Principibus quàm congruat nomen Dei, ob illius ſimilitudinē in virtute.* Plutarchus.

Neque verò nouum eſt vt Principibus tribuatur appellatio Dei, ob id quòd præ reliquis in ſe referre debeant Dei ſimilitudinem, cùm & apud Gentiles præclarè Plutarchus lib. Quod in Principe requiratur doctrina, dicat, *Princeps eſt Dei ſimulacrum adminiſtrantis vniuerſa, nihil egens* C *Phidiâ ſtatuario, neque Polycleto, neque Myrone; Sed ipſe ſeipſum per virtutem Deo ſimilem reddit, ac fabricatur ſtatuam omnium viſu iucundiſſimam, ac magnificentiſſimam.* Explicanſque id clariùs addit. *Quemadmodum enim Deus in cælo pulcherrimum ſui ipſius ſimulacrum conſtituit Solem, ac Lunam. Talis eſt in Republica imago ac lumen Princeps, qui Dei reuerens iuſtitiam tuetur, hoc eſt Dei rationem geſtat, nempe intellectum: non ſceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua ſpecie nonnulli ſeipſos fingunt, ac pingunt, ſtultitiam ſuam, quòd videantur inacceſſi, reddentes inuidioſam. Offenditur enim Deus iis qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem iis, qui ſuam* D *æmulantes virtutem, ſemet in honeſtate, & humanitate reddunt adſimiles; atque hos in maius prouehit, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius. Non enim fœlix eſt Deus vitæ ſpatio, ſed principatu virtutis.*

12 Quòd ſi præallatæ coniecturæ fortaſſe quis cenſeat locum non dandum: cùm conſtet, Sept. ſic præſentem ſententiam vertiſſe. (*Quia duces populi mei me non cognouerunt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes, Sapientes ſunt, &c.*) duobus modis eam

Principes, & Prælati mali ſuo malo exēplo & ſubditos peruerſos reddunt.

explicare poſſumus lectionem. Primò, vt Deus E per hæc duplicem afferat ruinæ Iudaici populi rationem: vnam, quia illius duces ipſum vt verum Deum non cognouerunt, atque adeo nec ei obtemperarunt, vt ipſius rebelles. Alteram, quia ad eorundem ducum ſuorum exemplum, ſeu ex prædicta eorum ignorantia reliqui de populo inferiores filij extitere inſipientes, & non intelligentes, ſapientes, &c. iuxta illud Eccleſiaſtici,[b] *Secundùm iudicem populi, tales, & miniſtri eius, & qualis eſt rector Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Secundò, vt tota eiuſdem cauſa in ſolos ipſos referatur duces, de quibus & omnia intelligēda ſint, F quæ hîc dicuntur. Quomodo fecit idem Dominus apud Iſaiam, cùm ſtatim ac dixit,[c] *Principes tui infideles, ſocij furum, Omnes diligunt munera, &c.* ſubdit, *Propter hoc, Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, &c.* Sic & ſupra in cap. 2. Ieremiæ, cùm dixiſſet, *Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus, &c.* Subiecit illico,[d] *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, &c.*

b Eccl. 10. 2. *Principes, & Prælati mali ſunt cauſa ruinæ Regnorum, & Ciuitatum.* c Iſai. 1. 23. d Iere. 2. 8.

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus meus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

13 *Vnde ſit quòd iuſtus in vita ſpirituali magno eſt animo: & è cōtra peccator maximè eſt puſillanimis.*

SI per cognoſcendi verbum ea hoc loco ſignificetur intellectus notitia, quæ adiuncta habeat voluntatis obſequia in operationibus, optima ſanè, &, vt dici ſolet, radicalis hîc aſſignatur ratio eorum, quæ mox dicta ſunt. Vnde ſit, quòd iuſtus ita eſt confidens, magnoque in vita ſpirituali præditus eſt animo, vt nedum vel validiſſimis non ſuccumbat tentationibus, nedum prælium cum ſpiritualibus nequitiis minimè detrectet, ſed & fortiter dimicans antiquum in fugam vertat ſerpentem, Cuius contrarium homini contingat iniquo. Ratio autem quæ affertur vtriuſque vna met eſt, quia iuſtus eſt ſapiens, Deum cognoſcens, iniuſtus verò eſt ſtultus, Deum non cognoſcens.

Præclarè, aptiſſimáque ſimilitudine totam rationis huius vim explicatam à Christo Ieſu reperio in Euangelio, vbi ait,[e] *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro Sapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Ex quibus colligere licet, eum dicendum iuſtum, qui ſit & ſapiens: eum eſſe ſapientem, qui Deum cognoſcat, eique obſequium præſtet: eum denique Deū cognoſcere, qui nedum externo aurium, ſed & interno intellectus auditu illius verba percipiat, eaque & compleat actione. Deſcendant in iſtius iuſti, ac ſapientis partem ſuperiorem pluuiæ ſuggeſtionum: veniant in inferiorem eiuſdem partem carnis, fluxarumque rerum flumina, tentationum, irruant vndequaque in eum venti ſpiritualium nequitiarum, non ſuccumbit ille, non cedit, nec vel tantillum mouetur, ſtatque fortiter obſiſtens: quia vt vere ſapiens bonæ conuerſationis ſuæ domum ſupra petram ædificauit ſolidiſſimam eius cognitionis Dei, quæ adiunctam habet verborum, ac mandatorum illius obſeruationem.

e Luc. 6. 48. *Iuſtus is eſt, qui eſt & ſapiens, Deum cognoſcens, eidemque opere obſequens.*

Iuſtus quàm fortis ſit.

13 *Ex humilitate iuſtus habet & veram ſapientiā, & robur verum.* f Luc. 6. 48.

Benè autem in Euangelio ſecundùm Lucam additur,[f] Sapientem iſtum fodiſſe in altum, & poſuiſſe fundamētum ſuper petram: neque enim vel ſapiens is eſſet, vel tanto præditus eſſet robore, ſi per demiſſam, profundamque humilitatem ædificio conuerſationis ſuæ non fodiſſet, & benè in altum fodiſſe dicitur, quia per humilitatem ipſam ſuam altiſſimo id totum Deo adſcriptum vult, quod in ſe conſurgens eſt boni, quodque eſt & roboris. Cæterùm qui iniquus eſt fidelium vel ad minimum tentationis impulſum deiicitur, ſuccumbenſque in fugam à Diabolo vertitur: ſtultus quippe eſt, ſicque diuinæ expers cognitionis, vt tametſi aliquando Dei audiat verba, verā tamen cognitione illa & opere complere minime curet, illi profectò ſimilis ſtulto, qui ſuper arenam ſuam ædificat domū. Ecquæ enim maior ſtultitia, quàm ſuper arenam, ſuper terrena, & ſuper inania domum ſuæ ædificare conuerſationis eum, qui audito Dei verbo, ſuper ſolidiſſimam eiuſdem verbi cognitionem, & obſerua

Peccator puſillo eſt animo, quia eſt ſtultus, Deū ignorans, cui obſequium præſtet.

seruationem vt super petram ædificare eamdem quiuisset?

15 Ex hisce ipsis verbis, (*Quia stultus populus meus me non cognouit,*) alteram quoque desumere possumus moralem rationem, cur de fideli aliquo id asseratur, quòd ita abiecto sit animo, vt in fugam facillimo negocio detur à Diabolo, qui, & quasi buccina ingentem spiritualium nequitiarū aciem aduersùs illum conuocare consueuit. Stultus in Sacra Scriptura is dici solet frequenter, qui ideo abiectè de Deo sentit, quòd Deum non cognoscat qui veræ expers est fidei, ita vt peculiari sit stulti attributum quòd Deum non cognoscat, adeoque & idololatris, qui Deum minimè cognouère, vt illum glorificarent, & colerent, id adscribitur nominis: sic Moyses cùm Iudaicum populum idololatriæ arguisset, dicens.[a] *Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus,* id est in idolis subiecit, *Haeccine reddis Domino popule stulte, & insipiens?* Et infra,[b] *Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt me in vanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.* Sic Regius vates,[c] *Populus,* ait, *insipiens incitauit nomen tuum.* Et,[d] *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Quo verò nomine discipulos illos duos appellauit Iesus, quos fidei reprehendit defectu, nisi hoc? dixit enim,[e] *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ.*

Stultus in scriptura dicitur peculiariter is qui expers est fidei, & idololatra verum Deum non cognoscens.

a Deut. 32. 5.
b Deut. 32. 21.
c Ps. 73. 18.
d Psal. 13. 1.
e Luc. 24. 25.

16 Quod itaque eos maximè cruciat, qui aliquid habent spiritus, istud est, quòd plerique Christianorum in id deuenêre vilitatis, vt à Diabolo in fugam se verti sinant à virtute ad vitia, quia non habent fidem, quia non cognoscunt Deum protectorem vitæ ipsorum; si enim verè crederent Domini verbis, quibus in Euangelio dixit.[f] *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum,* Et [g] *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras,* & [h] *Princeps huius mundi iam iudicatus est,* haud ita stulti essent, vt fugerent: quin potiùs cum Sapientissimo Rege Dauid dicerent,[i] *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersùm me prælium in hoc ego sperabo.*

Fidei inopia est causa, vt Mundani ignauiter fugiant à Diabolo, ei non valentes resistere.

f Ioã. 16. 33.
g Ioã. 12. 31.
h Ioã. 16. 11.
i Psal. 26. 1.

17 Sed & id eosdem angit vehementius, quòd multi item eorum, qui Christiano appellantur nomine, ita fugientes sunt, & in vitia omnia præcipites, quia stulti sunt, sicque Deum nō cognoscunt, vt idolorum indulgeant seruituti: stulti planè & idololatræ, ij verò sunt diuites auari. Tales quippe vt proprio etiam nomine stultos appellare consueuerunt sacræ literæ sic Psal. 48.[k] *Simul insipiens, & stultus peribunt, Et relinquent alienis diuitias suas.* Sic Lucæ 11.[l] *Stulti, nonne qui fecit id quod deforis est, etiam quod deintus est fecit? Verumtamen quod superest date eleemosynam:* & Lucæ item 12.[m] *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti cuius erunt?* Nedum verò idololatras, sed quasi ipsammet idololatriam per excellentiā eosdem nuncupat Paulus, cùm in epistola ad Ephesios ait,[n] *Hoc autem scitote intelligentes,* id est, intellectu bene percipite, *quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habent hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Vbi pondera, Apostolum non dicere. *Aut auarus qui est idolis seruiens,* sed, *quòd est idolorum seruitus,* id est, quia ipse, scilicet auarus, est idolorum seruitus. Tametsi non ignorem, in textu Græco haberi, *qui*

Diuitiæ reddunt fideles sæpe animo viles.

Diues auarus in scriptura appellatus stultus, & idololatra.

k Ps. 48. 11.
l Luc. 11. 40.
m Luc. 12. 20.

Diues auarus est ipsammet idololatriæ scelus.

n Eph. 5. 5.

A *est idololatra,* secundùm quam lectionem magis ad literam Latinam nostram sic intelliges, *Aut auarus, quod* sc. esse auarum, *est idolorum seruitus.*

Probauimus autem aliàs, diuites auaros iure dici posse alium non agnoscere Deum, quàm diuitias ipsas suas, ad quas confugiunt, à vero recedentes Deo, in quibus suam omnem collocant fiduciam, quas & vt præcipuum colunt idolum, quibus denique & cor suum, quod vnum præberi sibi efflagitat Deus apud[o] Salomonem illis nedum largiuntur, sed & in singulare apponunt sacrificium, & veluti glutine adnectunt tenacissimo, à quo, vt à re planè execranda fideliū B quosque deterret Dauid dicens,[p] *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Vnde iure optimo Ieremias noster nedum (*stultos*) hos appellat, atque (*insipientes.*) Sed & (*Vecordes, filij insipientes sunt & vecordes,*) id est sine corde, quod videlicet illud iam, vt idolo suo, diuitiis apposuère, iuxta illud Domini,[q] *Vbi est cor tuum, ibi est & thesaurus tuus.* Meritò igitur qui ad Dei honorem, ad proximique anhelant salutem cum Propheta anguntur, & inquiunt, (*Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ, Quia stultus populus meus me non cognouit,* &c.) ipsamet Dei verba referentes, cùm exploratum optiC mè habeant, nusquam tutius Diaboli audiri buccinam conuocantem Dæmones, qui fideles in fugam vertant recedentes à Deo, quàm in diuitum habitaculis. 18

Diues dicitur rectè sine corde.

o Prou. 23. 26.
p Psal. 61. 11.
q Matt. 6. 21.

Diuites facillimè fugātur à Dæmonibus.

Ideo Sapiens ille beatū eum proclamabat, quē inter hos videri non contigisset fugiētem, virum sanè virtute insignē, & absque nequitiæ macula, dicens,[r] *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit:* (eo scilicet modo, quo plerique in scriptura dicuntur ambulasse post Deū, illum colentes, illique debita præstantes obseD quia.) *Nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic? & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Ac si dicat, Vix quisquam reperitur diuitum, quem Dæmones terga Deo vertere non faciant, quiue versùs diuitias fugere non conspiciatur. Si quis tamen est, planè dignus est, quem laudibus prosequamur, quia fecit mirabilia. Quænam verò ista sunt? hæc ipsa, quòd fugari se minimè permisit à Diabolo, vt à suo recederet Deo; quòd post diuitias non abiit; quòd ad illas non confugit, quòd quam Diabolo resistens subditus Deo, iisdem quas ab eodem Deo se accepisse intelligit, E Diabolum ipsum fugat diuitiis, sapienter illis in Dei vtens obsequium. 19

r Eccl. 31. 8.

Diues bonus mirabilia facere dicitur.

(*Sapientes sunt, vt faciant mala.*) Pugnantia quidem dici hîc videntur, cùm ex lib. Sapientiæ constet,[s] *In maleuolam animam non introituram sapientiam, nec habitaturam in corpore subdito peccatis:* Nisi fortè dixerimus, Sapientiæ contingere, quod & corporeo cibo: Cibum enim & illam esse exinde colligere est, quod de semetipsa ait,[t] *Qui edunt me adhuc esurient.* Sicut in plenum malis humoribus stomachum ingredi nequit vel dulcissimus, & maximè salutaris cibus; si tamen in eumdem F iniiciatur stomachum, & pro tempore, quo retinetur, acerbissimis illum cruciat labore, atque dolore, & dum euomitur, vnà cum prauis emittitur humoribus, & odore deprauatus, & forma, atque sapore: Ita in maleuolam animam introire nequit sapientia, at si quis curiositate, humanoque studio in suam eam iniicere satagat animam, dum illam intra se retinet, labore per eam affligetur, & dolore, iuxta illud Ecclesiastes.[u] *Qui addit scientiam, addit & laborem,* & secundùm aliam literam, *& dolorem,* dumque foras illam emittit, instar 20

Sapientia in impij anima est sicut cibus in stomacho prauis humoribus pleno.

s Sap. 1. 4.
t Eccl. 24.
u Eccl. 1. 18.

Iudices in ſcriptura appellati Dij. Quæ coniectura ſi vera eſt, Locus iſte Ieremiæ A
a Pſal. 81. 5. illi erit ſimilis, quo in præcitato Pſalmo 81. item
Iudices praui ignorātes, & maximarum ruinarū cauſa. de Iudaici populi iudicibus, & ducibus dicitur,[a] *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*, id eſt, Cùm omnes eſſetis filij excelſi, atque adeo in excelſo ducatus populi mei ſtatu collocati, dixi, tam iuſtè, tamque rectè vos præeſſe, ac iudicia exercere debere, vt mihi hac ratione ſimiles Deò, & vos dij quodammodo appellaremini iure. Attamen non cognoſcentes me, planè neſciſtis, qui eſſetis, quidve vobis facto opus fuiſſet, vtque inſipientes, atque B vecordes non intellexiſtis, & in tenebris ignorantiæ ambulaſtis omnis veræ expertes ſapientiæ. Vnde conſecutum eſt, vt omnia moueantur fundamenta terræ, quod mox & noſter aſſerit Ieremias in verſ. ſequenti, (*Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili.*)

11 *Principibus quàm congruat nomen Dei, ob illius ſimilitudinē in virtute.* *Plutarchus.* Neque verò nouum eſt vt Principibus tribuatur appellatio Dei, ob id quòd præ reliquis in ſe referre debeant Dei ſimilitudinem, cùm & apud Gentiles præclarè Plutarchus lib. Quod in Principe requiratur doctrina, dicat, *Princeps eſt Dei ſimulacrum adminiſtrantis vniuerſa, nihil egens* C *Phidiâ ſtatuario, neque Polycleto, neque Myrone; Sed ipſe ſeipſum per virtutem Deo ſimilem reddit, ac fabricatur ſtatuam omnium viſu iucundiſſimam, ac magnificentiſſimam.* Explicanſque id clariùs addit. *Quemadmodum enim Deus in cælo pulcherrimum ſui ipſius ſimulacrum conſtituit Solem, ac Lunam. Talis eſt in Republica imago ac lumen Princeps, qui Dei reuerens iuſtitiam tuetur, hoc eſt Dei rationem geſtat, nempe intellectum: non ſceptrum, aut fulmen, aut tridentem, quâ ſpecie nonnulli ſeipſos fingunt, ac pingunt, ſtultitiam ſuam, quòd videantur inacceſſi, reddentes inuidioſam. Offenditur enim Deus iis qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem iis, qui ſuam æmulantes virtutem, ſemet in honeſtate, & humanitate reddunt adſimiles; atque hos in maius prouehit, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius. Non enim fœlix eſt Deus vitæ ſpatio, ſed principatu virtutis.*

12 Quòd ſi præallatæ coniecturæ fortaſſe quis cenſeat locum non dandum: cùm conſtet, Sept. ſic præſentem ſententiam vertiſſe. (*Quia duces populi mei me non cognouerunt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes, Sapientes ſunt, &c.*) duobus modis eam explicare poſſumus lectionem. Primò, vt Deus E
Principes, & Prælati mali ſuo malo exēplo & ſubditos peruerſos reddunt. per hæc duplicem afferat ruinæ Iudaici populi rationem: vnam, quia illius duces ipſum vt verum Deum non cognouerunt, atque adeo nec ei obtemperarunt, vt ipſius rebelles. Alteram, quia ad eorumdem ducum ſuorum exemplum, ſeu ex prædicta eorum ignorantia reliqui de populo inferiores filij extitere inſipientes, & non intelli-
b Eccl. 10. 2. gentes, ſapientes, &c. iuxta illud Eccleſiaſtici,[b] *Secundùm iudicem populi, tales, & miniſtri eius, &*
Principes, & Prælati mali ſunt cauſa ruinæ Regnorum, & Ciuitatum. *qualis eſt rector Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Secundò, vt tota eiuſdem cauſa in ſolos ipſos referatur duces, de quibus & omnia intelligēda ſint, F quæ hîc dicuntur. Quomodo fecit idem Dominus apud Iſaiam, cùm ſtatim ac dixit,[c] *Principes*
c Iſai. 1. 23. *tui infideles, ſocij furum, Omnes diligunt munera, &c.* ſubdit, *Propter hoc, Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, &c.* Sic & ſupra in cap. 2. Ieremiæ, cùm dixiſſet, *Sacerdotes non dixerunt, vbi*
d Iere. 2. 8. *eſt Dominus, &c.* Subiecit illico,[d] *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, &c.*

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus meus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

SI per cognoſcendi verbum ea hoc loco 13
ſignificetur intellectus notitia, quæ adiuncta habeat voluntatis obſequia in operationibus, optima ſanè, & vt dici ſolet, radicalis hîc aſſignatur ratio eorum, quæ mox dicta ſunt. Vnde fit, quòd iuſtus ita eſt confidens, magnoque in vita ſpirituali præditus eſt animo, vt nedum vel validiſſimis non ſuccumbat tentationibus, nedum prælium cum ſpiritualibus nequitiis minimè detrectet, ſed & fortiter dimicans antiquum in fugam vertat ſerpentem, Cuius contrarium homini contingat iniquo. Ratio autem quæ affertur vtriuſque vna met eſt, quia iuſtus eſt ſapiens, Deum cognoſcens, iniuſtus verò eſt ſtultus, Deum non cognoſcens. *Vnde fit quòd iuſtus in vita ſpirituali magno eſt animo: & è cōtra peccator maximè eſt puſillanimis.*

Præclarè, aptiſſimáque ſimilitudine totam rationis huius vim explicatam à Chriſto Ieſu reperio in Euangelio, vbi ait,[e] *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro Sapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Ex quibus colligere licet, eum dicendum iuſtum, qui ſit & ſapiens: eum eſſe ſapientem, qui Deum cognoſcat, eique obſequium præſtet: eum denique Deū cognoſcere, qui nedum externo aurium, ſed & interno intellectus auditu illius verba percipiat, eaque & compleat actione. Deſcendant in iſtius iuſti, ac ſapientis partem ſuperiorem pluuiæ ſuggeſtionum: veniant in inferiorem eiuſdem partem carnis, fluxarumque rerum flumina, tentationum, irruant vndequaque in eum venti ſpiritualium nequitiarum, non ſuccumbit ille, non cedit, nec vel tantillum mouetur, ſtatque fortiter obſiſtens: quia vt verè ſapiens bonæ conuerſationis ſuæ domum ſupra petram ædificauit ſolidiſſimam eius cognitionis Dei, quæ adiunctam habet verborum, ac mandatorum illius obſeruationem. *e Luc. 6. 48.* *Iuſtus is eſt, qui eſt & ſapiens, Deum cognoſcens, eidemque opere obſequens.* *Iuſtus quàm fortis ſit.*

Bene autem in Euangelio ſecundùm Lucam 13
additur,[f] Sapientem iſtum fodiſſe in altum, & poſuiſſe fundamētum ſuper petram: neque enim vel ſapiens is eſſet, vel tanto præditus eſſet robore, ſi per demiſſam, profundamque humilitatem ædificio conuerſationis ſuæ non fodiſſet, & bene in altum fodiſſe dicitur, quia per humilitatem ipſam ſuam altiſſimo id totum Deo adſcriptum vult, quod in ſe conſurgens eſt boni, quodque eſt & roboris. Cæterùm qui iniquus eſt fidelium vel ad minimum tentationis impulſum deiicitur, ſuccumbenſque in fugam à Diabolo vertitur: ſtultus quippe eſt, ſicque diuinæ expers cognitionis, vt tametſi aliquando Dei audiat verba, verâ tamen cognitione illa & opere complere minime curet, illi profectò ſimilis ſtulto, qui ſuper arenam ſuam ædificat domū. Ecquæ enim maior ſtultitia, quàm ſuper arenam, ſuper terrena, & ſuper inania domum ſuæ ædificare conuerſationis eum, qui audito Dei verbo, ſuper ſolidiſſimam eiuſdem verbi cognitionem, & obſerua- *Ex humilitate iuſtus habet & veram ſapientiā, & robur verum.* *f Luc. 6. 48.* *Peccator puſillo eſt animo, quia eſt ſtultus, Deū ignorans, cui obſequium præſtet.*

turiens loquar, eſſe ſicut parturiens, אפעה A *ephnge*, quod verbum propriè clamorem deſignat parturientis, adeoque Regia ibi vertit, *Sicut parturiens eiulabo.* Et Vatabius, *ſicut parturiens anhelus gemam, & ſuſpiria ducam.* Amplificare potes hos iam explicatos dolores, vel ſanctorum virorum pro peccatis proximi, vel ipſiuſmet Dei per ea quæ hic apud Ieremiam adduntur in verſione Sept. *Me premit*, ſeu *fluctuat anima mea, Dilaceratur & cor meum.*

9 *Chriſtus quã doluerit peccatoribus cõpatiens.* Quòd ſi in eodemmet Deo vt carne induto, adeoque & doloris ratione humanitatis participe ea quæ hîc ex Ieremiæ ore ab eo dicuntur, B noſſe quis aueat, legat caput vndecimum Euangelij Ioannis, & animaduertet, quomodo iuxta Hebraicam lectionem, ſuper Lazaro mortuo, & quatriduano obfirmati peccatoris typum gerente internis adeo doluerit præcordiis, ſuiſque ita erga illum commotus ſit viſceribus, vt, auditis iis Iudæorum verbis, *Domine* [a] *veni, & vide*, illico vbertim lachrymas effuderit, ex quibus eius lachrymarum fontibus maximam ipſius adſtantes perceperunt in mortuum charitatem, ſubdit enim Euangeliſta, poſtquam dixit, [b] *Et lachrymatus eſt Ieſus; Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomodo* C *amabat eum*; Et quomodo eiuſdem Ieſus cor præ eodem dolore etiam extrinſecus reſonauerit; fremueritque cum ſtrepitu, & tumultuatum ſit, inſtar ebullientis vini, aut perſtrepentis maris; ſic enim ibidem dicitur, *Ieſus infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum.*

a Ioa.34.11.
b Ioa.11.35.

10 Quamquam quod iuxta hanc ipſam dicitur Hebraicam lectionem, quæ ſic habet, (*Viſcera, viſcera mea doleo, parietes cordis mei tumultuans*, ſeu *reſonans*, aut *fremens cum ſtrepitu cor meum,*) ad tempus id referri commodè queat, quando pro peccatoribus cruci affixus, dicere potuit, *O vos om-* D *nes qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.* Tunc quippe exhibitus vir dolorum internis doluit viſceribus, quando clauorum ictibus nerui perfoſſi ſunt manuum, atque pedum, penetrante dolore illo neruorum, quo maior eſſe nequit, vſque ad illius viſcera. Tunc & parietes doluerunt cordis eius, quando trahentibus vi vehementi crucifixoribus alterum illius brachium ad iam paratum crucis foramen, eius confractum eſt pectus, diruptæque ſunt & coſtæ.

In paſſione ſua quomodo Chriſtus doluerit viſcera, & parietes cordis ſui.

Quomodo reſonuerit illius cor. Tunc reſonuit, fremuitque cum ſtrepitu ex- E trinſecus & ipſius cor: quando iuxta Apoſtoli dictum, [c] *cum clamore valido, & lachrymis preces Deo obtulit*: quando & iuxta Matthæi Euangelium, [d] *iterum clamans voce magnâ emiſit ſpiritum.*

c Hebr.5.7.
d Matth.27.50.

11 *Quomodo eſt ipſius preſſerit anima.* Sed & tunc ea quoque dicere potuit, quæ in verſione Sept. habentur, (*Me premit anima mea,*) quam animæ preſſuram externis iis ſignificauit verbis, quibus anxius de Iudæorum, & crucifixorum ſuorũ ſalute dixit. [e] *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt.* [f] Et, *Sitio.* Cumque dilectiſſimam matrem ſuam compellans dixit, [h] *Mulier ecce filius tuus.* Et fluctuaſſe tunc viſa eſt pariter il- F lius anima, quando dixit, [i] *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* An non & id veriſſimè dicere potuit, quod in Codicibus Cõplutenſi, & Regio, verſione Latinâ lectionis Sept. legimus, (*Lacerabitur & cor meum,*) cùm id poſt illius mortẽ contigiſſe referat is qui vidit dilectus eius diſcipulus in Euangelio dicens. [k] *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua.*

e Luc.23.34.
f Ioa.19.28.
h Ioa 29.26.
Quomodo illius anima fluctuare viſa ſit.
i Matth.27.46.
Quomodo ei laceratũ fuerit cor.
k Ioa.13.33.

Paſſionis ſuæ tempore quæ prædixit Ieſus Benè autem, quando hæc omnia prædixit, quæ paſſionis mortiſque ſuæ tempore futura A erant, (Nouimus enim ex Euangelio ſæpius ea prænunciaſſe diſcipulis ſuis) ſubiicere & hæc potuit, (*Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem belli.*) Nec enim vel ipſo paſſionis ſuæ tempore illum ſe continuiſſe, quin loqueretur, eaque nunciaret, quæ Iudæis iam imminebant per Romanorum exercitum mala, teſtatur Lucas, cùm ait, Ieſum conuerſum ad mulieres, quæ cùm fletu ipſum deferentem crucis patibulum ſequebantur, hæc habuiſſe, [l] *Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus* B *dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collibus, operite nos*, &c.

Iudæis clades, quæ eis imminebant.
l Luc.23.28.

Denique ſi hæc animæ tribuamus, prout ab aliquibus iuxta literam Iudaico tribuuntur populo, ex hoc loco colligere eſt, quantùm compunctionis, & vtilitatis in vnoquoque fidelium cauſet iugis cogitatio, & meditatio extremi iudicij. Et quidem celeberrimum illud eſt Hieronymi dictum, ſiue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper vox illa videtur ſo- C nare in auribus meis, *Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Alibique idemmet Hieronymus, *Quoties*, inquit, *diem iudicij cogito, totus corde, & corpore contremiſco.* Hoc itaque illud eſt, quod anima fidelis hîc ſibi contigiſſe aſſerit, (*Quoniam* inquiẽs *vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij, ventrem meum, ventrem meum doleo,*) internis nimirum præcordiorum preſſus ærumnis, (*ſenſus cordis mei conturbati ſunt,*) & extrinſecus videlicet corpore contremiſcens. 12

Iudicij extremi conſideratio quantùm compũctionis cauſet in anima.
Hieron.
Hieron.

Benè autem cùm extremum cogitaret iudiciũ, vocem mente ſuâ audiſſe ſe ait buccinæ, & cla- D morem prælij; nam tubæ ſonitum eo in die audiendum plane conſtat ex iis Domini verbis, [m] *Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna*, & Apoſtolus id confirmans ait, [n] *Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Prælium autem tunc commouendum peracerbũ ex libro colligitur Sapientiæ, vbi dicitur, [o] *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturã ad vltionem inimicorum*, & poſt aliqua, [p] *Et pugnabit cum illo Orbis terrarum contra inſenſatos.*

In die iudicij audietur ſonitus tubæ, & clamor prælij.
m Matt.24.31.
n 1. Cor.15.52.
o Sap.5.18.
p Sap.5.21.

Ad quid verò, dicet aliquis, interpoſitum hîc eſt verbum, (*Non tacebo:*) Sanè per hoc, quæ lo- E quitur anima ſignificat, compunctioni ſuæ, quã expoſuit, non defuiſſe id quod cuilibet contritioni, vt bona perfectaque ſit, debet eſſe adiunctum propoſitum confitendi omnia, & ſingula, quæ à ſe admiſſa fuère ſcelera, prout & Dauid ſignificauit, de compunctione propria loquens in Pſalmo 31. dicens, [q] *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina: delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino*, proponens nimirum confiteri, tuncque illico con- F ſecutus eſt & effectus meæ compunctionis, atque contritionis, Nam & *tu remiſiſti iniquitatem peccati mei.* Super quibus plura dixiſſe me recolo in Cõmentariis meis ſuper lib. Cant. expoſit. 3. in verſ. 4. capitis quinti. 13

Contritio vt efficax ſit, debet habere adiunctũ votum confeſſionis.
q Pſal.31.4.

Vnum duntaxat hoc loco ponderandum extremum verbum, (*Conturbati ſunt,*) Cùm enim dicitur. (*Et ſenſus cordis mei conturbati ſunt.*) vt notatum eſt ſupra, ex vi Hebraici verbi talis deſignatur conturbatio, qualis fit in bullore. Porrò ſicut quãdo intra vas aliquod iſtiuſmodi fit bulloris 14

Contritionis turbatio eſt ſimilis bullori.
Simile.

loris conturbatio, & quæ intra vas ſunt ex imis eius ſedibus commouentur, ſus déque vertuntur, & ex eodem vaſe extrinſecus exundat aquæ: Ita & in vaſe humani cordis, quod igne ebullit contritionis, peccata ex imis commota ſus déque quodammodo per exactum vertuntur conſcientiæ examen, & extrinſecus plerumque exundans feruentium eſt copia lachrymarum.

Cæterùm cùm per idem Hebraicum verbum & conturbatio ſignetur tremoris, quæ nedum ex pauore in corde conſurgit, ſed ex zelo eiuſdemque cordis eſt æſtu, vnde in præcitata Canticorum ſententia, ſic à noſtro interprete redditum eſt per verbum intremuit, *Et venter meus intremuit ad tactum eius*, id inſuper ſuæ compunctioni ineſſe ſignificat anima, quòd eadem ſic deteſtata eſt, quæ à ſe admiſſa nouit delicta, vt præ zelo, & indignatione aduersùs illa ſuo intremuerit corde. Quæ omnia ſibi contigiſſe eximium pœnitentiæ exemplar conteſtatur Dauid, cùm ait,[a] *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde*, turbatione ſcilicet à bullore cauſata examinis cõſcientiæ, quam turbationem exundantes conſecutæ ſunt & feruentes lachrymarum aquæ.[b] *Laboraui enim in gemitu meo, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Vis noſſe & illius zelum, indignationemque aduersùs peccata?[c] *Turbatus eſt*, ait, *à furore oculus meus.*

Cantic. 5. 4.
a Pſal. 6. 3.
b Pſal. 6. 7.
c Pſal. 6. 8.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Ventrem meum, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μαιμάσσει ἡ ψυχή μου, σπαράσσεται ἡ καρδία μου, οὐ σιωπήσομαι, ὅτι φωνὴν σάλπιγγος ἤκουσεν ἡ ψυχή μου, κραυγὴν πολέμου, καὶ ταλαιπωρίας.

Verſ. 19.] Ventrem meum, ventrem meum doleo, & ſenſoria cordis mei: fluctuat anima mea, dilaceratur cor meum: non tacebo, quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem prælij & miſeriæ.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Dicit Propheta, viſcera mea, viſcera mea dolent mihi, mota eſt ſuſtentatio cordis mei, rugit in me cor meum, nec tacet, quia vocem clamoris tubæ corneæ audiuit anima mea, & vlulationem bellatorum.*

Greg. Naz.

Verſ. 19. (*Ventrem meum, ventrem meum doleo*, &c.) Gregorius Nazianzenus Orat. 3. de Pace pag. 437. ad hæc alludens, *Ventris*, ait, *dolore afficior, & ſenſuum organis vellicor.* Idem autem in oratione ad ciues Nazianzenos timore perculſos, & Præfectum iraſcentem, in initio pag. 481. (*Ventrem, ventrem meum*, inquit, *doleo, & cordis mei ſenſoria incitantur.*) *Quo loco ventris nomine ſuam ipſius animam intelligit, vel quia abdita ſit, & oculorum obtutum effugiat (id enim habet anima cum ventre commune,) Vel quia ſermonis alimenta capiat, atque (vt ſic loquar) digerat. Per ſenſoria autem fortaſſe impulſiones animæ, cogitationeſque ſignificat, eaſque potiſſimùm, quæ à ſenſibus proficiſcuntur, quibus optimus vir peruellitur, & incaleſcit, atque impetu fertur, nec iam per ſpiritus æſtus cohiberi poteſt, hoc enim verbum* μαιμάσσειν *promptitudinem quamdam indicat iracundiâ permixtam. Quòd ſi quis hæc etiam ad ipſos corporis ſenſus referat, haudquaquam abſurdè id fecerit, quandoquidem oculi, & aures non modò triſtibus ſpectaculis, & auditionibus diſcruciantur: verùm etiam ob commiſerationem lætiora videre concupiſcunt.*

Ventris nomẽ cur tribuatur animæ.
Cogitationes vehementes dicta ſenſoria cordis.
Senſus corporis dicti ſenſoria cordis.

Baſilius Magnus homil. in Pſal. 33. de homine interiori, & ſpiritualiter hæc ait intelligẽda.

Baſilius Magnus.

Gregorius Nyſſenus homil. 14. in Cant. *Magnum illum Ieremiam ſcimus cor ſuum mirificè à triſtibus illis cogitationibus afflictum ventrem appellare, cùm ait, (venter mihi dolet, & ſenſus cordis mei turbantur.)*

Greg. Nyſſ.
Venter appellatum cor.

2 Ambroſius lib. 5. Epiſtolarum, epiſt. 23. ad Horontianum. *Deus Pater dicit. (Ventrem meum doleo.)*

Ambroſ.
Deus dolere vẽtrem ſe aſſerit.

Idem verò Ambroſius lib. de fuga ſæculi ca. 7. non tam Deo, quàm Prophetæ hæc tribuens ait. *Ventrem meum doleo, vẽtrẽ meum doleo, in Prophetico libro dictum legimus. Quia ibi eſt malitia, vbi debet eſſe innocentia, & illud plus laborat, quod in nobis debet eſſe tranquillius: atque id nequitiæ veſtigiis proculcatur, ſtimulatur vnguibus, proceſſu quodam improbitatis, incrementoque concutitur*, (alludit ad id quod ſerpẽti dictum eſt Gen. 3. ſuper ventrẽ tuum gradieris) *vbi eſt genitale ſeminarium poſteritatis æternæ. Videtur quidẽ hoc ad id referendũ eſſe, quod dolebat, periſſe quos creauit filios, & ſuſcepit, ſed multò magis, quòd in vẽtre ſuo verbi ſeminarium non habebant. Ideo ventrem ſuum dicit, quaſi pretioſiſſimum. Pretioſus enim mentis vterus eſt, quo fœcunda ſeges conſiliorum verbi ſemine pullulare conſueuit, & vita totius ſolent, atque virtutum, ac diſciplinarum quædam membra formari.*

Ob humanæ mẽtis inquietudinem, & improbitatem angitur Ieremias.
Geneſ. 3. 14.
Mens noſtra eſt vterus, & vẽter precioſus.

Hieronymus in Comment. *Vbi nos iuxta Symmachum poſuimus, (Turbati ſunt) & in Hebraico ſcriptũ eſt* הומה *homeh, Sept. & Theodotion poſuerunt* μαιμάσσει *quod verbum vſque in præſentiarum: quid ſignificet ignoro. Aquila autem poſuit,* ὀχλάζει, *quod & ipſum tumultum ſonat. Hoc de verbo dictum ſit, ſuper quo ſcio apud pleroſque magnum eſſe certamen. Vox autẽ Prophetæ, & per Prophetam Dei loquentis inducitur, quòd doleat ſuper contritione populi ſui, & ad inſtar hominis viſcera eius interna lacerentur: Quomodo & Saluator[a] ſuper Lazari morte doluit,[b] & planxit Ieruſalẽ, nec celare voluit dolorem ſilentio. Vteri itaque nomine rectè mens accipitur, quia ſicut proles in vtero concipitur, ſic cogitatio in mente generatur, & ſicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes.*

Hieron.
Deus dolere ſe ait, & lacerari propter contritionem populi.
a Ioan. 11. 34.
b Luc. 19. 41.
Ventris nomine ſignificata mens.

3 Ioannes Chryſoſtomus Homil. in Pſal. 39.[c] *Et legem tuam in medio ventris mei. Ventrem appellat eâ ratione, quâ vocat Eccleſiam. Vnde etiam Ieremias propter peccata Iudaica, (Ventrem meum dicebat, ventrem meum doleo) Iudæorum Synagogam ſignificans.*

Io. Chryſoſt.
c Pſal. 39. 9.
Vẽtris nomine ſignificata Eccleſia, & Synagoga.

Petrus Chryſologus ſerm. 72. Refert hæc vt dicta à Ieremia, ad exprimendum pauorem magnum, quo commotum ille ſe ſenſit in conſideratione ſpiritualis partus diuini, propter quem Deum appellamus Patrem.

Pet. Chryſol.
Patrẽ appellantes Deum expaueſcere debemus.

Theodoritus, *Luget Propheta, & deplorat vicem Iudæorum, dicens, Ventrem, & ſenſoria cordis dolẽre: imitaturque matrem ſeſe ob filiorum interitum laniantẽ. Langueſcit enim ait anima mea, dilaceratur cor meũ: Non tacebo, quia vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem belli, miſeriam & tribulationem reſonat. Hæc enim tuba ſignificat, hæc pronunciat mala.*

Theodorit.
Prædicator & Prælatus bonus interitũ ſubditorum dolet, vt mater dolet ob filiorum mortem.

Paſchaſius Ratbertus expoſit. in Pſal. 44. *De hoc verbo ſcil. manente in patre quod nec auris audiuit, nec*

Paſchaſius.
Verbi Dei cõceptus in mẽte quàm afficiat ſanctos.

nec in cor hominis ascendit,) Ieremias cum diuino conceptisset affectu, vix sustinens clamabat, (Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei conturbati sunt.)

Mentis congruentia cum ventre.

Idemque lib. 1. in Lamentationes Ieremiæ. *Vt ostenderet quid dixisset, adiungit, (Sensus cordis mei conturbati sunt,) Ventris namque nomine rectè mens accipitur: quia sicut proles in vtero, sic cogitationes in mente generantur: & sicut in ventre cibi, ita & in mente continentur.*

Bernardus.

Doctori sacro, & Prædicatori, quàm graue sit cùm suam communicare nō potest scientiā, non habens qui ipsum audiat.

Bernardus serm. 36. in Cant. circa medium. *(Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.) Puto quòd in sua persona potuit hoc dixisse Propheta, quòd videlicet scientiâ plenus, & æstuans charitate, & omnino effundere cupiens non inueniret qui curaret audire, & sic quasi oneri sua sibi scientia erat, quam communicare non poterat. Plangitque tam illos, qui scire contemnunt quomodo sit viuendum, quàm illos, qui scientes, malè nihilominus viuunt, Ideo eumdem sermonem repetit.*

A

D. Thomas. *Propheta ostendit suam compassionem, (Ventrem,) quantùm ad afflictionem affectus: (Sensus cordis) quantùm ad perturbationem intellectus: (Non tacebo) etiam exteriùs explorans.* [a] *Thren. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea.* D. Thom. a Thren. 2.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΤΗΝ κοιλίαν μου ἀλγῶ.

Βίκτορος.] τουτέστι τῆς κακώσεως πρόφασις, ἥτις ἐστὶν ὀδυνηρὰ, καὶ αὐτῆς σου τῆς καρδίας καθήψατο. λοιπὸν ὁ προφήτης ὑπὲρ αὐτῶν φιλανθρώπως ὀδύρεται, καὶ τεταράχθαι φησὶ τὴν ψυχήν.

B

* Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα προειπὼν ὁ προφήτης, ὑπὲρ ἐκείνων ὀδυνᾶται, καὶ ἀποδύρεται, καὶ λέγει. τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἐγὼ ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου. ἔλαβε δὲ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῆς ὀδυνωμένης γυναικός. μαιμάσσει ἡ ψυχή μου. τουτέστι, θορυβεῖται ἐν ἀγῶνι τυγχάνουσα. σπαράσσεται ἡ καρδία μου, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ δέους πηδᾷ μόνον οὐχὶ ἐξελθεῖν βουλομένη. μιμεῖται μητέρα τὰ σπλάγχνα σπαραττομένην, ἐπὶ τέκνων ὀλέθρῳ.

C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔνθους γέγονεν ὁ προφήτης. οὐ νῦν, ἀλλὰ μικρῷ πρόσθεν εἶπε ταῦτα. ἐπὶ πραγμάτων ὁρᾷ συμβαίνοντα προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, πολέμους, καὶ παρατάξεις, καὶ μάχας, σαλπίγγων ἠχὴν, θόρυβον ἵππων, ἔφοδον πολεμίων ἀνδρῶν, πάσας τὰς ἰουδαίων συμφοράς. ὅρα δέ μοι τοῦ Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν. ἠπείλησε διὰ ῥημάτων, οὐκ ἔδακεν αὐτοὺς ὁ λόγος. ἀξιοπιστοτέραν ποιεῖ τὴν προῤῥησιν, αὐτὸν τὸν ἀξιοῦντα θεατὴν τῶν λεγομένων ποιῶν.

D

Vers. 19. VEntrem meum, &c.) 4

Victoris Presbyteri.] *Hoc est malorum inferendorum occasio, quæ & dolores excitat, ipsumque pupugit cor, eiulat ergo Propheta, miseratione ductus, animumque sibi, clamat turbatum.* Vict. Presb. *Ieremiæ compassio in Iudæos.*

* Chrysostomi.] *Hæc cùm prædixisset Propheta, propter eos doloribus excruciatur, & eiulat, aitque (Ventrem meum, Ventrem meum ego doleo, sensoriaque cordis mei,) duxit autem metaphoram ex muliere parturiente. (Incitatur anima mea,) id est. Turbatur in certamine constituta (Dilaniatur cor meum:) hoc est præ timore saltat, ferè egredi appetens, imitatur matrem, cui cæsis filiis viscera dilaniantur.) Quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, &c.)* Chrysost.

Chrysostomi.] *Propheta numine plenus non modo, sed paulò ante hæc dixerat: re ipsa fieri videt propheticis oculis prælia, & acierum instructiones, atque conflictus, tubarum clangorem, hinnitum equorum, impetum inimicorum, omnes denique Iudæorum calamitates. Vide longanimitatem Dei: verbis minatus, non ipsos momordit sermo: credibilius efficit vaticinium, dum dictorum spectatorem facit ipsum, qui deprecabatur.* Chrysost.

Vers. 20.] Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ.

Ciuitatesque fortissimæ deuastatæ sunt, eâ facilitate illa demolientibus Chaldæis, quâ pelliceæ diruissent tentoria.

E

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

[b] *Contritio super contritionē vocata est, & omnis terra vastata est repentè: Tabernacula mea vastata sunt, subitò pelles meæ.*

AVdite, [b] *Multiplices amodò sibi inuicem succedentes super te popule meus irruent calamitates, & clades, obsidionis, famis, necis, euersionis, & captiuitatis: quas omnes Deus, contra quem deliquisti, imperio suo quasi præconis voce, atque vt ministros vltionum suarum vocauit aduersùm te. Iamque propterea videor mihi liberè asserere posse, terram tuam vniuersam esse vastatam. Ita vt tumet querulis vocibus dicas. Illico mea & domus, & oppida, & munitiones,*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

COntritio super contritionem, &c.) Buccinæ sonitum, clamoremque belli: quasi iam secutas deflens Propheta asserit clades multiplices, obsidionis nimirum, famis, interfectionis, euersionis, & captiuitatis; has quippe inuicem se consequentes designat cùm ait, *(contritio super contritionem.)* Vocatas autem has omnes inquit, vt intelligas, diuino imperio carū singulas, quasi præconis voce in vltionem vocatas inimicorū eius. Exponens autem Propheta qualis facta sit vltio, subdit, 1

Vocare clades quomodo dicatur Deus.

subdit, (*Et omnis terra vastata est.*) Inducitq; ipsum Iudææ terram vltionem eadem explicantem. (*Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ*) eodem planè modo, quo & infra in cap. 10. Ciuitatem Ierusalem inducit similia proferentem.[a] *Tabernaculum meum vastatum, & omnes funiculi mei dirupti sunt, filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.* Quibus ambobus in locis per tabernacula, & pelles idipsum intelligit, domus videlicet, oppida, & munitiones, quæ illico per Chaldæorum exercitum ea facilitate diruendæ essent, ac si tabernacula, & tentoria essent, quæ è pellibus fabrefacta sunt.

a Iere. 10. 20.

Hebræa iuxta Pagninum, & Regiam, (*Contritio super contritionem vocata est, quia vastata est omnis terra: repente vastata sunt tentoria mea, subitò mea cortinæ.*)

Iuxta Vatablum, (*Clades super cladem clamatur: siquidem tota terra vastata est, subitò vastata sunt tentoria mea, & momento aulæa mea.*) Quæ in Annotationibus suis ita declarat. Contritio altera alteri succedet, id est, decem tribus iam abductæ sunt captiuæ, duæ etiam abducentur, nisi resipuerint: Per totam terram intelligit terram decem tribuum. Tentoria autem vocata inquit loca munita, quia Nabuchodonosor ea facilè ceperit. Nec desunt qui per tabernacula & pelles templi, tabernaculum significatum arbitrantur, quod rubricatis, & hyacinthinis pellibus tectum erat ad instar illius Moysis, de quo Exod. 24.

In versione Sept. non modica hîc reperitur in Codicibus diuersitas quoad distinctionẽ. Primã enim partem Complutens. & Regius legunt, (*Et miseria contritionem inuocat,*) Vaticanus referens nomen (*miseriæ*) ad præcedentem versum, (*clamorem belli, & miseriæ,*) hîc legit. (*contritionem aduocat.*) Secundam partem Complut. & Reg. (*Quoniam defatigata est omnis terra repente.*) Vaticanus, (*Quoniam vastata est omnis terra.*) Tertiam partẽ Complut. & Reg. (*Dilaniatæ sunt pelles meæ.*) Vaticanus, (*Repente dilaceratæ sunt pelles meæ.*)

Vers. 20.] Contritio super contritionẽ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Iudicij die instante multiplices sibi inuicem succedentes futuræ calamitates in terra.*

LEGE caput 24.[b] Matthæi, & c. 21. Lucæ.[c] Et videbis, quomodo in extremis temporibus quando iudicij instabit dies, calamitates multiplices tunc sibi inuicem succedent super terrarum Orbem, ita vt eo potissimùm tempore dici hæc queant, (*Et vastata est omnis terra*)[d] lege & cap. 8. ac 9. Apocalypsis, & intelliges, quàm rectè calamitates eæ multiplices vocandæ dicantur, assignatis nimirum à Deo septem tubis Angelis septem, vt earumdem tubarum sonitu illas, quæ ibi enumerantur acerbissimas vocarent iuxta Dei imperium calamitates, & clades, quibus vniuersa vastanda est terra.

b Matth. 24. c Luc. 21. d Apoc. 8. 9. *Iudicij die venient multiplices calamitates vocatæ à Deo contra homines.*

(*Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ.*) Quod hîc ex persona omnium hominum ait anima, se percepisse in consideratione extremi iudicij, est, quòd tunc repente vastabuntur tabernacula, & pelles corporum, quæ per mortem illico dissoluentur; tabernaculum enim Apostoli[e] suum[f] appellant corpus, vt locus iste ei sit similis, quo in lib. Iob dicitur.[g] *In puncto ad inferna descendunt.* Quamquam si eadem anima de propriis loquatur tabernaculis, idipsum per hæc significabit, quod prædixerat, (*Et vastata est omnis terra.*) Per tabernacula loca designans habitationis, & incolatus sui super ipsam terram, de quibus Propheta dicebat,[h] *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, Habitaui cum habitantibus Cedar,* id est, in tabernaculis, sicut Cedareni.

e 2 Cor. 5. 4. f 2 Pet. 1. 13. g Iob. 21. 13. h Ps. 119. 5.

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Contritio super contritionẽ, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Συντριμμὸν ἐπικαλεῖται, ὅτι τεταλαιπώρηκε πᾶσα ἡ γῆ. ἄφνω τεταλαιπώρηκεν ἡ σκηνή. διεσπάσθησαν αἱ δέῤῥεις μου.

Vers. 20.] Contritionem aduocat, quia vastata est omnis terra: repente vastatum est tabernaculum, dilaceratæ sunt pelles meæ.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Confractio super confractionem accidit, quia direpta est omnis terra, subitò desolata est terra mea, in tempore vno omnes Ciuitates meæ.*

Vers. 20. (*Contritio super contritionem, &c.*)

Hieron. Hieronymus, *Omnis itaque clangor buccinæ, & fremitus præliorum illius turbat affectum, dum mala cumulantur malis, & vniuersa duarum tribuum terra vastatur. Dum non putabam, inquit, tabernacula quondam, & pelles meæ Babylonio furente populata sunt, & in prædam hostium mea quondam cessère hospitia. Loquitur autem hoc idem Deus, quando seditionis turbas, atque discordias cernit Ecclesiæ, & in conuenticulis suis clamare per diem, & Dei requiem in bella conuerti.*

Ecclesiæ seditiones descripta à Deo.

Theodorit. Theodoritus. *Dicit etiam, terrã miseriã afflictam, tabernaculum disruptum, & pelles dissipatas. Et per hæc indicat obscurè vastationem.*

D. Thom. D. Thomas. (*Contritio super contritionem.*) *Quia vastatio super obsidionem, Vel vastatio vna super aliam,*[i] *Iob 16. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas,* (*Repente tabernacula*) *per quæ significantur domus,* (*pelles*) *quibus tentoria cooperiebantur.*

i Iob. 16. 14.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Συντριμμὸν ἐπικαλεῖται, ὅτι τεταλαιπώρηκεν.

2 Vers. 20. CONTRITIONEM aduocat, quia, &c.)

A Εὐσεβίου Καισαρείας. [ὡς ἐκ προσώπου τῆς Ἱερουσαλὴμ εἴρηται ὁ λόγος. πῶς γὰρ ἁρμόσει θεῷ, ἢ τῷ προφήτῃ, τὸ, διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις μου; ἡ γὰρ ἀκριβὴς οὕτως ἔχει γραφὴ, καὶ Ἀκύλας γὰρ οὕτως, ἐταλαιπώρησαν αἱ σκηναί μου, τὰς οἰκίας δηλῶν. τῆς οὖν πόλεως ὁ λόγος ἐν ᾗ συνεστήκει, ἡ ὑπὸ Μωυσέως κατασκευασθεῖσα σκηνή.

Ὀλυμπιοδώρου.] τροπικῶς μὲν τὴν ψυχὴν, καὶ τὰς αἰσθητικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, περιέστειλαι δὲ καὶ τὰ σπλάγχνα ὑπὸ συμπαθείας ὁ προφήτης. B

Βίκτορος.] συντριμμὸν γάρ φησιν ἐπὶ συντριμμῷ, ἐπειδὴ πρῶτον ἐπῆλθεν ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τὸν Ἰεχονίαν σὺν τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι, καὶ σκεύεσι τοῖν ἱερατικοῖς ἀπῄει λαβών. εἶτα πέμψας Ναβουζαρδὰν τελείαν ἐρημίαν εἰργάσατο. τότε γὰρ καὶ τελείως ἡ πᾶσα τεταλαιπώρηκεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τεταλαιπώρηκεν ἡ σκηνὴ, ἢ ὁ ναὸς, ἢ καὶ πρὸς τῷ τέλει πᾶσα ἡ γῆ, ἣν ὥσπερ σκηνὴν οἰκοῦμεν πάροικοι τυγχάνοντες. C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ εὐάλωτον δείκνυσι, σκηνὴν καλῶν, ἄλλως δὲ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, πόλιν πᾶσαν, καὶ οἰκίαν πᾶσαν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς προσηγορίας προσονομάζων. σκηνὴ γὰρ ὁ παρὼν βίος ἐστίν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ πόνου δεήσει τοῖς πολεμίοις, οὐδὲ χρόνου τινὸς, ἀλλ᾽ ὥσπερ σκηνὴν διασπῶντες, οὕτω κρατοῦσι τῶν τειχῶν. ὅρα δὲ καὶ τὸ τοῦ προφήτου φιλόστοργον, πᾶσαν οἰκειοῦται τὴν πόλιν, οἰκίαν αὐτοῦ φησὶν εἶναι τὴν Ἱερουσαλήμ. D

Τοῦ αὐτοῦ. διεσπάσθησαν αἱ δέρρεις μου. περὶ τῶν λοιπῶν πόλεων φησίν. ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν ταῖς στρατοπεδείαις σκηνοποιουμένων βασιλέων, καὶ τῶν λοιπῶν. τινὲς δὲ σκηνὴν μὲν ἔφασαν τὰ βασίλεια, δέρρεις δὲ τὰς λοιπὰς οἰκίας τῆς πόλεως.

Βίκτορος.] τὰ τείχη, δέρρεις καλεῖ, ἃ καθεῖλε Ναβουζαρδὰν, τῇ τῆς σκηνῆς ἐπιμείνας τροπῇ.

Ὀλυμπιοδώρου.] πάλιν ἢ τὸν ναὸν φησὶν, ἢ τὰ τῆς κακίας ἐπικαλύμματα, πάντων πρὸς τῷ τέλει φανερουμένων. E

Eusebij Cæsariensis.] *Nomine Hierusalem habitus sermo : haud enim Deo, vel Prophetæ (scissæ sunt pelles meæ,) accommodari potest; emendatior enim ita habet scriptura, & Aquila ita reddidit, (afflicta sunt tabernacula mea) domos significans. Verba igitur sunt ciuitatis, in qua tabernaculum à Moyse fabrefactum fuerat erectum.* Eufeb. Cæf.

Olympiodori.] *Tropicè quidem animam, & facultates eiusdem ad varios vsus accommodatas, scinduntur autem interiora Prophetæ præ commiseratione.* Olympiod. *Ieremiæ compassio quãta.*

Victoris.] *Contritionem ait super contritionẽ postquam primò aduenit Nabuchodonosor, & Iechoniâ capto, vnà cum optimatibus, vasibusque Sacerdotalibus rediit. Deinde Nabuzardam misso, totale excidium desolatioque secuta, tunc enim penitus vniuersa fuit vexata.* Victoris.

Olympiodori.] *Afflictum est tabernaculum, vel templum, vel vltimis temporibus vniuersus Orbis, quem vti tabernaculum aduenæ habitamus.* Olympiod. *Mundus appellatus tabernaculum.*

Chrysostomi.] *Facilem expugnationem demõstrat nomine tabernaculi. Neque verò aberrauerit, si quis ciuitatem quamlibet, & domum hoc appellarit nomine: Scena enim est præsẽs vita.* 3 Chrysost. *Tabernaculi nomine significata domus, & ciuitas. Vita ista est scena quedã.*

Eiusdem.] *Oppugnantibus nec sudore, nec tempore opus erit; sed veluti scenam dissuentes, murorum possessione potientur. Vide etiam Prophetæ singularem amorem, totam ciuitatem pro sua ducit, propriam sibi domum esse Ierusalẽ ait.* Chrysost.

* Eiusdem.] *Scissæ sunt pelles meæ.) De reliquis vrbibus hæc profert : sumitur autem metaphora à Regibus, cæterisque aliis, qui in castrametationibus tentoria constituunt. Quidam tentorium Regiam exposuerunt, Pelles cæteras ciuitatis domus.* *Pelliũ nomine significata ciuitas.*

Victoris.] *Mœnia pelles vocat, in scenæ metaphora persistens, quæ demolitus est Nabuzardan.* Victoris. *Pellium nomine significata mœnia ciuitatis.*

Olympiodori.] *Rursus vel templum ait, vel nequitiæ tegmina, cùm omnia in fine patefiant.* Olympiod. *Pellium nomine significata nequitiæ tegmina.*

Vers. 21.] Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *AN [a] non contritio super contritionem, & calamitas super calamitatem meo continget populo? cùm videre mihi videar nedum fugam ei necessariò ex vrbibus suis factam, sed & ipsi eorum fugæ adiectam implacabilium hostium insectationem, quippe quos & propterea ad buccinæ sonitum collectos intueor indefessè fugientem persequi, & sub erecto vexillo ab vrbium non desistere obsidione.*

a Vsquequò videbo fugiẽtem, (seu vexillum) audiam vocem buccinæ?

2 *Tanta sanè est doloris propterea, & æmulationis meæ turbatio, vt à te solo Deo omnipotente sedari ea queat, sicque intelligo, haud alium populi mei fugam, hostiumque buccinam habitura finem, nisi quem ipsi dederis Domine. An non tu is qui ad punctum duntaxat & pro exiguo temporis momento absconsurum te asseruisti faciem à populo tuo, & vix ad instans illum derelictum, quem miserationibus prosequi ais sempiternis? Cur igitur à dolore impulsus tecum modo non querar, videns tam diu populum istum tuum, qui & meus, fugientem, hostesque ad buccinæ sonitum collectos illum insectantes? Vsquequò Domine hæc & videbo, & meis tamdiu auribus percipiam? vsquequò videbo & vexillum obsidentium fugientis populi vrbes? Vbi est zelus tuus pro populo tuo? vbi est fortitudo tua contra hostes tuos? Vbi multitudo viscerum tuorum? An non commouentur ad miserrimum hoc, quod tibi propono obiectum?* F

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VSquequò videbo, &c.) Duobus modis quod à Prophetа dicitur, (*Vsquequò videbo fugientem*, &c.) accipi potest, vel vt sit sermo ad Iudaicum populum, quo cum loquebatur, vel vt sit exclamatio ad Dominum. Si primo modo, 1

1. Sensus. modo, sat certè congruenter hæc iis subiecta sunt, quæ mox in vers. 20. dicta fuerant, *Contritio super contritionem vocata est, & vastata omnis terra, Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles mea.* Magna enim cum emphasi ea confirmás Propheta sanctus in his ostendit, quòd contritio super contritionem, calamitas super calamitatem ventura esset: quandoquidem non solùm subito hostium aduentu tantus toti populo commouebitur pauor, vt fugæ sese committendi sint vniuersi, sed, & quod multò est peius, ipsimet eorum fugæ succedet hostium eorundem impetus, illos persequentium; id quippe significat tubæ sonitus post fugientes tam Prophetæ molestus. Habet autem iuxta hunc sensum peculiarem vim particula, (*Vsquequò*) alteri respondens particulæ (*subitò, & repente,*) qua mox ex eiusdem populi persona dictum est, *Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles mea.* Ne quis enim censeret vastationem istam in futuram subitam, vt modicum temporis hostium tolerandi sint impetus, prout euenire solet in repentinis deprædantiũ irruptionibus: indicat Propheta, venturas clades tantum perduraturas temporis, vt earum ignoret terminum: nam etsi subitò vastandæ sint domus habitatoribus destitutæ, qui fugâ sibi consuluerint, fugientium tamen insectatio haud subita erit, sed longo durabit tempore.

2

2. Sensus. Cæterùm si secundo modo hæc sumantur, vt non tam ad populum, quàm ad Dominum dicta, quod & mihi magis placet, admodum congruè in amplificationem adhibita fuisse dicendum eorum, quæ mox in vers. 19. idem asseuerat Propheta, *Ventrem meum, ventrem meum doleo, &c. Quoniam vocem buccina audiuit anima mea, clamorem prælij:* Amplificat autem peregregiè in his totius suæ conturbationis vehementiam, proponens illam Deo. Estque frequens istiusmodi amplificationis ratio apud Prophetas, cuius rei sat sit Regij vatis exemplum, qui statim ac dixit, [a] *Et anima mea turbata est valde,* subiecit, *Sed tu Domine vsquequò?* Et in alio Psalmo, [b] *Quamdiu inquit, ponam consilia in anima mea,* anxius nimirum in excogitandis rationibus, & decernendis modis, quibus præsentes effugere queam hostium insultus: *Dolorem in corde meo per diem?* quamdiu scilicet dolore totâ die excruciabor? subditque illico, *Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.*

Particula (vsquequo) deseruit plerumque amplificationi eius, de quo agitur.
a Psal. 6. 4.
b Psal. 12. 2.

3

In oratione quomodo anima conqueri soleat aduersus Deũ quẽ deprecatur.

Vnde arguere licet, nostrum quoque Prophetam in hisce, (*Vsquequò videbo fugientem, &c.*) efficacissimâ apud Dominum in populo suo vsum oratione, & querelas continent, & excitationem ad commiserationem; querelas (inquam) à vehementia sui doloris, suique zeli pro salute populi sui sibi subministratas aduersùs eum ipsum, quem deprecabatur Deum; quòd tam diu sustineret populum, alioquin electum ab insectantibus hostibus opprimi, cùm ipse aliàs eidem contestatus sit, [c] *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Excitat porrò per hæc ipsa piissimum Deum ad commiserationem, per aposiopesim, reducendo illi in memoriam multitudinem miserationum suarum in obiecto, quod illi proponit ingentis miseriæ populi ipsius, vtpote qui persuasum habeat, vix fieri posse, vt ad tam miserandum obiectum viscera non commoueantur tam benigni erga filiũ

c Isai. 54. 7.

Ad misericordiam excitatur Deus per solam ebsecti miseri propositionẽ.

A patris. Vt tacitè in hac Ieremiæ oratione & iis similia proferantur, quæ aliàs ab Isaia eidem Domino dicta fuère. [d] *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? Tu enim pater noster.* Non protulit tamen clarè hæc Ieremias; quia sat censuit apud Deum solam miserabilis necessitatis expositionem. Necessitas autem, & miseria quam proponit, est diuturnum, molestissimumque bellum, quo ita suus opprimebatur populus, vt nec per fugam declinare id posset, insectantibus hostibus, seque inuicem excitantibus per buccinæ sonitum ad
B fugientes quoque prosequendos.

In oratione sat est proponere Deo necessitates nostras.
d Isai. 63. 11.

Quoad lectionum varietatem id solummodo est notandum, quòd eadem Hebraica vox, נס, quam & Sept. & noster interpres legerunt (nos) à verbo נוס *nus* fugere, adeoque & verterũt, *fugientem*: Modo in Hebraico textu cum punctis legitur, nes, à verbo נסס *nasas* eleuare, & ideo à recentioribus vexillum redditur, (*Quousque videbo vexillum, audiam vocem tubæ?*) Quo significatur diuturna hostilis exercitus mora in obsidione, & in irruptionibus. Pro, (*Audiam vocem tubæ.*) Sept. in præsenti habent, (*Audient, seu Audio vocem tubarum.*)
C

Vers. 21.] Vsquequò videbo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

DVOBVS modis fugere vnicuique contingere potest fideliũ, duplexque esse potest & fuga, optabilis quidem, altera verò maximè cauenda. Optabilis illa est, quam suadet auctor libri Ecclesiastici dicens, [a] *Quasi à facie Colubri fuge peccata*, afferens eiusdem fugæ necessitatem, cùm subiicit, *Si enim accesseris ad illa suscipiant te. Dentes Leonis dentes eius interficientes animas hominum. Quasi romphaa bis acuta omnis iniquitas, plaga illius non est sanitas*, fugam, inquit, tibi persuadeo, ad quam ipsa te impellit inimicitia, quam à primis naturæ initiis cum peccatis habes, ei ferè similem, quam inter serpentem, atque hominem in mundi crepundiis positam à Domino legimus in libro Genesis. [b] Cur enim non fugias iniquitatem, quæ & Coluber est, suo te inficiens veneno? Sanè si ad eam accesseris vel cogitatione, id tibi eueniet, quod & illi, qui blanda Serpentis illectus specie, propiùs accedat, vt illum intueatur; inuoluet quippe, atque mordebit te, & ipsa non minùs quàm tortuosus Coluber. An non rabidum fugeres Leonem tibi obuium? Scito, multò magis fugiendam tibi iniquitatem, quam ob naturæ corruptionem in cunctis tuis obuiam habes itineribus, in studiis, actionibusque vniuersis: habet & ipsa dentes, quibus non tam caro laceretur vt dentibus Leonis, quàm anima interficiatur, quæ spiritus alioquin est, & immortalis. Profectò vix quempiam reperias tam vecordem, qui romphæam vtraque parte acutam manu comprehendere velit; quacumque enim illam quis attigerit parte, vulnus referet, pro certo habeas, omnem iniquitatem esse, & quasi ancipitem gladium, quem si non effugias, accipies sanè ex ea plagas, quarum naturæ viribus sperare nequeas curationem. Modum istius fugæ subindicat Petrus Apostolus, cùm ait. [c] *Fugientes eam quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.* Fugere si

4

D *Fuga à peccatis quàm necessaria.*
a Eccl. 21. 2.

Inter peccatum, atque hominẽ inimicitia antiquissima.

b Gen. 3. 15.
Peccatum est Coluber.

E

Peccatum est Leo.

F *Peccatum est romphæa bis acuta.*

Peccatũ fugiendi modus est fugere mũdum, & concupiscentiã.
c 2. Pet. 1. 2.

si quis velit peccata, fugiat mundum, sic namque corruptionem fugiet concupiscentiæ, è qua iniquitas vniuersa. Quicquid enim est in mundo concupiscentiæ corruptio est, teste Ioanne dicente, [a] *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* De hac certè fuga intelligi hæc minimè possunt, *Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ.* Neque enim fieri potest, vt Propheta sanctus eam detestetur, pro qua suadenda classicum (vt ita dicam) sacræ omnes consonant paginæ.

a 1. Ioan. 2. 16.

5 Altera potiùs est quæ eundem angit Prophetam & fuga, & buccina, buccina quâ veluti item classico sonitu Diabolus ingentem malignorum spirituũ aduersùs fidelem animam colligit aciē, cùm ait, [b] *Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat:* Fuga, quam fidelis item anima inire cogitur statim ac in graue aliquid delapsa sit sceleris. Siquidem Salomone teste, [c] *Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi Leo confidens absque terrore erit.* Id ex diuina gratia habet qui iustus est, vt nedum absque Dæmonum terrore sit, sed & instar Leonis, qui numquam terga præ metu vertit, animo forti, ac magno pugnam init cum antiquo serpente, bellansque bella Domini in fugam eum vertit, quod Iacobus item Apostolus fidelibus id suadens vniuersis significauit, dicens, [d] *Subditi estote Deo, Resistite autem Diabolo, & fugiet à vobis.* Quibus in verbis nota quòd prius dicitur, *Subditi estote Deo*, æquè enim est ac si diceretur, Non sitis fidentes in vobis, sed in Deo, sub cuius militatis imperio, audaciusque in fugam à virtutis studio vos vertere nitenti Diabolo resistite: fugiet ille certè à vobis, intelligens, Deum esse, qui præliatur in vobis, atque instar Ægyptiorum qui Israëliticum insectari aggressi sunt populum, dicet toti inferorum cohorti. [e] *Fugiamus Israel, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.*

Diabolus quomodo buccinâ canere dicatur.
b Psa. 70. 11.
Fugiat quomodo peccator quisque à Diabolo.
c Prou. 28. 1.
In fugã vertit Diabolũ iustus quisque.
d Iacob. 4. 7.
e Exod. 14. 25.

6 Vide magnos sancti Regis Dauid animos. [f] *Persequar* ait, *inimicos meos, & comprahendam illos*, eorum videlicet compræhendens insidias, *& non conuertar*, non desistam à mea resistentia, & prosecutione, *donec deficiant.* Idemque paulò post eorundem fugam haud sibi, sed Deo adscribens ait, [g] *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*, id est, effecisti, vt, me illos insequente, terga verterent, fugamque arriperent. Cæterùm impius, qui diuinâ est destitutus gratiâ, tam exiguo est animo, vt vel etiam nullo persequente, nullaque acri inuadente tentatione à recto virtutis tramite fugiat: multóque magis si per validas tentationes Dæmonem habeat ipsum in fugam dantem, à virtutibus fugit ad vitia. Hancque illius fugam deplorat Ieremias, & quotquot ad proximi anhelant salutem, cùm ait (*Vsquequò videbo fugientem? (Fugientem,)* inquit, nemine scilicet prosequente, addens, (*audiam vocem buccinæ?*) Dæmonem nimirum buccinâ prauarum suggestionum eundem insequentem, ac fugam illius accelerantem.

f Psa. 17. 38.
g Psa. 17. 41.
Peccator qui pusillo sit animo.

Quibus profectò verbis cum hisce, quæ à nobis hîc dicta sunt, vtetur sat cõmodè diuini verbi concionator in Euangelio [h] primæ Dominicę Quadragesimæ, in quo habes, quomodo à Christo Domino fugatus sit Diabolus, & quâ ille vsus sit buccinâ, sacrâ nimirum scripturâ, & verbo Dei, de quo apud Hosæam legimus, [i] *In gutture tuo sit tuba*, inuehens è vestigio vnà cum Ieremia contra impios fideles, adeo molles, & effœminatos, vt à virtutis studio in fugam ad vitia dari se sinant à Diabolo.

Diabolus à Christo fugatus in deserto.
h Matt. 4. 3.
i Hose. 8. 1.

Vide Appendicem Expositionum Patrum post expositionem secundam, vers. 22.

Vers. 22.] Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVIBVS [a] *è vestigio subintulit Dominus, ipsi id sibi imputent, quod hæc patiantur: Tamdiu hæ perdurabunt eorum calamitates, quamdiu in sua persistent insipientia, de semet conquerantur. Nec tu aliud visurus es, qui pro ipsis me deprecaris fugientibus: nec aliud à me referes responsi, aut opis, quàm vt eorum perpendas malorum, quæ commemorasti, causam ignorantiæ, & imprudentiæ ipsorum peruersitatem. Hoc vnum semper mihi extitit in optatis, vt saperent, intelligerentque, ac prudenter se gererent, sic quippe innumeros fugare, atque prosternere quiuissent hostes: verùm è contra illis euenit, quòd iugi collectorum hostium insequente, & fugiunt, & fugient. Quia cùm eius rationem habere debuissent, quod singulari priuilegio in meum electi sunt populum, præ stultitia id nihili fecêre, eóque deuenêre stultitiæ, vt in calamitatibus ipsis suis audaciùs in me se habuerint, temerarioque & immoderato perciti affectu de me verè stulti conquesti sint, quem etiam vt stulti minimè nosse suis pessimis significarunt operibus.* [b] *Sanè filios eos iure appelles instar iumentorum insipientes, cùm id non æstimarint, de quo potissimum vt populo meo gloriandum eis esset, scire, & nosse me: Imò & in hoc ipso quòd me non cognoscunt, ipsis insipientiores sese exhibent iumentis, qui apprimè suum & dominum noscunt, & possessorem.* [c] *Sed & qui stulti sunt vt temerario, proprioque affectu perciti, ac insipientes propriam voluntatem sequentes à diuinæ meæ legis cognitione alieni, sunt pariter vecordes, ac non intelligentes, obscuratum ignorantiæ tenebris suum habentes intellectum, & insipiens cor: per ignorantiam, cordisque cæcitatem à vera alienati vita, quæ in mei sita est cognitione, expertesque propterea & intellectus, & cordis; atque adeo vt non intelligentes digni qui his, quæ sustinent, vapulent flagellis.* [d] *Si sapientiam secundùm intellectus duntaxat acumen metiaris, sapientes quidem primo videntur aspectu, idque in illis est maximè stultum, quòd cùm sapientes sint apud semetipsos nimium circa ea quæ sunt mundi, & carnis sapere contendunt; & subtilissimi, ac callidissimi sunt in inueniendis rationibus mala patrandi; cæterùm ista mundi sapientia, carnisque prudentia stultitia est omnium celeberrima;* [e] *Quin & per id fit omnibus exploratum, quòd vacui ipsâ sint verâ sapientiâ, quod bene facere nesciunt; cùm constet, in benefactis potissimum sitam eiusdem sapientiæ rationem.* [f] *Quamuis autem hæc de toto vera sint Iudaico populo, multò tamen rationabilius de eius affirmare & ducibus, qui vt omnino insipientes, & non intelligentes, me vt verum non agnouerunt Deum, vtque rebelles mihi minimè obtemperarunt. Ad eorum quippe exemplum, & ex eorum ignorãtia reliqui de inferiori populo filij & ipsi extitêre insipiẽtes, & non intelligentes, sapientes & ipsi vt faciant mala, & benefacere nescientes. Vnde & contra istiusmodi duces*

a *Quia stultus populus meus me non cognouit.*
b *Filij insipientes sunt.*
c *Et vecordes (seu non intelligentes.)*
d *Sapientes sunt, vt faciant mala.*
e *Benè autẽ facere nescierunt.*
f *Quia qui duces populi mei me non cognouerunt, filij insipiẽtes sunt, & non intelligentes. Sapientes sunt, &c.*

tes eſt quòd conquereris, vt de iis, quibus tota hæc, ob quam ita angeris, imputanda eſt calamitatis ruina.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccati ſtultitia cauſa omnis mali, atque ruinæ.*

QVIA ſtultus populus meus, &c.) Particula, (*Quia*) indicat, in hac ſententia rationem à Deo afferri eorum, quæ mox præceſſere in verſiculo præcedenti, & ſibi inuicem videlicet ſuccedentium calamitatum; & quòd immerito cum ipſo quis conqueratur quòd eas tam diuturnas permittat; quòd iuxta ſibi naturaliter indita miſericordiæ viſcera fugienti opem non ferat. Quia populus ille ſuâ eas commeruit ſtultitiâ, atque peruerſitate, in quibus adhuc perſeuerat. Opportunè autem ſtultitiæ, inſipientiæ, & impudentiæ affert rationem, cùm potiſſimùm de Iudaici populi agitur fuga, & de perſequentibus hoſtibus: nã alioqui ſi ſapiens is extitiſſet, & verè prudens, contrarium illi eueniſſet, vt ipſe potiùs ſuos in fugam verteret hoſtes, facillimóque negocio vel copioſiſſimum eorum perſequeretur exercitum. Quod vnum ſemper Deo extitiſſe in optatis teſtatus eſt Moyſes dicens.[a] *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderent. Quomodo perſequatur vnus*, ſc. eorum *mille*, ſc. hoſtes, *& duo fugent decem millia.*

a Deut. 32. 28.

2 Cæterùm dum præallatam hoc loco Deus Prophetæ affert rationem, verbis profectò vtitur efficaciſſimis, quorum ſingula expendamus operæ pretium eſt, vt totius ſententiæ huius, quæ & celeberrima eſt, enodetur ſenſus, & energia. Et quidem quoad id quod primò dicitur, (*Quia ſtultus populus meus,*) ſic Iudaicus populus aſſeritur ſtultus, vt ſimul indicetur & ſtultitiæ ipſius ratio: ea verò eſt, quòd cùm is populus Dei ſit, præcipuâ benignitate in Dei electus peculiũ, & quem Deus validiorem cunctis effecit gentibus, ipſe nihilominus, inſtar ſtulti nullam ſingularis huius electionis habuit rationẽ, ſicque ſe geſſit ſtultè, vt, cùm ſe habens ſicut populum Dei innumeros (vt per Moyſem dictum vidimus) fugare poſſet exercitus, è veſtigio non viuens vt populus Dei,[b] prouocari ſe ab eodem Deo fecerit, in eo qui nõ eſt populus, & in Gente ſtulta irritari, prout idẽmet aſſeruit illi Deus in præcitato Moyſis Cantico. Sed & in eo ſtultus modò dicitur, qui & populus Dei; quòd cũ ſibi, ſuiſque ſceleribus quicquid ei mali contingeret imputare debuiſſet, audeat nihilominus propter inſurgentes ſibi calamitates aduerſùs eumdem Deum indignari, conqueri, audaciuſque in eum ſe habere.

Iudaicus populus quam rectè ſit dictus ſtultus, qui populus Dei.

b Deut. 32. 21.

3 *Stulti nomen ſignificat temerariũ, audacem, immoderatoque affectu percitũ.*

Hæc enim peculiariter Hebraicum, quod pro ſtulto hîc adhibitum eſt, ſignificat nomen אויל *euil*, quod non tam rudem, & ignarum ſignificat, quàm temerarium, audacẽ, immoderatoq; affectu percitũ, prout apertè colligitur ex eo, quod idẽmet Dominus eodem vtens vocabulo Zachariæ ait Prophetæ,[c] *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, id eſt inſtrumenta, quibus paſtor vtitur, ſibimet immoderato percitus affectu, & erga oues audacior, atque crudelis, quiq; peruerſè iis vtitur inſtrumẽtis in ouium perditionem, vt ſibimet conſulat, quibus eaſdẽ bene regere, & tutari oporteret, baculo nimirũ forti, quo eas contundat, gladio quo illas iuguler, perâ in qua lapides deferat, quibus vel à longè eas occidat. Et in lib. Prouerb. de huiuſmodi ſtultitia, quam modo Deus ſuo obiicit populo dicitur, *ſtultitia*, Hebraicè אולת *iuueieth*, ab eodem nomine *euil*, *hominis ſupplantat*

c Zach. 11. 15.

Paſter & Prælatus ſtultus quis propriè dicendus.

Stultitia nomen deſignat affectus peruerſitatem.

Prou. 19. 3.

A *greſſus eius, & contra Dominum feruet animo ſuo.* Quorum commodiſſimus hic eſt ſenſus. Cùm ex hominis ſtultitia & effectus peruerſitate omnis illi obueniat ruinæ, ipſe nihilominus homo temerariè, & audaciùs aduerſùs Deum in ſuis indignatur calamitatibus, vtpote verè ſtultus, temerarius, atque ſceleſtus.

4 *Cognoſcere deſignat notitiam intellectus cũ voluntatis propenſione, & cum bonis operibus.*

Benè autem poſtquam dixit, (*Quia ſtultus populus meus,*) adiecit Dominus, (*Me non cognouit,*) quæ & præexpoſita efficaciter confirmant, cũ cognoſcendi verbum hîc notitiam deſignet intellectus, quæ adiunctã habeat affectus, & voluntatis pro-
B penſionẽ, nedum in interno cordis per dilectionẽ, ſed & in externo per actiones, quæ ſunt probatio eiuſdem dilectionis internæ,[d] *Qui enim dicit ſe noſſe Deum*, ait Ioannes, *& mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt.* Ex ſtultitia inquit, temeritate, audaciâ, atque peruerſitate populi mei & id factum eſt, vt non probarit me habere in notitia, eáque me repulerit ſuperbiâ, vt iuxta vias meas ambulare in ſuis neglexerit actionibus, omnẽ renuẽs mãdatorum meorum notitiam, idque vel factis temerarie proferens, quod audacioribus ſuperbi illi in libro Iob dixêre verbis, [e] *Recede à nobis, ſcien-*
C *tiam viarum tuarum nolumus.*

d 1. Ioan. 11. 4.

e Iob. 22. 17.

5 *Iudæi, & Chriſtiani cũ eò deuenerint ſtultitiæ, vt Deum, cuius ſunt populus, nõ cognoſcãt, ſunt expertes gloriæ ſuæ omnis.*

Facitque valde ad propoſitum eius de quo agitur, quòd non de quolibet ait Dominus, (*Me non cognouit,*) ſed de Iudaico populo, qui ob propriam ſtultitiam ſummo cum dedecore diutiùs ab inſequentibus fugere coactus eſt hoſtibus, magnamque habet vim quod dicitur, (*Populus meus me non cognouit*) ſignificatur enim populum illum, qui beatũ ob id ſe cenſere debuiſſet, quòd Dei populus eſſet, à quo & in omni ſaluaretur anguſtia, quique propterea & gloriari quiuiſſet, quòd Deum ſcutum haberet auxilij ſui, & gla-
D dium gloriæ ſuæ, vt dicitur in lib. Deuteronomij, [f] propter ſtultitiam ſuam, quâ Deum ipſum non cognouit, expers veræ factus eſt gloriationis, quam in eo ſitam idemmet apud noſtrum Ieremiam aſſerit Dominus, vt ipſe agnoſcatur eſſe Deus. Ita vt meritò eidem id proprio iure adſcribi queat, quod per Prophetam dicitur, [g] *Cùm in honore eſſet non intellexit, Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Inſipiẽtibus quippe iumentis in hoc quoque loco illum comparatum videmus, cùm ſtatim ac dictum eſt, (*Stultus populus meus me non cognouit,*)
E ſubiiciatur, (*filij inſipientes ſunt.*) Quid dico iumentis eum comparatum inſipientibus, cum in hoc ipſo quòd Deum non cognouit, multò ſit ipſis inſipientior iumentis, teſte eodem Domino apud Iſaiam, [h] *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Noſſe vis, quò eius peruenerit inſipientia? Audi regium vatem. [i] *Dixit inſipiens in corde ſuo*, (neque enim auſus eſt id ore proferre.) *Non eſt Deus.* Quam tamen ore proferre metuit inſipientiam, protulit re, atque factis, *Corrupti enim ſunt, & abomi-*
F *nabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

f Deut. 33. 29.

Ierem. 9. 24.

g Pſa. 48. 13.
Gloria fidelium eſt, quòd verum agnoſcant Deum.

Non cognoſcẽtes Deũ, quò peruenire dicendi ſint inſipientia.

h Iſai. 1. 3.
Inſipiẽtia fidelium nõ cognoſcentium Deum maior, quàm iumentorum.

i Pſal. 13. 1.

Stultitiæ genera duo, alterum pertinens ad voluntatis, alterum ad intellectus inſipientiam.

Porrò ſicut apud Iſaiã duo Deus in mox præcitata ſententia ſuo tribuit populo, quaſi diſtincta ſtultitiæ genera, quòd ipſum non cognouit, & quòd non intellexit, quorum alterum ad inſipiẽtiam ſpectat rebellis voluntatis, vt explicatum eſt, (*Me non cognouit,*) alterum verò ad inſipientiam intellectus. (*Me non intellexit:*) Ita & hîc quoque nedũ dixit, (*filij inſipientes ſunt,*) ſed addit, (*& vecordes:*) pro quo in textu Hebraico eſt,

Stultitia tria genera. (*Et non intelligentes ipsi.*) Esse autem hæc tria distincta fatuitatis genera, ex eo colligere & Psalmi, quo dicitur. [a] *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*: Qui enim monet, vt intelligant, supponit, illos quos monet, esse non intelligentes. Ad quod certè extremum pessimumque genus non deueniunt, qui priùs non fuerint & stulti per temeritatem, & insipientes per alienam à Deo voluntatem. Quæ & per ea explicari possunt, quibus Apostolus ad Ephesios ait, [b] *Hæc dico & testificor apud Dominum, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui*: vt stulti videlicet, ac insipientes, vt stulti temerario, proprioque affectu perciti; vt insipientes propriam voluntatem sequentes à diuinæ legis cognitione alieni, *tenebris obscuratum habentes intellectum*; En tertium. *Non intelligentes* quod, vt quid propriè sit melius perciperetur, addidit: *alienati à vita Dei per ignorantiam propter cæcitatem cordis ipsorum.*

a Psal. 93.8.

Non intelligentes quinam propriè dicendi sint fidelium.

b Eph. 4. 17.

7 Non intelligentes, quos & (*vecordes*) hîc appellat Dominus, ij propriè sunt, qui tenebris obscuratum habent intellectum, vel, vt alibi idem ait Paulus, [c] *qui obscuratum habent insipiens cor suum*: quique per ignorantiam, quâ Deum intellectiuâ non agnouerunt notitia, à vita eiusdem Dei, quæ vita æterna est, alieni effecti sunt, cum scriptum sit, [d] *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*: *propter cæcitatem autem cordis*: sic dictos inquit redditos non intelligentes, quod idipsum est, ac quod hîc significatur voce, (*Vecordium*,) id est, sine corde, vt apertiùs apud nostrum Ieremiam in subsequenti capite explicatur, vbi dicitur, [e] *Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis*, vbi per secundum declaratur, quid sit quod priùs dicitur, *Qui non habes cor*, quâ phrasi apud alium Prophetam idipsum significatum, vbi legimus, [f] *Ephraim quasi Columba seducta*, id est, insipiens, & stolida, *non habens cor*. Hebræa. *Non cor*: id est, non habens intellectum, quod non tam ad Columbam, quàm ad Ephraim refero. Quis sine intellectu esse dicatur, quomodo & in Euangelio Dominus ad Apostolos dixit, [g] *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligentes quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*, &c. Quomodo & Dauid, [h] *Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: quomodo & Apostolus eiusmodi hominem, qui animalibus sine intellectu sit similis, animalem item appellans, de illo ait, [i] *Animalis homo non percipit*, id est, intellectu non attingit, *quæ sunt Spiritus Dei*. Quomodo & in libro Sapientiæ dicitur. [k] *Populi autem videntes, & non intelligentes, & non ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius.* Meritò autem super Iudaicum populum perduraturas calamitates hîc ait Dominus, cùm ille hac ratione, & stultus sit, & insipiens, & vecors sine intellectu; nam & per alium Prophetam dixit, [l] *Et populus non intelligens vapulabit.*

Vecordes quinam propriè dicendi sint fidelium.

c Rom. 1. 21.

d Ioan. 17. 3.

Vecordes iidē qui & sine intellectu.

e Iere. 5. 20.

f Hose. 7. 11.

g Matth. 15. 16.

h Psal. 31. 9.

i 1. Cor. 2. 14.

k Sap. 4. 14.

Fideli vecordi, & non intelligenti meritò contingunt flagella.

l Hose 4. 14.

8 (*Sapientes sunt vt faciant mala, benè autem facere nescierunt.*) Vt confirmet, quàm verè prædictis omnibus stultitiæ, & fatuitatis generibus Iudæos stultos, insipientes atque vecordes dixerit, addit modò Dominus, in eo ipso illorum stultitiam, insipientiam, atque vecordiam elucescere, quòd sapientes sese censuêre, atque etiam dixêre, iuxta illud Pauli. [m] *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*, quod ex eo desumpsit Prouerbiorum, [n] *Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiens*, quia [o] *quæ stulta mundi sunt elegit Deus, vt confundat fortia. Sapientes*, inquit, *sunt*: si sapientiam metiaris secundùm intellectus dumtaxat acumen, Quis enim explicet eorum machinationes, eorum consilia, eorum artificia, eorum dolos, vafricies, fictiones, nouaque inuenta: Quis eorum acutissima ad decipiendum comprahendat argumenta: Quis prudentes eorum attingat astutias, quibus mira ingenij subtilitate in omnem sese versant partem? Verùm cùm hac ratione sint (*sapientes vt faciant mala*:) haud profectò sapientes dicendi sunt simpliciter, sed sapientes secundùm mundi sapientiam, quæ (vt benè ait Apostolus,) [p] *stultitia est apud Deum*. Quis verò meliùs id de talibus affirmare posset sapientibus, quàm idemmet qui hîc loquitur Deus, cùm is solus stultam eorum declarare potest sapientiam, qui, vt ex Psalmo 93. refert Paulus, [q] *nouit cogitationes*, & machinamenta *sapientium* talium, *quoniam vanæ sunt.* Quidue excogitari potest insipientius, quàm Sapientes se censêre, qui vanâ præditi sunt sapientiâ? quod tamtumdem est, ac si diceremus, qui vani, inanesque sunt atque vacui verâ solidáque sapientiâ.

Sapiens apud semetipsū est omnium stultissimus.

m Rom. 1. 22.

n Prou. 26. 12.

o 1. Cor. 1. 27.

Sapiētes mūdi quales, & quàm rectè dicti stulti, insipiētes, atque vecordes.

p 1. Cor. 3. 19.

q 1. Cor. 3. 20.

9 Quod hoc loco expressit Dominus dicens: (*Bene autem facere nescierunt.*) Quorum germanus intellectus ex iis eruendus est, quibus sapientissimus Salomon in principio libri Prouerbiorum ait. [r] *Timor Domini Principium sapientiæ: sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt.* Ac si dicat, Sulti despiciunt sapientiam, & doctrinam benefaciendi; Nec dubium quin sic despicientes ipsâ vacui sint sapientiâ: cùm sapientia vera sita sit in timore Domini. Quod clariùs explicauit auctor libri Ecclesiastici, dicens, [s] *Plenitudo Sapientiæ timere Deum*: quamquam & in citata Salomonis sententia idipsum significetur ex vi vocum Hebraic. & Grec. ראשית *reschith*, & ἀρχὴ *archi*, quæ nedum Principium designant, vt habemus in Vulgata, sed & caput, seu præcipuum, ac principatum, atque etiam summam. Quomodo ipsum Principij nomen item in Vulgata pro Principatu vsurpatum reperitur in Psalmo 109. [t] *Tecum Principiū*, id est, principatus, *in die virtutis tuæ.* Porrò per timorem Domini intelligit Sapiens omnem Dei reuerentiam, quâ fit vt homo Dei maiestatem habens præ oculis illum magnificiat, illi submisse se subiiciat, illi morem in omnibus gerere studeat, cauens studiosè, ne illum offendat, vt bene super eum locum declarat Iansenius. Et timere Deum est benefacere in Dei obsequium, & ex pietate in Deum.

Sapientia vera sita est in timore Dei, atque in benè operando.

r Prou. 1. 7.

s Eccl. 1. 20.

t Psal. 109. 3.

Timoris Dei nomine quid significetur, cùm is dicitur principiū & summa sapientiæ.

10 Quoad lectionum varietatem vnum dumtaxat notandum superest circa versionem Sept. Pro eo enim quod noster interpres ex Hebræo legit, (*Quia stultus populus meus me non cognouit.*) Legunt Sept. διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν. (*Quia qui Duces, seu Principes populi mei, me nō cognouerunt, filij insipientes sunt, & non intelligentes*, &c.) Qua in versione videntur illi Sapientes seniores quod nunc in Hebraico textu habemus אויל עמי *euil ngammi*. (*Stultus populus meus*,) legisse אלי עמי *ele ngammi* hoc est, (*Dij populi mei*:) sat exploratum habentes, Deos populi significare Principes populi. Prout fecêre in cap. 17. Ezechielis, vbi quod in Hebræo dicitur, [u] *Et Deos terræ tollet*, verterunt, *Et duces terræ tollet*, Vulgata, *Et fortes terræ tollet*. Cùm alioqui in Psalmo 81. nomen Deorum pro ducum, atque iudicum, prout est in Hebræo, vetterint, [x] *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.*

Principes in scriptura appellati Dij.

u Ezech. 17. 13.

x Psal. 81. 1.

Qua-

tes est quòd conquerаris, vt de iis, quibus tota hæc, ob quam ita angeris, imputanda est calamitatis ruina.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccati stultitia causa omnis mali, atque ruinæ.*

QVIA *stultus populus meus*, &c.) Particula, (*Quia*) indicat, in hac sententia rationem à Deo afferri eorum, quæ mox præcessere in versiculo præcedenti, & sibi inuicem videlicet succedentium calamitatum; & quòd immerito cum ipso quis conqueratur quòd eas tam diuturnas permittat; quòd iuxta sibi naturaliter indita misericordiæ viscera fugienti opem non ferat. Quia populus ille suâ eas commeruit stultitiâ, atque peruersitate, in quibus adhuc perseuerat. Opportunè autem stultitiæ, insipientiæ, & impudentiæ affert rationem, cùm potissimùm de Iudaici populi agitur fuga, & de persequentibus hostibus: nã alioqui si sapiens is extitisset, & verè prudens, contrarium illi euenisset, vt ipse potiùs suos in fugam verteret hostes, facillimóque negocio vel copiosissimum eorum persequeretur exercitum. Quod vnum semper Deo extitisse in optatis testatus est Moyses dicens.[a] *Gens absque consilio est, & sine prudentia. Vtinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent. Quomodo persequatur vnus*, sc. eorum *mille*, sc. hostes, *& duo fugent decem millia.*

a Deut. 32. 28.

2 Cæterùm dum præallatam • hoc loco Deus Prophetæ affert rationem, verbis profectò vtitur efficacissimis, quorum singula expendamus operæ pretium est, vt totius sententiæ huius, quæ & celeberrima est, enodetur sensus, & energia. Et quidem quoad id quod primò dicitur, (*Quia stultus populus meus*,) sic Iudaicus populus asseritur stultus, vt simul indicetur & stultitiæ ipsius ratio: ea verò est, quòd cùm is populus Dei sit, præcipuâ benignitate in Dei electus peculiũ, & quem Deus validiorem cunctis effecit gentibus, ipse nihilominus, instar stulti nullam singularis huius electionis habuit rationẽ, sicque se gessit stultè, vt, cùm se habens sicut populum Dei innumeros (vt per Moysem dictum vidimus) fugare posset exercitus, è vestigio non viuens vt populus Dei,[b] prouocari se ab eodem Deo fecerit, in eo qui nõ est populus, & in Gente stulta irritari, prout idémet asseruit illi Deus in præcitato Moysis Cantico. Sed & in eo stultus modò dicitur, qui & populus Dei; quòd cũ sibi, suisque sceleribus quicquid ei mali contingeret imputare debuisset, audeat nihilominus propter insurgentes sibi calamitates aduersùs eumdem Deum indignari, conqueri, audaciusque in eum se habere.

Iudaicus populus quam rectè sit dictus stultus, qui populus Dei.

b Deut. 32. 21.

3 *Stulti nomen significat temerariũ, audacem, immoderatoque affectu percitũ.*

Hæc enim peculiariter Hebraicum, quod pro stulto hîc adhibitum est, significat nomen אויל *euil*, quod non tam rudem, & ignarum significat, quàm temerarium, audacẽ, immoderatoq; affectu percitũ, prout apertè colligitur ex eo, quod idémet Dominus eodem vtens vocabulo Zachariæ ait Prophetæ,[c] *Sume tibi vasa pastoris stulti*, id est instrumenta, quibus pastor vtitur, sibimet immoderato percitus affectu, & erga oues audacior, atque crudelis, quiq; peruersè iis vtitur instrumẽtis in ouium perditionem, vt sibimet consulat, quibus easdẽ bene regere, & tutari oporteret, baculo nimirũ forti, quo eas contundat, gladio quo illas iugulet, perâ in qua lapides deferat, quibus vel à longè eas occidat. Et in lib. Prouerb. de huiusmodi stultitia, quam modo Deus suo obiicit populo dicitur, *stultitia*, Hebraicè ואולת *iuueleth*, ab eodem nomine *euil*, *hominis supplantat*

c Zach. 11. 15.

Pastor & Prælatus stultus ouiũ propriè dicendus.

Stultitiæ nomen designat affectus peruersitatem.

Prou. 19. 3.

A *gressus eius, & contra Dominum feruet animo suo.* Quorum commodissimus hic est sensus. Cùm ex hominis stultitia & effectus peruersitate omnis illi obueniat ruinæ, ipse nihilominus homo temerariè, & audaciùs aduersùs Deum in suis indignatur calamitatibus, vtpote verè stultus, temerarius, atque scelestus.

Benè autem postquam dixit, (*Quia stultus populus meus*,) adiecit Dominus, (*Me non cognouit*,) quæ & præexposita efficaciter confirmant, cũ cognoscendi verbum hîc notitiam designet intellectus, quæ adiunctã habeat affectus, & voluntatis pro-

4 *Cognoscere designat notitiam intellectus cũ voluntatis propensione, & cum bonis operibus.*

B pensionẽ, nedum in interno cordis per dilectionẽ, sed & in externo per actiones, quæ sunt probatio eiusdem dilectionis internæ,[d] *Qui enim dicit se nosse Deum*, ait Ioannes, *& mandata eius nõ custodit, mendax est.* Ex stultitia inquit, temeritate, audaciâ, atque peruersitate populi mei & id factum est, vt non probarit me habere in notitia, eáque me repulerit superbiâ, vt iuxta vias meas ambulare in suis neglexerit actionibus, omnẽ renuẽs mãdatorum meorum notitiam, idque vel factis temerariè proferens, quod audacioribus superbi illi in libro Iob dixére verbis,[e] *Recede à nobis, scien-*

d 1. Ioan. 2. 4.

e Iob. 22. 17.

C *tiam viarum tuarum nolumus.*

5 *Iudæi, & Christiani cũ eò deuenerint stultitiæ, vt Deum, cuius sunt populus, nõ cognoscãt, fiunt expertes gloriæ suæ omnis.*

Facitque valde ad propositum eius de quo agitur, quòd non de quolibet ait Dominus, (*Me non cognouit*,) sed de Iudaico populo, qui ob propriam stultitiam summo cum dedecore diutiùs ab insequentibus fugere coactus est hostibus, magnamque habet vim quod dicitur, (*Populus meus me non cognouit*) significatur enim populum illum, qui beatũ ob id se censere debuisset, quòd Dei populus esset, à quo & in omni saluaretur angustia, quique propterea & gloriari quiuisset, quòd Deum scutum haberet auxilij sui, & gla-

D dium gloriæ suæ, vt dicitur in lib. Deuteronomij,[f] propter stultitiam suam, quâ Deum ipsum non cognouit, expers veræ factus est gloriationis, quam in eo sitam idemmet apud nostrum Ieremiam asserit Dominus, vt ipse agnoscatur esse Deus. Ita vt meritò eidem id proprio iure adscribi queat, quod per Prophetam dicitur,[g] *Cùm in honore esset non intellexit, Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Insipiẽtibus quippe iumentis in hoc quoque loco illum comparatum videmus, cùm statim ac dictum est, (*Stultus populus meus me non cognouit*,)

f Deut. 33. 29.

Ierem. 9. 24.

g Psa. 48. 13. *Gloria fideliũ est, quòd verum agnoscant Deum.*

E subiiciatur, (*filij insipientes sunt.*) Quid dico • iumentis cum comparatum insipientibus, cum in hoc ipso quòd Deum non cognouit, multò sit ipsis insipientior iumentis, teste eodem Domino apud Isaiam,[h] *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Nosse vis, quò eius peruenerit insipientia? Audi regium vatem.[i] *Dixit insipiens in corde suo*, (neque enim ausus est id ore proferre.) *Non est Deus.* Quam tamen ore proferre metuit insipientiam, protu-

Non cognoscẽtes Deũ, quò peruenire dicendi sint insipientiæ.

h Isai. 1. 3. *Insipiẽtia fidelium nõ cognoscentium Deum maior, quàm iumentorum.*

i Psal. 13. 1.

F lit re, atque factis, *Corrupti enim sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Porrò sicut apud Isaiã duo Deus in mox præcitata sententia suo tribuit populo, quasi distincta stultitiæ genera, quòd ipsum non cognouit, & quòd non intellexit, quorum alterum ad insipiẽtiam spectat rebellis voluntatis, vt explicatum est, (*Me non cognouit*,) alterum verò ad insipientiam intellectus. (*Me non intellexit*:) Ita & hîc quoque nedũ dixit, (*filij insipientes sunt*,) sed addit, (*& vecordes*:) pro quo in textu Hebraico est,

Stultitiæ genera duo, alterum pertinens ad voluntatis, alterum ad intellectus insipientiam.

stultitia tria genera. (*Et non intelligentes ipsi.*) Esse autem hæc tria distincta fatuitatis genera, ex eo colligere & Psalmi,quo dicitur. [a] *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite:* Qui enim monet, vt intelligant,supponit,illos quos monet, esse non intelligentes. Ad quod certè extremum pessimumque genus non deueniunt, qui priùs non fuerint & stulti per temeritatem,& insipientes per alienam à Deo voluntatem. Quæ & per ea explicari possunt,quibus Apostolus ad Ephesios ait, [b] *Hæc dico, & testificor apud Dominum, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui:* vt stulti videlicet,ac insipientes,vt stulti temerario, proprioque affectu perciti; vt insipientes propriam voluntatem sequentes à diuinæ legis cognitione alieni, *tenebris obscuratum habentes intellectum*; En tertium. *Non intelligentes* quod, vt quid propriè sit melius perciperetur, addidit: *alienati à vita Dei per ignorantiam propter cæcitatem cordis ipsorum.*

a Psal. 93.8.

Non intelligentes quinam propriè dicendi sint fidelium.

b Eph. 4. 17.

7 Non intelligentes,quos & (*vecordes*) hîc appellat Dominus, ij propriè sunt, qui tenebris obscuratum habent intellectum, vel, vt alibi idem ait Paulus, [c] *qui obscuratum habent insipiens cor suum:* quique per ignorantiam, quâ Deum intellectiuâ non agnouerunt notitia,à vita eiusdem Dei,quæ vita æterna est,alieni effecti sunt, cum scriptum sit,[d] *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum,& quem misisti Iesum Christum: propter cæcitatem autem cordis:* sic dictos inquit redditos non intelligentes,quod idipsum est,ac quod hîc significatur voce,(*Vecordium,*)id est,sine corde,vt apertiùs apud nostrum Ieremiam in subsequenti capite explicatur,vbi dicitur,[e] *Audi populæ stulte, qui non habes cor,qui habentes oculos non videtis*, vbi per secundum declaratur, quid sit quod priùs dicitur, *Qui non habes cor*,quâ phrasi apud alium Prophetam idipsum significatum,vbi legimus,[f] *Ephraim quasi columba seducta*,id est, insipiens, & stolida, *non habens cor.* Hebræa. *Non cor:* id est, non habens intellectum,quod non tam ad Columbam, quàm ad Ephraim refero. Quis sine intellectu esse dicatur, quomodo & in Euangelio Dominus ad Apostolos dixit, [g] *Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligentes quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit,& in secessum emittitur*,&c.Quomodo & Dauid,[h] *Nolite,inquit,fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* quomodo & Apostolus eiusmodi hominem, qui animalibus sine intellectu sit similis,animalem item appellans,de illo ait, [i] *Animalis homo non percipit*, id est, intellectu non attingit,*quæ sunt Spiritus Dei.* Quomodo & in libro Sapientiæ dicitur. [k] *Populi autem videntes, & non intelligentes, & non ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius.* Meritò autem super Iudaicum populum perduraturas calamitates hîc ait Dominus,cùm ille hac ratione, & stultus sit, & insipiens,& vecors sine intellectu; nam & per alium Prophetam dixit, [l] *Et populus non intelligens vapulabit.*

Vecordes quinam propriè dicendi sint fidelium.

c Rom. 1. 21.

d Ioan. 17. 3.

Vecordes iidē qui & sine intellectu.

e Iere. 5. 20.

f Hose. 7. 11.

g Matth. 15. 16.

h Psal. 31. 9.

i 1. Cor. 2. 14.

k Sap. 4. 14.

Fideli vecordi, & non intelligēti meritò contingunt flagella.

l Hose 4. 14.

8 (*Sapientes sunt vt faciant mala,benè autem facere nescierunt.*) Vt confirmet, quàm verè prædictis omnibus stultitiæ,& fatuitatis generibus Iudæos stultos, insipientes atque vecordes dixerit, addit modò Dominus, in eo ipso illorum stultitiam, insipientiam,atque vecordiam elucescere, quòd sapientes sese censuère, atque etiam dixère,iuxta illud Pauli.[m] *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*, quod ex eo desumpsit Prouerbiorum,[n] *Vidisti hominem sapientem sibi videri?magis illo spem habebit in-*

Sapiens apud semetipsū est omnium stultissimus.

m Rom. 1. 22.

n Prou. 26. 12.

A *sipiens*, quia [o] *quæ stulta mundi sunt elegit Deus, vt confundat fortia.* *Sapientes*,inquit,*sunt:* si sapientiam metiaris secundùm intellectus duntaxat acumen,Quis enim explicet eorum machinationes, eorum consilia,eorum artificia,eorum dolos, vafricies,fictiones, nouaque inuenta? Quis eorum acutissima ad decipiendum compræhendat argumenta? Quis prudentes eorum attingat astutias, quibus mira ingenij subtilitate in omnem sese versant partem? Verum cùm hac ratione sint (*sapientes vt faciant mala:*)haud profectò sapientes dicendi sunt simpliciter, sed sapientes secundùm

o 1. Cor. 1. 27.

Sapiētes mūdi quales, & quam rectè dicti stulti, insipiētes,atque vecordes.

B mundi sapientiam,quæ (vt benè ait Apostolus,) [p] *stultitia est apud Deum.* Quis verò meliùs id de talibus affirmare posset sapientibus, quàm idemmet qui hic loquitur Deus, cùm is solus stultam eorum declarare potest sapientiam, qui, vt ex Psalmo 93. refert Paulus,[q] *nouit cogitationes*,& machinamenta *sapientum* talium, *quoniam vanæ sunt.* Quidue excogitari potest insipientius,quàm Sapientes se censère, qui vanâ præditi sunt sapientiâ? quod tantumdem est, ac si diceremus, qui vani, inanesque sunt atque vacui verâ solidâque sapientiâ.

p 1. Cor. 3. 19.

q 1. Cor. 3. 20.

C Quod hoc loco expressit Dominus dicens: (*Bene autem facere nescierunt.*) Quorum germanus intellectus ex iis eruendus est,quibus sapientissimus Salomon in principio libri Prouerbiorum ait.[r] *Timor Domini Principium sapientiæ: sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt.* Ac si dicat, Stulti despiciunt sapientiam, & doctrinam benefaciendi; Nec dubium quin sic despicientes ipsâ vacui sint sapientiâ: cùm sapientia vera sita sit in timore Domini. Quod clariùs explicauit auctor libri Ecclesiastici, dicens, [s] *Plenitudo Sapientiæ timere Deum:* quamquam & in citata Salomonis sententia idipsum significetur ex vi vocum Hebraic. & Grec. ראשית *resith*, & ἀρχὴ *archi*, quæ nedum

9

Sapientia vera sita est in timore Dei, atque in benè operandi.

r Prou. 1. 7.

s Eccl. 1. 20.

D Principium designant, vt habemus in Vulgata, sed & caput,seu præcipuum,ac principatum, atque etiam summam. Quomodo ipsum Principij nomen item in Vulgata pro Principatu vsurpatum reperitur in Psalmo 109. [t] *Tecum Principiū*,id est,principatus,*in die virtutis tuæ.* Porrò per timorem Domini intelligit Sapiens omnem Dei reuerentiam,quâ fit vt homo Dei maiestatem habens præ oculis illum magnificiat, illi submisse se subiiciat, illi morem in omnibus gerere studeat,

t Psal. 109. 3.

Timoris Dei nomine quid significetur, cùm is dicitur principiū & summa sapientiæ.

E cauens studiosè, ne illum offendat, vt bene super eum locum declarat Iansenius. Et timere Deum est benefacere in Dei obsequium, & ex pietate in Deum.

Quoad lectionum varietatem vnum duntaxat notandum superest circa versionem Sept. Pro eo enim quod noster interpres ex Hebræo legit, (*Quia stultus populus meus me non cognouit.*) Legunt Sept. διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν. (*Quia qui Duces,seu Principes populi mei,me nō cognouerunt,filij insipientes sunt,& non intelligentes*,&c.)

10

F Qua in versione videntur illi Sapientes seniores quod nunc in Hebraico textu habemus אויל עמי *euil ngammi.* (*Stultus populus meus,*) legisse אלי עמי *ele ngammi* hoc est, (*Dij populi mei:*) fat exploratum habentes, Deos populi significare Principes populi. Prout fecère in cap. 17. Ezechielis,vbi quod in Hebræo dicitur, [u] *Et Deos terræ tollet*, verterunt, *Et duces terræ tollet*,Vulgata, *Et fortes terræ tollet.* Cùm alioqui in Psalmo 81. nomen Deorum pro ducum,atque iudicum, prout est in Hebræo, verterint,[x] *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.*

Principes in scriptura appellati Dij.

u Ezech. 17. 13.

x Psal. 81. 1.

Quæ

Iudices in ſcriptura appellati Dij. a Pſal. 81. 5. *Iudices praui ignorãtes, & maximarum ruinarũ cauſa.*

Quæ coniectura ſi vera eſt, Locus iſte Ieremiæ A illi erit ſimilis, quo in præcitato Pſalmo 81. item de Iudaici populi iudicibus, & ducibus dicitur,[a] *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*, id eſt, Cùm omnes eſſetis filij excelſi, atque adeo in excelſo ducatus populi mei ſtatu collocati, dixi, tam iuſtè, tamque rectè vos præeſſe, ac iudicia exercere debere, vt mihi hac ratione ſimiles Deo, & vos dij quodammodo appellaremini iure. Attamen non cognoſcentes me, planè neſciitis, qui eſſetis, quidve vobis facto opus fuiſſet, vtque inſipientes, atque B vecordes non intellexiſtis, & in tenebris ignorantiæ ambulaſtis omnis veræ expertes ſapientiæ. Vnde conſecutum eſt, vt omnia moueantur fundamenta terræ, quod mox & noſter aſſerit Ieremias in verſ. ſequenti, (*Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili.*)

11 *Principibus quàm congruat nomen Dei, ob illius ſimilitudinẽ in virtute.* Plutarchus.

Neque verò nouum eſt vt Principibus tribuatur appellatio Dei, ob id quòd præ reliquis in ſe referre debeant Dei ſimilitudinem, cùm & apud Gentiles præclarè Plutarchus lib. Quod in Principe requiratur doctrina, dicat, *Princeps eſt Dei ſimulacrum adminiſtrantis vniuerſa, nihil egens C Phidiâ ſtatuario, neque Polycleto, neque Myrone; Sed ipſe ſeipſum per virtutem Deo ſimilem reddit, ac fabricatur ſtatuam omnium viſu iucundiſſimam, ac magnificentiſſimam.* Explicanſque id clariùs addit. *Quemadmodum enim Deus in cælo pulcherrimum ſui ipſius ſimulacrum conſtituit Solem, ac Lunam. Talis eſt in Republica imago ac lumen Princeps, qui Dei reuerens iuſtitiam tuetur, hoc eſt Dei rationem geſtat, nempe intellectum: non ſceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua ſpecie nonnulli ſeipſos fingunt, ac pingunt, ſtultitiam ſuam, quòd videantur inacceſſi, reddentes inuidioſam. Offenditur enim Deus iis qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem iis, qui ſuam* D *æmulantes virtutem, ſemet in honeſtate, & humanitate reddunt adſimiles; atque hos in maius prouehit, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius. Non enim fœlix eſt Deus vitæ ſpatio, ſed principatu virtutis.*

12 Quòd ſi præallatæ coniecturæ fortaſſe quis cenſeat locum non dandum: cùm conſtet, Sept. ſic præſentem ſententiam vertiſſe. (*Quia duces populi mei me non cognouerunt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes, Sapientes ſunt*, &c.) duobus modis eam

Principes, & Prælati mali ſuo malo exẽplo & ſubditos peruerſos reddunt.

explicare poſſumus lectionem. Primò, vt Deus E per hæc duplicem afferat ruinæ Iudaici populi rationem: vnam, quia illius duces ipſum vt verum Deum non cognouerunt, atque adeo nec ei obtemperarunt, vt ipſius rebelles. Alteram, quia ad eorundem ducum ſuorum exemplum, ſeu ex prædicta eorum ignorantia reliqui de populo inferiores filij extitere inſipientes, & non intelli-

b Eccl. 10. 2.

gentes, ſapientes, &c. iuxta illud Eccleſiaſtici,[b] *Secundùm iudicem populi, tales, & miniſtri eius, & qualis eſt rector Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Secundò, vt tota eiuſdem cauſa in ſolos ipſos refe-

Principes, & Prælati mali ſunt cauſa ruina Regnorum, & Ciuitatum.

ratur duces, de quibus & omnia intelligẽda ſint, F quæ hîc dicuntur. Quomodo fecit idem Dominus apud Iſaiam, cùm ſtatim ac dixit,[c] *Principes tui infideles, ſocij furum, Omnes diligunt munera*, &c.

c Iſai. 1. 23.

ſubdit, *Propter hoc, Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, &c.* Sic & ſupra in cap. 2. Ieremiæ, cùm dixiſſet, *Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus*, &c. Subiecit illico,[d] *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum*, &c.

d Iere. 2. 8.

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus meus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

13 *Vnde ſit quòd iuſtus in vita ſpirituali magno eſt animo: & è cõtra peccator maximè eſt puſillanimis.*

SI per cognoſcendi verbum ea hoc loco ſignificetur intellectus notitia, quæ adiuncta habeat voluntatis obſequia in operationibus, optima ſanè, &, vt dici ſolet, radicalis hîc aſſignatur ratio eorum, quæ mox dicta ſunt. Vnde ſit, quòd iuſtus ita eſt confidens, magnoque in vita ſpirituali præditus eſt animo, vt nedum vel validiſſimis non ſuccumbat tentationibus, nedum prælium cum ſpiritualibus nequitiis minimè detrectet, ſed & fortiter dimicans antiquum in fugam vertat ſerpentem, Cuius contrarium homini contingat iniquo. Ratio autem quæ affertur vtriuſque vna met eſt, quia iuſtus eſt ſapiens, Deum cognoſcens, iniuſtus verò eſt ſtultus, Deum non cognoſcens.

Præclarè, aptiſſimáque ſimilitudine totam rationis huius vim explicatam à Chriſto Ieſu reperio in Euangelio, vbi ait,[e] *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro Sapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Ex quibus colligere licet, eum dicendum iuſtum, qui ſit & ſapiens: eum eſſe ſapientem, qui Deum cognoſcat, eique obſequium præſtet: eum denique Deũ cognoſcere, qui nedum externo aurium, ſed & interno intellectus auditu illius verba percipiat, eaque & compleat actione. Deſcendant in iſtius iuſti, ac ſapientis partem ſuperiorem pluuiæ ſuggeſtionum: veniant in inferiorem eiuſdem partem carnis, fluxarumque rerum flumina, tentationum, irruant vndequaque in eum venti ſpiritualium nequitiarum, non ſuccumbit ille, non cedit, nec vel tantillum mouetur, ſtatque fortiter obſiſtens: quia vt verè ſapiens bonæ conuerſationis ſuæ domum ſupra petram ædificauit ſolidiſſimam eius cognitionis Dei, quæ adiunctam habet verborum, ac mandatorum illius obſeruationem.

e Luc. 6. 48. *Iuſtus is eſt, qui eſt & ſapiens, Deum cognoſcens, eidemque opere obſequens.*

Iuſtus quàm fortis ſit.

13 *Ex humilitate iuſtus habet & veram ſapientiã, & robur verum.* f Luc. 6. 48.

Benè autem in Euangelio ſecundùm Lucam additur,[f] Sapientem iſtum fodiſſe in altum, & poſuiſſe fundamẽtum ſuper petram: neque enim vel ſapiens is eſſet, vel tanto præditus eſſet robore, ſi per demiſſam, profundamque humilitatem ædificio conuerſationis ſuæ non fodiſſet, & benè in altum fodiſſe dicitur, quia per humilitatem ipſam ſuam altiſſimo id totum Deo adſcriptum vult, quod in ſe conſurgens eſt boni, quodque eſt & roboris. Cæterùm qui iniquus eſt fidelium vel ad minimum tentationis impulſum deiicitur, ſuccumbenſque in fugam à Diabolo vertitur: ſtultus quippe eſt, ſicque diuinæ expers cognitionis, vt tametſi aliquando Dei audiat verba, verã tamen cognitione illa & opere complere minimè curet, illi profectò ſimilis ſtulto, qui ſuper arenam ſuam ædificat domũ. Ecquæ enim maior ſtultitia, quàm ſuper arenam, ſuper terrena, & ſuper inania domum ſuæ ædificare conuerſationis eum, qui audito Dei verbo, ſuper ſolidiſſimam eiuſdem verbi cognitionem, & obſerua

Peccator puſillo eſt animo, quia eſt ſtultus, Deũ ignorans, cui obſequium præſtet.

seruationem vt super petram ædificare eamdem quiuisset?

15 Ex hisce ipsis verbis, (*Quia stultus populus meus me non cognouit,*) alteram quoque desumere possumus moralem rationem, cur de fideli aliquo id asseratur, quòd ita abiecto sit animo, vt in fugam facillimo negocio detur à Diabolo, qui, & quasi buccina ingentem spiritualium nequitiarũ aciem aduersùs illum conuocare consueuit. Stultus in Sacra Scriptura is dici solet frequenter, qui ideo abiectè de Deo sentit, quòd Deum non cognoscat qui veræ expers est fidei, ita vt peculiari sit stulti attributum quòd Deum non cognoscat, adeoque & idololatris, qui Deum minimè cognouère, vt illum glorificarent, & colerent, id adscribitur nominis: sic Moyses cùm Iudaicum populum idololatriæ arguisset, dicens.[a] *Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus,* id est in idolis subiecit, *Haeccine reddis Domino popule stulte, & insipiens?* Et infra,[b] *Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt me in vanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.* Sic Regius vates,[c] *Populus*, ait, *insipiens incitauit nomen tuum.* Et,[d] *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Quo verò nomine discipulos illos duos appellauit Iesus, quos fidei reprehendit defectu, nisi hoc? dixit enim,[e] *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ.*

Stultus in scriptura dicitur peculiariter is qui expers est fidei, & idololatra verum Deum non cognoscens.

a Deut. 32. 5.
b Deut. 32. 21.
c Psal. 73. 18.
d Psal. 13. 1.
e Luc. 24. 25.

16 Quod itaque eos maximè cruciat, qui aliquid habent spiritus, istud est, quòd plerique Christianorum in id deuenère vilitatis, vt à Diabolo in fugam se verti sinant à virtute ad vitia, quia non habent fidem, quia non cognoscunt Deum protectorem vitæ ipsorum; si enim verè crederent Domini verbis, quibus in Euangelio dixit.[f] *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum,* Et[g] *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras,* &[h] *Princeps huius mundi iam iudicatus est,* haud ita stulti essent, vt fugerent: quin potiùs cum Sapientissimo Rege Dauid dicerent,[i] *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si consistant aduersùm me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego sperabo.*

Fidei inopia est causa, vt Mundani ignauiter fugiant à Diabolo, ei non valentes resistere.

f Ioã. 16. 33.
g Ioã. 12. 31.
h Ioa. 16. 11.
i Psal. 26. 1.

17 Sed & id eosdem angit vehementius, quòd multi item eorum, qui Christiano appellantur nomine, ita fugientes sunt, & in vitia omnia præcipites, quia stulti sunt, sicque Deum nõ cognoscunt, vt idolorum indulgeant seruituti: stulti planè & idololatræ, ij verò sunt diuites auari. Tales quippe vt proprio etiam nomine stultos appellare consueuerunt sacræ literæ sic Psal. 48.[k] *Simul insipiens, & stultus peribunt, Et relinquent alienis diuitias suas.* Sic Lucæ 11.[l] *Stulti, nonne qui fecit id quod deforis est, etiam quod deintus est fecit? Verumtamen quod superest date eleemosynam:* & Lucæ item 12.[m] *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti cuius erunt?* Nedum verò idololatras, sed quasi ipsammet idololatriam per excellentiã eosdem nuncupat Paulus, cùm in epistola ad Ephesios ait,[n] *Hoc autem scitote intelligentes,* id est, intellectu bene percipite, *quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habent hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Vbi pondera, Apostolum non dicere. *Aut auarus qui est idolis seruiens*, sed, *quòd est idolorum seruitus*, id est, quia ipse, scilicet auarus, est idolorum seruitus. Tametsi non ignorem, in textu Græco haberi, *qui est idololatra*, secundùm quam lectionem magis ad literam Latinam nostram sic intelliges, *Aut auarus, quod sc. esse auarum, est idolorum seruitus.*

Diuitiæ reddunt fideles sæpe animo viles.

Diues auarus in scriptura appellatus stultus, & idololatra.

k Psal. 48. 11.
l Luc. 11. 40.
m Luc. 12. 20.

Diues auarus est ipsummet idololatriæ scelus.

n Eph. 5. 5.

Probauimus autem aliàs, diuites auaros iure dici posse alium non agnoscere Deum, quàm diuitias ipsas suas, ad quas confugiunt, à vero recedentes Deo, in quibus suam omnem collocant fiduciam, quas & vt præcipuum colunt idolum, quibus denique & cor suum, quod vnum præberi sibi efflagitat Deus apud[o] Salomonem illis nedum largiuntur, sed & in singulare apponunt sacrificium, & veluti glutine adnectunt tenacissimo, à quo, vt à re planè execranda fideliũ quosque deterret Dauid dicens,[p] *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Vnde iure optimo Ieremias noster nedum (*stultos*) hos appellat, atque (*insipientes.*) Sed & (*Vecordes, filij insipientes sunt & vecordes,*) id est sine corde, quod videlicet illud iam, vt idolo suo, diuitiis apposuère, iuxta illud Domini,[q] *Vbi est cor tuum, ibi est & thesaurus tuus.* Meritò igitur qui ad Dei honorem, ad proximique anhelant salutem cum Propheta anguntur, & inquiunt, (*Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ, Quia stultus populus meus me non cognouit,* &c.) ipsamet Dei verba referentes, cùm exploratum optimè habeant, nusquam tutius Diaboli audiri buccinam conuocantem Dæmones, qui fideles in fugam vertant recedentes à Deo, quàm in diuitum habitaculis. 18

Diues dicitur rectè sine corde.

o Prou. 23. 26.
p Psal. 61. 11.
q Matt. 6. 21.

Diuites facillimè fugãtur à Dæmonibus.

Ideo Sapiens ille beatũ eum proclamabat, quẽ inter hos videri non contigisset fugiẽtem, virum sanè virtute insignẽ, & absque nequitiæ macula, dicens,[r] *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit:* (eo scilicet modo, quo plerique in scriptura dicuntur ambulasse post Deũ, illum colentes, illique debita præstantes obsequia.) *Nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic? & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Ac si dicat, Vix quisquam reperitur diuitum, quem Dæmones terga Deo vertere non faciant, quiue versùs diuitias fugere non conspiciatur. Si quis tamen est, planè dignus est, quem laudibus prosequamur, quia fecit mirabilia. Quænam verò ista sunt? hæc ipsa, quòd fugari se minimè permisit à Diabolo, vt à suo recederet Deo; quòd post diuitias non abiit; quòd ad illas non confugit, quòd quam Diabolo resistens subditus Deo, iisdem quas ab eodem Deo se accepisse intelligit, Diabolum ipsum fugat diuitiis, sapienter illis in Dei vtens obsequium. 19

r Eccl. 31. 8.

Diues bonus mirabilia facere dicitur.

(*Sapientes sunt, vt faciant mala.*) Pugnantia quidem dici hîc videntur, cùm ex lib. Sapientiæ constet,[s] *In maleuolam animam non introituram sapientiam, nec habitaturam in corpore subdito peccatis:* Nisi fortè dixerimus, Sapientiæ contingere, quod & corporeo cibo: Cibum enim & illam esse exinde colligere est, quod de semetipsa ait,[t] *Qui edunt me adhuc esurient.* Sicut in plenum malis humoribus stomachum ingredi nequit vel dulcissimus, & maximè salutaris cibus; si tamen in eumdem iniiciatur stomachum, & pro tempore, quo retinetur, acerbissimis illum cruciat labore, atque dolore, & dum euomitur, vnà cum prauis emittitur humoribus, & odore deprauatus, & forma, atque sapore: Ita in maleuolam animam introire nequit sapientia, at si quis curiositate, humanoque studio in suam eam iniicere satagat animam, dum illam intra se retinet, labore per eam affligetur, & dolore, iuxta illud Ecclesiastes,[u] *Qui addit scientiam, addit & laborem*, & secundùm aliam literam, *& dolorem*, dumque foras illam emittit, 20

Sapientia in impij anima est sicut cibus in stomacho prauis humoribus pleno.

s Sap. 1. 4.
t Eccl. 24.
u Eccl. 1. 18.

instar

Iudices in ſcriptura appellati Dij.
a Pſal. 81. 5.
Iudices praui ignorãtes, & maximarum ruinarũ cauſe.

Quæ coniectura ſi vera eſt, Locus iſte Ieremiæ A illi erit ſimilis, quo in præcitato Pſalmo 81. item de Iudaici populi iudicibus, & ducibus dicitur,[a] *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*, id eſt, Cùm omnes eſſetis filij excelſi, atque adeo in excelſo ducatus populi mei ſtatu collocati, dixi, tam iuſtè, tamque rectè vos præeſſe, ac iudicia exercere debere, vt mihi hac ratione ſimiles Deo, & vos dij quodammodo appellaremini iure. Attamen non cognoſcentes me, planè neſciſtis, qui eſſetis, quidve vobis facto opus fuiſſet, vtque inſipientes, atque B vecordes non intellexiſtis, & in tenebris ignorantiæ ambulaſtis omnis veræ expertes ſapientiæ. Vnde conſecutum eſt, vt omnia moueantur fundamenta terræ, quod mox & noſter aſſerit Ieremias in verſ. ſequenti, (*Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili.*)

11
Principibus quàm congruat nomen Dei, ob illius ſimilitudinẽ in virtute.
Plutarchus.

Neque verò nouum eſt vt Principibus tribuatur appellatio Dei, ob id quòd præ reliquis in ſe referre debeant Dei ſimilitudinem, cùm & apud Gentiles præclarè Plutarchus lib. Quod in Principe requiratur doctrina, dicat, *Princeps eſt Dei ſimulacrum adminiſtrantis vniuerſa, nihil egens Phidiâ ſtatuario, neque Polycleto, neque Myrone; Sed* C *ipſe ſeipſum per virtutem Deo ſimilem reddit, ac fabricatur ſtatuam omnium viſu iucundiſſimam, ac magnificentiſſimam.* Explicanſque id clariùs addit. *Quemadmodum enim Deus in cœlo pulcherrimum ſui ipſius ſimulacrum conſtituit Solem, ac Lunam. Talis eſt in Republica imago ac lumen Princeps, qui Dei reuerens iuſtitiam tuetur, hoc eſt Dei rationem geſtat, nempe intellectum: non ſceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua ſpecie nonnulli ſeipſos fingunt, ac pingunt, ſtultitiam ſuam, quòd videantur inacceſſi, reddentes inuidioſam. Offenditur enim Deus iis qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem iis, qui ſuam* D *æmulantes virtutem, ſemet in honeſtate, & humanitate reddunt adſimiles; atque hos in maius prouehit, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius. Non enim fœlix eſt Deus vitæ ſpatio, ſed principatu virtutis.*

12
Quòd ſi præallatæ coniecturæ fortaſſe quis cenſeat locum non dandum: cùm conſtet, Sept. ſic præſentem ſententiam vertiſſe. (*Quia duces populi mei me non cognouerunt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes, Sapientes ſunt*, &c.) duobus modis eam explicare poſſumus lectionem. Primò, vt Deus E per hæc duplicem afferat ruinæ Iudaici populi rationem: vnam, quia illius duces ipſum vt verum Deum non cognouerunt, atque adeo nec ei obtemperarunt, vt ipſius rebelles. Alteram, quia ad eorumdem ducum ſuorum exemplum, ſeu ex prædicta eorum ignorantia reliqui de populo inferiores filij extitère inſipientes, & non intelligentes, ſapientes, &c. iuxta illud Eccleſiaſtici,[b] *Secundùm iudicem populi, tales, & miniſtri eius, & qualis eſt rector Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Secundò, vt tota eiuſdem cauſa in ſolos ipſos referatur duces, de quibus & omnia intelligẽda ſint, F quæ hîc dicuntur. Quomodo fecit idem Dominus apud Iſaiam, cùm ſtatim ac dixit,[c] *Principes tui infideles, ſocij furum, Omnes diligunt munera*, &c. ſubdit, *Propter hoc, Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, &c.* Sic & ſupra in cap. 2. Ieremiæ. cùm dixiſſet, *Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus*, &c. Subiecit illico,[d] *Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum*, &c.

Principes, & Prælati mali ſuo malo exẽplo & ſubditos peruerſos reddunt.
b Eccl. 10. 2.
Principes, & Prælati mali ſunt cauſa ruinæ Regnorum, & Ciuitatum.
c Iſai. 1. 23.
d Iere. 2. 8.

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus meus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Si per cognoſcendi verbum ea hoc loco ſignificetur intellectus notitia, quæ adiuncta habeat voluntatis obſequia in operationibus, optima ſanè, &, vt dici ſolet, radicalis hîc aſſignatur ratio eorum, quæ mox dicta ſunt. Vnde fit, quòd iuſtus ita eſt confidens, magnoque in vita ſpirituali præditus eſt animo, vt nedum vel validiſſimis non ſuccumbat tentationibus, nedum prælium cum ſpiritualibus nequitiis minimè detrectet, ſed & fortiter dimicans antiquum in fugam vertat ſerpentem, Cuius contrarium homini contingat iniquo. Ratio autem quæ affertur vtriuſque vnamet eſt, quia iuſtus eſt ſapiens, Deum cognoſcens, iniuſtus verò eſt ſtultus, Deum non cognoſcens.

13
Vnde fit quòd iuſtus in vita ſpirituali magno eſt animo: & è contra peccator maximè eſt puſillanimis.

Præclarè, aptiſſimáque ſimilitudine totam rationis huius vim explicatam à Chriſto Ieſu reperio in Euangelio, vbi ait,[e] *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro Sapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Ex quibus colligere licet, eum dicendum iuſtum, qui ſit & ſapiens: eum eſſe ſapientem, qui Deum cognoſcat, eique obſequium præſtet: eum denique Deũ cognoſcere, qui nedum externo aurium, ſed & interno intellectus auditu illius verba percipiat, eaque & compleat actione. Deſcendant in iſtius iuſti, ac ſapientis partem ſuperiorem pluuiæ ſuggeſtionum: veniant in inferiorem eiuſdem partem carnis, fluxarumque rerum flumina, tentationum, irruant vndequaque in eum venti ſpiritualium nequitiarum, non ſuccumbit ille, non cedit, nec vel tantillum mouetur, ſtatque fortiter obſiſtens: quia vt verè ſapiens bonæ conuerſationis ſuæ domum ſupra petram ædificauit ſolidiſſimam eius cognitionis Dei, quæ adiunctam habet verborum, ac mandatorum illius obſeruationem.

e Luc. 6. 48.
Iuſtus is eſt, qui eſt & ſapiens, Deum cognoſcens, eidemque opere obſequens.
Iuſtus quàm fortis ſit.

13
Bene autem in Euangelio ſecundùm Lucam additur,[f] Sapientem iſtum fodiſſe in altum, & poſuiſſe fundamẽtum ſuper petram: neque enim vel ſapiens is eſſet, vel tanto præditus eſſet robore, ſi per demiſſam, profundamque humilitatem ædificio conuerſationis ſuæ non fodiſſet, & benè in altum fodiſſe dicitur, quia per humilitatem ipſam ſuam altiſſimo id totum Deo adſcriptum vult, quod in ſe conſurgens eſt boni, quodque eſt & roboris. Cæterùm qui iniquus eſt fidelium vel ad minimum tentationis impulſum deiicitur, ſuccumbenſque in fugam à Diabolo vertitur: ſtultus quippe eſt, ſicque diuinæ expers cognitionis, vt tametſi aliquando Dei audiat verba, verã tamen cognitione illa & opere complere minime curet, illi profectò ſimilis ſtulto, qui ſuper arenam ſuam ædificat domũ. Ecquæ enim maior ſtultitia, quàm ſuper arenam, ſuper terrena, & ſuper inania domum ſuæ ædificare conuerſationis eum, qui audito Dei verbo, ſuper ſolidiſſimam eiuſdem verbi cognitionem, & obſerua

Ex humilitate iuſtus habet & veram ſapientiã, & robur verum.
f Luc. 6. 48.
Peccator puſillo eſt animo, quia eſt ſtultus, Deũ ignorans, cui obſequium præſtet.

seruationem vt super petram ædificare eamdem quiuisset?

15 Ex hisce ipsis verbis, (*Quia stultus populus meus me non cognouit*,) alteram quoque desumere possumus moralem rationem, cur de fideli aliquo id asseratur, quòd ita abiecto sit animo, vt in fugam facillimo negocio detur à Diabolo, qui, & quasi buccina ingentem spiritualium nequitiarũ aciem aduersùs illum conuocare consueuit. Stultus in Sacra Scriptura is dici solet frequenter, qui ideo abiectè de Deo sentit, quòd Deum non cognoscat qui veræ expers est fidei, ita vt peculiari sit stulti attributum quòd Deum non cognoscat, adeoque & idololatris, qui Deum minimè cognouère, vt illum glorificarent, & colerent, id adscribitur nominis: sic Moyses cùm Iudaicum populum idololatriæ arguisset, dicens.[a] *Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus*, id est in idolis subiecit, *Haeccine reddis Domino popule stulte, & insipiens*? Et infra,[b] *Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt me in vanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.* Sic Regius vates,[c] *Populus*, ait, *insipiens incitauit nomen tuum*. Et,[d] *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Quo verò nomine discipulos illos duos appellauit Iesus, quos fidei repræhendit defectu, nisi hoc? dixit enim,[e] *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ.*

Stultus in scriptura dicitur peculiariter is qui expers est fidei, & idololatra verum Deum non cognoscens.

a Deut. 32. 5.
b Deut. 32. 21.
c Psal. 73. 18.
d Psal. 13. 1.
e Luc. 24. 25.

16 Quod itaque eos maximè cruciat, qui aliquid habent spiritus, illud est, quòd plerique Christianorum in id deuenêre vilitatis, vt à Diabolo in fugam se verti sinant à virtute ad vitia, quia non habent fidem, quia non cognoscunt Deum protectorem vitæ ipsorum; si enim verè crederent Domini verbis, quibus in Euangelio dixit.[f] *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum*, Et[g] *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras*, &[h] *Princeps huius mundi iam iudicatus est*, haud ita stulti essent, vt fugerent: quin potiùs cum Sapientissimo Rege Dauid dicerent,[i] *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si consistant aduersùm me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego sperabo.*

Fidei inopia est causa, vt Mundani ignauiter fugiant à Diabolo, ei non valentes resistere.

f Ioã. 16. 33.
g Ioã. 12. 31.
h Ioã. 16. 11.
i Psal. 26. 1.

17 Sed & id eosdem angit vehementius, quòd multi item eorum, qui Christiano appellantur nomine, ita fugientes sunt, & in vitia omnia præcipites, quia stulti sunt, sicque Deum nõ cognoscunt, vt idolorum indulgeant seruituti: stulti planè & idololatræ, ij verò sunt diuites auari. Tales quippe vt proprio etiam nomine stultos appellare consueuerunt sacræ literæ sic Psal. 48.[k] *Simul insipiens, & stultus peribunt, Et relinquent alienis diuitias suas.* Sic Lucæ 11.[l] *Stulti, nonne qui fecit id quod deforis est, etiam quod deintus est fecit? Verumtamen quod superest date eleemosynam*: & Lucæ item 12.[m] *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti cuius erunt?* Nedum verò idololatras, sed quasi ipsammet idololatriam per excellentiã eosdem nuncupat Paulus, cùm in epistola ad Ephesios ait,[n] *Hoc autem scitote intelligentes*, id est, intellectu bene percipite, *quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habent hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Vbi pondera, Apostolum non dicere. *Aut auarus qui est idolis seruiens*, sed, *quòd est idolorum seruitus*, id est, quia ipse, scilicet auarus, est idolorum seruitus. Tametsi non ignorem, in textu Græco haberi, *qui est idololatra*, secundùm quam lectionem magis ad literam Latinam nostram sic intelliges, *Aut auarus, quod* sc. esse auarum, *est idolorum seruitus.*

Diuitiæ reddunt fideles sæpe animo viles.

Diues auarus in scriptura appellatus stultus, & idololatra.

k Psal. 48. 11.
l Luc. 11. 40.
m Luc. 12. 20.

Diues auarus est ipsammet idololatriæ scelus.

n Eph. 5. 5.

Probauimus autem aliàs, diuites auaros iure dici posse alium non agnoscere Deum, quàm diuitias ipsas suas, ad quas confugiunt, à vero recedentes Deo, in quibus suam omnem collocant fiduciam, quas & vt præcipuum colunt idolum, quibus denique & cor suum, quod vnum præberi sibi efflagitat Deus apud[o] Salomonem illis nedum largiuntur, sed & in singulare apponunt sacrificium, & veluti glutine adnectunt tenacissimo, à quo, vt à re planè execranda fideliũ quosque deterret Dauid dicens,[p] *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Vnde iure optimo Ieremias noster nedum (*stultos*) hos appellat, atque (*insipientes*.) Sed & (*Vecordes, filij insipientes sunt & vecordes*,) id est sine corde, quod videlicet illud iam, vt idolo suo, diuitiis apposuère, iuxta illud Domini,[q] *Vbi est cor tuum, ibi est & thesaurus tuus.* Meritò igitur qui ad Dei honorem, ad proximique anhelant salutem cum Propheta anguntur, & inquiunt, (*Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ, Quia stultus populus meus me non cognouit*, &c.) ipsamet Dei verba referentes, cùm exploratum optimè habeant, nusquam tutius Diaboli audiri buccinam conuocantem Dæmones, qui fideles in fugam vertant recedentes à Deo, quàm in diuitum habitaculis. 18

Diues dicitur rectè sine corde.

o Prou. 23. 26.
p Psal. 61. 11.
q Matt. 6. 21.

Diuites facillimè fugãtur à Dæmonibus.

Ideo Sapiens ille beatũ eum proclamabat, quẽ inter hos videri non contigisset fugiẽtem, virum sanè virtute insignẽ, & absque nequitiæ macula, dicens,[r] *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit*: (eo scilicet modo, quo plerique in scriptura dicuntur ambulasse post Deũ, illum colentes, illique debita præstantes obsequia.) *Nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic? & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Ac si dicat, Vix quisquam reperitur diuitum, quem Dæmones terga Deo vertere non faciant, quiue versùs diuitias fugere non conspiciatur. Si quis tamen est, planè dignus est, quem laudibus prosequamur, quia fecit mirabilia. Quænam verò ista sunt? hæc ipsa, quòd fugari se minimè permisit à Diabolo, vt à suo recederet Deo; quòd post diuitias non abiit; quòd ad illas non confugit, quòd quam Diabolo resistens subditus Deo, iisdem quas ab eodem Deo se accepisse intelligit, Diabolum ipsum fugat diuitiis, sapienter illis in Dei vtens obsequium. 19

r Eccl. 31. 8.

Diues bonus mirabilia facere dicitur.

(*Sapientes sunt, vt faciant mala.*) Pugnantia quidem dici hîc videntur, cùm ex lib. Sapientiæ constet,[s] *In maleuolam animam non introituram sapientiam, nec habitaturam in corpore subdito peccatis*: Nisi fortè dixerimus, Sapientiæ contingere, quod & corporeo cibo: Cibum enim & illam esse exinde colligere est, quod de semetipsa ait,[t] *Qui edunt me adhuc esurient.* Sicut in plenum malis humoribus stomachum ingredi nequit vel dulcissimus, & maximè salutaris cibus; si tamen in eumdem iniiciatur stomachum, & pro tempore, quo retinetur, acerbissimis illum cruciat labore, atque dolore, & dum euomitur, vnà cum prauis emittitur humoribus, & odore deprauatus, & forma, atque sapore: Ita in maleuolam animam introire nequit sapientia, at si quis curiositate, humanoque studio in suam eam iniicere satagat animam, dum illam intra se retinet, labore per eam affligetur, & dolore, iuxta illud Ecclesiastes,[u] *Qui addit scientiam, addit & laborem*, & secundùm aliam literam, *& dolorem*, dumque foras illam emittit, instar 20

Sapientia in impij anima est sicut cibus in stomacho prauis humoribus pleno.

s Sap. 1. 4.
t Eccl. 24.
u Eccl. 1. 18.

instar fœtentis vomitus, cum prauis peccatorum eam emittit humoribus, prout ex eo deducitur Ecclesiastici, [a] *Sicut eructant præcordia fœtentium*, seu secundùm aliam literam, *fœtantium, sic & cor superborum.* Quo loco cor superborum per inflantem nimirum scientiam elatum comparatur præcordiis fœtentium eructantibus, quia sicut huiusmodi præcordia contagiosum fœtorem emittunt, cùm habeant anhelitum corruptum, sic & cor prædictorum superborum exhalare solet verba fraudulenta, & pestifera: Vel secundùm Iansenium Commentar. super eum locum, vt cor superbi comparetur præcordiis fœtantium: quòd sicut illæ humoribus grauatæ sese eructando alleuiant, sic & cor superbi variis apud se grauatum cogitationibus, atque consiliis, ab ipsis se alleuiare nititur nocendo, & aliis detrahendo.

a Eccl. 11. 32.

Iansenius.

21 *Sapientiâ quomodo vsi sint Scribæ, & Pharisæi contra Iesum, eiusque discipulos.*

Sic in Euangelio legimus, Superbos Scribas, & Pharisæos vnà cum superba sua iuris Sapientia eructasse, & euomuisse detractionem aduersùs Christi discipulos, [b] *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cùm panem manducant.* At non fœtidas & suas nocendi euomuerunt cogitationes item cum superbo suæ Sapientiæ supercilio, cùm iidem adducentes ad Iesum mulierem in adulterio depræhensam dixere, [c] *In lege Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare, Tu ergo quid dicis?* Bene autem subiicit Euangelista. Hoc illos dixisse tentantes eum, vt possent accusare eum. [d] Quid Pharisæi illi qui consilium ineuntes vt eumdem Iesum caperent in sermone, miserunt discipulos suos cum Herodianis, qui ei dicerent: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non?* Subditque Euangelista Matthæus, [e] *Cognitâ autem Iesus nequitiâ eorum ait:* prauos indicans humores, quos ex fœtore Iesus percepit eructationis. Pro quibus Marcus ait, [f] *Qui sciens versutiam illorum ait illis*, &c. significans, optimè ex ipsa illorum eructatione Christo Domino innotuisse, eorum demum sapientiam omnem eò directam, vt faciant malum, adeoque versutiæ potiùs quàm sapientiæ nomen eidem tribuendum.

b Matt. 15. 1.

c Ioan. 8. 3.

d Matth. 22. 15.

e Matth. 22. 18.

f Marc. 12. 15.

Sapientia impiorũ dicenda potiùs versutia.

Versutia quid sit.

Sapiẽtia mũdi dicta peccatum.

Quid verò aliud est versutia, quàm nequitia ipsa cum acumine, & machinatione intellectus? Qualis profectò ea est sapientia, quâ ij præditi sunt mundi sapientes, de quibus hîc dicitur, (*Sapientes sunt vt faciant mala.*) Vnde bene per Salomonem de istorum sapientum sapientia, quâ vt lucerna vtuntur dolosâ, ait, *Lucerna impiorum peccatum*: cùm è contra, si verâ insigniti essent sapientiâ, lucidissimâ vterentur lucernâ diuinæ legis, de qua per eumdem Salomonem dicitur, [g] *Mandatum lucerna est, & lex lux*, dicerentque cum Sapientissimo Rege Dauid, [h] *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.*

g Prou. 6. 23.

h Psal. 118. 104.

22

Et benè de eorumdem pariter intellectu, cuius acumen exercent in callidis inuentionibus, atque in peruersis machinationibus, quiue est animæ oculus, per Angelum apud Prophetam Zachariam dicitur, [i] *Hæc est amphora egrediens. Hæc est oculus eorum in vniuersa terra*, & *Hæc est impietas.* Quo loco bene vnum eumdemque intellectum terrenorum tribus insigniuit nominibus, amphoræ, oculi, & impietatis. Amphoram dicit, quia prauos intra se inclusos continet humanarum scientiarum, callidæque prudentiæ, & versutiæ habitus, quos postmodum idem Angelus metaphora exprimit talenti plumbi, dicens, *Et ecce talentum plumbi portabatur:* sc. intra amphoram quâ plumbi metaphorâ, quod & grauissimum est, & onere ipso suo solidè, firmeque consistens, firmitas, quæ peculiaris habituum est, designatur & peccati, quod eisdem inditum est onus. Oculum, quia ipso attentiùs speculatur. Et denique impietatem, quia cùm semper impia speculetur, ita impietati vnitur, vt iure ipsamet dici queat impietas, quomodo iuxta Philosophorum sententiam oculus vnummet fieri dicitur cum eo quod intuetur, dum illius suscipit speciem, in quam & transformatur.

i Zach. 5. 6.

Intellectus mundanorum est amphora continens vitiorũ habitus intra se.

23 *Intellectus mundanorum quomodo sit amphora egrediens.*

Dat autem Angelus peculiaria attributa primis duobus nominibus, oculo quidem quòd sit in vniuersa terra; amphoræ verò, quòd sit egrediens. Enimuerò istorum mundi sapientum intellectus vt amphora habitibus repleta iniquitatis, egreditur: tum quia, vt ait Hieronymus in suis Comment. super Zachar. fertur in aëra, atque in sublime, dum ipso sui acumine ambulat in magnis, & in mirabilibus super se: tum quia exit in actus prauorum consiliorum, mẽdaciorum, fraudum, proditionum, detractionum &c. quod peregregiè expressit Dauid istiusmodi superbâ mũdi sapientiâ eleuatum describens cor in Psal. 40. ait enim, [k] *Cor eius*, id est, intellectus eius, (ostensum est enim supra, cor sæpius appellari solitum intellectum) *congregauit iniquitatem*, (en amphorã plenam habitibus iniquitatis.) Audi egredientẽ, *Et egrediebatur foras.* Quanam verò ratione egrediebatur? *Et loquebatur in idipsum*, id est, simul cum aliis, consilium videlicet aduersùm me conuocãs, mihi detrahens, grauiaque aduersùm me decernens. Vnde subdit, *Aduersum me susurrabant inimici mei*, Et, *Verbum iniquum constituunt aduersum me.*

k Psal. 40. 7.

24 *Intellectus mundanorum dicitur oculus in vniuersa terra, quia totus terræ defixus.*

Cæterum idemmet mundi sapientũ adeoque & stultorum intellectus, vt animæ oculus ab Angelo dictus est esse *in vniuersa terra*, & benè, nam totus is quidem in terra defixus est, teste Salomone, qui ait, [l] *Oculi stultorum in finibus terræ.* Nec vniuersa mundi sapientia, quam vulgò politicam nuncupant, & rationem status, alium vnquam ob oculos habet finem, quàm terrã, quodque ei conglutinatum est commodum, & vt dicunt, interesse terrenum: ita vt sibi id quisque eorum sapientũ, aptare possit, quod tamen alio sensu à sancto Rege Dauid pronunciatum fuit. [m] *Conglutinatus est in terra venter noster.* Ventris quippe nomine intellectum significari sapientum, ex eo colligere est Cantici Canticorum, quo de sponso dicitur. [n] *Venter eius eburneus*, magisque ad rem nostram iuxta versionem Sept. *Venter eius pixis eburnea*, pixis, inquit, quomodo & apud Zachariam idem sapientum intellectus dictus est amphora. Porrò intellectus, venterque iste in sapientibus mundi conglutinatus dicitur in terra, quia à terreno diuelli nequit interesse. Ecquod enim reperiri potest gluten tenacius quàm proprium interesse, quo terræ, terrenoque isti adhæremus mundo. Ideoque bene hîc dicitur, (*Sapientes sunt, vt faciant malum, bene autem facere nescierunt:*) quia terræ hac ratione conglutinati sunt, & mundo, qui vt ait Ioannes, [o] (*totus in maligno positus est.*)

l Prou. 17. 24.

Rationis status sapientia interesse, terramque habet pro fine, & pro obiecto.

m Ps. 43. 25.

n Cant. 5. 14.

Ventris nomine significatus intellectus.

o Ioan. 5. 19.

25 *Rationis status naturâ examinatur exemplo eius, qua vsi sunt Pontifices, & Pharisæi in Concilio, quo Christũ damnarunt ad mortem.*

In Sapientibus id inspicere est Iudæorum, qui erant Pontifices, Scribæ, & Pharisæi. De iis etenim ait Euangelista, [p] *Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, & dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa facit.* Profectò si bene facere nouissent, haud in eum modum locuti fuissent, *Quid facimus quia*, &c. Sed absque vlla hæsitatione dixissent,

p Io. 11. 47.

xiſſent, Quia hic homo multa ſigna facit, quæ A certe facere alius nequiret, niſi Deus eſſet cum illo, hoc facto opus eſt, vt vniuerſi illum & fide, & honore proſequamur, vtque Dei filium ipſum demus operam colant omnes. Verùm quia Sapientes erant vt facerēt malum, & glutino mundani intereſſe conglutinatus erat in terra eorum venter & ſapientia, Audi quomodo vtrumque
a Ioã. 11. 48. iſtorum apertè proteſtati ſunt, adiicientes,[a] *Si dimittimus eum ſic: omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & Gentem.* Noſſe vis quomodo ſapientes vt faciant malum? En peſſimum inuidiæ malum, *Omnes credent in eum:* B gluten vis terreni intereſſe? *Et venient Romani*, &c.

Rationis ſtatus ij ſapientiores, qui & ſapientiores vt faciant mala. Vt autem & id intelligeres, quòd ij iſtâ mundi ſapientiâ ſunt inſigniores, qui & ſapientiores ſunt vt maius faciant malum, quiue propterea eâ elati ſunt ſuperbiâ, vt reliquos ſimilium ſapientum ignorantes appellent, quos malum id patrare, aut conſulere non viderint, quod ſuo ipſi machinati ſunt intellectu, Subdit Euangeliſta,
b Ioã. 11. 49. [b] *Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non vt tota gens pereat.* Vnde poſtmodū communi ſapientum conſiliariorum illorum conſenſu prodiit ſceleſtiſſimum interficiendi Ieſu decretum, quod iam in ſingulorum eorum erat cordibus.

26
Iſaiæ loco explicatū Euãgeliū de Caipha in concilio Chriſtum internecioni dandum aſſerente. Adeo vt admodum congruenter ſapientiſſimo illi Caiphæ id tribui quiuerit Iſaiæ.
c Iſai. 59. 5. [c] *Quod oua aſpidum ruperit, telaſque araneæ texuerit, atque id quod confotum ab ipſo fuerat eruperit in regulum.* Conceperat enim iamdiu id interfectionis Chriſti decretum, fouitque illud, obſeruari ſedulò curans eius actiones vehementiſſimi odij æſtu, quodque D confouerat erupit in regulum, qui viſu nocet, & interimit, in ſententiam nimirum illam, quâ præ aliis ſe videre, ſapientiúſque ſe intelligere conteſtatus eſt, dicens, *Vos neſcitis quidquam*, &c. *Expedit vobis*, &c. Oua aſpidum rupit, dum foras prorumpere fecit ſimile decretum, quod in corde ſapientum, qui in eo erant concilio, vt cōceptus in ouo ſeruabatur ſerpens, & ſerpens Aſpis ſurda, quæ obturat aures ſuas, vt non audiat vocem incantantis: Obturauerunt ſiquidem & ipſi aures ſuas, vt incantantis non audirent vocem, vel Lazari, quem ſuſcitatum à Chriſto videbant, vel cæci nati ipſos ſuis conuincentem rationibus, vel turbæ E clamanti *Hoſannah filio Dauid*, &c. vel eiuſdemmet Chriſti benignè, & ſapientiſſimè eos erudientis.
Rationis ſtatus ſapientes telas araneæ texunt, quaſi ij ipſi rūpunt, quorum prætextu facta ſunt. Sed tamen idemmet Caiphas cum vniuerſo eo concilio telas araneæ texuêre. Nam tametſi politicâ ſapientiâ illâ ſuâ veluti telam orditi ſunt, qua Chriſtum ipſum caperent, & interficerent, telam tamen texuêre araneæ, in qua licet Chriſtum cæperunt, vt factum pro nobis exiguum vermem,
d Pſal. 21. 7. [d] opprobriumque hominum, & quem veluti (vt ita dicam) muſcam plebs omnis abiiceret, diſruptam nihilominus conſpexêre per F illos ipſos, quorum prætextu eam texuiſſe ſignificarunt, per Romanos inquam, de quibus dixe-
e Iſai. 11. 48. runt,[e] *Si dimittimus eum ſic, Venient Romani, & tollent noſtrum locum, & Gentem.* Quod fere omnibus vſu venire ſolet, qui prolixis rationibus ſapientes ſunt, vt faciant mala, iuxta illud libri Iob.
f Iob. 5. 13. [f] *Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat*, iis videlicet ad iſtiuſmodi diſſipationem vtens armis, quibus illi in ſua verſutâ vti fuerint conſultatione.

Quibus ſanè ſapientibus iſta mundi, & politica ſapientia duo præter ea quæ dicta ſunt, circa 27
Rationis ſtatus duæ proprietates. propenſionem, ac ſtudium ad faciendum malum, peculiari competere ſolēt ratione, & quòd Deum non cognoſcunt, vt in hac ipſa ſententia præindicatum vidimus, & quòd bene facere neſciunt, vt & hîc vltimo loco habemus, quæ ambo ex ipſorūmet ore illis & Beatus Iob tribuit, inquiēs.[g] g Iob 21. 14.
Rationis ſtatus ſapientes ſæpe in atheiſmũ decidunt. *Qui dixerunt Deo, Recede à nobis.* En primum: *Scientiam viarum tuarum nolumus.* En alterum. Experientiâ enim patet, politicos iſtos paulatim ita à Dei alienari cognitione, vt non immeritò atheos illos appelles, cum iſtiuſmodi eos vrgēte ſapientia, quæ intereſſe proprium pro obiecto habet, factis, & plerumque etiam verbis cum impio dicere audeant Rege Pharaone,[h] *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam.* Et cum ſuperbiſſimo Rege Nabuchodonoſor,[i] *Quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea?* h Exod. 5. 2. i Dan. 3. 16.

Rationis ſtatus ſapientes benefacere neſciunt, & cur. Et quomodo non neſcient benefacere, qui vias Dei ſcire nolunt, quas vias iuſtitiæ, ſemitaſque Iudicij appellat Salomon?[k] qui vias proprias proſequi in omnibus volunt, quas malitias item eorum in capite ſecundo noſter nuncupauit Ieremias, cùm dixit,[l] *Quæ inſuper malitias tuas docuiſti vias tuas?* Quomodo ſcire poſſunt benefacere, ſi iſtæ eorum viæ, iſtaque ſtudia, & cogitationes toto cælo à Dei diſtant, & viis, & cogitationibus.[m] *Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ*, ait apud Iſaiam Dominus, *neque viæ veſtræ, viæ meæ. Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* k Prou. 8. 20. l Iere. 2. 33. m Iſai. 55. 8.

VVLGATÆ.

Verſ. 21.] Vſquequò videbo, &c.

Verſ. 22.] Quia ſtultus populus, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Ἕως πότε ὄψομαι φεύγοντας, ἀκούων φωνὴν σαλπίγγων;

22. Διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου οὐκ ᾔδεισαν. υἱοὶ ἄφρονές εἰσι, καὶ οὐ συνετοί, σοφοί εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι οὐκ ἐπέγνωσαν.

Verſ. 21.] Vſquequò videbo fugientes, audiens vocem tubarum?

Verſ. 22.] Quia duces populi mei me non cognouerunt: filij inſipientes ſunt, & non intelligentes: ſapientes ſunt, vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quando videbo ego ſigna, audiam vocem cornu?* Verſ. 1
22. *Quia inſipientes facti ſunt populus meus: ſcire timorem meum non didicerunt: filij inſipientes ſunt, & non intelligentes: Sapientes ſunt, vt male faciant, benè autem facere neſciunt.*

Hieronym. in Comment. (*Vſquequò videbo*, &c.) Hieronym.

Vel

Vel fugientes Regem Babylonium, vel fugientes me, & à meo seruitio recedentes. Vt sint verba Domini.

Theodorit.

Theodoritus tamen Prophetæ ea tribuit enarranti multitudinem fugientium. Sicque & D. Thom. afferens locum illum Thren. 1. quo dicitur, [a] *Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.*

D. Thom.

a Thren. 1. 6.

2 Vers. 22. (*Quia stultus populus meus me non cognouit,*) seu iuxta Sept. (*Quia duces populi mei me non cognouerunt.*) Citat hunc locum Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 5. (*Qui præsunt populo meo me nesciebant: filij enim insensati, & imprudentes sunt, sapientes sunt in malefaciendo, benè autem facere non cognouerunt.*)

Irenæus.

Athanas. regula de Virginitate seruanda. *Qui seruari cupis, fac te stultum in hoc mundo, vt à Domino audiaris sapiens. Ab hominibus contra, ij, qui dando, & accipiendo, in emendo, vendendo, negotiisque gerendis, in fraudando, fœnerando versuti sunt, & ex vno obolo duos facere norunt, prudentes appellari solent. Sed Deus hos ipsos stultos, inertes, & peccatores vocat, (Populus iste inquit, prudens est ad malefaciendum, cæterum benè facere non nouerunt.)*

Athanas. *Prudentia mundanorum stultitia.*

Simili modo & Basilius Magnus homil. in Psal. 48. super ea verba. *Cùm viderit Sapientes morientes, &c. Sapientes dicit veteratoriâ versutiâ, & imposturâ insignes, de quibus Ieremias ait, (Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem, &c.)*

Basilius. *Sapientia mundi est versutia.*

3 Hieronymus. *Causa contritionis, vastitatis, fugæque, & buccinæ: (Quia stultus factus est populus) non naturâ, sed studio voluntatis. Ipsaque stultitia hinc probatur: quia non cognouerunt Deum, & pro filiis sapientibus, stulti filij facti sunt, & vecordes. Quæ enim maior potest esse stultitia, quàm cognoscente boue possessorem suum, & asino præsepe Domini sui, Israel Dominũ non cognoscere, & præsentem contemnere, quem semper videre cupiebat? Quodque infertur. (Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.) Hic sapientia pro malitia accipienda est, iuxta quod & [b] filij sæculi huius sapientiores sunt filiis lucis: Et villicus iniquitatis quaedam sapienter fecisse narratur: [c] Et serpens in paradiso, prudentior cunctis bestiis legitur. Illa est ergo vera sapientia, quæ Dei timori iungitur. Alioquin vbi insidiæ sunt, & tergiuersatio, non sapientia, sed versutia, & calliditas appellanda est. Sept. (Quia Principes populi mei non cognouerunt, vt magistrorum sit magis culpa, quàm populi Dei scientiam non habentis.)*

Hieron. *Quàm stultũ sit non nosse Deum.*

Sapientia nomen pro malitia & versutia.

b Luc. 16. 8.

c Gen. 3. 1.

4 Cyrillus Alex. homilia 5. Paschali. *De Iudæis meritò sic Propheta proclamat (filij stulti sunt, & imprudentes.) Cuius quidem assertionis veritatem quis obsecro audeat in dubium vocare? Quis neget, stultos esse & amentes, quibus cum ex Prophetarum lectione pietatis mysterium ediscere, atque ex Mosaïcis pariter Commentariis satis superque de eo (Christo) erudiri liceret, vsque adeo in salute sua dissoluti, ac negligentes fuerunt, vt ad eam rem longè plus studij gentes attulerint, prout apud eumdem Ieremiam 6. 17. scriptum est.*

Cyril. Alex. *Iudæi quàm stulti, & imprudentes quoad sacrarum literarũ vsum.*

Theodoritus. *Ex persona Dei ait, (Quia duces populi mei me non reueriti sunt, filij stulti sunt, & non sapientes.) Et ne putentur veniâ digni, tanquam stulti, statim subiunxit. (Sapientes sunt ad faciẽda mala, &c.) Istud enim est molestissimè ferendum, quòd hi ad rem nihili vtuntur sapientiâ: veluti ebrij, vino, & homicidæ, ferro.*

Theodorit. *Mundani vtuntur sapiẽtiâ vt ebrij vino, & vt homicidæ ferro.*

D. Thom. *Assignat vastationis rationem, scil. priuationem debitæ scientiæ. (Quia stultus) quantum ad cognitionem diuinorum: (Insipientes) quantum ad experientiam dulcedinis ipsorum. (Vecordes) quia sine corde, quantum ad electionem agibilium. Isai. 5. [d] Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et quantum ad sagacitatem fraudulentiæ, Sapientes sunt, contra. Rom. 16. [e] Volo vos Sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

D. Thom. *Ruinarũ causa in prouinciis est defectus scientiæ, & sapientiæ debitæ.*

d Isai. 5. 13.

e Rom. 16. 19.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΩΣ πότε ὄψομαι φεύγοντας, ἀκούων φωνὴν σαλπίγγων;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν δὴ τῶν μὲν σαλπίγγων ἠκουσῶν, καὶ πολέμου, καὶ μάχην, οὐ πρὸς ἡμᾶς ἢ ἀφικνουμένων; ἀλλ' ἐπήγαγεν, ὅτι τεταλαιπώρηκε πᾶσα ἡ γῆ. καλῶς τὸ, τεταλαιπώρηκε, πανταχοῦ γὰρ σπουδάζει θεόθεν τὸν πόλεμον ἀναῤῥιπιζόμενον τοῖς ἰδίοις ἐπιδεῖξαι τοῦτον. τὸ, γὰρ, ταλαιπωρῆσαι τοῦτό ἐστιν. οὐ γὰρ διὰ πολέμου μόνον, καὶ μάχην αὐτῶν ἐκράτουν, ἀλλ' ἀθρόον ἐλθόντες καὶ παρ' ἐλπίδας, καὶ ἄφνω.

Τοῦ αὐτοῦ.] θεατὴν αὐτὸν ποιεῖ, καὶ ἀκροατὴν, ἵνα ἑκατέρωθεν αὐτοὺς καταπλήξῃ, εἶδεν ὁ προφήτης, ἵνα μὴ ἴδωσιν οἱ ἰουδαῖοι. ἐπόνεσε τὴν καρδίαν ὁ Ἱερεμίας, ἵνα αὐτοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ φυλάξῃ. πολλαχοῦ τοὺς θεραπεύοντας ἐκδίδωσι. τοῦ αὐτοῦ.

Ἵνα ἐκείνους διατηρήσῃ.

Ολυμπιοδώρου.] τῆς βαβυλωνίων, ἢ ῥωμαίων, ἢ καὶ πρὸς τὸ τέλος τοῦ διαβολικοῦ κηρύγματος.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἢ τοὺς αἰσθητοὺς πολεμίους, ἢ καὶ τοὺς μὴ δυναμένους ἀντιστῆναι τῷ διαβόλῳ φησίν.

Τοῦ

5 Vers. 21. *VSquequò videbo fugientes, audiens vocem tubarum? &c.)*

Chrysostmi.] *Ad quid clangor buccinæ, & bellum, & pugna, si hæc ad nos nequaquam perueniunt? sed adiunxit, (Vniuersa terra vexata,) aptè positum (vexata.) Vtique enim hîc ipsi est scopus, prælium à Deo suscitatum Iudæis demonstrare. Vexari enim hoc est. Non enim prælio solùm conflictuque ipsos subegerunt, sed improuiso præter spem expectationemque profecti.*

Chrysost.

Eiusdem.] *Spectatorem ipsum, & auditorem constituit, vt vtrinque eos perterrefaciat. Ne Iudæi viderent, Propheta vidit; vt ipsos seruaret tutos Ieremias indoluit animo: vt eos custodiret, sibi famulantes sæpe exponit.*

Eiusdem.

Eiusdem.] *Vel hostium, vel falsæ & peregrinæ prædicationis.*

Eiusdem.

Olympiodori.] *Babyloniorum, vel Romanorum, vel & ad finem Diabolicæ prædicationis.*

Olympiod.

Eiusdem.] *Vel sensibiles aduersarios, Vel Diabolo resistere non valentes ait.*

Eiusdem.

Eius

Τοῦ αὐτοῦ.] ἢ τῶν πολεμίων, ἢ καὶ τῶν ἀλλοκότων κηρυγμάτων. [Διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἡ μεγίστη κατηγορία, ὅταν οἱ τοὺς ἄλλους διδάσκειν ὀφείλοντες, αὐτοὶ πρῶτον ἀγνοῶσιν.

* Τοῦ αὐτοῦ.] εἶτα τοῦ προφήτου ἀκολούθως τούτοις φήσαντος, ἕως πότε ὄψομαι φεύγοντας; ἀποκρίνεται ὁ Θεὸς, διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν, τουτέστι διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν ταῦτα πάσχουσιν, ἐπεὶ καὶ τὸ πρότερον, καὶ εἷς ἐδίωκε χιλίους, καὶ τὰ κατ᾽ αἴγυπτον ἔμαθεν, ἐξηγεῖται καὶ τῶν φευγόντων τὸ πλῆθος, καὶ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησὶ, διότι οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἐμὲ οὐκ ᾔδεισαν, υἱοὶ ἄφρονές εἰσι, καὶ οὐ συνετοὶ, καὶ ἵνα μὴ νομισθῶσιν ἄξιοι εἶναι συγγνώμης ὡς ἄφρονες εὐθὺς ἐπήγαγε, σοφοί εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι. τοῦτο γὰρ δὴ τὸ παγχάλεπον, ὅτι εἰς οὐδὲν ἐχρήσαντο, ἀφρόνως, καθάπερ οἱ μέθυσοι τῷ οἴνῳ, καὶ τῷ σιδήρῳ οἱ ἀνδροφόνοι.

Eiusdem.] *Vel hostium, vel falsæ & peregrinæ Prædicationis.*

Vers. 22. *(Quia duces populi mei me non cognouerunt, &c.)* 6

Chrysostomi.] *Summa accusatio, cum qui alios docere debet, ipsi primi ignorant.* Chrysost. *Doctor ignorans maximè reprehensibilis.*

* Eiusdem.] *Deinde Propheta cùm consequenter ad hæc dixisset. Vsquequò videbo fugientes, audiens vocem buccinæ? Respondit Deus, (Quia duces populi mei me non cognouerunt)* id est, propter suas iniquitates patiuntur hæc, cùm antea, & vnus mille fugaret; quæque in Ægypto egisset nouistis, exponit & multitudinem fugientium, & ex persona Dei inquit. *(Quoniam duces populi mei me non cognouerunt: filij absque mente sunt, & vecordes,)* & vt se indignos veniâ ducerent, vtpote stultos, adiunxit *(sapientes sunt vt faciant mala.)* Hoc omnis malitiæ superat cumulum, quoniam non bene vsi sunt, stultè, sicut ebrij vino, & ferro homicidæ. Eiusdem.

Vers. 23.] Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili (seu inanis, & vacua;) & cælos, & non erat lux in eis.*

NON [a] exauditus à Deo, cui preces porrexeram, animaduerti calamitates mirum in modum auctas. Cùm enim terram aspicerem, vidi illam, nedum omni vacuam habitatore, sed & ferè in nihilum redactam, vtpote nullius culturæ, nullius vtilitatis, vel in frugibus, vel in fructibus, vel in vineis, vel saltem in germinibus: Cum verò sursùm in cælum eleuarem oculos, suâ eos inspexi destitutos luce. Ita vt ad tam inauditam vastationem iterum Chaos illud primum rediisse visum sit, quando terra erat inanis, & vacua, necdum in cælis condita fuerant lux, & luminaria.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ASPEXI *terram*, &c.) Sunt qui putant, hæc præcedentis sententiæ facere explicationem, vt idipsum & in his significetur, quod mox dictum est, (*Stultus populus meus me non cognouit*, &c.) Et adhuc Deus sit, qui loquatur, Terramque vacuam & nihili vocet homines plebeios, qui nisi terram cogitant, & verâ vacui sunt sapientiâ: per cælos verò eos intelligat, qui superioris ordinis sunt, vt Reges, Principes, Sacerdotes, atque Doctores, qui & stulti facti sint, extincto in ipsis item omni sapientiæ lumine: sicut in vers. sequenti per montes, & colles, homines illos designet, qui mediocris sunt conditionis.

Meliùs tamen hæc, vt verba sumentur Prophetæ, qui post interpositam suam ad Deum deprecationem, *(Vsquequò videbo fugientem, &c.)* Eiusdemque Dei responsionem, (*Quia stultus populus meus*, &c.) ad cœptam, quam in spiritu viderat, instantis Iudaico populo redeat cladis, vastitatisque narrationem. Describit autem more suo summa cum eloquentia, ingentique cum animi affectu eam vastitatem. Et quidem facilis eorum quæ in hoc vers. 23. iuxta Vulgatæ lectionem habentur, sensus is est, vt primò generaliter vastitas visa significetur, vt pote & in terra, & in cælo. Terram enim inquit se inspexisse, & admirandam, inauditamque in illa vidisse desolationem, vtpote quæ nedum omni vacua esset habitatore, sed & nihili, nullius commodi, vel in frugibus, vel in fructibus, vel saltem in germinibus, herbisque campi, atque adeo & nullius æstimationis; eleuasse oculos ad cælos, si saltem inde aliquid inspicere potuisset læti; sed & inde tristitiam pariter percepisse, cùm obnubilati essent, & sine luce viderentur, iuxta id quod per alium Prophetam eidem populo minitatus est Dominus, dicens, [b] *Et operiam, cùm extinctus fueris, cælum, & nigrescere faciam stellas eius, Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum.* Quæ in maximis mœroribus, tametsi re vera non contingant, ita esse nihilominus videntur, vnde istiusmodi in vsum assumpta & phrasis ad mœroris magni significationem. b Ezech. 32. 7.

Cæterùm cùm in Hebræo pro eo quod noster interpres vertit, (*Et ecce vacua erat, & nihili*) eademmet sint verba, quibus in principio Genesis cùm describitur Chaos, dicitur, *terra*, extitisse תֹהוּ וָבֹהוּ *tohu vauohu*, diuersimodè quidem à recentioribus hæc redduntur: Sanctes enim Pagninus vertit, (*Vidi terram, & ecce erat desolata, & vacua*) Regia, (*& inanis, & vacua, & ad cælos, & non lux eorum* :) Vatablus, (*Et ecce inculta erat, & vacua, cælos, & non in eis lux.* Hieronymus ab Oleastro in suis Commentariis super cap. 1. Genes. Vbi, inquit, Ieremiæ 4. dicitur, (*Vidi terram, & ecce tohu vauohu*, si vanitatem vertas, non videtur (vt aliqui dicunt) conuenire; sed si rectè expendas, nullibi meliùs. Cùm enim terra tunc suis habitantibus careret, qui erant in captiuitatem ituri, aut iuerant, erat terra vana: quia cùm facta fuisset ad eorum habitationem, hoc fine destituta, vana esse videbatur: Quare optimè vertas, (*Vidi terram & ecce erat vana, & vacua:*) (*vana,*) vt dictum est, (*vacua,*) quia neque homines, neque animalia in ea erant. Rectiùs ipse verterem, prout & noster interpres ibi in Genesi, *(Et ecce*

c Genes. 1. 2.

Hieron. Oleastro. 25

ecce inanis, & vacua,) vt ad priſtinum illud alluſiſſe Chaos Propheta videatur, ac ſi diceret, Tūc temporis adeo omnia confuſa fuiſſe in terra Iuda, vt ſibi videretur antiquum rediiſſe Chaos, quando terra erat inanis, & vacua, necdum creata fuerat lux, & cælum erat abſque luminaribus. Quem ſenſum confirmat verſio Symmachi. (*Aſpexi terram, & ecce συγκεχυμένη confuſa.*)

Sept. vertunt, (*Aſpexi ſuper terram, & ecce nihil*) ſcil. in illa vidi vel germinis, vel animantium: (*& in cælum, & non erant lumina eius.*) Recole quam ſæpius notauimus vim dictionis, *ecce*, magnum quid & nouum, inauditum, & admirandum ſignificantis.

Verſ. 23.] Aſpexi terram, & ecce vacua erat, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Rationis ſtatus ſapientia deſtruitur Orbis, quem condidit Deus ſapientiâ.*

APtiſſimâ conſequentiâ hæc præcedentibus ſubiecta ſunt, vbi de ſtulta, inanique, & peſſima actum eſt mundi ſapientia; déque ea præter tim, quam politicam, rationemque nuncupant ſtatus, quæ noſtris hiſce temporibus maximopere viget. Enimuerò quemadmodum per Dei ſapientiam, & terra iſta olim à Deo condita eſt, & cælum, omnique per eandem vndequaque repleta fuerunt ornatu, dicente Salomone, [a] *Dominus ſapientiâ fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentiâ. Sapientiâ illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt.* Ita è contra per ſapientiam mundanorum, atque politicorum & terra redditur vacua, atque nihil, & cæli ſuo expertes redduntur ornatu lucis, ac luminariorum. Hocque in primis aſpicere eſt in hæreticorum terra qualibet, apud quos vnius iſtius potiſſimùm viget ſapientiæ ſtudium. Aſpiciat vnuſquiſque cum ſancto Propheta, & compos profectò fiet eorum, quæ hîc dicuntur. Nam ſi vanum, vacuumque id iurè dicitur quodlibet, quod illius eſt expers, eoque caret fine, propter quem conditum eſt; vacuā certè videre eſt terram, quæ propter iuſtos condita eſt, vt in ipſa Deum colerent, & celebrarent nomen ſanctum eius, cùm iuſti in illa minimè extiterint, cùm id contingat quod legimus in Pſalmo 13. [b] *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, & omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Vnde poſtmodùm ſubiicit Propheta noſter, *Intuitus ſum, & non erat homo*, videlicet iuſtus, cùm in libro Eccleſiaſtes dicatur, [c] *Deum time, & mandata eius obſerua*, id eſt, Eſto vir iuſtus, *hoc eſt enim omnis homo.*

a Prou. 3. 19.

Iuſtis carens terra meritò dicitur vacua, & nihili.

b Pſal. 13. 1.

c Eccl. 12. 13.

4 *Peccatores nihil eſſe reputantur.*

Neque enim peccatores, quorum plena eſt vniuerſa terra, homines cenſendi, qui reuera nū eſſe aſſeruntur, prout rectè deducit Origenes homil. 5. in Pſal. 36. ex verbis iis, [d] *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, & tranſiui, & ecce non erat.* probatque ex eo quod dicitur in libro Eſther. *Non* [e] *tradas Domine ſceptrum tuum iis qui non ſunt.* Quod & melius hîc ſignificatur, cùm deficientibus iuſtis terra nedum vacua conſpici dicitur, Sed & nihili, nihil enim eſſe impios apertè ex iis colligere eſt, quibus Tyro apud Ezechielem ait Dominus, *In* [f] *multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ* (mundi videlicet ſapientiâ) *polluiſti ſanctificationem tuam*, &c. *Nihili factus es, & non eris in perpetuum*, quibus conſo-

d Pſa. 36. 35.

e Eſth. 14. 11.

f Ezech. 28. 19.

A na ſunt, quæ ait Apoſtolus, [g] *Si charitatem non habeam nihil ſum.* Quæ intelligenda ſunt ſecundùm eſſe gratiæ, de quo idem Apoſtolus, [h] *Ipſius*, inquit, *ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.*

g 1. Cor. 13. 2.

h Epheſ. 2. 10.

Quamquam aptiùs per hoc adiectum, *Et nihili*, deſignata ſumemus praua opera, quæ ex præexpoſita mundi patrantur ſapientia, eaque in primis quæ auaritiæ ſunt, & idololatriæ, atque iniquæ negotiationis, quarum catalogum habes apud Iſaiam, vbi dicitur, [i] *Repleta eſt terra argento, & auro: & non eſt finis theſaurorum eius:*

B *Et repleta eſt terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius: Et repleta eſt terra eius idolis*, &c. Qui enim attentiùs terram iſtam, terrenoſque ac mundanos, imò & mundum ipſum inſpexerit, nedum vacuum eum videbit abſque hominibus iuſtis; ſed nil aliud in illo intuebitur, quàm peccatum, quod eſt ipſummet nihili, vnde quod de mundanis hominibus in libro Prouerbiorum dicitur, [l] *Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Apud Prophetam Amos dictum reperimus, [m] *Qui lætamini in nihilo.*

5 *Opera praua, & peccata nihil appellātur.*

i Iſai. 2. 7.

l Prou. 2. 14.

m Amos 6. 14.

Nihil igitur mirum, ſi Prophetæ, & cuicum-

C que vnà cum Propheta mentis oculos in cælos conūcienti nec lux in illis viſa ſint, nec luminaria ſiue metaphoricè, ſiue propriè cælos ſumas, (*Aſpexi*, inquit, *& cælos, & non erat lux*, ſeu *non erant luminaria in eis.*) At tantam quippe quæ per mundi ſapientiam, & per peccatum facta eſt terræ, quam mox expoſuimus deſolationem, cæli ipſi ſuæ lucis ſubtractione, & ſtuporis, & pauoris, & deſolationis cuiuſdam in ſemet exhibuiſſe viſa ſunt ſigna prout ex iis colligere eſt, quæ ſupra in cap. 2. ab ipſo Ieremia dicta vidimus. [n] *Obſtupeſcite, ſeu exhorreſcite*, aut

D *ad ſtuporem deſolamini*, vel etiam *obſtupuerunt cæli deſuper ſuper hoc*, &c. *Duo enim mala fecit populus*, &c. Quod ſi altiùs ad ſuperiores, in quibus Deus reſidet cælos eleuetur intuitus; Exiſtente terrâ (vt explicatum eſt) vacua, & nihili, lux in illis nec eſſe dicitur, aut luminaria: Eo ſenſu quo iniqui in libro Sapientiæ id conteſtantes dixère. [o] *Ergo errauimus à via veritatis*, veram videlicet renuentes Sapientiam, mundique proſequentes prudentiam, & carnis, *& iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis.*

6 *Ad terræ deſolationē quæ ex ſapientia rationis ſtatus cōtingit, & cæli in ſtuporis ſignum lumen ſubtrahere dicūtur.*

n Iere. 2. 12.

Rationis ſtatus ſapientia efficitur, vt è cælis lux diuina gratia non immittatur in terrā vacuam iuſtorum.

o Sap. 5. 6.

E Quòd ſi ad metaphoricos quoque cælos, quos multas, quæ in toto terrarum Orbe ſunt intelligere eſt Eccleſias; nec non & illos qui in ipſis ſunt doctores, Eccleſias, iuxta illud [p] *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, cùm prædicationi diuini verbi Eccleſias firmatas conſtet, omnemque illarum virtutem, ſeu omnem ornatum, ſpiritualem à Spiritus ſancti eſſe exhibitione; Doctores, iuxta illud, *Et* [q] *annunciabunt cæli iuſtitiam, eius*, ſcil. Dei, prædicantes nimirum eius legem, atque iuſtificationes. Nos quoque vnà cum Ie-

F remia noſtris hiſce temporibus, quibus adeo viget mundi Sapientia, hæreſis, atque politica, dicere de pleriſque poſſumus Eccleſiis, (*Aſpeximus cælos, & non erant luminaria eius*) vtinam autem non & de pleriſque item religionibus, quibus ob cæleſtem vitam cælorum competere deberet nomen, atque metaphora. Déque magna Prædicatorum, Doctorumque parte, (*Aſpeximus cælos & non erat lux in eis.*) Cùm & iſtorum complures luce videre ſit deſtitutos, & veræ ſapientiæ, quæ in vitæ probitate ſita eſt,

7 *Eccleſiæ appellatæ cæli. Doctores appellati cæli.*

p Pſal. 32. 6.

q Pſal. 49. 6.

Doctores prauí & ſcietiā diuinorū expertes ſūt cæli ſine luce.

a Matt. 5. 16 ra est, iuxta illud Do mini.[a] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est*: Et scientiæ diuinæ legis, rerumque diuinarum, de qua apud

b Isai. 51. 4. Isaiam Dominus,[b] *Lex ait, à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet*, Et in libro Ec-

c Eccl. 24. 37. clesiastici de ipso Domino dicitur,[c] *Qui mittit disciplinam sicut lucem*, propter quas ambas luces Ie-

d Mat. 5. 14. sus in Euangelio eis dixit, [d] *Vos estis lux mundi.* Et in Ecclesiis, atque in Religionibus multis non sint luminaria, eximij nimirum viri aliqui sanctitate, & doctrinâ spectabiles, de quibus Apostolus,[e] *Vt sitis*, ait, *sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.*

Ecclesiarū & Religionū luminaria sunt viri sancti & docti.

e Philip. 2. 15.

Cæterùm ex hoc quoque loco & id deducere est, quòd per execrandam mundi sapientiam, de qua mox sermo habitus fuerat, perque rationem status, quæ Diabolica, & peccati ratio est, ita & in mundo, & in plerisque Ecclesiarum, necnon & in multis religionibus omnia perturbata, confusaque videantur, vt nouum Chaos factū non immeritò dixeris, iuxta sensum illum, quem ex Hebræo in prima expositione hisce attulimus, cùm sic leguntur. (*Aspexi terram & ecce inanis & vacua, & cælos, & non luminaria eius*) quod cum eo conuenit, quod dicitur in libro Genesis,[f] *& tenebræ erant super faciem abyssi.*

Per sapiētiā rationis status & in Ecclesiis & in Religionibus efficitur quoddam Chaos.

f Genes. 1. 3.

8

Ex versione Sept. quæ habet, (*Aspexi super terram, & ecce nihil,*) sc. in illa vidi collata cū iis quæ in Euangelio legimus,[g] Diabolum in tertia, quâ Christum Iesum aggressus est tentatione, ostendisse illi omnia regna mundi, & gloriam eorum quæ in regnis ipsis existebant gloriosa. Insigne colligere est, quod pro contemptu mundi faciat. Eatenus nimirum ea quæ sunt in mundo ab hominibus magnum quid censeri, & gloriosum, adeoque illa æstimari pretiosa, & speciosa, vt pro vel tantilla ipsorum adeptione in quodlibet, vel etiam idololatriæ prolabantur sceleris præcipitium: quatenus à Diabolo ea illis ostenduntur, qui per illa ipsos tentat, dicitque suis suggestionibus, *Hac omnia vobis dabo, si cadentes adoraueritis me.*

Mūdana videntur magna, & optāda quando ostenduntur à Dæmone, qui per illa nos tentat.

g Matt. 4. 8.

Est autem maximè notandum quod in Lucæ Euangelio dicitur ea ostensio regnorum mundi à Diabolo facta,[h] *in momento temporis*: Exinde enim intelligere est Diaboli fraudulentam artem, quâ in tentationibus, quibus homines istiusmodi adoritur ostensione, mirâ atque imperceptibili vtitur celeritate, sat exploratum habens, primo dumtaxat, & instantaneo magna, & speciosa hæc videri terrena, honores, opes, &c. Cùm tamen si tantillum suppetat temporis, quo eadem attentiùs inspiciantur, & considerentur, nihil ea vniuersa esse reperiantur. Prout ex his patet Ieremiæ verbis, (*Aspexi super terram, & ecce nihil.*) Quæ iis cōsona sunt, quibus gloriosissimus, opulentissimusque simul ac sapientissimus Rex Salomon postquam vniuersa quæ in mundo optanda videntur, vbertim probasset, vt in secundo capite libri Ecclesiastes ipsemet narrat, concludit tandem.[i] *Cùm me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerunt manus meæ, & in quibus frustra sudaueram*, attentiùs videlicet singula inspiciens, *vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi*, Hebraicè ורעות רוח *vreguth ruahh*, & *pastionem*, seu *pastum venti*, quæ tandem nihil esse comprobatur. Pro quo facit & locus ille, quem ex Amos supra ad aliud attulimus propositum.[k] *Qui lætamini in nihilo*, id est, in rebus huius sæculi, Hebraicè ללא דבר *lelo dauar, in non verbo*, phrasi illâ, quâ frequentissimè in sacris literis res ipsæ, & facta appellantur verba, ac si dicatur, qui pascimini, & delectamini iis, quæ non sunt res aliqua, tametsi quando ea minimè attento inspicitis intuitu, maximè vobis videantur optanda.

Mundana etsi primo aspectu optanda videntur, cū tamen bene considerantur comperiuntur esse vanitatē, & nihil.

h Luc. 4. 5.

i Eccl. 2. 11.

k Amos 6. 3.

Verbum, Hebraicâ phrasi, pro re.

Vide Appendicem Patrum post vers. 26.

Vers. 24.] Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

INTVITVS[a] *sum montes, atque colles, ipsosque quasi animatos eiusdem vastationis maxi ssima signa exhibere conspexi, visi sunt enim commoueri, & præ tristitia conturbari, ita vt diceres, eos quoque tantæ participes esse vastationis.*

a Vidi mōtes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

VIDI montes, &c.) Per hyperbolem hæc dicta sunt, iuxta consuetum sacrarum literarum morem, quo insensibilibus, & inanimatis affectus tribui solent pro amplificatione maximi cuiuspiam vel læti, vel tristis, quod humana vix assequi potest lingua. Quomodo item mōtibus affectus tribuitur exultationis in Ps. 97.[b] *Simul montes exultabunt in conspectu Domini, quoniam venit.* Et in Psalm. 113.[c] *Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium*: & Isai 55.[d] *Montes, & colles exultabunt coram vobis laudem*: tristitiæ verò, & pauoris affectus apud eumdem Isaiam.[e] *Montes commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te.* Hebræa ad verbum sic reddas. (*Vidi montes, & ecce contremiscebant: & omnes colles destructi sunt.*) Sept. (*Vidi montes, & erant trementes, & omnes colles conturbatos.*)

1 *Affectus maroris, & lætitiæ tribuuntur aliquādo inanimatis in scriptura sacra.*

b Psal. 97. 8.

c Psa. 113. 4.

d Isai 55. 12.

e Isai. 54. 10.

Vers. 24.] Vidi montes, & ecce mouebantur, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

COnsequenter & hæc dicta sunt, præsertim si quam in prima expositione attulimus, eam sequamur versionem Sept. quâ in vers. 22. dicebatur, *Quia Principes seu duces populi mei me non cognouerunt, filij insipientes sunt, & non intelligentes, Sapientes sunt, vt faciant malum*, &c. In nullis quippe magis mundi viget sapientia politica, ratioque status, quàm in Principibus, quorum vnum, & (vt ita dicam) solum ea est studium. Qui igitur vnà cum sancto Propheta in hos, qui instar montium, colliumque celsiores in mundo, & opibus eminent, & potentiâ, & gloriâ, suum attentiùs coniecerit intellectus, vel etiam oculorum obtutum, fatebitur animaduertere, & potentiores Reges, instar celsiorum montium Principibus reliquis insigniores ingēti cum stupore in perpetuo esse motu, hac ipsa ratione status illos iugiter commouente, vel ad vindictam hostium; vel ad imperij accessiones faciendas; vel ad suorum regnorum defensionē; quod

2 *Rationis status sapientia peculiare studium Regum atque Principum.*

Rationis status sapientia quomodo variis motibus cōcutiat celsissimos Regū.

que mirabilius eſt, etiam ad tremorem, quo continuè ob violentam, quâ in ſubditis dominantur tyrannidem, vel minimos quoſque contremiſcunt eorumdem ſubditorum motus: hoc namque propriè hîc ſignificat Hebraicum verbum רעש *rangas* tremere, prout & Sept. id ſumpsêre, vertentes. (*Vidi montes, & erant trementes.*) Quæ ad viuum explicata habemus in
a Iob.15.20. libro Iob verbis hiſce, [a] *Cunctis diebus ſuis impius*, ſcil. Rex, & tyrannus (de tali enim impio eſt ſermo,) *ſuperbit*, ſeu, vt legunt Sept. *Omnis vita impij in ſollicitudine. Et numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius*, id eſt, & perpetuo mortis metu contremiſcit ob eam, in qua regnat, quámve exercet tyrannidem: quod meliùs intelligitur per ſubſequentia, *Sonitus terroris in auribus illius, & cum capax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.*
b Iudith.1.7. Lege librum Iudith, [b] & videbis quomodo Rex Nabuchodonoſor cunctis ſublimior Regibus à politica ipſa motus ſit, vt nuncios mitteret ad regna mundi omnia, vt ei ſubderentur: quibus vniuerſis illi obnitentibus, magis ab eadem poli-
c Iudit.2.2. tica commotus, [c] ducibus, ac bellatoribus ſuis dixit, cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio, ſeque vlciſceretur.

3 *Rationis ſtatus ſapientia eſt cauſa vt Principes quique iugiter conturbati ſint.* Benè autem de inferioribus Regibus, atque Principibus hîc adiectum eſt, (*& omnes colles conturbati ſunt,*) ipsâ nimirum eadem illos turbante politicâ ſapientiâ, prout ex Matthæi Euangelio patet, in quo poſt relatum aduentum trium Regum, atque Magorum in Ieruſalem, eamque illorum interrogationem. *Vbi eſt qui natus eſt Rex*
d Matth. 2. 3. *Iudæorum?* &c. ſubiicitur illicò, [d] *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Nec alienum ab eo quod quotidie obſeruare licet, illud eſt, quod ex vi Hebraici verbi recentiores hoc loco vertunt, (*Et omnes colles deſtructi ſunt.*) Hoc namque ipsâ potiſſimùm cauſatur ratione ſtatus, vt Principes inferiores à celſioribus Regibus iugibus turbentur inuaſionibus, ſubiiciantur, & etiam è medio tollantur, quod ſubindicaſſe viſus eſt Habacuc Propheta, cùm
Rationis ſtatus ſapientia efficit, vt Reges deſtruere nitatur Principes inferiores.
e Habacuc 1.14. dixit, [e] *Et facies homines ſicut piſces maris*, inter quos minores cibus eſſe ſolent maiorum. Quod & de maximo illo Chaldæorum Rege
f Habac.1.10. Nabuchodonoſor prædicens ait, [f] *Et ipſe de Regibus*, qui reſpectu eius celſiſſimi montis, colles dici debuêre, *triumphabit*, debellatos nimirum in triumphum illos ante currum ducens captiuos: *& tyranni ridiculi eius erunt*, quos ſcilicet ſibi ſeruientes omnium exponat riſui, quoſue vt ludicra habeat.

Vide Appendicem Patrum poſt Expoſitionem ſecundam, verſ. 26.

Verſ. 25.] Intuitus ſum, & non erat homo: & omne volatile cæli receſſit.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Intuitus ſum, & non erat homo, & omne volatile cæli receſſit.* *Attentius* [a] *inſpexi terram, nec quemquam in ea vidi hominum, nec in cælis quidpiam vidi volucrum, homines quippe è Iudæa terra fugerant, vel nece defecerant, volucres verò ex eiuſdem terræ cælo receſſerant, tum quia nil in inculta, & arida tellure inuenire poterant, quo ſe alerent: tum quia præ interfectorum cadauerum fœtore, aër, cælumque illud infectum erat.*

A EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

INtuitus ſum, &c.) Hominem quidem videre non potuit, cùm quotquot in Iudæa 1
tunc fuerant, vel fugâ ſaluti ſuæ conſulerent, vel in captiuitatem eſſent abducti: Receſſiſſe autem inquit volatile omne, vtpotè quòd in ea terra inculta, & nihili, nihil inuenirent, quo alerentur. Quamquam & id per hæc ſignificatum voluit Propheta, quòd & terra, & cælum ſuis deſolata eſſent incolis; ſat namque conſtat, homines
B propriè dictos habitatores terræ, & cæli dici volatilia, quòd cælum incolerent, & aërem nũcupatum cælum. Poteſt quoque in his maxima aëris ſignificari corruptio, cauſata ex fœtore cadauerũ, effuſique ſanguinis, iuxta illam Dei comminationem apud Ezech. [b] *Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui ſuper montes, & valles implebuntur ex te*, id eſt, b Ezech. 32.
ex fœtidis cadaueribus tuis. Ob quam aëris corruptionem, & qui reliqui fuerant hominum peſtilentiâ conſumpti eſſent, & volatile omne inde receſſerit. Hebræa ad (*Vidi, & ecce non homo, omne volatile cæli receſſerant.*) Sept. (*Aſpexi, & ecce non erat*
C *homo, & omnia volatilia cæli pauebant*, ſeu *terrefacta ſunt.*)

Verſ. 25.] Intuitus ſum, & non erat homo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

FAciunt & hæc in confirmationem præcedentium, & explicationem prauorum effe- 2
ctuum ſapientiæ mundi, & rationis politicæ, ac ſtatus: Præter enarratos enim & duos inſuper in- *Rationis ſtatus ſapientia efficit vt in hoc mũdo infirmiores à potentioribus opprimantur.*
D ſpicere eſt iſtos, quòd ſicut maiores Reges inferiores Principes in iugi detinent conturbatione, prout mox ſignificatũ eſt: Ita & qui de infirmioribus ſunt, à Principibus ita opprimuntur, vt vix è terra caput eleuare ſinantur, vixque à ſedulò intuentibus videantur, Qua de re conqueſtus idem qui ſupra Habacuc cum Deo eſt, dicens: [a] a Habac.1.3.
Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & iniuſtitiam contra me? & factum eſt iudicium, & contradictio potentior? vt videlicet qui potentiores ſunt, ipſi ſint qui iudicent, damnentque & contradicant, contendantque cum
E infirmioribus. *Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium*, vt videlicet rectè concluderetur: *quia impius praualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.*

Vt autem noueris, quòd hîc dicitur, (*Non erat homo*,) intelligendum de infirmioribus, ſcias in Hebræo pro homine eſſe *Adam*, quod nomen cùm homini in genere tributum reperitur, homines eos potiſſimùm deſignat, qui debiles ſunt, & infirmi viribus, quales cenſentur plebei, & ignobiles, reſpectu nobiliorum & Princi- *Nomen Adã genericè pro homine vſurpatum ſignificat hominẽ debilem, & infirmiorem.*
F pum, vt planè colligitur ex eo Sapientis, [b] *ô viri* b Prou. 8.4.
ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Hebr. *Adam*, id eſt, tã nobiles, potenteſque, quàm ignobiles, infirmioreſque alloquor, & ex eo Iſaiæ, [c] *Incuruauit ſe homo.* Hebr. *Adam, & humiliatus eſt vir*, c Iſai.2.9.
id eſt, cum vilioribus, infirmioribuſque de plebe, potentiores quoque Principes adorarũt Idola. Et demũ ex eo quod Dominus ad Regem Dauid de filio eius dixit Salomone. [d] *Ego ero ei in patrem, &* d 2. Reg. 7.
ipſe erit mihi in filium: qui, ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum 14.

homi

hominum. Hebr. *filiorum Adam*, id est, vt benignus, piusque illius pater verbis quidẽ minitabor, graui eũ castigaturum virga, nimirum & percussione virorum fortium, & robustorum: at re ipsa postmodùm percutiam eum quomodo percutere solent, qui debiliores sunt hominum.

Adam, & hominis nomina deducta à terra & humo.

Benè autem sic dicitur hoc loco (*& non erat homo* seu *Adam*) cùm ambo hæc nomina à terra deducta sint, & ab humo; nam & Adam deductũ est ab Adama, id est, à terra rubra, & argillosa, de qua primus homo Dei manibus formatus fuit: vt intelligas, quã facilitate infirmiores in hoc mundo opprimantur, & deiiciantur à potentioribus Principibus: quàm facilè videlicet paru terræ, parum luti ab inundatione euanescit magni alicuius fluminis. Quid verò ex tanta Regum, Principúmque ac magistratuum consecutum est peruersitate proueniente ex mundi sapientia, rationéque politica? Audi,

3 *Angeli dicti volatilia cæli.*

(*Et omne volatile cæli recessit.*) Volatile cæli, ordo est Angelorum, qui & cæli esse dicuntur, quia cęlum incolunt; & cæli volatilia, quia è cælis volãt ad homines, vt illos custodiant, erudiántque, & diuina in terras deferant nuncia; quando, vt per Prophetam Regium dicitur,[a] eos, qui cælestes sũt Spiritus, Deus Angelos facit, & nũcios suos. Vnde & alæ in sacris literis illis tribuuntur. Recessisse autem dicuntur ista cæli volatilia, & Angeli à terra, in qua vniuersa fiunt secundùm mundi sapientiam, & rationem status; cùm enim præcipuũ ipsorum munus, propter quod ad terram volant, id sit, vt homines verã Dei sapientiã illuminent, adeoque in libro Apocalypsis septem asserantur lampades ante thronum Dei, & in libro Iob,[b] à Deo vocentur astra matutina: animaduertentes, per studium, vsumque politices omnem in terra abigi sapientiæ Dei, & rectitudinis illuminationem, vt qui nihil se profecturos agnoscunt, recedunt, prout ipsimet contestantur, infra dicentes,[c] *Curauimus Babylonem, & nõ est sanata; derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam*, vbi scilicet aliquid progressus facere possimus illuminationis nostræ.

a Psal. 104. 4.

Ex rationis status, mũdique sapientia fit, vt & Sãcti Angeli recedant ab aliquibus regionibus.

* Apoc. 4. 5.
b Iob. 38. 7.
c Ier. 51. 9.

Per rationis status sapientiam tãta in mundo concitantur turbæ, vt & Angelis quodammodo tremor iniectus videatur.

Præclarè autem, iuxta versionẽ Sept. hîc dicitur, (*Et omnia volatilia pauebant, seu, terrefacta sunt.*) Per id quippe designatur, tantas in mundo per politicam (vt dictum est) & rationem status commotas turbas, vt quodammodo & Angeli, quorum id muneris est, vt eam destruant scientiã, pauêre visi sint, ab ipsis terrefacti politicis, qui, quãtùm in ipsis, est, nec Deo parcunt blasphemo ore, dicentes audaciùs, quæ & supra retulimus,[d] *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Et,[e] *Nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes iniquitatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt*, id est, experiri voluerunt an suas Deus vlcisci posset iniurias, *restiterunt Deo*, legunt Sept. *Et impunè tulerunt*, quasi videlicet illi terrorem iniecerint.

d Iob. 21. 12.
e Malac. 3. 15.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem secundam, vers. 26.

Vers. 26.] Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes Vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.

A

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Circumspexi hinc & inde, totamque Iudææ terram circumquaque meis lustraui oculis, & ô rem maximè admirandam! vniuersam regionem, quæ vberrima alioqum esse consueuit, & instar montis Carmeli amœnissima, in horridum conuersam desertum vidi; cunctasque quibus plena erat, vrbes illius vidi destructas à Domino, qui illi succensus faciem suam super illam, vultumque eleuauit indignatum, ab ira inquam Domini, & ab ira furoris æstibus flagrantissima.

a Aspexi, & ecce Carmelus desertus: omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.

B

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ASPEXI, & ecce Carmelus, &c.) Verbum (*Aspexi*) absolutè hîc positum, significat lustrationem, intuitumque oculis hinc & inde cõuersis circumquaque super terram Iuda à Propheta factam; Carmeli enim nomine ipsam designat Iudææ terrã ob fertilitatem, & amœnitatẽ, quibus monti similis est Carmelo pascuorum copiosissimo, amœnissimoque, & frugum, fructuũque vbertate celeberrimo: prout & supra dictum à Domino Iudæis vidimus, [f] *Et induxi vos in terrã Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius.* Super quæ verba dixi, quæ hîc alioquin notanda forent circa hoc Carmeli vocabulum. Speciosam autem eam terram redditam vidisse se ait desertum horridum, incultum, & in quo nemo hominum habitet: Porrò quòd destructæ dicuntur omnes vrbes eius Carmeli confirmat quod asserui, Carmeli nomine vniuersam hîc designari Iudææ terram vrbibus frequentissimam. 1

Carmeli nomen pro solo fertili, & amœna.

C

f Ierem. 2. 7.

Et ista conuersio Carmeli in desertum & destructio omnium Iudææ vrbium facienda dicitur (*à facie Domini*) Quod tripliciter intelligi potest, primò, iuxta phrasim eam Hebraicam, quã *à facie*, poni frequentiùs solet pro simplici præpositione A, & Ab, prout mox *à facie iræ furoris eius*, id est, ab ira, &c. 2

A facie, pro præpositione, A, & Ab. 1

D

Ac si dicatur à Domino. Secundò, vt faciei nomen neutiquam eã ratione sit redundans, sed ipsam Dei supponat faciem, & vultum: faciẽ, de qua alibi,[g] *A facie eius ignis exarsit, ascendit fumus in ira eius:* vultum, de quo,[h] *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*, vt quod secundò additur, (*& à facie iræ furoris eius.*) declaratiuum sit primi, sensusque sit, A facie Domini super ipsas, & contra ipsas vrbes, à facie inquam illius, irã & furore succensa. 2

g Psal. 17. 9.
h Psa. 33. 17.

E

Tertiò demum, vt idem faciei nomen pro ira vsurpatum hîc sit, quomodo Gregorius Nazianzenus in oratione de plaga grandinis idẽ nomen sumpsit in eo Psalmi 94.[i] *Præoccupemus faciem eius in confessione*, legens προφθάσωμεν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἐν ἐξομολογήσει. *Præoccupemus iram eius in confessione.* Sic quod adiicitur, (*& à facie iræ furoris eius.*) vt per auxesim dictum sumendum est. Ac si dicatur. Vastatio ista tam grandis fiet ab ira Domini, & ab ira maxima, vtpote ardentissimo furore succensa. 3

Facies pro ira aliquãdo poni solita.
i Psal. 94. 2.

F

Hebræa sic vertunt Pagninus, (*Vidi, & ecce locus fertilis erat vt desertum.*) Vatab. (*Et ecce locus pascuus vt desertum erat.*) Regia, (*Et ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates eius destructa sunt à faciebus Domini, à faciebus iræ nasi eius.*) Vatab. (*A facie æstus nasi eius,*) id est, ob grauem iram eius, Nasum vertunt, quia apud Hebræos, eo nomine describitur furor, qui in naribus, & quasi è naribus spirare videtur, prout

prout explicatur in paulò ante citato loco Psal-
a Psal. 17.9. mi 17.[a] *Ascendit fumus in naso eius.* Versio Sept. (*Vidi,& ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates incensæ igni à facie Domini, & à facie furoris eius destructæ sunt.*)

Vers.26.] Aspexi, & ecce Carmelus desertus,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 Monachorũ, & sanctorum virorũ copiâ antiquitùs Orientis regiones dici potuêre Carmelus.

QVI vitas legerit Patrum, non ignorat, quàm rectè antiquitùs Orientis regiones, Palestinæ, Thebaidis, Ægypti, & similium dici quiuerint Carmelus, & locus feracissimus sanctorum Monachorum, pascuis redundans sacrarum scripturarum, & amœnissimus ob spiritualium,quibus vbertim affluebat, voluptatum copiam: ita vt tunc verificata sit ea Isaiæ Prophe-
b Isai.32.15. tia,quâ prædixerat:[b] *Donec effundatur super vos spiritus de excelso*, quod non ambigimus factum in temporibus iis haud longè distantibus à tempore,quo copiosissima super Christi discipulos facta est spiritus sancti effusio in die Pentecostes, (*Et erit desertum in Carmel,*) vitam nimirum in deserto agentibus sanctissimis illis Patribus,Paulo, Antonio, Hilarione, Machario, & aliis innumeris.

Orientis regiones,& pleraque etiam Occidentis è Carmelo facta nunc sunt desertus ob rationis status & mundi sapientiam.

At id quoque eiusdem prophetiæ impletum summo cum dolore videmus temporibus hisce nostris, quod mox subiectum est, (*Et Carmel in saltum reputabitur.*)Hocque illud est, quod hîc dicitur,(*Aspexi,& ecce Carmelus desertus,*)degentibus modò in iisdem regionibus infidelibus Saracenis, vel Christianis perpaucis, iisque hæreticis, atque Schismaticis. Et quidem id pariter animaduertere est:quòd Turcarum crudelitate omnes eæ destructæ vrbes, in quibus vel in prædictis regionibus vitæ florebat sanctitas, vel in Græcia flumina fluebant scientiæ diuinorum. Vtinam autem & idipsum non inspiceremus impletum etiam in plerisque Occidentis Prouinciis ex hæreticorum incursione. Totum verò id factum est ab indignatione Dei,quam certè, qui ibi incolebant, suis diutiùs prouocarunt sceleribus, in primisque superbâ, de qua hucusque actum est,mundi sapientiâ, & politicâ status ratione.

VVLGATÆ.

Vers.23.] Aspexi terram,&c.

Vers.24.]Vidi montes & ecce,&c.

Vers.25.] Intuitus sum, &c.

Vers.26:] Aspexi,& ecce Carmelus,&c.

SEPTVAGINTA.

23. Ἐπέβλεψα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἰδοὺ οὐδὲν, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐκ ἦν τὰ φῶτα αὐτοῦ.

24. Εἶδον τὰ ὄρη, καὶ ἦν τρέμοντα, καὶ πάντας τοὺς βουνοὺς ταρασσομένους.

25. Ἐπέβλεψα, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπτοεῖτο.

A 26. Εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὁ κάρμηλος ἔρημος, καὶ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐμπεπυρισμέναι πυρὶ ἀπὸ προσώπου Κυρίου, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ ἠφανίσθησαν.

Vers.23.] Aspexi super terram, & ecce nihil: & in cælum, & non erant lumina eius.

Vers.24.] Vidi montes, & erant tremenres: & omnes colles turbatos.

B *Vers.25.*] Inspexi,& ecce non erat homo:& omnia volatilia cæli pauebant.

Vers.26.] Vidi,& ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates inflammatæ igni à facie Domini:& à facie iræ furoris eius deletæ erant.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

C PARAPHRASIS Chaldaica. *Vidi terram, & ecce deserta, & vacua: contemplatus sum in* 1
calos, & ecce non splendebant luminaria eorum. Vers. 24. *Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles subuertebantur.* Vers.25. *Vidi,& ecce non erat populus habitans in ea, & omnia volatilia cæli migrauerant.* Vers.26. *Vidi, & ecce terra Israel,quæ erat plantata sicut Carmelus,conuersa est, vt esset sicut desertum, & omnes vrbes eius vastatæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.*

Vers.23. *Aspexi terram,&c.*

Hieron. Iram Dei cõtra peccatores & muta sentiunt elementa,& bruta animalia.

Hieronymus. *Propheta cernit in spiritu quæ ventura sunt,vt audiens populus terreatur,& actâ pœniten-*
D *tiâ nequaquam sustineat quæ formidat.Vacua terra est, habitatore deleto: cali non habent lumen, terroris magnitudine populo non vidente. Ipsi montes, & colles in tuta habent latibula, & per hyperbolem moueri videntur: atque turbari.Intuitus est, & huc illucque circumspexit, & ne auis quidem potuit inueniri. Iram enim Dei & muta sentiunt elementa, & irrationabilia pertimescunt animantia. Hoc verum esse nunc totus Orbis ostendit,vt cæsâ hominum multitudine,volatilia quoque quæ solent habitatores sequi, abierint, & perierint, Ipse quoque Carmelus, qui mari imminet magno oleis consi-*
E *tus,& arbustis, vineisque condensus ad tantam venerit solitudinem,vt eremi habeat vastitatem.Omnes quoque vrbes desertæ fient, & vniuersorum malorum hæc causa est,quòd vitio populi delinquentis ira Domini concitata sit. Quicquid iuxta historiam de Ierusalem diximus,& Iudæa referamus ad Ecclesiam Dei, cùm offenderit Deum, & vel vitiis fuerit,vel persecutione vastata, vt vbi quondam erat virtutum chorus, atque lætitia, ibi peccatorum,& mœrorum multitudo versetur.*

Theodorit. Tribulatis omnia videntur obscura, & amara.

Theodoritus. (*Aspexi in terram,& ecce nihil: & in cælum,& non erant lumina eius.Vidi montes, & ecce tremebant: & omnes colles perturbatos aspexi, & ecce*
F *non erat homo.Et omnia volatilia cæli erant terrefacta.*) *Hæc euenire solent iis, qui delabuntur in calamitates: quibus lux non videtur esse lux:nec dies esse dies: neque dulcia,dulcia:sed omnia mutãtur eis in cõtrariũ.*(*Vidi, & ecce Carmelus desertus,&c.*)*Verosimile quidem dum transirent hostes,ipsum Carmelum vastatum esse. Ego autem arbitror, hic vrbem Ierusalem figuratè vocari Carmelum ob multitudinem incolarum.*

Ierusalem appellata Carmelus.

Similia & D.Thomas: per Carmelum tamen fertiles regiones intelligit. D. Thom.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΠΈΒΛΕΨΑ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἰδοὺ οὐδὲν, A
καὶ εἰς τὸν οὐρανόν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς οὐδέν; οὐ πρόβατα, φησὶν, οὐ βόες, οὐκ οἰκοδομήματα, καὶ τείχη. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἀφανίζειν οἶδεν ὁ πόλεμος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] προφητικῶς ὁρᾷ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας δεινά. τὸ δὲ οὐδέν, ἀκύλας μὲν κενὸν, σύμμαχος δὲ συγκεχυμένη φησί. μεγίστης δὲ ῥαθυμίας τὸ ἐσκοτίσθη, οἱ ὀφθαλμοί. καὶ τὸ φῶς ὡς σκότος ὁρᾶν. τοῖς δὲ τοιούτοις σκοτοδινιῶσι, καὶ πάντα συνδονεῖσθαι δοκεῖ, καὶ τὰ πετεινὰ πτοεῖται διὰ τὴν τῆς ἐρήμου ὑπερβολήν. ταῦτα δὲ, εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ ναβουχοδονόσορ νοοῖτο, μερικῶς, καὶ οὐ κυρίως εἴρηται. εἰ δὲ διὰ τὰ κατὰ χριστοῦ τολμηθέντα, καθολικῶς, καὶ κυρίως. διὰ τὸ μὴ γνῶναι τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τὸν Θεὸν, ἡρώδην τε καὶ πιλάτον, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ γραμματεῖς, καὶ φαρισαίους. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, ἐξέλιπε γὰρ ὄντως ὁ ἥλιος, καὶ γῆ ἐσείσθη, καὶ πέτραι ἐρράγησαν, καὶ πάντα ἦν ἐν φόβῳ. [καὶ οὐκ ἦν τὰ φῶτα αὐτοῦ.] σεβήρου [ἐκ τῆς πρὸς σέργιον, καὶ μαρίωνα ἐπισκόπους ἐπιστολῆς.] φῶτα δ' ἂν εἶεν οὐρανοῦ τὰ νοερὰ, καὶ ἄυλα, καὶ οὐράνια πνεύματα τὰ τοῖς προστάγμασι τοῖς θείοις διακονούμενα, καὶ ἐν εὐθυμίας μὲν καιροῖς τὰ χρηστὰ φανεροῦντα, σκυθρωπὰ δὲ ἐξ ἐναντίας ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

Ὄρη δὲ καὶ βουνοὶ ταραττόμενοι νοηθεῖεν ἂν οἱ διαβεβηκότες ἐν θεωρίᾳ, καὶ ὑψηλῇ πολιτείᾳ, καὶ μὴ δυνάμενοι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν τῆς ἀπειλῆς ἡμᾶς παραιτήσασθαι. διὸ καὶ ἔλεγεν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀπορούμενος. τίς φείσεται D
ἐπὶ σοὶ ἱερουσαλήμ; καὶ τίς σκυθρωπάσει ἐπὶ σοί; καὶ τὰ ἑξῆς.

[καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐκ ἦν τὰ φῶτα αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὴν διάνοιαν λέγει τοῦ θεατοῦ, οὐ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. οὐ γὰρ ἁπλῶς λέγει, ἀλλ' εἶδον, καὶ οὐκ ἦν τὰ φῶτα αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ τῆς νυκτὸς σκότος καλύπτειν εἴωθε τὸ φῶς, δείκνυσι δὲ τὴν σελήνην μετὰ τῶν ἄστρων. ἡ δὲ τῆς ἀθυμίας νὺξ, ἡ πολὺ ταύτης χαλεπωτέρα, πάντα ἀφανίζει τὰ ἄστρα, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὄψιν τοῦ θεωμένου. ὥστε τὰ μὲν φῶτα αὐτοῦ οὐκ ἐφαίνετο. διόπερ οὐδὲ εἶναι ἐδόκει τοῖς θεαταῖς. ἀλλ' ὥσπερ γυμνὸς, καὶ ἐρημωθεὶς τοῦ φωτὸς οὕτως εἴρηται.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ σκότος τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γεγονὸς προκαταγγέλλει, ἢ καὶ τὴν τῶν φωστήρων πρὸς τῷ τέλει ἀναίρεσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ τὸ μηδένα δικαιοπραγοῦντα σημαίνει, ἢ καὶ τὸ εἰς οὐδὲν ἀποκαταστῆναι τὴν γῆν διὰ τὴν ἀποστασίαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοιοῦτον τι πάσχει ψυχὴ σκοτωθεῖσα, καὶ γὰρ πολλοὶ τοῦ πελάγους ἀποβάντες ὀρθοῦμε

Vers. 23. ASpexi super terram, & ecce nihil, & in cælum, &c.) 4

Chrysostomi.] *Quomodo nihil? Non pecudes, ait, non boues, non ædificia, non muri. Omnia hæc enim bello euanescunt.* Chrysost.

Incerti.] *Prophetico spiritu mala captiuitatis cernit. Illud verò, (Nihil,) Aquila quidem, (Vacua,) Symmachus verò, (Confusa) reddidit: extremi verò mœroris est illud, obtenebrati sunt illi oculi: lumenque videre vt tenebras. Tali porrò vertigine oppressis omnia quoque moueri videntur: auesque terrentur ob nimiam desertationem. Hæc autem si de Nabuchodonosore intelligantur, non omni ex parte, nec in suo vero sensu completa sunt. Si verò de his, quæ contra Christum ausu temerario patrata sunt, verè, omnique ex parte. Nam Principes eorum Herodes, Pilatus, Pontifices, Scribæ, & Pharisæi Deum non agnouerunt.*[a] *Si enim cognouissent, Dominum gloriæ nõ crucifixissent. Defecit enim reuerà Sol, & terra mota est, & petræ scissæ, & omnia timoris plena. (Et non erant lumina eius, &c.)*

Incertus. *Passionis Christi tempore quæ, & qualia euenêre.* a Rom. 2. 8.

Seueri.] *(Ex ea, quam ad Sergium, & Marionem Episcopos epistolam miserat.) Lumina cæli fuerint intellectuales & immateriales, & cælestes mentes mandatis ministrantes, quæ placidis tẽporibus fausta nuntiant, Contrariis tristia, in die iræ.*

Seuerus. *Lumina cæli appellati cælestes spiritus.*

Vers. 24. *(Vidi montes, & erant tremẽtes, &c.)* 5
Mõtes verò, collesque turbati intelligi possunt, qui mentis contemplatione, & viuendi ratione quàm præcellenti eminent, quique ob iniquitatis abundantiam minas à nobis auertere nõ valent. Propter quod pendẽs animi de ipsis aiebat.[b] *(Quis miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur pro te? & cætera.*

Sancti montium, & collium nomine designati. b Iere. 15. 5.

[Et in cælum, & non erant lumina eius.] 6

Chrysostomi.] *Spectatoris mentem explicat, non rei naturam. Non enim planè pronũciat: Sed, (Vidi, & non erant lumina ipsius.) Noctis enim tenebræ lucem occulere consueuêre: ostendit autem Lunam cum stellis: Mœroris autem nox, quæ multò grauior est, omnes stellas fugat, non secundùm propriam naturam, sed iuxta aspicientis visum. Itaque lumina ipsius non apparebãt, propter quod nec esse spectatoribus videbantur. Sed veluti nudum, lumineque priuatum, sic effectum est.*

Chrysost. *Dolor quomodo fugare dicatur stellas.*

Olympiodori.] *Caliginem tempore Crucis offusam prænunciat, vel in fine luminarium destructionem.*

Olympiod. *De Tenebris in Christi morte, & in fine mundi.*

Olympiodori.] *Aut quòd nemo iustitiam exerceat significat: aut terram propter apostasiam reducendam esse in nihilum.*

Olympiod. *Terra vacua est & nihili, cùm in ea nõ sunt iusti.*

Chrysostomi.] *Tale quid & animus tenebris oppletus patitur; multis enim è pelago in terram deue*

Chrysost. *Timentis, ac dolentis animus instar aquæ conturbata.*

θεμϑέλω ἔδοξαν ὁρᾶν τὴν γῆν, καὶ περιδινεμένην αὐτῆς. ταῦτα δὲ πάντα ποιεῖν ἡ φύσις εἴωθε. καθάπερ γὰρ εἰς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ ἑστὼς ἐμπεσὼν ὁ φόβος τῶν αἰσθητηρίων, τὴν γῆν τὴν ἐν τῷ βυθῷ ταράσσει, καὶ συγχεῖ τὰ ἄνω κάτω ποιῶν, καὶ τὴν τάξιν ταράσσων ἅπασαν: οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα γίνεται, ἕτερα ἀκούει, καὶ ἕτερα βλέπει, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἕστηκεν ἕδρας.

A

Τοῦ αὐτοῦ.] ὡς ἐν σκότῳ γέγονα ὑπὸ τοῦ φόβου διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν.

[εἶδον τὰ ὄρη, καὶ ἰδοὺ ἦν τρέμοντα.]

B

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ τὰ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ φησὶν, ὅτε αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, ἢ τὰ περὶ τῆς καθόλου συντελείας. ἢ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις κλονουμένας, ὅτε ὁ χριστὸς ἔλυε τοῦ ᾅδου τὸ δεσμωτήριον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, οὐδὲ ἐν τοῖς ὄρεσι γενομένοις ἐστὶ σώζεσθαι.

[Ἐπέβλεψα, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπτόουντο.]

C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ δὲ γὰρ τοὺς πλησίον ἑστῶτας δοκοῦμεν ὁρᾶν: πῶς οὖν περὶ τῶν πετεινῶν φησὶ, ὅτι ἐπτόηντο; τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς διαθέσεως τοῦ προφήτου.

* Τοῦ αὐτοῦ.] ὑπὸ γὰρ τῆς ἐρημίας, καὶ τὰ πετεινὰ τὸν τόπον κατέλιπον, τὰ γὰρ πολλὰ τῶν ζώων εἰς ἀπῳκισμένους, τόπους * εἰπεῖν πέφυκεν.

* ἰνοικεῖν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν καθόλου συντέλειαν φησὶν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονε, διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

D

Τοῦ αὐτοῦ.] ἢ τὰ αἰσθητὰ τοῦ σκότους γινομένου, ἢ καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις, φρίττουσαι ἐπὶ τῇ παντελεῖ τῶν ἀνθρώπων ἀποστασίᾳ.

[Εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὁ κάρμηλος ἔρημος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κάρμηλος ἐπίγνωσις περιτομῆς ἑρμηνεύεται. τῆς οὖν φησὶν ἀποστασίας γινομένης, οὐκ ἐπιγινώσκουσιν ἀπολέμνεσθαι τὰ φαῦλα. δύνασαι δὲ ταῦτα νοεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐφόδου τῶν Βαβυλονίων, ἢ καὶ τῶν ῥωμαίων.

[καὶ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐμπεπρησμέναι πυρί.]

E

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τουτέστιν ἱερουσαλὴμ γέγονεν ἔρημος τῆς ἐποπτείας τοῦ Θεοῦ, τοιαύτης ἐξενεχθείσης κατ' αὐτῆς ἀποφάσεως. ἔρημος δὲ ὁ κάρμηλος ἐκ τοῦ ὀνόματος τῆς αἰσθητῆς περιτομῆς, τὴν ἐρημίαν δηλοῖ. πρόσωπον δὲ Κυρίου, φησὶ τὸν υἱόν. ἐσημειώθη γὰρ, φησὶν, ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου Κύριε. πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. ἔφη γὰρ ὁ Χριστὸς, ὡς ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ.

deuectis terra videtur attolli,& circumuolui ſibi: hæc autem omnia naturâ fieri aſſolent. Sicut enim in aquam puram,& immotam timor in ſenſus cadens,terram quæ erat in fundo permiſcet, conturbatque ſuperioribus in inferiora deiectis,omnique confuſo ordine : ita & hic fit, alia audit, & alia videt; nihilque ſua in ſede fixum eſt.

* Eiuſdem.] *Tamquam in Tenebris factus ſum præ timore propter vrbis deſolationem.*

Chryſoſt. *Timore obtenebratus animus.*

Verſ. 24. (*Vidi montes, & erant trementes,*&c.) 7

Olympiodori.] *Vel ea quæ tempore paſſionis obuenêre narrat,quãdo petræ ſciſſæ ſunt.Vel ea quæ tempore vniuerſæ conſummationis. Vel oppoſitas virtutes tremore concuſſas, cùm Chriſtus inferorum vincula diſrumpebat.*

Olympiod. *De Terræ motu in Chriſti Paſſione. Dæmones tremuêre ad Chriſti deſcẽſũ in inferos.*

* Chryſoſtomi.] *Hoc eſt,neque etſi in montes ſe recipiant,ſalui ſunt.*

Chryſoſt.

Verſ. 25. (*Inſpexi & ecce non erat homo, & omnia volatilia cæli pauebant.*) 8

Chryſoſtomi.] *Nec enim eos, qui prope nos ſunt,videmur intueri: quomodo igitur de volatilibus ait,quòd terrore perculſa erant? Hoc etiam eſt ex affectu Prophetæ.*

Chryſoſt.

* Eiuſdem.] *Siquidem propter deſolationem & volatilia locum dereliquerunt. Plurima namque animalium loca in ſeceſſu poſita ſolent incolere.*

Eiuſdem.

Olympiodori.] *Vniuerſalem conſummationem ait, quod & in alluuione illa aquarum obtigit, propter peccatum.*

Olympiod.

Eiuſdem.] *Vel ſenſibilia tenebris offuſis, Vel & ſacræ virtutes ob generalem hominum defectionem horrentes.*

Olympiod. *Ob Peccatum hominũ commoueri & inſenſibilia, & Angelos.*

Verſ.26.(*Vidi,& ecce Carmelus deſertus,*&c.) 9

Olympiodori.] *Carmelus, agnitio Circumciſionis interpretatur,Rebellione igitur factâ, ait, neſciunt peruerſa circumcidere. Poteris quoque hæc intelligere,de Babyloniorum,vel Romanorum irruptione.*

Olympiod. *Carmelus Circumciſionis agnitio interpretatur.*

(*Et omnes ciuitates inſtãmatæ igni à facie,*&c.)

Incerti.] *Hoc eſt, Hieruſalem deſerta facta eſt viſione Dei, eiuſmodi ſententiâ contra ipſam latâ: Deſertus autem Carmelus,ex ſenſibilis Circumciſionis nomine, ſolitudinem ſignificat. Vultum autem Domini filium vocat.* [c] *Signatum enim, ait,ſuper nos lumen vultus tui Domine.* [d] *Vultus autem Domini ſuper facientes mala:*[e] *Dixit enim Chriſtus, à Patre neminem iudicari, ſed iudicium omne dediſſe filio.*

Incertus. *Vultus Domini appellatus Chriſtus Dei filius.*

c Pſal.4.7.

d Pſ.33.17.

e Ioan.5.22.

Verſ.27.] Hæc enim dicit Dominus: Deſerta erat omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NEC [a] *mea hæc ſunt inuenta, Siquidem ſuomet ore idem Dominus iſta quæ retuli, vniuerſa conteſtans dixit, Terram hanc omnem ita fore deſerendam,ſicque in deſertum conuertendam, vt planè veluti deſolationem ipſam admirentur ſinguli. Quamquam more,inquit,mihi ſemper conſueto,quo iræ admixtam ſemper volo miſericordiam, terræ illius conſumptionem minimè faciam; Vt ſtupeant quidem Gentes ob illius vaſtationes,ſed ob id ſtupeant magis, quod rationem inuenerim illam deſolandi, ſimulque & eam ab omnimoda conſumptione ſeruandi.*

a *Hæc enim dicit Dominus: deſerta (ſeu, deſolatio,aut,admiratio, & ſtupor) erit omnis terra, ſed tamen conſummationẽ non faciam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 HÆC enim dicit Dominus, &c. Duo in his facit Propheta, primò probat quod mox dixerat, terram Iudææ vberrimam conuertendam in desertum, omnesque eius vrbes destruendas à Deo aduersùs illā indignato: quod colligitur ex causali particula (*enim.*) Secundò, suam ipsam quam hucusque prosecutus est tantæ vastationis descriptionem, efficacissimo confirmat infallibilis testimonio Dei, quem & propterea inducit similia contestantem, maiori tamen cum cautela loquentem, suoque more misericordiam iræ admiscentem, iuxta illud Habakuk, [a] *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis*, atque adeo ne quis cùm dixisset, (*Deserta,*) seu propriùs ex Hebræo (*desolata erit omnis terra,*) sc. Iudææ, vel implacabilitatis piissimo Deo inureret crimen, aut mendacij; cùm post reditum è Babylonia haud ampliùs deserta ea extitit terra, quinimò nec ipso captiuitatis tempore, cùm cōstet ex lib. 4. Reg. [b] aliquas ex Iudaica plebe in illa remansisse reliquias: addidisse, inquit, (*Sed tamen consummationem*, seu *consumptionem non faciam*) id est, terram istam cum suis incolis funditùs non perdam. Quod clariùs explicat infra in cap. 30. dicens. [c] *Ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum, & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te: faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris innoxius.* Et in Threnis idipsum fatetur & Iudaicus populus, Dei celebrans miserationes, & dicens, [d] *Misericordiæ Domini quia non defecerunt miserationes eius.* Quibus ex locis apparet, non constare sensum ab aliquibus allatū, quasi tamtumdem sit, *Sed tamen consummationem non faciam*, ac, Nondum tamen faciam puniendi finem: non propterea cessabo magis ac magis punire.

Ira Dei semper admixta misericordia.
a Habak. 3.2.
b 4.Reg.25.
c Ierem. 30. 10.
d Thren. 3. 22.

2 Hebræa ad verbum sic vertes. (*Quia sic dicit Dominus, Desolatio, seu admiratio, & stupor erit omnis terra, & consummationem non faciam.*) Quæ maiorem vim habent. Æquè enim est ac si dicatur. Omnis Iudææ terra eò deueniet desolationis, vt meritò stuporem incutiat vniuersis, admirenturque illam, vt ipsammet desolationem, vtque totius desolationis exemplar, ac simulacrū. Quodque censebitur admirabilius, mea erit pietas, & misericordia, qua cum desolatione ipsa modum inueniam, vt non faciam consummationem; quamquam hæc duo secum pugnare videantur ad inuicem שממה *sciemamah* à verbo שמם *sciamam*, Desolare, perdere, admirari, & obstupescere. Et nomen כלה *chalah*, consummatio à verbo item כלה *chalah*, Deficere, consumere, finire. In versione Sept. nihil est quod notemus diuersi à nostra Vulgata, nisi quòd pro particulis (*enim*,) & *tamen* habet δὲ, *autem*, (*Hæc autem dicit Dominus, & consummationem autem non faciā.*)

Vers. 27.] Hæc enim dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 IVXTA frequentem sacrarum literarum morem, quo omnium vocabulo maximam intelligunt eius, de quo agitur, partem, per hæc id à Domino tanto ante prænunciatum videre est, quod re ipsa nunc in vniuersali obseruare est Ecclesia. Si enim totius Orbis per eas discurramus Prouincias, in quibus Euangelium iam prædicatum fuit iuxta Christi præceptum Apostolis exhibitum, [a] vt euntes in vniuersum mundum prædicarent Euangelium omni creaturæ; in quibus & Christi eiusdem viguit in sua sinceritate fides, ingenti certè cum stupore, magnoque cum animi dolore videbimus maximam earumdem Prouinciarum partem, atque adeo totam ferè Orbis huius terram in eam decidisse, & fidei, & probitatis vitæ desolationem, vt desertum, à feris potiùs, quàm ab hominibus dicas habitatam; vtque propterea in stuporem diuinorum commouearis iudiciorum. Hoc quippe significat Hebraica lectio. (*Sic dicit Dominus, Desolatio, seu admiratio, & stupor erit omnis terra.*) Cæterùm quod vnicuique fidelium aliquid in tanto stupore ingerit consolationis, quodque nihilominus confirmare nos in Catholica debet fide, istud ipsum est, quod vt prænunciatum quoque à Domino nunc obseruatur, haud hucusque factam, neque faciendam fidei, & sanctitatis vitæ in eodem vniuerso terrarum Orbe consummationem; Stat enim adhuc firmum, quod hîc à Domino asseritur. (*Sed tamen consummationem non faciam:*) quodque & Iesus confirmauit, cùm ad Simonem dixit, [b] *Simon, Simon, Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Sed & id insuper in Catholicis Prouinciis, atque etiam in aliquibus fortasse quoad plerosque sanctitate insignes nūc pariter verificatur, quod Eliæ olim idem dixit Deus, [c] *Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal.*

Omne, ponitur frequēter pro magna eius, de quo agitur parte. Ecclesia maior pars nunc deserta, & desolata conspicitur ad stuporem.
a Marc.16. 15.
In Ecclesia haud permissurus Deus, vt vnquam fiat consūmatio fidei, & sanctitatis.
b Luc.22.31.
c 3.Reg.19. 18.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem secundam, vers. 28.

Vers. 28.] Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper: eò quòd locutus sum, cogitaui & non pœnituit me, nec auersus sum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VT [a] autem & magis omnibus conspicua ea fieret desolatio, quæ tunc futura est, idemmet Deus illam describens addidit. Talis profectò futura illa est, vt & insensibilia, & inanimata, terra nimirum, ac cælum pro ea luctus, mœrorisque exhibitura sint signa. 1

a Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper.

Lugebit enim terra, quæ inculta omnis expers erit iucundi, mœrebuntque cæli suæ & ipsi expertes lucis, atque iucunditatis. 2

Cùmque terra tota ob magnā vastationem in squallore erit, cæli etiam desuper propterea mœstos se exhibebunt nigris nubibus, quasi pullis, ac luctuosis operti vestibus. 3

Porrò [b] mala ista vniuersa contingent eò quòd sententiam contra istum populum prolaturus magna cum consideratione, & consultatione præuia; & exactè priùs cogitans locutus denique illam sum, nec me certè eius pœnituit, vt illam mutarem, qui non mutor vt homo. 1

b Eò quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.

Et quamquam quum istiusmodi afflictionum sententias loquor, mei id moris sit, vt haud loquar, nisi simul cogi

cogitationes pacis, & benignitatis cogitant, firmam nihilominus haud esse volui sententiam meam, quia nullam populus iste rationem habuit benignarum cogitationum mearum, ita vt suorum ipsum pœnituerit delictorum.

Quin tametsi quasi primo iracundiæ impetu, quâ ab illo prouocatus sum, ei minitans contra illum locutus sim, cogitaui tamen sedulò postmodum, si, mutante illo peruersam vitam, possem & ipse prolatam in eum mutare sententiam. Cæterùm cùm animaduerterim, ipsum nequaquam pœnitentiam acturum, nec fore, vt is à consuetis se auertat sceleribus, neque me mea pœnituit illata in eum sententiæ, neque vel tantillum ab eo quod locutus sum, auertar.

B

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

1 Sensus.

LVgebit terra, &c.) Tribus modis accipi hæc possunt. Primò, vt exordiens Dominus particularem suam quoque (vt dictum est) Iudaicæ vastationis descriptionem inde incipiat, vnde & superior Prophetæ descriptio; atque idipsum, licet aliis verbis de terra, cæloque proferat, quod eâ ille dixerat sententiâ, *Aspexi terram & ecce vacua erat, & nihili, & cælos & non erat lux in eis*: vt lugere dicatur terra, quatenus inculta est, & desolata, omnisque illius expers, quod iucundi, & commodi esse in ipsa solet; mœrere autem cælos, quatenus obnubilati suâ destituti sunt luce, aut ita esse videntur, prout ibi ex Ezechiele declaratum est. Secundò, vt per hæc non tam id designetur, quod re ipsa futurum sit, quàm hyperbolicâ consuetâque locutionis phrasi in amplificationem eorum, quæ in prædicta futura essent vastatione, luctus, mœrorisque affectus præcipuis his duobus tribuantur inanimatis, terræ, & cælo, prout in Psalmo 95. iisdem affectus tribuitur lætitiæ, & exultationis, [a] *Lætentur cæli & exultet terra*, &c. Pro quo sensu facit versio Sept. quæ ita hæc habet, (*Super his lugeat terra, & contenebrescat cælum desuper.*) Tertiò demum, vt secunda pars adiecta sit in epitasim primæ, sensusque sit, Tantam futuram terræ desolationem, vt vndequáque lugere, ac propter squalorem in luctu eam esse dixeris: Quin & ob vastationem ipsam suam cælis quoque mœrorem incutiat, mœrereque eos faciat, qui tãtùm ab ipsa desuper distant; In signum quippe eius mœroris illi nigris operti nubibus, quasi pullis, & luctuosis vestibus indutos, sese desuper exhibebunt. Hanc enim vim Hebraicũ, quod noster interpres vertit mœrebunt, habet verbum קדר *kadar*, quod non solùm significat nigrescere, & obtenebrescere, quomodo id sumpsêre Sept. & recentiores vertentes, (*obtenebrati sunt*:) Sed & pullis indui vestibus, vt sumitur & in eo Psalmi 34.[b] *Quasi lugens & contristatus*, Hebr. *& pullis indutus vestibus, sic humiliabar.*

Terram lugere quid sit. Cælos mœrêre quid sit.

2. Sensus.

a Psal. 95. 11.

3. Sensus.

Cæli in mœroris signum nubibus, quasi pullis vestibus indui dicuntur.

b Psal. 34. 14.

2

Simile.

(*Eò quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.*) Prædicta omnia inquit euentura, quia sic firmiter apud se decretum fuisset, ac iuxta immobile decretum illud suum, sententiam etiam per Prophetarum ora protulisset. Videtur autem hoc loco Deus, instar prudentis se gerere Principis, qui cùm antequam de re aliqua quid decernat, maturâ super eo cogitarit consultatione, sententiam fixam proferre se ait, & irreuocabilem. Hoc enim pacto cùm dicit, (*Locutus sum, cogitaui*) tantumdem est ac si diceret, præuiâ cogitatione, & cõsultatione sententiam protuli. Quod clariùs expressum videre est per nostrum Prophetam in Threnis, vbi ait, [c] *Fecit Dominus*

Quasi duobus distinctis actibus Deus antequam damnationis sententiâ in aliquẽ proferat cogitasse se ait super illã, atque adeo immutabilẽ eã esse velle.

c Thr. 2. 17.

A *quæ cogitauit*, (en primò cogitationem) *compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis* (en prolatam postmodùm sententiam,) *destruxit & non pepercit*, en quod hîc dicitur, (*Et non pœnituit me, & non auersus sum ab eo.*) Quamuis autem reuerà in Deo non sint isti duo actus distincti, cogitatio seu consultatio, & locutio, quia, vt dicitur in libro Iob,[d] *Semel loquitur Deus*, cùm decernit & cogitat aliquid, *& secundò idipsum non repetit*, actu nimirum distincto: nihilominus quando significare vult, se irreuocabilem aliquam protulisse sententiam, hac locutionis vtitur formâ, quasi fieri possit, vt distinctis inter se duobus iis actibus loqui aliquid ei contingat, circa quod prius maturè non cogitarit, quodue firmâ prius habitâ consultatione non stabilierit.

In Deo vnus actus cogitatio & locutio.

d Iob 33. 14.

De istiusmodi firma Dei sententia cum præuia cogitatione, & consilio legimus apud Isaiã,[e] *Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non vt putaui* (in mea sc. consultatione,) *ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet, Vt conteram Assyrium in terra mea*, &c. *Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas Gentes.*
C Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Bene autem de istiusmodi decreto suo & hîc verba faciens ait, (*Et non pœnituit me, & non auersus sum ab eo.*) Sicut & infra Ieremias,[f] (*Sit, inquit, homo ille, vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum.*) Quomodo enim pœniteat eum, cuius proprium est, vt non mutetur, prout ipsemet asserit apud Malachiam, cùm de huiuscemodi sua agit bene excogitata sententia, dicens:[g] *Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox malefici, & adulteris*, &c. *Ego enim Dominus, & non mutor.* Pœnitet quidem sæpius homines
D sententiarum, quas vel maturo protulerint consilio, atque vt naturâ suâ mutabiles facillimo negotio eas ipsas mutant.[h] *At non est Deus*, ait Balaam, *quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur: dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit?* & Samuel ad Regem Saul,[i] *Triumphator*, inquit, *Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, Neque enim homo est, vt agat pœnitudinem.*

3

e Isai. 14. 24.

Deus firmi sui decreti nõ pœnitere se ait, quia est naturâ suâ immutabilis.

f Iere. 20. 16.

g Mala. 3. 5.

Deus non est vt homo, vt ipsum pœniteat.

h Num. 23. 19.

i 1. Reg. 15. 29.

Secundo sensu, & meliùs iudicio meo, propriusque hac ipsâ, (*Locutus sum, cogitaui*) sicque absque particula disiunctiua, (*Et*) prolata, pro vno duntaxat actu sumerem, prout reuerà vnus in Deo is est, vt non nisi cogitans locutus significe-
E tur Deus, quando aduersùs hominem arbitrij libertate insignitum duram aliquam profert sententiam: Si nosse vis, quid sibi velit cogitantem Deum loqui, lege quod ipsemet ait apud hunc ipsum Prophetam nostrum infra.[k] *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, cogitationes pacis & non afflictionis*: loquens, proferensque sententiam cogitat illam mutare, si homines ipsi à malo in bonum mutentur, hocque crediderim propriè per id significari, quod & supra relatum est è Cantico Habacuc,[l] *Cùm iratus fueris*: loquens videlicet aduersùs nos, *misericordiæ recordaberis*, vel magis ad
F rem nostram ex vi Hebraici verbi תזכור *thizcor*, *misericordiam commentaberis*, cogitationes nimirum misericordiæ tuâ versans mente. Hæcque est ratio, quòd sæpius grauia loquens, & minitans, eâ vtitur loquendi cautelâ, *Ne fortè*, vt hoc ipso capite quarto. *Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea*, &c. Quin & sic in hunc modum cogitat, vt loquens cogitationes ipsas suas impleri anhelet, teste Isaiâ, qui cùm grauissimam Dei in Iudaicum populum, atque in scelestos refert sententiam, eidem hæc addit, [m] *Propterea expectat*, Hebraicè

4

2. Sensus.

Cogitationes pacis, & benignitatis inuictas habet Deus cũ ipsâ prolatione sẽtentiæ aduersùs homines in hoc mundo degentes.

k Iere. 29. 11.

Iratus loquẽs aduersùs nos Deus cogitat, & intra se commentatur misericordiã.

l Habac. 3. 2.

m Isai. 30. 18.

braicè יחכה iebhacceh, anhelat, seu inhiat, vt misereatur vestri: Et ideo exaltabitur parcens vobis: Et nota quod subiicit, quia Deus, iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum, seu inhiant ei. est enim idem quod supra Hebraicum verbum, quasi dicat, eis loquens, proferensque pœnæ sententiam, Deus ille sit iudicij; qui tamen per pœnitentiam ei inhiant, beati profectò erunt, quia nimirum loquitur cogitans cogitationes pacis.

5 *Loquens aduersùm nos quasi subdubitans & cogitatione discurrens loqui videtur Deus.*

Vis clariùs Deum propemodùm intueri sic cogitantem quum loquitur, profertque castigationis sententiam? Audi apud Hosæam ipsum loquentem aduersùs Ephraim, [a] *Cepit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditū meum, iugum autem imponetur ei simul, quod non auferetur.* Audi cogitantem simul cum huiusmodi locutione, [b] *Quomodo dabo te Ephraim?* id est, quâ ratione erga te me habebo? quo affectu, quóue animo ero tecum, teque tractabo? *Protegam te Israel?* id est, tui curam geram, teque vt scuto ab ingruentibus protegam malis? *Quomodo dabo te sicut Adama? ponam te sicut Seboim?* id est, fieri-ne poterit, vt te omnino deleam? seu, An eâ ratione te tractabo, quomodo me gessi cum ciuitatibus illis Adama, & Seboim, quas vt scelestissimas penitus igne cōsumpsi sulfureo? An non in hisce videtur Deus instar hominis se habere, qui secum ipse cogitet, discurratque subdubitans, ideóque nunc in vnā, nunc in alteram partem propendat? Audi denique eiusdem manifestans cogitationes pacis, & non afflictionis. *Conuersum est in me cor meum,* quasi dicat parentis affectu misericordia vincor, adeoque cor meum intra me erga populū ipsum conuersum est, vt videlicet cogitationes cogitet benignitatis. *Pariter conturbata est pœnitudo mea,* idem ferè quod in hoc capite quarto Ieremiæ postquā dictum fuerat. *Ventrem meum, ventrem meum doleo,* subiectum est, *Sensus cordis mei conturbati sunt*: loquitur enim Deus humano more, tametsi in ipso nulla contingere queat conturbatio, pœnitudo nulla; Et est sensus, loquens conturbatus ita sum, vt quodammodo eiusmet me pœniteat locutionis. Vnde sequitur, *Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo,* quasi dicat, quoniam ipse haud instar hominum sum, qui ab ira vinci se sinunt: neque vt homo punire intendo, vt perdam, sed vt emendem, quia bonus sum, benignus, atque naturâ misericors.

a Hose.11.6.
b Hose.11.8.

Quomodo Deus, cùm benigna cogitat, dicat, se esse Deum, & non hominem.

6 *Pœnitere quomodo se dicat Deus eius, quod locutus sit aduersùs hominem.*

Cæterùm hoc pacto cogitare, & quodammodo discurrere, & pœnitudinem sibi proponere dicitur Deus, cùm molesta, grauiaque loquitur, quia iuxta arbitrij libertatem, quasi anceps dubitet de hominum contra quos loquitur, conuersione, & in benigniorem propendens partem eorumdem supponit pœnitētiam, propter quam & suā quoque cogitat de malo, quod loquitur, pœnitudinem. Vnde infra per eumdem Ieremiam dicit, [c] *Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri, & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersùm vos*: patefaciens nimirum illis, quomodo malum ipsum cogitādo locutus sit. Vis videre, quomodo prædictas cogitationes, cùm loquitur faciat, vt anceps quodammodo de hominum determinatione? Audi illum Ieremiæ item hæc significanti, [d] *Sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi, vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum: Si fortè* (nota) *audiant, & conuertan-*

c Iere.26.13.
d Iere. 26.2.

A *tur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali, quod cogito*, (dum scilicet anceps quodammodo sum) *facere eis propter malitiam studiorum eorum.*

Quando verò supposità aliquorum hominum obfirmatione, & obduratione in malitia, & peruersitate, certiorque quodāmodo factus est, quòd illos vnquam minimè pœniteat: tuncque profectò fixus in sententia loquitur, nec vnquam se illam asserit mutaturū, aut illius vllam habiturum aliquando pœnitudinem, prout in iis quæ in primo sensu retulimus sacrarum literarum locis cōtestatur. Hocque illud est, quod & in his, quæ præ B manibus habemus, asserit: dicens enim, (*Eo quod locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.*) Tantumdem est ac si dicat. Mala ista omnia Iudæ euenient, quia aduersùs illum cogitans quidem ex parte mea cogitationes pacis, & non afflictionis locutus hanc sum sententiam, quam firmam esse volui, quia nullam is rationem habet bonitatis meæ, & cogitationum benignarum mearum, ita vt suorum eum pœnituerit delictorum; idcirco nec me pœnituit, nec auersus sum ab eo, quod sum locutus.

7 *Quomodo idē Deus dicat se non mutaturū sententiā eius, quod aduersùs hominem locutus sit.*

Possent & tertio modo, ac fortasse congruen- C tiori ita hæc sumi, vt à Deo dicta, sese gerenti instar admodum indignantis Principis, qui graui erga rebelles, aut cōtra se alia ratione delinquentes irâ commotus capitis sententiam in illos primo impetu proferat: sed postea, quam priùs non adhibuerat, cogitans consultatione an illos pœniteat necne, illatam vel auertat, vel firmet sententiam. Hac enim ratione quodāmodo & Deum se habere, vt primo (vt ita dicam) iracundiæ impetu loquatur, ac per Prophetas pœnæ alicuius proferat sententiam, cuius postmodùm benè cogitans ipsum pœniteat, & ab ea auertatur, videns D delinquentes à suis auersos delictis, ipsemet contestatum voluit, cùm infra ad Ieremiam ait, [e] *Repentè loquar aduersùs gentem, & aduersùs regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Repente*, inquit, humano more loquens: qui enim absque cogitatione, & præmeditatione loquitur, dicitur repente loqui. Sic quippe & Deus cùm nullâ habitâ ratione subsecuturæ pœnitentiæ, & quasi nil de ea cogitans quampiam pœnæ profert sententiam repente dicitur loqui. At audi quid subinferat postquam cogitauit super repentina illa sua sententia. [f] *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo* E *suo, quod locutus sum aduersùs eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui*, id est, quod postmodùm meliùs consultaui, quodue locutus fueram, *vt facerem ei.*

8 3 Sensus. Simile. *Deus aliquādo videtur proferre sententiam in aliquem primùm, vt ita dicā, ira impetu, quam postmodum mutet cogitans superea, & super futura delinquentis pœnitentia.*

e Iere. 18.7.
f Iere. 18.8.

Quid si postquam & benè cogitauit, animaduerterit, gentem eam haudquaquam à malo recessuram, pœnitentiamque acturam? Tunc certè nec ipsum pœnitebit, nec auertet se ab eo quod aduersùs illam locutus est, prout hoc loco fatetur: æquè enim est ac si dicat: Ista Iudaico populo euenient mala, quia ab illo prouocatus ad iracundiam hæc aduersùs illum locutus sum, cogi- F tansque meliùs super id quod locutus sum, an populo illi eam condonare debuissem sententiam, immotus steti, nec me eius pœnituit, cùm norim, illum pœnitentiam minimè acturum, nec recessurum à sceleribus ipsis suis. Sept. ita hæc legunt, (*Super his lugeat terra, & contenebrescat cælum desuper, eo quod locutus sum, & non pœnitebit me, aggressus sum, & non auertar,*) seu (vt habet Latina versio Vaticana) (*non auertam ab ea.*) Hebræa conueniunt ferè cum Vulgata, sic quippe habent, (*Propter hoc lugebit terra, & nigrescent*, seu *obscurati sunt*

ſunt cæli deſuper, ſuper quod locutus ſum, cogitaui & non pœnituit me, nec auertar ab ea,) Vatablus (*locutus ſum, & cogitaui, & non mutaui ſententiam.*

Verſ. 28.] Lugebit terra, & mœrebunt cæli deſuper, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 *In Iudicij die facienda Orbis, & Eccleſiæ militantis conſummatio.* QVI pollicitus mox fuit, non facturum conſummationẽ in Eccleſiæ terra, quamuis in pleriſque regionibus deſertam, & vſque ad ſtuporem deſolatam (vt explicatum eſt) illam eſſe permiſerit. Explicat modò in his, quando & infidelium, & totius Eccleſiæ militantis, quæ fide excolitur, & in qua fruges proueniunt meritorum, facturus ſit nihilominus conſummationem, in extremo nimirum iudicij die, quem ſæpius in Euangelio Ieſus conſummationem appellat ſæculi. Eamque deſcribens conſummationem ab iis exorditur ſignis, à quibus & ſimilem item in Euangelio cœpit deſcriptionem, [a] *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis*, ait ibi, eodemque ſenſu & hîc dicit, *Mœrebunt cæli deſuper*, luctuoſo nimirum veluti habitu (vt in literæ expoſitione explicatum eſt) obſcuriſque nubibus cooperti, non tam pro ſe ipſis, qui tunc renouabuntur, quàm pro hominibus, qui Deum offendere, ſigna ſui exhibebunt mœroris, luctumque propterea & mœrorem iis, qui in terra adhuc degent excitabunt. Hoc quippe id ſignificat quod & hîc dicitur, (*Lugebit terra*, (vt apertè explicauit in Euangelio Dominus Ieſus, quum præallatis ſubiecit, *Et in terris preſſura*, Græcè συνοχὴ, id eſt, *anguſtia gentium*, quâ ſcilicet animo torquebuntur vniuerſæ terræ nationes: *areſcentibus*, inquit, *hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo Orbi*. benè *areſcentibus*, dicitur *hominibus*, vt ad lugentis alludatur metaphorâ terræ ariditate, & ſqualore ſuum exhibentis luctum: bene etiam *præ timore, & expectatione*, extremæ illius dãnationis ſentẽtiæ, quam per ſcripturas ſacras, perque ſanctorum Prædicatorum ora ſignificatam cùm accepiſſent, nullam eius habuêre rationem, quò illam per opportunam delictorum ſuorum effugerent pœnitentiam.

In Iudicij die quomodo, & cur cæli mærebunt.

a Luc. 21. 25.

In Iudicij die quomodo, & cur lugebit terra.

Iudicandorũ tremor ſententia dãnationis extremæ.

In die Iudicij Deus contra impios profert ſententiã immutabilẽ. Hoc quippe clariùs hoc loco apud Ieremiam idem explicat Dominus, adiiciens, (*Eò quòd locutus ſum*,) per ora ſcilicet Prophetarum & ſeruorum meorum, (*cogitaui*,) quas videlicet mei moris eſt, cogitare cogitationes pacis, & non afflictionis, Diutiùs illos quibus iam eis paratam ſignificaram finalis damnationis ſententiam, expectans ad pœnitentiam cogitaui, an ipſis pœnitentibus, agerem & ipſe pœnitentiam de eo quod locutus fueram: at demum attentiùs illorum cogitans vitæ peruerſitatem, obſirmationemque in impœnitentia, nec me profectò comminatæ in eos pœnituit ſententiæ, quam trementes, aridique expectent. Vide quæ ſuper his fuſiùs dicta ſunt in prima literæ expoſitione.

VVLGATÆ.

Verſ. 27.] Hæc enim dicit Dominus, &c.

A *Verſ.* 28.] Lugebit terra, &c.

SEPTVAGINTA.

27. Τάδε λέγει Κύριος, ἔρημος ἔσται πᾶσα ἡ γῆ, συντέλειαν δὲ οὐ μὴ ποιήσω.

28. Ἐπὶ τούτοις πενθείτω ἡ γῆ, καὶ συσκοτασάτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν. διότι ἐλάλησα, καὶ οὐ μετανοήσω, ὥρμησα, καὶ οὐκ ἀποστρέψω ἀπ᾽ αὐτῆς.

B *Verſ.* 27.] Hæc dicit Dominus: Deſerta erit omnis terra: conſummationem autem non faciam.

Verſ. 28.] Super his lugeat terra, & contenebreſcat cælum deſuper: eò quòd loquutus ſum, & non me pœnitebit: aggreſſus ſum, & non auertam me ab ea.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

C PARAPHRASIS Chaldaica. *Quoniam ſic dicit Dominus: Vaſtitas erit omnis terra, & conſummationem non faciam.* Verſ. 28. *Propter hoc deſolabitur terra, & obſcurabuntur luminaria cæli ſurſum, eò quòd decreui in verbo meo, cogitaui in conſilio meo: faciam illud, & non illud reuocabo.* 1

Verſ. 27. & 28. (*Hæc enim dicit Dominus, deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam. Lugebit terra*, &c.)

Hieronymus. *Mixta iræ miſericordia Dei, omnis terra deſeritur, ſed non fit conſummatio, vt ſint qui intelligant clementiam eius. Cælum quoque triſte videbitur deſuper, & ipſa terra lugebit, eò quòd Domini ſententia ad finem vſque peruenerit. Nec pœnituerit eum ſuper his quæ cogitauerit, & locutus ſit. Pœnitentia autem Dei dicitur, quando auferetur prædicta ſententia, & ira ſæuiens ad finem vſque non peruenit. Minatus eſt per Ionam*, [b] *& impendentem gladium lachrymarum, & gemituum multitudo ſuperauit.*

Hieron. *Ira Dei ſemper admixta miſericordia.*

Dei pœnitentia qualis.

b Ion. 5.

Theodoritus. (*Hæc porrò dicit Dominus: Deſerta erit omnis terra, ſed* &c. *Omnem terram dicit Paleſtinam, ſed reuocationẽ pollicetur. Tum exhortatur.* (*Propterea lugeat terra, obtenebreſcat cælum deſuper: quia locutus ſum.*) *Conſonant enim creaturæ cum creatore* (*ſtatui, nec me pœnitebit*) *humano more poſuit verbum hoc*, (*Nec me pœnitebit.*) *Diuinum alioqui numen eſt impatibile, perinde ac ſi diceret, Decreui ſupplicium ſumere*, (*Impetum feci, nec auertar ab ipſo*: ſc. impetu.

Theodorit. *Creatura cõſonant Deo indignato cõtra homines.*

D. Thomas. *Ponit miſericordiæ admixtionem.* (*Hæc dicit Dominus: conſummationem non faciam*) *vt ſc. omnes moriantur, ſicut dixerat de decem tribubus* [c] *Iſai.* 10. *Conſummationem, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Tum ponit ſententiæ damnationem,* (*Lugebit terra,*) *quaſi dicat, Sterilis erit, ſicut florens dicitur ridere. Vel quaſi per compaſſionem hyperbolicè*, [d] *Iſai.* 24. *Luxit, & defluxit terra, & infirmata eſt: & defluxit Orbis, & infirmata eſt altitudo populi terræ, Cogitaui.*) Ponit ſententiæ firmitatem. Iſai. 14.[e] *Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnem terram: & hæc manus extenta ſuper vniuerſas gentes. Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?*

D. Thom.

c Iſai. 10. 23.

d Iſai. 24. 4.

e Iſai. 14. 26. *Dei ſententia firmitas quanta.*

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

A ΕΡΗΜΟΣ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί λέγεις; ἐκλύεις τὸν φόβον τὸν Ἰουδαϊκόν; τί γὰρ οὐκ ἔστης ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἀπειλῇ; ἤρκει εἰπεῖν, ἔρημος ἔσται πᾶσα ἡ γῆ. ἀλλ' εὐθέως τὸ σκυθρωπὸν ἔστρεψεν, τὸ χρηστὸν ἐπαγαγών. τίνος ἕνεκεν; ὥστε καὶ ταύτῃ ποιῆσαι βελτίους. ὅταν γὰρ ἐπὶ χαλεποῖς χαλεπὰ συνάπτοντες λέγωμεν, εἰς ἀπόγνωσιν ἡ ψυχὴ πολλάκις ἐμπέπτωκεν. ἡ δὲ ἐλπίδας ἔχουσα χρηστάς, κἂν βραχείας ταχέως ἀναστῆναι δυνήσεται. [συντέλειαν δὲ οὐ μὴ ποιήσω.]

B Ἐξ ἀνεπιγράφου.] παράδοξον τὸ, μετὰ ἐρημίαν παντελῆ, μὴ συντελεσθῆναι τὸ ἔθνος, σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῦ ἔθνους, καὶ διὰ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, καὶ δεύτερον, διὰ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων. καὶ τελευταῖον, ἡνίκα πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ προοίμια τῆς συντελείας ὑπογράψας τοῦτο ἐπήγαγεν.

[Ἐπὶ τούτοις δὲ πενθείτω ἡ γῆ.

C Τοῦ Χρυσοστόμου.] καλῶς τὴν γῆν πρὸς αἴσθησιν τῶν μελλόντων γίνεσθαι καλεῖ, τῶν ἀνθρώπων ἀναισθήτως διακειμένων.

[καὶ συσκοτασάτω ὁ οὐρανός.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πενθούσης τῆς γῆς φησί, συσκοτασάτω καὶ ὁ οὐρανός. ἢ πάλιν διὰ τὴν ἀθυμίαν, ἢ καὶ τῶν ἀγγέλων σκυθρωπαζόντων ἐπὶ τῇ τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν θεὸν ἀπειθείᾳ, εἴπερ οὖν, καὶ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [διότι ἐλάλησα, καὶ οὐ μετανοήσω.]

D Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ νομίσῃ τις εἶναι ἀπειλὴν τὸ πρᾶγμα, πάντως ἕψεται καὶ τὸ ἔργον. ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις εἰπών, διὰ φιλανθρωπίαν τὸ τέλος, οὐκ ἐπήγαγεν, οὐχ οὕτως καὶ νῦν ἔσται, ἀλλ' ὡς ἐλάλησα, καὶ ποιήσω.

A Vers. 27. DEserta erit omnis terra, &c.) 2

Chrysostomi.] *Quid ais? Iudaeos metu liberas? Cur enim in primis minis non perseueras? sufficiebat dicere, Desolata erit omnis terra, Sed illicò horrendum illud permutando fausta connexit. Quam ob causam? vt per hoc meliores euaderent. Atrocibus enim atrocia si coniungantur, animus in desperationem sæpissime labitur; si verò spes bonas, licet exiguas, nutriat quàm citissime resurgere poterit. (Consummationem autem non faciam.)*

Chrysost. In comminãdo Deus asperis miscet iucunda.

B Incerti.] *Mirum post totale excidium gentem non penitus esse deletam, reliquiæ enim gentis seruatæ sunt, & per reditum ex Babylone, & secundò per eos qui ex Circumcisione crediderunt, & tandem quando totus Israel saluus erit.*

Incertus. Reliquiæ Iudaeorum seruatæ tripliciter.

Olympiodori.] *Consummationis exordia cùm descripsisset, hoc adiunxit.* Olympiod.

Vers. 28. (*Super his lugeat terra*, &c.) 3

Chrysostomi.] *Egregiè terram vocat ad percipiendum futurorum euentum, quo homines* C *sensum abiecerint.*

Chrysost. Terra vocatur ad percipiendũ quando homines intelligibiles facti sint.

(*Et contenebrescat cælum*, &c.

Incerti.] *Plorante terrâ, inquit, obscuretur & cælum. Vel iterum propter animi consternationem. Vel quòd Angeli mæreant, eò quòd populus Dei iussis non obtemperet; quandoquidem* [a] *& super vno peccatore pœnitentiam agente gaudium fit in cælis.*

Incert.; Cælum mærere scit, cùm plorat terra, & cùm consternantur animi: & cùm Angeli mærẽt super peccatis hominũ.

a Luc. 15. 10.

Eò quòd locutus sum, & non me pœnitebit.)

D Chrysostomi.] *Ne minas esse hasce quis putet, planè sequetur effectus. Nam quia cùm sæpe dixisset; finem tamen propter clementiam nequaquam induxit; Non erit ita & nunc, sed opera sermonibus respondebunt.* Chrysost.

Vers. 29.] A voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a A voce Equitis, & mittentis sagittam fugit Ciuitas.

b Ingressi sũt ardua (seu nubes), & ascenderunt rupes (seu, condensa, & syluas) vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.

E QVapropter [a] *à Chaldaeorum exercitu insequente, & peditibus, & equitatu, offendentibus, & cominus, & eminus, vniuersi cuiuscumque ciuitatis incolæ fugerunt; imò non tam ab ipso fugerunt exercitu, quàm ab eius dumtaxat voce, & sonitu, vel etiam à peruulgata eiusdem fame.* [b] *Talisque istius vocis, ac famæ illis insiluit terror, vt fugientes nequaquam se receperint in arcibus munitioribus, prout fieri solet; neque enim vel in eis tutos sese censuêre; Sed vel summa cum difficultate & incommodo loca adiêre inaccessa, montiumque nubes pertingentium cacumina; vel maximo cum labore in præruptas ascendere rupes, & in saxa ad latibulum apta, vel etiam obscuras, densasque subiêre syluas; vnde nullo reliquo incolâ vniuersæ derelictæ sunt ciuitates.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

AVoce equitis, &c.) Descendit iam Dominus ad particularem illius Iudaicæ cladis descriptionem: Describitque potissimùm, quæ tunc futura est, fugam, quia de ea potissimùm secum in vers. 21, locutus, conquestusque fuerat Propheta, dicens, *Vsquequò videbo fugientem*, &c. Loquitur autem in præterito, vt confirmet, quod mox dixerat, *Et non pœnituit me*; tam enim certè ea euentura erant, vt iam extitisse illã asserat, prout apud Prophetas est frequentissimum. Cæterùm singularia tamquam nomina collectiua vsurpat, significans, vniuersos, qui in 1

quã

qualibet Iudææ ciuitate fuêre, fugisse ab exerci- A
tu Chaldæorum, ipsos & cominus & eminus percutientium, & persequentium, propterea namque equites nominauit qui cominus offendunt, sub quibus & alios compræhendit milites, qui gladiis, pugionibus, aliisque similibus cominus præliantur armis, sicut sub sagittariis alios pariter complectitur, qui missilibus armis dimicant eminus. Ad maiorem quoque istius descriptionis Emphasim, non tam ab exercitu fugisse ait, vel ab equitum telis, vel à iaculis sagittariorum, quàm ab eorum voce, & sonitu, quod & supra
a Ierem. 4. 21. indoluit Propheta, cùm diceret, [a] *Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?* Vel etiam à B
peruulgata eorumdem fama iuxta id quod supra de istiusmodi vocis diffamatione dictum est, [b]
b Ierem. 4. 15. c Ierem. 4. 16. *Vox enim annunciantis à Dan.* &c. [c] &, *Dicite Gentibus: Ecce auditum est in Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda voces suas.* Hebræa ad verbum ita hæc habent, *(A voce equitis, & iacientis arcu.)* Vatablus (*Et eius qui arcu ferit, fugiens omnis ciuitas.*) Sept. (*A voce equitis, & extensi arcus recessit omnis regio.*)

Ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, *& non habitat in* C
eis homo. Talis inquit prædictæ vocis vniuersis Iudææ insiluit incolis terror, vt fugientes nequaquam vel in fortissima se receperint Oppida, vel & cet. vt habes in Paraphrasi.

Hebræa (*Venerunt*) seu (*Ingressi sunt*) בעבים *bengauim* propriè (*In nubes,*) vt vertit Vatablus, id est, ad cacumina montium, locáque alta sicut nubes, vt exponit Rabbi Dauid in lib. Radicum. Quamquam deducentes idem nomen à verbo עבה *ngauah* densare, aut densum esse, densas syluas alij id interpretentur, sic Pagninus, Regia autem eodem sensu, (*In condensa*) ובכפים D
vuacheppim, id est (*in rupes*, seu *in petras*) & saxa apta ad latibulum (*ascenderunt, omnis ciuitas derelicta, & non habitans in eis homo.*) Sept. (*Ingressi sunt in speluncas, & in nemora absconsi sunt, & super petras ascenderunt, vniuersæ vrbes derelictæ sunt, non habitat*) seu, vt habet Codex Vaticanus, (*Non habitabat in eis homo.*)

Vers. 29.] A voce equitis, & mittentis sagittam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Tribulationibus vita præsenti fideles suos monet Deus de ærumnis, & pœnis, quæ ad iudicij diem differuntur.*

QVI dum tempus pœnitentiæ est castigat quidem filios suos, sed castigat vt corrigat, & loquens aliquámue proferens correptionis sententiam cogitat simul cogitationes pacis, grauibus frequenter fideles opprimit ærumnis, difficillimisque coarctat calamitatibus, vt per eas de futuris in extremo iudicij die moneantur angustiis, à vitiisque correpti eas omni quo possunt studio euitare obnitantur, iuxta il- F
d Psal. 59. 3. lud Psalmi 59. [d] *Ostendisti populo tuo dura*, exhibens scil. ærumnas molestissimas, & quibus obsisti vix queat: *potasti nos vino compunctionis*, immittens in nos calamitates adeo graues, vt per eas animus, non minùs quàm vino ebrij, cerebrum obturbetur, & obtundatur, vix scire valens, quid in illis capiat consilij: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* Ærumnis profectò, & calamitatibus illis iis, quibus tuus incesset timor, signa præstitisti futurarum, ineuita-

biliumque calamitatum, quibus in iudicio impij conterentur, vt dum tempus adhuc benefaciendi, & pœnitentiam agendi suppetit, à ventura fugiant ira, instar extensi arcus parata ad scelestos quosque perdendos, Prout idemmet Vates regius in alio explicauit Psalmo dicens, [e] e Psal. 7. 1
Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum, Et in eo parauit vasa mortis, id est, tela lethalia, *Sagittas suas ardentibus effecit*, faciens nimirum & parans illos contra scelestos irâ, & libidine, atque concupiscentiâ inflammatos.

Quibus rectè id accommodes quod à Ioanne 4
Baptista iniquis olim dictum est Iudæorum, [f] *Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Sine conuersione videlicet, & opportuna pœnitentia? Vnde benè subiiciens, quid facto illis opus sit, effugere si illam velint, ait, *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*, Dum videlicet tempus habetis opportunum. Nam alioquin dicet illis Dominus, quod item in Euangelio dixit Iesus sanctorum interfectoribus, [g] *Et vos implete mensuram patrum vestrorum: Serpentes, genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* f Luc 3. 7. g Matt. 23.

Fore autem, vt in die iudicij præ ingenti ingruentium malorum terrore impij fugere obnitantur, tametsi inaniter, apertè ex hoc colligere est, quod Dominus per Ieremiam ait: (*A voce equitis, & mittentis sagittam*) seu, vt legunt Sept. (*Et extensi arcus fugit omnis ciuitas.*) &c. *In die Iudicij fugere obnitentur impij, sed frustra à facie Iudicis.*

In libro enim Apocalypsis [h] habemus, supremum Iudicem Dominum nostrum equitem super equum album immaculatæ carnis equitantem, habentemque arcum, vnde sagittas emittat contra hostes suos. Quo videlicet significatur illius potentia ad suos perdendos inimicos, quâ tunc in primis vtetur, cùm ad iudicium veniet, de quibus sagittis in Psalmo 44. dicitur. [i] *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* [k] *Et vidi* inquit Ioannes, *& ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Data est*, ait, *ei corona*, non solùm illa, de qua Iesus in Euangelio dixit, [l] *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*, quáue is redimitus fuit, vt Ecclesiæ Rex, atque caput. Sed & illâ præsertim, quâ iudiciariam accepit potestatem. [m] *Neque enim Pater*, ait *iudicat quempiam, sed omne iudicium dedit filio.* [n] *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est*, [o] *constitutus Iudex viuorum, & mortuorum.* Porrò istâ redimitus coronâ in die iudicij exiturus dicitur vincens, debellansque aduersarios suos, vt & in actu ipso iudicij victor appareat, iuxta illud Psalmi 50. [p] *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris*, magisque ad rem nostram cum B. Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum *cùm iudicabis*, prout in text. Hebr. *In iudicare te.* h Apoc. 6. 2. *In die Iudicij Iudex quomodo comparebit coronatus.* i Psal. 44. 6. k Apoc. 6. 1. l Matt. 28. 18. m Ioan. 5. 22. n Ioan. 5. 27. o Act. 10. 42. p Psal. 50. 6. Hieronym.

Est autem maximè notandum quod hîc non 5
dicitur, (*Ab equite, & à mittente sagittam fugiet omnis ciuitas.*) Sed (*A voce equitis, & mittentis sagittam.*) &c. Hoc namque loquendi modo significatur, non tam de eo hîc agi terrore, quo transfigentur damnati ex conspectu Iudicis aduenientis cum potestate, & maiestate magna, adeo certè horribili, vt eum nec mente imaginari quis valeat: At de illo duntaxat, quem iisdem incutient præcedentia ad iudicium signa, quæ vox subsequentis Iudicis appellantur; sicut & fragor spiritus aquam defluentem in fistulis præue- *Quàm vehementi terrore concutientur impij ex signis præcedentibus iudicium.* *Signa præcedentia iudicium dicuntur vox Iudicis subsequentis.*

præueniens vox non ineptè dicitur eiusdem A aquæ subsequentis. Cuius vocis Christum præuenientis terribilitatem peregregiè Nahum describit Propheta, dicens: [a] *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis.*

a Nahum. 32.

Nec minùs egregiè hic apud Ieremiam eadem exprimitur terribilitas, idemque & iniquorum terror, cùm adiicitur, (*Ingressi sunt ardua*, seu *speluncas*) vt legunt Sept. aut montes nubium cacumine attingentes celsitudinem, vt colligitur ex Hebræo. (*Et ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.*) Quæ per ea intelliges, quibus apud Isaiam dicitur, [b] *Et introibunt in speluncas petrarum, & voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram.* Multóque meliùs dilucidatur hic locus per similem, qui habetur in cap. 6. libri Apocalypsis, vbi post enarrationem signorum Iudicem præcedentium, de eorumdem, vt vocis Christi Iudicis terrore subiicitur. [c] *Et Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & dicent montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: Et quis poterit stare?* Quibus significatur impios ita malis affligendos præsentibus, vt grauiora, & terribiliora pertimescentes quiduis potiùs pati velint quamtúmlibet acerbum, & mortem quamlibet oppetere, quàm ea videre, quæ contremiscunt. Sumiturque metaphora ab iis, qui magno ingruente periculo expectare nequeunt: sed aut fugiunt continuò, aut deficientibus viribus concidunt.

b Isai. 2. 19.

c Apoc 6. 15.

VVLGATÆ.

Vers. 29.] A voce equitis, &c.

SEPTVAGINTA.

24. Ἀπὸ φωνῆς ἱππέως, καὶ ἐντεταμένου τόξου ἀνεχώρησε πᾶσα ἡ χώρα: εἰσέδησαν εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς τὰ ἄλση ἐκρύβησαν, καὶ ἐπὶ τὰς πέτρας ἀνέβησαν. πᾶσα πόλις ἐγκατελείφθη οὐ κατῴκει ἐν αὐταῖς ἄνθρωπος.

Vers. 29.] A voce equitis, & intenti arcus recessit omnis regio. Ingressi sunt in speluncas, & in nemora se absconderunt, & super petras ascenderunt: Omnis ciuitas derelicta est: non habitabat in eis homo.

B APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *A voce equitum, & tendentium arcum migrauerunt omnes habitatores ciuitatis, ingressi sunt, vt fugiant in Syluas, ascenderunt, vt abscondantur in rupibus: omnes ciuitates eorum derelictæ sunt, & non est homo qui habitet in eis.* 1

Vers. 29. *A voce equitis, & mittentis sagittam,* siue *intendentis arcum fugit omnis ciuitas*, siue *regio. Ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes.*) Quodque C sequitur, *Et ingressi sunt saltus* siue *speluncas*, à Sept. additum est, *vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.*

Hieronymus, *Describit sermo diuinus Babylonij furentis exercitum, quod à tremore eius cunctus populus dereliquerit ciuitatem, & ardua quæque conscenderit, & tamen iram Domini non potuerit declinare. Quidquid autem, vt supra diximus, in historia intelligitur contra Ierusalem, referri potest ad Ecclesiam, cùm offenderit Deum, & tradita fuerit aduersariis, vel persecutionis tempore, vel certè vitiis atque peccatis.*

Hieronym. *Dei ira declinari non potest.*

Theodoritus. *Docet qualis ille sit impetus, quem* D *Deus fecit, nempe* (*Præ timore equitum, & sagittariorum omnes conuertentur in fugam, Et alij quidem in montibus, alij in nemoribus fiduciam collocare tentauerunt, plerique relictis vrbibus vertices montium occupauerunt.*) Similia ferè D. Thomas. *Ponit*, ait, *timorem qui significatur ex desertione vrbium* (*Equitis*) *scil. Chaldæi Isai. 21.* [d] *A facie gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie grauis prælij. Et quantum ad inhabitationem montium* (*Ingressi sunt ardua*) *Ierem. 48.* [e] *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis.*

Theodorit.

D. Thom.

d Isai. 21. 15.

e Ier. 48. 28.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΠΟ φωνῆς ἱππέως, καὶ ἐντεταμένου τόξου.] E Ὀλυμπιοδώρου] ἢ τοῦ αἰσθητοῦ. ἢ καὶ τὴν διηνεκῆ τῶν ἀοράτων πολεμίων μάχην σημαίνει. [εἰσέδυσαν εἰς τὰ σπήλαια.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τοὺς λῃστρικοὺς αὐτῶν τρόπους, ἀποστρεφοῦντες θεοῦ: τὸ δὲ σπήλαιον αὐτόγλυφον, ὂν σημαίνει, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς αὐτεξούσιον [καὶ εἰς τὰ ἄλση ἐκρύβησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τὰς σκοτεινὰς πράξεις. [καὶ ἐπὶ τὰς πέτρας ἀνέβησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τὰ ἄκαρπα, καὶ ἀνώμαλα ἐπιτηδεύματα. ταῦτα δὲ καὶ αἰσθητῶς κατὰ ἱστορίαν λάμβανε.

Vers. 29. A voce equitis & intenti arcus, &c. Olympiodori.] *Vel sensibilis, vel perpetuam inuisibilium hostium pugnam significat*, (*Ingressi sunt speluncas*, &c.) 2

Olympiod. *Dæmonum pugna contra nos.*

Olympiodori.] *Ad pyraticos eorum mores, Deo rebelles. Speluncâ verò citra artem excauatâ notat & animi liberum arbitrium.* (*Et in Nemora se absconderunt.*)

Olympiod. *Liberum arbitrium designatum metaphorâ speluncæ.*

Olympiodori.] *In tenebrosas actiones* (*Et super petras ascenderunt*, &c.)

Olympiod. *Opera praua in tenebris.*

Olympiodori.] *In infructuosa, & malè directa vitæ instituta: hæc porrò historicè quoque ad literam accipe.*

Olympiod. *Vita praua studiorum.*

Vers. 30.]

Verſ. 30.] Tu autem vaſtata, quid facies? cùm veſtiêris te Coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componêris: contempſerunt te amatores tui, animam tuam quærent.

Verſ. 31.] Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ: Vox filiæ Sion intermorientis, expandentiſque manus ſuas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Tu autem vaſtata, quid facies?

AT, [a] dic amabò, quid ex tanta vaſtatione in te conſecuturum eſt boni? Numquid vel tunc ſaltem temporis, afflictione dante tibi intellectum, ad tuum conuertêris Deum, quem toties tuum experta es refugium tutiſſimum? Deus ita ſe tecum geret, vt audiſti. Tu è veſtigio cùm vaſtata fueris, quid factura es? Quò te vertes? quaſi cum illo dimicatura auxiliares copias ab exteris gentibus, à falſiſque earum Diis omni contentione procurabis? At inania, maximéque damnoſa hæc tibi tunc erunt ſtudia cuncta. [b] Inania inquam, nam, tametſi more tuo inſtar meretricis te comparaueris, nihilque omiſeris, quo vel falſos Deos tibi reddas propitios, vel externarum gentium tibi & fauorem concilies, & opem, id totum facies fruſtra. Eueniet que tibi, quod proſtitutæ contingere plerúmque ſolet meretrici, quando tametſi ad alliciendos ad ſe amatores Coccineis precioſioribuſque ſe induit veſtibus, & aureis, ac Margaritarum ornat monilibus, & nigri ſtibij fuco oculorum ſuorum cilia collinit, atque palpebras; id nihilominus totum efficit fruſtra. [c] Damnoſa, nam eæ ipſæ gentes, quas aliàs iiſdem ſtudiis ita ad te allicere conſueueras, vt te deperirent, iidemque & falſi earumdem gentium Dij, quorum tibi polliceri videbaris opem, iam nullam tui habentes rationem, ludibriis proſecuti ſunt, teque penitus è mundo tollere ſatagunt.

b Cùm veſtiêris te Coccino, cùm ornata fueris monili (ſeu ornamento) aureo, cùm pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componêris.

c Contempſerunt te amatores tui, animam tuam, quærent.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Præſens tempus apud Hebræos explicatur ſæpe per futurum.*

TV autem vaſtata, &c.) Sunt qui putant futura hîc ſumêda pro præſenti, vt Propheta repræhendat vitia, Idololatriæ præſertim, quibus vel tunc cùm tam proximam eam, quæ mox deſcripta eſt haberent vaſtationem, maiori ſtudio operam dabat Iudaicus populus. Et quidem phraſi Hebraicâ id ſæpius in ſacris obſeruare eſt paginis, vt tempus præſens, quo carent Hebræi, per verbum explicetur futuri temporis. Meliùs tamen iuxta communiorem ſententiam, quæ hîc dicuntur ad tempus referes futuræ vaſtationis, vt Prophetæ mens ſit, tria paucis iſtis efficere verbis: Amplificare eam ipſam, quam hucuſque variis quodammodo coloribus depictam ob oculos Iudaicæ plebi poſuit inſtantem per Chaldæos cladem, & vltimis inſtar egregij pictoris melioribus quaſi illam perficere vmbris, atque coloribus. Quod nec tantæ calamitati quidquam ex conſuetis remediis illi profuturum ſit populo, vel quid ſperandum ex amatoribus, aut ex finitimis gentibus ſit auxilij, conuenientibus nimirum omnibus & falſis Diis, & gentibus alienis in eius contemptum, atque ruinam. Simulque peruerſum illum eidem exprobrat morem, quo ſtudium ſuum vniuerſum in id dirigebat, vt multiplici cultu falſos ſibi conciliaret Deos: variiſque rationibus externas gentes in ſui pelliceret amorem, in quorum ope & ſpem ſuam collocaret vniuerſam, conteſtans in ipſa quæ deſcribitur vaſtatione ad conſueti huius, & continuati ſceleris pœnam ea omnia in extremam illius ruinam conuertenda. Tertiò demum tacitè per hæc ipſa eumdem populum à mendacibus auulſum amatoribus, ad vnicum verumque Deũ, & tutum auxilium ſuum attrahere nititur, ſicut apertè fecit ad calcem præcedentis capitis tertij, vbi eos & verba docuit, quibus id proteſtarentur, [d] *Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael.* d Iere. 3. 21

Habet verò peculiarem vim quod primò inquit, (*Tu autem vaſtata, quid facies?*) Particula namque (*autem*,) hîc videtur eſſe nota vel conſecutionis, vt ergo, itaque: Vel oppoſitionis, vt ſed, ſumpta vt conſecutionis, hunc facit ſenſum, Auditis iam prænarratis, quid ex iis vniuerſis in mente tua feciſti illationis? Quid ergo eâ ratione vaſtata factura es? tacitè illi exprobrans ſtultitiam, quòd vel tunc, prout ratio ipſa poſtulabat, ad Deum conuertenda minimè ſit, Simulque vt iuſtiſſimum propterea id comprobans, quod mox à Domino dictum fuerat, *Locutus ſum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auerſus ſum ab eo.* Sumpta verò vt nota oppoſitionis, Sẽſus hic erit: Hæc tibi euenient miſeriarum, atque vaſtationis, quæ ob oculos tibi poſui; ſicque tecum ſe geret Deus tuus, vt nec à pronunciata aduersùm te vaſtationis ſententia auerti ſe velle ſignificarit: At è veſtigio tu vaſtata cùm fueris, quid nam factura es? per Apoſiopeſim, quaſi dicat: Tu è contra veluti cum illo dimicatura auxiliares quodammodo copias à falſis Diis aduersùs illum procurabis, magiſque eum in idola prouocabis, in quibus habes fiduciam: quod tamen vanum futurum, eidemque populo maximè damnoſum mox ſignificat dicens. 2

Particula autem pro nota conſecutionis, ergo, itaque & pro nota oppoſitionis, ſed.

(*Cùm veſtiêris te Coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra componêris.*) 3
En quomodo id omne vanum. More autem ſuo de Iudæa, Iudaicoque populo, tamquam de meretrice Propheta loquitur, quæ ad illiciendos ſibi amatores, eorumque ſibi cõciliandum fauorem, & opem pretioſioribus ſe ſe ornant & veſtibus, & ornamentis, & vnguentis. Quâ metaphorâ ſignificare vult, inania ei tunc futura, quæ adhibebit ſtudia omnia, modoſque, & artes vniuerſas, quibus externarum gentium fauorem, & falſorum Deorum opem parare contendat, vel turpiſſimis ſacrificiorum ritibus, vel earum gentium ſe conformando moribus. Quam metaphoram ſeruaſſe reperio & Dominum in cap. 23. Ezechielis. [e] *Quibus*, ſcil. externis gentibus *te lauiſti*, inquit, *& circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri*, &c. e Ezech. 23. 40.

Porrò circa literæ ſonum ſat patet, quid ſit ornari monili aureo, quidque & veſtiri Coccino, nempe pretioſis veſtibus Coccinei coloris, Coccoque quem modo granam nuncupamus, infectis. Id dumtaxat aliquid difficultatis habet, quod dicitur, (*Et pinxeris ſtibio oculos tuos.* Enimverò ſi per ſtibium id intellexerimus mineræ genus, de quo Dioſcorides lib. 5. cap. 59. & Plinius lib. 33. cap. 6. quod Græco vocabulo πλατυόφθαλμον, ab oculorum dilatatione appellant, quia ſcilic. id vim habeat dilatandi oculos, 4

Stibium eſt quoddam mineræ genus. Dioſcor. Plinius.

inhibetque eorum fluitiones, & exulcerationes. A Non video rationem cur eo antiquitùs mulieres vſæ fuiſſe dicantur ad oculos pingendos, & hîc, &[a] in 4.lib.Reg.de Iezabele dicitur, ſeu ad circũliniẽdos, vt apud Ezechielem. Quamobrem conuenio cum Abulenſi ſuper cap.9. 4.Reg. & ſuper cap.29.lib.1.Paralipomenôn, vt ſtibium iſtud vnguentum, & medicamentum potiùs fuerit, & fucus quidam nigri coloris, quo cilia, & palpebras fœminæ, quæ fucabant facies ſuas, pingebant, vt pulchriores apparerent. In qua ſententia confirmant me & Tertullianus, & Cyprianus & Hieronymus; hic namque in epiſtola 10.ad Furiam, B hæc habet, de Maria Magdalena, loquens, *Non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos*, Orbium nomine palpebras deſignãs, quas Tertullianus lib. de habitu muliebri exordia appellat oculorum, dicens, *Nigro puluere oculorum exordia producere*, ſcilic. collinendo, vt idemmet ſe declarat lib. de cultu fœminarum dicens, *Oculos fuligine collinere*. Quibus ſimilia Cyprianus lib. de habitu Virginum, *Oculos* ait, *circumducto nigrore fucare*: & lib. de Pudicitia, *oculorum extremitates ſuffuſcare*. Vide Pamelium in Annotat. Super lib. de cultu fœminarum Tertulliani num.23.

a 4.Reg.9.29.
Abulenſis.
Stibiũ quoddam vnguẽti genus nigri coloris ad fucanda cilia, & palpebras oculorum.
Tertullian.
Cyprianus.
Hieronym.
Pamelius.

5 Hebræa ad verbum ſic transferunt Regia, (*Et tu ergo vaſtata quid facies, quia indues te Coccino, & ornabis te ornamento aureo, quia ſcindes in fuco oculos tuos?*) Pagninus, (*Quia modò induis te Coccino*, &c. *Quia pingis in ſtibio oculos tuos.*) Idem verò in Theſauro in verbo quod hîc eſt קרע *karang*, propriè ſcindere, aperire, (*Quia ſcindis in ſtibio oculos tuos*,) præ nimia videlicet, inquit, & aſſidua fucatione. Vatablus, (*Si te indues Coccino, ſi aureis monilibus ornabis te, ſi pinges fuco faciem tuam, fruſtra pulchram te reddes.*) Iſidorus Clarius in Annotat. (*Quæ modò veſtiris Coccino, & ornaris*, &c.) in præſenti. Variant autem Interpretes ob variam ſignificationem Hebraicæ particulæ כי *chi*, quæ nedum ſignificat quia, vt ſumitur in Vulgata, Sed accipitur etiam pro *ſi*, & pro *cum*, & pro relatiuo quæ.

In verſione Sept. eſt in his aliquid in Codicibus varietatis. Primam enim partem quamuis omnes, quos videre potui, codices ſic habeant, (*Et tu quid facies?*) Notat tamen Hieronymus in Comment. ſuper hunc locum legi, (*Et tu miſera*, ſeu *miſerabilis, quid facies?*) atque huiuſmodi quiddam videtur Theodoritus agnoſcere; in reliquis conueniunt codices legentes, (*Si veſtieris te Coccino, & ornata fueris ornamento aureo. Et ſi vnxeris ſtibio oculos tuos, in vanum pulchritudo tua.*) Niſi quòd in Codice Regio vbi reliqui omnes legunt στίβι (ſeu στίβει, *ſtibio*, habetur τιμῇ *honore.*) Quid autem ſibi id velit, (*Si vnxeris honore oculos tuos*,) non intelligo, ni fortaſſe honorem poſuerit pro vnguento ipſo, quo honor ipſis confertur oculis, dum pulchriores redduntur. Tamen crediderim potiùs, id mendum eſſe, vt in eo textu Græco τιμῇ, mendosè impreſſum, ſeu etiam in eius exemplari ſcriptum ſit pro στίβι.

6 (*Contempſerunt te amatores tui, animam tuam quærent.*) Probat in his quomodo nedum inania ea omnia futura ſint ſtudia, ſed & maximopere populo eidem damnoſa; quandoquidem eæ ipſæ gentes, quæ priùs illum, vt meretricem deperierant, quarumque amorem ſibi obnixè ſtuduerat conciliare (ambo enim hæc amatorum deſignare vocem oſtenſum eſt ſupra:) Quin & Dæmones, quos in idolis vt ſuos colebat amatores, Tunc temporis quando in tam miſerandam deuenerit vaſtationem, ita eam contemnent, vt & nullam illius habeant rationem; & ludibrio, atque ignominiis ipſam proſequantur: Enitentes, & quibus poterunt ſtudiis quærentes, eam penitùs è mundo tollere, hoc quippe ſignificat, (*Animam tuam quærent.*) Quorum ſimilia, clariúſque explicata à Domino videre eſt in paulò ante citato cap. 23. Ezechielis, Vbi poſtquam dixit, eumdem Iudaicum populum inſtar meretricis ſe exornaſſe, ſuiſque fucis, & ornamentis allexiſſe ad ſe exteras gentes, quæ quaſi viri amatores cum ipſa per Idololatriam fornicarentur, concludit. [b] *Viri ergo iuſti ſunt*, id eſt, diuinæ iuſtitiæ miniſtri, *hi iudicabunt eas*, ſcilicet Iudæam, & Samariam, *iudicio adulterarum, & iudicio*, id eſt, pœnâ *effundentium ſanguinem*, & poſt multa enumerata, variaque interfectionis genera. *Et dabunt* inquit, *ſcelus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum veſtrorum portabitis, & ſcietis quia ego Dominus Deus.*

b Ezech. 23. 45.

Hebræa ad verbum ſic reddere poteris מאסו C בך *maaſu bah.* (*Reprobarunt, abiecerunt*, & *contempſerunt te, laſciuè te adamantes*, ſeu *amatores tui, animam tuam quærent.*)

Sept. (*Proiecerunt te amatores tui, animam tuam quærent.*)

Verſ. 31. Paraphrasis Literæ.

SPIRITV[c] *prophetico ipſe vocem quaſi ſenſibilibus hiſce auribus accepi adeo querulam, vt mihi ei ſit viſa ſimilis, quam eiulando, & clamando profert mulier, quæ* D *doloribus angitur partus, eaſque ex audita voce percepi & anguſtias, quibus ea premi ſolet, quæ primum edit puerperium, in arctoque poſita nec vocibus parcens, nec eiulatui quò ſe vertat ignorat.* [d] *Audiui inquam vocem filiæ Sion animam agentem, & inſtar primiparæ, quæ præ anguſtia ſpiritum propemodum exhalet, ſuas præ eiuſdem anguſtiæ vehementia expandentem manus: atque inſtar eiulantium quarumlibet mulierum nedum expandentem, ſed & complodentem eaſdem ad inuicem, quin & cum ipſa manuum expanſione auxilium hinc, & inde, & ab idolis, & ab idololatris gentibus efflagitantem.* [e] *Porrò vox quam au-* E *diui ab illa in tam miſerando proferri ſtatu hæc eſt, Væ mihi, quia dum tota die opem imploro, & lugeo propter innumeros filiorum meorum, quos interfectos meis ipſis conſpicio oculis, necnon & propter interficientium crudelitatem, fruſtra expandens manus meas, præ laſſitudine ſuſtinere me ampliùs nequeo, defecitque ſpiritus meus.*

c *Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ, (ſeu vt primiparæ.)*

d *Vox filiæ Sion intermorientis, expãdentiſque manus ſuas.*

e *Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos (ſeu interfectores.)*

Verſ. 31. Expositio Literæ.

7 VOCEM *enim quaſi parturientis*, &c.) Particula (*enim*) ſignificat hæc pertinere ad ea quæ mox dicta fuêre: his F ſiquidem confirmat Propheta, quod vaſtationis ſuæ tempore Iudaicus populus nedum à Chaldæis, ſed & à finitimis, cæteriſque aliis, in quibus confidebat gentibus, ludibrio habendus ſit, & internecioni dandus: Spiritu namque prophetico, & auribus quodammodo percepiſſe ſe ait vociferationem adeo querulam, vt ſibi ei ſit viſa ſimilis, quã eiulando, & clamando profert quæ doloribus angitur partus. Frequentiſſima apud Prophetas, in primiſque apud Ieremiam hæc

hæc eſt parturientis ſimilitudo ad vehementiſſimos exprimendos dolores: Vnde & ad hos magis explicandos dolores, arctumque (vt ita dicam) quo in ſummo is exiſtens cruciatu quò ſe verteret, quidue ageret neſciret, ſubdit, ſe percepiſſe & anguſtias illi ſimiles anguſtiæ, in qua reperitur puerpera, quæ mox puerperium fecit, ac gemit: vel vt ex Originalibus Hebr. & Græc. conſtat, ſumendo puerperæ nomen pro primipara; quia primo in partu maiores pati ſolent anguſtias, maiora ſubire pericula, adeóque & maiores edere eiulatus, per auxeſim hæc adiecta ſunt.

8 (*Vox filiæ Sion intermorientis, expandentiſque manus ſuas.*) Ob oculos quodammodo ponens quam eiulantem, & dolentem quaſi in anguſtia primiparæ audiſſe ſe dixit, ait, ipſam filiam Sion à ſe viſam intermorientem, id eſt animam agentem, adeóque & inſtar etiam primiparæ, quæ præ anguſtia ſpiritum propemodum exhalat, ſuas expandentem manus præ anguſtiæ vehementia; vel inſtar mulierum eiulantium, ac lamentantium, expandentiúmque manus. Hanc veriorem cenſeo lectionem quàm alteram illam. (*Vox filiæ Sion inter morientes, expandenteſque manus ſuas,*) quam ita explicant, Vox filiæ Sion ſimilis eſt voci morientium, expandentiumque manus ſuas ad petendum auxilium. Vel, Vox populi Sion inter morientes, dum alij clamantes præ doloribus exhalant ſpiritum, alij proſtrati expandunt manus, & precibus contendunt hoſtes propitios ſibi reddere.

Cæterùm iuxta primum quem attuli ſenſum, quod dicitur, (*Vox filiæ Sion,*&c.) eſt declaratiuum eius, quod Propheta prædixerat. (*Vocem quaſi parturientis audiui.*) Ac ſi dicat, Vox porrò filiæ Sion, & Iudaici populi intermorientis, &c. quam D audiui, ita eſt, (*Væ mihi, quia defecit anima mea.*) quod conſonat adiectiuis præcedentibus, intermorientis, expandentiſque manus, (*propter interfectos,*) id eſt, dum video multitudinem filiorum meorum quos hoſtes internecioni tradidêre. Quamquam ſi hæc, quæ hîc dicuntur cum ſimilibus iis conferamus, quibus in Pſalmo 142. *Expandi manus meas ad te*, ad Dominum ait Dauid, [a] *Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus*: admodum congruè ita hæc exponemus, Vox filiæ Sion animam ferè agentis, cumque expanſione manuum auxilium hinc inde à ſuis videlicet idolis rogantis, iſta ſcilicet eſt, Væ mihi, quia dum tota die propter interfectos multos, quos video filiorum meorum, opem imploro fruſtra expandens manus meas præ laſſitudine ſuſtinere me ampliùs non valeo, defecitque ſpiritus meus. Quæ iis conſona ſunt verſ. 30. *Contempſerunt te amatores tui, animam tuam quærent.*

a Pſ. 141. 6.

9 Verſionem Sept. variam etiam in hoc verſ. 31. in diuerſis reperio codicibus, Complutenſis, & Regius ita eam reddunt, (*Quia vocem quaſi parturientis audiui gemitus tui, vt primiparæ vox filiæ Sion deficiet.*) Vaticanus autem, (*Gemitum tuum quaſi primò parturientis. Vox filiæ Sion diſſoluetur: & dimittet manus ſuas. Heu me, quia deficit anima mea propter interfectos.*)

Hebræa ita vertunt, Pagninus, (*Vocem enim tamquam parturientis audiui anguſtiam vt puerperæ, vocem filiæ Sion, quæ lamentabitur, & expandet manus ſuas, dicens, Væ nunc mihi, quia defecit anima mea propter interfectores.*) Regia, (*Quippe vocem tamquam parturientis audiui, anguſtiam vt primiparæ vocem* A *filiæ Sion: Conqueretur, expandet manus ſuas. Væ nunc mihi, quia laſſata eſt anima mea interfectoribus.*) Vatablus, (*Voce enim tamquam parturientis, anguſtiam quemadmodum eius quæ primum puerperium experitur, vocem ſcilicet filiæ Sion, magna in animo molientis, & ſpargentis manus ſuas*, (ſeu *quæ fremit, & frangit manus ſuas.*) Mulieris lugentis, complodentis manus exponit morem.) Subaudi, dicendo ſic, (*Væ mihi, quoniam deficit anima mea propter interfectores,*) id eſt, milites interficientes filios meos.

Porrò circa hanc ipſam Hebraicam lectionem B nota primò, vocem כמבכירה *chemauchirah*, eſſe participium verbi בכר *bachar*, vnde nomen בכר *bechor* primogenitus, & propriè ſignificare, ſicut parientis primogenitum, atque adeo vocem puerperæ, quà id participium reddidit noſter interpres, ſumendam in ſignificatu primiparæ, prout & apud Sept. Nota ſecundo vocem תתיפח *thithiappeahh*, quam Hebræi deducunt à verbo יפח *iapphah*, loqui, meditari, lamentari, conqueri, Noſtrum interpretem illam vertendo (*intermorientis*) deduxiſſe à verbo פוח *puahh*, flare, & ſpirare, Sicut & Sept. eamdem vertentes ἐκλυθήσεται (*deficiet*, ſeu *diſſoluetur.*) C Nota 3. vltimam vocem להורגים quæ modò cum punctis legitur *lehoreghim*, (*propter interficientes,*) noſtrum interpretem ſequutum Sept. legiſſe in participio paſſiuo להרוגים *leharughim*, ideóque vertiſſe, (*propter interfectos.*)

Verſ. 30.] Tu autem vaſtata, quid facies? &c.

Verſ. 31.] Vocem enim, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Proſequens materiam iudicij finalis, eiuſque horribilis terroris, de quo hucuſque actum eſt, aptiſſimè hiſce vti poterit concionator pro exaggeratione aduerſùs obfirmatos quoſlibet peccatores, quos Deus alloquatur, patefaciens illis, id eis extremum futurum miſeriæ, ac deſperationis, quòd nihil habituri ſint confugij, nihil è quo quidpiam ſperare poſſint opis: E quandoquidem & Dæmones, & homines quos variis ſtudiis, omnique & animi, & corporis cōtentione in hac vita ſibi conciliare obnituntur, adeo tunc temporis ſibi videbunt aduerſos, vt nedum contemptui ab eis habeantur, ſed & ad internecionem animæ quærantur extremā. Circa quem moralem ſenſum præter ea, quæ ex literæ expoſitione haurire poteris, duo in primis ſunt, quæ perpendas, Primum, quàm ſtultum id ſit peccatorum ſtudium, quo per ea, quibus Deus offenditur, amatores ſibi facere nititur, quos infenſiſſimos potiùs ſētiat hoſtes, quod egregiè au- F ctor ſignificauit libri Eccleſiaſtici dicens, [b] *Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis*, efficiens, vt ab illis quos cenſes amatores, contemptui habearis, atque ludibrio. Idemque in cap. 6. [c] *Ne te* inquit, *extollas in cogitatione animæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in Eremo.* Ac ſi dicat. Ne inſtar ſuperbiſſimi, atque indomiti tauri in temet te extollas, ob id ſcilicet, quòd multos potenteſque habeas amatores animæ tuæ.

10 *In die iudicij dānatis nihil erit à quoquā confugij, vel opis, vel ſpei.*

Quos modò in peccatis ſocios, & adiutores habere nitimur, in die iudicij infenſiſſimos ſētiemus hoſtes

b Eccl. 18. 31.

c Eccl. 6. 1.

Ne fortè in stulto, inanique studio, quo illos tibi conciliare, amicosque seruare contendis, tua elidatur virtus, roburque omne: neue idemmet robur quod propterea inaniter consumis, id perdat omne, quod in te extiterit vel apparêtis, vel quoquo pacto frugiferi boni: tuque relinquaris inglorius, & qui æterno dumtaxat deputeris igni, velut lignum aridum in eremo. Quæ meliùs declarantur per subsequentia, *Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum,* damnationis videlicet æternæ. Alterum quod perpendas, est quàm opportunè in die iudicij confundendus dicatur peccator instar meretricis, quæ inani studio sese ornet, suaque consumat pro conciliandis sibi amatoribus, à quibus ludibrio habeatur, quosque & lethales sentiat aduersarios.

In die iudicij confundetur peccator instar meretricis despectui habita.

II *Contra mulieres nimiũ se ornantes atque fucantes faciem.*

Cæterùm sequentes lectionem, quã in præsenti & Pagninus, & Isidorus Clarius ex Hebræo ita hæc vertunt: (*Tu ergo vastata quid facies?*) *quia* seu, *quæ modo induis te Coccino, quia ornas te ornamento aureo, quia pingis,* seu *scindis in stibio oculos tuos: Abiecerunt,* seu *contempserunt te, lasciuè te adamantes, animam tuam quærent*: aptiùs hisce vteris aduersùs mulieres lasciuas, arguens nimium earum studium circa corporis ornatum, in primisque inuehens contra eas, quæ suam fucant faciem, exprobransque illis quid in die iudicij facturæ erunt, quando arescent præ timore, totæque concussæ præ horribili erunt terrore: quando ab amatoribus ipsis in quorum gratiam modò peccantes ita sese ornant, & fucant, malè habebuntur. Et Dæmonibus ipsas deridentibus, & hominibus cum improperiis ipsas abiicientibus, & vtrisque ipsas ad perpetuam animæ trahentibus mortem.

Vers. 31. EXPOSITIO MORALIS.

12 *In die iudicij quomodo se habebit anima impij, cum iudex iudiciũ exercere cæperit.*

VOcem enim, &c.) Sumens per filiam Sion vnamquamque fidelem animam peccatricem facilè hæc iuxta cæptum de materia extremi iudicij sensum ad idem referes propositum, si quæ in prima literæ expositione dicta fuêre perpenderis. Efficacissimè enim explicata hîc habes damnandæ animæ & dolores, quibus tunc cruciabitur, cùm aduersùs alios damnationis iam proferri audiet sententiam; & angustiam, in qua tunc reperietur, cùm mox & contra se eamdem proferendam expectabit; quos emissura tunc sit clamores; quos eiulatus; quos corporis motus, quasque & voces. Vide ibi in litera.

VVLGATÆ.

Vers. 30.] Tu autem vastata quid, &c.

Vers. 31.] Vocem enim, &c.

SEPTVAGINTA.

30. Καὶ σὺ τί ποιήσεις ἐὰν περιβάλῃ κόκκινον, καὶ κοσμήσῃ κόσμῳ χρυσῷ; ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβι τοὺς ὀφθαλμούς σου, εἰς μάταιον ὡραϊσμός σου, ἀπώσαντό σε οἱ ἐρασταί σου, τὴν ψυχήν σου ζητοῦσιν.

31. Ὅτι φωνὴν ὡς ὠδινούσης ἤκουσα τοῦ στεναγμοῦ σου ὡς πρωτοτοκούσης, φωνὴ θυγατρὸς Σιὼν ἐκλυθήσεται, καὶ παρήσει τὰς χεῖρας αὐτῆς, οἴμοι ἐγὼ ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις.

A *Vers.* 30.] Et tu, quid facies? si circumdederis tibi Coccinum, & ornaueris te ornatu aureo, si vnxeris stibio oculos tuos, in vanum pulchritudo tua. Repulerunt te amatores tui: animam tuam quærũt.

Vers. 31.] Quia vocem quasi parturientis audiui, gemitum tuum quasi primò parientis. Vox filiæ Sion dissoluetur: & dimittet manus suas. Heu mihi, quia deficit anima mea super interfectis.

B

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem ecce direpta es, quæ est in te virtus, vt facias? quia confidisti iis, qui induuntur variis coloribus, & iis qui ornantur ornamẽtis aureis, quia pingis stibio oculos tuos: in nullum vsum ornas te. Detestati sunt te amatores tui, occisores quærunt animam tuam.* Vers. 31. *Quia vocem quasi prægnantis audiui, angustiam quasi mulieris quæ incipit parere primogenitum: vocem cætus Sion qui prosternit se, & expandit manus suas, dicens: Væ nunc mihi, quia lassata est anima mea propter interfectores.* 1

C

Vers. 30 (*Tu autem vastata quid facies?*)

Hieronymus. *Pro* (*vastata,*) *quod Hebraicè dicitur* שדוד *ssiadud, quod solus interpretatus est Aquila, alij transtulerunt,* (*miseram*) *atque* (*miserabilem*) *culpâ sui, quæ clementem offenderit Deum, & tradita fuerit aduersariis.* Hieron.

Theodoritus. *Sermone ad Ierusalem conuerso,* (*Et tu inquit, misera quid factura es?*) *pro, quò fugias?* Theodorit.

(*Cum vestieris te Coccino, &c.*) Clemens Alex. lib. 3. Pædagog. cap. 2. vtens hoc loco aduersùs inanem fœminarum cultum ait. *Sicut nota mustæ fugitiuum: ita etiam floridi colores adulteram indicant:* (*nam etsi Coccino induaris, & aureo ornamento orneris, & oculos tuos vngas stibio, frustra & pulchritudo tua,*) *dicit Verbum per Ieremiam. An verò non est absurdum equos quidem, & aues, & alia animantia ex herba, & pratis surgere, ac euolare proprio ornamento lætantia, iubis, & colore naturali, & pennis variis: mulierem verò perinde ac si sit bestiis inferior, se esse adeo deformem existimare, vt externâ, emptitiâ, & adumbratâ pulchritudine egeat?* Clem. Alex. *Contra mulieres nimiũ sese ornantes atque fucantes.*

D

E

Hieronymus. *Sub figura mulieris adulteræ loquitur. Cùm semel offenderis Deum, & quasi virum tuum relinqueris creatorem, frustra ornamenta perquiris. Contempserunt te Dæmones amatores tui, Et nequaquam stupri immunditiam, sed anima tua quærent interitum. Hoc idem intelligendum spiritualiter contra eos qui cõiugales affectus, & veræ fidei pudicitiam perdiderunt. Si te, inquit, vestieris Coccino, id est, sanguinis Christi assumpseris fidem, si monili ornaueris aureo, id est, meditationem habueris sensus, & intelligentiæ spiritualis: & pinxeris oculos tuos stibio, id est habueris studium mysteriorum & Dei secreta noscendi, frustra componêris. Hæc enim etiam tuis amatoribus præparas, & idcirco lectus angustus vtrumque capere non potest, nec recipit ornamenta Dei, quibus amatoribus tuis ante placuisti.* 2 Hieronym. *In peccato perseueranti quàm parum prosint bona aliqua quæ faciat. Peccatori vt sic parũ prodest fides sanguinis Christi, & notitia diuinorũ, ni se emendes.*

F

Theodoritus. (*Si tibi circumdederis purpureum vestimentum, &c.*) *Solebant diebus festis Dæmonum pulchritudini operam dare: vnde reducit eis in memoriam eiusmodi ornamenta, docetque illa omnia inutilia esse, & noxia, quæ nullum à Dæmonibus auxilium compararunt imò potiùs illis procurarunt hæc mala,* (*Vocem enim, &c.*) Theodorit. *In Idolorũ festis pulchritudini operã dabant antiquitùs fœminæ.*

D. Thomas. *Ad similitudinem meretricis, quæ parat se, vt placeat amatoribus, ita ornabant aras idolorum* 3 *Stibium vnguentũ crocei coloris.*

rum, vt eis placerent. Stibio, id est, vnguento crocei coloris, quo mulieres supercilia tingunt.

3 Hieron. Vers. 31. (*Vocem enim quasi parturientis audiui,* &c.) Hieronymus. *Ad similitudinem mulieris puerperæ, id est, quæ primos parit fœtus describit vrbem Ierusalem eiulantem, atque clamantem. Quomodo enim mulier pariens, & necdum dolorem parturitionis experta penè moritur, & angustiis sustinens vix potest respirare, sparsisque manibus collabitur. Sic & filia Sion cùm suos viderit liberos interfectos in hæc verba prorumpet, & dicet, (Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.) Duo autem exempla in* A *vno capitulo comparata sunt, parturientis filios & lugentis: vt quicquid mulier patitur in fœtu, vel mortibus filiorum, Ierusalem patiatur in populis.*

Theodoritus. *Per similitudinem doloris modum repræsentat, cùm ait, (vocem enim vt parturientis audiui, &c.) Cùm verò subiit, (Væ mihi, quia defecit anima mea super interfectis.) Implet legem diuinam, flere cum flentibus, condolens iis, qui pœnis affliguntur.* Theodorit. Rom. 12. 15.

D. Thomas. *Ponit dolorem sicut in partu, (Vocem puerperæ) qua primò filium parit, & grauius dolet, & sicut in morte filij, (Inter morientes.)* D. Thom.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ἈΠΩΣΑΝΤΌ σε οἱ ἐρασταί σου.]

Ἀπολιναρίου.] πρὸς γὰρ τῷ μὴ συμμαχεῖν, συνεπιτίθενται τῇ κακώσει, οὐ γὰρ φιλοῦντες ἀπατῶσι, τῶν δὲ κακῶν τὰς ὀδύνας, τῇ τῶν πρωτοτόκων ἀπείκασε γυναικῶν ἐφ' ὧν ἀφόρητοι συμβαίνουσιν ἀλγηδόνες. [καὶ σὺ τί ποιήσεις?]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] αὐτὴ δὲ, ποῦ φεύξῃ; τίς σε δέξεται τόπος; οἱ σοὶ γὰρ ἐρασταὶ δαίμονες, οὐδέν σε ὠφελήσουσι, κἂν πάντα ποιεῖς πρὸς τὸ ἀρέσκειν αὐτοῖς. [ἐὰν περιβάλῃ κόκκινον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον; μεταφορικὸς ὁ λόγος ἐστίν. ὡς πρὸς γυναῖκα ἄτιμον, τὴν πόλιν, καὶ ἑταιριζομένην ὁ προφήτης συνεχῶς διαλέγεται.

*Τοῦ αὐτοῦ.] ἐπειδὴ εἶπεν ἀνωτέρω, ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρείῳ, τουτέστι τὸν τόπον, ἔνθα ταῖς γυναιξὶν ἁλοὺς ἠσέβησας φησὶν, ἐὰν τὸν ὅμοιον τρόπον θελήσῃς ἀπατῆσαι τοὺς πολεμίους, οὐ δυνήσῃ. τὸ δὲ ἐὰν χρίσῃς στίβει, τὸ μέλαν λέγει, ᾧ ἐπιχρωννύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες. [ἐὰν περιβάλῃ κόκκινον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰς κατὰ νόμον ζωοσφαγείας.

Τοῦ αὐτοῦ.] τῇ κιβωτῷ, καὶ τῇ λυχνίᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὴν μεθ' ὑποκρίσεως θεοσέβειαν σημαίνει.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὡς πρὸς πόρνην προσδοκῶσαν τῷ κάλλει τῆς ὄψεως ἑλεῖν τοὺς ἐραστὰς, καθάπερ ἡ Ἰεζάβελ, καθάπερ τῶν Ἰουδαίων αἱ θυγατέρες. ἀλλὰ νῦν πρὸς τὴν πόλιν, πᾶσαν ἐννόησον δυσπραγίαν, ὅταν καὶ ἐρασταὶ ὦσι καὶ καλλωπιζομένην τὴν ἐρωμένην διαπτύωσι. καὶ μὴ διαπτύωσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνελεῖν ἐπιθυμῶσιν. [τὴν ψυχήν σου ζητοῦσι.]

Ὀλυμπιοδ.] οἱ ἀόρατοι δαίμονες, οὐ δυνάμενοι ἐπαμύνειν. οὗτοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἐρᾶν προσποιούμενοι εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν τῶν ἐρωμένων ἐπιβουλεύουσιν.

[Ὅτι φωνὴν ὡς ὠδινούσης ἤκουσα. καὶ παρήσει τὰς χεῖρας αὐτῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν εἰς αὐτὸν τὸν πόλεμον ἐργάσασθαι δυνήσεται λοιπόν.

Τοῦ αὐτοῦ.] πάλιν ὁ προφήτης ἑώρα τὰ μέλλοντα, οὐ φέρει τῶν ἀποσφαγέντων τὸ πλῆθος. ἐξίσταται

B Vers. 30. REpulerunt te amatores tui, &c.) 4

Apollinarij.] *Enimuerò præterquam quòd nullam opem ferrent calamitatibus impetunt, non enim amantes decipiunt.* Apollinarij. *Amatores nostri ex mũdo isto quales sint nobis.*

Vers. 31. (*Quia vocẽ quasi parturientis,* &c.) *Dolores autem malorũ assimilauit doloribus, quos cũ primò pariũt mulieres sentiũt, qui maximi sũt.* *Dolores malorũ grauissimi.*

Vers. 30. (*Et tu quid facies?* &c.

Incerti.] *Pro, quò fugies? Quis te excipiet locus? tui enim amatores Dæmones, etsi totis viribus* C *niteris, vt illis cordi sis, nihil tibi proderunt. (Si circumdederis tibi Coccinum, &c.* Incerti. *Dæmones quales amatores hominũ sint.*

Chrysostomi.] *Quid sibi vult quod dicitur? Metaphoricus sermo est, veluti fœminam vilem & meretricem Propheta sæpe vrbem alloquitur.* Chrysost. *Meretricis metaphorâ significata Ierusalem*

Eiusdem.] *Cùm superiùs dixisset. Vide vias tuas in Polyandrio, hoc est locum, in quo cum mulieribus deprehensus ad impietatem prolapsus es: si eadem ratione hostes decipere velis, non poteris. Si vnxeris stibio, Nigrum ait, quo mulieres oculos colorare solent. (Si circumdederis tibi Coccinũ, &c.)* Chrysost. *Stibium nigri coloris.* 5

D Olympiodori.] *Secundùm legem brutorum occisiones.* Olympiod. *Legalia instar externorũ ornamẽtorũ muliebriũ.*

Eiusdem.] *Arcæ, candelabro, cæterisque aliis.* Eiusdem.

Eiusdem.] *Pietatem cum simulatione significat.* Eiusdem.

Chrysostomi.] *Tamquam ad scortum pulchritudine vultus amasios sibi pelliciens, sicut Iezabel, sicut Iudæorum filiæ. Sed nunc in Vrbem, omne genus infelicitatis considera, quando amatores cùm sint, amatam, & ornantẽ sese conspuũt,* E *nec solùm conspuunt, sed etiam interficere cupiunt (Animam tuam quærunt.)* Chrysost.

Olympiodori.] *Inuisibiles Dæmones auxilium afferre minimè valentes. Hi quoque se deperire simulantes, ipsorum amasiorum animo insidias struunt.* Olympiod. *Dæmones quã malè se habeant cũ anima cuius se simulant amatores.*

Vers. 31. (*Quia vocem quasi parturientis audiui, &c. & dimittet manus suas.*) 6

Chrysostomi.] *Nil in bello hoc de cætero poterit operari.* Chrysost.

Eiusdem.] *Iterum Propheta prospiciebat futura. Non fert copiam occisorum, obstupescit, & animò* Eiusdem.

ἐξίσταται, καὶ ἀποψύχει. εἰ δὲ ἡ θέα ἀφόρητος, πόσῳ μᾶλλον ἡ πεῖρα. τὸ μὲν πρῶτον φεύγοντας εἶδε, τὸ δὲ δεύτερον θρηνοῦντας, ἔπειτα καὶ ἀναιρουμένους, πρὸς ὧν λέγει, ὅτι οὐδὲ συγχωρήσει τις ὑμῖν θρηνῆσαι.

[ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἰσθητοῖς, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν διὰ τῆς ἀποστασίας ἀπολέσασιν.

A *animo deficit. Si spectaculum intolerabile, quantò magis res ipsa? Primò quidem fugientes vidit; eiulantes secundò, Tandem & interemptos: postea dicit, Quòd ne plorare quidem vobis permittet.*

(Super interfectis.)

Olympiodori.] *Sensibilibus, vel quod & ipsa anima propter apostasiam illis perierit.* Olympiod. *Anima propter apostasiã dicitur interfecta.*

CAPVT QVINTVM.

1 CIRCVITE vias Ie-
rusalem, & aspici-
te, & considerate,
& quærite in pla-
teis eius, an inue-
niatis virum facié-
tem iudicium, &
quærentem fidem,
& propitius ero ei.
2 Quod si etiam, viuit Dominus, dixe-
rint: & hoc falsò iurabunt.
3 Domine, oculi respiciunt fidem: per-
cussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos,
& renuerunt accipere disciplinam: indu-
rauerunt facies suas supra petram, & no-
luerunt reuerti.
4 Ego autem dixi: forsitan pauperes
sunt, & stulti, ignorantes viam Domini iu-
dicium Dei sui.
5 Ibo igitur ad optimates, & loquar eis:
ipsi enim cognouerunt viam Domini, iu-
dicium Dei sui: & ecce magis hi simul
confregerunt iugum, ruperunt vincula.
6 Idcirco percussit eos Leo de sylua,
Lupus ad vesperam vastauit eos, Pardus
vigilans super ciuitates eorum: omnis qui
egressus fuerit ex eis, capietur: quia multi-
plicatæ sunt præuaricationes eorum, con-
fortatæ sunt auersiones eorum.
7 Super quo propitius tibi esse potero?
filij tui dereliquerunt me, & iurant in his
qui non sunt Dij: saturaui eos, & mœchati
sunt, & in domo meretricis luxuriaban-
tur.
8 Equi amatores, & emissarij facti sunt:
Vnusquisque ad vxorem proximi sui hin-
niebat.
9 Numquid super his non visitabo, di-
cit Dominus? & in gente tali non vlcisce-
tur anima mea?
10 Ascendite muros eius, & dissipate,
consummationem autem nolite facere:
auferte propagines eius, quia non sunt
Domini.
11 Præuaricatione enim præuaricata
est in me domus Israel, & domus Iuda, ait
Dominus.
B 12 Negauerunt Dominum, & dixerunt:
Non est ipse: Neque veniet super nos ma-
lum: gladium & famem non videbimus.
13 Prophetæ fuerunt in ventum locuti,
& responsum non fuit in eis: hæc ergo
euenient illis.
14 Hæc dicit Dominus Deus exerci-
tuum: Quia locuti estis verbum istud: Ec-
ce ego do verba mea in ore tuo in ignem,
& populum istum in ligna, & vorabit eos.
C 15 Ecce ego adducam super vos gen-
tem de longinquo, domus Israel, ait Do-
minus, gentem robustam, gentem anti-
quam, gentem cuius ignorabis linguam,
nec intelliges quid loquatur.
16 Pharetra eius quasi sepulchrum pa-
tens, vniuersi fortes.
17 Et comedet segetes tuas, & panem
tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas:
comedet gregem tuum, & armenta tua:
comedet vineam tuam: & ficum tuam: &
D conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu
habes fiduciam, gladio.
18 Verumtamen in diebus illis, ait Do-
minus, non faciam vos in consummatio-
nem.
19 Quod si dixeritis: Quare fecit nobis
Dominus Deus noster hæc omnia? dices
ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis
Deo alieno in terra vestra: sic seruietis
alienis in terra non vestra.
E 20 Annunciate domui Iacob, & audi-
tum facite in Iuda dicentes.
21 Audi popule stulte, qui non habes
cor: qui habentes oculos non videtis: &
aures, & non auditis.
22 Me ergo non timebitis, ait Domi-
nus, & à facie mea non dolebitis? Qui po-
sui arenam terminum mari, præceptum
sempiternum, quod non præteribit: &
commouebuntur, & non poterunt: &
intumescent fluctus eius, & non transi-
F bunt illud.
23 Populo autem huic factum est cor
incredulum, & exasperans, recesserunt,
& abierunt.
24 Et non dixerunt in corde suo; Me-

tuamus

tuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo: plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis.

25 Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc, & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.

26 Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas, ad capiendos viros.

27 Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt, & ditati.

28 Incraſſati ſunt, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè: Cauſam viduæ non iudicauerunt: cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

29 Numquid ſuper his nō viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?

30 Stupor, & mirabilia facta ſunt in terra.

31 Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouiſſimo eius?

Verſ. 1.] Circuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei.

Verſ. 2.] Quòd ſi etiam viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verſ. 1. Circuite (Circũcurſate, luſtrate) vias (foras, vicos) Ieruſalem.

NE [a] in mentem vobis fortaſſe cadat, defeciſſe miſerationes Dei antiquas, atque fideles, ex eo quòd toties clades ab illo & ciuitati Ieruſalem, & toti Iudaicæ regioni de proximo immittendas quàm maximè acerbas prædico, eiuſdemque erga vos implacabilem annuncio indignationem, Audite ipſummet promptiſſimum ſe ſe exhibentem, ad conſuetas vel etiam peſſimis hiſce temporibus exercendas miſericordias ſuas, vobiſque ſuum aperientem deſiderium, vt honorificè parcere poſſet, vel etiam ſuæ obſiſtentibus bonitati, ob vnum ſaltem virum, qui eius aptus ſit occurrere indignationi. Circuite, inquit, vias Ieruſalem; Adeo mihi eſt in optatis, vt vobis parcam, vt non iam ipſe quærere ſicut aliàs velim virum, ob quem id efficiam, quia difficile admodum eſt, vt iuſtificetur quis in conſpectu meo: At vobiſmet quantumlibet mihi aduerſariis id concedo, imo & demando, vt quam maximâ fieri poteſt celeritate, ſedulitate, atque attentione circumeatis, circumcurſetis luſtrantes vias Ieruſalem, omnem locum, qui extra illius domus ſit patens, collem omnem, omnem vicum, omnemque eius angulum. [b] Obſecro inquam vos, vt & ſenſibili, & attentiori mentis intuitu ciuium illius perpendatis actiones, & quâ magis poteſtis, etiam experimentali cognitione in foris, & plateis eius, in quibus maior eſſe ſolet

b Et aſpicite (amabo, nūc) & conſiderate (& cognoſcite) & quærite in plateis eius.

A *& ciuium, & aduenarum, & negotia iudiciáque exercentium frequentia, ſummâ quæratis diligentiâ, [c] An inuenire queatis viros aliquos iuſtos, & rectos. Quid viros dico plures? Vel vnum optarem reperiretis. Quærite inquam: An inueniatis vnum in medio veſtrûm, & in hac ipſa ciuitate probum hominem, qui & fortitudine, ac vigore quo mihi ſe ſe opponere queat indignato, & à ſanctitatis, perfectioniſque virtute vir dici mereatur, [d] ô vtinam talem inueniatis, qui & meam, faciendo iudicium impleat legem, & verax fideliſque ſit in vita ſua. Ad talem autem dignoſcendum nolo multùm inſudetis, ſat quippe mihi erit, ſi virum inueneritis,*

c An inueniatis virũ.

1

d Facientem iudicium, & quærentem fidem (veritatem, ſeu fidelitatem.)

B *qui rectam, ſinceramque viuendi, agendique cum proximo ſuo ſeruet rationem; qui erga illos, cum quibus degere contingat, iudicium faciat, reddens vnicuique quod par æquumque eſt: quique in conuerſatione ſua totum in id ſuum collimet ſtudium, vt quibuſcumque in ſermonibus, quibuſcumque in actionibus, & conuentionibus fidem quærat, veritatem, & fidelitatem, Et præ omnibus hoc enitatur, vt fidelis ſit, atque verax. Qui enim diligit proximum, legem profectò implet, diligitque pariter & me: & qui fidelis in modico eſt, & erga proximum, eſt quoque & in magno, & erga me. [e] Quod ſi iſtiuſmodi virum inueneritis, polliceor, me ciuitati huic toti, totique & Iudææ propter illum virum*

2

e Et propitius ero (& parcam) ei.

C *vnum reddendum propitium, ac libentiſſimè vniuerſa totius Iudaici populi tranſacta condonaturum delicta, quæ cladium omnium cauſa exiſtunt.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

DE vaſtatione, quæ per Chaldæos ciuitati Ieruſalem, totique Iudaico facienda erat populo, iterum & in hoc quinto capite acturus Dominus, aptiſſimè à Summo miſericordiæ ſuæ 1

Miſericordia Dei exceſſus magnus.

D exceſſu ſumit exordium, vtque omnem ab illa, quâ nihil antiquius habet, abigat notam, ita ſuam euehit bonitatem, vt ſi quid vel minimæ ſuſpicionis ex exponenda acerbiſſima clade exoriri aduersùs illam poſſet, id omne in eum ipſum reiiciat populum, in quem & ea vergenda erat ſæuitia vniuerſa. Quod & ad id pariter dirigit, vt erga illum vel efficaciſſimâ hac ratione conuictum, adeóque & pœnitentem eam, de qua agit, ſuam exercere queat miſerationem. Notam, quæ aduersùs Dei inuri poſſet bonitatem, aperuit aliàs eidemmet Domino Abraham, dicens, [f]

Bonitati Dei inuri quæ poſſet nota.

f Gen. 18. 23.

E *Numquid perdes iuſtum cum impio? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. Si fuerint quinquaginta, vel etiam decem in ciuitate peribunt ſimul? Et non parces loco illi propter quinquaginta, vel decem iuſtos, ſi fuerint in eo?* Porrò nota iſta duplex eſt, aduersùs Dei iuſtitiam altera, altera aduersùs Dei miſericordiam, quæ ſunt duo illa, quibus eiuſdem Dei ſtabile eſt ſolium, iuxta illud Pſalmi [g] *Iuſtitia*, more in ſacris literis frequentiſſimo pro Miſericordia, *& iudicium præparatio ſedis tuæ.*

g Pſa. 98. 4.

F *Non eſt tuum*, ait, *hoc, vt perdas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius.* id eſt, Id tuæ perfectiſſimæ non eſt conſonum iuſtitiæ, neque admittendum, vt exinde arguaris, vt iſtiuſmodi facias iudicium, tu qui iudicas, iuſtitiamque rectiſſimam toti adminiſtras terræ. Et quidem & ſi de recta hac id efficere non tenearis iuſtitia, vt propter paucos toti parcas & loco tibi infenſo, tuæ nihilominus hoc videtur congruere bonitati, atque miſericordiæ.

Quòd Deus ciuitati impiæ parcat propter paucos iuſtos eſt ex mera eius bonitate.

Neque verò quòd Sanctus Abraham diuinæ 2
aſſerit

Honorabile sibi censet Deus quicquid bonitatis est & misericordiæ.

asserit congruere bonitati, ei repugnans est, quod Regius vates in Psalmo ait 98.[a] *Honor Regis iudicium diligit.* id est, illud diuino decens, & congruum est honori, quod iudicio consonum est iustitiæ, & æquitati; Nam Deus ipse qui Deus iudicij, in honoris se nuncupat insigne, in summam item honoris celsitudinem id quod eximiæ sit bonitatis, ac miserationis censere se contestatus est per Isaiam. [b] *Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus.* Vnde quasi istius honoris, & exaltationis auidus respondit Abrahæ. [c] *Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos, & si ibi inuenti fuerint decem, Non delebo propter decem,* Simili igitur modo per præoccupationem & hîc quoque apud Ieremiam satisfacit Deus, at multò efficaciùs. Quia enim dicere quis potuisset. [d] *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*, ideo non dixit vt Abrahæ, *Si inuenero*, &c. Sed rem totã, & inquisitionem iis ipsis committens, à quibus argui potuisset, & quibus parcere peroptabat, ait, (*Circuite*, &c, *& quærite, An inueniatis.*) Tum nequaquam quinquaginta, vel demum decem eis inquit quærendos iustos, verùm vno duntaxat ab illis inuento placandum se se eis affirmat.

a Psal. 98.4.
b Isai. 30.18.
c Genes. 18. 26. & 32.
d Psal. 142. 2.

3 Insurgit autem circa hæc non modica difficultas, Qui fieri potuerit, vt in sancta ciuitate Ierusalem, vel vnus tunc non inueniretur iustus, cùm etiam in execrandis Sodomis vnus ab ipsomet Deo inuentus sit iustus Loth. Quis autem abneget, iustum extitisse saltem Baruch, qui tunc temporis Scriba erat sanctissimi Prophetæ Ieremiæ? Quid dicam de sancto item Propheta Sophonia, quem constat iisdem temporibus, nempe anno vigesimo Iosiæ Regis prophetasse in eadem ciuitate Ierusalem? Quid de ipsomet Rege Iosia tunc in Ierusalem regnante adeo probo, adeo & sancto, vt in 4. libro Regum de eo dictum sit, [e] *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi.* Augeturque difficultas proposita per ea, quæ mox ibidem subiiciuntur verba. *Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni: quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque Dominus: etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel, & proiiciam ciuitatem hanc, quam elegi Ierusalem, & domum, de qua dixi, erit nomen meum ibi.*

e 4. Reg. 23. 25.

Et quidem quoad ipsum sanctum Regem Iosiam, facilè ea tolli posset difficultas, cùm constet, illius sanctitati tributum, vt vitâ eius durante, toti parceretur Ierusalem, dicente illi Domino, [f] *Idcirco colligam te ad patres tuos: & colligêris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locum istum.* Quoad reliquos verò soluunt aliqui difficultatem, illam potiùs effugientes, duplici ratione. Isidorus Clarius in suis super hunc locum Annotationibus asserens, hæc quæ hîc à Domino dicuntur, per hyperbolem quandam dicta ad exaggerationem summæ, quæ tunc in ciuitate Ierusalem vigebat peruersitatis.

f 4. Reg. 22. 20.
Isidor. Clarius.

Quam hyperbolem peregregiè & Gentilis Plutarchus ad initium libelli inscripti, *Virtutem doceri posse.* his prosequitur verbis. *Ita ne ergo mirantur, si Oratorum quidem, & gubernatorum, Architectorumque, nec non agricolarum opera infinita extant,*

Plutarchus.

A *at boni viri nominantur, dicunturque tantummodo sicut hippocentauri, Gigantes, Cyclopes: nullumque ad virtutem spectans opus reprehensione omni carens, nullos mores perturbationibus, & vitiosis affectibus prorsus intactos inuenire possumus.* Alij verò non tam vnum numero hîc requiri asserunt virum iustum, quàm aliquos indefinitè iuxta Hebraicam, frequentemque in sacris literis phrasim, qua viri nomine indefinito numero aliquis, seu aliqui significantur.

Viri nomine Heb. phrasi significatur aliquis indefinitè.

B Nihilominus quò allata Dei ratio, iuxta præpositum sensum suam habet vim, dicendum, non extitisse tunc temporis vel vnum adeo iustum, adeóque sanctitate insignem, qui reuerà Dei occurrere posset iræ, qualis extitit Moyses, qui [g] stetit in confractione, in conspectu illius, vt auerteret iram eius; quales [h] sancti extitêre Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob, quorum vel nomina eidem opponi solita fuêre Dei iræ; [i] qualis & Dauid, propter quem vel etiam mortuum propitium ciuitati Ierusalem se futurum asseruit aliquando Deus ipse: quamquam aliqui non defuerint aliàs iusti, & sancti, paucissimi licet adeo, vt respectu multitudinis impiorum vix C computarentur in numerum. Vt locus iste ei sit similis, quo idemmet Dominus & apud Ezechielem ait, [k] *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* Quone Isaias ait, [l] *Et vidit.* scilicet Deus, *quia non est vir: & aporiatus est*, id est, Et vt nostri amantissimus, quasi consilij inops hæsit, nostramque doluit vicem, *quia non est qui occurrat*, ipsi videlicet irâ succenso.

4
Viri vnius appellatione significatus iustus, qui Dei iræ occurrere posset.
g Psal. 105. 23.
h Dan. 3 35.
i Isai. 37.35.
k Ezech. 22. 30.
l Isai 53.17.

Vt autem tota allatæ rationis vis, & veritas prænarrati sensus magis appareat, singula sententiæ huius perpendamus verba (*Circuite vias Ierusalem*) Circumeundi tria hîc designantur verbo. D Celeritas, quam apertiùs explicant Sept. legentes περιδράματε (*Circumcurrite*:) sedulum studium, quo nil omittitur, quod non adeatur loci: & attentio in ipso circuitu vnde in Hebræo est verbum שוט Scuth, quod & circuire significat, & scrutari, seu lustrare. Sicque noster interpres vltimo capite secundi libri Regum quod priùs verterat, [m] *Perambula omnes tribus Israel*, &c. paulò post reddit. *Et lustratâ vniuersâ terrâ.* Ideoque & in libro Iob, dicente Sathanâ [n] *Circuiui* (eodem verbo) *terram*, & de lustratione, seu circuitione cum attentione id intelligens Deus aptè illi subintulit, E [o] *Numquid vidisti seruum meum Iob?* quasi dicens, Dum circumiens vniuersam perlustrasti terram, num obseruasti celsitudinem, & sanctitatem Iob?

5
Circumeundi verbo designata celeritas, diligentia, & attentio.
m 4. Reg. 24. 2. & 8.
n Iob. 1.7.
o Iob. 1.8.

Sic igitur & hoc loco *Circuite*, inquit, lustrantes vias Ierusalem, omnem videlicet locum, qui extra illius domus sit patens, callem omnem, omnem vicum, omnemque eius angulum, hanc enim vim habet Hebraica vox בחוצות *behhutzoth*, quæ propriè significat foras, & extra, locaque vniuersa, quæ extra tecta sint.

F Quia autem ad diiudicandum, an quis probus sit, aut improbus haud sat esse potest festina circuitio, ac perlustratio: Sed necessarium insuper est, vt & sensibiliter externa eius viuendi ratio inspiciatur, & attentiori mentis intuitu ciuium illius perpendantur actiones, ideo opportunè addidit Dominus, (*Et aspicite, & considerate*) In Hebr. (*& videte amabò, & cognoscite.*) Optabat quippe Deus, vt vir quispiam inueniretur, quem tantâ diligentiâ quærendum suadebat, impellebatque Iudæos ad talis viri exactam inquisitionem,

6
Iustus vir quantâ quærendus attentione.
Iustum vel vnum in tota ciuitate quã optet Deus.

nem, à ſuomet ipſe impulſus deſiderio: hæc namque ſignificat, quæ in Hebræo eſt particula נא *na* deprecantis, & obſecrantis, quaſi inferioris ad ſuperiorem; quamquam eadem & plerumque vſurpata reperiatur à ſuperiore ad inferiorem, vt particula excitantis, impellentis, ſollicitudinemque ſuadentis, pro eia, age ergo, & vt plerique etiam hoc loco vertunt, nunc (*Et videte nunc*) id eſt, abſque temporis intercapedine, quantocyus (*& agnoſcite*) & nedum videlicet cognitione intellectuali, quam noſter interpres deſignat, legens, (*Et conſiderate*) Sed etiam cognitione experimentali, quam ſæpius deſignat quod hîc eſt Hebraicum verbum ערע *iadang*.

7 Deniq.e & peculiarem vim habet, quod adiectum eſt, (*Et quærite in plateis eius.*) Quia enim in Ciuitatum plateis, & foris multitudo conuenire ſolet & ciuium, & aduenarum; vbi & merces exponuntur, & negotia pertractantur, & iudicia etiam antiquitùs exercebantur, illas potiſſimùm circumluſtrandas inquit, in iiſque inſpiciendum, & conſiderandum, Imò & quærendum virum; Quærendum inquam quâ maiori fieri poteſt diligentiâ, quam certè diligentem inquiſitionem expreſſiſſe viſus eſt Philoſophus ille Diogenes Cynicus, qui teſte Laertio in illius vita, Lucernâ interdiu accenſâ per forum diſcurrens hominem ſe quæritare aſſeruit. Adeóque in Hebræo textu eſt verbum בקש *bakaſe*, quod propriè conatum, ſtudiumque ſignificat inquiſitionis, ſeu quærere cum conatu, ac diligenti ſtudio, & differt à verbis דרש *daraſe*, & שאל *ſciaal*, quæ & quærere ſignificant, ſed verbis potiùs, atque interrogationibus.

Hominem laternâ interdiu Diogenes quærebat in foro. Diogenes Cynicus.

8 (*An inueniatis virum*) Totam quæ hucuſque explicata eſt inquiſitionis diligentiam in hoc impendendam inquit, an fieri poſſet, vt vel in viis, vel in plateis Ieruſalem ſaltem vnus reperiretur iuſtus, qui à virtute, quâ prædítus eſſet, atque à robore & fortitudine, quâ & diuinæ ſeſe opponeret iræ, viri mereretur nomen. Fortem enim, atque robore inſignem virum appellari patet vel ex eo [a] 3. Reg. vbi cùm Hebraicè dicatur, *Confortare, & eſto vir.* noſter interpres id illuſtrans vertit, *Confortare, & eſto vir fortis.* Quod autem & à virtute vir dicatur, vel ex eo manifeſtè colligere eſt, quo de ſancto Iob dicitur, [b] *Vir erat in terra Hus, & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Ac ſi dicatur, Iob in terra Hus dignus erat, qui diceretur Vir; ratio autem cur hac viri appellatione inſignis is eſſet, ea extitit, quia ille & inſignis erat virtutibus, erat quippe ſimplex, ſeu (vt legunt Sept.) Verus, aut verax, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Quid ad librum confugimus Iob? cùm idipſum ex his, quæ modò exponimus, clariùs pateat, ſi Originales præſertim expendantur textus Hebr. & Sept. pro eo enim quod in vulgata legimus, (*An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem*) Originalia habent, (*An inueniatis virum, ſi ſit faciens iudicium, quærens fidem.*) ſecundùm quam lectionem dico poſita ſunt membra, quorum ſecundum adiectum eſt in declarationem primi, & in explicationem præxpoſiti nominis viri, Ac ſi dicatur, An inueniatis virum: per virum autem intelligo hominem virtutibus inſignem, qui faciat iudicium, &c. Quæ breuius expreſſit noſter interpres, *An inueniatis virum facientem iudicium,* &c.

Viri nomine significatus homo fortis. a 3. Reg. 2. 3. *Vir dictus homo qui inſignis ſit virtutibus.* b Iob 1. 1.

9 Virtutem autem, à qua vir dicatur in duas partes diuidere videtur hoc loco Dominus, ſicut

1. Senſus.

A & Regius Vates in Pſalmo 14. ipſum alloquens dixit, [c] *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Quod ad rem noſtram diceremus, Quis demum is erit, quem iure appellemus virum? reſpondenſque ſibimet, ſubdit, *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* En primam virtutis partem, rectè, & immaculatè coram Deo ambulare, illius ſeruando legem: Audi partem alteram veritatis erga proximum, *Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.* Vt B hæc ſecunda virtutis pars ſignificetur hîc per id quod dicitur, (*Et quærentem fidem*) ſeu, vt alij legunt (*veritatem, ac fidelitatem*) id eſt, nec verbo, nec facto ſuum fraudantem fratrem: Prima verò per id, (*facientem iudicium*) id eſt implentem Dei legem, quæ iudicij, ſeu iudiciorum nomine ſæpius nuncupata reperitur, vt in Pſalmo 118. [d] *A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem poſuiſti mihi*; quod tantumdem eſt, ac ſi breuiùs dictum eſſet, Seruaui legem tuam, quam mihi ipſe dediſti.

Virtutis duæ præcipuæ partes, adimpletio legis diuinæ, & veritas, fidelitaſque cum proximo. c Pſal. 14. 1.

Lex Dei appellata iudicium. d Pſal. 118. cor.

Cæterùm quamuis hunc ſat bonum, qui & C communis eſt, exiſtimem ſenſum, Arbitror nihilominus aptius totum id, quod in viro tam eximio hîc exquirendum dicitur virtutis, ad vnum duntaxat pertinere, quod ad proximum ſpectat; quia illud ſit, quòd patentius cuique eſt, adeoque & facillimè obſeruari, atque etiam experimento comprobari poteſt ab eo, qui id quærat: prout hîc ſumma cum diligentia cuique in ciuitate Ieruſalem quærendum aſſerit Dominus. Adde, quòd & aliàs ſemper, vel ferè ſemper, quum vel Deus, vel Prophetarum aliquis hanc ipſam materiam pertractant, quòd ne vnus quidem inſignis, eximiuſque in Iudaico populo, ſeu D in Ieruſalem reperiatur vir iuſtus, & ſanctus, per hoc item vnum id probant, quòd iſtud non appareat virtutis, quin illud potiùs vbique conſpiciatur, quod huic aduerſum ſit virtutis parti. Sic Regius vates in Pſalmo 11. [e] *Saluum*, ait, *me fac Domine, quoniam defecit ſanctus.* (Hebraicè חסיד *haſid*, id eſt, miſericors & pius, bonuſque) qui ſcilicet nihil per dolum, & fraudem agat, vnde meliùs ſe declarans ſubiicit. *Quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa, in corde & corde,* id eſt duplici, ambiguoque corde, & cum E dolo *locuti ſunt.* Sic & Propheta Michæas cùm aliquando ingenti conatu aliquem quæſiſſet iuſtum, inanémque laborem eum aduerteret, deplorans ait, [f] *Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ.* (ſcilicet reliquos:) *non eſt botrus ad comedendum*, id eſt, & ne vnum quidem inuenio botrum, *præcoquas ficus deſiderauit anima mea*: id eſt, Id mihi maximè fuit in optatis, vt aliquem in tanta, quæ in Iudaico populo eſt improborum multitudine, antiquis illis ſimilem reperirem Patribus noſtris ſanctiſſi- F mis, de quibus apud alium Prophetam ait Dominus, [g] *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum.* Sed, *perit ſanctus* eadem Hebraicâ voce, pius, & bonus, *de terra, Et rectus in hominibus non eſt.* Quid autem per hæc intelligat exponens ſubiicit, *Omnes ſanguine inſidiantur, vir patrem ſuum ad mortem venatur.* Et poſt multa ad idem ſpectantia, egregio idipſum concludens epiphonemate ait, *Qui optimus in eis eſt, quaſi Paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe,* pungens nimirum, & ſemper aliquid appræ

10 2. Senſus. *Iuſtum ſanctumque virum dignoſcendum vult Deus ex recta ratione, quâ is ſe gerit cum proximo.*

e Pſal. 11. 2.

f Mich. 7. 1.

g Hoſe. 9. 10.

appræhendens eius, qui ad ipsum accesserit. Isaias quoque ostensurus, in vniuersa Iudæa non reperiri virum, qui iræ Dei occurrere posset, prout relatum est supra, his in primis id probat. [a] *Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi: Et facta est veritas in obliuionem.*

a Isai. 59. 14.

Sic igitur & hîc apud Ieremiam virum quem quærendum suadet Dominus iustum ac sanctitate maximè insignem ex recta, simplici, atque fideli ratione, quâ talis se se gerere debeat erga proximum, dignoscendum inquit: hoc enim significat, quod primò positum est illius attributum, (*facientem iudicium.*) prout ex eo colligitur Psalmi, [b] *feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.* id est, Neminem oppressi, nemini iniuriam intuli, reddidi vnicuique ius suum, debitam in quemcumque seruaui iustitiam, adeóque id te precatum velim Domine, vt nec me ab aliis opprimi, calumniasque sinas sustinere. Hoc est quod secundo adiectum est, (*Et quærentem fidem*) Hebr. (quærentem אמונה *emunah fidelitatem* seu *veritatem.*) à verbo אמן *aman*, quod significat & credere, fidere, atque inniti alteri, & fidum esse, fidelem, stabilem, veracem, atque constantem in dictis, & conuentionibus.

Iudicium facere est reddere vnicuique ius suũ.
b Psal. 118. 121.

12 Fides itaque hoc loco cùm dicitur (*Et quærentem fidem*) nequaquam pro ea sumitur virtute, quæ vt Deum pro obiecto habens prima inter Theologicas à Scholasticis collocatur: Sed pro ea, quæ ad proximum potiùs directa inter morales adnumeratur virtutes, de qua Tullius libro Officiorum, *fundamentum*, inquit, *iustitia fides*, id est, *dictorum, conuentorumque constantia*, sicque appellata, vt idemmet testatur, quia fiat quod dictum sit. Quo sensu sæpius & in sacris quoque desumitur literis, quarum vnum pro nunc sat esse poterit exemplum ex 2. libro Regum, vbi Dauid fidelissimum sibi alloquens Ethai Hethæum, hæc habet. [c] *Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quò iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam, & fidem.* Porrò quod quærendum dicitur summo conatu, & studio, an inueniatur vir quærens istiusmodi fidem, non tam de eo intelligendum, qui fidem hanc in aliis quærat, quàm de eo qui in conuersatione sua totum in id suum collimet studium, vt quibuscunque in sermonibus, quibuscumque in actionibus, & conuentionibus ita hanc quærat, vt præ omnibus istud enitatur, vt fidelis sit, atque verax. Quem certè virum vix quisquam inueniat, dicente Salomone, [d] *Multi homines misericordes vocantur*, id est, multos quidem reperire est hominum nomine tenus iustos, & sanctos, phrasi Hebraicâ, de qua mox supra, misericordes numcupatos: *Virum autem fidelem quis inueniet?*

Fidei nomen sæpius pro veritate vsurpatum, & pro fideli ratione agendi cum proximo.
Tullius.
c 2. Reg. 15. 20.
Verax & fidelis vir quã difficilè inueniatur.
d Prou. 20. 6.

13 Non est autem quòd quem turbet, nullam iuxta sensum istum à nobis allatum, hîc fieri mentionem virtutum, quæ Deum spectant, eiusue dilectionem, quibus multò magis iustus quis est, atque vir eximiâ præstans sanctitate; moris enim sacrarum literarum est, vt ex charitate, quâ vnusquisque prosequitur proximum, & ex ratione, quâ se erga eum habet, quem videt, & cum quo versatur, arguendam supponat, & charitatem, & rationem, quâ idem erga Deum se habet, iuxta illud Ioannis. [e] *Charissimi si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere,*

Ex charitate, & rectitudine erga proximum arguendam & charitatem, ac rectitudinem erga Deum.
e 1. Ioan. 4. 11.

A *Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Et* [f] *si quis dixerit, quoniam diligo Deum: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere?*

f 1. Ioan. 4. 20.

14 Confirmatque prædictorum congruentiam, quod in hoc ipso versiculo adiecit Dominus (*Et propitius ero*, seu, *& parcam ei.*) scilicet ciuitati Ierusalem, Hebraicè enim est pronomen fœminini generis, vbi non tam de remissione imminentis pœnæ temporalis, & cladis per Chaldæos instantis, quàm de condonatione, & propitiatione sermo est peccatorum, quæ cladis, malorumque omnium causa erant, vt patet ex Hebraico verbo סלח *salahh*, quod propriè significat parcere peccatis. Et nouimus, per Salomonem dictum. [g] *Misericordiâ & veritate redimetur iniquitas.* Quod alibi idemmet aliis verbis dixit, [h] *Per misericordiam & fidem purgantur peccata.* Per misericordiam, de qua saluberrimo illo suo consilio Propheta Daniel Regi Nabuchodonosor dixit. [i] *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Per veritatem, & fidem eam, de qua hîc dictum est (*Et quærentem fidem*, seu *veritatem.*) quæue in proximum seruatur. Vt intelligerent Iudæi, qua-nam ratione se habere debuissent, si inferendas declinare voluissent cladium pœnas, merendo videlicet peccatorum suorum remissionem per misericordiam inferioribus exhibitam in faciendo iudicium, & per fidem, ac veritatem in conuersatione proximis quibusque seruatam, iuxta illam Redemptoris nostri regulam, quâ in Euangelio ait. [k] *Nolite iudicare, & non iudicabimini, Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittemini, date, & dabitur vobis: eadem quippe mensurâ, quâ mensi fueritis, remetietur vobis.*

B
Peccatorũ remissio obtinetur per rectã rationem agendi cũ proximo.
g Prou. 16. 6.
h Prou. 16. 27.
i Dan. 4. 23.
C
k Luc. 6. 37.
D

15 Et per has erga proximos virtutes misericordiam, atque fidem idoneum tandem fieri inquit, virum, qui diuinam placare queat iram, & efficere, vt toti ciuitati, totique & populo propitius fiat, qui indignatus eidem pro admissis est sceleribus. Prout & in eximio præstantissimóque simili viro obseruare est Moyse, de quo legimus in libro Numer. [l] *Erat Moyses vir meritissimus super omnes homines, qui morabantur in terra*, & paulò post de eo Dominus. [m] *Moyses ait, in omni domo mea fidelissimus*, vt pote qui in Iudaico populo, quem domum suam appellat Dominus, cum omnibus & singulis veracissimè, & fidelissimè se haberet, in cunctis quærens fidem. Vnde valde ad rem nostram auctor libri Eccl. de ipso loquens dicit, [n] *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum*, scilicet Deus, *& elegit eum ex omni carne*, quem videlicet, vt verè sanctum, virumque declararet occurrere sibi valentem. *Audiuit eum, & vocem ipsius.* quando efficacissimis diuinæ iræ suis se se opposuit precibus pro Iudaico populo ob vituli adorationem, ad extremam damnato deletionem.

Ira Dei obsistere is est aptissimus, qui rectè, & veraciter se habeat erga proximum.
l Num. 12. 3.
E
m Num. 12. 7.
n Eccl. 45. 4.

F Quoad lectionum varietatem Sept. ita hunc habent versiculum (*Circumcurrite in viis Ierusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in plateis eius, si inueniatis virum, si est faciens iudicium, quærens fidem, & propitius ero eis.*) Codex tamen Vaticanus Sept. non habet (*virum*) Sed simpliciter legit, (*Si inueniatis, si est faciens iudicium*, &c.) addique vltimò hæc verba, (*dicit Dominus*) Sicut & Codex Complutensis, quæ tamen Codex Regius reiicit in secundum versum. Lectionem Hebraicam, Sanctes-Pagninus ita vertit, (*Scrutamini in plateis*

plateis Ierusalem, & videte nunc & scitote, & quærite A *in plateis eius, An inueniatis virum, an sit faciens iudicium, quærens veritatem, & parcam ei)* Similiter & Regia, nisi quòd pro (*Scrutamini*) vertit, (*Discursate.*) Vatablus, (*Circuite per vicos Ierusalem, & videte quæso, & cognoscite, & quærite per plateas eius, An quemquam inueniatis, qui faciat iudicium, aut quærat veritatem, & propitius ero ei.*)

Vers. 2. Paraphrasis Literæ.

a Quod si etiã Viuit Dominus dixerint & hoc falsò iurabunt.

Qvomodo [a] *verò talem inuenire in ciuitate ista potero virum iustum, atque fidelem? Cum quotquot in illa degunt,* B *ita mendaciis addicti sint & infidelitati, vt vel etiam quando maximo illo iurant iureiurando, Viuit Dominus, seu in promissionibus, seu in assertionibus, seu in conuentionibus, iuramentum id tam sacratum falsò adhibeant.*

b Viuit Dominus (Iehouah) dicunt: propter hoc nihilominus (propterea) in mendaciis (in vanum) iurant.

1 *Proferunt* [b] *quidem nomen meum, iurantes, & dicentes, Viuit Dominus: at id propterea faciunt, vt me iniuriâ prosequantur. Siquidem propter hoc ipsum, quòd eo vtuntur iuramento ineffabilis nominis mei, cùm mendacia contestanda eis contigerit, tunc potissimum iureiurando se se obstringunt.*

2 *Cumque norint, me illis mandasse, vt non assume-* C *rent nomen meum in vanum, ipsi in mei contumeliam in quolibet sermone, quolibet & loco, & tempore ineffabili eo iurant sacramento nominis mei Iehouah.*

3 *Quinimo etsi aliquando externâ verborum confessione me Deum immortalem colere profiteantur, nihilominus & id quoque falsò profitentur.*

Vers. 2. Expositio Literæ.

16 *Qvod si etiam viuit Dominus*, &c. Duobus modis hæc accipi, & cum præcedentibus connecti possunt. Cùm enim ex dictis D Dominus tacitè subinferendum significasset, neminem in vniuersa ciuitate Ierusalem esse, qui in humana conuersatione sinceritatis, veritatis, atque fidelitatis, esset studiosus: Quin potiùs omnes peruersè, & falsò infideliterque in vniuersis se se haberent. In his vel idipsum efficaciùs confirmat, quòd nimirum ita addicti sint mendaciis, & infidelitati, vt etiam quando maximo illo iurant iuramento, *Viuit Dominus*, vel in promissionibus, vel in assertionibus, vel in conuentionibus, iusiurandum illud falsò adhibeant, & proferant. Vt & hæc pariter superiora confirment, E quæ proximum spectabant. Vel secundo, & melius, non tam ad ea hæc pertinent, quæ proximum spectant, quàm ad ea, quæ Dei sunt, & cultus illius veri, atque sinceri: vt idemmet Dominus iam & exinde Iudæorum amplificet peruersitatem, propter quam meritò eos in manus traditurus sit Chaldæorum, quòd nedum ergo proximum mendaces essent, & infideles, sed & multò magis erga ipsum Deum suum.

1. Sensus. *Mendaciis assuetos sæpius peierare opera preciũ est.*

2. Sensus.

17 Potest autem hic sensus esse duplex, nam si iurandi verbum propriè sumatur, quod hîc dicitur tale erit. Non recordantur mei, quòd si F aliquando meum, quod est sanctum, & ineffabile assumunt nomen, iurantes Viuit Iehouah, id in maximam mei faciunt contumeliam, nam & hoc ipso tam grandi iureiurando falsum contestantur. Quem sensum efficaciùs reddidère Sept. legentes, (*Viuit Dominus dicunt, propter hoc nihilominus in mendaciis iurant*) id est, proferunt quidem nomen meum, dicentes. Viuit Dominus; at id propterea faciunt, vt me iniuriâ prosequantur; Siquidem propter hoc ipsum, quòd eo vtuntur iuramento nominis mei, cùm mendacia contestanda eis contigerint, tunc potissimùm iureiurando se obstringunt. Hebraica vox לשקר *lesceker*, de qua aliàs me dixisse memini, non solùm falsò, mendaciter, seu in mendaciis, sed & in vanum significat, adeòque cùm ita ex Hebræo hæc vertantur, (*Si viuit Dominus dixerint, propterea in vanum iurabunt.*) Parum diuerso sensu significabitur. Si nomen meum proferunt, dicentes, Viuit Dominus, propterea id dicunt, vt me iniuriâ afficiant; cùm enim norint, me illis præcepisse, vt non assumerent nomen meum in vanum: ipsi in mei contumeliam quolibet in sermone, quolibet & in loco in vanum ineffabili eo iurant. sacramento nominis mei Iehouah.

1. Sensus. 2. explicatio. *Iuramentis vtuntur impij in Dei cõtumeliam.*

Iuramenta vana redundant in Dei cõtumeliam.

Cæterum si idem iurandi verbum haud ita 18 proprio sumatur significatu, sed vt actum designat religionis, confessionis, cultusque Dei, prout illud frequentius in sacris literis desumi solitum ostendimus supra in expositione prima versiculi secundi præcedentis capitis quarti, vbi & fusius de hoc iuramento, *Viuit Dominus*, pertractatum videre est, Tunc tertius istorum quæ hîc dicuntur assignari potest sensus, qui & magis nostræ sit consonus literæ, in qua non dicitur, (*Et hoc falsum*, sed, *Et hoc falsò iurabunt*,) quo significatur, Iudæos eo tempore & si aliquando externâ verborum confessione Deum viuentem, ac immortalem se colere profiterentur, id nihilominus re ipsa falsò profiteri, vt locus iste ei sit similis, quo in Psalmo 77. de iisdem asserit Dauid. [c] *Dilexerunt eum in ore suo, & linguâ suâ mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius*, id est, in fœdere cum illo inito, vt ipsum solum, & sincero, colerent corde, eiusque præcepta seruarent.

1. Sensus 2. explicatio.

Cultus Deo falsò exhibitus quis.

c Psal. 77. 36.

Circa lectionum varietatem. Notandum est 19 primò, in versione Sept. pro vltimis verbis (*Et hoc falsò iurabunt*,) sic haberi διὰ τοῦτο οὐκ ἐν ψεύδεσιν ὀμνύουσι. Quæ sensu prorsus contrario sic interpretatur Ioannes Maldonatus in suis Comment. super hunc locum. (*Propter hoc non in mendaciis iurant.*) Cùm re vera Seniores illa nequaquam contrarium istum in sua versione intenderiet sensum, sed id ipsum, maiori tamẽ cum Emphasi additione particulæ negatiuæ expresserint, per interrogationem ita eadem vertentes, *Viuit Dominus dicunt, Propter hoc non in mendaciis iurant?* Ac si dicatur, An quia iurantes aiunt, Viuit Dominus, idcircò censendi sunt non iurare in mendaciis? imò verò, propter hoc ipsum falsò, prauèque iurant; Cæterùm cùm in nullo textu Græco reperiatur interrogationis nota, dicendum, eodem pariter sensu oratione ironicâ id ipsum ab illis in sua redditum versione. Adeoque omnes Græcæ versionis interpretationes, & Complutensis, & Regia, & Vaticana ita hæc Latinè reddunt (*Propter hoc nihilominus in mendaciis iurant.*) reddique etiam sic possunt, (*Propterea profectò, seu verè in mendaciis iurant.*) Notandum secundò Hebræa ita hæc, quæ in isto sunt versiculo verti, à Pagnino. *Et si viuit Dominus dixerint, verè mendacium iurabunt.*) A Vatablo. (*Et si dicant Viuit Dominus, mendaciter tamen iurant.* Quæ ita idem in suis interpretatur Annotationibus. Ob id scilicet, quia studiosi Dei non sunt, & nomen eius contemnunt.

Verſ. 1.] Circuite vias Ieruſalem, &c.

Verſ. 2.] Quòd ſi etiam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

20

Circuitus Diaboli, & impiorum ſuper terram eſt, ad malum.

a Pſal. 11.9.

CIRCVITE, &c. Circuit quidem terram, eámque perambulat Diabolus, vt idemmet Domino conteſtatus eſt in libro Iob, Circumeunt, & impij quilibet illius filij, teſte Prophetâ qui ait, a *In circuitu impij ambulant.* Sed nec Diabolus circuit terram, vt aſpiciat, & conſideret, ſi quos in ea repererit bonos viros, & ſi quid in hominibus extiterit recti, atque virtutis, nec impij circumeunt, vt aliquam probitatis adipiſcantur alicuius probi viri, quem repererint exemplo eruditionem. Quinimò ſicut Diabolus terram circuit, quærens quem deuoret, vt ait Apoſtolus Petrus: b Ita & impij vias circumeunt ciuitatis, vt pariter ipſi ſuo quempiam deuorent modo, dicit namque & de illis Regius Vates, c *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Noſſe vis rationem, quâ terram circuit Diabolus? lege, & perpende in libro Iob quæ, poſtquam is dixit, d *Circuiui terram & perambulaui eam,* mox ſubiiciuntur: e *Dixitque Dominus ad eum, Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Animaduerte, quàm ſanctum reperiſſet virum, quantaque bona in vno illo conſpexiſſet Sathan, ſi circuiens terram recto conſideraſſet iudicio.

b 1. Pet.5.8.

c Pſal. 58.7.

Diabolus & impij conſiderant tantùm mala quæ admitti viderint ab hominibus, quæue ſuſpicantur.

d Iob 1.7.

e Iob 1.8.

21

Diaboli eſt vt ſemper detrahat bonis quantùm poteſt.

f Iob 1.9.

At nequaquam id ſui eſſe moris, vt circũeundo ita conſideraret, qui potiùs iuxta deprauatam mentem ſuam omnia in malum detorquet, malumque duntaxat in ſuo quærit circuitu, ipſe teſtatur reſpondens, f *Numquid Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum,&c. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Detrahit primùm ſancti viri intentioni, quòd ſi Deo is ſeruit, quod negare nequibat, non ex ſincera id faciat pietate, atque dilectione, ſed hoc lucrum, & pretium, quo ab ipſomet Deo quodammodo allectus ſit, dum vallatus ab illo eſt, &c. Tum iuxta temerarium iudicium ſuum vel futura, quæ falsò in eo coniectabat, in medium producit, & profert crimina grauiſſima impatientiæ, & blaſphemiæ in diuinam & bonitatem, & prouidentiam, ob quæ & ipſum tutò deuoraturum confidens Deum aduersùs eum prouocat dicens, vt, ſi vel leuiſſimè illum tangeret, abſque vlla dubitatione publicè, ſummâque animi acerbitate, & impudentiâ maledictis proſecuturus is ſit eius maieſtatem.

22

Impij imitantur Sathanam in eo quòd oculos coniiciunt ſolummodò in mala proximi, ſtudentque vt in eiuſdem bonis aliquid detrahant.

g Pſal.58 8.

h Luc 11.15.

Hunc Sathanæ morem ſeruant & impij qui illum & circumeuntes ciuitatem imitantur, dum nil boni in quoquam conſiderant, ſed id potiùs ſuo ſtudent in circuitu, vt quærãt cui detrahant, teſte Dauid, qui ſtatim ac præcitata protulit verba *Conuertentur ad veſperam,* &c. *Circuibunt ciuitatem.* Subiicit. g *Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum.* Quid loquentur? quando rei, & actioni cuiuſpiam detrahere nequibunt, quia patenter virtutis ſit, & bona, vel internæ detrahent intentioni. Quomodo Iudæi in Euangelio detrahebant Chriſto curanti oppreſſos à Dæmonibus, dicentes. h *In Beelzebub Principe Dæmonio-*

A *rum eiicit Dæmonia.* Vel falsò quod temerario iudicio coniectarint, quaſi certum quid in famæ alterius præiudicium effutient crimen, i *In ſimilitudinem enim arioli, & coniectoris æſtimant, quod ignorant,* ait de illis Salomon in libro Prouerbiorum: Ariolo quippe, & coniectori id eſt in more, vt æſtimantes omnia iuxta ingenium ſuum prauum, in medium ea proferant, quæ malo ſuo coniectarint animo, tametſi reuerà eorum ſint ignari. Quin & ſi quando impij in ſuo conſiderant circuitu, quod vtinam non eis contingeret ſæpius, in id ſuam omnem collimant conſidera-

B tionem, vt iuſtos ipſos obſeruent, ſi quid fortaſsè in eis intueantur, quod carpant; Sic in Lucæ Euangelio legimus, k *Obſeruabant eum,* ſc. ſenſum, *Scribæ, & Phariſæi, ſi in Sabbato curaret,* alioq; in loco, l *Et factum eſt, cum intraret Ieſus in domũ cuiuſdam Principis Phariſæorum Sabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Quis iſte furor?* Socrates apud Senecam libro de Beata vita cap.27. exclamat ad obſeruatores tales, & detractores iuſtorum, *Quæ iſta inimica diis hominibuſque natura eſt? Infamare virtutes, & malignis ſermonibus ſancta violare? Si poteſtis, bonos laudate: ſi minùs, tranſite. Quod ſi vobis*

C *exercere tetram iſtam licentiam placet, alter in alterum incurſitate. Nam cùm in cælum inſanitis, non dico ſacrilegium facitis ſed operam perditis.* Et poſt aliqua ad finem capitis. *O vos,* inquit ad eoſdem, *O vos maximè fœlices, cùm primùm vobis imitari vitia noſtra contigerit; Quin potiùs mala veſtra circunſpicitis, quæ vos ab omni parte confodiunt, alia graſſantia extrinſecus, alia in viſceribus ipſis ardentia. Non eo loco res humanæ ſunt, etiam ſi ſtatum veſtrum parum noſtis, vt vobis tantùm otij ſuperſit, vt in probra meliorum agitare linguam vacet.*

i Prou.23.7.

Impij obſeruant iuſtorum actiones, vt eis detrahant.

k Luc 6.7.

l Luc 14.1.

Socrates. Seneca.

Cæterùm in his quæ præ manibus habemus, 23

D omnem Dominus ſedulitatem, diligentiam omnem, omnemque attentionem noſtram in eo potiùs collocandam ſuadet, vt inter fideles perfectiſſimum reperiamus virum, adeoque inter eos, qui perfectioni indulgent, & in ſancta degunt ciuitate Ieruſalem, quæ viſio interpretatur pacis, circumcurſemus, perambulemus, luſtranteſque omnia, & ſingula, quæ in ſanctorum conuerſatione peraguntur, & aſpiciamus, & conſideremus, & experimentali quoque notitiâ cognoſcere vnumquodque ſtudeamus (*Circuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate*) Quodque mihi ma-

E gnam incutit admirationem, ſubiicit, (*Et quærite in plateis virum.*) Videbatur namque dicendum potiùs, *Et quærite in Eremo,* ſeu *in clauſtris,* vbi abſque multiplicium negotiorum diſtractione faciliùs virtuti vacatur. Cùm è veſtigio in plateis multiplex ſit hominum conuerſatio, multiplicia & negotia, quibus vt plurimùm adnexum ſolet eſſe & peccatum, & contentio, dicente Sapiente illo in libro Eccl. m *Qui conatur multa agere incidet in iudicium.* Quo videlicet lites, & contentiones pertractantur. n *Et ſicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium venditionis, & emptionis*

F *anguſtiabitur peccatum:* ægrè enim fieri poteſt, quin inter huiuſmodi negotia, & contractus peccatum non adſit aliquod, enitente vnoquoque contrahentium fallere ſocium.

In quærendo ſancto viro, quem imitemur noſtrum eſſe debet ſtudium.

Perfectiſſimi ſæpe viri reperiuntur inter eos, qui verſantur in mundo.

Negocia multa vix exerceri poſſunt in mundo abſque peccato.

m Eccl.29. 26.

n Eccl. 27.2.

Opportunè nihilominus virum iſtiuſmodi, 24

cuius admiremur, & imitemur virtutes, quærendum ait in plateis, tum quia eum demum perfectiſſimum Dominus cenſet virum, o *qui potuit tranſgredi,* per occaſiones, & commoditatem negotiorum, *& non eſt tranſgreſſus:* tum quia & illum definit verò virum, qui fidelis ſit, atque prudens,

In mundo qui boni ſunt, ſunt perfectiſſimi.

o Eccl.31. 10.

Seruus Dei perfectus

non

quas conditiones habeat.

non tam videlicet contemplationi, quàm actioni deditus, ac negotiis administrationis rerum diuinarum, dicente Iesu in Euangelio,[a] *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam,* super reliquos nimirum seruos suos, *vt det illis cibum,* id est, demensum, *in tempore? Beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem.*

a Matth. 24. 45.

25 Vnde & bene hîc duo adiiciuntur viri huius tituli duobus prædictis similes Euangelici viri, ac serui Dei titulis, (*Quærens fidem, & faciens iudicium*) Qui enim prudens sit, in eo potissimùm suam patefacit prudentiam, quòd ita vniuersa prudenti peragit libramine, vt & vnicuique id tribuat, quod illius iudicij iustitiæ, ac assignati demensi extiterit, quódque vniuersa in recto peragit iudicio. Et is fidelis reuerà appellandus est Dei seruus, qui id in primis studeat, vt in actionibus quibuscumque verax sit, datamque & Deo, cuius est seruus, & contrahentibus, cum quibus agere contigerit, seruet fidem.

Prudens Seruus quis sit.

Fidelis seruus quis sit.

Sed & in dispensatione cibi spiritualis, ac verbi Dei, in qua summopere eniti debet, vt prudenter magnoque iudicio se habeat, fidem quærat Catholicam, & Orthodoxam.[b] *Hic enim iam quæritur* Apostolo teste, *inter dispensatores mysteriorum Dei, vt fidelis quis inueniatur.* Fidelis autem is est istiusmodi mysteriorũ dispensator, qui in singulis, quæ dispensaturus est mysteriis, fidem quærat, inter multiplices nimirum vel antiquorum, vel recentiorum sententias, semper id exquirens, quod fides doceat Orthodoxa. Hanc quippe vim hoc loco habere videtur iste loquendi modus, (*Et quærentem fidem*) nam ingens sæpe adhibendum est studium, vt in explicatione sacrarum scripturarum, quæratur quod tutò, & secundùm rectæ fidei sensum docendum sit, cùm & apud Antiquos Patres, qui scripsere antequam omnia à Catholica expensa essent Ecclesia, nonnunquam reperire sit, quæ aduersa sunt fidei, quæ successiuis temporibus, vel ab Apostolica Sede, vel ab Oecumenicis definita est Conciliis.

Fidelis dispensator verbi Dei quis sit.

b 1. Cor. 4. 2.

In sacrarum scripturarum explicatione semper quærendum quid doceat fides Orthodoxa.

26 Iisdem dispensatoribus verbi Dei, in primisque Prælatis Ecclesiasticis curandum, vt re ipsa actionibus videlicet suis iuxta Dei legem, suáque doctrinâ iuxta rectam fidem: nec non & in sancta conuersatione, & in Orthodoxa fide perseuerantes, subiectum sibi doceant populum, séque vt exemplar exhibeant, quod & in fide, & in sancta imitentur conuersatione, dicente Apostolo,[c] *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis,* id est, perseuerãtem vsque ad finem vitæ sanctam conuersationem, *imitamini & fidem.* Et hîc, (*Quærite,* dicitur, *in plateis.*) vbi vt in patenti vniuersis loco, singula obseruare fas erit. Ita namque in externa conuersatione boni se se habere debent Prælati, & in quibuscunque actionibus suis, ac si tota ipsius viuendi, agendique ratio in plateis omniũ exposita esset oculis: id quod & eis optandum in iis quæ intra domus agunt penetralia, curandumque pro viribus. Quod de Gentili Iulio Drusio Publicola legimus apud Plutarchum lib. de ciuili Institut. *Qui cum domus eius ex pluribus partibus vicinis conspicua pateret, dicenti sibi fabro, quinque talentorum sumptu conspicuitati illi se prospecturum: decem inquit dabo, si totam ita exponas conspicuam, vt vniuersi ciues, nedum vicini perspicere queant quâ domi meæ ratione viuatur.*

Prælati, & Prædicatores studeant se exhibere exemplar & in fide & in sancta conuersatione.

c Hebr. 13. 7.

Iustus esse nequit qui & fide insignitus non sit, & bonis operibus.

Plutarchus. *Iusti actiones tales sint, quæ possint ab omnibus conspici.*

27 *An inuenitis virum facientem iudicium, & quærentem fidem.* Neque enim virum reperire est quempiam, qui ambobus hisce insignitus non sit, quia & *sine*[d] *fide impossibile est placere Deo,* Et omnia opera, quibus Dei quis implere satagit legem, & facere iudicium, vt Deo placita sint, & veræ virtutis, in fide facta sint operæ precium est, iuxta illud Psalmi,[e] *Quia rectum est verbum Domini, & opera eius in fide.*

Opera sine fide bona, & Deo placita esse nequeunt.

d Hebr. 11. 6.

e Psal. 32. 4.

Neque ad virum iustum constituendum sat illud est, quòd is fidem quærat, & fidem dumtaxat habere contendat, prout nostri temporis hæretici impiè asserunt, dicente Iacobo Apostolo,[f] *Fides si non habeat opera, mortua est, in semetipsa.* Et de fideli Abraham loquens, *Vides,* inquit, *quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est.* Et paulò pòst, *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm.* In quorum omnium comprobationem non incongruè & ea afferre licet Dauid verba ad Regem Saül,[g] *Dominus retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem,* secundùm iustitiam, quâ videlicet iudicium facit, secundùm fidem nedum humanam, de qua propriè ibi est sermo, Sed & Theologicam, quam in vniuersis quærit operibus suis, vt, eâ comite, ad veram illam deputentur iustitiam, cui retributio datur vitæ æternæ.

Fide solâ absque operibus non fit quisquam iustus.

f Iacob. 2. 18.

g 1. Reg. 27. 23.

(*Et propitius ero ei*) scil. Ciuitati Ierusalem. Pondera vim phrasis istius, quæ & apud Sept. hîc reperitur. 28 Esse enim propitium relationem habere videtur ad propitiationem aliquam, adeoque & ad quid Deo oblatum, pro quo is propitietur, fiatque propitius, vnde mox ad eandem ciuitatem Ierusalem nihil in se habentem tale, quod ei offerat, ait idemmet Deus, *Super quo propitius tibi esse potero?* Duo autem potissimùm sunt, quæ huic inseruiunt propitiationi, aptissimáque pro tali censentur oblatione, ob quam Deus fiat propitius, sacrificium videlicet victimę alicuius, quale summum sacrificiorum omnium extitit Christus Iesus, quem propterea Ioannes propitiationem appellans ait,[h] *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed & pro totius mundi.* Et oratio, quæ etiam quoddam victimæ genus est, teste Propheta illo, qui Iudæis quibus propitium fieri optabat Dominum, hoc vt ipsi offerrẽt sacrificium, & propitiationem suadens ait,[i] *Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua:*[k] *Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Quorum hic mihi perapte videtur sensus, Qui iam in iniquitate corruistis, & in miserrimum delapsi estis statum, æquum est, vt conuertamini ad Dominum Deum vestrum, sicque tandem erigamini. Conuertentes autem vos ad Deum, quò illum propitium vobis reddatis, operæpretium est, vt aliquid ei in propitiationem, ac pro expiatione offeratis, idcircò tollite vobiscum verba, qualia nimirum tulit, obtulitque in Euangelio Publicanus, qui stans à longè in templo dicebat,[l] *Deus propitius esto mihi peccatori,* vnde & semet meliùs explicans Propheta subdit, *Et dicite Ei, Omnem aufer iniquitatem,* quod idem est, ac *Propitius mihi esto,* pro cuius propitiationis oblatione, *accipe,* inquit, *bonum,* ipsiusmet scilicet, humilis, & ex ara contriti cordis nostri oblatæ deprecationis nostræ: hanc quippe & nunc reddimus pro vitulis, sicut &, si propitius nobis fueris, mox reddemus vitulos labiorum nostrorum, sacrificium laudis, de quo Propheta Dauid.[m] *Laudabo,* inquit, *nomen Dei cum Cantico,*

Propitium esse habet relationem ad aliquid, quod propitiet.

Deus propitius peccatis fit per sacrificia, & per orationem.

h 1. Ioan. 2. 2.

Oratio est quoddam sacrificij genus.

i Hose 14. 2.

k Hose 14. 3.

l Luc 18. 13.

m Psal. 68. 32.

tuo, & magnificabo eum in laude, & placebit Deo, hoc scil. sacrificij genus, *super vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas,* id est, magis quàm vitulus perfectus, & quodlibet carnale sacrificium.

Porrò sicut non solùm pro sacrificio, quod quis pro semetipso offert, sed & pro eo quod ab altero offertur in illius propitiationem, propitius fit eidem Deus: Ita & pro alterius pariter deprecatione fit is propitius illi, pro quo alter ille deprecatur, dicente Moyse in libro Leuitici, [a] *Et rogante* (Sept. καὶ ἐξιλάσεται, id est, *depropitiabit, in propitiationem offerret*) *pro eis Sacerdote, propitius erit eis Dominus.*

a Leuit. 4. 20.

29 *Iustus peridip sum quod iustus est, Deũ propitiũ reddere aptus est.*

His præexpositis insurgit illicò difficultas, cur nulla fiat hîc cõmemoratio oblationis, sacrificij, aut orationis ab inuento viro iusto, atque fideli exhibendæ; sed quasi sat Deo sit, si is inuentus in ciuitate fuerit, dicatur simpliciter. (*Et quærite in plateis eius, An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei Ciuitati.*) Cui tamen difficultati respondendum: Iure optimo id effectum; quia in enarratione eorum, quæ inuentus vir habere supponitur, indicantur, quæ ab illo exhibendæ Deo forent & oblationes, & orationes, propter quas & meritò idemmet Deus tutò asserit, se toti propitium fore ciuitati Ierusalem. Nam & per obsequium sanctorum operum, & per obsequium fidei vir sanctus, qui facit iudicium, & quærit fidem, vtrumque Deo offert propitiationis genus. Quippe qui faciendo iudicium, efficacissimum facit sacrificium obsequij operum suorum, iuxta id Apostoli consilium, quo fidelibus dicebat Romanis, [b] *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra* (ad sancta videlicet opera exercenda) *Hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem*: Declarans, quænam ea futura sit, addit, *Rationabile obsequium vestrum.* Facitque per idem obsequium orationem haud minùs certè efficacem; Quod à Sanctissimo viro Dauid patefactum nouimus, cùm diceret, [c] *Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam,* ac si dicat, Intentis nedum auribus, sed & oculis meam intuere iustitiam, quæ mea efficacior est deprecatio, Et auribus percipe orationem hanc meam, quæ re, & non dolosis promitur labiis. [d] *De vultu tuo iudicium meum prodeat*: Iudicium, quod ego facio, rectè operans ante conspectum tuum, de tuo prodeat vultu, ius tu mihi pro illis reddens operibus meis, per eorum videlicet exauditionem, & approbationem, *Oculi tui videant æquitates,* seu *rectitudines,* scilicet meas, approbans, & exaudiens quæ à me rectè iuxta iudicium, legemque tuam tibi oblata sunt.

Operum obsequium est sacrificium, & oratio Deo acceptissima.
b Rom. 12. 1.
Oratio efficacissima quæ fit per obsequium sanctorum operum.
c Psal. 16. 1.
d Psal. 16. 2.

30 *Fidei actus est oratio, & sacrificium.*

Sed & quærendo quoque fidem, ipsoque fidei actu vir idem sanctus in propitiationem Deo & orationem exhibet, & oblationem ac sacrificium. Dicente Iacobo Apostolo; [e] *Oratio fidei saluabit infirmum,* quo nedum efficaciam orationis fidelis, at vim fidei, vt efficacissima oratio est, expressam aliàs per id me probasse recolo in meis Comment. super Cant. quod in Euangelio dictum est à Domino, [f] *Habete fidem Dei: Amen dico vobis: quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, Quodcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis.*

e Iacob 5. 15.
f Marc. 11. 22.

31 *Fidei actus comparare quodammodo*

Apostolus verò Paulus fidem ipsam, eiusque actus sacrificium eius appellat efficaciæ, vt quadam ratione illud comparare videatur sacrificio omnium præstantissimo Eucharistiæ, & corporis ac sanguinis Christi, quod Latinè Missam Græcè Liturgiam sancti appellant Patres; In epistola enim ad Philippenses, vbi in vulgata legimus, [g] *Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ gaudeo, & congratulor omnibus vobis.* id est, Si me etiam per effusionem sanguinis, ac per mortem, quá Deo immoler, cooperari contingat obsequio fidei vestræ, quod est sacrificium Deo acceptissimum, gaudeo, &c. Græca habent, ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω, καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. Idest, *Sed & si libor super victimam, & Liturgiam fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis.* Quibus in verbis alludere videtur Apostolus ad vini libamina, quæ super quamlibet victimam, & sacrificium fundebantur super altare, de quibus in Cantico Deuteronomij dicitur, [h] *De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum,* Et apud Ioelem, [i] *Periit sacrificium & libatio.*

videtur Paulus sacrificio Eucharistiæ.
g Phil. 2. 17.
h Deut. 32. 38.
i Ioel. 1. 9.

32 *Quàm facilis sit Deus, vt vel scelestissimæ propitius fiat ciuitati.*

Cæterùm si iuxta Hebraicam lectionem, quæ habet, *Si sit vir faciens iudicium, & quærens fidem,* seu *veritatem, ac fidelitatem,* Philosophari & aliquid in his velis, Admiratio fortassis insolita per hanc tibi commouebitur Dei facilitatem ad promittendam placationem toti ciuitati Ierusalem, quæ omnibus fœda esset sceleribus, quámue scelestissimis plenam hominibus sibi maximè sentiebat aduersam. At cesset operæprecium est istiusmodi admiratio, cùm bonitati, & benignitati Dei nullum sit assignare terminum, eiusdemque misericordia ita superexaltet iudicium, vt nec numeris concludatur, nec finibus, dicente Prophetà. [k] *Miserationes eius super omnia opera eius.* Et, [l] *Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia tua, & cogitationibus tuis,* (iis scilicet, de quibus tumet per alium ais Prophetam, [m] *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*) *non est qui similis sit tibi, Annunciaui, & locutus sum,* id est, si enarrare voluero, multiplicatæ sunt eæ scilicet, cogitationes super numerum, Sic ex Hebr. & Sept. Quo sensu secundùm versionem Symmachi dicitur. *Si velim annunciare, & eloqui* (opera scilicet & cogitationes tuas) *plura sunt, quam vt enarrari possint.*

Misericordia Dei nec numeris, nec terminis concluditur.
k Psal. 144. 9.
l Psal. 39. 6.
m Ierem. 29. 11.

33 *Propter vnũ virum insignem parci toti alicui ciuitati haud nouum est.*

Neque nouum est, vt propter vnum dumtaxat virum sanctum, Dei bonitas toti se parcere polliceatur ciuitati sibi aduersæ, cùm & apud Isaiam propter solum Dauid, obque innatam sibi bonitatem, nedum impunem dimissurum, sed & protecturum, ac saluaturum ab hostili Assyriorum exercitu promittat eandem ciuitatem Ierusalem, dicens, [n] *Protegam ciuitatem istam vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum.*

n Isai. 37. 35.

Ob Prothogenis picturas Demetrius Rex noluit incendium inijci in Rhodium.
Plinius.

Nonne & hominibus id aliquando contigit, vt propter insignem aliquem virum toti cuipiam à Rege parcatur ciuitati. Refert Plinius lib. 35. cap. 10. Demetrium Regem cùm in obsidione esset Rhodij munitissimæ, opulentissimæ, & maximæ ciuitatis, possetque illam ex vna dumtaxat eius parte capere, noluisse vt parti illi incendium adhiberetur propter quasdam, quas ibi esse intellexerat Prothogenis eximij pictoris tabulas, adeoque consequenter & toti pepercisse ciuitati, cùm propter eas imagines nec cæperit, nec diripuerit illam. Et mirabitur quis, si Deus toti ciuitati Ierusalem, in qua nomen suum posuc

poſuerat, propter vnum parcere polliceatur virum, facientem iudicium, adeóque & ſanctum in operibus ſuis, Et quærentem fidem, ac fidelem in omnibus verbis ſuis, in quo perfectiſſimè ſuam expreſſam nouit imaginem ac ſimilitudinem, dicente Regio Vate, [a] *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Propter hanc imaginem, & ſimilitudinem, ad quam coniectos ſuos habet oculos, dicitur. *Domine oculi tui reſpiciunt fidem,* &c. vt in verſ. 3.

a Pſ. 144. 13.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Circuite vias Ieruſalem, &c.

Verſ. 2.] Quod ſi etiam, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὕρητε, εἰ ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει Κύριος.

2. Ζῇ Κύριος, λέγουσι, διὰ τοῦτο οὐκ ἐν ψεύδεσιν ὀμνύουσιν.

Verſ. 1.] Circumcurrite in viis Ieruſalem, & videte & cognoſcite, & quærite in plateis eius, ſi inueniatis: ſi eſt faciens iudicium, & quærens fidem; & propitius ero eis, dicit Dominus.

Verſ. 2.] Viuit Dominus, dicunt: nihilominus in mendaciis iurant.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ambulate per vicos Ieruſalem, & videte nunc, & ſcitote, & quærite in plateis eius, & ſi inueneritis virum, cuius opera ſint bona, ſi eſt faciens iudicium rectum, & quærens fidem, & dimittam eis.* Verſ. 2. *Si autem in nomine Domini iurant: vtique falsò ipſi iurant.*

Verſ. 1. *Circuite vias Ieruſalem,* &c.

Hieronym. Hieronymus in Comment. *Grandis amor iuſtitiæ, vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahæ, & reſponſionem Dei pro decem viris iuſtis Deus liberauerit ciuitatem. Sed ſi vnum inuenerit, iam iamque peritura Ieruſalem, qui faciat iudicium, & quærat fidem, ſiue, vt Symmachus tranſtulit, veritatem, tamen Deus miſereatur Ieruſalem.*

Chryſoſt. *Virtutem colens ſolùmmodo dici meretur vir aut homo.* Confirmat ex hoc loco Chryſoſtomus homil. 23. in Geneſ. illum ſolum in ſcriptura dici virum, qui virtutem colit. Ponderans enim verba illa cap. 6. Geneſ. [b] *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* [c] *Et corrupta eſt terra coram Deo. Vidiſti,* inquit, *quomodo ob malitiam, carnem eos vocat, & non homines, Et iterum vbi proceſſerimus ſtatim audietis, terram eos nominari, eò quòd terrenis cogitationibus pereant. Alio autem loco neque terram, neque carnem nominat: ſed neque eſſe eos putat in præſenti hac vita, eò quòd virtute careant. Audi enim Prophetam clamantem, & dicentem, in media Ieroſolymitanorum metropoli vbi tot*

b Gen. 6. 12.
c Gen. 6. 11.

A *millia millium,* [d] *Veni, & non erat homo, Vocaui, & non erat qui audiret. Non dicit: quia non aderant, ſed quia præſentes nihil meliores erant, quàm ſi non fuiſſent præſentes. Et alio quoque loco: (Diſcurrite, & videte, ſi eſt vir qui faciat iudicium, & iuſtitiam, & propitius ero.) Vidiſti, quomodo illum ſolum ſcriptura ſancta hominem vocare ſolet, qui virtutem colit, cæteros autem neque eſſe putat, ſed aliquando vocat terram, & aliquando carnem.*

d Iſai. 50. 2.

2 Cyril. Alex. *Iuſtũ quanti faciat Deus.* Cyrillus Alex. lib. 5. contra Iulianum. (*Circuite in viis Ieruſalem, & quærite in plateis eius, ſi inueneritis virum, ſi ſit faciens iudicium, & diligens fidem, & propitius* B *ero ei, dicit Dominus.*) *Vide quomodo vnum pro multis compenſandum recipiat Deus, & populoſam ciuitatem cum vno iuſto, & bonos potiùs ſeruet, quàm vnum iuſtum cum multis impiis perdat.*

Cyril. Alex. *Miſericordiã exhibere, & parcere quàm optet Deus.* Idem Cyrill. lib. 4. Glaphyrôn in librum Num. *Cùm Deus cædem Babyloniorum lege belli in Iudæos graſſantium, quæ ſuo tempore in regiones Iudæorum futura erat, quondam per Spiritum Ieremiæ Prophetæ reuelaſſet, ac iam permulti occubuiſſent, mortuique paſſim conſpicerentur, tum ad ſanctum Prophetam ait: (Heu mihi, quia defecit anima mea propter interfectos)* (ſunt extrema verba præcedentis capitis quarti.) C (*Circuite vias Ieruſalem, & videte,* &c.) *Vides-ne in his quàm ò aſſiciatur dolore propter occiſos, quamquam libenter vellet miſericordiam Ieroſolymis exercere? Sed tamen ab ipſis quodammodo claudit benignitatem ſibi inſitam, propter peccatorum molem propemodum eam retrahens, atque auertens. Nihilominus tamen quærit occaſiones miſerendi, itavt vel ob vnum iuſtum velit iram deponere: Iubebat enim circumeuntes vrbem vnum ſibi oſtendere iuſtum.*

3 Theodorit. *Diuina beneuolentia, & humana impietatis quãta ſit oppoſitio.* Theodoritus. (*Circuite in viis Ieruſalem, & quærite in plateis eius, an reperiatis virum in ea: an inueniatur quis faciens iudicium, & quærẽs fidem,* &c.) *Im*-D*menſa eſt tum illorum impietas, tum Domini beneuolentia. Illi enim tendunt vnanimiter ad iniquè agendum: hic vel vnius beneficio vitam legi conſonam agentis pollicetur omnibus veniam. Iſtud itaque, (Videte, conſiderate, & quærite) ponitur pro, omni diligentia ſcrutamini.*

Procopius. Procopius in cap. 59. Iſaiæ pag. 673. *Pro ſua in homines beneuolentia toti ciuitati vnius nomine peccata condonat, ait enim, (Circuite vias Ieruſalem & quærite in plateis eius, & videte ſi inueniatis virum. Si ſit faciens fidem, & diligens miſericordiam, & ero ipſi miſericors) fuerat verò & Sodomis ſe parciturum pollicitus, ſi quinque* (nota) *iuſtos haberent. Cùm enim ciuitates quinque complecterentur, vel vnicum de ſingulis poſtulabat.*

E In D. Thoma nil à Hieronym. diuerſi, niſi quòd *facientem iudicium*, intelligit iuſtè ſe habentem ad proximum ſuum ſecundùm regulam iuſti iudicij per *quærentem fidem*, fideliter agentem.

Verſ. 2. (*Quòd ſi etiã, Viuit Dominus dixerint,* &c.)

4 Hieron. *Fidei veritate delectatur Deus.* Hieronymus. *Quia poterat fieri, vt aliqui inuenirentur in populo, qui ſimularent cultum Dei, & iurarent per Deum, hoc præuenit, quòd nequaquam Deus vanis ſermonibus, ſed veritate fidei delectetur, & dicit, Non eos diligo, qui iurant per me, & iurant in mendacio ſed quorum labia, cordaque conſentiunt.*

Theodorit. *Contra Periurium.* F Theodoritus. (*Dicat quidem, Viuit Dominus, nihilominus iurant in mendaciis.*) *Non enim in ſermonibus ante dictis ſimpliciter cauit, vt in ipſum transferretur iuſiurandum, ſed vt iuraretur cum veritate.*

D. Thom. D. Thomas. *Quia in corde Dominum non venerabantur, ſicut ore oſtendebant: Vel quia etiam ad literam peierabant.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΟἼΜΟΙ, ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ. A

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ὁρᾷς ἐν τούτοις ὠδίνοντα μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις, καὶ προχείρως μὲν ἐλεεῖν ἐθέλοντα τὴν Ἱερουσαλήμ, εἰργόμενον δέ πως ὑφ' ἑαυτοῦ. μόνον οὐχὶ δὲ καὶ ἀνασειράζοντα τὴν θεοπρεπῆ γαληνότητα διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπέρογκον: ζητοῦντα δ' οὖν ὅμως, τὸ κατοικτείρειν τὰς ἁμαρτίας. καὶ ἐφ' ἑνὶ θέλοντα καταλύειν τὰ ἐξ ὀργῆς; ἕνα γὰρ ἄνδρα τοὺς περιθέοντας ἐπιδεικνύναι πιστὸν ἐν αὐτῇ διετάττετο. [οἴμοι.] B

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ὁ τῶν προφητῶν ἀποδύρεται συμπαθέστατος, κατὰ τὴν ἐντολήν, κλαίων μετὰ κλαιόντων, καὶ τοῖς τιμωρουμένοις συνοδυνώμενος. ὅπερ ἰδὼν ὁ Θεὸς μᾶλλον αὐτῷ δείκνυσιν, ἢ τῷ Ἀβραὰμ φιλανθρωπίας ὑπερβολήν, ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ δέκα, ἢ πέντε τὴν ὀργὴν ἀνήσειν φησίν, νῦν δὲ διὰ ἕνα, καὶ μόνον. εἰ καὶ τὰ μάλιστα κἀκεῖ δυνατὸν ἐπὶ τῆς πενταπόλεως πρὸς ἕνα λαβεῖν. κρίμα δὲ ποιεῖ πᾶς ὁ δικαιοσύνης ἐπιμελούμενος. πίστιν δὲ ποιεῖ, ὁ τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις, ὡς πιστοῖς καὶ βεβαίοις πειθόμενος, γινόμενός τε πρὸς πάντα πιστός, ὡς ὅρκον ἔχειν τὸν τρόπον. τίς δὲ δυνήσεται τοῦτο μαθεῖν πλὴν Θεοῦ; ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς ὄψιν, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν. C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι οὐκ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλει; καὶ ὅρα τὸν Θεὸν ἀπολογούμενον, καὶ οὐχ ἑτέροις ἐπιτρέποντα τὴν ἐξέτασιν. ὑμεῖς αὐτοὶ οἱ κακῶς παθόντες, ζητήσατε φησί. οὐχ ἑτέρῳ τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέπω, οὐκ ἐχθρῷ, καὶ πολεμίῳ, οὐκ ἀμελοῦντι, καὶ ῥαθυμοῦντι τῶν ὑμετέρων. ὑμῖν αὐτοῖς τοῖς πονουμένοις, καὶ ταλαιπωρουμένοις. Καὶ ἵνα μὴ πάλιν ἐκλύσῃ, περιδράμετε, φησίν, ὡς ἐγγὺς ὄντων τῶν δεινῶν, καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔρευναν κελεύει ποιήσασθαι. [εἰ ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν.] D

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τοὺς ἐγκαταλειφθέντας φησὶν ἁγίους, ὅτι διὰ τὸ μὴ φυλάξαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἐπιστήσεται τὸ τέλος: σημαίνει δὲ καὶ τῶν ἁγίων τὸ σπάνιον τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας. E

Σεβήρου ἀπὸ λόγου ξβ.] ὅρα τῆς φιλανθρωπίας τὸ πλάτος, ἐν ᾗ βούλεται χαρίσασθαι μόνῳ τὴν κοινὴν σωτηρίαν, καὶ ἀπορεῖ. καὶ γάρ ἐστιν ὅτε, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετή, καὶ δικαιοσύνη τελειοτάτη φιλοτιμεῖται τὴν σωτηρίαν ἁπάσης τῆς πόλεως. ἀλλὰ σπάνιον εὑρεῖν τὸ ἄκρον καλόν, καὶ ἄνδρα δυνάμενον ἐπισχεῖν τὴν ὀργήν, καὶ ἀκουσθῆναι παρὰ Θεοῦ, ἄνδρα γὰρ πιστὸν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἤ φησιν ἡ θεία γραφή, καὶ γὰρ ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀπαγγέλλει δίκαιος, τοῖς ἐστι δι' ἔργων φανερουμένην οὐ γλώττῃ, καὶ χείλεσι κομπαζομένην.

[ζῆ

Vers. 1. HEu mihi, quia deficit anima mea super interfectis. Circumcurrite in viis Ierusalem, &c.) 5

Sancti Cyrilli.] *Viden occisorum causâ nimis dolentem, lubentissiméque Ierusalem misereri appetentem, sed quodammodo à se ipso impeditum, & tantùm non reuocantem diuinam benignitatem ob iniquitatis excessum: quærentem tamen iniquitatibus commiserationem, volentemque per vnum auertere iram? Vnum enim hominem ab his qui percurrebant commonstrari sibi iubebat.* (Heu mihi, &c.)

Cyrilli. Misericordia, & iustitia in Deo cōcursus.

Victoris Presbyteri.] *Super dictis plorat Prophetarum maximè condolendi affectu præditus, iuxta præceptum,* [a] Plorans cum plorantibus, *& cum his qui pœnas dant simul dolores sustinens; quod cùm Deus vidisset, potiorē ipsis, quàm Abrahamo* [b] *humanitatis exuberantiam ostēdit. Ibi enim ob decē, vel quinque iram se remissurum dixit, nunc verò si vel vnus tantùm esset, & si vel ibi etiā in Pentapoli fieri poterat, vt res ad vnum redigeretur. Iudicium porrò facit, cui iustitia curæ est; fidem verò, qui Dei sermonibus, vti fidelibus firmisque credit, & in omnibus fide dignus fit, vt pro iureiurando illi mores valeant: Quis autem, vno Deo excepto, hoc sciuerit?* [c] *Homo enim in faciem, Deus autem ad cor.*

Vict. Presb. Ieremias Prophetarū omnium maximè cōpatiens.
a Rom. 12. 15.
b Gen. 18. 32.
Iudiciū facit cui iustitia cordi est.
Fidem quærit qui & diuinis credit, & fide dignus est.
c 1. Reg. 16. 7.

Chrysostomi.] *Viden, vt illos in desperationem non adducat? Et considera* Deum *defensionis munus obeuntem, nec aliis disquisitionem hanc committentem. Vos ipsi, vos, qui damna tulistis. Perquirite, inquit. Non alij rem demando: Non hosti, & inimico, non res vestras aspernāti, & paruipendenti. Vobis ipsis qui doloribus, calamitatibusque fracti estis; & ne iterum illi molliores reddantur, dum mala appropinquant, (Circuite:) dicit, & accuratam diligentiam, disquisitionemque fieri præcipit, (Si est faciens iudicium, & quærens fidem.)* 6

Chrysost. Deus defensionis etiam peccatorum munus subit, quàmuis cum illis agas benignè.

Olympiodori.] *Ad sanctos qui remāserunt, sermo: ex eo enim quod qui terram incolunt fidem in Christum non seruant, finis imminebit: denotat quoque raros fuisse in captiuitate sanctos.*

Olympiod. Ex fidei defectu omnis ruina. In Captiuitate Babylonica pauci sancti.

Seueri ex orat. 62.] *Considera humanitatis amplitudinem, quā omnium salutem vni donare vult, & pendet animi. Quādoque enim vel vnius hominis virtus & iustitia, si omnibus fuerit numeris absoluta, toti vrbi salutem cōciliat. Sed rarò contingit, bonum esse ad summum, quique Dei furorem emollire possit, à Deoque exaudiri, Virum enim fidelem inuenire, (vt diuina inquit scriptura) difficile est:* [d] *fidem enim probatam iustus enunciat, hoc est manifestatam operibus, non linguâ, labiisque tumentem.*

Seueri. Iustus vnus quantū possit apud Deum. Iusti vnius virtus eximia salutem aliquādo toti affert vrbi, & communitati. Perfectū reperire difficile est.
d Prou. 20. 6.

Vers.

A [ζῇ Κύριος, λέγουσι, διὰ τοῦτο οὐκ ἐν ψεύδεσιν ὀμνύουσι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ ἀρκεῖ, φησί, τὸ ὀμνύναι, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐπιορκεῖν. ὁρᾷς ὅτι πανταχοῦ, οὐ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖ μόνον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν πλησίων. ἐννόησον ὅσον τὸ ἐπὶ ψεύδεσιν ὀμνύναι, πῶς πόλιν ὁλόκληρον κατήνεγκεν, καὶ γὰρ ὁ μὴ ὀμνὺς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ δαίμονας ἴσως, τούτῳ μεῖζον ἡ ὕβρις, κἂν ταῦτα, ὅταν εἰς ἑτέρων ἐπήρειαν ὦμεν ἀποκεχρημένοι τῷ ὅρκῳ.

B Ὀλυμπιοδώρου.] κατ' ἐμοῦ μὲν φησὶν, καὶ οὐκέτι κατὰ τῶν εἰδώλων τῶν ψευδωνύμων Θεῶν ὀμνύειν. ἀλλὰ τὴν εἰς χριστὸν ἠρνήσαντο πίστιν. διὰ τοῦτο ἰουδαῖοι ἑάλωσαν ὑπὸ ῥωμαίων, οὐκέτι μὲν εἰδωλολατροῦντες, τὸν δὲ ἑαυτῶν σωτῆρα ἀρνησάμενοι.

A Vers. 2. (*Viuit Dominus, dicunt: nihilominus in mendaciis iurant.*)

Chrysostomi.] *Non sat, ait, iurare, sed verum iurare. Viden vbique Deus non modò sua quærit, sed & proximorum? Perpende animo, quãtùm sit falsum iurare, vt propterea, Integra ciuitas perierit. Nam qui non per Deum, sed per Dæmonas fortasse iurat, hoc maior iniuria, eóque magis, si nostro hoc iureiurando alios noxâ affecerimus.*

Chrysost. Proximi nostri quantam curã habeat Deus. Iurare falsũ quàm magnũ sit malum.

B Olympiodori.] *Per me quidem, ait, non autem per Deorum falsorum Idola iurandum. Sed fidem in Christum abnegarunt; Ideo Iudæi facti sunt Romanorum captiui, non idola colentes, sed Saluatorem suum abnegantes.*

Olympiod. Iudæi captiui facti sunt à Romanis quia Christum negarunt.

C *Vers. 3.*] Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Domine (nonne) oculi tui respiciunt fidem?

Qvid [a] igitur ipse non exclamem, ait Propheta sanctus. Omnia quæ fecisti nobis Domine in recto iudicio fecisti? Meritò sanè peracerbis populum D *istum affliges cladibus omnis expertem iudicij, & fidei ac veritatis: cùm oculi tui ad id vnum in primis directi sint, vt fidelem, quem inueniant, qui tecum pro illo agat: cùm ita in vnam coniectos habeas oculos fidem, fidelitatem, & veritatem in cultu tuo, & in dictis, factisque ad proximum, quo per eam toti parcas & ciuitati, & regioni; vt non sit, qui hac in re fallere te queat, qui oculis iis tuis scrutaris renes, & corda. [b] Primo quidem aspectu contra id, quod tuæ in more est prouidentiæ, facere videris, dum populum tuum perdere comminaris: quandoquidem id semper prouidere consueuisti, vt quæ condidisti stabilia serues: [c] Ad hoc ipsum comminationibus,* E *& percussionibus implere hucusque contendisti, vt eundem tibi stabilires populum: Percussisti quippe eos, vt resipiscerent. Et quidem vel in hoc maximè paternum erga illos exhibuisti amorem, cùm eis te habens vti pater cum dilectissimo filio, virgâ enim tenui quodammodo eos primùm verberasti, vel per Assyrios, vel per Ægyptios, vel etiam per Chaldæos; cùm tamen illi ad paternas eas percussiones tuas, instar peruersissimæ naturæ pueri, qui insensibilis videtur ad verbera, nec illas sensisse visi sint: neque vel sic percussi, te Deum, patremque suum offendisse doluerunt: Non exclamauerunt præ dolore, & contritione ad te, cùm percuterentur, pollicentes vitæ emendationem, & cum dolore parturientes spiritum salutis: cúmque tot à te propter iniquitates suas vapulassent percussionibus, nihilominus minimè in via lassati sunt iniquitatis. [d] Hinc postmodum factum est, vt æquè item ac bonus pater, qui cum incorrigibili filio post verbera virga tenuis, duriùs agens, duriorique eum corripiens baculo, ossa (vt dici solet) illi infringit, vt vel hac saltem ratione disciplinæ is fiat compos, grauiori vexatione dante ei intellectum: Tu quoque illos attriueris, & quoad maiorem partem eos consumpseris, dando decem tribus ipsorum in manus Assyriorum, qui eas omnes in perpetuam, miserrimamque traduxère captiuitatem, simulque eos, libro legis in templi aditis inuento, erudieris.*

b Domine nõne oculi tui ad stabilitatem?

c Percussisti eos, & nõ doluerunt (& non pepererũt cum dolore, seu, & non sunt lassati.)

d Attriuisti (cõsumpsisti) eos, & renuerunt accipere disciplinam.

C *Cùm tamen illi è vestigio cùm à tam bono & attererentur, & erudirentur patre, peruersissimè se gesserint: quippe qui nedum exhibitas noluerunt admittere, quas vel vt saluberrimum pharmacum, vel vt res maximè preciosas accipere debuissent, castigationem, & institutionem, sed & ingenti cum fastidio, nauseaque quodammodo illas respuerunt, & summo cum contemptu eas renuerũt. [e] Quodque vix credi potest, obfirmatâ facie illis restiterunt. Atque in resistentia ista sua peruicacissimi, & impudentissimi petrâ qualibet vel durissimâ sese exhibuère duriores. Quin & obduratâ voluntate renuerunt reuerti, & pro admissis sceleribus vel vnam fun-* D *dere lachrymam, in quo & insensibili eâ duriores extitère petrâ, quæ à Moyse percussa largiùs è se aquarum emisit fluenta.*

e Indurauerunt (roborauerũt) facies suas supra petrã, & noluerunt, (renuerunt) reuerti.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Domine oculi tui, &c. Confirmat Propheta Domini, quod ab illo mox fuerat significatum, paratum quidem ipsum extitisse vt propitius ciuitati fieret Ierusalem, totique & Iudaico parceret populo, si vel vnum in ipsa eximium reperisset in sinceritate, veritate, ac fideli- E tate virum; Cùm tamen è contra omnis ab ea ciuitate, atque ab illo populo abacta, & profligata sit fides, veritas omnis, omnisque & fidelitas, tum ea quæ proximum, tum ea quæ Deum ipsum spectat. Et hîc quippe, sicut in primo versiculo fidei vocabulum pro veritate sumitur, & pro fidelitate, cùm & eadem sit in Hebraico textu vox אמונה *emunah*. Quid sit autem veritas, fidelitas, fidésque istiusmodi, vt proximum spectat, sat ibi explicatum est, Cæterùm si nosse & pleniùs velis, quid eadem sit fides, vt Deum spectat, mendacioque est opposita, vide quæ diximus in pri- E ma expositione sensu secundo verborum illorum, *Et iurabis, Viuit Dominus in veritate*, &c. Vers. 2. præcedentis capitis quarti.

1
1. Sensus.

Fidelitas, fides, ac veritas erga Deũ quid sit.

Iuxta hunc ergo sensum, qui & mihi maximè arridet, quod hîc de Deo asserit Ieremias, Illius oculos respicere fidem, simile ei est, quod in Psalmo centesimo de semet sanctus aiebat Dauid, [f] *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat*, id est, Viros vndique conquirebam fideles, vt mecum essent, mecumque habitarent, & mea agerent negotia: iustos, probosque, & immaculatè, ac sincerè sese gerentes in meum adsciscebã obsequium.

Fideliter rectéque, & veraciter ambulantes in suũ Deus admittit obsequiũ, & consortiũ. f Psal. 100.

In quorum confirmationem idem Regius vates Domino alibi ait,[a] *Nõ habitabit iuxta te malignus: ne que permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Et loquitur de iis,qui nec fideles sunt , nec ambulant in via immaculata , & omnino de dolosis , quos eius abominantur oculi , quosque is maximè detestatur, Vnde & subdit , *Odisti omnes qui operantur iniquitatem,* aliud videlicet dicendo, & aliud faciendo , vt ex eo alio colligere est Psalmi , quo dicitur, [b] *Ne simul trahas me cum peccatoribus , & cum operantibus iniquitatem ne perdas me , Qui loquuntur pacem cum proximo suo,mala autem in cordibus eorum:* Odisti inquit omnes veritati aduersos , & eos qui opere , & eos qui verbo mendacia sectantur , *Perdes enim & omnes qui loquuntur mendacium.*

a Psal.5.6.

b Psal.27.3.

2 Possunt autem & alio sensu hæc sumi,vt dicta in confirmationem item prædictorũ,quasi per ea Deum glorificare voluerit Propheta sanctus, quòd meritò grauissimis Iudaicum populum , ciuitatemque in primis Ierusalem castigaturus sit cladibus , cùm oculi eius respiciant , directique sint ad inueniendam in hominibus fidem, & veritatem & in cultu suo , & in dictis , factisque ad proximum, pro qua eis parceret:cumque iisdem oculis , quibus omnia sunt & aperta , nil tale repertum sit,quod vt veritatis,veræque fidei,ac fidelitatis comprobare quiuerit.

2. Sensus. *Cladium ciuitatũ causa quia in illis Deus non inuenit in hominibus fidẽ.*

Multipliciter ciuitatis cuiusque fœlicitatem apud Plutarchum in libro qui inscribitur Conuiuium , variisque Septem Sapientum sententiis exposita his est verbis. *Solon dixit. Videtur mihi ciuitas maxima & beata fore, in qua iniuriæ alicuius auctorem non minus illæsi quàm qui læsus & in ius rapiant,atque puniant. Bias dixit:Eum popularem Reipublicæ statum esse optimum,in quo legem vniuersi tanquam tyrannum metuant. Thales;vbi neque diuites,nimis,neque pauperes sint ciues. Anacharsis : in qua cum reliqua omnia æqualia habeantur,virtuti tamen potior, vitio deterior conditio deferatur. Cleobulus : Si ciues reprehensionem magis metuant,quàm legem. Pittacus:Vbi magistratum gerere non liceat malis,sed bonis : Chilo dixit : In qua maximè leges , minus oratores audiuntur: Periander dixit , videri sibi omnibus his pronunciatis eam commendari popularem Republica formam , quæ simillima sit Optimatum in ciuitate gubernationi.* Ex hoc tamen Ieremiæ loco euidentiùs vnicâ conclusione definire prædictam quæstionem , beatam eam demum asserendam ciuitatem,eumque optimum dicendum Reipublicæ statum , quum inter ciues fides sit , atque veritas ea , ad quam vnam diuini in illa coniecti sunt oculi. Adeoque infœlicissima iure optimo ciuitas nuncupáda est illa, pessimusque & qui in ea est Reipublicæ status , in qua ciuibus fidei expertibus , & errores circa religionem vigeant , & mendacia,dolique exuberent,ac fraudes in proximum.

Plutarch. *Ciuitatis fœlicitas in quo nam sita sit.*

Ciuitas ea verè fœlix dicenda in qua vigeat fides, & veritas ad quam vnam diuini cõiecti sunt oculi.

3 Tertiò denique possunt hæc sumi,vt pertinentia ad ea duntaxat,quæ immediatè prædicta fuere in vers.2. *Quod si viuit Dominus dixerint , & hoc falsò iurabunt.* Ac si dicatur. Bene Domine:parum enim tua interest , si quis externo te colat obsequio:si quis & in tuo sanctissimo iuret nomine,si falsò te colat, & in mendacio iuret : Oculi enim tui non tam ad cultum , quàm ad illius directi sunt veritatem : Nec est quòd censeat quispiam, latêre te posse , si falsò iuret , aut mendaciter te colat,cùm oculis tuis ipsis,qui scrutantur renes, & corda,id sit exploratissimum , vt pote qui cuiusque respiciunt , perpendunt,agnoscuntque fidem , ac fidelitatem , quam vel verè , vel falsò

3. Sensus. *In cultu Deus rationẽ habet fidelitatis, & veritatis.*

A exhibeant.

4 Sept. non habent verbum,(*respiciunt,*) sed simpliciter legunt(*Oculi tui in,seu,ad fidem,*) sicut nec Hebraicus textus , in quo tamen est emphatica particula interrogationis,(*An non,seu, Nonne,*)& propter ambiguam vocis אמונה *emunah* significationem diuersimodè is & vertitur,& exponitur:nam Pagninus quidem vertit,(*Domine oculi tui nonne ad res stabiles?*) In margine verò , (*Nonne ad viros veritatis?*) Regia, (*Nonne ad veritatem?*) Vatablus,(*Domine nonne oculi tui vident,si qua sit in animo hominis fides?*) Quasi dicat , inquit in Annota-B tionibus,*Nonne probè nosti,An homo sit verax? falluntur ergo , qui nomine tuo ad periuria abutuntur,putantes periuria, & fraudes humani animi latêre te posse.* Additque ibidem,Alij inter Hebræos vertunt, (*Nonne ad stabilitatem*)*vt scil. conserues homines in hoc mundo:quasi dicat , Domine prouidentia tua solet prouidere , vt quæ condita sunt seruet. At contra morem tuum facere videris,dum Iudæos percutis, & perdis:Verùm percussisti illos,vt resipiscerent,illi tamen noluerunt resipiscere,*&c. Pro cuius sensus confirmatione facit , quod prædicta vox Emunah sicut significat veritatem,fidelitatem, firmitatem , atque stabili-C tatem,& constantiam in dictis , & in operationibus:Ita in aliis rebus significat firmum ac stabile, sic quod in cap.17. Exodi in Vulgata legimus , [c] *Et factum est,vt manus Moysi non lassarentur.* In Hebr. habetur , *Et fuit manus eius,*Emunah , *firmitas,* seu *stabilitas,* id est,fuerunt manus eius firmæ , & stabiles. Denique Isidorus Clarius , & si hîc in textu legat(*fidem,*)in suis tamen Annotationibus, per fidei nomen significatam inquit veritatem,& integritatem.

Prouidentia Dei tendit ad rerum cõseruationem.

c Exo.17.11.

5 *Percussisti eos, & non doluerunt.* Quòd in toto Iudaico populo fides abfuerit , fidelitas, & veritas, D nedùm in iis quæ ad proximum, sed & in iis quæ ad Deum,cuius oculos ad fidem & veritatem esse significauit,confirmat in his Ieremias ex experimẽtali eorumdem probatione,quæ per flagella & castigationem de iisdem facta ab ipsomet Deo fuit;Simulque Deum,quem alloquitur,de paterno glorificat affectu,quo erga tam falsos,infidosque & rebelles sese habuit ; [d] *Quem enim diligit Dominus castigat,* inquit Apostolus , *flagellat autem omnem filium , quem recipit.* Bene autem primò de flagellis hîc agitur,cùm dicitur, *Percussisti eos* , vt intelligatur , Deum primùm vti cum filio agens E paruo,quasi virgâ , & flagellis , quæ dolorem inferrent,sed non magnum aliquod damnum,illos castigasse,iuxta illud Sapientis,[e] *Noli subtrahere à puero disciplinam ; si enim percusseris eum virgâ , non morietur* , id est , si moderatè illum castigaueris, nempe virgâ flexibili, quæ pueris conuenit , nec facilè corpori nocere potest, is certè non morietur,aut graue patietur quidpiam. Sic autem illos quasi virgâ percussit, quando vel per Assyriorum Regem Sennacherib,vel per Regem Ægypti, vel etiam per Regem Babyloniæ tempore Regis Manassæ ærumnis eos affici permisit,& opprimi, F (*Sed non doluerunt,*) inquit , cùm in hunc modum ipsos percussisti.

d Hebr.12.6. *In flagellãdis peccatoribus, primũ Deus agit leniter, vt pater cum filio paruo.*

e Prou. 23.13.

6 Potest autem hoc,quod ait & (*Non doluerunt:*) triplicem habere sensum. Primũ,vt sit allusio ad peruersissimam , & quodammodo stolidam quorumdam puerorum naturam,de quibus,cùm virgâ ipsos percuti,& flagellari contigerit , dici solet, tantumdem est illos verberare , ac si murum cædas,cùm , veluti omnis doloris expertes , & vt insensibiles in ipsis sese habeant vel peracerbis verberibus,Secundum, vt significetur , prædicta

Simile. 1. Sensus. *Peccatores obfirmatos in flagellis non dolere quid sit.*

2. Sensus.

Dei

Per flagella intendit Deus adducere peccatores ad contritionem. Dei verbera eum minimè ſortita eſſe effectum, quem per illa is intenderat, vt vel ſic percuſſi, non tam ob illata dolerent flagella, quàm ob delicta, pro quibus talia commeruiſſent: vt tantumdē ſit ac ſi dicatur. Sed nec ſic percuſſi te Deum, patremque ipſorum offendiſſe doluerunt.

3. Senſus. Ob flagella excitatur peccator, vt ex contritione pariat ſpiritum emendationis, & ſalutis. Tertium: (*Non doluerunt*,) id eſt. Non exclamauerunt præ dolore, & contritione ad te cùm percuterentur, pollicentes vitæ emendationem, eamque firmiter proponentes. Quem ſenſum exprimit Hebraicum quod hic eſt verbum חלו *halu*, ſignificans, (*& non doluerunt parientes, & non pepererunt cum dolore*,) ſicut idipſum vſurpatum vidimus in fine præcedētis capitis quarti, vbi Vulgata legebant,[a] *Vocem enim quaſi parturientis audiui*. Quem dolorem bonum in partu, ſeu partum cum dolore declaratum reperio apud Iſaiam, cùm ait,[b] *Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis: Sic facti ſumus a facie tua Domine, concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.* Per hunc autem partum ſpiritus ſalutis illud ipſum intellige decretum, atque promiſſum Deo in percuſſionum doloribus emiſſum, vnà cum fletibus, & clamoribus opem ab illo efflagitantibus.

a Iere. 4. 31.

b Iſai. 26. 17.

4 Senſus. Peccator obſtinatus etiā cum à Deo flagellatur, non laſſatur in via iniquitatis. Poſſumus & quartum addere ſenſum ex verſione erutum. Sept. καὶ οὐκ ἐπόνεσαν, quod tametſi verti ſoleat, vt & in Vulgata, (*Et non doluerunt*,) ex vi tamen ſignificationis verbi πονέω *poneo*, rectè pariter reddes. (*Et non laborauerunt* ſeu, *Et non laſſati ſunt*,) vt ſenſus ſit, Et cùm tot percuſſionibus à te vapulaſſent propter iniquitates; nihilominus minimè in via laſſati ſūt iniquitatis; quod certè aliquando ſine vlla vtilitate in die iudicij continget vt ſentiant, quando cum impiorum multitudine id proferent libri Sapientiæ,[c] *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Sed ſemper in deteriora prolapſi ſunt, & bene adiicitur.

c Sap. 5. 7.

7 *Peccatore perſiſtente in peccato, flagella Deus addit acerbiora. Simile.* (*Attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.*) Vt intelligas, & maximam eorumdem Iudæorū peruerſitatem, & ſummam item Dei ſollicitudinem, qui nullam omiſerit rationem, quâ illos ad bonam reduceret frugem: Adeóque cum illis & ita poſtmodum ſe habuiſſe, quomodo & bonus ille pater erga inſolentiorem filium, qui cùm videat ſe nihil tenuis virgæ percuſſione cum illo agere doloris experte, ad illius demum correptionem manus in durum iniicit baculum, quo & oſſa (vt dici ſolet) eidem frangit: hoc quippe ſignificat quod hîc eſt verbum, (*Attriuiſti eos*,) efficaciuſque in Originalibus Hebr. & Sept. (*Conſumpſiſti eos*.) Quæ tunc contigiſſe dixerim, cùm maximam Iudæorum partem, decem videlicet tribus omnes ab Aſſyriis in perpetuam abduci curauit captiuitatem tempore Regis Ezechiæ, vt habes in lib. 4. Reg.[d] Attamen & ſic attriti (*renuerunt*, inquit, *accipere diſciplinam*.)

d 4. Reg. 18. 9.

8 *Diſciplinæ nominis duplex ſignificatio.* Habent autem ſingula hæc verba plus virium quàm primo appareat aſpectu. Siquidem (*diſciplinæ*) nomen, ſicut & Græcum παιδεία pedia, & Hebraicum מוסר *muſar*, duo æquè ſignificat, eruditionem nimirum atque inſtitutionem, & correptionem, ſeuerioremque caſtigationem. Et (*accipiendi*) verbum poteſt deſumi, & vt refertur ad externam acceptionem, quæ manibus fieri conſueuit: & vt internam deſignat, quæ mente fit atque animo. Verbum quoque (*renuendi*) ſuperbum ſignificat contemptum, nec non & nauſeā quamdam, & obſtinatam renitentiam. Quæ ergo modicis hiſce verbis, (*Et renuerunt accipere diſciplinam*,) ſanctus ſignificat Propheta multa ſunt, Primum, Deum per ſeueriorem illam caſtigationem, qua Iudæos ſe attriuiſſe dicit, id vnum intendiſſe, vt vel hac ratione illos erudiret, vexatione ſaltem dante illis intellectum. Secundum; vna cum hac ipſâ caſtigatione dediſſe & iiſdem ſimul inſtitutionem ſuæ diuinæ legis, vt patet ex cap. 22. & 23. lib. 4. Regum, vbi dicitur, tunc potiſſimùm temporis repertum ab Helcia ſummo Sacerdote librum legis in templo, ſanctique Regis Ioſiæ iuſſu coram omni populo eumdem fuiſſe lectum.

Renuere quid ſignificet.

Tribulationibus quomodo erudiat Deus.

Tribulationes quàm grato animo excipiendæ. Tertium; debuiſſe Iudæos expanſis, vt dici ſolet, manibus tam correptionem quàm inſtitutionem prædictas accipere, vel vt ſaluberrimum pharmacum, licet amarum, ob hoc quippe ſæpius calicis appellatione deſignatas in ſacris literis reperimus ærumnas: Vel vt res maximè pretioſas, aut etiam vt ſuauiſſimos cibos, cùm & de diuinæ legis inſtitutione dictum ſit per Prophetam,[e] *Iudicia Domini deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.*

e Pſ. 18. 10.

E tribulationibus damnū potius, quàm fructum referūt iniqui. Quartum; par quoque fuiſſe, vt iidem diſciplinam Domini, vt è paterno affectu prouenientem animo complecterentur. Quintum; quàm è veſtigio illi ſeſe, cùm & attererentur, & erudirentur à tam bono patre, atque doctore geſſerint peruersè: quippe qui nedum ſimpliciter exhibitas noluerunt accipere caſtigationem, ac inſtitutionem: ſed & ingenti cum faſtidio, nauſeâque quodammodo illas reſpuerunt, & ſummo cum contemptu, quantum in ipſis extitit, eas reiecerunt: Et quod omnium eſt peſſimum, obfirmatâ facie iiſdem reſtiterunt. Quod clariùs Propheta explicat, adiiciens.

9 *Obſtinatio ſignificata faciei, ſeu frontis obduratæ metaphorâ. Os durū, ſeu ferreū quid.* (*Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti*.) Peruulgata eſt namque iſtiuſmodi in ſacris literis conſuetudo, vt pertinacis animi in reſiſtendo obſtinationem ſub metaphora exprimant faciei, aut frontis obduratæ, quomodo & apud prophanos ad idipſum ſignificandum dicitur, *os durum*, ſeu *os ferreum*, vt apud Iſaiam Iudaico populo dictum eſt,[f] *Scio quia durus es, & ceruix tua neruus ferreus, & frons tua ærea.* Et Ezechieli Dominus, cum de Iudæis item dixiſſet,[g] *Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Iſrael attritâ fronte eſt, & duro corde.* Subdit, *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Quamquam hac ipsâ phraſi magna quoque ſignificetur & impudentia, ita vt locus iſte & ei ſit ſimilis, quo ſupra in cap. 3. eidem populo dictum vidimus,[h] *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Vnde in lib. Prouerb. vbi impudens deſcribitur meretrix, pro eo quod in vulgata legitur.[i] *Procaci vultu blanditur.* Hebræa eadem phraſi, quâ & hîc, habent, *Roborauit faciem ſuam*, quod Sept. explicarunt vertentes, *Impudenti facie.* Qui enim pudore afficitur oculos demittit, erubeſcentem illico commutatur in faciem, illamque propterea & abſcondere nititur: Cùm è contra qui impudens extiterit, facie immotâ, apertiſque, & defixis reſpicit oculis.

f Iſai. 48. 4.

g Ezech. 3. 7.

Facies dura, impudentiæ ſymbolum.

h Ierem. 3. 3.

i Prou. 7. 13.

10 *Peccatoris obſtinati peruerſitas in flagellis.* Perpende autem in verbis hiſce, *Indurauerunt*, ſeu *Roborauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.* Quod peruerſiſſimè duplici ratione Iudæi ſeſe habuiſſe aſſeruntur; Et quia bonum reſpuerunt, neglexerunt, & abominati ſunt, quod certe admiſiſſent, ſi vel percuſſionibus attriti ad Deum reuerſi fuiſſent: hanc enim vim habere

verbum.

verbum (*Noluerunt*,) patet ex Hebræo in quo idem est verbum, quod mox noster interpres vertit, (*Et renuerunt accipere disciplinam*,) quod idem est, ac quod hic repetitur, (*Et renuerunt reuerti*.) Et insuper, quia suamet peruersa voluntate se se obfirmarunt in malis, haud erubescentes, suo benignissimo obsistere patri, ac Deo. Bene autē fortasse etiam secūdùm literam, (*Super petram*) in singulari Iudæos indurasse inquit facies suas, obsistentes Dei percussionibus, vt sit allusio ad id quod de singulari illa petrâ, seu silice contigisse in deserto legimus lib. Numer.[a] quippe quæ percussa à Patriarcha Moyse iuxta Dei imperium illico percutienti cessit virgæ, amotáque duritie innatâ, se se aperiens larga à se fudit aquarum fluenta, vtrobique enim in textu Hebraico ad petram designandam idem est nomen סלע *selang*, sicut & in eo Psalmi, quo dicitur,[b] *Et eduxit aquam de petra*.

Peccator obstinatus in flagellis est durior petrâ deserti, quæ percussa reddidit aquarum fluenta.

a Num. 20. 11.

b Psal. 77. 20.

Vers. 3.] Domine oculi tui respiciunt fidem,

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *In fidem & veritatem iustitiæ, vt in suam imaginem Deus suos conijcit oculos.*

FIdei nomen sumendo, prout explicatum est in litera, pro veritate, & fidelitate merito Deus illam respicit vt sui imaginem, sicut & in Euangelio, vt definiret reddenda Cæsari quæ essent Cæsaris, & Deo, quæ Dei essent, sumpto numismate census, oculis suis Cæsaris imaginem potissimùm respexit Iesus, eáque visâ dixit,[c] *Cuius est hæc imago, & superscriptio?* audiuitque, Cæsaris eâ esse. In veritate enim recti iudicij, rectæque iustitiæ, & sanctitatis, atque in fidelitate verborum & Moyses, qui hominem factum ad imaginem, & similitudinem Dei dixerat in libro Genesis, ipsam Dei imaginem constituere visus est, cùm ad finem suorum scriptorum in Cantico Deuteronomij dixit,[d] *Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus*. Vnde sicut de eo viro, qui hanc in se seruet imaginem, mox dictum à Domino vidimus, quòd sit faciens iudicium, & quærens veritatem, ac fidelitatem; Ita à Moyse de iis, in quibus eadem Dei minimè inspicitur imago, prout inspici oportuisset, si ex illo genitos se exhibuissent, ait,[e] *Peccauerunt ei*, scilicet *Deo*, *& non filij eius in sordibus*, id est idolis, ad quæ per infidelitatem à fideli suo defecerunt Deo. *generatio praua atque peruersa*, id est, à rectitudine recedens veritatis, ac fidelitatis, prout apertè inferiùs dicitur,[f] *Generatio enim peruersa est, & infideles filij*.

c Matt. 22. 20.

Imago Dei sita in veritate iustitiæ, & in fidelitate verborum.

d Deut. 32. 4.

e Deut. 32. 5.

f Deut. 32. 20.

12 *Fides est cor animæ, quod intueri dicitur Deus.*

Cæterùm si fidei vocabulum hoc loco, iuxta aliquorum Patrum sententiam (vt videre est in nostra Appendice) pro ea sumatur fide, quæ prima inter tres virtutes numeratur Theologicas, quis non videat, quàm aptè dicat Ieremias, (*Domine oculi tui respiciunt fidem*) cùm iam multis antea sæculis Samueli dictum è cœlis fuerit,[g] *Homo videt ea quæ parent: Dominus autem intuetur cor*. Cordis enim in structura corporis spiritualis rationem habere fidem, nemo iure dubitet, qui norit, illam vitæ spiritualis, atque iustitiæ esse principium, originem, ac fontem, æquè ac vitæ corporeæ cor, dicentibus sanctis Patribus in Conc. Trident. sess. 6. cap. 8. *Per fidem ideo iustificari dicimur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*,[h] *sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire*, Et peruulgata est, sæpiusque replicata apud Paulum sententia.[i] *Iustus meus ex fide viuet*, quam ex prophetia desumpsit Habacuc.[k]

g 1. Reg. 26. 7.

h Heb. 11. 6.

i Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. Heb. 10. 38.

k Hab. 2. 4.

31 *Fidem quàm ardenter in hominibus desideret, quæratque Deus.*

Porrò dum dicitur, (*Domine oculi tui ad fidem*,) duo significantur, & ardens quod in Deo est, fidei in hominibus quærendæ studium, eiusdemque inueniendæ desiderium: Et ingens affectus, quo in illam inuentam suos is conijcit oculos, suumque & animum. Quæ ambo ex Euangelio colligere est manifestiùs. Sedulum namque illam quærendi studium ex eo quod apud Lucam legimus Iesum dicentem,[l] *Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* Ac si dicat, Quando instabit iudicij dies, &[m] *refrigescet charitas multorum* (vt alibi dictum est) veniens hominis iudex viuorum, & mortuorū omni adhibitâ diligentia per totum terrarū Orbē eos potissimùm quæret, in quibus solida, viuaque vigeat fides, quāquam vix exiguum in terra tunc inuenturus sit illius, quo & in tribulationum tolerantia, & in orationum perseuerantia, & in Catholica veritate homines persistant; De iis quippe temporibus dixerat idemmet Dominus,[n] *Exurgent Pseudo-Christi, & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur*, (*si fieri potest*, id est, nisi efficaciori Dei ope ac prouidentiâ suffulti essent) *etiam electi ij*, de quibus legimus,[o] *Multi sunt vocati pauci vero electi*, infallibili scilicet prædestinatione.

l Luc. 18. 8.

m Matt. 24. 12.

n Matt. 24. 24.

o Matt. 20. 16.

14

Fidei item quærendæ studium significauit idem Dominus, cùm post diutinam eius quæsitionem in Israelitico populo, cui tunc peculiari iure fidelis tribuebatur epithetum inuentâ tandem intra illius regionem in vno gentili Centurione fide, quæ suum attraxit oculum, dixit,[p] *Amen dico vobis, Non inueni tantam fidem in Israel*. Quo loco & id pariter aduertendum, quod secundò in verbis hisce, (*Domine oculi tui respiciunt fidem*,) seu efficaciùs ex Hebræo, (*Domine nonne oculi tui ad fidem?* significari dicebam; quâ affectus vehementiâ, vbicumque inuenta ipsa sit fides, ad illam & oculis idem Dominus se proripiat, & animo, quasi nullam virtutum cæterarum habens rationem, tametsi adsint & præstantissimæ. Quis enim ex prædicti Centurionis historia non intelligat, in illa ob oculos propositas & sollicitam erga proximum suum charitatem, à qua impulsus fuit, vt ipsemet, iuxta Matthæi Euangelium ad Iesum accesserit, quo ægrotanti famulo suo impetraret sanitatem? Et orationis studium, quo dixit, *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur*, & demississimam humilitatem, exhibitam verbis, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, &c. Et exactum familiæ, & subditorum suorum regimen, indicatum in his, *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit: alij, veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit*: Et magnanimitatem circa Dei cultum, contestatam in Lucæ Euangelio à Iudæis, qui pro ipso Iesum deprecabantur dicentes,[q] *Quia dignus est, vt illi præstes hoc: diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis*. Et nihilominus oculi eiusdem Domini vnam respicientes illius fidem, eam duntaxat, etiam adhibito iureiurando, celebrauit, sic enim ait Matthæus, *Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, Non inueni tantam fidem in Israel*.

p Matt. 8. 10.

Quàm magno affectu Deus suos conijciat oculos, & animum in fidem, quam in aliquo reperiat.

q Luc. 7. 4.

15 *Fidei Maiorem rationem*

Id quoque & aliàs frequentissimè in Euangelica obseruare est narratione. Nam & præcipuo pœni

habere viſus eſt Chriſtus, quàm reliquarum virtutum. pœnitentiæ exemplari, Mariam dico Magdalenam, fidem tandem vnam ſuis reſpiciens oculis, totamque ei adſcribens ſalutem ita peccatricem illam & conſolatus eſt, & extulit, [a] *Fides* a Luc 7. 50. *tua te ſaluam fecit, vade in pace*, quia oculos ipſos ſuos, quibus quaſi per tranſitum (vt ita dicam) & lachrymis exuberantē viderat contritionem, & obſequium exactiſſimum per pedum oſcula, & lotionem, & abſterſionem, & vnctionem, & flagrantem charitatem; adeóque & Simoni ea celebrarat, in vnam more ſuo defixos iugiter ſeruauit fidem illius. Et cùm Chananaæ hiſtoriam legimus, audacter pariter dicere poſſumus, (*Domine nonne oculi tui ad fidem*) cùm poſt enarratas eius mulieris inſignes & charitatis in filiam, & perſeuerantis orationis, & humilitatis virtutes heroicas, vnam illius fidem, ait Euangeliſta, Dominum in maximam excitaſſe admirationem, vt pote qui ipſam attentis intuens oculis in ea prorupit.[b] *O mulier magna eſt fides tua.* b Matt. 15. 28.
Ob hanc quoque rationem & Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Hebræos, quando fidei inſtituit encomium, poſt allatam illius definitionem, ſubdit illicò, [c] *In hac teſtimonium conſecuti ſunt ſenes*, ſignificans, per hanc potiſſimùm vnam Antiquos Patres Deo probatos extitiſſe, & habuiſſe teſtimonium, quod illi placerent. Quâ ſententiâ & idem concludit encomium in fine capitis, dicens, [d] *Et hi omnes teſtimonio fidei probati.* An non & Euangelica illa Æmorrhoiſſa fidei teſtimonio probata à Domino fuit, quando conuerſus ad eam, quæ ipſius tetigerat fimbriam, videnſque illam dixit, [e] *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.*[f] *Nonne oculi Domini in fidem eorum*, qui in ciuitate ipſius apud Matthæum, & eorum qui in Capharnaum apud [g] Marcum paralyticum ante ipſum curandum detulerunt, cùm vtrobique Euangeliſtæ dicant, *Videns Ieſus fidem illorum, ait paralytico*, &c.? *Nonne oculi Domini ad fidem* extitiſſe apparet, quando item in Euangelio aliquid cuipiam conferebat ſanitatis, atque ſalutem, & dicebat. [h] *Fides tua te ſaluum ſeu, ſaluam fecit*, ſeu, [i] *Secundùm fidem veſtram fiat vobis?* Vnde Ambroſius ſerm. 3. in Pſalmum 118. Verſ. 2. Ea expendens eiuſdem Chriſti Euangelica verba ad leproſum, *Volo, mundare.* Lucæ 5. *Præmiſſa*, ait, *pietas voluntatis, ſecuta poteſtatis authoritas eſt. Velle Chriſti commune in omnes eſt: Mundari fidei eſt credentis in Chriſtum. Nonne oculi Domini ad fidem*,) quando aliquorum exauditurus eſt preces, cùm efficacem orationem quamlibet teſtimonio fidei probatam ſe velle ſignificarit, & per Apoſtolum Iacobum dicentem, [k] *Si quis veſtrum indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei, Poſtulet autem in fide, nihil heſitans.* Et per ſemetipſum item in Euangelio, vbi ait.[l] *Si habueritis fidem ſicut granum Sinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis.*

Fides eſt, quâ in primis redditur Deo grati.
c Heb. 11. 2.
d Heb. 11. 39.
e Matt. 9. 22.
f Matt. 9. 2.
Fidei ferè ſemper Ieſus tribuebat quæ faciebat miracula.
g Marc. 2. 5.
h Marc. 10. 52. Luc. 17. 19.
i Matt 9. 29.
Ambroſius.
Propter fidem exaudiuntur orationes noſtræ.
k Iacob. 1. 5.
l Matt. 12. 29.

16
Petri fidem reſpexit Ieſus, quando poſt trinam negationem illum reſpexit.
m Luc. 22. 61.
Petrus quando Chriſtum negauit non amiſit fidem.

(*Domini oculi tui reſpiciunt fidem*) ait hoc loco Ieremias, [m] At ex Euangelio contrarium potiùs inferendum videtur, cùm legamus, tunc potiſſimùm oculos Domini Ieſu reſpexiſſe Petrum Apoſtolorum Principem, cùm tertiò ipſum cum deteſtatione, & anathematizatione negauit. Nihilominus dicendum, & tunc, quando poſt abſurdam illam negationem oculi Domini Petrum reſpexêre, illius iuxta propheticum dictum, vnam reſpexiſſe fidem. Conſtans eſt enim Sanctorum Patrum, & Orthodoxæ Eccleſiæ ſententia, Petrum tunc temporis, tametſi Chriſtum ore ob humanum negarit timorem, neutiquam illius dimiſiſſe fidem, quam apertè profeſſus fuerat aliàs, dicens. [n] *Tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Nititurque Catholica iſta ſententia in eiuſdem Chriſti teſtimonio, quod ipſi perhibuit Petro, vbi illi dixit, [o] *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quibus ex verbis arguere licet, conuerſionem deſignare quidem peccatum, à quo ea facienda ſit; minimè tamen fidei lex illa inferendum defectum. Quinimò hæc duo ſimul ſtare poſſe, fidem, atque peccatum: quamquam tunc temporis fides quaſi frigidis madefacta aquis expers & omnis ſit caloris, ac vitæ dilectionis, & charitatis.

n Matt. 16. 16.
o Luc. 22. 32.
Fides, ac peccatum poſſunt ſimul eſſe in aliquo.

Legimus in lib. 3. Regum, [p] Eliam Prophetam, vt maximum diuinæ gloriæ, atque potentiæ ſpecimen exhiberet, quando in contentionem vertebatur, quis verus eſſet Deus, Baal, an Deus Iſrael, multam aquarum copiam & ſuper ſacrificium, & ſuper ligna, ac altare fundendam curaſſe. Quod fecit poſtmodùm & [q] Nehemias; Ambabuſque vicibus, igne de cælo deſcendente, inflammata fuiſſe ſacrificia, conſumptam & aquam vniuerſam. Aquas ſymbolum eſſe tentationum, atque etiam peccatorum ſat conſtat, ſi recolamus, quæ à Regio vate dicuntur, [r] *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Et de peccati maledictione. [s] *Et intrauit ſicut aqua in interiora eius.* Permittit Deus ad oſtenſionem ſuperabundantis gloriæ, & dilectionis ſuæ, fidei ſacrificium, & altare iſtiuſmodi aquis aliquando conſpergi, & circundari, & per illas ad interiora vſque madefieri, & refrigerari: ſic ſub alia metaphora in mox præcitato Euangelij loco dictum eſt, [t] *Sathan expetiuit, vt cribraret vos.* Et iuxta hanc Sathanæ petitionem, permiſſum illi fuit à Domino, vt & aram, ac ſacrificium fidei Apoſtolorum principis tentationum circundaret aquis, vtque eadem illius fides madefieret, frigidaque & algida redderetur per aquas, quibus conſperſa eſt ſceleris trinæ negationis: Quamquam aqua iſta non penetrârit ad interiora, & ad eſſentiam ipſius fidei, quæ ab infidelitatis, vel hæreſis ſolummodo aquis penetrari poteſt.

17
Fidei aram, & ſacrificiũ permittit aliquando Deus tentationum aquis madefieri ad oſtenſionem maioris gloriæ, & dilectionis ſuæ.
p 3. Reg. 18. 34.
q 2. Mach. 1. 21.
r Pſal. 68. 2.
ſ Pſal. 108. 18.
t Luc. 22. 31.

Cæterùm ſicut in libro ſecundo Machab. [u] legimus ad illuceſcentis, & reſpicientis ſolis radios ingentem accenſum ſuper aram ignem, quo omnis præexpoſitæ aquæ excluſa eſt & humiditas, & frigiditas, calefactumque eſt, & combuſtum, quod aquâ illâ conſperſum fuerat ſacrificium: Ita & ad reſpicientis Chriſti intuitum omnis è Petri corde educta eſt peccati præcedentis humiditas, atque frigiditas; & fidei victima per eumdem Ieſu reſpectum & calefacta, & (vt ita dicam) in holocauſtum igne combuſta eſt flagrantiſſimæ charitatis. Vis noſſe, quanto Petrus ante Chriſti intuitum teneretur frigore? Audi Ioannem Euangeliſtam, [x] *Stabant autem ſerui & miniſtri*, impij ſcilicet Caiphæ, *ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe, erat autem ſimul cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.* Vis & id probari, qua ratione eius cordis ara calefacta ſit, & vniuerſa ab illo educta ſit iniquitatis humiditas, & aqua? Audi Euangeliſtam Lucam quid poſt extremam Petri negationem dicat: [y] *Et conuerſus Ieſus reſpexit Petrum, & egreſſus foras Petrus fleuit amarè.* Quod dicitur,

18
Petri fides calefacta, & combuſta eſt charitatis igne per Chriſti intuitum, quo illum reſpexit poſt trinam negationem.
u 2. Mach. 1. 22.
x Ioan. 13. 18.
Petri corde, per Chriſti intuitum educta eſt omnis peccati, iam negationis humiditas & frigiditas.
y Luc 22. 61.

dicitur, *Et conuersus Iesus respexit Petrum*, nonne idipsum esse videtur atque id, quod in lib. Machab. dicebatur. [a] *Vtque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus.*

a 2. Mach. 1. 22.

Respiciens Deus inflammat.

Dices, quid Domini respectus ad calefactionem, & succensionem? certè hæc duo ita se ad inuicem habent, vt alterum eorum verbum in sacris literis pro altero poni sit solitum, prout vel ex vno patet Genesis loco, in quo, iuxta nostram Vulgatam est verbum respicere, [b] *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: Ad Caim autem, & ad munera illius non respexit.* Iuxta versionem autem Theodotionis, quam refert, approbatque Hieronymus lib. Quæstionum, seu Traditionum Hebraicarum in Genesim, est verbum inflammare. *Et inflammauit Dominus super Abel, & super sacrificium eius: super Cain verò, & super sacrificium eius non inflammauit.*

b Gen. 4. 4.

Hieronym.

19

Petri fides tempore passionis post Christi intuitum sicut lignum igne accensum.

Cùm sensibilis super focum aliquem inflammatur ignis, duo obseruare est, quæ ad rem nostram faciunt. Primum quòd illico à lignis quæ succensa sint, omnis per illam ignis actionem educitur humiditas, ita vt à remotioribus eorum partibus aquas egredi videamus. Has aquas è Petro ad Christi respectum, & inflammationem, nobis conspiciendas proposuit Euangelista cùm dixit, [c] *Et egressus foras Petrus fleuit amarè.* Quibus in verbis & alterum pariter subindicauit, quod sicut ad sensibilem ignis inflammationem excitatur in succensa olla aquarum quæ intra sunt bullor, ita vt extra mittantur. Ita & in Petri animo, qui tunc temporis iure optimo illa dici potuit olla, quam supra Ieremias noster [d] vidisse se dixit succensam ab Aquilone, ingens facta est calefactio maximusque commotus est aquarum bullor, & admissorum peccatorum contritio: Ac per illius oculos, quos, iuxta Plinij sententiam, animi sedem esse nouimus, largiùs per fletus eæ extramissæ sunt aquæ. Quod & in cæteris quoque peccatoribus pœnitentibus euenire collegimus aliàs ex eo Cantici Canticorum, quo Anima Christi sponsa pristinæ suæ conuersionis referens modum dicit, [e] *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.* Vbi ventris nomine ipse interior significatur animus: & pro eo quod in Vulgata legimus, *Intremuit*, est verbum המה *hamah*, quod Theodotion vertit, *Calefactus est*, & propriè eam significat conturbationem, quæ in bullore fit, adeoque eo significatu & Sept. id vertêre, ἐθροήθη *tumultuatus est*, seu *fremuit*, & Symmachus *interiora mea* ἐταράχθη *conturbata sunt.*

c Luc. 22. 62.

Petri animus post trinam negationem fuit sicut olla succensa à Christi intuitu, vnde & extra misit aquas feruentium lachrymarum.

d Ierem. 1. 13.

Plinius lib. 11. c. 37.

e Cant. 5. 4.

Est denique & tertium, quod ab ista diuini respectus ad Petri fidem inflammatione est factum, Idque fuit ipsius fidei Petri succensio talis, vt combusta, non minùs quàm victimæ, super quas ignem è cælo succensum vidimus, & ea dici potuerit, combusta inquam charitatis igne in suauissimum Domini odorem. Quod patefactum est, cùm apud Ioannem ab ipso Domino, qui victimam hanc ascendere voluit in odorem suauitatis, ter interrogatus, [f] *Simon Ioannis diligis me plus his?* ter pariter & ille respondit, *Tu scis Domine, quia amo te.* Subditque postmodùm Dominus eiusdem victimæ consumptionem per martyrij holocaustum, [g] *Amen amen dico tibi, cùm esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.*

Petri fides per Christi intuitum charitatis igne combusta est in holocaustum suauitatis Domino.

f Ioan. 21. 15.

g Ioan. 21. 18.

A Subiicitque Euangelista. *Hoc autem dixit, significans quâ morte clarificaturus esset Deum*, nempe crucifixionis.

(*Percussisti eos & non doluerunt, attriuisti*, &c.) 20

Peccator obstinatus similis gangrænoso ægroto, omnem medici curam renuenti.

Simile.

Vlcere in gangredinem conuerso pessimè se habens ægrotus medico offertur Empyrico, qui & artis suæ est peritissimus, & in curandis huiusmodi morbis maximè est sedulus, & eius quem curandum in suam suscepit fidem in primis est amantissimus, adeoque & salutis ipsius est percupidus: Aggreditur medicus toto cordis affectu ægroti curam, vlceratam turpique ni-B grore liuidam circum circa percutit lanceolâ carnem; indolentem, ac insensibilem ex ægroti habitu illam aduertit: Indolente ægroto, dolet tunc certè medicus ipse, qui summo in salutis periculo quem amat esse videt, vt pote cuius caro ea mortua iam sit, quam vlcus occupauit. Vnum autem superesse cùm norit salutis illius remedium, sectionis, & vstionis, secare iam incipit, & penetrare vsque ad viuum; exacerbatus contra medicum ægrotus & gestis, & verbis, & factis maxima cum indignatione omnem eius salubrem renuit operam.

C Fugamque arripiendo, nec benignis medici, charorumque suorum reuocari potest vocibus: At perfrictâ potiùs fronte, obstinatoque animo duriorem se exhibet lapide, vt ad salutem non reuertatur capescendam. Medicum & peritissimum, & benignissimum exhiberi solitum Deum, nemo iure dubitet, præsertim cùm & apud Ieremiam nostrum infra illum hæc habuisse legamus, [h] *Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?* Ex quibus & id colligitur manifestè, peccatorem quemque fidelis populi filium D tot esse plenum vlceribus, quot scatet & vitiis. In gangredinem porrò istiusmodi vlcera conuertuntur vitia, quando per prauam consuetudinem in malum id conuertuntur, quo & nigrorem turpis referant conuersationis, & fœtorem malæ oleant, famæ, & corruptionem cunctis inferant, quæ ab ipso aguntur ægroto. Qui cupidissimus illius salutis est cælestis medicus, leuioribus primum tribulationibus eumdem in iis ipsis, quibus vlcerosus est, & quibus delinquit, percutit peccatorem: ad tales tamen ictus experimento E fit compos, illius, qua peccat, carnem iam insensibilem redditam, & doloris expertia membra, atque potentias plus in se mortis habere, quàm vitæ, vt pote in quibus nil iam vitæ sit gratiæ, & charitatis.

Deus medicus peritissimus, & benignissimus.

h Ierem. 8. 22.

Vitiorum vlcera quando peccatori conuersa dicantur in gangredinem.

Vitiorum vlcera curare primò Deus aggreditur lanceolâ leuiorum percutiens tribulationum.

21

Carne indolente vlceroso peccatore percussionum leuiorum tribulationum grauioribus calamitatibus illum atterere nititur Deus, vt eum sanet.

Quid agat qui nil omittere solet, quod peritia exposcat medicæ artis? Manus, vt dici solet, in ferrum iniicit, atque ignem, id est, acrioribus illum ipsum conterere aggreditur ærumnis, atque calamitatibus, vsque ad viuum vitiorum quodque secans ad vlcus: id nimirum perficiens, quod in libro Sapientiæ scriptum est, vt [i] *Per quæ quis peccat, per hæc & torquatur*, auaritiæ in vlce-F re, diuitiarum sectione, in vlceribus gulæ, atque libidinis, vehementi morbo & ciborum gustum, & robur conterens omne, & sic de singulis frustraneum nihilominus & id totum in peruicaci fit impio. (*Attriuisti enim eos*, ait Propheta ad Deum, *& renuerunt accipere disciplinam*,) calamitates quidem effugere nequiuerunt, cùm vel inuiti attriti iis sint; quod tamen in illis salubre erat, vt per eas, vexatione dante intellectum, emendari discerent, & ad bonum prosequendum erudirentur, disciplinæ istud inquam medicamentum

i Sap. 11. 17.

Obstinato in peccatore omnis Dei cura per medicamentum optimum ærumnarum circa ea quibus peccarit, irrita per illius fit peruersitatem.

tum renuerunt. Quomodo renuerunt? in medicum Deum iniurij, atque blaſphemi, & per impatientiam ſibimet iis ipſis crudeliores calamitatibus, quas maximo pati coguntur faſtidio, & horrore; fugere quidem pro viribus ſatagunt erudirionis exhibitionem: fugiunt à Deo medico: Sed numquid Deum fugere omnino queunt? Perſtat ſanè pro ſua in eos benignitate bonus medicus: fugientes vel etiam à tergo monet auerſos, & nouis inſpirationibus, & per ſpiritualium virorum adhortationes, vt ad veram vlcerum curationem, vitiorumque reuertantur emendationem, Sed (*indurauerunt*, inquit, *faciem ſuam ſupra petram, & noluerunt reuerti.*) Quid igitur tali euenturum iam ſit, manifeſtum eſt. Illud ſanè, quod myſtico ſenſu in libro Apocalypſis iſtis ſignificatum eſt verbis. [a] *Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem*, id eſt, duriſſimum, *magnum*, adeoque & grauiſſimum pondere, *& miſit in mare, dicens, hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur*: Lapideo pondere in præceps ire ſinetur, tandem & præ lapidis impetu vehementiori impulſu in abyſſum à Diabolo proiicietur inferni, vt nec locus eius inueniatur ampliùs in mundo iſto.

Peccatoris tribulationũ medicamentũ renuẽtis quis tandem futurus ſit finis.

a Apoc. 18. 21.

22 *Tribulationum percuſſione ad quid Deus cum peccatore vtatur, & cur ille ad eam plerumque ſit inſenſibilis.*

Eſt quod adhuc moraliter in iſtamet expendamus ſententia, ſingula ſeiunctim illius exactius examinantes membra. Nam quod in primo dicitur, (*Percuſſiſti eos, & non doluerunt,*) ex alio ſimili loco vtiliſſimam circa mores ſuggerit materiam inueſtigandi. Ad quid Deus percutiat: & cur talis percuſſionis Dei apud pleroſque non ſit ſenſus. Salomon enim in libro Prouerb. propoſitis materialis vini damnis: rationem nobis ſubindicat ſubtiliorem arguendi ebrietatem ſpiritus ſanè multò illa altera peiorem, eiuſdemque & damna: [b] *Oculi tui*, inquit, *videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa.* Tum addit: *Et eris ſicut dormiens in mari, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clauo. Et dices: Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi.* Ex ipſius itaque percuſſi vocibus, colligendum, & quid ipſa Dei ſit percuſſio, & propter quid eadem cuique fiat peccatori: tametſi, qui ex illa minimè proficiunt, neque vt à Deo ipſam eſſe fateantur, de quo hîc dicitur (*Percuſſiſti eos.*) cùm quicquid eis contingat aduerſi non è benigna Dei aſſerant manu, ſed vel ab hominum æmulatione, vel ab influxu ſyderum, vel denique à ſua mala, vt inquiunt, ſorte. Ideo non in ſingulari, ſed in plurali aſſerunt, *Verberauerunt, & traxerunt me.*

b Prou. 23. 33.

Tribulationes non à benigna Dei manu ſuſcipiunt impobi, ſed vel ab hominibus, vel à Syderibus.

23 *Tribulationũ percuſſio vt à Deo eſt ſimilis verberationi, & tractioni tenellæ ætatis infanti à parentibus, vel à magiſtro.*

Greg. Naz. orat. In plagam grandinis.

Noſſe vis quid ſit Dei percuſſio? paterna, vel etiam magiſtralis (vt ita dicam) eſt verberatio, quæ vel ſcuticâ fiat pædagogi, vel virgâ patris: non gladio, non ſecuri, vel ferreo alio armorum genere, quo hoſtili animo mors, aut vulnera infligantur, talis omnino, quam meritò Gregorius Nazianzenus primis illis, vt aliàs notaſſe me recolo, aſſimilat verberationibus, quibus infantes tenelli, à parentibus vapulant, aut à magiſtro. Quod ſi & tunc grauiùs percuti ſe à Deo, vel à bonis hominibus conqueratur peccator, quando per alicuius tribulationis immiſſionem, vel per charæ alicuius rei ſubtractionem impeditur, ne in aliquo perſeueret ſcelere; Noſcat, hanc ipſam, quam adeo ægrè fert percuſſionem eſſe paternam, item & amicam tractionem, ne præcipiti quapiam labatur ruinâ, qualis certè ea eſt, qua dormiens in medio mari, ſomnoque itidem intra nauim ſopitus gubernator amiſſo A clauo, atque adeo in magnis verſans periculis, à benigna trahitur manu, vel extra mare, ne ſubmerſio illi contingat; vel vt à ſopore excitatus, & ſuimet, & totius nauis, nautarumque proſpiciat periculo. Quæ nihilominus, ô rem certè deplorandam! euenire ſæpe conſpicimus poſt præexpoſitam Dei & verberationem, & tractionem, cùm improbi præſertim percutiuntur Eccleſiæ Prælati, propter quos & nauis commiſſæ illis Eccleſiæ in Scopulos iactatur Hæreſeôn, ac vitiorum, & qui intra illam, hoc mundi traiiciunt mare, in mare idem ſubmerguntur.

B Contingunt autem hæc omnia, quia quando percuſſit Deus, nec ſenſêre, nec doluêre: (*Percuſſiſti* enim eos, hîc dicitur, *& non doluerunt*) Et in lib. Prouerb. *Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi.* Porrò iſta peccatoris adeo pernicioſa inſenſibilitas ſimul, ac indolentia ex düplici cauſa prouenire conteſtatus eſt Sapiens, vt ex citato loco patet Prouerbiorum, ex peccati nimirum ſomno immediatè, à quo exurgere neceſſe eſt, ſi diuinorum ſenſum habere volumus, ac dolorem quem percuſſionibus ſuis C commouere in nobis Deus vellet contritionis: Et ex ebrietate mediatè, vt pote per quem & ipſe peccati eſt ſomnus. Non ſentimus enim quando in peccatis exiſtentes paternè à Deo percutimur, nec dolemus; quia vino ebrij ſumus concupiſcentiæ, & affectus carnis, & oculorum, iuxta illud quod ſuperius tractatui de vino, atque ebrietate vidimus interpoſitum, *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa.* Ebrius namque concupiſcentiæ vino, id vnum in ſuo peccati ſopore habet, vt variis veluti inſomniis peruerſa circa ea, quæ concupiſcit, loquatur in corde, fœlicitatem in concupitis habere ſe glorians. D *Omnia* enim *iſta vana huius ſæculi*, ait Auguſtinus Enarrat. in Pſalmum 131. *quibus homines gaudent, in ſomno gaudent: euigilabunt quando nolent, ſi non modò euigilant, quando vtile eſt, & inuenient ſomnia illa fuiſſe.*

24 *In tribulationibus à Deo immiſſis non ſentire, nec dolere prouenit peccatori ex ſomno peccati, & ex ebrietate à cõcupiſcentia terrenorum, atque carnalium vino.*

Auguſtinus. *Mundana fœlicitas hominum.*

(*Attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.*) Nota quàm bene praua quorumdam impiorum exprimitur natura alluſione ad lapides eius pariter ineptitudinis ad formam aliquam operis ſuſcipiendam, vt à ſculptore ſuſcepti ad ſimulacrum in iis inſculpendum, vel ad vas aliquod ex E illis faciendum, omnem tandem eius irritum reddunt conatum, contuſionibus enim vel attriti, & in puluerem comminuti omnem artificis deludunt artem; quin & ſæpius dum tunduntur ſuis ſculptorem ſauciant ruderibus. Hoc eſt enim, vt ſupra explicatum eſt, renuere, accipere diſciplinam, iuxta vim Hebraici verbi, quod ſignificat reiicere cum faſtidio, nauſea, ac indignatione, atque etiam cum impetu. Volente etenim Domino in prædictos impios, qui propter nimium terrenorum ſtudium, tamquam viles ſunt lapides in terram proiecti, cœnoque deturpati, F ſcalpello vexationum diuinam ſui inducere ſimilitudinem, quæ in virtutum ſita eſt perfectione; omnique artificio eoſdem à peccatorum ſordibus dolabro tribulationum polire elaborante, vel attriti in ipſis eius ictibus in eum veluti rudera emittunt murmurationum, querelarum, vtinam non & blaſphemiarum, tantùm abeſt, vt vel minimum quid admittere velint diſciplinæ virtutis, ac ſimulachri ſimilitudinis illius.

25 *Impiorum quorumdam peſſima natura ſimilis lapidibus ineptis ad omne opus.*

Tribulationibus à Deo viſitati impij quàm malè erga illum ſe habeant, & erga virtutem, quem is intendit, profectum.

In ambobus autem iſtius ſententiæ membris 26

Ad tribulationum præstantissimum Dei beneficiũ quam pessimè eidem Deo respondeant plerique impiorum.

hisce simul iunctis, (*Percussisti eos, & non doluerunt, Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.*) Præclarè modus exprimitur, quo pessimè Deo respondent impij ad exhibitum eis præstantissimum correctionis per tribulationes beneficium: qui enim insensibiles, & tamquam inanimata saxa se præbent, cùm paternâ percutiuntur virgâ, quando æquum esset, vt dolerent Dei offensam, propter quam verberantur; & in dolore ex tali percussione causato gratias eidem pro paterno redderent ipsius affectu, nec dolent, nec sentiunt, nec vel per voces iam aliquid vitæ sibi inesse significant. Cùm è contra quando à Deo item grauioribus tunduntur calamitatibus, vt vel sic sensus quid præ se ferant, eo pessimo anguntur dolore, & ita exacerbatum suum exhibent sensum, vt & gestibus, & verbis, & factis instar ferarum contra ipsum qui eos atterit, irruant, illius omni quo possunt ratione repellentes disciplinam.

27 *In tribulationibus à Deo immissis impij lapideam habent insensibilitatẽ.*

(*Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti.*) Possunt hæc accipi vt dicta in confirmationem duorum mox prædictorum in præexpositis istius sententiæ membris: vt ad confirmandam lapideam in paternis Dei percussionibus impiorum indolentiam, & insensibilitatem, quæ primo significata fuerat in membro, (*Percussisti eos, & non doluerunt*) adiectum & hic primò sit, (*Indurauerunt facies supra petram.*) id est, Insensibiliores quacumque se exhibuerunt petrâ vel durissimâ: Ad confirmandam verò ferinam è vestigio peruicaciam quoad sensum, vitamque, propter quam de iisdem dicebatur, (*Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.*) Et in his secundo pariter additum sit, (*Et noluerunt reuerti.*) Quo loco pro (*noluerunt*) in textu Hebraico idem est verbum, quod supra redditum est, (*renuerunt*) & reuerti certè ad Deum ipsum est illius accipere disciplinam, quâ ad pristinam eiusdem Dei redimus similitudinem amissam per auersionem ab illo.

In tribulationibus à Deo immissis impij ferinam in Deum exhibent peruicaciam,

28 *In tribulationibus à Deo immissis impij obduratâ facie impudenter cum illo conizare contendunt, voluntatemque propriam voluntati illius præferre adnituntur.*

Possunt & ambæ istius tertij membri partes sumi vt adiectæ ad id potissimùm confirmandum, quod mox in secundo dictum fuerat membro de perfricta impiorum in Deum peruicacia, in renuendo, cùm atteruntur, accipere illius disciplinam, vt videlicet ipsa magis ad viuum tali describantur peruicacia, quâ nimirum supra omnem petram obduratâ ipsorum fronte, cum Deo, ipsos calamitatis atterente conizare contendunt, impudenter in faciem illi resistere audentes, & voluntatem propriam omnipotenti eius præferre obnitentes voluntati. Enimverò cùm reuersio, quam Deus per immissas calamitates ab illis intendit, sit & desitio ab auersione, quâ per peccatum auersi ij ab eius sunt facie, & conuersio ad illuminationem faciei eiusdem: Illi contra hanc bonam Dei erga eos voluntatem, & reuerti nolunt per desitionem à malitiæ auersione, & per conuersionem luminis diuinæ gratiæ: & obduratam nihilominus, tetramque instar durissimi, fœdissimique ferri, faciem, frontemque propriam indignato obiicere ad contentionem vultui volunt illius.

29 *Etiam in tribulationibus obdurati in praua sua cõuersatione persistunt impij.*

Quamquam si faciei nomine sacrarum literarum more, de quo pluribus in meis egi Commentariis super id Canticorum, [a] *Ostende mihi faciem tuam*, & id, *facies tua decora*, externam accipiamus conuersationem, quâ, sicuti per faciem quis quisque sit dignoscitur, obduratum impiorum hominum in ipsa sua praua conuersatione callum, vel etiam cùm acerrimis à Deo atteruntur calamitatibus, in his à Propheta expositum dicendum est. Vt propterea formali hac potiùs vsus sit locutione, (*Indurauerunt facies suas:*) quàm *Indurauerunt semetipsos*, vel, sicut aliàs scriptum est, *frontes suas*: aut *corda sua*. Bene autem (*supra petram*) genericè dixit: vt nullum genus quantumlibet durissimarum excluderetur petrarum. Nam tametsi Porphyreti quasi ferro insuperabili per antonomasiam durities vulgò adscribi soleat, inuenit tamen humanum ingenium talem scalpellorum ad ignem temperaturam, vt multa nos Romæ antiquitùs elaborata insignia videamus Porphyretica opera: Et, si verum est, quod communiter etiam à Sanctis dicitur Patribus, vt vnus alius sit lapis, isque pretiosus Adamantis nomine, cuius durities nullatenus ferro queat superari: scitum tamen est, & illum vel molli elaborari sanguine hirci. Solam impij conuersationis prauæ duritiem nec calamitatum ferrum ad diuinæ charitatis ignem temperatum, nec sanguis Iesu Christi expolire potest, aut emollire, & ad diuinam deduci similitudinem, ipso nimirum impio ex suo libero nolente arbitrio: Ideo (*supra petram*) quamlibet indurasse dicitur faciem suam, & noluisse reuerti.

Impij in facie sua praua conuersationis duriores sunt petris Porphyreticis, & Adamantinis.

[a] Cant. 2. 14.

Quærunt sanè sculptores quas inuenire possunt petrarum durissimas, hasque inuentas ita in rotundum ferro aptant, facto in medium foramine, intrinsecusque suis elaborant scalpellis, vt nec duritie, nec pondere iam obstantibus naturalibus, in iugi sint conuersione ad mollis aquæ motum, & conuersione ipsâ suâ farinam molant, opus præstantissimum. Quid ni ergo de impiis in praua conuersatione obduratis affirmemus tutò, (*Indurauerunt facies suas, & noluerunt reuerti?*) Quomodo enim ad calamitatum, & tribulationum conuertantur aquas, quorum durities, nec ferreis superari potest calamitatibus?

Durissimæ petræ ferro aptantur ad iugem in molendo conuersionem, cùm tamen impiorum plerique ferro calamitatum aptari minimè se sinant ad conuersionem à peccatis.

(*Percussisti eos, & non doluerunt*, &c.) Pro Morali pariter expositione faciunt quæ iam dicta fuêre in litera. Vide, & quæ scripsimus supra in expositione secunda. vers. 30. capitis secundi.

VVLGATÆ.

Vers. 3.] Domine oculi tui respiciunt fidem, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν, ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν. συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἐπιστραφῆναι.

Vers. 3.] Domine oculi tui ad fidem: flagellasti eos, & non doluerunt: consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam: firmauerunt facies suas super petram: & noluerunt reuerti.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica *Domine nonne reuelatum est coram te, vt beneficias fidelibus? impios autem percussisti, & non sunt conuersi: consumpsisti eos, renuerunt recipere disciplinam, obfirmarũt suã faciem magis quàm rupes, renuũt redire.*

Vers. 3.

Vers. 3. (*Domine oculi tui, &c.*)

Hieronym. *Fidem Christianorum, nõ opera Iudaeorum respexerunt oculi Dei.*

Hieronymus *Propheta loquitur ad Dominum,* (*Domine oculi tui respiciunt fidem,*) *quæ Hebraicè dicitur Emunah, non opera Iudæorum, in quibus iuxta legis cæremonias exultabant, sed fidem Christianorum, per quam gratiâ salui facti sumus.*

Theodorit.

Theodoritus (*Oculi tui ad fidem,*) *ait Propheta, hoc est, Testimonium perhibes his quæ dico. Intueris enim omnia.*

D. Thom. *Iudicium Dei rectum.*

D. Thomas *Proponit sententiæ veritatem,* (*Domine, &c.*) (*fidem*) *id est, quod rectum est, q. d. Rectè iudicasti* [a] *Prouerb. 16. omnes viæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. Habacuc* [b] *1. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.*

a Prou. 16. 2.
b Habacuc. 1. 13.

D. Bonauent. *Ad Dei visionem misericordiæ oculo disponit fides.*

D. Bonauentura exp. in Lucam, in id capitis sc. (*Quorum fidem vt vidit*) *ait Vidit oculo misericordiæ, sicut in Exodo 5.* (*Vidi afflictionem populi mei in Ægypto*) *Ad quam visionem fides disponit, Ieremias* (*Domine oculi tui respiciunt fidem.*)

2

Cyprianus. *Si etiam cum flagellamur peccamus, quid si non essent flagella?*

(*Percussisti eos, &c.*) Cyprianus lib. ad Demetrianum (*Verberasti eos, nec doluerunt, flagellasti eos, & noluerunt accipere disciplinam*) *Ecce irrogantur diuinitus plagæ, & nullus Dei metus est. Ecce verbera desuper, & flagella non desunt, & trepidatio nulla, nulla formido est. Quid si non intercederet rebus humanis vel ista censura?*

Tertullian.

Quibus consona sunt, quæ & Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 13. dicens, *Tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret, quod impunè contemneret? Quis custodiret, quod sine periculo amitteret? Legis mali viam latam, & multò frequentiorem, nonne omnes illaberentur, si nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas Creatoris, & vix à malo auellimur, quid si nihil minaretur?*

Greg Naz. *E flagellis nõ emendari res pessima.*

Gregorius Nazianzenus Oratione in plagam grandinis. *Haud graue est plagis affici, sed plagâ meliorem non fieri grauissimum, & acerbissimum est. Atque eo nomine Propheta de duro illo, & corde incircunciso Israele verba faciens ita loquebatur* (*Domine percussisti eos, & non doluerunt, corripuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.*)

Origenes. *Percussi plagis Iudæi, quia ipsi percusserunt Christum.*

Origenes tract. 35. in Matth. sententiam hanc de iis dictam asserit, qui nocte passionis Christi alapis eum percusserẽ, quòd propterea ipsi plagâ percussi sint æternâ.

Theodorit.

Theodoritus. *Quod priùs dicitur,* (*flagellasti eos, & non doluerunt,*) *indicat castigationem moderatam: Quod verò adiectum est,* (*Consummasti eos, & renuerunt accipere disciplinam*) *significat vehementius intensam. Attamen neutrum illis profuit: quia ferreo erant animo.* (*Indurauerunt, &c.*) *Per hæc innuit impudentiam illorum & perfidiam.*

Hieron. *Flagella inferuntur, vt vitia corrigantur.*

Hieronymus. *Hoc capitulo discimus, idcirco inferri supplicia, vt vitia corrigantur. Per omnia enim tormenta, atque flagella emendatur Ierusalem: & super hæc vniuersa ne verecundiam quidem suorum habuêre vitiorum, sed instar petræ indurantes frontes impudentiâ noluerunt ad meliora conuerti.*

3

Leo Papa. *Ingratitudo & obstinatio in malo quã mala.*

Leo Papa Serm. in Octaua Apost. Petri & Pauli. *Magnum periculum est, esse homines ingratos Deo, & per obliuionem beneficiorum eius nec de correptione compungi, nec de remissione lætari. Vereor igitur*

A *dilectissimi, ne vox illa prophetica tales increpasse videatur, quæ dicit, flagellasti eos, & non doluerunt, castigasti eos, & noluerunt accipere disciplinam.*

Gregor. PP. *In flagellis nec insensibiliter, nec immoderato dolore nos habere debemus.*

Gregorius Papa lib. 2. Moral. cap. 16. *Nonnulli magnæ constantiæ philosophiam putant, si disciplinæ asperitate correpti ictus verberum, doloresque non sentiant. Nonnulli verò tam nimis percussionum flagella sentiunt, vt immoderato dolore commoti etiam in excessu linguæ dilabantur. Sed quisquis veram philosophiam nititur tenere, necesse est, vt inter vtraque gradia-*B *tur: Non est enim pondus veræ virtutis insensibilitas cordis, quia & valde insana per stuporem membra sunt, quæ & incisa sentire dolorem nequaquam possunt. Rursus virtutis custodiam deserit, qui dolorem verberum vltra quàm necesse est sentit: quia dum nimiâ afflictione cor tangitur vsque ad impatientiæ contumelias excitatur: & qui per flagella corrigere malefacta debuerat, agit vt nequitia per flagellum crescat. Contra insensibilitatem quippe percussionum per Prophetam dicitur,* (*Percussisti eos nec doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam*) *Contra pusillanimitatem percussorum per Psalmistam* [c] *dicitur, In miseriis non subsistent. In miseriis namque sub-*C *sisterent, si æquanimiter aduersa tolerarent. At postquam mente inter flagella corruunt, quasi inter illatas miserias subsistendi constantiam perdunt.*

c Psal. 139. 11.

Greg. PP. *Flagellorum Dei aliqua sunt ad correptionem, aliqua ad damnationem.*

Idem Gregorius lib. 18. Moralium cap. 12. *Omnis diuina percussio aut purgatio in nobis vitæ præsentis est, aut initium pœnæ sequentis: propter eos enim, qui ex flagello proficiunt dictum est,* [d] *Qui fingis dolorem in præcepto, quia dum flagellatur iniquus, & corrigitur, præceptum audire noluit, audiuit dolorem: dolor ergo in præcepto fingitur ei, qui à malis operibus, quasi præcepti vice dolore cohibetur. De his verò quos damnant flagella, & non liberant, dicitur,* (*Percus-*D *sisti eos, nec doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Hæc flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percussione perdurant. Vnde per Moysem Dominus dicit,* [e] *Ignis exarsit in ira mea, & exarsit vsque ad inferos deorsum.*

d Psal. 3. 20.
e Deut. 32. 22.

4 Ioan. Cass. Ioan. Damasc. Procopius.

Citant denique hunc locum, prout legitur in Vulgata Ioannes Cassianus Collat. 6. cap. 11. & Ioannes Damascenus lib. 3. Parallellorum cap. 50. aduersùs illos, quibus Domini flagella minimè prosunt. Procopius quoque in Isaiam, & quidem pag. 479. in hunc modum, (*Domine oculi tui in fidem, flagellasti eos, & noluerunt amplecti disciplinam.*) Paginâ verò 540. (*flagellasti eos, neque laborauerunt:*E *consummasti eos, nec voluerunt admittere disciplinam.*

Richard. de S. Victore. *Obstinatum peccatorem efficaciùs aliquando conterit Deus inspirationibus seris, quã duris calamitatibus.*

Richardus de Sancto Victore lib. 1. de Eruditione hominis interioris cap. 27. Ea expendens Danielis 2. [f] *Videbas ita, donec abscissus est lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Ecce inquit, lapis sine manibus abscinditur, vnde ferri duritia conteratur, & quidem rectè. Quæ enim manus talem lapidem concidere, seu etiam abscindere posset, qui ferrum conterere, vel comminuere valeret? Sed quod non potest humana opera, vel qualibet humana industria, fit in sola voluntate.*F *Solus vtique Deus est, qui sine aliquo conatu, sine aliquo sui motu, quoties, & quacumque voluerit potest operari, stabilisque manens dat cuncta moueri. Sed quid quæso est, quod hoc potuit, & voluit facere, manibus minimè voluit hæc perficere? An fortè in huiusmodi ferreis, & obduratis mentibus meliùs operatur inspiratione, quàm percussione, corrigiturque sæpe internâ illustratione, quem non possunt flagella corrigere? (Percussi, inquit filios vestros, & non doluerunt, renuerunt recipere disciplinam. Sed cùm multò sit leuius apud nos dicere, quàm facere, sæpe tamen in his etiam mentibus, in quibus videtur*

f Dan. 2. 34.

detur percutientis manus opera defecisse, operatur quidem miro, & incomprehensibili modo interno suo verbo, vel sibilo.

D. Thom. D. Thomas. *Adiungit populi incorrigibilitatem, quia nec emendatur percussione. Percussisti leuibus flagellis: (Non doluerunt,) de peccatis suis: (Attriuisti)* A *morte, & captiuitate. Aggæi*[a] *2. Percussi vos vento vrente, & rubigine, & grandine, omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Nec confusione, (Indurauerunt,) quasi dicat, non immutantur verecundiâ.* [b] *Ezech. 3. Omnis quippe domus Israel attritâ fronte est, & duro corde.*

a Aggæi 2. 18.

b Ezech. 3. 7.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΥΡΙΕ οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τουτέστιν, οὐδὲν ἐναντίον ὁρᾷ ὁ σὸς ὀφθαλμός. καθαρὸν τὸ κρίμα σου ἐστίν. μεγάλη κατηγορία, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀναισθησίας τεκμήριον. ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνεσαν, ἀπηλγηκότων ἀνθρώπων σημεῖον. οἷα τὰ τοῦ Φαραὼ ἦν. ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐ προφασιζόμενος. τοῦτο ἦν τὸ λέγειν, περιδράμετε, ἀπὸ τῶν προτέρων δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι συνετέλεσας; ἀπέκτεινας ἅπαντας, τὸ πλέον αὐτῶν καθεῖλες, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπαιδεύθησαν. οὐδὲν γὰρ, τῶν ἡκόντων εἰς σὲ, παραλέλειπται.

Τοῦ αὐτοῦ.] πανταχοῦ τῆς προαιρέσεως, καὶ οὐ τῆς φύσεως, τὸ, οὐκ ἠθέλησας ἐπιστραφῆναι. ὅρα κακίαν εἰς φύσιν ἐκτραπεῖσαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ ὅτι πίστιν ἐπιζητεῖ Θεὸς, ἢ ὅτι πιστῶς, καὶ ἀληθῶς κρίνει, ἢ ὅτι ἃ λέγει εἰς ἔργον ἐκφέρει.

B Vers. 3. DOmine oculi tui ad fidem, &c.) 5

Chrysost. Iudicium Dei purum.

Chrysostomi.] *Hoc est, nihil aduersum tui oculi conspiciunt. Purum iudicium tuum est. Nec magna accusatio, extremique stuporis indicium. (Flagellasti eos, nec doluerũt,) hominum, qui iam doloris sensum amiserũt, qualis erat Pharao, vt ostenderetur nullum esse prætextum. Hoc erat illud, (circuite:) Ab antiquioribus suam propalat prouidentiam.*

Chrysost.

Chrysostomi.] *Quid sibi vult, Confecisti? omnes peremisti, Maiorem eorum partem delesti, neque tamen se ad frugem bonam receperunt.* C *Nil enim, quod tui saluti conferre posset, omissum est.*

Chrysost. Malitia mutata in naturam.

Eiusdem.] *Vbique non à natura, sed ex libera voluntate, illud, (Noluisti reuerti.) Vide, vt nequitia mutata sit in naturam.*

Olympiod. Ad fidẽ oculi Dei esse dicũtur tripliciter.

Olympiodori.] *Vel quòd fidem requirat Deus, vel quòd fideliter, veréque iudicat, vel quòd ea quæ dicit, effectu comprobat.*

Origenis Homilia sexta in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & tertia ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Κύριε, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν· ὡς ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, ἀπὸ γὰρ ἀδίκων ἀποστρέφει αὐτοὺς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου, εἰς πίστιν, ἀπὸ γὰρ ἀπιστίας ἀποστρέφει αὐτούς. διὸ καλῶς λέλεκται ὑπὸ τοῦ νοοῦντος, τί λέγει ἐν τῇ εὐχῇ, τὸ, Κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν. τὸ μὲν οὖν ἐνταῦθα γεγραμμένον ἐστί· κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν. ἐπεὶ δὲ λόγον σοφὸν ἐὰν ἀκούσῃ ἐπιστήμων, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει, ὅρα πόσα ἐστὶ ποιῆσαι ἀπὸ τοῦ, κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν, φησὶν ὁ Παῦλος, νυνὶ δὲ μένει τὰ τρία ταῦτα, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη· ὡς ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς πίστιν, ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἐλπίδα, ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἀγάπην. ἐπεὶ δὲ ἐστι πνεῦμα δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ· ὡς ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἀγάπην, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς δύναμιν, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς σωφρονισμὸν, ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαιοσύνην. οὕτως ἐπὶ πάσας ἀρετὰς ὀφθαλμοὶ κυρίου· εἰ οὖν βούλει καὶ σὺ τὰς ἀκτῖνας τῶν νοητῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ φθάνειν ἐπὶ σε, ἀνάλαβε τὰς ἀρετὰς, καὶ ἔσται ὡς τὸ, κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν, οὕτω κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς ἕκαστον, ὧν ἐὰν κτήσῃ ἀγαθῶν. καὶ

D *Domine*, ait, *oculi tui in fidem*; Quemadmodum,[c] *oculi Domini super iustos*, ab impiis enim eos auertit; pari ratione oculi Domini in fidem, namque eos ab infidelitate auertit. Propterea bene dictum est, (*Domine oculi tui in fidem*,) ab eo, qui nouit quid orãdo dicat. Quod itaque hîc scriptum est, tale est. (*Domine oculi tui in fidem.*) Quoniam verò,[d] *si sermonẽ sapientem audierit sciens, laudabit, & addet ad illum*; vide quot ex hoc dicto, (*Domine oculi tui in fidem*,) licet deducere. E Ait Paulus,[e] *Nunc verò manent tria hæc Fides, Spes, Charitas, maior autem horum Charitas.* Sicut oculi Domini in fidem, sic oculi Domini in Spẽ, oculi Domini in Charitatem, Et cùm sit Spiritus Virtutis, & Charitatis, & eruditionis; sicuti oculi Domini in Charitatem, ita oculi Domini in virtutẽ, oculi Domini in eruditionem, oculi Domini in iustitiã, & ita in vnamquamque virtutem oculi Domini. Si igitur vis & in te radios oculorum Dei spiritualiũ peruenire, Virtutes tibi compara, & erit quemadmodum, (*Domine oculi tui in fidem*,) sic, Domine oculi tui in singula quæ possides, bona. Quod

6

c Psal. 33. 16. Oculos suos Deus conuersos habet ad iustos quos ab impiis auertit.

d Eccl. 1. 18.

e 1. Cor. 13. 13. Oculi Domini in vnamquãque iusti virtutem.

καὶ ἐὰν τηλικοῦτος ᾖς, ὡς τοὺς ὀφθαλμοὺς κυ- A ρίου ἐλλάμπειν σοι, ἐρεῖς· ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. εἶτα περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ἴδωμεν τὸ λεγόμενον· ἐμαστίγωσας αὐτοὺς καὶ οὐκ ἐπόνησαν. αὗται αἱ αἰσθηταὶ μάστιγες ζῶσι προσφερόμεναι σώμασιν, εἴτε βούλονται, εἴτε μὴ βούλονται οἱ μαστιγούμενοι, πόνον ἐμποιοῦσιν αὐτοῖς. αἱ δὲ Θεοῦ μάστιγες τοιαῦται εἰσίν, ὥς τινας μὲν τῶν μαστιγουμένων πονεῖν, τινὰς δὲ τῶν μαστιγουμένων μὴ πονεῖν. ἴδωμεν εἰ δυνάμεθα διηγήσασθαι, τί ἐστι τὸ πο- B νεῖν ἀπὸ μαστίγων Θεοῦ, καὶ τί τὸ μὴ πονεῖν· καὶ ὅτι κακοδαίμονες οἱ μὴ πονοῦντες ἀπὸ μαστίγων Θεοῦ, μακάριοι δὲ οἱ πονοῦντες ἀπὸ μαστίγων Θεοῦ. φησὶ γὰρ ἡ Σοφία· τίς δώσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας, καὶ ἐπὶ τῶν χειλέων μου σφραγῖδα πανοῦργον, ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου μὴ ἀπολέσωσί με; πρόσεχε τῷ, τίς δώσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας. οὐκοῦν εἰσὶ μάστιγες τὸ διανόημα μαστιγοῦσαι· αἱ μάστιγες τοῦ Θεοῦ τὸ C διανόημα μαστιγοῦσι. λόγος γὰρ καθαπτόμενος τῆς ψυχῆς, καὶ εἰς σύνεσιν αὐτὴν ἄγων τῶν ἡμαρτημένων, μαστιγοῖ. μαστιγοῖ δὲ τὸν μὲν μακάριον πονοῦντα ἐπὶ ταῖς μάστιξι. καθικνεῖται γὰρ αὐτοῦ τὰ λεγόμενα, καὶ οὐκ ἐξουθενίζει τὸν ἐλέγχοντα ἀπ' αὐτοῦ. ἐὰν δέ τις εὑρεθῇ ἵν' οὕτως εἴπω ἀναίσθητος, λεχθήσεται περὶ αὐτοῦ. ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν. τοῦ αὐτοῦ λόγου λεγομένου ἐλεγκτικῶς, φέρε εἰπεῖν ἐπὶ τῷ καθικνεῖσθαι τῆς διανοίας τοῦ τὴν συνείδησιν με- D μολυσμένου ἐπί τινι ἁμαρτίᾳ τὸ λεγόμενον ἐὰν ὁ μέν τις τῶν ἀκουόντων ἀλγήσῃ, ὥστε λεχθῆναι περὶ αὐτοῦ. ἑώρακας, ὡς κατενύγη ὁ δεῖνα; ὁ δέ τις τῶν ἀκουόντων μὴ ἀλγήσῃ, ἀλλὰ ἀναισθητεῖ τῶν ἐλεγχόντων, δῆλον ὅτι λεχθήσεται περὶ τοῦ μηδ' αἰσθανομένου. ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν. μία μὲν διήγησις αὕτη περὶ τοῦ οὐκ ἐπόνησαν, ἢ ἐπόνησαν. ἴδωμεν δὲ εἰ ἔχομεν καὶ ἑτέραν. γίνονται τινες ἐν τοῖς σώμασι μερῶν τινων νεκρότητες, καὶ ξηρότητες. καὶ πολλάκις τοιαῦτα πάσχει τὰ νεκρωμένα μέλη παρὰ τὰ E ζῶντα, ὥστε προσαγομένων μὲν τῶν πόνων ποιῆσαι δυναμένων τῷ ζῶντι μέλει, ἀλγεῖν ἐκεῖνον ᾧ προσάγεται τὸ ποιοῦν πονεῖν. προσαγομένων δὲ τῶν τοιούτων πονεῖν τῷ μέλει τῷ ἀναισθήτῳ, οὐκ αἰσθάνεται ἐκεῖνος, ὅταν ἡ νέκρωσις περὶ αὐτὸ τύχῃ. ταῦτα εἰ ὧδε εἶδες ἐπὶ τοῦ σώματος, μετάθες ἐπὶ τὴν ψυχὴν· καὶ ὅρα, ὅτι ἔστι τις καὶ ψυχὴ νεκρουμένη τὰ μέλη, ὥστε μὴ αἰσθάνεσθαι ἀπὸ τῶν μαστίγων. κἂν ἐπίπονα προσφέρηταί τινα, * δι' ἃ προσφέρεται, ἀλλ' οὐκ F αἰσθανθήσεται ἡ δεῖνα ψυχὴ, ἄλλη δὲ αἰσθανθήσεται. καὶ τάχα ὥσπερ ἂν λυπεῖται μᾶλλον ἐπὶ τῷ μὴ αἰσθάνεσθαι, ἤπερ ἐπὶ τῷ αἰσθάνεσθαι, ὁ μὴ αἰσθανόμενος ἀπὸ πόνων αὐτῷ προσφερομένων, εὐχόμενος μᾶλλον πονεῖν, εἰ προσάγοιτο τὰ ἐπίπονα, ἐπεὶ σημεῖόν ἐστι τοῦτο τοῦ ζῆν αὐτὸν, ἀηδιζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ μὴ αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἐπιπόνοις· ὥσπερ δὴ τοῦτο γίνεται ἐπὶ τῶν

* ἐν δυνάμει.

A Quod ſi is fueris, vt oculi Domini tibi illuceant, dices,[a] *Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui Domine.* Sed videamus quid de peccatoribus dicatur. (*Flagellaſti eos, & nō doluerunt.*) Hæc, quæ ſenſu deprehenduntur flagella, ſi viuentibus corporibus inſerantur, velint, nolint, vapulātes dolore afficiunt? Verū Dei flagella eiuſmodi ſunt, vt vapulantiū quidam doleāt, quidā verò nequaquam. Expendamus, ſi poſſumus, quid ſit è B Dei flagellis dolere, & quid non dolere, & quòd infœlices ſint, quib. flagella Dei dolorē non pariunt; beati verò qui illis affecti dolent. Ait quippe Sapientia,[b] *Quis dabit cogitationi meæ flagella? & labiis meis ſigillū malorum, vt in ignorantiis meis non parcant, & peccata mea non deſtruent me.* Perpende illud, *Quis dabit cogitationi meæ flagella?* Igitur dantur flagella, quæ cogitationem flagellant: flagella Dei cogitationem flagellāt. Sermo C quippe, qui animum pungit, & inducit ad peccatorum agnitionem flagellat. Beatum porrò flagellat ob flagella dolentem, quæ enim dicuntur animū eius verberāt, & repræhenſorem nō ſpernit. Quum verò quis inuentus fuerit, ſenſu (vt ita dicam) orbatus, dicitur de eo, (*Flagellaſti eos & nō doluerunt.*) Eodem ſermone ad repræhendendū prolato, vt puta ad penetrandum animum habentis conſcientiā aliquo crimine pol- D lutam, ſi quis audientiū doluerit, ita vt de eo dicatur, Vidiſti, vt ille compunctus eſt? alius verò nequaquam doluerit, ſed ſenſu amiſſo repræhenſores non audiat, manifeſtum de eo qui non ſentit quidem dici poſſe, (*Flagellaſti eos, & non doluerunt,*) & hæc quidem vna erit interpretatio illius, *doluerunt*, vel *non doluerūt*. Videamus, an ſit nobis & alia. Fiunt in corporibus membrorum mortificationes, ariditateſque quædam & ſæpe contingit è mortuis mēbris prope vi- E uentia poſitis, adhibitis iis quæ dolorē generant ad viuens membrū, doleat ille, cui id quod dolorem efficit, infertur. Quod ſi membro quod ſenſum amiſit malū dolorificū inferatur, non ſentiat ille per membrū in quo mortificatio eſt. Hæc ſi in corpore conſpexiſti, ad animū transfer; ſciaſq; aliquā reperiri animam, quæ ita membris emoritur, vt flagellorum ſenſum non habeat, & ſi quæ admouentur, ob id admo- F ueantur, vt dolorem inferant, non tamen ſentiet talis anima, ſed alia ſentiet, ſed alius dolore afficietur, & fortaſſis quemadmodū non ſentiens quæ dolorem pariunt plus dolet quòd nō ſentiat, quàm ſi ſētiat, optans potiùs ſentire dolorē, ſi admouētur dolorē efficientia; quoniam vitæ ſignū hoc eſt, & ægrè ferens, quòd nō ſentiat quæ dolorē inferunt? Sicuti porrò hoc in corporibus

[a] Pſal. 4. 7.

7 *Flagella ſenſibilia inferunt neceſſariò cūctis dolorem ob flagella verò Dei haud omnes dolore afficiuntur.*

E flagellis Dei dolere & non dolere quid.

[b] Eccl. 23. 2. iuxta Græc.

Flagellis cogitationū flagellat Deus ſermone pungitiuo, & inducente ad agnitionem peccatorum.

8 *Inſenſibilitas doloris ex flagellis, & cruciatibus ſignum mortis, tum in membris corporis, tū in anima.*

Flagellorum Dei dolorem ſentire optabile eſt, quia id ſignū vitæ.

τῶν σωμάτων, οὕτω νομίζω ἐν τῷ· θελήσουσιν, εἰ ἐγίνοντο πυρίκαυστοι. τοιοῦτόν τι δηλοῦσθαι. οἷον τοῦ πυρὸς προσφερομένου τινὶ, καὶ μὴ αἰσθανομένου τοῦ καιομένου, θελήσωσιν ἐκεῖνοι καταλαβόντα σύγκρισιν μὴ αἰσθανομένων, ἐπὶ τῶν ἀλγηδόσι, καὶ αἰσθανομένων, μᾶλλον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τῷ πυρὶ, ἢ μὴ αἰσθάνεσθαι, καὶ εὔξαιτο ἄν τις προσαγομένου τοῦ κεκριμένου πυρὸς ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς αἰσθάνεσθαι μᾶλλον, ἢ μὴ αἰσθάνεσθαι. ταῦτα διὰ τὸ ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν, συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. ὅτε τὰ καθαρτικὰ ποιεῖ ὁ προνοῶν τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ ψυχῆς σωτηρίᾳ, τὸ ἐπ' αὐτῷ συνετέλεσε. νοήσεις δέ. συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. ἀπὸ παραδείγματος τοῦ κατὰ τὸν παραδιδόντα τὴν ἐπιστήμην, καὶ τὸν μὴ βουλόμενον παραλαβεῖν τὴν ἐπιστήμην ἀπὸ τοῦ παραδιδόντος. πάντα γὰρ τὰ παρ' αὐτῷ ποιείτω ὁ διδάσκαλος, καὶ συντελείτω πάντα εἰς παράδοσιν ἐπιστήμης, ἐκεῖνος δὲ μὴ παραδεχέσθω τὰ λεγόμενα. εἴποιμ' ἂν περὶ τοῦ τοιούτου τῷ διδασκάλῳ. συνετέλεσας τόνδε, καὶ οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι παιδείαν. ἐπὰν οὖν τὰ ἀπὸ τῆς προνοίας γίγνηται πάντα εἰς ἡμᾶς, ἵνα συντελεσθῶμεν, καὶ τελειωθῶμεν, ἡμεῖς δὲ μὴ παραδεχώμεθα τὰ τῆς προνοίας τῆς ἐπὶ τελειότητα ἡμᾶς ἑλκούσης, λεχθείη ἂν ὑπὸ τοῦ νοοῦντος τῷ Θεῷ. Κύριε συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν, ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν. νοήσεις καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν σωματικωτέρων τῶν ἁμαρτανόντων. οἱ μὲν ἀκούοντες λόγους ἐλεγκτικοὺς, ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐρυθριῶσι, καὶ καταδύονται, καὶ ὑποπίπτουσιν ἁπτομένου τοῦ λόγου τοῦ ἐλεγκτικοῦ αὐτῶν. οἱ δὲ τοιοῦτοι εἰσὶν, ὥστε αὐτοὺς ἀνερυθριάστους εἶναι, μὴ αἰδουμένους ἐφ' οἷς ἐλέγχονται, ἐφ' οἷς ἡμαρτήκασιν. εἴποις ἂν οὖν περὶ τούτων, οἱ οὐκ αἰδοῦνται. ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν. εἰ νενόηκας ἐπὶ τῶν σωματικῶν αὐτὸ, μετάβα μοι τῷ λόγῳ ἐπὶ τῆς ψυχῆς νοήσας πρόσωπον περὶ οὗ λέγεται, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ὅρα ψυχὴν στερεὰν ὁποία ἦν ἡ καρδία Φαραὼ ἐσκληρημένη, ὥστε αὐτὴν ἐπὶ τὰ ἀπαγγελλόμενα ἑστάναι ἀντίτυπον, καὶ ὥσπερ ἀποβαλλοῦσαν τὰ λεγόμενα, μὴ μορφουμένην κατὰ τὰ ἀπαγγελλόμενα. ἐκεῖ γὰρ εὑρήσεις, ὅτι ἁρμόσει τὸ, ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἐπιστρέψαι.

bus fit sic & in eo; Voluerint si igne traderentur: tale quid innui opinor. Velut si cui ignis admouetur, & ille qui comburitur sensum combustionis non haberet, vellet illi factâ comparatione non sentientium, & sentientium, dolores potiùs sentiendo igne cruciari quàm non sentire. Et optaret quispiam, ignem qui peccatoribus adiudicatur, sentire potiùs quàm non sentire. Et hæc ad illud, (*Flagellasti eos & non doluerunt.*) (*Consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam.* Quum purgantia mala irrogat qui rerum omnium curam gerit Deus pro salute animæ fecit, quod in se fuit: illud autem, (*Consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam,*) intelliges exéplo eius qui scientiam tradit, & eius qui traditam accipere non vult. Omnia enim quæ sui muneris sunt Doctor faciat, & peragat omnia quæ ad tradendam scientiam spectant, ille verò non audiat quæ dicuntur: de hoc ego auditore præceptori dixerim, *Consummasti hunc, & noluit recipere disciplinam.* Quando igitur per Dei prouidentiam omnia fiunt, quæ ad consummandos, & perficiendos nos pertinent, nos verò non admittimus quæ administrat Prouidétia, ad perfectionem nos trahens, vtique à rerum intelligente dici potest Deo, (*Domine consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam.*) 9

Perfectos, & in omni virtute consummatos omni studio nititur nos reddere Deus. Defectusque eius perfectionis ex nobis est renuentibus disciplinam.

(*Firmauerunt facies suas super petram.*) Intelliges, & hoc ex sensui addictis, qui peccát. Quidam enim dum sermones audiunt redarguentes, de peccato erubescunt, seque abscondunt, & submittunt sermone perstricti coarguente. Quidam verò ita affecti sunt, vt absque rubore sint, nullâque verecundiâ afficiantur ab ea de quibus repræhenduntur, in quibusque lapsi sunt. De his itaque quos nó pudet, dicere poteris, (*Firmauerunt facies suas super petram.*) Si de corporeis hoc intellexisti, transfer illud cogitatione tua ad animam, intelligens faciem de qua dicitur, *tunc verò facie ad faciem*, & conspice animum refractum, quale erat cor [a] Pharaonis induratum, ita vt illa quæ sibi dicebantur, repercuteret, & veluti à se reiiceret, neque informaretur per ea quæ dicebátur: ibi enim inuenies adaptari hoc posse, (*Firmauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti.*) 10

Obstinato in peccatore quáta sit impudentia, atque durities.

a Exo. 7. 22.

Reliqua istius homiliæ habes infra in Appendic. super vers. 4. & 5. istius cap 5.

Vers. 4.] Ego autem dixi: forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui.

Vers. 5.] Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ET [a] quidem tu Domine, cuius oculi ad fidem, & rerum veritatem, optimè huius vniuersalis factus es conscius peruersitatis populi huius, vel etiam experimentali notitiâ, dum illos & percussionibus, & attritione probasti. At ipse primùm in hac re anceps fui intra me; Existimabam namque fieri posse, vt in tenui dumtaxat pauperum, & imprudétum plebe, quibus

a Et dixi, forsitan pauperes (tenues) sût, & stulti, ignorátes viá Domini iudicium Dei sui.

& di

& diuinarum, & humanarum legum adnexa ſolet eſſe ignoratio, tam ingens eſſet impudentia, tanta erga te Deum ſuum peruicacia, peruerſitas tanta, vt penitus expertes eſſent vel etiam cognitionis fidei, veritatis, ac fidelitatis, & iudiciorum, ac mandatorum tuorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 EGO *autem dixi*, &c. Tam magnam eam, hucuſque proſecutus eſt, extitiſſe tunc ait Propheta ſanctus, peruerſitatem, vt vix id perſuadere ſibi potuerit, quòd toti ea communis fuerit Iudaico populo, adeo vt nec vnus in illo reperiri potuerit vir faciens iudicium, quærêſque fidem; omneſque Deum, eiuſque legem ſumma cum peruicacia, & impudentia, vel etiam attriti reſpuerint, & pauperes, ac diuites; & ignobiles, ac nobiles; & idiotæ, ac principes; & inſipientes, ac ſapientes. Itaque in hoc verſ. 4. ſuam iſtam exponens dubitationem, inquit, *Ego autem dixi*: ac ſi diceret, Tu quidem Domine, cuius oculi ad fidem optimè huius communis factus es conſcius peruerſitatis &c. vt habes in Paraphraſi, (*Forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, & ignorantes*, &c.) Bene ignorantiam pauperibus potiſſimùm tribuit, vt pote quibus ob victus procurationem operæprecium ſit agris, vinetiſque inſudare, vel mechanicis artibus operam dare, ita vt & ipſis nec per tempus, nec per facultates indulgere liceat diſciplinis. Idcirco & in Hebr. vox adhibita eſt דלים *dalim*, quæ tametſi pro paupere vſurpetur, propriè tamen attenuatum ſignificat, & exhauſtum nimirum opibus, atque egenum: & in verſione Sept. pro eo quod in Vulgata adiectum eſt, (*Et ſtulti*,) habetur *διότι οὐκ ἐδυνήθησαν*. (*Quia non valuerunt*, ſeu *non potuerunt*,) ſcil. expendere, aut tempus habere, vt diſcerent. Quod verò (vt dictum eſt) in Vulgata adiicitur. *Et ſtulti*, dupliciter intelligi poteſt, primum, vt ſtultorum nomen non tam pro mente capto hîc poſitum ſit, quàm pro hebeti, craſſique ac rudis ingenij, Italicè *groſſolano*, quales vt plurimùm ſolent eſſe ruſtici, & pauperes quibus ingenium excolere minimè (vt explicatum eſt) liceat. Secundo, vt idem nomen hîc quoque poſitum eo ſit ſignificatu, quo in ſuperiori capite, cùm diceretur, [a] *Quia ſtultus populus meus me non cognouit*, nempe pro temerario, audaci, & immoderato affectu percito: quales eſſe conſueuêre ruſtici, plebeique homines, & ignorantes.

Pauperes, & idiotæ ſolent eſſe ignorãtes, & hebetis ingenij.

Pauperes cur dicti ſtulti. Stulti nomen pro hebeti, & pro temerario.

a Iere. 4. 22.

2 In Hebræo eſt verbum נואלו *noalu*, quod aliqui arbitrantur propriè ſignificare pleraque temerè attentare, & præcipitosè aliquid audere, quæ cùm ſtultorum ſint, pro ſtultum fieri ſumi inquiunt; ſicque hîc vertitur & à Pagnino, & ab aliis, (*Stulti facti ſunt*:) Quod vtrumque probare poteſt nominis ſtulti mox allatum ſignificatum, vt ſenſus ſit, & temeritate, & ex eo quod ingenium non coluêre, ſtultos ſeſe exhibuêre. Cui eorum ſtultitiæ rectè adnectitur, quæ illam, vt vmbra corpus, conſequi ſolet ignoratio, & tranſgreſſio diuinæ legis, atque adeo & ignoratio ipſiuſmet Dei. *Stultus populus meus me non cognouit*, dixit is ſupra *forſitan, pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui*, ait Propheta, eo ſenſu quo in Euangelio Ioannis Phariſæi dixêre, [b] *Numquid ex Principibus aliquis credidit in Ieſum, aut ex Phariſæis, ſed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti ſunt.* Viæ enim Domini, & iudicij Dei ſui vocibus vnam et ſignificata hîc eſt Dei lex, quâ & ad ipſum tenditur Deum, & quid faA ciendum, quid fugiendum ſit edocemur. Quamquam & diſtinctè eadem nomina deſumentes referre ad illa ea poſſimus, de quibus in primo verſiculo dictum eſt, *facientem iudicium, & quærentem fidem*, ſeu *veritatem*. Vt nomen viæ Domini reſpôdeat fidei, ſeu veritati illi atque fidelitati, cùm ſinceram is ſeruare dicendus ſit & cum Deo, & cum proximo veritatem, qui in via ambulauerit Domini. Nomen verò iudicij Dei ſui iudicio reſpondeat illi, quod in recta ſitum eſt conuerſatione, & in perfectione iuſtitiæ qua de re alibi dictum à nobis eſt.

Pauperũ nomen pro turba plebis.

b Ioan. 7. 48.

B Lectionem Hebraicam Pagninus quidem reddit vt noſtra Vulgata, Regia verò ſic. *Et ego dixi, Verè tenues ipſi ſtulti facti ſunt, quia non cognouerunt viam*, &c. Vatablus, *Nimirum pauperes ſunt iſti, per imprudentiam ſtulti facti ſunt*, ſeu *deſipuerunt, quòd non cognoſcunt viam*, &c.

Verſ. 5. PARAPHRASIS LITERÆ.

VOlens [c] ergo & ipſe de communi hac Iudæorum peruerſitate certior fieri, eius per meipſum periculum facere decreui, adeoque ad eos me contuC li, qui in populo præſtantes eſſent dignitate, potentiâ, opibus, atque ſcientiâ, ad principes, ad Sacerdotes, ad iuriſperitos, ad iudices, atque ad diuites, nobileſque allocutus ſum eos, vt ex illorum colloquio, quos noram ex ignorantia peccare minimè poſſe, vt pote peritos viæ, legiſque Domini, ediſcerem, an in illis fides eſſet, veritas atque fidelitas.[d] Et, ô rem ſummæ admirationis! animaduerti vnà cum rudi plebe ipſos quoque magnates cognoſcentes viam Domini, eoſque ſimul vnitos magis quàm ignaros diuinæ legis idiotas, & pauperes, rebellione vnanimiter factâ, maiori cum audacia, maiorique cum puſillorum ſcandalo, & in maiorem Dei offenſam à tui, Domine, D receſſiſſe obedientia, vnanimique conſpiratione, inſtar calcitrantium, & peruicacium boum, cæleſtis Regis ſuum confregiſſe iugum, rupiſſe & vincula, atque à fideli, quod antiquitus etiam in patribus ſuis illi præſtiterant obſequij homagio, receſſiſſe.

c Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerũt viã Domini, Iudicium Dei ſui.

d Et ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, rupeRũt vincula.

Verſ. 5. EXPOSITIO LITERÆ.

IBo *igitur*, &c. Quod experimento & ipſe 3
de communi totius Iudaici populi peruerſitate certior factus ſit, aſſerit iam Propheta, Neque enim aliorum ſtare voluit dicto, ſed ipſemet eius rei periculum facere decreuit, fecitque. E Tendit ad eos, qui nequaquam è rudi, de qua mox dixit, erant plebe, ad Principes, ad Sacerdotes, ad Iudices, ad Iuriſperitos & ad eos qui opibus, potentiâ, & nobilitate erant inſignes, (*Ad magnos*,) dicitur in Hebr. & in verſione Sept. (*Ad viros*,) quatenus viri nomen, iuxta frequentem ſacrarum literarum morem non ſolùm à ſexu, & virtute, ſed à præſtantia, dominatione, nobilitate, dignitate, officio, & muneris publici miniſtratione dicitur, qua de re aliàs. Ad hos inquam tetendit, quos ſciret haud ex ignorantia peccare ſolitos, F (*ipſi enim*, inquit *cognouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui*,) quorum ignorationem rudi tribuerat plebi. Cur verò non dixit, Et cum eis egi, ſeu côuerſatus ſum, ſed potiùs, (*Et loquar* ſeu, *Et locutus ſum eis*?) Quia eius potiſſimum certior fieri voluit, An illi veraces eſſent atque fideles, An fides in illis, veritaſque eſſet vlla, quod ex allocutione facilius dignoſci poſſet: Infidelitatem enim præcipuum eſſe prauorum principum attributum colligitur ex Iſaia dicente. [e] *Principes tui infideles*, &c.

Viri nomen pro optimate & principe.

Principũ prauorũ attributum præcipuũ Mendaces, & infideles.

e Iſai. 1. 23.

Cæterum cùm inter falsitatis, & infidelitatis genera nullum eo sit detestabilius, quo nobiles, atque magnates vnà cum plebe per rebellionem infideles suo sunt Regi, recedentes ab eo, quod illi præstiterunt obedientiæ homagio, ideo huius præ cæteris meminit infidelitatis, quam in vniuerso eo populo, sed in magnatibus præsertim animaduertit, dicens, (*Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula.*)

De qua phrasi pluribus actum à nobis fuit supra cap. 2. vers. 20. vbi de hac infidelitate cum vniuerso eo populo conquerebatur idémet Deus, *A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam.* Vide ibi. Duo solummodo hic ponderanda sunt: Primum, particulam, (*Simul*) dupliciter hic sumi posse, vel simul cum pauperibus & cum rudi plebe & magnates cognoscentes viam Domini, peritosque in illius lege, &, quod non modicam mereatur admirationē, hanc enim indicat vox (*ecce*) ipsos magis quam ignorantes diuinam legem plebeios, & idiotas confregisse, &c. id est maiori cum audacia, maiorique cum pusillorum scandalo, & in maiorem Dei offensam à Dei recessisse fideli obedientia. Vel, quod non minoris est stuporis, & hos pariter magnates simul in vnum, coniuratione quodammodo factâ aduersùm cælestē Regem, cum quo fidem, & fœdus ab antiquissimis inierāt progenitoribus suis, vnanimi conspiratione, maiorique peruicacia ab illius desciuisse fideli obsequio. Hebraicam vocem יחדו *iachdau*, quam noster vertit, (*simul,*) Sept. reddiderunt Græcâ voce *ὁμοθυμαδὸν*, id est, (*vnanimiter,*) Vatablus, (*Et isti æquè omnes.*) Neque enim in Hebræo sicut nec apud Sept. est comparationis particula, (*Magis,*) Quæ tamen sat opportunè hoc loco à nostro adiecta fuit interprete, hocque illud est, quod secundo loco hîc notandum supererat, & pro sensu morali non modicum inseruiet.

Peccata optimatū & principū maiora peccatis pauperis plebis.

Vers. 4.] Et dixi forsitan pauperes, &c.

Vers. 5.] Ibo ad optimates, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Prædicare, & docere turbas, ac pauperes cur referatur inter Christi miracula.*

SI Euangelicam reuoluas historiam, videbis, pauperum, plebisque turbam frequentem Christum secutam quocúmque iret, atque illam libētissimè Christum docuisse. Quod inter præcipua, quæ à se patrabantur is adscribendum significauit, quando iis qui à Ioanne missi fuerant, vt interrogarent,[a] *Tu es qui venturus es, An alium expectamus?* dixit, *Ite & renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis,*[?] *cæci vident: claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur.* Quasi enim miraculum, idque præstantissimum Christo seruatum hoc fuit, prout idemmet ex Isaia Propheta contestatus est in templo legens,[b] *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me.* Si rationem huius inquiramus miraculi, à Ieremia hîc indicatam colligere eam est, nempe quia pauperes ipsi vt plurimùm sunt stulti, vecordes, atque sine intellectu, Quis verò stultum non desipiat eum, qui stultis prædicare contendat? Dicant qui Christum hac in re imitantur, vt prædicent pauperibus. [c] *Nos stulti propter Christum,* vt dicebat Apostolus. Bona certè stultitia, A quâ tam grande perficitur miraculum curationis stultitiæ in iis quibus prædicatur; Non reperimus in toto Euangelio Christum sanasse stultum quemquam stultitiâ ægrotantem corporea, cuius rei eam apud Chrysostomum legisse me recolo rationem, excidit tamen eius locus, quòd cùm dementes istiusmodi suum non agnoscant quo ægrotant morbum, nec ad medicum vt sanentur confugiant, nec si sanentur, medici intelligunt beneficium, pro quo illi debitas agant gratias. Et nihilominus tota, (*vt dictum est*) Euangelica historia plena est, quòd idem Iesus spirituales curare B studeret stultos hosce, de quibus Propheta ait, (*Pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, & iudicium eius.*) Ratio autem est, quia turba ista laborans stultitiâ suam agnoscens ignorantiæ, & insipientiæ ægritudinem, ad illum, vt ad peculiarem suum confugiebat medicum; illum sequebatur,[d] illum interrogabat,[e] illumque & operantem, & docentem admirabatur[f] super eius doctrina.[g] Ita vt ab illo edocta, ac de mirabili sui curatione gratias agens ea propemodùm protulisse visa sit verba, quibus Dauid dicebat,[h] *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat* C *paruulis.* Si enim miraculum magnum illuminatio fuit cæci nati, nouaque corporei visus elargitio: Multò certè mirabilius hoc extitit illuminationis spiritualis, quâ paruulis non tam ætate, quàm sensu, pauperibus inquam insipientibus datus est intellectus.

Cur stultum nullū à Christo sanatum legamus in Euangelio.

Cur Christus curarit stultitiam turbæ spiritualem.

d Matt. 4. 25.
e Luc. 3. 10.
f Luc. 11. 14.
g Matt. 7. 28.
h Psal. 118. 130.

Cæterùm si tam grande miraculum Christi extitit, quòd pauperem, ignorantem, stultamque suâ eruditione illuminauit plebem. Multò certè existimandum esset maius miraculum, si Optimates, Principes, Sacerdotes, Scribas, & Opulentos in lege quidem doctos, sed voluntatis peruersitate D deprauatos ab eorum reuocasset malitia, & à ferinis compescuisset conatibus. Longè enim minùs naturæ vires excedit, è stulto fieri quem sapiētem, quam è bruto aliquem fieri hominem. Nosse vis, quales plerumque esse soleant Optimates, Principesque ac diuites sæculi, Audi.

Miraculum maius est conuertere magnatem aliquem quàm idiotarum turbam.

Diuitum & magnatū conuersio est quædammodo cōuersio è bruto in hominem.

Vers. 5.

Ibo ad optimates, &c. Existimabam, inquit Propheta, cum hominibus me locuturum, acturumque cum sapientibus, quod mihi maximè erat in optatis, noramque illos ex ignorantia peccare nō posse, vt pote qui peritissimi essent rerum di- 6
E uinarum. (*Sed Ecce,*) ô rem mirabilem! (*magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula.*) Bruta animantia illos reperi, quibus iugum impositum sit, vincula, & frænum: talia enim ipsis esse comperi, quæ suauissima alioquin est Dei lex, quæque leuissima sunt eiusdem mandata, atque consilia. Quinimò ea sunt animantia, quæ iugum excutiunt, confringuntque, & vincula dirumpunt. Lege Euangelium,[i] & videbis Principes Sacerdotum ruptis diuinæ legis iudiciis Christum effrænes eâ ratione persequentes, vt de illis is dixerit,[k] *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsede-* F *runt me, Aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens.* Vtinam autem & nostri temporis magnates, diuitesque complures, quando illis in memoriam Dei reducuntur mandata, quasi calcitrantes boues, ea summâ non confringerent peruicaciâ, dicerentque cum impio Rege Pharaone,[l] *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel?* Refert[m] Lucas Euangelista, Principem quendam interrogasse Iesum, Quid faciendo, vitam æternam possessurus esset, eumdemque significasse, sibi optimè & explorata, & seruata

Diuites, & magnates sūt instar brutorum.

Diuitum, & magnatū conuersio quàm difficilis.

a Matt. 11. 3.
b Luc. 4. 18. Isai. 61. 1.
c 1. Cor. 4. 10.
i Matt. 15. 3.
k Psal. 21. 13.
l Exod. 5. 2.
m Luc. 18. 18.

ſeruata Dei mandata, cui cùm Ieſus perfectionis id exhibuiſſet conſilij, vt venditis omnibus, quæ poſſidebat, veniret, ſequereturque ipſum: cùm ex Optimatibus is eſſet, & diues, cognoſcens viam Domini, & iudicium Dei ſui, rupto eius ſancti conſilij vinculo illum abſceſſiſſe. Audi autem

a Luc. 18. 25. quid tum à Domino ſubiectum ſit, [a] *Facilius eſt Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.* In qua ſententia tacitè ſubindicare viſus eſt, diuitem bruto animali, & Camelo gibboſo, ad onera ferenda deſtinato non immeritò comparari, cùm ſat perſpicuum per ſe ſit, grauiſſimum diuitias eſſe onus.

VVLGATÆ.

Verſ. 4.] Ego autem dixi, &c.

Verſ. 5.] Ibo igitur ad Optimates.

SEPTVAGINTA.

4. Καὶ ἐγὼ εἶπα, ἴσως πτωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἐδυνάσθησαν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν ὁδὸν κυρίου, καὶ κρίσιν Θεοῦ.

5. Πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδροὺς, καὶ λαλήσω αὐτοῖς, ὅτι αὐτοὶ ἐπέγνωσαν ὁδὸν κυρίου, καὶ κρίσιν Θεοῦ. καὶ ἰδοὺ ὁμοθυμαδὸν, συνέτριψαν ζυγὸν, διέῤῥηξαν δεσμούς.

Verſ. 4.] Et ego dixi: fortaſſe inopes ſunt, quia non potuerunt, quia non cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei.

Verſ. 5.] Ibo ad Optimates, & loquar eis, quia ipſi cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei. Et ecce vnanimiter confregerunt iugum, diruperunt vincula.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ego autem dixi: Pro eo quòd pauperes ſunt: inſipientes facti ſunt, quia non didicerunt vias, quæ rectæ ſunt coram Domino, vt facerent iudicium verum coram Deo ſuo.* Verſ. 5. *Vadam ego ad Principes, & loquar cum eis, quia ipſi didicerunt cognoſcere vias quæ rectæ ſunt coram Domino, vt faciant iudicium verum coram Deo ſuo: ſed hi ſimul præuaricati ſunt à lege, & elongati ſunt à diſciplina.*

Hieronym. *Pauperũ nomine deſignatus populus in comparatione Principum.*

Verſ. 4. & 5. (*Ego autem dixi*, &c.)

Hieronymus. *Pauperes hic, & Optimates non inopiâ dicit, & diuitiis, ſed populum principibus comparat, & eſt ſenſus. Cernens infidelis populi pertinaciam, & quòd induratâ facie noluerit recipere diſciplinam, hoc mecum ratione tractabam. Forſitan vulgus ignobile Dei non poteſt noſſe doctrinam, & idcirco excuſabile eſt, quia propter imperitiam, Dei non valet ſcire mandata. Pergam igitur ad Sacerdotes, & ad eos qui præſunt populo, & loquar eis: ipſi enim voluntatem Domini cognouerunt, & ſciunt iudicium Dei ſui. Hoc autem dicit ſermone dubitantis, iuxta illud Euangelicum,* [b] *Mittã filium*

b Luc. 20. 13. *meum, forſitan ipſum reuerebuntur: vt ex ambiguitate ſententiæ, & ſuſpenſione verborum liberum hominis monſtraretur arbitrium, Et ecce magis hi, &c. Quos magiſtros putabã, inuenti ſunt peiores eſſe diſcipulis, & quan-*

Principes & diuites ſolent eſſe inſolentiores.

A *tò in diuitibus maior auctoritas, tantò maior inſolentia peccatorum. Confregerunt enim iugũ legis, dicente Apoſtolo,* [c] *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus: ſed per gratiam Domini Ieſu credimus ſaluari quemadmodum & illi: Ruperunt vincula præceptorum Dei, & non Phariſæorum, de quibus in ſecundo Pſalmo dicitur,* [d] *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum.* c Act. 15. 10. d Pſal. 2. 3.

Baſilius epiſtola 79. ad Euſtathium circa principium. *Si tantum eſt calumniæ malum, vt & perfectum iam è ſublimi deiiciat, conturbetque pauperem, hoc*

B *eſt, qui magnorum adhuc dogmatum indignus eſt, quemadmodum & Prophetæ videtur, dicenti. (Forſan pauperes ſunt, & propterea non audiunt. Ibo ad Optimates:) Vbi pauperes vocat intelligentiâ carentes.*

Baſilius. *Pauperes appellantur qui carent intelligentia.*

Gregorius Nazianzenus in Apologetico, poſt dimidium, hunc citans locum ait, *Nec rurſum vulgus quidem ita ſe gerit, populi autem Optimates, ſicut dictum eſt,* (ſcil. à Ieremia,) *ac Præſides contrario modo: quin potiùs hi apertè quoque bellum Sacerdotibus inferunt, ſubſidium ad perſuadendum habentes pietatem.*

Greg. Nazia. *Pauperũ nomine appellatum vulgus.*

Ioan. Chryſoſtomus Sermone de fide, & lege 2
naturæ, & ſpiritu Tom. 3. *Qui piè viuit, & virtute*
C *præditus eſt, diteſcit, & exultat, id quod teſtatur Apoſtolus dicens,* [e] *Gratias ago Deo, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo omni ſermone, & omni ſcientiâ. Etenim qui Dei ſermonem accipit diues fit: qui non accipit Dei ſermonem fit inops. Huius teſtis eſt Ieremias, dicens, (fortè pauperes ſunt, propter hoc non poſſunt audire ſermonem Domini.) Et pauper quidem malè audit, diues autem exultat, diues inquam in ſermone veritatis, & florens virtutibus fructuoſæ philoſophiæ: ſæpe enim fit, vt anima ramis, & foliis ſit decora, fructum autem ferat nullum, ſicut de Iſrael Ieremias* [f] *dicebat,* [g] *Vitis Iſrael pampinoſa, non autem frugifera.*

Io. Chryſoſt. *Verba Dei admittens eſt diues, pauper verò eſt, qui ea nõ accipit.* e 1. Cor. 1. 4. f Iere. 8. 13. g Hoſe. 10. 1.

D Theodoritus legens, (*Et ego dixi: fortè pauperes ſunt, propterea non poſſunt, & non agnoſcunt viã Domini, &c.*) Ἁδροὺς *Magnates,* inquit, *ſeu Optimates vocat Sacerdotes, & legis doctores: pauperes autem alios, qui diuinæ cognitionis opes non poſſident. Ambos nihilominus transgreſſionis accuſat, dum ſubdit, (Et ecce vnanimiter contriuerunt iugum.) Iſta Propheta non protulit ſimpliciter, ſed poſt promiſſam Domini clementiam. Oſtendit igitur, ſe quæſiſſe, quemadmodum mandatum ei erat, an vnum ſaltem reperiret facientem iudicium, & quærentem fidem: at inueniſſe cunctos iugum legis contriuiſſe.*

Theodorit.

E Greg. Papa apud Rabanum. *Sæpe ſtultorum nomine hi qui ſunt in plebe pauperes deſignantur, vnde per Ieremiam dicitur, (Dixi forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, &c.)*

Greg. Pap. *Stultorũ nomine appellati pauperes.*

Citant hanc ſententiam Cyrillus Alex. lib. 3. in cap. 26. Iſai. & Procopius in idem cap. 26. Iſai. pag. 329. (*Vadam ad Primates, & dicam eis, Et ecce vnanimiter, &c.*)

Cyril. Alex. Procopius.

D. Thomas. *Et ecce magis quàm populus, quia audacius, minus timentes, Simul, cum populo.*

D. Thom.

D. Bonauentura ſerm. 3. Dom. 3. Aduent. in id Matt. 11. [h] (*Cum audiſſet Ioãnes in vinculis, &c.*) *Ioan-*
F *nes ait interpretatur, in quo eſt gratia, & ſignificat quẽlibet iuſtum, qui ad conſeruationem gratiæ quadruplici vinculo debet eſſe ligatus, videlicet pœnitentiæ, amicitiæ, obedientiæ, & ſapientiæ. Primum eſt ſatiſfactionis, ſecundum dilectionis, tertium ſubiectionis, quartũ eruditionis.* Et poſt multa: *Ferrea,* inquit, *ſunt vincula, quamdiu timentur: ametur, & aurea erunt. Sed heu, peruerſi toties rumpunt vincula iſta, Confregerunt iugum, ruperunt vincula: Idcirco percuſſit eos Leo de Sylua,* id eſt Diabolus. Vide ipſum ibi pluribus agentem de vinculis prædictis.

D. Bonau. *Vinculis quatuor quilibet iuſtus ligatus eſſe debet vt gratiam conſeruet.*

CATE

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ ἐγὼ εἶπα, ἴσως πτωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἠδυνήθησαν. A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τί γένοιτ' ἂν ἐμπόδιον ἡ πενία; οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τὴν πρόφασιν τῶν πολλῶν ἀναιρεῖ, δεικνὺς, ὅτι, οὔτε οὗτοι διὰ τὴν πενίαν ἐνεποδίσθησαν. πρὸς τὸν μέλλοντα ἀνθυποφέρειν ἡμῖν, * οὔτε ἀφ' ἑαυτοῦ φυγὼν, προεῖπε τὴν πενίαν.

* Fort. ὡς οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τελείαν γνῶσιν οὐκ ἔχοντες.

[πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδρούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλὰ καὶ οἱ πλούσιοι ἴσως, B οὔτε γὰρ πλοῦτος, οὔτε πενία πρὸς τοῦτο ἐμπόδιον. ὅρα πῶς πανταχόθεν ἀναιρεῖ τὰς προφάσεις.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] τὸ προῦχον, καὶ ἱερώτερον ἐν τοῖς ἰουδαίοις ταλανίζεται μὲν εἰκότως, ῥαγδαιοτέραν δὲ τὴν ὀργὴν ἐπήντλησεν αὐτῷ. καὶ τοῦτο σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Χριστὸς, οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ ἡ πενία τούτοις ἐφόδιον C γέγονεν, οὐκοῦν ἐκείνους ὁ πλοῦτος ὤφειλε βελτίους ποιῆσαι. ἀλλ' οὐδεὶς οὔτε τούτων, οὔτε ἐκείνων ἀμείνων ἐγένετο.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] πάντας φησὶν εὗρον μηδὲν διαφέροντας. ἑνὸς γοῦν εὑρεθέντος, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἐσώζοντο τοῦ Θεοῦ. νῦν δὲ οὐδεὶς ἠθέλησεν ὑποταγῆναι Θεῷ. ζυγὸν δὲ μόνον δεξάμενοι καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης διέρρηξαν τοὺς δεσμούς. ὅθεν οἱ ἐκ περιτομῆς τῷ κυρίῳ πεπιστευκότες, ἰδόντες τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν συ- D ναχθέντας, κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, φασὶ καὶ αὐτοὶ, διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.

Vers. 4. ET ego dixi fortasse inopes sunt, quia,&c.) 3

Chrysostomi.] *Quodnam impedimentum fuerit paupertas? minimè hoc ait: sed multorum prætextus tollit, ostendens hos etiam non impeditos egestate: ob eos, qui volent obiicere, se non sponte fugisse, prædicit egestatem.*

Chrysost. *Paupertas nõ est impedimẽtum bonorũ.*

Olympiodori.] *Perfectam cognitionem non possidentes.*

Olympiod. *Pauperes veri qui.*

Vers. 5. (*Ibo ad Optimates,* &c.) 4

Chrysostomi.] *Sed fortasse & diuites: etenim nec opes, nec rei familiaris angustia ad hoc impedimento sunt. Vide vt omni ex parte prætextus excludat.*

Chrysost. *Nec paupertas, nec diuitiæ impedimento sunt ad bona.*

Sancti Cyrilli.] *Qui maiores erant, & ampliori Sacerdotio fungentes apud Iudæos meritò pro miserioribus habentur; quibus etiam ira abundantior effusa est. Quod planum facit Christus,* [a] *inquiens, Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum,* &c.

Cril. Alex.

a Matth. 23. 15.

Chrysostomi.] *Si his inopia facta est occasio, illos ergo probiores abundantia efficere debuit. Sed nullus aut horum, aut illorum profecit.*

Chrysost. *Nec ex Paupertate, neque ex diuitiis proficiunt impij in bonũ.*

Victoris Presbyteri.] *Omnis ait adinueni nihil differentes. Salui igitur fuissent, vel vno iuxta Dei promissa, adinuento; Nunc verò Deo subdi omnes recusarunt: iugo enim cùm se tantùm subdiderint, mutui quoque amoris vincula ruperunt: quapropter qui ex Circumcisione Domino crediderant, cùm aduersus Dominum, & aduersus Christum eius suos Principes vidissent congregatos, aiunt & ipsi,* [b] *disrumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum eorum.*

Vict. Presb.

b Psal. 2. 3.

Origenis Homiliæ sextæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & tertiæ ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Κἀγὼ εἶπα, ἴσως πτωχοί εἰσιν, ὅτι οὐκ ἠθέλησαν γνῶναι ὁδὸν κυρίου καὶ κρίσιν Θεοῦ. πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδροὺς, καὶ λαλήσω αὐτοῖς. Ταῦτα νοήσας περὶ τῶν μὴ θελόντων παιδευθῆ- E ναι, μὴ νοούντων ἐπὶ ταῖς μάστιξι τοῦ Θεοῦ, φησὶ νενοηκὼς τὸ τούτων αἴτιον. πτωχὴ αὐτῶν ἐστιν ἡ ψυχή. κἀγὼ εἶπα, ἴσως πτωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἠδυνήθησαν. ὅτι οὐκ ἔγνωσαν ὁδὸν κυρίου, καὶ κρίσιν Θεοῦ. πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδροὺς, καὶ λαλήσω αὐτοῖς. οἱ ἁδροὶ ταῖς ψυχαῖς ἐν ἐπαίνῳ λέγονται. καὶ παρ' ἕλλησι γὰρ τὸ ἁδρὸν συνεχῶς ὀνομάζεται, κατὰ τὸ μεγαλεῖον τῆς λογικῆς ψυχῆς, ὅταν γάρ τις μεγάλοις ἐπιβάλλῃ πράγμασι, καὶ προθέσεις ἔχῃ ἀξιολόγους, καὶ σκοπῇ ἀεὶ

Vers. 4. *Et ego dixi: fortasse inopes sunt, quia noluerunt cognoscere, viã Domini, & iudiciũ Dei. Ibo ad validos, & loquar eis.)* Cùm hæc intellexisset de nolẽtibus recipere disciplinam, neque Dei flagellis in sanam mentem redeuntibus, horum ait causam se perspexisse; Pauper est eorũ animus. *(Et ego dixi, fortasse pauperes sunt, quia non potuerunt, quia non cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei. Ibo ad validos, & loquar eis.* Validos esse & plenos animo, honoris est: ita enim & apud Græcos hoc nomen sonat, ad significandam videlicet magnitudinem animæ ratione vtentis. Cùm enim quis ad magnas res animum applicat, & proponit sibi magnifica quæque: semperque cogitat quæ 5

Disciplinam Dei non recipero est ex animi paupertate.

Validus in spiritu quis sit.

opus

A τὰ δέοντα πῶς βιώσῃ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, μηδὲν ταπεινὸν, καὶ μικρὸν θέλων, μὴ δὲ ὁρῶν, ὁ τοιοῦτος τὸ ἁδρὸν καὶ τὸ μεγαλεῖον ἔχει ἐν τῇ ψυχῇ. οὗτοι οὖν ἐπεὶ ἦσαν πτωχοὶ, οἱ πρότεροι, οὓς ἤλεγξεν ὁ λόγος, οὐκ ἤκουσαν φησὶν ὁ προφήτης. διὰ τοῦτο οὐκ ἤκουσαν, ἐπεὶ πτωχοί εἰσι· πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδροὺς, καὶ λαλήσω αὐτοῖς. καὶ εἰ ἔστι μακάριον εἶναι ἐπὶ τῷ λέγειν εἰς ὦτα ἀκουόντων, μακάριόν ἐστιν ἐὰν πορεύσῃ τις ἁδροῦ καὶ μεγάλου ἀκροατοῦ. διὰ τοῦτο τούτων οὕτω λεγομένων, εἰδότες, ὅτι οὐ ζημία τοῖς λέγουσιν, ὅσον B τοῖς ἀκούουσιν ἐστὶ τὸ μὴ παραδέχεσθαι τὰ ἀπαγγελλόμενα: καὶ κατηγορεῖ πτωχείας τοῦ νοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς διανοίας, παρακαλέσωμεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ * λαλεῖν αὔξοντος τοῦ λόγου ἐν ἡμῖν ἁδρότητα καὶ μεγαλειότητα ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ἵνα ἀκοῦσαι τῶν ἱερῶν, καὶ ἁγίων λόγων δυνηθῶμεν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* λαλεῖν.

A opus eſt, quomodo vitam inſtituat iuxta rectam rationem nihil volens, aut videns humile, nihil vile, huiuſmodi vir validum ſublimeque animũ habet. Hi itaque quoniam pauperes erant, illi qui antea reprehenſi ſunt, non audierunt, ait Propheta. Ideo non audierunt, quia pauperes ſunt, (*Ibo ad validos, & loquar eis.*) Quod ſi [a] *beatum eſt in aures audientium loqui*, beatum eſt, ſi quis validum ſortiatur, & magnum autorẽ. B Quapropter hæc cùm ita ſe habeant, ſcientes damnum non tantùm dicentibus quantùm audientibus eſſe, ſi non ſuſcipiãtur quæ dicuntur: & eſſe hoc indicium mentis & intelligentiæ inopis, precibus à à Deo petamus, vt creſcente in nobis ratione, vim & amplitudinem conſequamur in Chriſto Ieſu, vt diuinos, ſanctoſque ſermones intelligere valeamus, cui gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum Amen.

Audire Dei diſciplinam, vel non audire eam, prouenit ex mētis vel robore, vel inopia.

a Eccl. 23. 3. iuxta Græc.

Non audire reprahēſiones ſignũ inopia mentis, & intelligentiæ.

Verſ. 6.] Idcirco percuſſit eos Leo de ſylua, Lupus ad veſperam vaſtauit eos, Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum: omnis qui egreſſus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorum, confortatæ ſunt auerſiones eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b Idcirco percuſſit eos Leo de Sylua.

*Q*Vamobrem [b] *meritò illos & magnates ſimul, & pauperes, magnateſque in primis Chaldæorum* D *Rex Nabuchodonoſor, inſtar Leonis è ſylua egredientis intrepidâ fortitudine, ferociáque maximâ, & rabidâ percutiet fame, è Babylonia egrediens quam ſyluam appelles ob ferinos ciuium eius mores, & ob infidelitatis tenebras, atque ob idololatriam,* [c] *Vaſtabitque eoſdem, nocturno ipſos aggrediens tempore ſæuitiâ certè inſatiabili, malitiáque & peruerſitate inexplicabili, vt iure optimo illi aſſimilandus propterea videatur Lupo, quem veſpertinum appellant, quòd, fame vrgente nocte, & ex inſidiis ſæuiſſimus, vel etiam vſque ad oppidorum domos egrediatur è ſolitudine.* [d] *Sicque ab eodem Chaldæorum Rege obſidebuntur illorum ciuitates,* E *vt nemo futurus ex eis ſit, qui ipſius effugiat manus: Siquidem, inſtar vigilantiſſimi Pardi ſuo exercitu variis ex gentibus coacto vigilias circum circa conſtituet perpetuas, nec ipſi cedet Pardo in celeritate, quâ eos perſequetur, qui fugam tentarint arripere.* [e] *Hæc autem omnia ipſis euenient Iudæis, quia nedum præuaricati, auerſique ſunt à Deo, à ſuoque impudentiſſimè rebellarunt Rege: ſed & peruicaciùs in iiſdem obſirmati, & multitudine, & grauitate ſuis Deum in dies magis offenderunt ſceleribus.*

c Lupus ad veſperã, (veſperarũ, ſeu, ſolitudinum, ſeu, vſque ad domos) vaſtabit eos.

d Pardus vigilans (feſtinans) ſuper ciuitates eorum: omnis, qui egreſſus fuerit ex eis, capietur.

e Quia multiplicatæ ſũt præuaricationes eorũ, confortatæ ſunt auerſiones eorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *I*Dcirco *percuſſit eos*, &c. Quamuis ſint, qui exiſtiment per tres diuerſas, quæ hîc nominantur feras, tria diſtincta deſignari Regna, à quibus Iudæorum oppreſſus eſt populus. Ex propoſito tamẽ in primo capite vaticinij huius Prophetæ argumento, & ex frequentiſſima Aquilonarium, & Chaldæorum commemoratione, quæ in toto hoc opere reperitur, probabilius dici arbitror, C vt ſub metaphora iſtarum ferarũ vel vnus à Propheta ſignificetur Rex Babylonis, vel vna eiuſdem Regis gẽs, vnuſque exercitus Chaldæorum: quamquam id non abnegem, ab eodem Propheta fieri potuiſſe, vt nedum ferocitatem, ſed & inſidias, & ſollicitudinem talium exprimeret hoſtium. Et quidem Chaldæorum gẽtem, in primiſque illius Regem Leonem appellatum iam ſupra in capite vidimus quarto, vbi decebat Dominus, [f] *Quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Aſcendit Leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leuauit*, &c. Eamdem verò gentem clarè duobus D aliis ferarum nominibus expreſſam habemus apud Habacuc, dicente eodem Domino, [g] *Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem*, &c. *Leuiores Pardis equi eius, & velociores Lupis veſpertinis*, &c. f Iere 4. 6. g Haba. 1. 6.

Operæprecium autẽ eſt, vt ſingulas haſce examinemus metaphoras, quibus iſta Chaldæorum deſignatur hoc loco gens, & Rex Babylonis. Ac primùm quòd dicitur, (*Percuſſit eos,*) ſ. vel magnates ſimul cum pauperibus de turba, vel magnates in primis, de quibus mox dictũ eſt, quòd ſimul, atque vnanimiter magis confregerunt iugũ, &c. E (*Leo de Sylua,*) tria ſignificat, primùm intrepidam Regis fortitudinẽ, cui nullus futurus ſit, qui obſiſtat, vt pote qui ſit inſtar Leonis, de quo lib. Prouerb. dicitur, [h] *Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum*: ſecundò, eiuſdem ferociam, qui veluti Leo inter feras in Sylua excreuerit, ac bene Babyloniam, de qua venturus is dicitur, ſylua appellatur, tum quia quot in ea erant homines, tot dici poterant feræ: tum quia expers ea erat lucis diuinæ cognitionis: tum quia & idololatriæ dicata erat, quomodo & nemora, ac ſyluæ eſſe ſolebant antiquitùs. Tertiò demum rabidam eius & F Regis, & gentis famem, à qua è ſylua emiſſus Leo maiori cum impetu quemlibet percutit obuium: propter quam tertiam rationem ferè ſemper cùm ad ſimilem comparationem idem aſſumitur Leo, vel de cubili ſuo, vel de abditis, & latibulis egredi dicitur, in quibus nil comederit, & à quibus fame emittatur. Quamquam & eiuſdem inſidiæ per hæc, & ſimilia deſignentur adiecta, prout colligere eſt ex eo Threnorum 3. [i] *Vrſus inſidians factus eſt mihi, Leo in abſcondito.* 2

h Prou. 30. 30.

Babylonia cur appellata ſit Sylua.

i Thr. 3. 10.

Et

Et ex eo Psalmi 10.[a] *Insidiatur in abscondito quasi Leo in spelunca sua.*

a Psal. 10. 8.

3 Circa id quod secundâ metaphorâ adiectum est (*Lupus ad vesperam vastabit eos.*) multùm est difficultatis, & in nostra Vulgata, & in lectione Hebraica, & in versione Sept. Et quidem consuetum esse, tum in sacris, tum in prophanis literis rabidorum Luporum attributum, quo vespertini nuncupentur, probat hoc loco Christophorus à Castro in suis Comment. Fusiusque Martinus del Rio in prima parte Adagiorum sac. script. vbi hanc sententiam (*Lupus ad vesperam vastabit eos.*) vt Adagium 824. exactè pertractat, & ante ambos hosce, Franciscus Ribera in suis Comment. super cap. 1. Habacuc. à num. 18. à quo & præcitati sua hausêre: Ad hos libenter te mitto, neque enim ex aliorum dictis paginas replere contendo, præsertim cùm pro præsentis loci expositione id mihi sat esse videatur, vt intelligamus, duo in primis hac similitudine per Prophetam indicari, & tempus, quo Chaldæorum Rex, & exercitus Ierosolymam ingressi, illam & deprædati sunt, & vastauerunt, nocte videlicet, vt colligitur ex cap. 52.[b] cùm & mox in cap. 6. habeamus, Chaldæos ipsos ita se inuicem alloquentes,[c] *Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius,* scilicet Ierusalem. Et insatiabilem eorumdem sæuitiæ rabiem, propter quam non tam Lupis simpliciter, quàm Lupis ij comparantur ad vesperam, seu vespertinis, quia ad vesperam Lupi ferociores ad prædam egredi solent, quos manè, & meridie minus fames vrget, nocte exaturatos. Vesperæ autem nomine Hebrâ phrasi hîc significatam accipe noctem ipsam, noctisque tenebras, in quibus Lupis inesse constat acutissimum visum, *Acerrimis* inquit, Ælianus lib. 10. Histor. animal. cap. 17. *atque acutissimis Lupus præditus est oculis. Enimuerò intempestâ nocte, vel Lunâ ipsâ silente, lucis vsurâ perfruitur: & tametsi omnibus tenebræ offundantur, non huic tamen lux eripitur.* Vnde in Græcum sortiti sunt nomen λυκὸν à λύκη, id est, Luce: nam & Maro lib. 7. Æneid. famelicum, ac rabidum progredientem describens Lupum, post mediam noctem eum describens ait, *Cum fremit ad caulas ventos perpessus & vndas, Nocte super media,* &c. Quamquam etiam si nomen Vesperæ propriè hîc desumas pro prima noctis parte, sat etiam congrua sit similitudo, cùm vespertini designentur Lupi, qui diurnâ efferati rabie velociores, magisque solliciti sunt ad prædam. Quibus & bene ferocissimi, ac rabidi comparati sunt Chaldæi, vt eorumdem designarentur insidiæ, malitiæque peruersitas: licet enim & cæterarum quoque ferarum similitudo assumi potuisset quatenus ad prædam nocte progrediuntur, adeoque & nocturnæ, ac vespertinæ dici queunt, iuxta illud Psalmi,[d] *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.* Luporum potiùs assumpta est vespertinorum, quorum rabies, & insidiæ & malitiosa peruersitas & notiora essent, & frequentiora.

Lupi appellati vespertini attributo peruulgato.

b Iere. 52. 7.

c Ierem. 6. 5.

Lupi cur dicti vespertini.

Lupi acutissimum in nocte habent visum. Ælianus.

d Psal. 103. 20.

4 Hebraicam vocem ערבות gnarabot, quam cùm sine punctis esset, noster interpres legit ngerabot, id est, (*Vesperarum*) adeoque & vertit (*Ad vesperam*) Hebræi nunc cum punctis legunt ngarabot, quod deserta significat, & solitudines, quomodo & recentiores interpretum, Pagninus vertit, (*Lupus deserta incolens*) Regia, (*Lupus desertorum*) Vatab. (*Lupus solitudinum.*) Quod certè attributum nil præcipui in Lupis designat, cùm & reliquæ etiam ferarum deserta incolant, sic tamen assumi hoc loco forsitan potuêre Lupi desertorum vastantes, vt significetur Chaldæorum ferociam, rabiem, insidias, atque peruersitatem è deserto ad vastationem Iudææ venturam, quæ in præcedenti capite aliâ metaphorâ explicata sunt verbis iis.[e] *Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto, via filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum.*

e Iere. 4. 11.

Sept. eamdem Hebraicam dictionem diuisim sic legisse videntur עד בית ngad beth, duabus literis variatis, quæ tamen iis simillimæ sunt, quæ modò in Hebraico habentur textu ד daleth pro ר resc. Et י iod pro ו vau. significat autem ngad beth, vsque ad domum, & ipsi verterunt (*Vsque ad domos* more consueto, quæ singulare frequenter pro plurali sumendum ponitur. Quo sane adiecto efficacissimè & Chaldæorum, & Luporum signatur feritas, quippe qui fame stimulante etiam in oppida, & in ciuitates, atque in domos ipsas intrepidè irruere nonnunquam consueuêre, & inde paruulos, & homines abripere.

Lupi aliquando tendunt vsque ad oppidorum domos.

5 (*Pardus vigilans super ciuitates eorum, omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur.* Præter ferociam, quam cum reliquis feris, ac præsertim cum Leone, & Lupo Pardus habet communem, duo illi insunt magis propria, summa nimirum vigilantia, quâ vigilantissimus est in obseruandis animantibus ad se approximantibus, quæ dilaniet, summaque celeritas in iisdem insectandis & rapiendis animantibus, qua & Leonem, & Lupum longè superat: Adeòque aptissimè ad hęc ambo designanda adhibitum in Hebræo est verbum שקד scioked, quod & (*vigilantem*) significat, prout cum Sept. sumitur in Vulgata, & (*festinantem,*) quomodo à plerisque hîc accipitur Hebræorum, à Sancte-Pagnino, & aliis quoque ex nostris, constat autem ex quarto lib. Reg. Chaldæorum exercitum arctissimâ obsessione vigilasse, ne quis è ciuitate egrederetur Ierusalem, & Regem Sedeciam de nocte e ciuitate ipsa fugientem celeri insectatione comprehendisse, oculisque eius vinctum misisse in Babyloniam. Nec ab re fuerit, si dicamus, & ob id quoque Pardum appellatum Chaldæorum Regem, atque exercitum, quòd instar Pardi multiplicibus respersi maculis, exercitus ille è variis coactus esset gentibus, & Rex Nabuchodonosor Iudaicæ euersioni vario isto inuigilarit exercitu.

Pardi tria propria, vigilantia, celeritas, & varietas.

6 (*Quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum.* Qui id præ vniuersis in natura habet Deus, vt bonus sit, pius, atque benignus, meritò perpetuus in Prophetarum vaticiniis bonitatis suæ reperitur defensor: contestans nimirum semper quicquid mali minitatum à se fuerit, & quicquid euenerit acerbi alienum à bona sua esse voluntate: illudque omne ab hominum prouenire sceleribus, quod & sæpius in nostro hoc obseruauimus Propheta, & hîc quoque obseruare est, vbi pro prædictorum malorum causa, ea potissimùm asserit scelera, quæ è maligno, superboque, ac rebelli Iudæorum animo prouenêre: quam malignitatem, ac pertinacem eorumdem superbiam summâ in dies autem continuatione, & obstinatione efficacibus confirmat verbis (*multiplicatæ, & confortatæ sunt.*) Sept. (*Confortati sunt in auersionibus suis.*) Pagninus pro (*Auersiones*) vertit (*Rebelliones eorum.*) Vatablus, pro (*Multiplicatæ sunt præuaricationes eorum*) (*Coaceruauerunt*, inquit *transgressiones suas.*)

Peccata sunt causa malorum omnium.

Vers. 6.

Verſ. 6.] Idcirco percutiet eos Leo de Sylua, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *De diuitibus, & magnatibus quàm facilè triumphet Diabolus.*

BENE (*idcirco*) & (*percutiet*) & (*eos*) dicitur, cùm de Leone illo agitur, de quo Petrus ait, [a] *Aduerſarius veſter Diabolus tamquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Siquidem eos potiſſimùm deuorare is conſueuit, de quibus mox actum eſt, Optimates, Principes, atque Opulentos, iuxta illud Habacuc, [b] *Ipſe de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit.* Adeo quippe id ipſi eſt facile, vt de magnatibus triumphet, vt quaſi per riſum cum illis agens, de illis ſumma cum ſui delectatione triumphum referat, adeoque & ſuper omnem diuitiarum munitionem ridens, ludenſque quodammodo inſiliat. [c] *Subſtantia enim diuitis*, ait Salomon, *vrbs fortitudinis eius.* Et de his pariter magnatibus, ac diuitibus dicitur, [d] *Et cibus eius electus.* Quos idcirco percutere dicitur, Quia, vt mox dictum eſt, confregerunt iugum, ruperunt vincula: Quia adeo peruicaces eſſe ij ſolent, atque ſuperbi, vt abſque iugo legis cuiuſquam, & abſque vllo diuinorum mandatorum retinaculo effrenes comperiantur, & qui paternè à Deo percutiente, & ſanante recipere renuunt diſciplinam, à Sathana, vt à Leone percutiantur, percuſſioneſque illius ferociſſimè dilaniantur, à Sathana inquam, qui de Sylua obſcuriſſima inferorum egreditur rabidus. Quem propter celeres, validoſque & apertos ictus aliâ metaphorâ Regius Vates ſagittam [e] volantem in die appellat, vbi tres præcipuos eius inſiliendi, & tentandi diſtinguit, & affert modos, ſicut ſecundum eiuſdem tentationis genus nuncupat, Negocium perambulans in tenebris.

a 1. Pet. 5. 8.
b Habac. 1. 10.
c Prou. 10. 15.
d Habac. 1. 16.
Diabolus propter celeres, validos, apertoſque tentationum ictus dicitur Leo, & ſagitta volans in die.
e Pſal. 90. 6.

8 *Diabolus transfigurans ſe in Angelum lucis dicitur vaſtare vt Lupus.*

Quod Ieremias quoque hîc affert, cùm ſubdit. *Lupus ad veſperam vaſtabit eos.* Quóue per inſidias, & ſub ſpecie boni decipit, tenebras offundens, transfigurans ſe, vt ait Apoſtolus, in [f] Angelum lucis. Si noſſe vis quomodo Sathanas hac ratione inſidians vaſtet. Scito, illum vaſtare vt Lupum, atque vt Lupum vaſtare eos, de quibus videlicet hîc ſermo eſt, magnates: vt qui per ignorantiam peccare nequeunt, cùm, vt hîc ait Propheta, *cognoſcant viam Domini, & iudicium eius,* à maligniſſimo animantium omnium Lupo ad peccandum ex malitia inducantur. Et certè faciliores iſti ſunt, vt à Pſeudoprophetis, & ab hæreticis ſeducantur, quos [g] Ieſus venire inquit in veſtimento ouium, intrinſecus autem Lupos eſſe rapaces; facilique negocio in hæreſim hi inducuntur, libertatem conſcientiæ, carniſque & deliciarum luxum exhibentem, cùm & Principibus nil ſit libertate perſuaſibilius, & diuitibus nil quod audiant iucundius, quàm vt abſque conſcientiæ remorſu in carnis, ſenſuſque voluptatibus opes, quibus exuberant, expendere queant.

f 2. Cor. 11. 14.
Diuites, & magnates quàm facilè ſeducantur ab hæreticis, & prauis conſultoribus.
g Matt. 7. 15.

9 *Luporum dāna præcipua.*

Damna quæ infert Lupus duo enumerantur in Euangelio, vbi à Domino dicitur, [h] *Et Lupus rapit, & diſpergit oues.* De Lupo aiunt naturales, eum ſicut auidiſſimus prædæ eſt ob famæ rabiem, ita & auariſſimum pariter eiuſdem eſſe, ita vt ſi quid ei ſuperfuerit, ne dum id minimè communicet, ſed & ſubtus terram abſcondat, vbi id & fœtorem contrahit, & corruptionem. Atque adeo ita per illum Diabolus ſignificatur, vt

h Ioan. 10. 12.
Per Lupum deſignatur Diabolus, vt tentator auaritiæ.

A tentator in primis auaritiæ eſt, quam radicem peccatorum omnium appellat Paulus, [i] quaue magnates præſertim tentat, & opulentos. Legimus autem in lib. Prouerb. [k] *Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt.* Rationes enim, modique agendi eius, qui ab iſtiuſmodi agitur auaritiæ ſpiritu, ita illos qui multa in hoc ſæculo poſſident rapiunt, vt & mortem illis afferant ſempiternam, dicente Apoſtolo, [l] *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Quòd ſi B rapiens Lupus à parte, vt conſtat, rapit faucis, vt raptum animal vocem emittere nequeat; & hoc pariter peculiare eſt ſpiritus auaritiæ, vt quos rapit magnates, à conſiliis petendis auertat, multóque magis ab orationibus, & à confeſſione damni quod aliis intulerint. Ita vt non immeritò quem Lupum hîc appellat Propheta, eumunet dicas, quem in Euangelio [m] Dæmonium mutum nuncupatum reperimus.

i 1. Tim. 6. 10.
k Prou. 1. 19.
l 1. Tim. 6. 9.
Diuites, & magnates tētans Diabolus per auaritiam auertit illos à cōſiliis capiendis, & ab orationibus.
m Luc. 11. 14.

10 *Diuites, & magnates quomodo à Diabolo, vt à Lupo pati dicantur diſperſionis dānum.*

Si quæras, quâ ratione Dæmonium Lupuſque iſte diſpergere dicatur oues, quod pro ſecundo damno allatum vidimus, obſerua quo- C modo à ſpiritu ipſo auaritiæ, qui animas rapit magnatum, earumdem animarum vniuerſæ potentiæ ad multiplicia diſpergantur vitia, [n] *Prodiit quaſi ex adipe* (ait Dauid) id eſt, ex collectis opibus, *iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis,* diſperſerunt potentias ſuas in vniuerſa illa quæ cordis ſuaſit libido, in quemlibet cordis, ſenſuſque affectum. Quod apertiùs Ieremias noſter expreſſit, cùm ſupra dixit, [o] *Diſperſiſti vias tuas alienis.* Magnatum quoque rapacitatem, rapiendique rationem ſub Lupi metaphora ſignificatam videre eſt apud Sophoniam dicentem, [p] D *Iudices eius Lupi veſpere, non relinquebant vſque manè;* Ab auaritiæ ſpiritu ita Iudices ad rapienda pauperum munera, atque ad opes congerendas impelluntur, vt & Lupis aſſimilandi ſint, qui voraciores ſunt, ita vt eius quod veſpere rapuerint, quando magis vrgebat fames, nil reliqui eſſe permittant in id quod ſequitur manè. Eorumdem verò magnatum diſpergendi gregis rationem conteſtatam apud Ezechielem habemus, à Domino, dicente, [q] *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos,* &c pauloque poſt. *Cum auſteritate imperabatis, & cum potentia: Et diſperſæ ſunt oues* E *meæ.* Eſt autem ponderanda lectionum varietas, ſecundùm quam hîc ex Hebræo dicitur, (*Lupus ſoliudinum*,) & ex verſione Sept. (*Lupus vſque ad domos vaſtauit eos.*) Siquidem Magnates qui à prædicto auaritiæ impelluntur ſpiritu, & vſque ad domos aliorum diripiendas extendunt auaritiam ſuam, & ſoli domorum, agrorumque omnium præ auaritia vellent eſſe domini, de his enim ambobus arguit illos Iſaias, dicens, [r] *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci; Numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?*

n Pſal. 72. 7.
o Iere. 3. 13.
Magnatum rapacitas qualis.
p Soph. 3. 3.
Magnates quomodo Chriſti gregem diſpergant.
q Ezech. 34. 2.
Magnatum auaritia quā magna.
r Iſai. 5. 8.

11 *Otij tentatio omnium peſſima concutit potiſſimùm magnates, & diuites.*

F *Pardus vigilans, ſeu feſtinans ſuper ciuitates eorum, omnis qui egreſſus fuerit ex eis capietur.* Tertium per hæc ſignificatur tentandi genus, quo Diabolus eoſdem Optimates, Principes, ac diuites opprimere conſueuit. Hocque illud eſt, quod Propheta Dauid in [ſ] præcitato Pſalmo 90. tertio pariter enumerans loco, iis explicat verbis, *Ab incurſu, & Dæmonio meridiano.* Et eſt tentatio per otium, quæ eſt omnium peſſima, [t] *Multam enim malitiam docuit otioſitas,* vt dicitur in lib. Eccl. concutitque potiſſimùm opulentos, prout ex eo deducere eſt

ſ Pſal. 90. 6.
t Eccl. 33. 29.

Euangelij, quo diues, cuius ager vberes protu- A
a Luc. 12. 19.
lit fructus, aiebat, [a] *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare.* Dicitur autem dum hoc tentationis genere obsidet Diabolus, & *Pardus vigilans*, *atque festinans*, *& Dæmonium meridianum.* Quia in meridie, quando æstus sunt vehementiores, ista magis grassatur otij tentatio, quandoquidem tunc temporis, vel etiam viri sancti quieti se dedunt, ita vt propterea etiam ad animarum sponsum dicatur, [b] *Vbi cubes*, seu *Vbi cubare facias in meridie.* Et profectò eò Dæmonium istud est & violentius, & perniciosus: quòd dormitantibus ociosèque B sese habentibus, & cum celeritate, & cum vigilia tentationes id iniicit multiplices: quam multiplicitatem, & varietatem subindicat Ieremias nomine illud appellans Pardi, quem constat multiplicium macularum varietate esse conspersum: & Dauid quoque cùm pro Dæmonio meridiano, iuxta Paraphrasim Chaldaicam dicat, *A turba Dæmonum in meridie grassantium.*

Diabolus tētans per otiū dicitur Dæmoniū meridianum, & Pardus vigilans, seu festinans.

b Cant 1. 7.

12
Quis incursus tentationis huius, Quis grassantium eorum Dæmonum explicet vires, quibus Optimates, diuitesque otiosam in ciuitatibus vitam agentes & obsident, & capiunt, variaque deturbāt in scelera? Prophetam audi Amos, [c] *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ,* (spem nimirum vestram collocantes in diuitiis, atque in potentia:) *Optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel*, & paulò post. [d] *Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: Qui canitis ad vocem Psalterij: sicut Dauid putauerunt habere vasa Cantici,* id est, Existimarunt sibi æquè ac Sancto Regi Dauid studendum musicis instrumentis, cùm tamen Dauid iis ad veri Dei vsus fuerit cultum, & ipsi in voluptatum luxuriæque ea conuerterint vsum. *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti.* Quid alterius verba refero? cùm Ieremias noster eamdem vitiorum contestetur multiplicitatem, cùm mox adiiciat, *Quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum,* scil. optimatum, *confortatæ sunt auersiones eorum?* & post aliqua.

Otiosè viuētes diuites, & magnates quātis vitiis implicet Diabolus.

c Amos. 6. 1.

d Amos. 6. 4.

Saturaui eos, ait Dominus, *& mœchati sunt, Et in domo meretricis luxuriabantur.* Aptant hæc aliqui Ecclesiasticis viris, qui ex redditibus beneficiorum impinguati in prauos, libidinumque in primis ea consumunt vsus, quæ in pauperum conuertere deberent opem, & commoda. Congruunt tamen & quibuscumque diuitibus, & Optimatibus sæculi, de quibus hucusque actum est. Estque ingens considerandum discrimen, quo prædicti se habent opulenti in vsu temporalium rerum istarum, ac pauperes, quos & frequenter iisdem, sicut & diuites, qui communis est pater, satiat Dominus, Nam de pauperibus è vestigio ait Dauid, [e] *Edent pauperes & saturabuntur, Et laudabunt Dominum qui requirunt eum*, etiam, scil. in rebus ipsis temporalibus.

Contra Ecclesiasticos malè vtentes redditibus beneficiorum.

Diuites præfisi ad vitia gulæ, & libidinis.

e Ps. 21. 27.

VVLGATÆ.

Vers. 6.] Idcirco percussit eos, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Διὰ τοῦτο ἔπαισεν αὐτοὺς λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ, καὶ λύκος ἕως τῶν οἰκιῶν ὠλόθρευσεν αὐτούς, καὶ πάρδαλις ἐγρηγόρησεν ἐπὶ τὰς πόλεις αὐτῶν. πάντες οἱ ἐκπορευόμενοι ἀπ' αὐτῶν θηρευθήσονται, ὅτι ἐπλήθυναν ἀσεβείας αὐτῶν, ἴσχυσαν ἐν ταῖς ἀποστροφαῖς αὐτῶν.

Vers. 6.] Ideo, percussit eos Leo de Sylua: & Lupus vsque ad domos vastauit eos: & Pardus vigilauit super ciuitates eorum. Omnes egredientes ab eis capientur: quia multiplicauerunt impietates suas, confortati sunt in auersionibus suis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

C
PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea Rex cum exercitu suo ascendet super eos quasi* 1
Leo de Sylua, & occident eos populi qui fortes sunt, sicut Lupi vespertini deprædabuntur eos dominatores, qui robusti sunt sicut Pardi, insidiantes ciuitatibus eorum, quicunque egredietur ex illis interficietur: quia multæ sunt rebelliones eorum, validæ auersiones eorum.

Vers. 6. *(Idcirco percussit eos Leo,* &c.

Hieronymus. *Quia ista fecerunt (percussit eos Leo de Sylua) regnum videlicet Babylonicum: (Lupus ad vesperam vastauit eos,) Medos, Persasque significans: pro quo in visione Danielis [f] Vrsa ponitur, cuius in ore tres erant ordines: ([*] Pardus vigilans super ciuitates eorum,) Alexandri impetum præfigurans, & velocem de Occidente vsque ad Indiam percussionem. Pardum autem vocat ob varietatem, & quia plurimis sibi subditis gentibus contra Medos dimicauit, & Persas, & quatuor inquit erant capita in bestia, & potestas data est ei.* [g] *Et quia non de futuro vaticinatur, sed de præterito, & veluti iam iam venturis texit historiam, idcirco de Romano tacet imperio, de quo forsitan dicitur, (omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur.) Causasque reddit cur ista perpessi sint: (Quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, & perseuerauerūt in transgressionibus.) Vnde dicitur, (Et confortatæ sunt auersiones eorum.) Iuxta tropologiam qui magni putantur in Ecclesia, quia confringunt iugum, & rumpunt vincula, idcirco* [h] *traduntur in ignominiam passionum, vt faciant quæ non conueniunt.*

Hieronym. *A Babyloniis, à Medis, Persisque, à Græcis, & à Romanis oppressi fuêre Iudæi.*

f Dan. 7. 5.

g Dan. 7. 6.

h Rom. 1. 26.

Idem Hieronymus in cap. 1. Nahum. *Ieremias quoque de peccatoribus loquitur, Percussit eos Leo de Sylua, & Lupus vsque ad domos disperdidit eos, & Pardus vigilauit super ciuitates eorum: Omnes qui egrediuntur, eis capientur.) In quo animaduerte, quòd nemo capiatur, nisi qui de ciuitatibus Dei fuerit egressus.*

Hieronym. *Ex fidelibus ciuitatibus non egrediendum.*

Theodoritus. *Leonem vocat Nabuchodonosor: Lupum autem, vt puto, Nabuzardam coquorum Principem, qui posteriore loco missus, ciuitatem, & templum Dei incendit, & eos qui relicti fuerant, subegit seruituti. Pardum verò existimo vocari Antiochum Epiphanem. Nam & Daniel Macedonicum Regnum vidit assimilatum Pardo. Ab his inquit omnibus deprædata es ob errorem circa idola commissum.*

Theodorit.

D. Thomas consentit Hieronymo.

D. Thom.

CATE

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΔΙΑ' τοῦτο ἔπαισεν αὐτοὺς λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάντα τὰ θηρία, οὐκ ἐπὶ λέοντας λέγει μόνον, ἀλλὰ πάντα περιλαμβάνει τὰ θηρία. οὕτω πάντα ποιεῖ ὑπὲρ τοῦ τὸν φόβον αὐξῆσαι. καὶ οὐχ ὡς περὶ μελλόντων, ἀλλ' ὡς περὶ παρελθόντων διαλέγεται.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ αἰσθητὸς, ἢ καὶ ὁ νοητὸς πόλεμος διὰ τὸ ἰσχυρὸν, καὶ ὠμόν.

Ὠριγένους.] τῶν περὶ * πεσόντων αὐτῶν λέγει λέοντα, καὶ λύκον, καὶ πάρδαλιν. δοκεῖ δὲ ἡ μὲν κατὰ τὰς πράξεις ἐπιβουλὴ ὑπὸ τῶν τροπικῶς λεγομένων λεόντων γίνεσθαι. ἡ δὲ κατὰ τὴν γνῶσιν ὑπὸ τῶν βλάψαι τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς βουλομένων. ἡ γὰρ πάρδαλις ἐπιπηδᾶν μάλιστα λέγεται τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὁ δὲ λέων ὡς ἱστορεῖται γηράσας περὶ τὰς πόλεις νέμεται, θηρεύειν θέλων ἀνθρώπους. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτῶν κοπτομένων, ἢ πληττομένων, πῦρ ἐξέρχεται. Καὶ ἴσως λέων ἂν εἴη, καὶ πάρδαλις ὁ Ναβουχοδονόσορ τὴν πόλιν ἑλὼν, καὶ ὡς πάρδαλις τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐξαίρων, τὸν βασιλέα σὺν τοῖς πρώτοις, ὕστερον δὲ καὶ Σεδεκίου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας. ὀστᾶ δὲ αὐτοῦ νοηθείη Ναβουζαρδὰν τὴν πόλιν ἐμπρήσας.

*For. πεσόντα αὐτοῖς.

B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ ἀκόρεστον, τὸ ἔρημον, ὅταν μετ' ἀδείας ἐξῇ τῷ τοιούτῳ μέχρι τῶν οἴκων ἐπιβαίνειν, οὐ φοβῆσαι βουλόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔρημον δεῖξαι.

C

Τοῦ αὐτοῦ.] λύκος δὲ ἴσως ὁ Σενναχηρεὶμ, μόνον ἁρπάξας, καὶ μηδὲν τι διαπραξάμενος. ἄλλος δέ τις τὸν Ἀντίοχον εἴρηκε πάρδαλιν.

D

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰς αἰσθητάς. πρὸς δὲ διανοίαν τὰς ψυχικάς.

Τοῦ αὐτοῦ.] οἱ γὰρ τῶν ἠθῶν τῆς θεοσεβείας ἐκβαίνοντες ὑπὸ τῶν εἰρημένων θηρίων ἀγρεύονται.

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς τὸν ἀγαθὸν ἀπωσαμένους ποιμένα, λύκος ἁρπάζει.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἡ ποικίλη τῶν πολεμίων ἔφοδος, ἢ καὶ ἡ πολύτροπος κακία.

Vers. 6. IDEO percussit eos Leo de Sylua, &c.) 2

Chrysostomi.] *Omnes feras, non solùm Leones complectitur. Sic illud enititur, vt timorem adaugeat:nec vt de futuris, sed vt de prateritis loquitur.* Chrysost.

Olympiodori.] *Exterior, vel etiam spiritalis pugna propter robur, ac ferocitatem.* Olympiod.

Origenis.] *Eum qui percussit eos, vocat Leonem, & Lupum, & Pardum. Videntur autem insidiæ in ipsis actionibus ab his qui figuratè Leones vocantur factæ: in intellectu verò ab his, qui parti animi, quâ verum perspicitur nocere volunt. Pardus enim in ipsos oculos insilire dicitur. Leo verò, sicuti ex historiis habemus, confectus senio circa vrbes versatur, hominum prædâ volens potiri. Illud præterea fertur, ex ipsius ossibus, si collidantur, aut tundantur, ignem exeunti, & fortè Leo, Pardusque erit Nabuchodonosor, qui vrbem diripuit, & veluti Pardus eius oculos, Regem cum primatibus, effodit, ac tandem Sedeciam oculis priuauit. Ossa autem eius intelligi poterunt Nabuzardan, qui vrbem cremauit.*

Origen. *Dæmones varii ferarum nominibus appellati.*

Pardus insilit in oculos. Leo senex in vrbibus homines prædari solet. Leonis ossa si inuicem collidantur ignē emittere.

Chrysostomi.] *Insatiabilitatem, desolationem innuit, quando licenter huic fas sit ad ipsas vsque penetrare domos, non modò terrefacere volens, sed etiam deuastare.* Chrysost.

Eiusdem.] *Lupus autem fortasse fuerit Senacherim, qui tantùm rapuit, & nil vltra egit. Quidam etiam Antiochum dixit Pardum.* Eiusdem.

Olympiodori.] *Sensus, secundùm verò mentem, animales.* Olympiod.

Eiusdem.] *Qui enim è pietatis moribus egrediuntur, à feris iam dictis capiuntur.* Eiusdem.

Eiusdem.] *Eos qui probum eiecerunt pastorem, Lupus rapit.* Eiusdem.

Eiusdem.] *Varius hostium impetus, aut multiformis nequitia.* Eiusdem.

Vers. 7.] Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt Dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Quod a idemmet Deus contestatus est, quippe qui sibi innatam tueri volens bonam animi propensionem, qua quid sibi offerri optasset, ob quod honorificè Iudæis ipsis parcere quiuisset, aut saltem nō exhiberi ab illis sibi obstaculum, vt eorum misereretur, ciui- E *tatem alloquens Ierusalem, Nil inquit in te reperio, propter quod tibi queam esse placatus, Imò multum potius mihi ex te, ne parcam, sese offert obstaculi. Dic enim mihi amabò, parcam ne ob innumeras, quæ in te admittuntur præuaricationes, aut ob grauiora scelera, in quibus quotidie obfirmaris magis? b ò (neque enim tuum compellare audeo nomen) qua nam ratione, quoue in loco id tibi dimittam, quòd ciues tui à me recessêre, à meoque alienati sunt cultu, quin & aduersùm me stantes idola coluêre, quod & suâ manifestant loquelâ, cùm per illa iurent, quæ vt suos venerantur Deos, cùm tamen Dij minimè ea sint. c Ipse tantâ de omnibus eis prouidi abundātiâ, vt planè illos saturauerim: at ij è vestigio per idololatriam mœchati sunt: quamuis eos adiurarim sæpius: quamuis & iam ab antiquo, cum eorum patribus legem*

a Super quo (quomodo, seu, vbi, seu ò, in hoc: seu, Quā nā bac?) propitius tibi esse potero? (parcam tibi?)

b Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui nō sunt Dij.

c Saturaui (iuramento adstrinxi, seu, adiuraui) eos, & mœchati sunt.

largitus sim, fœdere cũ illis inito arctissimo eos adstringerem iureiurando, vt mihi vni suo seruirent Deo. [a] *Et insuper eò scelestissima peruenerunt idololatria, vt in sanctissimo, quod in Ierusalem iam meretrice effectâ, extructum est templo idola coluerint, fœdasque exercuerint libidines, turmatim propterea, in maximaque instar exercitus multitudine in id conuenientes, idolaque adorantes ibidem, & Gentium more cultris semet incidentes.* [b] *Totaque eiusdem meretricis Ierusalem familia, ac totus illius populus simul & in istiusmodi idololatriam.* [c] *Et ad luxuriandum conueniebat, diuersantibus tota dic in meretricum habitaculis.*

a Et in domo meretricis luxuriabantur, (turmatim se colligebant, seu, semet incidebant.)
b Et domus meretricis se turmatim cõgregabant.
c Et in domibus meretricum diuersabantur.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Ad miserendum quàm propensus sit Deus.*

SVper quo propitius, &c. Prosequitur Dominus, & sibi innatam tueri bonitatem, & Iudæorum damnare peruersitatẽ. Propensionem enim sui ostendit animi, quà illis misereri peroptaret, si nil in eis reperiretur, quod ipsius potiùs prouocaret iustitiã, vnde fieret, vt iustitiâ eadem debitas à peccatoribus exposcẽte pœnas, vix fieri posset, vt illis suam exhiberet misericordiam. Sensum optimè noster expressit interpres, cùm Hebr. diuersimodè sumi pollẽnt ob ambiguitatem particulæ אי, *E*, quæ interrogãtis dictio est, & frequenter in vsu est pro loci interrogatione, pro vbi interrogatiuè; aliquibus verò significat ô, vocantis ad verbum; multisque doctoribus posita censetur pro alia particula איך *ehh* interrogante qualitatem, vt apud Latinos particula, Quomodo, eidem respondens: sic Pagninus reddit. (*Quomodo hoc parcam tibi?*) Regia verò, (*Vbi ad hoc parcam tibi?*) Vatablus, (*Vbi in hac re propitius tibi esse potero?*) Alij in Thesauro, (*ô super hoc parcã tibi?*) Quæ communiter referunt ad subsequentia, (*Filij tui dereliquerunt me*, &c.) vt sensus sit ô, dic mihi amabò, seu, Quonam modo, aut, Quonã in loco super hoc, vel propterea tibi parcam, minatasque cõdonabo & pœnas, quia obstinatius etiã in filiis tuis me offendisti? Sept. tamen videntur eadem referre ad præcedentia. *Multiplicarunt iniquitates suas, conforti sunt in auersionibus suis*, Licet diuersitas sit in Græcis Codicibus, Siquidẽ Complutensis, & Regius, sicut & Eusebius lib. 2. demonstrationis Euangelicæ Demonstrat. 55. legũt ποιῳ τούτων, (*Quonam horum,*) Codex autem Vaticanus ποίᾳ τούτων; (*Quanam harum,*) sc. iniquitatum, & auersionum, (*propitius ero tibi?*)

2 *Peccatorum obfirmata cõsuetudo & ingratitudo quamdã Deo causat impossibilitatem miserendi.*

(*Filij tui dereliquerunt me.*) Affert rationem prædictæ impossibilitatis, ipsas nimirum, quas multiplicatas, & corroboratas dixerat præuaricationes, & auersiones, quibus ciues Ierosolymitani, (hos enim filios tuos inquit, ad Ierusalem, quam hîc alloquitur) ipsum dereliquére, imò & aduersùs ipsum insurrexére, dicente eodem Domino,[d] *Qui non est mecũ, contra me est.* Quod autem ipsum dereliquerint, & cõtra ipsum essent, probat, quia non iam ampliùs iurant per eum, sed per eos, qui non sunt dij; idola enim colentes per ea & iurãt, eaque & Deos fatentur, (*Et iurãt*, inquit, *in his qui non sunt dij.*) Quod magis confirmat arguens illos & summæ erga ipsum ingratitudinis, dicens, *Saturaui eos, & mœchati sunt*, mœchiã scilicet spiritali, de qua sæpius in præcedentibus capitibus, idololatria, iuxta illud Deuteronomij.[e] *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo*, Et illud Hoseæ,[f] *fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos; quia dixit, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi*, &c. Et paulò

d Luc. 11. 23.
e Deut. 32. 15.
f Hose. 2. 5.

A post.[g] *Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* g Hose. 2. 8.

3
Pro, (*Saturaui eos,*) quomodo verterunt & Sept. & ferè omnes recentiores interpretes, Vatablus vertit, (*Iureiurando eos adstrinxeram.*) Et quidem propriùs secundùm lectionem, quã modò in Hebraicis codicibus legitur ferè cõmuniter ואשבע אתם *vaasebiang otham*; constat enim, dictũ verbum quãdo est cum puncto in dextero cornu literæ ש significare iuramento adstringere, adiurare, atque etiam iurare, cum è vestigio existente B puncto super sinistro cornu eiusdem literæ ש, nõ à verbo *sciauanque* sed à verbo *sauanque* significet saturare: quomodo legitur in Codice Complutensi, & censendum legisse Sept. nostrumque interpretem, & quotquot, (*Saturaui eos,*) vertẽre.

4 Heb. lectio. 1. Sensus. *Adiurat & deprecatur quodammodo peccatores Deus, ne peccent.*

Eius itaque quæ nunc communior in codicibus Hebræis est, lectionis, & Vatabli versionis, (*Iureiurando eos adstrinxeram, sed adulteri facti sunt,*) seu, (*Et adiuraui eos, & mœchati sunt,*) duplex potest esse sensus. Primus, vt in exaggerationem adulterij, quo Iudaicus populus in Dei ignominiam se per idololatriam contaminauit, contra omne ius, C antiquissimum in medium proferat Deus iusiurandum, quo illum adstrinxit, quando in deserto fœdus cum eo iniit, legem illi largitus, vt videre est in libro Exodi, & in libro Deuteronomij. Altero verò sensu ad amplificationem peruersitatis eiusdem populi contestatur Deus, sæpius illũ adiurasse, nec dedignatum deprecari eum, vt ipsi soli seruiret, atque in vero religionis cultu debitam sibi seruaret fidem, & nihilominus impudentissimè cum idolis eum fuisse mœchatum.

2. Sensus.

5
(*Et in domo meretricis luxuriabantur.*) Non ignoro, hæc, sicut & præcedentia, & subsequẽtia, com- D munìori sensu à nostris expositoribus de carnali luxuria accipi, idq; & mihi quoq; probabile. Eius tamen explicationis seriẽ libentiùs differo in secundam expositionẽ, quæ ad mores spectat, quia probabiliùs iuxta sensum literę, ista omnia ad spiritalẽ referenda censeo libidinem, quæ in idololatria admittitur: quomodo & præcedentia explicaui. Porrò lectionis nostræ planũ hunc arbitror esse sensum, vt significetur, eò Iudæos perueniſſe scelerũ, peruersæque idololatriæ, vt & in sanctissimo, quod in Ierusalem extructũ erat tẽplo, idola coluerint, fœdasq; exercuerint libidines. Mere- E tricem enim appellatã Ierusalem sat ex eo cõstat Isaiæ, quo dicitur.[h] *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis?* Lege c. 21. lib. 4. Regum, & videbis, quantis idololatriis contaminatum fuerit templũ Domini. De Manasse quippe Rege Iuda dicitur.[i] *Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ierusalem ponam nomen meum.* Et infra, *Posuit quoque idolum luci, quem fecerat in templo Domini*, &c. Quod denique & fœdissimæ item in domo Domini à Iudæis admissæ fuerint libidines ex iis facilè colliges, quibus in c. 23. lib. 4. Reg. de Sancto F Rege Iosia dicitur,[k] *Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.*

h Isai. 1. 21.
i 4. Reg. 21. 4.
k 4. Reg. 23. 7.

6
Præclarè autẽ noster interpres sensum potiùs, quàm verba expressit, cùm in Hebræo pro (*luxuriabantur*) sit verbum יתגודדו *ithgodadu*, quod duplicem habere potest significatum, & eum secundùm quem communiter hîc sumitur ab interpretibus recentioribus, Pagnino, Regia, Isidoro, & Vatablo, atque etiam ab Hebr. Doctoribus, nempe (*se collegerunt*, aut *congregarunt turmatim*, atque *in multitudinem instar exercitus:*) & alterum mihi

peculiare

peculiarem, videlicet, (*ſe ſe inciderunt.*) Idololatrarum videlicet more illo, de quo lib. 3. Reg. de Prophetis Baal dicitur eodem quo & hic verbo,[a]

a 3. Reg. 18. 28.

Et incidebant ſe, iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. Quibus ambobus ſignificatibus idipſum deſignatur, quod & in noſtra Vulgatæ lectione, vt cùm dicitur. (*Domo*, ſeu, *In domo meretricis colligabant ſe turmatim*, ſeu, *magna inſtar exercitus multitudine ſe contulerunt in domum meretricis*: aut, *Domi meretricis ſe inſidebant*) tantumdem ſit, ac in templo frequentia populi magna idololatriæ operam dabant. Cæterùm cùm abſque præpoſitione in eodem Hebraico textu ſit dictio בית; *beth*, (*domus*,) ſumens illam in recto Iſidorus ſingulari ratione hæc ita vertit, & interpretatur, (*Et domus meretricis ſe turmatim congregabant*) id eſt, Et tota familia meretricis Ieruſalem congregata eſt, ſeu tota Ieruſalem conſentit in idololatriam. Sept. vertentes, (*Et in domibus meretricum conuerſati ſunt*, ſeu, *diuerſabantur*,) ad carnis libidinem hæc retuliſſe videntur, de qua in mox ſequentibus dicitur.

Verſ. 7.] Super quo propitius tibi eſſe potero? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Propitiari habet relationem ad quid exhibitum in propitiationem.*

FOECVNDISSIMA iſta eſt ſententia pro moribus: ideo operæ precium, vt ſingula illius expendantur membra. Et quidem quoad primum (*Super quo propitius tibi eſſe potero?*) Modus ipſe loquendi, (*Super quo propitius*, &c.) confirmat id quod ſupra in expoſitione ſecunda Verſ. 1. iſtiuſmet capitis dicebam, propitiari, ſeu propitium eſſe, habere relationem ad propitiationem aliquam Deo exhibitam, ſeu obiectam, aut oblatam, pro qua is propitietur. Porrò cùm fidelium vnicuique triplicis generis eſſe queat propitiatio, quæ pro illius ſalute propitianti offeratur Deo, bonorum nempe operum, aut precum primo ipſiuſmet, cui Deus propitiandus ſit, aut interceſſionis Sanctorum aliquorum, qui ſuas pro illo ipſo in propitiationem Deo offerant preces: Vel tertio, Chriſti filij eiuſdem Dei, de quo 1.[b] Ioannis dicitur: *Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed & ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis: non pro noſtris autem, ſed etiam pro totius mundi.* Quod tametſi & actiuè intelligi poſſit, vt propitiatio, dicatur pro propitians, hoc eſt propitiator, vt dicitur Rom. 3.[c] *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius.* Magis tamen ad rem noſtram paſſiuè accipitur pro hoſtia oblata, & offerenda pro peccatis noſtris, quomodo clariùs per eumdem Ioannem infra ſcriptum eſt,[d] *Miſit Dominus filium ſuum vnigenitum propoſitionem pro peccatis noſtris.*

Propitiatio triplex quam Deo exhibere poſſumus.

b 1. Ioan. 2. 1. *Chriſtus quomodo dictus propitiatio pro peccatis.*

c Rom. 3. 25.

d 1. Ioan. 4. 10.

8 Vt cunctis his tribus propitiationum generibus obfirmatum in malitia peccatorem deſtitutum ſignificet genericè admodum aptè aſſerit hoc loco Deus, (*Super quo*) nimirum vel homine, vel bono opere, aut (*Super quo*) propitiationis genere *propitius tibi eſſe potero?*) Quod expreſſiùs in Pſalmo 48. per Vatem Regium explicatum eſſe crediderim, quando de tali verba faciens impio, qui vſque ad vitæ ſuæ finem in peccatis perſeuerare velit, iiſque id manifeſtet verbis,[e] *Iniquitas calcanei mei*, id eſt, quam vſque ad vitæ calcem

e Pſal. 48. 5.

A proſequi libet, *circundabit me*, in eo pariter extremo me ita vallans, vt ex ea minimè egrediar, ait,[f] *Frater non redimit, redimet homo? & non dabit Deo placationem*: ſeu vt legunt Hieronymus, Auguſtinus, & alij, *propitiationem ſuam.* Quo loco etiam ſecundùm literam redimendi verbum pro eodem poſitum eſt, atque id quod vltimo adiectum eſt, dare placationem, ſeu propitiationem: vt redemptio à peccatis ſit exhibitio propitiationis, quæ & quædam eſt pretij oblatio; vnde quod dictum fuerat, *Et non dabit Deo propitiationem ſuam*, meliùs per epexegeſim expreſſum his eſt, *& pre-* B *cium redemptionis animæ ſuæ.*

f Pſal. 48. 8. *Redimere eſt & dare propitiationem.*

Nouimus etiam apud Gentiles ſæpius iuxta prauã illorum exiſtimationem per ſpecialem inſignium perſonarum ſui exhibitionem propitiatos integris ciuitatibus, atque Prouinciis falſos Deos: plenæque ſunt ſanctarum ſcripturarum paginæ, propitiatum Deum verum vniuerſo populo vel precibus, vel memoriã operum eximiorum in ſanctitate hominum. Obfirmato tamen peccatori, dicitur,[g] *frater non redimit*: & (*Super quo*, ſcilicet homine, *propitius tibi eſſe potero?*) Videbimus infra pluries Ieremiæ orationes pro impœ- C nitenti populo reiectas à Deo, prohibente Sanctiſſimo Prophetæ propterea, vt non oraret pro illo, quia ipſum minimè eſſet exauditurus. Conteſtatumque idipſum efficaciùs vbi eidem dicet:[g] *Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Similiterque Prophetæ Ezechieli,[h] *Et ſi Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius ſcilicet populi: viuo ego dicit Dominus Deus: quia filium, & filiam non liberabunt: ſed ipſi iuſtitiã ſuã liberabunt animas ſuas.*

9 *Propitiatio per tertiam perſonam efficax apud Deum, tametſi pro obfirmato peccatore, quamdiu is vult perſiſtere in peccato, minimè eam ſuſcipit.*

g Ierem. 15. 1.

h Ezech. 14. 20.

Neque verò Chriſtum propitiationem, quam illius Patri offerat, ſibi tutò polliceatur promp- D tam obfirmatus iſtiuſmodi peccator: Et de eo namque hîc dictum cenſere debemus, (*Super quo propitius tibi eſſe potero?*) Clariuſque in præcitato Pſalmo poſt verba præallata, *Frater non redimit*, adiectum eſt ob id ipſum deſignandum, *Redimet homo?* per interrogationem, vt legunt Baſilius Magnus, & alij, id eſt, nec redimet homo, ille nimirum, de quo Iſai 19.[i] *Mittet eis hominem, qui ſaluabit eos*: quiſque ſemet ſæpiſſime nomine exprimere conſueuit, filij hominis. Quem ſenſum reddet & Vulgatæ noſtræ lectio, quæ ſine interrogatione habet, *Redimet homo*: vt ironica ſit lo- E cutio. Ad quorum confirmationem non incongruè id aſſerri poteſt, quod in epiſtola ad Hebræos ſcriptum eſt,[k] *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia*, ea nempe quam propitiationem pro peccatis noſtris appellatam vidimus à Ioanne, homo, inquam, Chriſtus Ieſus. Quæ ſanè verba tametſi ab Apoſtolo pronunciata propriè ſint contra apoſtatas à Chriſti fide, peccanteſque per Apoſtaſiam à fide, & per infidelitatem; vt ex ſerie colligere eſt ſermonis illius; adeoque & prauè à Nouato in confirmationem vſurpata ſint F erroris ſui, quo pœnitentiam lapſis negabat: Et ad rem noſtram nihilominus apprimè faciunt, ſic videlicet accepta, prout ea exponit Ruffinus Presbyter comment. ſuper Pſalm. 48. dicens: *Quamdiu enim homo eſt in voluntate peccandi, nullis Deum poteſt placare muneribus, nullis ſacrificiis, nullis operibus bonis.* Quã enim ratione Deus per hominem Ieſum filium ſuum, quem mundo exhibuit, vt pro diligentibus propitiatio ipſi eſſet in ſanguine ſuo, tali propitietur peccatori, qui (vt idem Paulus ait) ipſum[l] *Filium Dei conculcat, &*

10 *Propitiationi Chriſti audacius haud fidat qui obſtinatè eſt, & perſeuerare vult in peccatis grauibus.*

i Iſai. 19. 20.

k Hebr. 10. 26. *Peccatori quã ratione dici poſſit non relictam hoſtiam nec propitiationem Chriſti.*

Ruffi. Presb.

l Hebr. 10. 29.

sanguinem testamenti pollutum ducit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam facit: dum videlicet obduratus in voluntate persistit peccandi, & à cælesti Patre, filioque ipso illius deficiendi, non quidem verbis, sed factis eum negans.

11
Propitium reddere possumus Deum sicut & in humanis Principes vel vno eximio virtutis opere.

Porrò cùm super propitiatione nulla personæ alterius cuiuspiam, vel etiam (vt explicatum est) Christi Dei pariter atque hominis propitius tali Deus fiat peccatori, An idipsum dicendum, si relatiuum istius sententiæ (*Super quo propitius tibi esse potero?*) ad virtutis opus in genere referatur? Ac si dicatur, super quo bono tui opere, super quo præstanti tuo habitu, vel actu morali tibi B propitier? Sanè in humanis contingit frequenter, vt virtus aliqua, aut præclarè aliquod gestum cuiuspiam, qui ob sua scelera vel mortis, vel indignationis reus sit Principis, & eiusdem Principis tueatur gratiam, propitioque illo reddito, & à commeritis eruat suppliciis. In cuius rei confirmationem & ex sacris literis multa colligere esset exempla, duo tamen sat sint, Alterum ex cap. 19. lib. 2. Paralipom.[a] vbi Propheta Iehu ad Regem Iosaphat dixit *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris: Sed* C *bona opera inuenta sunt in te, &c.* Alterum ex lib. 3.[b] Reg. cap. 2. vbi Salomon ad Abiathar, *Vir*, inquit, *mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Dei coram Dauid patre meo.* Quin & commune est apud Iurisperitos axioma, hominem, vel multis criminibus irretitum, adeóque & mortis pœnæ obnoxium ex eo quod excellens in aliqua sit arte, posse absolui, quod deducunt ex l. ad bestias. ff. de pœnis.

a Paralypo. 19. 2.

b 3. Reg. 2. 26.

Excellens in arte minori pœnâ puniendus.

Peccatori quamdiu est in voluntate peccandi non propitiatur Deus per vlla eius bona opere moralia.

Nihilominus manifestè ex præcitato Psalmo 48. in quo tria, de quibus & hîc apud Ieremiam sermo est, propitiationis enumerata sunt genera, habemus, neque super hoc tertio genere bonorum operum moralium peccatoris ad quem modò loquitur Deus, quemue iniquitas, vt explicatum est, circundederit calcanei ipsius, propitium fieri posse Dominum: *Et non dabit Deo placationem*, seu *propitiationem suam*, *Et pretium redemptionis animæ suæ*, quam scilicet per peccata & per perdurantem peccādi voluntatem mortis subiecit sententiæ:[c] *Et laborabit in æternum: & viuet adhuc in finem*, id est, Tametsi toto præsentis sæculi tempore etiam in aliquibus moraliter bonis laboret operibus, haud certè vitam per ea comparabit æternam, ac si adhibitâ interrogatione dictum esset, *Et viuet adhuc in finem?* vt aliqui legunt Hebræorum, & ex nostris doctissimus Genebrardus.

c Psal. 48. 9.

12
Opera bona moralia peccatori persistenti in voluntate peccandi nil prosunt ad vitā æternam.

Ex quibus sana, & Catholica deducenda doctrina est circa opera moraliter bona, quæ à peccatore fiunt in mortali adhuc persistente peccato, vel etiam in voluntate perseuerandi in peccato, alienoque à pœnitentia. Id namque indubitatò asserendum, opera illa nec ad Deum, propitiandum esse sufficientia, neque gratiam, vitamque mereri æternam, iuxta id & Apostoli,[d] *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*, ad Regnum, s. cælorum obtinēdum, atque ad vitam æternam, quæ solis operibus ex charitate factis debetur, vt bene asserit S. Thomas 3. p. q. 89. ar. 6. ad 3. Cui tamen fidei assertioni adnectenda & altera de fide pariter definita per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 6. de Iustificat. Canone 7. quo dicitur: *Si quis dixerit opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium* A *Dei mereri, aut quanto vehementiùs quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, Anathema sit.*

d 1. Cor. 13. 3.

D. Thom.

Conc. Trid.
Opera moraliter bona peccatoris nō sunt peccata.

13
Opera moraliter bona peccatoris cuiuslibet ad quæ conferāt peccatori eidem.
Greg. PP.
S. Thom.
D. Augustin.

Quapropter quamuis istiusmodi opera ad vitæ æternæ non conferunt adeptionem, cùm tamen certum sit, bona esse moraliter, in iis nihilominus laboret vel peruersissimus quisque: quandoquidem & illorum quoquomodo retributor est Deus, vel in exhibendis bonis temporalibus, sanitate, honore, diuitiis filiis, & similibus, vt ex Gregorio homil. 40. in Euang. probat S. Thomas loco supra citato: vbi & ex Augustino lib. de Patientia cap. 26. aliud addit eorumdem operum remunerationis, vt propter illa tolerabilius passurus peccator sit iudicium. Cùm & assignari alia pariter soleant, ad quæ præexposita conferant opera: nempe vt homo minus peccet, minusque Deo displiceat, adeoque & minùs puniatur: Vt assuetus idem bonis sit operibus, quò post conuersionem haud tantam in bonis peragendis sentiat difficultatem: Vt faciliùs ex Dei benignitate, citiusque ad illum conuertatur, libereturque à vitiis. Ac demum, vt si ex diuina gratia contingat, vt per pœnitentiam conuersus cælestis compos fiat & gloriæ, & de talibus in ea gaudio lætetur æterno.

14
Operetur bene peccator quantumcūque peruersus: nullum enim opus irremuneratū relinquit Deus.
Hieron.
e Aggæi. 1. 6.
S. Thom.

Faciunt autem ad rem nostram, & intellectum præsentis sententiæ, (*Super quo propitius tibi esse potero?*) quæ legimus apud Hieronymum Commēt. super ea verba cap. 1. Aggæi.[e] *Seminastis multum, & intulistis parum*, &c. *Non est enim* ait *tam iniustus Deus, vt propter multa mala, paucorum obliuiscatur bonorum: Sed faciet eum illa tantùm metere, quæ in bonam terram seminauerit, & in sua horrea congregare.*

Quæ S. Thomas loco supracitato de temporali exponit remuneratione. Additque S. Hieronymus. *Qui autem penitus* ἀποστάτης (*apostata*) *est, iste omnino non comedet, sed fame peribit*, Talem D censēre debemus hunc, quem hîc Deus alloquitur; probatum est enim aliàs, apostatæ nomen nedum deficienti à fide, & à religione competere, sed peccatori cuique quamdiu in voluntate est persistendi in studio peccandi, quod continuata quædam defectio à Deo est. Cui sanè peccatori tantum inest peruersitatis, vt nec aliquod in ipso reperire sit boni, non quid deuotionis, non quid mortificationis, non quid eleemosynæ, & similium vel etiam mortuorum & sine charitatis vita. Si enim vel eorum ali- E quid in ipso conspiceretur, vsurpare forsitan ea possemus Ioelis verba.[f] *Benignus & misericors est Deus, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium, & libamen Domino Deo nostro.* Vt postquam dederit benedictionem (sicut exponit Hieronymus) & nostra nobis peccata donauerit, Deo hostias offerre valeamus. Noui ego scelestissimos hominū sicarios admirabili spiritus contritione ad suspendium tendentes, interrogatos, si quid vnquam boni in F scelesti sua egissent vita, propter quod ex sua benignitate tantam Deus illis conferre dignatus sit gratiam, vt hilari, & contrito corde eam susciperent mortem, respondisse vel coronam B. Virginis quotidie recitare solitos, vel quid aliquando alicui à se exhibitum misericordiæ, & similia.

De peccatoris vel peruersissimi salute sperandum in Dei misericordia quando ille quid operetur boni moralis, aut deuotionis.
f Ioel. 2. 13.

15
Queritur Deus quòd in aliquibus impiis nil inueniat boni super quo potētiam suam exhibeat illis misericordiæ excessu parcendo.

Hoc fortasse est, de quo nunc Deus ipse queritur, quòd talis sit aliquorum impiorum vita, vt neque hoc misericordiæ excessū cum illis agere queat, nec quidpiam in eis appareat boni, quo vel à longe excitetur, vt præexpositum illis præstet

præstet misericordiæ excessum, vt in eo quod dicitur, (*Super quo propitius tibi esse potero?*) Si (*Super quo*) neget omne opus bonum: quorum aliquod Deus in impiis optaret, vt super illo eis propitius factus suam magnificaret omnipotentiam, Ac si dicatur, Super quo potero, potentem me exhibebo propitius tibi factus, iuxta illud quod in quadam dicitur Ecclesiæ collecta, *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas.*

16 *Propitiandi impœnitenti peccatori potentiā sibi denegat Deus.*

Quamquam aptiùs, magisque ad literam eadem sententia ingenti cum energia diuinam sibi Deus deneget potentiam ad propitiandum peccatori, quamdiu is in voluntate est peccandi, neque vllum exhibet pœnitentiæ signum, opusque. Sed tunc magna ex tali sensu circa hæc insurgit difficultas, quòd coarctari videtur potentia Dei, quem tamen omnipotentem fidei protestamur confessione, & cui iuxta Angeli dictum, [a] *non est impossibile omne verbum.* Neque enim hîc dicitur, (*Super quo propitius tibi ero?*) Sed ipsa Dei negatur potentia, (*Super quo propitius tibi esse potero?*) Et certum est, potentiæ diuinæ nil subtrahendum, præterquàm id quod imperfectionem in Deo argueret, quale profectò non est, quod ex sua dumtaxat bonitate, & super nullo peccatoris actu pœnitentiæ, vel bono alio propitius illi sit: Aut id, quod implicet contradictionem, quod non ex parte diuinæ est potentiæ, sed ex parte incompossibilitatis rerum, vt sint simul atque non sint: quam incompossibilitatem nec videre est in præexposita Dei propitiatione peccatoris, nullo in eo existente pœnitentiæ actu, seu bono opere alio.

a Luc. 1. 37.

Potentia Dei nil subtrahēdū, nisi quod inferat naturæ diuinæ imperfectionem, & quæ implicant contradictionem.

17 *Verbū posse & non posse multipliciter accipi solitū.*

Cæterùm ei qui in sacris versatus sit literis, atque in sanctorum Patrum lectione facilè ista omnia diluuntur: Dici enim posset: Id dumtaxat hîc significari, quod difficile sit vt à Deo fiat, quomodo & secundùm Aristotelem impossibile apud Philosophos pro difficili vsurpatur, quo sensu Paulus.[b] *Impossibile*, aiebat, *eos qui semel prolapsi sunt, iterum per pœnitentiam renouari.* Seu, quod rarò fiat, quo sensu verbum posse, acceptum reperitur in iis [c] Euangelij, *Quomodo potest Sathanas Sathanam eiicere?* Et, [d] *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Vel, quòd omnino Deus facturus id minimè sit, non quia non possit, sed quia non velit, quo significatu frequens idem est verbum. Non posse, vt cùm dormientibus, somnoque grauibus discipulis dixit Iesus. [e] *Non potuistis vnâ horâ vigilare mecum?*

b Heb. 6. 4.

c Marc. 4. 23.
d Matt. 5. 14.

e Matt. 26. 40.

18 *Peccatori impœnitēti, nihilque boni in se habenti Deus dicit se propitiari nō posse de potētia ordinaria, quia id imperfectionē in ipso argueret, & contradictionē in peccatore.*

Vt tamen sententia ista, (*Super quo propitius tibi esse potero?*) sit efficacior: dicamus, non tam difficultatem in his significatam, aut vsum denegatum, & Dei voluntatem, ipsumque rei euentum, quàm ipsam in euentu tali assertam Dei impotentiam, talemque istiusmodi effectus eidem negatam potentiam, ob eas sanè duas rationes, quibus humano more loquendo diximus eam coarctari: ob imperfectionem, quæ & Deo per illum actum irrogaretur: atque ob implicatam in eo actu contradictionem.

Cùm enim duplex in Deo considerari soleat potentia, altera quæ vocatur absoluta, altera quam ordinariam, seu ordinatam numcupant Theologi, quæ eiusdem Dei respondens decreto est, & ordinationi: Et de hac secunda sermo hîc sit: quis non videat, verissimè dici, Non posse potentiâ istâ super aliquo impœnitentis peccatoris actu eidem propitiari Deum, qui æterno id statuit decreto, vt omnino impœnitenti numquam

A propitietur quamdiu ille in tali est impœnitentiæ voluntate? Supposito namque eo decreto imperfecti quid in eodem Deo, id si fieret, argueretur. Et cùm is dicat. [f] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Si propitiaretur impœnitenti, contradictio esset manifesta, quandoquidem de vno eodemque peccatore assereretur, & per Dei propitiationem esse conuersum, & per impœnitentiam non esse conuersum: quæ fieri nequit, vt simul verificentur.

f Zach. 1. 3.

(*Filij tui dereliquerunt me.*) Si hæc in probationem adiecta sint superioris dicti, prout series ipsa 19

B indicare videtur literæ: triplex ex eis colligo Morale, Vel enim probare per hæc voluit Deus, quòd iure peccatori impœnitenti, tametsi aliquid moralis in se habenti virtutis, bonique operis, propitiari nequire se dixerit, quia is, iuxta supra allatum Hieronymi dictū, apostata ab ipso sit, quum Deum suum reliquerit, cuius rei euidentissimum istud est argumentum, quòd filij quoque illius Deum dereliquerunt, quorum vtplurimùm id præcipuum est studij, vt suos imitentur parentes, eorumque, in rebus præsertim religionis, insistāt vestigiis, ita vt in hoc fortasse potissimum, prout

Patrū impietatis testimonium optimū impietas filiorum.

C ferè docet experientia, id verificetur quod in libro Sapientiæ legimus. [g] *Filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersùs parentes in interrogatione sua*, id est, cùm interrogantur: Inde siquidem audias infidelium magnam partem ad interrogationes de fidei rebus eis factas respondentes, se illam prosequi, & vsque ad mortem tueri religionem velle, quam à patre suscepit, & in qua natus est. Vtinam non & apud fideles atque Catholicos istiusmodi, si non verbis, certè factis ipsis nequitiæ pariter moralis parentum fierent ab improbis filiis testificationes.

g Sap. 4. 6.

D Vel secundò hoc adiectum est ad præcedentium item epitasim. Ac si dicatur, Non solùm nihil in te boni reperio, super quo propitius tibi esse possim. Verùm illud potiùs mihi incitamento est vehementiori, vt vltionem de te, tuisque sumam, quòd, te superstite, ac vidente, & tolerante, filij quoque tui per iniquam viuendi, agendique rationem me dereliquerunt. Vt nouerimus, inter praua quæ in peccatore sint, vel etiam ipsum esse expertem omnis boni, quod est constitutiuum apostatæ à virtute, à diuina lege, atque adeo ab ipsomet Deo, id apud eumdem Deum esse gra-

20 *Patrum inter crimina id Deo grauissimum, quod filiorum tolerant vitia.*

E uissimum, quòd filiorum suorum tolerat peruersitatem.

Vel tertiò non tam pro adiecto hoc secundum accipiendum est istius sententiæ membrū, quàm pro principali eiusdem argumento, ad quod & subsequentia, vt mox videbimus directa sint, & id pariter quod præhabitum est, (*Super quo propitius tibi esse potero?*) vt ibi relatiuum, (*Super quo,*) non iam negatiuè positum sit, vtpote in peccatore obfirmato in animo peccandi omne negans bonum, prout supra accepimus: At potiùs affirmanter, relatum nempe ad plura opera bona,

F quibus is insignitus sit, quem hîc Deus alloquitur, quorum tamen nullum sufficiens sit ad dandam eidem Deo placationem, ne commeritis saltem in hac vita puniat calamitatibus, cuius insufficientiæ id potissimùm sit causa, quòd is ipse tametsi aliàs bonus peruersam filiorum suorum tolerarit vitam, adeoque in illorum negligens fuerit cura, vt manifestè illis Deum suum derelinquentibus, nec eos castigarit, nec qua par erat ratione ipsos increparit. Suppetunt quotidiana & nostris temporibus exempla, ruinæ do-

21 *Patribus tolerantibus filiorū suorum vitia nec bona quæ faciūt opera propitiū reddere Deū possunt, quin illos, eorūque domos, vel in hoc sæculo cōmeritis puniat calamitatibus.*

Domorū ruina plerūque Patribus familiâs alioquin bonis contingit ob filiorum prauam educationem, & tolerationē vitiorum eorūdem.

morum præstantissimarum, adhuc bonis alioquin superstitibus patribus, in pœnam neglectæ ab ipsis bonæ filiorum suorum educationis: In qua adeo & Christiani deficiunt, vt non minùs de iis dici id possit, quod apud Ælianum lib. 12. de Varia historia cap. 56. Diogenes Philosophus de Megarensibus protulisse dicitur, *Megarensis alicuius arietem esse malle quam filium, quibus videlicet pecoris cura erat diligentior, quàm liberorum.* Nec nón & omissæ paternæ increpationis in manifestis filiorum delictis.

Ælianus.

Quòd si & ex sacris literis eiusdem exempla afferenda sint ruinæ, sat certè peruulgatum illud est, quod de ruina domus Heli Sacerdotis in primo libro Regum [a] ad futuram rei memoriam exactissimâ consignatum est historiâ. Sed & de Gedeone, tametsi alias pio, & ab Apostolo Paulo connumerato inter sanctos, [b] *qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt iustitiam, adeptique sunt repromissiones,* & cuius adeo vitam hisce eius concludit historia: [c] *Mortuusque est Gedeon filius Ioas in senectute bona,* moraliter, *& sepultus est in sepulchro Ioas patris sui:* ob id tamen, quòd aliquid admisit negligentiæ in corripiendis filiis, qui vnà cum reliquis Ephrathæis conciuibus Deum dereliquerant, idololatriam admittentes circa Ephod, ornatum sacrum, quem ipse in veri Dei honorem pio fecerat animo, asserit textus: [d] *Fornicatusque est omnis Israel in eo, scil. Ephod, & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam:* temporalem quidem quoad ipsum Gedeonem, & propter deturpatam eximiam illius famam: [e] & propter interfectionem septuaginta filiorum eius: temporalem verò, & æternam quoad delinquentes eius liberos.

a 1. Reg. 2. 26.
b Heb. 11. 32.
c Iudic. 8. 32.
d Iudic. 8. 27.
e Iudic. 9. 5.

22

Patres familiâs attendãt ne in sua familia vigeant vitia pessimũ iurandi, & nominãdi Deũ in vanũ, atque blasphemiarũ, & imprecationum.

(*Et iurant in his, qui non sunt dij.*) Ad specialia deueniens vitia, quibus manifestum fit parentibus, quòd ipsorum filij Deum dereliquerint: & ad quæ maximè attendere debeant patres familiâs, ne in ipsorum saltem domibus admittantur, aut percrebrescant, si propitiari sibi Deum velint, & familiæ suæ: id primò enumerat, quod cùm perniciosius sit, faciliùs nihilominus, & crebriùs perpetratur, in praua situm loquendi ratione, cuius id pessimum, quo per iurandi assiduitatem, perque frequentem Dei in vanum nominationem, & per blasphemas imprecationes Deus ipse grauiter offenditur.

Iurantes inaniter, ac falsò per Deũ iurare quodãmodo dicendi sũt, in his, qui nõ sunt dij.

Dicet autem fortasse aliquis. Quid tria hæc ad sententiam istam, (*Iurant in his qui non sunt dij:*) fateor, vix nostris hisce temporibus præsertim apud fideles reperiri, qui vel cogitet, per falsos Deos iurare; quod antiquitùs idololatras Iudæos secundùm literam fecisse nouimus reprehensos. Cæterùm quoad æquipollentiam & eos qui iugiter in ore sic Dei habent nomen, vt & vanè, & falsò per illud iurent: quasi in inani, falsoque teste, per eum iurare dixerim, quem non esse Deum, eâ contestantur ratione; enimuerò si illum reuera vt Deum agnoscerent, nequaquam in rei falsæ eum adducerent testem, qui est ipsamet veritas, pauerentque illius in vanum assumere nomen, exploratum habentes, [f] *Non habiturum Dominum insontem eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra,* vt in libro scriptum est Exodi. Vnde in libro Ecclesiastici hæc duo simul iunguntur. [g] *Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum,* (neutro genere) *non admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis,* duobus, scil. recensitis, assiduâ iuratione, & vanâ Dei, diuinorumque nominatione,

f Exo. 20. 7.
g Eccl. 23. 9. & 10.

23

Iurare quodammodo per eos qui non sunt dij, dicẽdi sunt, qui cum indignatione, & irreuerentia iurant per vitã Dei, aut per illius mẽbra.

Insuper & eos iurare dixerim per illos qui non sunt dij, quibus frequens in ore ea est iurandi consuetudo, per vitam Dei, quasi Deo obtingere queat mors, aut per irreuerentem membrorum, illius execrationem, præsertim quando cum indignatione, maximaque & cum irreuerentia dicitur, Ad corpus, seu Ad sanguinem Dei, & similia, tametsi post verbi Incarnationem Deus reuera quod assumpsit & corpus, & sanguinem habeat, & membra vt homines. Vide Franciscum Suarez tomo 1. de Religione lib. 1. de Irreligiositate cap. 6. num. 11. qui vnà cum multis aliis, istiusmodi iuramenta propterea inter blasphemias graues adnumerat. Afferens inter alia, &c. Si quis Clericus 22. q. 1. quo dicitur: *Si quis per capillum Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemiâ contra Deum vsus fuerit: si in Ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus, anathematizetur.* Quæ sanè verba & contra illos prolata asserit Ioannes de Turrecremata super id caput, qui irreuerenter nominant membra Christi, & quodam exquisito modo iurandi diuidunt ipsum, quasi membratim: *Qui valde rationabiliter sunt,* inquit, *redarguendi, maximè qui per membra Christi iurant, quæ in aliis hominibus non censentur honesta.* Non ignoro tamen, & complures esse Doctores, qui præexposita iuramenta Dei corpus attingentia, si simpliciter vel etiam per prauam consuetudinem prolata sint, à blasphemiæ nota excludunt. Quid dicam de iuramentis imprecatoriis illis, in quibus Diaboli fit commemoratio, & spirituum infernalium? An non & per ea iurari videtur in his qui non sunt dij? Hæc igitur, & similia è domo sua arceat bonus paterfamiliâs, nullatenus vel in filiorum, vel in domesticorum suorum ore versari patiatur, si super bonis ipsius operibus propitium sibi Deum fieri velit.

Frãc. Suarez.
Ioan. Turre.

In iuramẽtis commemorationem facere Dæmonũ est quoddã iurare per eos qui non sunt dij.

24

Saturãdi verbum duplicis significationis.

(*Saturaui eos, & mœchati sunt.*) Cùm saturandi verbum duplicem habere queat significatum, repletionis ciborum alterum, & alterum repletionis bonorum temporalium, opumque in primis; Duo hîc ad superiora adduntur, in quibus patresfamiliâs ita delinquunt, vt Deus propitium se illis esse non posse affirmet, propterea quod ea in suis tolerent filiis. Primum est, quòd cùm eiusdem Dei benignitate diuitiis ipsi abundantissimè honestati sint, vt inter alia bona opera, ad quæ opes maximè conferunt, & filios suos in eius erudiri facerent disciplina: largiori copiâ filios ipsos liberè vti diuitiis pariter concessêre. Vnde consecutum est, vt & mœchati sint: Ac si dicatur, Permisi, vt tibi à me præstitis vbertim & ipsi filij tui replerentur opibus, & mœchati sunt. Et quidem aptissimè hæc ad rem, de qua in tota hac agitur sententia, cùm & in hoc manifestè appareat, quòd filij familiâs dereliquerint Deum, quòd exhibitis à Deo facultatibus pessimè ad explendas libidines profundunt: quod & diuinâ fit permissione in pœnam ingratitudinis erga ipsum, qui eas imprudentibus largitus est eorum parentibus. Quamuis autem abundantia diuitiarum instrumentum ad omnia sit vitia, prout quotidiana docet experientia; & vt colligunt plerique ex eo Psalmi 72. in quo de diuitibus secundùm falsam hominum opinionem fœlicibus post multa sic dicitur, [h] *Prodiit* ex ipsis nimirum diuitiis illorum, *quasi ex adipe iniquitas eorum,* scilicet vniuersa: *transierunt in affectum cordis,* id est, sat est, vt ad quid corde affecti sint, illico nãque & effectus executione ad illud transiisse censendi sunt. Aptissimè nihilominus instrumentum præsertim

Patres familiâs grauiter Deum offendũt dum permittunt filios suos malè profundere opes ad explendas libidines.

Diuitiæ sunt instrumẽtum ad vitia vniuersa.

h Psal. 72. 7.

Diuitiæ sunt efficacissimũ armorũ genus ad quodlibet difficillimum adulterium.

mœchiæ

mœchiæ & adulterij hîc eaſdem ſignificatur eſſe, A cùm aut ſimpliciter dictum ſit, *Et libidinibus operam dederunt*, ſeu, *& fornicati ſunt*: Sed ſignatè, *Et mœchati ſunt*. Quod enim nullâ ratione fieri poſſe videtur, vt quis per adulterium fœminâ frui queat arctiſſimè cuſtoditâ: id ſanè vnico diues aſſequitur auri, opumque ſuarum inſtrumento, prout eâ apud Gentiles deſignabatur fabulâ,
Auguſtinus. cuius meminit & Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 7. aſſerentes, atque pingentes Iouem immiſſo in Danaæ gremium auri imbre, illam, tametſi arctiſſimè intra turrim clauſam vitiaſſe. Iuuat autem in horum confirmationem & eiuſdem fabulæ explicationem & verſus hîc afferre Ouidij lib.
Ouidius. 3. Eleg. de Auri potentia.

Iupiter admonitus nihil eſſe potentius auro,
Corruptæ pretium virginis ipſe fuit.
Dum merces aberat durus pater, ipſa ſeuera,
Ærati poſtes, ferrea turris erat.
Sed poſtquam ſapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa, dedit.

25 *Diuites omnia aggredi audent in ſua tutò ſperantes pecunia qua & legem ſibi venalem faciunt.*

Quid Gentilium prophana refero figmenta, prophanaque carmina, cùm ex ſacris probare hæc liceat. *Diuites*, inquit Ambroſius lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 4. *putant nihil eſſe, quod non cedat ſuæ pecuniæ, & in gratiam ſui legem volunt eſſe venalem.* Prohibeat licet adulterium humana omnis, diuinaque lex: acerrimæ ſint adulteris decretæ & pœnæ: parati ſint viribus quibus valeant omnibus, omnique & diligentiâ ad ſuas ſeruandas mulieres, & viri, & parentes, fratreſque earum. Mœchantur nihilominus diuites, audacterque ea ſibi quilibet eorum vſurpat verba, quæ & Ephraim apud Oſeam aſſeruiſſe legimus,[a] *Diues effectus ſum, inueni idolum mihi. Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui.* Diuitiis, inquiunt, noſtris inuenimus nobis, & aſſecuti ſumus quod noſtrum erat idolum, quam videlicet inſtar Deam habebamus, cùm in illius eſſemus concupiſcentia. Admodum autem opportunè ad rem noſtram Hebraicam facit vocabulum און *on*, quod & idolum rectè à noſtro redditum eſt interprete, & vim roburque ſignificat: quandoquidem inuento in diuitiis robore eo, quod mox proſecuti ſumus, inueniſſe profectò, & aſſecuti id dicendi ſunt, quod ipſis erat idolum. Omnes verò eorum labores non inuenturos dicunt ipſis iniquitatem, quam peccauerint contra vniuerſas leges, Quia, vt bene ſuper eum Oſeæ locum exponit Hieronymus, *quicquid peccauerint, ſi habuerint diuitias, ab his qui ipſorum indigent auxilio, eis non poterit imputari, ſecundùm illud, quod ſcriptum eſt.*[b] *Et qui iniqua gerit benedicitur.*

Ambroſius.

a Oſea 12. 8. *Diuites vix quiſquam eſt qui arguat quando & grauiter delinquunt.*

Hieron.

b Pſal. 9. 24.

26 *Patresfamiliàs caueant ne in filiis ſuis vigeat gula & crapula vitium.*

Si ſecundo ſenſu ſatiandi verbum, & proprio ri illius ſampſerimus ſignificatu repletionis ciborum, quarti in his filij familiàs manifeſti arguentur vitij, gulæ atque crapulæ, propter cuius tolerantiam & patres eorum indigni redduntur, quibus Deus propitietur, vt ſupra explicatum eſt: quippe qui & ex eiuſmodi vitio pro certo habere poſſent, filios ipſos ſuos Deum dereliquiſſe, F cùm & de toto Iudæorum populo ſcriptum ſit,[c] *Sedit* populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, id eſt, idololatrare, vt exponit Apoſtolus dicens.[d] *Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt, Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, Sicque ſenſus iſtorum, Saturaui eos, & mœchati ſunt, duplex eſſe poterit, Permiſi, vt vſque ad ſaturitatem eſcis, vinoque repleantur, & per idololatriam, quâ ventrem ipſum ſuum, me dere-

c Exod. 32. 6.

d 1. Cor. 10. 7. *Ex gula & Crapula idololatria.*

licto, habuerunt pro Deo ſuo, iuxta illud Pauli,[e] *Quorum Deus venter eſt*, ſpiritaliter mœchati ſunt.

e Philip. 3. 10.

27 *Gula, & luxuria ita ſe conſequuntur vt ferè pro vno adnumerari ſoleāt vitio.*

Vel ſecundò, vt non tam de mœchia ſermo ſit ſpiritali, quàm de carnali, tamquam pro vno duo ſimul eorumdem filiorum familiàs enumerata ſint vitia, gulæ, atque libidinis, quæ ferè indiuiſa ſimul neceſſariò eſſe contingit, cùm veriſſimum de illius ſit Poetæ, *Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Poſt ebrietatem nudatio femorum ſubſecuta eſt*, inquit Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium aliquantò poſt initium, *libido iuncta luxuriæ: priùs enim venter extenditur, & ſic cætera membra* B *concitantur.* & Baſilius Magnus homiliâ de Abdicatione rerum, *Vt fons*, inquit, *aquæ ſi in plures riuulos ſit diffectus, vicina riuulis illis loca omnia herbarum viriditate conueſtit, & quaſi pubeſcere facit: ſic vitium gulæ ſi per cordis tui venas ſe effuderit, & diſtinxerit, indéque permeans ſenſus tuos omnes irrigauerit, vbi libidinum multarum in te ſyluam conſeuerit, animam tuam ferarum habitaculum efficiet.* Et Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 18. *Si vinum, ait, & mulieres diſcedere à Deo faciunt, quod vel ebrietas, vel libido præuaricationis illecebræ ſint, ſi ſingula, & ſeparata hæc faciunt, quid faciunt vnita?* Et C quidam iſtam eorum vnionem cum ſumma conturbatione egregiè ſimilitudine nauis intra proceloſum mare deſignatam explicaſſe mihi viſus eſt idemmet Ambroſius eodem l. cap. 19. expendens id Iſaiæ,[f] *Vlulate naues Carthaginis, Et bene enim*, inquit, *luxurioſos naues dixit. Sicut enim illa vento, ita hi cibo iactantur, & vino. In inſulas repleta potu nauigant corpora, naufragiis circumſonant, tunduntur fluctibus ebrietatis, nec per diem, nec per noctem quieſcunt.* Denique (vt hanc claudam materiam eo ipſo, quo eam probare cœpi) Hieronymus Comment. in id primi cap. epiſtolæ ad Titum,[g] D *Non vinolentum. Vbicumque ait, ſaturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominatur. Specta ventrem, & genitalia, pro qualitate vitiorum ordo membrorum. Numquam ego ebrium caſtum putabo.*

Hieronym.

Baſilius.

Ambroſ.

Luxurioſi cōparati nauibus.

f Iſai. 23. 14. Sec. Sept.

Hieronym. g Tit. 1. 7.

28 *Filiis, ac domeſticis ſuis nullatenus permittant patresfamiliàs diſſipare bona in prauos vſus, in mulieres, in tabernis, ludis &c.*

(*Et in domo meretricis luxuriabantur*) En vitium alium à ſuperioribus diſtinctum, in quo manifeſtè improbi delinquere conſueuerunt filij familiàs, qui Deum dereliquerint: & quod in illis nullatenus tolerare eorum debent parentes, ſi ſibi, domuique ſuæ Deum velint propitium. Iſtud autem vitij in prodigalitate ſitum eſt, & effuſione, ac diſſipatione paternorum bonorum, ac fa- E cultatum in prauos vſus, in cauponis, in ebrietatibus, in ſuperflua muliebrium ornamentorum elargitione, in ludo, & in vano demum cuiuſcumque generis luxu. Vt autem vix vltimi huius præſentis ſententiæ membri, quaue ratione id in eo ſignificetur vitij percipiatur, ſciendum Meretricis vocabulum latiùs in ſcriptura ſacra vſurpari ſolitum, quàm vulgo accipiatur. Hebraicum enim nomen זונה *zonah*, & ſi per antonomaſiam ad eas referatur fœminarum, quæ proprio merentur corpore, ſcortaque aliàs nuncupantur: propriori tamen ſignificatu quamlibet ſignificat fœminam, quæ exteros homines excipit domi, cauponæque exercet munus; ad menſam, ad cubiculum, & ferè etiam ad commercia turpia. Vnde quod in libro Ioſue dicitur,[h] *Ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis nomine Rahab.* Paraphraſis Chaldaica, hoſpitam interpretatur. Sicut & quod in 3. Regum legimus,[i] *Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem Salomonem.* Vide hac de re, atque de hoc ſignificatu pluribus agentem Hieronymum Pradum ſuper Verſ. 15. capitis 16. Ezechie-

Meretricis vocabulo ſignificata qualibet mulier, quæ arte aliquâ meretur, in primiſque Caupona, & ſcortum.

h Ioſue 2. 1.

i 3. Reg. 3. 16.

Hieronymus Pradus.

Ezechielis : vbi & alia congerit loca id compro- A
bantia.

Vlpianus Cod.Vet.

In quorum confirmationem digna mihi videntur quæ hîc describantur textus Legum imperialium verba l. Palam. ff. de ritu nupt. *Palam quæstum facere dicimus non tantum eam quæ in Lupanario se prostituit : verùm etiam si qua (vt adsolet) in taberna, caupona, vel qua alia pudori suo non parcit. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est sine delectu: non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, sed quæ vicē prostitutæ sustinet. Item quòd cum vno & altero pecuniâ acceptâ commiscuit, non videtur palàm quæstum facere. Rectissimè tamen Octauenus ait, etiam eam quæ* B *sine quæstu palàm se prostituerit, debuisse his connumerari. Non solùm autem ea quæ facit, verùm ea quorum quæ fecit, & si facere desijt, lege notatur. Neq; enim aboletur turpitudo, quæ postea intermissa est. Non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam egit. Lenocinium facere non minus est quàm corpore quæstum exercere. Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. Lenam accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens in ea quæstuaria corpora habet (vt multæ adsolent sub prætextu instrumenti cauponarij prostitutas mulieres habere) dicendum hanc quoque Lenæ appellatione contineri.* Hæc Vlpianus.

30 *Domus meretricis nomine significata caupona & diuersoria malarum fœminarum.*

Ex quibus omnibus collige, cum hîc apud Ieremiam dicitur, (*In domo meretricis*) per domum meretricis significatam cauponæ tabernam, seu etiam sordidarum præexpositi generis fœminarum diuersoria, in quibus luxui opera datur, & lusibus, libidini, comessationibus, & ebrietatibus.

Luxuriari verbo significatum luxu & prodigalitate diffluere. Gellius. Ambrosius.

Notandum enim secundo luxuriari quod in his domibus fieri dicitur, latioris esse significationis, quàm vsus & exercitij actus Venerei, prout communiter vsurpari consueuit: propriè. Siquidem studium omne designat luxus, luxuque D ipso diffluere, vt sumit Gellius lib. 15. cap. 8. Adeoque & in luxu ipso prodigum esse. Vnde Ambrosius lib. 2. Officiorum cap. 21. *Prodigum*, inquit, *est sumptuosis effluere conuiuiis, & vino plurimo. Vnde legisti:* [a] *Prodigum est vinum, & contumeliosa ebrietas.* Vbi in nostra Vulgata habetur, *luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas.*

a Prou. 20. 1.

VVLGATÆ.

Vers. 7. Super quo propitius tibi esse po- E tero ? &c.

SEPTVAGINTA.

7. Ποία τούτων ἵλεως γίνωμαί σοι ? οἱ υἱοί σου ἐγκατέλιπόν με, καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. καὶ ἐχόρτασα αὐτοὺς, καὶ ἐμοιχῶντο, καὶ ἐν οἴκοις πορνῶν κατέλυον ?

Vers. 7.] Quanam harum propitius fiam tibi ? Filij tui dereliquerunt me : & iurabant in Dijs, qui non sunt : & satiaui, & mœchabantur, & in domibus meretricum diuersabantur.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica *Propheta dic cœtui Israel, Propter quid dimittam vobis? vocaui eos filios, & ipsi reliquerunt cultum* 1
C *meum, & iurant in nomine idolorum : & rursus satiaui eos bono, & ipsi conuersi sunt, vt fornicentur, & in domo meretricis congregantur.*

Vers. 7. (*Super quo*, &c.)

Hieronymus. *Catalogus peccatorum Ierusalem, dum dicit se ignorare Deus, quâ possit eius occasione misereri* (*filij*, inquit, *tui dereliquerunt me* :) nequaquam mei, sed tui, (*quia iurant in his, qui non sunt Dij. Saturaui eos, & mœchati sunt.*) Audiant qui acceptis à Domino diuitiis, *incubantes luxuriæ seruiunt.* Hieronym.

Theodoritus. *Recenset etiam speciem transgressionis. Non enim vos, ait, soli, & filij vestri iuratis per eos qui non sunt dij : sed & alios adiuratis. Ego autem abundantiam bonorum donabam vobis, quod his verbis innuit,* (*Et saturaui eos.*) Theodorit.

D. Thomas. *Primò arguit in populo culpam idololatriæ. (Super quo) id est, quam rationabilem causam potero inuenire vobis parcendi? (Iurant) eis diuinam reuerentiam impendentes. Secundo arguit culpam luxuriæ, ponens peccati perpetrationem, siue peccandi occasionem (Saturaui) affluentiam temporalium bonorum conferens. Amici enim sunt venter, & genitalia in domo meretricis. Ex eo ipso loco turpitudo peccati augetur.* D.Thom.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΠΟΙ͂Α τούτων ἵλεως ἔσομαί σοι ? οἱ υἱοί σου ἐγκατέλιπόν με.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἐνταῦθα οὐχὶ F τὸ ἀσεβῆσαι ἐγκαλεῖ, οὔτε τὸ ἀποστραφῆναι, ἀλλὰ τὸ ἀσεβῆσαι μετὰ πλήθους, καὶ τὸ ἀποστραφῆναι ἀνοήτως. δεινὸν μὲν γὰρ τὸ ἁμαρτεῖν ἅπαξ, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι, καὶ προσθεῖναι χαλεπώτερον. ἥμαρτες, μὴ προσθῇς ἔτι, καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι.

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅρα καθ' ἑκάστην τιμωρίαν πανταχοῦ κειμένας ἀπολογίας, καὶ τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου διακοπτόμενον. οὕτω καθάπερ τις τινὰ μαστίζων. εἶτα διαναπαυσάμενος ἀπολογοῖτο

Vers. 7. *Quanam harum propitius fiam tibi? filij tui dereliquerunt me, &c.*] 2

Chrysostomi.] *Hic in crimen vocat, non quòd impiè egerint, auersique sint, sed quòd cum multitudine in impietatem corruerint, & stultè auersi sint. Graue enim est vel semel delinquere, perseuerare verò & adiicere, deterius.* [b] *Peccasti, ne iterum adiicias, & de præteritis Deum ora.*

Chrysost. *In Peccatis Deo maximè displicet perseuerantia.*

b Ecc. 21. 1.

Chrysostomi.] *Vide ad singulas pœnas appositam vbique defensionem, & continuationem Sermonis interruptam, perinde ac si quis aliquem verberet, deinde quiescens defendat se* cur

Chrysost. *Castigans Deus defendit se se.*

πρὸς αὐτὸν, καὶ ὅλως οὕτως δι' ὅλου ὁ προφήτης εὐφραίνεται ἀπειλῇ καὶ ἀπολογίᾳ. A

[καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς.]

Βίκτορος.] πρὸς τὸ τῶν δαιμόνων σέβας διὰ τῶν ὅρκων δηλοῖ. καὶ ὅτι ἐγὼ μὲν αὐτοῖς τὸ πρὸς ζωὴν ἐχορήγησα δαψιλές, αὐτοὶ δὲ τοῖς εἰδώλοις τὴν τούτων προσῆγον φιλοτιμίαν, ἐν τεμένεσι δαιμόνων καταλύοντες, τῶν ἐκ πορνευσάντων ἐξ ἐμοῦ. [καὶ ἐν οἴκοις πορνῶν.] ἅμα δὲ ὑπὸ τρυφῆς εἰς τοσαύτην ἦλθον ἀσέλγειαν, ὡς καὶ συνοικεῖν πόρναις, καὶ ἀλλοτρίους γάμους διορύττειν: τούτους οὖν φησι, πῶς ἀθῴους παρόψομαι, [ποία τούτων ἵλεως ἔσομαί σοι.] B

Ολυμπιοδώρου.] ποίαν ἁμαρτίαν συγχωρήσω, ποίαν δὲ μή. [ἐχόρτασα αὐτοὺς καὶ ἐμοιχῶντο.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ἐξ εὐπαθείας τὴν ἀσέλγειαν, τὴν ἀκαθαρσίαν; τί γὰρ ἂν εἴποις. τί ἔχοντες ἐγκαλεῖν; σπάνιν ἀναγκαίων? καὶ μὴν τοσαύτη ἦν ἡ φορά, ὡς καὶ μοιχᾶσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐν οἴκοις πορνῶν καταλύειν.

Ολυμπιοδώρου.] αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ χορτάσας αὐτοὺς πρὸ σαρκὸς, πρὶν ἐνανθρωπῆσαι, καὶ μετὰ σαρκὸς, διὰ λόγων, διὰ θαυμάτων, καὶ τῶν πέντε, καὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.

cur ita fecerit, & vt vno verbo dicam, Propheta planè gaudet minis, & defenſione. (Et iurabant in Diis, qui non ſunt.)

Victoris.] *Dæmonum cultum per iuramenta declarat. (Et Satiaui, &c.) & quod ego ipſis ad victum neceſſaria abundè ſuppeditaui, ipſi verò idolis hæc accepta referebant, diuerſantes in fanis Dæmonum, qui à me defecerunt. (Et in domibus meretricum, &c.) Simul item præ luxu eò procacitatis, libidiniſque deuenêre, vt cum meretricibus habitarent, & alienis toris inſidiarentur: hos autem quomodo ait innocuos præteribo? (Quanam harum propitius fiam tibi?)* 3

Victor. Ingratitudo complurium erga Deũ circa bona temporalia.

Olympiodori.] *Quodnam peccatum remittam, & quod non remittam? (Saturaui eos, & mœchabantur, &c.)* Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Vides è deliciis libidinem & impuritatem ortam? Quid enim inquies? Quid poterant conqueri? neceſſariorum inopiam? ſed tanta erat affluentia, vt & adulterarent, ſcortiſque cohabitarent.* Chryſoſt.

Olympiodori.] *Ipſe enim erat, qui in deſerto eos ante carnem, nondum factus homo ſatiarat, & cum carne, ſermonibus, miraculis, quinque, & ſeptem panibus.* Olympiod.

Verſ. 8.] Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt: Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Equi amatores (ſaturati, ſeu armati, ſeu furentes,) & emiſſarij (manè, ſeu trahẽtes) facti ſunt. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.

Siquidem[a] adeo ſinguli ciuium eius libidinibus erant addicti; vt non immeritò animantium omnium libidinoſiſſimis iis aſſimilandi eſſent equorum, qui bene paſti, ac ſaturi, amatores effecti ſint equarum, quas à longè conſpexerint, quique vel primo mane fœdis libidinum armis, & hinnitu ad equarum trahuntur concupiſcentiam, inter quas degunt vt admiſſarij: ſic quippe & Iudæi ipſi effrænes à furore libidinis tracti abſque vlla fœminarum diſtinctione & voce, & geſtibus vnuſquiſque in vxorem, ſeſe proripiebat, ſocij ſui. D

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Libido hominẽ reddit inſtar bruti, & furioſum.*

Equi amatores, &c. Quia equus præ animantibus reliquis propenſus, & effrænis eſt ad libidinem, prout quotidianâ ſat compertum eſt experientiâ, meritò & apud Ægyptios illius hieroglyphico libidinoſi deſignabantur, & apud Græcos iidem *ἱππόβιοι ippobij, atque ἱππόπορνοι, ippoporni, ab ἵππου, ippou,* id eſt, equi nomine appellabantur. Atque adeò & apud ſacros vates ipſis aſſimilantur equis, vt apud Ezechielem. [b] *Sicut fluxus equorum, fluxus eorum.* Et apud Regium vatem, [c] *Sicut equus, & mulus quibus non eſt intellectus,* quod vſurpari ſolet à pleriſque pro parœmia, illos ſignificante libidinoſos, qui ob effrænem dumtaxat libidinem abſque vlla prolis cogitatione Veneri operam dant. Efficaciuſque hoc loco apud Prophetam noſtrum Ieremiam ad ſummam exaggerandam Iudæorum libidinem equis iidem aſſimilantur, iiſque potiſſimùm, E

b Ezech. 23. 20.

c Pſal. 31. 9. *Matrimonio vtentes ad libidinem tantùm abſque cogitatione procreandorũ Liberorũ ſimiles equis & mulis.*

qui ex equarum conſpectu amore in illas concitati ſint; atque iis, qui admiſſarij propterea nuncupantur, quia huic vni indulgent ſtudio, vt libidinem expleant, in quamcumque adamauerint equarum, cum quibus eos degere contigerit, quaſue habuerint obuias, quod & à longè vel ad primum cuiuſque aſpectum hinnitu, corporiſque ſignificant motibus. Vnde & bene hîc adiicitur de iis Iudæis, (*Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat,*) & voce nimirum, ac verbis, & geſtibus effrænem ſuam patefaciens libidinem, ac quamlibet abſque vllo reſpectu prouocans fœminam.

Præclarè noſter interpres, & honeſtè præſentem explicauit ſententiam, ſenſum potiùs reddẽs quàm verba, ſicut & Sept. qui verterunt, (*Equi θηλυμανεῖς*, ſecundùm Latinam verſionem codicum Complut. & Reg. *amatores,* ſeu iuxta Codicem Vaticanum, *furentes in fœminas, Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*) Cùm in textu Hebraico duæ ſint voces, quæ eamdem valde reddunt ancipitem, atque intellectu difficilem. Siquidem pro eo quod in Vulgata eſt. (*Amatores,*) Hebraicè eſt vox מוזנים *meuuzanim*, ſeu, vt alij legunt, מיזנים *meiuzanim*, quod ab omnibus recentioribus interpretibus ſumitur, vt participium verbi זון *zun* cibare, & paſcere, ac ſaturare. Sic Pagninus, (*Vt equi ſaturati.*) Regia, (*Equi paſti,*) Iſid. & Vatab. (*Equi ſaginati.*) A pleriſque tamen Hebræorũ doctorum ſumitur vt participiũ alterius verbi יזן *iazan*, armare, vt reddendum ſit, (*Equi armati:*) quod quidam honeſtè ſic interpretãtur, *Equi armati,* i. phalerati, vel apparati, alij inhoneſtiùs metaphoricè, vt armati dicantur equi, cùm membrum genitale extra vaginam habent. Noſter interpres videtur eamdem Hebraicã vocem ſine punctis legiſſe מזנים *muzanim*, vt participium verbi זנה *zanah* fornicari, adeoque quod (*fornicarij*) reddere quiuiſſet, bene eodem ſignificatu id reddidit, (*Amatores.*) 2

Altera

Altera Hebraica vox est משכים *maschim*, quam nostri recentiores interpretes sumunt, vt participium verbi שכם *sciacham*, quod manè consurgere significat: seu vt nomen aduerbialiter significans manè: sic Pagninus, (*Vt equi saturati singulo manè erant.*) Regia, (*Vt equi pasti manè erant.*) Isidorus, (*Manè consurgentes*,) id est ad hinnitum: Vatab. (*Manè educti*,) & in Annotat. Hebraicè ait, tantùm legitur: (*Manè*,) id est, singulis diebus, manè, id est, quotidie, pars pro toto. Hebræorum tamen plerique eamdem vocem sumentes vt proprium nomen, significari per id censent regionem vnde ij essent equi, quibus hîc Iudæi assimilantur libidine furentes, in qua regione asserenda nec consentiunt, existimatibus quibusdam significatam Thusciam, aliis regionem Cedarenis finitimam, de qua in Psalmo 119.[a] *Heu me miserum, quia peregrè ago in Mesech, habito in tabernaculis Cedar*, aliis denique Cappadociam. Cæterùm eamdem vocem complures desumunt vt participium verbi משך *masciach*, trahere, extrahere, quomodo id cõmuniter sumptum ab antiquis Græcis interpretibus inquit B. Hieronymus super hunc locum, dicens. *Pro, emissariis in Hebraico scriptum* משכים *maschim, quod omnes voce consonâ* ἕλκοντες, id est, *trahentes transtulerunt, vt ostendatur magnitudo genitalium, iuxta illud Ezechielis*, [b] *Quasi asinorum carnes, eorum carnes.* Rabbi Dauid relatus in Thesauro ita hunc exponit locum. *Equi quibus dederum escam multam in nocte, & sunt saturati secundùm suum desiderium, manè egredientur, & hinnient: Sic & ipsi noctu committebant adulteria cum vxoribus proximorum suorum, & manè læti egredientes gloriabantur de modo perpetrato.*

a Psal. 119. 5.

b Eze. 23. 20.

Vers. 8.] Equi amatores, & emissarij facti sunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 PRosequens Dominus patrisfamiliâs deficienti in correctione filiorum de iis, quibus palàm faciunt ipsum dereliquisse Deum suum, eorumdem filiorum vitia recensere manifesta, postquam semel atque iterum in superiori sententia profusæ illorum meminit incontinentiæ, carnalisque libidinis. *Saturaui eos, & mœchati sunt: Et in domo meretricis luxuriabantur.* Vltimo nunc loco, quasi breui epilogo cætera eorumdem complectens vitia, quorum longior faciendus sibi fuisset catalogus, tertio, & multò maiori cum emphasi effrænem ipsam illorum exaggerat libidinis incontinentiam. Et iure optimo hoc in vno cuncta iuuenum includit vitia: tum quia per hoc vnum id omne ab eis tollitur, quod aliàs habuissent boni, atque virtutis: tum quia ex illo vitia reliqua, tamquam è sordido, fœtidoque fluunt fonte. Beatus Iob crimen luxuriæ definiens, ait, [c] *Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina: Qui nimirum reatus huius facinoris*, dicit Gregorius Papa lib. 21. Moral. cap. 9. *non solùm vsque ad inquinationem maculat, sed vsque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate huius criminis obruuntur, secutus adiunxit, & omnia eradicans genimina: Genimina quippe sunt animæ operationes bonæ: eas tamen, si peruerso ordine caro dominatur, igne luxuriæ omnia benè prolata concremantur.* Et in libro

Luxuria in vitio concludũtur omnia iuuenum vitia.

c Iob. 31. 12.

Luxuria vitio destruitur in anima bonum omne.

Greg. Pap.

A Ecclesiast. legimus, [d] *Qui se iungit fornicariis erit nequam*, per antonomasiam nempe, & in omni vitio eximius, quod efficaciùs Græca exprimit lectio, *Qui adhæret*, seu, *conglutinatur meretricibus audax erit*, ad omnia videlicet crimina, vt pote qui frænum excusserit pudoris: *Luxuria*, inquit Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio, c. 19. *nec finem habet, nec obseruãtiam disciplinæ, luxuria seminarium, & origo vitiorum est. Nec arbitremini me aduersùs Apostolum dixisse, quia ille ait*, [e] *auaritiam radicem esse vitiorum omnium: quoniam luxuria ipsius est mater auaritiæ.* B *Etenim cùm exhauserit quis luxuriando proprias facultates, quærit postea auara compendia.* Et Demetrius apud Ioannem Stobæũ serm. 8. hæc in istorum habet confirmationem. *Luxuria sic suadet: Ede cùm libet, quodcumque tibi suauissimum fuerit. Placetne vicini tui vxor? Miscère cum ipsa. Pecuniis eges? Accipe mutuò: Mutuatus non potes restituere? Nihil reddito. Non credent tibi amplius ad mutuò dandum? Rapito.*

d Eccl. 19. 3.

Ambros.

E luxuria tanquam è fœtido fonte deriuant vitia omnia.

e 1. Timoth. 6. 10.

Demetrius.

5 (*Equi amatores*, &c.) Gregorius Nyssenus lib. de vita Mosis circa medium. Vitam luxuriosam Ranarum similitudine aptissimè designatam arbitratus est, earumque in primis Ranarum, quæ in Ægyptũ immissæ asseruntur in libro [f] Exodi. C *Rana enim, ait, specie deformi, atque loquaci, cui dubia vita (nam & aquaticum, & terrestre id animal est) cuius saltus repens, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur: Vnde optimè per eam sordida luxuriosaque vita designatur, quæ ex corrupto fœtidoque limo passionũ profecta, dubium quoddam animal est, aquaticum scilicet, atque terrestre. Homo namque est, qui ita viuit, electione verò pecus, pecudéque sordidior; vnde fit, vt dubiũ quoddam animal hac vita efficiamur: nam qui naturam respicit, homines: qui vitam considerat, non homines, sed ex brutorum genere nos esse putabit. Sicuti autem immunda Ranarum multitudo domos Ægyptiorum implebat,* D *in mensis eorum abundabat, in lectulis assidebat, in abditis eorum omnibus atque reconditis rebus inueniebatur. Si luxuriæ signa tam in vniuersa domo viri luxuriosi, quàm in singulis inuenias partibus. Nam & in muris, & in aulis diuersæ ad luxuriam animi picturæ, & in vasis sculpturæ impressæ nequitiam prædicant, quibus cogitatio ad cupiditates suas reuocatur vituperosi spectaculi visione, ad animam vsque passionum æstu perueniente, ne scilicet cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur. Similiter si mensas, si lectulos voluptuosi hominis considerabis, idipsum inuenies. Quòd si recondita abditaque huiusmodi hominis, non dico vascula, & capsulas (multis enim ea patent, nec aliena* E *sunt à turpitudine vitæ) sed occulta mentis, & animi perspicere poteris, iam verò accumulatorum Ranarum putredinem reperies fœtidam.* Hæc eloquenter Nyssenus.

Greg. Nyss.

f Exod. 8. 7.

Luxuriosa vita significata per Ranas Ægypti.

Luxuriosus ambiguum animal.

Luxuriosi omnia eius prædicant luxuriam.

Cæterùm multò propriùs, atque aptiùs hoc loco Dominus ad eadem expriméda similitudinem adhibuit equi, cuius & speciales ad viuum libidinosi viri naturam explicantes posuit conditiones, dicẽs: (*Equi amatores, & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.*) Quorum vt percipiatur vis, singula necesse est perpendantur F verba. 6

Et quoad primum, nemo est qui nesciat, inter animantia omnia Equum & superbissimum esse, & salacissimum: Ait enim Aristoteles lib. 6. de historia animalium cap. 22. de illo loquens, *Salacissimum tum fœminarum, tum marium, excepto homine, equus est*: superbiæ verò illius descriptionem ob oculos propositam videre est in cap. 39. libri Iob. Quamuis autem ob libidinis potissimùm impetus is in similitudinem hîc assumptus sit, cùm & propter vehementes huiuscemodi impetus lasci-nire

Equus superbissimus, & salacissimus.

Equo comparatus luxuriosus & ob libidinis impetus, & ob superbiam.

uire prouerbiali ab impetu equorum Græco verbo *ἱππομανεῖν ippomanin*, id est, equorum more,& furiâ lasciuire: & qui tales sint *ἱππόβιοι, ipposij*, i. equorum vitâ viuentes nuncupentur: aptam nihilominus simul per eandem designatam dicere oportet superbiæ cum tali lasciuia coniunctionē.

Luxuriosus est etiam superbus. Greg. PP.

Intus namque dicit Gregorius Papa lib.26.Moral. cap.12. *Prius extollitur, quod foris postmodum luxuriæ corruptione feriatur.* Quod Oseæ testimonio comprobans. *Hinc, inquit, per Oseam contra Israelitas dicitur.*[a] *Spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Et respondebit arrogantia Israel in faciem eius. Ac si diceret, Culpa quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respondit.*

a Ose. 5.4.

Equo comparatur luxuriosus, quia eodem modo cōpescitur luxuria, quo & equus, fræno abstinētia, & studio operādi.

Est & tertia ratio congruētiæ assumptæ similitudinis, quòd tametsi & cæteræ quoq; passiones cōpescendæ homini sint probo: passio nihilominus libidinis eo fere compesci soleat modo, quo & equus item & à superbia compescitur, & à lasciuia, fræno nimirum ori adhibito, atque maxillis, quo & ab esu arcetur, & ad opus deducitur: compertum est autem, his præsertim duobus & nobis libidinis comprimendos affectus, ciborum abstinentiâ, ac iugi operandi studio. Quod significasse visus est Vates Regius in Psalmo 31. vbi, cùm de eiusmodi affectibus similitudine item equi, ac muli ageret,[b] *In chamo ait, & fræno maxillas eorum constringe, vt non approximent ad te.* Vnde de his, qui ad eosdem affectus sunt effrænes, hîc dicitur.

b Psal. 31.9.

7 *Libidinosi amatores crapula excitati, & aucti.*

(*Equi amatores,*) Stat insignis ea Phocyllidis sententia apud Stobæum serm.5.de Temperātia, ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἔρωτας, id est. *Nimius autem luxus, seu cibus ad immodicos trahit amores.* Et quidem bene noster interpres, (*amatores*) vertit Hebraicam vocem, quam alij (vt in litera dictum est) reddidêre, (*pasti*) seu, (*saturi, aut saginati:*) quámve & Sept. maiori efficacia interpretati θηλυμανεῖς *thelymeneis*, id est, (*insanientes*, præ fœminarum scilicet amore. Ostensum est enim supra, cùm mox diceretur, *Saturaui eos, & mœchati sunt*, Escæ potusque saturitate promoueri & homines, sicut & reliqua animalia ad libidines, fœdosque amores.

Amore libidinoso insaniūt homines. c Psal. 31.9. *Luxuriosus fimet equum facit malitiâ suâ.*

Quàm rectè autem istiusmodi amatores saginati equi dicātur insanientes, ex illo patet Psalmi quo dicitur,[c] *Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est intellectus,* Quo loco pondera loquendi rationē. *Nolite fieri*, quæ ad explicationem facit eius, quod hic haud simpliciter dictum est, *Equi amatores, & emissarij sunt*: sed, *Equi &c. facti sunt*: non à Deo, nō à natura, neque ab alio quàm à semetipsis, qui, dimissâ Dei similitudine, quam in se habebāt, cùm in honore essent, vt pote homines ad diuinā imaginem conditi, & virtute præditi, propriâ ipsorū malitiâ comparati sunt iumentis insipientibus similes illis effecti, vt alio dicitur in Psalmo.[d] Et bene ob hæc duo potissimùm equis similes insanientibus, quòd saturitati dediti sunt, ac fœdis amoribus. Vt enim ex Aristotel. sect. 28. Problematum, quæst.2. asserit Aulus Gellius lib.19. c.2. *Duæ istæ voluptates, gustus, atque tactus, id est, libidines in cibos, atque in Venerem prodigæ, solæ sunt hominibus cōmunes cum bestiis: & idcirco in pecudum, ferorumque animalium numero habetur quisquis est his ferinis voluptatibus præcinctus. Cæteræ ex tribus aliis sensibus proficiscentes hominum esse tantum propriæ videntur.*

d Ps.48.13. *Gulâ, atque luxuriâ potissimū homines redduntur feriæ bestiæ.* Aulus Gell. Aristot.

8 *Incontinens gulâ ac luxuriâ nō potest esse prudens.* d Ose. 4.11.

Fornicatio,[d] *& vinum, & ebrietas auferunt cor*, dicitur apud Oseam Prophetam, quia per incontinentiam gustus, ac tactus insaniunt homines, corde, ac mente & intellectu, omnique destituti prudentiâ. Incontinentem namque prudentem esse non posse asserit Philosophus lib. 2. Magnorum Moral. cap. 7. & Hierax lib. de Iustitia apud Stobæum supracitato serm. 5. *Virtutem illam ait, quæ ambo ea vitia repellit, σωφροσύνην, sophrosynim, continentiam, seu temperantiam, Sapientes Græci vocauerūt, vt quæ sit σωτηρία φρονήσεως, hoc est, prudentiæ incolumitas, & salus.* Id quod & Plato contestatus est in Cratylo, & Aristoteles lib. 1. Rethoric. De Imprudentiis autem, & insaniis amantium incontinenti, fœdoque isto, de quo hic sermo est, amore, plenæ & sacri, & prophani sunt libri, & absque libris vel visu, vel auditu re ipsa earum ferè quotidie conscium esse fas cuique est.

Arist. Hierax. Plato. Aristot.

9 *Luxuriosi quemodo sicut equi emissarij.*

(*Et emissarij*) En quales sunt qui huic addicti sunt vitio, sicut equi emissarij, quorū nihil aliud totâ die est studij, nisi vt ociosi cum equabus vagentur per agros, ventri, Venerique operam dantes effrænes, non gloriæ insudantes belli, nō magnifica pompa currus trahentes, non nobilium inseruientes equitationi, non in stadio currentes, non demum oneris quid admittentes. Circa quæ si practicè agendum esset, multa essent, quæ diceremus.

Luxuriosi amatores insaniūt, internam suā concupiscentiam extrinsecus omnibus propalantes.

(*Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.*) Nota, non tam de equis ampliùs hic esse sermonem, quàm de libidinosis ipsis hominibus, quorū imprudētia, atque insania ea demum est, vt & internam alienarum vxorum concupiscentiā suam equino more externis propalēt & verbis, & gestibus, & actibus. Quid verò aliud esse dixerimus importuna è præcordiis emissa suspiria ad amasiarum aspectum? quid frequentes salutationes? quid lenocinia? quid significandorum æstuum nuncia? quid contexta carmina, & cantiones? quid denique matutinæ, ac serotinæ in publicis viis cantilenæ: Hinnitus planè irrationabilium, & effrenum equorum.

VVLGATÆ.

Vers. 8.] Equi amatores & emissarij, &c.

SEPTVAGINTA.

8. ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζον.

Vers. 8.] Equi furentes in fœminas facti sunt: vnusquisque super vxorem proximi sui hinniebat.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Equi emissarij moram facientis fuerunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* 1

Vers.8. *Equi amatores,* &c.

Hieronymus. *Hoc est, quod in alio loco scriptum est, assimilati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis. Simulque tantam ostendit insaniam libidinis, vt non solùm appetitum voluptatis, sed hinnitum vocet, & seruet equorum furentium ad libidinem metaphoram.*

Hieronym. *Peccatores non homines dicendi sed bestiæ.*

Idem Hieronymus super cap. 8. Ezechielis. *Possumus & in nostri templi parietibus, idola monstrare depicta, quando omnibus vitiis subiacemus: & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imaginesque diuersas. De quibus & in Psalmo dicitur:*[e] *Domine in ciuitate imaginē ipsorum dissipabis. Et in*

Hieron. *Imagines certi animaliū in nobis depictas habemus, quorum imitamur vitia.* e Psal. 72.20.

a Psal. 57. 5. in alio loco: [a] *Verumtamen in imagine perambulat homo. Quod scilicet nullus hominum sit, qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati.* b Matt. 3. 7. *Quamobrem furiosis dicitur & iracundis.* [b] *Furor illis secundum similitudinem Serpentis: sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium. Et de hominibus nequam:* c Luc 13. 32. [c] *Generatio Viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Et de Versipellibus ac fraudulentis:* [d] *Ite dicite Vulpi huic. Ac de amatoribus fœminarum (Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.)*

Idem. *Equi similitudinem diuersimodè habet & luxuriosus, & castus.*

Et super cap. 14. Zachariæ. *Qui prius (equus fuerat hinniens ad vxorem proximi sui) & impatiens ad libidinem ferebatur, & iacebat in turpitudine voluptatum, cùm sequi cœperit castitatem, dicetur ad eum.* [e] *Surge camus hinc.* [f] *Et Surge, veni proxima mea. Et in Apostolo:* [g] *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Cumque surrexerint qui antè ceciderant equi, & mollia terga Domino præbuerint ad sedendum, dicent ad Deum:* [h] *Ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus.*

d Ioan. 14. 31. e Cant. 2. 10. f Ephes. 5. 15. g Haba. 3. 8.

2 Io. Chrysost. *Peccatores nō homines dicendi, sed bestiæ.*

Io. Chrysostomus homil. 23. in Gen. *Ostendit iniquos haud dicendos homines, sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutatos malitiâ voluntatis generositatem naturæ amisisse, Quia cùm in malum, inquit, declinant, & serui fiunt irrationabilium affectionum, imponit illis scriptura bestiarum nomina, Audi, (Equi mulierum amatores facti sunt.) Vide quomodo ob immodicam salacitatem hanc cognominationem acceperunt.*

Clem. Alex

Clemens Alex. lib. 2. Pædagog. cap. 10. *Malæ cupiditati nomen est petulans iniuria, & equum cupiditatis petulantem, ac insolentem vocauit Plato, cùm legisset, (facti estis mihi equi furentes in fœminas.)*

Basilius. *Voluptatibus gulæ ac veneris homo similis brutis animantibus.*

Basilius libro de vera Virginitate, aliquantò post initium. *Ex rationali, ait, & irrationali, id est, animali parte iuxta Physiologiam hominem velut Centaurum quemdam Creator effingens superiori parti à capite vsque ad pectus humanâ formâ insignitæ, reliquum corpus ab vmbilico, & lumbis equinâ subiecit effigie, quæ ad ventris voluptates brutorum instar pronа, atque ad concubitus effrenatè proclinis est. Neque eum ab irrationabili parte per luxum rapi ratione præditam voluit: Sed à rationali potiùs rationis expertem ad vsus necessarios regi sapissimè statuit. Huius denique sibi indultæ diuinitus potestatis gratiâ si quando rationalis pars peruerso ordine ipsa non regit, improperat aurigæ sermo diuinus, equi insanientes in fœminas facti sunt.*

3 Ambrosius. *Gula ac libidini se dedens quàm alienū à natura hominis.*

Ambrosius lib. 6. Hexameron cap. 3. *Cur illecebris corporalibus deditus ipsum te inhonoras, dum ventri, atque eius passionibus deseruis? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit? (ut te iumentis comparas, à quibus te voluit Deus segregari, dicens* [h] *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus? Aut si te edacitas equi, intemperantiaque delectat, & adhinnire ad fœminas voluptati est, delectet in fræno maxillas tuas chamoque constringi.* h Psal. 31. 9.

Ambros. *Equus peccati symbolum.*

Idemque Ambrosius, lib. 2. de Abraham Patriarcha cap. 7. *Equus stare nescit, velox ad impetum, ceruicem exaltans suam, hinniens ad libidinem. Quid tam simile peccati? Feruet enim primo culpa impetu, & omnem recti cognitionem præuenit, motuque immaturo exilit, vt eam difficilè ratio reuocare possit: fertur in præceps, & ascensorem eius proiicit in mare istud huius sæculi ceruice tumidâ, recusans iugum correctionis; & specialis quædam forma libidinis, quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, suisque se prodat sermonibus.*

Saluianus. *Libido quanta hominum nostri sæculi.*

Saluianus Massiliensis lib. 7. de vero iudicio, & Prouidentia Dei, pag. 65. (*Equi emissarij in fœminas facti sunt.*) ait Propheta, *Vnusquisque enim ad vxores proximi sui hinniebat.) Illi de quibus hæc scripta legimus, & minore fortasse crimine, & minore, vereor, numero criminum, ac peruersitate peccabant. Hi autem.* (loquitur de fidelibus eius temporis) *verè & emissarij equi non ad paucas tantùm, sed penè ad omnes vernulas suas, id est, ad greges proprios hinniebant, & in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, feruidâ libidinis debacchatione grassantes, in quamcumque eos primùm fœminam ardens impudicitiæ furor traxerant, irruebant.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἵππoι θηλυμανεῖς.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] *ὅρα πῶς παρέστησε τὴν ἡδονήν. ὅρα πῶς εἰς ἀσέλγειαν ἐξί-πιπλον, αὐτὴν τὴν φύσιν ἠτίμασαν. ὅρα τὸ ἀναιδὴ μιγνυμένων τῶν ἀλόγων ἐστίν.*

* For. ἀναιδῶς.

Vers. 8. Equi furentes, &c.) Chrysostomi.] *Vide vt voluptatem expresserit. Vide vt ad libidines labebantur, naturam ipsam contumeliis affecerunt. Vide vt inuerecunda Venus brutorum propria.*

4 Chrysost. *Voluptatis expressio optima. Luxuria impudens brutorum propria.*

Vers. 9.] Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

k *Numquid super his non visitabo? seu non requiram?)*

Cvm [k] *talia qualia mox exposita sunt, in ciuitate Ierusalem vigeant scelera, cùm tanta sit Iudaici populi peruersitas, tantaque in iisdem sceleribus obfirmatio: Iudicent quotquot rationis sunt compotes; Quin & tibimet scelesta do, vt definias, æquum ne sit, vt super iis non irascar, quæ propterea sigillatim exposui, vt & singillatim expendi ab vnoquoque possent.*

Nonne qui sapientissimus Regum sum, & iustissimus super his visitationem instituere, inquirere, rationemque exigere debeo? Æquum certè est, vt primò infidum, rebellemque populum in animo meo cruciem visitatione, vlturus postmodùm de illo & eâ, quam meretur vindictâ.

[l] *Vlciscar sanè de hac gente, & de qualibet, quæ illi sit similis. Quòd si in qualibet ex Gentilium me ignorantium natione his contaminata sceleribus vlciscar, quantò magis de hac vindicabor à me alienata, adeòque & gentium omnium pessima?*

l *Et in gente tali, seu, quæ sicut hæc, non vlciscetur anima mea?*

Læsit diuinitatem meam per idololatriam, læsit infidelitate, fraudibus, mendaciis, ac periuriis proximos suos, An non de illa, quæ anima locum in me obtinere videtur, mea vlciscetur natura diuina, cuius

comet

comes eſt vltio, cui & omnis ſeruata eſt vindicta?

Præuaricationibus ſuis meæ obſtitit voluntati, quam iure animam meam appello, fieri ne poterit, vt quæ adeo graues à gente tali ſuſtinuit offenſas, in illa minimè vlciſcatur?

Perculſit mea & animi, & cordis penetralia, Vindicabitur certè de ea animus ipſe, & cor meum, in quo alta radice indignationis exacerbatum perdurat vulnus.

Iuſtitia expoſcit, vt ipſa animi mei intentio, quæ, tota in illius conuerſa erat curam, ipſeque animæ meæ affectus, quo in eam defixus eram, aduerſus illam vlciſcatur.

Omni itaque impulſus, coactuſque iure ad vltionem de illa ſumendam, qui patiens, & multæ ſum miſericordiæ, rabidâ iam (vt ita dicam) animæ meæ fame de hoſtibus meis vindicabor.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccatoris condemnationem quantâ cautelâ faciat Deus.*

ENVMERATIS aliquot ex præcipuis Iudaici populi ſceleribus expoſiturus, quâ ratione grauiſſimas de illo ſumpturus ſit pœnas, hanc Dominus præponit ſententiam, (*Numquid ſuper his non viſitabo*, &c.) qua magna cum emphaſi indicat ſe, & peruerſitate taliũ ſcelerum, & obſtinatione talis gentis, ſuaque omni iure id expoſcente iuſtitia cogi, vt dimittat iam amplius eorum miſereri. Habent autem verba ſingula vim ſuam peculiarem. Siquidem primâ interrogationis particulâ ſignificat, ſe eius quod mox dixit, vniuerſos quotquot rationis ſunt compotes expoſcere iudices, imò nec ipſummet eo in iudicio reſpuere ſceleſtum populum, Ac ſi dicat, Deſini tumet, iudicentque & gentes vniuerſæ, An fieri poſſit, vt ita exacerbatus non vlciſcar? vtue tot, & talia impunita dimittam ſcelera? Hoc quippe indicat quod ait, (*Super his*) ſeu ex Hebr. (*Contra hæc*,) quæ ſcilicet ob id ſingillatim expoſui, vt & ſingillatim expendi ab vnoquoque poſſent.

Viſitandi verbum ſumitur in bonum & in malum pro punire.

Porrò verbum viſitandi aptiſſimè adhibitum hîc eſt, (*Numquid ſuper his non viſitabo?*) Viſitare enim Hebraicâ phraſi tametſi ſæpius & in bonum ſumatur, frequenter tamen vſurpatur & in malum, præſertim cum præpoſitionibus ſuper, & contra, prout hoc loco, pro vlciſci nimirum, ac pro punire, quorum amborum ſignificatuum plenæ ſunt ſacræ paginæ: propriè autem ſignificat rationem exigere, quod tam de bonis, quàm de malis contingere poteſt, quamquam de malis contingat frequentiùs: vnde & noſter interpres aliquando requirendi, & quærendi id reddere ſolet verbis, vt 2. Reg. Pro eo quod Hebr. eſt, [a] *Tu viſitaſti*, vertit, *Tu requiſiſti in me, quod argueres pro muliere hodie*. & Iob. 14. [b] *Cùm quæſierit quid reſpondebo illi*, vbi Hebræa, *Cùm viſitauerit*, iuxta quod & Sept. *Si viſitationem aliquam faciat*. Quo ſenſu illud & hîc libenter ſumerem, Ac ſi dicatur, Numquid ſuper his non requiram? non faciam viſitationem?

Viſitare propriè rationem exigere, & inquirere.

a 2. Reg. 3. 8.

b Iob 31. 14.

2 *Viſitationes quàm rectè, & ad quid inſtituta, quámue neceſſaria.*

Magnatum namque & Principum ſapientum id quoque in more eſſe nonimus, vt quandocumque res Prouinciæ, Regniue, aut ciuitatis alicuius ſibi ſubiectæ malè, vel propter rectorum adminiſtrationem, vel propter ſeditioſorum hominum rebellionem, vel propter quid ſimile ſe habere perceperint, illico vel per ſemetipſos, vel per idoneos miniſtros viſitationem ibi inſti- A tuant, qua de ſingulis requirant, puniantque iuridicè & vlciſcantur. Quis verò eſt qui neſciat, iis qui culpæ ſe ſenſerint obnoxios, tunc temporis idipſum cenſeri viſitari, atque puniri, & caſtigari; quamquam non ignorent, fieri poſſe, vt vltio non ſubſequatur ob rationem aliquam? Ait igitur Dominus ad rebelles ciues Ieruſalem, Cùm hæc, quæ enumerata iam ſunt, in veſtra hac ciuitate vigere ſat omnibus peruulgatum ſit, Nonne, &c. Æquum certè eſt, vt primò infidelem, ac rebellem hunc populum meâ animo cruciem viſitatione, vlturus poſtmodùm & eâ, quam meretur B vindictâ ineuitabili.

3 *Perſona tertia pro ſecunda adhibita ob indignationem.*

Quod & per interrogationem explicans adiicit, *Et in gente tali non vlciſcetur anima mea?* Quæ ſumi poſſunt, vt ipſimet populo dicta, quem meritò ad ſuam indignationem ſignificandam Deus in tertia perſona alloquatur, nec ſuum appellet populum, prout conſueuit, & vt indefinitè habita ad quoſcumque qui præexpoſitorum populi illius compotes eſſent ſcelerum: quod cõgruit magis Hebraicæ lectioni, (*An in gente quæ ſicut hæc*, ſcilicet eſt, *non vlciſcetur anima mea?*) Quæ & hunc habere queunt ſenſum. Si in qualibet ex C Gentilium me ignorantium natione ſceleribus hiſce contaminata, quibus contaminata eſt gens iſta, vlciſcerer, quantò magis de hac vindicabor à me alienata, adeóque & gentium omnium peſſima? vt ſit argumentum à minori ad maius: quem ſenſum indicat Hebraicum nomem גוי *goi*, quod apud Hebræos Gentilibus ſolitum eſt tribui, Congruitque idem ſenſus & lectioni Vulgatæ, (*Et in gente tali*) qualis, ſcilicet iſta eſt, (non vlciſcetur anima mea? Tametſi ſumendo gentis vocabulum vt gentili tribuitur populo, in exprobrationem eo appellatum dicere poſſimus Iudai- D cum populum, quem gentium more idololatriæ ſtudioſiſſimum mox declaratum vidimus, Ac ſi dicatur, Nonne æquum eſt, vt in extraneo populo, inſtar gentilium iam & ipſo gente idololatra vlciſcar?

De Chriſtianis, atque de religioſis quâ rationabiliter vltionem ſumat Deus eis ſi praui extiterint.

Fideles praui in exprobrationem appellari à Deo Pagani.

4 *Deus quaſi coactus vlciſcitur contra nos.*

Bene autem vlciſcendi potiùs quàm puniendi, caſtigandi, damnandi, aut ſimilium appoſitum eſt verbum: vt exploratum omnibus fieret id quod & primum animaduerti, Deum ad hæc deueniſſe quodammodo coactum, nedum ab expoſitis eius populi ſceleribus, vt in prima huius ſententiæ parte ſignificatum eſt, (*Numquid ſuper* E *his non viſitabo?*) Sed & triplici aliâ ratione, primùm, ex debito propriæ iuſtitiæ, ſecundò, ex peculiari natura ſua diuina, & tertiò, ex offenſo ſui cordis, affectuſque (vt ita dicam) intimo. Cogitur quodammodo Deus ex debito propriæ iuſtitiæ, ad vlciſcendum enim cogitur, non tam vt ipſi puniantur ſceleſti, quàm vt ſuæmet ſatisfiat iuſtitiæ, quæ ad id illum quodammodo impellit, atque in hoc differentiam conſtituit Ariſtoteles lib. 1. Rethoric. cap. 10. inter pœnam & vltionem, quod pœna eius, qui patitur gratia fit, vltio verò eius, qui facit, vt expleatur, quod idem- F met Deus ſubindicaſſe viſus eſt cùm diceret, [c] *Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam, inebriabo ſagittas meas*. (iuſtitiam ſcilicet meam) *ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes*, &c. quibus eiuſdem iuſtitiæ deſignatur expletio.

Ad vltionem impeditur quodammodo Deus ex debito propriæ iuſtitiæ. Ariſtoteles.

c Deut. 32. 41.

Vltio & punitio quomodo inter ſe differant.

5 *Ad vltionem impellitur quodammodo Deus à diuina ſua natura.*

Cogitur ſecundò ſuo modo ex eo ipſo, quòd Deus, ex diuina natura. Quam rationem explicare etiam licet ex Ariſtotele, cùm ad finem libri de Mundo ait, *Operatur quidem Deus ſecundùm naturam, è veſtigio comitem habens iuſtitiæ præſidem,* quam

quam Siam, dichin, id est, vindictam nominauerunt, diuinæ legis vindicem, simul vt quicquam sanctionum eius prætermissum est. Quid Aristotelem refero? cùm vltio ita diuinæ sit peculiaris naturæ, vt ipsemet Deus illam vt propriam sibi adsciscens dicat,[a] *Mea est vltio, & ego retribuam*, quod & in epistola ad Hebræos,[b] & in ea quæ ad Romanos citat Apostolus, suadens fidelibus, vniuersam de iniuriis à proximo acceptis Deo relinquendam vltionem, ad cuius naturam spectat, vt omnem impleat vindictam, nedum pro semet, sed & pro aliis quoque,[c] *Non vos metipsos*, inquit, *defendentes charissimi, sed date locum iræ, Scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.* Quod & Vates Regius contestatus est, dicens,[d] *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit.* iuxta liberam scilicet naturam suam, quæ nulli subdita est, bis Deus vltionum illum appellans, tum vt significaret, vltiones vniuersas illius esse, tum vt distinctè & eas indicaret vltiones, quæ aliorum, ad aliosque spectantes esse viderentur, & eas, quæ de sibimet irrogatis essent iniuriis.

Vltio peculiariter ad Deũ spectat. a Deut. 32. 35. b Hebr. 10. 30. c Rom. 12. 19. *Vltiones omnes Deo relinquendæ.* d Psal. 93. 1.

6 Hæc est enim tertia, quâ is & ad vlciscendum impellitur ratio. Nam si iuxta doctrinam S. Thomæ quæst. 108. art. 1. ad 4. tametsi secundùm virtutis perfectionem possit vnusquisque hominum remittere vindictam iniuriarum, quæ suæmet illatæ sint personæ, nullâ tamen ratione omittere illam debet quisquam, quando iniuriæ in Deum redundent, vel in eius Ecclesiam, adeoque vltio ipsa inter virtutes ab eodem adscribitur D. Thoma, vbi supra art. 2. Quis eidemmet Deo eamdem denegare audeat virtutem, à cuius defectu non nisi per vitium illi contrarium recederet? Quis ab illa eum quodammodo impelli abneget, ne dum ad proprias, sed & ad quorumcumque hominum, in primisque iustorum vlciscendas iniurias? Certum est, iuxta moralis Philosophiæ, & Theologiæ regulas, Principem, rectoremque omnem, necessariò teneri eas vlcisci iniurias, quæ ipsorum spectent regimen, & dignitatem, easque vniuersas, quæ suis illatæ sint subditis, quorum rationem indicat Paulus dicens,[e] *Non est potestas nisi à Deo, & qui resistunt potestati, Dei ordinationi resistunt, & Dei minister est, & vindex malorum ei qui malum agit.*

Vltio dimitti non potest cũ iniuriæ redundant in Deum, vel in Ecclesiam. D. Thom. *Vltio est etiã virtus.* *Vlcisci debet Princeps, & Prælatus de iniuriis illatis dignitati, & illatis suis subditis.* e Rom. 13. 1. 2. & 4.

7 Multò igitur certius idipsum dicendum de Rege Regum Deo, præsertim cùm in illo vltio ipsa à zelo proueniat charitatis, nec summæ eius aduersa sit patientiæ, atque misericordiæ, iuxta illud lib. Numer.[f] *Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem, & scelera*, (vlciscens nimirum illorum) *nullumque innoxium derelinquens*, quæ clariùs explicat Nahum Propheta, dicens,[g] *Deus æmulator*, id est, zelo irascens charitatis, *& vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis*, à quibus videlicet iniuriam passus fuerit, quam vlciscatur. *Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem*, id est, Dominus cùm patiens sit, magnusque miseratione, quam & fortitudinis nomine sanctus in præcitato loco poposcit Moyses, cùm diceret,[h] *Magnificetur ergo fortitudo Domini*, &c. Est nihilominus & vlciscens, nec cuiquam illatas sine vindicta remittit iniurias, ne delinquentem aduersùm se mundum, atque innocentem pronunciare, & facere videatur. Quòd si suis aliquando dixit subditis,[i] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Fieri ne posse censebimus, vt illatas & illis non vlciscatur iniurias?[k] *Laudate*, ait Moyses, *populum eius*,

Vltio prouenit in Deo ex zelo charitatis, & non est aduersa patientiæ & misericordiæ illius. f Num. 14. 18 g Nahum. 1. 2. *Fortitudo pro misericordia.* h Num. 14. 17. i Zach. 2. 8. k Deut. 32. 43.

A ob id nimirum quàm maximè, *quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur*, scil. Deus, *& vindictam retribuet in hostes eorum.*

8 Rationes has omnes ipsemet in his, quæ præ manibus habemus, subindicat Dominus, dum inquit, (*Et in gente tali non vlciscetur anima mea?*) Interroganter enim loquens, & admiranter, significat, fieri id minime posse, &, si fieret, meritò summum in vniuersis causarum stuporem, & scandalum. Quamuis autem non ignorem, celebrem in sacris literis eam esse Hebraicam phrasim, quâ Anima mea ponitur pro, ego ipse, B vt cum dicit Dauid,[l] *In Domino laudabitur anima mea*, pro ego ipse laudabor in Domino. Hoc tamen loco eam minimè seruatam crediderim phrasim, sed per auxesim animæ nomen adiectum, prout & alibi sæpius, & ad præallatas, (vt dictum est) subindicandas rationes. Animæ enim Dei vocabulo significari potest primò id quod in Deo rationem habere videtur formæ, sicut anima in homine, ipsa nimirum eius diuina essentia, quo indicatur secunda ratio, Ac si dicatur, & in gente tali non vlciscetur natura mea diuina, cuius ipsa comes est vltio? Secundò, significatur C eiusdem Dei voluntas, prout apud Isaiam,[m] *Calendas vestras, & Sabbata vestra odiuit anima mea*, Cui sensui Hebraicum fauet verbum, quod rectè sic vertes, (*Non se vlciscetur*, &c.) Significatur tertiò id quod in Deo animi, cordisque obtinet locum, in quo & illatæ insident offensæ, quodque maioribus, humano more loquendo, afficitur iniuriis, quomodo animæ nomen vsurpauit Beatus Iob, quando amicis ipsum suis offendentibus verbis respondit,[n] *Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* Vt sensus sit. Offensionibus suis populus iste mea cordis perculserunt D penetralia. Sanè aduersùs gentem talem animus ipse meus vlciscetur, & cor meum, in quo perdurat vulnus.

Anima pro persona, Anima mea pro, ego. l Psal. 33. 3. *Vlcisci animã Dei de aliquo quid sit.* *Anima Dei significat illius essentiã, & naturam diuinam, vel etiam illius voluntatem.* m Isai. 1. 14. *Anima pro corde, & animo.* n Iob. 19. 2.

9 Quartò, animæ Dei nomine illius designari potest affectus studiumque & animi intentio erga aliquem, quomodo apud Ezechielem,[o] *Recessit*, ait Deus, *anima mea ab ea*, scilicet Iuda, *sicut recesserat anima mea à sorore eius*, scilicet Samaria, & apud nostrum Ieremiam in sequenti cap. 6.[p] *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te*, &c. Ac si hîc idem dicat, Æquum est, vt ipsa animi intentio, ipseque animæ meæ affectus aduersùs E eam Gentem vlciscatur, Quæ iis consona sunt attributis, quæ supra ex Nahum retulimus, *Deus æmulator, vlciscens Dominus.* Solet demum quintò animæ vocabulum in scriptura accipi pro edendi appetentia, proque ingluuie, & ventriculi voracitate, vt in Psalmo 77.[q] *Cùm peterent escas animabus suis*, &[r] *Misit saturitatem in animas eorum.* Iuxta quam acceptionem ingenti cum energia significat hoc loco vehementissimum in se commotum eius gentis vlciscendæ impetum, eiusdemque vltionis famem, quam voracitatem pluribus voracissimarum bestiarum similitudinibus F apud alium exprimens Prophetam,[f] *Ego* inquit, *ero eis quasi Leæna, sicut Pardus in via Assyriorum, Occurram eis, quasi Vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi Leo.* Et secundùm hunc sensum hæc loquendi forma, *Et super gente tali non vlciscetur anima mea?* prima ex præallatis confirmatur rationibus, quibus ad vlciscendum impellitur Deus, sicut ex eadem loquendi forma iuxta sensus secundo, tertio, & quarto loco allatos, Tertiam earum item rationum hîc significatam habemus.

Anima Dei, illius affectus & animi intentio. o Ezech. 23. 18. p Ierem. 6. 8. *Anima pro edendi appetentia, & ventriculi voracitate.* q Psal. 77. 18. r Psal. 105. 15. *Vltionis impiorum quanta sit Dei fames.* f Hose. 13. 7.

A

Verſ. 9.] Numquid ſuper his non viſitabo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10 CVM viſitandi verbum hoc loco, prout in Expoſitione literæ explicatum eſt, pro inquirere vſurpatum ſit, & pro rationem exigere: qui ſunt duo præcipui forenſis cuiuſque viſitationis actus. Neceſſitatem primò probare ex hiſce potes viſitationum à Principibus, & Prælatis per ipſoſmet, quoad fieri poteſt, inſtituendarum: Cùm idemmet Deus, cui omnia patent, vel etiam abditiſſimæ hominum cogitationes, neceſſarium id ſibi adeo cenſeat, vt & neminem quoque id negare poſſe ſignificet. Tum & rectè eiuſdem forenſis viſitationis ordinem in his ipſis ſubindicatum colliges. Vt nimirum aliqua præcedat criminum diffamatio, tum ſecundo loco fiat inquiſitio, & viſitatio, quam denique inquiſitionem actus ſequatur admiſſorum vltionis criminum. Quem ordinem Theologi, & iura pariter omnia aſſignant, confirmatque illius neceſſitatem Innocentius Papa extra de Accuſa. c. Qualiter, & quando: tum ex eo Euangelij, in quo de iniquitatis villico priùs dicitur,[a] *Et hic diffamatus eſt*: tum ſecundo loco ſubditur inquiſitionis actus, *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis.* Quo loco & tertius ſubindicatur actus vltionis, in iis quæ adiecta ſunt, *Iam enim non poteris amplius villicare.* Tum ex eo quod in lib. Geneſis priùs dicitur.[b] *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt*, poſtea, *Deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint an non eſt ita vt ſciam.* Ac demum grauiſſima ex ciuitatibus ſceleſtiſſimis ſumpta incendij, & ſubuerſionis vltio.

Viſitationes per ſeipſos facere quàm neceſſarium Principibus & Prælatis.

Viſitationis forenſis ordo iuridicus.

Innocent.

a Luc. 16. 1.

b Gen 18. 20.

11 Iuxta hunc itaque iuris ordinem, præexpoſitis & hîc apud Ieremiam Iudaici populi criminibus, quorum nedum ad ipſum peruenerat clamor, ſed & publica vndequaque percrebuerat fama, neceſſitatem proponit Dominus actuum aliorum, qui talem ſubſequi debent diffamationem, Inquiſitionis alterum, *Numquid ſuper his non viſitabo?* alterum verò vltionis, *Et in gente tali non vlciſcetur anima mea?* Circa quem tertium actum bene ponderanda ſunt verba, quibus explicatur. Et quidem quantùm ad Deum ea ſpectant, nil eſt quod iis addamus, quæ in prima dicta ſunt literæ expoſitione. Quantùm verò eadem à Principibus, & Prælatis vſurpantur, Deo in hoc ſe ſimiles exhibere aſſerentes, vt forenſes iuſtitiæ actus debito exerceant ordine, operæpretium eſt, animaduertant bene quod dicunt, *Et in gente tali non vlciſcetur anima mea?* Siquidem admittere minimè debent, vt ad iſtum vltionis actum nulla alia abs re impellatur, quàm ab anima ipſa ſua, non ab odio, non ab æmulatione, non ab intereſſe, non ab aliqua vehementium paſſionum, non denique ab amicis, vel à potentiorũ quopiam: ſed ab eo duntaxat quod animæ dictarit conſcientia: Vt animæ nomen hîc ſumatur pro ſuperiori animæ rationalis parte, & vt diſtinguitur à ſenſu.

Vlciſci contra delinquentes quãdo, & quo modo debeant Principes, iudices, & Prælati.

VVLGATÆ.

Verſ. 9.] Numquid ſuper his, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, λέγει Κύριος; ἢ ἐν ἔθνει τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου.

Verſ. 9.] Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non vlciſcetur anima mea?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

B PARAPHRASIS Chaldaica. *An non ob iſta non viſitabo, vt adducam malum, dicit Dominus, aut de tali populo non ſumam vltionem ex eis iuxta voluntatem meam?* 1.

Verſ. 9. *Numquid ſuper his non viſitabo?*

Hieronymus. *Cùm hæc inquit feceris, numquid non viſitatione condigna es? Et nota, quòd hic viſitatio pro pœna ponatur, atque ſuppliciis, iuxta illud quod ſcriptum eſt,*[c] *Viſitabo in virga iniquitates eorum, (& in gente tali non vlciſcetur anima mea:) Poſtquam peccatis obligata eſt, nequaquam vocatur populus Dei, ſed gẽs, à qua receſſit anima Dei, ſecundum illud quod ſcriptum eſt.*[d] *Neomenias veſtras, & Sabbata, & dies feſtos odit anima mea. Quod autem in veteri teſtamento dicitur pro affectu: in nouo ſcriptum eſt pro veritate, dicente Saluatore,*[e] *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* C

Hieronym. *Viſitatio pro pœna.*

c Pſ. 88. 33.

d Iſai. 1. 13.

e Ioã. 10. 18.

Theodoritus. *Poteſt ne fieri*, inquit, *vt hæc negligam? Quâ ratione corrumpi poterit ſententia iuſtitiæ?* Theodorit.

D. Thomas. *Comminatur vindictam. (Numquid ſuper his,) corrigens peccata eorum pœnis. (Anima,) affectus Sophon. 1.*[f] *Viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis.* D. Thom.

f Soph. 1. 12.

D

Verſ. 10.] Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non ſunt Domini.

Verſ. 11.] Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus.

E

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EIA[g] *igitur gentes, quæ in Chaldæorum militatis exercitu, aduerſus gentem talem, aduerſuſque eius metropolim ciuitatem Ieruſalem me vt veſtrum ſequamini ducem. Scandite quantocyus illius mœnia: aſcendite ſuper eius turres: demoliamini muros: in terram proſternite arces: ſolo æquate domos; diſperdite, & quotquot in ea reliqui extiterint ciues.*[h] *Quamquam quia obliuiſci nequeo & miſereri, & hoc quoque meum capeſſite verbum, vt non perdatis illos penitus, & vſque ad vnum.*[i] *Diſſipate, at ne homines vniuerſos tollatis è medio: Relictis viuis aliquot, quos in captiuitatem deducetis, quaſi radicibus ſubtus terram latentibus, terráque oppreſſis, maximam quæ in hac gente eſt hominum multitudinem, eiuſdemque in gentem proſperitatem, atque progreſſus, quæ inſtar propaginum, ramorumque extenſorum nimium excreuêre, auferte: quia à vite, quam ipſam plantaram electam, & à ſemine vero degenerarunt, à meo elongati cultu.*[k] *Sinite viuas radices eius: quibus ſuſtentatur, & reliquias, quibus vita adhuc aliquid habens fulcitur, quia iſtiuſmodi ſuſtentacula, ad Dominum ſpectant,* F

g *Aſcendite muros eius, & diſſipate.*

h *Conſummationem autẽ nolite facere.*

i *Auferte propagines eius quia nõ ſunt Domini.*

k *(Relinquite ſuſtentacula eius, quia Domini ſunt.*

a (*Auferte mœnia eius, seu pinnas murorū eius, seu fulcimenta eius, quia Domini non sunt.)*
b (*Auferte quæ derelicta sūt eius, quia non Domini ipsa.)*

Dominusque ea sibi reliquit, vt egrediatur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendat. a *Ita tamen vt simul auferatis id omne, a quo & ciuitatis Ierusalem, & Iudaici ipsius populi fulcitur robur, siue murorum ea sit munitio, siue eorumdem minæ, ac pinnæ, & propugnacula: siue fœlices opum progressus: siue auxilia qualibet extranea: cum ea omnia Domino minime probentur.* b *Irruite in vrbem, & quæcumque volueritis diripite, quia à me sponte dimissa sunt, adeoque nec habent Dominum, cùmque Dominum non habeant, sint primò occupantis. At veluti post olea excussionem, & post vindemiam redeuntes, è medio pariter tollite & quæ relicta à vobis erunt eiusdem populi, vtpote quæ nequaquam sunt Domini, contra cuius voluntatem in Ægyptum sese conferent, & in cuius offensam Ægyptios colent Deos.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 A*Scendite muros eius,*&c. Vltionis præexpositæ impetum re ipsa, & quasi iam actu repræsentat, Ac si enim præsentis dux esset exercitus, definitiuâ mandat sententiâ, vt rebellem aggrediantur ciuitatem, muros eius scandant, Quod autem addit, (*& dissipate,*) nedum ad eorumdem murorum pertinet demolitionem, sed & ad euersionem & domorum, & munitæ arcis, & totius Ciuitatis Ierusalem, quod magis patet ex versione Sept. (*Ascendite super propugnacula eius, & dissipate.*) Hebraicè est verbum שחתו *sciachathu*, quod & dissipare, ac demoliri significat, & disperdere, ac perdere, potestque ad ciuium quoque referri dispersionem, atque internecionem. Regia vertit, (*Ascendite in muros eius, & labefactate.*) Quamuis autem eò illum impulerit prædictæ vltionis fames, vt Ierusalem funditus euerti imperarit. Quia tamen, vt supra ostensum est, ipsa Dei vltio è zelo prouenit charitatis, & Dei est æmulatoris vlciscentis, sed & patientis, & magni fortitudine in miserationibus; iuxta nomina hæc suam misericordiam eidem admiscens vltioni, ait, (*Consummationem autem nolite facere,*) quod non vrbem, sed homines eius respicit gentis, de qua vltio sumebatur eo sensu, quem prosecuti sumus supra in præcedenti cap. 4. vers. 2. vbi hæc & prædicebat Dominus, dicens, c *Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.*) Vide ibi.

Vltioni Dei admixta misericordia.

c Ierem. 4. 2.

(*Auferte propagines eius.* (Frequentissima, (vt & in cap. 2. explicatum est) apud Prophetas est metaphora vineæ, atque vitis, cùm de Iudaico agitur populo, hanc ergo & modò vsurpans Dominus exponit id quod dubij videbatur insurgere posse ex duobus, quæ prædixerat, (*Dissipate, & consummationem nolite facere:*) Ac si dicat, Ambo hæc facietis, si relictis aliquot reliquiis veluti radicibus subtus terram oppressis, eas quæ nimium in illa ac in luxuriante vite excreuerunt, & dilatatæ sunt, auferatis propagines, ramosque extensos. Pro quorum intelligentia facit quod eadem metaphora & per Regium vatem explicata est eiusdem Iudaici populi multiplicatio magna, ingensque augmentum, atque prosperitas: in Psal. enim 79. ait. d *Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam, Et plantasti radices eius, & impleuit terram, extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.* Hos nimis extensos auferri vult ramos, qui in propagines deducti latiùs excreuêre: hanc eius populi prosperitatem, hanc multitudinem, hosque progressus discindi mandat, affertque & insitionis suæ rationem, (*Quia non sunt Domini,*) quia à vite quam plantauerat Dominus degenerarunt, ab illius elongati cultu, ad cultusque extensi alienarum gentium, vt sit allusio ad id quod dicit in capite secundo, e *Ego te plantaui vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* Quæ modicis verbis. *Radix* f *sancta, & si rami inutiles*, explicauit Paulus.

Prosperitas alicuius populi significata nomine propaginum & ramorum extensorum.
d Psal. 79. 9.

e Iere. 2. 21.
f Rom. 11. 16.

2 Pro lectionum autem varietate notandum in Hebraico textu esse ambiguæ significationis nomen נטישותיה *netishotheta*, quod deductum est à verbo נטש *natasc*, significante extendere, diffundere, relinquere, dimittere, requiescere, & alia. Adeoque à significatu extensionis, & diffusionis, rectè à nostro interprete id nomen versum est, (*propagines eius,*) sunt namque propagines rami oblongi, & expansi, qui non desecti plantantur, & diffunduntur, quo significatu eamdem vocem accepit & infra cap. 48. vbi & his similia habentur, *De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt.* Recentiores tamen Interpretes ex Hebræo sequentes interpretationem eiusdem vocis allatam à Rabbi Dauid, ita hæc vertunt. Pagninus, (*Auferte mœnia eius,*) Regia, (*Auferte minas murorum eius*) prout & Vatablus in Annotationibus. (*Auferte minas*, seu *summitates murorum eius.*) Alij, (*Auferte pinnas murorum eius,*) a significatu item extensionis, vt persistatur adhuc absque vlla metaphora in eo quod prædictum est, (*Ascendite muros eius, & dissipate.*) mandetque Dominus, & murorum minas, pinnasque auferri, è quibus mœnia defendi solent ab inclusis militibus, vt faciliùs ascendi super muros ipsos posset, & destrui ciuitas: & muri pariter ipsi in terram prosterni. Palatiaque eius potissimùm eruenda imperat iuxta paraphrasim Chaldaicam. Idque (*quia non Domini ipsa,*) (sic habent Hebræa) quia ea omnia proiecta à Domino sunt, proiiciente & Iudam, vt non sit populus eius.

3 In versione Sept. vna quidem est prædictæ vocis interpretatio, varia tamen in Codicibus reperitur totius loci huius versio, & lectio contrariorum sensuum: si quidem Codices Complutensis, & Regia habent ἐξολεῖτε τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, ὅτι τοῦ Κυρίου οὐκ εἰσι. (*Auferetis*, seu *destruetis sustentacula*, seu *fulcimenta eius, quia Domini non sunt,*) quæ certè lectio admodum consona est & textui Hebraico, & nostræ vulgatæ: si per sustentacula, & fulcimenta id omne intelligatur vnde & Ciuitatis Ierusalem, & Iudaici populi fulciebatur robur, atque prosperitas, siue murorum ea esset munitio, siue eorumdem minæ, ac pinnæ, siue fœlices progressus, siue auxilia qualibet extranea. Quæ Domini minimè esse dicuntur.

In Sept. varietas magna in Codicibus.

At reliqui omnes quotquot inspicere mihi licuit codices, Vaticanus, Aldinus, Frobenianus, antiquorum Patrum Eusebij Cæsariensis lib. 2. de Demonstratione Euangelica Demonstrat. 55. & Theodoriti, opposito sensu sic legunt, ὑπολίπεσθε τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, ὅτι τοῦ Κυρίου εἰσί. (*Relinquite sustentacula eius, quia Domini sunt,*) vt & hæc pertineant ad id quod immediatè dictum fuerat, (*Consummationem autem nolite facere,*) sensusque

fenfufque fit, Scandite quidem muros Ierufalem, eamque funditùs euertite; Attamen Iudaicum populum ne penitus confummatis, finite viuas radices eius, quibus fuftentatur, & reliquias quibus adhuc vitæ aliquid habens fulciatur, quia iftiufmodi radices, ac fuftentacula fub Domini cura funt, Dominufque ipfa fibi reliquit, iuxta illud,[a] *Nifi Dominus reliquiffet nobis femen quafi Sodoma fuiffemus, & quafi Gomorrha fimiles fuiffemus.* Et illud,[b] *Si fuerit populus tuus Ifrael quafi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo confummatio abbreuiata inundabit iuftitiam:* Qui fenfus haud alienus à fenfu eft Vulgatæ, quem in principio retulimus, vt auferantur propagines, ramique extenfi, relictâ radice.

a Ifai. 1. 9.
b Ifai. 10. 21.

4 Ex Ifaiæ loco capitis 18. vbi eadem quâ & hic phrafi, eodemque verbo, & nomine Hebraico fic legitur ואת הנטישות הסיר *veeth annethifcioth hefir*, quæ nofter interpres vertit,[c] (*Et quæ derelicta fuerint abfcindentur & excutientur.*) poffumus & hîc pariter Hebraicam lectionem fic reddere, (*Auferte, abfcindite, quæ derelicta funt eius, quia non Domini ipfa.*) Quorum duplex erit fenfus, Alter, quem affert Chriftophorus à Caftrò in fuis Commentariis, ac fi dicatur, Irruite in vrbem, & quæcumque volueritis diripite, quia à me fponte dimiffa funt, & ita non habent dominum, & quæ non habent dominum funt primò occupantis. Alter collectus ex præcitato, alioque Ifaiæ loco capitis 24. vbi poft eloquentiffimam Iudaicæ euerfionis defcriptionem, hæc fubiiciuntur.[d] *Relicta eft in vrbe folitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo fi paucæ oliuæ, quæ remanferunt, excutiantur: & racemi, cùm fuerit finita vindemia.*

c Ifai. 18. 5.
Chrift. à Ca.
Eius, quem Deus dereliquerit quàm malè fe habeant res.
d Ifai. 24. 12. & 13.

5 Vt autem fenfus ifte percipiatur fciendum ex quarto lib. Regum haberi.[e] Regem Nabuchodonofor Anno nono regni Sedeciæ obfediffe, cæpiffe, diripuiffe, euertiffe, & incendiffe ciuitatem Ierufalem, eodémque tempore Iudaicum populum captiuum duxiffe in Babylonem, relictis de pauperibus terræ vinitoribus, & agricolis. *Populo autem qui relictus fuerat in terra Iuda, ait ibi textus, quem dimiferat Nabuchodonofor Rex Babylonis, præfecit Nabuzardam princeps militiæ eius Godoliam filium Ahicam filij Saphan.* Tunc poft enarratam eiufdem Godoliæ necem factam ab Ifmael de fanguine Regio fubiicitur. *Confurgenfque omnis populus à paruo vfque ad magnum, & principes militum venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos.* Conftat autem ex hoc ipfo Ieremiæ libro, Nabuchodonofor anno 24. imperij fui defcendiffe aduersùs Ægyptum, ibique reliquias illas Iudæorum è medio tuliffe. Ideóque legimus in cap. 44. Dominum dicentem,[f] *Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & difperdam omnem Iudam. Et affumam reliquias Iudæ, qui pofuerunt facies fuas vt ingrederentur terram Ægypti, & habitarent ibi: & confumментur omnes in terra Ægypti: cadent in gladio, & in fame: & confumментur à minimo vfque ad maximum, in gladio, & fame morientur*, & paulò poft.[g] *Et non erit qui effugiat, & fit refiduus de reliquijs Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in terra Ægypti, & reuertantur in terram Iuda.*

Iniquorum etiam reliquias è medio tolli vult Deus.
e 4. Reg. 25.
f Ierem. 44. 11.
g Ierem. 44. 14.

6 Hifce itaque & hæc, quæ præ manibus habemus fimilia effe crediderim. Vt in exaggerationem vltionis fuæ magnæ, quam de Ierufalem, & Iudaico populo fibi rebelli facturus erat, miniftris fuis mandet Chaldæis, primùm vt euertant Ierufalem, diffipentque Iudæorum gentem, tum iubeat, ne penitus illam perdant, feruantes nimirum viuos illos, faltem quos in captiuitatem tranftuliffent: Ac denique in maiorem eiufdem populi deuaftationem, imperet iifdem Chaldæis, vt veluti poft oleæ excuffionem, & poft vindemiam redeuntes, & ea quæ derelicta fuerant excutiant, abfcindantque auferentes è medio & quæ relicta ab ipfis fuerant eiufdem populis, vtpote quæ nequaquam Domini effent, contra cuius voluntatem in Ægyptum fe fe contuliffent, falfofque Ægyptiorum colerent Deos. (*Afcendite fuper muros eius, & diffipate: confummationem autem nolite facere, auferte derelicta eius, quia non Domini ipfa.* Quod poftremum ab iifdem Iudeorum derelictis confirmatum fuit eodem cap. 44. Ieremiæ.[h] *Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te, fed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noftro, vt facrificemus Reginæ cæli*, &c. Quibus confona funt quæ hîc adiiciunt, in declarationem eius quod dictum mox erat, (*Quia non funt Domini.*)

Vltio Dei in peccatores tanta, vt nec parcat iis quæ primâ vice derelicta fuiffent ex iis.
h Ierem. 44. 16.

Verf. 11. Paraphrasis Literæ.

Quomodo[i] *verò Domini effe poteft gens talis, eiufque pofteritas, cùm certum, & patentiffimum omnibus fit, totam quanta quanta eft, nedum decem eius tribus domum Ifrael appellatas, fed ad duas pariter tribus domúmque Iuda omnibus quibus potuit viribus, omnibus quos excogitare valuit modis, quacúmque fibi oblatâ occafione, omni in re, omnique & ratione, & contra legem naturæ, & contra legem fcriptam, & omiffione, & commiffione, nec non & pertinaciâ fummâ, fummâque malitiæ obfirmatione deliquiffe, & præuaricatam in me effe.*

i Præuaricatione enim præuaricata eft in me domus Ifrael, & domus Iuda, ait Dominus.

Verf. 11. Expositio Literæ.

7 *Præuaricatione enim*, &c. Hugo Cardinalis in fuis poftillis fuper hunc locum animaduertit, hac geminatione *præuaricatione præuaricata eft*, notari duplicem præuaricationem, legis naturæ, & legis fcriptæ: Vel omiffionis, & commiffionis: Vel pertinaciam, & confirmationem malitiæ. Sed conftat, hunc effe Hebraifmum, phrafimque facris literis celeberrimam, haud tamen inaniter vfurpatam, fed ad exaggerationem, & ad vehementiorem eius quod afferitur fignificationem, prout & geminationes vniuerfæ, fiue verborum, fiue fententiarum. Exaggeratur & actus ipfe, quem verbum fignificat, vt cùm Pfalmo 117. dicitur.[k] *Caftigans caftigauit me*, id eft, valde me caftigauit *Dominus*, & 1. Reg. 26. Ait Saul ad Dauid,[l] *Benedictus es tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris.* Eadem phrafi quâ & hîc, nempe infinitiuo cum futuro vnius eiufdéque verbi, id eft, potentiffimus eris ad faciendum quicquid voles, nec erit qui tibi obfiftere queat; Sicque & quod hîc dicitur, *Præuaricatione præuaricata eft*, intenfionem defignat præuaricationum, Ac fi dicat, Omnibus quibus potuit viribus, omnibufque quos excogitare potuit modis, & quacumque fibi oblatâ occafione, omni in re, omnique ratione præuaricata eft. Docuimus autem fupra Verf. 8. cap. 2. vim & fignificationem verbi Præuaricari. Vide ibi, *Et paftores præuaricati funt in me.* Infuper & eò ifta pertinet geminatio, & exaggeratio, vt certius id quod de tali dicitur præuaricandi ratione, effe intelligatur.

Hugo Card.
Geminationes & Repetitiones in fcriptura vfurpata ad exaggerationem & ad certitudinem afferendam.
k Pfal. 117. 18.
l 1. Reg. 26. 25.
Præuaricatione præuaricatum effe, magnam fignificat præuaricandi intenfionem, & certitudinem.

Verſ. 10.] Aſcendite muros, &c.
Verſ. 11.] Præuaricatione enim, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Dæmones id tantùm facere poſſunt cõtra homines, quod à Deo eis permiſſum ſit.*

LOCVS iſte facilè & quoad mores explicabitur, ſi cum altero conferatur loco, quo in principio libri Iob legimus, Sathan Domino hæc dixiſſe, [a] *Nunquid Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra.* Et è veſtigio Deum eidem Sathan hæc habuiſſe: *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam.* Ex vtroque enim colligitur, Diabolum nil à ſemetipſo efficere poſſe, vel aduersùs hominem, vel aduersùs ea, quæcumque illa ſint, quæ hominis ſunt, & hominem circundant, ni ei Deus permittat, terminumque & modum in permiſſione ipſa ſua Deum illi præfigere, quem excedere vel in minimo nequeat puncto. Vnde & in Euangelio [b] permitti ſibi Dæmones poſtularunt à Ieſu, vt ingrederentur in porcos.

a Iob.10.1.
b Matt.8.31.

Quæ ſit autem permiſſio iſta, quâ illis à Domino dicitur, (*Aſcendite muros eius & diſſipate*) Ex diſſipatione, quam in præcitato loco libri Iob fecit Diabolus, quamuc illi Deus permiſit, intelliges: perdidit omnem Sancti viri ſubſtantiam, concuſſit, vaſtauitque domum, & liberos quoque eius è medio tulit. Quid verò hæc ad animæ muros, dicet aliquis, & ad murorum aſcenſionem & diſſipationem? Ea certè muri extiterunt Iob, cùm is in ſumma proſperitate eſſet, quæ à Diabolo diſſipata fuêre, teſte ipſomet Sathanâ in primis eius verbis, [c] *Nonne tu vallaſti eum & domum eius?* &c. Vallat Deus pleroſque in hoc mundo, ambiens illos opibus, familiâ, honoribus, & ſimilibus, quæ ad præſentis vitæ ſpectant proſperitatem: & quibus quaſi munitiſſimis muris ipſa ſeruatur proſperitas; Vnde per Sapientem de opibus vno iſtorum murorum dicitur, [d] *Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eum.* Permittit autem aliquando Deus Dæmonibus, vt muros iſtos ſolummodo diſſipent, permittens, vt illa ab aliquo auferant per varia infortuniorum genera, quomodo de ſancto vidimus Iob, & hanc diſſipationis permiſſionem in vtilitatem animarum fieri vt plurimùm nouimus. Aliquando verò eiſdem permittit, vt diſſipent cùm aſcenderint ſuper illos.

c Iob 1.10. *Bona temporalia ſunt muri hominis.*
d Prou.18.11.
Bonorum tẽporalium infortunia permittit Deus ad animæ ſalutem.

9 *Bona temporalia quantùm conferãt ad iniquitatem.*

Aſcendunt quippe Dæmones ſuper prædictos muros, cùm iniquitatibus per illas animam ambiri faciunt, quod ſubindicaſſe viſus eſt Dauid in Pſalmo 54. dicens, [e] *Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas.* Duo mala aduersùs animam facit iniquitas, ſeu iniquitatis auctor Diabolus, quando circundat illam ſuper muros bonorum temporalium illius: primum, quòd muris iiſdem, iiſdemque bonis ipſam obſidet, ne quid ex illa progredi poſſit actus, quod iniquum non ſit. Quis enim ignoret, quãtùm impedimenti habeant à bonis temporalibus iniqui, ne bene per conuerſionem operentur? Alterũ, quòd tamquam ſtationarij milites per iniquitatem pariter Dæmones ſuper prædictos muros circumeunt animæ ciuitatem, non tam ad cuſtodiam, quàm ad euerſionem illius, cùm per bona iſta temporalia ruinam eius procurant, cùm in id totum ſuum intendunt ſtudium, vt in multiplicium ſcelerum animã prauo bonorum temporalium vſu decidat barathrum. Quod & ex Euangelica diuitis Epulonis diſcere licet hiſtoria: & ex eo quod in libro Sapientiæ per quoſdam ſic ſuper muros ab iniquitate circundatos dicitur, *Venite, fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creaturâ tamquam in iuuentute, celeriter vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus*, &c.

e Pſal.54.11. *Bona temporalia iniquis impediunt cõuerſionem.*
Bonis temporalibus iniquorum ruinam procurare nititur Diabolus.

Bene autem quando Dæmonibus iſtiuſmodi datur permiſſio, vt aſcendant ſuper animæ muros, datur quoque eiſdem & in mandatis, vt & diſſipent: nedum videlicet id quod in miſera anima virtutis aliàs extitit, bona illa mortificando opera, quæ priùs egerat, bonoſque & deſtruendo, ſi qui in ea ſunt habitus; Sed & prædictos plerumque bonorum temporalium muros, vt ex eo conſtat, quod contigiſſe filio prodigo legimus, in Euangelio, [f] qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè, cúmque omnia conſumpſiſſet, in extremam & ſiliquarum, quæ porcis dabantur, redactus eſt penuriam. Cæterùm quamuis iſta vniuerſa permittat Dæmonibus, qui tamen non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, compeſcens effrænè illorum in homines odium, ait eis Dominus, (*Conſummationem autem nolite facere*,) nullatenus ipſis concedens, vt quam ita malè tractarunt, penitus & conſumant animam, vel liberum videlicet eius deſtruentes arbitrium, vel è præſenti eam auferentes vita. Quod & Sathanæ prohibuit, quando illi permiſit, vt B. Iob diſſiparet temporalium bonorum, corporeæque proſperitatis muros, dicens. [g] *Ecce in manu tua eſt, verumtamen illius animam ſerua.* Et dæmonibus quoque iis, quibus ſuper muros filij prodigi aſcendere, & diſſipare conceſſit, vnde ille, & vitâ, & libertate ſeruatâ, in ſe reuerſus, & ad pœnitentiam, & ad patrem, & ad rectum rediit virtutis tramitem.

10 *Bonis temporalibus priuari impios permittit aliquãdo Deus in illorum pœnam.*
f Luc 15.13.
Dæmonibus non permittit Deus vt impios priuent libero arbitrio, & vita.
g Iob. 2.6.

Sunt & milites alij, aliique & animæ muri, quorum & aſcenſionem, & diſſipationem hîc conſiderare operæ precium eſt. Et quidem murorum iſtorum ſicut & militum alij boni ſunt, quorum deplorare debeamus diſſipationem: alij mali, quorum optanda eſt euerſio, & conſummatio. Exordiamur à poſtremis. Murorum malorum duplex in ſacris literis reperio genus, alterum ſenſibilium carnis, ſenſuſque voluptatum, alterum vitiorum, ac peccatorum multiplicium. Primum & Ieremias noſter infra cap. 48. [h] & Iſaias appellant muros fictiles, & cocti lateris: ſic enim de voluptatibus ſenſibilibus agens Iſaias ait: [i] *His qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas.* Et paulò pòſt. [k] *Super hoc venter meus ad Moab quaſi Cythara ſonabit & viſcera mea ad murum cocti lateris*, ex corde videlicet contra delicioſos ſæculi homines, & contra voluptates ſenſus edens carmen lugubre, inſtar funebris carminis, quod ad Cytharæ, vel tibiarum cani ſolet ſonitum. Muri iſti & lateris rectè dicuntur, & cocti lateris, quia è terrenorum cæno conſtant voluptates quælibet ad ſenſum pertinentes, ita vt eum, qui illis indulget, ſuem appellet Apoſtolus Petrus [l] lotam in volutabro luti: & Dauid ab iiſdem ſeruari à Domino efflagitans dicebat, [m] *Eripe me de luto, vt non infigar:* Et quia carnis eæ ſunt, quam è limo terræ conditam ex libro Geneſis nouimus. [n] Cocti verò lateris aſſeruntur, vtpote per eorum concupiſcentiam, in eorumque cordibus excoctæ, de quibus apud Hoſeam dicitur, [o] *Omnes adulterantes quaſi clibanus*

Voluptates ſenſus appellata muri fictilis, ſeu cocti lateris, & cur.
h Ierem. 48.31. & 36.
i Iſai.16.7.
k Iſai.16.11.
Voluptates ſenſus è cæno.
l 2.Pet.2.22.
m Pſal 68.15.
n Gen. 2. 7.
Voluptates ſenſus excoquuntur in clibano cordis.
o Hoſe. 7. 4.

a Hoſe.7.6. *nus ſuccenſus à coquente.* Et, [a] *Applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum.*

12 *Peccata ſunt murus inimicitiarum.* Alterum malorum murorum genus id eſt, quod Apoſtolus inimicitias, ſeu parietem inimicitiarum nuncupat, cùm de Chriſto loquens, qui id è medio tulit, ait, [b] *Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias in carne ſua.* Et per Iſaiam explicatum habemus, quis ſit diuidens inter Deum, ac hominem paries, vbi dicitur, [c] *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Et paulò poſt. [d] *Palpauimus quaſi cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus.*

b Eph.2.14.
c Iſai.59.2.
d Iſai.59.10.

Angeli quomodo aſcēdere & diſſipare dicātur animæ muros voluptatū ac peccatorum. Ambo hæc murorum genera ipſamet ædificat ſibi anima, quæ inimica eſt Dei, & intra illos cōcluſam ſeruare ſe ſatagit, quodque eſt peius, ex illis contra Deum dimicat, ó quàm optandum cuique eſſet, vt Dominus Deus exercituum ſanctis mandaret ſpiritibus militiæ cæleſtis, aſcenderent ſuper muros hoſce, diſſiparentque eós, ſed & eorum facerent conſummationem. Quæ tunc ab Angelis perficiuntur, quum efficacibus animam talibus circundatam muris, & diuinis inſpirationibus, & internis ad pœnitentiam, atque ad mortificationem, virtutiſque ſtudium adiuuant conſiliis; quæ inſignire congruentiſſimè poſſumus appellationibus, & epithetis recenſitis ab Apoſtolo, [e] *Vt ſint arma militiæ, potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentia, & omnem altitudinem extollentem ſe aduersùs ſcientiā Dei, & in captiuitatem redigentia omnem intellectum in obſequium Chriſti*, valida nimirum, quibus pro Dei honore militant ad deſtruenda præexpoſitorum murorum munimenta, deſtruentia conſilia Dæmonum, & iniquorum hominum, & quæcumque ſapiunt carnem ac ſenſum, omnemque ſuperbiæ celſitudinem, quæ inſtar turris Babel erecta ſit aduersùs Deum: deſtructiſque his muris, atque turribus animam ipſam in bonam reducentes captiuitatem, quæ ſanctum eſt obſequium Chriſti.

Angelica inſpirationes, & cōſilia quàm valida arma ſint.
e 2.Cor. 10. 4.

13 Reliquum modò eſt, vt & aliquid de muris dicamus bonis, quibus fidelem quamque animam pro ſua benignitate Deus circundat, de quibus & Propheta dicebat, [f] *Benignè fac Domine in bona voluntate tua, vt ædificentur muri Ieruſalem:* quoſque & deſtrui, ac diſſipari in maximam omnium vltionum, idem permittit Deus, quum ab anima aliqua nimium irritatur. Muri profectò iſti plures exiſtunt. Primus ipſemet Deus, iuxta illud apud Zachariam, [g] *Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu.* Secundus, Angelorum cuſtodia, iuxta illud Pſalmi 33. [h] *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Tertius, bonorum Prælatorum cura, vt colligitur ex eo, quod apud Ezechielem de prauis Prælatis per Pſeudoprophetas deſignatis, conqueritur Dominus dicens. [i] *Neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Quartus, bonorum fratrum ſocietas, & conuerſatio, de quibus id intelligi commodè poteſt, quod ſapiens illa mulier Abigail de Dauid, eiuſque ſociis loquens dixit. [k] *Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti: nec quidquam aliquādo periit omni tempore quo ſumus conuerſati cum eis in deſerto: pro muro erant nobis tam in nocte, quàm in die.* Quintus, ipſa ſui ipſius, in primiſque ſenſuū cuſtodia, propter quam ſancta, quæ Sponſa Chriſti eſt anima, de ſemet dicit, [l] *Ego murus.*

f Pſal. 50.20.
Muri quinque quibus circumdedit Deus animā, vt tutò ſeruetur.
g Zach. 2.5.
h Pſal.33. 8.
i Ezec.13. 4.
k 1.Reg. 25. 15.
l Cant.8.10.

14 *Peccatori obſtinato diſſipari mandat Deus omnes muros cuſtodiæ.* Quamuis autem adeo de muris iſtis ſollicitus ſit Deus, vt per Iſaiam piam animam alloquēs dixerit, [m] *Muri tui corā oculis meis.* Nihilominus cùm contingit, vt eadē obfirmato in ſceleribus animo ab illo deficiat, cogitationē ſuam is in id conuertit, vt eoſdem muros potentiſſimis diſſipādos tradat ipſius animæ hoſtibus, prout noſter deplorat Ieremias dicens, [n] *Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion:* Et [o] *Tradidit in manus inimici muros turrium eius.* Et per alium Prophetam idemmet conteſtatus eſt Dominus, quando de rebelli anima agens ſub vineæ metaphora ait, [p] *Auferā ſepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.* Porrò inimicus, in cuius manus hos tradit muros, ipſemet ſibi quiſque eſt inimicorum omnium potentiſſimus. Cuius & validiſſimi ſunt milites, paſſiones atque affectus, quos [q] Apoſtolus appellat carnis deſideria, quæ militant aduersùs animam. His itaque militibus permiſſione ſuâ mandat hoc loco Dominus, (Aſcendite ſuper muros eius,) omnem videlicet ſuperantes ambientem cuſtodiam mox præexpoſitam, Additque, (*& diſſipate,*) quicquid ſcilicet intra animam ipſam extiterit bonorum habituum, vitia in eam immittentes habitibus illis aduerſa. Quæ tunc contingunt, cùm, iuxta Pauli dictum, [r] *Tradit quempiam in deſideria cordis ſui.* [s] Et *in reprobum ſenſum, vt faciat ea quæ non conueniunt, repletum omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ*, &c. Quamquam pro ea quæ naturaliter indita illi eſt miſericordia, non ſinat, ita in miſero iſto dato in reprobum ſenſum fieri conſummationem, vt vel ſaltem ea ipſi non relinquantur auxilia, quæ à Scholaſticis appellantur ſufficientia.

m Iſai. 49. 16.
n Thre.2. 8.
o & 7.
p Iſai.5.5.
Paſſiones, & affectus ſunt milites, per quos diſſipantur muri cuſtodientes animam.
q 1. Pet.2.11
Obſtinato peccatori dato in reprobū ſenſū non auferuntur auxilia ſufficiētia.
r Rom.1.24.
s & 28.

15 *Opera bona præcedentia per ſuperueniens peccatū mortale mortificata redduntur inutilia ad ſalutis meritum.* (*Auferte propagines eius, quia non ſunt Domini.*) Quia per paſſionum affectuumque victoriam, de qua mox actū eſt, anima fidelis in ſeruitutē reducitur peccati, in qua vniuerſa, quæ priùs operata fuerat, virtutis opera ita iuxta Theologiæ Canones mortificantur, vt perdurante eà peccati ſeruitute, inutilia ſint ad æternæ gloriæ meritū, adeóque nec Domini illa cenſeantur: bene quibus mādatum eſt, vt aſcendant ſuper præexpoſitos eiuſdem animæ muros, & diſſipent, & hoc quoque conceditur: vt prædicta auferant eius opera, quæ ex illa, veluti è vite à Deo plantata, inſtar propaginum, extenſorumque ramorum progerminarunt, quia tunc temporis non ſunt Domini: ita tamen vt viuam ſinant permanere in illa fidem, quæ radix eſt totius iuſtitiæ: eâ enim viuâ, ſi quādo contingat, vt miſera anima denuò iuſtificetur, reuiuiſcent, & propagines, ramique illi, eruntque iam Domini.

Opera bona mortificata quomodo reuiuiſcant.

16 *Opera bona ſuſtentant fidem, & ſuſtētantur à fide.* Eſt autem hoc loco ponderanda lectio Sept. quæ pro, (*Auferte propagines eius,*) habet, (*Auferte ſuſtentacula eius:*) quaſi propagines, & rami ſuſtentent radicem, cùm contrarium potiùs è re ipſa conſtet, & Apoſtolus ad Romanos dicat, [t] *Non tu, qui ſc. ramus es, radicem portas, ſed radix te.* Nihilominus dicendum, duas haſce admodum ſibimet concinere lectiones: nam tametſi fides radix ſit, principium, & fundamentum totius iuſtificationis, adeóque & quorumcunque bonorum operum; quatenus tamen, iuxta Iacobi Apoſtoli, [u] dictum, ea ſine operibus mortua eſt, rectè illius ſuſtentacula & fulcimenta ipſa dicuntur opera, per quæ fulcitur in vita. Et hoc ſenſu hîc appellantur ſuſtentacula, quia quando facta fuère, & viua extitère, & vitam ſuſtentarunt fidei, quamquam cùm ceſſant Domini eſſe, vt explicatum eſt, ſint & ipſa mortificata, vt mortificata eſt & fides, inſtar radicis ſub terra latentis.

t Rom. 11. 18.
u Iaco. 2.17.

Cæte

17 Cæterùm si per sustentacula ea ipsa designantur bona temporalia, de quibus & mox, iuxta allatum primum sensum moralem in iis actum est, (*Ascendite muros eius, & dissipate,*) cùm per ea mundani in hoc fulciantur sæculo: aptissimè hæc addita sunt in eorum declarationem, quæ adiecta illis fuerant, (*Verumtamen consummationem nolite facere.*) Congruentissimumque sensum eadem & iuxta nostram Vulgatæ lectionem habent. Cùm enim dicitur, (*Et auferte propagines, seu extensos ramos eius quia Domini non sunt.*) Significatur primùm, quid reuerà sint bona ipsa temporalia, quibus exuberat impius: quidue eadem iuxta falsam sint hominum opinionem. Secundùm hanc siquidem sustentacula appellanda sunt, & quasi bene fundatæ radices, quæ in excelsa impius ipse fulciatur prosperitate, & in apparentis gloriæ celsitudine, prout iuxta hanc hominum opinionem loquens Dauid aiebat, [a] *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani,* magisque ad rem nostram Eliphaz in libro Iob, [b] *Vidi, inquit stultum firmâ radice, & male dixi,* id est, malè ominatus sum, *pulchritudini eius*, quâ ob temporalia illa bona, quibus abundabat, insignior in hominum apparebat oculis. Cùm è vestigio, si recto intellectus libramine, & secundùm rei veritatem expendantur luxuriantes potiùs ea bona dicenda sint rami atque propagines, vel absque radice, vel à prima radice degenerantes. [c] *Spuria enim vitulamina*, id est propagines, palmitesque, seu, vt Augustinus libro 2. de doct. Christiana cap. 12. legit. *Adulterina plantationes non dabunt radices altas, nec stabile fundamentum collocabunt, & si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Consumentur enim rami inconsummati,* vt dicitur in libro Sapientiæ.

Bona temporalia secundùm falsam hominum opinionem appellanda sustentacula, & firmæ radices.
a Psal. 36. 35.
b Iob. 5. 3.
Bona temporalia, si expendantur secundùm rei veritatem sunt instar ramorum luxuriantis vitis.
c Sap. 4. 3.

18 Et quidem si è sensibili arguendum sit vite, vnde præsens sumpta est propaginum metaphora, sicut ex multorum, & magnorum ramorum copia maximam ea primo aspectu præ se fert pulchritudinem, cùm è vestigio per illam palmitum copiam degenerans reddatur à sua radice, quæ veri ac fructiferi sit seminis. Ita anima illa fidelis, quæ nimium bonorum temporalium copia redundet, nimiumque per ea in prosperis extendatur, tametsi eximium quid apud mundanorum hominum oculos esse censeatur, ob copiam tamen prædictorum ramorum degenerans plerumque redditur à vite vera & frugifera Christo, è cuius semine plantata fuit in Baptismo, cùm nullum iam ex se proferat salutis fructum, si quid autem profert, acerbum id totum sit, & fructus mortis.

Simile. Bonorum temporalium copia animam reddit infrugiferam sicut multi palmites vitem.

Porrò quemadmodum nimij luxuriantis vitis palmites rectè dicuntur, haud esse domini eius, qui vitem plantauit, & coluit, quatenus ei minimè fructificant, vitemque ipsam eidem reddunt inutilem. Ita & bona temporalia quando fructus non ferunt Deo, sed & infrugiferam illi efficiunt animam fidelem, meritò asseruntur non esse Domini. Ac propterea vel Dæmonibus, vel sanctis spiritibus, quos Dauid [d] Angelos appellat malos, quia ex Dei commissione sæpius & mala inferunt, mandat idemmet Deus, (*Auferte propagines eius.*) Quibus explicat rationem, quâ priùs iusserat, vt dissiparent quidem, & disperderent eadem bona, sed non facerent consummationem. Ratio autem, quæ in maximam erga eamdem animam misericordiam & vtilitatem redundat, est, quòd sicut in vite secantur palmites illi omnes, relictâ subtus terram radice, eoque qui ei proximus est trunco, quem & radicis nomine aliquando sacræ nuncupant paginæ, vt cùm apud Isaiam dicitur, [e] *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice*, id est, trunco *eius ascendet.* Ita & ab ipsa præexposita auferatur bonorum temporalium prosperitas, relictâ in illius corde radice, quæ Christi fides est, ipseque Christus, ita vt & de illa dici id queat, quod fidelibus aliquando dixit Paulus, [f] *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in gloria.*

Simile. Bona temporalia quá ratione dici possint non esse Domini.
d Psal. 77. 49.
Bona temporalia auferri mandat plerumque Deus ad animæ vtilitatem.
Radicis nomine appellatus & truncus arboris radici proximus.
e Isai. 11. 1.
f Coloss. 3. 3.

19 Quamuis enim, ablatis temporalibus iis bonis, mortuus is in mundanorum censeatur oculis, ita vt propterea Latino verbo decoctus dicatur: viuit tamen in radice, & in Christi recta fide, nec non & in trunco bonorum operum, quibus Christo proximè inhæret primæ suæ radici, absconditam in Christi humilitate habens vitam in gloria, quam ex vera iam habet fructificatione, per nouam videlicet progerminationem, vitæque renouationem, iuxta Apostoli consilium. [g] *Dignè ambulans, Deo per omnia placens, in omni opere bono fructificans, & crescens in scientia Dei,* id est, in cognitione, fideque Dei, quæ per dilectionem operatur, sic enim ibi addit Paulus, *In omni virtute secundùm potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, gratias agens Deo & patri.* Quorum exempla sæpe contingunt, vt plerique ad pauperiem, miseriamque redacti, atque ob infortunium, earumque aliqui è prospero statu delapsi ad Christum se referant, sicque vitam renouent, vt nedum in summa patientia Deo gratias agant, sed & in Christi delectentur mortificatione, & abiectione, in id totum suum conuertentes studium, vt Domino suo fructificent. Qui alioquin cum in prosperitatibus essent, vix vllum è se fructum proferebant salutis, euanescentes in operibus carnis, ac sensus.

Bonorum temporalium amissione plerumque homines magnos in vita renouatione, & in spiritu faciunt progressus.
g Coloss. 1. 10.

Et de talibus rectè interpretaberis hunc ipsum Ieremiæ locum, iuxta eam lectionem Vaticani Codicis versionis Sept. quæ habet, (*Relinquite sustentacula eius, quia sunt Domini.*) Quamuis enim permittat nonnumquam Deus ad salutem eorum, quos elegit, & prædestinauit conformes fieri Christi filij sui, vt bonis destituantur temporalibus, quod significatum est in præcedentibus verbis, (*Ascendite super propugnacula eius, & dissipate,*) vt iam explicauimus, benignissimâ tamen suâ prouidentiâ, curat, vt eâ ratione, quæ mox exposita est, relinquantur illis radices, Christus, eiusque fides ipsorum sustentacula, quibus in vita fulciantur spiritus, & per quæ & ipsi iam sint Domini, qui aliàs mundi potiùs extiterant.

Bona temporalia cùm à prædestinatis Deus auferri permittit, curat, vt illis relinquantur radices spiritus, Christus, eiusque fides viua.

20 Cuius rei contrarium in Euangelio iis euenturum significatur, qui ex prædestinatis non sint, quiue pessimâ sui obfirmatione animi tali indignos gratiâ se se reddidère. [h] *Auferetur enim à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, talibus ait Dominus. Quo loco regni Dei nomine recta Christi fides significatur, quâ scilicet Christo vnitus quis viuit vt in radice, iuxta illud, quo idemmet Iesus alibi item in Euangelio ait, [i] *Si in spiritu Dei eiicio Dæmones*, quibus scilicet fructificabatis, cùm in bonorum temporalium prosperitate diffunderemini, *profectò peruenit in vos regnum Dei*, id est, vt in me iam, vti in radice spiritus totius viuatis. Quod clariùs Petrus in Actibus Apostolorum contestatus est Iudæis, dicens, [k] *Quia indignos vos iudicastis regno Dei, Ecce conuertimur ad Gentes.*

Bona temporalia vnà cū recta Christi fide plerumque Deus auferri permittit à prescitis.
h Matt. 21. 43.
Fides Christi appellata Regnum Dei.
i Matt. 12. 28.
k Act. 13. 46.

Quæ omnia meliùs ex hoc Ieremiæ loco confirmabis

Auferri aliquando & ficte à peccatorum corde permittit Deus propter prauũ eius vſum.

firmabis, ſi eam quæ poſtremò in prima expoſitione allata eſt, ſequaris lectionem ex Hebræo. (*Auferte derelicta eius, quia non Domini.*) Vſu enim nonnumquam euenire ſolet, vt quò quis faciliùs ad vitæ renouationem reducatur, permittat Deus, vt is è proſpero decidat ſtatu, auferens illi bona temporalia, per quæ à ſuo euagabatur Creatore, vt vel vexatione detur ei intellectus, relictâ illi radice in corde, Chriſto nimirum, eiuſque fide, per quam radicem in iuſtitia progerminare, & in ſanctitate fructificare is poſſet. Cæterùm cùm ille nec relictis hiſce benè vtatur, & in Dei honorem, permittitur ex diuina iuſtitia, vt & hæc ipſi auferantur, impleaturque id quod in Euangelio ait Ieſus. [a] *Qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.* Vnde benè hîc quoque ſubditur. *Præuaricatione enim præuaricata eſt*, &c.

a Matth. 13. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 10.] Aſcendite muros eius, &c.

Verſ. 11.] Præuaricatione enim, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Ἀνάβητε ἐπὶ τοὺς προμαχῶνας αὐτῆς, καὶ κατασκάψατε, συντέλειαν δὲ μὴ ποιήσητε· ὑπολίπεσθε τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, ὅτι τοῦ Κυρίου εἰσίν.

11. Ὅτι ἀθετῶν ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ, λέγει Κύριος, οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ οἶκος Ἰούδα.

Verſ. 10.] Aſcendite ſuper propugnacula veſtra, & deſtruite: conſummationem autem ne faciatis: relinquite ſuſtentacula eius, quia Domini ſunt.

Verſ. 11.] Præuaricans enim præuaricata eſt in me, dicit Dominus, domus Iſrael, & domus Iuda.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Aſcendite in ciuitates eius, & diſſipate, & conſummationem non faciatis: deſtruite palatia eius, quia non eſt voluntas coram Domino in eis.* Verſ. 11. *Quia præuaricationem præuaricati ſunt in verbum meum domus Iſrael, & domus Iuda, dicit Dominus.* 1

Verſ. 10. & 11. *Aſcendite*, &c.

Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Demonſtrat. Euangelic. Demonſtratione 55. ita hæc referens, (*Aſcendite propugnacula eius, & iugulate, conſummationem verò ne facite, relinquite fulcimenta eius, quoniam Domini ſunt.*) *In his*, ait, *quæ Iudæos oppreſſit obſidio indicatur, & præterea reſiduum, quod fulcimentum eius nominat, cùm ipſius Domini ſit. Hoc verò reſiduum fuit, quod ex fide, quam in Chriſtum Dei habuit, confirmatum, ſolidatumque eſt, vt ne eis ſimilia pateretur, quæ vniuerſa illa gens perpeſſa eſt.*

Euſeb. Cæſ. *Apoſtoli, & fideles fuêre reſiduum, & fulcimenta Iudaici populi.*

Hieronymus. *Imperat Gentibus, de quibus ſuprà dixerat*, [b] *Percuſſit eos Leo de Sylua, &c. Vt aſcendant muros Ieruſalem, ſiue propugnacula, & diſſipent eam, conſummationem non faciant: vt ſaluentur reliquiæ, & ſit qui annunciet in Gentibus gloriam Dei, ſeueritatique miſcet clementiam. Quódque intulit, (Auferte propagines eius, ſiue ſuſtentacula omnia.) Tolli auxilia iubet, quæ ſuo vitio perdidit, eò quòd præuaricata ſit in Dominum domus Iſrael, & domus Iuda, decem tribus, & duas ſignificans. Audiat hoc Eccleſia, quòd citò muri, & propugnacula diſſipentur eorum qui non habent ſpem in Domino, & præuaricantur in eum: Sed tamen non fiat conſummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium.*

Hieronym. *Reliquias Iudæorum ſaluari voluit Deus.*

b Iere. 5. 6.

A Iudæis ablata auxilia ob illorũ ſcelera.

Theodoritus, (*Relinquite baſes eius, quia Domini ſunt.*) *Per hæc deſignat obſcuris verbis reuocationem, & ſecundam inſtaurationem.* 2

Theodorit. *Eſdras, & Nehemias baſes Iudaici populi.*

D. Thomas. *Determinat pœnam quantùm ad deſtructionem murorum, (Aſcendite) ô Chaldæi. Et quantùm ad deſtructionem hominum, (Auferte propagines,) i. filios, qui ex his propagantur, ſicut ex propagine vites. Et reſumit pœnæ cauſam, (Quia non ſunt Domini,) abalienati ab ipſo per peccatum Iſai.* 24. [c] *Præuaricantes præuaricati ſunt, & præuaricatione tranſgreſſorum præuaricati ſunt.* Citat totam hanc ſententiam Iulianus Archiepiſcopus Toletanus Tom. 4. Biblioth. Ver. Patrum lib. 1. contra Iudæos, (*Aſcendite*, &c. *Præuaricatione enim præuaricata eſt in medio domus Iuda, ait Dominus: Negauerunt me & dixerunt, Non eſt ipſe. Ecce* (ad Iudæos ait,) *videtis oris veſtri blaſphemiam quàm longè ſit ante prædicata.*

c Iſai. 24. 16.

Iudæorũ blaſphemia in Chriſtũ multò ante prædicta.

Iul. Tolet.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΝΑΒΗΤΕ. συντέλειαν δὲ μὴ ποιήσητε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] λείψανα καταλείπετε τῆς πόλεως, ἵνα καὶ τοῖς αἰχμαλωτιζομένοις ὑπόθεσις ᾖ πάλιν ἐπανόδου. διὸ προλέγει ἵν᾽ ὅταν ἴδωσιν οὐ μέχρι τῶν θεμελίων ἀναιροῦντας, μὴ τῆς ἐκείνων φιλανθρωπίας, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ κωλύσεως εἶναι νομίζωσιν. [ὑπολίπεσθε τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῶν.]

Θεοδωρήτου.] λέγοι ἂν ὑποστηρίγματα τοὺς θεμελίους περὶ ὧν φησὶν, οἱ θεμέλιοι αὐτῆς ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. καταλείπετε δὲ ταῦτα, τῆς ἐπα

E Verſ. 10. ASCENDITE *in ciuitates eius*, &c. *Conſummationem autem ne faciatis*, &c. 3

Chryſoſtomi.] *Reliquias ſinite ciuitatis, vt & captiuis reuerſionis argumentum præbeatur, propter quod prædicit, vt quando viderint non vſque ad fundamenta vaſtantes, non eorum humanitati, ſed Deo prohibenti id adſcriberent.* (*Relinquite fulcra eius.*)

Chryſoſt. *Captiuis in Babylonẽ abductis Hebræis exhibita à Deo ſpes redeundi.*

Theodoriti.] *Dicit fortaſſe fulcra, fundamenta, de quibus ait,* [d] *fundamenta eius in montibus ſanctis. Relinquite autem hæc, reditum captis*

Theodorit.

d Pſal. 86. 1.

ἐπανόδου τῆς ἀλλοῦσι τεκμήριον. ὃ καὶ προλεχθὲν, τὸ, σὺν θεμελίοις ὑπολειφθῆναι, οὐ τῇ τῶν πολεμίων, τῇ δὲ τοῦ Θεοῦ λογίσωνται φιλανθρωπίᾳ. μνήσθητι γὰρ τῶν υἱῶν ἐδώμ, τῶν λεγόντων, ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε, ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. τοῦ κυρίου δὲ φησὶν εἶναι τὰ ὑποστηρίγματα μετὰ τὸ δοῦναι δίκην.

Βίκτωρος.] ἄμεινον δὲ σὺν δικαίους, καὶ σωτηρίας ἀξίους, οὕτως εἰπεῖν. ὑποστηρίζεται γὰρ σὺν δικαίους ὁ κύριος, δι' ὧν καὶ ἤμελλεν τοῦ ἰσραὴλ ἐγκατάλειμμα γίνεσθαι. οὓς ἐχρῆν καὶ δι' αὐτὸ σωθῆναι, καὶ διὰ τὴν τῶν πατέρων ἐπαγγελίαν. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ἦσαν δὲ ἐν μὲν Βαβυλῶνι Ἰεζεκιὴλ τε, καὶ Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, Νεεμίας, καὶ Ἔσδρας, καὶ ὅσοι πρὸς εὐσέβειαν τὸν λαὸν ὑπεστήριζον. ἐν δὲ τῇ Ἰουδαίᾳ, οἱ περὶ τὸν Ἱερεμίαν, καὶ Βαρούχ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἄφετε μετανοίας ἐλπίδα. ἄφετε τοὺς προφήτας ἐπὶ τῆς ἐφόδου Βαβυλωνίων. ἄφετε τοὺς ἀποστόλους ἐπὶ τῆς ῥωμαίων.]

[ὅτι ἀθετῶν ἠθέτησεν εἰς ἐμέ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ τοῦ κυρίου εἰσὶ, τίνος χάριν ταῦτα πέπονθε; διὰ τοὺς ἐνοικοῦντας, ὅτι ἠθέτησαν.

A *tis vt indicent, quod & vaticinio prædictum, vt scilicet, fundamenta relinquantur, non hostium, sed Dei pietati tribuerent,* [a] *Recordare enim filiorum Edom, clamantium euacuate, euacuate ad fundamenta vsque ipsius. Fulcra autem Domini esse ait post sumptas pœnas.*

a Psal. 136. 7.

Victoris.] *Rectius verò iustos, dignosque salute hæc essari, fulcit enim iustos Dominus, per quos futurum erat vt Israel manerent reliquiæ, quos & propter hoc, & promissa Patribus facta* B *seruari oportebat.* [& post pauca,] *erant autem in Babylone Iezechiel, ac Daniel, Tresque pueri, Neemias, & Esdra, quique ad pietatem populum confirmabant, In Iudæa autem Ieremias, & Baruch.*

Victor. Iustos seruari voluit Deus qui essent tempore captiuitatis Babylonicæ sustentacula & ipsius populi.

Olympiodori] *Relinquite pœnitentiæ spem, relinquite tempore Babylonicæ inuasionis Prophetas, Romanæ, Apostolos.*

Olympiod. Sustentacula populi sunt spes pœnitentiæ, & viri sancti.

Vers. 11. (*Præuaricans enim præuaricata est,* &c.)

Chrysostomi.] *Si Domini sunt, quanam de causa hæc passa est? propter inhabitantes, qui præuaricati sunt.*

Chrysost. Iusti patiuntur in populo propter eiusdem populi peccata.

Vers. 12.] Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: Neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 QVÆ [b] *omnia vel ex vno, eòque omnium ma-*
ximo eius scelere, quod & multiplicia continet
crimina, confirmari fas sit. Negauerunt Dominum, ei-
que mentiti sunt, tum quia expectatos illi fructus mini-
mè protulerunt: tum quia illi subiici renuerunt: tum quia
2 *si quando illi sese exhibuere subiectos, falso, simulató-*
3 *que id effecerunt animo: tum quia haudquaquam eum,*
4 *prout oportuerat, coluère solum, idola, falsos simul cum*
5 *ipso adorantes Deos: tum demum quia quolibet insipien-*
6 *te insipientiores, verbis quoque illi & diuinitatem nega-*
re ausi sunt, & prouidentiam. [c] *Dixerunt namque. Ipse*
non est Deus, non est creator omnium, non est qui nos
eduxit de Ægypto: Non est qui nostra curet, cui &
1 *propterea subesse, & parère debeamus: Nec nouit sincero*
2 *ne an simulato ei seruiamus corde: Nec is ille est, cui vt*
3 *nostro fructificare debeamus Domino. Non est à quo vel*
4 *expectemus præmia, vel metuamus pœnas. Non est ipse,*
5 *qui per istos loquatur, qui mala nobis prænunciant.* [d]
6 *Neque propterea vera erunt aspera ea tanta, quanta*
quotidie nobis comminantur; Nec nobis ea contingent,
dum Idolis seruimus. Non opprimet nos bellum, & obsi-
dio, qua famem sustinere cogamur.

b Negauerũt Dominũ. (seu, Mentiti sunt in Dominũ.)

c Et dixerũt, Non est ipse, (seu, non sunt hæc.)

d Neque veniet super nos malum, gladium, & famen non videbimus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 N*Egauerunt Dominum*, &c. Vt intensionem præuaricationis probet Iudaici populi, quam mox magna cum exaggeratione asseruerat, id potissimum Dominus assert sceleris, quod & primum inter iniquitates, & præuaricationes obtinet locum, Quod negarunt Iehouah, i. eum qui vnus & verus Dominus, vnusq; verus C Deus per essentiam, Et vt legunt Sept. vtque ex Hebræo plerique vertunt recentiorum, (*Mentiti sunt Domino suo, & in Dominum suum.*) Iniquitatem enim omniũ maximam id asseruit & B. Iob, cùm de Idololatria loquens subintulerit, [e] *Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Dominum.* Quid sit autem negare Dominum, non est ita facile definire, vt primo videtur aspectu: Neque enim id solum significat, quod apud omnes est peruulgatum, quãdo verbis illi denegatur diuinitas, quod nec insipiens, & atheus est admittere ausus, quamuis intimo id assereret verbo cordis, iuxta illud Psalmi, [f] *Dixit insipiens in corde suo, Non est* D *Deus.*

Negare Deũ est maximũ omnium peccatorum.
1. Sensus.

e Iob. 31. 28
Negare Deũ quid sit.

f Psal. 13. 1.

2 Sed & tria insuper alia per id denotantur. Nempe alios vnà cum illo admittere Deos; quod significare voluit in lib. Prouerb. Salomon, cùm diceret, [g] *Duo rogaui te, ne deneges mihi*, subdensque duo ista, *Vanitatem*, inquit, *& verba mendacij longè fac à me, Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi.* Quæ tametsi quatuor esse videantur, duo tamen duntaxat sunt, ne dederis, ait mihi, diuitias, vt longè sit à me vanitas, id est, idololatria, vt constat ex illo Psalmi, [h] *Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Vnde meliùs semet explicans addit E postmodùm Sapiens, *Ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus?* id est. Non noui vnum solum Dominum, admitto & alios. Hocque secũdo sensu eos, qui ipsum solum colerent, nullum alium admittentes Deum idemmet Deus filios appellat non negantes, adeoque & illis, vt populo suo peculiari saluatorem futurum se pollicetur, dicens, [i] *Verumtamen populus meus est, filij non negantes, & factus est eis, saluator.*

2. Sensus. Negare Deũ est admittere alios Deos, qui falsi sunt.
g Prou. 30. 7.

Idololatria dicta vanitas.
h Psal. 39. 5.

i Isai. 63. 8.

3 Tertio hoc ipso negandi verbo significatur superba renitentia, quâ quis subiici renuit, vt ex eo lib. Deuteronomij colligere licet, quo Israeli promissionis terram mox sibi subacturo dicitur à Moyse, [k] *Negabunt te inimici tui*, id est, tibi subiici nolent

3. Sensus. Negare Deũ esse renuere illi subiici.
k Deut. 33. 29.

nolent, *& tu eorum colla calcabis.* Et ob hanc negandi rationem Deus per Isaiam Israeliticum ipsum populum, quem in præcitato eiusdem Isaiæ loco filios non negantes appellasse vidimus, è vestigio filios nuncupat negantes, dicens,[a] *Populus ad iracundiam prouocan. est, & filij mendaces.* (Hebraicè כחשים chabhasim, participium eiusdem verbi, quòd hîc noster interpres vertit (*Negauerunt,*) *filij negantes.*) declaransque quid per id intelligat Epitheti, addit, *filij nolentes audire legem Dei,* quod & verbis eos protestatos subinfert, *Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte a me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Quid clarius? Vnde idemmet populus cùm item apud Isaiam ingenti iam animi demissione sua se agnoscere fateretur scelera, hoc vnum negationis Dei potissimum asserit, quod & hac ipsâ tertiâ explicat ratione, ait quippe.[b] *Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te & peccata nostra responderunt nobis,* (cùm videlicet internâ interrogatione nostram scrutaremur conscientiam) *quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus.* Quænam istæ sunt? Audi,[c] *Peccare & mentiri contra Dominum.* (Hebraicè sicut & hîc apud Ieremiam, וכחש ביהוה vechahhesc bahehouah, *& negare Dominum*) vt autem intelligeremus quid id esset, addunt, *Et auersi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri.*

a Isai. 30.9. b Isai. 59.12. c Isai. 59.13.

4 *Negare Deū est subiici illi ficte & coacte.* 4. Sensus. d Psal. 17.46.

Significatur quartò per idem negandi verbum subiectio, sed ficta, falsoque & simulato animo exhibita, qualis ea esse solet, quam coactè præstant, qui offenso sunt animo, & de qua Rex Dauid in Psalmo 17.[d] *Filij* inquit *alieni mentiti sunt mihi.* (Hebr. eodem quo & hîc verbo יכחשו לי iechabhsciu li, *negauerunt me.* (*Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Quæ duo postrema addita sunt in declarationem primi. Ac si diceretur, filij gentis à me alienæ mendaciter se se mihi subiecêre. Siquidem intrinsecus vetus in me seruantes odium in rationibus agendi, quasi claudicantes, nunc in vnam falsæ subiectionis inclinant partem, nunc verò in partem deflectunt alteram inimicitiarum antiquarum. Idemque Regius vates de mendaci erga Deum subiectione, falsoque inimicorum ipsius cultu agens in Psalmo 65. ait,[e] *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi.* (Hebraicè יכחשו לך iechabhasciu lecha, *negabunt te*) *inimici tui*, id est, ob ingens robur fortitudinis tuæ coacti se se quidem Domine tibi subiicient, at ficte, & falsò, intrinsecus enim quem labiis colere simulabunt, corde negabunt. Et hoc quarto sensu crediderim hoc negandi verbum vsurpatum ab Apostolo in difficillimis verbis illis.[f] *Si quis autem suorum, maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Vt quod ait, tale esse videatur. Si quis charitatis expers extiterit erga sibi cognatione coniunctos, præsertimque erga domesticos suos, ita vt eorum nullam habeat curam, is certè fidei se profitetur subiectum Christianæ, quæ in fideli quolibet ordinat charitatem, vt suo quemque ordine debita charitatis prosequatur sollicitudine, & curâ: At mendaciter, & falsò talem profitetur fidem, adeoque est in eo ipso deterior infideli, qui tametsi Christianæ fidei non sit subiectus, naturæ nihilominus seruans legem, cognatorum, domesticorumque suorum curam omni quo potest studio habet.

e Psal. 65.3. *Domus suæ curam non habens quomodo fidem negare dicatur, & esse deterior infideli.* g Tim. 5.8.

5 Possumus denique & quintum eiusdem verbi

A addere significatum negandi videlicet Domino expectatos fructus, prout colligere est ex eo, quod in Cantico Habacuc dicitur,[g] *Mentietur.* (Hebraicè... כחש chihhesc *negabit*) *opus oliuæ, & arua non afferent fructum.* Et hoc sensu puto accipiendum idem verbum in eo quod ait Dauid in Psalmo 80. vbi peregregiâ antithesi hæc habet.[h] *Inimici Domini mentiti sunt ei.* (Hebr. יכחשו לו *iechabhasciu lo, negarunt eum.*) *& erit tempus eorum in sæcula, & cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.* Est enim sermo de Israelitico populo, quem meritò Propheta sanctus inimicos B appellat Domini, quia iuxta præallatas Dei querelas ipsum nec audiuit Dominum, nec in eius ambulauit viis. Tales porrò Dei hostes in eo quàm maximè illum negasse ait professos, quòd expectatos ei nullos retulêre fructus, iuxta illud apud Isaiam, *Expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas,* seu vt legunt Sept. *spinas.* Sed quamuis *tempus illorum in sæcula,* quamuis pro tam peruersa negatione, scelestissimoque mendacio in æterna eos sæcula grauissima maneret punitio, nihilominus eosdem è vestigio hîc vberrimos à Deo ipso sumpsisse fructus, quibus & alerentur, & de- C lectarentur, & saturarentur.

Negare Deū est non reddere illi expectatos fructus. 5. Sensus. g Habac. 3.17. *Bona temporalia dantur sæpe à Deo peccatoribus quoque ingratissimis.* h Psal. 80.16

His explicatis iam facile est percipere quantam vim hæc habeant verba, (*Negauerunt Dominum,*) seu, vt vertunt Sept. & auctor Codicis apparatus Bibliæ Regiæ (*Et mentiti sunt Domino suo,* seu *in Dominum.*) Omnibus enim quinque sceleribus mox expositis Iudæi tunc deliquisse asseruntur, ita vt iure optimo dici de illis debuerit, 6 *Peccatores quantis modis Deum negent, illique mentiantur.*
Præuaricatione præuaricati sunt in me. Vnde mox 1
subditur, *Et dixerunt non est ipse,* id est, Ipse nequaquam est Deus, nec est ille, qui nos eduxit de Ægypto, cùm & in deserto vitulo aureo id tribuerint dicentes,[i] *Hi sunt Dij tui Israel, qui te edu-*
D *xerunt de Ægypto:* Non est qui nostra prouideat, i Exod. 32. 4.
cui & subesse, & parère debeamus. Nec nouit si 2
ficto, aut sincero corde illi seruiamus: Nec is 3
ille est, cui vt nostro fructificare debeamus do- 4
mino, à quo vel præmia expectemus, vel metuamus pœnas, Imò non est ipse qui loquitur aspe-
ra illa, quorum minas quotidie audire contingit. 5
Cui postremo sensui fauet versio Sept. quæ pro, (*Non est ipse,* habet, *Non sunt hæc*) scilicet illius verba, seu, (*Non sunt hæc*) scil. vera Prædictisque omnibus consona sunt, quæ addidêre, (*Neque veniet*
E *super nos malum, gladium & famem non videbimus,*)
id est bello, & obsidione minimè prememur. 6
Quamquam & accipi eadem eo queant sensu, quo iidem Iudæi infra in cap. 44. superius citato
ipsi dicent Ieremiæ,[k] *Sermonem quem locutus es ad* k Ierem. 44.16.
nos in nomine Domini non audiemus ex te: sed facientes faciemus omne verbum, quod egreditur ex ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, &c. & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

F *Vers. 12.*] Negauerunt Dominum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Peccatores obstinati quā multipliciter Deum negare, eidemque mentiri dicantur.*

AB eius nimirū deficientes lege, vel blasphemas aduersùs illum emittentes voces, Quæ vtinam & nostris hisce temporibus videri non contingeret. Quamquam & hæc, & cætera quæ in hoc vers. 12. subsequuntur, verba cuique obfirmato præsertim congruant peccatori, qui modis

dis omnibus, quos in prima literæ expositione A declarauimus, Deum negare eidemque mentiri dicendi sunt, quatenus & veluti idola ea colunt, ad quæ suum conuerterunt affectum, & Deo subiici renuunt, vt verò omnium rerum Domino: quamquam aliquando ob humanum aliquem respectum simulato id efficiant animo & per hypocrisim, & quamuis confiteantur eum verbis, factis nihilominus negant. Atque vt ingrati agricolæ, vel etiam vt degeneres vites expectatos illi haud referunt fructus dignos pœnitentiæ.

8 Facit autem mihi difficultatem, quod de B istiusmodi peccatoribus negantibus Dominum secundo loco adiectum est, [a] *Et dixerunt, Non est ipse.* Nam è contra de iis ingratis, rebellibusque peccatoribus, lego in Euangelio, *Et dixerunt, hic est hæres,* quod tantumdem est, ac si dixissent, Ipse est, quem Pater constituit hæredem vniuersorum, filius Dei, Patrique Deus coæqualis. Videntur autem duo hæc dicta sibi inuicem pugnare, *Non est ipse,* & *Hic est hæres,* ipseque Deus. Si tamen rectè intelligantur, haud pugnant: vtrumque enim à peccatoribus dicitur verè, dum enim peccantes, iuxta Pauli dictum, [b] *rursum crucifigunt sibimetipsis filium Dei,* idque *& ostentui habent,* & de eo gloriantur, de ipsis se se iactantes peccatis rectè asseruntur & dicere, *Hic est hæres, venite occidamus eum,* bene autem subdunt, *Et habebimus hæreditatem eius.* Enimuerò cùm toti huic addicti sint sæculo, eam potissimam filij Dei arbitrantur hæreditatem, quam sensibilibus in hoc mundo conspiciunt oculis, cuius & tunc maximè ipsi fieri nituntur participes, cùm maximo peccant studio, iuxta id quod in libro asserunt Sapientiæ, [c] *Fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creaturâ tamquam in iuuentute celeriter.* [d] *Nescierunt enim sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ,* vt ibidem dicitur in fine capitis, Ac non credentes vitiorum vltorem esse Deum, id quoque impij affirmant, quòd hîc habemus, *Non est ipse,* rationem afferentes, cur ita Deum negare audeant. *Neque veniet super nos malum: gladium, & famem non videbimus.* Totus itaque iniquorum hominum error ad exiguum reducitur fidei, quo Dei non metuunt flagella, & per peccata hæreditatem assequi affirmant filij Dei, quam in fruitione creaturarum sitam arbitrantur, vt impiissimè Sarracenorum asserit seductor Mahumet. Præclarè ad hanc rem Origenes lib. 9. in Leuiticum vnumquemque nostrûm ita alloquitur. *Si hodie tibi diceretur, quia iudex sæculi vult te die crastinâ viuum exurere: & his auditis, si esset tibi vnius diei spatium liberum, quanta faceres? quomodo, & per quos discurreres, quàm humilis, quàm lugens, & sordibus oberrares? Nonne effunderes omnem pecuniam in eos, quorum intercessione euadere te posse crederes? Quod si etiam aliquis te retardare, aut impedire tentaret, non diceres, Pereant omnia pro salute mea, nec quidquam remaneat, tantùm vt ego viuam? Hoc quare faceres? Quia inde non dubitares. Hinc dubitas, & ideo Dominus dicit* [e] *Luc. 18. Putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram? Et quid dico de certis periculis? Tantummodo si causa dicenda sit apud iudicem terrenum, nonne omnibus vigiliis excubatur? patrono munera præparantur? etiam si anceps periculum sit. Nos quare non credimus quòd omnes adstabimus ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque propria corporis, prout gessit? Hæc si integrè crederemus, esset nobis secundùm quod scriptum est,* [f] *Prouerb. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ eius.*

Peccatores quomodo & Deum negēt, & Christum fateantur esse Dei filium, cuius hæreditatem peccando adipisci se credunt.

a Matt. 21.

b Hebr. 6.6.

Mundani haud aliam credunt esse Christi hæreditatē quàm rerum istarum sensibilium.

c Sap. 2. 6.

d Sap. 2. 22.

Ad fidei defectum reducendus omnis iniquorum error.

Origenes.

e Luc. 18.

f Prouerb. 13.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam vers. 13.

Vers. 13.] Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Cæterum malorum omnium istorum eam potissimam affirmare est causam, quòd in hac gente 1 *complures extiterunt Pseudoprophetæ, in tota viuendi, agendique ratione inaniter, stultèque se habentes, insilantem secuti superbiam, mendaciisque suis vniuerso populo innumera inferentes damna; Neque enim aliud locuti sunt, quàm mendacia, & errores, quæ audientium auribus grata esse intelligerent, idque vt auram popularem, inanemque captarent gloriolam, In ventum profectò existentes, & in ventum loquentes, Nec reuelationem, nec responsum, nec verbum vllum à Deo inspiratum habentes, cùm in maleuolam ipsorum animam introire nequiuerit Dei sapientia. Vnde cùm tales Iudæi* C *habuerint duces, quibus loquentibus fidem præstitêre, & quos imitari studuêre, meritò sanè dixerim propterea quæ iam exposita sunt, esse illis euentura.*

g Prophetæ fuerunt in ventum locuti (seu, fuerunt in ventum) & responsum non fuit in eis. Hæc ergo euenient illis (seu, sic fiet illis.)

2 *Neque verò me solum malè habuerunt, sed, si qui inter ipsos mei extiterunt Prophetæ boni, ac sancti, quos ad ipsorum procurandam conuersionem eis misi frequenter: ita illos contempserunt, vt tametsi ab illis multa eis prædicarentur salubriter, in ventum nihilominus, & inaniter absque vllo eis locuti sint fructu, negantibus nimirum Iudæis, illos à Deo missos, Denique habere responsa, ac reuelationes: atque adeo nec respondentibus & obtemperantibus eorum prædicationi.*

3 D *Quinimò quia ab illis & increpabantur, & minis terrebantur, querulas aduersùs illos, blasphemasque istiusmodi ij emittebant voces. Prophetæ isti in id vnum suum omne collocasse videntur studium, vt iugibus increpationibus suis, increpatoriisque sermonibus, & minis, quas ipsi confingunt, quasi furentis venti impetu meum concutiant animum, meque in desperationem propellant: Sed cùm absque Dei reuelatione, proprioque marte hæc & loquantur, & comminentur, in illorum certè caput ea ipsa recident: Sicque profectò eueniet ipsis, sicut ipsi in ventum à se concinnata locuti sunt aspera. Verùm miseri non aduertunt Iudæi, quòd prop-* E *ter has ipsas eorum blasphemias, hæc quæ mox exponam illis contingent acerbissima.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Prophetæ fuerunt in ventum locuti, &c. Sententia ista admodum mihi difficilis, tum quia haud constat, à quonam prolata ea sit: tum quia singula illius membra perplexa sunt: tum propter lectionum varietatem: tum denique & propter multiplices expositorum in- F terpretationes. Et quidem iuxta versionem Sept. haud ambigendum, quin hæc sint verba Iudæorum, de quibus in præcedenti versu 12. *Et dixerunt, Non est ipse, Neque veniet super nos malum,* &c. vt & hæc simul cum illis vno eodemque sermone ab eis prolata referantur (*Prophetæ nostri fuerunt in ventum.*) Et ex Hebraica lectione, quæ habet, (*Et Prophetæ erunt in ventum.*) idipsum colligi posse videtur, ex particula coniunctionis (*Et*) quâ ista superioribus connectuntur, vt vno sermone ab iis prolata. Nil tamen prohibet, quin

eadem

eadem coniunctio non tam ad Iudæorum sermonem, quàm ad sermonem hæc referat Dei, quo dicebatur. *Negauerunt Dominum, & dixerunt*, &c. tum subdatur, (*Et Prophetæ*, &c.) id est, insuper Prophetæ quoque eorum erunt, seu fuerunt in ventum. Noster interpres bene de suo addidit, (*locuti*,) in explicationem ambigui verbi substantiui, amouitque particulam cōiunctionis, vt tam Deo, quàm Iudæis assignari hæc queant. Cæterùm si Iudæis hæc tribuantur, de bonis, sanctisque sumenda sunt Prophetis: Si verò Dei eadē sint, tam de bonis, quam de falsis Prophetis possunt intelligi. Ne itaque confusione obruamur, distinctè singulos afferamus sensus, quos probabiles censemus. Quorum primus sit.

1. Sensus.

Vt Deus quod cœperat, confirmare prosequatur, Meritò præxpositas de Iudaico populo se sumpturum vltiones, quia præuaricatione præuaricatus ille sit: sicut autē id in præcedenti versu probauit ex eo quod pessimè is ipsum habuit eius Deum: *Negauerunt Dominum*, &c. Ita nunc idipsum probat ex ratione pariter mala, quâ & sanctos habuit Prophetas. Ita nimirum illos contempsisse, vt tametsi multa ei ab illis & prædicarentur, & prædicerentur salubriter, In ventum nihilominus ea omnia ab illis inaniter, & à vento ipso difflata absque vllo prolata sint fructu: frequens enim prouerbialis est ista locutio, *loqui in ventum*, pro sermones fundere inaniter, & sacris, & prophanis literis. Secundùm quem sensum, quod mox additur. (*Et responsum non fuit in eis*:) dupliciter intelligi poterit, vel vt relatum ad eosdem Prophetas, vt significetur, iuxta eorum opinionem Iudæorum, qui nullam ipsorum verbis præstabant fidem, nihilque ex ipsorum proficiebant sermonibus, non extitisse illis Dei oraculū, nec à Deo reuelata illos locutos. Vel, vt relatum potiùs ad Iudæos, vt per hæc confirmetur à posteriori, quòd Sancti Dei Prophetæ in ventū locuti sint, & absque vllo fructu: cùm in Iudæis, quibus ij prædicabant nullum extiterit responsum, nullumque conuersionis, ac pœnitētiæ verbum, nullum denique obedientiæ signum, vt responsi nomen pro obedientia sumatur, sicut & respondendi verbum pro obedire, quomodo sumitur in libro Iob, [a] *Vocabis me, & ego respondebo tibi*. Sept. *Et ego obediam tibi*. Adeòque bene concludat Dominus, (*Hæc ergo*,) mala, sc. quæ præexposita sunt, (*euenient illis*,) vel ea non credentibus: sicque hæc iis erunt similia, quæ fusiùs enarrātur in cap. 17. lib. 4. Regum.[b] *Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum*, &c. *Qui non audierunt*, &c. *Iratusque est Dominus vehementer*, &c.

Prædicatores contemnuntur ab impiis.

a Iob. 14. 15.

Respondere pro obedire, & Responsū, pro obedientia.

b 4. Reg. 17. 13.

2

2. Sensus. *Prælatorū ac Prædicatorū mala vita est causa malorū omnium in Ecclesia.*

Secundo sensu ita hæc à Deo prolata sumentur, vt per ea potissimam is assignet causam omnium, quæ mox enumerauerat malorum, tum scelerum, tum etiam flagellorum; eam verò extitisse inquit peruersitatem, superbiam & mendacia falsorum Prophetarum: sæpius namque iam obseruauimus, simplici Prophetarum nomine tam bonos, quàm malos, ac falsos in sacris literis designari: vt totum id, quod à vers. 9. hucusque dictum est, idipsum sit atque illud, quod in fine huius capitis repetitur à vers. 29. *Numquid super his non visitabo*, &c. *Stupor & mirabilia facta sunt in terra, Prophetæ prophetabant mendacium*, &c. vt suo loco ibi explicabimus.

Prædicatores superbi ingētia dāna po-

Porrò quod iuxta lectionem Vulgatæ ait, *Prophetas locutos in ventum*, duo in primis significat, & quòd locuti sint mendacia, iuxta illud

A Prouerbiorum.[c] *Qui innititur mendaciis, hic pascit* (transitiuè) *ventos*, quo ex loco colligitur, ventum aptissimum esse mendacij typum. Et quod ad captandum ventum, & auram, gloriamque humanam ea locuti sint, quæ populi auribus grata esse intelligerent, non quæ illi essent profutura: atque adeo solummodo quæ errores continerent, qualia Iudæos ipsos voluisse legimus apud Isaiā, cùm dicerent.[d] *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores*. Et in hac significatione hanc phrasim reperio in libro Iob, vbi Eliphaz Themanites

B ait, [e] *Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens?* taliaque verba, quæ sic ad auram captandam proferuntur, & ex quibus damna inferuntur auditoribus, in eodem libro Iob verba appellantur ventosa, dicente Beato Iob. [f] *Numquid habebunt finem verba ventosa?* Et certè pseudoprophetarum huiusmodi verba, nedum ventosa (vt ita dicam) passiuè extitisse dicenda sunt, in ventum nimirum, & ad ventum, popularemque auram prolata: Sed & actiuè nimirum superbiæ vento inflata, & vento illo suo ingentia damna audientium auribus inferentia.

populis ingerunt, cùm tātùm ad ostentationē vana, & mēdacia prædicēt.

c Prou. 10. 4.

Ventosa verba, & in ventum loqui superbia, & inanis gloriæ, & erroris, ac mēdacij sunt.

d Isai. 30. 10.

e Iob 15. 2.

f Iob. 13. 3.

C Cæterùm si sequamur lectionem alteram, quæ est Hebraici textus, & versionis Sept. Cùm Deus ait, (*Prophetæ fuerunt*, seu *erant in ventum*, seu *in spiritum*,) iuxta hunc ipsum secundum sensum significabit, Pseudoprophetas ipsos nedum in sermone, sed & in tota viuendi, agendique ratione inaniter, stultéque se habuisse, instantem secutos superbiam, mendaciisque suis innumera intulisse vniuerso populo damna fuisse nimirum in ventum scilicet laborantes, eo modo, quo sapiens in libro Ecclesiastes. [g] *Quid prodest, ait, ei qui laborat in ventum?* in ventum ambulantes, vt vento pascerentur inanis gloriæ, hu-

D manæque auræ, quomodo Ieremias noster infra dicet,[h] *Omnes pastores tuos pascet ventus*, pascet inquam, pecudem alendo, sed & instar brutorum animalium gregem regendo, ac deducendo quocumque libuerit: in ventum sua omnia dirigentes studia, adeoque & mendacia prædicantes, multipliciaque damna inferentes, & stulta operantes: quomodo de Hosee Rege Israël loquens Hoseas Propheta inquit, [i] *Ephraim pascit ventum*, (stultè videlicet operans, ventum quasi ouem regere studens) *Et sequitur æstum*, (cōcupiscentię tuę) *totâ die mendacium & vastitatem multiplicat*. Vt tantumdem sit quod hîc dicitur, *Prophetæ fuerunt in*

E *ventum*, Ac si diceretur, Prophetæ fuerunt stulti, atque insani, eâ ipsa ratione quâ Hoseas item Propheta de toto Israele veluti de vno ipsius Pseudopropheta ait,[k] *Scitote, Israël stultum Prophetam insanum, virum spiritualem*, Hebraicè *virum spiritus*, seu *venti*: vt id ipsum sit, esse in ventum ac esse virum venti, quod est esse stultum, atque insanum.

3

Prælati, & Prædicatores praui dicuntur esse in vētum, qui in tota viuendi agendi, & loquēdi ratione, inaniter, & stultè se habent.

g Eccl. 5. 15.

h Ier. 22. 22.

i Hose. 12. 1.

In ventum esse est esse stultum.

k Hose. 9. 2.

Cùm itaque ista omnia, iuxta hunc secundùm sensum significentur per hanc primam istius sententiæ partem, (*Prophetæ fuerunt in ventum*,) seu

F (*fuerunt in ventum locuti*): fat plane apparet, quàm congruenter adiectum ab eodem Domino sit, (*Et responsum non fuit in eis*) seu, vt est in Hebræo, (*Et verbum non in eis*) Quod declararunt Sept. vertentes (*& sermo*, seu *verbum Domini non fuit in eis*.) Qui enim fieri poterat, vt sermo Domini in tam peruersis esset Pseudoprophetis, si iuxta sapientis dictum, [l] *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis?* Si & Vate Regio teste acriter arguitur scelestus ille, qui & ea proferre ausus est, quæ ab ho-

4

Prælati, & Prædicatores praui nō habent Dei responsa.

a Psal. 49.16.

minibus didicerat diuinæ legis, [a] *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Si denique corde à Deo longè existentes nil ex ipso vnquam interrogant, itaut aliquid accipere ab illo queant responsi? Siquidem propterea quæ Deus reuelat, responsa frequenter appellata reperies, quasi Propheta interroget, & Dominus respondeat, prout ex eo colligere est Euangelij quo dicitur, [b] *Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.* Quia ergo Iudæi tales habuère tunc temporis pseudoprophetas, quibus fidem præstabant, à quibus se duci sinebant, quosque imitari studebant, optimè in postrema parte, tamquam consequens necessarium, dicitur (*Hæc ergo.*) scilicet, quæ iam exposita sunt in præcedentibus, (*euenient illis.*) Seu iuxta Hebr. (*Sic fiet illis*,) aut, iuxta versionem Sept. (*Sic erit illis*,) vt habent Codices Complutensis, & Regius, quamquam in Vaticano hæc minimè reperiantur.

Oracula & reuelationes Dei cur appellata sint responsa.

b Luc. 2. 26.

5 Nec duo isti sensus per ea improbabilia videntur, quæ in subsequenti versu 14. habentur, *Hæc dicit Dominus*, &c. *Quia locuti estis verbum istud*, &c. dicendum, namque relatiuum *istud* esse referendum ad id, quod Iudæos impiè locutos vidimus in vers. 12. *Et dixerunt, Non est ipse: neque veniet super nos malum*, &c.

3. Sensus. Meliùs tamen idem relatiuum, (*istud*) ad proximum aliquod refertur verbum, quod certè hoc ipsum erit, quod præ manibus habemus, exponentes sententiam istam vers. 13. (*Prophetæ fuerunt in ventum locuti*, &c.) Atque adeo tertio sensu, quem probabiliorem cæteris existimo, Iudæis ipsis tribuenda hæc sunt, itaut sint vna, eademque continuata oratio cum iis, quæ dixère in præcedenti vers. 12. quod, vt supra notauimus, ex particula coniunctiua, quæ in textu Hebraico reperitur: licet confirmare. Iuxta tertium hunc itaque sensum duobus modis ea, quæ hìc à Iudæis dicuntur, accipio. Primum, vt iis sint similia, quibus iidem talia ad nostrum Ieremiam habuère in cap. 43. [c] *Mendacium tu loqueris, Non misit te Dominus Deus noster.* Iam enim supra in explicatione secundi sensus ostensum est, phrasi istâ. *Loqui in ventum*, hoc quoque significari, loqui mendacia, exploratumque est, à Deo missos minimè dici posse, in quibus Dei non fuerit responsum, & reuelatio.

c Iere. 43. 2.

6 Meliùs tamen secundo arbitrarer, eosdem Iudæos eam potissimum ob rem de sanctis cõqueri Prophetis, iisdemque detrahere, quòd iugibus ipsos suis concuterent minis, ita vt in eo vno suum omne collocasse visi sint studium, vt excogitarent verba, suoque marte concinnarent vaticinia, & sermones, quibus acriter eos increparent, & in desperationem inducerent, desperatos planè suis ipsi sese exhibentes sermonibus. In hunc siquidem sensum in lib. Iob similem phrasim, similemque reperio sententiam, quâ ad amicos ipsum acriter increpantes talia habet. [d] *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis*, id est, increpatoriis sermonibus vestris, instar frementis, furentisque venti prolatis meum concutere obnitimini animum, meque in desperationem propellere contenditis: quod significantiùs exprimunt, qui ex Hebræo ibi vertunt, *Et in ventum verba desperati*, seu *desperationis*, scil. profertis, id est, qui & me acribus increpationibus in desperationem addu-

Peccatoribus obstinatis quàm odiosa increpationes Sanctorũ prædicatorum.

In ventũ loqui est increpatoriis sermonibus vti.

d Iob. 6. 26.

A citis, & talia profertis verba, qualia habere solet qui sit desperatus. Post has itaque querelas, *Prophetæ fuerunt in ventum locuti*:) sese excusantes iidem Iudæi, rationemque afferentes, cur illis ita ipsos increpantibus, non obtemperent: curve grauissimis adeóque multiplicibus eorum minis fidem non præstent, ita vt tam tutò mox dixerint, *Non veniet super nos malum, gladium, & famem non videbimus*: addunt, (*Et responsum non fuit in eis*,) id est Et à Deo reuelata minimè acceperunt, quæ comminati sunt.

B Porrò postrema verba, (*Hæc ergo euenient illis*,) seu iuxta originalia Hebr. & Græc. Sept. (*Sic fiet illis*,) duobus iuxta tertium istum sensum exponi queunt modis.

Primo, vt ab iisdem Iudæis aduersùs Prophetas ipsos dicta in increpationem, & execrationem, Ac si dicerent, Peracerbâ istâ ratione illis se erga nos habentibus, hæc eadem, quæ nobis comminantur, super eos recident mala. Sicque profectò eueniet illis, vt ipsi absque Dei responso in ventum à se concinnata proferant vaticinia. Vel secundo, & meliùs: vt hæc sint verba Ieremiæ, ex præexpositis Iudæorum scelestissimis

C verbis necessariò inferentis, Ventura profectò super illos mala, quæ comminata aspernantur, vt cùm dicitur, (*Hæc ergo venient illis*,) pronomen (*hæc*) ad ea referatur, quæ mox fusiùs explicantur mala.

Præter tres istos præsentis sententiæ sensus, quos probabiliores censeo, non erit abs re, si & ea hìc adnotem, quæ super eadem ab aliis haud improbabiliter dicta reperi. Primum enim, Ioannes Maldonatus in suis Comment. etsi in explicatione primarum partium ferè cum nostro tertio sensu consentiat, quoad tertiam tamen par- 7

Io. Maldon.

D tem dissentientia asserit: vt quod hìc dicitur, tale sit. Putarunt peruersi iidem Iudaici populi vana esse sicut ventum, quæ Prophetæ illis prædicabant, neque loqui Deum per eos, cùm dicebant, *Sic fiet eis*, id est, cùm illis prædicebant famem, & captiuitatem venturam. Quamquam iuxta vulgatæ, inquit, lectionem ab interprete addita est particula *ergo*, quasi hæc verba sint Dei, aut Prophetæ, dicentis, propterea euentura hæc omnia, quia negauerunt fore, vt euenirent.

Secundo Isidorus Clarius in suis Annotatio-

Isidor. Clar.

E nibus super hoc caput quintum, *Alius*, ait, *sic vertit, Prophetæ vana loquuntur, verba tantùm sunt, & nullum in eis pondus; quare nihil eueniet illorum, quæ ipsi minantur.* Tertio demum Vatablus per modum comminationis, & imprecationis aduersùs pseudoprophetas hæc dicta sumit in hunc sensum, Et Prophetæ in ventum erunt, id est, peribunt, & euanescent, & qui loquatur non est inter eos; sicque fiet, euenietque eis, quia sermo non est in eis, quia non afflantur sancto spiritu, sed sibi confingunt somnia, quæ pro veris effe-

Vatablus.

F runt. Quæ certè imprecatio solidior reddetur per versionem Pagnini, quæ ita hanc habet sententiam, (*Prophetæ autem fuerunt in ventum, & nihil erat eis, sic fiet eis*,) scil. vt dixi.

Vnum superest, vt hìc animaduertamus, in Hebraico textu esse vocẽ והדבר *vehadabar*, quæ à Sept. atque à nostro interprete, & à plerisque etiam recentiorũ sumpta est vt nomen, sic enim sine punctis legi ea potest *vehadabar*, (*& sermo*, seu *verbum*, aut *responsum*.) Nunc verò, vt legitur cum punctis, vehaddiber, videtur potiùs verbum coniugationis, quam Hebræi appellant Pinghel, quomodo

quomodo eamdem vocem pro verbo ſumpſit & A
a Hoſe. 1. 2. noſter interpres, cùm aliàs vertit, [a] *Principium loquendi Domino in Hoſee*, & Vatablus hîc reddens, (*Et qui loquatur.*) Quamquam non deſint plerique etiam Hebræorum, qui pro ſermone, & vt nomen id quoque ſumendum aſſerant.

Verſ. 13.] Prophetæ fuerunt in ventum locuti.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

B

8 *Prædicatores increpationibus ac minis exaggerantes contra vitia irridentur ab obſtinatis peccatoribus, qui & ipſis mala precantur.*

ERGO in præexpoſito fidei errore obſtinatus deuenit peccator, vt & arguentes ſanctos contemnat prædicatores, & quaſi per iocum illa eis imprecentur mala, quorum ab ipſis audire contingat minas. Quæ & quotidie obſeruare eſt in praxi. Si quando enim ſceleſtorum aliqui ex iſtis in peccato obfirmatis cõcionibus interſint, in quibus Prædicatorem audierint contra vitia exaggerantem. Videas illos ex Eccleſia exire ridentes, ac veluti per iocum de inferendarum, quam audiêre, colloqui pœnarum exaggeratione, deque inuectiua concionatoris aduersùs eos, C qui ſæculi indulgent voluptatibus, quique creaturis frui contendunt. Hæcque propemodum dicere. (*Prophetæ fuerunt in ventum locuti.*) Omnes volunt eſſe Prophetæ, & quaſi cum Deo locuti ſint, ab eoque reſponſum habuerint, Prophetas ſeſe venditant. At Propheta iſte, qui inſtar furentis venti tanta cum animi indignatione, & exaggeratione minis ſimplicem terrere obnixus eſt plebem, nil certè à Deo habuit reſponſi. Si vera ergo ea ſint quæ locutus eſt, veniant ſuper eum. Sic enim hanc concludunt ſententiam. *Hæc ergo euenient illis.* Vide plura in Expoſitione D literæ.

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Negauerunt Dominum, &c.

Verſ. 13.] Prophetæ fuerunt, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Ἐψεύσαντο τῷ Κυρίῳ αὐτῶν, καὶ εἶπαν, οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐχ ἥξει ἐφ' ἡμᾶς κακά, καὶ μάχαιραν, καὶ λιμὸν οὐκ ὀψόμεθα. E

13. Οἱ προφῆται ἡμῶν ἦσαν εἰς ἄνεμον. καὶ λόγος Κυρίου οὐχ ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς.

Verſ. 12.] Mentita eſt Domino ſuo: & dixerunt: non ſunt hæc: non venient ſuper nos mala: & gladium, & famen non videbimus.

Verſ. 13.] Prophetæ noſtri fuerunt in ventum: & verbum Domini non fuit in eis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Mentiti ſunt in verbum Domini, & dixerunt. Non veniet ſuper nos bonum à facie Domini, nec veniet malum: & eos qui occidunt gladio, & famem non videbimus.* Verſ. 13. *Prophetæ autem falſi erunt in nihilum, & prophetia falſa eorum non confirmabitur: hæc vltio fiet de eis.*

Verſ. 12. & 13. (*Negauerunt Dominum*, &c.)

Hieronymus. (*Quia negauerunt Dominum*, ſiue *mentiti ſunt Domino, & dixerunt, Non eſt ipſe,*) *cuius iudicio fiunt omnia, ſed fortuitu hæc omnia acciderunt: neque euenient, quæ nobis Prophetarum voces minantur, nec videbimus gladium, nec famem ſuſtinebimus obſidionis. Et quicquid locuti ſunt Prophetæ, in ventum locuti ſunt, & irrita omnia tranſierunt, nec habuerunt reſponſum, hoc eſt, oraculum, ſiue ſermo Dei non fuit in eis, ideo ſuſtinebunt quæ ſequens ſermo deſcribit. Audiat hoc Eccleſia negligens, & prouidentiam Dei refutans, quòd & gladium, & famem ſuſtineat, niſi futura crediderit quæ dicuntur.*

Hieronym. *Prouidẽtiam Dei negare quàm magnũ malum.*

Theodoritus. *Prædicit aduerſorum cauſam, nempe quòd iniqui, & ingrati in beneficiorum collatorem inſoleſcebant, ſeque meliores exiſtimabant, quàm qui meritò afflictiones paterentur.* (*Non venient*) *enim, inquit, in nos mala, & gladium, ac famem non videbimus.*

Theodorit. *Aduerſorum omniũ cauſa ſunt ſcelera.*

Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Paſſione Domini cap. 29. *Quòd Chriſtum haud agnituri eſſent Iudæi, ſic Ieremias prædixerat ex perſona Domini.* (*Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iuda. Negauerunt me, & dixerunt, Non eſt ipſe.*) *Hoc enim & nunc dicunt, expectantes alium qui eſt Antichriſtus.*

Iſidor. *Iudæos Chriſtum negaturos ante prædictum.*

D. Thomas. *Ponit culpam primò quantum ad blaſphemiam in Deum,* (*Negauerunt Dominum,*) *negantes prouidentiam ipſius ſuper res inferiores.* (*Non eſt ipſe,*) *cuius nutu omnia fiunt.* (*Neque veniet.*) *Quãuis contra ipſum peccauerimus.* [b] *Thren.* 3. *Quis eſt iſte qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?* [c] *Ezech.* 9. *Dixerunt, dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Et quantum ad blaſphemiam in Prophetas.* (*In ventum,*) *id eſt, in vanum,* (*Reſponſum,*) *diuinum.*

D. Thom. *Negat Deum, qui illius negat prouidentiam.*
b Thre 3. 37.
c Ezech. 9. 9.

Theodoritus. *Auctores prædictorum malorũ erant Pſeudoprophetæ, quos arguit,* (*Prophetæ veſtri erant in ventũ, & verbum Domini non aderat eis.*) *Illud* (*in ventum vanitatem, & mendacium eorum quæ dicebantur oſtendit, eò quòd ſpiritus Domini participes non erant.*)

Theodorit. *Prædicantes in populo vana, & mendacia ſunt cauſa omniũ malorũ eius.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΨΕΥΣΑΤΟ τῷ Κυρίῳ. καὶ εἶπαν, οὐκ ἔστι ταῦτα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐννόησον ὅσον κακὸν, οὐκ ἐπίστευον ἀπειλοῦντι, οὐκ ἐπίστευον τιμωρουμένῳ, καὶ κολάζοντι, πολλοὶ καὶ νῦν οἱ περὶ τῆς γεέννης

Verſ. 12. *MEntita eſt*, &c. *Et dixerunt, non ſunt hæc*, &c.)

Chryſoſtomi.] *Perpende quantum mali, minas intendenti non credebant, pœnas inferenti, & punienti nullam præſtabant fidem. Multi nunc* quo

Chryſoſt. *Fidei defectus malum maximum.*

** ἴσ. εἰσὶ τὰ αὐτά.*

γεέννης εἰσὶ, * οἱ ταῦτα διαλαλοῦντες, ἀπιστοῦντες τῷ Θεῷ. [ὁ οἶκος ἰσραὴλ, καὶ ὁ οἶκος ἰούδα ἐψεύσατο.]

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] καὶ δέκα φυλαὶ, καὶ δύο, τοῖς ψευδοπροφήταις ἀκολουθήσασαι, λέγων, ἰσραὴλ, καὶ ἰούδαν, καὶ τοὺς τῶν ἐμῶν προφητῶν ἀποσάμενοι λόγους. ἐκ πολλοῦ γὰρ προλέγων διὰ μετάνοιαν, ἠπίστουν Θεὸς, καὶ μάλιστα τὰ δυσχερῆ, τοῖς δὲ κεχαρισμένοις προσέτρεχον, καὶ τὰ μερικῶς δὲ γινόμενα, οὐκ ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ᾤοντο γίνεσθαι.

[οἱ προφῆται ἡμῶν ἦσαν εἰς ἄνεμον.]

** ἴσ. τοὺς ψευδοπροφήτας.*

Βίκτωρος.] αὐτῶν δὲ προφήτας * τοὺς δὲ προφήτας ἐκάλεσεν. ὅτε καὶ εἰς ἄνεμον ἔφησε φθέγγεσθαι. ἐψευδηγόρουν, ἐφαντασιοκόπουν ὑμᾶς. τουτέστι διὰ κενῆς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐκεῖνοι γὰρ τὰ πρὸς ἡδονὴν δημηγοροῦντες, οὐκ εἴων γίνεσθαι βελτίους ποτέ.

A *quoque sunt, qui eadem de gehenna dicunt, & Deo non credunt, Domus Israel, & domus Iuda mentita est Domino*, &c.

Victoris Presbyteri.] *Decem tribus, duaeque (Israelem dico, & Iudã,) Pseudoprophetas secutæ, meorum Prophetarum sermones repulerunt, Nam multò ante prædicenti ad pœnitentiam, & præcipuè ærumnas Deo non credebant, sed accurrebant ad iucunda, & quæ priuatim adueniebant, casu*

Vict. Presb. Fidei defectus mala omnia causauit Iudæis.

B *fortuitoque, non ex Deo euenire putabant.*

Vers. 13. (*Prophetæ nostri fuerunt in ventum.*) 3

Victoris.] *Pseudoprophetas porrò eorum Prophetas vocauit, cùm & in ventum loqui asseuerauit falsa loquebantur insomnia, nugasque vobis enarrabant: hoc est, in vanum.*

Victoris. Loqui in ventum est falsa, nugasque proferre.

Chrysostomi.] *Etenim illi pro concionibus ea dicentes, per quæ animi demulcentur, ad bonam frugem redire eos minimè permittebant.*

Chrysost. Loqui in ventum est loqui ea quæ animum demulceant.

Vers. 14.] Hæc dicit Dominus Deus exer- C
cituum: Quia locuti estis verbum istud: Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus Deus exercituum, (seu Ideo hæc dicit, &c.)

QVI [a] vt vester peculiariter Dominus vos ab ipso deficientes, ipsumque negantes iustâ debet correptione punire, Quique vt Deus suos tueri
D *tenetur Prophetas, vimque suorũ patefacere verborum, quæ per illos protulit increpando, & comminando, & qui vt innumeris stipatus Angelorum exercitibus, cuiusque nutu hominum, creaturarumque omnium mouentur exercitus, suam in vobis castigandis ostensurus est omnipotentiam, his vestris ad iracundiam magis exacerbatus vocibus, hæc indignatus effatur.*

1

b Quia locuti estis verbum istud.

Quia [b] istud impiè contra me locuti estis verbum, Non est ipse. Non eueniet nobis malum, gladium, & famem non videbimus.

2

Quia & contra sanctos Prophetas meos, & istud pronunciare ausi estis. Prophetæ locuti sunt in ventum, mendacia, quæ sibi absque diuina reuelatione comminis-
E *cebantur. Indignatione modo non sinor vt loquar, quanta mihi aduersus vos essent proferenda.*

1

c Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.

Audi [c] tamen tu Ieremia, velint, nolint Iudæi, ipse sum, qui verba tibi subministraui, quæ iis audientibus locutus es, verbisque ipsis tantam dedi efficaciam cui vix alterius rei efficacia queat comparari; efficaciam vt ignis sint, quo nil inter sublunaria est efficacius, populumque istum vt ligna, quò illicò ab illis deuoretur. Isti dixère, Sanctos Prophetas in ventum verba proferre.

2

Sit, vt ipsi asseruerunt istud ipsum quod locuti sunt, instar perflantis venti adeo succendit ea, quæ in os tuum
F *mea indo verba sicut ignem, vt veluti in altum flamma sublata, illico ipsos vti arida consumptura sint ligna. Qua in re sanctissimo similis eris Eliæ item Prophetæ, cuius verbum quasi facula ardens: quin & mihi quoque magna cum omnium admiratione quodammodo adæquaberis, mihi inquam qui ignis consumens proprio iure appellor: sicut enim de me asseritur. Ipse dixit, & facta sunt: Ita & verba tua subito deducta apparebunt in opus, me ipso Deo veluti ministro tuo illa executioni mandante.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

HÆc dicit Dominus, &c. Aptè, & opportunè istud hoc loco adhibitum est Dei nomen, (*Dominus Deus exercituum*,) tria simul complectens nomina. Vt enim totius Orbis terrarum, & peculiariter Iudaici populi Domino, æquum fuit, vt populum adeò impiè (vt explicatum est) ab ipso deficientem, ipsumque negantem iustâ corriperet vltione: vt Deum, oportuit, vt suos tueretur Prophetas, vimque patefaceret verbo- D rum suorum, quæ per illos protulisset increpando, & comminando: Et demum exercituum dici debuit, qui in eodem populo castigando suam ostensurus esset omnipotentiam, vtpote ad cuius nutum Chaldæorum ex exercitibus pluribus constans aduersùs Iudam è remotissimis regionibus commouendus erat exercitus. Propterea enim summo cum iudicio Sept. pro (*exercituum*,) posuerunt. (*Omnipotens*.) Particulam his præponentes causalem, quam & in Hebræo reperère, vertentes. (Ideo, hæc dicit Dominus Deus omnipotens.) Vt intellige- E remus, ad tuendum honorem suum Prophetarumque suorum à Iudæis, præexposita impiè proferentibus, Deo auctam indignationem.

1
Dominus Deus exercituum, vnum Dei nomen tria complectens.

Exercituum Deus, dicitur cùm de eius agitur potentia.

Quam indignationem patefacit, & formâ quâ mox idemmet vsus dicitur in alloquendo cum iisdem Iudæis oratione adeo concisâ, vt appareat, per aposiopesim hæc habita. (*Quia locuti estis verbum istud*,) nimirum. *Prophetæ locuti sunt in ventum*, &c. tum ab indignatione quodammodo retentum, reticentiâ illâ suâ multa subindicasse, quæ à sic indignato Dei a- F nimo eis dicenda fuissent. Conuersumque ad Prophetam Ieremiam, contra quem iaculum ÿ emiserant exsecrandi illius verbi, ita ipsum fuisse allocutum: *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.* Ad illorum confusionem, qui inania Prophetæ verba, falsaque asserere ausi fuerant, & commentitia, Indit ei animum, primùm asserens, velint, nolint Iudæi, se eum esse, qui diuina ipsi suggerit quæ loquitur verba, réque ipsâ eorumdem verborum ostendere efficaciam talem, cui

2
Prædicatoribus verbi Dei detrahentibus quàm acriter indignetur Deus.

Oratione cõcisâ loquitur Deus vt maximè indignatus.

Sanctorum Prædicatorũ verba contra peccatores quàm sint efficacia cõparatione ignis.

vix

vix alterius cuiuspiam rei efficacia queat comparari. Porrò cùm constet, inter ea quæ humano patent aspectui, nihil igne esse efficacius, præsertim cùm arida illi approximata sint ligna: Ideo tibi contestatum, ait, hoc volo, ea ipsa quæ tibi do verba, instar ignis è tuo progressura ore, blasphemumque populum istum, te loquente, futurum instar lignorum, adeóque subitum ea deducenda ad effectum, quasi igneæ vorationis, atque consumptionis ipsorum.

3 Circa quæ notandum, præter allatam efficaciæ, duplicem aliam ob rationem à Deo hîc vsurpatam comparationem verborum Ieremiæ ad ignem illicò deuorantem, in eiusdem Ieremiæ laudem alteram, alteram verò in congruentem Iudaicæ blasphemiæ confusionem. Cùm enim in præcedenti versu in contumeliam propheticorum verborum venti assumpsissent metaphoram, dicentes *Prophetæ fuerunt in ventum locuti*, ad illam ipsam eorum Deus alludens metaphoram, quasi quid tale sibi voluisse videtur, Isti inquiunt, Sanctos Prophetas in ventum verba proferre, Sit, vt ipsi asserunt, istud ipsum quod locuti sunt, instar perflantis venti adeo succendit quæ in ore tuo mea indo verba sicut ignem, vt veluti in altum flamma sublata, illico ipsos vt arida consumptura sint ligna.

Allusio. & *Detractiones contra S. Prædicatorum verba accendunt illa magis contra detrahentes, vt vetus ignem.*

4 Porrò in non mediocrem Ieremiæ laudem hæc ipsa redundant, tum quia sanctissimo æquiparatur Eliæ, de quo item legimus in libro Eccl.[a] *Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat*, vix enim in alterius cuiuspiam Prophetarum verbis tantum obseruare est virium, & efficaciæ, quantum in verbis Eliæ, quæ nedum per orationis impetrationem, sed & per se ipsa, & per vim quodammodo propriam operatoria extitêre, quod ilemet contestatus est, cùm diceret, [b] *Viuit Dominus Deus Israel, quia non erit his annis ros, aut pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Et in 4. lib. Reg.[c] legimus, ad simplex item eius verbum cælesti igne combustos duos quinquagenarios, cum singulisque illorum deuoratos illico & quinquaginta milites, qui ad eum capiendum deuenerant. Vnde in præcitato loco libri Ecclesiastici de eodem dicitur, [d] *Verbo Domini*, id est, à Domino in ore eius dato *continuit cælum, & deiecit de cælo ignem.* duabus videlicet vicibus super duos prædictos quinquagenarios, tertiáque vice super holocaustum, vt habes in cap. 18. tertij libri Regum.[e]

Ieremias æquiparatus Eliæ in verborum efficacia ignea. Eliæ verba efficacissima ex semet.
a Eccl. 48. 1.
b 3. Reg. 17. 1.
c 4. Reg. 1.
d Eccl. 48. 3.
e 3. Reg. 18.

Meritò autem Eliæ æquiparatus est Ieremias, cui & in zelo par extitit, & in virginitate: & duobus his potissimùm Prophetis tributum, vt ipsorum verba ignis nomine insignirentur, cùm æquè ambo ij in intimis præcordiorum ardentissimam continerent ignis zeli fornacem, ambóque quasi extincto concupiscentiæ igne in virginitate vsque ad obitum perseuerarint. Quo loco obiter notandum, quòd interrogante in Euangelio discipulos suos Domino, [f] *Quem dicunt homines esse filium hominis?* in Apostolorum responsione hi duo potissimùm nominati comperiuntur Prophetarum antiquorum, [g] *Alij enim dixerunt Eliam, alij verò Ieremiam*, ob id factum, quia Christum illi ambobus hisce in primis viderent similem, & in vitæ continentia, & in zelo, & in verborum efficacia.

Ieremias par Eliæ & in zelo & in virginitate.
f Matt. 16. 13.
g Matt. 16. 14.

5 Quid verò Eliæ Ieremiam æquiparatum in his quæ præ manibus habemus, admiramur? illud certè in iisdem magis & obstupescendum, quòd idem Ieremias ipsimet quodammodo æquiparatus est Deo: vt & de ipso quadam ratione sicut & de Deo dicere fas sit, & quòd ignis consumens extiterit, Et quòd verba in ore eius ignis, sicut in ore Dei, dicente ipsomet Domino infra in cap. 23. [h] *Numquid non verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petram?* Et quòd instar quoque Dei ipse dixerit, & factum sit. Atque id demum maioris est stuporis, quòd id factum est, quòd verba ex eius ore prolata significarunt, & est factum omnipotentis Dei (vt ita dicam) ministerio, qui quasi eius voci obsequens id executioni mandarit; Vnde bene mox subditur, Deum dixisse,* *Ecce ego adducam*, &c. ita vt & hoc quoque loco ea subintelligi queant, quæ clarè in libro habentur Iosue,[i] *Obediente Domino voci hominis.*

Ieremias æquiparatus quodammodo ipsi Deo in verborum efficacia.
h Ierem. 23. 29.
Ieremiæ verba Deus impleuit quasi eius minister illi obtemperans.
i Iosu. 10. 14.

Vers. 14.] Ecce ego do verba mea in ore tuo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 PROBANT aliqui ex hoc loco, Dei verba id habere virium, vt humana corda in charitatis ignem conuertant, quomodo ignis sensibilis in ignem pariter conuertit & ligna.

Verbum Dei succendit animas charitate.

Iuxta sensum tamen in litera allata patet, hæc non tam ad perfectionem, quàm ad maximam iniquorum pœnam referenda, quod & vltimò adiectum significat verbum, *(Et vorabit eos)* Aliud potiùs ex his deducerem morale. Cùm enim triplex sit peccatorum hominum genus, qui ad conciones accedunt, alij qui ex carnis fragilitate, infirmæque suæ naturæ mollitie peccant: alij qui ex crassa potiùs errant ignorantia, & alij qui delinquunt ex malitia, diuersimodè ad vnum idemque Dei verbum, quod audire eos contigerit se se habent, & diuersâ ratione verba ipsa Dei ex concionatoris ore prolata, quatenus ignis sunt, in singulis operatur. In illis etenim, qui ex fragilitate peccant, agunt vt ignis in cera, quæ facilè liquescit, adeóque & facilè impressos ab iis tollunt peccatorum characteres, & facilè liquefieri illos faciunt in contritionis lachrymas, promouentque eosdem vt in viam fluant mandatorum Dei: quod ea contestata est anima, quæ in Canticis rationem explicauit, quâ à Deo ad pœnitentiam fuit conuersa, inter alia hæc referens, [k] *Anima mea liquefacta est*, & secundùm aliam lectionem, *egressa est, vt dilectus meus locutus est*, ex ore videlicet concionatorum, quorum vnus dicebat, [l] *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?*

Concionibus tria iniquorũ hominum genera interesse possunt, & quomodo in singulis verbum Dei operetur vt ignis.
Verbum Dei in peccantibus ex fragilitate agit, vt ignis in cera.
k Cant. 5. 6.
l 2. Cor. 13. 3.

7 In illis qui ex crassa (vt dicunt) ignorantia peccant, operantur vt ignis in argento impuro, & scoriâ pleno: tale enim argentum istiusmodi peccatorũ animas dixerim cum Isaiæ oraculo, [m] *Argentum tuum versum est in scoriam*, & sicut ignis in istiusmodi argentum agit excoquendo, liquefaciendo, atque sciungendo ab illo scoriam omnem. Ita & cum prædictis peccatoribus per sanctorum prædicatorum agitur verba, operante in eorumdem peccatorum cordibus Deo, cuius ij prædicant verba vt ignem. Primò quippe eo excoquuntur æstu, quo suam percuti se sentiunt conscientiam, peccati scoriâ infectam, tum contritione manifestatorum scelerum suorum feruore magno liquefiunt in lachrymas, ac demum ablatâ omni peccatorum scoriâ per eorumdem confessionem quam in voto proponunt, probari redduntur, ac puri.

Verbum Dei in peccantibus ex ignorantia agit, vt ignis in argento impuro.
m Isai. 1. 22.
Concio S. Prædicatoris tria operatur in peccatore peccante ex ignorantia.

Prædicator ponit ſuper ignem verbi Dei peccatorem vt ollam æneam vacuam, & rubigine infectam.
a Ezech. 24. 11.

Sub æneæ, & rubiginoſæ ollæ metaphora id apud Ezechielem exponens Dominus. [a] *Pone,* inquit, *ollam ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat, & liqueſiat æs eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius.* Ezechieli cuiuſcumque verbi Dei Prædicatoris perſonam gerenti mandat Dominus, vt præexpoſitum peccatorem,qui, vt peccator, vilis olla eſt nigrore deturpata ignorantiæ, & vacua gratia,ſuper prunas ponat ignitorum, quæ illi prædicat, verborum, enitens vt illi perſuadeat, quò priùs incaleſcat, tum liqueſiat, ac demum confletur, quod in medio eius,id eſt,in corde ipſius eſt inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius, vt ſupra explicatum eſt. Pro certo autem habeas, cùm id acciderit, fore vt eiuſdem Prædicatoris tamquam peritiſſimi argentarij operâ, id fiat,quod per Zachariam Prophetam prænunciatum iis eſt verbis: [b] *Et erunt lebetes in Domo Domini quaſi phialæ coram altari.* Quod & Sapiens ſanctè ſignificare voluit Prædicatori, ad hoc illum impellens operis tam eximij,cùm ait, [c] *Aufer rubiginem de argento,& egredietur vas puriſſimum.*

Prædicator igne verbi Dei peccatorem ex olla facit phialam pretioſam.
b Ezech. 14. 22.
c Prou.25.4.

8 *Verbum Dei in peccantibus ex malitia, & obſtinatione agit vt ignis in ligna conſumens illos.*
d Ezech. 24. 12.

Reliquum eſt, vt & id explicemus quomodo ignitis verbis ſuis ſancti agant concionatores cum iis tertij generis peccatoribus, qui ex malitia, & obfirmatione animi delinquunt. De tali enim peccatore ea intellexerim, quæ apud Ezechielem poſt præcitata paulò ante verba,in hunc modum à Domino habentur. [d] *Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius,neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui,& non es mundata à ſordibus tuis:ſed nec mundaberis priùs, donec quieſcere faciam indignationem meam in te*, id eſt, donec exſatiauero iram meam in te.Cùm his igitur concionatorum verba agunt vt ignis conſumens, hocque eſt quod Ieremiæ hîc conteſtatur Dominus, dicens, (*Ecce dedi verba mea in ore tuo, vt ignem, & populum iſtum*, peruerſum ſcilicet & in malitia obfirmatum, *in ligna,& vorabit eos.*) quaſi dicat, explebo in eum iram meam per verba ipſa, quæ illis prædicabis, iis quippe ignem in oſſibus eorum immittes iugi conſcientiæ remorſu deuorantem, qui nedum non extinguetur,ſed & mortis,& extremi iudicij tempore ardebit, vorabitque eos magis:quando abſque pœnitentiæ fructu eorum quæ iam audierint æſtibus cruciabuntur: prout & impiiſſimo contigit Iudæ, quem verba ea potiſſimùm deuorarunt vt lignum, quæ à Chriſto audiſſe ſe recoluit, [e] *Amen dico vobis, quia vnus veſtrûm me traditurus eſt*: Et, [f] *væ homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Et huic tertio peccatorum hominum generi congruunt,quæ à Chriſto item Domino Iudæis dicta fuêre. [g] *Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Quibus ſignificatur, peccatores qui non ex fragilitate, aut ex ignorantia, ſed ex mera delinquunt malitia, à verbis prædicationis vt ligna ab igne deuorandos, cùm iam de peccato ſuo, in quo obſtinatè perſtiterunt,de peccato inquam infidelitatis, de quo ibi locutus eſt Dominus ex ſententia Auguſtini tract. 89.in Ioannem, nullam habituri ſint excuſationem.

Iudam traditorem verba Chriſti deuorarunt, vt ignis lignum.
e Matt.26. 21.
f Matt.26. 24.
g Ioan.15. 22.

9 *Prædicatores boni,ac praui quomodo differant.*

Præter hæc ex his ipſis,(*Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem*, &c.) iunctis cum iis, quæ mox præceſſerunt, (*Propheta fuerunt in ventum locuti, & reſponſum non fuit in eis.*) iuxta illum eorum ſenſum, quem ſecundo loco in literæ attulimus expoſitione: præcipuum colligere licet diſcrimen, quod inter bonos prædicatores eſt, atque inter prædicatores prauos, quos non immeritò Pſeudoprophetas appelles. Hi ſiquidem cùm abſque præuia prædicent oratione, & meditatione, in qua cum Deo haberi ſolent colloquia, nil diuini habent reſponſi: vnde operæ precium eſt, vt ea duntaxat prædicent, quæ proprij ipſorum ſint ingenij, & conſequenter ſuam prædicationem omnem in eo inſumunt, vt humanâ eloquentiâ quæ excogitarint acuta, quæue inuenerint hominum auribus iucunda in ventum loquantur,ad popularem videlicet auram captandam.Et plerumque etiam propterea mendacia inflato prædicant ſupercilio.

Prædicatores praui qualiter ſe in ſuis habeant concionibus.

10 *Prædicatores boni quâ ratione ſe gerãt in concioribus habendis. Affectus ſuccendere debet eſſe præcipuũ prædicatoris ſtudium.*

Cùm è contra Prædicatores boni, vt dignè, & cum fructu ſuum in eo expleant munere, duo potiſſimùm ſtudent, Primum,vt ne verbum quidem pronuncient, quod Dei non ſit, quodque non habere ſe nouerint ab illo, vt reſponſum. (*Ecce do verba mea in ore tuo.*) Alterum, vt tanto cum affectus feruore, tantaque cum efficacia, quæ promunt, eloquantur,vt ipſorum ora veluti ardentes eſſe videantur fornaces, è quibus tot prodeant ſuccenſæ faculæ, quot emittuntur & verba, vnde videas ad eorum conciones auditorium omne igne ſuccendi,vel indignationis contra vitia, vel deſiderij adipiſcendarum virtutum, vel charitatis, prout ſcriptum habemus de prima Apoſtolorum prædicatione, quando poſt ſusceptionem Spiritus ſub ignearum linguarum ſpecie concionem habente Petro ad adſtantem innumeram populi multitudinem, dicitur. [h] *His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos, Quid faciemus viri fratres?*

h Act.2. 37.

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ἀνθ' ὧν ἐλαλήσατε τὸ ῥῆμα τοῦτο. ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον ξύλα, καὶ καταφάγεται αὐτούς.

Verſ. 14.] Ideo hæc dicit Dominus omnipotens: Pro eo, quòd locuti eſtis verbum iſtud, ecce ego dedi verba mea in os tuum, ignem, & populum iſtum ligna,& deuorabit eos.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum. Pro eo quod Propheta ſtis verbum iſtud, Ecce ego dabo verba Prophetiæ mea in ore tuo fortia inſtar ignis, & populum hunc infirmum ſicut ſtipulam,& occident eos.* 1

Verſ. 14. *Hæc dicit Dominus*, &c.

Hieronymus *Dixiſtis, Prophetæ fuerunt locuti in ventum, nec ventura ſunt quæ minantur: Propterea, ô Propheta,(do verba mea in ore tuo) quæ ignis habeant poteſtatem, & populum iſtum in ligna conuertam, vt ſermone tuo, & prophetiâ increduli concrementur. Sic* Hieronym.

Deus

a Deut. 4. 24. b 1. Cor. 3. 14.

Deus ignis conſumens [a] *dicitur, vt conſumat in nobis ſi* [b] *ſuper fundamentum Chriſti ædificauerimus, ligna, fœnum, ſtipulam.*

Origenes. Prædicatorū Sanctorum verba dicta ignis, quia accendunt auditores charitate, & conſumunt quidquid in illis eſt mali.

Origenes homil. 1. in Pſal. 38. (*Ecce dedi ſermones meos retrorſum in os tuum*) *ignem dixit Dominus Ieremiæ. Quare igneos? Quia ſermones, quos loquebatur accendebant auditores, & nihil tepidum in eis, neque frigidum remanebat: Sed ſicut ignis conſumit, ac interimit omnem materiam, nec immundum aliquid in ſe recipit, aut pollutum: Ita & hi quorum cor diuini verbi ignis accenderit, non patientur vltra materialibus, & mundanis ſordibus pollui, nihil in ſe tepidum recipient, & quod euomi dignum ſit, nec patientur multiplicatâ in ſe iniquitate refrigeſcere charitatem.*

Verba Dei quomodo ſint ſupplicium vt ignis. Origen.

Idemque ibidem, poſt aliqua, *Sed vnde mihi,* inquit hoc, *vt lingua ignis veniat in cor meum, & de lingua ignea ego quoque proferam ſermonem, vt ex me velox ſermonibus meis accendatur ignis in cordibus auditorum, & arguat eum qui peccauit, & efficiatur ei ſermo meus ſupplicium: vt aduſtus, & inflammatus ſermonibus meis veniat in pœnitentiam, quæ ſalutem ſtabilem operatur ex triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, quam ex verbi Dei increpatione ſuſcepit. Atque vtinam poſſim ita accendere omnem animam auditorum, vt quicumque ſibi conſcius eſt, non ferens noſtri ſermonis incendium, ſed omnibus intra ſe viſceribus inflammatus, velocius conſumeret latentes intrinſecus vitiorum ſordes!*

Scripturæ ſacræ explicandæ ſermonibus igneis. Origenes. c Luc. 24. 32.

Idem quoque Origenes Tomo 10. in Euangelium Ioannis, *Hiſce ignitis ſermonibus à Deo datis, quales Ieremias ſumpſerat ab eo, qui ſibi dicebat, Ecce ego dedi ſermones meos in os tuum, ignem, aſſas faciemus agni carnes, vt qui illas participant, dicant,* [c] *Cor noſtrum ardens erat, loquente in nobis Chriſto, & illud, quum referebat nobis ſcripturas.*

2 Theophila. Verbum Dei efficaciſſimū.

Theophilactus in p. cap. Ionæ. *Nec enim ſermo Dei eſt inefficax, cæterùm magnipotens, & magnarum virium, vt & ad Ieremiam dictum eſt, (En dedi verba mea in os tuum, ignem, & populum tuum, ligna.)*

Verbum Dei dictum ignis multipliciter. D. Thom. d Pſal. 118. 140. e Pſal. 104. 19. f Ierem. 20. 9. g Heb. 4. 12. h Pſal. 147. 10. i Iſai. 30. 27. k Ioan. 15. 22.

D. Thomas ad finem expoſitionis huius capitis quinti notat *verbum Dei dici ignem, quia illuminat. Pſal. 11.* [d] *Lucerna pedibus meis verbum tuum: quia inflammat,* [e] *Eloquium domini inflammauit eum quia intima penetrat, infra 20. & factus* [f] *eſt ſermo Domini in corde meo ſicut ignis æſtuans, clauſuſque in oſſibus meis: & ad Hebr. 4.* [g] *Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. Quia liquefacit* [h] *Mittit verbum ſuum, & liquefaciet ea, flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ: quia conſumit inobedientes, Iſai. 30.* [i] *Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans Ioan. 15.* [k] *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΔΙΑ τοῦτο. ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ.]

Βίκτωρος.] ἐπεὶ οὖν ψεύδους τῶν ἐμῶν καταψηφίζονται λόγων, διὰ τὸ βραδύ, ὡς πῦρ κατεσθίον εὐπρήστον ὕλην, οὕτω θᾶττον αὐτοὺς εἰς ἔργον ἐξοίσω, λαμπρὰν αὐτῶν ἀποδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ τάχιον δείκνυσιν ὅτι πάντα εἴκει τῷ πυρί.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀναλωτικὰς τῶν παρακουόντων.

3

Verſ. 14. PRopterea hæc dicit Dominus Deus, &c. *Ecce ego dedi verba mea in os tuum, ignem, &c.*

Vict. Presb. Verborū Dei effectus celer aſſimilatus igni agenti in materiam aptam ad comburendū.

Victoris.] *Poſtquam ſermones meos falſitatis propter moram damnant, vt ignem qui aptam ad comburendum materiem deuorat, ita quàm celerrimè eos exequutioni demandabo, clariſſimam ipſorum veritatem demonſtrans.*

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Celeritatem exprimit: omnia enim igni cedunt.*

Olympiod.

Olympiodori.] *Qui abſumant non obtemperantes.*

Verſ. 15.] Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo, domus Iſrael, ait Dominus, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

Verſ. 16.] Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

l Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael, ait Dominus: gentem robuſtam, gentem antiquā, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

QVapropter [l] *id & vobis ô Iudæi, conteſtor, Ad emiſſionem verborum Prophetæ me præſto adeſſe, vt & ipſe illis cooperer, vtque ducem, adducentem aduerſum vos copioſiſſimum Chaldæorum exercitum, gentis quæ ob veſtri ſanguinis, prædæque famem nec longiſſimis, ac difficillimis parcet itineribus, cum qua propter diſtantiam magnam nec commercia habueris, nec amicitias vllas: gentis ob fortiſſimum quo pollent robur indefeſſæ: gentis, cuius imperium antiquiſſimum, vtpote omnium primum, à primo poſt diluuium ſæculo, atque à Nemrod, qui primus in Babylonia ſui fundamenta iecit imperij, adeóque in armorum exercitio, & in ſubigendis populis apprimè verſatæ: gentis inexorabilis, & peracerbæ, cui nec porrigere queas preces, & cuius nec capeſſere valeas iuſſa, eius ignorans linguam, nec quid illa loquatur percipiens.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

ECce ego adducam, &c. Quod multis antea ſæculis in libro Deuteronomij Moyſes in imprecationibus aduersùs Iudaicum populum, ſi à diuino is declinaſſet cultu, atque lege, de hoſtili in vniuerſum iiſdem ferè atque hic protulit verbis, dicens, [m] *Adducet Dominus ſuper te Gentem de longinquo,* &c. Hoc nunc idemmet Dominus aduersùs eumdem populum iam rebellem de particulari aſſerit gente Chaldæorum, cuius & veluti ducem ſe ſe exhibiturum aſſerit, *Ecce,* inquiens,

m Deut. 29. 49.

quiens, *ego adducam super vos.* (denuò ad populum suum conuertens sermonem) Ac si dicat, Ad emissionem verborum Prophetæ contra vos, præstò sum, vt & ipse illius cooperer verbis, vtque dux hostium, adducens aduersùs te domum Israel Chaldæos. Habent & vim propriam singula quæ asserit gentis huius attributa: Nam quòd *de longinquo* dicitur, indicat illius & rabiem, & ferociam, rabiem quæ pro Iudaici sanguinis, prædæque fame, nec longissimum triginta dierum (vt ait Hugo Card.) quibus Babylonia distat à Ierusalem, exhorruit iter difficillimum: ferociam, vtpote quæ nullum cum Iudæis habuerit commercium, nullamque amicitiam, vt propterea mitiùs cum illis esset actura. Quòd (*robusta*) indefessum illius significat robur, cui obsisti nequeat. Hebraicam vocem אתן *ethan*, quam interpretes omnes (*robustam*) vertunt, & (*fortem,*) Hieronymus ab Oleastro in cap. 14. Exodi pag. 106. col. 2. asserit esse à radice אתה *-thah*, quod est currere, & velociter venire, adeóque censet eam vocem significare cursum, transitumque velocem, meliusque hoc loco verti posse, (*Gens velox est:*) quod alij ex Hebræo (*Gens robusta est.*) Quòd tertiò gentem eamdem appellat (*ab antiquo*) seu vt est in Hebr. & apud Sept. (*à sæculo*) peritiam illius significat antiquissimam in armorum exercitatione, & in subigendis sibi populis, quid nimirum vetustissimum seruauit, auxitque imperium, quod & à sæculo dici meritò potuit, quia à Nemrod, ortum, continuatumque est, qui primus post diluuium Regiam potestatem exercere cæpit in Babylonia, à quo & regnum Assyriorum, vt habes in cap. 10. libri Genesis.[a] Quod denique quartò addit, (*Gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur,*) illius significat, vt ita dicam, inexorabilitatem, & acerbitatem, vtpote à qua salutem precari nequeat, quia non intelliget deprecantem, quámue iugiter exacerbari operæ precium sit, cùm sibi viderit non obsequentes, quia non intelligitur.

Hugo Card.

Hieronym. Oleast.

a Gen. 10. 10.

Vers. 16. Paraphrasis Literæ.

GENTIS,[b] cuius tanta est in iaciendis sagittis peritia, vt vel ex ipso strepitu chordarum, neruorumque arcuum ipsius, quem quando sagittæ ab illa emittentur percipietis à longe, æquè ac ex fœtore, qui longiùs è patenti emittitur supulchro, ingentem, subitamque inter vos intellecturi sitis mortuorum & cadauerum multitudinem. Quotquot eius sunt gentis vniuersi existunt fortes, adeo vt vehementissimo impetu per illos facienda sit eiaculatio, maximusque propterea à longè percipiendus sit apertarum & remissarum chordarum stridor.

b *Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes.*

Vers. 16. Expositio Literæ.

PHaretra, &c. Locus iste mihi difficillimus, vt aptam inueniam allatæ similitudinis rationem, referam primò quid apud alios reperi. Hugo Cardinalis plures affert dictæ similitudinis congruentias. Pharetra ait, sepulchrum patens, quod numquam mortuis satiatur, iuxta illud Prouerb. 30.[c] *Tria sunt insatiabilia*, &c. *Infernus*, seu, vt iuxta aliam lectionem legit ipse, *Sepulchrum*, &c. sic nec Chaldæi satiantur occisione. Secundò, quia sicut sepulchrum patens horribile est visu propter carnes semiputrefactas, sic Chaldæi multos occident, & propter sagittas cruentatas, quas in Pharetra reponent, quæ sunt horribilia visu. Tertiò Pharetra patens sepulchro comparatur patenti, quia è tali Pharetra potest statim extrahi sagitta ad occidendum, post quod sequitur, vt occisi sepeliantur. 3
Quartò, quia certi essent Chaldæi de morte inferenda post sagittationem, sicut certum est, sepulchrum esse mortui. 4
Quintam congruentiam affert Nicolaus de Lyra. Per id significari, in Chaldæorum gente esse optimos sagittarios, ita quod percussi ab eis statim moriantur, & ad sepulchrum portentur. 5
Sextam asserit Ioannes Maldonatus, vt per hæc designetur, adeo peritam eam esse gentem in iaciendis sagittis, vt quot habet sagittas in Pharetra, tot homines se interfecturam sciat: ita vt Pharetra sepulchrum, sagittæ homines mortui esse videantur. 6
Septimam Andreas Capella, vt singulare positum sit pro plurali, & Pharetra pro sagittis, continens pro contento, sensusque sit, Multos sagittis conficient, sicut sepulchrum patens mortuos expectat, & veluti vocat. 7
Octauam ex Theodorito Christophorus à Castro. Vt hæc per Metonymiam dicta sint, ac si dicatur, Sagitta sepulchralis lethifera certò necem inferens, & illicò in sepulchrum patens inducens. 8
Quod probat ex eo Psalmi 5.[d] *Sepulchrum patens est guttur eorum*, id est lethiferum, quos lingua eorum tetigerit in sepulchrum patens deducet, & ex eo quod dicitur 2. Reg. *Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum.* Nonam Isidorus Clarius in suis Annotationibus, vt compararetur sepulchro patenti Pharetra, quòd viuos deuoret, sicut sepulchrum mortuos. 9
In cuius sensus confirmationem faciunt, quæ Gaspar Sanctius, tametsi is octauo sensu ita exposuerit, hîc adnotat, dicens: *Existimo prouerbiali specie hominem crudelem, quique semper ad aliorum cædem anhelat, eorumque pascitur, & oblectatur interitu, appellari sepulchrum patens, quia semper aut perimit, aut deuorat mortuos. Sicut ob causam non dissimilem Ambrosius diuites, qui pauperum deuorant facultates, sepulchrum appellat pauperum.* His adde quæ & à Petro à Figueira in eundem sensum habentur. Ita hæc dici, ac si quis metonymicè malum medicum polyandrion appellet, causam pro effectu: sic enim exercitus Babylonius sagittariorum plenus sepulchrum apertum appellatur, effectus pro causa.

2 *Sepulchro patenti cur cōparata Pharetra Chaldæorum plures rationes.*
Hug. Card.
1
c Prou. 30. 15.
2

Nicolaus de Lyra.
Ioan. Mald.
Christ. à Ca.
d Psal. 5. 11.
Gaspar Sanctius.
Petrus à Fig.

Vt ipse quoque id explicem, quod in re tam difficili magis probabiliter dici posse videtur, aliqua prænotanda operæ precium arbitror. Primum Pharetræ nomen hoc loco non tam pro capsula accipi, & (vt ita dicam) reconditorio Sagittarum, quam Italicè appellamus, *la faretra*, seu *Il Carcasso*. Sed chordam designare, seu neruum illum arcus, in quo paratur, & è quo emittitur sagitta. Prout & in eo Psalmi decimi quo dicitur,[e] *Quoniam Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in Pharetra*, Hebr. על יתר *ngal iether*, *super neruo*, vt & Hieronymus in sua Psalmorum versione ex Hebræo, *Posuerunt sagittam suam super neruum.* Notandum secundò, huiusmodi Pharetram, chordamue, & neruum tunc dici apperiri, cùm per emissionem sagittæ remittitur & laxatur: prout clarè colligitur ex eo quod de Deo vel de aduersario suo asserit B. Iob[f] *Pharetram suam aperuit, & afflixit me*, vbi in Hebræo eadem est vox יתר *iether*, quæ propriè funem significat, qui extenditur, prout ex præcitato Psalmi loco manifestum est, quo sensu in hac Iobi sententia eam sumpsère & Sept. funem pro

3 *Pharetra tamen vsurpatum pro chorda, & neruo arcus.*
Sensus Auctoris.
e Psal. 10. 2.
Pharetram aperire est chordam laxando emittere sagittam.
f Iob. 30. 11.

pro Pharetra vertentes: ita vt tantumdem ſit *Pharetram ſuam aperuit*, ac remittens arcus ſui chordam ſagittam emiſit, Adeoque & Pharetra aperta, & patens idipſum ſit, ac Chorda remiſſa, emiſſioque, & eiaculatio ſagittæ.

Notandum tertiò, in iſtiuſmodi Pharetræ apertione, & ex tali chorda aperta, nec non & ex ipſa chordæ remiſſione, ſagittæque emiſſione ſonum, ſtrepitumque cauſari, qui eò ſentitur longiùs, quò vehementiori ea fit impetu. Vnde in eodem libro Iob, cùm de equo agitur, hæc habentur, [a] *Super ipſum ſonabit*, ſeu, vt vertunt alij *ſtridebit Pharetra*: Vbi in textu Hebraico eſt eadem vox אשפה *aſcpath*, quæ & hîc apud Ieremiam, ſumiturque, prout iam iam expoſitum eſt, pro arcus chorda, cuius in remiſſione ſtridor eiaculatæ ſentitur ſagittæ.

a Iob 39. 23.

His animaduerſis iam facile eſt, & ſenſum & rationem enodare ſimilitudinis allatæ in hac ſententia, (*Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens.*) Comparatur enim neruus, ſeu chorda arcus quando aperitur, atque in ſagittæ eiaculatione remittitur, cum ſepulchro aperto: & ratio ſimilitudinis in eo ſita eſt, quòd ex ambobus æqualis pauor incutitur mortis, æqualiterque ambo mortem à longe denunciant, ſepulchrum quidem patens lethifero cadauerum fœtore, chorda verò arcus aperta, & ipſa quæ per illam fit ſagittæ emiſſio, ſtridore. Vt ſenſus ſit, Chaldæorum gens eadem peritiſſima in iaciendis eſt ſagittis, adeo vt Iudæi vel ex ipſo ſtrepitu neruorum arcuum ipſius, quem à longe percipient quando ſagittæ ab illo emittentur, æquè ac ex fœtore qui longiùs è patenti emittitur ſepulchro ingentem ſubitamque inter ſe mortuorum intellecturi ſint multitudinem. Bene autem additur, (Vniuerſi fortes) vniuerſæ inquam Chaldææ gentis illius, quia, vt iam dictum eſt, tunc longiùs præexpoſitus emittitur ſtridor, cùm fortiori impetu ſagittæ facta ſit eiaculatio.

In verſione Sept. vltima iſta verba, (*Vniuerſi fortes*) habentur in fine verſus 15. Quinimò in illius Codice Vaticano, ſicut & in Aldino, & Frobeniano, non reperiuntur quæ de Pharetra hîc dicuntur; & Hieronymus in Comment. teſtatur ſimpliciter, illa minimè reperiri apud Sept. Tametſi ea ſint modò in Codicibus Complutenſi, & Regio, & in textu quoque, ac commentariis inueniantur Theodoriti, vt in noſtra videre eſt Appendice Patrum.

Verſ. 15.] Ecce ego adduco ſuper vos, &c.

Verſ. 16.] Pharetra eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Dæmonum proprietates aliqua.*

EX hoc loco collige primùm Dæmonum proprietates: primò enim (*de longinquo*) dicuntur, quia propria ipſorum patria, & habitatio poſtquam è cælo deiecti fuere, eſt profundum inferni, Vnde in libro Apocalypſis de eis legimus, [b] *Et habebant ſuper ſe Angelum Abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Latinè exterminans.* Dicuntur ſecundò (*Gens robuſta*) quia, vt aſſeritur in libro Iob, [c] *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, quæ facta eſt, vt nullum timeret.* Tertiò (*Gens* dicuntur *antiqua*, ſeu *à ſæculo*,) quia ab exordio mundi & prælia inſtituit cum hominibus & duriſſimam propter peccatum exercere in eos cæpit tyrannidem, dicente Domino de ipſius Principe, [d] *Ille homicida erat ab initio.* Ideóque & calliđiſſima, quia vt habes in libro Iob, [e] *In antiquis eſt ſapientia.* Dicitur quartò (*Gens cuius ignoratur lingua, nec intelligitur quid loquatur.*) Si enim intelligeremus quid re vera ij in ſua ſibi velint locutione, haud certè nos ab illis decipi ſineremus, Vtinam deceptorias eorum non ignorantes cogitationes, atque aſtutias, id ſaltem ſtudeamus, vt quemadmodum ait Paulus, [f] *non circumueniamur à Sathana.* Congruit enim & illis quod per Prophetam dicitur, [g] *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, è quo nimirum fœtor egreditur, & odor mortis. Quod & hoc quoque loco iiſdem tribuit Dominus per Ieremiam, cùm adiicit, (*Pharetra eius ſepulchrum patens:*) nam & illorum ſagittæ, quas Paulus, [h] *ignea nequitiæ tela* appellat, vel à longe mortem ſono denunciant ſuggeſtionum lethiferarum, Pharetram Diaboli nocendi induſtriam eſſe, ait Dionyſius Carthuſianus, quæ ſepulchrum patens dicatur, quoniam ſpiritaliter interimit mentem, & fœtor tentationum ex ea procedit. Hugo verò Cardinalis Pharetram eiuſdem dicit eſſe linguam detractoris, ex qua quaſi ex Pharetra ſagittas extrahit, quibus interficit innocentes: quæ dicatur ſepulchrum propter fœtorem, qui inde exit, & quia non ſatiantur interfectis, cùm ſemper vellent plura mala in hominibus inuenire, vt magis poſſent detrahere. Dicuntur item Dæmones (*vniuerſi fortes*:) vt nouerimus cum quibus, quantoque robore nobis ſit præliandum, quod denunciauit & Paulus dicens. [i] *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates*, &c.

b Apoc. 9. 11.
c Iob. 41. 23.
d Ioan 8. 44.
e Iob. 12. 12.
f 2. Cor. 2. 11.
g Pſal. 5. 10.
h Epheſ. 6. 16.
Dionyſius Carthuſianus.
i Epheſ. 6. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 15.] Ecce ego adducam, &c.

Verſ. 16.] Pharetra eius, &c.

SEPTVAGINTA.

15. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος πόῤῥωθεν οἶκος ἰσραήλ, λέγει κύριος, ἔθνος οὗ οὐκ ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς γλώσσης αὐτοῦ.

16. πάντες ἰσχυροί.

Verſ. 15.] Ecce ego adduco ſuper vos gentem de longè, domus Iſrael, dicit Dominus, gentem, cuius non audies vocem linguæ eius.

Verſ. 16.] Vniuerſi fortes.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce ego adducam ſuper vos, domus Iſrael populum à longè, dicit Dominus, populum fortem, populum qui à ſæculo eſt populus, cuius linguam ignorabis, & non audies quid loquatur.* 1

Verſ. 15. *Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes.*

Verſ. 16. *Ecce ego adducam*, &c.

Hieronymus. *Nequaquam multò poſt tempore, nec vt falſo creditis, Prophetæ vodis loquentur in ventum: ſed iam nunc adducam ſuper vos gentem Babyloniorum, (quæ veniet de longinquo,) (gentem robuſtam, (pro quo in Hebræo ſcriptum eſt* איתן *ethan*, *(gentem antiquam,)* Hieronym.

quam,) cuius quondam dominatus est Nemrod gigas. (cuius ignorabis linguam) sicut in Hebræo scriptum est, (nec intelliges quid loquatur:) Est enim malorum solatium, si illos habeas hostes, quos possis rogare, & qui tuas intelligant preces.

Theodorit. *Assyriorum imperium antiquissimum omnium.*

Theodoritus. *Ostendit modum vindictæ, (Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, dicit Dominus, gens est, antiqua.) Dicit Assyrios, quos appellat gentem antiquam, quòd regnum eorum sit omnium vetustissimum, vt pote post diluuium Nemrod primus imperauerit.* In D. Thoma nil diuersi.

2 Vers. 16. *Pharetra eius*, &c.

Hieron. *Chaldæi, & Persæ, ac Medi peritissimi in sagittãdo.*

Hieronymus. *Quod sequitur, (Pharetra eius quasi sepulchrum patens) & in Sept. editione non dicitur, Babyloniam significat armaturam. Nec dubium, quin regnum Babyloniorum, Medorum, atque Persarum sagittandi peritissimum sit.*

Theodorit.

Theodoritus. *Cum aperto sepulchro pharetram comparat, eò quòd tela sint lethifera, ipsi verò iaculandi peritissimi.*

D. Thom.

D. Thomas. *Quasi sepulchrum patens pharetra, quia promptè inde sagittas emittunt, Et quia ibi apparent sanguinolentæ, sicut cadauera in sepulchro.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος πόρρωθεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε μὴ δὲ ἐξ ἱκετηρίας ἐπισπάσασθαί τινα ἔλεον. τὸ δὲ καὶ ἀρχαῖον, δηλοῖ, ὅτι καὶ ἀρχαῖον, καὶ φοβερόν ἐστι, καὶ δείκνυσιν ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἐπεχείρησε, οὐ γὰρ ἂν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ ἡσύχαζεν, καὶ ὕστερον ἀπῆλθον.

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ἀπειλεῖ αὐτοῖς ἔθνος οὐχ ὅμορον, οὗ δὲ οὐ τὴν φωνὴν διὰ τῆς ἐπιμιξίας ἐγνώριζον. ὅθεν καὶ πόρρωθεν ἔφη. μόνον οὐχὶ πῦρ κατεσθίον αὐτῶν τὰ τέκνα, διὰ τὸ τοὺς μὲν λαβεῖν, τοὺς δὲ ἀποκτεῖναι.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ ἑτερογλώσσους εἶναι.

Vers. 15. *Ecce ego adduco super vos gentem de longè &c.)* 3

Chrysost.

Chrysostomi.] *Vt neque precibus misericordiam sibi concilient. Illud verò (& Antiquam) indicat, quod & antiquum, & horribile nomen est, quodque ex se non aggreditur, nec enim tãto tempore fuissent in otio, ac tandem aduenissent.*

Vict. Presb.

Victoris Presbyteri.] *Minatur illis populum non confinem, cuius & linguam propter consuetudinem non agnoscerent. Vnde & à longè dixit: tantùm non ignem eorum liberos deuorãtem, quod partim captiuos duxerit, partim necodederit.*

Olympiod.

Olympiodori.] *Ex eo quòd essent peregrinæ linguæ.*

Vers. 17.] Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam: & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

Vers. 18.] Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et comedet, segetes tuas, & panẽ tuũ: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregẽ tuum, & armenta tua: comedet vineam tuã, & ficum tuã, & cõteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciã, gladio.

Gladio [a] *suo omnia quæ tua sunt consumet, deuorans segetem tuam, panem tuum, filios, filiasque tuas, minutorum pecudum greges, maiorumque animalium armenta tua, vineam tuam, ficumque tuam: quicquid tibi fuerit vel frugum, vel fructuum, vel agrorum, vel pecudum, vel opum asperrimo absumet prælio. quo & atrocitate maximã eas quæ munitiores sunt, Et in quibus fidens es, solo æquabit ciuitates.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Et comedet, &c. Quod dicitur, *Et deuorabit filios tuos, & filias tuas*, non crediderim intel-
1 ligendum de vera deuoratione, & comestione; Neque enim legitur vsquam, Chaldæos fuisse Antropophagos, hominumque comestores. Arbitror potiùs, nomen quod in fine huius sententiæ est, *gladio* quo significatur calamitas quæque ad singula referendum verba, quæ hic per Asyndeton in Hebræo ponuntur. Ac si dicatur, (*Et comedent gladio,*) id est bello, prout aliàs sæpius, (*segetes tuas, & panem tuum,*) eodemque gladio deuorabit filios tuos, & filias tuas, iuxta phrasim illã, quã in lib. Deuteron. dicitur, [b] *Et gladius meus deuorabit carnes. Comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam,* (singulare semper pro plurali,) *& conteret vrbes tuas munitas, in quibus tu habes fiduciam.* Quibus significatur omnimoda vastatio, quam Chaldæi Iudaicæ terræ acerrimo illaturi erant prælio. Quoad lectionum varietatem. Sept. ita habent. (*Et comedent, seu deuorabunt messem vestram, & panes vestros: Et comedent filios vestros, & filias vestras: & comedet vitulos vestros, & oues vestras: & comedet vineas vestras, & ficeta vestra: & olineta vestra. Et* ἀλοήσουσι *capient*, sic habent Codices Complut. & Regius, Vaticanus autem ἀλοήσουσι *triturabunt, ciuitates vestras, in quibus vos confidebatis in eis, in gladio.*) Ex Hebræo, (*Et comedet messem tuam, & panem tuum: comedet filios tuos, & filias tuas: comedet oues tuas & boues tuos,* (Sic Pagninus) *pecus tuum, & bouem tuum,* habet Regia. Vatab. autem gregem tuum, & armentum tuum, conteret, sic Pagninus, Regia, *Depauperabit.* Vatab. *Excindet*, seu *Ad egestatem rediget vrbes munitionum tuarum, seu munitas tuas quibus tu fides in eis, gladio.*)

b Deut. 32. 42.

c Verumtamẽ in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationẽ.

Vers. 18. PARAPHRASIS LITERÆ.

Quamquam, [c] *qui multus sum in miserationibus, vel adeo à vobis exacerbatus, eo ipso tempore, quo præ*

præpoſitâ ratione per Chaldæos veſtra omnia A vaſtari curabo, miſericordiæ recordatus mandabo iiſdem, ne vos perdant vſque ad vnum, neue penitus abſumant.

Verſ. 18. EXPOSITIO LITERÆ.

1 *Deus non ſubiacet paſſionibus, & perturbationibus.*

VERUMTAMEN, &c. Ideſt non penitus abolebo vos vſque ad vnum, Non radicitùs vos extirpabo, vt ſupra Verſ. 10. Quo loco obſerua cum Andrea Cappella, quâ ratione Deus perturbationibus non ſubiaceat humanis. Quis enim irâ parcitus, dum minatur, minis clementiam admiſcet? Sept. *(Et erit in diebus illis)*&c. Hebr. *(Et etiam in diebus ipſis, dixit Dominus, non faciam vobiſcum conſummationem.* Vatab. *Verumtamen eo tempore*, &c. B

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Et comedet ſegetes &c.

Verſ. 18.] Verumtamen in diebus.

SEPTVAGINTA.

17. Καὶ κατέδονται τὸν θερισμὸν ὑμῶν, καὶ τοὺς C ἄρτους ὑμῶν, καὶ κατέδονται τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, καὶ κατέδονται τὰ πρόβατα ὑμῶν, καὶ τοὺς μόσχους ὑμῶν, καὶ κατέδονται τοὺς ἀμπελῶνας ὑμῶν, καὶ τοὺς συκῶνας ὑμῶν, καὶ τοὺς ἐλαιῶνας ὑμῶν. καὶ ἀλοήσουσι τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς ὑμῶν, ἐφ' αἷς ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐταῖς ἐν ῥομφαίᾳ.

18. Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος

ὁ θεός σου, οὐ μὴ ποιήσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν.

Verſ. 17.] Et deuorabunt meſſem veſtram, & panes veſtros, & deuorabunt filios veſtros, & filias veſtras: & deuorabunt oues veſtras, & vitulos veſtros: & deuorabunt vineas veſtras, & ficeta veſtra, & olìueta veſtra: & triturabunt ciuitates munitas veſtras, in quibus vos fidiſtis in eis in gladio.

Verſ. 18.] Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non faciam vos in conſummationem.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et deprædabitur meſſem tuam, & cibos tuos: occidet filios tuos, & filias tuas: capiet oues tuas & boues tuos, & diripiet fructus vitis tuæ, deſtruet vrbes munitas terræ tuæ, in quibus tu confidebas, vt ſaluus fieres in eis, à facie eorum qui occidunt gladio.* Verſ. 18. *Et etiam in diebus illis, dicit Dominus, non faciam vobiſcū conſummationē.* 1

Verſ. 17. & 18. *(Et comedet)* &c. Hieronymus. *Deſcribit vaſtitatem terræ Iudææ, interfectionemque multorum, abactionem pecorum, ſubuerſionem vrbium, atque murorum, quod gladio hoſtili cuncta capientur, & tamen in tantis malis non eos perdat vſque ad internecionem, ſed reliquias ſaluas faciat, vel eorum qui in Babylonam ducti ſunt, dimiſſique ad agriculturam terræ Iudææ: vel eorum qui poſt perſecutionis ardorem, vel fugâ, vel confeſſione fidem Domini ſeruauerunt.* In Theodorito, & D. Thoma nil diuerſi. Hieron.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

KAI κατέδονται τὸν θερισμόν. καὶ τοὺς υἱοὺς D ὑμῶν.]

Ὀλυμπιόδωρος.] ἀπαλήστως τῇ κατ' αὐτῶν χρήσονται * σφαγῇ.

* ἀλλ. πληγῇ.

Verſ. 17. ET *deuorabunt meſſem &c. & filios veſtros*, &c.

Olympiodori.] *Necem contra ipſos inſaturabiliter exercebunt.* Olympiodorus.

Origenis homilia in Ieremiam ſeptima Codicis Græci Vaticani, & quarta ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Ὁ κρίνων κατὰ βραχὺ θεὸς τοὺς κολαζομένους, δίδωσι τόπον μετανοίας, καὶ οὐχ ἅμα τῷ ἁμαρτῆσαι κολάζων φέρει τὴν συντέλειαν τῆς κολάσεως ἐπὶ τὸν ἡμαρτηκότα. διὰ τοῦτο κατὰ βραχὺ κολάζει. καὶ τοῦτο τὸ παράδειγμα ἐστὶν ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἐν γὰρ ταῖς τῶν παραβαινόντων τὸν νόμον ἀραῖς ἀναγέγραπται, μετὰ E τὰς κολάσεις τὰς προτέρας. καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ἐπιστραφῆτε λέγει κύριος, προσθήσω ὑμῖν κἀγὼ πληγὰς ἑπτά. καὶ πάλιν διηγεῖται ἄλλην κόλασιν. καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ἐπιστραφῆτε, ἀλλὰ πορεύσησθε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι μεθ' ὑμῶν θυμῷ πλαγίῳ. καὶ εὑρήσεις τὸν θεὸν ἐπιμετροῦντα κολάσεις μετὰ φειδοῦς εἰ βούλεται εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν τὸν ἡμαρτηκότα, καὶ οὐκ ἀθρόως ἀποδιδόντα. τοιαῦτα οὖν ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ γεγόνει περὶ τὸν λαόν. καὶ ἀπειλῶν αὐτοῖς ὁ λόγος ἀπείσονται, μετ' ἐκεῖ-

Qui paulatim caſtigandos Deus iudicat, præbet pœnitentiæ locum, nec ſimul ac peccatum eſt, punitionem infert totam in peccatorem. Propterea paulatim pœnas infligit, & huius exēplum in Leuitico legimus: in diris enim aduersùs eos qui legem violant ita ſcriptū eſt poſt priores pœnas.[a] *Et erit, niſi poſt hæc cōuertamini, ait Dominus, addam & ego vobis plagas ſeptē.* Dein, aliâ pœnâ enarratâ, dicit,[b] *Et ſi poſt hæc non cōuertamini, ſed incedetis ad me obliqui, & ego procedam vobiſcū furore obliquo.* Denique parcè metientē pœnas Deum inuenies, ſi velit peccatorē ad pœnitentiam ducere, nec ſemel totum retribuerē: hoc itaque quātū ad literā & in illo populo ſeruatū eſt, & vbi ſermo minatus eſt illis quid paſſuri eſſēt, poſtea infert,

Peccatorem Deus caſtigat paulatim vt hac ratione illum ad conuerſionem attrahat.

a Leuit. 26. 21.

b Leuit. 26. 28.

να *Et*

να φησί. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος ὁ θεός σου, οὐ μὴ πατάξω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν. εἰ δὲ ταῦτα μάλιστα φθάνει, καὶ ἐπὶ τὰς μελλούσας κολάσεις, εἰ * μὴ ὁ δυνάμενος, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβεβηκότων περὶ τὸν λαὸν μεταβάτω καὶ ἐπ᾽ ἐκείνας. ἐγὼ γὰρ πειθόμενος εἴποιμι, ὅτι ὡς ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, οὕτως ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ τῶν ἀληθινῶν κολάσεων ἐκολάσθη ὁ λαὸς ἐκεῖνος ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν. ὡς εἶναι πᾶσαν κόλασιν τὴν κατὰ νόμον καὶ τοῖς προφήταις ἀναγεγραμμένην περὶ τὸν λαὸν, περιέχουσαν σκιὰν κολάσεων ἀληθινῶν. εἴπερ οὖν ἐκείνοις συντέλεια ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις οὐ γέγονεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τέλει ποτέ, οὕτω μή ποτε ἔσται καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον ἐπὶ τοὺς ἡμαρτηκότας ἡ κόλασις. συντέλεια δὲ ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὅτε ἡ αἰχμαλωσία ἐστὶν ἡ Ναβουχοδονόσορ. καὶ τότε τις,* ὅτι οὐδέ ποτε συντέλεια. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπὶ τοῖς μακκαβαϊκοῖς. ἀλλὰ συντέλεια τῷ λαῷ ἐπὶ τοῖς τοῦ κυρίου τοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ παρουσίας. ὅσον γὰρ οὐκ ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ σωτὴρ, ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, οὐκ ἠφίετο. ὅτε δὲ ἔκλαυσεν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγων. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ τοὺς προφήτας ἀποκτείνουσα, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῶν ὁ οἶκος ἔρημος. ἀφεθεὶς ὁ οἶκος κεκύκλωται ὑπὸ στρατοπέδων Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἀφεθέντος τοῦ οἴκου, καὶ ἤγγισεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. εἶτα μετὰ τὸ ἐκείνων παράπτωμα εἰσῆλθεν ἡ σωτηρία ἡμῖν τοῖς ἔθνεσι. ἐκολάζοντο οὖν ἐκεῖνοι, καὶ συντέλεια οὐκ ἔφθανεν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἕως τῆς τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μου ἀποδημίας. σκοπῶ δὲ, μή ποτε καὶ περὶ ἡμᾶς τοιαῦτά ἐστι. καὶ κολάσεις τινὲς γίνονται, ὥστε τοὺς μὲν μὴ πεῖραν ἔχειν δευτέρων κολάσεων, ἀλλ᾽ ἀρκεσθῆναι ταῖς προτέραις. ἄλλους δὲ ἥκειν καὶ ἐπὶ τὰς δευτέρας οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τὰς τρίτας. ἄλλους δὲ ἐλεύσεσθαι καὶ ἐπὶ τὰς τετάρτας. τὸ γὰρ, προσθήσω πληγὰς ἑπτὰ, ὅ, τι ποτε μυστήριον δηλοῖ, μιᾶς πληγῆς γινομένης, καὶ δευτέρας, καὶ τρίτης μέχρι τῶν εἰρημένων ἐπί τινας. οὐ πάντες δὲ ἑπτὰ πληγὰς πλήσσονται. ἀλλ᾽ οἶμαι τινὰς πληγήσεσθαι πληγὰς ἕξ, ἄλλους πέντε, ἄλλους τέσσαρας, ἄλλους τρεῖς, δύο. τοὺς δὲ πάντων ὑποδεεστέρους ἐν κολάσεσι πληγὴν νομίζω πληγήσεσθαι μίαν. οἶδεν οὖν ὁ θεὸς καὶ τὰ περὶ τῶν πληγῶν. διὸ γεγραπται ἐνθάδε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀναγνώσματος. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ταῖς περὶ τῶν εἰρημένων, οὐ μὴ ποιήσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συντέλεια. εἰσὶ γάρ τινες ἡμέραι, ὅτε ποιήσει οὓς ποιήσει συντέλειαν.

** ἴσ. εἰ νοεῖ ὁ δυνάμ.*

** Damnata Origenis opinio.*

** ἴσ. οὐδὲ τότε.*

Residuum istius homiliæ habes infra in Appendice super ver. 19. istius cap. 5.

A *Et erit in diebus illis dicit Dominus Deus tuus non percutiam vos in consummationem.)*

Quod si hæc & ad futura supplicia significanda spectant, si intelligit qui valet, transeat, & ad illa ex iis, quæ in hac vita populo contigerunt Ego quippe persuasus dixerim quòd veluti figura & vmbra cœlestium latria illis erat, ita figura & vmbra verarum pœnarũ affectus sit suppliciis populus ille pro suis peccatis, vt sit omnis pœna populi in lege & Prophetis narrata, verarum planè vmbra pœnarum. Si igitur illis consummatio pro peccatis non illata est, sed fuit malorum finis; * an non pariter dicendum erit de pœnis, quæ post mortem peccatoribus infliguntur. B

3 *Iudæorum flagella sub vmbra legis & Prophetarum, fuere vmbra futurorum in alia vita flagellorum.*

** Error Origenis damnatus in quinta Synodo, Anathematissimo notæ.*

Consummatio verò fuit Hierosolymæ in captiuitate Nabuchodonosoris. Sed tũc dicet quispiam, nec etiam tunc fuisse consummationem nec Macchabæorum temporibus, sed aduentu Domini mei Iesu Christi consummatio fuit populo. Donec enim illis Saluator non dixerat,[a] *Ecce relinquetur vobis Domus vestra.* nõ relinquebatur, quum verò fleuit super Hierusalem dicẽs.[b] *Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos suos sub alis, & noluistis: Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Relicta domus, Hierusalem ab exercitibus circumvallata est, & desolatio illius non longè abfuit. Deinde eorum excidio aduenit salus nobis gentibus. Puniebantur igitur illi, at consummatio peracta non est, nisi post Domini mei Iesu discessum. C D

4 *Iudæorum consummationem haud fecit Deus, nisi post peccatum crucifixionis Christi.*

a Luc. 13. 35

b Luc. 13. 34.

Illud porrò mecum cogito, ne res quoque nostræ similiter habeant; & dãtur supplicia quædam, ita vt hi quidem secundarum pœnarum experimentum non capiãt, sed satis sint illis primæ: alij verò & secundas experiantur, & tertias quoque, alij verò & quartas. Nam illud[c] *addam plagas septem* qualecũq; sit, mysticum quid in se continet, cùm vna plaga, & altera, necnon & tertia vsque ad dictas septem inferuntur in aliquos. Nõ omnes autẽ septẽ plagis feriũtur, sed quidam sex, alij quinque, nonnulli quatuor, alij tribus, duobus; omniũ verò in pœnis infirmos vnâ tantùm plagâ vapulaturos opinor. Nouit igitur Deus & hæc plagarũ arcana. Quare initio lectionis huius scriptũ legimus. *(Et erit in diebus illis)* quib. quæ diximus fiẽt *(nõ faciã vos in cõsũmationẽ.)* Sed nõ in diebus illis cõsũmatio. Sũt. n. dies quidã, quibus faciet, quos faciet cõsummationẽ. E

5 *Flagellat Deus peccatores in hac vita diuersimodè, consũmationem verò eorumdem facit in alia vita.*

c Leuit. 26. 28.

Vers. 19.] Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquisti me, & seruisti Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.

a Quòd si dixeritis, (siue, cumque sic, & erit quando dixeritis) quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORRO[d] *tantis percussi cladibus, vel tunc me agnoscetis, easque à me obuenisse vobis intelligetis; non tamen vestra cognoscentes, & confitentes scelera, quibus potissimum adscribere illas debuissetis:*

A debuiſſetis: *Atque adeo ad eorumdem ſcelerum acceſſionem obmurmurauerітis & contra meam prouidentiam, quâ vt veſter Dominus, vtque meos domeſticos tueri vos debuiſſem; Et contra bonitatem, quam vt Deus æquum fuiſſet, vt vobis meis exhibuiſſem cultoribus: & cõtra amorem meum, à quo nullâ ratione admittendum fuiſſet, vt nec vel minimum vos pateremini læſionis, quibus vt proprio peculio, vtque dilectiſsimo populo conglutinatus fuiſſem,* [a] *Id è veſtigio Ieremia hoc illis meo nomine referes reſponſi. Non eſt quòd de me conqueramini, ait Dominus, vos ipſos potius incuſate, qui Dominum rebelles & inſtar fugitiuorum ſeruorum dereliquiſtis, quique à me alienati me veſtrum negaſtis Deum, & in eius compenſationem*

B *amoris, quo vos in peculiarem mihi elegeram populum, quoue terram vobis largitus fueram vberrimam, alienis vos, veſtraque exhibuiſtis Diis in terra ipſa, quam à me acceperatis. Idcirco in pœnam, ſicut falſis, alieniſque diis contra omne ius in veſtra ſeruiſtis terra. Ita omni id expoſcente iure ad maius veſtrum opprobrium ſeruire cogemini in terra, quæ veſtra non ſit, & diis alienigenarum gentium, & Dominis, qui alieno à vobis ſint animo.*

a Dices ad eos: ſicut dereliquiſtis me & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVOD ſi dixeritis, &c. Nota quomodo haud

C ſimplex hîc appoſitum ſit Domini, vel Dei nomen. Sed tria ſimul nomina, quorũ ſingula ſuam habeant ad rem, de qua agitur, vim: Vt efficaciores ſint querelæ: & vehementiores rationes de re ipſa interrogandi. Oppreſſi ſæpius Deum cognoſcimus, quem ante calamitates vix agnoſcebamus: Sed quod maximè dolendũ, illud eſt, quòd caſtigantem cognoſcentes Deum, peccata nihilominus minimè cognoſcimus, ob quæ meritò caſtigamur ab illo, adeoque querulas aduersùs Deum ipſum emittimus, blaſphemaſque

D voces, quaſi iniuſtè, & contrà omnem rationem is ſeruos, creaturas, & peculiares ſuas malè habeat.

Peccator obſtinatus cognoſcens Deũ caſtigantem, non cognoſcit peccata ſua, ideo de illo queritur.

In verſione Sept. non eſt conditionalis locutio, ſed abſoluta, *(Et erit quando dixeritis, Propter quid)* &c. Quomodo & Vatab. ex Hebr. *(Cùmque dixeritis.)* Eodemque modo abſolutè intelligenda & vulgata. & Hebr. cùm ſæpiùs, ſi latinum, & כי *chi* Hebræum pro, cùm, & quando, poſita reperiantur in ſacris literis, atque etiam in prophanis: Sic itaque ſignificatur hoc loco, Iudaicum populum tunc temporis quando per Chaldæos præexpoſitis contereretur cladibus, cogniturum quidem,

E à Domino ea ſibi obueniſſe, cõfeſſurumque eumdem, quẽ priùs negaſſe vidimus in Verſ. 12. Sed ad ſcelerum ſuorum acceſſionem & cognitione illâ vſurum, & confeſſione, vt pote qui minimè ſua agniturus ſit, & confeſſurus peccata potiſſimam illorum omniũ cauſam. Quin potiùs contra eiuſdem Dei obmurmuraturus ſit & prouidentiam, quâ eum vt ipſius tueri debuiſſet domeſticum: & bonitatem quam æquum fuiſſet, vt ſuis exhiberet cultoribus: & amorem à quo nullâ ratione admittendum erat, vt is vel in minimo quid pateretur læſionis, cui vt proprio peculio, peculiarique populo, vtque ſibi dilectiſſimo iam fuerat con-

F glutinatus. Cæterùm adeo indignas has notas diluendas Deus ſancto mandat Prophetæ ſubminiſtrans illi & verba quibus id exactè perficiat.

Peccatoris obſtinati murmurationes, & querela contra Deum, à quo caſtigatur.

2 *(Dices ad eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra)* Conteſtans nimirum per hæc immeritò illos de ipſo conqueri, vt de Domino, de Deo, & de ſuo peculiari, ſtultitiamque ſuam in eo fateri, quòd veram calamitatum earum non attingant cauſam: quæ certè in eo ipſo ſita eſt: quòd legitimum vt rebelles ſubditi, & inſtar fu-

Quàm iuſtè peccatorem puniat Deus.

A gitiui ſerui dereliquerunt Dominum, quódue alienati ab eo, qui ipſos in peculiarem elegerat populum, eumdemque negantes Deum, alienis diuinum exhibuerint cultũ, alienorumque Deorum ſeſe effecerint, qui alioquin peculium ſeruare ſe debuiſſent vnius Dei ſui. Patefacit autem in his Dominus per Prophetam, & pœnam ipſi congruentem ſceleri, addens, *(Sic ſeruietis alienis in terra non veſtra.)* Pro eo enim quòd Dominum dereliquerint derelinquentur & ipſi à Domino: pro eo quòd terram ſuam mundam ſeruare noluerunt, quin potiùs eam innumeris polluerunt

Damnatorũ pœna quàm congruès iniquorum ſceleribus.

B ſceleribus, in terram traducentur alienam, à propria excidentes: ac demum pro eo quòd alienis diis in terra ipſa, quã à vero Deo in hæreditatem acceperant, ſeruiêre, duris pariter dominis in terra ſeruient non ſua, & Dominis alienis, à quibus & diis quoque alienis ibi ſeruire cogentur. Vnum tantùm hoc loco notandum eſt, quod varietatis reperi in Codicibus Sept. Codex enim Vaticanus legit, *(Et dices eis, Pro eo quòd ſeruiſtis diis alienis in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.)* Codices tamen Complutenſis, & Regius, Sicut & textus Hieronymi, & Theodoriti habẽt,

C *(Et dices eis. Quia dereliquiſtis me, & ſeruiuiſti diis alienis in terra veſtra, Sic ſeruite alienis in terra non veſtra.)* In Hebr. in ſingulari ſicut in vulgata eſt, *(Et ſeruiſtis Deo alieno.)* quod intelligi poteſt de Baal, & pro *(In terra non veſtra,)* ad verbum eſt, *(In terra non vobis.)*

Verſ. 19.] Quod ſi dixeritis: Quare fecit nobis Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

D CONGRVENTIAM per hæc probare potes infernalis pœnæ, quæ peccatoribus infertur. Sicut enim in hoc mundo, quem pro incolendo, & vt terram pro hac vita propriam accepêre, relicto vero Deo, alieno ſeruierunt Deo illi, de quo Apoſtolus, [b] *Quorum*, inquit, *Deus venter eſt*, iuſtiſſimo ſanè iudicio damnabuntur in infernum, vt qui pro cæleſti

E conditi fuerant patria, in qua in perpetuum cum Deo regnarent, in regione vmbræ mortis, in terra non ſua, ſub tyrannide alienorum, & Dæmonum, ignitiſque vinculis deuincti, æternis cruciarentur laboribus, atque doloribus.

Inferni pœna quàm cõgruè peccatoribus.

b Phil. 3. 19.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Quod ſi dixeritis. Quare &c.

SEPTVAGINTA.

19. καὶ ἔσαι ὅταν εἴπητε, τινὸς ἕνεκεν ἐποίησε

F κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἡμῖν πάντα ταῦτα; καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς: ἀνθ' ὧν ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτως δουλεύσετε ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ οὐχ ὑμῶν.

Verſ. 19.] Et erit quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noſter nobis omnia hæc? & dices eis: Pro eo quòd ſeruiſtis diis alienis in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm dixeritis: Propter quid fecit Dominus Deus noster hæc omnia? & dices eis: Sicut reliquistis cultum meũ, & coluistis idola populorũ in terra vestra, sic seruietis populis colentibus idola in terra non vestra.*

Verſ. 19. (*Quod si dixeritis*, &c.) Hieronymus, *Grandis stultitia nescire cur passi sint, cùm tanta peccauerint, breuisque ad ambigentes responsio. (Sicut seruiuistis Deo alieno,) id est Baal, vel diis alienis cunctarum gentium in terra Iudæa (sic seruietis diis alienis in terra non vestra.) Haud dubium quin Babyloniis, atque Chaldæis. Si enim nos peregrina religio delectat,* A *quid necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, imò seruite his, quorum Deos colitis. Potest hoc & super hæreticis accipi, de quibus scriptũ est,* [a] *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: quod proiiciat de Ecclesia hæreticos Dominus, qui multo tempore sub nomine eius mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, vt foris colant, quod intus prius venerabantur, & paleæ separentur à tritico.*

Hæreticorum populorũ digna retributio.

a Ioan. 2.19.

Theodoritus. *Et quia stupidi, dolere nesciebant, nec videbant proprias iniquitates, sed dicebant: (Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia?) Præcipit* B *Prophetæ, vt dicat eis. (Pro eo quòd dereliquistis me, &c.) Iusta supplicij sententia. Quia meum, inquit, repudiastis regnum, ego vos aliis tradam dominis.* Theodor.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ ἔσται ὅταν εἴπητε, τίνος ἕνεκεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀναισθησίας πολλῆς, μετὰ τὸ παθεῖν λέγειν. ἕνεκεν τίνος ἐποίησεν; ἀλλ' ὅμως τότε καιρὸν ὁ λόγος ἔσχε. διὰ τοῦτο φησίν. ἵνα δουλεύσητε ἐν γῇ οὐχ ὑμετέρα ἀλλοτρίοις θεοῖς. τοῦτο ἀπειλεῖ πάλιν.

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] τῆς παρούσης ἁλώσεως αἰτίαν, λέγει τὴν εἰδωλολατρείαν. ἔχοντες γὰρ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, δέον ἐνταῦθα λατρεύειν, εἴδωλα μεταπεμπόμενοι τῶν ἐθνῶν προσεκύνουν. διὸ ὁ μὲν τοῦ θεοῦ ναὸς πυρὶ παρεδόθη, αὐτοὶ δὲ ἀπήγοντο, ὅθεν τὰ εἴδωλα μετεπέμποντο.

C Verſ. 19. ET erit quando dixeritis, &c.)

Chrysostomi.] *Etenim magnæ stupiditatis hoc signum est, post malorum casum indagare causam, cur ita fecerit. Sed tamen tunc opportunè hæc dicentur, propter hoc ait, Vt seruiatis in terra non vestra externis Diis, hoc iterum minitatur.*

Chrysost. Stupiditatis animus signũ.

Victoris Presb.] *Præsentis excidij causam Idolorum cultum tradit. Cùm enim domum Dei haberent, in qua Deus erat colendus, accita è gentibus adorabant Idola, ex quo Dei templũ igne crematum, ipsi verò ad ea loca deducti, vnde sibi Idola afferenda curabant.*

Vict. Presb. Excidij Ierosolymitani per Chaldæos idololatria causa extitit.

Origenis homiliæ in Ieremiam septimæ Codicis Græci Vaticani, & quartæ ex toto quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Primas istius homiliæ partes habes supra in Appendice præcedenti, vers. 18. capitis istius.

5.

Καὶ ἔσται ὅταν εἴπητε, τίνος ἕνεκεν ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς ἡμῖν ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα, καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς ἀνθ' ὧν ἐγκατελίπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἑτέροις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτω δουλεύσετε ἐν γῇ οὐχ ὑμῶν. τὸ ῥητὸν νοηθήτω, καὶ ἀρκεῖ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν ὑπόμνησιν τοῖς ἀκούειν δυναμένοις ἐκ τοῦ ῥητοῦ παραστῆσαι. εἶχον οἱ υἱοὶ Ισραὴλ τὴν ἁγίαν γῆν, τὸν ναὸν εἶχον τῆς προσευχῆς. ἔδει αὐτοὺς λατρεύειν τῷ θεῷ. παραβαίνοντες δὲ τὰς θείας ἐντολὰς καὶ εἰδωλολάτρουν, καὶ τὰ εἴδωλα παρελάμβανον Δαμασκοῦ, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς βασιλείαις. καὶ ἄλλα εἴδωλα ἀνελάμβανον τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν. δι' ὧν παρελάμβανον τῶν ἐθνῶν εἰδώλων, ἀξίους ἑαυτοὺς ἐποίουν καταβληθῆναι εἰς τὴν τῶν εἰδώλων γῆν, καταμεῖναι ἐκεῖ, ὅπου προσεκύνουν τὰ εἴδωλα. φησὶν οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς κατὰ τὸ ῥητόν. ἀνθ' ὧν ἐγκατελίπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτως δουλεύσετε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν γῇ οὐχ ὑμῶν. πᾶς δὲ ὁ ποιῶν τι, δουλεύει θεοῖς ἀλλοτρίοις. ἐκθειάζεις τὰ βρώματα, καὶ τὰ πόματα, θεός σου ἐστὶν ἡ κοιλία. τιμᾷς τὸ ἀργύριον ὡς μέγα ἀγαθὸν, καὶ τὸν πλοῦτον κάτω, θεός σου ἐστὶν ὁ μαμωνᾶς καὶ κύριος. Ἰησοῦς γὰρ αὐτὸν εἶπε κύριον τῶν φιλαργύρων, φάσκων· οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν, καὶ μαμωνᾷ. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

D Verſ. 19. *Et erit quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? & dices eis. Pro eo quòd dereliquistis me, & seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis in terra nõ vestra.*) Dictum percipiatur, & satis est in præsenti ex hac litera subiicere corũ memoriæ qui audire possunt. Filij igitur Israel terrã sanctam, templũ, domum orationis habebant; oportebat eos Deo cultũ exhibere, illi verò diuina præcepta posthabentes & idola colebant, & [a] Idola Damasci sibi adsciscebãt, vt in libris Regũ scriptum est; aliaque E gentiũ Idola in terrã suscipiebant. Sanè ob Idola quæ à gentibus recipiebant, dignos sese prestabãt, qui in idolorũ terrã eiicerẽtur, ibiq; essent, vbi Idola supplices adorabant. Id itaque sermo præsens in textu ait. (*Pro eo quòd dereliquistis me, & seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis Diis alienis in terra nõ vestra.*)

3 *Idola colentes Iudæi meritò in idololatrarum terrã captiui abducti sunt.*

a 4. Reg. 16. 10.

Quicumque autem aliquid patrat, Diis seruit alienis, esculenta, potusque diuinis afficis honoribus, Vẽter tibi Deus est: Argentũ tamquã summũ bonũ colis, atque diuitias has terrenas Mammona tibi Deus est, atq; Dominus, illũ quippe Iesus Dominũ auarorũ vocauit illis verbis, [b] *Nõ potestis* Deo *seruire, & Mãmonæ, nemo potest duobus* Dominis *seruire.*

4 *Seruiẽs creaturis, aut vitiis colit illa vt Deos.*

b Mat. 6. 24.

λεύειν. ἐκεῖνο ὁ τιμῶν τὸ ἀργύριον, καὶ θαυμάζων τὸν πλοῦτον, καὶ νομίζων ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀποδεχόμενος τοὺς πλουσίους ὡς θεούς, τοὺς δὲ πένητας ὡς μὴ ἔχοντας τὸν θεόν, αὐτῶν ἐξουθενῶν, οὗτος θεοποιεῖ τὸ ἀργύριον. ἐάν τις ἐν τῇ γῇ τοῦ θεοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ τυγχάνων προσκυνήσῃ θεοῖς ἀλλοτρίοις, θεοποιῶν τὰ μὴ θεοποιεῖσθαι ἄξια, ἐκβληθήσεται εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, καὶ προσκυνείτω τοὺς θεούς, οὓς ἔνδον προσεκύνησε γενόμενος. ἔξω φιλάργυρος ἔστω, ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθείς. γαστρίμαργος ἔξω ἔστω τῆς ἐκκλησίας γενόμενος. ταῦτα κατὰ μίαν τροπολογίαν: ἵνα μὴ νῦν περιεργάζωμαι τὰ ὑπὲρ ἐμαυτόν, καὶ περὶ τῆς γῆς περὶ ἧς εἶπεν ὁ σωτήρ. τὸ ἡμέτερον τίς δώσει ὑμῖν, καὶ ὅτι γενομένης προσκυνήσεως ἐν τῇ γῇ τινος, οὕτως ὁ θεὸς ᾠκονόμησεν ἐκβληθῆναί τινας ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν, καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, περὶ ἧς γέγραπται, ἄκουε Ἰσραήλ, τί ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ; συνελογίσθης μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς ᾅδου; ἐγκατέλιπες πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον; τῇ ὁδῷ τοῦ θεοῦ εἰ ἐπορεύθης, κατῴκησας ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα χρόνον. νῦν οὖν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ἐσμέν, καὶ εὐχόμεθα τὸ ἐναντίον ποιῆσαι, ὡς ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ ἀλλότρια ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ ἀλλοτρίοις προσεκύνησαν. ἡμεῖς δὲ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ τὸν ἀλλότριον τῆς γῆς προσκυνοῦμεν θεόν, ἀλλότριον τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων. ἄρχει μὲν γὰρ ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐνθάδε. καὶ ἀλλότριος τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐστιν ὁ θεός. ἀλλότριον δὲ ἂν εἴπω, οὐ τοῦτο λέγω, οὐ κτίσαντα τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἀλλότριον τοῦ κυρίου τῆς κακίας, ἀλλότριον τῶν παρόντων ἁμαρτημάτων. καίτοιγε καὶ θέλοντες τὸν ἀλλότριον τῶν τῆς ἁμαρτίας πραγμάτων προσκυνεῖν θεόν, ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τῆς κακώσεως, τί ποιοῦμεν, ἴδωμεν. οὐ λέγομεν, πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· ἀλλὰ πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου οὐκ ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. τοῦτο τόπον ζητοῦμεν τοῦ ᾄδειν τὴν ᾠδὴν κυρίου, τόπον τοῦ προσκυνεῖν κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας.* τίς οὖν ὁ τόπος; εὗρον οὖν. ἦλθεν ἐπὶ ταύτην φορέσας σῶμα τὸ σῶσαν, ἀναλαβὼν τὸ σῶμα τὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διὰ τὸν ἐπιδημήσαντα Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ καταργήσαντα τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ καταργήσαντα τὴν ἁμαρτίαν, δυνηθῶ προσκυνῆσαι τὸν θεὸν ἐνθάδε. καὶ μετὰ τοῦτο προσκυνήσω ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ. εἰ γὰρ προσκυνήσας τις τὰ εἴδωλα ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ, ἀπελήλυθεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀλλοτρίαν, προσκυνήσας τις τὸν θεὸν ἐν τῇ γῇ τῇ ἀλλοτρίᾳ, ἀπελεύσεται ἐπὶ τὴν γῆν ἁγίαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* ἴσ. προσ[λαβ]ὼν (ἀλλοτρία.)

* ἴσ. οὐκ ἀλλοτρίας.

A ſeruire. Igitur qui argentum colit, & opes ſuſpicit, & ipſum eſſe bonum operatur; ac diuites habet vt Deos, pauperes verò deſpicit, vt non habentes illorum Deum; hic argẽtum facit Deum. Si quis in terra Dei, Eccleſia nempe, Deos alienos veneratus fuerit, Deos conſtituẽs quæ diuinitate minimè digna ſunt, eiicietur in terrã alienã, & adoret Deos, quos cùm intus eſſet, adorauerat. Extra Eccleſiam pecuniarum ſitiens eiiciatur: foras eſto quicumque vẽtri B deditus eſt. Et hæc ſecundùm vnã tropicè diſſerendi rationem; ne quæ ſunt ſupra me curioſiùs nunc diſquiram; & de terra, de qua locutus eſt Saluator.

Creata vt Deus coles in Eccleſia merito extra Eccleſiam eiicitur.

5

Quod noſtrũ eſt vobis dabimus, quòd in terra alicuius adoratione habita, ita Deus è ſua quoſdam voluit eiici deducique in terram, de qua ſcriptum eſt, [a] *Audi Iſrael, Quoniã in terra inimicorũ tu es, cum his qui deſ-* C *cendunt in infernũ connumeratus es, Dereliquiſti fonte vitæ Dominũ, in via Domini ſi ambulaſſes, vtique in pace habitaſſes in ſæculũ*, nũc itaque in terra aliena ſumus, contrariũque illius quod filij Iſrael in terra ſancta fecerũt, agere cupimus. Illi quippe in terra Sãcta alienos adorarũt Deos, nos verò in terra aliena alienũ à terra Deũ veneramur; alienum à terrenis hiſce rebus. Dominatur nãque hic princeps huius ſæculi, & à filiis illius D Deus alienus eſt. Alienũ porrò cũ dico, nõ hoc dico, quaſi huius mundi non ſit cõditor, ſed alienũ à Principe nequitiæ alienũ à præſentibus iniquitatibus. Cæterùm volentes quoque alienũ ab iniquitatis operibus adorare Deũ in hac moleſtiarũ terra, quid agimus, conſideremus. Non dicimus, *Quomodo* [b] *cantemus canticum Domini in terra aliena*, ſed quomodo cantabimus canticum Domini in terra non aliena, huius locum quærimus cantandi canticum Domini, lo- E cum in quo Dominum Deum noſtrum in terra nõ aliena adoremus. Quis igitur erit hic locus? inueni eũ. Venit ad hãc, corpus quod ſalutẽ attulit induens, corpus quod erat peccati aſſumẽs, [c] *in ſimilitudine carnis peccati*; vt in loco hoc, per Chriſtũ Ieſũ, qui aduenit, qui principẽ huius mundi deſtruxit, poſſim hic Deũ venerari, poſtmodùm adoraturus in terra ſancta. Etenim ſi idolis quiſpiã in terra sãcta adoratis, in terrã abiit F alienã, Deũ in terra aliena adorauerit, abibit in terrã ſanctam in Chriſto Ieſu, cui eſt gloria, & poteſtas in ſæcula ſæcul. Amen.

Mundus iſte eſt terra aliena, in quã eiiciuntur qui in ſancta Eccleſiæ terra Deos alienos coluerint, mũdanis adhærentes.

a Baruch. 3. 9.

Iuſti in mũdo iſto terra à Deo aliena ipſum Deũ ab illo alienum colere ſatagunt.

A mundo iſto quomodo De[us] dicatur Deus alienus.

b Pſa. 136. 4.

Mundus iſte quomodo ſit terra aliena, & terra non aliena, è qua ad terrã eatur ſanctam.

Verſ. 20.] Annunciate domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes.

Verſ. 21.] Audi popule ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VNiuerſos [a] iã aduoco quotquot diuinũ prædicare apti eſtis verbum, in id omnes veſtros intendite neruos, vt duobus ſaltem argumentis rebellem hunc populum ad rectam reducatis frugem. Annunciate hoc,

a Annũciate hoc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicentes.

hoc, quòd stolidissimus ipse est, quem alioquin prudentissimum esse deceret, vel ex eo quòd domus appellatur Iacob, cuius nominis interpretatio ingentem refert prudentiam: Sed & curate, vt illud in primis percipiat, quòd ingratissimus est, cùm tamen ex altero, quo insignitus est nomine Iuda, confessionem, gratiarumque actionem significante totus in gratiis mihi referendis esse deberet. Hoc ingratitudinis argumentum studete, vt in illius imprimatis mentem: nam si ingratitudinem intelliget sibi erga me esse, à quo innumeris cumulatus est beneficiis, percipiet profectò & id quod ipsi annunciabitis, inexplicabilem sibi pariter inesse & stoliditatem.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 TAMETSI quæ hucusque in hoc capite quinto dicta sunt magni momenti fuerint, & quibus commoueri debuisset Iudaicus populus ad suorum criminum cognitionem, & pœnitentiam, vel ob asperrimas iniectas sibi propinquarum cladium minas: Attamen cùm iis omnibus surdas is præstitisse visus sit aures, Nouum iam Deus exorditur agendi cum illo, & arguendi genus: Duo enim suggerit argumenta, quibus maximè conuinci is queat, alterum stoliditatis, ingratitudinis alterum, quæ præ omnibus ab humana aliena esse debent natura rationis, gratitudinisque iure proprio participe. Tractari autem argumenta ista non ab vno duntaxat vult Prophetarum, sed ab vniuersis verbi præconibus: Sicque tractari ea mandat, vt & ab illo præcipiantur, Neque enim sat ipsi fuit dicere, (*Annunciate*) sed addidit, (*Et auditum facite,*) ne scilicet vlla ei possit superesse excusatio.

Iudæi cur appellati domus Iacob, simul & Iuda ad ipsorum confusionem.

Non est autem abs re quòd vnus idemq; duarum tribuum populus duobus hîc designetur nominibus, (*Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda:*) nam quamuis censeri simpliciter posset, secundùm nomen (*in Iuda*) additum ad specificationem primi (*Domus Iacob*) quod genericum videbatur, & competens tam decem, quàm duabus tribubus, ac si diceretur, Annunciate, & auditum facite hoc in domo Iacob, quæ est Iuda, pars nimirum quæ proprio vocabulo nuncupari solet Iuda. Arbitror nihilominus opportunè duo hæc adhibita nomina, quæ, si eorum spectetur interpretatio, duobus congruentissima sint argumentis, quæ vnimet populo tractanda suggerebantur, stultitiæ, seu stoliditatis, & ingratitudinis. Vt videlicet cùm de stoliditate ageretur, constaret, tantò magis id ei populo vertendum esse in crimen, qui nomine insignitus esset *domus Iacob*, quod interpretatur supplantator, maximamque præ se fert sapientiam, & prudentiam, quâ ille & primogenita, & benedictionem è fratre nouit in se transferre, iuxta illud Genesis, [b] *Iustè vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me en altera vice: Primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam.*

Iacob designat prudentiam.

a Gen. 27.

Iuda nomen confessionem gratiarumque actionem designat.

Cùm verò de ingratitudine tractarent, scirent & id pariter sceleris esse maximi, ei præsertim populo, qui ipsam gratiarum actionem proprio præ se ferret in nomine Iuda, quod confessionem sonat, iuxta illud item libri Genesis, [b] *Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino, & ob hoc vocauit eum Iudam.* Et exploratum est, [c] sacrificium illud quod in lege sacrificandū mandabatur pro gratiarum actione confessionis item nomine insignitum nonagesimum nonum, quo præ gratiarum actione decantandus erat, pro titulo id sortitum. [d] *Psalmus in confessione.*

b Genes. 29. 35.

c Leuit. 22. 29.

d Psal. 99. 1.

Quid verò est, dicet aliquis, quòd cùm duo (vt iam dictum est) Deus tractanda suggerat argumenta, non in plurali, vt debuisset, sed in singulari ait, (*Annunciate hoc, & auditum facite.*) Responderi huic primùm posset, duobus verbis duo quidem designari quæ tractanda sunt argumēta, sed alterum quidem illorū stoliditatis sat esse si annuncietur, alterum verò ingratitudinis curandum vt bene & auditu percipiatur, sic bis repetitum pronomen *hoc* ambo designabit argumenta. Subtiliùs, & meliùs responderem secundò, Quamuis duo tractanda hîc suggerantur argumenta, eorum tamen alterum ad confirmationem tranctandum alterius. Enimuerò nullâ ratione stoliditas, & stultitia in aliquo probari potest efficaciori, quàm ea quæ ex ingratitudine desumpta sit, & ex ingratitudine erga Deum, quâ ratione & Eliphaz propterea vsus est in libro Iob, cùm ostendens impios ad summum peruenisse stultitiæ, hæc habet, [e] *Quasi nihil posset facere omnipotens æstimabant eum: Cum ille impleßet domus eorum bonis.* 2

Ingratitudo maximũ stultitiæ, & stoliditatis argumentum.

e Iob. 22. 17.

3 Ita autem hac ingratitudinis ratione & stoliditas probatur, & stultitia, vt ingrati hominis stoliditas maior asserenda sit, vel stolidissimi animalis stoliditate: Nam de asino, qui stolidissimus animantium est, ait Dominus apud Isaiã, [f] *Asinus cognouit præsepe domini sui*, id est, cognouit beneficia, quæ à Domino suo accipit in præsepi, eóque quo potest modo propterea gratum sese ei exhibet: Adeoque stoliditati planè ei æquiparanda sit quæ lapidum est, & insensibiliũ. An non qui ingratus Deo extiterit & animalibus brutis suâ insipientior est stultitiâ? cùm in animantibus obuia quotidie habeamus gratitudinis exempla, nedum in domesticis, sed & in agrestibus, dicente item Domino, *Cognouit bos possessorem suum*, & secundùm aliam literam ex Hebræo, *mercatorem suum*, id est bos, rationis licet expers, haud ita tamen stultus, & insipiens est, quomodo ingratus homo; siquidem homines Iudaici populi innumeris à me cumulati beneficiis, nullâ beneficiorum omnium habitâ ratione, nullum haud dico gratitudinis, sed nec cognitionis eorum mihi præstiterunt signum: Cùm bos vel primo die emptionis beneficium se cognoscere significet, ideoque gratum ipsi se suo porrigat possessori. Lege Plinium, & Ælianum, cæterosque, qui de natura scripsêre animalium, & videbis, vel ferocissimas ferarum ab hac ingratitudinis stultitia alienas: Bene igitur in singulari (*Annunciate hoc* ait Dominus, & *auditum facite, in Iuda*, quòd scilicet stultissimus, ac stolidissimus est, quia & mihi ingratissimus. Vnde mox subdit verba quæ dicturi sunt.

Ingrati hominis stoliditas maior quàm asini, & similis lapidi.

f Isai. 1. 3.

Bruta animalia sæpe magis grata quàm homines.

g Isai. 1. 3.

Vers. 21. PARAPHRASIS LITERÆ.

AC [h] *primùm pro ingenuis iis nobilissimæ prosapiæ nominibus domus Iacob, & Iuda, qualibus meretur eum compellate vocabulis, populum stultum, vecordem, atque insensibilem; Excitate illum, vt audiat quomodo & ipse insensibilia vt audiant excitare aliàs consueui; Dicentesque, Audi popule stulte; declarate, & quâ ratione ita sit stultus, vt spiritus stultitia stoliditatem sapiat: Addentes,* [i] *Qui non habes cor, adeoque ob cordis defectum stultissimus omnibus es stultitiæ generibus:*

h *Audi popule stulte.*

i *Qui nō habes cor.*

1 *generibus : tùm quia idolis adhærens adulter, vt vecors,*
2 *tuæque ipſius perditionis es cauſa : tum quia Deum, vt*
3 *excors verum tuum contemptui habes amicum : tum*
quia ita te erga eumdem habes Dominum tuum, vt in-
ſtar ſtolidi aſini virga tecum agat operæpretium ſit:tum
4 *in primis quia expers es gratitudinis omnis erga illum à*
quo innumeris cumulatus es beneficiis. [a] *Sicque nedum*
ſtultus es , & ſine mente : ſed tametſi hominis geras for-
mam , cadauer potiùs, ſeu lapideum dicendus es ſimu-
lacrum. Vtpote qui ſimilis effectus es illis , quæ oculos
1 *habent , & non vident : aures habent & non audiunt.*
2 *Et qui nec externos oculos nec externas aures vel verbis*
3 *ſanctorum admouere vultis Prophetarum : & ſi quan-*
do externis his ſenſibus ea percipere contingat, ad inter-
4 *nos tamen illa admittere recuſatis. Qui habentes ex-*
trinſecus & oculos , & aures , quibus vel nolentes ali-
quando & videtis , & auditis : attamen , in hoc, prout
bruta vos habetis animalia , quia nec oculis mentis vi-
detis , nec internis auditis auribus , & quaſi cordis,
mentiſque expertes vos geritis. Porrò ſicut ipſimet vos
tales veſtra reddidiſtis in ſceleribus duritie, ita vos pa-
riter ſatagite , vt qui Deum habetis adiutorem , iſtam
excutientes ſtoliditatem , & inſenſibilitatem auditu ne-
dum externo , ſed & interno quæ dicimus percipiatis.

a Qui habẽtes oculos nõ videtis : & aures, & non auditis.

Verſ. 21. EXPOSITIO LITERÆ.

1 AVDI *populeſtulte* , &c. Egregia ſanè populi eius ingratiſſimi epitheta , quibus & ſupra eumdem inſignitum vidimus in cap. 4. dicente ipſomet Domino , [b] *Quia ſtultus populus meus me non cognouit : filij inſipientes ſunt , & vecordes* : ad quem locum remitto lectorem , ne acta agamus iterum. Illud duntaxat eſt quod aduertamus , ſtulti nomen hoc loco haud eo deſumẽdum ſignificatu , quo ibi , pro temerario , audaci, & in effectibus effræni , Sed propriè pro ſapientiæ , prudentiæ , ingeniique omnis experte, Italicè , *Senza ceruello*, quem peculiari vocabulo Latinè fatuum appellamus , vel etiam inſipientem , ea quippe in Hebraico textu hîc eſt vox סכל *ſachal* , quam in præcitato capitis quarti loco , noſter interpres vertit , *Inſipientes* , & Sept. ἄφρονες idque propriè ſignificat , quod & hîc iidem adhibuère Sept. nomen μωρὸς quod Italicè diceremus , *ſtolido com' vna pietra.* Et quòd hoc ſenſu id ſumendum ſit, quod Vulgata hîc habet ſtulti vocabulum , indicat & quæ adhibita eſt peculiaris excitatio ad audiendum , qualis & alias rebus fieri conſueuit inſenſibilibus, prout in Cantico Moſis , [c] *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei* , & apud Iſaiam , [d] *Audite cæli , & auribus percipe terra , quoniam Dominus locutus eſt.* Sed & apertiùs idipſum ſingula , quæ adiecta ſunt , confirmant , (*Qui non habes cor : qui habentes oculos non videtis : & aures & non auditis.*) In quibus nota , non eſſe particulam disiunctiuã, quaſi hæc vt diſtincta ſint attributa , ſed omnia in vnius ſtulti nominis conferre declarationem, (*Audi populeſtulte, qui non habes cor.*) q.d. ſtultum eatenus te appello, quatenus cordis te noui expertem.

b Iere. 4. 22.

Stulti nomen pro ſtolido.

c Deut. 32. 1.
d Iſai. 1. 2.

Cor non habere tantumdem eſt, ac eſſe ſtultiſſimũ.

2 Cordis autem defectus non quamlibet, & ordinariam in ſacris literis deſignat ſtultitiam , ſed quæ omnium ſit maxima , & omnia ſtultitiæ cõplectatur genera , vt vel ex vno Prouerbiorum libro colligere licet , ibi enim in cap. 12. vbi in textu Hebraico eſt. (*Carens corde*) propriiſſimè noſter interpres id reddidit , ([e] *Stultiſſimus eſt.*) Porrò quatuor eo in Prouerbiorum libro ſtultitiæ genera enumerat Sapiens , quæ omnia is ha-

e Prou. 12. 11.

Cordis expers habet quatuor ſtultitia genera.

A bet , qui ſtultiſſimus hac ratione ſit , & expers cordis : quæque & Iudaico populo , cui id adſcribitur nominis , maximè competunt. Primum eius eſt , qui quò adulterium admittat , nec vitæ animæque propriæ pauet periculum. [f] *Qui adulter eſt*, ait in cap. 6.) *propter cordis inopiam perdet animam ſuam.* Sicque ex dictis in præſenti ca. 5. & in præcedentibus exploratum , id Iudaico in primis populo oſſibus (vt vulgo dicitur) inſitam ſtultitiæ , qui idolorum adhærens cultui adulter iure appellatus eſt, ſuæque propterea perditionis extitit cauſa. Secundum ſtultitiæ id eſt
B genus , cùm verus contemptui habetur amicus, à quo opem in quolibet expectare poſſes caſu , ac propter verborũ imprudẽtiam ab illius exciditur neceſſitudine , qui arctiſſimo vnitus erat amoris vinculo: ſic in cap. 11. per eumdem Salomonem dicitur, [g] *Qui deſpicit amicum indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit*, de hoc quoque arguit Deus eumdem populum vbi in cap. 3. dicit , [h] *Quomodo ſi contemnit mulier amatorem ſuum , ſic contempſit me domus Iſrael. Vox in viis audita eſt , ploratus , & vlulatus filiorum Iſrael.* Quibus ſcilicet idolá deprecantes me ad iracundiam prouocarunt , cùm,
C ſi prudentes extitiſſent , me potiùs venerari debuiſſent tacentes. Tertium ſtultitiæ genus id planè eſt , quo quis ita cum ſuo ſe agit domino, vt inſtar ſtolidi aſini operæpreciũ ſit virgam ſemper is habeat dorſum eius percutiẽtem. De hoc idem Salomon cap. 10. [i] *In labiis*, inquit, *Sapientis inuenitur ſapientia* , quatenus ſcilicet ſapienter ſuo reſpondet Domino , eiuſque defert, impletque mandata. *Et virga in dorſo eius qui indiget corde*, & de iſtiuſmodi ſtultitia excordi Iudaico populo dixit in hoc ipſo capite Ieremias, [k] *Percuſſiſti eos & non doluerunt : attriuiſti eos , & renuerunt*
D *accipere diſciplinam.* Extremum peſſimumque omnium id denique aſſerit Salomon ſtultitiæ, & vecordiæ genus , quo nedum rectè monentium quis non acquieſcit increpationibus , quo iuxta eiuſdem Sapientis [l] dictum , fieret *poſſeſſor cordis:* ſed nec recto gratiarum, & beneficiorum vſu eã adipiſci ſatagit ſapientiam perfectiſſimam , quæ in gratitudine ſita eſt , [m] *Quid prodeſt*, ait *ſtulto habere diuitias , cùm ſapientiam emere non poſſit?* Magiſque ad rem noſtram , & propriùs ex Hebræo, *Ad quid eſt precium in manu ſtulti ad comparandam ſapientiam, & non cor ?* ſcil. ei, id eſt cùm non ha-
E beat cor , cùm excors ſit, & amens , ita vt nec beneficiorum dignoſcere queat precium , quo grati animi emere poſſet ſignificationem erga benefactorem.

Stultitia genera quatuor, ob quæ Iudaicus populus, & peccator quilibet dictus eſt non habens cor.
f Prou. 6. 32.

g Prou. 11. 12.

h Iere. 3. 20.

i Prou. 10. 13.

k Ierem. 5. 3.

Ingratus eſt maximè omnium excors.

l Prou. 15. 32.

m Prou. 17. 16.

Et de hoc præſertim ſtultitiæ genere Iudaicum populum hoc loco arguendum præcipit Deus , cùm inquit , (*Et auditum facite in Iuda, dicentes. Audi populeſtulte , qui non habes cor.*) Porrò tametſi cordis nomine mentem ſignificet , & ſapientiam, aut cerebrum , vt Italicè dicimus cordis tamen potiùs quàm mentis vſus eſt vocabulo ; vt aliquid aliud , quàm Amentem in-
F ſuper deſignaret per hæc, (*Qui non habes cor.*) Cùm enim in humano corpore cor fons ſit , & principium vitæ omnis ; cúmque fieri queat , vt quis ſine mente ſit , eo modo quo omnes amentes eſſe conſpicimus , quos nihilominus negare non poſſumus , quin homines ſint , & homines viuentes , dicens , (*Qui non habes cor*) tantumdem eſt , ac ſi dixiſſet, Qui nedum ſtultus es, & ſine mente : At quamuis hominis geras formam, Cadauer potiùs , ſeu lapideum dicendus es hominis ſimulacrum, quandoquidem cor , vitam- 3

Cor pro mẽte, ſapientia , & pro cerebro.

Cor pro vita. Ingratus expers vita , & ſenſus.

que non habes; quæ in cognitione,& gratitudine sita est beneficiorum. Quod subindicauit superius Propheta cùm dixit, [a] *Indurauerunt facies suas supra petram.* Expressiusque in hisce contestatus est Dominus, quæ mox hîc subsequuntur.

a Ierem 5.3.

Qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Quæ vt propria simulacrorum insensibilium recensuit aliquando Vates Regius, cùm diceret,[b] *Simulacra gentium argentum,& aurum,opera manuum hominum, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient*, assignansque horum rationem,ait, *Neque enim est spiritus*, id est, vita *in ore ipsorum*, sicut nec in oculis,nec in auribus. Et vt noueris contingere posse, imò & frequenter euenire, vt & carneis idipsum fiat hominibus, subdit, *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Neque enim vt per imprecationem, sed vt per euentus narrationem hæc dicta sumenda sunt, prout & pleraque alia apud Prophetas. Simulacrum, tametsi opulentissimis ipsum operias vestimentis, pretiosissimisque ornes monilibus,& gemmeo exornes diademate, nullum pro his vniuersis exhibet tibi gratitudinis specimen, neque enim illa videt, licet oculos habeat, quia sine corde est, & sine vita: sic nec si ea illi enumeres is cognoscet, quia te loquentem non audit, cùm cordis expers & vitæ sit.

b Psal. 113. 12.

Simile. *Ingratus dicendus simulacrum insensibile.*

Sed in Iudaico populo, & in ingrato quolibet est insuper aliud quod obseruetur peius,quia ita sine corde extitit,& sine vita, vt erga Deum benefactorem suum planè se habuerit etiam vt cadauer, oculos habens, & non videns, aures habens,& non audiens. Sicut enim cadauer nedum ob id ingratum est, quòd ei qui ipsum induerit, exornaueritque nullam ostendit grati animi significationem, quia ea minimè cognoscit: at in compensationem acceptorum beneficiorum intolerabilem illius naribus emittit fœtorem, suáque corruptione & exhibita omnia fœdissimè corrumpit ornamenta. Ita & populus ille ingratus Deo extitit, tum quia pro acceptis haud ei gratias egit beneficiis, quæ nec oculis, auribusque aut corde percepit: tùm multò magis,quia quæ ab illo accepit munera corrupti animi sui corrupit putredine, falsis dum ea accepta retulit diis, vt apud Hoseam significauit, cùm diceret, [c] *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum,& potum meum*: tum demum quia fœtidissimo idolothytorum odore eius repleuit (vt ita dicam) nares, cùm ipsamet quibus oppiparè cumulatus ab eo fuerat, idolis in odorem se offerre profiteretur suauitatis, qua de re idemmet Dominus iure apud Ezechielem conqueritur dicens. *Et* [d] *panem meum quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te,posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.*

Ingratus dicendus cadauer insensibile, & fœtidũ. Simile.

c Hose. 2. 5.

d Ezech. 16.

5 *Iudæi quomodo dicti expertes vsu sensuum,oculorum, atque aurium.*

Dubitant hoc loco aliqui, cùm dicitur, *(Qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis.)* de quibusnam intelligenda hæc sint oculis,atque auribus, de externis,ne an de internis. Ipse de ambobus ea sumo, cùm Iudæi recto tam externorum, quàm internorum deficeret vsu:quippe qui nec externos oculos, externasque aures vel signis, vel verbis admouere volebant, quæ à sanctis Prophetis coram eis & fiebant, & proferebantur. Et, si quando externis ea percepissent sensibus, ad internos tamen nullatenus admittebant. Deque his internis potissimùm hîc agi arbitror, sine quorum recto vsu parum, aut nihil vsus illis profuisset externorum. De oculis inquam & auribus mentis. Vel fortasse meliùs dixerim, in his concedi quidem externos sensus, negari tamen iisdem Iudæis internos,eorumque vsum. Ac si dicatur qui habentes extrinsecus, & oculos, & aures, quibus & videtis, & auditis, tamen prout & bruta animalia in hoc vos habetis, quia nec videtis oculis mentis, nec auribus mentis auditis, & quasi cordis, mentisque expertes vos geritis. Quem sensum ex duobus aliis colligo sacræ scripturæ locis, in quibus pari modo tria hæc Iudaico eidem populo & concedi, & negari videntur, cor, oculi, atque aures. Ex eo quod dicitur in cap. 29. Deuter. [e] *Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti, Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius: tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire vsque in præsentem diem*, & ex eo quod Isaiæ legimus, [f] *Et dixit, Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere,& videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca*,seu secundùm originalium lectionem, *Impingua*,aut *incrassa cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum.*

Iudæi expertes internorũ sensuum oculorum, & aurium.

e Deut. 29. 2.

f Isai. 6.9.

Cæterùm ex hoc Ieremiæ loco tolli mihi videtur difficultas illa maxima, quæ ex altero capite ex ambobus præcitatis insurgit locis. In quibus asseritur, hæc, esse scilicet absque corde, seu habere quidem illud sed excæcatum, incrassatum, ac non intelligens: & non videre, nec audire oculis, atque auribus mentis, à Deo prouenire,vt à prima ac potissima causa. Quod expressisse apertiùs visus est Euangelista Ioannes referens Isaiæ verba in hunc modum. [g] *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde,& conuertantur, & sanem eos.* In quẽ sensum retulit ea & Paulus in epistola ad Romanos, dicens, [h] *Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis*, (id est insensibilitatis, quasi opprimi ij solent,qui magno aliquo dolore compunctum cor habent) *oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem.*

6 *Insensibilitas in peccatoribus quonam potissimum sit.*

g Ioan. 12. 39.

h Rom. 11. 8.

Tollitur autem difficultas ista, per verbum, quod hîc apud Ieremiã toti præpositum est huic sententiæ, *Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos*, &c. Dum enim ei qui non habet cor, nec videt,nec audit,dici iubetur, vt audiat: planè significatur, in illius potestate esse, vt audiat, & consequenter etiam vt videat;sicque cordis mentisque rectum habeat vsum, diuino illi non deficiente auxilio. Quod certè non esset, ni is ipsâ sui pariter potestate, & libertate deprauatus,& veluti excordem sese reddidisset,& oculis, auribusque mentis non videntem se exhibuisset, ac non audientem. Ita vt propterea dicẽdum sit, cùm in præcitatis locis hæc à Deo facta asseruntur,intelligi debere de causa (vt dicunt Theologi) permissiua, quâ permisit, vt populus ille semet excæcaret corde, clauderetque oculos, & aggrauaret aures suas, non impediens ipsum ab hisce,dans tamen eidem auxilia sufficientia,quibus ea cauere potuisset, si voluisset. Vt idem significare visus est Paulus; cùm ad finem libri Actuum Apostolorum in prædictum Isaiæ retulit locum,

Insensibilitas peccatorum & durati magis à Deo, quàm ab ipsomet peccatore.

a Act. 20. 27. locum. *Incraſſatum* [a] *eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt.* Quomodo & Ieſus ipſe apud Matthæum [b] eadem retuliſſe comperimus.

b Matth. 13. 14.

Verſ. 20.] Annunciate hoc, &c.
Verſ. 21.] Audi popule ſtulte, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Defectus quomodo cuipiã obiicere ſit prohibitum, quos & eidẽ nunciare ex Dei tenemur præcepto.* CVM, ſicut in prima expoſitione probatum eſt, ex originalibus Hebraico, Græcoque vocabulo ſtulti nomen hoc loco pro fatuo ſumendum ſit ac ſtolido, & inconſiderato, ingens difficultas mihi ex eo inſurgit Euãgelij, quo Redemptor noſter ait, [c] *Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Si enim inferni pœna, quã nulla maior, ei parata eſt, qui fatuum appellarit quẽpiam. Quanam ratione hîc apud Ieremiam idemmet Dominus nedum liberam vniuerſis dat veniam, ſed & omnibus quoque mandat, vt magnis vocibus fatuum proclament populum ſuum, dicens, (*Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes, Audi populestulte, ſeu fatue,*) facilis tamen eſt difficultatis huius ſolutio, è qua & præclarum colligere eſt documentum morale. Cùm quidpiam mali in aliquo obſeruare contigerit, id nullã ratione ei, per calumniam, & exprobrationem obiiciendũ, ni gehennæ ignis obnoxij eſſe velimus: Studendum potiùs, omnique contentione enitendum, vt defectus illius ſui, eiuſdemque grauitatis, fœditatis, ac malitiæ conſcius ille fiat, adeoque pio, benignoque animo is ei ſignificandus, ac proponendus. Sic ad rem noſtram, idemmet Ieſus ſtultos duos compellauit diſcipulos ſuos eũtes in Emmaus dicens, [d] *ô ſtulti, & tardi corde ad credendum,* &c. Sic eius Apoſtolus Paulus Galatas alloquens ait. [e] *ô inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati?* &c. Sic & omnibus, qui animarum anhelarent ſalutem, imperat Deus, vt Iudaicum populum, quem ad ſummum fatuitatis perueniſſe conſtabat, hoc docerent in primis, quòd fatuus eſſet, dicentes, *Audi populestulte,* ac fatue.

c Matth. 5. 22.

d Luc. 24. 25.
e Gal. 3. 1.

8 *Defectus cùm per calumniã obiiciuntur illicò percipimus, minimè eoſdem percipientes, cùm benignè de iis monemur.* Sanè quando per calumniam, & ab irato ei qui verè fatuus ſit, id in exprobrationem obiicitur, ſat eſt dicere, fatue, nec opus eſt, vt addatur verbum, *Audi,* quia & hoc quoque is à ſua habet fatuitate, vt in prolatam calumniam nedum arrectas porrigat aures, ſed & ex auribus ad intima illam tranſmittat cordis penetralia. Cùm è veſtigio nullatenus perſuaderi id eidem poſſit, quòd fatuus ſit, ab iis qui benignè ea de re ipſum moneant. [f] *Qui docet fatuum quaſi qui conglutinat teſtam,* dicitur in libro Eccleſiaſtici. *Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno. Cum dormiente loquitur qui enarrat ſtulto ſapientiam: & in fine narrationis dicit,* ſcil. fatuus. *Quis eſt hic?* ſeu ſecundùm aliam lectionem, *Quid eſt hoc?* ſignificans nimirum ſe nihil percepiſſe. Non deſiſtendum nihilominus ab hoc monendi ſtudio, imò quoad fieri poteſt enitendum, vt monita audita faciant, ea ſi opus fuerit & ſæpius repetendo. *Annunciate* enim *hoc,* ait Dominus, *& auditum facite, dicentes. Audi populefatue.*

f Eccl. 22. 7.

9 Cæterùm cùm per fatuum in ſacris literis quilibet deſignetur peccator, qui propter peccatum

A mortale expers ſit gratiæ, vt colligitur ex libro Eccleſiaſtici vbi dicitur, [g] *Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm imprudentem, & fatuum, & impium.* Egregiè in explicationem qualitatis iſtiuſmodi fatui, adiectum hîc eſt, (*Qui non habes cor.*) Quod tantumdem eſt, ac ſi diceretur, qui non habes vitam, cuius nimirum ſedes in corde potiſſimùm eſſe non ignoramus; Et benè: nam per peccatum mortale vita tollitur gratiæ, morſque infertur animæ. Et legimus in præcitato Eccleſiaſtici capite, fatuum æquiparatum mortuo verbis, quæ ad rem noſtram maximè faciunt, [h] *Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & ſupra fatuum plora, defecit enim ſenſus.* Græcè σύνεσις, *prudentia intellectus,* ſeu *conſideratio.*

Fatuus eſt peccator quiſque.
g Eccl. 22. 18.
Peccator eſt dicendus fatuus, ac mortuus.

h Eccl. 22. 10.

B

10 *Fatui duæ deſcriptiones concordãtur.* Ex qua Eccleſiaſtici ſententia in concordiam duas fatui reduco deſcriptiones, quæ primo aſpectu valde inter ſe diſſentire videntur, alteram quam ex Ieremiæ ore hoc loco affert Dominus, (*Qui non habet cor,*) Chriſti item Domini alteram in Euangelio. [i] *Qui non habet oleum ſecum,* Sic quippe legimus apud Matthæum, *Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ acceptis lampadibus ſuis exierũt obuiam ſponſo & ſponſæ: Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: ſed quinque fatuæ acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleũ ſecum: prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.* Enimuerò cùm cordis vocabulo nedum carneum deſignetur membrum, ſed & id, quod auctor libri Eccleſiaſtici ſenſum appellauit, prudentiam, & conſiderationem, in qua ſita eſt animæ vita, quâve deficiente mortuam & illam dicere operæ precium eſt, ac tenebroſam, quia deficit lux bonarum operationũ eius, de quibus Saluator noſter. [k] *Sic luceat,* ait, *lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Quis iam non videat, idipſum eſſe, dicere fatuum eum qui non habet cor, & qui non ſumit oleum ſecum cum lampadibus, ex oleo quippe conſiderationis eſt lux in virtute operatrice, quæ lampas eſt animæ.

i Matt 25. 1.

C

Cordis vocabulo ſignificatur prudentia, & conſideratio.

k Matth. 5. 16.
Conſideratio eſt cor, & oleũ in lampadibus operationum.

D

11 *Peccator operans ſine conſideratione dicitur fatuus habens lampadem ſine oleo.* Et bene nota, habere quidem fatuum lampadem ſecum, virtutem hanc operatricem, atque id in illo magis eſſe deplorandum, quòd lampadem habet, & non lucem; operatur, & ſine prudenti conſideratione operans tenebras operatur peccatorum. Vtinam autem qui cor iſtiuſmodi ſenſus & conſiderationis non habet, nec haberet & vitam, quã ſuis Deum offendit delictis, & (vt de vidua, quæ in deliciis eſt, ait Apoſtolus) [l] viuens mortuus eſt, quin & multò eſt eo, qui ſecundùm corpus mortuus ſit, peioris conditionis, atque adeo & magis deplorandus, prout per eum ſignificatum eſt ſapientem, qui dixit, [m] *Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit,* Neque ampliùs defatigatur in operationibus. *Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui,* id eſt, Nequiſſimi namque fatui vita eſt nequiſſima ſuper mortem, ac propterea magis eſt, quòd ſuper illam plores: Vnde ibidem ſubditur, *Luctus mortui ſeptem dies; fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum,* Ac ſi dicatur. Mortuum cùm luges, ſat eſt, ſi illum ſeptem iuxta conſuetum morem lugeas dies: at fatui, impiique per omnes vitæ illorum dies, & quamdiu in ſua viuunt fatuitate deplorandi ſunt.

E

Fatuus, atq; peccator eſt magis deplorandus, quàm mortuus.
l 1 Tim. 5. 6.
m Eccl. 22. 11.

F

12 *Peccator, & fatuus ne Laben. cor habet tamẽ in malum ſuũ ſenſus.* (*Qui habetis oculos, non videtis, & aures, & non auditis.*) Hæc quoque ad fatui, & peccatoris deſcriptionem addita ſunt. Circa quæ primò animaduertendus loquendi modus: cùm enim de illius

quiens, *ego adducam super vos.* (denuò ad populum suum conuertens sermonem) Ac si dicat, Ad emissionem verborum Prophetæ contra vos, præstò sum, vt & ipse illius cooperer verbis, vtque dux hostium, adducens aduersùs te domum Israel Chaldæos. Habent & vim propriam singula quæ asserit gentis huius attributa: Nam quòd *de longinquo* dicitur, indicat illius & rabiem, & ferociam, rabiem quæ pro Iudaici sanguinis, prædæque fame, nec longissimum triginta dierum (vt ait Hugo Card.) quibus Babylonia distat à Ierusalem, exhorruit iter difficillimum: ferociam, vtpote quæ nullum cum Iudæis habuerit commercium, nullamque amicitiam, vt propterea mitiùs cum illis esset actura. Quòd (*robusta*) indefessum illius significat robur, cui obsisti nequeat. Hebraicam vocem איתן *ethan*, quam interpretes omnes (*robustam*) vertunt, & (*fortem*,) Hieronymus ab Oleastro in cap. 14. Exodi pag. 106. col. 2. asserit esse à radice אתה *thah*, quod est currere, & velociter venire, adeóque censet eam vocem significare cursum, transitumque velocem, meliusque hoc loco verti posse, (*Gens velox est*:) quod alij ex Hebræo (*Gens robusta est.*) Quòd tertiò gentem eamdem appellat (*ab antiquo*) seu vt est in Hebr. & apud Sept. (*à sæculo*) peritiam illius significat antiquissimam in armorum exercitatione, & in subigendis sibi populis, quid nimirum vetustissimum seruauit, auxitque imperium, quod & à sæculo dici meritò potuit, quia à Nemrod, ortum, continuatumque est, qui primus post diluuium Regiam potestatem exercere cœpit in Babylonia, à quo & regnum Assyriorum, vt habes in cap. 10. libri Genesis.[a] Quod denique quartò addit, (*Gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur*,) illius significat, vt ita dicam, inexorabilitatem, & acerbitatem, vtpote à qua salutem precari nequeat, quia non intelliget deprecantem, quámuis iugiter exacerbari operæ precium sit, cùm sibi viderit non obsequentes, quia non intelligitur.

Hugo Card.

Hieronym. Oleast.

a Gen. 10. 10.

Vers. 16. Paraphrasis Literæ.

b *Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes.*

Gentis, [b] cuius tanta est in iaciendis sagittis peritia, vt vel ex ipso strepitu chordarum, neruorumque arcuum ipsius, quem quando sagittæ ab illa emittentur percipietis à longe, æquè ac ex fœtore, qui longiùs è patenti emittitur supulchro, ingentem, subitamque inter vos intellecturi sitis mortuorum & cadauerum multitudinem. Quotquot eius sunt gentis vniuersi existunt fortes, adeo vt vehementissimo impetu per illos facienda sit eiaculatio, maximusque propterea à longè percipiendus sit apertarum & remissarum chordarum stridor.

Vers. 16. Expositio Literæ.

1 *Sepulchro patenti cur cõparata Pharetra Chaldæorum plures rationes.*

Hug. Card.

Pharetra, &c. Locus iste mihi difficillimus, vt aptam inueniam allatæ similitudinis rationem, referam primò quid apud alios reperi. Hugo Cardinalis plures affert dictæ similitudinis congruentias. Pharetra ait, sepulchrum patens, quod numquam mortuis satiatur, iuxta illud Prouerb. 30.[c] *Tria sunt insatiabilia*, &c. *Infernus*, seu, vt iuxta aliam lectionem legit ipse, *Sepulchrum*, &c. sic nec Chaldæi satiantur occisione. Secundò, quia sicut sepulchrum patens horribile est visu propter carnes semiputrefactas, sic Chaldæi multos occident, & propter

1

c Prou. 30. 15.

2

A sagittas cruentatas, quas in Pharetra reponent, quæ sunt horribilia visu. Tertiò Pharetra patens sepulchro comparatur patenti, quia è tali Pharetra potest statim extrahi sagitta ad occidendum, post quod sequitur, vt occisi sepeliantur. 3 Quartò, quia certi essent Chaldæi de morte inferenda post sagittationem, sicut certum est, sepulchrum esse mortui. 4 Quintam congruentiam affert Nicolaus de Lyra. 5 Per id significari, in Chaldæorum gente esse optimos sagittarios, ita quod percussi ab eis statim moriantur, & ad sepulchrum portentur. Sextam asserit Ioannes 6 B Maldonatus, vt per hæc designetur, adeo peritam eam esse gentem in iaciendis sagittis, vt quot habet sagittas in Pharetra, tot homines se interfecturam sciat: ita vt Pharetra sepulchrum, sagittæ homines mortui esse videantur. Septimam Andreas Capella, 7 vt singulare positum sit pro plurali, & Pharetra pro sagittis, continens pro contento, sensusque sit, Multos sagittis conficient, sicut sepulchrum patens mortuos expectat, & veluti vocat. Octauam ex Theodorito 8 Christophorus à Castro. Vt hæc per Metonymiam dicta sint, ac si dicatur, Sagitta sepulchralis C lethifera certò necem inferens, & illicò in sepulchrum patens inducens. Quod probat ex eo Psalmi 5.[d] *Sepulchrum patens est guttur eorum*, id est lethiferum, quos lingua eorum tetigerit in sepulchrum patens deducet, & ex eo quod dicitur 2. Reg. *Sagitta Ionathæ numquam rediit retrorsum.* Nonam Isidorus Clarius in suis Annotationibus, 9 vt comparetur sepulchro patenti Pharetra, quòd viuos deuoret, sicut sepulchrum mortuos. In cuius sensus confirmationem faciunt, quæ Gaspar Sanctius, tametsi is octauo sensu ita exposuerit, hîc adnotat, dicens: *Existimo prouerbiali* D *specie hominem crudelem, quique semper ad aliorum cædem anhelat, eorumque pascitur, & oblectatur interitu, appellari sepulchrum patens, quia semper aut perimit, aut deuorat mortuos. Sicut ob causam non dissimilem Ambrosius diuites, qui pauperum deuorant facultates, sepulchrum appellat pauperum.* His adde quæ & à Petro à Figueira in eundem sensum habentur. Ita hæc dici, ac si quis metonymicè malum medicum polyandrion appellet, causam pro effectu: sic enim exercitus Babylonius sagittariorum plenus sepulchrum apertum appellatur, effectus pro causa.

Nicolaus de Lyra.

Ioan. Mald.

Christ. à Ca.

d Psal. 5. 11.

Gaspar Sanctius.

Petrus à Fig.

E Vt ipse quoque id explicem, quod in re tam difficili magis probabiliter dici posse videtur, 3 aliqua prænotanda operæ precium arbitror. Primum Pharetræ nomen hoc loco non tam pro capsula accipi, & (vt ita dicam) reconditorio Sagittarum, quam Italicè appellamus, *la faretra*, seu *Il Carcasso*. Sed chordam designare, seu neruum illum arcus, in quo paratur, & è quo emittitur sagitta. Prout & in eo Psalmi decimi quo dicitur,[e] *Quoniam Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in Pharetra*, Hebr. על יתר *ngal iether*, *super neruo*, vt & Hieronymus in sua F Psalmorum versione ex Hebræo, *Posuerunt sagittam suam super neruum.* Notandum secundò, huiusmodi Pharetram, chordamue, & neruum tunc dici apperiri, cùm per emissionem sagittæ remittitur & laxatur: prout clarè colligitur ex eo quod de Deo vel de aduersario suo asserit B. Iob[f] *Pharetram suam aperuit, & afflixit me*, vbi in Hebræo eadem est vox יתר *iether*, quæ propriè funem significat, qui extenditur, prout ex præcitato Psalmi loco manifestum est, quo sensu in hac Iobi sententia eam sumpsère & Sept. funem

Pharetra nomen vsurpatum pro chorda, & neruo arcus.

Sensus Auctoris.

e Psal. 10. 2.

Pharetram aperire est chordam laxando emittere sagittam.

f Iob. 30. 11.

pro

pro Pharetra vertentes: ita vt tantumdem ſit *Pharetram ſuam aperuit*, ac remittens arcus ſui chordam ſagittam emiſit, Adeoque & Pharetra aperta, & patens idipſum ſit, ac Chorda remiſſa, emiſſioque, & eiaculatio ſagittæ.

Notandum tertiò, in iſtiuſmodi Pharetræ apertione, & ex tali chorda aperta, nec non & ex ipſa chordæ remiſſione, ſagittæque emiſſione ſonum, ſtrepitumque cauſari, qui eò ſentitur longiùs, quò vehementiori ea fit impetu. Vnde in eodem libro Iob, cùm de equo agitur, hæc ha-
a Iob 39.23. bentur, [a] *Super ipſum ſonabit*, ſeu, vt vertunt alij *ſtridebit Pharetra*: Vbi in textu Hebraico eſt ea- B dem vox אשפה *aſcpath*, quæ & hîc apud Ieremiam, ſumiturque, prout iam iam expoſitum eſt, pro arcus chorda, cuius in remiſſione ſtridor eiaculatæ ſentitur ſagittæ.

His animaduerſis iam facile eſt, & ſenſum & rationem enodare ſimilitudinis allatæ in hac ſententia, (*Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens.*) Comparatur enim neruus, ſeu chorda arcus quando aperitur, atque in ſagittæ eiaculatione remittitur, cum ſepulchro aperto: & ratio ſimilitudinis in eo ſita eſt, quòd ex ambobus æqualis pauor incutitur mortis, æqualiterque ambo C mortem à longe denunciant, ſepulchrum quidem patens lethifero cadauerum fœtore, chorda verò arcus aperta, & ipſa quæ per illam fit ſagittæ emiſſio, ſtridore. Vt ſenſus ſit, Chaldæorum gens eadem peritiſſima in iaciendis eſt ſagittis, adeo vt Iudæi vel ex ipſo ſtrepitu neruorum arcuum ipſius, quem à longe percipient quando ſagittæ ab illo emittentur, æquè ac ex fœtore qui longiùs è patenti emittitur ſepulchro ingentem ſubitamque inter ſe mortuorum intellecturi ſint multitudinem. Bene autem additur, (Vniuerſi fortes) vniuerſæ inquam Chaldææ gentis D illius, quia, vt iam dictum eſt, tunc longiùs præexpoſitus emittitur ſtridor, cùm fortiori impetu ſagittæ facta ſit eiaculatio.

In verſione Sept. vltima iſta verba, (*Vniuerſi fortes*) habentur in fine verſus 15. Quinimò in illius Codice Vaticano, ſicut & in Aldino, & Frobeniano, non reperiuntur quæ de Pharetra hîc dicuntur, & Hieronymus in Comment. teſtatur ſimpliciter, illa minimè reperiri apud Sept. Tametſi ea ſint modò in Codicibus Complutenſi, & Regio, & in textu quoque, ac commentariis inueniantur Theodoriti, vt in noſtra videre E eſt Appendice Patrum.

Verſ. 15.] Ecce ego adduco ſuper vos, &c.

Verſ. 16.] Pharetra eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Dæmonum proprietates aliquæ.* EX hoc loco collige primùm Dæmonum proprietates: primò enim (*de longinquo*) dicuntur, quia propria ipſorum patria, & F habitatio poſtquam è cælo deiecti fuere, eſt profundum inferni, Vnde in libro Apocalypſis de
b Apoc. 9. 11. eis legimus, [b] *Et habebant ſuper ſe Angelum Abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Latinè exterminans.* Dicuntur ſecundò (*Gens robuſta*) quia, vt aſſeri-
c Iob. 41. 23. tur in libro Iob, [c] *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, quæ facta eſt, vt nullum timeret.* Tertiò (*Gens* dicuntur *antiqua*, ſeu *à ſæculo*,) quia ab exordio mundi & prælia inſtituit cum hominibus & duriſſimam propter peccatum exercere in

A eos cæpit tyrannidem, dicente Domino de ipſius Principe, [d] *Ille homicida erat ab initio.* Ideóque & d Ioan 8. 44.
calidiſſima, quia vt habes in libro Iob, [e] *In antiquis eſt ſapientia.* Dicitur quartò (*Gens cuius ignoratur lingua, nec intelligitur quid loquatur.*) Si enim in- e Iob. 12. 12.
telligeremus quid re vera ij in ſua ſibi velint locutione, haud certè nos ab illis decipi ſineremus, Vtinam deceptorias eorum non ignorantes cogitationes, atque aſtutias, id ſaltem ſtudeamus, vt quemadmodum ait Paulus, [f] *non circumueniamur à Sathana.* Congruit enim & illis quod per f 2. Cor. 2. 11.
Prophetam dicitur, [g] *Sepulchrum patens eſt guttur* g Pſal. 5. 10.
B *eorum*, è quo nimirum fœtor egreditur, & odor mortis. Quod & hoc quoque loco iiſdem tribuit Dominus per Ieremiam, cùm adiicit, (*Pharetra eius ſepulchrum patens:*) nam & illorum ſagittæ, quas Paulus, [h] *ignea nequitiæ tela* appellat, vel h Epheſ. 6. 16.
à longe mortem ſono denunciant ſuggeſtionum lethiferarum, Pharetram Diaboli nocendi induſtriam eſſe, ait Dionyſius Carthuſianus, quæ ſe- Dionyſius Carthuſianus.
pulchrum patens dicatur, quoniam ſpiritaliter interimit mentem, & fœtor tentationum ex ea procedit. Hugo verò Cardinalis Pharetram eiuſdem dicit eſſe linguam detractoris, ex qua quaſi C ex Pharetra ſagittas extrahit, quibus interficit innocentes: quæ dicatur ſepulchrum propter fœtorem, qui inde exit, & quia non ſatiantur interfectis, cùm ſemper vellent plura mala in hominibus inuenire, vt magis poſſent detrahere. Dicuntur item Dæmones (*vniuerſi fortes:*) vt nouerimus cum quibus, quantoque robore nobis ſit præliandum, quod denunciauit & Paulus dicens. [i] *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates*, &c. i Epheſ. 6. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 15.] Ecce ego adducam, &c.

Verſ. 16.] Pharetra eius, &c.

SEPTVAGINTA.

15. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος πόῤῥωθεν οἶκος ἰσραήλ, λέγει κύριος, ἔθνος οὗ οὐκ ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς γλώσσης αὐτοῦ.

16. παντὲς ἰσχυροί.

E *Verſ.* 15.] Ecce ego adduco ſuper vos gentem de longè, domus Iſrael, dicit Dominus, gentem, cuius non audies vocem linguæ eius.

Verſ. 16.] Vniuerſi fortes.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce ego adducam ſuper vos, domus Iſrael populum à longè, dicit Dominus, populum fortem, populum qui à ſæculo eſt populus, cuius linguam ignorabis, & non audies quid loquatur.* 1

Verſ. 15. *Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes.*

Verſ. 16. *Ecce ego adducam*, &c.

Hieronymus. *Nequaquam multò poſt tempore, nec vt falſo creditis, Propheta vocis loquentur in ventum: ſed iam nunc adducam ſuper vos gentem Babyloniorum, (quæ veniet de longinquo,) (gentem robuſtam, (pro quo in Hebræo ſcriptum eſt* איתן *ethan*, *(gentem antiquam,)* Hieronym.

quam,) cuius quondam dominatus est Nemrod gigas. A *(cuius ignorabis linguam) sicut in Hebræo scriptum est, (nec intelliges quid loquatur:) Est enim malorum solatium, si illos habeas hostes, quos possis rogare, & qui tuas intelligant preces.*

Theodorit. *Assyriorum imperium antiquissimum omnium.* Theodoritus. *Ostendit modum vindictæ, (Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, dicit Dominus, gens est antiqua,) Dicit Assyrios, quos appellat gentem antiquam, quòd regnum eorum sit omnium vetustissimum, vt pote post diluuium Nemrod primus imperauerit.* In D.Thoma nil diuersi.

2 Vers. 16. *Pharetra eius*, &c.

Hieron. *Chaldæi, & Persæ, ac Medi peritissimi in sagittãdo.* Hieronymus. *Quod sequitur, (Pharetra eius quasi sepulchrum patens) & in Sept. editione non dicitur, Babyloniam significat armaturam. Nec dubium, quin regnum Babyloniorum, Medorum, atque Persarum sagittandi peritissimum sit.*

Theodorit. Theodoritus. *Cum aperto sepulchro pharetram comparat, eò quòd tela sint lethifera, ipsi verò iaculandi peritissimi.*

D.Thom. D. Thomas. *Quasi sepulchrum patens pharetra, quia promptè inde sagittas emittunt, Et quia ibi apparent sanguinolenta, sicut cadauera in sepulchro.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ἔθνος B πόῤῥωθεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε μηδὲ ἐξ ἱκετηρίας ἐπισπάσασθαι τινὰ ἔλεον. τὸ δὲ καὶ ἀρχαῖον, δηλοῖ, ὅτι καὶ ἀρχαῖον, καὶ φοβερόν ἐστι, καὶ δείκνυσιν ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἐπέρχεται, οὐ γὰρ ἂν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ ἡσύχασαν, καὶ ὕστερον ἀπῆλθον.

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ἀπειλεῖ αὐτοῖς ἔθνος οὐχ ὅμορον, οὐδὲ οὖν τὴν φωνὴν διὰ τῆς ἐπιμιξίας ἐγνώριζον. ὅθεν καὶ πόῤῥωθεν ἔφη. μόνον οὐχὶ πῦρ κατεσθίον αὐτῶν τὰ τέκνα, διὰ C τὸ τοὺς μὲν λαβεῖν, τοὺς δὲ ἀποκτεῖναι.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ ἑτερόγλωσσον εἶναι.

Vers. 15. *Ecce ego adduco super vos gentem de longè &c.)* 3

Chrysost. Chrysostomi.] *Vt neque precibus misericordiam sibi concilient. Illud verò (& Antiquam) indicat, quod & antiquum, & horribile nomen est, quodque ex se non aggreditur, nec enim tãto tempore fuissent in otio, ac tandem aduenissent.*

Vict.Presb. Victoris Presbyteri.] *Minatur illis populum non confinem, cuius & linguam propter consuetudinem non agnoscerent. Vnde & à longè dixit: tantùm non ignem eorum liberos deuorãtem, quod partim captiuos duxerit, partim neci dederit.*

Olympiod. Olympiodori.] *Ex eo quòd essent peregrinæ linguæ.*

Vers. 17.] Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam: & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

D *Vers.* 18.] Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Et comedet, segetes tuas, & panẽ tuũ: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregẽ tuum, & armenta tua: comedet vineam tuã, & ficum tuã, & cõteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciã, gladio.*

Gladio [a] suo omnia quæ tua sunt consumet, deuorans segetem tuam, panem tuum, filios, filiasque tuas, minutorum pecudum greges, maiorumque animalium armenta tua, vineam tuam, ficumque E *tuam: quicquid tibi fuerit vel frugum, vel fructuum, vel agrorum, vel pecudum, vel opum asperrimo absumet prælio. quo & atrocitate maximâ eas quæ munitiores sunt, Et in quibus fidens es, solo æquabit ciuitates.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *Et comedet*, &c. Quod dicitur, *Et deuorabit filios tuos, & filias tuas*, non crediderim intelligendum de vera deuoratione, & comestione; Neque enim legitur vsquam, Chaldæos fuisse Antropophagos, hominumque comestores. Arbitror potiùs, nomen quod in fine huius sententiæ est, *gladio* quo significatur calamitas quæque ad singula referendum verba, quæ hîc per Asyndeton in Hebræo ponuntur. Ac si dicatur, (*Et comedent gladio,*) id est bello, prout aliàs sæpius, (*segetes tuas, & panem tuum,*) eodemque gladio deuorabit filios tuos, & filias tuas, iuxta phrasim illã, quâ in lib. Deuteron. dicitur, [b] *Et gladius meus deuorabit carnes. Comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam,* (singulare semper pro plurali,) *& conteret vrbes tuas munitas, in quibus tu habes fiduciam.* Quibus significatur omnimoda vastatio, quam Chaldæi Iudaicæ terræ acerrimo illaturi erant prælio. Quoad lectionum varietatem. Sept. ita habent. (*Et comedent, seu deuorabunt messem vestram, & panes vestros: Et comedent filios vestros, & filias vestras: & comedet vitulos vestros, & oues vestras: & comedet vineas vestras, & ficeta vestra: & olineta vestra. Et* ἀλοήσουσι *capient*, sic habent Codices Complut. & Regius, Vaticanus autem ἀλοήσουσι *triturabunt, ciuitates vestras, in quibus vos confidebatis in eis, in gladio.*) Ex Hebræo, (*Et comedet messem tuam, & panem tuum: comedet filios tuos, & filias tuas: comedet oues tuas & boues tuos.* (Sic Pagninus) *pecus tuum, & bouem tuum,* habet Regia. Vatab. autem gregem tuum, & armentum tuum, conteret, sic Pagninus, Regia, *Depauperabit.* Vatab. *Excindet*, seu *Ad egestatem rediget vrbes munitionum tuarum*, seu *munitas tuas quibus tu fides in eis, gladio.*)

b Deut. 32. 42.

Vers. 18. PARAPHRASIS LITERÆ.

c *Verumtamẽ in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in cõsummationẽ.*

Quamquam, [c] qui multus sum in miserationibus, vel adeo à vobis exacerbatus, eo ipso tempore, quo præ

præpoſitâ ratione per Chaldæos veſtra omnia vaſtari curabo, miſericordiæ recordatus mandabo iiſdem, ne vos perdant vſque ad vnum, neue penitus abſumant. A

Verſ. 18. EXPOSITIO LITERÆ.

2 *Deus non ſubiacet paſſionibus, & perturbationibus.*

VERVMTAMEN, &c. Ideſt non penitus abolebo vos vſque ad vnum, Non radicitùs vos extirpabo, vt ſupra Verſ. 10. Quo loco obſerua cum Andrea Cappella, quâ ratione Deus perturbationibus non ſubiaceat humanis. Quis enim irâ percitus, dum minatur, minis clementiam admiſceet? Sept. *(Et erit in diebus illis)* &c. Hebr. *(Et etiam in diebus ipſis, dixit Dominus, non faciam vobiſcum conſummationem.* Vatab. *Verumtamen eo tempore,* &c. B

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Et comedet ſegetes &c.

Verſ. 18.] Verumtamen in diebus.

SEPTVAGINTA.

17. Καὶ κατέδονται τὸν θερισμὸν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἄρτους ὑμῶν, καὶ κατέδονται τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, καὶ κατέδονται τὰ πρόβατα ὑμῶν, καὶ τοὺς μόσχους ὑμῶν, καὶ κατέδονται τοὺς ἀμπελῶνας ὑμῶν, καὶ τοὺς συκῶνας ὑμῶν, καὶ τοὺς ἐλαιῶνας ὑμῶν. καὶ ἀλοήσουσι τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς ὑμῶν, ἐφ' αἷς ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐταῖς ἐν ῥομφαίᾳ. C

18. Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος ὁ θεός σου, οὐ μὴ ποιήσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν.

Verſ. 17.] Et deuorabunt meſſem veſtram, & panes veſtros, & deuorabunt filios veſtros, & filias veſtras: & deuorabunt oues veſtras, & vitulos veſtros: & deuorabunt vineas veſtras, & ficeta veſtra, & olivueta veſtra: & triturabunt ciuitates munitas veſtras, in quibus vos fidiſtis in eis in gladio.

Verſ. 18.] Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non faciam vos in conſummationem.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et deprædabitur meſſem tuam, & cibos tuos: occidet filios tuos, & filias tuas: capiet oues tuas & boues tuos, & diripiet fructus vitis tuæ, deſtruet vrbes munitas terræ tuæ, in quibus tu confidebas, vt ſaluus fieres in eis, à facie eorum qui occidunt gladio.* Verſ. 18. *Et etiam in diebus illis, dicit Dominus, non faciam vobiſcũ conſummationẽ.* 1

Verſ. 17. & 18. *(Et comedet)* &c. Hieronymus. *Deſcribit vaſtitatem terræ Iudææ, interfectionemque multorum, abactionem pecorum, ſubuerſionem vrbium, atque murorum, quod gladio hoſtili cuncta capientur, & tamen in tantis malis non eos perdat vſque ad internecionem, ſed reliquias ſaluas faciat, vel eorum qui in Babylonem ducti ſunt, dimiſſique ad agriculturam terræ Iudææ: vel eorum qui poſt perſecutionis ardorem, vel fugâ, vel confeſſione fidem Domini ſeruauerunt.* In Theodorito, & D. Thoma nil diuerſi. Hieron.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ κατέδονται τὸν θερισμόν. καὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν.] D

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπλήστως τῇ κατ' αὐτῶν χρήσονται * σφαγῇ.

* Ἄλλ. πληγῇ.

Verſ. 17. E*T deuorabunt meſſem &c. & filios veſtros*, &c.

Olympiodori.] *Necem contra ipſos inſaturabiliter exercebunt.* Olympiodorus.

Origenis homilia in Ieremiam ſeptima Codicis Græci Vaticani, & quarta ex octo quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Ὁ κρίνων κατὰ βραχὺ θεὸς τοὺς κολαζομένους, δίδωσι τόπον μετανοίας, καὶ οὐχ ἅμα τῷ ἁμαρτῆσαι κολάζων φέρει τὴν συντέλειαν τῆς κολάσεως ἐπὶ τὸν ἡμαρτηκότα· διὰ τοῦτο κατὰ βραχὺ κολάζει. καὶ τοῦτο τὸ παράδειγμα ἐστὶν ἐν τῷ λευιτικῷ. ἐν γὰρ ταῖς τῶν παραβαινόντων τὸν νόμον ἀραῖς ἀναγέγραπται· μετὰ τὰς κολάσεις τὰς προτέρας. καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ἐπιστραφῆτε λέγει κύριος, προσθήσω ὑμῖν κἀγὼ πληγὰς ἑπτά. καὶ πάλιν διηγεῖται ἄλλην κόλασιν. καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ἐπιστραφῆτε, ἀλλὰ πορεύσησθε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι μεθ' ὑμῶν θυμῷ πλαγίῳ. καὶ εὑρήσεις τὸν θεὸν ἐπιμετροῦντα κολάσεις μετὰ φειδοῦς, εἰ βούλεται εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν τὸν ἡμαρτηκότα, καὶ οὐκ ἀθρόως ἀποδιδόντα. τοιαῦτα οὖν ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ ἐγεγόνει περὶ τὸν λαόν. καὶ ἀπειλῶν αὐτοῖς ὁ λόγος ἃ πείσονται, μετ' ἐκεῖ- E

Qui paulatim caſtigandos Deus iudicat, præbet pœnitentiæ locum, nec ſimul ac peccatum eſt, punitionem infert totam in peccatorem. Propterea paulatim pœnas infligit, & huius exẽplum in Leuitico legimus: in diris enim aduersùs eos qui legem violant ita ſcriptũ eſt poſt priores pœnas.[a] *Et erit, niſi poſt hæc cõuertamini, ait Dominus, addam & ego vobis plagas ſeptẽ.* Dein, aliâ pœnâ enarratâ, dicit,[b] *Et ſi poſt hæc non cõuertamini, ſed incedetis ad me obliqui, & ego procedam vobiſcũ furore obliquo.* Denique parcè metientẽ pœnas Deum inuenies, ſi velit peccatorẽ ad pœnitentiam ducere, nec ſemel totum retribuẽtẽ: hoc itaque quãtũ ad literã & in illo populo ſeruatũ eſt, & vbi ſermo minatus eſt illis quid paſſuri eſsẽt, poſtea infert,

Peccatorem Deus caſtigat paulatim vt hac ratione illum ad conuerſionem attrahat.

a Leuit. 26. 21.

b Leuit. 26. 28.

ra Et

να φησί. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος A ὁ θεός σου, οὐ μὴ πατάξω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν. εἰ δὲ ταῦτα μάλιστα φθάνει, καὶ ἐπὶ τὰς μελλούσας κολάσεις, εἰ * μὴ ὁ δυνάμενος, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ βίῳ

** ἔτι ἢ νοεῖ ὁ δυνάμ.*

συμβεβηκότων περὶ τὸν λαὸν μεταβαίτω καὶ ἐπ' ἐκείνας. ἐγὼ γὰρ πειθόμενος εἴποιμι, ὅτι ὡς ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, οὕτως ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ τῶν ἀληθινῶν κολάσεων ἐκολάσθη ὁ λαὸς ἐκεῖνος ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν. ὡς εἶναι πᾶσαν κόλασιν τὴν κατὰ νόμον καὶ τῶν προφητῶν ἀναγεγραμμένην περὶ τὸν λαὸν, περιέχουσαν σκιὰν κολάσεων ἀληθινῶν. εἴπερ οὖν ἐκείνοις B συντέλεια ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐπὶ τέλει ποτέ, οὕτω μή ποτε ἔσται καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον ἐπὶ τοὺς ἡμαρτηκότας ἡ κόλασις. συντέλεια δὲ ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὅτε ἡ αἰχμαλωσία ἐστὶν ἡ Ναβουχοδονόσορ. καὶ τότε τις, * ὅτι οὐδέ ποτε συντέλεια. ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τοῖς μακκαβαικοῖς. ἀλλὰ συντέλεια τῷ λαῷ ἐπὶ τοῖς τοῦ κυρίου τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. ὅσον γὰρ οὐκ ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ σωτὴρ, ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, οὐκ ἠφίετο. ὅτε δὲ ἔκλαυσεν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγων. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ τοὺς προφήτας ἀποκτείνουσα, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῶν ὁ οἶκος ἔρημος. ἀφεθεὶς ὁ οἶκος κεκύκλωται ὑπὸ στρατοπέδων Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἀφεθέντος τοῦ οἴκου, καὶ ἤγγισεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. εἶτα μετὰ τὸ ἐκείνων παράπτωμα εἰσῆλθεν ἡ σωτηρία ἡμῖν τοῖς ἔθνεσι. ἐκολάζοντο οὖν ἐκεῖνοι, καὶ συντέλεια οὐκ ἔφθανεν ἐπ' αὐτοὺς ἕως τῆς τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μου ἀποδημίας. σκοπῶ δὲ, μή ποτε καὶ περὶ ἡμᾶς τοιαῦτα ἐστί. καὶ κολάσεις τινὲς γίνονται, ὥστε τοὺς μὲν μὴ πεῖραν ἔχειν δευτέρων κολάσεων, ἀλλ' ἀρκεσθῆναι ταῖς προτέραις. ἄλλους δὲ ἥκειν καὶ ἐπὶ τὰς δευτέρας οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τὰς τρίτας. ἄλλους δὲ ἐλεύσεσθαι καὶ ἐπὶ τὰς τετάρτας. τὸ γὰρ, προσθήσω πληγὰς ἑπτὰ, ὅ, τί ποτε μυστήριον δηλοῖ, μιᾶς πληγῆς γενομένης, καὶ δευτέρας, καὶ τρίτης μέχρι τῶν εἰρημένων ἐπί τινας. οὐ πάντες δὲ ἑπτὰ πληγὰς πλήσσονται. ἀλλ' οἶμαι τινὰς πληγήσεσθαι πληγὰς ἕξ, ἄλλους πέντε, ἄλλους τέσσαρας, ἄλλους τρεῖς, δύο. τοὺς δὲ πάντων ὑποδεεστέρους ἐν κολάσεσι πληγὴν νομίζω πληγήσεσθαι μίαν. οἶδεν οὖν ὁ θεὸς καὶ τὰ περὶ τῶν πληγῶν. διὸ γέγραπται ἐνθάδε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀναγνώσματος. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ταῖς περὶ τῶν εἰρημένων, οὐ μὴ ποιήσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν. ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συντέλεια. εἰσὶ γάρ τινες ἡμέραι, ὅτε ποιήσει οὓς ποιήσει συντέλειαν.

** Damnata Origenis opinio.*

** ἴσ. οὐδὲ τότε.*

Residuum istius homiliæ habes infra in Appendice super ver. 19. istius cap. 5.

Et erit in diebus illis dicit Dominus Deus tuus non percutiam vos in consummationem.)

Quod si hæc & ad futura supplicia significanda spectant, si intelligit qui valet, transeat, & ad illa ex iis, quæ in hac vita populo contigerunt Ego quippe persuasus dixerim quòd veluti figura & vmbra cœlestium latria illis erat, ita figura & vmbra verarum pœnarū affectus sit suppliciis populus ille pro suis peccatis, vt sit omnis pœna populi in lege & Prophetis narrata, verarum planè vmbra pœnarum. Si igitur illis consummatio pro peccatis non illata est, sed fuit malorum finis; * an non pariter dicendum erit de pœnis, quæ post mortem peccatoribus infliguntur.

3 Iudæorum flagella sub umbra legis & Prophetarum, fuere vmbra futurorum in alia vita flagellorum.

** Error Origenis damnatus in quinta Synodo, Anathematismo nono.*

Consummatio verò fuit Hierosolymæ in captiuitate Nabuchodonosoris. Sed tūc dicet quispiam, nec etiam tunc fuisse consummationem nec Macchabæorum temporibus, sed aduentu Domini mei Iesu Christi consummatio fuit populo. Donec enim illis Saluator non dixerat, [a] *Ecce relinquetur vobis Domus vestra.* nō relinquebatur, quum verò fleuit super Hierusalem dicēs. [b] *Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos suos sub alis, & noluistis: Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Relicta domus, Hierusalem ab exercitibus circumvallata est, & desolatio illius non longè abfuit. Deinde eorum excidio aduenit salus nobis gentibus. Puniebantur igitur illi, at consummatio peracta non est, nisi post Domini mei Iesu discessum.

4 Iudæorum consummationem haud fecit Deus, nisi post peccatum crucifixionis Christi.

a Luc. 13. 35

b Luc. 13. 34.

Illud porrò mecum cogito, ne res quoque nostræ similiter habeant; & dātur supplicia quædam, ita vt hi quidem secundarum pœnarum experimentum non capiāt, sed satis sint illis primæ: alij verò & secundas experiantur, & tertias quoque, alij verò & quartas. Nam illud [c] *addam plagas septem* qualecūq; sit, mysticum quid in se continet, cùm vna plaga, & altera, necnon & tertia vsque ad dictas septem inferuntur in aliquos. Nō omnes autē septē plagis feriūtur, sed quidam sex, alij quinque, nonnulli quatuor, alij tribus, duobus; omniū verò in pœnis infirmos vnâ tantùm plagâ vapulaturos opinor. Nouit igitur Deus & hæc plagarū arcana. Quare initio lectionis huius scriptū legimus. *(Et erit in diebus illis)* quib. quæ diximus fieri *(nō faciā vos in cōsūmationē.)* Sed nō in diebus illis cōsūmatio. Sūt n. dies quidā, quibus faciet, quos faciet cōsummationē.

5 Flagellat Deus peccatores in hac vita diuersimodè, consūmationem verò eorumdem facit in alia vita.

c Leuit. 26. 28.

Vers. 19.] Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquisti me, & seruisti Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORRO [d] *tantis percussi cladibus, vel tunc me agnoscetis, easque à me obuenisse vobis intelligetis; non tamen vestra cognoscentes, & confitentes scelera, quibus potissimùm adscribere illas debuissetis:*

a Quòd si dixeritis, (seu, cumque seu, & erit quando dixeritis) quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia.

debuiſſetis: Atque adeo ad eorumdem ſcelerum acceſſionem obmurmurauetitis & contra meam prouidentiam, quâ vt veſter Dominus, vtque meos domeſticos tueri vos debuiſſem; Et contra bonitatem, quam vt Deus æquum fuiſſet, vt vobis meis exhibuiſſem cultoribus: & cōtra amorem meum, à quo nullâ ratione admittendum fuiſſet, vt nec vel minimum vos pateremini læſionis, quibus vt proprio peculio, vtque dilectiſſimo populo conglutinatus fuiſſem,[a] Id è veſtigio Ieremia hoc illis meo nomine referes reſponſi. Non eſt quòd de me conqueramini, ait Dominus, vos ipſos potiùs incuſate, qui Dominum rebelles & inſtar fugitiuorum ſeruorum dereliquiſtis, quique à me alienati me veſtrum negaſtis Deum, & in eius compenſationem amoris, quo vos in peculiarem mihi elegeram populum, quoue terram vobis largitus fueram vberrimam, alienis vos, veſtraque exhibuiſtis Diis in terra ipſa, quam à me acceperatis. Idcirco in pœnam, ſicut falſis, alieniſque diis contra omne ius in veſtra ſeruiſtis terra. Ita omni id expoſcente iure ad maius veſtrum opprobrium ſeruire cogemini in terra, quæ veſtra non ſit, & diis alienigenarum gentium, & Dominis, qui alieno à vobis ſint animo.

a Dices ad eos: ſicut dereliquiſtis me & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.

B

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVOD ſi dixeritis, &c. Nota quomodo haud ſimplex hîc appoſitum ſit Domini, vel Dei nomen. Sed tria ſimul nomina, quorũ ſingula ſuam habeant ad rem, de qua agitur, vim: Vt efficaciores ſint querelæ: & vehementiores rationes de re ipſa interrogandi. Oppreſſi ſæpius Deum cognoſcimus, quem ante calamitates vix agnoſcebamus: Sed quod maximè dolendũ, illud eſt, quòd caſtigantem cognoſcentes Deum, peccata nihilominus minimè cognoſcimus, ob quæ meritò caſtigamur ab illo, adeoque querulas aduersùs Deum ipſum emittimus, blaſphemaſque voces, quaſi iniuſtè, & contrà omnem rationem is ſeruos, creaturas, & peculiares ſuas malè habeat.

Peccator obſtinatus cognoſcens Deũ caſtigantem, non cognoſcit peccata ſua, ideo de illo queritur.

D

In verſione Sept. non eſt conditionalis locutio, ſed abſoluta, (Et erit quando dixeritis, Propter quid) &c. Quomodo & Vatab. ex Hebr. (Cùmque dixeritis.) Eodemque modo abſolutè intelligenda & vulgata. & Hebr. cùm ſæpiùs, ſi latinum, & כי chi Hebræum pro, cùm, & quando, poſita repetiantur in ſacris literis, atque etiam in prophanis: Sic itaque ſignificatur hoc loco, Iudaicum populum tunc temporis quando per Chaldæos præexpoſitis contereretur cladibus, cogniturum quidem, à Domino ea ſibi obueniſſe, cõfeſſurumque eumdem, quẽ priùs negaſſe vidimus in Verſ. 12. Sed ad ſcelerum ſuorum acceſſionem & cognitione illâ vſurum, & confeſſione, vt pote qui minimè ſua agniturus ſit, & confeſſurus peccata potiſſimam illorum omniũ cauſam. Quin potiùs contra eiuſdem Dei obmurmuraturus ſit & prouidentiam, quâ eum vt ipſius tueri debuiſſet domeſticum: & bonitatem quam æquum fuiſſet, vt ſuis exhiberet cultoribus: & amorem à quo nullâ ratione admittendum erat, vt is vel in minimo quid pateretur læſionis, cui vt proprio peculio, peculiarique populo, vtque ſibi dilectiſſimo iam fuerat conglutinatus. Cæterùm adeo indignas has notas diluendas Deus ſancto mandat Prophetæ ſubminiſtrans illi & verba quibus id exactè perficiat.

E

Peccatoris obſtinati murmurationes, & querela contra Deum, à quo caſtigatur.

F

2 (Dices ad eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra) Conteſtans nimirum per hæc immeritò illos de ipſo conqueri, vt de Domino, de Deo, & de ſuo peculiari, ſtultitiamque ſuam in eo fateri, quòd veram calamitatum earum non attingant cauſam: quæ certè in eo ipſo ſita eſt: quòd legitimum vt rebelles ſubditi, & inſtar fugitiui ſerui dereliquerunt Dominum, quódue alienati ab eo, qui ipſos in peculiarem elegerat populum, eumdemque negantes Deum, alienis diuinum exhibuerint cultũ, alienorumque Deorum ſeſe effecerint, qui alioquin peculium ſeruare ſe debuiſſent vnius Dei ſui. Patefacit autem in his Dominus per Prophetam, & pœnam ipſi congruentem ſceleri, addens, (Sic ſeruietis alienis in terra non veſtra.) Pro eo enim quòd Dominum dereliquerint derelinquentur & ipſi à Domino: pro eo quòd terram ſuam mundam ſeruare noluerunt, quin potiùs eam innumeris polluerunt ſceleribus, in terram traducentur alienam, à propria excidentes: ac demum pro eo quòd alienis diis in terra ipſa, quã à vero Deo in hæreditatem acceperant, ſeruiêre, duris pariter dominis in terra ſeruient non ſua, & Dominis alienis, à quibus & diis quoque alienis ibi ſeruire cogentur.

Quàm iuſtè peccatorem puniat Deus.

Damnatorũ pœna quàm congruès iniquorum ſceleribus.

Vnum tantùm hoc loco notandum eſt, quod varietatis reperi in Codicibus Sept. Codex enim Vaticanus legit, (Et dices eis, Pro eo quòd ſeruiſtis diis alienis in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.) Codices tamen Complutenſis, & Regius, Sicut & textus Hieronymi, & Theodoriti habẽt, (Et dices eis. Quia dereliquiſtis me, & ſeruiuiſti diis alienis in terra veſtra, Sic ſeruite alienis in terra non veſtra.) In Hebr. in ſingulari ſicut in vulgata eſt, (Et ſeruiſtis Deo alieno.) quod intelligi poteſt de Baal, & pro (In terra non veſtra,) ad verbum eſt, (In terra non vobis.)

C

Verſ. 19.] Quod ſi dixeritis: Quare fecit nobis Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CONGRVENTIAM per hæc probare potes infernalis pœnæ, quæ peccatoribus infertur. Sicut enim in hoc mundo, quem pro incolendo, & vt terram pro hac vita propriam accepêre, relicto vero Deo, alieno ſeruierunt Deo illi, de quo Apoſtolus, [b] Quorum, inquit, Deus venter eſt, iuſtiſſimo ſanè iudicio damnabuntur in infernum, vt qui pro cæleſti conditi fuerant patria, in qua in perpetuum cum Deo regnarent, in regione vmbræ mortis, in terra non ſua, ſub tyrannide alienorum, & Dæmonum, ignitiſque vinculis deuincti, æternis cruciarentur laboribus, atque doloribus.

Inferni pœna quàm cōgrua peccatoribus.

b Phil. 3. 19.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Quod ſi dixeritis. Quare &c.

SEPTVAGINTA.

19. καὶ ἔςαι ὅταν εἴπητε, τίνος ἕνεκεν ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἡμῖν πάντα ταῦτα; καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς· ἀνθ' ὧν ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτως δουλεύσετε ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ οὐχ ὑμῶν.

Verſ. 19.] Et erit quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noſter nobis omnia hæc? & dices eis: Pro eo quòd ſeruiſtis diis alienis in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.

APPENDIX EXPOSITIONVM A ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm dixeritis: Propter quid fecit Dominus Deus noster hæc omnia? & dices eis: Sicut reliquistis cultum meũ, & coluistis idola populorũ in terra vestra, sic seruietis populis colentibus idola in terra non vestra.*

Vers. 19. (*Quod si dixeritis*, &c.) Hieronymus, *Grandis stultitia nescire cur passi sint, cùm tanta peccauerint, breuisque ad ambigentes responsio. (Sicut seruiuistis Deo alieno,) id est Baal, vel diis alienis cunctarum gentium in terra Iudæa (sic seruietis diis alienis in terra non vestra.) Haud dubium quin Babyloniis, atque Chaldæis. Si enim nos peregrina religio delectat,* B *quid necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, imò seruite his, quorum Deos colitis. Potest hoc & super hæreticis accipi, de quibus scriptũ est,* [a] *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: quod proiiciat de Ecclesia hæreticos Dominus, qui multo tempore sub nomine eius mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, vt foris colant, quod intus prius venerabantur, & paleæ separentur à tritico.*

Hæreticorum populorũ digna retributio.

a Ioan. 2. 19.

Theodoritus. *Et quia stupidi, dolere nesciebant, nec videbant proprias iniquitates, sed dicebant: (Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia?) Præcipit Propheta, vt dicat eis. (Pro eo quòd dereliquistis me, &c.) Iusta supplicij sententia. Quia meum, inquit, repudiastis regnum, ego vos aliis tradam dominis.* Theodorit.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

KAI ἔσται ὅταν εἴπητε, τίνος ἕνεκεν.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀναισθησίας πολλῆς, μετὰ τὸ παθεῖν λέγειν. ἕνεκεν τίνος ἐποίησεν; ἀλλ' ὅμως τότε καιρὸν ὁ λόγος ἔξει. διὰ τοῦτο φησίν. ἵνα δουλεύσητε ἐν γῇ οὐχ ὑμετέρᾳ ἀλλοτρίοις θεοῖς. τοῦτο ἀπειλεῖ πάλιν.

C Vers. 19. ET erit quando dixeritis, &c.) Chrysostomi.] *Etenim magnæ stupiditatis hoc signum est, post malorum casum indagare causam, cur ita fecerit. Sed tamen tunc opportunè hæc dicentur, propter hoc ait, Vt seruiatis in terra non vestra externis Diis, hoc iterum minitatur.*

Chrysost. *Stupiditatis animæ signũ.*

Βίκτορος πρεσβυτέρου.] τῆς παρούσης ἁλώσεως αἰτίαν, λέγει τὴν εἰδωλολατρείαν. ἔχοντες γὰρ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, δέον ἐνταῦθα λατρεύειν, εἴδωλα μεταπεμπόμενοι τῶν ἐθνῶν προσεκύνουν. διὸ ὁ μὲν τοῦ θεοῦ ναὸς πυρὶ παρεδόθη, αὐτοὶ δὲ ἀπήγοντο, ὅθεν τὰ εἴδωλα μετεπέμποντο.

Victoris Presb.] *Præsentis excidij causam Idolorum cultum tradit. Cùm enim domum* Dei *haberent, in qua Deus erat colendus, accita è gentibus adorabant Idola, ex quo Dei templũ igne crematum, ipsi verò ad ea loca deducti, vnde sibi Idola afferenda curabant.*

Vict. Presb. *Excidij Ierosolymitani per Chaldæos idololatria causa extitit.*

Primas istius homiliæ partes habes supra in Appẽdice præcedẽtis, vers. 18. capitis istius. 5.

Origenis homiliæ in Ieremiam septimæ Codicis Græci Vaticani, & quartæ ex toto quæ nunc primùm in lucem prodeunt.

Καὶ ἔσται ὅταν εἴπητε, τίνος ἕνεκεν ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς ἡμῖν ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα, καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς ἀνθ' ὧν ἐγκατελίπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἑτέροις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτω δουλεύσετε ἐν γῇ οὐχ ὑμῶν. τὸ ῥητὸν νοηθήτω, καὶ ἀρκεῖ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν ὑπόμνησιν τοῖς ἀκούειν δυναμένοις ἐκ τοῦ ῥητοῦ παραστῆσαι. εἶχον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὴν ἁγίαν γῆν, τὸν ναὸν εἶχον τῆς προσευχῆς· ἔδει αὐτοὺς λατρεύειν τῷ θεῷ. παραβαίνοντες δὲ τὰς θείας ἐντολὰς καὶ εἰδωλολάτρουν, καὶ τὰ εἴδωλα παρελάμβανον Δαμασκοῦ, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς Βασιλείαις. καὶ ἄλλα εἴδωλα ἀνελάμβανον τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν. δι' ὧν παρελάμβανον τῶν ἐθνῶν εἰδώλων, ἀξίους ἑαυτοὺς ἐποίουν D E καταβληθῆναι εἰς τὴν τῶν εἰδώλων γῆν, καταγινέσθαι ἐκεῖ, ὅπου προσεκύνουν τὰ εἴδωλα. φησὶν οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς κατὰ τὸ ῥητόν. ἀνθ' ὧν ἐγκατελίπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, οὕτως δουλεύσετε θεοῖς ἀλλοτρίοις ἐν γῇ οὐχ ὑμῶν. πᾶς δὲ ὁ ποιῶν τι, δουλεύει θεοῖς ἀλλοτρίοις. ἐκθειάζεις τὰ βρώματα, καὶ τὰ πόματα, θεός σου ἐστὶν ἡ κοιλία. τιμᾷς τὸ ἀργύριον ὡς μέγα ἀγαθόν, καὶ τὸν πλοῦτον κάτω, θεός σου ἐστὶν ὁ μαμωνᾶς καὶ κύριος. Ἰησοῦς γὰρ αὐτὸν εἶπε κύριον τῶν φιλαργύρων, φάσκων· οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν, καὶ μαμωνᾷ. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

Vers. 19. *Et erit quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? & dices eis. Pro eo quòd dereliquistis me, & seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis in terra nõ vestra.)* Dictum percipiatur, & satis est in præsenti ex hac litera subiicere eorũ memoriæ qui audire possunt. Filij igitur Israel terrã sanctam, templũ, domum orationis habebant; oportebat eos Deo cultũ exhibere, illi verò diuina præcepta posthabentes & idola colebant, & [a] Idola Damasci sibi adsciscebãt, vt in libris Regũ scriptum est; aliaque gentiũ Idola in terrã suscipiebant. Sanè ob Idola quæ à gentibus recipiebant, dignos sese prestabãt, qui in idolorũ terrã eiicerẽtur, ibiq; essent, vbi Idola supplices adorabant. Id itaque sermo præsens in textu ait. (*Pro eo quòd dereliquistis me, & seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis Diis alienis in terra nõ vestra.*)

3 *Idola colentes Iudæi meritò in Idololatrarum terrã captiui abducti fuêre.*

a 4. Reg. 16. 10.

4 Quicumque autem aliquid patrat, Diis seruit alienis, esculenta, potusque diuinis afficis honoribus, Vẽter tibi Deus est: Argentũ tamquã summũ bonũ colis, atque diuitias has terrenas Mammona tibi Deus est, atq; Dominus, illũ quippe Iesus Dominũ auarorũ vocauit illis verbis, [b] *Nõ potestis* Deo *seruire, & Mãmonæ, nemo potest duobus* Dominis *seruire.*

Seruiẽs creaturis, aut vitiis colit illa vt Deos suos.

b Mat. 6. 24.

λάζειν. ἐκεῖνος ὁ τιμῶν τὸ ἀργύριον, καὶ θαυμάζων τὸν πλοῦτον, καὶ νομίζων ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀποδεχόμενος τοὺς πλουσίους ὡς θεούς, τοὺς δὲ πένητας ὡς μὴ ἔχοντας τὸν θεόν, αὐτῶν ἐξουθενῶν, οὗτος θεοποιεῖ τὸ ἀργύριον. ἐάν τις ἐν τῇ γῇ τοῦ θεοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ τυγχάνων προσκυνήσῃ θεοῖς ἀλλοτρίοις, θεοποιῶν τὰ μὴ θεοποιεῖσθαι ἄξια, ἐκβληθήσεται εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, καὶ προσκυνείτω τοὺς θεούς, οὓς ἔνδον προσεκύνησε γενόμενος. ἔξω φιλάργυρος ἔστω, ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθείς. γαστρίμαργος ἔξω ἔστω τῆς ἐκκλησίας γενόμενος. ταῦτα κατὰ μίαν τροπολογίαν: ἵνα μὴ νῦν περιεργάζωμαι τὰ ὑπὲρ ἐμαυτόν, καὶ περὶ τῆς γῆς περὶ ἧς εἶπεν ὁ σωτήρ. τὸ ἡμέτερον τίς δώσει ὑμῖν, καὶ ὅτι γινομένης προσκυνήσεως ἐν τῇ γῇ τινος, οὕτως ὁ θεὸς ᾠκονόμησεν ἐκβληθῆναί τινας ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν, καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, περὶ ἧς γέγραπται, ἄκουε Ἰσραήλ, τί ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ; συνελογίσθης μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς ᾅδου; ἐγκατέλιπες πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον; τῇ ὁδῷ τοῦ θεοῦ εἰ ἐπορεύθης, κατῴκησας ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα χρόνον. νῦν οὖν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ἐσμέν, καὶ εὐχόμεθα τὸ ἐναντίον ποιῆσαι, ὡς ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ ἀλλότρια ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ ἀλλοτρίοις προσεκύνησαν. ἡμεῖς δὲ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ τὸν ἀλλότριον τῆς γῆς προσκυνοῦμεν θεόν, ἀλλότριον τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων. ἄρχει μὲν γὰρ ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐνθάδε. καὶ ἀλλότριος τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐστιν ὁ θεός. ἀλλότριον δὲ ἂν εἴπω, οὐ τοῦτο λέγω, οὐ κτίσαντα τὸν κόσμον, ἀλλὰ ἀλλότριον τοῦ κυρίου τῆς κακίας, ἀλλότριον τῶν παρόντων ἁμαρτημάτων. καίτοιγε καὶ θέλοντες τὸν ἀλλότριον τῶν τῆς ἁμαρτίας πραγμάτων προσκυνεῖν θεόν, ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τῆς κακώσεως, τί ποιοῦμεν, ἴδωμεν. οὐ λέγομεν, πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· ἀλλὰ πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου οὐκ ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. τούτου τόπον ζητοῦμεν τοῦ ᾄδειν τὴν ᾠδὴν κυρίου, τόπον τοῦ προσκυνεῖν κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. * τίς οὖν ὁ τόπος; εὗρον αὐτόν. ἦλθεν ἐπὶ ταύτην φορέσας σῶμα τὸ σῶσαν, ἀναλαβὼν τὸ σῶμα τὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διὰ τὸν ἐπιδημήσαντα Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ καταργήσαντα τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ καταργήσαντα τὴν ἁμαρτίαν, δυνηθῶ προσκυνῆσαι τὸν θεὸν ἐνθάδε. καὶ μετὰ τοῦτο προσκυνήσω ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ. εἰ γὰρ προσκυνήσας τις τὰ εἴδωλα ἐν τῇ γῇ τῇ ἁγίᾳ, ἀπελήλυθεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀλλοτρίαν, προσκυνήσας τις τὸν θεὸν ἐν τῇ γῇ τῇ ἀλλοτρίᾳ, ἀπελεύσεται ἐπὶ τὴν γῆν ἁγίαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* ἴσ. παρεῖχε τὰ (ἀλλότρια.)

* ἴσ. οὐκ ἀλλοτρίας.

A *seruire*. Igitur qui argentum colit, & opes suspicit, & ipsum esse bonum operatur; ac diuites habet vt Deos, pauperes verò despicit, vt non habentes illorum Deum; hic argẽtum facit Deum. Si quis in terra Dei, Ecclesia nempe, Deos alienos veneratus fuerit, Deos constituẽs quæ diuinitate minimè digna sunt, eiicietur in terrã alienã, & adoret Deos, quos cùm intus esset, adorauerat. Extra Ecclesiam pecuniarum si-

B tiens eiiciatur: foras esto quicumque vẽtri deditus est. Et hæc secundùm vnã tropicè differendi rationem; ne quæ sunt supra me curiosiùs nunc disquiram; & de terra, de qua locutus est Saluator.

Creata vt Deus coles in Ecclesia merito extra Ecclesiam eiicitur.

Quod nostrũ est vobis dabimus, quòd in terra alicuius adoratione habita, ita Deus è sua quosdam voluit eiici deducique in terram, de qua scriptum est, [a] *Audi Israel, Quoniã in terra inimicorũ tu es, cum his qui des-*

C *cendunt in infernũ connumeratus es, Dereliquisti fontẽ vitæ Dominũ, in via Domini si ambulasses, vtique in pace habitasses in sæculũ*, nũc itaque in terra aliena sumus, contrariũque illius quod filij Israel in terra sancta fecerũt, agere cupimus. Illi quippe in terra Sãcta alienos adorarũt Deos, nos verò in terra aliena alienũ à terra Deũ veneramur; alienum à terrenis hisce rebus. Dominatur nãque hic princeps huius sæculi, & à filiis illius

D Deus alienus est. Alienũ porrò cũ dico, nõ hoc dico, quasi huius mundi non sit cõditor, sed alienũ à Principe nequitiæ alienũ à præsentibus iniquitatibus. Cæterùm volentes quoque alienũ ab iniquitatis operibus adorare Deũ in hac molestiarũ terra, quid agimus, consideremus. Non dicimus, *Quomodo* [b] *cantemus canticum Domini in terra aliena*, sed quomodo cantabimus canticum Domini in terra non aliena, huius locum quærimus cantandi canticum Domini, lo-

E cum in quo Dominum Deum nostrum in terra nõ aliena adoremus. Quis igitur erit hic locus? inueni eũ. Venit ad hãc, corpus quod salutẽ attulit induens, corpus quod erat peccati assumẽs, [c] *in similitudine carnis peccati*; vt in loco hoc, per Christũ Iesũ, qui aduenit, qui principẽ huius mundi destruxit, possim hîc Deũ venerari, postmodùm adoraturus in terra sancta. Etenim si idolis quispiã in terra sãcta adoratis, in terrã abiit

F alienã, Deũ in terra aliena adorauerit, abibit in terrã sanctam in Christo Iesu, cui est gloria, & potestas in sæcula sæcul. Amen.

5 *Mundus iste est terra aliena, in quã eiiciuntur qui in sancta Ecclesiæ terra Deos alienos coluerint, mũdanis adhærentes.*

a Baruch. 3. 9.

Iusti in mũdo isto terra à Deo aliena ipsum Deũ ab illo alienum colere satagunt.

A mundo isto quomodo Deus dicatur Deus alienus.

b Psa. 136. 4.

Mundus iste quomodo sit terra aliena, & terra non aliena, è qua ad terrã eatur sanctam.

Vers. 20.] Annunciate domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes.

Vers. 21.] Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VNiuersos [a] *iã aduoco quotquot diuinũ prædicare apti estis verbum, in id omnes vestros intendite neruos, vt duobus saltem argumentis rebellem hunc populum ad rectam reducatis frugem. Annunciate hoc,*

a Annũciate hoc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicentes.

hoc, quòd stolidissimus ipse est, quem alioquin prudentissimum esse deceret, vel ex eo quòd domus appellatur Iacob, cuius nominis interpretatio ingentem refert prudentiam: Sed & curate, vt illud in primis percipiat, quòd ingratissimus est, cùm tamen ex altero, quo insignitus est nomine Iuda, confessionem, gratiarumque actionem significante totus in gratiis mihi referendis esse deberet. Hoc ingratitudinis argumentum studete, vt in illius imprimatis mentem: nam si ingratitudinem intelliget sibi erga me esse, à quo innumeris cumulatus est beneficiis, percipiet profectò & id quod ipsi annunciabitis, inexplicabilem sibi pariter inesse & stoliditatem.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 TAMETSI quæ hucusque in hoc capite quinto dicta sunt magni momenti fuerint, & quibus commoueri debuisset Iudaicus populus ad suorum criminum cognitionem, & pœnitentiam, vel ob asperrimas iniectas sibi propinquarum cladium minas: Attamen cùm iis omnibus surdas is præstitisse visus sit aures, Nouum iam Deus exorditur agendi cum illo, & arguendi genus: Duo enim suggerit argumenta, quibus maximè conuinci is queat, alterum stoliditatis, ingratitudinis alterum, quæ præ omnibus ab humana aliena esse debent natura rationis, gratitudinisque iure proprio participe. Tractari autem argumenta ista non ab vno duntaxat vult Prophetarum, sed ab vniuersis verbi præconibus: Sicque tractari ea mandat, vt & ab illo præcipiantur, Neque enim sat ipsi fuit dicere, *(Annunciate)* sed addidit, *(Et auditum facite,)* ne scilicet vlla ei possit superesse excusatio.

Iudæi cur appellati domus Iacob, simul & Iuda ad ipsorum confusionem.

Non est autem abs re quòd vnus idemq; duarum tribuum populus duobus hîc designetur nominibus, *(Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda:)* nam quamuis censeri simpliciter posset, secundùm nomen *(in Iuda)* additum ad specificationem primi *(Domus Iacob)* quod genericum videbatur, & competens tam decem, quàm duabus tribubus, ac si diceretur, Annunciate, & auditum facite hoc in domo Iacob, quæ est Iuda, pars nimirum quæ proprio vocabulo nuncupari solet Iuda. Arbitror nihilominus opportunè duo hæc adhibita nomina, quæ, si eorum spectetur interpretatio, duobus congruentissima sint argumentis, quæ vnimet populo tractanda suggerebantur, stultitiæ, seu stoliditatis, & ingratitudinis. Vt videlicet cùm de stoliditate ageretur, constaret, tantò magis id ei populo vertendum esse in crimen, qui nomine insignitus esset *domus Iacob*, quod interpretatur supplantator, maximamque præ se fert sapientiam, & prudentiam, quâ ille & primogenita, & benedictionem è fratre nouit in se transferre, iuxta illud Genesis, [b] *Iustè vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me en altera vice: Primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam.*

Iacob designat prudentiam.

a Gen. 27.

Iuda nomen confessionem gratiarùque actionē designat.

Cùm verò de ingratitudine tractarent, scirent & id pariter sceleris esse maximi, ei præsertim populo, qui ipsam gratiarum actionem proprio præ se ferret in nomine Iuda, quod confessionem sonat, iuxta illud item libri Genesis, [b] *Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino, & ob hoc vocauit eum Iudam.* Et exploratum est, [c] sacrificium illud quod in lege sacrificandũ mandabatur pro gratiarum actione confessionis item nomine insignitum nonagesimum nonum, quo præ gratiarum actione decantandus erat, pro titulo id sortitum. [d] *Psalmus in confessione.*

b Genes. 29. 35.

c Leuit. 22. 29.

d Psal. 99. 1.

2 Quid verò est, dicet aliquis, quòd cùm duo (vt iam dictum est) Deus tractanda suggerat argumenta, non in plurali, vt debuisset, sed in singulari ait, *(Annunciate hoc, & auditum facite.)* Responderi huic primùm posset, duobus verbis duo quidem designari quæ tractanda sunt argumēta, sed alterum quidem illorũ stoliditatis sat esse si annuncietur, alterum verò ingratitudinis curandum vt bene & auditu percipiatur, sic bis repetitum pronomen *hoc* ambo designabit argumenta. Subtiliùs, & meliùs responderem secundò, Quamuis duo tractanda hîc suggerantur argumenta, eorum tamen alterum ad confirmationem tractandum alterius. Enimuerò nullâ ratione stoliditas, & stultitia in aliquo probari potest efficaciori, quàm ea quæ ex ingratitudine desumpta sit, & ex ingratitudine erga Deum, quâ ratione & Eliphaz propterea vsus est in libro Iob, cùm ostendens impios ad summum peruenisse stultitiæ, hæc habet, [e] *Quasi nihil posset facere omnipotens æstimabant eum: Cùm ille impleßet domus eorum bonis.*

Ingratitudo maximũ stultitiæ, & stoliditatis argumentum.

e Iob. 22. 17.

3 Ita autem hac ingratitudinis ratione & stoliditas probatur, & stultitia, vt ingrati hominis stoliditas maior asserenda sit, vel stolidissimi animalis stoliditate: Nam de asino, qui stolidissimus animantium est, ait Dominus apud Isaiã, [f] *Asinus cognouit præsepe domini sui*, id est, cognouit beneficia, quæ à Domino suo accipit in præsepi, eóque quo potest modo propterea gratum sese ei exhibet: Adeoque stoliditati plane ei æquiparanda sit quæ lapidum est, & insensibiliũ. An non qui ingratus Deo extiterit & animalibus brutis suâ insipientior est stultitiâ? cùm in animantibus obuia quotidie habeamus gratitudinis exempla, nedum in domesticis, sed & in agrestibus, dicente item Domino, [g] *Cognouit bos possessorem suum*, & secundùm aliam literam ex Hebræo, *mercatorem suum*, id est bos, rationis licet expers, haud ita tamen stultus, & insipiens est, quomodo ingratus homo; siquidem homines Iudaici populi innumeris à me cumulati beneficiis, nullâ beneficiorum omnium habitâ ratione, nullum haud dico gratitudinis, sed nec cognitionis eorum mihi præstiterunt signum: Cùm bos vel primo die emptionis beneficium se cognoscere significet, ideoque gratum ipsi se suo porrigat possessori. Lege Plinium, & Ælianum, cæterosque, qui de natura scripsère animalium, & videbis, vel ferocissimas ferarum ab hac ingratitudinis stultitia alienas: Bene igitur in singulari *(Annunciate hoc* ait Dominus, & *auditum facite, in Iuda,* quòd scilicet stultissimus, ac stolidissimus est, quia & mihi ingratissimus. Vnde mox subdit verba quæ dicturi sunt.

Ingrati hominis stoliditas maior quàm asini, & similis lapidi.

f Isai. 1. 3.

Bruta animalia sæpe magis grata quàm homines.

g Isai. 1. 3.

Vers. 21. PARAPHRASIS LITERÆ.

AC [h] primùm pro ingenuis iis nobilissima prosapiæ nominibus domus Iacob, & Iuda, qualibus meretur cum compellate vocabulis, populum stultum, vecordem, atque insensibilem; Excitate illum, vt audiat quomodo & ipse insensibilia vt audiant excitare alias consueui; Dicentesque, Audi popule stulte; declarate, & quâ ratione ita sit stultus, vt spiritus stultitiæ stoliditatem sapiat: Addentes, [i] Qui non habes cor, adeoque ob cordis defectum stultissimus omnibus es stultitiæ generibus:

h Audi popule stulte.

i Qui nõ habes cor.

1 *generibus: tùm quia idolis adhærens adulter, vt vecors,*
2 *tuæque ipſius perditionis es cauſa: tum quia Deum, vt*
3 *excors verum tuum contemptui habes amicum: tum*
quia ita te erga eundem habes Dominum tuum, vt in-
ſtar ſtolidi aſini virga tecum agat operæpretium ſit: tum
4 *in primis quia expers es gratitudinis omnis erga illum à*
a Qui habẽtes oculos nõ videtis: & aures, & non auditis. *quo innumeris cumulatus es beneficiis.* [a] *Sicque nedum*
ſtultus es, & ſine mente: ſed tametſi hominis geras for-
mam, cadauer potiùs, ſeu lapideum dicendus es ſimu-
lacrum. Vtpote qui ſimilis effectus es illis, quæ oculos
1 *habent, & non vident: aures habent & non audiunt.*
2 *Et qui nec externos oculos nec externas aures vel verbis*
3 *ſanctorum admouere vultis Prophetarum: & ſi quan-*
do externis his ſenſibus ea percipere contingat, ad inter-
4 *nos tamen illa admittere recuſatis. Qui habentes ex-*
trinſecus & oculos, & aures, quibus vel nolentes ali-
quando & videtis, & auditis: attamen, in hoc, prout
bruta vos habetis animalia, quia nec oculis mentis vi-
detis, nec internis auditis auribus, & quaſi cordis,
mentiſque expertes vos geritis. Porrò ſicut ipſimet vos
tales veſtra reddidiſtis in ſceleribus duritie, ita vos pa-
riter ſatagite, vt qui Deum habetis adiutorem, iam
excutientes ſtoliditatem, & inſenſibilitatem auditu ne-
dum externo, ſed & interno quæ dicimus percipiatis.

Verſ. 21. Expositio Literæ.

1 AVDI *popule ſtulte*, &c. Egregia ſanè populi eius ingratiſſimi epitheta, quibus & ſupra eumdem inſignitum vidimus in cap. 4. dicente ipſomet Domino, [b] *Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes*: ad quem locum remitto lectorem, ne acta agamus iterum. Illud duntaxat eſt quod aduertamus, ſtulti nomen hoc loco haud eo deſumẽdum ſignificatu, quo ibi, pro temerario, audaci, & in effectibus effræni, Sed propriè pro ſapientiæ, prudentiæ, ingeniique omnis experte, Italicè, *Senza ceruello*, quem peculiari vocabulo Latinè fatuum appellamus, vel etiam inſipientem, ea quippe in Hebraico textu hîc eſt vox סכל *ſachal*, quam in præcitato capitis quarti loco, noſter interpres vertit, *Inſipientes*, & Sept. ἄφρονες idque propriè ſignificat, quod & hîc iidem adhibuêre Sept. nomen μωρὸς quod Italicè diceremus, *ſtolido com' vna pietra*. Et quòd hoc ſenſu id ſumendum ſit, quod Vulgata hîc habet ſtulti vocabulum, indicat & quæ adhibita eſt peculiaris excitatio ad audiendum, qualis & alias rebus fieri conſueuit inſenſibilibus, prout in Cantico Moſis, [c] *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei*, & apud Iſaiam, [d] *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt*. Sed & apertiùs idipſum ſingula, quæ adiecta ſunt, confirmant, (*Qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures & non auditis.*) In quibus nota, non eſſe particulam disiunctiuã, quaſi hæc vt diſtincta ſint attributa, ſed omnia in vnius ſtulti nominis conferre declarationem, (*Audi populo ſtulte, qui non habes cor.*) q. d. ſtultum eatenus te appello, quatenus cordis te noui expertem.

b Iere. 4. 22.

Stulti nomen pro ſtolido.

c Deut. 32. 1.
d Iſai. 1. 2.

Cor non habere tantumdem eſt, ac eſſe ſtultiſſimũ.

2 Cordis autem defectus non quamlibet, & ordinariam in ſacris literis deſignat ſtultitiam, ſed quæ omnium ſit maxima, & omnia ſtultitiæ cõplectatur genera, vt vel ex vno Prouerbiorum libro colligere licet, ibi enim in cap. 12. vbi in textu Hebraico eſt. (*Carens corde*) propriiſſimè noſter interpres id reddidit, ([e] *Stultiſſimus eſt.*) Porrò quatuor eo in Prouerbiorum libro ſtultitiæ genera enumerat Sapiens, quæ omnia is ha-

e Prou. 12. 11.

Cordis expers habet quatuor ſtultitiæ genera.

A bet, qui ſtultiſſimus hac ratione ſit, & expers cordis: quæque & Iudaico populo, cui id adſcribitur nominis, maximè competunt. Primum eius eſt, qui quò adulterium admittat, nec vitæ animæque propriæ pauet periculum. [f] *Qui adulter eſt*, ait in cap. 6.) *propter cordis inopiam perdet animam ſuam*. Sicque ex dictis in præſenti ca. 5. & in præcedentibus exploratum, id Iudaico in primis populo oſſibus (vt vulgo dicitur) inſitam ſtultitiæ, qui idolorum adhærens cultui adulter iure appellatus eſt, ſuæque propterea perditionis extitit cauſa. Secundum ſtultitiæ id eſt

Stultitiæ genera quatuor, ob quæ Iudaicus populus, & peccator quilibet dictus eſt non habens cor.

f Prou. 6. 32.

B genus, cùm verus contemptui habetur amicus, à quo opem in quolibet expectare poſſes caſu, ac propter verborũ imprudẽtiam ab illius exciditur neceſſitudine, qui arctiſſimo vnitus erat amoris vinculo: ſic in cap. 11. per eumdem Salomonem dicitur, [g] *Qui deſpicit amicum indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit*, de hoc quoque arguit Deus eumdem populum vbi in cap. 3. dicit, [h] *Quomodo ſi contemnit mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael. Vox in viis audita eſt, ploratus, & vlulatus filiorum Iſrael.* Quibus ſcilicet idolá deprecantes me ad iracundiam prouocarunt, cùm,

g Prou. 11. 12.

h Iere. 3. 20.

C ſi prudentes extitiſſent, me potiùs venerari debuiſſent tacentes. Tertium ſtultitiæ genus id planè eſt, quo quis ita cum ſuo ſe agit domino, vt inſtar ſtolidi aſini operæprecium ſit virgam ſemper is habeat dorſum eius percutiẽtem. De hoc idem Salomon cap. 10. [i] *In labiis*, inquit, *Sapientis inuenitur ſapientia*, quatenus ſcilicet ſapienter ſuo reſpondet Domino, eiuſque defert, impletque mandata. *Et virga in dorſo eius qui indiget corde*, & de iſtiuſmodi ſtultitia excordi Iudaico populo dixit in hoc ipſo capite Ieremias, [k] *Percuſſiſti eos & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt*

i Prou. 10. 13.

k Ierem. 5. 3.

D *accipere diſciplinam*. Extremum peſſimumque omnium id denique aſſerit Salomon ſtultitiæ, & vecordiæ genus, quo nedum rectè monentium quis non acquieſcit increpationibus, quo iuxta eiuſdem Sapientis [l] dictum, fieret *poſſeſſor cordis*: ſed nec recto gratiarum, & beneficiorum vſu eã adipiſci ſatagit ſapientiam perfectiſſimam, quæ in gratitudine ſita eſt, [m] *Quid prodeſt*, ait *ſtulto habere diuitias, cùm ſapientiam emere non poſſit?* Magiſque ad rem noſtram, & propriùs ex Hebræo, *Ad quid eſt precium in manu ſtulti ad comparandam ſapientiam, & non cor?* ſcil. ei, id eſt cùm non ha-

Ingratus eſt maximè omnium excors.

l Prou. 15. 32.

m Prou. 17. 16.

E beat cor, cùm excors ſit, & amens, ita vt nec beneficiorum dignoſcere queat precium, quo grati animi emere poſſet ſignificationem erga benefactorem.

Et de hoc præſertim ſtultitiæ genere Iudaicum populum hoc loco arguendum præcipit Deus, cùm inquit, (*Et auditum facite in Iuda, dicentes. Audi popule ſtulte, qui non habes cor.*) Porrò tametſi cordis nomine mentem ſignificet, & ſapientiam, aut cerebrum, vt Italicè dicimus cordis tamen potiùs quàm mentis vſus eſt vocabulo; vt aliquid aliud, quàm Amentem in- 3

Cor pro mẽte, ſapientia, & pro cerebro.

F ſuper deſignaret per hæc, (*Qui non habes cor.*) Cùm enim in humano corpore cor fons ſit, & principium vitæ omnis; cúmque fieri queat, vt quis ſine mente ſit, eo modo quo omnes amentes eſſe conſpicimus, quos nihilominus negare non poſſumus, quin homines ſint, & homines viuentes, dicens, (*Qui non habes cor*) tantumdem eſt, ac ſi dixiſſet, Qui nedum ſtultus es, & ſine mente: At quamuis hominis geras formam, Cadauer potiùs, ſeu lapideum dicendus es hominis ſimulacrum, quandoquidem cor, vitam-

Cor pro vita. Ingratus expers vita, & ſenſu.

que non habes; quæ in cognitione, & gratitudine sita est beneficiorum. Quod subindicauit superius Propheta cùm dixit, [a] *Indurauerunt facies suas supra petram.* Expressiusque in hisce contestatus est Dominus, quæ mox hîc subsequuntur.

a Ierem 3. 3.

Qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Quæ vt propria simulacrorum insensibilium recensuit aliquando Vates Regius, cùm diceret, [b] *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient*, assignansque horum rationem, ait, *Neque enim est spiritus*, id est, vita *in ore ipsorum*, sicut nec in oculis, nec in auribus. Et vt noueris contingere posse, imò & frequenter euenire, vt & carneis idipsum fiat hominibus, subdit, *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Neque enim vt per imprecationem, sed vt per euentus narrationem hæc dicta sumenda sunt, prout & pleraque alia apud Prophetas. Simulacrum, tametsi opulentissimis ipsum operias vestimentis, preciosissimisque ornes monilibus, & gemmeo exornes diademate, nullum pro his vniuersis exhibet tibi gratitudinis specimen, neque enim illa videt, licet oculos habeat, quia sine corde est, & sine vita: sic nec si ea illi enumeres is cognoscet, quia te loquentem non audit, cùm cordis expers & vitæ sit.

q Psal. 113. 12.

B

Simile. *Ingratus dicendus simulacrum insensibile.*

C

Sed in Iudaico populo, & in ingrato quolibet est insuper aliud quod obseruetur peius, quia ita sine corde extitit, & sine vita, vt erga Deum benefactorem suum planè se habuerit etiam vt cadauer, oculos habens, & non videns, aures habens, & non audiens. Sicut enim cadauer nedum ob id ingratum est, quòd ei qui ipsum induerit, exornaueritque nullam ostendit grati animi significationem, quia ea minimè cognoscit: at in compensationem acceptorum beneficiorum intolerabilem illius naribus emittit fœtorem, suáque corruptione & exhibita omnia fœdissimè corrumpit ornamenta. Ita & populus ille ingratus Deo extitit, tum quia pro acceptis haud ei gratias egit beneficiis, quæ nec oculis, auribusque aut corde percepit: tùm multò magis, quia quæ ab illo accepit munera corrupti animi sui corrupit putredine, falsis dum ea accepta retulit diis, vt apud Hoseam significauit, cùm diceret, [c] *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum*: tum demum quia fœtidissimo idolothytorum odore eius repleuit (vt ita dicam) nares, cùm ipsamet quibus oppiparè cumulatus ab eo fuerat, idolis in odorem se offerre profiteretur suauitatis, qua de re idemmet Dominus iure apud Ezechielem conqueritur dicens. *Et* [d] *panem meum quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.*

Ingratus dicendus cadauer insensibile, & fœtidũ. Simile.

D

c Hose. 2. 5.

E

d Ezech. 16.

Dubitant hoc loco aliqui, cùm dicitur, (*Qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis.*) de quibusnam intelligenda hæc sint oculis, atque auribus, de externis, ne an de internis. Ipse de ambobus ea sumo, cùm Iudæi recto tam externorum, quàm internorum deficeret vsu: quippe qui nec externos oculos, externasque aures vel signis, vel verbis admouere volebant, quæ à sanctis Prophetis coram eis & fiebant, & proferebantur. Et, si quando externis ea percepissent sensibus, ad internos tamen nullatenus admittebant. Deque his internis potissimùm hîc agi arbitror, sine quorum recto vsu parum, aut nihil vsus illis profuisset externorum. De oculis inquam & auribus mentis. Vel fortasse meliùs dixerim, in his concedi quidem externos sensus, negari tamen iisdem Iudæis internos, eorumque vsum. Ac si dicatur qui habentes extrinsecus, & oculos, & aures, quibus & videtis, & auditis, tamen prout & bruta animalia in hoc vos habetis, quia nec videtis oculis mentis, nec auribus mentis auditis, & quasi cordis, mentisque expertes vos geritis. Quem sensum ex duobus aliis colligo sacræ scripturæ locis, in quibus pari modo tria hæc Iudaico eidem populo & concedi, & negari videntur, cor, oculi, atque aures. Ex eo quod dicitur in cap. 29. Deuter. [e] *Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti, Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius: tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire vsque in præsentem diem*, & ex eo quod Isaiæ legimus, [f] *Et dixit, Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca*, seu secundùm originalium lectionem, *Impingua*, aut *incrassa cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum.*

5 *Iudæi quomodo dicti expertes vsu sensuum, oculorum, atque aurium.*

F

Iudæi expertes internorũ sensuum oculorum, & aurium.

c Deut. 29. 2.

f Isai. 6. 9.

Cæterùm ex hoc Ieremiæ loco tolli mihi videtur difficultas illa maxima, quæ ex altero capite ex ambobus præcitatis insurgit locis. In quibus asseritur, hæc, esse scilicet absque corde, seu habere quidem illud sed excæcatum, incrassatum, ac non intelligens: & non videre, nec audire oculis, atque auribus mentis, à Deo prouenire, vt à prima ac potissima causa. Quod expressisse apertiùs visus est Euangelista Ioannes referens Isaiæ verba in hunc modum. [g] *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.* In quẽ sensum retulit ea & Paulus in epistola ad Romanos, dicens, [h] *Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis*, (id est insensibilitatis, quasi opprimi ij solent, qui magno aliquo dolore compunctum cor habent) *oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem.*

6 *Insensibilitas in peccatore à quonam potissimum sit.*

g Ioan. 12. 39.

h Rom. 11. 8.

Tollitur autem difficultas ista, per verbum, quod hîc apud Ieremiã toti præpositum est huic sententiæ, *Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos*, &c. Dum enim ei qui non habet cor, nec videt, nec audit, dici iubetur, vt audiat: planè significatur, in illius potestate esse, vt audiat, & consequenter etiam vt videat; sicque cordis mentisque rectum habeat vsum, diuino illi non deficiente auxilio. Quod certè non esset, ni is ipsâ sui pariter potestate, & libertate deprauatus, & veluti excordem sese reddidisset, & oculis, auribusque mentis non videntem se exhibuisset, ac non audientem. Ita vt propterea dicẽdum sit, cùm in præcitatis locis hæc à Deo facta asseruntur, intelligi debere de causa (vt dicunt Theologi) permissiua, quâ permisit, vt populus ille semet excæcaret corde, clauderetque oculos, & aggrauaret aures suas, non impediens ipsum ab hisce, dans tamen eidem auxilia sufficientia, quibus ea cauere potuisset, si voluisset. Vt idem significare visus est Paulus; cùm ad finem libri Actuum Apostolorum in prædictum Isaiæ retulit locum,

Insensibilitas peccatoris obdurati magis à Deo, quàm ab ipsomet peccatore.

a Act. 20. 27. locum. *Incrassatum* [a] *est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt.* Quomodo & Iesus ipse apud Matthæum [b] eadem retulisse comperimus.

b Matth. 13. 14.

Vers. 20.] Annunciate hoc, &c.
Vers. 21.] Audi popule stulte, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Defectus quomodo cuipiã obiicere sit prohibitum, quos & eidẽ nunciare ex Dei tenemur præcepto.*

c Matth. 5. 22.

CVM, sicut in prima expositione probatum est, ex originalibus Hebraico, Græcoque vocabulo stulti nomen hoc loco pro fatuo sumendum sit ac stolido, & inconsiderato, ingens difficultas mihi ex eo insurgit Euãgelij, quo Redemptor noster ait, [c] *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Si enim inferni pœna, quã nulla maior, ei parata est, qui fatuum appellarit quẽpiam. Quanam ratione hîc apud Ieremiam idemmet Dominus nedum liberam vniuersis dat veniam, sed & omnibus quoque mandat, vt magnis vocibus fatuum proclament populum suum, dicens, (*Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes, Audi popule stulte, seu fatue,*) facilis tamen est difficultatis huius solutio, è qua & præclarum colligere est documentum morale. Cùm quidpiam mali in aliquo obseruare contigerit, id nullã ratione ei, per calumniam, & exprobrationem obiiciendũ, ni gehennæ ignis obnoxij esse velimus: Studendum potiùs, omnique contentione enitendum, vt defectus illius sui, eiusdemque grauitatis, fœditatis, ac malitiæ conscius ille fiat, adeoque pio, benignoque animo is ei significandus, ac proponendus. Sic ad rem nostram, idemmet Iesus stultos duos compellauit discipulos suos eũtes in Emmaus dicens, [d] *ô stulti, & tardi corde ad credendum*, &c. Sic eius Apostolus Paulus Galatas alloquens ait. [e] *ô insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?* &c. Sic & omnibus, qui animarum anhelarent salutem, imperat Deus, vt Iudaicum populum, quem ad summum fatuitatis peruenisse constabat, hoc docerent in primis, quòd fatuus esset, dicentes, *Audi popule stulte,* ac fatue.

d Luc. 24. 25.
e Gal. 3. 1.

8 *Defectus cùm per calumniã obiiciuntur illicò percipimus, minimè eosdem percipientes, cùm benignè de iis monemur.*

Sanè quando per calumniam, & ab irato ei qui verè fatuus sit, id in exprobrationem obiicitur, sat est dicere, fatue, nec opus est, vt addatur verbum, *Audi*, quia & hoc quoque is à sua habet fatuitate, vt in prolatam calumniam nedum arrectas porrigat aures, sed & ex auribus ad intima illam transmittat cordis penetralia. Cùm è vestigio nullatenus persuaderi id eidem possit, quòd fatuus sit, ab iis qui benignè ea de re ipsum moneant. [f] *Qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam*, dicitur in libro Ecclesiastici. *Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit,* scil. fatuus. *Quis est hic?* seu secundùm aliam lectionem, *Quid est hoc?* significans nimirum se nihil percepisse. Non desistendum nihilominus ab hoc monendi studio, imò quoad fieri potest enitendum, vt monita audita faciant, ea si opus fuerit & sæpius repetendo. *Annunciate* enim *hoc*, ait Dominus, *& auditum facite, dicentes. Audi popule fatue.*

f Eccl. 22. 7.

9 Cæterùm cùm per fatuum in sacris literis quilibet designetur peccator, qui propter peccatum

A mortale expers sit gratiæ, vt colligitur ex libro Ecclesiastici vbi dicitur, [g] *Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm imprudentem, & fatuum, & impium.* Egregiè in explicationem qualitatis istiusmodi fatui, adiectum hîc est, (*Qui non habes cor.*) Quod tantumdem est, ac si diceretur, qui non habes vitam, cuius nimirum sedes in corde potissimùm esse non ignoramus. Et benè: nam per peccatum mortale vita tollitur gratiæ, morsque infertur animæ. Et legimus in præcitato Ecclesiastici capite, fatuum æquiparatum mortuo verbis, quæ ad rem nostram maximè faciunt, [h] *Supra mortuum plora, defecit enim*
B *lux eius: & supra fatuum plora, defecit enim sensus.* Græcè σύνεσις, *prudentia intellectus*, seu *consideratio*.

Fatuus est peccator quisque.
g Eccl. 22. 18.
Peccator est dicendus fatuus, ac mortuus.
h Eccl. 22. 10.

Ex qua Ecclesiastici sententia in concordiam duas fatui reduco descriptiones, quæ primo aspectu valde inter se dissentire videntur, alteram quam ex Ieremiæ ore hoc loco affert Dominus, (*Qui non habet cor,*) Christi item Domini alteram in Euangelio. [i] *Qui non habet oleum secum,* Sic quippe legimus apud Matthæum, *Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ acceptis lampadibus suis exierũt obuiam sponso & sponsæ: Quin-*
C *que autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleũ secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Enimuerò cùm cordis vocabulo nedum carneum designetur membrum, sed & id, quod auctor libri Ecclesiastici sensum appellauit, prudentiam, & considerationem, in qua sita est animæ vita, quâve deficiente mortuam & illam dicere operæ precium est, ac tenebrosam, quia deficit lux bonarum operationũ eius, de quibus Saluator noster. [k] *Sic luceat*, ait, *lux ve-*
D *stra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Quis iam non videat, idipsum esse, dicere fatuum eum qui non habet cor, & qui non sumit oleum secum cum lampadibus, ex oleo quippe considerationis est lux in virtute operatrice, quæ lampas est animæ.

10 *Fatui duæ descriptiones concordãtur.*
i Matt. 25. 1.
Cordis vocabulo signifi catur prudentia, & consideratio.
k Matth. 5. 16.
Consideratio est cor, & oleũ in lampadibus operationum.

Et bene nota, habere quidem fatuum lampadem secum, virtutem hanc operatricem, atque id in illo magis esse deplorandum, quòd lampadem habet, & non lucem; operatur, & sine prudenti consideratione operans tenebras operatur peccatorum. Vtinam autem qui cor istiusmodi
E sensus & considerationis non habet, nec haberet & vitam, quã suis Deum offendit delictis, & (vt de vidua, quæ in deliciis est, ait Apostolus) [l] viuens mortuus est, quin & multò est eo, qui secundùm corpus mortuus sit, peioris conditionis, atque adeo & magis deplorandus, prout per eum significatum est sapientem, qui dixit, [m] *Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit,* Neque ampliùs defatigatur in operationibus. *Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui*, id est, Nequissimi namque fatui vita est nequissima super mortem, ac propterea magis est, quòd
F super illam plores: Vnde ibidem subditur, *Luctus mortui septem dies; fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum,* Ac si dicatur. Mortuum cùm luges, sat est, si illum septem iuxta consuetum morem lugeas dies: at fatui, impiique per omnes vitæ illorum dies, & quamdiu in sua viuunt fatuitate deplorandi sunt.

11 *Peccator operans sine consideratione dicitur fatuus habens lampadem sine oleo.*
Fatuus, atq; peccator est magis deplorandus, quàm mortuus.
l 1 Tim. 5. 6.
m Eccl. 22. 11.

(*Qui habetis oculos, non videtis, & aures, & non auditis.*) Hæc quoque ad fatui, & peccatoris descriptionem addita sunt. Circa quæ primò animaduertendus loquendi modus: cùm enim de illius

12 *Peccator, & fatuus nec lumen habet tamẽ in malum suũ sensus.*

illius corde ageretur, ſimpliciter, (*vt mox vidimus*) dictum eſt, (*Qui non habes cor,*) nunc verò cùm ſermo eſt de duobus præcipuis ſenſibus, aliter ſic dicitur (*Qui habetis oculos, & aures*) quibus nec videtis, nec auditis. Quaſi fieri queat, vt homo viuere poſſit non habens cor, ſecus autem ſi non habeat oculos, atque aures. Cùm contrarium potiùs experientia doceat, corpoream ſpectantes vitam. Attamen cùm de vita ſermo ſit morali, quâ fatuus, ac peccator mortuus (vt explicatum eſt) viuit vitâ nequiſſimâ, res ipſa pariter eorum, quæ hîc dicuntur, docet veritatem, ſiquidem peccator non ſolùm non habet cor, quatenus in operando expers prudentiæ eſt, & conſiderationis: Sed etiam quatenus cor affectumque ſuum haud in ſe habet, quod ad terrena, & mundana quæ diligit iam tranſmiſit, iuxta vulgatum id Euangelij,[a] *Vbi eſt theſaurus tuus*, vbi ſcilicet ea ſunt quæ amas, *ibi eſt & cor tuum*, affectus nimirum omnis, omniſque & conſideratio tua. Habere nihilominus is ipſe veriſſimè dicitur oculos, & aures, per quæ ea intrant, quæ peccati inferunt mortem, iuxta illud Prophetæ noſtri, [b] *Mors intrauit per feneſtras*: & per quæ idemmet peccator expers fit cordis, iuxta illud [c] *Oculus meus depredatus eſt animam meam*, cor ſcilicet meum, affectumque meum.

Peccator non habere dicitur cor, quia id ad terrena tranſmiſit.

a Matt. 6. 21.

b Ierem. 9. 21.

c Thren. 3. 51.

13 *Peccator cùm dicatur operari ſine corde, cur nequeat operari ita ſine ſenſibus.*

E naturali philoſophia exploratiſſimum eſt diſcrimen operationis cordis ſeu affectus, atque operationum ſenſuum præcipuè iſtorum, oculorum, ac aurium, quod affectus per dilectionem operans tendit in rem amatam, ac propterea, qui tunc operatur homo, non habens cor veriſſimè dicendus eſt: at prædicti cùm operantur ſenſus, res ipſæ quas ſentiunt ad ſemet attrahunt, ſeu (vt propriùs loquamur) res quæ ab illis percipiendæ ſint, tendunt in eos: Vnde apparet & ratio, cur fatuus, ac peccator, qui totus eſt in videndis, & audiendis ſenſibilibus, & iis quæ ad peccatum alliciunt, oculos, aureſque habere neceſſariò dicendus ſit. Vtinam illos non haberet eâ ratione quâ eos habet, & videt, & audit: Tunc quippe nec per oculos ſcandalum, occaſionemque haberet concupiſcendi indebita, quod indicauit Ieſus cùm diceret,[d] *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum.* Nec tanto ei laborandum eſſet ſtudio, vt aures ipſas ſuas tam multis obturatas ſeruaret detractionibus, mendaciis, atque impudicis ſermonibus, ad quod certè ſtudium is illum hortatus eſt ſapiens, qui ait,[e] *Sepi aures tuas ſpinis*, eo nimirum modo ab eis illa quæ mala ſunt arcens verba, quomodo ab agris, & vineis ſpinarum ſæpe introitus arcetur beſtiarum, à quibus damna eis inferri ſolent: vnde ſubiicit, *linguam nequam noli audire.*

Sine ſenſibus ſi eſſet peccator, meliùs ſe haberent res eius.

d Matth. 18. 9.

e Eccl. li. 28. 28.

14 *Peccator quomodo habens oculos ac aures, iiſque videns, & audiens dicatur nihilominus non videre, & non audire. Videntem nō videre, & audientem non audire non eſſe pugnantia.*

Si ergo fatuus & peccator non ſolùm habet oculos ac aures, ſed & videt, & audit: & ex viſione, atque auditu ipſius neceſſariò (vt explicatum eſt) infertur, & oculos, & aures habere, Quidnam illud eſt, quòd hoc loco aſſeritur, habere quidem oculos, & aures, at nec videre, nec audire? (*Qui habetis oculos, non videtis: & aures, & non auditis.*) Ad hæc dicendũ, iſta minimè inter ſe eſſe pugnantia, vidẽtes non videre, & audientes nõ audire, reſpectu diuerſorum, prout manifeſtè ex iis colligitur Domini verbis, quibus apud Matthæũ Apoſtolis dixit, [f] *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Videt peccator mulierem ad concupiſcendam eam, videt Solem in cælo fulgentem, & vel illum vt Deum adorat, vel illius lumine vtitur ad perpetranda ſcelera; videt ſpecioſa mundi huius, & ad ea transfert cor ſuum: at non videt in vniuerſis hiſce virtutem, ſpeciemque conditoris eorum, per illa ſibi obiectam, cùm [g] *à magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter*, vt dicitur in libr. Sapientiæ, *poſſit creator horum videri.* Et Dominus Ieſus cùm multis prædicaret auditoribus, quos certè aures habere, auditumque porrigere conſpiciebat, ſæpius in Euangelio clamaſſe dicitur, [h] *Qui habet aures audiendi audiat:* hocque potiſſimùm aliquando attulit, quo dignoſci queat quiſque an ex Deo ſit, ſi aures habens, & audiens verba Dei audiat, dicens,[i] *Qui ex Deo eſt verba Dei audit.* Et per Salomonem propterea dicitur, [k] *Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque:* quia à Domino hęc ſunt, vt oculi videntes, & videant, quæ ſcilicet ad ipſum alliciunt: atque etiam aures audientes audiant & diuina eius verba, quorum expers eſt fatuus, ac peccator, qui habens oculos, & aures, ſuâ tamen culpâ nec videt, nec audit.

f Matt. 8. 10.

g Sap. 13. 5.

h Matth. 11. 15.

i Ioan. 8. 47.

k Prouer. 20. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 20.] Annunciate hoc, &c.

Verſ. 21.] Audi popule ſtulte, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Ἀναγγείλατε ταῦτα εἰς οἶκον Ἰακώβ, καὶ ἀκουσθήτω ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα.

21. Ἀκούσατε δὴ ταῦτα λαὸς μωρὸς, καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν, ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσι.

Verſ. 20.] Annunciate hæc in domum Iacob: & audiatur in domo Iuda.

Verſ. 21.] Audite nunc hæc populus ſtultus, & ſine corde: oculi eis, & non vident: aures, & non audiunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Annunciate hæc in domo Iacob, & narrate ea in domo Iuda, dicentes.* Verſ. 21. *Audite nunc hoc popule inſipiens, & corde carens, quibus ſunt oculi, & non vident, & quibus ſunt aures, & non audiunt.*

Hieron. *Stulti qui relinquunt Deũ auctorem ſapientiæ.*

Verſ. 20. *Annunciate, &c.* Verſ. 21. *Audi popule ſtulte, &c.* Hieronymus *Multis modis peccantes retrahit ad ſalutem, & ſtultum vocat populum, qui ſapientiæ reliquit auctorem, comparatque eum ſimulacris, de quibus ſcriptum eſt:*[l] *Oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Propriè autem ad Iudam loquitur, & ad domum Iacob: Iſrael enim multo iam tempore in Aſſyriis exulabat: Simulque dat intelligentiam, quòd etiam abſque precepto naturali ſenſu debeamus intelligere quæ recta ſunt.*

l Pſal. 113. 13.

Bonum etiam abſque præcepto naturali ſenſu intelligere debemus.

Cyril. Alex. *Hæretici fatui, & excordes.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem ca. 3. *Opportunè ſuper hæreticos clamare poſſumus, Ecce populus excors, & fatuus, oculi ſunt ipſis, & non vident.*

Idem. *Iudæi legis tempore obſcurè videbant diuina, quæ à Chriſtianis multò videntur præſtantiùs.*

Idemque lib. 2. de Adoratione in Spir. & Verit. de Iudæis antiquis hæc dicta ſumens, vt à Chriſtianis diſcrepantibus. *Videbimus*, inquit, *illum ſcilicet Deum longè præſtantiùs quàm antiquus ille populus,* vt

vt in Moysi persona vidit: is enim vultum auertit suum: verebatur enim aspicere contra Dominum. Quo facto significatur mentis eorũ infirmitas, qui sub disciplina legis instituebantur, quæ quodammodo respicere Deum non posset, neque illius intueri gloriam, iuxta illud, quod in Psalmis cantur, [a] *Obscurentur oculi eorum, ne videant. Et illud quod est apud Prophetas: (Ecce populus stultus, & excors: oculi sunt eis, & non vident) Nos verò qui ad ineffabilis illius naturæ rationes puros, illuminatosque mentis oculos adiicimus, conspicuam illam in filio, Dei & Patris formam contemplamur. Ac Iudæis quidem qui Patrem se vidisse existimarent, sapienter est à Christo dictum,* [b] *Neque speciem ipsius vidistis, neque vocem eius audistis.*

a Psa. 68. 24.
b Ioan. 5. 37.

Idem.

Et in libro 12. illis hæc aptat, qui spiritaliter lippis sint oculis, dicens: *lippis oculis eum appellat;* scilicet Scriptura, *qui videndi facultate minimè priuatus sit, sed id rectè facere nequeat: quales ij sunt, quibus adest quidem prudentia, non tamen id etiam habent, vt rectè sentire velint: nonnulli enim cùm id quod rectum est videant, tamen ad ea quæ minimè conuenit, voluntatis suæ propensionem detorquent: alij verò cùm possint rectam de dogmatis sententiam assequi, sua ipsi menti officiunt, ac turpissimarum opinionum aucupium sectantur, nullamque de Deo sanam sententiam amplectuntur, quales sunt hæretici, ac præter hos Iudæi, qui cùm Deum credant esse patrem, filium tamen, qui ex eo secundùm naturam extitit, stultissimè repellunt. Itaque verissimè de illis dici potest quod est Prophetæ voce decantatum, (oculi sunt eis, & non vident) Nil enim facultas videndi proficit, nisi adiunctum sit illud, vt rectum videatur: nimirum vt claudicationem, & contritionem pedis pro eodem haberi iure dicebamus. Nihil enim prorsus interest, nullo ne modo quis incedere per semitam rerum gerendarum, & actionum viam, an verò non rectè incedere possit.*

2 Prudentes at improbi lippis oculis spiritaliter esse dicuntur. Oculos habere & non videre censendi sunt impij: & hæretici, & Iudæi non videntes prout conueniet videre.

Videndi facultas cui prodest, nisi videatur rectum.

Pedum claudicatio, & contritio pro eodem habetur, idē enim censendum nullo modo, & non rectè incedere.

Theodoritus. *Iubet eos ista diligenter audire, stultos & insipientes eos appellans, quia non vtebantur, vt decet, sensibus corporeis.* De sensibus quoque corporeis intelligit hæc & D. Thomas.

Theodoritus.

Stulti dicuntur qui sensibus non vtũtur vt decet.

Theophylactus in cap. 4. Lucæ de insensibilitate, & obstinatione hæc citat, eorum Iudæorum qui Christo signa facienti, & prædicanti minimè credebant.

Theophilactus.

Iudæi qui Christum viderunt, & audierunt stulti excordes, &c.

(Ecce populus stultus, & absque corde, oculi eorum non vident, aures etiam, non audiunt.) Citat ad idem & Maximus in quæstionibus de verbi incarnatione in hunc modum. *(Audite populus stultus, & excors, oculi ipsis, & non vident, aures ipsis, & non audiunt.*

Maximus.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΑΝΑΓΓΕΙΛΑΤΕ ταῦτα εἰς οἶκον Ἰακώβ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν ἀναμιμνήσκει τῶν προγόνων, ἵνα κἂν οὕτως ἐντραπῶσι. πάλιν τὸν πατριάρχην ἐκεῖνον, καὶ θαυμαστὸν ἄνδρα, καὶ μέγαν εἰς μέσον παράγει. τὸν οἶκον Ἰακώβ, καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα λέγων. ἵνα μάθῃς ὅση τοῦ θεοῦ ἡ δύναμις. πῶς δι' ἑνὸς *φυλάρχου πόλεις ὁλοκλήρους, καὶ δήμους, καὶ ἔθνη συνεστήσατο.

* ἀλ. φιλάρχου.

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] βούλεται, καὶ τοὺς ἤδη ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τὰ λεγόμενα γνῶναι, καὶ τοὺς μήπω ταῦτα παθόντας. [ἀκούσατε δὴ ταῦτα λαός.]

Βίκτωρος.] καὶ κατηγορεῖ δὴ αὐτῶν πληκτικώτερον, ὡς ἀναισθήτως διακειμένων. δέον γὰρ ἐπιγνῶναι θεὸν ἐκ μεγέθους, καὶ καλλονῆς κτισμάτων, καὶ τῆς ὁσημέραι γινομένης προνοίας, ὑετῶν ἕνεκα, καὶ καρπῶν, καὶ θαλάττης, καὶ λοιπῶν τούτων ἀφέντες, τοῖς εἰδώλοις προσέκειντο, μὴ εἰπόντες πρὸς ἑαυτούς. μὴ ἔστιν ἐν εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων; καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ; οὐχὶ σὺ εἶ αὐτός, καὶ ὑπομενοῦμέν σε, ὅτι σὺ ἐποίησας ταῦτα πάντα;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ὑβριστικῶς προσάγει τὸν λόγον; διαναστῆσαι βούλεται πεπτωκότας διὰ τῆς ὕβρεως οὐδὲν ταύτης τῆς τιμωρίας χεῖρον, τοῦ, τὸν θεὸν ἀγνοεῖν. [ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν, ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσιν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταύτας δὲ μόνον λέγει τὰς αἰσθήσεις, αἳ μάλιστα τῶν ἄλλων πρὸς θεογνωσίαν ἄγουσιν, ὧν μάλιστα δεόμεθα.

Θεοδωρήτου.] ταύτας δὲ μόνον τὰς αἰσθήσεις εἶπεν

Vers. 20. ANNVNCIATE *hæc in domum Iacob.)*

Chrysostomi.] *Iterum mentionem facit maiorum, vt saltim hac ratione erubescerent. Iterum Patriarcham illum, & admirandum virum, & insignem in medium profert dicens.* Domum Iacob, & domum Iuda, *vt discas quanta Dei sit virtus, qui per vnũ tribuũ Principẽ, vrbes integras & populos & gentes procreauit.*

Chrysost. *Sanctorum Patriarcharum sæpe meminit Deus vt vel hac commemoratione impios Iudæos ad erubescentiam adduceret.*

Victoris presbyteri.] *Vult & eos qui iam in captiuitate erant, & eos qui nondum eam sustinuerunt, scire quæ dicuntur.* Vers. 21. *(Audite nunc hæc populus.)* &c.

Vict. Presb.

Victoris.] *Contra ipsos (Iudæos) acriùs vehementiùsque insurgit, veluti insensatos. Cùm enim oporteret Deum agnoscere ex amplitudine, pulchráque rerum structura, & prouidentia, quæ quotidie innotescit per imbres & fructus, & mare, & reliqua, hoc spreto ad Idola se applicuerunt, nequaquam animo discurrentes, Num in Idolis gentium sit qui pluat? & si cælum saturitatem eius effundet! Non tu ipse es, & sustinebimus te, cùm tu hæc omnia feceris.*

Victor. *Non agnoscẽtes Deum ex creaturis, & ex illius prouidentia arguuntur insensibilitatis.*

Chrysostomi.] *Quare conuitioso sermone vtitur? lapsos afficiendo iniuriã vult erigere. Nil enim pœnã hac grauius ignoratione Dei. (Oculi eis, & non vident, aures eis, & non audiunt.)*

Chrysost. *Iniuriis cur aliquãdo Deus agat, & conuitiis cum peccatore. Ignoratione Dei nulla grauior pœna.*

Chrysostomi.] *Hos solùm sensus enumerat, qui potissimùm ad Dei cognitionem acquirendam conducunt, quorumque nos oppidò indigemus.*

Chrysost. *Ad cognitionem Dei visio, & auditus conducunt.*

Theodoriti.] *Visus, auditusque inter cæteros sensus*

Theodorit.

εἶπεν, αἳ δὴ πρὸς θεογνωσίαν συναίρονται, θεὰν, καὶ ἀκοὴν. διὸ καὶ ὁ σωτὴρ. ὁδηγοὶ τυφλοὶ, πρὸς τοὺς τούτων διδασκάλους φησί. καὶ πάλιν ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω, τὸν νοῦν διὰ τούτων δηλῶν, ᾧ συμβαίνει, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὑπηρετεῖν. πλήττει δὲ μωρὸν εἰπὼν, ἵνα μειζόνως ἰάσηται τὰς αἰτίας ἐκτίθεται, διὰ τὸ ἔνοχον εἶναι τῇ γεέννῃ καὶ τὸν εἰκῇ καλοῦντα μωρὸν, πόσῳ μᾶλλον εἰς ἔθνος ὁλόκληρον, εἰς ὄνειδος δ' αὐτοῖς, καὶ τὸν Ἰακὼβ λέγει, τὸν οὕτω θεοσεβῆ, δεικνὺς ἀναξίους τοῦ προγόνου. καὶ τὸν Ἰούδα, ἐξ οὗ θεοῦ δυνάμει, ἔθνη, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις συνέστησαν.

sensus solùm meminit, qui ad Deum cognoscendum maximam opem ferunt. Propter quod & saluator,[a] *Duces cæci, ad eorum magistros ait: & iterum,*[b] *Qui habet aures audiendi audiat: mentem per hæc significans, cui sensus deseruire debent: cædit autem verbis, fatuum appellans, vt magis sanet, causasque exponit: quòd sit reus Gehennæ qui sine causa vocet aliquem fatuum, quantò magis si gentem integram? In opprobrium autem ipsis & piissimi Iacobi meminit indignos eo proauo ostendens, & Iudæ, ex quo virtute Dei gentes & populi, vrbesque prognatæ sunt.*

a Matth. 15. 14.
b Matth. 11. 15.
Fatuum appellans Iudaicum populum affert Deus causas, ne sit ei contrarius, quod Christus in Euangelio dixit de vocante aliquem fatuum.
Matth. 5. 22.

Vers. 22.] Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & poterunt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud?

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Me ergo nō timebitis, & à facie non dolebitis? ait Dominus.

NVMQVID [c] *cùm ita insensibiles sitis, vt neque cor, neque oculos, neque aures habere videamini ad ea percipienda quæ vestræ sunt salutis Critis ergo sic semper, hacque ratione insensibiliter vos habebitis, vt Deo vestro non obaudiatis, eumdemque non vereamini, præ reuerentia coram ipso non consternemini: Ac propter ipsius timorem de admissis contra eum sceleribus non dolebitis, parientes salutaris contritionis spiritum.*[d] *Si mare quamuis immensum, & fluctibus superbissimum, non solùm me timet, ait Dominus, sed ita fragilissimam pauet arenam, quam ei ab antiquo posui terminum, vt nec tunc, cum fluctibus est maximè tumens, illam transgredi audeat; Vos qui puluis estis, & cinis, me, meamque iratam non metuetis faciem? Me non timebitis, quòd vel vno dumtaxat verbo, vel infirmissima quaque re vestram confringere queam superbiam qui vnico imperio elati maris tumorem tenui arenâ sic comprimo, vt maximo licet id fluctuet impetu, fragilem tamen transire præfixum nequeat terminum? An rebus insensibilibus vosmet erga me exhibebitis insensibiliores?* [e] *Mare, quod inter insensibiles creaturas videtur magis refractarium reuerentialem quemdam & in me, & in præceptum meum præ se fert timorem: tūc* [f] *quoque antiquissimum meum id seruat præceptum, cùm maiora exhibet elationis, roborisque sui signa: Et vos me non reuebimini? mihi non obsequemini, ac mandata mea non seruabitis: vel propter præstantissimum hoc beneficium, quod à vastissimi maris illuuionibus vos, frugesque vestras, ac terram præseruo vniuersam?*

d Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod nō præteribit.

e Et commouebuntur, & non poterunt. f Et intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Timorem atque tremorē peccatori inferre debent ipsa eorum scelera.*

ME *ergo*, Primo quidem aspectu veluti à maximè indignato, & qui timorem suâ incutere velit terribilitate, atque potentia, hæc dicta videntur: Hæc enim locutionis formâ indignatos erga subditos Principes cum illis ad primum eorum conspectum agere apud homines consueuêre. Estque istiusmodi sermo illationis, (vt dicunt Scholastici,) & patet ex illatiua particula, *Ergo*, ex præsuppositis criminibus, quorum & subditi, & Principes ipsi conscij sunt, inferens magnam in Rege Regum animi perturbationem, commotionemque ad eorumdem criminum vltionem: & in criminum obnoxiis necessarium indignati, potentisque animi pauorem, ac formidinis cruciatus. Et secundùm hunc sensum, particula, *ergo* in ista sententia non est illatiua ex præcedentibus *Audi popule stulte*, &c. Sed ex tacitis Iudaici populi sceleribus, quibus omnipotentem ad iracundiam prouocasse sat erat exploratum. Ac per consequens de seruili timore est sermo, & de dolore, quo præ formidine pœnæ cruciari solemus in animo, Vnde quod dicitur (*Et à facie mea non dolebitis?*) vertit ex Hebræo Vatablus, (*Et à facie mea non contremiscetis?*) vt sit allusio ad id quod in Psalmo dicitur,[g] *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Eoque sensu, quo apud Isaiam de Ægypto dicitur.[h] *In die illo erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eum*: quoue apud Malachiam legimus,[i] *Quis stabit ad videndum eum?*

g Psa. 33. 17.
h Isai. 19. 16.
i Malac. 3. 2.

Ipse tamen crediderim, hæc non ab indignato, quàm à benigno Dei prolata animo, qui vt mox dictum est, in explicatione vers. 20.) post multas in præcedentibus habitas vehementissimæ indignationis suæ minas, id demum aggressus est: vt quem asperrimis flectere non potuit increpationibus, vel benignâ saltem beneficiorum deliniret commemoratione, simulque & si flecti is noluisset, maximæ illum argueret ingratitudinis: vt particula (*Ergo*) sit illatiua ex præexposita insensibilitate. Ac si dicatur, Cùm ita insensibilis sis, vt neque cor, neque oculos, neque aures habere videaris ad ea percipienda quæ tuæ sunt salutis, eris ergo sic semper, hacque ratione insensibiliter te habebis, vt mihi non obaudias, meque non verearis: peioris certè conditionis, quàm quæ insensibilia naturaliter sunt. Cuius illationis vim mox exemplo confirmat maris. *Qui posui arenam terminum mari*, &c.

Peccator obstinatus est peioris conditionis quàm ea quæ naturaliter sunt insensibilia.

Pro cuius sensus intelligentia recolendum quod aliàs obseruauimus, sæpe, verbo timendi Deum, significari etiam seruire, & obsequi Deo, illum scilicet cum debita colere veneratione, & illius mandata seruare, prout ex eo colligitur libri Ecclesiastes, quo dicitur,[k] *Deum time, & mandata eius obserua*, id est, mandata eius obseruans, inter quæ maximum, ac primum id enumeratur, vt ille solus adoretur. Itaque quod hîc à Domino Iudæis dicitur, simile ei erit, quod Iudæi ipsi apud Isaiam eidemmet Domino dixère,[l] *Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te?* Iam enim explicatum est, Deum dici indurare, siue excæcare, aut incrassare cor, non impediens, at permittens peccatorem ipsum semet indurare. Atque adeo bene per hæc (*Me ergo*

3 *Timere Deum est illi obsequi.*
k Eccl. 12.
Induratio & insensibilitas non tam à Deo, quàm ab ipso est peccatore.
l Isai. 63. 17.

ergo non timebitis? Videtur illis ipſis ſatisfacere Deus, quaſi dicat, In re conuenimus, quòd indurato eſtis corde, & inſenſibiles: In aſſerenda tamen eius inſenſibilitatis vera, & propria cauſa diſſentimus: Vos id mihi adſcribitis, Ego veriùs vobis. *Me ergo non timebitis?* Ita ergo obduratos, & inſenſibiles ſeruabitis vosmet, vt mihi non obſequamini?

4 *Timor qualis debeat eſſe nobis coram Deo.* (*Et à facie mea non dolebitis:*) Duobus modis hæc interpretor ex duobus aliis ſacræ Scripturæ locis. Primum, ex eo quod idemmet Dominus, de tribu Leuitica, ſeu de ſacerdote in genere loquens ait, [a] *Et dedi ei timorem, à facie nominis mei pauebat*, Super quæ Hieronymus in ſuis Comment. ſuper Malachiam notat, ex vi Hebraici verbi non de ſimplici, & ordinario pauore ibi eſſe ſermonem, ſed de metu reuerentiali cum animi conſternatione, & externa etiam in corpore formidinis, & contractionis ſignificatione, de qua Leuit. 26. dicitur [b] *Cuſtodite Sabbata mea, & pauete ad ſanctuarium meum*: Vt & horum quoque ſenſus ſit, Et me non verebimini? atque coram me non conſternabimini animo? Cui ſenſui adſtipulatur græcum verbum, quod pro (*dolebitis*) hîc adhibuere Sept. εὐλαβηθήσεσθε religioſam deſignans reuerentiam, atque timorem, Vnde nomen εὐλαβὴς quo apud Lucam ſanctus inſignitus eſt Simeon, [c] *Et homo ille iuſtus & timoratus.*

a Malac 2. Hieron. b Leuit. 26. 2. c Luc. 2. 25.

Timor Dei reuerentialis petit in anima ſpiritum contritionis. Meliùs tamen hæc ipſa ex altero intelligemus Iſaiæ loco, vbi habemus. [d] *Sicut quæ concipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus à facie tua Domine. Concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis*, (Sic legit Auguſtinus & alij) ſeu, *ſalutum*, vt habent Hebræa. Magiſque ad rem noſtram iuxta verſionem Sept. *Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ.* Quibus congruit quod hîc in textu Hebraico eſt verbum חיל *hhol*, ſignificans & dolere. & parere

d Iſai. 26. 17.

Nota eſt autem Hebraica etiam phraſis quâ (*A facie*) vſurpari ſolet pro præpoſitione, propter, vt tantumdem ſit quod hîc dicitur (*A facie mea*) ac ſi diceretur. Propter me, quod apud Iſaiam explicarunt Sept. *Propter timorem Domini.* Ac ſi dicatur. Meque, (vt iam explicatum eſt) timentes, ita quas aduersùs me admiſiſtis non ſentietis offenſas, vt præ contritione doloribus inſtar parturientis mulieris angamini: parturientes nimirum & vos ſpiritum, quo ſaluemini, firmiſſimum animi propoſitum mihi in omnibus & per omnia poſt hac obſequendi.

(*Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit.*)

Deus quàm metuendus à peccatore. Putant aliqui hæc ad ſuam amplificandam potentiam à Domino ſubnexa ſuperioribus, ob quam nimirum potentiam timeri à ſuo debuiſſet populo, vt adhuc perſiſtatur in ſermone de timore ſeruili, ſeu illo quem vocant initialem, de quo in prima huius verſus parte, iuxta ferè communem ſententiam primo loco à me ibi allatam. Quòd ſi ita hæc deſumenda ſint, præforti ſanè argumento duplici exinde Iudaicus argueretur populus, quòd Deum minimè timeat, & ad eius non contremiſcat conſpectum. Quorum alterum eſt, Si mare quamuis immenſum, & fluctibus ſuperbiſſimum, ac validiſſimum non ſolùm me timet, ſed & ita fragiliſſimam pauet arenam, quam ei ab antiquo poſui terminum, vt nec tunc cum fluctibus eſt maximè tumens, illam tranſgredi audeat. Tu, qui puluis, & cinis, ipſaque fragilitas es, me, meamque iratam non metues faciem?

Iſidorus Clarius. Iſidorus Clarius in ſuis Annotat. ſuper hunc locum hac ratione iſtud format argumentum. Tanta moles reueretur ob meum imperium tam fragilem terminum arenam. Et homo vas fictile me non veretur. Argumentum alterum eſt, Me non timebitis, quod vel vno verbo, vel infirmiſſimâ quaque re veſtram confringere queam ſuperbiam, qui vnico meo imperio elati maris tumorem tenui arena eà comprimo ratione, vt maximo licet fluctuet impetu, fragilem tamen tranſire nequeat terminum.

6 *Obedientiam Deo exhibent perfectiſſimā etiam inſenſibilia.* Meliùs autem dixerim, hæc pertinere ad exaggerationem obligationis etiam naturalis, quâ populus obſequi ſuo debebat Deo, eiuſque parere mādatis, in inſenſibilibus rebus vellet eſſe deterior: vt vnum, idemque ſit argumentum cum ſuperioribus. Adeoque in argumenti confirmationem maris affertur promptiſſimum erga eumdem Dominum obſequium, maris inquam quod inter inſenſibilia naturæ videtur maximè refractariæ, & propter vaſtitatem, & propter continuos motus, & propter multiplicium fluctuum tumorem. Porrò quod dicitur, (*Qui poſui arenam terminū mari.*) Et ſingulæ iſtius ſētētiæ partes ſpeciales, diſtinctaſque continent rationes, quibus obſequij huius allatum amplificatur exemplum.

Naturalia quàm perfectè Deo obſequentia. E mari deducitur præſtantiſſimum obedientiæ exemplum. Si enim diceretur quòd ingentes, fortiſſimoſque Deus pro termino poſuiſſet mari [e] aggines, aut quid ſimile magni roboris: prout in libro Iob idemmet Dominus ait, *Circumdedi illud* ſcilicet mare *terminis meis, & poſui vectem, & oſtia*: haud tam commendabile forſan id eſſet obſequij, quod violentum eſſet atque coactum. In termino autem tam infirmo ex fragili tenuique arena, quis non videat, nil argui poſſe violentiæ? Neque verò iſtud maris obſequium in continendo ſe intra tam fragilem arenæ terminum ad modicum eſt temporis, quia non ad aliquod id ei Deus mandauit præfixum ſpacium, ſed eſt perpetuum, (*Præceptum inquit ſempiternum,*) ſeu vt habent Hebræa (*ſtatutum ſæculi, quod non præteribit*, Statutum, aut legem hanc *ſæculi ſeu à ſæculo*, mari exhibitam habemus in libro Geneſis, cùm de opere agitur diei tertiæ, iis verbis, *Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt in locum vnum, & appareat arida.* Præceptum verò ſempiternum, æternæque durationis deſcriptum reperire eſt in libro Iob.[f] *Et dixi: vſque huc venies: & non procedes ampliùs: & hic confringes fluctus tuos.* [g] Quodque mirabilius videtur, id eſt quòd res tam vaſta, tamque valida ita quoad huiuſmodi præcepti obſeruationem ſuo obſequitur creatori, vt & reuerentialem erga illud præ ſe ferat timorem, quo nec tantillum ei audeat repugnare, prout ex eo colligitur, quod tertio hîc additur: *Et commouebuntur & non poterunt.* Hebraicum namque verbum געש *gangaſc*, propriè eam ſignificat commotionem, & turbationem quam metus efficit potentioris, vt patet ex eo Pſalmi 17. quo dicitur, [h] *Cōmota eſt, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt.* Vbi bis idem eſt verbum, & in principio, & in fine. Et id denique quod maximè omnium in hoc admirandum eſt maris obſequio eſt, quòd & tunc quoque præſcriptum ſeruat præceptum, cùm maiora exhibet elationis, roboriſque ſui ſigna in altiſſimis fluctibus, quos vſque ad cælum aſcendere aſſerit Propheta. [i] Vnde

e Iob. 38. 10. f Gen. 1. 9. g Iob 38 11. *Mare reueretur Deum.* h Pſal. 17. 8. i Pſal. 106. 26.

in coronidem huius encomij adiicitur: *(Et intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.* seu, iuxta originalia Hebr. & Sept. *(Et sonabunt,* aut *Tumultuabuntur fluctus eius, & non transgredientur illud?*

7 *Mare an sit altius terrâ, ita vt per miraculum contineantur illius aquæ.*

Ex hoc loco deducunt aliqui, Mare esse altius terrâ, atque adeo in eo maximè diuinam celebrari potentiam, quòd nihilominus solummodo ob Dei legem ab initio illi impositam contra naturalem aquarum motum, ne defluant, sese intra statutum arenæ terminum contineat. Cuius sententiæ grauissimi, & Antiquissimi sunt auctores, in primis D. Thomas quem videre potes 1. par. qu. 69. art. 1. ad 2. & 4. & primo quidem aspectu videtur ea sacris literis maximè cōsona. In quibus frequentissimè huius præsertim Dei operis quasi præ omnibus admirabilis fit commemoratio, vt Psalm. 32. [a] *Congregans sicut in vtre*, seu, vt euidentiùs vertunt ex Hebræo, *sicut in aceruum aquas maris, ponens in thesauris abyssos*, Psalm. 103. [b] *Super montes stabunt aquæ.* Psalm. 103. [c] *Terminum posuisti quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram.* Prou. 8 [d] *Quando legem ponebant aquis, ne transirent fines suos.* Iob in loco supra citato cap. 38. & alibi passim. Nihilominus haud recedendum à communiori Theologorum sententia, quæ & eximiorum est Philosophorum, & Astrologorum, cùm nec præsens Ieremiæ, neque aliis sacræ Scripturæ locis id necessariò conuincant. Neque enim aliud mari censendum à Deo factum præceptum, aliamque legem, quàm ipsam naturæ legem coniicientem illud in loca depressiora, & naturalem aquis vim defluendi, decurrendique in decliue tribuentem. Quod & in libro Genesis, vt Dei [e] eam illis naturam indentis præceptum explicatum vidimus. Et moris est sacrarum scripturarum vt naturales vires, per quas singulæ res conuenienter naturæ suæ operantur, quoniam à Deo omnium rerum opifice eis insitæ sunt leges, & præcepta eiusdem appellentur Dei, sic legimus, [f] *Qui præcipit Soli, vt non oriatur.* Et, [g] *In manibus abscondit lucem, & præcepit ei, vt rursus adueniat.* Et, [h] *qui præcipit mari, vt descendat in terram, & hyemis pluuiis imbri fortitudinis suæ.* Et, [i] *Numquid scis quando præceperit Deus pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius?* Et similia.

D. Thomas.
a Psal.32.7.
b Psal.103.6.
c Psal.103.9.
d Prou.8.28.
Mare non est altiùs terrâ.
e Gen.1.9.
Naturales vires appellata Dei præcepta & leges.
f Iob.7.7.
g Iob. 36.32.
h Iob.37.6. a.& 15.

8 *Mare non transgredi litoris terminos est maximũ Dei in homines beneficium.*

Illud potiùs ex hac, quam præ manibus habemus sententia colligerem, & veriùs, & fructuosiùs, subindicatum præstantissimum beneficium, diuinæ prouidentiæ, quo prohibens mari, ne transiret fines suos, vniuersum terrarum Orbem & habitabilem seruat, & frugiferum. Si enim experientiâ comprobamus, vel ab exiguo fluuio multa sæpius damna & frugibus inferri, & habitationibus per illuuiones, quid fieret si vastissimi maris exundarent fluenta? Quòd si in subsequentibus inter eximia Dei beneficia adnumerantur pluuiæ temporanea, & serotina, multò certè rationabiliùs, & istud subindicatur, quod illis est & maius, & vtilius. Sicut manifestiùs id inter eadem Dei beneficia enumeratur à Vate Regio in Psalm, 103. in quo Dominum pro iis, benedicens ait, [k] *Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire.*

k Psa.103.9.

Vers. 22.] Me ergo non timebitis? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 *Non timeri Deũ à peccatoribus est omniũ maximè admirandum.*

POTEST ex his moraliter deduci, Nihil in toto terrarum Orbe contingere, quod maiorem incutiat admirationem, quàm reperiri homines, qui Deum non timeant, quem ita & terra timet, & cælum, vt & de isto dicatur in libro Iob, [l] *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius*, quæ de cælestibus plerique intelligunt spiritibus: & de illa legimus, [m] *A facie eius contremuit terra.* At cùm nequitia ipsa ex natura sua timida sit, vt dicitur in libro Sapientiæ, [n] Dicens Deus peccatoribus, *(Me ergo non timebitis?)* non tam de seruili intelligendus est timore, quàm de timore, qui peccatorum adiunctam habeat pœnitentiam, & quem initium eiusdem appellant pœnitentiæ, vt apertè colligitur ex eo quod mox subdit, *Et à facie mea*, id est. Et propter *me non dolebitis.* In quo formalis sita est ratio veræ pœnitentiæ, veræque contritionis, quàm Scholastici definiunt, esse dolorem peccati propter Deum. Præclarè autem ad exaggerandam grauitatem insensibilitatis metus, atque doloris, in peccatore, quâ Diabolo fit similis, & eiusdem è vestigio vtilem timorem atque tristitiam pro peccatis suis, Ambrosius libro de Paradiso cap. vltimo agens de sententia à Deo prolata in Serpentem. [o] *Terram manducabis.* ait. *Quæ sententia non putatur in serpentem grauis, cùm etiam Adam, qui leuiùs peccauit, tali condemnatur sententiâ. Scriptum est enim:* [p] *Maledicta terra in operibus tuis: In tristitia manducabis eam* (Sic legunt Sept.) *omnes dies vitæ tuæ. Videtur certè similitudo quædam esse sententiæ, sed tamen in ipsa similitudine magna discretio. Interest enim, vtrum manducet aliquis terram sicut serpenti dictum est, quia terram manducabit: an verò sicut homini dictum est: In tristitia manducabis. Adiectio enim ista, In tristitia, discretionem facit. Discretio quam vim habeat, considera. Bonum est mihi in tristitia magis terram manducare, quàm in delectatione, hoc est, vt in actu quodam, & sensu corporis contristari videar, quàm delectari in peccato. Multi enim propter nimias iniquitates non suscipiunt peccati conscientiam.* Nota: *At verò Apostolus* [q] *nobis suadet vtilem istam esse tristitiam, quæ secundùm Deum, non secundùm seculum est.*

l Iob.26.11.
m Nahum. 1.5.
n Sap.17.10.
Timorem quẽ requirit Deus in peccatoribus.
Contritio quid.
Insensibilitas obstinati peccatoris talis, vt per eam reddatur similis Diabolo.
o Gen.3.14.
p Gen.3.17.
Dolorem, ac metum sentire in peccatis multò meliùs quàm in illis delectari.
q Cor.7.10.

10 *Inobedientia fidelium erga Christi mandata est in causa, vt in fideles Christum ipsum contemnant, atque blasphement.*

(Qui posui arenam terminum mari: præceptum sempiternum, quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud) Quemadmodum visâ maris, ventorumque, ac fluctuum illius obedientiâ Christo exhibitâ, homines miratos legimus in Euangelio, [r] commotos ad magnam de eodem Christo opinionem, quòd videlicet esset Deus, dicentes, *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Ita è vestigio, cùm ingens fidelium multorum conspicitur inobedientia, quam Christo eidem exhibent, eiusque mandatis, vilis apud infideles de Christo ipso concipitur opinio: Vtinam autem non ita propterea idem contemnatur, & blasphemetur, quòd verus minimè sit Deus, qui sui cultores sibi obsequentes reddere nequeat, seque timentes cùm sat omnibus sit perspicuum, Deum tan-

r Matth. 8.27.

tæ

tæ esse potentiæ, vt vel mare obediens habeat, quod præ creaturis vniuersis effræne videtur, adeo vt id quando ad sublimiorem elationis suæ gradum peruenerit, tunc se humiliter ei prosternat, tenuisque arenæ finibus ab ipso contineatur.

Mortis memoria, & consideratione facillimè vel superbissimus peccator fit Deo obsequens in humilitate.

At, ô magnam Dei bonitatem, Hac ratione, hocque maris exemplo eosdem fideles sibi minimè obsequentes hoc loco conueniens porrigit iisdem simul seu potiùs in memoriam eis reducit & modum, quo emendari queant, eumdem videlicet ipsum, quem seruat & mare. Nam quòd illi ob impietatem, iugemque inquietudinem, & passionum impetus, ac superbiæ tumorem mari meritò assimilati sint, testis notissimus est Isaias dicens,[a] *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius.* Porrò sicut mare eâ ratione Deo obsequens redditur, vt præstitutos non transgrediatur fines, quòd iuxta præceptum à prima Orbis conditione acceptum, ad arenam tametsi tenuem, mollemque ac vilem tumentes suos confringit fluctus: Ita & peccator facilè ad Dei reducitur & timorem, & obedientiam, vel etiam quando superbissimis agitatur prauarum cogitationum, & affectuum fluctibus: si intra præfixum Ecclesiæ se continens alueum superbiam ipsam suam, suosque elatos passionum fluctus ad arenam pulueremque confringat, iuxta præceptum, quod à primo pariter sæculo suis à Deo factum est primis parentibus, in verbis illis[b] *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*, sic namque vti Dei præceptum, hæc verba accipiens Ecclesia quotannis id & denunciat, cùm cinerem super fidelium capitibus ponens ait, *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quod & iam diu ille fecit Sapiens, qui eam sententiam suis indidit scriptis,[c] *Quid superbis terra & cinis?*

a Isai. 57. 20.
b Gen. 3. 19.
c Eccl. 10. 9.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 24.

Vers. 23. Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt, & abierunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

d Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans.

AN[d] *non mari, licet indomito, populus iste multò est magis effrenis, qui nec fidem Dei præstitit verbis, nec diuinis paruit mandatis? quin & ab eodem Deo toto deficiens corde contumaciâ magnâ illi contradixit, cordeque deprauato ita intractabilis factus est, vt non sit inuenire rationem, quâ cum ipso agi queat:*[e] *Siquidem cum ingenti rebellione ab illo recesserunt, Ac rebellantes abierunt ad alienarum gentium ritus, & ad falsorum Deorum cultum, vt eumdem exasperarent magis,*[f] *ac magis.*

e Recesserunt & abierunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudaeorum peruersitas, & obstinatio qualis & quanta.*

POPVLO *autem huic*, &c. Euidentius iam explicatur necessitas illationis factæ in præcedenti versu, & exponitur ratio illatæ insensibilitatis in Iudaico populo. Si enim re vera instar petræ insensibilis tam ad bonum, quàm ad malum extitisset, haud adeo fuisset incusandus. Quod grauius in ipso extitit, id profectò fuit, quòd cùm ad malum maximè esset sensibilis, & cor atque sensus haberet viuaces, Ad bonum dumtaxat & sine corde se exhiberet, & sine sensibus. Hocque primò significat quod dicitur, *(Populo autem huic factum est)* &c. non ab alio scilicet factum, quàm ab ipsomet. Porrò increduli vocabulum, quod nostræ hîc adhibuit vulgatæ interpres, haud infidele dumtaxat significat, sed & rebelle & obsequi renuens, quin & impudenter obsistens, Vnde referens Apostolus id quod apud Isaiam in Vulgata legimus,[f] *Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum*, vnam increduli vocem duplici reddit vocabulo,[g] *Expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.* Hebraica enim vox סורר *sorer* multiplicis est significationis, Ideoque & diuersimodè hîc vertitur, Sept. *(factum est cor non audiens)* Pagninus *(cor declinans.)* Regia, *(cor contumax)* Vatab. *(cor rebelle*, seu *prauum.)* Franciscus Forerius in citatum Isaiæ locum dictam Hebr. vocem propriè significare inquit contumax, seu immorigerum, seu intractabile.

Increduli vocabulum quã vim habeat in scriptura. Cor peccatoris quale.

f Rom 10. 21.
g Isai. 65. 2.

Vis, ergo nosse quomodo Iudaicus populus insensibilitate insensibiles superauit creaturas? Cùm mare, quod indomitum naturâ suâ est, & effræne, diuino obsecutum sit præcepto, & nec vnquam illi obstiterit, sed in eo seruando fidelissimum perpetuò fuerit, hic attamen populus nec fidem Dei præstitit verbis, nec diuinis paruit mandatis: quin & ab eodem Deo toto deficiens corde contumaciâ magnâ eidem contradixit, cordeque deprauatus intractabilis factus est, vt non sit inuenire rationem qua cum illo agi queat, ac bonum persuaderi. Quibus necessariò fit, vt maximoperè ipsum exasperet Deum, quod noster interpres significauit, legens, *(factum est cor incredulum, & exasperans.)* Sept. καὶ ἀπειθὲς. *(Incredulum,)* & (vt ita dicam) *(impersuasibile,)* seu vt habet latina versio Vaticana, *(& contumax)* prout & Vatablus ex Hebr. qui & eamdem vocem ומורה *vmoreh* vertit, *(& peruersum)* Pagninus, & Regia, *(Et rebelle)* Rabbi Dauid. *(Immutans præcepta)* id est aliud agens quam præceptum est. Ad horum autem omnium maiorem declarationem additur, *(Recesserunt, & abierunt.)* duo illa mala, de quibus in cap. 2. dictum vidimus,[h] *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* Verbo enim *(recesserunt)* haud quilibet, & simplex significatur recessus, sed recessus à recto tramite, & cum rebellione contumaci à proprio Domino, est enim in Hebr. verbum סור *sur*, quod significat declinare, & deficere, ac rebellare. Sept. *(Declinauerunt)* Vatab.) *Defecerunt)* Deficientes porrò & rebellantes à Deo minimè steterunt: Sed & insuper id addiderunt mali, quod *abierunt* ad alienos, videlicet, ad Gentium ritus, ad falsorum Deorum cultum.

h Iere. 2. 13.

Vers. 23.] Populo autem huic factum est cor incredulum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Ex fidei paucitate deriuare peccata omnia. Quaue ratione hoc intelligendum.*

PER hæc in mea confirmor sententia, quam & circa initiũ huius capitis expositione itẽ mo-

morali asserui: Vniuersam in Christiano populo malitiam exinde potissimum deriuare, quòd modicum in illo est fidei: Et cùm præsertim quempiam videre contigerit Christianum Deum non timentem, peccata sua coram Domino minimè deflentem, imò peccata peccatis addentem per diuinorum præceptorum trãsgressionem, id omne asserendum fieri ex paucitate, quæ in illo est, fidei, quæ fidei paucitas ex modico arguitur eius vsu. Dato enim quòd fidelis dici debeat, & fidelis sit, vt Christianus, fidemque vel etiam infusam conseruans, quam in Baptismo accepit, non admittens aliquod infidelitatis delictum; Nihilominus propterea à Deo in singulis, quæ admisit cuiuscumque generis criminibus, recessisse, eumdemque exacerbasse dicitur, quia fidei ipsius habitum absque vllo eius exercitio vti mortuum continuit. Quî enim fieri posset, vt Deo obsisteret, si fidei in corde suo actus promeret, recolens quis ille sit, & quem, quantumque illum esse credit, quisue sit ipsemet qui illum offendere audet. puluis (vt mox dicebã) & cinis. *Recordare nouissima tua*, ait ille Sapiens, [a] *Et in æternum non peccabis.* Recordare, inquit, id est eius, quem de ipsis habes, fidei, actus in corde tuo prome frequentes: quodque de nouissimis nostris is asserit dictu, & de similibus, ac præsertim de nostra erga Deum obligatione pro innumeris, quæ in nos contulit, confertque quotidie beneficiis, cuius obligationis modicum item fidei in suis fidelibus arguit idemmet Dominus, cùm statim ac dixit, (*Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt,*) suis me scilicet offendentes & à me recedentes sceleribus, semet declarãs meliùs, adiicit. *Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrũ, qui dat nobis pluuiã, &c.*

Ex fidei modico vsu in Christiano populo sunt peccata vniuersa.

a Eccl. li. 7. 40.

Fidei actus circa nouissima nostra, & circa Dei beneficia quam efficaces ad vitanda peccata, & ad admissorum pœnitentiam.

4 In quorum omnium confirmationem peregregius est Euangelij locus, Vbi cùm Dominus de contemptu egisset diuitiarum, & per diuitis epulonis exemplum, de iniquorum morte, deque paratis pro peccatoribus inferni pœnis, de scandalis quæ quotidie delinquentibus exhibentur: de iugibus aduersùs proximum peccatis, deque eorum remissione ab iis, qui offensi sint facienda, admodum opportunè subiicit Lucas Euangelista: [b] *Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem*: Dicentes enim *Adauge*, supposuerunt eam se iam habere, quam tamen auctiorem fieri oportere intelligerent, fieri inquam auctiorem per habitus illius extensionem ad actus, ad quod etiam specialis Dei opus habemus auxilio. Estque hoc quoque loco notandus modus loquendi, quo vsus est Propheta noster, Neque enim dixit, (*Populus autem hic habuit cor incredulum*) quia paulò ante dixerat. *Audi popule stulte,* qui non habes cor, Sed dicit, (*Populo autem huic factum est cor incredulum:*) Cùm enim peccator, ista diligens mundana suum ad illa (vt explicatum est) transmiserit cor, rectè profectò incredulum id factum dicitur, quod vel insensibilibus creaturis adhæsit, vel brutis animantibus, vel hominibus similiter fatuis, stolidisque, ac fidei actus minimè promentibus, factum & ipsum insensibile rationis quodammodo expers, stolidum, atque incredulum, sicut & illa, iuxta vulgatum id Hoseæ dictum, [c] *Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt.* Et quòd non tam de fidei habitu, quàm de eiusdem hæc intelligenda sint exercitio, & actibus per ea pariter patet, quæ superiùs ab eodem Ieremia dicta fuere, *Qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis.* Nam fidem esse animæ oculos, quibus diuina conspiciat, nemo est qui vertat in dubium, fusiusque id probasse me recolo in meis commentariis super Cantic. expositione 2. verborum illorum, [d] *Oculi tui columbarum*, & nouimus per Apostolum dictum, [e] *fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei.*

Fidei exercitium à Christo petierunt Apostoli ad vitanda peccatorum scãdala, & ad implenda illius mandata, atque consilia.

b Luc. 17. 5.

Peccatori dicitur factum cor incredulum, tametsi non habere dicatur cor, quia non exercet fidei habitum.

c Ose. 9. 10.

d Cant. 1. 15

e Ro. 10. 17.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 24.

Vers. 24.] Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORRO [f] *tanta in illis exinde prouenit peruersitas, sicque quoad bonum exiuère (vt dictum est) insensibiles, vt ac si cor non haberent: neutiquam internis prius dixerint propositis, quod externis postmodum implerent operationibus, vt metuerent Dominum Deum suum, eique obsequerentur, legem, ac præcepta seruantes illius.* [g] *Neque per innumera ad hoc allecti beneficia, quæ ab ipso acceperunt, exhibitionem in primis, quam opportunis temporibus iugiter habent pluuiæ, & autumnalis, per quam terra excoli potest, ac seri, & vernæ, quâ segetes excrescunt.* [h] *Neque per obsequia, quæ idemmet eorum Deus ipsis impendit, cum instar ministri ipsorum, custodis agrorum ac frugum munus obire non dedignatus plenam, vberemque annuam messem illæsam ab innumeris custodit periculis.* [i] *Summmet hac in re seruans præceptum, terræ iam diu ab antiquis sæculis de annua præstitum messe:* [k] *tantaque id seruans sedulitate, vt si iure iurando ad id se obstrinxisset.* [l] *Idque tunc potissimum temporis, & seruare satagens præceptum, & custodire obnitens Iudæorum agros, & segetes, cùm eæ sunt septem hebdomadæ, quas à Pascha ad Pentecostem ab illis custodiendas præcepit: cumque eidem messi maiora instant pericula.*

f Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominũ Deum nostrum.

g Qui dat nobis pluuiã temporaneã, & serotinam in tempore suo.

h Plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

i Secundùm tempus impletionis præcepti messis, & custodiuit nobis

k Iuramentis statutis messes seruat nobis.

l Septimanas statutorum messis custodiet nobis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *non dixerunt*, &c. Conuincit iterum Iudæos de eadem cordis insensibilitate duplici insuper aliâ ratione, alterâ, eò quòd Deus suomet obsequens est præcepto, idque enixè seruare satagit, quod in illorum mandarit vtilitatem: Alterâ, ex insignium beneficiorum commemoratione, quibus illi vel naturalis gratitudinis propensione bene erga eum affecti esse deberent. Porrò quòd dicitur, (*Et non dixerunt in corde suo*) Indicat vnde illis tanta peruersitas, & ingratitudo tam grandis: nempe quia, & hucusque probatum est, ita insensibiles suâ facti sunt culpâ, vt cor non habere nisi sint: quapropter neutiquam prout fieri solet, proposuerunt priùs in corde, quod externis postmodum implerent operationibus, vt metuerent Dominum eo sensu, quem mox prosecuti sumus explicantes. Vers. 21. *Me ergo non timebitis*, habetque specialem vim excitantẽ ad dictum Dei metum, atq; obsequium, verba hæc singula. (*Dominum Deum nostrum*) prout aliàs expendimus supra in Vers. 19. *Quod si dixeri*

Peruersitas exinde est in peccatore, quia nunquam ille bona habere curat: proposita.

si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hac omnia?

(Qui dat nobis pluuiam.)&c. En rationem secundam, quâ prædictæ ij conuincuntur insensibilitatis; Quòd nec, prout beneficiorum exposcit natura, ad tam grandem benefactorem per ea allecti sunt, quæ neque corde percepère, exhibitionem pluuiæ temporaneæ idest autumnalis, per quam terra excoli queat, & seri: & serotinæ id est vernæ, quâ enatæ iam in culmen, spicam, atque grana excrescant fruges: ambarumque in tempore suo, quod maximè est opportunum.

2 *(Plenitudinem annuæ messis custodientem nobis)* Hugo Cardinalis arbitratus est, participium *(custodientem)* referendum ad pluuiam, Ac si dicatur, pluuiam, inquit, custodientem plenitudinem annuæ messis quia temporanea pluuia custodit semen à putrefactione, serotina verò ab ardore. Meliùs tamen communi consensu id refertur ad Dominum, Estque in his ratio, cui primum locum supra assignaui, conuincens eosdem Iudæos de insensibilitate, quâ non sinerentur metuere & obsequi, ac mandata custodire Domini, qui in ipsorum obsequium & custodis agrorum, ac frugum munus obire non dedignatur. Id enim in more est hominum, vt messis tempore, quo plenæ sunt frugum spicæ, custodes adhibeantur agrorum, qui obseruent, ne quid vel per bestias, vel per iter habentes, vel per ignem, vel per fures damni illis aliquid inferatur. Quo sensu per plenitudinem messis plenas designatas accipere possumus spicas, quæ propediem metendæ essent: vel messem ipsam plenam, & vberem, quam Dominus custodire dicatur, quatenus illam illæsam seruat ab æstu solis, à nimiis imbribus, à vi tempestatis, à nebula, ab ærugine, & aurigine, à locusta, & brucho, atque ab hostili deuastatione.

Hugo Card.

Deus in nostrum obsequium se exhibet pro custode agrorum & frugum.

3 Quamquam prima hæc ratio aptiùs exprimitur per versionem Sept. quę pro his, *(Plenitudinem annuæ messis custodientem nobis)* habet κατὰ καιρὸν πληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ ἐφύλαξεν ἡμῖν. *(Secundum tempus impletionis præcepti messis, & custodiuit nobis)* Per hæc quippe indicatur, in Iudæorum obsequium Deum nedum curasse, vt & terra, & cælum implerent præceptum, quod ab antiquissimis mandauit sæculis, quando & in prima rerum omnium creatione: & post diluuium dixit [a] *Germinet terra herbam virentem, & facientem fructum, cuius semen in semetipso sit super terram.* [b] *Et cunctis diebus terræ sementis, & messis, &c. Non requiescent.* Sed & ipsummet idem custodisse præceptum. Iuxta versionem Vatabli, quæ legit *(Iuramentis statutis messes seruat nobis,* additur vis præexpositæ rationi, quòd videlicet Deus nedum simpliciter id seruet messis præceptum, sed & ita id custodire satagat, quomodo & custodiri & seruari ea solent statuta, & leges quæ iuramentis firmata sint. Iuratoriam autem quodammodo cautionem de eo implendo præcepto à Deo datam ex Leuitici libro deducere est, vbi ipsimet Iudaico populo dixit: [c] *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.*

Deus in obsequium hominum suummet obseruat præceptum messis annuæ.

a Gen. 1. 11.

b Gen. 8. 22.

Deus in obsequium hominum iuratoriam cautionem dedit seruandi summet præceptum annuæ messis.

c Leui. 26. 3.

4 Cæterùm quia quæ hîc est hebraica vox שבעות *sebungoth*, & iuramenta significat, & hebdomadas cōmuniori, & hebræorum, & recentiorū nostrorū cōsensu in secundo hîc desumitur significatu. Pagninus enim & Regia ita hæc vertunt, *(Septimanas statutas, seu statutorum messis custodiet nobis.)* Vatab. in Annot. *Alij vertunt, (Hebdomadas statutorum messis custodit nobis.)* Isidorus Clarius item Annot. *(Hebdomadas statutas pro messe)* In quibus ferè communiter existimant alludi ad septem illas hebdomadas, quæ messis tempore numerandæ, ac celebrandæ iubentur à Pascha vsque ad diem Pentecostes, vt videre est [d] Leuit. 23. & [e] Deuteron. 16. Vt Deus custodire hebdomadas illas dicatur, quatenus in earum spatio illæsas custodit segetes, quando pluribus eæ subsunt periculis.

Messem, & segetes tunc magis custodit Deus, cùm maioribus ea subsunt periculis.

d Leuit. 23. 16.

e Deut. 16. 9.

Insurgit autem illico hîc difficultas circa veritatem & consonantiam nostræ Vulgatæ cum hebraica ista lectione. Et quidem Andreas Capella quoad hoc ait, Nostrum interpretem sensum optimè expressisse Hebraicæ lectionis: nam custodire, inquit, hebdomadas statutorum, seu, statutas messis, est plenitudinem annuæ messis custodire in eo scilicet quod dat pluuiam, & solem cùm opus est, sicque efficit vt ad culmen, & plenitudinem perueniant spicæ. Chrystophorus à Castro subtiliùs quid, ait, nomen שבע scieban septenarium numerum significat, qui est perfectionis numerus, & plenitudinis: Ideò noster interpres vertit plenitudinem, quod propriè hebdomadas significat. Ipse crediderim, dici non incongruè posse, Interpretem nostrum vocem sine punctis legisse, שבעות *sebungoth*, ac si haberet punctum in sinistro cornu: cúmque ea vox saturitates significet, & abundantias, rectè eam vertisse plenitudinem, imitatus Sept. quamquam alterius vocis, חקות *hhukkoth* interpretatione ab iisdem recesserit, sumens illam in significatu statutarum portionum, qualis certè hominibus est annua messis.

Andreas Cappella.

Chrystophorus à Castro.

Vers. 24.] Et non dixerunt &c. Metuamus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 QVAMVIS præstantioribus multis excitari animus noster posset Dei beneficiis, placuit tamen eidemmet Deo, quando cum peccatoribus ageret, qui adhuc in carne ambulantes carnei pariter essent, id recensère, quo ij ipsi maximè egent ad carnis item sustentationem, vt vel ob commodum moueantur proprium, quos beneficentia non commouet largitoris. Et sanè nouimus, in Principum quoque nostratûm id vsu iam receptum aulis, vt hoc ipso suos in debito obsequio contineant aulicos, quòd quotidiano eos sustentant annonæ penso, metumque subtractionis incutiunt illius, ignobiliori præsertim familiæ, quam timor agit magis quàm amor.

Beneficio sustentationis corporeæ, vt optimo medio vtitur Deus, ad alliciendos ad sui timorem peccatores.

6 Ponderandum est autem in hac sententia, quod primò dicitur: *(Et non dixerunt in corde suo, Metuamus, &c.* Neque enim frustra adiectum id est, *(In corde suo:)* Obseruare si quidem est in populo fideli complures scelestorum hominum, qui quando de periculo agitur annonæ, vel nimiis ex imbribus, vel ex defectu pluuiæ, adeoque & communes fiunt supplicationes & ipsi vna cum reliquis externum induti saccum, & processionibus adsunt, & Litanias canunt, ita vt metuere videantur Deum, quem & tunc quoque offendere non desistunt: cùm tantùm abfit, vt in eorum corde sit Dei metus

In supplicationibus, & Processionibus pro annona, quàm malè se habeant impij.

tus, vt concupiſcentia potiùs cor ipſum ſuum A euagantibus oculis, inſtar clibani, [a] iuxta Oſeæ dictum ſuccendant.

a Oſe.7.7.

7 *Penuriæ in periculo qui Dei metu nō ſe concuti ſentit intrinſecus, vel inſenſibilis eſt, vel peruerſiſſimus.*

Indicatur autē in hoc ipſo vel inſenſibilitas, vel ingens talium hominum peruerſitas: Cùm id iugi in ſingulis noſtrûm probemus experientiâ, vt, cùm in talia deuenire contingat tempora, quibus penuriæ ſit periculum, ſicut & in graui quolibet diſcrimine alio, intrinſecus nos pungi ſentiamus conſcientiæ ſtimulis, repræhendente noſmet corde noſtro, & arguente, quòd noſtris id totum cauſetur ſceleribus: ſi hanc illi non percipiunt redargutionem, inſenſibiles planè B eos nemo abnuat eſſe: ſi ſentiunt, nec nihilominus dicunt in corde ipſo ſuo, *(Metuamus Deum.)* peruerſi certè comprobantur eſſe animi. [b] *Si repræhenderit nos cor noſtrum*, ait in ſua prima Catholica Ioannes, *maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.* Subinnuens, haud ſubſiſtendum in ipſa ſola cordis noſtri reprehenſione; at vlterius progrediendum, vt, eà perceptà, dicamus item in corde, *(Metuamus Dominum,)* cuius redargutio multò eſſe cenſenda eſt maior, & cui vniuerſa ſunt cognita.

b Ioan.3.20.

8 *In homine aliæ actiones hominis, aliæ actiones humanæ.* D. Thomas.

Duplex actionum genus in homine quolibet C ſpectari aſſerit D. Thomas prima ſecundæ artic. 1. in corpore, alterum earum, quæ hominis dicuntur, quatenus ab homine quidem fiunt, non tamen propriè in quantum eſt homo: alterum earum, quæ nedum hominis aſſerantur, ſed & humanæ, vt pote quæ ab homine fiunt ex deliberata voluntate, in quo propriè facultas ſita eſt homini dominis ſuorum actuum per rationem, & voluntatem: cordis præexpoſita reprehenſio, actio certè eſt hominis quà cor intrinſecus peccatori dicit, vt propter admiſſa ſcelera metuat Deum, qui ſuper illis vltionem D ſumpturus eſt: At hæc vel ipſi ſæpe contingit inuito, adeoque nec humanæ plerumque meretur actionis nomen: nec Deo per illam ſatisfit offenſo: eam enim is vult, quæ humana propriè ſit: Et quando illa deſit, dixerit, dicàtve quantumuis in peccatoribus cor eorum; conqueritur nihilominus, & ait, *(Et non dixerunt*, deliberatâ nimirum voluntate ſtatuentes, *Metuamus Dominum Deum noſtrum.)*

Cordis quam reprehenſionem in peccatore requirat Deus.

9 *In beneficij annonæ compenſationem cur Deus vnum dumtaxat à peccatoribus expoſcat ſui timorem.*

Facit & hoc non modicum ad mores, quòd de tam eximio agens beneficio, pro quo maximæ expoſcendæ eſſent gratiæ, nullà agendarum E gratiarum factâ mentione, vnum hoc loco Deus efflagitaſſe viſus eſt timorem, cuius certè neceſſitatem aptiùs expreſſiſſet, ſi ſubtractionem potiùs tanti propoſuiſſet beneficij, præſertim cùm de illis ſermo ei eſſet, qui peſſimè ipſius abuterentur beneficentiâ. Aptiſſimè nihilominus pro beneficentia ipſa ſua, & pro beneficio in gratiarum quoque actionem vnum ſibi ſat eſſe ſignificat ſui timorem, qui reuera in corde talium ſit peccatorum, cùm ſcriptum ſit. [c] *Timor Domini principium ſapientiæ*, cumque tale is ſit ſapientiæ principium, vt & ſcala pariter eiuſ- F dem ſit ſapientiæ. Vnde bene Gregorius Nazianzenus cùm rudimenta illum appellaſſet. Oratione 39. quæ eſt in ſancta lumina, illico hæc adiecit. *Vbi enim timor eſt, illic quoque mandatorum obſeruatio: vbi autem mandatorum obſeruatio, carnis quoque purgatio, quæ nubis cuiuſdam inſtar animæ lumen obſcurat, nec diuini radij ſplendorem purè intueri ſinit: Porrò vbi purgatio, illic illuminatio: illuminatio autem deſiderij ſumma eſt iis vtique qui maximarum rerum, vel potius maximæ rei, atque adeo magnitudinem omnem ſuperantis cupiditate flagrant.*

c Prou.1.7. *Timor Dei & principium, & ſcala ſapientiæ.* Greg.Naz.

10 *Pluuia temporanea, & ſerotina ſpiritalis ſenſus.* Hug. Card.

(Qui dat nobis pluuiam temporaneam,) &c. Ad allegoricas ſignificationes hæc referens Hugo Cardinalis in myſtici ſenſus explicatione, temporaneam pluuiam à Deo dari hic dici putat, vel ex eo quòd legem largitus eſt, vel quia dat doctrinam in iuuentute, vel ob donum gratiæ præuenientis: dari verò pluuiam ſerotinam in exhibitione Euangelij, aut doctrinæ in ſenectute, aut gratiæ cooperantis, & conſumantis. Et quia per vtramque pluuiam iſtiuſmodi ſpiritualem habemus plenitudinem gloriæ, idcircò adiectum, inquit, *(Plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis,)* Magis tamen ad mores iſta facit ſententia, ſi de materiali ſermo ſit & pluuia opportunis præſtita temporibus, & plenitudine meſſis, quandoquidem his multò magis mundanorum, vt dictum eſt, excitantur corda, quàm ſpiritalibus quibuſcumque. Vnde ſceleſtis illa anima, de qua aſſerit apud Oſeam Dominus: [d] *Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum*, quæ omnia ex opportunis proueniunt pluuiis: peruersè ſibi perſuadens, à falſis Diis ea ſibi præſtari, apud eumdem Prophetam dixiſſe in corde ſuo legimus: [e] *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* Et nouimus, iugique probamus experientiâ, in peruerſo quolibet id verificari, quod per Salomonem de iniquo potiſſimùm prolatum eſt iudice, [f] *Pro buccella panis deſerit veritatem.*

Gloria cæleſtis dicta meſſis plenitudo. *Mundanorū corda diuina excitant magis beneficia quæ ad corpus ſunt, quàm quæ ad animam.*

d Oſe.2.8.

e Oſe 2.5.

f Prou.28.21.

11 *In bonorum temporalium larga Dei exhibitione peccator maximoperè eūdem Deum timere debet.*

Præter hæc poſſet hic quoque locus ad aliud deriuari morale, ſi contrario iis quæ ia dicta fuère, accipiatur ſenſu; vt cùm de impiis verba à Deo habeantur, quibus nihilominus maxima bonorum temporalium tradita per ipſum ſit copia in vberrimis annonæ fructibus, id ſignificetur ab impiis iiſdem admiſſum peruerſi, quod tunc, quum maximè opus eſſet vt timerent, *(in corde ſuo non dixerunt metuamus Dominum,)* &c. Non percipientes, quod in Pſalmo 72. Scriptum eſt, [g] *Verumtamen propter dolos poſuiſti eis.* Scilicet bona (vt vnà cum Ambroſio intelligunt plerique) bona inquam iſtiuſmodi temporalia, in quibus, & propter quæ ob ipſorummet propriam malitiam in prauo talium vſu deprauatum eſt cor eorum, ita vt intra ſe id potiùs dixerint, quod ab auaro Euangelico legimus dictum: [h] *Anima habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.* Vnde & id pariter in iiſdem conſecutum eſt, quod mox ad finem capitis huius ſubiectum eſt: *Incraſſati ſunt: & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè.* Pluuia quidem temporanea & ſerotina, plenaque meſſis, & fructus vberes ad Dei timorem vocibus ſuis eorum corda penetrantibus eos alliciebant: *propter dolos*, nihilominus à Deo poſita illis dicuntur, quibus illorum deciperentur ſenſus, quia peſſimâ ratione eiuſdem in bonis illis loquentis Dei prætieriêre ſermones.

g Pſal. 72.18.

h Luc. 12.19.

VVLGATÆ.

Verſ. 22.] Me ergo non timebitis.

Verſ. 23.] Populo autem huic, &c.

Verſ. 24.] Et non dixerunt, &c.

SEPTVA

SEPTVAGINTA.

20. Μὴ ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε, λέγει κύριος; ἢ ἀπὸ προσώπου μου οὐκ εὐλαβηθήσεσθε; τὸν τάξαντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ πρόσταγμα αἰώνιον, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτοῦ. καὶ ταραχθήσεται, καὶ οὐ δυνήσεται. καὶ ἠχήσουσι τὰ κύματα αὐτῆς, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτό.

23. Τῷ δὲ λαῷ τούτῳ ἐγενήθη καρδία ἀνήκοος, καὶ ἀπειθὴς, καὶ ἐξέκλιναν, καὶ ἀπήλθοσαν.

24. καὶ οὐκ εἶπον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, φοβηθῶμεν δὴ κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, τὸν διδόντα ἡμῖν ὑετὸν πρώϊμον, καὶ ὄψιμον, κατὰ καιρὸν πληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ. καὶ ἐφύλαξεν ἡμῖν.

Vers. 22.] Nunquid me non timebitis, dicit Dominus? aut à facie mea non verebimini? qui posui arenam terminum mari, præceptum æternum: & non supergredietur illud, & turbabitur & non poterit, & sonabunt fluctus eius, & non supergredientur illud.

Vers. 23. Populo autem huic factum est cor non audiens, & contumax: & declinauerunt; & abierunt.

Vers. 24.] Et non dixerunt in corde suo: timeamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, secundùm tempus impletionis præcepti messis, & custodiuit nobis.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *An à facie mea non timebitis, dicit Dominus, aut à facie verbi mei non contremiscetis? qui posui arenam terminum mari præcepto sempiterno, quod non transgredietur, & commouentur & non possunt, & infremunt fluctus eius, & non transeunt illud.*

Vers. 23. *Populo autem huic fuit cor declinans, & rebelle, & pro eo quòd declinauerunt à cultu meo, migrauerunt.* Vers. 24. *Et non dixerunt in corde suo, Timeamus nunc coram Domino Deo nostro, qui demittit pluuiam temporaneam, & serotinam temporibus suis, qui stato tempore hebdomadas, quæ sunt in tempore messis, custodit nobis.*

Basilius. Magnus. *Mare est simul impetuosissimum, & inualidissimum.*

Vers. 22. 23. 24. Basilius Magnus homil. 4. in Hexamer.) *Furens ventis sæpenumero mare, atque ad immensam altitudinem se se attollens vt fluctuum, vbi littora solum attigerit eo impetu mox in spuma dissoluto retrolabitur. (An me non timebitis, dicit Dominus, qui posui arenam terminum mari?) en mare res planè suâ vi intolerandâ, re tamen, omnium inualidissimâ, nempe arenâ frænatur, ac coercetur, Alioqui quid prohiberet mare rubrum suâ exundanti alluuie irrumpere in vniuersam Ægyptum, quæ ipso mari tanto est concauitate depressior, seque mari quod Ægypto adiacet, coniungere: nisi creatoris præcepto, tanquam compedibus adstrictum coerceretur?*

Mare rubrum altius terrâ Ægypti.

Idem. Idemque Basilius epistola ad Maritimos Episcopos, *Quæcunque de nobis dico, non ad humanas vires refero, Sed ad gratiam Dei, quæ in mortalium imbecillitate potentiam suam declarat: quemadmodum Propheta sub* persona Domini loquitur, dicens: *(An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui?) Arena namque rerum omnium infirmissima, & nullius momenti amplitudinem, ac magnam molem maris cohibuit potens Deus.*

Hieron. 2 *Me ergo non timebitis*, &c. Hieronymus. *Narrat beneficia, vt ingratos arguat (Me, inquit, non timebitis,) qui tanta vobis præstiti: Non dilectionem desidero perfectorum, sed timorem incipientium: (qui posui arenam terminum mari:) qui tam potens elementum, & immensas gurgitum moles meo præcepto littoribus refrenaui, iuxta illud, quod scriptum est.* [a] *Præceptum posuit, & non præteribit. Audiunt me, & sentiunt quæ sensum non habent audiendi: & populus quondam meus suo vitio stultus effectus, non solùm contemnit, Sed & dulcem exasperat Deum: recesserunt, ait, à me, & mihi terga verterunt, & concito abierunt gradu: nec tacita eos retraxit conscientia, vt dicerent in cordibus suis. (Metuamus eum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam.) Per quæ omnia ostendit bonam plenitudinem annuæ messis, pro quo Aquila prima editio, & Symmachus hebdomadas interpretati sunt. In Hebræo enim Scriptum est* שבעות *sciebungboth, quod pro ambiguitate verbi, & septimanas significat, & plenitudinem.*

Timorem initialem exposcit Deus à peccatoribus.

a Psa. 148. 6.

Peccatores sunt erga Deum contumaces & insensibilibus peioris conditionis.

Theodoritus. Theodoritus. *Quin etiam ostendit, ipsis inanimatis eos esse magis irrationales, cùm mare custodiat suos terminos. Posui autem ei terminos non murum adamantinum, sed arenam leuissimam dum tamen exagitatur, & turbatur, non egreditur fines: ad quos dum propiùs accedit, retrorsum vergit. At hi ratione dignati, irrationabilitatem amplexi sunt (Populo enim huic, ait, innatum est cor inobediens, & incredulum. Non enim sentiunt bona illis à me suppeditata: verbi gratiâ, pluuiam temporaneam serotinam illis continenter præbeo: deinde fruuntur etiam bonis è terra nascentibus. Hoc enim dicit (In tempore plenitudinis, & dum mandantur messes.) Vsus est enim voluntate, veluti mandato quodam vberesque de terra largitur fructus.*

Peccatores & ingrati inanimatis, & irrationabilibus sunt magis irrationales.

Voluntas Dei est illi pro mandato.

Greg. PP. 3 Gregorius lib. 9. Moral. cap. 5. *Per Ieremiam Dominus exteriora narrans, & interiora denuncians dicit, (Posuit arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt) & Arenam Dominus mari terminum posuit, quia ad frangendum mundi gloriam abiectos, & pauperes elegit. Cuius nimirum maris fluctus intumescunt cùm potestates sæculi ad commotionem persecutionis exiliunt. Sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis, & humilitate franguntur. Sed dum mare sæuit, dum insaniæ suæ fluctus erigitur: quia tamen virtutis intimæ ostensione calcatur, sancta Ecclesia proficit, vsque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit.*

Mundi gloriã per humiles & abiectos frangi voluit Deus.

Tyrannorum impetus fracti ab abiectis Ecclesiæ.

Idem. Idem Gregorius libr. 20. Moral. cap. 2. *(Qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam) temporaneam pluuiam dedit Deus, quia electis suis tempore legis intellectum contulit. Serotinam quoque tribuit, quia prædicari diebus vltimis incarnationis suæ mysterium fecit.*

Lex fuit pluuia temporanea, Euangelium est pluuia serotina.

Io. Damasc. Io. Damascenus libro 3. Parallellorum c. 35. contra inobedientes diuinis mandatis sic refert quod dicitur in Vers. 23. *Populo huic factum est cor contumax, & inobediens.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Μὴ ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε, λέγει κύριος. τὸν τάξαντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Οὐκ εἶπεν, ἐγὼ τὴν θάλασσαν ἐποίησα, ἀλλ' ἐγώ φησιν ἐχαλίνωσα. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ τῆς δημιουργίας φαίνεσθαι βούλεται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς διατυπώσεως.

Τοῦ αὐτοῦ.] Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν φησίν, ὅτι μηδεμίαν πάσχουσα βίαν, οὕτως ἠρεμεῖ, καὶ ὑποτάσσεται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς αὐτὴν ἀνάγκης πρὸς τὰ ἔξω ὠθούσης, καὶ βίαν ὑπομενούσης τὴν ἐσχάτην, ὥστε ἐξαντληθῆναι, ἐμμένει φέρουσα τὴν βίαν, ὥστε μὴ ὑπερβῆναι τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτο εἴποι τις ἂν ὅτι ταῦτα φύσει, καὶ νόμῳ διατέτακται, ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπήν. ὡς εἰ θέλω μένω ἐπὶ τοῦ κρείττονος. τί γὰρ ἐρεῖς; ὅτι πνεῦμα, καὶ ἐπιθυμίαι πονηραὶ τὴν ψυχὴν ἐξωθοῦσιν; ἀλλ' ἀντίστησον αὐτοῖς τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ. ἀσθενὴς ἡ φύσις; καὶ γὰρ ἡ ψάμμος, ἀλλ' ὑπερισχυρὰ αὐτὴ γίνεται νόμῳ θείῳ. οὕτω καὶ σὺ φόβῳ θεοῦ. οὐδὲν οὕτως ἀσθενές, οὐδὲν οὕτως ἀδύνατον, ὃ, μὴ τὰ ὑπὲρ οἰκείαν ἐπιδείκνυται φύσιν διὰ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ. [καὶ μεθ' ἕτερα.] διατί μὴ ἤγαγεν ἕτερον στοιχεῖον εἰς ὑπόδειγμα, ἀλλ' ἢ τὴν θάλασσαν; ἐπεὶ περὶ πόλεμον, καὶ μάχης ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, καὶ στρατιωτῶν ἐφόδου, νεφέλης δίκην, καὶ πελάγους ἐπέχειν μελλόντων τὴν πόλιν πᾶσαν. δεῖξαι τοίνυν βουλόμενος, ὡς οὐκ ἐξ οἰκείας ἰσχύος, οὐδὲ δυνάμεως, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως ὁ πόλεμος γίνεται, τὴν θάλασσαν εἰς μέσον παράγει. δεικνύς, ὅτι ὁ τοιοῦτο στοιχεῖον, μέγα, καὶ ὑπέρογκον, καὶ τῇ βίᾳ ἀφόρητον, μαινόμενον, καὶ ἀγριαῖνον, ψάμμῳ λεπτῇ διὰ παντὸς χαλινῶσαι δυνάμενος, πολλῷ μᾶλλον ἰσχύσει ἐπισχεῖν τοὺς πολεμίους τοὺς ὑμετέρους, ὥστε μήτε παραγενέσθαι, ὥστε λυμήνασθαί τι τῶν ὑμετέρων. [καὶ οὐκ εἶπον. τὸν διδόντα ἡμῖν ὑετόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔστω. οὐκ ἐβούλεσθε δι' ἐμέ. διὰ τὰ παρ' ἐμοῦ οὐκ ἔδει, οὐ διὰ τὸ δοῦναι μόνον ὑετόν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ καιρόν. ἐκεῖνο γὰρ ἐπιδείξεως ἦν μόνον, ὅτι δύναμαι ὕειν. τοῦτο δὲ προνοίας μεγάλης, καὶ φιλοστοργίας.

Ολυμπιοδώρου.] τὸν μὲν αἰσθητὸν διὰ τοὺς καρπούς, τὸν δὲ νοητὸν ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ. [κατὰ τὸν καιρὸν πληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀσαφῶς τοῦτο εἴρηται. ὃ δὴ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν: ἄρτι φησὶν ἐκ τῆς ἅλω συλλέξαντες τὰ γεννήματα τῆς γῆς. καὶ πλήρη τὰ ταμεῖα ἔχοντες, ἀπολαύομεν ὑετῶν. οὐ γὰρ μένει, δαπανηθέντων αὐτῶν τότε δοῦναι. ἀλλ' ὁμοῦ τε ὁ θερισμὸς ἐπαύσατο, καὶ οὐδὲ ἀρχὴν εἰς ἀνάλωσιν τῶν ἐναποτεθέντων ἐβαλόμεθα, καὶ μήπω τῶν προτέρων ἀναλωμένων, κάτεισιν ὑετός, κελεύων ἕτερα καταβάλλειν. ἐπειδὴ γὰρ μικρόψυχος ἡ ἀνθρωπίνη φύσις,

A Vers. 22. *Numquid me nō timebitis &c. qui posui arenam terminū mari,*&c.

Chrysostomi.] *Non dixit, ego mare feci, sed ego frænaui. Non modò enim ex ipso opificio, Sed & è rerum quoque distinctione cognosci vult.*

Eiusdem.] *Non licet, inquit, dicere quòd nullâ vi conflictatum quiescit, & paret, sed & vehementissimâ ipsum vrgente necessitate vt foras exeat, summaque vi propulsum, vt effundat, suo in loco manet, vimque tolerat, ne iussa Dei transgrediatur.* B *Verùm fortasse quispiam ad hæc dixerit. Hæc lege naturæ se ita habere, mihi verò ad vtrumque esse arbitrium, vt, si velim, meliori insistam: Quid enim dices? quod spiritus & desideria praua compellunt animum? at tu oppone illis Dei præceptum. Debilis natura, arena quoque debilis est, Sed lege diuinâ robustissima fit, sic & tu timore Dei. Nil adeo infirmum, nil imbecille adeo, quod non timore Dei propriam superet naturam.*[Et quibusdam interiectis.]

C *Cur non, ex alio elemento, sed ex mari sumpsit exemplum? quoniam de bello & pugna, impetuque militum nebulæ instar & pelagi vrbem vniuersam obruturis sermonem habebat. Igitur ostendere cupiens, non ex innato robore, virtutéque, sed ex ipsius permissione bellum fieri, mare in medium affert, vt ostendat, quòd qui elementum hoc immensum ac vastum, & vi non ferendum, insaniens, ac sæviens arenâ minutâ frænare perpetuò valet, multò magis hostes vestros cohibere poterit, vt nec aduenient, nec rebus vestris aliquid af-*
D *ferant detrimenti.*

Vers. 24. (*Et non dixerunt. &c. Qui dat nobis pluuiam*) &c.

Chrisost.]Esto *Noluistis propter me, propter ea, quæ à me sunt: minimè oportebat, nō modò quia do pluuiā, sed quòd opportunā. Illud enim ostendit solùm quòd pluuias possim procreare, hoc verò magnæ prouidentiæ signum, & erga filios indulgētia.*

Olympiod.] *Qui sensu apparet propter fructus; intellectualem verò in veteri nouoque testamento (Secundùm tempus impletionis præcepti*
E *messis. &c.*

Chrysostomi.] *Obscurè hoc dictum: tamen quod ait hoc est: Recèns, inquit, ex area perceptis terræ fructibus, & plena habentes horrea abundè veniunt imbres. Non enim expectat, vt absumatur fructus, & imbres tunc mittat, Sed simul messis finita est, nec ea quæ reposuimus consumere exorsi sumus; & illis nondum ad vsum nostrum venientibus, defertur imber, iubens vt alia terræ mandemus. Nam quia pusillo animo est natura humana*

Chrysost. *Cognosci Deus vult non solùm ab opificio, sed & à distinctione creaturarum.*

Idem. *Timore legeque Dei compescendus spiritus impulsusque prauus ad mala.*

Natura humana imbecillitas fit robusta lege, & timore Dei.

Timore Dei fit forte quodcumque imbecille.

Maris à Dei præcepto tenui arenâ cohibiti similitudo aptissimè adhibita ad probandū quod facile comprimere audaciam validissimi cuiusque exercitus sit Deo.

Chrysost. *Pluuia opportuna exhibitione excitari deberemus ad Dei timorem.*

Olympiodorus. *Pluuia temperanea, & serotina vetus, nouūque testamentum.*

Chrysost. *In pluuia post messem quātam in nobis Deus prouidentia suæ det fiduciam.*

Pluuiā serotinā iubet Deus, ne post fructuum collectionem, iterum in terra alios seramus.

Pluuiarum exhibitione expellit Deus ab hominibus importunum penuriæ metum.

A φύσις, καὶ βραχυμερίμνος, καὶ οὐχὶ μόνον ἐν ἐνδείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀφθονίᾳ τρέμει, καὶ δέδοικε τὸ μέλλον. τοῦτο ἰώμενος τὸ νόσημα ὁ θεὸς, πλήρη κατάγει ἡμῖν τὸν ὑετὸν, ἵνα τὸν ὑπὲρ τῆς μελλούσης ἀναλώσεως τῶν ἀποτεθέντων φόβον αἱ τῶν νέων ἐλπίδες ἐκβάλωσι. τοῦτο οὖν ἠνίξατο, κατὰ καιρὸν πληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ. θερισμοῦ ἐναποτιθεμένων * τῶν καρπῶν. καὶ μηδέπω συλλεγέντων αὐτῶν, πάλιν αὐτὴν κελεύει τὰ αὐτὰ ἐκφέρει.

* ἀλλ' ἀνατεθῆναι μόνον τῶν καρπῶν.

B Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστιν, ἐφύλαξεν ἡμῖν; καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος μέρος παιδίοις ἀεὶ διατηρεῖ, οὕτως καὶ αὐτὸς ἡμῖν τὸν ὑετὸν διατηρεῖ, καὶ οὐκ ἀναλίσκει τοὺς ὄμβρους ὁ πρῶτος χειμὼν, οὐδὲ ὁ δεύτερος, ἀλλ' ἀεὶ μένει, καὶ ὑπολέλειπται.

Θεοδωρίτου.] τί δὲ τὸ ἐκπληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ, οἱονεὶ προστάγματι, τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ κέχρηται φησὶν ὁ καιρὸς, πλήρεις ἀποδιδοὺς ἀπὸ γῆς ἀεὶ τοὺς καρπούς.

A *humana, & anguſtè ſollicita, nec ſolùm in penuria, ſed etiam in affluentia de eo quod futurum eſt timet & pauet, morbum hunc Deus depellens, pluuias abundantiſsimas diffundit, vt metum futuræ conſumptionis fructuum ſpe nouorum excutiat. Hoc igitur innuit (tempore perfectionis præcepti meſsis) meſſe enim reponuntur fructus, nec dum illis collectis, ipſam denuo eadem producere iubet.*

B Chryſoſtomi.] *Et quid hoc eſt, Seruauit nobis? veluti pater filiorum amans partem ſemper liberis reſeruat, ſic & ipſe nobis pluuiam ſeruat, nec hyems prima imbres abſumit, nec ſecunda, ſed perenni quadam viciſsitudine perdurant.*

Chryſoſt. *Pluuiam nobis vt pater filiis ſeruat Deus.*

Theodoriti.] *Quid verò illud ſibi vult (ex plenitudine præcepti meſsis,) Veluti præcepto, inquit, Dei voluntate vtitur tempus, vberes è terra ſemper fructus producens.*

Theodorit. *Tempora vtuntur Dei voluntate vti præcepto ad producendos fructus.*

C *Verſ.* 25.] Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc: & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Iniquitates veſtra declinauerunt hæc.*

QVOD ſi quando nec annuam meſſem cuſtodire is viſus eſt, nec prædictas dediſſe pluuias: Id certè haud illi eſt imputandum, ſed vobiſmet ipſis o Iudæi, qui iniquis veſtris agendi rationibus bonum ipſum ab agris veſtris declinare feciſtis cuſtodem: Et beneficentiæ inſtar, exuberantis fluuij largius in vos D *defluentis gratiarumque ſuarum aquas vberrimè demittentis arginem opponentes iniquitatum veſtrarum, ac diuinæ eius bonitatis alueum incidentes, hæc ipſa beneficiorum eius à vobis declinaſtis fluenta.* [b] *Et cùm Deus inceſſabili prouidentia de bonis omnibus vobis proſpicere paratus eſſet, voſmet peccatis veſtris in cauſa extitiſtis, vt ab illo earum in vos, veſtramque terrã prohiberetur defluxio, tum quia ad alienos deficientes Deos, quæ ab illo darentur in eorundem Deorum conuertiſtis cultum: tum quia vel in veſtris ſtudiis, vel in alienorum auxiliis confidentes illa renuiſtis, quæ ab ipſo offerri noratis: tum demum quia eiuſdem Dei quæ iam ad vos prouenerant* E *bona, turpiter, magnáque à vobis vi repuliſtis.* [c] *Quapropter haud eſt, quod tam beneficum, ac bonum Deum incuſetis, vel immiſericordiæ, quod crudeliter vobis ſubtraxerit aliquando neceſſaria ad victum: vel iniuſtitiæ, quod iniuſtè vobiſcum ſe geſſerit, tot priuans vos bonis, quos conſtitueret in terra fluente lac, & mel, cum priuatio cauſam expoſcat, quam in vobis non aduertitis: Vel fraudulentiæ, & deceptionis, quòd fraudulenter vobiſcum is ſe habuerit, voſque deceperit, fraudans bonis iis, quorum vbertatem magnam in terra illa pollicitus erat. Enimvero non Deus, ſed peccata ipſa & ſumma crudelitate* F *ſubtraxerunt bonum omne à vobis. Et in cauſa extitère, vt ad ipſorum pœnam bono item omni priuati ſitis: Et per eadem factum eſt, vt decepti iis ipſis fraudati ſitis bonis, quibus illa admiſiſtis.*

b *Et peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.*

c *Et peccata veſtra ſubtraxerunt bonum à vobis, ſeu priuarunt aut fraudarunt vos bonis.*

1 *Segetum inopia, & terræ ariditas, ac ſimilia non tam à Deo ſunt, quàm à peccatis hominum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

INIQVITATES *veſtræ*, &c. Quia præcedentibus Iudæi reſpondere poſſent ingrati. Quomodo plenitudinem annuæ meſſis cuſtodire te aſſeris, & opportunas largiri pluuias, cùm contrariam experientia ipſa in nos doceat in frequentibus ariditatis, & inopiæ annis. Satisfacit iis Dominus, ſimulque cæptam proſequitur exaggerationem ſummæ illorum erga ipſum ingratitudinis, & immenſæ ipſius erga illos beneficentiæ. Magna ſiquidem in adhibitis vtrique huius verſus parti ineſt vis verbis (*declinauerunt, & prohibuerunt,*) Declinare enim tranſitiuè ſumendum conſtat ex Hebræo, in quo propriè ſignificat (*declinare fecerunt.*) Quamobrem cùm dicitur (*Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc,*) D quæ ſcilicet enumerata ſunt, pluuias temporaneam, & ſerotinam, & Deum cuſtodientem plenitudinem annuæ meſſis: duplex fieri videtur alluſio, altera ad declinationem aquarum, altera ad declinationem boni cuſtodis: & in vtraque mirè extollitur diuina bonitas, & inexhauſta in beneficiis conferendis largitas: quippe quæ, quantum ex parte ſua eſt, ſemper inſtar exuberantis fluuij demittit gratias ſuas, *pluens*, vt dicitur in Euangelio, [d] *ſuper bonos, & malos*: ſemperque paratum in populi ſui ſe exhibuit obſequium.

Dei beneficentia eſt inſtar exuberãtis fluuij.

d Matt. 5. 45. Simile.

2 *Beneficia Dei peccator declinare facit à ſemet, atque à regione ſua, opponendo arginem iniquitatum ſuarum fluuio beneficentiæ diuinæ & incidendo ſceleribus ſuis alueum item diuinæ bonitatis.*

E Porrò ſicut duobus modis fieri ſolet ab hominibus, vt decurrentes in terram ſuam aliò declinentur aquæ, vel alicubi alueum incidendo fluminis: vel arginem ipſi aquarum fluxui opponendo. Ita & hoc loco factum à Iudæis, ait Dominus, quod, demittente ſe ſuper illos pluuias opportunas, ipſimet ingentia ſibi cauſarunt ariditatis damna, quippe qui illas declinare fecerunt à ſe opponendo illis arginem iniquitatum ſuarum, de quibus apud Iſaiam idemmet Dominus dicebat, [c] *Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter me &* F *vos*: iiſdemque iniquitatibus alueũ incidendo, atque lædendo diuitiæ bonitatis, per quam ea magno fluunt impetu. Vnde fit vt dicere DOMINUS queat quod ad aliud propoſitum apud Amos ait, [f] *Plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram ciuitatem non plui, pars vna completa eſt: & pars ſuper quam non plui, aruit.*

d Iſai. 69. 2.
e Amos 4. 7. Simile.

3 *Peccator iniquis ſuis agendi rationibus efficit vt Deus à cuſtodia declinet agrorum ipſius.*

Ac ſicut plerunque in humanis euenire ſolet, vt optimum quis habens villicum, qui affectu magno, ſummaque cum ſedulitate, ac vigilantia agreſtes eius cuſtodiat res malis illum ſuis à ſe declinare

declinare faciat agendi rationibus: vnde, eo declinante, consequitur, vt ingentia is patiatur in agris,& in frugibus suis damna. In eumdem ferè modum Iudæi, scelestique omnes iniquitatibus suis pessimè cum Deo agentes, quem segetum suarum habuêre custodem vigilantissimum, declinare à se illum fecerunt: Vnde factum est, vt dicere idemmet quiuerit Deus, quæ apud eumdem Amos ait,[a] *Percussi vos,*(ex occasione,quia à custodia declinaui agrorum vestrorum) *in vento vrente,& in aurugine, multitudinem hortorum vestrorum,& vinearum vestrarum: oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me, id est,* & non redistis, vt è conuerso bonis agendi rationibus,me delinitum ad pristinam vestrarum rerum reduceretis custodiam, cui profectò muneri si volueritis promptum me semper inuenietis.

a Amos.4.7.

4 (*Et peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis*) Triplici ratione contingere potest, vt ciuitas aliqua ingenti bonorum omnium laboret inopia, cùm tamen prouidentissimum habeat Regem, qui alioquin opiparè de omnibus ipsi prospicere consueuerit. Vel quia ipsa in causa extitit,vt Rex bonorum in eam prohiberet delationem:vel quia oblata renuit: vel quia & delata repulit. Porrò duplici potissimùm ratione in causa esse potest, vt delationem bonorum in ipsam prohibeat Rex, vel quia ab illa offensus is maximè fit propter eius defectionem ad principem alium: vel quia proprij Regis hostibus de exhibitis eadem opem ferat bonis,illis ea deferens, ac tribuens, quæ ab ipso acceperit. Quæ sanè ambo à Iudæis facta erga Dominum Deum suum fuerunt:nam & ab illo ad falsos defecerũt Deos,bona ab ipsis exposcentes,eisdemque accepta ferentes, quorum magnam alioquin à Deo haberent copiam,iuxta sæpe citatam Hoseæ sententiam, qua iidem dixêre. [b] *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas,* &c. Et quam à Deo accipiebant vberem rerum omnium annonam in idolorum conuertentes obsequium, ex bonis omnibus sacrificia illis offerentes, teste ipsomet Domino, cùm apud Ezechielem ait,[c] *Et panem meum quem dedi tibi,similam,& oleum,& mel posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.* Vnde meritò consecutum est, vt facta sit prohibitio delationis eorumdem ad istiusmodi rebellem populi collectionem, dicente ipsomet Domino,[d] *Nubibus meis mandabo, ne pluant super eam imbrem.* [e] *Et ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem.* Prohibentibus id principaliter eorumdem Iudæorum peccatis,vt hic apud nostrum asseritur Ieremiam, qui & supra in cap.3. idipsum contestatus est,dicens:[f] *Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum,& serotinus imber non fuit,*& legimus apud Aggæum.[g] *Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli,ne darent rorem:& terra prohibita est, ne darent germen suum,*&c.

Peccata multipliciter sunt causa inopiarum.

Inopia in aliquibus regionibus magis quàm in aliis ex habitantium peruersitate.

b Hose.2.5.

c Ezech.16.19.

d Isai.5.6.

e Amos.4.7.

f Ierem.3.2.

g Agge.2.10.

5 O quoties contingit,vt quæ nimium in semet ipsa confidit, oblatam à Rege respuens cibariorum copiam,in summa postmodum sese reperiat rerum omnium egestate: idque propter negotiatorum illius incuriam. A Deo deriuat omnium bonorum copia, instar fluentis aquæ impetus, deriuauitque præsertim in Iudæis,quorum superbia, scelestaque confidentia in semetipsis, & in alienorum auxiliis factum est, vt bona sic à Deo in ipsos fluentia renuerentur,eorũque impediretur fluxus. Quid mirum, si egestate postmodum, & inopiâ sæpius oppressi sunt? (*Peccata vestra,* ait

Inopia plerumque contingunt quia ad alia, quæ ad Deum pro bonorum temporalium collatione confugimus, vel nimium in nostris confidimus studiis.

A Dominus,*prohibuerunt bonum à vobis,*) peccata nimirum per quæ factum est, vt me renuentes, renueretis,& fluentia è me bona quibus & impedistis beneficentiam meam,hanc enim vim habere prohibendi verbũ patet ex eo quod per Sapientiã dicitur,[h] *Noli prohibere bene facere eum qui potest:* Clariusque in hoc sensu impediendi sponte fluẽtem fluxum idipsum sumptum reperio apud Ezechielem,dicente Domino,[i] *Prohibui flumina eius,* scilicet Aegypti. At quod maximè in Iudæis dolendum per hæc significatur verba,(*Et peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis,*) Illud est quod ne B dum oblata à Deo bona simpliciter prohibuerunt,scelestè illa renuentes, ac peccatis ipsis suis ea impedientes,spontéque à Deo oblatorum fluxui impedimentum mittentes. Sed & ipsa eiusdem Dei, quæ iam ad ipsos peruenissent bona, turpiter magnaque à se repulerunt vi: quod in bona præsertim, quæ ad animæ salutem spectarent, effecerunt. Vnde bene hic Sept.iuxta latinam versionem codicis Vaticani legunt, (*Et peccata vestra repulerunt bona à vobis.*) Videbimus autem in subsequentibus,vel in hoc Ieremiæ libro, quantâ violentiâ Dei verba repulerint, sicut & C ipsorum successores post Christi aduentum, quibus Paulus in Actis Apostolorum,[k] *Sed quoniam,* inquit *repellitis illud* scilicet verbum Dei, *& indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.*

h Prou.3.27.

i Ezech.29.15.

Beneficiorum diuinorũ impedimus vel lationem, cũ collata scelestè repellimus.

k Act.13.46.

6 Cæterùm ex Hebraico verbo מנע *man ng,* quod non solùm prædicta significat, verùm etiam illa subtrahere, quæ iam possidentur, vel ad quæ ius habetur, quin & iisdem priuare, nec non & fraudare: triplex per hæc à Deo tollitur calumnia, quam illi irrogare solent scelesti quique,& in primis Iudæi,cum quibus sermo hic est. D Prima, quod immisericorditer cum ipsis ille se gesserit subtrahendo eis necessaria ad necessarium victum: quo sensu in libro Iob verbo eodem dicitur,[l] *Aquam lasso non dedisti, & esurienti, subtraxisti panem.* Secunda, quod & iniustè secum is gesserit, tot ipsos priuans bonis, quos constituerat in terra fluente lac, & mel, priuatio enim dicit relationem ad habitum, & priuandi verbum sumptum vt forense iustam exposcit causam,cum pœnale sit:vnde in Psalmo 83.de eodem Deo ait Vates Regius,[m] *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia* vbi idem quod & hic est E Hebraicum verbum. Sicut & in li.Num. vbi Rex Balac iniustitiæ arguens Deum ipsum, dixit ad Balaam,[n] *Decreueram quidem magnificè honorare te,* idest.Iam tibi præstantissimos pararam honores, opes, ac dignitates, iamque ad ea ius te habere arbitrari poteras: *Sed Dominus priuauit te honore disposito,* quia videlicet ita sua agit iniustè, vt in compensatione obsequij quod illi exhibuisti tantam tibi influxerit priuationis pœnam.

Beneficia in peccatorem non conferens. Deus haud dici potest immisericorditer, aut iniustè cum illo agere.

Inopia non possunt dici iniuste quasi Deus iniustè priuet bonis.

l Iob.22.7.

m Psa.83.13.

n Num.24.11.

7 Tertia denique quòd nedum immisericorditer, atque iniustè, quin etiam fraudulenter cum ipsis sese habuerit,ipsosque deceperit,quippe qui F introducens eos in eam, quam tunc incolebant terram,ita de illa locutus est,[o] *Terra ad quam ingrederis possidendam non est sicut terra Ægypti,de qua existi: vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irrigua,sed montuosa est,& campestris,de cælo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit,& oculi eius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius.* Fraudulentam autem subtractionem, & deceptionem significari per verbum fraudare sat cuique perspicuum est, qui proprias verborum attigerit significationes, Vnde in Actibus Apostolorum

Inopiarum temporibus non est dicendum fraudulenter, Deus nobis bona subtrahere, aut nos decipere, sed ab ipsis peccatis nostris fraudemur, & deceptionem ter nem nos pati.

o Deut.11.10.

a Act.5.3. ſtolorum ad Ananiam Petrus inquit, [a] *Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de pretio agri*: & Apoſtolus Paulus ſeruis ſuadens, vt bene, ac fideliter cum ſuis ſe gerant dominis, [b] *Non fraudantes*, ait, *ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes.* Et de Deo dicitur in Pſalmo 20. [c] *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum*, eodem quo & hîc apud Ieremiam verbo: Bene autem *non fraudaſti*, dicitur, decipiens videlicet, & cum deceptione ac fraude ea illi ſubtrahens, ad quæ ius habere videtur, ni à te ſit deceptus, per ea, quæ ipſi pollicitus es, [d] *Petite, & accipietis: Et* [e] *voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorũ exaudiet, vt ſaluos faciat eos.* Nec noua iſta Deo eſt deceptionis calumnia à Iudaico populo, quandoquidem & ſupra in ca.4. Ieremiam ex eorumdem Iudæorum perſona illam protuliſſe vidimus, cùm diceret; [f] *Ergo ne decepiſti populum iſtum, & Ieruſalem, dicens: Pax erit vobis, & ecce peruenit gladius vſque ad animam.*

b Tit.2.10.
c Pſal. 20.3.
d Luc.11.9.
e Pſal. 14. 19.
f Ierem.4. 10.

8 *Peccata crudeliſſimè à nobis omne ſubtrahunt bonum. Peccato nil crudelius.*

Diluuntur autem calumniæ iſtæ omnes per vnum, quod hîc adhibitum diximus verbum, hæc quoque tria ſignificans, quam breui ſententia aſſeritur, (*Et peccata veſtra ſubtraxerunt bonum à vobis*: ſeu *priuarunt*, aut *fraudarunt vos bono.* Neque enim quidquam reperire eſt peccato & crudelius, & quod magis immiſericorditer omnia ab homine ſubtrahat bona: ita vt meritò & de illo dicta ſumere poſſimus quæ Salomon in lib. Prouerbiorum de Meretrice, quæ ſæpius in ſacris literis pro typo vſurpatur iniquitatis, ſic ait, [g] *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena.* Quo loco indicat Sapiens, abſque vlla miſericordia à peccatis vnicuique quæ præcipua in hac vita ſunt quatuor ſubtrahi bonorum genera, honorem, vitæ longitudinem, vinum, robur, & quæcunque laboribus adepta ſint, ſiue opes eæ ſint, ſiue dignitates, ſiue ſcientiæ, atque artes, & cætera ſimilia.

g Prou.5.9.

9 *Peccata ſunt in cauſa, vt iuſtiſſimè Deus nos pluribus priuet bonis.*

Quia verò ratione iniuſtè, & abſque præuia culpa bonis à Deo ſe priuatum conqueri potuit populus ille ſceleſtus, cui ſupra dictum ab ipſomet Domino vidimus? [g] *Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te*? Lege quod idem Deus illi in libro Leuitici ait, [h] *Si ſpreueritis leges meas: & iudicia mea contempſeritis*, &c. En culpas, pro quibus iuſtè infligitur bonorum priuatio, de qua mox ſubdit. [i] *Ego quoque hæc faciam vobis, viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat vires veſtras.* &c. & paulò poſt, *dabo vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur incaſſum labor veſter, nõ proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.* Vnde apparet, non tam Deum, quàm peccata extitiſſe, quæ Iudæos bono, vt hîc dicitur, priuarunt. Et ſi quid in iſtiuſmodi bonorum ſubtractione, atque priuatione fraudis ineſſe videtur, & deceptionis, id quoque omne eorumdem tribuendum eſſe peccatis. De ſceleſto enim quoque id dicendum, quod ait Salomon, [k] *In multitudine ſtultitiæ ſuæ*, id eſt in multis peccatis ſuis *decipietur*: haud certè ab alio, quàm ab ipſiſmet peccatis, iuxta illud item Salomonis, [l] *Iter impiorum*, id eſt, praua agendi, & conuerſandi ratio, quâ impij peccata multiplicant, *decipiet eos*: Decipiet autem fraudando illos bonis, nedum ſpiritualibus, ſed & temporalibus iis ipſis, per quæ eadem admittuntur peccata, ita vt admodum congruenter iniquus quiſque ea proferre queat, quæ in libro Eccleſiaſtes legimus, [m] *Cui laboro?* (ſcilicet peccans in congerendis diuitiis, in

h Ierem.2. 19.
i Leuit. 26. 15.

Peccata nos decipiunt, cum per ea plerumque iis ipſis fraudemur, per quæ Deum offendimus.
k Prou.5.23.
l Prou. 12. 26.
m Eccl.4.8

A nimio voluptatum ſtudio, & cæteris ſimilibus, pro quibus in libro Sapientiæ dicebant ij, [n] *Laſſati ſumus in via iniquitatis) & fraudo animam meam bonis*: Sinens vt à peccatis ipſis meis cum fraude priuer bonis vniuerſis, & cum deceptione, quâ nimirum fœlicitatem bonorum omnium cumulum mihi falsò pollicita erant. Lege ca.44. noſtri Ieremiæ, & clarius hæc re ipſa expreſſa videbis: Vbi ab idolatriæ ſcelere deceptis Iudæorum mulieribus dicentibus: [o] *Facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cœli, & libemus ei libamina, ſicut &c. & ſaturati* B *ſumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus*: *ſignificatum illis è conuerſo ſuit*, quomodo ab ipſomet peccato bono fraudati ſint omni, dicente eis Propheta, [p] *Nunquid non Sacrificium, quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda*, &c. *horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius. Et non poterat Dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes, quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum, eo quod non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc.* Vt autem intelligeremus quàm meritò à peccatis decepti bono & hîc fraudati iidem aſſerantur, in C enumeratione, quæ ſubſequitur, peccatorum ipſorum per quæ præexpoſita illis contigêre, primo loco imponitur, quod deceptione, & fraudibus aliorum ſubtraxerunt bona, tum & eorumdem attingitur immiſericordia, & iniuſtitia.

n Sap.5.7.
o Ierem. 44. 12.
p Ierem. 44. 21.

Verſ. 25.] Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

D Germanvs iſque optimus præſentis ſententiæ moralis ſenſus ille ipſe eſt qui & literalis. Vt tamen aliquid & hîc præter ea quæ in prima dicta ſunt expoſitione, pro moribus item circa eam aſſeramus. Id ex ipſa colligi mihi poſſe videtur, quàm malignantis naturæ iniquitas ſit atque peccatum, vt pote quæ non ſolùm eum malum reddunt, à quo patratur: ſed & ea deprauant, quæ extra illum ſunt, & bonorum naturale ſortita ſunt nomen, bona inquam naturalia, materialia, ac temporalia, & ea in pri- E mis, quorum in præcedenti verſu facta eſt mentio, pluuiam temporaneam, & ſerotinam, cum vberi annonæ copia, deſignata pronomine, *hæc*, dum dicitur (*Declinauerũt hæc.*) Vt autem tota eorum, quæ hîc habentur, percipiatur vis, Notanda diuerſitas locutionis in duobus eiuſdem ſententiæ membris. In primo ſiquidem poſitum eſt verbum (*declinauerunt*) abſque vllo termino adiecto, à quo ea facta ſit declinatio; & inſuper quæ declinata aſſeruntur nullo inſigniuntur nomine: in ſecundo verò membro & nomen illorum expreſſum eſt, & terminus adiectus à quo: dicitur enim, F (*Et peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.*)

10 *Peccatum quàm malignantis naturæ ſit.*

Nemo bonus niſi ſolus Deus. [q] Dixit in Euangelio Ieſus, nequaquam bonitatem ab intellectualibus excludens creaturis Angelo, & homine, ſed id potiùs deſignans, quòd eorum nullus bonus reuera eâ ſit ratione, quâ bonus eſt Deus ſolus, per ſe, & naturâ, ad cuius bonitatis regulam qui directi ſunt, vel Angelorum: vel hominum boni pariter bonitate ſunt participata. Pari ratione, multóque magis de aliis aſſerere eſt creaturis intellectus vel ſenſus etiam expertibus. Nihil bonum,

11 *Bonitas quomodo ſit in Deo atque in creaturis.*
q Luc. 18. 19.

num, nisi solus Deus, qui vnica est totius bonitatis regula. Adeoque si quicquid ex illius munere habemus, eâ ratione spectetur, vt ab eo summo prouenit bono, haud dubium, quin bona omnia sint, cùm idcirco in prima mundi creatione de conditis omnibus scriptum legamus in Genesi. [b] *Et erant valde bona.* Vnum est, quo ipsa ab eis auferri potest ratio præexpositæ bonitatis, idque iniquitas est, ac peccatum, quod eam vim habet, vt ipsa Dei munera à recto faciat declinare. Quòd si iuxta Theologorum, ac Philosophorum sententiam boni ratio sit in modo, specie, & ordine, vt bene probat S. Thomas 1.p.q.5.artic.5. dicente S. Augustino lib. de Natura boni. cap.2. *Nos Catholici Christiani Deum colimus, à quo omnia bona sunt siue magna, siue parua, à quo omnis modus siue magnus, siue paruus: à quo omnis species siue magna, siue parua: à quo omnis ordo siue magnus, siue paruus:* Haud dubium, quin per id à rebus quibusque tollatur bonitas, per quod efficitur, vt à prima boni omnis regula declinent, qua rectè & modificantur, & specificantur, & ordinantur. Peccatum verò id est idcirco aptissimè hîc dicitur (*Iniquitates vestræ declinauerunt hæc*, aliàs scilicet bona, vt dona Dei.

a Genes. 1. 31. Peccato aufertur bonitas à rebus creatis declinando illas à Deo vnica bonitatis regula. D. Thom. S. Augustin. Deus est modus, species, & ordo bonorum omnium.

11 Explicaturque magis & ratio, quâ id à peccatis ipsis factum sit, in eo quod subditur, (*Et peccata vestra prohibuerũt bonum à vobis.*) Quod enim adhibitum est verbum (*prohibuerunt*) quoddam dominium magnum in ipsis designat peccatis, cuius dominij tyrannidem omnino cauendam suadebat Apostolus, cùm diceret: [c] *Non regnet peccatum in vestro corpore.* Explicatam vis huiusmodi tyrannidis violentiam: (*Prohibuerunt bonum à vobis:*) non dicit, (*Prohibuerunt bona*) sed *bonum.* Quamuis enim plerumque & eam vim peccata habeant, vt bona Dei dona impediant, ne nobis videlicet à Deo illa dentur, prout in litera explicatum est: haud tamen in eo vis eorum sita est propria; nec re vera ipsa sunt quæ dona Dei prohibent præsertim tẽporalia, & naturalia; sed Deus, qui aliquando in illorum pœnam prohibet ipsa à nobis tyrãnica ipsorum peccatorum quoad talia Dei dona, & propria prohibitio in hoc, quod hîc dicitur, sita est: quòd in collatis iis donis prohibent bonum à nobis: efficiendo, vt illa à primaria bonitatis declinent regula; sinunt enim, vt dona data accipiamus, iisdemque vtamur, prohibito bono ipsorum vsu; prohibendo nimirum nobis, ne illa secundùm rationem teneamus boni, quo commensurarentur à Deo norma bonitatis, speciemque ab eodem haberent eximiam, & ordinem congruum; quando omnis actus noster in vsu eorum à Deo vt obiecto specificaretur, & ad Deum, vt finem ordinaretur optimum.

Peccata dominiũ in peccatore habẽtia prohibent ab illo bonũ, quod est in creaturis. c Rom. 6. 12. Boni prohibitio à peccatore quã facit peccatum in creatis, qua ratione prohibuerunt fiat.

VVLGATÆ.

Vers. 25.] Iniquitates vestræ declinauerunt hæc. &c.

SEPTVAGINTA.

25. Αἱ ἀνομίαι ὑμῶν ἐξέκλιναν ταῦτα. καὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπέστησαν τὰ ἀγαθὰ ἀφ' ὑμῶν.

Vers. 25.] Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra repulerunt bona à vobis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Iniquitates vestra causantur hac vobis, & delicta vestra prohibuerunt bona a vobis.* 1

Vers. 25. *Iniquitates vestræ, &c.* Hieronymus. *Ergo si quando & mare transcendit terminos suos, & pluuia retrahitur, nequaquam est abbreuiata manus Domini, vt ista non faciat. Sed peccata nostra hæc ad nos venientia declinarunt, vt ad alios pergerent qui non peccauerunt (Et prohibuerunt inquit, iam veniens ad nos bonum iuxta illud quod secundum literam scriptum est.* [d] *Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. Possumus autem imbrem temporaneum, & serotinum, legem accipere, & Euangelium, & diuersas vocationes à prima hora vsque ad vndecimam, in quibus operarius vineæ vnum vitæ æternæ præmium pollicetur.*

Hieronym. Calamitatem nobis ex peccatis nostris. d Isai. 5. 6. Lex & euãgeliũ, & diuersæ vocationes ad vineam sunt pluuia tẽpor. & serotina.

Tomo primo Conciliorum, in epistola 2. Stephani Papæ pag. 401. *Prouidere summopere debent omnes qui Sacerdotes persequuntur Domini tam occultè, quàm manifestè, ne subiectis Domini damnentur præceptis. Per Ieremiam autem Prophetam talibus comminatur, dicens, (Iniquitates vestra declinauerunt omnia.* (In margine habentur hæc) *& peccata vestra amouerunt bona à vobis. Quia inuenti sunt in populo meo impij, & loquentes vana, & statuerunt ad disperdendos viros, & comprehenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo.)*

Steph Papa. Ecclesiã persequẽtes quãtis malis afficiantur.

Tertio autẽ Tomo itẽ Conciliorũ, Cõcilio Toletano octauo ita hæc referuntur in alloquio secundo (*Iniquitates nostra declinauerunt hæc, & peccata nostra amouerunt bona à nobis: quia inuenti sunt in populo meo impij, & loquentes vana: statuerunt ad dispergendos viros, & comprehenderunt. Vt laqueus, &c.*

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Αἱ ἀνομίαι ὑμῶν ἐξέκλιναν ταῦτα.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ περὶ πολλῆς εὐπραγίας διελέχθη. ὅτε δὲ ταῦτα ἔλεγε, λιμοὶ, καὶ λοιμοί. ἵνα μὴ ἀνθυπενέγκωσι. ἐ μὴν οὐδὲ τούτων * ὁρῶμεν. οὐ γάρ φησιν οὐ διὰ τὸ τὸν θεὸν μεταβεβλῆσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀποκρούσασθαι τὴν εὐεργεσίαν. ταῦτα ἃ λέγω, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀπέστησαν τὰ ἀγαθὰ ἀφ' ὑμῶν. μείζων γὰρ κηδεμονία μηδὲν δοῦναι λοιπὸν, ἢ δοῦναι. καθάπερ τοῖς πυρέττουσι

** ἴτ. ὅταν, ἢ ὅτε.*

Vers. 25. INIQVITATES *vestræ declinauerunt hæc, &c.* 2

Chrysost.] *Quoniam de multa felicitate locutus fuerat. Quando verò hæc dicebat, pestis erat, & fames, ne cõtra obiiceret. Nec ipsa hæc videmus. Non, inquit, quòd Deus mutatus sit, sed quòd vestris iniquitatib. beneficiũ expuleritis, hæc quæ dico, & propter peccata vestra abierũt à vobis bona. Maioris enim curæ est nil exhibere de cætero, quàm exhibere; quemadmodum ei qui febri laboret,*

Chrysost. Peccata expellunt bona à nobis, quæ Deus ob suã beneficẽtiam conferre prõptus esset. Bonorũ tẽporaliũ subtractio maioris aliquando est Dei prouidẽtia, quàm eorũdem largitio.

γυνη ὁ μὲν παρέχων πολεμεῖ, ὁ δὲ ἀποστερῶν φείδεται * μόνον. *ἄλ. μένει.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπέστησαν τὰ ἀγαθὰ, ἵνα ἐπενεχθῶσι τὰ φαῦλα.

boret, hoſtis eſt qui dat; qui verò negat, ſalutis eius curam ſuſcipit.

Olympiodori.] *Abbreuiat bona, vt mala ſuccederent.*

Verſ. 26.] Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponētes & pedicas, ad capiendos viros.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quia inuēti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes. *SVMMOQVE*[a] *id factum eſt iure, cùm inter vos plures extiterint, qui infirmiorum inſidiantes opibus, talia, quò ſui compotes fierent deſiderij alienorum bonorum, adhibuêre machinamenta, vt eorumdem non pepercerint ſanguini ac vitæ. Bonorum veſtrorum iacturam iniuſtè & veſtris adſcribitis hoſtibus: cùm veſtra potiùs ea omnis ſit ex peruerſitate, quia inſtar auium, qui ab eſca allecti intra rete capiuntur, vbi & vitâ priuantur, & vos à voluptatum concupiſcentia in rete, atque laqueos deiecti eſtis idololatriæ, aliorumque criminum, vnde mala, damnaque hæc prouenêre vniuerſa. Cùm enim vel vnum iuſtum veracem, ac fidelem in tota vrbe Ieruſalem inuenire nequiueritis, iam innumeri in populo meo, quem ſanctum, piiſſimumque eſſe oportuiſſet, inuenti ſunt, qui impij, nedum ob id dicerentur, quod Idololatræ, & à vera religionis alieni eſſent pietate: ſed & ob id, quòd & erga proximum improbos ſeſe exhiberent, & inquietos, in primiſque & plures ex potentioribus, crudelioreſque diuites, qui infirmioribus quaſi auiculis eo planè modo, iiſque inſidiantur rationibus, vt rectè aucupes eos dixeris, quorum inſtar & noctu & interdiu illos venantur, in ignorantiæ tenebris aliquando & lucernâ, quæ eſt ipſummet peccatū confuſione eos obruentes:* [b] *aliquando verò clarâ luce quos decipiant obſeruantes, ſicque vel cane odoratico, prauo aliquo proxeneta, vel ſibilo peſſimorum conſiliorum latenter obiectâ alicuius exigui lucri eſcâ, abſconſoque perplexitatis contractuum rete inſidias eiſdem ſtruunt.*[c] *Neque enim vllum omittunt decipiendi genus, ita vt nedum rete, ſed & plurium contractuum laqueos, & plurium negotiationum pedicas exponant, quò infirmiores, qui aliquid diuitiarum robur habent & capiant, & ablatâ eorum ſubſtantiâ perdant, exterminentque.*

2

3

b *Aſpicient vt qui ponūt laqueos.*

c *Ponētes laqueos, & pedicas ad capiendos viros, (ſeu ſtatuerūt) exterminium, homines capient.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Impietatis voce deſignata idololatria, ad quā maximè proclines erant Iudæi.*

QVIA inuenti ſunt, &c. Quia impietas pietati opponitur, & religioni, cultuique diuino, dum inuentos in populo ſuo impios, & ἀσεβεῖς, vt legunt Sept. hîc ait Dominus; dici non incongruè poſſet, de delicto primum hoc loco agi quod contra Deum directè eſt, deque idololatria, cui ita præcipui addicti erant Iudæorum, vt & quemlibet de populo miris artificiis allicere niterentur ad illam, prout & ſupra in cap. 3. ſub altera latronis metaphora ſignificatum vidimus, cùm diceretur, *In viis* [d] *ſedebas expectans eos, quaſi latro in ſolitudine.* Declarat autem Hugo Cardinalis quomodo impij iſti poſuiſſe dicantur laqueos, & pedicas ad capiendos viros: quia coaſtruebant phana idolorum, & pulchra idola, per quorum pulchritudinem multi decipiebantur, credentes, quòd tam pulchra poſſent adorari.

d Ierem. 3. 2.

Hugo Card.

2 Aptius tamen ad rem noſtram, & antecedentibus, ac conſequentibus congruentiùs hæc ad impietatem, & iniquitatem contra proximum referentur. Impij enim vocabulum, vt reſpondens eſt Hebraico רשע *reſciang* improbum propriè ſignificat, & inquietum, prout egregiè deſcribitur in lib. Prouerb. vbi cùm dictum eſſet,[e] *Ne delecteris in ſemitis impiorum*, &c. ſubditur: *Non enim dormiunt, niſi malè fecerint: & rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint: comedunt panes impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Iugemque illorum inquietudinem ac turbas aptiſſimâ Iſaias explicans ſimilitudine ait: [f] *Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Exponitur itaque primum id Iudaici populi impietatis genus, quo qui in eo erant potentiores, aliorum inhiantes opibus omni enitebantur ſtudio, vt fraudibus deceptionibus, atque inſidiis ſui compotes fierent deſiderij. Et in hoc quidem, Verſ. 26. pernicioſa eorum explicantur machinamenta, quibus propterea infirmiores decipere aggrediebantur, nec illorum, ſi res ita poſtularet, parcentes vitæ. Quod certè ſcelus ſimili, ſed clariori ratione ex ipſorummet impiorum ore in principio libri Prouerb. hiſce exponitur. [g] *Inſidiemur ſanguini: abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra, (id eſt ſine auium culpa.) Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum, quaſi deſcendentem in lacum. Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.*

Impius propriè ſignificat improbum, & inquietum.

e Prou. 4. 14.

f Iſai. 57. 20. *Impij potentiores quàm malè ſe habeāt erga infirmiores.*

g Prou. 1. 11.

3 *Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes*, ait hîc Dominus, *laqueos ponentes*, &c. ponderemus ſingula, maximam enim vim habent. Particula *(quia,)* referenda hæc indicat ad præcedentia, *Et peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis*, ſeu *fraudauerunt vos bono.* Pro quorum intelligentia notandum, prædictam particulam. *(Quia)* vt plurimùm quidem ſumi cauſaliter, in ſcripturis tamen ſacris frequenter vſurpari Hebraicâ phraſi, & poni vel ad ornatum ſolummodo, præſertim in principio orationis, vel aſſeuerationis gratiâ vt Luc. 1. *Et* [h] *dixerunt ad illam, Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine*, & Luc. 2. [i] *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur.* Atque hoc loco cùm dicitur, *(Quia inuenti ſunt*, &c.*)* vtroque modo accipi poſſe. Et quidem ſi ornatui dumtaxat inſeruiat, vel aſſeuerationi, per hæc confirmabitur id quod mox dictum fuerat, aſſeueratione eorum præcipuè peccatorum Iudaici populi, per quæ alios bonis fraudarunt infirmiores, ex quorum peccatorū aſſeueratione inferri iure queat, meritò ipſos quoque, qui alios fraudaſſent, ab iiſdem peccatis ſuis fore fraudandos & bonis propriis, iuxta vulgatum illud Iſaiæ axioma. [l] *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis nonne & ipſe ſpernêris? cùm conſumaueris deprædationem, deprædaberis: cùm defatigatus deſieris contemnere contemnêris.* Quod & clarâ Salomonis ſententiâ comprobatur, quâ ait, [m] *Qui calumniatur*, & ex vi Hebraici verbi, *Opprimit pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.* Et in libro Eccleſiaſtici per alium Sapientem dicitur. [n] *Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur:* &

Particula, quia ponitur nō ſolum cauſaliter, ſed & aliquando ad ornatum ſolum, aliquādo gratiâ aſſeuerationis.

h Luc. 1. 61.

i Luc. 2. 23.

Fraudantes alios quàm meritò & ipſi ſuis fraudentur opibus.

l Iſai. 33. 1. *Diuitiæ malè partæ aliorū fraudibus expoſitæ.*

m Prou. 22. 16.

n Eccl. 40. 13.

& sicut tonitruum magnum in pluuia personabant. A
Quamuis enim in magna copia instar inundantis fluuij & fragorem sæpius emittant, & damna non immodica inferant ex alueo egressæ, exarescunt nihilominus citò, & deficiunt; Et cùm instar tonitrui magni ad tempus admirationem incutiant, & terrorem, mox nihilominus euanescunt.

4 *Malorū omnium ratio nobis ipsis tribuenda.*

Cæterùm si eadem particula (*Quia*) iuxta frequentiorem illius vsum causaliter hîc sumenda sit, Dicendum, in his afferri, aut saltem subindicari rationem, cur verè dictum sit, *Et peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis, seu priuarunt, aut fraudarunt vos bono.* Subindicatur etenim eius dicti ratio per allatam aucupij, auiumque per id in laqueo captarum metaphoram. Si enim benè expendamus vnde potissimùm fit, vt auis intra laqueum capta & libertate, & bonis priuetur omnibus; profectò intelligemus, id non tam ex fraudibus, deceptione, & immisericordia prouenire aucupis, quàm ex delicto (vt item dicam) proprio, quo deceptum est cor, & appetitus illius per appositum cibum. Sic igitur & Iudæi quando vel à potentioribus item Iudæorum bonis fraudati sunt opum, vel à Chaldæis bonis priuati sunt omnibus, ex eo id illis contigit, quia per nimium luxum, nimiamque idololatriæ, libidinis, aliorumque scelerum concupiscentiam, ac studium deceptum est cor eorum. Prout & vnicuique euenit impiorum, quos non tam Dæmones, quàm ipsamet eorum peccata bonis fraudant gratiæ, ipsi & praui eorum appetitus, per quos decipi se sinunt, iuxta illud Iob. *Si* [a] *deceptum est cor meum super muliere*, &c. *Scortum alterius sit vxor mea*, &c. Hocque & Ecclesiastes apertiùs significauit, dicens, *Sicut* [b] *pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: Sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò superuenerit.*

Non tam dæmones, quàm nostramet peccata, prauique affectus bonis nos fraudāt gratiæ.

a Iob 31. 9.
b Eccl. 9. 12.

5 (*Inuenti sunt*,) inquit, cùm simpliciùs, breuiùsque dicere quiuisset, (*Quia sunt, seu fuerunt,*) vt alluderet ad id quod in principio huius capitis quinti, [b] (*Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem*: Ac si dicat, Non reperistis quidem vnum virum iustum, at inuenti potiùs sunt improbi innumeri. Idque (*in populo*, inquit, *meo*) de quo in cap. 2. dicebatur, *Sanctus* [c] *Israel Domino, primitiæ frugum eius.* Ita vt querulæ illæ de ipso proferri debuerint voces, quas super eius Metropoli Ierusalem apud Isaiā prolatas reperimus, *Quomodo* [d] *facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.*

b Ierem. 5. 1.
Multò facilius est plures inuenire impios, quàm vel vnū iustum etiam in populo fideli.
c Ierem. 2. 3.
d Isai. 1. 21.

6 (*Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes.*) Quid impiorum nomine propriè significetur iam explicatum, Quàm verò detestandum id sit, collige ex eo quod B. Iob peiorem aduersùs hostem suum inuenire nesciuit imprecationem, quàm vt esset sicut impius, *Sit* inquiens, *sicut* [e] *impius inimicus meus*, quem videlicet sicut comitantur omnia mala culpæ, ita & vniuersa prosequantur mala pœnæ. Cæterùm hoc loco idem nomen, vt iunctum cum insidiis, & crudeles significat, omnisque pietatis expertes, iuxta illud Salomonis, [f] *Viscera impiorum crudelia*: & in particulari crudeles diuites, quorum peculiare id esse solet studij, vt pauperibus insidias struant, vt planè colligitur ex eo Psalmi, quo de impio quodam dicitur, [g] *Sedet in insidiis cum diuitibus in occulto, vt interficiat innocentem.*

Impius quàm detestandus.
e Iob. 27. 7.
f Prou. 12. 10.
Impij nomen iunctum cum insidiis significat crudelem diuitem.
g Psal. 9. 8.

Bene autem impij isti insidiantes potissimùm quasi aucupes dicuntur: quia nequaquam magnatibus, & potentioribus, sed iis struūt insidias, qui instar auicularum tenuiores sunt, infirmioresque, ac pauperes: Moris porrò cùm sit aucupum, vt & noctu, & interdiu aucupentur, insidiis nihilominus semper aucupantur, hinc & inde ambulantes, quomodo & de impiis legimus, [h] *in circuitu impij ambulant.* Quando nocte aucupes aucupantur in tenebris ambulant, lucernam deferentes, quâ lucernâ miseræ quam inuenerint aui obiecta, confusam illam & capiunt, & occidunt. Eademque ratione sese habent & impij, de quibus hîc sermo est, legimus namque, *Via* [i] *impiorum tenebrosa*: Nec deesse eis lucernam, testatur Sapiens, cùm ait, [k] *Lucerna impiorum peccatum.* Et quidem hanc peccati lucernam infirmiori plebi Iudæos obiecisse solitos, sicque illius venatos opes, ex eo constat Euangelij, quo huius rei à Christo Iesu his reprehensi sunt verbis. *Quare* [l] *& vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam*, &c. Quorum sensus est, quòd peccati (vt dicitur) scrupulum ingerebant simplicioribus, si iis, quæ templo offerre statuissent, parentibus ingenti egestate oppressis opem ferrent: hacque peccati lucernâ confusione illos obruebant, eosque oblatis fraudabant.

7 *Diuites impij sunt, vt aucupes infirmioribus insidias tendentes.*
Simile.
h Psal. 11. 9.
Impij insidiātur infirmioribus instar aucupantium in nocte.
i Prou. 4. 14.
Peccati lucernâ quomodo impij aucupentur.
k Prou. 4. 14.
l Matt. 15. 3.

Quod verò maximè Dei angit cor, est, quòd istiusmodi impij insidiantes quasi aucupes inuenti sunt in populo eius. Aucupum certè haud moris est, vt intra oppida aucupentur, sed extra ciuitates, & in apertis agris: Sed Iudæi non tam externis insidiabantur, aut in agris venabantur liberæ gentilitatis, quàm in medio ciuitatis Ierusalem, & populo Dei.

Impij in medio populi Dei insidias tendunt aucupij sui.

8 Quod in nostra vulgata, & in versione Sept. legimus, (*Insidiantes quasi aucupes:*) In Hebræo est ישור כשך *i ifciur chefciach.* Quæ sic vertunt recentiores Pagninus, (*Aspicient, vt qui ponunt laqueos.*) Regia. (*Intuebitur secundùm expositionem laqueorum,*) Vatablus. (*Qui obseruant, vt is qui laqueos ponit.*) Idemque in Annotat. (*Huc illuc aspiciunt, vt qui disponunt laqueos auibus capiendis.*) Quorum sensum optimè noster expressit interpres. Quamquam ex Hebræo colligatur, verba hîc fieri de aucupio potiùs interdiu facto. Duobus autem præsertim modis cùm aucupari consueuerint interdiu, vel olfactico cane, vel sibilo, Vtraque ratione absque dubio & hîc quoque impios Iudæorum suo indulsisse aucupandi studio significatur: pro odoris nimirum cane, quo odore percepta sisti solet auis, iis vtentes, quos intermedios suæ adhibebant impietatis, nec non & falsorum contractuum proxenetas. Quis eorumdem sit sibilus, fat edocet Sapiens, cùm ait, *Os* [m] *impiorum operit iniquitatem*, & alibi, [n] *Consilia impiorum fraudulenta*, Et, *Verba* [o] *impiorum insidiantur sanguini. Cuius* [p] *maledictione*, malis prauisque consiliis *os plenum est, & amaritudine & dolo: Sub lingua eius*, vbi scilicet sibilus ipse tenetur, *labor, & dolor.*

Diuites impij, & vsurarij quomodo dicantur canne aucupari.
Quo sibilo iidem aucupētur.
m Prou. 10. 6.
n Prou. 12. 5.
o & 6.
p Psal. 9. 7.

9 Aucupes duo curant, vt rete oculis occultent auium, iisdemque escam dumtaxat obiiciant. Pari modo & impij isti lucri, aut voluptatis, & commodi alicuius simplicioribus obiiciebant escam, dicentes, [q] *Sortem mitte nobiscum*

Quomodo iidē aucupātes occultent rete, obiiciantes escam.
q Prou. 1. 17.

cum, marſupium vnum ſit omnium noſtrûm. Retis autem, & perplexitatem eis abſcondunt prauorum contractuum, cùm nouerint per Salomonem dici, [a] *Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Quod denique impij iidem inſidiantes inſtar aucupum huc, illucque aſpiciant, & latitantes obſeruent quos capiant infirmiores, nec non & modum, quo illos intra rete captos opprimant, ad viuum in Pſalmo nono Vates deſcribit Regius, dicens, *Oculi* [b] *eius in pauperem reſpiciunt*, & ex vi Hebraici verbi. *Latenter reſpiciunt.* Vnde bene ſubditur: *Inſidiantur in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua.* Et ad magis particularia deſcendens, *Inſidiatur*, ait, *vt rapiat pauperem*, non illum, qui inops ſit, & rerum omnium egens: Sed eum, qui pauper puſillo quidem ſit animo, ſed congeſtis præpotens ſit diuitiis, prout ex Hieronymi colligitur huius loci verſione ex Hebræo, quæ pro *pauperem*, hîc habet, *robuſtum. Rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo ſuo humiliabit eum: Inclinabit ſe, & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum.* Quam deſcriptionem ita explicat Genebrardus. In laqueum ſuum eum pertrahet, incuruabit ſe, & veluti procidet humi, ne videatur, Quo tempore pauperem habebit in manu, & poteſtate, id eſt, quando pauper prope attigerit eius caſſes, & venabula, ne retrocedat, neve ab ipſo is caueat, latitabit, nec ante ſe proferet, quàm illum ex improuiſo teneat oppreſſum. Meliùs tamen noſter Agellius ex illorum ſententia, qui iuxta Hebraicam diſtinctionem quod dicitur *in laqueo ſuo*, referunt ad verbum attrahere, vt ſignificetur, impium ſimili fraude in deprædando paupere vti, quam ſolent aucupes capiendis auibus adhibere, qui poſteaquam expanderint rete, recedunt aliquantùm, ne auis eo conſpecto caueat laqueum. Auceps verò cùm longiuſculè aliquantulùm receſſerit, funiculum tamen retis in manu habet, in quod vbi auis inciderit, ille rete funiculis, quos manu tenet, attracto, capit alitem. Vel iuxta noſtram Vulgatæ diſtinctionem, quâ *in laqueo ſuo*, iungitur cum verbo *humiliabit eum.* Inſidiatur rapere pauperem, dum illicit eum, ipſâ inſidiarum occultatione, quas ille cùm non aduertat, ſecura omnia putans ad laqueum pergit, ac peruenit. In quo laqueo ſuo captum ille humiliabit, & allidet ad terram, aut atteret eum. Ingreſſo enim eo in rete, ille ad inſtar Leonis, qui, cùm inſilire vult in prædam ſeſe incuruat, & inclinat, at vbi prope fuerit animal quod rapere geſtit, ſaltu ſe proripit, & in prædam inſilit, ipſe in illam, quam iam captam habet, auem, & in pauperes inſilit, quorum iam dominatur: quoſque ſub ſua habet poteſtate irruens malè habet, & atterit. Cadere enim ibi eſt, ſe proiicere, & irruere.

a Prou. 1. 17. Deſcriptio modi, quo impÿ diuites aucupentur, & opprimat infirmiores.

b Pſalm. 9. 9.

Genebrard.

Agellius.

10 Quæ omnia breuiter, & hîc quoque apud noſtrum Ieremiam ſignificantur, dum præexpoſitis additur, *(Ponentes laqueos, & pedicas ad capiendos viros.)* Pro quibus Sept. (*Et laqueum ſtatuerunt*, τοῦ διαφθεῖραι, *vt corrumpant*, ſeu, *ad perdendos viros, & ceperunt.*) Ex Hebræo autem Pagninus, (*Stare fecerunt laqueum, homines capient.*) Regia (*Statuerunt exterminium.*) Vatablus (*fodiunt foueas, in quibus homines perdant, & capiant.*) Idemque in Annotation. (*Et ſtatuunt pedicas, vt homines capiant.*) Quo loco Notandum, duas in Hebraico textu eſſe voces, quibus maximè præſens locus illuſtretur, etiam iuxta lectionem Vulgatæ. Altera אנשים *anaſcim*, quæ ita eſt hominum nomen, vt tamen propriè infirmos fragileſque, & ærumnoſos homines ſignificet, ab infirmitate ſic appellatos, & ab ærumnis, à verbo אנש *anaſc* dolère.

Enos vox Hebraica ſignificat hominem imbecillem, & ærumnoſum.

Quamobrem cùm id nomen à noſtro interprete verſum eſt, *Viros*, dicendum ſic infirmiores, quos diuites opprimunt viros appellatos, quatenus iidem diuitiarum præditi ſunt robore, tametſi infirmo ſint animo, prout & ſupra animaduertimus.

Altera vox eſt משחית *maſchbith*, quæ etſi pro laqueo, proque rete, & pedica vſurpetur, propriè tamen perditionem, corruptionem, deſtructionem ſignificat, & exterminium, à verbo שחת *ſciabhath* corrumpere, perdere, diſperdere, & exterminare. Vnde confirmare eſt, quod in principio explicationis huius verſus 26. dicebam hîc explicari impiorum potentiorum morem, quorum inſidiæ contra infirmiores ita ad aucupium directæ ſint opum eorum: vt propterea & plerumque eorumdem parentur ſanguini, ac vitæ. Quamquam & inſidiæ quas ſtruunt pauperum ſubſtantiæ, quam laboribus ij adepti ſunt ſuis, quâve vitam propriam ſuſtentant, in illorum & ſanguinem quoque, & vitam directæ dici queant, iuxta ea, quibus in libro Eccleſiaſtici legimus. *Panis* [c] *egentium vita pauperum eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.* Et, *qui* [d] *aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum: Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres ſunt*, ſeu vt breuiùs in textu legitur Græco. *Occidit proximum qui aufert victum, & effundit ſanguinem qui priuat mercedem mercenarij.* Cui ſenſui magis conſona ſunt quæ ſequuntur. 11

Diuites impÿ infirmiorũ inſidiãtur & ſubſtantiæ, & vitæ.

c Eccl. 34. 25.

d Eccleſ. 34. 26.

Verſ. 26.] Quia inuenti ſunt in populo meo impij, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

QVID & hac quoque ſententiâ moraliter dicendum propriùs eſſet, iam in prima explicatum eſt expoſitione literæ. Vt tamen inſuper, & in hac pariter expoſitione addamus aliquid, contra tria potiſſimùm vitia vſurpari eamdem poſſe crediderim, contra prauam iudicum, & cauſidicorum agendi rationem: contra aſſentationem, & contra ambitionem. 12

Et quidem quoad primum, pondera quàm huic loco congruat quod ab Apoſtolo fidelibus dictum eſt Corinthiorum, [a] *Sic non eſt inter vos Sapiens, qui iudicet inter fratrem ſuum*, vix enim reperire eſt, qui in iudicando, cauſaſque agendo munus ſuum in Chriſtiano populo, provt oportet, expleat, in initio iſtius capitis conteſtatus eſt Deus, cùm iſtiuſmodi deſcribens munus, ſitum in faciendo iudicium, & quærendo fidem. [b] *Circuite*, dixit, *vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius*, vbi videlicet antiquitùs exercebantur iudicia, *An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem.* Vtinam non inueniantur complures talium perſo

Iudicum, & Cauſidicorũ bonorum raritas.

a 1. Cor. 6. 5.

b Ierem. 5. 1.

personarum, qui in id potiùs totum suum intenderent studium, vt iudicium omne, omnemque veritatẽ, fidem, ac fidelitatem in exercitio isto sus déque verterent. Hoc illud est, de quo acerbè hic queritur Dominus, (*Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes.* Bene autem primò impiorum nomen post denominationem subiecit populi sui, cùm enim ita Deus cum fideli iunctus sit populo, vt illi conglutinatum eum asseruerit Moyses, [a] & is contestatus idipsum efficacissimis iis sit verbis, [b] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, profectò qui iniqui sunt in Dei populum, impij iure dicendi fuêre; cùm impietas propriè contra ipsum sit Deum. Adde quòd cùm sine vlla coniunctione iidem simul nuncupati sint insidiantes, videtur id ad epithasim tantæ adiectum impietatis, vtpote quam Deus multò tulerit ægriùs ob id, quòd contra ipsius extitit populum, quàm quòd contra suammet fuerit maiestatem.

Iudices, & Causidici in Dei populum improbi, & in Deũ quoque sunt impij.

a Deut. 10. 15.

b Zach. 2. 8.

Iudicum, & causidicorum prauorum iniuriam illatã in proximum ægriùs fert Deus, quàm iniuriam ipsimet per impietatem illatam.

13 Porrò quo pacto insidiantium potiùs quàm iudicantium, ac patrocinantium ij intenderint studiis, adhibita *Aucupis* ad viuum expressum est similitudine. Et quid enim aliud ij agunt, nisi vt quos veluti auiculas absque omni ope huc, illucque auolantes intellexerant, ad sua pertrahant tribunalia, vel in sua alliciant patrocinia, quæ benè laqueorum, & pedicarum appellata sunt vocabulis? Pedicæ laquei sunt, quibus per pedes miseræ captantur aues: Hæcque præcipua aucupum istorum cura est: nam quomodo vulgò dicimus, passus adstringi illi, quem in arctum deductum significamus, vt id agere compellatur, quod velit alius: sic miseris desperatas deceptoriis verbis suis isti rem quamquam efficiunt; tantas in causis quibuslibet eisdem proponunt difficultates, vt infœlices in arctum positi ab ipsis se deduci sinant & patrocinantibus, & iustitiam fraudulenter pollicentibus. Et certè sicut ligatis pedicâ pedibus progredi quod captum est haud ampliùs potest, sic pariter videas infœlicium istorum causas, litesque postquam à prædictis apprehensæ fuerint, nullum habere progressum. Qui pedicâ est captus, manibus quidem liber sinitur, tametsi ob pedum impedimenta iis sese minimè queat vindicare, & profectò id vnum à causidicis, & iudicibus liberum sinitur illis, quos, vt dictum est, cæperint, vt manibus & magna exsoluant pecuniarum pretia, & quotidiana largiantur munera, & chirographa in iuges faciant expensas: ita tamen vt tueri se, sicut par esset, non valeant. Neque enim illis quicquam prodest, quòd viri aliàs, & virtute insignes extiterint, & viribus, & diuitiis, cùm in talium aucupum inciderint pedicas, quas ij ob hoc ipsum ex insidiis ponunt, vt viros istiusmodi perdant, *Quasi aucupes ponentes laqueos, & pedicas ad perdendos viros*: in perditionem quippe & facultatum, & animæ, & corporis miseros illos tandem adducunt.

Iudices, & causidici prauí quàm rectè dicti insidiantes, & quasi aucupes.

Quomodo à prauis iudicibus, & causidicis poni dicitur pedica.

14 Præter hos inueniri & alios in populo fideli dolens queritur Deus, qui impij atque insidiantes præstantissimos quosque perdere satagunt viros: hi verò adulatores sunt, qui, cùm alieni ab omni sint veritate, haud dubium quin & pietatis expertes sint erga eumdem Deum, qui ipsa est veritas: adeóque & impij nuncupantur, & insidiantes. Siquidem absque Dei timore toti in eo esse comperiuntur, vt insidiosè agant. Vnde Ambrosius Polypodi similes eos asserit pisci: libro enim 5. hexamerôn cap. 8. *Polypus vadoso*, inquit, *in littore petram nactus affigitur ei, atque eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus plurimos piscium sine vlla suspitione fraudis allapsos, dum notam non præcauent, & saxum opinantur, cassibus furtiuæ artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit. Huic similes sunt homines callidi, & adulatores, qui omnibus se accommodare student, vt aliquos illudant & captant.* Venatoribus comparatos vult Plutarchus lib. de discretione Adulatoris, & amici, tomo 1. opusc. ob id quod tacendo insidias struant, ait quippe,

Adulatores vt veritatis expertes sunt & insidiãtes in proximũ, & impij in Deum.

Ambrosius.

Adulatores similes Polypodi pisci.

Plutarchus.

B *Sicut quidam poëticem definierunt, tacentem esse picturam, sic & adulatio nonnumquam tacendo laudat. Vt enim qui venantur ita magis fallere solent quæ captant, si non hoc agere, sed vel iter facere, vel pascere greges, vel agricolare videantur: sic adulatores tum maximè mouent laudando, quum videntur laudare, sed aliud quiddam agere.* Aptiùs tamen ad rem nostram idem lib. de Ciuili Institutione, tomo 3. aucupibus illos assimilat, quòd velut aucupes voces imitantur auicularum, cæterisque rebus similes se fingunt, *vt hisce*, inquit, *artibus Regibus se maximè insinuent & commendent.* Hoc

Adulatores Venatoribus assimilati.

Adulatores similes aucupi.

C namque illud est, quod & hîc à Domino de illis ipsis dicitur. (*Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes.*) Quod expressiùs contestatus est & Salomon, dicens, [c] *Simulator ore decipit amicum suum.* Bene autem de iisdem adiectum hoc loco est, (*& Ponentes laqueos, & pedicas ad perdendos viros*) cùm vniuersum illorum studium in præexposita aucupandi, & decipiendi, atque insidiandi ratione in id collimatum sit, vt quos maximè viros apud populum viderint æstimatos, Principesque in primis ita in suam redigant

c Prou. 11. 9.

Adulatores quàm aptè Principibus pedicas ponere dicantur ad eorũ perditionem.

D potestatem, vt quasi laqueo captos absque ipsis nec moueant, vt dici solet, pedem, nec quidquam agant. Quamquam & modum, quem ea in captura seruant, in eo subindicatum crediderim, quòd ponere dicuntur pedicas, pedibus nimirum insidias adhibentes affectuum eorumdem, iuxta singulos cuiuscumque se transformantes affectus. Vide eloquentissimè hac de re pluribus agentem Plutarchum in præcitato libro de discretione Adulatoris, & amici.

15 Denique si quid est quod diuinum angere posset cor, id vnum profectò esset, quòd inter Ecclesiasticos, ac Religiosos, quorum cor vnũ, &

E anima vna esse debet, quorum & id præcipuum studij vt pietatem cultumque Dei sartum, tectumque seruent; & impij sint, & insidiantes, & propter id impij, quia insidiantes, (*Quia inuenti*, inquit, *sunt in populo meo*, in Gente alioqui sancta, & populo acquisitionis, ac Regali Sacerdotio, (*impij insidiantes,*) vno videlicet ambitionis vitio, cuius tanta est vis, vt & diuina & humana omnia perturbet iura. [d] *Vir impius fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit*, scriptum est in libro Pro-

Ambitiosis reperiri inter Ecclesiasticos Religiosósque summoperè displicet.

d Prou. 16. 27.

F uerbiorum, vt nouerimus, ob hoc vnum potissimùm vitium contra religionis pietatem Ecclesiasticos viros agere: quòd sanè vitium in eo situm est, vt per insidias fodiat fratribus malum: & per iniquos sermones flammas exsuscitet dissensionum. Magis tamen ad viuum impiorum, ac insidiantium ambitiosorum istorum conditiones hac nostrâ exprimuntur sententiâ, iidemque & describuntur, primò enim dicuntur esse, quasi aucupes, iuxta illud item Salomonis, [e] *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes.* Et quidem congruentissima similitudo, tum quia ambitiosus,

Ambitiosi Ecclesiastici impij in Deum quia sunt insidiantes proximis.

Ambitiosi quàm meritò comparentur aucupi inaniter laboranti.

e Prou. 10. 4.

bitioſus honores, & dignitates toto aucupatur affectu, quæ tamen non minùs quàm aues volando effugiunt: tum quia quod aucupi contingit, vt poſt diuturnos in aucupio labores, vix auiculæ fiat compos, cuius & plures ſint plumæ, quas in aëra diſpergit ventus, quàm caro. Idipſum & ipſis vſu venire ſolet ambitioſis; poſtquam enim annis plurimis, indefeſſiſque laboribus terreno, vel etiam Eccleſiaſtico ad aucupandas dignitates, honores, gradus, aut beneficia inſeruierint Principi, in illius aſſidui aula, vel quod vt plurimùm vſu venire ſolet, nil tandem eorum aſſequuntur, vel ſi quod percipiunt, exiguum id quoque eſt, & inſtar plumarum leue, vix tantum in ſe habens ſubſtantiæ quod victum ipſi ſuppeditet.

16 *(Ponentes Laqueos)* appellantur ambitioſi, & aucupes iſti, quia vniuerſa illorum aucupij præpoſiti ſpes eſt in familiarium, & intimorum Principis caſu, atque ruina, cui vni omni inuigilantes ſtudio laqueos iis in abſcondito tendút maleuolentiſſimarum obtrectationum, iniquarum actionum, & improbarum artium, quibus infenſos eos obnituntur Principi reddere. Bene adiectum eſt, *(& pedicas)* quibus nimirum ligantur pedes, & omnis progreſſiuus tollitur motus: fallacibus namque technis quotquot viderint Principi charos, impedire ſatagunt, ne vlterius, imò ne ampliùs in illius progrediantur gratia, &, ſi res ipſis ad ſua ſuccedat vota, penitus & ab aula excidere eos faciunt, ac pro viribus in extremam adducunt perditionem. Quodque ipſorum maximoperè adauget in ambitione peruerſitatem, illud eſt, quod hæc in illos patrant, qui cùm virtute ſint prædití, & honorum gradibus, & dignitatibus ſunt digniſſimi, ſic quippe præſens concluditur ſententia, ponentes laqueos, & pedicas ad perdendos viros.

Ambitioſorũ ſtudium in ponendis proximo laqueis, auibus is à Principis excidat gratia.

Ambitioſi viros dignio- res impedire tendunt, ne progrediatur in Principis gratia, eoſdemque perdere ſatagit.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem ſecundam Verſ. 29.

Verſ. 27.] Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt, & ditati.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IN domibus [a] *quidem eorum commodum expoſitum eſt mutui cuicumque exhibendi, ita vt iſtiuſmodi domos decipulas & caueas dicas, in quas aues decidant, in quibus detineantur, atque in cibi copia vel tabe ob amiſſam libertatem conſumantur, vel ſuffocentur ab aucupe. frequentatas propterea à pauperibus eas videre eſt domos, ibique eoſ eni mutuo accepto captos, & in vſurariis detentos chyrographis, quoſque dum mutuatam expendunt pecuniam, latos credideris, mox, fœnore excreſcente, videas dolore, ærumniſque ob amiſſam libertatem oppreſſos, oſtenſiſque fœneratitiis ſyngraphis ab impiis hiſce hominum ſuffocari aucupibus per vſurarum repetitionem, ac omni, quæ miſeris reliqua eſſet, diſpenſdari ſubſtantiâ.* [b] *Atque adeo magni quidem effecti ij ſunt, & opulenti, quia domus eorum plenæ rebus, opibuſque pauperum illorum, dolo acquiſitis, doloque item ibi detentis: quamquam haud tam opibus ditati reuera dicendi ſint, quarum dominium numquam aſſecuti ſunt, quàm dolis ipſis, qui ipſorum ſunt proprij.*

a Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plena dolo.

b Ideo magnificati ſunt & ditati.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 SICVT *decipula*, &c. Notandum hoc loco eſt, quàm accurate varijs Propheta vtatur venabulorum nominibus, nempe laqueorum, pedicæ, atque decipulæ, per hanc quippe exactam enumerationem omnia indicat inſidiarum, perſecutionum, diſcriminum, calumniarum, atque prauorum contractuum genera, quibus impij fraudare pauperes conſueuêre. Porrò decipulæ appellatione, vt patet ex Hebraico nomine, cauea deſignatur, in qua captæ ſeruantur aues. Quamquam non abs re ſit, ſi eadem ſecundùm proprietatem Latinæ vocis ea deſignetur cauea, quæ fieri à venatoribus ſolet in ſemitis, vbi aues diſcurrunt, ſuperpoſitâ tabellâ, quæ leuiſsimo momento deprimitur, rurſuſque ſponte attollitur quo artificio Perdices potiſſimùm capi ſolent, vt bene hic ait Ioan. Maldonatus à decipiendo ſic dicta. Quotquot enim aues tranſeunt in huiuſmodi caueam deceptæ cadere ſolent. Et quidem ſi ita propriè hoc ſumatur decipulæ nomen, admodum congrua erit comparatio domuum vſurariorum, quos propriè hic impios appellauit Spiritus ſanctus, ad huiuſmodi caueæ genus: tales enim domus frequentantur quidem à pauperibus, qui mutuatâ egeant pecuniâ, cùm tamen infœlices illi non intelligant fraudum deceptiones, quibus ibi comprehenduntur.

Decipula nomine quid propriè ſignificetur.

Domus vſurariorũ quàm rectè dicatur decipula plena dolo.

2 Quamuis autem hæc optima ſit comparatio: non videtur tamen congruens quod dicitur, *(Sic domus eorum plenæ dolo,)* Dicendum namque fuiſſe potius, *Sic domus eorum plenæ pauperibus*, ſeu *ſubſtantiâ infirmiorum.* At reuera idipſum hæc ſunt, *(plenæ ſunt dolo*, ac *plenæ ſunt pauperibus.* In fraudulentis quippe ſchedulis, atque in doloſorum contractuum ſyngraphis, quæ in impiorum diuitum illorum domibus remanent, comprehenſi, & ipſi remanent pauperes, iuxta illud Salomonis, [c] *Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum ſeruus eſt fœnerantis.* Et animaduerte, quàm bellè hæc ſibi conueniant. Aues quæ in cauea comprehenſæ detinentur, vberi intra illam potiuntur eſcâ, & tametſi vſque ad ſatietatem comedant ibi, ac bibant, tabe nihilominus macreſcunt, & conſumuntur, quia natiuâ priuatas ſe vident libertate. Ibidemque per eumnet qui tales eis appoſuit eſcas, & ſuffocantur, & occiduntur. Idipſum profectò & iis vſuuenit, qui in domibus comprehenſi ſint diuitum impiorum, ibique in doloſis vſurarum chyrographis deuincti tenentur, opiparè quidem ex mutuo, quod acceperunt conuiuantur ad tempus, at in damnum, & afflictionem, tabemque animæ ſuæ.

c Prou. 27. 7. *Vſurariorum ad domus tendens, et mutuũ inde ſumat quàm rectè comparetur aui captæ intra decipulam.*

3 Quam rem egregiè expreſſit auctor libri Eccleſiaſtici dicens, [d] *Ne oblecteris in turbis, nec in immodicis: aſſidua enim eſt commiſſio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & eſt tibi nihil in ſacculo. Eris enim inuidus vitæ tuæ.* Quorum germanus ex Originali Græco deſumendus eſt ſenſus. Cùm enim Græca ſic habeant, *Noli iucundari in multa epulatione, ne egeas ex collatione*, (quam ſcilicet facere cogeris in conuiuiis inſtruendis, quod clariùs indicant ſequentia.) *Ne fias pauper collationem faciens ex mutuo in conuiuiis*, ſcil. faciendis, & *nihil tibi ſit in marſupio*, eris

d Eccleſ. 18. 32. *Ad vſuram mutuum ſumere quàm damnoſum.*

eris enim inuidus vitæ tuæ. Quod & in Vulgatæ lectione dicitur, tale esse oportet. *Ne delecteris in multitudine ciborum,* (eo modo quo Plinius lib. 13. cap. 13. prunorum multitudinem & copiam, turbam prunorum dicit, vt bene super hunc ipsum locum notat Iansenius) *nec in modicis*, nimirum conuiuiis: *assidua enim est commissio eorum*, id est frequenter enim tibi repetenda erunt, & in ea à te conferenda symbola. *Ne fias mediocris*, & pauper, dum ex mutuo accepto conuiuia ad aliorum contentionem, & æmulationem facis; *& nihil* præter mutuum *in crumena* habes proprij. Hac quippe ratione inuidus tuæmet existens vitæ iugi tabesces mœrore: vt sit allusio ad id quod in libro Prouerbiorum dicitur, [a] *Putredo ossium inuidia.* Et, vt bene notat Basilius Homil. 2. in Psal. 14. fœnus ipsum dolores illi inferet partus, quod propterea Græco vocabulo τόκος, *tokos* dicitur, quod partus dolores animæ debitoris excitet, vt iure cum Propheta affirmare de eo liceat, [b] *Ibi dolores vt parturientis*, cùm videlicet quotidie vsuræ ipsæ excrescunt.

Plinius.

Vsura afferũt dolores partus.

a Prouer. 14. 30.

Basilius.

b Psal. 47. 8.

4

Quid ni verò mœrore, doloribusque tabescant infœlices isti in domibus fœnerantium cõprehensi, cùm animaduertant, se suâ orbatos libertate, vt aues in decipula, & cauea? Probat hoc peregregiè Ambros. in libro de Tobia duplici sacræ scripturæ sententiâ, altera ex Isaia, alterâ ex Psalmo 71. In capite enim 8. citati libri. *Vera*, inquit, *profectò, vera est, vtpote Dei diuina sententia, qui cum iratus esset propter impietatem populi Iudæorum, quòd post Deos alienos abirent:* [c] *Cui ait, vendidi vos fœneratori? Venditur enim qui obligatus fœneratori fuerit, & venditur non vno precio, sed quotidiano: venditur non cum definitione, sed cum accessione diurna: Noua vsurarum auctio per menses singulos: noua sub quotidiana licitatione venditio. Qui plus obtulerit, trahit: semper venalis addicitur, numquam quasi venditus æstimatur. Magna igitur vis cælestis sententiæ. Non satis indicauit Dominus dicere: Cui vendidi vos? Sed addidit fœneratori, offensus nihil potuit grauius, quo iudicaret in perfidos. Derelictus expostulat, cur ità fugerint salutis auctorem, quasi fœneratori eos alicui Dominus vendidisset, digna pœna. Dominum relinquentes habent serui quod amplius quã carceris pœnas, & vincula reformident, habent liberi quod paueant pro libertatis iniuria. Simul illud aduerte, quòd fœneratio præuaricationis materia iudicata sit: quod is facilè recedat à Domino, qui fœneratori se potuerit obligare: fœnus enim radix mendacij, causa perfidiæ est. Ego, inquit, vos non vendidi, & peccatis vestris venditi estis. Ergo qui se fœneratori obligat, ipse se vendit, & quod peius est, vendit se non ære, sed culpâ.*

Ambrosius.

Ad vsuram mutuum accipit peccator in maximam scelerum suorum pœnam.

c Isai. 50. 1. Sec. Sept.

Ad vsuram accipiens sese vendit fœneratori venditque se culpâ atque peccato.

Vsura radix mendacij, & causa perfidiæ.

Ibidem verò in cap. 4. *Magnum, inquit, & memorabile beneficium Dei ore Prophetico specialiter prædicatur, quod in patres contulit, quia ex* [d] *vsuris, & iniquitate liberauit eos. Et propriè, ait, ex vsuris liberauit eos, quia vsuræ inferunt seruitutem. Quasi diceret: ex seruitutis vinculo ereptos reddidit libertati. Graue vocabulum debitorum. Debita, peccata dicuntur, Debitores quoque criminosi appellantur: Sic enim & isti, sicut & illi de capite decernunt. Culpa tamen habent nomen suum, vt factorum diuersitatem. Debita quamuis diuersa quantitatis, vnum habent nomen, vnum onus, vnum periculum. Nescit ergo quid poscat infœlix, qui pecuniam petit mutuam: quid accipiat ignorat.* Denique sicut aues in cauea tandem suffocantur, & occiduntur: Ita & miseros qui in impiorum diuitum domibus capti detinentur in syngraphis, ab illis pariter suffocari contingit, & occidi per fœnorum repetitionem: Vnde est insignis illa Catonis sententia, *Quid est fœnerare? hominem occidere.* Et in libro Exodi a Deo dicitur. *Si* [e] *pecuniam fœneraueris pupillo, orphano, pauperi, apud te non suffocabis eum, non imponens illi vsuram.* Sic legit Ambrosius lib. de Tobia cap. 13. idque exponens *Ostendit*, inquit, *quid sit suffocare, id est vsuram imponere, strangulat enim, & quod peius est, animam laqueat creditoris.*

Ab vsurarũ solutione liberari est maximum Dei beneficium.

d Psal. 71. 4.

Ad vsuram accipientes mutuum suffocari, & occidi dicũtur.

Cato.

Vsurarũ impositio est strãgulatio & occisio.

e Exod. 22. 25.

Ambrosius.

(*Ideo magnificati sunt, & ditati.*) Particula (*ideo*) refert hæc ad præcedentia vt effectum ad causam, Ac si dicatur, Magnificati sunt, & ditati, quia domus eorum plenæ dolo, id est rebus, & opibus dolo ibi retentis. Et est perpulchra comparatio istarum opum ad aues in decipula retentas, cùm dictum sit, (*Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo.*) Neque enim nouum in scriptura est, vt diuitiis, & opibus in genere alæ tribuantur, auibusque eædem assimilentur: cùm in libro Prouerbiorum legamus, [f] *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi Aquilæ, & volabunt in cælum*, id est, cælum versus. Et reuera si intimiùs diuitiarum perscrutemur naturam, & pecuniarum: videbimus, nihil fortasse melius dici posse, quàm instar auium illas hinc inde celeri agi volatu, & nunc quidem ad celsissimos volare potentiorum, nunc è conuerso è potentioribus, & nobilioribus pernici item volatu ad infimos sese demittere de plebe. Ecquid per eas fit syngraphas quas vulgo literas appellant cambij, nisi ex vna ciuitate, regione, vel regno opes in alia volare regna, atque Prouincias? Quodque maioris est momenti, eædem cùm in eleemosynas, & in alia bona expenduntur opera, cumque propter Deum relictæ suo tendere sinuntur volatu, cælum ipsum attingunt, & penetrant.

5

Diuitiæ fraudibus acquisita comparantur auibus in decipula detẽtis. Diuitiis tribuuntur in scriptura alæ.

f Prou. 23. 5.

Diuitiæ in eleemosynas expensæ, seu relictæ propter Deũ volant cælum versus.

Cæterùm quod opibus in genere conuenit, & iis pariter congruit, quæ specialem, & iuridicum habent dominium, vt ea sit illarum natura, vt, ni violenter detineantur, aut fraudulenter, ad ipsum dominum suo tendant volatu. hinc tam arcta in iure & diuino, & humano est necessitas restitutionis proprio domino. Porrò sicut aues implent quidem decipulam, & caueã, quia per fraudem in illam captæ fuère, & per vim ibi detentæ suo non sinuntur tendere volatu. Ita & opes pauperum in impiorum, & vsurariorum domibus esse dicuntur, cùm fraudulenter, & violenter, vt intra caueam eæ comprehensæ, atque detentæ fuerunt. Bene autem dicitur. (*Ideo magnificati sunt, & ditati, quia domus eorum plenæ*, non diuitiis, *sed dolo.*) Enimuerò si rectè illorum perpendatur magnificatio (vt ita dicam) & locupletatio, haudquaquam alterius rei est quàm doli: qui proprio iure illis remanent, eorumque replent & domus: cum alioquin quidquid in eisdem domibus reconditum seruatur, vel pecuniarum, vel opum cuiusque generis malè acquisitarum, ipsorum minimè sit, numquam translato in eos illorum dominio.

6

Restitutionis necessitas vnde.

Vsurarij nil habent preter quàm dolos.

Vide expositionem Moralem & Appendicem Patrum post expositionem Literæ vers. 29.

Vers. 28.] Incrassati sunt, & impinguati, & prætierunt sermones meos pessimè: Causam viduæ non iudicarunt,

runt, & causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Incrassati sunt & impinguati &*

b *Incrassati & nitidi facti sunt.*

c *Et præterierūt sermones meos pessimè.*

d *Etiam superauerunt verba malitiæ.*

e *Causam viduæ &c.*

f *Causam viduæ non iudicauerunt.*

g *Causam pupilli non direxerunt.*

h *(Pupillum, & prosperati sunt.)*

i *Iudicium pauperum non iudicauerunt.*

Studio [a] *nihilominus istiusmodi insidiarū, istiusmodi per dolos, fraudesque locupletationis addicti iidem sunt, cùm multas illis fuerit operæ pretium sit expensas, vt incrassati, ac impinguati in conuiuiis, & comessationibus perdurare possint, nullamque sermonum, mandatorumque Dei habentes rationem, modis quibus possunt pessimis, viduas, pupillos, ac pauperes opprimunt.* [b] *Sed ex diuitiarum malè acquisitarum copia primo id in impiis hisce Iudæorum factum est, vt illas in prauos consumentes vsus, luxui se dederint, & luxui tum epularum, tum nitidarum vestium, incrassati enim sunt, & impinguati, ac nitidi candidique effecti* [c] *tum impinguato corpore, incrassauerunt & cor suum, vt non perciperent Dei verba, in eam videlicet adacti superbiam, vt & diuina mandata, & recta quæque contempserint monita.* [d] *Neque solum malè locuti sint, sed & peius vixerint, tamquam malè vixerint, vt nullis verbis eorum explicari queat peruersitas, verba, factaque in digni cuiuslibet superantes,* [e] *Denique ex tam peruersa eorum viuendi ratione, ex tam pessima superbia, tantoque ex luxu, veluti ex pinguedine prodiit in iisdem iniquitas, & impietas erga eos præsertim, quos vt præcipua miseriarum obiecta maiori prosequi æquum fuisset pietate, eò vel etiam cùm iudices in populo constituti sunt, propulsi, quo ipsorum conuersus sit affectus, & vbi aliquid spectent commodi lucri, atque interesse.* [f] *Propterea nec ius dicunt viduæ, numquam illius expedientes causam, tametsi sat exploratum habeant, viduas domi colligatas, colligatáque linguâ esse oportere, atque adeo, & à litibus alienas.* [g] *Cùm ipsorum id exposceret munus, vt lites ipsas, quæ multiplices aduersùs earumdem pupillos commouentur, defenderent, illas dirigentes, ad præcipua, & modica capita reducentes, quas innumeris dubiorum perplexitatibus prorogare consueuêre causidici.* [h] *Et nihilominus ad maiorem ipsorum damnationem in tanta eorum impietate prospere habuerunt vniuersa.* [i] *Quin & in id ascenderunt iniquitatis, vt, cùm nossent, pauperes, omnium vel etiam propinquorum ope esse destitutos, omnium expositos oppressioni, nihilominus sententiam, iure id exposcente, in illo fauorem proferre minimè voluerint.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 INCRASSATI *sunt*, &c. Quia magna est in lectionibus præsentis sententiæ varietas, ne confundamur, explicabo primùm illam, vt in nostra legitur Vulgata. Duobus autem modis hæc accipi possunt, vel absque vlla relatione ad præcedentia; vt qui Iudæorum enumerare cœperat vitia, quæ tunc vigebant, post præallatas oppressiones pauperum, impiorumque diuitum fraudes in coaceruandis diuitiis è pauperum & infirmiorum sanguine, atque substantia nunc addat vitia studij deliciarum: contemptus diuinorum verborum, & iuris dicendi transgressionis. Velut spectant ad superiora, hocque etiam dupliciter: vel vt pertinentia ad idem impiorum genus, quod insidiari dictum est, instar aucupum, vt & hæc quoque sint insidiari bonis, & sanguini pauperum: Vel vt relata ad ea quæ mox præcesserunt, *(Ideo magnificati sunt, & ditati.)* & vt affectus exinde consequentes, quod ex bo-

A nis dolo acquisitis magnificati sunt, & ditati.

Quoad primum modum nihil est, quod dicamus, patet enim hæc sæpius, vt seiuncta à vitio fraudationis bonorum alienorum alibi argui. Quoad secundùm verò modum, dicendum, rectè hæc sceleri impietatis adiungi, quâ insidiæ tendantur sanguini, & bonis pauperum. Enimverò quotquot comessationibus addicti sunt, & pinquefactioni, quò diutiùs in tali perdurare queant studio, quo incrassati fiant, & impinguati, operæ precium est, vt prauis artibus alienas aucupentur opes, dicente Salomone. [k] *Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad* 2 *Luxui, & gulæ vacantes solent esse & oppressores pauperum.* k Prou. 23. 20.

B *vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola*, id est, quisque portionem suam ad ingluuiem explendam conferentes, *consumentur*. id est depauperabuntur, consumptis videlicet, quas habebant opibus. Quis verò est, qui præexpositâ ratione comessationi indulgeat, ac impinguationi, & non sit simul bonis quoque suasionibus, atque mandatis contumax? lege librum Deuteronomij, & animaduertes, à parentibus filium comessatorem his apud Iudices accusari. [m] *Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ* *Luxui & gulæ indulgens solet esse & contumax, & proteruus.* l Deut. 21. 20. m Iob. 15. 25.

C *atque conuiuiis.*

Ad hanc autem contumaciam, & contemptum designandum, bene hîc adiuncta est particula *(pessimè)* id est, *(Incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt verba mea pessimè.)* Lege in libro Iob quàm benè hæc simul iungantur pinguedo, & contumacia aduersùs Deum, eiusque mandatorū transgressio: quâue ratione istiusmodi contumacia pinguium sit pessima: [n] *Tetendit aduersùs Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est.* Ita videlicet illius præteriens verba, vt & pessimè 3 *Pinguedo, & contumacia in scriptura iungi solent.* n Iob. 15. 26.

D eidē obsistens, cum illo dimicare obnitatur. [o] *Cucurrit aduersùs eumdem erectio collo.* id est superbiâ, & proteruiâ maximâ: *Et pingui ceruice armatus est:* haud videlicet aptioribus in pessima contentione hac vtens armis, quàm pinguedine ipsâ suâ, quâ & ceruicem ab obedientiæ iugo ineptam reddidit. Hæc quippe vniuersa exinde ab illis patrata sunt, quia incrassatus est, & impinguatus. Vnde bene ibidem subditur. [p] *Operuit faciem eius crassitudo, de lateribus eius aruina dependet.* Ad hæc respiciens, & *Plato rogatus à Cyrenensibus, vt eis leges scriberet, scriptasque relinqueret, ac Reipublicæ sta-* o Iob. 15. 27. *Plato. Populo felici & pingui difficillimum est leges dare.*

E *tum componeret*, (sicut refert Plutarchus opusc. Quod à Principe requiratur doctrina) *recusauit dicens, esse perdifficile leges dare Cyrenensibus, qui tam essent fœlices. Nihil enim tam superbum, tam intractabile, ac morosum esse, quàm hominem quem fœlicitatis opinio corripuerit.*

Quamquam per hoc quod dicitur, *(Et præterierunt verba mea pessimè)* vt positum in medio, post id videlicet quod dictum est, *(Incrassati sunt, & impinguati,)* & ante ea quæ subsequuntur, *(Causam viduæ non iudicauerunt*, &c.) significetur, ea potissimum ab impiis Iudæorum præterita & 4 *Luxui, & deliciis vacantes transgrediuntur pessimè Dei mandatorum iudicia, & defensionem miserorum omittunt.*

F transgressa Dei verba, quibus sæpius defensionem, & iudicium præcepit viduarum, pupillorum, & pauperum, qualia illa sunt Psalmi 81. [q] *Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate, eripite pauperem*, &c. Quæ ab iis pessimè transgressa fuêre, qui incrassati sunt, & impinguati, à voluptariis & deliciosis, & impinguationi vacantibus: quos rectè descriptos reperio apud Amos Prophetam, vbi ait, [r] *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ*, monte scilicet delicioso, deliciisque redundanti: q Psal. 81. 3. r Amos. 4. 1.

quæ calumniam, non verbis dumtaxat, sed & reali oppressione. *Facitis egenus & confringitis pauperes, quæ dicitis dominis vestris.* Regibus, & Principibus vestris, *Afferte, & bibemus.* A

5 *A iudicibus, & causarum patronis occidi quodammodo miseros, cum illorum causâ, & negligentiâ ij cadunt à lite.*

Denique cū prædictis impiorum insidiantium vitiis & hæc pariter adduntur, *(causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerũt.)* Significatur, ab impiis iudicibus, & causarum patronis quoquomodo & miseras occidi viduas, pupillosque ac pauperes, dum videlicet illis nec ius dicunt, neque eos defendunt, neque eorum expediunt lites. Quandoquidem cùm suam illi propterea perdant substantiam, quam sanguini, atque animæ adæquatam probaui iam supra ex libro Eccl. [a] tutò quoque & id affirmatur, ob id ipsum eos & vitâ priuatos: Vnde valde ad rem nostram in Psalmo 93. vbi Propheta tales impios ferre non valens, eorumdemque detestans vitia ait, [b] *Vsquequo peccatores*, רשעים *resciaghim* propriè impij, *Domine, vsquequo peccatores (impij) gloriabuntur, effabuntur*, in iudiciis nimirum exercendis, *& loquentur iniquitatem*, iniquas proferentes sententias. *Populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt*, eorum bonis insidias instruentes, illosque instar auiū in fraudum suarum laqueis capientes. Post quæ addit, [c] *Viduam, & aduenam* scilicet pauperem *interfecerunt & pupillos occiderunt*. Si modum exquiras, en illum apud Ieremiam, *Causam Viduæ non iudicauerunt*, &c. Quo loco nota, tria hæc paria apud Dominum censeri, causam non iudicare, quod vt patet ex Hebræo est liti, prout quis tenetur, non attendere, causamque non expedire: pupilli causæ non patrocinari, vtque illius aduocatum eam bene non dirigere, quando videlicet grauis vrget necessitas, aut ea de re requisitus fuerit, vel quando iam illam sibi patrocinandam accepit. Et iudicium non iudicare, id est, definitiuam sententiam non proferre pro aliquo, quia pauper ille sit.

a Eccl. 34. 25.

b Psal 93 3.

c Psal 93. 6. *Iudicum tres maximi defectus in causis miserorum.*

B C D

6 *Ex diuitiis malè acquisitis fit, vt homines luxui se dedant, & superbè Dei contemnant verba.*

Quoad tertium modum, quo omnia quæ in hoc Vers. 28. habentur, vt effectus assignari diximus consequentes ex eo quod immediatè prædictum est in Vers. præcedenti. *Ideo magnificati sunt, & ditati, quia domus eorum plenæ dolo.* Ex diuitiarum malè acquisitarum copia, primò id in impiis Iudæorum factum est, vt illas in malos vsus expendentes luxui se dederent: incrassati enim sunt, & impinguati: tum impinguato corpore, incrassauerunt & cor suum, vt non perciperent Dei verba: *(Et præterierunt*, inquit, *verba mea pessimè.)* Tunc autem quidpiam pessimè præterire dicimur, cùm præ superbia, atque contemptu transimus, nullam eius rationem habentes, nec in id vel tantillùm intendentes. Explicat hæc idemmet Deus apud Hosæam de impiis item Hebræorum verba hæc habens. [d] *Iuxta pascua sua*, id est, secundùm vberrima diuitiarum suarum pascua, *adimpleti sunt, & saturati*, incrassati videlicet, & nimio luxu impinguati. Quid tum? *Et leuauerunt*, inquit, *cor suum, & obliti sunt mei.* Declaratum est autem supra, verbo obliuisci, in sacris literis significari affectatum contemptum & quod eleuatione cordis designetur superbia, fat ex eo patet, quo humillimus Dauid, superbiam coram Deo detestans ait, [e] *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis*, &c.

d Hose. 13. 6.

e Psal. 130. 1.

7 *Quomodò cor peccatoris quò crassius est, eò exaltari dicatur magis.*

Illud potiùs difficultatem mihi ingerit, quòd eleuatio hîc tribuitur impiorum eorum cordi, quod incrassatum iam dixi ex Isaia Propheta, præ pinguedine, & aruina, illorum diuitum epulonum, qui incrassati hîc asseruntur, & impinguati, quantò autem id incrassatum est magis, tanto certè magis suomet deprimitur pondere. Cui difficultati facile est satisfieri, si dicamus, istiusmodi cor dici eleuari cùm depressum, & oppressum suâ sit crassitie: quia impiorum, pinguiumque animum mentemque & impios ipsos eleuat per superbiam. Eo planè modò, quo in humano corpore contingit, vt quò quis pinguior extiterit, adeóque & pinguedine ipsâ suâ graue, oppressumque cor habet, eo efferatur magis in eleuatione pulsus, eoque respiret magis præ ipsius cordis palpitatione. Vel eâ ratione, qua horologij libramen crassius cùm præ pondere magis deprimitur, eleuat id quod in eodem horologio præstantius est dans signa horarum. Vnde bene per Abdiam Prophetam à Domino dicitur: [f] *Ecce paruulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde:* Subditque nihilominus, *Superbia cordis tui extulit te.* Et in Psalmo 16. de similibus impiis incrassatis, & impinguatis dicitur, [g] *Adipem suum concluserunt*, id est, cor suum concluserunt crassitie, sicque corde ipso incrassato, adipeque oppresso, *os eorum locutum est superbiam.*

Simile.

Cor incrassatum simile libramini horologij.

Simile.

f Abd. 1. 2.

g Psa. 16. 9.

Porrò ex istiusmodi superbia simul, atque ex luxu deliciarum & prædicta pinguedine, tertium prodit, quod à nostro Propheta subiicitur. *(Causam viduæ non iudicauerunt,)* &c. iniquitas nimirum & impietas, iniquitas in administranda iustitia, & impietas in compatiendo, opemque ferendo iis, qui miseri magis sunt viduis, pupillis, atque pauperibus, Quorum connexionem egregiè in Psalmo 72. prosequitur Dauid, cùm ait, [h] *Ideo tenuit eos*, impios, scilicet de quibus hîc sermo est, *superbia*, Et vnum: *operti sunt iniquitate, & impietate suâ*, operti inquam quasi vestimento: vndequaque iniquos sese exhibentes, & impios, sine iustitia & æquitate, & sine pietate. En quod tertio loco à Ieremia adnumeratum est: Et vt noueris ambo ex primo ortum habere, quòd plenis existentibus eorum domibus dolo, incrassati sunt, & impinguati, luxuique ac deliciis addicti, subiicit, [i] *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.* Omnis eorum iniquitas, & huiuscemodi iniustitia prodiit quasi ex adipe, exinde prouenit, quod incrassati, & impinguati nil aliud attendunt quàm quod adipi conferens sint: quàm deliciis, & voluptatibus: quàm quod incrassatæ carnis crassus exposcat affectus: transierunt quippe in affectum cordis; quod & ipsum iam incrassatum diximus: sibimet solummodo indulgentes, & carnis curam facientes in desideriis, à quo dehortatur Apostolus. [k] Quòd si quando iudiciis intendunt, iusque ex suo dicunt munere, eò summa propendent festinatione, quò proprius ipsos impulerit affectus. Vnde iniquissima proferunt iudicia, vndique illorum decurrente iniquitate, quæ ex adipe prodiit: nouimus nâque id adipis, quod facilia ad motum reddit, quæ ipso iuncta sint. Et istis, quorum iniquitas prodiit ex adipe, in libro Iob dicitur, [l] *Super pupillum irruitis*, magno videlicet impetu, celerique cursu aduersùs illum ius dicentes.

8 *Iniquitas, & impietas in miserorum causas ex luxu pleorum est, & ex superbia Iudicum.*

h Psal. 72. 6.

i Psal. 72. *Iudices quomodo deliciis addicti transire dicantur in affectum cordis.*

k Ro. 13. 14.

l Iob. 6. 27.

E F

9 *Iudices inuicem nullam rationem habeant viduarum, pupillorum ac pauperum.*

Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Cùm prædictorum impiorum id sit, vt transeant in affectum cordis, & eò duntaxat propellantur, quò ipsorum conuersus sit affectus, & quò aliquid proprij spectent commodi, lucri, atque vt dicunt, interesse, haud mirum, quòd à viduarum, pupillorum,

pupillorum, ac pauperum cauſis ſint alieni, vt pote à quibus nil expectare queant. Porrò cùm miſeroru omnium hæc tria perſonarum genera ſint miſerrima, vt quæ omniu deſtituta ſint ope: præcipua ſanè miſerationis, ac pietatis ſunt & obiecta, adeoque nullâ ratione impiorum, de quibus hic ſermo eſt, efficaciùs probari poterat impietas, quàm quòd nec à talibus obiectis ad pietatem ij eſſent commoti.

10 *Viduarum lites quantocyus à iudicibus expedienda.*

Habent autem peculiarem vim ſingularum partium verba ſingula ad hanc amplificandam impietatem. Nam cùm primò dicitur, *(Cauſam viduæ non iudicauerunt:)* Significatur, quòd lite commotâ miſellæ mulieri, quæ multiplici ex capite poſt viri mortem ad lites inepta ſit, ipſi ei ius non dicunt, nec expediunt, cùm illam ad ipſorum forum accedentem viderint, audierintque clamantem, quam viduam eſſe intelligunt, & cui competit domi propriæ colligatam ſeſe ſeruare, & linguam pariter colligatam tenere, iuxta ſignificationem Hebraici nominis eius אלמנה *almanah* à verbo אלם *alam* colligare, & obmuteſcere. Vnde qui ſummâ pietate erga viduas potiſſimùm præditus erat, B. Iob. in illarum agendis cauſis, iis denique expediendis, haud earum exaudiſſe ſe ait preces voceſque, quibus in foro clamarint, Sed afflictum ipſarum in penetralibus domuum ſuarum latentium reſpexiſſe cor, quod, & ius illis dicendo conſolatum ſe dicit. [a] *Cor viduæ conſolatus ſum.* Quòd ſi quando illarum aliquam in forum coactam venire conſpexiſſet: haud expectare ibi eam diutiùs permiſiſſe, nec tam verbis eius intendiſſe, quàm lacrymantibus oculis, quibus & illico ſatisfecit, illam quantocyus expediens, vnde & dicebat, [b] *Si oculos viduæ expectare feci.*

Vidua debeat ſe ſeruare colligatas domi, & tenere colligatas linguas, vt colligitur ex earum nomine Hebr.
Cum viduis litigantibus quomodo habere ſe debeāt Iudices boni, acpy.
a Iob. 29. 13.
b Iob. 31. 16.

11 *Pupillorum lites ſunt ſimul & matrum viduarum, ideòque & ſunt maximè miſeranda.*

Cauſam pupilli non direxerunt. Aptè cauſæ, litique viduæ lis adiungitur pupilli, quia & hæc ad miſeram ſpectat viduam: pupillus enim in hoc differt ab Orphano, quòd, Orphano exiſtente amborum parentum experte, pupillus is dicitur qui adhuc impubes mortuo patre, matrem habet ſuperſtitem, & filius remanet viduæ, tantò matri charior quantò in ipſum ſupra naturalem matrum in filios, & filios tenellos dilectionem, & eam omnem vidua conuertit charitatem, quà illius proſequebatur patrem, qui mortuus eſt. Neque nouum eſt, vt pupillo ſit lis atque cauſa, ſicut eſt & viduæ. Experientiâ enim ſat patet, vt primum obire contigerit aliquem patrem familiâs, innumeras aduersùs eos qui reliqui ſunt, illius pupillos, & viduam eorum matrem vel ab iis vt plurimùm ſuſcitari lites, qui maiori cum demortuo & neceſſitudinis, & cognationis iuncti erant vinculo. Vnde factum, vt hoc in primis commendatum Iudicibus populi ſui voluerit Deus, his opem vt ferrent litibus, quæ duorum ſimul eſſent ſummæ miſeriæ obiectorum, dicens apud Iſaiam.[c] *Diſcite benefacere, quærite iudicium,* & vt intelligerent, in quo potiſſimùm iſta eis ſita eſſet benefaciendi diſciplina, quaue ratione iudicium ipſis eſſet quærendum, ſubdit, *Subuenite oppreſſo.* Exponens autem quid præcipuè oppreſſi ſibi velit nomine, duos aſſerit oppreſſos, qui magis omnium ſubiecti eſſent oppreſſioni, pupillum, & viduam, duos quidem numero, ſed vnum quoad oppreſſionem, quæ alterutri eorum facta, communis ſemper, vnaque amborum eſt, *Iudicate,* ait, *pupillo, defendite viduam.* Duo illis præſtanda ſignificans, iudicium, id eſt litis expeditio, & defenſio: ea ipſa quæ ab iis minimè impleta idemmet hîc

Iudicibus maximè à Deo commendatur cauſa pupillorum, ac viduarum eius rei ratio.
c Iſai. 1. 17.
Pupilli & viduæ ſunt in hoc mundo maximè omnium oppreſſi.

A apud Ieremiam aſſerit Deus dicens, *(Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt.)* In quibus contrario ordine pupillo tribuitur defenſio, viduæ verò iudicium, cùm apud Iſaiam viduæ tributa defenſio ſit, & pupillo iudicium; vt exinde colligere liceat, vtrumque à bono præſtandum iudice, & viduæ, & pupillo; cùm amborum eædem ſint cauſæ, liſque vna ſit vtriuſque: ideo enim exiſtimo hîc abſque diſtinctionis particula dictum, *(Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt.)*

Iudices boni in litibus pupillorum, & viduarum duo præſtare debent, defenſionem, & expeditionem.

12 *Iudicum bonorum id præcipuum debet eſſe ſtudiū, vt cauſas viduarū, & pupillorū dirigentes à longa eas liberent procuratorum tyrannide.*

Et bene nota vim verbi (*direxerunt.*) eâ ſiquidem
B perceptâ, eſt explorata ratio, quâ iuſtè iudices, & ius dicere, ſeu expedire, & defendere iſtiuſmodi debeant cauſas viduæ, atque pupilli. Enimverò cùm inde potiſſimùm earum cauſarum prorogationem, & ruinam prouenire experientia doceat, quòd procuratores nec illis intendunt, nec vt expediantur vllam adhibent ſollicitudinem, quin potiùs quò longiori perdurent temporis ſpatio, multis, magniſque eas implicatas reddunt perplexitatibus, vt Dædaleum ipſas dicas labirynthum: ſicque dilatione cauſarum, in longum, & ſuarum mercedum extendunt pretia,
C de quibus rectè ea ſumes, quæ Redemptor noſter in Euangelio de Scribis dicit,[d] *Qui deuorāt domos viduarum.* Quodue Eliphaz Themanites obiicit Iob.[e] *Viduas dimiſiſti vacuas,* omni ſcil. ſubſtantiâ; *& lacertos pupillorum comminuiſti.* robur nimirum & fortitudinem illis auferens diuitiarum. Piorum, atque bonorū id debet eſſe ſtudij iudicum, vt ab Harpiis, & hirudinibus hiſce eruant deſtitutos auxilio omni, ipſorum dirigentes quas ij implicauerunt cauſas, ad præcipua, & modica rem omnem reducentes capita, breuiterque iuris ordine ſeruato eas expedientes, iuxta egregium
D id libri Eccleſiaſtici conſilium,[f] *(In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater.*

Procuratores praui deuorāt domos viduarum, pupilloſque conſumunt.
d Luc. 20. 47
e Iob 22. 9.
f Eccl. 4. 10.

13 *Pauper eſt obiectum maximè miſerandum.*

(Et iudicium pauperum non iudicauerunt.) Bene prædictis duarum perſonarum generibus viduæ, atque pupillo præcipuis, vt dictum eſt, miſeriarum obiectis, & tertium hoc adiungit pauperum, qui & ab omnibus deſtitui in hoc mundo ſolent, iuxta illud Salomonis, [g] *Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit*: Et impiorum omnium ſubſunt perſecutioni,[h] *dum enim ſuperbit impius,* ait Dauid, *in-*
E *cenditur,* affligitur, vritur, & perſecutionem ſuſtinet *pauper:* & in perpetua viuunt miſeria, cùm, teſte item Salomone, [i] *Omnes dies pauperis mali.* Vnde factum eſt, vt & eorum, ſicut & viduarum, ac pupillorum præcipuum in iudiciis habendam rationem mandauerit Dominus, & per Sapientem iudicibus ipſis id pariter ſuadeatur, [k] *Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta,* id eſt, in iudicio, quia in portis iudicia exercebantur, iuſque dicebatur. Hocque præcipuum iuſti iudicis idem aſſignat, quod cauſis intendat pauperum, dicens, [l] *Nouit,* id eſt, in-
F tendit, curamque habet, *iuſtus cauſam,* id eſt, litem & controuerſiam *pauperum.* Idque & propterea in primis omnium rectiſſimo, iuſtitiæque exemplari tribuitur iudici.[m] *Iudicabit pauperes populi,* ait Dauid, *& ſaluos faciet filios pauperum.*[n] Et, *liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.*

g Prou. 14. 20.
h Pſal. 9. 23.
Iudicibus bonis cauſa pauperum cordi quàm maximè eſſe debent iuxta Dei præceptum.
i Prou. 15. 15.
k Prou. 22. 22.
l Prou. 29. 7.
m Pſal. 71. 4.
n Pſal. 71. 12.

14 *Iudices quomodo habere ſe debeant in pauperum cauſis defeniendis.*

Quapropter impiis, & iniquis iudicibus, de quibus hîc apud Ieremiam loquitur Deus, iſtud quoque obiiciendum erat, (*Et iudicium pauperum non iudicauerunt.*) Quo loco ponderanda ſunt, *(iudicij,)* nomen, & verbum *(iudicauerunt.)* Neque enim ſimpliciter

simpliciter dixit, Non tulerunt sententiam pro A pauperibus, quamuis id reuera significare voluerit. Sed, *(non iudicauerunt,)* inquit, id est rectæ iustitiæ libramine, iurisque ordine seruato non definierunt: sententiamque ipsam appellat iudicium, vtpote quæ æquo conformis esset iudicio, & iuri consona, cùm alioquin dixerit alias, [a] *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis.* iustè iudica proximo tuo. Et Eliu in libro Iob his consentienti a de ipsomet Deo asserit. [b] *Deus potentes non abiicit, cùm ipse sit potens: Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit,* id est definitiuam sententiam pro pauperibus B pronunciat. Et clariùs idipsum Isaias Christo adscribens inquit, [c] *Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neque secundùm auditum aurium arguet,* quia humano more loquendo, talibus frequenter decipimur sensibus. *Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ,* seu propriùs ex Hebræo, *pro derelictis terræ,* id est, Secundùm rectam iustitiam sententiam proferet pro pauperibus, proque iisdem qui in terra ab omnibus derelinqui consueuère, rectam aduersùs illos, qui eos iniquè oppresserint, damnationis emittet sententiam. C

a Leuit. 19. 15.
b Iob. 36. 5.
c Isai. 10. 3.

In Hebraico textu multa (vt supra notatum est) in toto hoc vers. 28. est à nostra Vulgata diuersitas. Primam enim partem, *(Incrassati sunt, & impinguati.)* sic habet, *(Incrassati sunt* עשתו *ugafsethu.* Pagninus, *(Candidi facti sunt.)* Regia *(Nituere.)* Vatablus. *(Et nitidi sunt,)* id est nitidà cute fuerunt: pinguedo enim nitorem efficit cutis, quo sensu ab effectu idipsum significatur, quod bene à nostro Interprete redditum est, *(Et impinguati.)* Quamquam cùm propriè Hebraicum verbum candorem significet cum nitore, tersumque ac politum esse, non abs re fortasse erit, si dixe- D rimus, duo in hac prima huius sententiæ parte attingi, quibus impij addicti esse solent diuites, de quibus hic sermo est, luxus nimirum in epulis, & luxus in vestimentorum politie, sicut de diuite illo Euangelico legimus, [d] *Epulabatur quotidie, & induebatur purpurà,* & Iacobus Apostolus [e] diuitem describit *in veste candida.*

Diuitũ præcipuorum duo præcipui excessus, alter in epulis, alter in vestiũ ornatu.

d Luc. 16. 19.
e Iacob. 2. 2.

16 Secundam partem, *(Et præterierunt sermones meos pessimè.* Ex Hebræo Pagninus, *(Superauerunt in malis etiam alios malos.)* Regia, *(Etiam superauerunt verba mali.)* Vatabl. *(Sunt etiam qui transgrediuntur malis rebus.)* Ioannes Maldonatus, *(Et præterierunt verba mali, seu verba malitia,)* id est, Quàuis malè loquerentur, peius tamen viuebant: Aut, tam malè vixerunt, vt nullis verbis eorum improbitas explicari possit. Omnino nunc cum E punctis sic legitur *praeterierunt,* seu transierunt, aut superauerunt. דברי־רע *dibre rang* in regimine, id est, *verba mali,* vel facta, & res maligni, seu malitiæ phrasi Hebraicà, quá verbi nomine significatur res quæque, & quodlibet factum. Noster tamen interpres eamdem Hebraicam vocem דברי legit *debarai (verba mea,)* alteramque vocem רע *rang* aduerbialiter sumens reddidit F *pessimè.* Pars tertia, *(Causam viduæ non iudicauerunt,)* seu, vt vertit Vatabl. *(Ius non dicunt,* aut *Non administrauerunt iustitiam.)* Quarta pars. *(Causam pupilli non direxerunt.)* multò aliter in Hebraic. יתום ויצליחו *iathom pupillum,* seu *pupilli, vaiazlibhu, & prosperauerunt,* seu *prosperi facti sunt.* Pagninus. *(Iudicium pupilli, & prosperauerunt.)* Vatabl. *(Nec pupilli causam expediunt, & tamen res eorum prosperè cadunt.)* Isidor. Clarius in Annot. istam cum præcedenti parte sic verti posse in-

Diuitũ impiorum quãta peruersitas.

Iudices prauos prosperari, pessimum.

quit, *(Causam nullam iudicauerunt, etiam causam pupilli, & prosperè agunt !)* admiranter. Sic ista illis similia erunt, quibus infra Propheta noster dicet. [f] *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt?* In vltima denique parte, *(Et iudicium pauperũm non iudicauerunt,)* conueniunt Vulgata, & Hebræa. Vatabl. tamen pro *(non iudicauerunt)* vertit *(Non expediunt.)*

f Iere. 12. 1

Sept. quoque variam huius vers. 28. habent lectionem, in Codicibus enim Complutensi, & Regio hæc habentur, *(Incrassati sunt.)* Quæ non reperiuntur in Codice Vaticano. In cæteris conueniunt codices, sicque legunt, *(Et transgressi sunt iudicium, non audierunt iudicium pupilli, & iudicium viduæ non iudicauerunt.)*

Vide expositionem Moralem & Appendicem Patrum post expositionem Literæ vers. 29.

Vers. 29.] Numquid super his nõ visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AN [a] ipse, ait Dominus, cui derelictus est pauper, quique pater orphanorum, pupillorumque, & iudex sum viduarum, super iniquitates, impietatesque has visitationem non instituam, & inquisitionem? Numquid aduersus tam impiam gentem pro miserrimis istis personarum generibus vltionem non sumam?

a Numquid super his nõ visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiuscemodi nõ vlciscetur anima mea?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NVMQVID *super his,* &c. egimus pluribus in huius sententiæ explicationem supra in vers. 9. huius quinti capitis. Vide ibi. Vnum duntaxat hoc loco notandum: bene sententiam istam præcedenti subiectam, adeóque quod hîc dicitur, *(Super his,)* referendum præcipuè ad ea, quæ immediatè prædicta fuerant, nempe ad exiguam rationem, quã impij præsertim iudices habent viduarum, pupillorum ac pauperum: atque ad eorumdem iniquitatem in iudiciis administrandis viduæ, pupillo, ac pauperi. Quantò enim tria ista personarum genera miseriora in mundo existunt, tantò sunt & Deo gratiora, quantoque magis hominibus sunt despectui, & derelicti: tantò magis diuinæ exposita sunt misericordiæ, dilectioni, atque curæ: ita vt eorum causas vti proprias reputet, suscipiat, tueatúrque, & exaudiat illos vt sibi vni derelictos, quæ egregiè per Vatem Regium explicantur, cùm ait, *Tibi* [b] *derelictus est pauper, Orphano tu eris adiutor.* Et *Dominus* [c] *custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet.* Et in Psal. 67. *Patrem* [d] *Orphanorum, ac iudicem viduarum* eumdem asserit. Quantique pauperum faciat vota exponens in Psalmo 9. [e] *Desiderium,* inquit, *pauperũm exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorũ audiuit auris tua,* & de prędictis tribus personarũ generibus auctor libri Eccles. dicit, [f] *Non accipiet Dominus personam in* id est, contra *pauperem, & deprecationem læsi exaudiet: Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ à maxilla descendunt, & exclamatio eius super* id est,

I *In Iudices nõ habentes rationẽ viduarum, pupillorum, ac pauperum à Deo parata inge vltio.*

Deus præcipuam curam habet viduarum, pupillorum, & pauperum.

b Psal. 9. 34.
c Psal. 145. 9.
d Psal. 67. 6.
e Psal. 9. 38.
f Eccl. 35. 16.

id eſt, aduersùs *deducentem eas. A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* q. d. facto declarabit, ſibi eas maximè diſplicere, quantum attinet ad eum, qui illas cauſarit. Hugo Cardinalis relatiuum (*ſuper his*) non tam ad enumeratas iniquitates, quàm ad ipſos refert oppreſſos per iniquitates, ac iniuſtitias, ac ſi dicatur. Numquid ſuper his oppreſſis à tam malis iudicibus non viſitabo, reſtituendo quicquid eis ablatum eſt, vel eis damnificatum? Meliùs tamen ad iniuſtitias referes, quia vt viſum eſt, non tam rapinam, quàm non adminiſtratæ iuſtitiæ impij arguuntur iudices, qui per fraudes iam diuites facti ſint.

Hugo Card.

Verſ. 27.] Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum, &c.

Verſ. 28.] Incraſſati ſunt, &c.

Verſ. 29.] Numquid ſuper his? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Iudicũ, cauſidicorumque prauorũ, nec nõ & Aduocatorum, & Ambitioſorũ ruina ex doloſa eorumdẽ ditatione, & exaltatione.*

QVAMQVAM in prima literæ expoſitione, quæ & moralis pariter eſt, quod de dolo hîc dicitur, de eo intellectum ſit, qui in alios admittatur, vel etiam de diuitiis doloſè acquiſitis, & aliorum deceptione: non abs re tamen crediderim fore, ſi idipſum doli vocabulum intranſitiuè dicamus poſitum, pro eo nimirum, quo ij ipſi decipiuntur, de quibus in præcedenti ſententia vidimus hîc haberi ſermonem, prauis iudicibus, cauſidicisque, adulatoribus, atque ambitioſis; & quidem iuxta hanc acceptionem aptiùs ſibi duo iſtius ſententiæ cõcinunt membra, ſumendo particulam, *ſicut*, non ſimilitudinariè, ſeu comparatiuè, verùm vt deſignet congruentiam, & paritatem, ſicque peregregius, ac ſubtilis iſte eſt amborum membrorum ſenſus, quòd quemadmodum prædicti inſtar aucupum ſe habentes, ponenteſque laqueos, ac pedicas (vt ſupra explicatum eſt) decipulam ſuam plenam reddiderunt auibus, plurimos nimirum ſuis capientes doloſis technis: ita iuſto Dei iudicio factum pariter eſt, vt & diuitiæ, & Principum gratia, & honorifici gradus dignitateſque, & opulenta beneficia, quibus per fraudulentam aliorum capturam ſuas repleruntur domos, in dolos ipſis conuerterentur, & in muſcipulas, ita vt iure optimo & ipſæ eorum domus dolo pariter plenæ contra ipſoſmet ſint. Quod extra ænigma clariùs mox explicatur, dum ſubditur. (*Ideo magnificati ſunt, & ditati.* [a]) Creaturas enim in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam factas pedibus inſipientium, aſſeruit & Sapiens. Sicque hac ſententiâ ænigmaticè ſignificabitur id quod dicitur in libro Eccleſiaſtici. [b] *Plaga doloſa*, per dolum ſcil. aliis inflicta, *doloſi diuidet vulnera*, id eſt, in cauſa plerumque eſt, vt & eimet qui illam doloſè inflixit, vulnera fiant maiora, *Et facienti* [c] *nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniat illi. Laqueo* [d] *peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum.*

Bona temporalia dolis acquiſita cõuertuntur in dolos, atque in muſcipulã iis ipſis qui illa adepti ſunt.

a Sap. 14. 11.

b Eccleſ. 27. 25.

c Eccleſ. 27. 30.

d Eccl. 27. 32.

3 *Doloſè exaltati dolis caſtigantur.*

Peregregiè autem moralem iſtum huius ſententiæ ſenſum altero confirmare eſt loco, quem & aliàs, aliâ tamen ratione, attuliſſe me recolo. Ex eo quod in Pſalmo 72. dicitur, *Verumtamen* [e] *propter dolos poſuiſti eis*, qui nimirum fraudibus magnificati ſunt, & ditati; & poſitos illis propter dolos pariter dolos intelligens Auguſtinus, enarrat. in eum Pſalmum ait. *Quia doloſi ſunt, id eſt fraudulenti, quia doloſi ſunt, dolos patiuntur. Quid eſt hoc, quia fraudulenti ſunt, fraudem patiuntur? fraudem volunt facere generi humano in omnibus nequitiis ſuis, fraudem & ipſi patiuntur, vt terrena bona eligant, & relinquant æterna.* Et poſt aliqua. *Quid illis contigit? Propter doloſitatem poſuiſti eis. Deiecisti eos dum extollerentur. Non dixit, Deiecisti eos, quia eleuati ſunt, ſed in eo ipſo, quod eleuati, deiecti ſunt.* Quia, adde tu, ea ipſa quibus eleuati magnificati, & exaltati ſunt, doloſa illis extitêre decipula, & laqueus, quo in deterrima quæque deiicerentur. Et quidem de iis qui per adulationum dolos magnificati ſint, manifeſta eſt Salomonis in lib. Prouerb. ſententia, [f] *Homo qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius*; moxque de eodem ſubiicitur: *Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus.*

e Pſa. 72. 18.

Auguſtinus.

f Prou. 29. 5.

4 *Malè partis incraſſati iudices, cauſidicique, & Adulatores, & Ambitioſi, ipſorũ adeptorum lubricitate in extremam, & animæ & corporis runnt ruinam.*

Ad confirmationem iſtorum omniũ deſeruire morali pariter ſenſu poteſt, quod hîc apud Ieremiam in ſubſequenti verſu 28. immediatè adiectum eſt, *Incraſſati ſunt, & impinguati: & prætereierunt ſermones meos peſſimè.* Conſueuimus enim & vulgato ſermone eos qui magnis opibus, inſignibus honorum gradibus, pluribuſque & opulentis beneficiorum præbendis magnificati ſunt, & ditati, bene incraſſatos dicere, & impinguatos: & nouimus, aruinam quâ propriè animantia ſunt ſic eſſe lubricum vt per illam & rebus quibuſcumque lubricitas indatur. Caſum verò lubricitate cauſari nemo iure abnuat. Ecquis autem peior homini contingere poteſt caſus, quàm præcipitem ruere in tranſgreſſionem mandatorum Dei? *Incraſſati*, ergo cùm de præexpoſitis perſonarum generibus dicitur. (*Et impinguati.*) rectè adiectum ſtatim, (*& prætereierunt ſermones meos peſſimè.*) Quæ omnia & in præcitato deſignata ſunt loco Pſalmi 72. iuxta vim Hebraicæ lectionis, quæ in hunc modum verti poteſt, *In lubrico* (vt legit Hieronymus) ſeu *in lubricitatibus* (vt alij) *poſuiſti eis*, ſcil. pedes ſeu vitam, atque animam: ſeu *deiecisti* (*cadere feciſti permiſſiuè*) *eos in extremam vaſtitatis ruinam. Quomodo facti ſunt in deſolationem*, ſeu *in ſtuporem*, Hebraica enim vox שמה *ſcammah*, & deſolationem deſignat admirandam, & ſtuporem, prout eam & noſter Interpres infra Ieremiæ 8. accepit, vbi legit, *Super obtinuit me.: Subitò defecerunt, perierunt.* propter honores, ſuorum ſcil. peccatorum. Vnde & hîc in ſubſequentibus ait Dominus. [g] *Nũquid ſuper his non viſitabo? aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Stupor, & mirabilia*, ſeu *& horribilia*, (vt legunt Sept.) *facta ſunt in terra.*

g Ier. 8. 21.

Vide expoſitionem primam iſtorum, ea quippe eſt & pro moribus.

VVLGATÆ.

Verſ. 26.] Quia inuenti ſunt, &c.

Verſ. 27.] Sicut decipula, &c.

Verſ. 28.] Incraſſati ſunt, &c.

Verſ. 29.] Numquid ſuper his? &c.

SE

SEPTVAGINTA.

26. Ὅτι εὑρέθησαν ἐν τῷ λαῷ μου ἀσεβεῖς, καὶ παγίδας ἔστησαν τοῦ διαφθεῖραι ἄνδρας, καὶ συνελαμβάνοσαν.

27. Ὡς παγὶς ἐφεσταμένη πλήρης πετεινῶν, οὕτως οἱ οἶκοι αὐτῶν πλήρεις δόλου. διὰ τοῦτο ἐμεγαλύνθησαν, καὶ ἐπλούτησαν, καὶ παρέβησαν κρίσιν, οὐκ ἔκριναν κρίσιν ὀρφανοῦ, καὶ κρίσιν χήρας οὐκ ἐκρίνοσαν.

29. Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, λέγει κύριος; ἢ ἐν ἔθνει τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου.

Vers. 26.] Quia inuenti sunt in populo meo impij : & laqueos statuerunt ad perdendos viros, & cœperunt.

Vers. 27.] Sicut laqueus superpositus plenus auium, sic domus eorum plenæ dolo. Ideo magnificati sunt, & ditati, & transgressi sunt iudicium : non iudicauerunt iudicium pupilli : & iudicium viduæ non iudicauerunt.

Vers. 29.] Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non vlciscetur anima mea?

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia inuenti sunt in populo meo peccatores, & in dolo effundentes sanguinem innocentem, quasi indumentum peccatorum, quod percutit, & occidit, cogitant disperdere animas interfectores.* Vers. 27. *Sicut domus saginationis, quæ plena est auibus, sic domus eorum plenæ sunt dolo, propterea multiplicati sunt, & ditati sunt.* Vers. 28. *Diuites facti sunt, & possederunt diuitias, transgressi quoque sunt sermones legis, fecerunt quod malum est. Iudicium verum non iudicant: si autem iudicassent iudicium pupilli, prosperati fuissent : & iudicium pauperum in veritate non iudicant.* Vers. 29. *An ob ista non visitabo, vt adducam super eos mala, dicit Dominus? aut de populo, qui talis est in operibus suis, non sumam ex eo vindictam pro voluntate mea?*

1 Hieronym. Vers. 26. 27. 28. & 29. *Quia inuenti sunt in populo meo impij,* &c. Hieronymus. *Cum declinaret ab eis imber temporaneus, & serotinus, & bona omnia non venirent, causæ subiiciuntur: (Quia inuenti sunt in populo eius impij.) Non dixit iniquos, & peccatores, vt* A *noua vult hæresis, sed impios. Impietas aperte negat Deum: iniquitas, atque peccatum si confiteatur errorem, facilè ad misericordiam flectit Deum. Quodque nos diximus, (Insidiantes quasi aucupes,) & in Sept. non habetur, Aquila & Symmachus transtulerunt verbum* ישור *iasciur, quasi rete aucupis. Quod etiam qui bonus inter eos videtur, & rectus, instar aucupis tendat insidias, dum inuicem se venantur ad mortem, & aliorum damnis, atque dispendiis suas complent domos; vt impleatur Philosophorum illa sententia: omnis diues aut iniquus, aut heres iniqui. Atque vtinam ab his tantum fiant, qui videntur foris esse, & quos Dominus iudicat:* B *& non in nostris conuenticulis impleantur, quos possidet radix omnium malorum auaritia: ita vt venientium ad nos non ora contemplemur, sed manus.*

Impietas & iniquitas quomodo differant.

Diuites quomodo instar aucupis.

Diues omnis aut iniquus, aut heres iniqui.

Auaritia etiam in Ecclesiasticis.

2 Theodorit. Theodoritus. *Verumtamen cùm viderem eos iniquè versantes, etiam his bonis priuati. (Inuenti enim sunt in populo meo impij, qui laqueos statuerunt ad capiendos viros, & comprehenderunt. Sicut laqueus applicatus plenus auibus, ita domus illorum plena dolo.) Per hæc clandestinas insidias eorum aperit, & memorat opes ex iniquitate comparatas, & ex opibus prodeuntem arrogantiam, vitam iniquam, & iniustitiam, quæ in pupillos, & viduas committitur.*

E diuitiis malè partis quæ procedunt vitia.

D. Thom. C D.Thomas. *Hic prosequitur culpam Prælatorum, quæ est frequenter causa culpæ subditorum, & ideo dicit, (Quia inuenti sunt.) Ostenditque primò eorum iniustitiam, quantum ad iniustam, & fraudulentam oppressionem pauperum, ponens dolum. (Insidiantes)* Psal. 9.[a] *Insidiatur vt rapiat pauperẽ, (plena dolo) diuitiis, quas dolo conquisierunt. Et doli effectum in multiplicatione diuitiarum, (Ideo magnificati) in honoribus (ditati) in diuitiis, & in multiplicatione peccatorum, (& prætererunt, &c.) Secundò ostendit eorum iniustitiam quãtum ad iusti iudicij omissionem, causam viduæ,* &c.

Prælatorum culpa est frequenter causa culpæ subditorum.

a Psal. 9. 11.

3 Hieronym. *Ideo magnificati sunt,* &c. Hieronymus, *Si voluero* D *adnotare per singula, quæ in Sept. editione omissa sunt, longum fiet. Qui tendunt, ait, insidias, & aliorum nuditate lætantur, ideo magnificati sunt, & ditati, quia superiora fecerunt.*

Incrassati[b] *sunt, & impinguati, iuxta illud quod scriptum est,*[b] *Incrassatus, & impinguatus est, & recalcitrauit dilectus. (Et præterierunt sermones meos) quia diuitiarum conscientiâ illud dixerunt de Euangelio: Anima*[c] *habes multa bona posita in annos multos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Prætererunt autem in malum sui, cunctosque homines despicientes non posuerunt Dei iudicium ante oculos suos. (*Pupillum, & pauperes contempserunt.) Pro quo Sept. dixerunt (viduas) quod in Hebraico non habetur* אביונם *ebionim quippe pauperes, non viduas sonat.*

b Deut. 32. 15.

Diuitiæ recalcitrandi occasio.

c Luc. 12. 19.

Damascen. Ioan. Damascenus lib. 1. Parallellorum cap. 98. citat hæc iuxta nostram Vulgatæ lectionẽ, (*Causam viduæ non iudicarunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.*)

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΟΤΙ εὑρέθησαν ἐν τῷ λαῷ μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὡς ἀλόγοις ἐχρῶντο τοῖς ὁμοφύλοις. ὁρᾷς ὡς οὐχὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἁμαρτήματα ἐκδικεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ πλησίον, κατ' ἀλλήλων ἐξεπολεμώθησαν. κατ' ἀλλήλων ἔστησαν ἀπὸ τῆς εὐπραγίας. ὁρᾷς πῶς αὐτοῖς ἀπολογεῖται;

E Vers. 26. QVIA *inuenti sunt,* &c.) Chrysostomi.] *Tribulibus veluti iumentis vtebantur. Vides non solùm de peccatis contra ipsum, sed etiam in proximum Commissis pœnam sumere? mutuis in se inuicẽ bellis exarsẽrũt, in seipsos mutuò steterunt, fælicitate illa elati. Vides vt ipsis respõdeat?*

4 Chrysost. *Peccata contra proximum maximè ipsi Deo.*

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ψευδοπροφῆται, οἱ ψευδοαπόστολοι, οἱ αἱρεσιάρχαι, οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες. A

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐπεκύρωσαν τὰ τῶν ψευδοπροφητῶν.

[οὐκ ἔκρινεν κρίσιν ὀρφανοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μάλιστα μὲν γὰρ πολλαχοῦ τὸ δίκαιον διώκειν δεῖ. ὅταν δὲ ἔχῃ τι καὶ ἐπαγωγὸν, ὁ ἀδικούμενος πρὸς ἔλεον, τὴν ὀρφανείαν, τὴν χηρείαν λέγω, τίς οὕτως ὠμὸς, καὶ ἠλίθιος, ὡς μὴ ἂν βραβεῦσαι τῷ τοιούτῳ τὸ δίκαιον; ὅταν γὰρ ὃν ἐλεεῖν ἐχρῆν, τοῦτον μήτε τῶν δικαίων συγχωροίη μετέχειν, πῶς ταῦτα ἀνεκτά; [καὶ κρίσιν χήρας οὐκ ἐκρίνοσαν.] B

Βίκτωρος.] εἴποις χήραν, καὶ τὴν τοῦ νυμφίου λόγου τὴν συνάφειαν * ἐστερημένην. ἧς τὴν κρίσιν οὐκ ἔκριναν, οὐδὲ τῶν ἀπορφανισθέντων θεοῦ διὰ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν, μετανοίας τρόπους ὑποτιθέμενοι.

*ἄλ. τὴν συνάφειαν.

Olympiodori.] Pseudoprophetarum dicta confirmarunt. — Olympiod.

Eiusdem] Pseudoprophetæ Pseudo-Apostoli, hæresiarchæ, impuri Dæmones. — Idem.

Vers. 28.] Non iudicauerunt iudiciū pupilli, &c.)

Chrysostomi.] Præcipuè quidem in plerisque ius sectandum est: quando verò & is, cui fit iniuria, aptum quid habeat ad flectendos animos, & prouocandos ad misericordiam, vtpote orbitatem, aut viduitatem, quis adeo durus & sensus expers, vt huic ius suum nō tribuat? si enim is cuius misereri oportet, nec suum ius assequatur, quis hoc ferendum iudicet? (Et iudicium viduæ non iudicauerunt.) 5

Chrysost. Ius miseris potissimum dicendum. Viduarum, & Orphanorum miserendum, iusque illis dicendum.

Victoris.] Dices viduā, & sponsi verbi coniunctione priuatā, cuius iudicium non iudicarunt, & eorū qui Deo propter legis transgreßionem orbati sunt, pœnitentiæ modos, non proponentes.

Victor. Vidua iterū dicitur, quādo à prædicatoribus non proponuntur animæ peccatrici pœnitētiæ modi.

Vers. 30.] Stupor & mirabilia facta sunt in terra.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Stupor, & mirabilia (seu horribilia) facta sunt in terra.

b Stupor.

STVPIDOS [a] dicas, ac stolidos præ pinguedine, ac luxu, & nihilominus ad summam omnium admirationem iidem Iudices in terra Iuda constituti sunt, vt horribilibus subiicerentur tormentis, quæ prauis parata sunt iudicibus. Ecquid [b] tot Iudeæ sunt scelera, quid ipsa Iudæorum peruersitas? stupor profectò sunt, stuporisque nomine appellanda, tum si eorum efficientem respicias causam, quæ certè stupiditas extitit delinquentium: tum si ab iis causatum spectes vel in cælis ipsis stuporem: tum denique si & pœnam consideres eorumdem adeo magnam, adeòque acerbam, vt nedum eos qui illa admisêre in stuporem adductura sit, sed & quibuscumque ipsam vel videntibus, vel à longè audientibus stuporem sit iniectura. quandoquidem inter Dei ea adnumeranda sit mirabilia. Et [c] meritò, cùm & per eorumdem Iudæorum peruersitatem mirabilia item hominū facta sint in terra Iuda. An nō mirabilia, quæ in terra illa perpetrata sunt crimina, vel superbiæ aduersus Deum humanas excedentia vires: vel idololatriæ, recessionis à Deo, conuersionisque ad creaturas, quorum rationes, penitus ignorantur & causæ: vel luxus, atque libidinis, quorum turpitudinem humanus capere nequit intellectus, quorum & horror vel Angelicis imperceptibilis est mentibus? Cæterùm quæ præ omnibus mirabilia in ea ipsa terra facta dixerim, & per quæ maior causatus est stupor, hæc extitêre.

c Et mirabilia, (seu & horribilia, seu & turpitudinis fœditas) facta sunt in terra.

EXPOSITIO IVXTA SENSVS LITERALES ET MORALES.

1 STupor, & mirabilia, &c. Tribus modis accipi hæc possunt, vel vt relata ad ea, quæ præcesserunt, vel vt per se súpta, vel vt relata ad ea quę mox subsequūtur. Si primo modo, duo significantur, quæ contigêre circa prædictos impios diuites bene impinguatos, stupor, & mirabilia, (stupor) id est stoliditas, quæ nimiam comitari solet pinguedinem, seu stultitia, quæ eos obtinet, qui luxui addicti sunt, & deliciis. (Et mirabilia,) quòd nihilominus in terra Iuda istiusmodi homines regnarent, aliis præessent, iurisque administrationi præficerentur: quòd prosperè agerent, & quòd terra illos ferret. Vt quod de stupore asseritur, per id declaretur, quod in libro Iob legimus, [a] Adducit, scil. Deus consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporē. Quia enim qui fraudibus, ac dolis diuites facti sunt, in magnam Sapientum, atque prudentum apud populum deueniūt opinionem, ita vt ipsos in quibuslibet consulant negociis, rectè consiliarios illos sanctus appellat Iob, eosdemque in stultum finem à Deo adductos asserit, quatenus, Deo permittente, omnia eorum consilia in stultū directa sunt finem lucri temporalis, ac sensibiliū voluptatum cum ignominia creatoris, quo nihil stultius, vt & illis id competat, quod ab Isaia dicitur, [b] Stulti Principes Taneos, Sapientes consiliarij Pharaonis, (qui Diaboli typus est) dederunt consilium insipiens. C D

In diuitibus prauis duo obseruanda, eorum stoliditas, & admirabilis in hoc mundo prosperitas.

a Iob. 12. 17.

Diuites praui, quos mundani consulere solent, stulto fine consilia exhibent.

b Isai. 19. 11.

Porrò qui præ deliciarum studio viduarum, pupillorum, ac pauperum iuxta munus suum nō iudicarunt lites, profectò in stuporem, atque in eam adducti comprobantur stultitiam, quā meritò stoliditatem appelles. Vnde admodum congruēter propter eosdem, seu in iisdem adiicit hoc loco Ieremias (facta (vt explicatum est) mirabilia in terra,) cùm duo in illis contigerint ex iis quatuor, per quæ Salomon [c] ait moueri terram: ita vt nec sustinere ea possit, duo inquam illa prima. Per seruum, cum regnauerit, & per stultum, cum saturatus fuerit cibo. Existentibus iis nedum stultis, sed & stolidis: & nedum cibo saturatis, sed & bene incrassatis, & impinguatis, adeoque seruis opum malè partarum, deliciarumque, ac voluptatum; & nihilominus præfecturas, iudicumque munus obtinentibus. Bene pro, (Mirabilia facta sunt in terra,) Sept. legunt (Horribilia facta sunt in terra,) vt & horribilia pariter in his significentur, quib. prædicti impij etiam in hoc mundo, dumque adhuc in terra vitam agunt, à Deo castigari plerumque cōspecti sunt, in vindictam pauperum, de quibus horribilibus legimus in libro Sapientiæ. [d] Cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis. Horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium his qui præsunt fiet. Et quidem rectè hæc, & consequenter hîc à Propheta dicentur, qui mox ea Dei retulit verba, Numquid super his non visitabo? & super gente huiuscemodi non vlciscetur anima mea? 2 E F

2 Diuites prauos ac stolidos iudicia exercere in terra aliqua inter mirabilia, & horribilia computatur.

c Prou. 30. 21.

Iudicibus prauis parata horrenda supplicia.

d Sap. 6. 5.

Cæterùm si secundo modo hæc sumantur per se, & absque alia relatione ad præcedentia, vel ad subsequentia. Dicendum exaggerationem quandam in his fieri peruersitatis, quæ tunc temporis in 3

3 Stuporis nomine significata ingens peruersitas.

in Iudaica vigebat terra: vt stuporis vocabulo ingens ipsa designetur peruersitas, nec non & scelus quodlibet, idque plures ob rationes. Primùm, quia tātùm à recto rationis vsu peccatum, vt Dei offensa est, distat, vt planè ex natura sua patefaciat, haud fieri potuisse, vt admitteretur, nisi à stupido, in talemque adacto stuporem, vt non consideraret quis ille esset, quem eā offenderet actione, quidve ex ipsa consecuturum esset: & hoc pacto stuporis vocabulo ipsummet nuncupatum est peccatum à causa vnde id potissimùm habet ortum, quomodo & communi vsu loquendi actionem, è qua magna operantis arguatur stultitia, & stoliditas, stultitiam dicimus, & stoliditatem grandem, iuxta id Prouerb. 14. 17. *Vir impatiens operabitur stultitiam.*

Peccatū appellatum stupor vt à sui causa.

Stultitiæ nomine significata aliquādo actio ipsa stulta.

4 Secundò, quia ipsa peccati peruersitas, ea præsertim, quæ fidelis est populi, tanta est, vt vel insensibilia, quin & cælos quoque, tametsi alioquin omnis perturbationis expertes, ad stuporem cōmoueat, prout supra testatus est Dominus in capite secundo, dicens,[a] *Obstupescite cæli, & portæ eius desolamini vehementer*, seu iuxta versionem. Sept. *Obstupuit cælum super hæc, & inhorruit extra modum vehementer*, vel, iuxta aliam *lectionem*, *& commota est terra. Duo enim mala fecit populus meus*, &c.

Peccatum fidelis populi appellatū stupor à stupore, qui per illud excitatur. a Iere. 2. 12

Tertiò, quia talis, tantaque prædictam peruersitatem cōsecutura est pœna, vt haud aptiori exprimi ea possit vocabulo, quàm stuporis, quomodo infra de hoc Iudæorum populo istiusmodi obnoxio peruersitati dicet Dominus, *Ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.* Quam tertiam rationem cōfirmat Hebraica vox שמה *sciamah*, quæ ita stuporem significat, vt designet pariter & desolationē, prout eam & noster vertit Interpres in Psal. 72.[b] *Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.* Ingens autem Iudæorum peruersitas duplicem causauit desolationem in terra Iuda, alterā, quā à Deo derelicta est sola, & absque ope, quā ab insurgentibus tueretur hostibus, alteram, quā ab iisdem hostibus in eam redacta est desolationē, vt stupor ex illa ingereretur vniuersis, qui vel visu, vel auditu ipsam perciperent.

Peccatū appellatum stupor ob ipsius pœnam, quæ stuporem cōmoueat.

b Psa. 72. 19. *Desolatione duplici castigati Iudæi, & peccatores quique obstinati.*

5 (*Et mirabilia*.) Sept. (*Et horribilia.*) Hebr. (*Et fœditas, seu turpitudo, facta sunt in terra.*) Legimus in Psal. 71. de Deo.[c] *Qui facit mirabilia solus*, itemque in Psal. 135. 4.[d] *Qui facit mirabilia magna solus.* Quapropter haud à veritate sensus aberrabit, qui dixerit, & hoc quoque loco de mirabilibus à Deo factis super terra Iuda in pœnam eorum qui terram illam suis contaminarant sceleribus, fieri sermonem, mirabilia appellata, nedum eā ratione, quā vniuersa Dei opera, etiam quæ iuxta naturæ ordinem fiunt, mirabilia in sacris dicuntur literis, quatenus à diuina procedunt potentia, quam cōprehendere nequimus: Verùm & ob id quòd consuetum flagellorum modum excederent, ac propter istiusmodi excessum ingentem causarent admirationem, sicut mox eadem stuporis vocabulo vidimus nuncupata. Quia verò admiratio ea horrorem haberet adiunctum, tum in Iudæis, tum in singulis, qui talium quomodocumque conscij essent mirabilium: bene & (*horribilia*) eadē sunt vocata, quomodo de similibus operibus ab eodem Deo factis in Iudæorum fauorem aduersus illorum hostes legimus in 2. lib. 2. Reg.[e] *Vt faceres eis magnalia. & horribilia super terra.*

c Psa. 71. 18. d Psa. 135. 4. *Flagella Dei magna dicta eiusdem Dei mirabilia, & horribilia.*

e 2. Reg. 7. 23.

6 Cæterùm quamuis verum id sit, quòd Deus solus mirabilia faciat, si de mirabilibus sermo sit, quæ naturæ excedunt ordinem, & miracula atq; A prodigia propriùs appellantur: & quia solus absque alterius adiutorio ea quoque condidit, iugique vel conseruatione, vel renouatione facit, quę naturæ mirabilia appellantur. Nihilominus & id pariter verè asseritur, quòd & homines mirabilia faciunt: Vtinā autem sicut ea faciunt in terra, sic facerent & in cælo, vtrumque enim ex eo quòd Dei in se habent imaginem, atque similitudinem, facere possunt mirabilium genus, & cælestium, & terrenorum. Mirabilia in cælo faciūt, qui, tametsi in carne viuant, non ambulant tamen secundùm carnē, qui tametsi nemo carnem suā odio habeat, B castigant tamen corpus suum, & in seruitutē redigunt: qui tametsi in carne ambulent, vitamque degant in corpore, quod corrūpitur, & aggrauat animam, suam tamen conuersationem habent in cælis, eos in cælesti sua conuersatione facientes progressus, vt & cælestibus spiritibus, & ipsimet Deo suis admirationē incutere videantur istiusmodi mirabilibus, prout ex iis colligitur Cant. Canticorū, quibus de Dei sponsa hæc mirabilia patrante admiranter dicitur,[f] *Quæ est ista quæ ascēdit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus*, &c. Et[g] *quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consur-* C *gens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorū acies ordinata?* De Iudæis hoc loco signatè dicitur, *Et mirabilia facta sunt in terra.*

Mirabilia facere posse & homines ex Dei similitudinem habit.

Mirabilia in cælo quomodo fiāt ab hominibus.

f Cant. 3. g Cant. 6.

Mirabilia triplici ratione in sacris literis dici aliqua solent, vel quia facientiū excedunt vires: vel quia eorum causæ ignorantur, ex ignorantia enim potissimùm admirationem oriri testis est Aristoteles: vel quia difficile ea intellectus capere potest. Iudaicus populus, & scelestus quisque fideliū mirabilia ob rationes istas omnes in terra fecisse, & facere dicitur. Mirabilia, vt vires suas excedentia fecit, quando superbissimā cōtentione D à Dei se subtraxit obsequio, audens & dicere.[h] *Non seruiam*, vt visum est supra, ita vt & illi ea cōpetant quæ apud Isaiam de Moab dicuntur,[i] *Superbus est valde: superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquàm fortitudo eius.* Et nouimus, superbiæ opera magna ac mirabilia appellata à Propheta, dicente,[k] *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* An non mirabilia facta ab eodem sunt super terram, quando scelera admisit idololatriæ, & auersionis à Deo, conuersionisque ad vanitates, quorum ignorantur causæ? Cùm nec Deus, cui omnia perspecta sunt, illas se E nosse significet, adeòque & cū admiratione quadam eas quærere videatur, siue cùm dixit.[l] *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?* siue cùm ait.[m] *Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi.* Siue, cùm inquit,[n] *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?*

7 *Mirabilia triplici ratione dici aliqua possunt.*

Aristoteles lib. 1. Metaph. cap. 2.

Mirabilia facere dicitur peccator ex maxima peccati superbia.

h Iere. 2. 20. i Isa. 16. 6. *Superbiæ opera dicta magna & mirabilia.*

k Psa. 130. 1. *Idololatriæ opera dicta mirabilia.*

Peccata auersionis à Deo patrata dicta facta mirabilia.

l Iere. 2. 5. m Mich. 6. 3. n Ier. 11. 15.

8 Et certè difficillimū id humanæ vel menti est, vel captui, quòd in terra Iuda de qua per Prophetam dicebatur,[o] *facta est Iudæa sanctificatio eius.* Iudaicus populus, de quo supra vidimus dictum,[p] F *Sanctus Israel Domino primitiæ frugum eius*, eò peruenerit peruersitatis, vt contra Deum talia patrarit mirabilia, quorum percipi nequiret & horror, & fœditas, hæc enim ambo Hebraica designat vox שעררה *sciangarurah*, quam Hebræi, & plerique ex nostris, Pagninus, Vatablus, ac Regia pro turpitudine, & fœditate, siue etiam pro re fœda, & horrenda accipiunt: quámve & noster interpres, qui hîc (*mirabilia*) eā reddidit, alibi cùm istiusmodi exaggerantur mirabilia, eamdemque, indicatur ratio, cur sic dicantur, vel *horribilia* interpretatus, est

Peccata fidelium, & in primis Religiosorū dicta mirabilia, & horribilia & admirationem ipsorum turpitudinem & horrorem.

o Psa. 113. 2. p Iere. 2. 3.

a Ier. 18.13. eſt vel *horrenda*, prout infra in cap. 18.[a] *Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis*
b Hoſe. 6.10. *Virgo Iſrael?* & [b] Hoſeæ. 6. *In domo Iſrael vidi horrẽdum.* Horrenda autem, & horribilia ea dicuntur quæ præ rei fœditate, & indignitate horrorẽ incutiunt, qualia illa quæ ab eodẽ Iudaico populo
c Ierem. 2. 12. iuxt. Sept. facta ſignificauit Dominus, cùm in cap. 2. dixit,[c] *Obſtupuit cælum, & inhorruit terra, Duo enim & mala fecit populus meus. Me dereliquerunt*, &c. Vide ibi.

Denique poſſunt hæc ipſa, (*Stupor, & mirabilia, ſeu horribilia facta ſunt in terra.*) tertio, & congruẽtiori modo accipi, vt relata ad ea, quæ mox ſubſequuntur, vt ſint vnamet cum iis ſententia, hæcque potiſſimùm eſſe ſignificentur, quæ in terra Iuda facta fuère ſummi ſtuporis, ſummæque admirationis, atque horroris, & præ turpitudine, & præ horribili quæ eis ſuperueniet pœna.

Verſ. 31.] Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouiſſimo eius?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Prophetæ prophetabant mendaciũ, ſeu in falſitate. b Sacerdotes applaudebant manibus ſuis. c Et populus meus dilexit talia.

PRophetæ, iis ad quos diuinum verbum prædicare, populumque docere ſpectabat, iniquas, & falſas idololatriæ prauorũque morum prædicauerũt doctrinas,[b] imò Sacerdotes ipſi, quorum id erat muneris vt illis obſiſterent, ingenti cum applauſu vniuerſa approbabant, quæ ab illis prædicabantur.[c] Quodque omnium peſſimum in hiſce extitit, ambo tã Sacerdotes, quàm Pſeudoprophetæ quotidie cõfirmabantur magis, maioreſq; in dies faciebãt in ſceleſtiſſimæ doctrinæ diſſeminatione progreſſus: quia norant, populo ea eſſe placentia. Et certè hoc quàm maximè ait Dominus, meum perculit cor, quòd non populus quis barbarus, aut gens aliqua diuinæ expers cognitionis: At Iudaicus peculiaris populus meus, à me aliàs plenè de omni inſtructus veritate dilectionem, quâ legi meæ, conglutinatum ſeruare ſe debuiſſet, in talia conuerrit mẽdacia, in talia quæ & ſtuporis ſunt, & admirabilis fœditatis, & horroris.[d] Prophetauit illi ex Dei reuelatione in veritate, annuncians imminentem totius Iudaicæ terræ vaſtationem, quam facturi erant Chaldæi, monui eos, vt Regi Babylonis obedirent, prophetauerunt è cõtra pſeudo prophetæ in falſitate, milleque ſuper his confixère mendacia:[e] quæ & Sacerdotes ſũma cum admiratione approbantes, expanſis (vt dici ſolet) accipiebant manibus: Quia eorumdẽ Prophetarũ opera, iiſque intermediis dominabantur, ac muneribus cumulabantur in terra, & populus meus ſic voluit, taliaque dilexit.[f] Quò tandẽ is perueniet iniquitatis, & ſcelerum? Quid in nouiſſimo quod ei Prophetauit continget? qui tũc illi fiet per Babylonios? Quid tandẽ fiet quando completæ fuerint ſtupendæ, atque turpiſsimæ iniquitates veſtræ? Quid facietis ad finẽ eius turpitudinis? quo fine concludetis horrendas veſtras abominationes? Voſque Chaldæi quid eo tempore facietis ad eius populi, eiuſque terræ finem? Quam mercedem pro tam execrandis criminibus illi retribuetis? Stupendam profectò, ac horrendam euerſionem atque captiuitatem.

d Prophetæ prophetauerant mendaciter. Et Sacerdotes extẽdebãt manus ſuas, ſeu accipiebant ſuper manus ſuas. e Sacerdotes accipiebant, ſeu dominabantur per manus eorũ. Et populus meus dilexit ſic. f Quid fiet in nouiſſimo eius? g Quid facietis in Fine, ſeu, ad finem, aut, ad mercedem eius?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1
1. Senſus. Doctrina praua diſſeminatio vnde. Prædicatores appellati Prophetæ.

P*Rophetæ prophetauerunt*, &c. Duobus modis hęc quoque accipi poſſũt, vel generaliter, vel ſpecialiter. Generaliter, vt ſermo ſit de diſſeminatione, falſorũ dogmatum, & quoad religionẽ, & quoad mores, de prædicatione, applauſu, atque acceptatione, & cõplexu vitiorũ, in primiſque idololatriæ: Conſtat enim apud Iudæos Prophetarum nomen, & iis impertitũ, quos nos Præ-

A dicatores, ſeu cõcionatores appellamùs, adeóque & verbo prophetãdi ipſum plerumque prædicationis actum deſignatum, quia id quoque eſſet Prophetarum munus, vt populo prædicarent, eũdemque docerent, & increparent, ſicut aliàs probaſſe me recolo ex eo, quod Iſaiæ à Domino dictũ eſt,[a] *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Vt ſenſus ſit. Qui Prophetarũ & concionatorum munus in terra Iuda exercebãt, prædicauerunt falſas doctrinas, prophetantes nimirum in Baal, cultum videlicet Baal prædicantes, a Iſai 58.1.
B qua de re conqueſtum vidimus Deum in cap. 2.[b] loquenteſque in ventũ, id eſt, vana atque inania, falſa & erronea, abſq; Dei reuelatione imò à Dei oraculis diſſidentia, quod in hoc ipſo cap. 5. doluiſſe vidimus Ieremiam.[c] Id verò extitit peius, quòd Sacerdotes, ad quos ſpectabat, vt iſtiuſmodi obſtarent mendaciis, eoſdemque falſitatis arguerent pſeudoprophetas, illis potiùs cõſentiebant, manuumque applauſu ſe illorum errores nedum cõfirmare, ſed grato animo cõplecti ſignificabãt. Quodque omniũ peſſimũ, (*Et populus*, inquit, *meus dilexit talia.*) quæ ſc. mox dicta fuère, ſtupor & mi- b Ierem 2.8.
C rabilia, ſeu horribilia: ſeu talia, qualia ſibi prædicari, ſacerdotũque applauſu cõfirmari audiebat. Vt particula, (*Et*) non tam vt ſimplex hic ſumatur coniunctio, quàm vt ad amplificationem deſeruiens orationis, pro alia particula *imò*.

c *Iere. 5.13. Prædicatio falſa doctrina vim accipit ex ſacerdotũ approbatione, & ex populi acceptatione.*

Et, particula pro imò.

Qui enim ex mendacij prædicatione excitatus eſt ſtupor, atque horror, amplificatus eſt, per applauſum Sacerdotum, idemque multò auctior aſſeritur ex eo quòd Dei populus talia dilexit mẽdacia. Cùm enim pſeudoprophetas è ſui medio tollere debuiſſet, iuxta id Dei ſui præceptum quo in lib. Deut. dicitur.[d] *Si ſurrexerit in medio tui Pro-* 2
D *pheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat & prædixerit ſignum, atque portentum, & euenerit, quod locutus eſt: & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis: Non audies verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima veſtra. Dominũ Deum veſtrum ſequimini, & ipsũ timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocẽ eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. Propheta autẽ ille, aut fictor ſomniorũ interficietur, quia locutus eſt, vt vos auerteret à Domino Deo veſtro.* Ipſe è cõtra ea potiùs dilexit, iiſque & cor, & animã ſuã cõuertit
E Idolis, atq; mẽdaciis, quæ per pſeudoprophetas, prauoſque ſacerdotes ſibi porrigebãtur, ac per id quòd illa, eorumque prædicationẽ grata ſibi eſſe ſignificarunt, animos & Prophetis, & Sacerdotibus iiſdẽ indiderũt, vt in mẽdaciorũ diſſeminatione maiores in dies facerent progreſſus, magiſq; in eo obfirmarẽtur ſtudio vtpote qui noſsẽt placẽtia ipſi eſſe, quæ loquerentur. Vnde & ſubditur.

d Deut. 13.1. *Prædicatores prauam doctrinam diſſeminantes populus è ſui medio tollere tenetur.*

Quid igitur fiet in nouiſſimo eius, ſc. populi? Ac ſi dicatur, Quò tãdẽ is perueniet peruerſitatis, ac ſcelerũ? Quãquã ingẽs quoq; per verba iſta deſignari queat eiuſdẽ populi pro tãtis ſceleribus vaſtatio,
F quę in nouiſſimo eius facięda erat per Chaldęos, à quibus captiuus ducendus erat in Babylonem.

Iuxta quem ſenſum meliùs tota hæc ſententia ſpecialiter ſumetur de mendacio nimirũ eo ſpeciali, quo maximo cũ populi detrimento, pſeudoprophetæ prædicebãt ſecuritatem à Rege Babylonis, milliaque ſuper his confingebant falſitatũ, quib. applaudebãt Sacerdotes, & quæ toti populo gratiſſima eſsẽt, qui moleſtiſſima è veſtigio haberet, quæ verè & ex Dei ore Ieremias minitabatur per Chaldæos faciẽda, lege c. 28. huius Vaticinij, 2. Senſus.

 &

& reipsa hæc ibi ob oculos posita intelliges.

3 Circa lectionũ varietaté. Nota primò, versioné Sep. fauere primo sẽsui, sic enim habet. *(Prophetæ Prophetant iniqua, & sacerdotes applauserunt manibus suis, populus meus dilexit sic. Et quid facietis.)* (vt habet Codex Vaticanus) seu. *Et quid faciet* (vt Complutens. & Regius) *(post hæc?)* Nota secundo, Hebraicam lectionem accipi, vertique posse, vt secundo faueat sensui, prout eam sic vertit Vatablus. *Prophetæ vaticinantur falsò, & sacerdotes applaudunt illis manibus, & populus meus dilexit sic. Quid verò tandem facietis in nouissimo eius? seu in fine illius rei.*

Nota tertiò, in Hebraico textu pro eo quòd in Vulgata est, *(Applaudebant,)* esse verbum ירדו *irdu*, quod triplicis est significationis. Quidam enim id deducunt à radice רדד *radad*, extendere, adeoque vertunt. *(Et sacerdotes tendebant manus suas,)* id est applaudebant, magnaque cum admiratione approbabant. Sic Ioannes Maldonatus in suis Comment. Communiter tamen ab alia id deducitur radice רדה *radah*, quod verbum tam accipere significat, quàm dominari: Vnde varietas est apud interpretes, eoque maior, quod pro *(Manibus suis)* hebraicè est על ידיהם *ngal iedehem*. Et quadrupliciter verti ac intelligi possunt. Primùm *(Prophetæ prophetauerunt in falsitate, seu falsò, & mendaciter & sacerdotes accipiebant super*, seu *ad manus suas,)* falsa nimirum illa quæ ab iis prophetabantur, expansis manibus accipiebant, quod consonat cum sensu Vulgatæ, & Sep. *Applaudebant manibus*, ea approbantes. Secundò: *(Et sacerdotes accipiebant:* scilicet munera *ad*, seu *in manus suas)* vt exponatur distinctum vitium Simoniæ, quòd à Sacerdotibus admittebatur, sic ex Hebr. R. Dauid, & ex nostris Pagninus, Isidorus, Clarius, & Vatablus in suis Annotat. scilicet. Tertiò, *(Et sacerdotes accipiebant* scilicet munera *ad*, seu *per manus eorum* scilicet Prophetarum, quia mediis falsis Prophetis participes eorum fiebant, quæ à populo donabantur. Ita Chrystophorus à Castro in suis Comment. Quartò. *Et Sacerdotes dominabantur*, scilicet populo, *per manus eorum,)* scilicet Prophetarum. Ita R. Dauid, & Interpres Regiæ, tametsi is pro *(per manus)* legat *(Super manus eorum.)*

De Simoniæ vitio.

4 Nota quartò: pro eo quod in Vulgata, & apud Sept. in singulari dicitur, *(Et populus meus dilexit talia,)* In Hebr. esse in plurali. *(Et populus meus dilexerunt*, seu, vt vertit Pagninus, *voluerunt sic.)* Nota quinto. Pro *(Quid igitur fiet in nouissimo eius?)* Hebr. sic reddi à Pagnino, *(Et quid vltra facietis post hæc?)* à Vatablo, *(Quid verò tandem facietis in fine illius rei)* à Regia. *(Et quid facietis in nouissimo eius)* Fœminini generis scilicet populi, seu stuporis, & turpitudinis, quæ Hebraice sunt fœminina, sensusque iuxta sententiam Io. Maldonati: Quid tandem fiet quando completæ fuerint stupendæ, atque turpissimæ iniquitates vestræ. Subaudi grauiter puniemini. Ipse vltimã vocẽ לאחריתה *leahharitham* verterem *(Ad finem, seu Ad nouissimum eius,)* & duobus modis hæc exponerem: Primum, vt sit sermo ad populum, in cuius terra dictum est, facta fuisse stuporem & mirabilia, seu horribilia aut horrendum, & fœditatem, omnia hæc in Hebr. singulariter habẽtur, suntque fœminini generis, Et sensus sit, quid facietis ad finem eius turpitudinis: quo fine concludetis stupenda, & horribilia vestra scelera? Quò demum ea peruenient fœditatis? Vel secundo, vt sit cõuersio ad Chaldæos eiusdem populi hostes, sensusque sit, tot, tamque horrendis, atque execrandis sceleribus in terra Iuda vigentibus, Iudaicoque populo vniuerso ea diligente, Quid facietis vos ad eius populi, eiusq; terræ finem? quasi dicat, Nil omittetis, quod ad extremam illius pertineat deuastationem, ac demolitionem. Eodemque sensu aliter sic ista verti possent. *Quid facietis ad mercedem eius* scil. populi prædicta. n. Hebraica vox significat etiã mercedẽ.

Verf. 31.] Prophetæ Prophetauerunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 PRÆTER ea quæ in expositione literæ dicta fuère, tria insuper notanda hic supersunt. Primum Modus, quo & temporibus hisce nostris in pluribus Christiani populi Prouinciis cœpere, magnosque progressus fecerunt hæreses: Mala namque omnia à prauis prouenere doctoribus, à prauisq; Sacerdotibus. Quod per Hoseam idem significauit Dominus verbis hisce.[a] *Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate: Quia vobis iudiciũ est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Tabor, & victimas declinastis in profundum, & ego erudiui vos.* Iudicium inquit; & condemnatio est vobis, quoniam cùm speculatores, & principes vos constituerim, vt populum regeretis errãtem, vos facti estis laqueus, & nõ tã speculatores, quàm venatores appellandi, venatores inquã Sathanæ. Victimas enim atque oblationes virtutũ, ac orationes fideliũ declinastis in profundũ & curastis, vt ij, qui sese mihi victimas obtulerãt, declinarũt in profundum peccatorum, in hæreses multas & pessimas. Secundum: Ex eo quod post expositam doctorum, & Sacerdotum prauitatem, subiicitur illico, *Et populus meus dilexit talia*, colligitur, quàm facilè delicta Sacerdotum, & Prælatorum in exẽplum transeunt subditorum: quam ue iisdem afficiatur populus, quæ à sacerdotibus vitæ prauitate, sceleſtisque operationibus approbari cõspexerint: hoc est enim manibus applaudere. Quã populi facilitatem, quemue & morem apud eumdẽ Hoseam loco supra citato his explicatũ habemus: [b] *Quia nunc fornicatus est Ephraim*: id est, Reges, qui à Ieroboam de tribu Ephraim ortum ducebant, idola colentes, *contaminatus est Israel*, totus nimirũ Israeliticus populus illos imitans, atque idololatriam diligẽs: Tertium. Quod probat ex hoc loco Benedictus Arias Montanus in suis Commẽt. super c. quintum Hoseæ. Incusari in his videlicet in primis populorum aliquorum prauitatẽ, in quorum gratiã & doctores, & Sacerdotes in malum pariter suam vacant operam. (*In omni*, inquit, *iniqua lege ferenda populus culpâ non caret, maximè verò cùm de superstitione, & vano cultu, quod ex populi voto, & studio fieri plerumque est. Etenim & veteres olim legum latores varias leges, & ritus in populi gratiam tulêre, cùm videlicet probe cognouissent, nulla re magis vinciri populum posse quàm religione: creduli enim animi facilè superstitioni credunt, & concedunt, sicut scriptum est, (Prophetæ prophetauerũt mẽdaciũ, & sacerdotes applaudebãt manibus suis, & populus meus dilexit talia.*

Hæreses, quomodo cœperint, & creuerint in multis Christianorum prouinciis.

a Hose. 5.

Hæreses, praeque [illegible] *in plebe* [illegible] *Prelatis in primis* [illegible]

Prælatorum praua exempla quàm damnosa.

b Hose. [illegible]

Arias Montanus.

Subditi praui aliquando sunt in causa, vt [illegible] *Pastores, & Prælati praui sint.*

Leges praui, & licentiæ libertas [illegible] *in praui populi gratiam feruntur à Principibus & Prælatis.*

VVLGATÆ.

Verf. 30.] Stupor & mirabilia, &c.

Verf. 31. Prophetæ, &c.

SEPTVAGINTA.

30. Ἔκστασις, καὶ φρικτὰ ἐγενήθη ἐπὶ τῆς γῆς.

31. Οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἄδικα, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ ὁ λαός μου ἠγάπησεν οὕτως. καὶ τί ποιήσετε εἰς τὰ μετὰ ταῦτα.

Verf. 31.]

Verſ. 30.] Stupor, & horribilia facta ſunt ſuper terra.

Verſ. 31.] Prophetæ prophetant iniqua, & Sacerdotes applauſerunt manibus ſuis: & populus meus dilexit ſic. Et quid facietis poſt hæc?

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Admiratio, & fœditas facta eſt in terra,* Verſ. 31. *Prophetæ falſi prophetant falſa, & Sacerdotes auxiliantur manibus eorum, & populus meus dilexit ſic: Et quid facietis in nouiſſimo eius?*

Hieronym. 2 Ierem. 5.5. *Iudæorū quāta peruerſitas etiam antiquitus.* * Verſ. 30. & 31. *Stupor,* &c. Hieronymus. *Supra dixerat, Ibo ad Optimates, & loquar eis, forſitan ipſi cognouerunt viam Domini, Et ecce hi magis pariter confregerunt iugum, ruperunt vincula: Nunc deſcribit qui ſint Optimates, Prophetæ videlicet, & ſacerdotes, quorū alij futura prædicunt, alij ex lege facienda decernunt. Et ecce, inquit, illis mendacium Prophetantibus, ſacerdotes manibus applauſerunt. Et vt oſtenderetur nec populus eſſe ſine culpa, qui à talibus abducatur, ſcriptum eſt, (Et populus meus dilexit talia) quondam meus: ſed poſtquam dilexit talia) quondam me us eſſe deſijt. Quid igitur facient, cùm nouiſſimum iudicij tēpus aduenerit, ſiue captiuitatis neceſſitas? Vnde ſtupor & mirabilia ſunt, quod nec in principibus, nec in populo inuētus ſit qui recta curet.*

2 Auguſtinus. *Eloquentia non modica reperitur in Prophetis, ſed pura.* Auguſtinus li. 4. de Doctrina Chriſtiana c. 14. *Auertat Deus ab Eccleſia ſua quod de Synagoga Iudæorum Ieremias Propheta commemorat, dicens: (Pauor, & horrenda facta ſunt ſuper terram. Propheta prophetabant iniqua, & ſacerdotes plauſum dederunt manibus ſuis, & plebs mea dilexit ſic. Et quid facietis in futurum?) ò eloquentia tantò terribilior, quantò purior, & quantò ſolidior, tantò vehementior, ò verè ſecuris concidens petras. Huic enim rei ſimile eſſe verbum ſuum, quod per ſanctos Prophetas fecit, & per hūc ipſum Prophetam Deus ipſe dixit.*[b] *Abſit itaque abſit à nobis, vt Sacerdotes plaudāt manibus iniqua dicētibus, & plebs Dei diligat ſic. Abſit à nobis, inquam, tanta dementia. Nam quid faciemus in futurum? Et certè minus intelligantur, minus placeant, minus moueant quæ dicuntur, vera tamen dicantur, & iuſta, non iniqua libenter audiantur. Quod vtique non fieret, niſi ſuauiter dicerentur. In* [c] *populo autē graui, de quo dictum eſt, in populo graui laudabo te, nec illa ſuauitas delectabilis eſt, quā non quidem iniqua dicuntur, ſed exigua, & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna, atque ſtabilia decenter, & grauiter ornarentur.*

b Ier. 23. 29. *In populo aliquo quando dicendum eſſe ſummū peruerſitatis. In cōcionibus non tam ſuauitate delectandi, quàm affectu mouēdi auditores.* c Pſa. 34. 18.

Cæleſt. Pap. *Hæreſum diſſeminatio quā deteſtanda.* Cæleſtinus Papa epiſtolâ ad Neſtorium, quæ habetur in Confeſſione 6. quintæ Synodi Conſtantinopolitanæ contra inſurgentes in Eccleſiā hæreticos hæc aptans, *Ante oculos, ait, mihi Ieremiæ Prophetæ verba ſunt. (Horribilia facta ſunt ſuper terram. Prophetæ iniquitatem prophetant.)* Eodemque ſenſu citat hæc ipſa Martinus Papa I. conſultat. 2. Concilij Lateranenſis 1.

Theodorit. *Cōcordia totius populi ac Prælatorum in malo eſt ſummum eius peruerſitatis.* Theodoritus *(Stupor, & terribilia facta ſunt ſuper terram.) Quando præter omnem ſpem quidpiam inuſitatum videmus, ſolemus hæc dicere. Hæc res in ſtuporem me adduxit exterritus ſum, audiens iſtud. Mox horum cauſas refert. (Prophetæ veſtri prophetant, iniuſta, id eſt, mendacia. (Et Sacerdotes applauſerunt manibus ſuis.) Confœderationis hoc eſt iudicium. (Et populus meus ita dilexit.) Improbam omnium oſtendit concordiam, (Et quid facietis poſtea?) pro dum inſligetur ſupplicium, quod declarat per ea, quæ ſequuntur.*

D. Thom. d Eccl. 10. 2. Similia ferè & D. Thomas. *(Et populus meus, &c.)* Eccl. 10.[d] *Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. (Quid igitur, &c.) (In nouiſſimo,) ſcil. captiuitatis, vel mortis.*

Bonauent. *Stupor eſt ex magna imaginatione.* Probat Bonauent. exp. in c. 2. Lucæ, ſtuporē eſſe ex inſolita, & magna imaginatione ex eo quod hîc dicitur, *(Stupor & mirabilia facta ſunt in terra.)*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΚΣΤΑΣΙΣ, καὶ φρικτὰ ἐγενήθη.]

Βίκτωρος.] εἶτα θαυμάζει πῶς οἱ μὲν ψευδοπροφῆται μηδὲν ἔφασκον ἀπαντήσειν δεινόν, ὅπερ ἦν ἄδικον. ἤτοι τούτων γινομένων παρεώρα καθάπερ συνευδοκῶν ὁ Θεός. οἱ δὲ ἱερεῖς ὡς ἀληθῆ λέγοντες * ἐπλήρουν, * τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπισείοντες. ὁ δὲ λαὸς ἠκολούθει κατὰ τὸ, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς ταῦτα πράσσουσιν.

* ἄλ. λέγοντες. * ἄλ. ἐπῄνουν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα διὰ πάντων τὴν ἁμαρτίαν χωροῦσαν, οἱ μὲν εἰργάσαντο τὰ πονηρὰ, οἱ δὲ ἐπῄνεσαν τὰ γεγενημένα. διὸ καὶ ὁ Παῦλος, οὐχὶ τοὺς τολμῶντας, οὐδὲ τοὺς ἐργαζομένους μόνον τὰ πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐδοκοῦντας αὐτοῖς κολάζει.

[Καὶ ὁ λαός μου ἠγάπησεν οὕτως.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα διὰ πάντων κεχυμένην τὴν κακίαν. καὶ τί ποιῆσαι ἔδει τοὺς ἀρχομένους, οὐχὶ τοῖς ἄρχουσιν ἀκολουθῆσαι; οὐχὶ τοῖς διδασκάλοις πεισθῆναι; οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ ἐναντιωθῆναι. νῦν δὲ οὐδὲ κατ᾽ ἀνάγκην αὐτοῖς ταῦτα γέγονεν; ἀλλ᾽ ἠγάπησαν οὕτως, οὐχὶ παρελογίσθησαν. οὐχὶ τοὺς ἄρχοντας φοβούμενοι τούτοις ἐπείθοντο. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ταῦτα ἐφίλουν. [Καὶ τί ποιήσετε εἰς τὰ μετὰ ταῦτα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅταν καιρὸς μετανοίας μηκέτι γένηται. ὅταν διόρθωσις πᾶσα ἀνῃρημένη ᾖ. ὅταν ἡ πρὸς τὰ βελτίω μεταβολὴ πᾶσα ἠφανισμένη.

3 Verſ. 30. STupor, &c. verſ. 31. *Prophetæ, &c.)* Victoris.] *Deinde admiratur, quòd Pſeudoprophetæ nullum illis malum futurū prædicebant, quod erat contra ius. Vel cùm hæc fierent non curabat, quaſi conſentiens Deus. Sacerdotes autē vt vera dicētes laudabant, manibus ipſis applaudentes, populus verò ſequebatur, quò facit illud. Non modo hoc, ſed illa operantibus conſentiebant.* Victor.

Chryſoſt. Chryſoſtomi.] *Vide vbique dilatatā iniquitatē. Hi mala fecerunt, illi facta approbarūt. Quare & Paulus non modò audentes, & iniqua facientes, ſed & ipſis conſentientes punit. (Et populus meus dilexit ſic.)*

Chryſoſtom. *Obedire ſuperioribus non debent ſubditi in rebus malis.* Chryſoſtomi.] *Conſidera vbique diffuſam malitiam. Ecquid ſubditis facto opus erat, nonne principibus parēre monitaque præceptorum ſequi? minimè omnium, ſed aduerſari. Nunc autem nullâ neceſſitate coacti hæc fecerunt, ſed ita libuit. Non circumuenti ſunt, non timore Principum illis aſſentiebantur. Sed hæc & ipſi diligebant. (Et quid facietis poſt hæc?)*

Idem. *In die Iudicij quomodo ſe habebunt impij.* Chryſoſtomi.] *Quando pœnitentiæ tempus negatum, quando ſublata omnis emendatio, quando omnis ad meliora mutatio nulla erit.*

CAPVT SEXTVM.

CONFORTAMINI filij Benjamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccinâ, super Bethacarem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna. A

2 Speciosæ,& delicatæ assimilaui filiam Sion. B

3 Ad eam venient pastores, & greges eorum:fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.

4 Sanctificate super eam bellum : consurgite, & ascendamus in meridie : Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.

5 Surgite, & ascendamus in nocte ; & dissipemus domos eius. C

6 Quia hæc dicit Dominus exercituũ: Cædite lignum, & fundite circa Ierusalem aggerem : hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

7 Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiã suam : iniquitas,& vastitas inuenietur in ea, coram me semper infirmitas, & plaga.

8 Erudite Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te; ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem. D

9 Hæc dicit Dominus exercituum:Vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel : conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

10 Cui loquar ? & quem contestabor,vt audiat?Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt : Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium,& non suscipiet illud. E

11 Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens, effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul : Vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.

12 Et transibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter:quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.

13 A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student : & à Propheta vsque ad Sacerdotem cũcti faciunt dolum. F

14 Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & non erat pax.

15 Confusi sunt, quia abominationem fecerunt:quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt : quamobrem cadent inter ruentes : in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

16 Hæc dicit Dominus:State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: Et inuenietis refrigerium animabus vestris:Et dixerunt:Non ambulabimus.

17 Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ, & dixerunt:Non audiemus.

18 Ideo audite Gentes,& cognosce congregatio, quanta faciam eis.

19 Audi terra : Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius : quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.

20 Vt quid mihi thus de Saba affertis,& calamum suaue olentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.

21 Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo in populum istum ruinas,& ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus peribunt.

22 Hæc dicit Dominus : Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ.

23 Sagittam, & scutum arripiet:crudelis est,& non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit : & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium aduersùm te filia Sion.

24 Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ : tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem.

25 Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis : quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.

26 Filia populi mei accingere cilicio:& conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repentè veniet vastator super nos.

27 Probatorem dedi te in populo meo robustum : & scies, & probabis viam eorum.

28 Omnes isti principes declinãtes, ambulantes fraudulenter : æs, & ferrum:vniuersi corrupti sunt.

29 Defecit sufflatorium, in igne consumptum est, plumbum frustra conflauit conflator : malitiæ eorum non sunt consumptæ.

30 Ar

30 Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

Verſ. 1.] Confortamini filij Benjamin in medio Ieruſalem, & in Thecua clangite buccinâ, ſuper Bethacarem leuate vexillum: quia malum viſum eſt ab Aquilone, & contritio magna.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Confortamini, &c.

QVI[a] ita in præexpoſitis perſiſtitis ſceleribus, vt comminatum validiſſimi hoſtis exercitum minimè timere videamini, aduenienti iam illi magno occurrite animo, clangite buccinâ, leuate vexillum aduersùs illos, ſanè faciatis qui quid veſtrarum fuerit virium, malum ſentietis ab Aquilone, magnamque contritionem.

b Confortamini: fugite) filij Beniamin in medio Ieruſalem.

Quin potiùs cùm tanto obſiſtere nequeatis exercitui, fortiter accingimini ad fugam, ciues Ieruſalem, voſque in primis contribules mei filij Beniamin, qui inferiorem eiuſdem ciuitatis partem incolitis, de illius medio fugite in celſiorem, tutioremque montem Sion, roburque aſſumite vos præ cæteris, qui Aquilonem versùs habitatis, adeóque & primos ſuſtinere cogemini impetus hoſtium ab Aquilone venientium. C *[c] Ob eandem autem rationem, & qui Aquilonaria prope Ieruſalem incolitis oppida, animos ad fugam ſumite, Thecueni, in vrbe veſtra clangite buccinâ, & vos ciues Bethacarem vexilli, aut ſigni alterius eleuatione ex vrbe veſtra hoſtium denunciate aduentum, ſimulque & populos conuocate, vt & qui in vicinis viculis habitant fuga ſecedant.*

c Et in Thecue clangite buccinâ, & ſuper Bethacarem leuate vexillũ (ſeu facem, & ignem.)

D *Quique & intra Ieruſalem versùs item Aquilonarem partem eſtis vici, & regiones ſic appellatæ Thecue, & Bethacarem, vnà cum vobis propinqua regione Beniamin omnem intendite neruum, vt quotquot in vobis habitant, fugam arripiant: eſtote fortes, & conſtanti animo, tubis eos qui prope ſunt aduentantis hoſtis certiores facite, idque in Thecua tubarum loco: Eos autem qui procul ſunt, ad quorum aures tubarum ſonus peruenire non poſſit erecto vexillo, aut alio facis, vel ignis commonefacite ſigno. In [d] eaque potiſſimum veſtra regione, Ieroſolymitani ciues, quomodo fieri ſolet in vinearum turribus quando vinitoribus, & agricolis datur ſignum, & vos leuate vexillum, fugæque ſignum date, è* E *qua Rex, & Optimates veſtri fugam ipſam ſunt arrepturi, ideo Bethacarem regionéque vinearum, atque hortorum nuncupata, quia & intra ipſam inſignes ſunt magnatum horti, & ex ipſa ad hortum tenditur Regium. Iam enim à veſtra parte Aquilonari malorum imminentium in cœlis viſa ſunt portenta. Quia & hoſtilis Chaldæorum exercitus ab Aquilone adueniens armorum nitore emicantem ſeſe exhibuit proſpiciendum, magna ecce iam inſtat ex illis vaſtitas, atque contritio.*

d Et in turre, ſeu domo vinearum leuate facem.)

e Quia malũ viſũ eſt (ſeu, emicauit, aut proſpiciendũ ſe exhibuit) ab Aquilone, & contritio magna.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 CONFORTAMINI, &c. More ſuo poſt ingentium, & horrendorum ſcelerum enarrationem in præcedenti capite factam, denunciat denuò Propheta ſanctus inſtantem ſceleſto & Iudaico populo, & ciuitati in primis Ieruſalem per Chaldæos faciendam deuaſtationem, & ſtupendam pariter, & horribilem, prout erant & vitia quæ illam commererentur. Ita autem eam denunciat, ac ſi propemodum ad fo- A res, vt dici ſolet eſſent hoſtes. Et quidem in primo iſto verſu. (*Confortamini filij Beniamin,*) &c. arbitrantur expoſitorum aliqui ironicam eſſe locutionem, quâ Iudæi moneantur, vt magno animo aduenienti occurrerent hoſti, cui tamen re vera obſiſti minimè poterit, ab illa præſertim ciuitate, quam mox in verſ. 2. ſpecioſæ, & delicatæ aſſimilat puellæ, quaſi hæc per deluſionem ei dicantur, *Confortamini, &c.*

1. Senſus. *Ironicè animat Deus Iudæos contra Chaldæos.*

Mihi locus iſte ei videtur omnino ſimilis, ac ferè idem cum eo, quo in cap. quarto ab eodem Propheta dictum vidimus. [a] *Annunciate in Iuda,* B *& in Ieruſalem auditum facite: loquimini, & canite tubâ in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas: Leuate ſignum in Sion: Confortamini, nolite ſtare: quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.* Atque adeo ad ea, quæ ibi dicta ſunt, me refero, præſertim quoad tubæ ſonitum, quoad eleuationem ſigni: & quoad vim verbi (*Confortamini*) & quod eius loco vtrobique eſt verbum Hebraicum, (*fugite*) hîc à recentioribus interpretibus redditum. Vide ibi ſingula hæc exactiùs explicata. Satque ſit, vt ſupponamus, in his Prophetam C cùm in ſpiritu aduenientem intueretur Chaldæorum exercitum, Ducis indutâ perſonâ ad fugam ſuos hortari, animumque ad hoc vnum illis indere, vt ſimul collecti in tutum, quoad fieri poſſet, ſeſe reciperent, quandoquidem imminenti iam iam ab Aquilone malo obſiſtere minimè valerent, quod extrema hæc ſignificant verba: (*Quia malum viſum eſt ab Aquilone, & contritio magna.*)

2. Senſus.

a Ierem. 4. 5.

Tria tamen, quæ in præcitato capitis quarti loco minimè habentur, peculiarem nunc expoſcunt explicationem. Primum, cur dictum ſit D (*Confortamini filij Beniamin in medio Ieruſalem,* Secundum, cur additum, *Et in Thecue clangite buccinâ,* & Tertium, quid ſibi velit, *Et ſuper Bethacarem leuate ſignum.*

Quoad primum. Triplicem apud expoſitores reperio rationem, ſuppoſito enim ex lib. Ioſue [b] cap. 15. [c] & 18. ciuitatem Ieruſalem ad duas pertinuiſſe tribus, ad Iudam, atque ad Beniamin, & mixtim ab ambarum tribuum filiis habitatam, dici primò poteſt. Tantumdem eſſe, (*Confortamini filij Beniamin in medio Ieruſalem,*) ac Confortamini, fortiterque accingimini ad fugam ciues E Ieruſalem. Meminiſſe autem Prophetam potiſſimùm Beniamin, ex innato patriæ ſuæ affectu, vidimus enim in libri huius principio, ipſum oriundum ex Anathoth, in terra Beniamin. Secundò, & meliùs, Ad filios præſertim Beniamin hæc habita, vtpote qui inferiorem incolerent partem Ieruſalem, quæ nimirum tamquam vallis in medio extra montem erat Sion, vt à loco minùs tuto excitentur, ſe reciperent in montem, vbi arx munitiſſima erat Sion, & ciuitas Dauid, vt hæc iis ſint ſimilia, quibus in Euangelio Ieſus de ea agens quę per Romanos facienda erat eiuſ- F dem ciuitatis clade, ait, [d] *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Cui ſenſui fauet quod in textu Hebraico propriè eſt, (*A medio Ieruſalem,*) & in verſione Sept. (*De medio Ieruſalem.*) Vnde quod in Vulgata dicitur, (*In medio Ieruſalem,*) explicandum, ac ſi dicatur, Qui demoramini, & habitatis in medio Ieruſalem robur aſſumite ad fugam. Tertiò, quodque magis mihi placet, ad filios Beniamin ciuitatis Ieruſalem incolas potiſſimùm dicta hæc eſſe, quia illi primas in futura clade habituri eſſent partes, vtpote Aquilonarẽ

1. Ratio.

b Ioſu. 15. 63.

c Ioſ. 18. 28. *Ieruſalẽ pertinebat ad tribum Iuda, & ad tribum Beniamin.*

2. Ratio.

d Matth. 24. 16.

3. Ratio.

eiusdem vrbis incolentes regionem, (*Malum namque subiicitur, visum est ab Aquilone, & contritio magna.*) Ideoque & præ cæteris roborandi erant ad fugam.

3 Quæ ratio effecit, vt ab eodem Propheta adderentur, (*Et in Thecue clangite buccinâ, & super Bethacarem leuate signum.*) Communiori enim sensu & Thecue, & Bethacarem pro duobus sumuntur oppidis ab Aquilonari item parte non longè ab Ierusalē admodum distantibus, & sitis in editioribus locis. Thecuā porrò Iosephus lib. 5. belli Iud. cap. 7. vicum appellat, Hieronymus autem viculum duodecim millibus ab Ierosolymis separatum. Idemque in Prologo Comment. super Hamos, *Hic*, ait, *Propheta, quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue, quod sex millibus ad meridionalem plagam abest à sancta Bethlehem, quæ mundi genuit Saluatorem, & vltra nullus est viculus, ne agrestes quidem casæ, & furnorum similes, quas Afri appellant mapalia. Tanta est eremi vastitas, quæ vsque ad mare rubrum, Persarumque, & Æthyopum, atque Indorum terminos dilatatur.* Et quidem supra in cap. 4. habuimus, Chaldæos venturos per viā deserti: [a] *Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei.* Sed ex cap. 11. lib. 2. Paralipom. colligitur, Ieremiæ tempore, & ante euersionem factam per Chaldæos Thecuam præfortem, & muratam extitisse inter ciuitates Iuda, sic enim ibi legimus, [b] *Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda Extruxitque Bethlehem, & Thecue,* &c. postque aliarum enumerationem, additur *quæ erant in Iuda, & in Beniamin ciuitates munitissimas.* Quia inter Thecuam, & Ierusalem alterum in edito similiter loco situm erat oppidum Bethacarem, huius quoque hîc fit mentio. Sicut supra in cap. 4. duarum aliarum, quæ à parte item Aquilonis primæ essent totius Iudææ, factam vidimus mentionem ciuitatum, Dan, & montis Ephraim. [c] *Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis Idolū de monte Ephraim.* Itaque iuxta communiorem hanc istorum nominum acceptionem. Ad fugam adhortans Propheta Iudæos, in duobus his præsertim oppidis, qui in edito sint, erant, & clangore tubæ, & vexilli, aut signi alterius eleuatione hostium denunciari iubet aduentum, simulque & populos conuocari, vt maiori fugerent animo: seu, vt alij inquiunt, vt qui in vicinis viculis habitabant, in vrbem se reciperent.

Iosephus. Hieronym. Thecue oppidum, seu vicus propè Ierusalem.

a Iere. 4. 11. Thecua ciuitas præcipua, & præfortis.

b 2. Paralip. 11. 5.

Bethacarem oppidum.

c Ier. 4. 15.

4 Cæterùm ipse per hæc ipsa nomina non tam prædicta oppida significata crediderim, quam particulares quosdam vicos, seu regiones ipsius ciuitatis Ierusalem nominibus iis insignitas, vel ex eo quòd in talibus regionibus Thecueni, aut Bethacarami habitare solerent, cum ad solennitates celebrandas in Ierusalem sese conferrent: vel ex eo quòd à Thecuenis, & Bethacaramis, qui non multùm (vt vidimus) à Ierusalem distabant, ædificiis exornatæ essent, quomodo & ab iisdem post reditum è Babylonia factum colligere est ex cap. 3. lib. 2. Nehemiæ, seu Esdræ, vbi primùm Thecuenorum istiusmodi fit mentio. [d] *Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: Optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui.* Tum de Bethacaramis subiicitur. [e] *Et portam sterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, Princeps vici Bethacarem.* Vt omnino idipsum hic dicatur, quod dictum, & in cap. 4. asserui in principio huius expositionis, Indi animum ciuibus Ierosolymitanis ad fugam, nominari tamen tres ipsius ciuitatis regiones, & vicos, inferiorem nimirum partem, quam incolebant filij Beniamin, Thecue, & Bethacarem, vt ij in primis fugæ se accingerent, qui eas incolerent regiones, & vicos, ad Aquilonem sitos, adeóque & primū insultibus expositi essent aduenientium ab Aquilone hostium.

Thecue, & Bethacarem duo vici seu regiones ciuitatis Ierusalem.

d 2. Esdr. 3. 5.

e 2. Esdr. 3. 14.

Ioannes Baptista Villalpandus, tom. 3. in Ezech. Parte 1. de Vrbe lib. 5. cap. 14. vicos pariter Ierusalem duobus his nominibus significatos censuit, Sed qui eodem vocabulo appellati sint, quo & oppidi extra Ierusalem siti ob parem, aut saltem consimilem rationem & causam. Nam sicut oppidum, inquit, montis in cacumine positum, atque in medio lati vinearum campi excelsum meritò iuxta Hebraicam etymologiam diceretur Bethacarem, atque à simili quoque dispositione, & situ vicus quoque Ierosolymitanus Bethacarem denominaretur: Sicut & à tubis Thecua oppidum, & vicus Ierosolymitanus. Vt elegantissimâ verborum, ac sententiarum collatione ad bellum hortetur Ierosolymitanos ciues Ieremias. Confortamini, estote forti, & constanti animo, tubis eos, qui prope sunt certiores aduentantis iam hostis facite, idque in Thecua tubarum loco: Eos autem, qui procul sunt, ad quorum aures tubarum sonus peruenire non possit, erecto vexillo aut alio facis, vel ignis signo commonefacite. 5 *Villalpand.*

Hebraicam lectionem istius primi vers. ita vertunt, explicantque recentiores interpretes. Pagnignus, (*fugite filij Beniamin de introitu Ierusalem, & in Thecue clangite buccinâ & super Bethacarem eleuate turrim.*) Idemque in margine: (*Super domum vineæ eleuate signum, vt faciant vinitores veniente latrunculo, quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.*) Regia. (*Fugite,* &c. *de introitu Ierusalem, & in Thecue,* &c. *& super Bethacarem eleuate facem, quia malum,* &c.) Vatabl. (*fortes estote filij Beniamin de medio Ierusalem.*) (Prædicit hîc obsidionem Ierusalem, & deuastationem, quæ fiet propter peccata populi.) (*Et in Thecua clangite cornu.*) (vt scil. ciues illius admoneantur aduentus hostium, vt se in locum tutum recipiant.) (*Et super Bethacarem leuate signum.*) (*In turri vinearum eleuate ignem*, vel *rogum,*) id est in turre constructa ad vineas seruandas accendite ignem, vt fugæ signum detis vinitoribus, pastoribus & agricolis, vt se recipiant in locum tutum. (*Quia malum prospexit,* (exhibuit se videndum) ab Aquilone, & contritio magna) Isidorus Clarius (*fugite,* &c.) vt in Vulgata. In suis autem Scholiis ait. *Alloquitur suos ciues, nam patria Ieremiæ erat in Anathoth, quæ est in tribu Beniamin, Ierusalem autē habitabatur promiscuè à Iuda, & Beniamin. Et quod, ait, fugite, in Hebræo est, fortes sitis, scil. ad fugam. Et in Thecua, &c. id est, Inuitate ad fugam Thecua, quæ duodecim millibus passuum distat ab Ierusalem in Tribu Beniamin: inter Ierusalem, & Thecua est Bethacarem.* 6

Circa hanc Hebraicam lectionem, præter ea quæ videre potes in prima expositione, vers. 5. & 6. capitis quarti pertractata quoad vim verbi העזו *hanghizu, confortamini,* seu *congregemini,* aut *fugite,* & nominis שופר *scophar tuba.* Notanda in primis egregia peranomasia ובתקוע תקעו *vbithcoang thicchengu. Et in Thecua clangite,* nomen autem Thecua cum à verbo תקע *thacang* clangere deductum sit, tubamque etiam significet, propemodum lusisse visum dixerim Prophetam sanctum, dum in eo præsertim Ierosolymitano vico tubâ canerent persuasit. Notandum secundò, nomen 7

Domus vocabulo ſignificatus & quilibet locus, & regio ciuitatis.
Vineæ nomine ſignificata & qualibet arborum diſpoſitio & horti.

A nomen Bethacarem compoſitum ex duabus vocibus Hebraicis; בית *beth* ideſt domus, & כרם *cherem*, id eſt vinea, vnde factum, vt quidam id verterint (*Domum vinearum*; (aliique (*Turrim vineæ.*) Cæterùm cùm vox, Beth, & ad locum quoque ac regionem ſignificandam vſurpetur, & vox quoque cherem in vſu ſit ad ſignificandam nedum vitium, ſed & aliorum etiam arborum diſpoſitionem vt Iudicum is oliuetum vinea appellatur oleæ.[a] Et Cant. 1. loca vbi diſpoſitæ erat in En-gaddi balſami arbores, ſeu frutices, vineæ appellantur En-gaddi, cùm tamen auctores ferè omnes quotquot de ea locuti ſunt arborum diſpoſitione, hortum illam nuncupent Balſami, quem Cleopatra concedente Marco Antonio tranſtulit in Aegyptum: & nos quoque Romæ magnatum hortos, ac viridaria vulgato nomine vineas vocare conſueuimus. In eam deueni opinionem, vt præexpoſitus Ieroſolymitanus vicus Beth cherem, id eſt regio vinearum, atque horti ſit dictus, quomodo & Beth-lehem id eſt domum panis eam appellatam nouimus regionem, quæ pane erat abundans: Vel ex eo quòd in iſtiuſmodi regione, quæ & celciſſimis redundaret ædificiis delicioſi quoque intra Palatia ipſa conſiti eſſent horti, prout moris eſt in magnatum domibus: vel quòd eſſet ad portam Ieruſalem illam, quam Ioſephus lib. 6. belli Iudaici ca. 6. & portam gregis appellatam ait, & portam Genath, id eſt, horti, quà ad hortum Regis tendebatur, & in ciuitatis Ieruſalem deſcriptione, obſeruaui eam horti portam immediatè poſt aliam eſſe portam, quæ vocabatur porta Beniamin.

a Iudic. 15.
b Cant. 1. 14.

Bethacarem regio ciuitatis Ieruſalem ad portam horti.

Ioſephus.

8 Neque verò inaniter haſce hîc adſcribo coniecturas. Duo etenim ex ipſis colligo. Primum in ea potiſſimum regione, eoque in vico Ieruſalem leuandum vexillum, fugæque ſignum dandum, è quo & Rex, & Optimates, ac ciues quique fugam arrepturi erant. Vnde fugam iſtam enarratis in ſubſequentibus idem Ieremias in ca. 39.[c] *Cumque* ait. *vidiſſet eos* ſcilicet Chaldæos, *ingreſſos ciuitatem, Sedecias Rex, & omnes viri bellatores, fugerunt & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti Regis*, &c. Et in c. 52.[d] *Et dirupta eſt*, inquit, *ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum Regis.* Secundum ibi pariter ad fugam ciues ſigno erecto colligendos Ieruſalem, filioſque in primis Beniamin, vbi maiores eſſent & palatiorum, & hortorum deliciæ, vt & hoc eorum adderetur ærumnis, quod in tanta clade tales quoque deſerere cogerentur delicias.

c Ierem. 39. 4.
d Ierem. 52. 7.

Delicias vitæ præſentis relinquere maximè angit diuites mortis tempore.

9 Notandum tertio vocem משאת *maſeth*, quam noſter interpres vertit. (*Vexillum*) & pro cuiuſlibet rei eleuatione in ſignum vſurpari. Atque adeo ſicut in c. 20. libri Iudicum[e] pro eleuatione flammæ poſita eſt, quam in ſignum iis, qui in inſidiis collocati fuerant dederunt filij Iſrael. Ita & hoc quoque loco plerique Hebræorum, atque etiam noſtrorum, vt vidimus, interpretum pro flammæ, facis, aut rogi eleuatione in ſignum eamdem accipiunt. Vnde R. Dauid in ſuis Comment. ſuper hunc locum, Beth-herem domumque vineæ turrim interpretans, quæ in edita quadam vinea ad aliarum vinearum vicinarum cuſtodiam ædificata ſit ex eo Iſai 5.[f] *Et ædificauit turrim in medio eius*: Hac voce Maſeth incendium, ſeu ignem ſignificari ait, quem Deus in ea turri accendi, atque ſurſum attolli velit, vt qui procul abſunt, flammam reſpicere poſſint, & quaſi ſigno dato ad tutum aliquem locum confugiant. Quo certo ſigno in Italia nocturno tempore nauigantibus ſignificari ſolet, vt à propinquis ſibi caueant piratis: ſicut & interdiu fumi item ſuper turres eleuatione idipſum ſignificatur.

e Iudic. 20. 40.
In turribus eleuare ignẽ in ſignum eſt antiquiſſimum.
f Iſai. 5. 2.

Notandum quartò: Quamuis rectè noſter interpres verterit, (*Quia malum viſum eſt ab Aquilone:*) minimè tamen vim totam expreſſiſſe Hebraici verbi נשקפה *niſchkephah*, quod ita ex alto proſpicere ſignificat, vt & ſimul denotet proſpiciendum ſe exhibere, apparere, & emicare, prout ex eo colligere eſt Pſalmi. 84.[g] *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit*, id eſt emicantem ſeſe exhibuit proſpiciendam. Et ex eo Cantic. 6.[h] *Quæ eſt iſta quæ aſpexit*, ſeu *proſpicit*, aut *emicat*, Vulgata, *quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens*: Quapropter cùm dicitur, (*Quia malum viſum eſt ab Aquilone*) duobus modis explicare id potes. Vel quia à parte Aquilonis aliquod ingentis mali omen in cælis emicauerit, & quid apparuerit portenti: qualia apparuiſſe referuntur in ca. 5. li. 2.[i] Machab. quando Rex Antiochus magnis ærumnis & ciuitatem Ieruſalem, & omnem afflixit Iudæorum populum: Vel ſecundò, & meliùs, quia è locis editioribus Chaldæorum exercitus à parte Aquilonis emicans ciuitatem proſpexerit Ieruſalem, armorumque ſuorum nitore & proſpiciendum ſe exhibuerit, iuxta illud quod in lib. 1. Macha. dicitur de Antiochi Regis exercitu,[k] *Vt refulſit ſol in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.*

g Pſal. 84. 12.
h Cant. 6. 9.
Ante captiuitatem Babylonicam apparuiſſe portenta in aëre.
i Machab. 5. 2.
k Machab. 6. 39.

In verſione Sept. parum à vulgata reperio diuerſitatis. Sic enim habet. (*Confortamini filij Beniamin de medio Ieruſalem, & de Thecue ſignificate tubâ, & ſuper Bethacarem leuate ſignum: quia mala imminent ab Aquilone, & contritio.* γίνεται, id eſt, *fit* (legit Codex Vaticanus, Complutenſis autem, & Regius ἔςαι, id eſt, *erit*.

Verſus. 1.] Confortamini filij Beniamin, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 DIximus plura de peccati fuga, deque illius ratione in expoſitione ſecunda Verſ. 21. capitis quarti. Vbi explicatum pariter videre eſt, quomodo Diabolus & fuget fideles, & in fugam vertatur à fidelibus: Quod hîc ſupereſt exponendum circa ea quæ hoc loco habemus, (*Confortamini filij Beniamin in medio Ieruſalem, & in Thecue clangite buccinâ, & ſuper Bethacarem leuate vexillum*, ſeu *ignem*, aut *facem*: *quia malum viſum eſt ab Aquilone, & contritio magna.* illud eſt: Quis noſtris his præſertim temporibus ſeruandus ſit modus cauendi, & fugiendi ſcelus in primis hæreſeôs in iis fidelium regionibus, quibus id quoquo pacto metui poteſt. Primò expende quod de hæreſi ipſa dicitur, (*Quia malum viſum eſt*,) ſeu ſecundum aliam lectionem. (*proſpiciendum ſe exhibuit*, aut, *emicuit ab Aquilone.*) Hæreſim appellat malum, nedum culpæ, ſed & pœnæ, quod declarat adiiciens, (*Et contritio magna.*) Neque enim maior excogitari poteſt vel inſignis cuiuſcumque ciuitatis, vel florentiſſimi regni, aut Prouinciæ euerſio, atque ruina, quàm quæ per hæreſis contingit infectionem. Hoc autem malum non auditum, inquit, ſed viſum in Eccleſia, pro cuius rei percipienda veritate interroga Catholicos Eccleſiæ

Hæreſis eſt malum maximè & culpæ, & pœnæ.

Per eloquentes libros disseminantur plerumque hæreses.

Ecclesiæ Gallicanæ, Anglicanæ, & cæterarum similium. Sed & ab Aquilone prospiciendum id se exhibuisse dicitur, & emicasse: cùm ex Aquilonaribus regionibus hæresi infectis, praua quædam vel in fidelissimis etiam ciuitatibus per libros exinde deuectos sparsa sæpe comperiuntur hæreseôn dogmata, per quorum lectionem ingens plerumque in Catholicorum mentibus causari consueuit simplicitatis fidei contritio, eóque id magis, quia micantia illa exhibentur in splendore humanæ eloquentiæ, cui vni apprimè hæretici inuigilant Aquilonares nostri sæculi.

12 *Hæresim deuitare in ciuitate aliqua quomodo debeant Catholici.*

a Matth. 25. 33.

Vt aduersùs istiusmodi malum robur sumant, suadet hoc loco Propheta filiis Beniamin, qui sunt in Ierusalem, iis nimirum qui in Ecclesia ex prædestinatis existunt, quos ex Euangelio [a] nouimus collocandos ad Christi dexteram, adeoque rectè & filios dexteræ nuncupatos, quod est nominis Beniamin ethymon. Modus autem, quem hoc in studio seruandum illis tradit, est, vt primò ipsimet confortentur, magnoque animo ad fugam se accingant ab huiusmodi malo: tum & concines quosque ad idipsum excitent, canentes buccinâ in Thecue, quod à tuba nomen accepit, locumque tubarum designat, in quo tubis cani consueuit, sanis videlicet monitionibus simpliciores, & minùs cautos in Ecclesiam deducentes, vbi vel per concionatores Euangelij tubas, vel per eos qui eruditioni doctrinæ Christianæ operam nauant, pleniùs de singulis instruantur quæ sanæ sunt fidei, quæue eidem sint aduersa.

13 *Ad orationẽ conuocandum in magnis necessitatibus, & periculis populũ, proponendo ei crucifixum, aut sanctissimum Sacramentum.*

b Cant. 8. 6.

Porrò quod adiecit, (*Et in Bethacarem leuate vexillum,*) cùm Bethacarem interpretetur Domus vineæ, seu horti, vt explicatum est in prima literæ expositione: significat, id insuper eisdem in primis studendum, vt quò tutiùs id hæreseos fugiatur mali, collectum populum ad ardentem promouere satagant orationem, vel eleuato vexillo Christi crucifixi, quod est præcipuum orationis obiectum: vel exhibitione Sanctissimi Sacramenti, quod ignis, & fax illa est, quâ in fidelium cordibus succenditur charitas, de qua alibi nouimus dictum, [b] *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.* Idque in Dei templo, quod est domus Ecclesiæ, & vineæ, quam plantauit Dei dextera, & horti eiusdem Dei conclusi atque deliciarum.

14 *A peccatorũ contagione quomodo seruari queat ciuitas, aut collectio aliqua.*

c Iere. 1. 14.

Impudentia peccandi quomodo cauenda.

Quæ de hæresis scelere & infectione, eiusdemque fuga dicimus, & de qualibet cuiuscumque sceleris contagione dici queunt: præsertim: si videantur quæ fusiùs pertractata à nobis fuêre super iis capitis primi verbis, [c] *Ab Aquilone pandetur omne malum.* in eorumdem expositione tertia. Et aliàs vbi probauimus quam contritionem afferat peccatum. Quod hîc specialiter asseritur, istiusmodi malum visum, seu prospiciendum se exhibuisse impudentiam designat nequitiæ, quâ homines gloriantur cum malè fecerint. Contra hanc impudentiam excitat Propheta sanctos, qui iu Ierusalem, & in Ecclesia sunt doctores, monens illos, vt confortentur, roburque assumant ad id mali fugiendum, aliosque ad idipsum promouendum. Bene autem filios eos appellat Beniamin, id est, filios dexteræ, quos in dextera Dei instar stellarum fulgentium esse sat nouit. Stellas quippe sacros esse doctores ex alio constat Propheta, qui ait, [d] *Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates:* hasque stellas in manu dextera Dei vidisse se ait Ioannes in libro Apocalypsis, inquiens, [e] *Hæc dicit, Qui tenet septem*

Doctores Ecclesiæ appellati filij Beniamin, filij dexteræ, & stellæ, & Angeli.

d Dan. 12. 3.

e Apoc. 2. 1.

A *stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum.* Eidemque Ioanni reuelatum scimus, [f] Septem candelabra septem esse Ecclesias: & septem stellas Angelos esse septem Ecclesiarum, eos nimirum Angelos, de quibus Malachiæ 2. dicitur, [g] *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Quo loco ponderandum quòd non ait, *quia Angelus Domini* simpliciter, sed *Domini exercituum.* Vt intelligas, ita per hos Angelos, stellasque ac doctores Deum pugnare pro suorum fidelium defensione, quomodo alioquin pugnat B exercitibus & cælestium spirituum, & stellarum, quas militiam cæli sacræ nuncupant paginæ. Nemo autem est qui nesciat, dimicandi robur manui adscribi dexteræ: iuxta illud, [h] *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, dextera tua Domine percussit inimicum.* Adeoque in dextera eiusdem Dei Doctores iidem esse dicuntur.

f Apo. 1. 20.

g Malac. 2. 7.

Per Sanctos Doctores Deus dimicat eo modo quo, & per exercitus Angelorum, & per stellas militiam cæli.

h Exod. 15. 6.

15 *Doctores facti pro Christo decertare debent tubâ doctrinæ & face bonorum exemplorum.*

i Apoc. 8. 2.

Si rationem quæras, quæ per ipsos Deus prælietur exercituum, duplex ea sane est, altera ei similis, quâ per exercitum pugnat Angelorum, altera ei conformis, quâ per militiam dimicatur stellarum. Lege caput octauum libri Apocalypsis, C [i] & videbis, septem Angelis datas septem tubas; earumdemque tubarum sonitu illos instante extremi iudicij tempore, pugnaturos bella Domini ex tota libri eiusdem serie disces. Et ex naturali Philosophia patet, omnem stellarũ effectum per influxum fieri lucis. Hocque illud est, quòd Propheta noster Ieremias iisdem suadet sanctis Ecclesiæ doctoribus, quos filios dexteræ appellauit. (*Et in Thecue,* inquit, *canite buccinâ,*) addens. (*Et in Bethacharem eleuate facem.*) Sicut enim militibus Gedeonis, qui, vt habes in libro [l] Iudicum, cõtra Madianitas pugnantes, noua ista Domini bella D repræsentarunt, haud tubarum sat extitit sonitus, sed & lampadarum quoque vsi ij sunt facibus. Ita & sancti Ecclesiæ doctores excitaturi alios ad fugiẽdum à peccatis, haud satis sibi censere debent, si in Thecue, quod interpretatur locus tubæ, id est, in Cathedra buccinæ sonitu, & concionibus, ac doctrinæ verbis erudiant, Domino in eo obsequentes, qui singulis eorum ait, [m] *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum.*

l Iudic. 8. 16

m Isai. 58. 1.

Sed & id quoque satagant operæ precium est, vt in Bethacharem, id est, in turri vineæ eleuent E facem; Ipsa eorumdem probitas est turris Ecclesiasticæ vineæ, sanctis virtutum ædificata habitibus, quam & apud Isaiam, [n] & apud Matthæum [o] à patre familiàs & à Deo ædificatam legimus in medio vineæ, de qua in Euangelio item Matthæi Iesus ait, [p] *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita,* cùm priùs immediatè dixisset. *Vos estis lux mundi:* Ac si dicat, Vos & lux esse debetis (loquitur ad Sanctos doctores) & ciuitas instar turris in altum erecta: id est, turris, & ciuitas lucis, in qua videlicet fax eleuata sit fulgens sanctarum operationum, quod pro signo deseruiat aliis vt F glorificent Deum, à vitiis fugientes prout idemmet exponit, subiiciens, [q] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*

Bonitas vitæ Doctorum est turris Ecclesiasticæ vineæ, in qua eleuatur signum facis sanctorum operum.

n Isai. 5. 2.

o Matt. 21. 33.

p Matt. 5. 14.

q Matt. 5. 16.

VVLGATÆ.

Versus. 1.] Confortamini filij Beniamin, &c.

SEPTVA

SEPTVAGINTA.

1. Ἐνισχύσατε υἱοὶ Βενιαμὶν ἐκ μέσου τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν Θεκουὲ σημαίνατε σάλπιγγι, καὶ ὑπὲρ Βαιθαχαρμὰ ἄρατε σημεῖον, ὅτι κακὰ ἐκκέκυφεν ἀπὸ Βορρᾶ, καὶ συντριβὴ μεγάλη γίνεται.

Vers. 1. Confortamini filij Beniamin de medio Hierusalem: & in Thecue significate tubâ: & super Bethacharma leuate signum: quia mala incubuerunt ab Aquilone: & contritio magna fit.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Migrate filij Beniamin de medio Ierusalem, quia vox clamoris tubæ corneæ audita est in terra: & super campum vinearum leuate populi signa, quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.*

A *Vers.* 1. *) Confortamini, &c.)* Hieronymus. *Ierusalem in tribu Benjamin sitam nullus ignorat. Thecuam quoque viculum esse in monte situm, & duodecim millibus ab Ierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus est, qui linguâ Syrâ, & Hebraicâ Bethacherē nominatur, & ipse in mōte positus. Quod ergo dicit, hoc est: Quia ab Aquilone iam iamque venturus est Nabuchodonosor, & imminet vicina captiuitas, ô habitatores Ierusalem arma corripite, & in Thecua buccinâ concrepate, & in Bethacherem leuate vexillum, vt contra hostem valeatis resistere.* B *Beniamin interpretatur filius dextræ: Thecua tuba: Bethacherem, villa vineæ. Hæc omnia referamus ad Ecclesiā, vt si deliquerit, & persecutionis impetus fuerit, se præparet ad resistendum.* Simili sensu breuissimè hæc prosequitur, & Theodoritus, & D.Thomas, qui & subindicat, sumi hæc posse, vt dicta irrisoriè.

Hieronym.

Ecclesia fundetur, vt se præpararet ad resistēdum cùm deliquerit tempore persecutionū.

Theodorit. D.Thom.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ENISXTΣATE υἱοὶ Βενιαμείν.] Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ Βενιαμεῖται ἀμφοτεροδέξιοι ἱστοροῦνται εἶναι. προσκαλεῖται τοίνυν εἰς τὸν πνευματικὸν πόλεμον τοὺς δυναμένους διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης πολεμεῖν, τῶν δεξιῶν, καὶ ἀριστερῶν. τοιοῦτος ἦν Παῦλος ἐκ φυλῆς Βενιαμείν. [καὶ ἐν Θεκουέ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ φθονήσητε φησίν, ἀλλὰ διορθώσασθε τοὺς γείτονας ὑμῶν οἱ δυνάμενοι πολεμεῖν. [σημαίνατε σάλπιγγι. ὅτι κακὰ ἐκκέκυφεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς αὐτοῖς δίδωσι προθεσμίαν μετανοίας, τὸ, διέκυψε πόθεν. ἐκ μέρους φαίνεται μόνον, καὶ οὔτε πάρεστιν, ὡς εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν. οὔτε μὴν ἄπεστιν, || ὡς ῥαθυμοτέρους ποιῆσαι. ἀλλ᾽ ἐν μέσῳ παρουσίας, καὶ ἀπουσίας ἕστηκεν. ἐξέκυψε οὐ πληρηφανῆται τὰ κακά. κύριοι λοιπὸν ὑμεῖς οὐ πάντα πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω ἀπελθεῖν, ὑμεῖς ἂν ἔχοιτε τὴν ἐξουσίαν.

|| ἀλ. ἀπεῖναι.

Θεοδωρήτου.] ἐκκέκυφε δὲ φησιν ἀπὸ Βορρᾶ, τουτέστιν ἐκ μέρους ὁ στρατὸς διαφαίνεται, προθεσμίαν μετανοίας διδούς. οὔτε γὰρ πάρεστιν ὡς εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν. οὔτε μὴν ἄπεστιν ὡς ῥαθυμοτέρους ποιῆσαι. ἐν ἡμῖν οὖν τὸ ὑποστρέφειν, καὶ πρόσω χωρεῖν.

C *Vers.* 1. *Confortamini filij Benjamin, &c.)* 2 Olympiodori.] *Ambidextros Beniamitas fuisse accepimus. Adhortatur ergo ad spirituale bellum eos, qui per arma iustitiæ pugnare possunt à dextris, & à sinistris, talis erat Paulus ex tribu Beniamin,* (*Et in Thecue,* &c.)

Olympiod. Iudic. 20. 16. *Fidelibus pugnandum à dextris, & à sinistris.*

Olympiodori.] *Ne inquit, inuidete, sed vicinos vestros qui validi estis ad pugnam erigite* (*Confortamini*, &c. *Quia mala incubue-* D *runt,* &c.)

Olympiod. *Prædicatores caueant ne inuidentes taceant.*

Chrysostomi.] *Vide vt illis tempus ad pœnitentiam tribuat: illud* (*visum est,*) *aliunde ex parte tantùm apparet neque adest, vt desperationem iniiciat, neque abest, vt reddat inertiores, sed medium inter præsentiam, & absentiam est. Veniunt iam mala in prospectum tota. Cæterùm in vobis situm est, per vos stabit vt omnia retrorsum eant.*

Crysost. *Flagella imminētia quātā cautelā denunciet Deus. Flagella imminentia deuitare in nobis est, si conuertamur à peccatis.*

Theodoriti.] (*Visum est, inquit, ab Aquilone,*) E *hoc est, non integer apparet exercitus dans pœnitentiæ tempus, neque enim præsentia desperationem incutit, neque desidiam immittit absentia: in vobis igitur est vt reuertatur aut propius accedat.*

Theodorit.

Vers. 2.] Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SED [a] non solùm hæc dico filiis Beniamin, qui inferiorem, Aquilonaremque Ierusalem partem, eiusdemque regiones Thecue, & Bethacarem incolunt: *Vobis quoque filiis Iuda inclamo, vt confortemini ad fugam de Sion. Enimuerò quamuis tutiores ibi vos esse arbitremini ob Arcem Sion munitissimam: Denuncio tamen, & plura, & obstinatiora ibi* F *futura Chaldæorum Principum omnium prælia, Singulis ciuitatem istam Dauid obtinere contendentibus: quā propterea mulieri assimilaui speciosæ, & delicatæ in sui desiderium hominum allicienti exercitus.*

a Speciosæ (seu mulieri quietè habitanti in tabernaculo;) & delicatæ (seu deliciis exuberāti filiæ Sion.

2 *Tutissimam censetis, ciues quique Ierosolymitani, & fortissimam existimatis ciuitatem totam sub Sionicæ arcis tutela: Ideóque meorum rationem minimè habetis verborum? Ad debilissimam potiùs illam arbitror ipse: adeo vt comparare eam audeam puellæ speciosæ; tenellæ, quæ intra domesticos parietes delicatè enutrita sit, & imbelli, & quæ nedum cuique obsistere queat hosti, sed ad primum tubæ sonitum, & vel ad primos belli rumores, atque ad exiguum armorum fragorē eiulatu omnia impleat,*

impleat, ac sese abscondens præ nimio pauore animi patiatur deliquia.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *1. Sensus. Ierusalē pars pulchrior assimilata puellæ speciosæ, & in deliciis enutritæ.*

SPECIOSÆ, *& delicatæ*, &c. Cùm in duas præsertim partes ciuitas diuisa esset Ierusalem, in inferiorem, quæ ad tribum spectabat Beniamin, & in superiorem, quæ tribus erat Iudæ, in qua Ciuitas Dauid, arx Sion alio nomine appellata à monte Sion super quem fundata, & ædificata toti eminebat Vrbi. Non abs re fortasse fuerit, si dixerimus, Prophetam qui in præcedenti versu filios allocutus fuerat Beniamin inferioris partis Ierusalem incolas, modò & filios quoque Iuda compellare, qui superiorem, & Sionicam colerent partem alteram pulchriorem, atque nobiliorem, in qua & Regia, & insigniorum Principum illustriora constructa erant Palatia, adeóque & deliciarum omnium copia erat quàm maxima: Ita vt propterea speciosæ, & delicatæ, id est in deliciis enutritæ (vt mox ex vi Hebraicæ vocis explicabo) quæ vniuersos suâ alliciat specie, illam assimilauerit mulieri, pro qua obtinenda meritò vitam quoque exponentes dimicent quique.

2. Sensus.

Communiter tamen nomine filiæ Sion tota hîc ab expositoribus accipitur ciuitas Ierusalem, quæ sic appelletur, quòd sub tutela esset arcis Sion. Iuxta quam acceptionem, consequenter iis quæ in superioris versus expositione asseruimus, dicendū, Prophetam tacitâ in his reiicere Ierosolymitanorum ciuium responsionem, quâ nimirum dicere potuissent: Haud sibi opus futurum tantum quod ille indiderat animi, roborisque ad fugam, neque talem tubæ sonitum, talemque & signi eleuationem, quæ ab eo suadebantur, cùm munitissimam haberent arcem Sion, per quam ciuitas vniuersa tutissima esset, cùm è contra potiùs debilissima tunc futura esset, instar puellæ delicatæ.

2 *Pulchritudo in Hebr. nomen ex eo sumit, quòd sui moueat desiderium.*

Circa Hebraicam lectionem. Notandum primò, Vocem primam הנוה *hanaua* ambiguæ esse significationis, deducentibus illam aliquibus à verbo אוה *auah* desiderare, suique desiderium excitare, quomodo noster interpres frequenter, & hoc in primis loco illam deduxisse visus est, vertens, (*Speciosæ;*) quomodo & inter Hebræos doctores R. Ionah. relatus à R. Dauid in Thesauro, & inter recentiores nostros interpretes, Vatablus ac Regiæ interpres vertentes, (*Venustæ, seu speciosa.*) Venustate enim, ac pulchrâ specie desiderium sui à mulieribus excitari, nemo est qui nesciat. Communiori tamen Hebræorum consensu eadem vox ab alio deducitur verbo נוה *nauah* habitare, vnde R. Dauid in lib. Radicum per eam hic significatam asserit mulierem iugiter habitantem domi. Eodémque sensu Pagninus illam sic vertit, (*Mulieri quietè habitanti in tabernaculo.*) Et Vatablus in suis Annot. (*Mulieri quæ habitat in tentorio cum summa tranquillitate.*) S. Hieronymus frequenter eamdem vocem pro loco accipit habitationis, sic Iob 8. 6. vertit habitaculum. Isai. 33. 10. vertit habitationem. Psal. 22. 2. locum pascuæ, & similia alibi. Imò in lib. Iob cap. 5. vers. 24. speciei vocabulo illam vertens speciosam designare voluit domum, ac habitationem cùm dicitur, [a] *Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum, & visitans speciem tuam non peccabis.* Sicut & Isai. 32. [b] *Sedebit*

Hieronym. Pulchritudinis, seu speciei vocabulis designata loca habitationis.

a Iob. 5. 24.

b Isai. 32. 18.

A *populus meus in pulchritudine pacis*, id est in loco, & habitaculo pulcherrimo, & pacatissimo, prout declarant, quæ subsequuntur, *in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*

Notandum secundò: aliā vocem והמענגה *vehamenganaga*, quam & noster interpres, & qui ex Hebræo nouas cuderunt versiones (*delicata*) reddidere, esse participium passiuum verbi ענג *nganag*, delectari, ac deliciari, atque adeo propriè, si dici possèt, significare deliciatam, id est voluptatibus, ac deliciis exuberantem, & in deliciis enutritam, quo sensu sumendum & nomen delicatum. Notandum tertiò: Vtrique prædictarum vocum præfixam literam ה *he*, Hebraicum articulum: obseruare autem est, sæpius in Sacris, vt & in prophanis literis articulos indicare quid præcipui, ac aliquid præstantius in iis, quibus apposita sint nominibus, quod & in Græca, & in Italica quoque contingit lingua. Notandum quarto: Verbum דמיתי *damithi*, quod iuxta Vulgatam & Hebræorum doctores, & qui eos sequuntur recentiores interpretes, vertunt (*Assimilaui*) seu vt Vatablus, (*Similem facio,*) commodissimè verti pariter posse, (*putaui, æstimaui, seu existimaui,*) sicut idemmet verbum, idemmet quoque Hieronymus in Psalmo 47. vbi iuxta versionem Sept. dicitur, [c] *Suscepimus Deus misericordiam tuam*, in sua translatione in Hebr. vertit; *Æstimauimus Deus misericordiam tuam.*

3 *Delicata nomen pro deliciis exuberanti.*

B

Articuli præpositi nominibus significant in illis præstantiam.

C

c Psal. 47. 10.

Ex his autem adnotatis colligo, nouam eiusdem Hebraicæ lectionis versionem istiusmodi. (*Speciosissimam præ ciuitatibus omnibus existimaui filiam Sion, & quæ præ reliquis etiam vrbibus affluens sit deliciis.*) secundùm quam versionem vis explicatur articuli, Ac si Italicè diceretur. *Hò stimato, che Hierusalemme sia la città bella, è la delitiosa.* Idipsum profectò quod & nostra Vulgata significat adhibitâ similitudine mulieris speciosæ, & delicatæ: Quamquam & eiusdem Vulgatæ similitudo referri potiùs queat ad ciuitatem indefinitè, quæ & speciosa sit, & deliciis affluens: cùm in textu nulla fiat mulieris mentio. Dicta autem hæc arbitror à Propheta, vt breui hac sententiâ tria efficeret, Primò, vt vel propter hoc Iudæi ad pœnitentiam reducerentur, ne tam pulchra ciuitate, tantisque illius deliciis ob sua priuaretur scelera. Secundum: Vt fugam, quam mox eisdem ex illa persuaserat, magis sentirent. Tertium: Vt ad eam ipsam fugam vehementiùs illos impelleret, auferens nimirum inanem fiduciam, quam in fortitudine habere potuissent ciuitatis. Quod apertiùs per versionem explicatur Sept. interpretum, qui sensum potiùs quàm verba reddentes ita hæc reddidère. *Et auferetur, celsitudo tua filia Sion.*

4 *Ierusalē appellata speciosa, & deliciosa præ cæteris ciuitatibus.*

D

Ad pœnitentiam excitatur aliquando peccator per similitudinem praeteritorum temporalium.

E

Versus. 2.] Speciosæ, & delicatæ assimilaui, &c.

F

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Anima iusti & Ecclesia assimilatur mulieri speciosæ, & delicatæ. Et quomodo dicatur pulcherrima mulierum.*

NOSSE si aues, quomodo Ecclesia, & quælibet anima fidelis, speciosæ assimiletur mulieri. Vide quæ dicta à nobis fuère in Comment. nostris super iis verbis primi cap. Cant. Canticorum; [a] *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, sicut & in iisdem pertractatum habes, & quomodo tum Ecclesia Catholica, tum pia quæque anima pulcherrima dici queat mulierum,

a Cant. 1. 15.

a Cant. 1. 8. lierum; super iis item capitis primi verbis, [a] *Si ignoras te o pulcherrima mulierum.* Et quomodo vtraque rectissimè simul dicatur speciosa, & deliciis exuberans super verbis illis capitis septimi. [b] *Quam pulchra es, & quam decora charissima in deliciis.* Cæterum si delicatæ vocabulum, prout sonat in lingua Latina, pro tenera, & delicatè enutrita sumatur, facilè tibi erit philosophari, quàm tenera, & delicata & quælibet sit cuiuscumque ciuitatis Ecclesia, & pia quælibet anima, cùm talis teneritudinis ea ipsa sit causa, quòd speciosæ sint, cuius speciei ratio est, quòd ambæ habitent in Catholicæ Ecclesiæ tabernaculo, vbi & deliciis Sacrarū Scripturarum enutritæ sunt, cùm (vt in literæ expositione explicatum est) vnamet Hebraica vox & speciem seu speciosam significet, & habitantem in tentorio. Quamdiu enim particularis ciuitatis, seu Prouinciæ alicuius Ecclesia intra tentorium se seruat Apostolicæ Sedis, speciosa profectò est, ita vt & de ipsa, sicut & de Ecclesia Catholica ait [c] Apostolus, dici queat, quòd non habeat maculam, neque rugam: Tanta autem est istius speciei teneritudo, vt si vel ad transuersum, vt dici solet, vnguem è prædicto educi se sinat tentorio: vel etiam si vnius hæretici libelli lectionem, vel vnius quātumlibet exigui erroris admittat eloquia, à natiua illico excidere incipiat fidelitatis, ac sinceritatis pulchritudine, ita vt sibimet aliquando prospiciens, de hac amissa fidei sinceritate cum aliis particularibus conquerens, atque ingemiscens dicat quæ in Canticis leguntur, [d] *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol,* id est Diabolus: *filij matris meæ pugnauerunt contra me, Posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui.* Vide in Comment. nostris expositionibus secundis super eadem verba.

b Cant. 7. 6. Ecclesiarum particularium species & teneritudo est ex eo quòd habitant in tentorio Ecclesiæ Apostolicæ.

c Ephes. 5. 27. Ecclesiarum particulariū quāta sit pulchritudinis teneritudo quoad fidei sinceritatem.

d Cant. 1. 6.

6 Piæ quoque animæ teneritudo ex eximia illius est sanctitatis, ac perfectionis pulchritudine, quam laudibus celebrans eius sponsus ait, [e] *Tota pulchra es, & macula non est in te.* Species autem ista, & hæc teneritudo, quam vel minima praua lædit cogitatio, vel & breuis corrumpit, qui contra bonos mores fit, sermo, exinde sunt, quòd anima ipsa habitans est in tabernaculo legis Christi, quæ est & lex perfectionis. Lege capita quintum, & sextum Euangelij secundum Matthæum, & intelliges, quanta sit Christianarum animarum species, quanta & teneritudo, dicente Domino Iesu, [f] *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum,* id est haud digni eritis, qui admittamini ad habitationem in Ecclesia mea, & in tabernaculo legis meæ, quæ regnum cælorum meritò dici potest, ob eam quam confert speciem. Teneritudinem nosse optas? Audi, [g] *Ego autem,* ait Iesus *dico vobis, Quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.* [h] *Quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo,* &c. [i] *Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis,* Et, *Te* [k] *faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Et, *Tu* [l] *autem cùm oraueris, intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum,* &c.

Anima fidelis exinde sācitate speciosa est, quòd habitat in tabernaculo legis Christi, & quanta sit speciei eius teneritudo.

e Cant. 4. 7.

f Matth. 5. 20.

g Matth. 5. 22.

h & 28.

i Matt 6. 1.

k Matt. 6. 3.

l Matth. 6. 6.

Illud denique est, quod in hoc vers. 2. perpendas, eam speciosam appellari mulierem, quæ & domi habitans sit, adeóque & speciem domus iure eam dici, vt aduertit Agellius meus in illud Psalmi 67. *Et* [m] *speciei domus diuidere spolia.* Idque non solùm quia per ipsam speciosa reddatur, in

Mulier speciosa appellatur quæ domi habitans sit. Agellius.

m Ps. 67. 13.

A qua habitat domus, iuxta illud Ecclesiastici. [n] *Mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ;* Verùm etiam quia ex eo quòd domi se detinet speciem suæ seruat pudicitiæ de qua in lib. item Ecclesiastici dicitur, [o] *Gratia super gratiam,* id est speciosissima *mulier sancta, & pudorata.*

n Eccles. 26. 21.

o Eccles. 26. 19.

Vide Appendicem post expositionem secundam Vers. 3.

Vers. 3.] Ad eam venient pastores, & greB ges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IDEO [a] Chaldæorum Principes qui instar optimorum pastorum militum suorum acies vti ouium deducunt greges, illos pro temporis opportunitate vel præcedentes, vel subsequentes, & studentes vt pascua habeant & cibariorum, & stipendiorum, C & spoliorum, ad illam venient suosque militum greges veluti super speciosissima, & vberrima ducent pascua. [b] *Et ibi haud breuibus contra eam agent incursionibus, sed longâ perseuerabunt in illius obsidione, figentes in illius circuitu tentoria sua.* [c] *Atque vt noueritis, nec vel per exiguum temporis spatium istiusmodi eorum minuendam obsidionem ex defectu inobedientiæ militum, qui vel ad procuranda cibaria, vel ob stipendiorum inopiam ad deprædationes alibi faciendas dispergantur: Ducum eorum vnusquisque in id suum exhibebit studium, vt quos sub suo habet regimine, pascat, & in ordinem continendo, & præbendo stipendia, & deD prædatorum participes ipsos faciendo spoliorum. Pascetque* [d] *illos potentiâ, & fortitudine suâ, fortibus gestis suis tantas facientes deprædationes vt illorum singulos ex iis impleant. Quin & per semetipsos non per vicarios suas regent acies, & quemlibet suorum militum quasi dilectissimas oues, vel etiam quasi filios collatis manu propriâ pascent muneribus.*

a Ad eam venient pastores & greges eorum.

b Fixerunt, (seu figent) in ea tentoria sua in circuitu.

c Pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

d Pascet vnusquisque manu sua.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

AD eam venient pastores, &c. Peruulgata, frequensque est pastoris appellatio E Principi tributa cuique, ita vt & Homerus sæpius ποιμένας λαῶν pastores populorum illos dixisse reperiatur. Quamuis autem quibuscumque Principibus id tribui soleat nominis, belli tamen, acierum in primis congruit ducibus, à quibus propterea & baculus gestatur in manibus, adeo vt de semetipso Rex Dauid, vt indicaret, se vt optimum pastorem duxisse Iudæorum exercitum, dixerit, [e] *Et pauit eos in innocentia cordis sui,* quos videlicet pacificè intra terrarum suarum fines regebat; *Et in intel-* F *lectibus manuum suarum,* id est baculo, quem habebat in manibus, vt rectè exponit Euthymius, *deduxit eos,* videlicet in prælia, in pluribus distinctos cohortibus, veluti in tot ouium gregibus. Hæc enim optima est cuiusque exercitus institutio, si milites instar ouium duci se sinant, absque cuiuspiam rei, vel itineris, vel præcepti, vel impositi oneris inuestigatione, in omnibus & per omnia à ducis sui dependentes intellectu: & è vestigio dux milites ipsos suos nedum imperij potestate in ordine contineat, sed

1 Homerus. *Pastorum nomen tribui solitum Principibus, sed maximè ducibus exercituum.*

e Psa. 77. 72.

Euthymius.

Milites debēt esse, & regi vt ouiū greges.

& præsens assistat, proque temporis opportunitate vel præcedat, vel subsequatur, atque id in primis studeat, vt pascua habeant non stipendiorum duntaxat, ac cibariorum, verùm etiam spoliorum.

2 Tales duces, ac pastores extitisse Chaldæorũ Principes, tales & Chaldaici exercitus milites asserit hoc loco Propheta, inquiens illos pulchritudine, atque deliciis allectos vrbis Ierusalem, quam mox speciosam dixerat, & deliciis affluentem, contra eam, & in eam venturos, suasque militum acies instar gregum ouium, veluti super speciosissima, & vberrima ducturos pascua. Nec transituros solummodo, aut breuibus acturos incursionibus: at & longâ perseueraturos in illius obsidione, (*fixerunt enim*, ait *in ea tentoria sua in circuitu.*) Hebræa, & versio Sept. *figent*, in futuro habent, sicut & reliqua verba. Et vt noueris, haud diminuendam vel tantillum istiusmodi obsidionem, vel ob stipendiorum, vel ob eduliorum inopiam, aut ex defectu inobedientiæ militum, qui ad deprædationes faciendas dispergantur. ((*Pascet vnusquisque eos*, inquit, *qui sub manu sua sunt*) designans vnumquemque eorum ducum, vt maximè peritorum, vtque optimorum pastorum in id suum exhibiturum studium, vt quos sub suo habet regimine, suæque creditos potestati, subque sua manu, & acie, pascat, & in ordinem continendo, & præbendo stipendia, ac cibaria, & deprædatorum participes illos faciendo spoliorum.

Milites quã & quibus pascendi sint.

3 Quæ omnia per alias magis intelliges lectiones. Quod enim in Hebræo est, (*Pascent vir.*) את ידו *et iado.* Pagninus, (*In loco suo.*) Regia (*Manum suam.*) Vatab. (*Pascet vnusquisque quod manui suæ cõmissum est,*) quod declarans in Annot. ait, id est locum suum. Quomodo & R. Dauid in Comment. Quod ita exponit Chrystophorus à Castro, vnusquisque suam oppugnabit ciuitatem, donec vniuersam subegerint regionem, & tunc liberi, & securi aggredientur ciuitatem Ierusalem. Meliùs noster interpres non tam pro loco, quàm pro manu Hebraicum accepit nomẽ יד *iad*, manus autem appellatione, militum cohortem designatam sumpsit, prout frequenter in vsu apud profanos quoque reperitur. Sept. alio tamen sensu in significatione manus illud ipsum sumentes vocabulum, verterunt, (*Pascet vnusquisque manu suâ*) quod communiter interpretari solet, Pascet potentiâ, & fortitudine suâ. Sicque allusio erit ad pastoralem baculum & pedum, quo greges diriguntur. Vel significabitur, tantas vnumquemque Chaldæorum ducem fortibus gestis suis facturum spoliorum deprædationes, vt suos quoque ex iis satiaturus sit milites. Quamquam aliter ipse sic eamdem intelligerem lectionem, (*Pascet vnusquisque manu suâ:*) quòd acies suas non tam per substitutos, quàm per semetipsos regent: singulosque suorum militum quasi dilectissimas oues, vel etiam quasi filios collatis pascet muneribus, manu videlicet propriâ illis diuidens spolia.

Milites quomodo, & quãdo pasci dicantur manu ducis sui.

Vers. 3.] Ad eam venient pastores, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 MAGNA certè Dei prouidentiâ factum est, vt in Euangelio Dominus de istiusmódi pastorum, gregumque aduentu suos monuerit fideles, dicens, [a] *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces.* Vtinam tam solliciti essent Episcopi, quibus verè pastorum competit nomen, & munus, in suam quisque venire Ecclesiam, commissumque in ea pascere gregem, quàm seduli sunt hæresiarchæ, & prauorum morum magistri cum discipulis suis, vt in dimissam à proprio pastore Ecclesiam veniant, pastoresque se simulent: cùm tamen experientia ipsa doceat, ipsos venire vt militiæ duces, vtque deprædatores bonorum Ecclesiasticorum, & euersores sinceritatis fidei, ac morum, [b] *fur* enim in caulam *non venit* (vt ait Iesus,) *nisi vt mactet, & perdat*, & infra in hoc Ieremiæ libro de iisdem conquerens Dominus, *Pastores*, [c] inquit, *multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem desiderabilem in desertum solitudinis.* Quantò enim speciosiorem esse contigerit Ecclesiam aliquam, magisque delicatam, adeóque & magis desiderabilem, tantò ardentiori studio ad illam istiusmodi se conferre solent pastores cum gregibus suis, prout ex iis manifestè colligitur, quæ mox in præcedenti dicta sunt versu.

Hæresiarchæ quales pastores se exhibeant, & quã sollicitæ.

Episcopi quã seduli debeãt esse pastores.

a Matt. 7. 15.

b Ioan. 10. 10.

c Ierem. 12. 10.

5 Nec minùs sanè & id dolendum, quod piæ pariter euenire solet animæ, quæ speciosa sit, & delicata, vt supra explicatum est: si quando haud sedulò se custodiat clausam in tentorio legis Christi, Siquidem aperto in ea inuento aditu, veniunt illicò ad ipsam, vt ad rem maximè desiderabilem Dæmones, pessimi ij pastores, de quibus in Psalmo legimus, *Mors* [d] *depascet eos*, sc. quibus se pastores exhibuerint: re tamen vera aduersi in eamdem animam belli duces, meritoque propterea ab [e] Apostolo nuncupati *Principes, & potestates tenebrarum*: Quem eorum aduentum exposuit & in Euangelio Dominus, cùm de immundo loquens spiritu ait, *Et* [f] *veniens inuenit eam*, scil. animam *vacantem scopis mundatam, & ornatam, tunc vadit, & assumit septem*, id est multos *alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi.*

Custodia sui ipsius quàm necessaria sit fideli cuique animæ.

Dæmones inuento aperto aditu veniũt in animã vt pastores, sed aduersi eius militia.

d Psal. 48. 15.

e Ephes. 6. 12.

f Matth. 12. 44.

6 Porrò venientes pastores isti in delicatam animam, & quæ spiritualibus enutrita sit deliciis, venire hìc dicuntur cum gregibus, vel cum militibus, aciebusque suis. Greges dæmonum quales sint ex eo colliges Euangelij, [g] quo Dominum instanter exorasse Dæmones dicuntur, vt sineret illos ingredi in gregem porcorum: ipsæ nimirum cuiusque animæ passiones, terrenique ac carnales affectus, quos sub nomine quoque porcorum pascendos item sumpsisse legimus filium illum prodigum, [h] qui omnia bona sua dissipauit cum meretricibus viuendo luxuriosè: quosque & sub aciei militum metaphora expressère & Petrus, & Iacobus Apostoli, appellantes illos, vel concupiscentias [i] quæ militant in membris, vel carnalia [k] desideria, quæ militant aduersùs animam, de quibus & pia illa anima in Canticis dicebat, *Filij* [l] *matris meæ pugnauerunt contra me*, prout ibi exposui.

g Matth. 8. 32.

Dæmonum greges qui in anima pascũt, sunt eiusdem animæ passiones, & affectus carnales, qui sũt & illorum milites.

h Luc. 15. 15.

i Iacob. 4. 1.

k 1. Pet. 2. 11.

l Cant. 1. 6.

7 (*Fixerunt in ea tentoria in circuitu.*) Digna sanè retributio fidelis illius animæ, quæ, congruâ omissâ pulchritudinis suæ custodiâ aditum in se vel exiguum Diabolo exhibuit, & Angelis eius: vt quæ iuxta Zachariæ [m] prophetiam cùm speciosa ob vitæ probitatem esset, & cælestibus affluens deliciis, in sui circuitu Deũ habebat murum igneum, aduenientibus ad eam Dæmonibus cum carnalibus concupiscentiis, terrenorumque

Anima se minimè custodiens, Dæmonum tentoria habet...

m Zach. 2.

Dæmones quomodo intra animam paſcere dicãtur. rumque affectibus, gregibus, & militibus eorũ, at explicatũ eſt, & id quoque ſubirent, vt iidem in circuitu ipſius tentoria tot fixerint, in quot vitiorum generibus ipſos in ea habitare cõtigerit: *(Paſcet vnuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt)* ſeu iuxta alias lectiones, *(Paſcet vnuſquiſque manu ſuâ:* Aut *in loco ſuo.)* Ex præexpoſitis conſequitur, vt vnuſquiſque eorum Dæmonum, qui in ipſa miſera anima ſuas fixas fecere ſedes, in loco, & tentorio ſuo, in ſpeciali nimirum vitio, quod in circuitu eiuſdem pro ſuo fixerat tentorio paſcat & ſemet, depaſcens vniuerſas, quas poteſt, illius vires, quas in huiuſcemodi vitij operationibus conſumi curabit: Et eos qui in eadem veluti ſibi aſſignatum gregem ſub manu ſua habet affectus, exhibens videlicet illis ſenſibilium voluptatum paſtum vel gulæ, vel libidinis, vel honoris, vel opum, & ſimilium, iuxta cuiuſlibet vitij exigentiam. Idque totum ſuâ efficiunt manu, quæ iſtiuſmodi voluptatum, & terrenorum, quæ à Deo deprædantur in mundo opulentiſſima eſt, vt per id probari poteſt, quod in libro Iob dicitur.[a] *Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipſe dederit omnia in manu eorum.* Nec non & manu poteſtatis ſuæ, quam alibi manum iniquitatis Sacræ appellare ſolent paginæ, iuxta illud apud Iſaiam. *Alliſiſti*[b] *nos in manu iniquitatis noſtræ, & peccata noſtra abſtulerunt nos.*

a Iob. 12. 6.

b Iſai. 64. 7.

§

Reſidentia Epiſcoporum, & Prælatorũ quàm ſit neceſſaria. Ex hoc loco colligere potes neceſſitatem reſidentiæ Epiſcoporum in propriis Eccleſiis. Vnuſquiſque enim paſtorum horum ad exemplar ducum militiæ ſæcularis, qui bene ſuum expleant munus, tenetur figere tentoriũ habitationéque in ſede ſua; ibique in loco ſuo eos qui eius commiſſi ſunt manui, paſcere doctrinâ, & exemplo, congruoque regimine, non per Vicarium, ſed manu ipsâ ſuâ, ac per ſemetipſum.

Andr. Capp. *quàm diligẽtiores ſint hæretici, quàm Catholici circa diſciplinã fidei.* Eſt & id dignum, quod hîc deſcribamus, obſeruatum ab Andrea Cappella circa ſtudiũ iſtud hoſtium Ieruſalem. Quanto ſtudio curent hæretici quos deceperunt, docere, vt videre ſit plebeios homines, & mulierculas Scripturas paſſim in medium proferre, cùm tamen contra, Paſtores Ieruſalem tam negligenter paſcant eos, qui ſub manu ſua ſunt, vt multi etiam rudimenta ignorent fidei.

VVLGATÆ.

Verſ. 2.] Speciosæ, &c.

Verſ. 3.] Ad eam venient, &c.

A

SEPTVAGINTA.

2. Καὶ ἀφαιρεθήσεται τὸ ὕψος θύγατερ Σιών.

3. Εἰς αὐτὴν ἥξουσι ποιμένες, καὶ τὰ ποίμνια αὐτῶν, καὶ πήξουσιν ἐπ᾽ αὐτὴν σκηνὰς κύκλῳ, καὶ ποιμανοῦσιν ἕκαστος τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

Verſ. 2.] Et auferetur celſitudo tua filia Sion.

B

Verſ. 3.] In eam venient paſtores, & greges eorum: & figent ſuper eam tabernacula in circuitu, & paſcent vnuſquiſque manu ſuâ,

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Pulchra, & delicata quomodo corrupiſti vias tuas: propterea confuſus eſt cœtus Sion*, Verſ. 3. *Ad eam venient Reges, & exercitus eorum: extendent ſuper eam tabernacula per circuitum, & adunabunt vnuſquiſque proximum ſuum.* 1

C

Verſ. 2. *Speciosæ*, &c. Verſ. 3. *Ad eam venient paſtores;* &c.

Hieronymus. *Deſcribitur pulchritudo Ieruſalem, quæ eſt ipſa Sion, vt aliud totam vrbem, aliud arcem vrbis inſinuet eſſe: Sion enim arx ſpecula interpretatur & ſpecioſæ mulieri comparatur: & quomodo ad illam amatores, ſic ad iſtam paſtores conuenire dicuntur. Satiſque eleganter in Hebræo verbum, quod quatuor literis ſcribitur* רעים *ſi legatur renghim, amatores: Si ronghim paſtores ſignificat: vt vel iuxta metaphoram pulchræ mulieris amatores, vel iuxta euerſionem vrbis, paſtores intelligantur: quorum alij ſcortum polluere feſtinant: alij obſidere, & ſubuertere ciuitatem. In paſtoribus, & gregibus eorum, principes ſentiamus, & exercitus Chaldæorum: figent autem tentoria ſua in obſidione vrbis: & paſcet vnuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt, ſuas videlicet turmas, & numeros.* Hieronym. *Ieruſalem aſſimilata mulieri ſpecioſæ.*

D

Theodoritus. *Formoſam Ieruſalem, & delicatam vocat: formoſam quidem, ob pulchra ædificia: delicatam verò, propter incolas delicatè viuentes. Paſtores appellat Reges, qui cum Nabuchodonoſor militabant, greges verò ipſos eorum exercitus, qui ſub eis merebant.* Theodorit. *Ieruſalẽ quomodo & pulchra & delicata.*

D. Thomas. *(Speciosæ) quantum ad decora ædificia, & multitudinem habitantium: (delicatæ) quantum ad fertilitatem terræ.* Ezech. 16. *Similam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis. (Ad eam venient paſtores) metaphoricè, principes Chaldæorum, qui ſi vbertate paſcuorum illecti (fixerunt,)* &c. *ad obſidionem vrbis. Reliqua vt Hieronymus.*

D

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI ἀφαιρεθήσεται τὸ ὕψος σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Διὰ τὸ, ὅτι τούτοις πρὸς κακίαν ἐχρήσατο, τῷ κάλλει πρὸς πορνείαν, τῷ ὕψει πρὸς ἀλαζονείαν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ ναὸς, ἡ νομικὴ λατρεία. ἢ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς πνευματικὸς κόσμος. [εἰς αὐτὴν ἥξουσι ποιμένες.]

Θεοδωρίτου.] καὶ εἰς ἔρημον καταστῆσαι τὴν πόλιν. ὡς ποιμνίων γενέσθαι νομὴν, πόας ὡς ἐν ἐρήμῳ

A

Verſ. 2. ET *auferetur celſitudo tua*, &c.) 2

Chryſoſtomi.] *Quod his ad iniquitatem abuſus ſit, pulchritudine ad libidinem, excellentiâ ad faſtum.* Cryſoſt. *Propter abuſum auferũtur à nobis dona Dei.*

|| Olympiodori.] *Templum, legalis cultus: vel & animi ſpirituale ornamentum.* Olympiod. *Templum dictum celſitudo Ieruſalem.*

Verſ. 3.) *In eam venient paſtores*, &c.)

Theodoriti.] *Vrbs ita deſerta fiet, vt gregum paſtus euadat, herba veluti in deſerto multa* Theodorit.

φυομένης πολλῆς. δηλοῖ δὲ καὶ δυνάμεις ἀντικειμένας χειρὶ, καὶ βίᾳ ποιμαινομένας, ἀλλ' οὐ γλώττῃ, καὶ λόγῳ. τὸ δὲ παρασκευάσασθαι ἐπ' αὐτὴν πῶς * ἀπὸ θεοῦ κινοῦντος αὐτοὺς, πῶς * ὑπὸ τῶν πολεμίων παρακελευομένων αὐτοῖς ἀλλήλοις. τὸ δὲ, μεσημβρίας, τουτέστι φανερῶς τε, καὶ μετὰ παῤῥησίας.

* ἴσ. πῶς δὲ.
* ἴσ. πῶς μὲν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο ἐρημίας μὲν ἐστὶ σύμβολον. ἐξέβη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. κύκλῳ, τὰς ἐκκλησίας εἰκότως ἄν τις εἴποι. καθάπερ σκηναὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης εἰ πεπηγυῖαι. μάνδραι προβάτων. [ποιμένες.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ πολέμιοι ἄρχοντες αἰσθητοὶ, ἢ καὶ νοητοί. [καὶ ποιμανοῦσιν ἕκαστος τῇ χειρὶ αὐτοῦ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ τῇ τοῦ θεοῦ χειρὶ, ἀλλ' ἕκαστος κατὰ τὰς ἰδίας ἐνεργείας.

A *germinante, significat autem & hostium copias, quæ manu, & vi, non linguâ, & ratione reguntur. Suscipere autem bellum in eam partim quidem à Deo, mouente ipsos, partim verò ab hostibus, se inuicem excitantibus. Illud autem (Meridie,) id est palàm, non furtim.*

Chrysostomi.] *Hoc desolationis quidem signum, impletum est autem & tempore Apostolorum. Ecclesias in circuitu meritò quis dixerit, tamquam tentoria vbique terrarum fixa,* B *Caulæ ouium. (Pastores.)*

Chrysost. *Apostoli qui fecerint in Ierusalem.*

Olympiodori.] *Aduersarij Principes sensibiles vel spiritales. (Et pascent vnusquisque manu suâ.)*

Olympiod. *Pastores dicti aduersarij nostri.*

Olympiodori.] *Non Dei manu, sed quisque iuxta proprios actus.*

Olympiod.

Vers. 4.] Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit Dies, quia lõgiores factæ sũt vmbræ vesperi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Sanctificate super eã bellũ, (seu Preparamini super eam in prælium.)*

Idemque [a] *vt magis milites ipsos ad præliandum excitent, quòve maiori prælium istiusmodi contra Ierusalem & aggrediantur, & prosequantur ardore, argumento primum è religione desumpto, hisce illos affantur, in bellum contra eam iustissimum sacris vos parate ritibus: sanctumque hoc agite bellum, in quo duplex Deo præ-* D *statis obsequium, cùm & eius impleatis mandatum, qui ad id vos suscitauit, ac impulit, & eidem tot sacras oblaturi sitis victimas, quot in sancta ipsa ciuitate prædicantes interficere obtigerit Iudæorum. Tum* [b] *& alterum addentes argumentum ab ipsorummet robore, Consurgite inquiunt, adoriamur bellum in meridie, tali enim præditi sumus, & exercitus, & armorum, & virium, robore, vt aperto Marte, claraque luce cum Iudæis pugnare possimus: Nec opus sit, vt ad insidias ciuitati struendas moras ad noctis protendamus tenebras.*

b *Consurgite, & ascendamus in meridie.*

Id [c] *solummodo vnum nos angit, quòd dies breuiores sint ad pugnam: quod consurgentibus, bellumque ado-* E *rientibus in meridie, illico superueniat nox, nostrorummet corporum vmbris ob propinquum solis Occasum longioribus effectis, id nobis significantibus.*

c *Væ nobis, quia declinauit dies, quia lõgiores factæ sunt vmbræ vesperi.*

Dicunt quidem, & Ierosolymitani ciues, nostri timore concussi. Væ nobis, quia iam aduentat nox: nam si, ascendentibus contra nos hostibus in meridie, tanta per diem patimur, quanta per noctem tolerabimus, quando nec defensioni supererit locus, nec effugij? Tenebrarum nos aggreditur horror, cùm videamus declinante ad Occasum Sole, longiores apparêre vmbras.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Sanctificare pro instruere, & præparare.*

Sanctificate, &c. Hebræorum doctores verbum sanctificare hoc loco, sicut & alibi sæpius, pro præparare, & instruere vsurpatum arbitrantur, eodemque sensu & Sept. illud sumpsêre, vertentes, (*Paramini super eam in prælium*, seu *Præparate super eam bellum.*) Quomodo & ex recentioribus Interpretibus, Pagninus, Isidorus Clarius, & Vatablus in suis Annot. Mihi tamen eorum magis placet opinio, qui vltra consuetam præparationem, atque in-C structionem aliquid insuper per idem verbum hic significatum arbitrantur. Siquidem Propheta, vt pastorum, Chaldæorumque ducum, quos super Ierusalem dixit aduenturos cum gregibus, & aciebus suis, ingentem veluti ob oculos eumdem debellandi ardorem proponeret, illorum breuem quidem, sed efficacissimam, quam Duces ipsi inter se, atque ad suos milites habuerunt recitat, orationem. In qua eo in primis ad bellum istud excitantur argumento, quod è religione, iustitiaque desumptum maximè omnium animos commouere solet quorumcumque, hoc D nimirum vtentes verbo, (*Sanctificate super eam bellum,*) Dupliciter sanctificandum id significantes, duplici actu religionis, altero quidem in eius initio, altero & in toto illius progressu. In initio, sacris incipiendum, indicendum, & assumendum ritibus, & cæremoniis, prout & prælia quæ exordiri consueuère, quæ iusta sint: quod nedum apud Hebræos, vt patet ex cap. 20. Deuteron. Sed & apud Gẽtiles in more extitisse pluribus prosequitur Alexander ab Alexandro lib. 5. suorum genialium dierum cap. 3. In initio autem, & in progressu: quia per ipsum obsequiũ E Deo præstaretur, iuxta illud Redemptoris nostri in Euangelio, [d] *Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Duplex autem in eo bello præstari à se significarunt obsequium Deo. Alterum, quia illius implerent mãdatum, qui ipsos ad id suscitasset, & impulisset, eo modo, quo & Ezechiæ tempore nuncij Rabsaces Assyriorum Regis, dixêre, [e] *Numquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum,* (& sermo est item de ciuitate Ierusalem) *vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam.*

Excitandi ad bellum populos efficax id est argumentum, quod è religione sumitur.

Bellum incipiendi ritibus sacris clamare & Iudæi, & plerique e Gentibus.

Alexãder ab Alexandro.

d Ioan. 16.

Bellum dicitur quod modo asseritur sanctum & in quo obsequium Deo præstetur.

e 4. Reg. 18. 28.

F Alterum, quia in eodem bello sacra Deo facturi erant, tot videlicet illi sacras offerentes victimas, quot in illo interfecturi erant Iudæorum. Id quod idemmet Deus apud Sophoniam contestatus est, dicens: [f] *Quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos*, Chaldæos nimirum, quos contra Ierusalem vocauit, ac sanctificauit, eligens illos quasi in Sacerdotes victimarum sibi immolandarum, per Iudæorum interfectionem. Sicut & aliàs pro immolandis item sibi victimis ex ipsorum Chaldæorum necibus, & ex

f Sophon. 1. 3.

& ex Babyloniæ anathemate, gentibus illis vt A
contra illos bellum assumerent mandasse, easdemque & vocasse, & sanctificasse se dixit apud
a Isai.13.3. Isaiam.[a] *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes in ira mea exultantes in gloria mea.* Quod videlicet pro gloria mea prælium huiuscemodi & susceperint & prosequantur.

2 (*Consurgite, & ascendamus in meridie.*) Verba similiter exultantium pro gloria Dei. Affertur autem in hisce alterum pariter ad prælium istud suscipiendum, & accelerandum æquè efficax argumentum ab ipsorummet robore, quod videlicet tale, tantumque in se esse animaduertebant, B
vt aperto Marte, claraque luce dimicari cum Iudæis possent: Nec opus esset, vt ad insidias ciuitati struendas moras ad noctis protenderent tenebras. Indicantque per idem meridiei tempus bellum adoriendum, quo & suæ magis satisfacere possent prædarum, & necis auiditati: quando nec celari quid ab ipsis licuisset, nec fugere cuiquam permissum esset. Miror hoc loco cur & Pagninus, & Isidorus Clarius idem meridiei vocabulum pro loco, & plaga meridiana acceperint, vertentes (*Surgite, & ascendamus in meridiem*) seu (*versus meridiem*) cùm Hebraica vox ipsa zaharaim tempus non locum significet.

3 *Vox belli, & incursus hostium tempore horribilior, quàm dies.* *1. Sensus.* *2. Sensus.*
(*Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.*) Quidam expositorum arbitrati sunt, in his exponi Iudæorum querelas oppositas præallatæ Chaldæorum Ducum exultationi. Ac si illi iam in meridie consurrexerint, nimioque propterea ipsi timore concussi hæc habuerint, Væ nobis, quia iam aduentat nox, cùm videamus, declinante ad Occasum sole, longiores apparêre vmbras.

Meliùs tamen cum expositoribus aliis, dicos, hæc quoque ad cœptam Ducum Chaldæorum orationem pertinere, sicut & quæ mox subiiciuntur in Vers. 5. Quibus mirificè suam iidem Duces explicant, quam habent, & in vniuerso exercitu excitare, & promouere satagunt auiditatem pugnandi aduersùs Ierusalem, significantes ob id vnum angi, quòd dies breuiores videantur ad pugnam, quòd consurgentibus, bellumque adorientibus in meridie, illico superuenire videatur
Vmbræ longiores signum proximi occasus solis, & noctis. nox, quod ex suorummet corporum intelligunt vmbris, quas longiores fieri conspiciunt, quod instantis certissimum est vesperi signum. Quantò enim à meridie remotior est sol, tantò facit vmbras longiores, quales videre est & matutino, & vespertino tempore cùm primum ortus ille sit, cumque tendit Occasum.

4 R. Dauid. Præter hos duos sensus, tres insuper reperio alios, vnum R. Dauid, cuncta hæc Chaldæorum verba esse censentis, proprieque & meridiem, & noctem sumentis, vt pote duo aptiora tempora ad inuadendum, & difficiliora ad defensionem, meridiem propter æstus caloris, noctẽ verò propter tenebras. Alium Petri à Figueira, primam
Petr. à Figueira. partem Chaldæis tribuentis, proprieque meridiem accipientis, secunda parte, (*Væ nobis.*) & Iudæis adscripta, noctisque typo aduersa intelligente. Ac si ab illis dicatur, Væ nobis, quia nobis diei tenebræ, & acerbissima parantur. Tertium
Gasparis Sanctij. Gasparis Sanctij metaphoricè vtrumque sumentis tempus, nempe secundos euentus per meridianam lucem, aduersos verò per noctis designatos tenebras, hosque timeri dicentis in secunda parte à Iudæis, illos autem gloriabundè iactari à Chaldęis in parte prima.

Circa lectionum varietatem duplex est, quæ in codicibus versionis Sept. notetur diuersitas. Prima, quia vbi Codex Vaticanus habet (*Væ nobis*) prout & vulgata, & Hebręa, Codices Complutensis, & Regius legunt, (*Væ vobis,*) Ac si in Iudæorum dicta sint comminationem nocturnæ, quæ subsecutura mox opponetur, expugnationis. Altera, quia vbi Complutensis, & Regius habent, (*Quia deficiunt vmbræ vesperi.*) Vaticanus legit (*Quia deficiunt vmbræ diei*) tametsi hæc in idem recidant, cum eo quod & in Vulgatæ dicitur, (*quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.*) & quod in Hebr. B
legitur, (*Quia se extenderunt vmbræ vespertinæ,*) vt vertunt Pagninus, & Vatablus.

Vers. 4.] Sanctificate super eam bellum.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

SANCTVM prædicant super Ecclesiam bellum, secundùm Hugonem Cardinalem
qui decertantes pro decimis habẽdis, bo- 5 Hug. Card. *Contra Ecclesiam sæpe dimicant qui illius iura tueri se dicunt.*
nisque rapiendis pauperum, ius Ecclesiæ tueri se C
asserunt. Sed & hæreticorum duces (dictu) sanctum aduersum Apostolicam Ecclesiam proclamare bellum, cùm illius fidem è ciuitate, aut Prouincia aliqua vt erroneam exturbare, sectasque suas, quas Catholicæ fidei propagatrices, adeoque & Sanctas appellant, introducere in eam obnituntur, & sæculares ad id prouocant Principes. *Hæretici bellum sanctum prædicant, quod est contra Apostolicam Ecclesiam.*
Et contra miseram quoque animam Dæmones sanctificare bellum, quando sub specie recti illam debellare conantur, transfigurãtęs se, vt ait Apostolus, in Angelos lucis, & quando scrupulorum prælio in superbiam eleuare, aut in desperationem deturbare eam contendunt, sanctificarunt & D
Iudæi in Euangelio bellum aduersùs Iesum, cùm Scribæ, & Pharisæi in illũ commouerunt turbas quòd filiũ Dei se diceret:[c] Cúmq; Põtifices & Sacerdotes collegerũt Cõciliũ, vt eũ morti traderet. *Dæmones sãctificant bellum contra animam cùm illam tentãt sub specie recti vel per scrupulos.* b 2.Cor. 11. 14. *Iudæi sanctificauerunt bellum cõtra Christum.* c Ioan.11. 47.

6 (*Consurgite, & ascendamus in meridie.*) Admirãdã in hisce, & in iis quæ mox dicta sunt, quæue in sequenti dicentur versu, prudentiã hominũ improborum notat Christophorus à Castro, quàm facilè conueniãt, quam promptè pareant, quàm vnanimiter pugnent, & ordinatè incedant, vt vrbem sanctam, & probũ quẽque perdant, ac destruant, E
iuxta illud Psalmi, quo inquiunt.[d] *Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra.* Et in lib. Sap.[e] *Opprimamus pauperem iustum. Et circũueniamus iustũ quoniã inutilis est nobis.* Cùm à se inuicem maximè diffideant, ad hoc solùm vnanimes conueniunt, vt iustos opprimant, & de medio tollant. Cæterùm cœptum prosequẽtes sensum de Dæmonibus aduersùs fidelẽ animã insurgentibus. Aptè tũc maximè illi se se inuicem excitant ardentiùs contra eã, quũ ipsa potissimùm per socordiã dormitat: tuncque vehementiori in eam ascendere satagunt incursu, quum & maiori F
bus ipsam opprimi contingit cõcupiscẽtiæ æstibus, quando & tempus eidem est meridianum, concupiscentia enim sol est ardentissimus, & lucem tametsi deceptricem è se emittens, vt fusiùs probasse me recolo in sæpius citatis Comment. meis super Cant. in exposit. 3. super iis verbis,[f] *Decolorauit me sol.* Sat autem constat, Meridiem tunc dici, cùm Sol in medio est firmamenti, adeoque & altior est, & fulgentior, & calidior. *Vnanimitas impiorũ contra bonos quanta sit.* Christophorus à Castro. d Psal. 82. 5. e Sap.2.10. *Dæmones tũc ardentiùs cõtra animam insurgũt cùm illa negligentiùs dormitat.* *Concupiscentia est sol.* f Cant.1.6.

7 *Dæmones maximè nos tentant in meridie.*
Et certè nullũ est Dæmonibus aptius dimicãdi tẽpus, quàm meridianũ istud quod Sanctus contesta

Meridianum tempus maximè metuendum pia animæ.

f Psal. 55. 2.

testatus est Dauid, qui & propterea id maximè pauere se asseruit dicens, [a] *Quoniam multi bellantes aduersum me ab altitudine diei timebo.* Ac si dicat, Quia sat mihi exploratum est, multos esse Dæmonum, qui iuge contra me intendunt bellum. Tunc profectò maiori concutiar terrore, cùm altiorem intellexero mihi esse diem, cùm propter ardentes concupiscentiæ æstus meridiem esse cognouero. Meritò enim meridianum istud tempus semper habuit suspectum, qui vel semel in illo à secum præliantibus debellatus est dæmonibus, in adulterij crimen deturbatus, prout habetur ex 2. lib. Regum, vbi dicitur, [b] *Accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus Regiæ, viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo Rex, & requisiuit*, &c.

b 2. Reg. 11. 2.

Dæmones quo modo dicti Meridiani, & ascendẽtes in animam in meridie.

c Psal. 90. 6.

Cùm è contra idem met Dauid ei qui habitat in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei cæli commoratur, inter alia id prædicata maximum, vt non timeat *ab* [c] *incursu, & Dæmonio meridiano*, duo hæc subindicans, quæ in præsenti Ieremiæ sententia ipsi asserunt Dæmones. *(Ascendamus in meridie,)* ascendunt quippe tentationum incursu, & in meridie ascendunt, quando & è præcedenti crapula ascendunt & fumi, & libidinis æstus, ab isto vt à maximè opportuno tempore nomen Dæmonum desumentes meridianorum. Quamquam & id pariter dici posset: Illos ipsos, qui mox sanctum aduersùs animam proclamarunt bellum, sub specie recti eam tentare satagentes: Nunc ad id ipsum significandum modum patefacere, quem seruaturi sint, vt nimirum ascendant in meridie, quando lux est clarior, & vt se transfierunt in Angelos lucis.

Dæmones tẽtãtes sub specie recti ascẽdere dicuntur in meridie.

8 *(Væ nobis quia declinauit dies.)* Optimum sanè id semper cuicumque fidelium extitit Christi consilium, quo in Euangelio dixit. [d] *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Pro iis, qui isti non obtemperantes consilio à Dæmonibus, vt mox explicatum est, in meridie æstus concupiscentiæ debellati fuerint, ingemiscit hoc loco Ieremias, quod ab illis potiùs faciendum esset, dicens, *(Væ nobis quia declinauit dies,)* gratiæ, & tenebræ nos comprehenderunt iniquitatum, ascendentibus in nos tenebrarum potestatibus, ita vt iam haud in die simus, sed in vesperi: cuius rei id indubitatum est signum, quod *(longiores factæ sunt vmbræ,)* crescente in nobis amore vanitatum, rerumque istarum creatarum, quæ & vmbræ sunt & ipsamet vanitas, iuxta illud Sapientiæ, [e] *Transierunt omnia velut vmbra*, & illud Ecclesiastes. [f] *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

d Ioan. 12. 35.

Gratia abscessum arguere in nobis debemus ex augmento amoris vanitatis, & rerũ terrenarum.

e Sap. 5. 9.
f Eccl. 1. 2.

9 Alio pacto accipi hæc possunt quasi per ea id hominum genus Propheta deploret, quibus quò magis senio appropinquant ad mortem, eò magis desiderium viuendi, & cupiditas acquirendi, & ambitio augetur dominandi. Vt particula *(quia)* cùm dicitur, *(Quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi,)* non sit caussalis, sed, vt frequenter aliàs reperiri notasse me recolo, adhibita ad ornatum, seu asseuerationis gratiâ pro alia particula, *Et*, Ac si dicatur: Væ nobis quia, declinante ad occasum die vitæ nostræ, in vesperi ætatis senioris longiores nobis factæ sunt vmbræ, optabiliora ista nobis effecta sunt, quæ transeunt velut vmbra. Iure autem optimo propterea, *(Væ nobis)* dicere isti debent: Cùm *senibus placida omnia, & ordinata conueniant: quibus industria sera, turpis ambitio est*, vt Gentilis ait Plinius Iunior lib. 3. epist. epist. 1. ad Caluisium.

Seniores magis ad terrena esse affectos, est res maximè deploranda.

Plinius Iun.

A Tertio denique modo hæc rectè sumes, vt scelestorum, & eorum in quos Dæmones ascenderunt, querelas, quas in mundana affecti emittũt mortis tempore, vt vnum tempus istud ambabus deplorent in partibus, & cùm dicunt, *(Quia declinauit dies,)* & cùm addunt, *(Quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi,)* quod in lib. Cant. Vmbras inclinari, seu declinari dicitur. [g] *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, & in libro Iob *fugere* [h] *velut vmbram*, & [i] *dies hominis sicut vmbram præterire.*

Mori quàm displiceat impiis.

g Cant. 2. 17.
h Iob. 14. 2.
i Psal. 143. 4.

B *Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 5.*

Vers. 5.] Surgite & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EIA [a] igitur, addunt Duces, Eia fortissimi milites, quod perficere minimè licet ob diei breuitatem, enitamur explere vel in nocte, C *Ne demus somnum oculis nostris, nocturno quoque tempore surgite denuo in prælium, demoliamur ciuitatem, dissipemus & quaslibet illius domus, templum, arcem, atque palatia, euertamus illam totam vsque ad eius fundamenta.*

a Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius, (in arces, aut fundamẽta eius.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

SVrgite, &c. Verba sunt eorumdem Ducum Chaldæorum, qui his cæptam concludunt orationem factam ad milites, & qui doluerunt diei breuitatem, quâ eis eis oppu- D gnationem perficere non liceret, magnos assumentes, atque indentes animos, audacter inquiunt, id explendum etiam in nocte, quod & re ipsâ factum ostendimus supra in expositione prima, vers. 6. capitis quinti, *Idcirco percussit eos Leo de sylua, Lupus ad vesperam vastauit eos.* Vide ibi. Lectiones ferè conueniunt omnes, nisi quòd ex Hebr. pro *(domibus eius,)* Vatablus, & Regia vertunt. *(Palatia eius,)* alij, *(Arces eius.)* Sept. efficaciùs. *(fundamenta eius.)*

E *Vers. 5.*] Surgite & ascendamus in nocte, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

NOTA quomodo iis duobus temporibus vigilantiores ad animam debellandam sunt Dæmones, quibus socordiæ magis illa dedita esse solet, & somno: meridie, & nocte: iisdem enim verbis in F præcedenti versu pari ratione seipsos excitantes dixère, *Consurgite, & ascendamus in meridie.* At hoc loco addunt, *(Et dissipemus domos eius.)* Vt intelligas, quàm necessariò sæpius in Euangelio [a] vigilandum etiam in nocte suaserit Iesus, [b] *cùm enim dormirent omnes, & dormitarent venit inimicus homo*, sub alia ait metaphora, *superseminauit zizania*: & noctem aptissimum ad ipsorum malitias explendas tempus esse, ipsum eorum indicat nomen, quo & à Iesu, [c] & ab eius Apostolo [d] potestates appellantur tenebrarum.

Vigilantia quàm vbi necessaria.

a Matth. 24. 42.
b Matth. 13. 25.
c Luc. 22. 53.

Ad

Ad ascendendum autem in nocte & ad animæ dissipationem se inuicem excitant, Deo id illis permittente, atque etiam iubente in præcedentium scelerum eiusdem animæ pœnam.

VVLGATÆ.

Vers. 4.] Sanctificate super eam, &c.

Vers. 5.] Surgite, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Παρασκευάσασθε ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον, ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν ἐπ' αὐτὴν μεσημβρίας· οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι κέκλικεν ἡ ἡμέρα, ὅτι ἐκλείπουσιν αἱ σκιαὶ τῆς ἡμέρας.

5. Ἀνάστητε καὶ ἀναβῶμεν ἐπ' αὐτὴν νυκτὶ, καὶ διαφθείρωμεν τὰ θεμέλια αὐτῆς.

Vers. 4.] Paramini super eam in bellum: consurgite, & ascendamus super eam meridie: & væ nobis quia declinauit dies, quia deficiunt vmbræ diei.

Vers. 5.] Surgite & ascendamus super eam nocte, & dissipemus fundamenta illius.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Preparate contra eam bellatores: Surgite & ascendamus in meridie: Væ nobis, quia declinauit dies: quia longiores facta sunt vmbræ vespertinæ.* Vers. 5. *Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus palatia eius.*

Vers. 4. & 5. (*Sanctificate super eam bellum*, &c.) Hieronymus. *Pastores dicent gregibus suis. (Sanctificate super Ierusalem bellum:) Domini enim imperium est: (Consurgite, & ascendamus in meridie:) non per noctem, & insidias, sed plenâ luce pugnemus: nullus enim nobis potest resistere. (Væ nobis, quia)* &c. *Illi dicunt, (Surgite, & ascendamus in meridie) & clarâ luce pugnemus: Isti respondent (Væ nobis, quia longiores facta sunt vmbræ vesperi) secundùm illud Virgilianum, Et iam summa procul villarum culmina fumant: Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ. Et est sensus: Si per diem hæc patimur, quid patiemur in nocte? Rursumque qui supra dixerant, (Sanctificate super eam bellum,) atque (consurgite:) nunc ipsi prouocant ad bellandum, dicentes, (Surgite & ascendamus in nocte,) vt sciant aduersarij, non temporis victoriam esse, sed virium (& dissipemus domos) quæ frustra murorum firmitate vallantur.* Hieronym.

Theodoritus. *Memorat acies meridionales, & occidentales incursiones, ac nocturnos impetus.* Theodoret.

D. Thomas. *Hic ponitur congressio ad capiendum vrbem. Et primò congrediendi præceptum, (Sanctificate) id est formate, vel sanctum ostendite, & iustum quasi Dei voluntate assumptum. Et est vox Principum ad milites. Secundò ponitur congredientium desiderium, primum in mutua exhortatione, (Surgite,) vox militum ad inuicem. (Ascendamus,) ad impugnandum quamuis in monte sitam: tum, quia non retrahuntur temporis importunitate, neque calore diei, (In meridie) neque horrore noctis, (In nocte) & tertiò, quia conqueruntur de temporis breuitate, (Væ nobis) (dies) in qua erat tempus aptum ad bellandum (longiores) quantò enim sol magis appropinquat ad Zenith capitis, tantò fit longior vmbra in partem oppositam.* Refert & ex Glossa expositionem Hieronymi. 1. Sensus.

CATENA EX VETERIBVS

PATRIBVS GRÆCIS.

ΠΑΡΑΤΑΞΑΣΤΕ ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον, ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν ἐπ' αὐτὴν μεσημβρίας.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πόσα ὁ θεὸς κατασκευάζει, ὥστε αὐτοῖς ἐνθεῖναι τὸν φόβον. ὅπουγε καὶ ῥήματα ἀναπλάττει παρὰ τῶν πολεμίων ὥσπερ παρόντων, καὶ παρακελευομένων ἀλλήλοις. καίτοιγε ἐν μεσημβρίᾳ, οὐκ ἂν γένοιτο πόλεμος· ἀλλὰ τοῦτο δηλοῖ, ὅτι οὐ λάθρα, οὐδὲ λανθανόντως, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας ἐπιθήσονται, ὃ τεκμήριον τοῦ σφόδρα θαρρεῖν ἐστιν ἑαυτοῖς. (οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι κέκλικεν ἡ ἡμέρα.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῖς γὰρ πολιορκουμένοις μάλιστα μὲν πᾶς καιρὸς φοβερὸς, καὶ ὕποπτος, πολλῷ δὲ πλέον ὁ τῆς νυκτός. ἐν ἡμέρᾳ μὲν γὰρ καὶ στῆναι, καὶ βουλεύσασθαι, καὶ περιελθεῖν, καὶ ἰδεῖν τὰ γιγνόμενα. νυκτὸς δὲ ἐπελθούσης διπλοῦς ὁ πόλεμος γίγνεται. δέον τοὐναντίον λέγειν, οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι παρωξύναμεν τὸν θεόν. τὸν καιρὸν τῆς τιμωρίας θρηνοῦσιν. (οὐαὶ ἡμῖν.)

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ καταλειφθέντες. καὶ ἐν τῇ συντελείᾳ ἁμαρτωλοὶ ταύτην ἀφήσουσι τὴν φωνήν. [ὅτι κέκλικεν ἡ ἡμέρα.]

Ὀλυμ-

Vers. 4. PARAMINI *super eam in bellum, consurgite, & ascendamus super eam in meridie*, &c.)

Chrysostomi.] *Considera quot modos adhibeat Deus, vt eos perterrefaciat, cùm & verba confingat inimicorum vti præsentium, seque inuicem cohortantium, quamquam meridie haud committitur prælium, sed illud significat, quòd non furtim & latenter, sed palàm irruent, quod est apprimè sibi fidentium.* Chrysost. *Deus quàtis modis Iudæis timorem incutere studuerit. Meridies pro palàm.*

(*Væ nobis quia declinauit*, &c.)

Chrysostomi.] *Obsessis enim omne quidem tempus, maximè verò nox terrorem, suspicionemque parit, nam diu & stare, & consilia inire, & circumire, quæque fiunt oculis perlustrare licet, at noctu duplex est bellum. Cùm dicere contra oporteret, Væ nobis quod Deum irritauimus. Deplorant pœnarum tempus, (Væ nobis.)* Chrysost. *Nox terrorē, suspicionemque maximè parit.*

Olympiodori.] *Qui captiui relicti sunt, & in fine securi: peccatores hanc edent vocem.* Olympiod.

(*Quia declinauit dies*, &c.)

Olym-

|| ἄλ. Ὀλυμπιοδώρου.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡμέραν καλεῖ τὸν παρόντα βίον, σκιὰν δὲ τὴν ἐν αὐτῷ πολιτείαν. (ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν ἐπ' αὐτὴν νυκτί.)

|| Τοῦ χρυσοστόμου.] νύκτα, καὶ μεσημβρίαν φησὶ τὸν ἀδιάφορον τῆς ἐφόδου τῶν πολεμίων καιρόν.

A Olympiodori.] *Diem præsentem vitam vocat, vmbram verò, eam quæ in ipsa adhibetur vitæ rationem.*

Olympiod. Dies est vita præsens. Vitæ præsentis ratio appellata vmbra.

Verf.5.(*Surgite ascendamus super eã nocte,* &c.)

|| Chrysostomi.] *Noctem & meridiem ait incertum aduentus hostium tempus.*

Chrysost. || al. Olympiodori.)

Verf. 6.] Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quia hæc dicit Dominus exercituum: cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem.

IVRE [a] autem hæc à Chaldæis Ducibus facta est excitatio & ad oppugnationem, & expugnationem Ierusalem, quia Dominus exercituum ad hæc illos impulit. Quanquam id ipse vobis notum facio, ad eosdem inquit Propheta, Haud tantâ opus esse festinatione, Dominus, qui & exercitus vestri, & omnium Dux est exercituum, hæc re vera vobis mandat, vt primùm congestis lignis, factoque circa Ierusalem aggere, illam arctâ, & longâ opprimatis obsidione, quò diuturniorem sentiat obsidionis ipsius pœnam, cuius comites sint fames, ægritudines, & continuus animorum tremor, & angor: ac diuturnius habeat tempus, quo, si velit, agere queat pœnitentiam. [b] *Eò namque illa peruenit scelerum, vt dici & appellari meritò debeat Ciuitas castigationis, & flagellorum, iniquitatibus eius commeritam exposcentibus pœnam, tametsi ita quidem vltio sumenda de ipsa sit, vt tamen adhuc totum id eidem ad pœnitentiam concedatur temporis spatium, quo, obsidione ipsâ durante, visitetur, & iuridica, exactaque de eius prauis viuendi, & agendi rationibus fiat inquisitio.*

b Hæc est ciuitas visitationis.

1 *Ascendit* [c] *enim ad me ex ea clamor omnis generis violentiæ, & oppressionis pauperum.*

2 *Neque in ipsa illius visitatione, & criminum eius inquisitione tam innumerorum quæ contra me, & contra cultum meum meamque legem admisit, rationem habiturus sum scelerum, quàm eorum, quæ illa contra suum ipsum patratur proximum. Est siquidem in illa omnis calumniæ genus, tum id quod fit verbis, tum id quod fit factis in litibus nedum criminalibus, sed & ciuilibus, id est, quæ vexandi gratiâ intenduntur, omnes denique & oppressionis species, quibus potentiores opprimunt, vi fraudibus ac dolis pauperes, & imbecilliores. Atque hæc vniuersa non in eius duntaxat anguli, non in domuum solummodo penetralibus, non occultè; Sed & in omnium oculis admittuntur, & in foro quàm maximè, vbi exercentur iudicia, & in medio platearum vbi conuentionum tractatus haberi solent, & mercium negocia. Nihil in illa reperire est celebrius quàm mendacium.*

c Omnis calumnia (seu oppressio, aut oppressor) in medio eius. (Seu, ô ciuitas mendax, tota oppressio in ea.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1. Sensus.

QVIA hæc dicit Dominus, &c. Veritatem præexpositæ orationis habitæ à Chaldæorum Ducibus aduersùs ciuitatem Ierusalem confirmat modò Propheta auctoritate Domini, Habet autem particularem vim, quæ primum adhibita hîc est particula, *(Quia)* indicans aliquid subintelligendum, Approbationem nimirum præcedentium: Ac si dicatur: Iure ad sanctificationem belli cõtra Ierusalem præexposita à ducibus Chaldæis facta est excitatio, & ad oppugnationem & expugnationẽ eiusdem vrbis, quia Dominus exercituũ ad hęc eos impulit, dicẽs B illis, &c. Quamquam si eadem particula, *(Quia,)* solummodo ad ornatum, & asseuerationis gratiâ posita hîc sumatur, alter istorum, quæ præ manibus habemus, afferri queat sensus admodũ probabilis. Vt Propheta post explicatum vehementissimum Chaldæorum Ducum ardorem, quo illico ciuitatem Ierusalem oppugnare, & expugnare statuissent, ostendat quomodo haud tam subita illis à Deo permissa sit expugnatio, quippe qui in maiorem rebellis populi pœnam diuturnâ quoque eum premi decreuerit obsidione, cuius comites esse solent & fames, & ægri- C tudines, & continuus animorum tremor, & angor, concedens simul eidem id temporis spatium, quo suorum delictorum pœnitêre eum potuisset.

1. Sensus.

2 Pro eo quod dicitur, *(Et fundite circa Ierusalem aggerem,)* Legunt aliqui, *(Et fodite circa Ierusalem aggerem,)* referuntque hanc lectionem. S. Thomas, & Hugo Cardinalis, & est in textu Glossæ Ordinariæ, cuius lectionis sensus est, vt non tam obsidio hîc mandetur, quàm euersio ciuitatis Ierusalem, fodiendo aggerem illum, quem in vrbis munitionem ciues construxissent, D *fodite*, inquit Hugo, *aggerem qui est circa ciuitatem, super quem est murus, vt cum fosso aggere possint muri rimari, id est terra, quæ sub eis est, fodi, & sic murus ruat.* Bona tamen lectio est, *(Et fundite circa Ierusalem aggerem)* in qua proprietas seruatur Hebraicæ phrasis, quam clariùs idemmet noster Interpres Ezech. 17.[d] iactum aggeris reddidit, & 4. Reg. 19.[e] Circundare munitione.

S. Thomas. Hugo Cardinalis.

d Ezech. 17. e 4. Reg. 19. 32.

3 *(Hæc est Ciuitas visitationis.)* Iam supra notatum est, visitandi verbum, & nomen visitationis in bonum, atque in malum vsurpari solita, iuxta conditionem, & qualitatem personarum, ac re- E rum, seu factorum, superque ipsa fieri dicitur visitatio, quæ propriè quæstionem significat ac inquisitionem, exactamque inspectionem. Quanis simplex istorum verborum sensus is sit, vt per illa Dominus rationem afferat, cur adeo aspera aduersùs Ierusalem facienda mãdarit Chaldæis, nimirum quia ipsa eò peruenerit scelerum, vt dici, & appellari meritò debeat, Ciuitas castigationis, & flagellorum, sceleribus eius commeritam exposcentibus pœnam, cuius iam aduenerit tempus. Subtiliùs tamen dici non incongruè posset, iuxta vim propriam nominis visitationis. F Opportunè, cùm per diuturnam obsidionẽ prorogari mandet Deus expugnationem Ierusalem, dici ab eodem illam ciuitatem visitationis potiùs, quàm vltionis, vt significetur, ita quidem vltionem de ea sumendam, vt tamen adhuc totum id eidem ad pœnitentiam concedatur temporis spatium, quo obsidione ipsâ durante visitetur, & iuridica, exactaque de ea, eiusque prauis viuendi, agendique rationibus fiat inquisitio.

Visitationis ciuitas cur dicta sit Ierusalem.

(Omnis calumnia in medio eius.) Iam & hoc quo-

que supra notatum est, Visitationem atque inquisitionem iuxta iuris ordinem à Deo fieri solitam, præcedente semper diffamatione, & clamore scelerum, pro quibus ipsa instituatur visitatio, dicente ipsomet Domino in lib. Genesis. *Descendam*, [a] *& videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita.* Duobus itaque modis hæc accipi queunt. Primò, vt in iis assignetur ratio, cur id nominis ciuitatis visitationi vrbi tribuerit Ierusalem, quia nimirum scelerum illius clamor multò magis quàm ciuitatum aliarum ad ipsum eo peruenerit tempore. Oppressorum enim pauperum clamorem præ clamore omni acutiùs Dei aures penetrare vel ex eo colligere licet, quod de vnius eorumdem effusi, mortuique sanguinis voce ait Deus ipse, *Vox* [b] *sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra:* quodque de oppressæ viduæ oculorum, ac fletuum tacentium atque in silentio altissimâ loquentium voce, clamoreque asseritur, in lib. Ecclesiastici. [c] *Non despiciet Dominus preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum.*

a Genes. 18. 21.
1. Sensus.
Pauperum oppressorum clamor acutissimè Dei penetrat aures.
b Gen. 4. 10.
c Eccles. 35. 17.

Tanto autem ex Ierusalem ascendente clamore, meritò ciuitas dici debuit visitationis, & inquisitionis.

5 Secundò, vt significetur per hæc ipsa, Quid in eadem ciuitate, cuius scelera diuinam prouocarint indignationem, vt de illa vltio sumeretur acerbissima, vtque aduersùs illam suam Deus instituerit visitationem: quid inquam tali in visitatione potissimùm obseruatum in ipsa, & cuius rei tanta in peruersitate maior habita sit ratio? Illud autem ad hoc vnum reducitur, *(Omnis calumnia.)* Non meminit (vt aliàs quoque notatum est,) idololatriæ, aliorumque scelerum, quæ ipsum vnum offendunt, sed eorum dumtaxat, quibus proximus, pauperesque in primis læduntur, quasi hæc magis illius amore in homines succensum percellant animum, quàm suimet honoris conculcatio.

2. Sensus.
Proximum lædētes quàm acriter Dei percellant animum.

6 Est autem hoc loco ponderandum, quòd non dicitur simpliciter, *(Calumnia in illa)* sed, *(Omnis calumnia in medio eius.)* (*Omnis*) enim dicitur, vt significetur, nullum in ea defuisse calūniæ genus. Vt autem multiplicia intelligas ista calūniæ genera, Notandum, verbo calumniari apud Iurisperitos significari ita falsa intendere crimina, vt per fraudem lites suscitentur. Vnde & calumniatorem eum dici asserunt, qui vexandi tantùm alicuius gratiâ litem intendit. Peruulgatus est quoque proprius calumniæ vocabuli significatus pro falso crimine, eiusdemque exprobratione, atque impositione, qualis ea extitit, quam de blasphemia contra Deum, & Regem falsi testes in libris Regum [d] imposuisse legimus Naboth, quamue adulterij in libro Danielis pessimi [e] illi seniores sanctæ imposuêre Susannæ. Aliud igitur calumniæ genus est, quod fit verbis: aliud, quod fit factis in litibus nedum criminalibus, sed & ciuilibus, quæ vexandi gratiâ intenduntur.

Calumniæ genus multiplex.
Calumniari apud Iurisperitos quid significet.
d 3. Reg. 21. 13.
e Dan. 13. 54.

7 Est & tertium genus, idque latissimum innumeras sub se continens calumniæ, & oppressionis species, quo potentiores opprimunt vi, fraudibusque pauperes, atque imbecilliores, hocque potissimùm & nomen significat, quod hìc adhibuêre Sept. καταδυναστεία potentiorum oppressio, & Hebraicum verbum עשק ngasciah opprimere siue in iudicio, siue extra iudicium, prout manifestè declaratum id habes præsertim apud Ezechielem cap. 22. [f] *Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter:* vbi id quod dicitur, *Et rapiebant violenter*, est declaratiuum præcedentis verbi, *calumniabantur calumniam*, frequentissimum namque nostro est interpreti, vt Hebraicum id verbum verbo reddat calumniari, illud nimirum eo designans, quod calumniatores, quodque ex calumnia sequi solet, id est alienis bonis per fraudem, & per oppressionem potiri, calumniam vsurpans pro oppressione, sic Prouerb. 14. [g] *Qui calumniatur*, id est, opprimit *egenum, exprobrat factori eius, honorat autem eum, qui miseretur pauperis.* Quo loco nota, Non misereri pauperis, esse illum opprimere, & consequenter exprobrare Deo, qui fecit illum, vt diuitum particeps esset substantiæ. Et cap. 22. [h] *Qui calumniatur pauperē, vt augeat diuitias suas*, &c. & cap. 28. *Hominem* [i] *qui calumniatur animæ sanguinem*, &c. Sic Isai. 52. [k] *Et Assur absque vlla causa calumniatus est eum*, sic Ezech. 18. [l] *Pater eius, quia calumniatus est, & vim fecit fratri*, &c. Sic Psalm. 118. *Non* [m] *calumnientur me superbi.* Sic & millies.

Calumnia pro imbecilliorū oppressione, sicut & calumniari pro opprimere nedū verbis, sed & re.
f Ezech. 22. 29.
f Prou. 14. 31.
Pauperū non misereri est illos opprimere, & Deo exprobrare.
h Prou. 22. 16.
i Prou. 28. 17.
k Isai. 52. 4.
l Ezech. 18. 18.
m Psal. 118. 122.

Itaque *omnis calumniæ* nomine, omni calumniarum genere ciuitatem Ierusalem plenam extitisse hìc asserit Propheta, quam calumniæ plenitudinem explicat magis, cùm ait, *(Omnis calumnia in medio eius.)* designans, non in eius dumtaxat angulis, non in domorum solummodo penetralibus, non occultè, sed & in omnium oculis, & præsertim in foro quàm maximè, vbi exercentur iudicia, fiuntque contractus, & mercium negocia. Quod simile ei est, quod & Regius Vates aliis verbis de eadem Ierusalem dixit. [n] *Labor* aliis scilicet exhibitus *in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.*

n Psalm. 54. 11.

Circa lectionum varietatem. Nota primò, Hebraicam huius vers. 6. lectionem ita à Recentioribus verti. A Pagnino. *(Sic enim dicit Dominus exercituum. Succidite arbores, & effundite iuxta Ierusalem aggerem: Hæc ciuitas visitata est: In tota ciuitate oppressor est in medio eius.)* à Regia. *(Quia hæc dicit*, &c. *Succidite lignum*, &c. *Tota ipsa oppressor in interiori eius.)* A Vatablo, *(Quoniam sic dicit*, seu, *dicturus est Dominus*, &c. *Hæc enim vrbs est, de qua vltio capienda est: omnis enim violentia in ea est.)* Idemque in Annotat. ex Hebr. *(Cuius visitabitur iniquitas, tota enim oppressio in medio eius.)* id est, quia opprimuntur in ea pauperes omni genere oppressionis. Isidorus, *(Hæc est ciuitas visitata.)* Et in Scholiis, *(Aduenit tempus, vt hæc ciuitas visitetur, cùm tota ipsa intrinsecus sit plena calumnia.)* Nota secundò, quoad versionem Sept. esse aliquam in Codicibus varietatē. Codex enim Cōplutensis, & Regius legunt, *(Quia hæc dicit Dominus virtutum, Excidite fundamenta eius, effunde super Ierusalē exercitum, ô ciuitas mendax, tota calumnia in ea.)* Codex autem Vaticanus, *(Quia hæc dicit Dominus, Cæde ligna eius, &c.) (tota oppressio in ea.)* Porrò quod dicitur, *(ô ciuitas mendax,)* ad exaggerationem dicitur rationis, propter quam demolienda erat, quia in ipsa genus extitit calumniæ, & oppressionis. 8

Vers. 6.] Quia hæc dicit Dominus exercituum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 Lignum fidelis animæ Christi crux est, quo, si voluisset, sustentata esset, ne excideret

Cruce abutẽtibus, & meritis Christi crucifixi eã succidi, & auferri sinit Deus.

deret à gratia, & in hostium delaberetur manus. Cæterùm cùm crucifixi meritis abuteretur, vt liberiùs in Deum delinqueret: mandat Dæmonibus idemmet Deus, vt istiusmodi eius cædant lignum, hoc illi subtrahentes fulcrum, ne per crucem ipsam iuuentur. Curantesque vt ipsamet super Christi crucifixi meritis terrena multa, terrenorumque affectuum magnum congerat cumulum, circa eam, quæ alias Ierusalem, & visio pacis dicebatur, altum fundant aggerem, è quo iugiter ignita in illam iaciant iacula: obsessamque illam detineat, ne è sua egrediatur potestate, iuxta illud, [a] *Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar.*

a Thren. 3. 7

10 *Mortis tẽpore reprobos maximè aggrediuntur Dæmones.*

Quamquam aptiùs fortasse hæc cum præcedentibus ad mortis referes tempus, de quo sermonem habitum vidimus immediate in verbis iis, *Væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.* Vt idem tempus noctis vocabulo appellatum sit, quod in primis obseruare consueuerunt Dæmones in debellanda, & capiẽda anima, quæ priùs aditum ipsis exhibuisset. Adeoque audaciùs inuicem sese excitant, dicentes. *Surgite, & ascendamus in nocte*, id est in mortis articulo, *& dissipemus domos eius*, id est quicquid ex bonis alias operibus ædificauit. Quin & Dominus quoque ab illa exacerbatus, iisdem mandet Dæmonibus, vt tunc, atque in pessimo eo statu illam succidant veluti lignum ad Aquilonem vergens, iuxta illud Ecclesiastes. *Si ceciderit* [b] *lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Vtque mortuam, aggere congesto ex terrenis illius operationibus, in infernum detrusam, veluti vallo circundent, nullum vnquam egrediendi locum concessuri, fame, gladio, & peste, id est, dirissimis tormentis, mortéque ipsam affligentes.

Mortem reprobis mittit Deus quando sunt in pessimo statu, datque illos ex tunc Dæmonibus cruciãdos.

b Eccl. 11. 3.

11 Quod & Dominus Iesus morali sensu in eo significauit Euangelij: quo appropinquans ciuitati Ierusalem fleuit super eam, & dixit, [c] *Quia venient dies*, illi videlicet, qui æterni erunt, quando declinauerit dies vitæ præsentis, *in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique*, &c. Adiiciens postremò & causam prædictorum. *Eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ*, quando scilicet, dum præsentem degeres vitam, Per viscera misericordiæ Dei nostri visitauit is ipsam Oriens ex alto, & pro ipsa in alto moriens crucis. Et quidem iure optimo, quæ Dei abusa est benignitate, quando vt apud Isaiam pollicitus est, [d] *posuit visitationem ipsius pacem*: meruit, vt, iuxta eiusdem Dei comminationem, in libro Leuitici [e] descriptam, ab illo *visitaretur velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos eius, ipsamque consumat*, cruciatibus. Ac propterea hîc quoque apud Ieremiam post præexposita, adiicitur item à Domino, *Hæc est Ciuitas visitationis*, cuius videlicet à me visitetur, ac puniatur iniquitas. [f] *Venerunt* enim, vt per alium Prophetam ait, *dies visitationis, venerunt dies retributionis.*

c Luc. 19. 43.

Post mortem quomodo reprobi dicantur ciuitas visitationis.

d Isai 60. 17.

e Leuit. 26. 16.

f Hose. 9. 7.

12 *Damnationis extremæ rationẽ omnem Deus reducit ad proximi oppressionem.*

Omnis quippe calumnia, omneque oppressionis, & iniquitatis genus est *in medio eius.* Porrò diræ visitationis huius rationem omnem ad solam reducit calumniam, & proximi oppressionem. Quia, sicut Paulus Apostolus diuinæ legis totius plenitudinem ad vnam reducit dilectionẽ, mandatumque omne ad vnum refert, quod est dilectionis proximi, dicens: [g] *Qui diligit proximũ, legem impleuit. Nã non adulterabis, nõ occides, nõ furaberis non falsum testimonium dices, non concupisces, &*

g Rom. 13. 8.

Legis transgressio omnis reducitur ad vnam proximi oppressionem, sicut & eiusdem plenitudo ad vnam proximi dilectionem.

A *si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.* Ita & vniuersa eiusdem legis transgressio ad vnam refertur proximi oppressionem.

Quod & in libro Iob Eliu contestatus est in cap. 24. vbi videtur egregium eorum, quæ hîc apud Ieremiam ait Dominus, contexisse commentum. Primò enim id explicans, quod in vers. 5. dicebatur, *Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus*, &c. & vers. 6. *Cædite lignum*, &c. de impiis item loquens ait, [h] *Nouit.* sc. Deus *opera* B *eorum: & ideo inducet noctem*, scil. mortis tempus, *& conterentur.* Tum & id exponens, quod dicitur, *Hæc est ciuitas visitationis*, Subiicit. [i] *Quasi impios*, id est, vt verè impios, consueto Scripturarum more, quo frequenter particula *quasi* non similitudinem, sed veritatem designat, *percussit eos in loco videntium*, id est, inferno, vbi ab omnibus illorum videantur & iniquitates, & suplicia visitationis ipsorum effectus. In declarationem denique dicti huius, *Omnis calumnia in medio eius*, subinfert, [k] *Qui quasi de industria*, id est, sponte *recesserunt à Deo, & omnes vias*, id est mandata *eius* C *intelligere*, intellectu practico, ea scil. executioni mandantes, *noluerunt. Vt peruenire facerent clamorem egeni: & audiret vocem pauperum*, scil. Deus, dum illi oppressionibus affligerentur ab eis, atque calumniis. In quo oppressionis scelere comprobarunt, se sponte recessisse à Deo, omniaque illius transgressos esse præcepta. 13

h Iob 24. 13.

i Iob. 24. 25. *Particula quasi, aliquãdo designat veritatem.*

k Iob. 24. 13.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 7.

D *Vers. 7.*] Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas, & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas, & plaga.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

*IAM M[a] ad summum deuenit peruersitatis, Re- 1
friguit in ea charitas, & abundauit iniquitas:
sicut cisterna mutat aquam in frigidam qualita-
E tem, sic ipsa accedentes ad se mutauit in nequitiam.
Quosque prauos suscepit & in nequitia conseruat, &
reddit nequiores, sicut cisterna conseruat frigidas aquas
suas, Ac sicut in cisterna sunt aquæ pluuiales, quæ sem-
per magis, ac magis refrigerantur, sic & illius ciues in 2
malitia frigore iuges faciunt progressus. Dumque in pro- 3
fundum merguntur iniquitatum, in illa, vt in cisterna 4
existunt profundissima. Mirum in modum & in ipso- 5
rummet cordis cisterna altissima infrigidati ob arden- 6
tissimam improbitatis cupiditatem, obque pertinax, & 7
indesinens studium malitiam animo fouendi. Ecqua ve- 8
F rò profundior excauata, & ædificata est cisterna, quàm
qui in singulis eiusdem Ierusalem ciuium cordibus ipso-
rummet opera, magnisque & laboribus, & impensis al-
tè excauatus, & fabrefactus ex frequentatis nequitiæ
actibus habitus vitiosus? Quod si cisterna nil ex se ha-
bet aquarum, At quas continet, & infrigidat, è cælo 9
suscipit: Sat certè compertum est, & peruersum nequitiæ
habitum eas continere malitiæ aquas, & ea crimina, quæ
in iis, & per ea admissa sint, quæ desuper, & à Deo 10
collata sunt. Et si in cisterna illa frigidiores sunt aquæ,
quæ duris constrata sit glareæ lapidibus, cui & antiquius
limosum sit sedamentum: Profectò & malitiam Ierusa-
lem*

a *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.*

lem frigidissimam, ac peruersissimam esse patet, vt pote A
quæ per obduratissimum est habitum, & ex maxime in-
11 *ueterato terrenorum affectu. Sicut cisterna tunc tempo-*
ris infrigidat magis aquas, cùm æstiuis diebus arden-
tioribus terra percutitur Solis radiis: Ita in Iudæorum
cordibus, & in Ierusalem per vitiosum habitum ma-
litiæ nequiores, & frigidiores existunt aquæ, quum plu-
ribus, atque maioribus à cælestis iustitiæ Sole cumulati
12 *essent gratiis, ac beneficiis. Et quemadmodum cisterna*
aquam longiùs à Sole elongatam per antiperistasim in-
frigidare dicitur, quatenus immissum à Sole calorem à
se repellit. Pari quoque ratione & ciues Ierusalem per
auersionem primò suas à diuino sole elongarunt cogita- B
tiones, atque potentias, tum per spiritualem antiperi-
stasim gratiæ à se repulerunt calorem omnem. Lucem
vel eo tempore expellentes diuinarum miserationum,
quibus ipsas malitiæ eorum aquas calefacere studuit
13 *Deus, illorum infirmitatem suâ adiuuans gratiâ. Quin*
& ad id peruersitatis peruenerunt culmen, vt infrigida-
ta eorum malitia per expulsionem gratiæ adiuuantis, per
frigus id eiusdem malitiæ ita & ipsi redditi sint frigidi,
vt omni expulsâ charitate, summo & proximum, &
14 *Deum pariter prosecuti sint odio.* [b] *Ac propterea sicut*
putei naturalis aquæ scaturiunt, & emanant iugiter
absque defectu, ita scaturiuit malitia ipsorum, conti- C
nuis nequitiæ operibus, assiduaque eiusdem communi-
catione ad vniuersam Iudææ terram per prauam, quæ ex
Ierusalem emittebatur doctrinam, perque pessima sce-
lerum omnium exempla. [c] *In ciuitate ipsa Ierusalem*
clamor auditur cuiuscumque generis deliciorum, dicit
Dominus, & impietatis, & vastitatis, & eorum, qui
contra pietatem sunt ac diuinum cultum, & eorum qui-
bus atteritur proximus. Horumque in primis habens
rationem, Iniquitas, inquit, & vastitas auditur in ea,
cum celeberrima per eam vniuersam audiatur fama op-
pressionum, quæ in ipsa fiunt circa bona, & substan-
tias imbecillorum, ac pauperum, iniquitatis, rapinæ ac
iniuriæ, quæ per violentiam, & in aperto fiunt: nec non D
& vastationis, omnisque generis direptionis, perditio-
1 *nis, atque destructionis:* [d] *Et tametsi personarum læ-*
siones, quibus in eadem à potentioribus affliguntur pau-
peres, haud ita per illam audire contingat, quandoqui-
dem vt plurimum tacere coguntur qui læsi, percussique
sunt, ne grauiora subeant, eæ nihilominus semper co-
ram me sunt, in meoque conspectu patratæ, adeoque &
grauiori pœnæ obnoxiæ, sicut & in humanis delicta ad-
2 *missa in conspectu Principis acrius puniuntur: Easque*
vt mihimet factas reputaui semper, ac si super ipsam fa-
3 *ciem meam facta fuissent. Et reuera ipsius ciues nedum* E
satisfactum sibi putarunt si delinquerent: At insuper
& id obnixi sunt, vt delicta ipsa sua ad mei patrarent
ignominiam, &, vt vulgò dici solet, super faciem meã. [e]
4 *Quod autem hæc ita sint, ipsamet eorum delicta audi-*
ri queunt, cum super illorum faciem semet proclament,
sicut audientur ab vniuersis, cùm in die iudicij illis re-
sistent in faciem, arguentque eos contra faciem ipsorum.

a (*Sicut infrigidat cisterna aquam suã, sic infrigidat malitia eius.*)
b (*Secundum ebullire puteũ aquas suas, sic scaturire fecit malitiã suam.*)
c *Iniquitas, & vastitas audietur in ea.*
d *Coram me, (seu super faciem meã) semper infirmitas & plaga.*
e (*Impietas & miseria audietur super, seu, contra faciem eius.*)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 SICVT *frigidam*, &c. Conueniunt qui- F
dem expositores vniuersi, vt hîc signi-
ficetur, Ierusalem peruenisse ad sum-
mum peruersitatis, ita vt operæ pre-
cium fuerit in hostium traderetur manus, qui il-
lam demolirentur. Dissentiunt tamen in expli-
canda ratione similitudinis allatæ. Primò enim
Ioannes Maldonatus quem & sequutus est Gas-
par Sanctius, arbitratur hac similitudine populi
obstinationem, & impœnitentiam declarari ait;
vt frigida dicatur extitisse eorum malitia, id est
conglaciata, & obdurata. Secundùm quam sen-
tentiam non video congruentiam cum infrigi-
datione aquarum cisternæ, quas frigidissimas
quidem fieri nouimus, nunquam tamen in gla-
ciem obdurari intelleximus, cùm hyberno tem-
pore, quando conglaciari deberent, comperian-
tur potiùs esse calidiores. Secundò Andreas Cap-
pella ad communicationem nequitiæ per praua
exempla, & prauam eruditionem referendam
eandem censuit similitudinem, Ac si dicatur, Re-
frigiuit charitas, & abundauit iniquitas, sicut ci-
sterna mutat aquam in frigidam qualitatem, sic
Ierusalem accedentes ad se mutauit in nequitiã,
Quæ ratio, vt videre est in Appendice, desum-
pta est ex Theodorito. Tertiò Christophorus à
Castro ad conseruationem, sustentationẽ, ac de-
fensionem malorum, qui ad Ierusalem accede-
rent, eamdem libenter referre videtur, vt sicut
cisterna conseruat frigidas aquas suas, ita Ieru-
salem sustentasse asseratur pessimos. Confirmat-
que istam rationem Paraphrasi Chaldaicâ, quæ
sic legit. (*Sicut cisterna quæ sustentat aquas suas, sic*
expectauerunt, & sustentati sunt in medio eius operan-
tes malum.)

Quartò Hugo Cardin. Augmento hæc tribuit 2
iugi nequitiæ: In cisterna, inquit, sunt aquæ
pluuiales, quæ semper magis ac magis frigescũt,
sic & ipsi in peccatis magis ac magis refrigeran-
tur, quia omnis calor charitatis per peccatum
consumitur, iuxta illud Matth. 24. [f] *Refrigescet*
charitas multorum. Vnde boni, & charitatiui vo-
cantur spiritu [g] feruentes. Quam rationem ex
Hieronymo desumptam videbis in Appendice.
Quintò Aliam idem Hugo tangit similitudinis
congruentiã sitam in profunditate. *Bene inquiẽs,*
comparat malos cisternæ, siue lacui, quia in profundum
peccatorum merguntur, prout dicitur in Psalmo 27. [h]
Assimilabor descendentibus in lacum, & in Psalm.
68. [i] *Infixus sum in limo profundi, &c. Et de hoc la-*
cu ad lacum inferni descendent profundissimum, iuxta
illud Isai. 14. [k] *Verùmtamen detraheris in profundum la-*
ci. Et illud Exodi 15. [l] *Submersi sunt quasi plumbum*
in aquis vehementibus.

Sextò hanc ipsam profunditatis rationẽ pro-
sequens Ioannes Pineda in vigesimum cap. Iob.
vers. 13. num. 4. impiorum ardentissimam im-
probitatis cupiditatem esse ait hanc infrigidatio-
nem aquæ in altissimo cordis puteo demersæ, de 3
qua hîc apud Ieremiam agitur. Sicut eadem est
altissimus, & profundissimus recessus à Deo, de
quo Isaias: *Conuertimini* [m] *sicut in profundum reces-*
seratis: vbi ex verbo, inquit, legas Hebraico: *Re-*
uertimini ad eum, à quo profundastis recessum, id est
à quo profundè vehementer, summo studio, &
incredibili libidine peccandi recessistis, iuxta il-
lud Hoseæ, [n] *Profundè peccauerunt, sicut in diebus*
Gabaa, quando videlicet filij Beniamin incredi-
bili furore libidinis scelus id cum concubina Le-
uitæ perpetrarunt, de quo Iudic. 20. [o] Eadem
in hanc ipsam sextam rationem affert & Marti-
nus del Rio, tom. 1. Adagiorum sacrorum, Ada-
gio 825. Vbi ait, Allatâ hac similitudine signifi-
cari pertinax, & indesinens studium malitiam 4
animo fouendi, & insatiabile cacoëthes peccan-
di. Nam cisterna quò, inquit, profundior, hoc ha-
bet, & plures & frigidiores aquas.

Vt & ipse post has tam insignium doctorum
rationes aliquid dicam: existimo, istam cisternæ
frigefacientis aquam aptissimè quidem hîc alla-
tam ad peruersissimam exprimendam Ciuitatis
Ierusalem malitiam, propter quam (vt mox vi-
dimus)

1. Sensus. Io. Maldon. *Obstinatio peccatoris assimilata infrigidationi, & conglaciationi aquarum cisternæ.*

2. Sensus. Andr. Capp. *Exẽplis prauis infrigidamus proximum, vt cisterna infrigidat aquas.*

3. Sensus. Christoph. à Castr. *Defendens prauos similis cisternæ frigidas conseruãti aquas suas.*

4 Sensus. Hugo Card. *In peccatoris corde augetur peruersitas, sicut in cisterna frigiditas aquarum.*
f Matth. 24. 12.
g Rom. 12. 11.

5. Sensus. Hug. Card. *Peccator eum in profundum mergitur peccatorum assimilatur profunde cisternæ infrigidãti aquas suas.*
h Psal. 27. 1.
i Psal. 68. 3.
k Isai. 14. 15.
l Exod. 15. 5.

6. Sensus. Ioan. Pineda. *Peccandi ardens cupiditas, & indesinens studium dicitur infrigidatio malitiæ similis infrigidationi aquarum cisternæ.*
m Isai. 31. 6.
n Hose. 9. 9.
o Iudic. 20. 5.
Martinus del Rio.

7. Sensus. Auctoris. *Malitia quæ in aliquo sit maxima, similis cisternæ frigefacientis aquas multipliciter.*

dimus) per Chaldæorum manus fuerat destruenda, non tamen ita congruè cuicumque ordinariæ aptam eamdem esse nequitiæ. Congruẽtiam autem non vnam dumtaxat, sed multiplicem esse arbitror inter cisternam, atque Ierusalem, seu illius malitiam. Primò enim in eo hæc congruũt, quòd cisterna haud est instar stagnorum, aut lacuum, seu fluminum quæ à natura ipsa facta nouimus, & à Deo eiusdem naturæ opifice, [a] *qui emittit fontes in conuallibus*, ita vt *inter medium montium pertranseant aquæ*. Sed est vas: quod humano foditur labore. Adeóque optimè congruit cum illa peruersus nequitiæ habitus, quem ciues sibi fodere Ierosolymitani vitiosis actibus pluribus, prout supra dictum est in cap. 2. [b] *Foderunt sibi cisternas*, & nouimus, profundationem in nequitiæ habitu ab iisdem extitisse Iudæis, dicente alio Prophetâ, [c] *Perditio tua Israel tantum ex te.*

Malitia habitus fit à peccatore, vt cisterna foditur ab hominibus.
a Psal. 103. 10.
b Ier. 2.13.
c Hose.13.9.

5 2. Sensus.

Congruit secundò similitudo in eo quòd cisterna ex natura sua, & ex semet nihil in se habet aquarum, & aquæ vniuersæ, quæ in ipsa reperiuntur, pluuiales sunt, & quæ e cælis defluxerint. Quis verò est, qui nesciat, quod fidelium cuique ait Apostolus, [d] *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Satque compertum est, peruersum nequitiæ habitu eas continere malitiæ aquas, & ea crimina, quæ in iis, vel per illa admissa sint, quæ desuper & à Deo collata sunt, quando tolluntur membra Dei, (vt ait Paulus) [e] & fiunt membra meretricis, quando diuitiæ, omniumque rerum abundantia à Deo elargitæ in obsequium conuertuntur Idolorum, ac Dæmonum, quomodo à Iudæis factum conquestus est Deus apud Ezechielem [f] cap. 16. quod citauimus, & citabimus sæpius: quando iuuentutis robore, & sanitate à Deo exhibitis scelesti quique qualibet abutũtur creaturâ Dei in carnis obsequium, prout illi de semet contestati sunt, qui in lib. Sap. dixêre. [g] *Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creaturâ tamquam in iuuentute celeriter.* Qua de re iisdẽ ciuibus Ierusalem, quos vberrimis istiusmodi donorum aquis cumularat, apud Isaiam morali simul ac literali sensu verbis hisce conquestus est Dominus. [h] *Et lacum*, seu propriùs ex Hebræo, *collectionem aquarum, fecistis inter duos muros ad aquã piscinæ veteris: & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longè non vidistis.* Clariusque paulò pòst, hæc declarans subdit, [i] *Et ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.*

d 1. Cor. 4. 7.
Donorum Dei abusus est præcipuum cuiusque peccatoris studium.
e 1. Cor. 6. 15.
f Ezech. 16. 17.
g Sap. 2. 6.
h Isai.22.11.
i Isai.22.13.

6 9. Sensus.
Malitia eò peruersior quò per magis obduratum fit habitũ, sicut eò frigidiores sunt aquæ, quò cisterna durîs constrata sit glareæ lapidibus.

Tertia inter infrigidationem aquarum in cisterna, & infrigidationem malitiæ in vitioso Ierosolymorum habitu in eo sita est, quod sicut experientiâ comprobamus, eius cisternæ frigidiores esse aquas, quæ in fundo iis constrata sit limpidissimis, atque durissimis glareæ lapidibus, qui in torrentibus enasci solent, quosue vulgato nomine nos Romæ appellare solemus *breccie*: Ita & eam peruersionem definire debemus malitiam, quæ per obduratum fit vitiosum habitum, & apertè absque vllo pudore: quamobrem de iisdem Ierosolymitanis in præcedenti cap. 5. dictum est, *Indurauerunt* [k] *facies suas super petram.*

k Ierem.5.3.

7 10. Sensus.
Malitia eò peruersior, quò magis peccator inueteratũ habet affectum terrenorum, sicut frigidiores ea sũt cisternæ aquæ, quæ antiquius habent sedamentum limosum.

Congruentia quarta in eo sita est, quòd sicut cisternarum aquæ eò sunt frigidiores, quò sedamentum limosum habent antiquius, vnde & hoc quoque experientiâ comprobatum vidimus, si quando cisternam aliquam purgari contingat, A adeoque & limosum eius auferri sedamentum, illius aquas pristinam amisisse frigiditatem, nec ad illam redire donec simile sub eis excreuerit sedamentum. Pari item ratione in vitioso habitu eò in vno quoque frigidiores, & nequiores esse consueuerunt malitiæ aquæ, quò magis inueteratum quisque habeat affectum terrenorum, quẽ Vates Regius lutum fæcis appellat in Psalmo 39. [l]

l Psal. 35.3.

8 11. Sensus.
Malitia sæpe reperitur peruersior in illis qui maioribus à Deo cumulati sũt beneficiis.
Sicut cisternarum aquæ infrigidantur magis vbi maiores sunt solis æstus.

Sicut cisterna tunc temporis infrigidat magis aquas, cùm æstiuis diebus ardentioribus terra percutitur solis radiis, ita & tunc per vitiosum B habitũ malitiæ nequiores, & frigidiores existũt in quopiam aquæ, cum pluribus, atque maioribus à cęlesti iustitiæ sole is cumulatus sit gratiis, ac beneficiis, quibus ardentissima succendi solet charitatis flamma, de qua pluribus à nobis actũ est aliàs. Vtinam & hoc quoque iugi non obseruaremus experimento, in illis scelestiora frequenter reperiri crimina, in quos Deum maiora contulisse nouimus munera; prout & in Iudaico contigit populo, quem Deus in peculiarem filium, & hæredem nedum terrenorũ, sed & cælestium bonorum singulari elegerat munere, prout C & in ciuitate Ierusalem, quam in montibus sanctis fundatã asserit Dauid, [m] & in diuinis manibus ob præcipuam Dei curam, & prouidentiam descriptam idemmet apud Isaiam [n] affirmat Dominus.

m Psal.86.1.
n Isai.49.16.

9 *Malitia habitus similis cisternæ in infrigidationis modo per Antiperistasim.*

Sexta demum, & quæ allatis omnibus aptior est congruentia, in similitudine sita est modi vtriusque infrigidationis aquæ in cisterna, & malitiæ in habitu vitioso. Quemadmodum enim cisterna aquam longius à Sole elongatam per antiperistasim infrigidare dicitur, quatenus immissum à Sole calorem à se repellit, ex quo fit, vt D Sol ipse ab illa abscessisse dicatur. Ita & anima, quæ frigidam fecit malitiam suam, per auersionem primò elongatur à Deo, tum per Antiperistasim quandam spiritualem, quam Ieremias noster infra contentiosam [o] auersionem nuncupat, gratiæ à se repellit calorem, simulque cum huiuscemodi expulsione fit, vt & Deus pariter longiùs ab illa abscedat, prout probasse me recolo in Comment. meis super Cant. in principio Expositionis tertiæ super verba. [p] *Iam hiems transiit*, ex eo lib. Sap. [q] *Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine* E *intellectu, & corripietur*, seu ex Græco, *Et confutabitur à superueniente iniquitate.* Vide citatum locum Comment. meorum. Et expositione item tertiâ, Super alia verba capitis quarti, *Surge* [r] *Aquilo*, &c. plures inter malitiam, ac frigus congruentias. Quod ergo hîc de Ierusalem dicitur, (*Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidã fecit malitiam suam:*) idipsum profectò est, ac id quod absque similitudine in cap. 8. dicetur apertè, *Auersus* [s] *est populus iste in Ierusalem auersione contentiosâ.*

Antiperistasis spiritualis est contentiosa auersio & elongatio à Deo
o Iere.8.5.
p Cant.2.11.
q Sap. 1.5.
r Cant.4.16.
s Ierem.8.5.

10 *Concordatio versionis Sept. & Vulgatæ lectionis.*

His circa similitudinis vim explicatis. Vnum F superest quod & exponatur discrimen ingentis certè momenti, quod in eiusdem similitudinis applicatione reperitur inter nostram Vulgatæ lectionem, & versionem Sept. quæ ita hanc legit sententiã, (*Sicut infrigidat cisterna aquam suam, sic infrigidat, seu frigidam facit malitia eius,*) non in accusatiuo prout in Vulgata, sed in recto. Multùm enim differunt homines, seu vitiosum eorum habitum infrigidare malitiam suam, & ipsorum malitiam eos frigidos reddere. Inestque in discrimine isto & discrimen alterum, quod ex Vulgatæ

gatæ textu colligitur, malitiam comparatam esse aquis, secus in versione Sept. malitiam eamdem cisternæ potiùs videre est assimilatam. Cæterùm neutrum istorum inter se pugnat, quin & vtrumque in scelestibus contigit ciuibus Ierusalem, vtinam non & in peruerso quolibet fidelium eueniret.

11 *Malitia similis aquæ.*

Exponamus primum quod in nostra habemus Vulgata. Aquis malitiam assimilatam & alibi sæpe reperire est in Sacris literis, pro nunc autem sat sit, duo, quæ ad rem nostram faciunt afferre loca, alterum ex libro Iob. [a] *Qui scil. impius bibit quasi aquam iniquitatem*, alterum ex Psal. 108.[b] *Et induit maledictionem*, id est malitiam, *sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius.* E quibus duobus locis duas præcipuas colligere est congruentias inter aquam, atque malitiam, quæ sunt & duæ eiusdem malitiæ proprietates, altera est vis penetratiua etiam in intima hominis viscera, altera est facilitas quâ paratur, atque admittitur. Nil quippe inter ea, quæ in hoc mūdo grata sunt homini, paratur faciliùs, quàm aqua, vnde & Dominus in Euangelio, vt indicaret, quàm facile cuique esset fidelium, vt & cælestem sibi pararet gloriam, exemplum attulit aquæ frigidæ, dicens. [c] *Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Similem & in patranda malitia facilitatem citatus libri Iob locus ostendit, & quotidiana patefacit experientia, ita vt propterea per Sapientem dicatur, [d] *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Quantæ autem & penetrationis ipsa sit malitia nosse si velis, audi Apostolum Paulum, [e] *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Audi & quod dicitur in lib. Genesis. [f] *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*, &c.

a Iob. 15. 16. b Psal. 108. 18. *Aquis nil paratur facilius, sicque malitia illis cōparatur ob facilitatem, quâ patratur.* c Matth. 10. 42. d Prou. 18. 3. *Malitia est penetrans sicut aqua.* e Rom. 7. 23. f Gen. 6. 5.

12 *Malitia quomodo infrigidari dicatur ab homine.*

Dices ex his duabus sententiis inferri potiùs id quod dicitur secundùm versionem Sept. per malitiam infrigidari hominem, quod idem est ac captiuari hominem in legem peccati. Audi nihilominus, quàm bene è vestigio, iuxta lectionem Vulgatæ istiusmodi malitia, instar aquæ in interiora penetrans hominis ab homine ipso, seu potiùs ab eius habitu vitioso infrigidari asseratur frigus (vt ait Philosophus lib. 2. de Generat. Animalium cap. 4. post dimidium) est priuatio caloris: Et potissimus infrigidationis effectus is est, vt inexistenti priuet calore, illum nimirum expellens, Cùm igitur malitiæ aquam calefactā sæpius esse contingat, satagente Deo, illam in populi sui animis per Spiritus sancti gratiam calidam reddere, iuxta illud Pauli, *Spiritus* [g] *adiuuat infirmitatem nostram*: Et, [h] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Euenit profectò vt plurimum, vt ij ipsi, qui ciues Ierusalem erāt per gratiam, seu potiùs vitiosus eorumdem habitus calefactam infrigident malitiam.

Aristot. Frigus quid sit. *Malitia aquā calefacere dicitur Deus, cùm suâ peccatorē adiuuat gratiâ.* g Rom. 8. 26. h Rom. 7. 26.

13 *13. Sensus. Luce gratiæ sua calefacit Deus malitiā nostram.*

Ex Philosophia naturali constat, calorem à luce potissimùm deriuare, adeóque de Christi gratia loquens Euangelista dicebat, [i] *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprahēderunt*: Gratia enim Dei calefacit (vt explicatum est) hominis malitiam: Sed vitiosus eiusdem hominis habitus, quem supra explicauimus exemplo antiperistasis, quæ fit in cisterna, quemve Ioannes iis expressit verbis, *Et tenebræ eam non comprehenderūt.*

i Ioan. 1. 5.

A Quod Apostolus in epistola ad Hebræos appellat, Deesse gratiæ Dei. *Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei.* Aptiusque ad rem nostram B. Iob, esse rebelles lumini, dicens, [k] *Ipsi sc. impij fuerunt rebelles lumini*, deficientes videlicet, & recedentes à lumine, auersione illa contentiosâ, quam supra antiperistasim diximus spiritualem.

Antiperistasis spiritualis variis nominibus expressa. * Hebr. 12. 15. k Iob. 24. 13.

14 *Malitia quomodo infrigidare hominem dicatur.*

Porrò à naturalibus ad spiritualia vlterius procedentes & veritatem facilè intelligemus versionis Sept. (Sic infrigidat malitia eius,) Infrigidatio enim est inductio frigiditatis, exclusioque caloris, Quòd hæc duo simul stare nequeant, quia sunt ab inuicem contraria. Nouimus autem, B à Domino significatum, [l] per infrigidationem spiritualem expelli calorē charitatis: Quapropter dicendum, spirituale frigus à malitia in animas inductū id vnum in primis esse, quod est contrarium charitati, nempe odium Dei, ac proximi. Hocque illud est, de quo hîc apud Ieremiam queritur Dominus, quòd Ierosolymitani ciues eò peruenerint peruersitatis, vt infrigidatā eorum malitiā per expulsionem gratiæ adiuuantis, quâ calida quoquo modo erat, frigus ipsius eorumdem malitiæ ita illos reddiderit frigidos, vt, omni expulsâ charitate, summo ipsum proC secuti sint odio. Vt hæc illi sint similia, quibus in Psalmo 108. Propheta iuxta lectionem Hebraicam, quæ sic verti commodissimè potest, *Et* [m] *posuerunt aduersum me, seu super me malitiam pro bono, seu bonitate, & odium pro dilectione mei*, passiuè, id est pro charitate erga me. Quod & de quibuscumque iniquis asseruit in Euangelio Iesus, cùm diceret, [n] *Omnis qui malè agit, odit lucem*, de Iudæis præsertim, alibi dicens. [o] *Oderunt me, & Patrem meum.* De odio verò erga proximum reprehensos eosdem Iudæos nouimus apud Amos Prophetam his verbis, [p] *Odio habuerunt corripientem in* D *porta*, vbi videlicet iudicia, & conciones habebantur antiquitùs, *& loquentem perfectè*, verba sc. perfectionis, suadentesque bonum *abominati sunt.* De quo in proximos odio hîc potissimùm agi, quæ sequuntur indicant verba, *Iniquitas, & vastitas audietur in ea*, &c. quæ mox expendemus, cùm eius sententiæ, quam in manibus habemus, & Hebraicam pertractauerimus lectionem.

Frigus animæ est odiū, quod est contrariū charitati. l Matth. 24. 12. *Odiū expellit charitatem.* m Psal. 108. 5. *Peccator omnis est frigidus ob odium expellens ab ipso charitatis calorem.* n Ioan. 3. 20. o Ioan. 15. 23. p Amos 5. 10.

15 *14. Sensus. Malitia continuatio adsimilata scaturienti è puteo aquæ.*

Hanc Hebraicam lectionem diuersimodè à recentioribus Interpretibus redditam reperio. Pagninus quippe vertit. (*Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire facit malitiam suam.*) Regia verò, *Secundùm ebullire puteum aquas* E *suas, sic*, &c.) Vatablus. (*Quemadmodum puteus euomit aquas suas, sic euomit malitiam suam.*) Isidorus Clarius, (*Sicut euomit cisterna aquam suam, sic ebulliit malitiam.*) Quod in Scholiis ita explicat. *Sicut aqua assiduè emanat è fontibus, sic nequitia illorum perennis est.* Eodemque sensu sic ista exponit & R. Dauid, & R. Salomon, quemadmodum aquæ putei scaturiunt, & emanant iugiter absque defectu, sic scaturiuit malitia eius. Vt vis similitudinis sit in explicanda iugi ad malum propensione, iugique malitiæ, scelerumque in ciF uitate Ierusalem continuatione, & quod peius est, peruersitate ciuitatis eiusdem vberi & continuâ communicatione ad vniuersam Iudææ terram per prauam, quæ ex illa emittebatur doctrinam, perque pessima scelerum omnium exempla, quæ in totum Iudaicum diffundebantur populum. Vt exinde grandem, quæ in tota illa facta fuerat, colligere liceat mutationem: cùm alioquin nouerimus, de eadem dictum. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*, vt à fonte

Peccatoris iugis propensio ad malum similis puteo iugiter aquas scaturienti. *In Religioso per peccatum dato in reprobum sensum tanta est prauitatis communicatio, quanta à fonte aquarum emanatio.*

nimirum ſcaturiente ſanctitatem, obſeruationem legis, & prædicationem perfectionis. Quam mutationem apud Iſaiam Dominus vt rem admirationis maximæ aliis expreſſit metaphoris, dicens: *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij: iuſtitia habitauit in ea: nunc autem homicidæ.*

16 *Facere aquã pro effundere aquam.* Chriſtoph. à Caſtro.

Ad iſtũ præexpoſitæ lectionis Hebraicæ ſenſum, & noſtram Vulgatam reduci in hunc modum poſſe ait Chriſtophorus à Caſtro, Si verbum (*facit aquam*) vſurpatum aſſeramus pro effundit, aut emittit aquam, ſicut vulgariter dicitur, Nauis facit aquam cùm per foramina impletur aquâ, vt ſenſus ſit, ſicut ciſterna ebullit, aut emanat ſuam frigidam aquam, ſic facit, aut ebullit Ieruſalem malitiam ſuam.

Meliùs tamen fiet, ſi Hebraicæ lectionis textum ad noſtræ reducatur Vulgatæ ſenſum. Quãuis enim Hebraicum verbum הקיר *hakir* Hebræi omnes, & qui illos ſequũtur ex noſtris in ſignificatu deſũpſerint ſcaturitionis, & ebullitionis deducẽtes illud à radice קור *cor* fodere venã aquæ, vt quod dicitur: (*Quemadmodum puteus fodit aquas,*) ſignificet, quemadmodum puteus velut fodiendo eructat, ſeu elicit aquas, ita &c. Aptiùs tamen idem verbum ab alia deduces radice קרר *karar* frigeſcere, & in coniugatione *Hiphghil* frigefacere, quomodo id deduxère & Sapientiſſimi ſeniores Sept. quos imitatus eſt & noſter interpres. Quod ſi nomen בור *baur* quod puteum ſignificat, iuxta Hebræorum ſententiã, qui aſſerunt in illo poſitum ו *vau* pro alia litera י *iod*, vt ſit idem quod ביר *bair*, ſeu *beer*, ſine punctis, vt legerunt Sept. & noſter interpres, legas בור *bor*, quod ciſternam eam propriè deſignat, quæ foditur, & ædificatur. Hebraicam planè lectionem rectè ſic vertes. *Sicut frigefacit ciſterna aquas ſuas, ſic frigefecit malitiam ſuam*, ſeu, vt verterunt Sept. *Sic frigefecit malitia eius*, ſcilicet Ieruſalem.

17 Hug. Card. *Peccata alia ſunt contra Deum immediatè, alia ſunt contra proximum.*

(*Iniquitas, & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga.*) Explicat in his Propheta, quid intellexerit per aquas malitiæ frigidas, quibus exuberabat Ieruſalem. Iniquitatis nomine Hugo Cardinalis ſignificata cenſuit delicta in Deum, eiuſque cultum, ſicut nomine vaſtitatis deprædationẽ, atque delicta in proximũ. Cui ſenſui fauère videtur verſio Sept. quæ pro iniquitate, habet ἀσέβεια cuius vocis ſignificatus proprius *impietas* eſt erga Deum, atque diuina, καὶ ταλαιπωρία, *& miſeria*, quâ nimirum alij affliguntur.

1. Senſus. *Peccatorum contra proximum maiorem rationem habere videtur Deus.*

Cæterùm ex Hebræo patet, delictorum duntaxat erga proximum commemorationem factã, quorum clamor nedum per vniuerſam audiebatur Ciuitatem, exclamantibus iis, qui à potentioribus opprimebantur: ſed & ad diuinas perueniebat aures, penetrantibus nubes, cæloſque ipſos vocibus eorumdem delictorum, quomodo olim vox ſanguinis iuſti Abel violenter à Caim effuſi ad eumdem Deum de terra clamaſſe dicitur in libro [a] Geneſis. Ac ſi Deus ipſe maiorem rationem offenſionis habeat proximi, quàm offenſionis propriæ. Cùm exploratiſſimum ſit, tunc in eadem ciuitate Ieruſalem maximè viguiſſe Idololatriam, iuramenta falſa, contemptumque diuini eius cultus. Qua de re egimus & alibi, cùm ſæpius eam obſeruare contigerit.

a Gen.4.10.

18 *Peccata cõtra proximũ alia ſunt contra illius bona, alia cõtra illius perſonas.*

Iſta itaque delicta vniuerſa aduersùs proximum, ad quatuor reducit capita, quorum duo prima ad oppreſſionem, & direptionem ſpectant bonorum, rerum, atque ſubſtantiæ, duo verò alia ad læſionem perſonarum. Pro iniquitate in Hebr. eſt vox חמס *hhamas*, quæ propriè eam ſignificat rapinam, eamque iniuriam, quæ per violentiam, & in aperto fit. Pro vaſtitate eſt vox שד *ſciod*, quâ deſignatur omne direptionis, prædæ, perditionis, & deſtructionis genus. Per infirmitatem eam accipe, in qua infirmiores incidunt, propter oppreſſiones, quas à potentioribus tolerant: ſicut & per plagam ea deſignatur percuſſio omnis, quâ iidem infirmiores lædebantur.

19 *Peccata contra infirmiorũ perſonas magis à Deo puniũtur, quam quæ cõtra eorumdẽ bona.*

Eſt autem notandum diſcrimen, quo de duobus primis dicit Dominus, (*Iniquitas & vaſtitas audietur*, quia eorum delictorum, quæ ad rerum direptionem pertinent fama diuulgari ſolet, præſertim cùm in aperto admiſſa ſint. De aliis verò ait, (*Coram me ſemper infirmitas, & plaga,*) quia tametſi perſonarum læſiones, quibus à potentioribus affliguntur pauperes, haud ita pateant, vt per ciuitatem audiantur, quandoquidem vtplurimùm taceant, operæ precium eſt qui læſi, percuſſique ſunt, ne grauiora eis ſubire contingat, ea nihilominus ſemper quandocumque admittantur, coram Deo ſunt, vtpote in illius conſpectu patrata. Atque adeo & grauioris pœnæ obnoxia, ſicut & in humanis obſeruari ſolet, vt delicta quæ in conſpectu committuntur Principis, acriùs puniantur.

Proximi perſonam lædens lædit & Deũ.

Quamquam ex vi Hebraicæ locutionis על־פני *ngal panai*, quæ verti poteſt, (*Super faciem meam,*) ſeu, vt vertit Regia, (*Super facies meas ſemper ægritudo, & percuſſio,*) deduci non incongruè poſſit, Deum id quoque per hæc ſignificare voluiſſe, Omnem læſionem, quæ facta ſit infirmiorum, & pauperum perſonis, ita ſibimet factam reputare, ac ſi ſuper ipſam faciem ſuam facta eſſet, iuxta illud, quod clariùs alibi dixit, [b] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*

b Zach.2.8.

20 2. Senſus. *Peccata reſiſtent peccatori in faciem.*

Sept. referentes hæc ad præcedentia, ſicque legentes, (*Impietas, & miſeria audietur in ea* ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς *ſuper*, ſeu *contra faciem eius ſemper,*) duos alios nobis ſuggerunt ſenſus. Primum: Delicta ciuitatis Ieruſalem, ſiue quæ in Deum, ſiue quæ in proximum patrarentur, illi reſtitura in faciem, audiendaque cùm coram Deo contra ipſius faciem illam arguent, iuxta id quod apertè in cap. 2. dictum eſt, [c] *Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.*

c Iere. 2.19. 3. Senſus.

Alterum: Eadem delicta audienda, cùm ſuper faciem ipſius Ieruſalem (per proſopopeiam) ſeu ciuium illius ſemet proclamabunt, eo ſenſu, quo de ſapientia dicitur in lib. Prouerb. [d] *In facie prudentis lucet ſapientia*: & de bonis operibus per Iſaiam aſſeritur, *frange* [e] *eſurienti panem tuum*, &c. *Et* [f] *anteibit faciem tuam iuſtitia tua*: id eſt iuſtitia tamquam præco operũ tuorum præcedet faciem tuam, fulgore nimirum qui longiùs ex illa emittetur: de quo mox dictum fuerat, *Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum.* Idipſum enim & de malis operibus, ac de delictis rectè dici non eſt cur vertatur in dubium, præſertim cùm in libro Eccleſ. legamus, [g] *Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala*, ſeu vt alia lectio magis ad rem noſtram habet, *Et in bono, & in malo.* Quæ tametſi de bono, id eſt iucundo, & de malo, id eſt triſti, communiter ſumantur; Nil tamen prohibet, quin & de bono, malóque morali accipi queant. Cùm infra eodẽ in lib. dicatur, [h] *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.*

d Prou.17.14. e Iſai. 58.7. f & 8. g Eccleſ. 13.31. h Eccleſ. 19.26.

Quod

21 4. Sensus. *Peccator eò deuenit peruersitatis, vt in Dei faciem, & ignominiâ peccare profitetur.*

Quod si in eadem versione Sept. legamus, (*Impietas, & miseria audietur in ea* ὅτι πρόσωπον ἐμοῦ *Contra faciem*, seu *super faciem meam:*) prout reperi ad marginem correctum in Græco Codice Antonij Agellij, in cuius manus vetustissimos noui deuenisse codices quosque qui inueniri potuère, cùm iussu Summi Pontificis Sixti V. in correctionem desudaret Græci textus eiusdem versionis Sept. prout & Hebraico conformius est textui, quomodo legunt & Paulinus, & Theodoritus, vt habes in Appendice, tertio eadem explicare licet sensu, vt per ea significetur, Ierosolymitanos ciues eò deuenisse peruersitatis, vt nedum contenti essent simpliciter delinquere, vel per impietatem contra religionem, vel per infirmiorum oppressionem contra proximum: Sed & id obniterentur semper, vt ad Dei ignominiam illa patrarent, & vt vulgariter dicitur, super faciem illius, quò ipsum exasperarent, prouocarentque magis. De qua eorum scelestissima peruersitate apud Isaiam idemmet conquestus est,[a] *Prouocat me ante faciem meā semper.* Sicut è vestigio qui ad culmen tendere satagunt perfectionis, id præ omnibus student, vt quicquid boni faciunt ad Dei dirigunt honorem, adeoque & coram illo, & super, seu ante faciem illius id omne operentur, propterea enim & sanctissimus, qui & secundùm cor Dei extitit, Dauid, de se asserebat,[b] *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Hancque perfectionis regulam fidelissimo Abrahæ ab eodem Domino traditam reperio in lib. Genes. cùm ad illum hæc habuit,[c] *Ambula coram me*, seu, vt est in Hebr. *ad faciem meam, & esto perfectus*, id est stude, vt perfectionis opera ad mei facias honorem, quo magis potes, maiorem, bona videlicet quæ operaris curans fiant ante faciem meam.

a Isai. 65.3. *Perfecti student, vt bene operētur ante faciem Dei, atque ad illius honorem.* b Psal. 15.8. c Gen. 17.1.

22 *Peruersitas summa alicuius ciuitatis est, cùm opprimitur proximus super faciem, & in ignominiā Dei.*

Quem postremum sensum commodissimè & nostræ aptare possumus Vulgatæ, legenti, (*Iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas, & plaga.*) Vt significetur, omnia oppressionis genera, & vniuersa, quæ aduersùs proximum admitti possunt delicta fuisse quidem patrata in Ierusalem, eaque tantâ admissa fuisse peruersitate, vt semper in Dei ignominiam coram ipso, & super ipsius patrata sint faciem. Vt quod dicitur, (*Coram me semper,*) etiam ad duo referendum sit, quæ præcesserunt, (*Iniquitas, & vastitas audietur in ea.*)

5. Sensus. Hugo Cardinalis. *Peccante homine Deus semper considerat pœnas, quibus illum erudiat.*

Quamquam non mihi displiceat quod ab Hugone Cardinali asseritur, ad duo tantùm postrema id ita referri, *Coram me semper infirmitas & plaga,*) id est semper considero pœnas, quibus affligam Ierusalem: Iniquitas enim conuertetur in infirmitatem, vastitas in plagam, quibus percutiam Ierusalem, Vnde admodum consequenter in vers. 8. subiicitur, *Erudire Ierusalem*, id est per infirmitatem, & plagam eruditionem accipe. Quem sensum clariùs habent Sept. qui hæc duo postrema cum subsequenti iungunt verbo in hunc modum. (*Dolore, & flagello erudieris Ierusalem*, seu, vt in suo textu refert Hieronymus, (*Per omnem dolorem, & flagellum erudire Ierusalem.*) Nec minùs clarè eumdem prosecuta est, & Paraphrasis Chaldaica, legens, *Propterea adduxi super te infirmitatem & percussionem, erudire Ierusalem*, &c.

Vers. 7.] Sicut frigidam fecit cisterna, &c.

A

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

PRÆTER ea quæ circa hæc verba fusiùs pertracta fuere in prima literæ expositione, & ad mores pertinentia. Id vnum hic addam. Designari in hisce quoddam hominum genus, qui naturalem peccati malitiam faciunt suâ peruersitate, & peccandi facilitate maiorem. Eo modo quo aqua, quæ ex natura sua frigida est, in cisterna posita, & conseruata frigidior redditur. Talium enim scelera non tam ob voluptatem, seu ob vtilitatem, quàm mera admittuntur peruersitatis malitia: quandoquidem illi quacúmque oblatâ occasione ita peccant, ac si verè Deus non esset, nihil æstimantes, quòd in Dei id fiat iniuriam. Cæterùm ex iis ipsis iuxta aliam lectionem ex Hebræo ita redditis, *Quemadmodum euomit*, seu *ebullit*, aut *scaturit puteus aquam suam, ita scaturit*, seu *ebullit malitiam*, iunctis iis quæ ita mox subiiciuntur iuxta intellectum versionis Sept. *Dolore, & flagello erudieris Ierusalem*: De quibus plura habes in expositione literæ, egregia deducitur moralitas, hoc loco vt adscribatur admodum digna, quam verbis hisce prosequitur in suis Comment. Christoph. à Castro. *Quemadmodum Medicus si vulnus negligat, ac deserat, purulentum id amplius reddit: sin vero id contractum iugiter depurare persistat, vlterius progredi saniem, ac morbi virus impedit, ita Deus vt fontem putridum malitiam scaturientem exhauriat, & humores curruptos extrahat, sudores, & labores adiicit, & pœnas pro morbis infixit, ne saltem audaciâ progrediantur; Nam si his addicti, ne sic quidem peccare desistimus, quò scelerum progressa non esset, audacia nostra, si nos affluere deliciis & otio constituisset Deus?*

23 *Malitiā naturalem scelesti quidam suâ peruersitate faciunt maiorem.*

B C D

Christoph. à Castro. *Medici instar se habet cum peccatoribus Deus, quando illos flagellis compescit.*

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 8.

Vers. 8.] Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

E

CVM[a] *tot tantaque essent Ciuitatis Ierusalem scelera, cúmque tam horrendæ essent ciuium illius peruersitates, nihilominus tantâ erga ipsam Deus affectus erat charitate, vt propemodum dolens excitarit eodem tempore illam ad emendationem, paternâ ei dicens dilectione.*

a Erudire, (seu, erudi, aut castiga te ipsam) Ierusalem.

Resipisce, vel per flagella, suscipe benigni Patris disciplinam. 1

Quæ, vt alios doceres iamdiu à me electa fuisti, erudi, & doce temetipsum, intimâ admissorum criminum contritione mortificationis temet castiga operibus ô Ierusalem.[b] 2 3

b Ne fortè recedat anima mea à te.

F

In tua enim potestate est, vt comminatas, atque commeritas deuites pœnas, si arbitrij bene vtens libertate (loquitur per prosopopeiam) ad Ierusalem, eius intelligens ciues) ea emendaueris, propter quæ alioquin grauissima tibi parata denuncio, atque asperrima.

Ad saniorem redi mentem, ne quando eueniat, vt à te impœnitente recedam. Enimuero ni erudiaris, quo nil mihi contingere potest molestius, fieri certè potest, vt à te, quam mihi elegeram, vt esset nomen meum in te vsque in sempiternum, abscedam, tametsi id quidem compulsus, imò & expulsus.[c] *Resipisce, ne arctissima, quæ inter me &*

c (Ne auellatur anima mea à te.)

me & te, vt inter corpus & animam, vtque inter eos qui mutuò se depereunt, est vnio, dissoluatur, quando à te quodammodo auulsus iis, si doloris essem capax, afficerer sanè doloribus, qui sentiri solent vehementissimi, vel cùm membrum è proprio diuulsum sit loco, vel cùm anima à corpore auellitur, quod informat. Resipisce, ne ob tui impœnitentiam & id fortasse contingat, vt meus præcipuus à te recedat affectus, studium, cura, ac prouidentia specialis, quo ita viuificaris, & conseruaris, vt corpus ab anima. Neve & mea pariter à te abscedat voluntas, quâ in te complacui, vt voluptatem, deliciasque meas in te collocarim: & meum desiderium, B *studium, ac negotium in tui commodum, ac promotionem direxerim.* [a] *Vnde postmodum necessariò consequatur, vt & deserta fias, ac desolata, tum prosperitate omni, tum incolis: templo, arce, palatio regio, domibusque vniuersis, ac mœniis quoque in terram prostratis, vt planè videaris ab hominibus numquam habitata fuisse, nec esse idonea vt habiteris amplius.* [b] *Erudire itaque saltem per dolores, & per flagella, quibus paternâ te hucusque castigaui dilectione vel per Assyrios, vel per Ægyptos, vel etiam per Chaldæos. Ne quod adhuc mea non permisit charitas, vt omnino à te recederem, cum qua conglutinata erat anima, affectus, &* C *voluntas mea. Id modo fiat: vt te desertam relinquam, Inuiamque Iudæis, qui, me abscedente, in Babylonicam ducentur captiuitatem. Ac per meum ipsum recessum omni priueris bono, cunctisque è vestigio cumulêris malis.*

a *Ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilē (seu, inhabitatam.)*
b *(Dolore, & flagello erudieris, Ne recedat anima mea à te, ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur.)*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ERVDIRE *Ierusalem*, &c. Quod iuxta versionem Sept. quæ mox relata est, apertè explicatur, hîc fieri sermonem de erudi- D tione, & castigatione per ærumnas, atque flagella à Deo immissa. Hoc & in nostra quoque significatur Vulgata, in qua iuxta communem Expositorum consensum, & iuxta Hebraici pariter textus distinctionem hæc vt à Superioribus distincta subiiciuntur. Significatur inquam vi verbi, *(Erudire,)* quod, vt & verbum Hebraicum יסר *iasar* hoc præsertim loco seueriorem designat institutionem, & castigationem, quæ non tam verbis quàm re ipsa facta sit. Sicque hîc passiuè positum sumendum est, quomodo & in Psalmo secundo, vbi cùm prius dictum de Chri- E sto fuisset, [a] *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos*, benignissima ad pœnitentiam subiicitur exhortatio ad Principes populi, *Et* [b] *nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram*, id est, vel per flagella corrigimini, suscipite castigationem, atque eruditionem. *(Erudire)* itaque hîc ait Dominus ad Ierusalem, cui mox adeo grauia fuerat comminatus, cuius & tanta enumerarat scelera, id est, Resipisce flagellis erudita. In quo rectè Isidorus Clarius in suis scholiis contemplandam suadet Dei charitatem, qui cùm denunciauerit iam ven- F turum hostem certissimè, adhuc tamen ad emendationem inuitet, ac si doleat, & ægrè ferat, imminens opprimere eos malum.

Erudire significat castigationem seueriorem.
a Psal. 2. 9.
b Psal. 2. 10.
Dei charitas erga peccatores quanta.
Isid. Clarius.

2 Hebraicum verbum הוסרי *hinaseri* triplici ratione explicari potest, vel vt vertit Vatablus, *(Patere vt erudiaris,)* quod idipsum ferè est ac *(Erudire)* seu suscipe disciplinam, & vt in libro Prouerbiorum ad filium dicitur per Sapientem, [c] *Disciplinam Domini fili mi ne abiicias: nec deficias cùm ab eo corripiêris.* Vel vt vertunt Pagninus, Regia & alij, *(Erudi te ipsam.)* Quod duplicem habere po- A test sensum, primum simpliciter Resipisce, flagellisque à me immissis bene vtens, & ad tuum referens bonum liberè ad meliorem redi mentem. Secundùm, Quæ alios doces, doce & te ipsam. Quis enim ignoret, à Ciuitate Ierusalem omnem Iudæorum eruditionem deriuari solitam, cùm in libro Deuteronomij legamus à Domino de ea dictum, [d] *Et facies quodcumque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, sequêrisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Potest denique idem verbum verti, *(Castiga temetipsam,)* vt B facillima assignetur ratio, quâ comminata effugere posset flagella, & damna, intima nimirum admissorum scelerum contritio, & pœnitentia, quæ iuncta secum habeat castigationis, ac mortificationis opera, iuxta illud Apostoli, *Si* [e] *nosmetipsos diiudicaremus.* redarguendo, & puniendo peccata nostra, vt bene ibi exponit D. Thomas, *non vtique iudicaremur,* non puniremur *à Domino,* neque postmodùm in futuro sæculo, neque nunc in præsenti. Quæ omnia facilè & nostro aptabis verbo *(Erudire,)* quo vsa est Vulgata.

Flagellare pro peccatis debet esse gratissimum.
c Prou. 3. 11.
Flagellis Dei bene vtendū vt profitua sint.
Docens aliis doceat primū seipsum.
d Deut. 17. 10.
Mortificationis, & pœnitentiæ opera optimum remedium ad effugiēdas cōminatas à Domino pœnas.
e 1. Cor. 11. 31.

3 *(Ne fortè recedat anima mea à te.)* Istius senten- C tiæ energia vt apprehendatur, quæ est certè maxima, operæ precium est, vt singula eius perpendantur verba.

Notatum est autem supra vers. 4. cap. quarti, frequentissimè apud Prophetas particulam. *(Ne forte)* adhiberi solitam in comminationibus etiam iis, quæ à Deo fierēt, cui certissimè cōstabat quid sibi foret faciendum. Idque vt indicarent, liberum esse homini, vt comminatam deuitet pœnam, si ea emendet, propter quæ ipsa fit comminatio. Porrò præter rationem istam, quæ optima est, adeoque & cōmunior, tres insuper alias eius D consuetudinis rationes affert Hieronymus Guadalupensis in suis Comment. super caput secundum Hoseæ. Quarum primam desumptam ex Hieronymo in 3. cap. Ionæ, & ex Ambrosio lib. 2. de pœnitent. cap. 5. eam esse ait, Ambiguè, & sub dubio loqui Scripturam, vt dum homines dubij sunt de salute, fortiùs agant pœnitentiam, & magis Deum ad misericordiam prouocēt. Rationem aliam Augustini esse inquit Tractat. 37. in Ioannem, vt increpatiuè istiusmodi adhibeātur dubitationis particulæ. *Homines*, ait ibi Augustinus, *de his rebus, quas certas habent, aliquando* E *increpatiuè dubitant, id est verbum dubitationis ponunt, cùm corde non dubitent. Veluti si indigneris seruo tuo, & dicas, contemnis me? Considera, forsitan Dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait, Puto, quòd & ego Spiritum Dei habeo. Qui dicit,* [f] *puto, dubitare videtur: Sed ille increpabat, non dubitabat. Et ipse Dominus Christus increpans infidelitatem futuram generis humani. Cùm* [g] *venerit inquit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* Ob id denique in minis istas dubitationis particulas adhiberi aliquando solitas dicit Guadalupensis, vt eo loquendi tropo magnitudo, im- F manitasque futuri detegatur supplicij: atque vt homines magis timeant, & à peccato arceantur ob supplicij magnitudinem, quod probat ex eo Isaiæ 28. *Nolite* [h] *illudere, ne fortè constringantur vincula vestra*, & ex præsenti quam in manibus habemus, Ieremiæ sententia, *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te. Ne fortè ponam te desertam*, &c.

Ne fortè, *additum in diuinis comminationibus ad libertatē hominis designandam.*
Hieronymus Guadalupēs.
Hieronym.
Augustin.
Ne fortè, *additum, &c. vt homines dubij de salute fortiùs agant pœnitentiam.*
Dubitationis particula addi solita ad increpationē.
Augustinus.
f 1. Cor. 7. 40.
g Luc. 18. 8.
Dubitationis particula adhibentur in minis ad detegendā magnitudinē futuri supplicij.
h Isai. 28. 22.

4 Quatuor his rationibus addo ipse & quintam, & sextam, & septimam. Quintam inquam, vt *Ne fortè* positum sit pro *Nequando*: sic quippe

Ne fortè *positum pro* Nequando *desi-*

& no

nõ incertam pœnã, quæ cõsecutura est impœnitentiam

a Psal. 2. 12.

& noster Interpres eamdem quæ hîc est, particulam Hebraicam פן *pen*, vertit in Psalmo secundo, vbi dicitur, [a] *Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Vbi & in Græco eadem, quæ & hîc est particula μήποτε. Sicque non tam ambiguitas significatur, quàm necessaria consecutio eius, quæ denunciabatur maximæ omnium pœnæ recessionis Dei à Ierusalem, si ipsa non resipisceret. Sextam, vt per istiusmodi locutionis phrasim Deus significare eidem Ierusalem voluerit, duobus (si doloris capax esset) ob illam se summopere angi doloribus, & si ipsa minimè erudiatur, ad bonamque non redeat mentem: & quod fieri queat, & vt ab illa propterea ipse discedat, cuius deliciæ sunt, esse cum filiis hominũ: Quomodo & dolenter & nos Italicè dicimus, *fa la tal cosa, che per forte, non intrauenga questo.* Septimam: Vt eadem phrasi idemmet Dominus subindicet difficultatem, quæ ex parte ipsius est, vt recedat à Ierusalem, quam in locum sibi elegerat sanctitatis, & eruditionis. Significans, compulsum se ad talem deuenturum recessum, imò & expulsum solummodo recessurum, qui alioquin in illa vsque in sempiternum persistere decreuisset, iuxta illud,[b] *Et factus est in pace*, Hebr. in Salem *locus eius, & habitatio eius in Sion*, & illud,[c] *Erit nomen meum ibi vsque in sempiternum*, expulsum inquam, atque etiã auulsum ab illius sceleribus, quæ mox enumerata fuêre, dicente sapientiã increatã, *Sic*[d] *in Sion firmata sum*, quantum scilicet ad eiusdem Dei bonam erga illam voluntatem, *Et in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea*, per Regiam Dauidicæ stirpis sedem. *Et*[e] *radicaui*, id est firmas, quantum ex parte mea extitit, posui radices, *in populo honorificato* Regiæ nimirum prædictæ, & sanctæ ciuitatis.

Ne forte additum in cõminationibus à Deo ad designãdos duos sius dolores.

Ne forte additum à Deo in comminationibus ad significandum quàm difficilè ad illas explendas inuẽturus sit.

b Psal. 73. 3.

Recessus Dei à fidelibus nõ fit nisi per illorum expulsionem.

c Eccles. 24. 15.

d Eccles. 24. 16.

5

Deus recedẽs ab aliquo fidelium auelli, & diuelli se ait, vt membrum è loco suo dimotum, vtque anima cum auellitur à corpore.

Cæterùm difficultatem istam adeo grandem recessus Dei ab Ierusalem exprimunt & singula quæ adiecta sunt verba, *Ne forte recedat anima mea à te.* Enimuerò verbum Hebraicum explicat quid hoc loco significet recedere יקע *iakang* quippe dicitur propriè de membris diuulsis, seu loco motis, & metaphoricè tribuitur Animæ pro Auelli. Adeoque aptissimè interpres Regiæ ita hæc vertit, (*Ne forte auellatur anima mea à te.*) Quod si in Deum cadere posset dolor, quibusnã efficacioribus exprimi is potuisset, quem passurus ille esset in istiusmodi recessu ab Ierusalem? ei nimirum similem quo affici solet membrum è suo loco dimotum: eum, qui omnium maximus in separatione sentitur animæ à corpore, de quo Rex ille Agag in lib. 1. Regum dixit, *Siccine*[f] *separas amara mors?* Hoc namque indicat animæ nomen hîc appositum, cùm alioquin simpliciùs dici à Domino potuisset. (*Ne forte recedam*, seu *auellar ego à te.*) Et quamquam non ignorem, Hebraicã phrasi idipsum hæc duo esse, (*Ne recedat anima mea à te*, & *Ne recedam ego à te*) prout aliàs notasse me recolo: Nemo tamen abnuet, efficaciùs quid olere adhibitum hîc animæ vocabulum.

f 1. Reg. 15. 32.

6

Dei charitas, eiusdemque vnio cum fidelibus tãta, vt animam suam in illos asserat transformatam.

Efficax porrò istud triplex ipse percipio. Primum, vt animæ nomen propriè appositum sit, id est pro eo quod formæ rationẽ habet in Deo, sicut anima in homine, & arctissima significetur, quæ inter ipsum Deum dilectamque ab eo ciuitatem Ierusalem esset vnio, ea nimirum quam ardentissima efficit charitas, & quam communi consensu Doctores transformationem appellant amantis in amatum, ob id peruulgatum Augu-

A stini dictum, *Anima est magis vbi amat, quàm vbi animat*, celeberrimumque id Platonis affatum, *Amator animus in proprio corpore mortuus, in alieno corpore viuit: ac in se mortuus, in alio reuiuiscit.* Neque nouum id esse quis putet, atque inauditum in Deo, cùm ipsemet Deus hanc animæ suæ trãsformationem, nedum in dilectissimam ciuitatem Ierusalem, sed & in quamlibet sibi dilectam animam factam proclamet in Cantico Canticorum, dicens, [g] *Vulnerasti cor meum*, clariusque secundùm aliam literam, *Abstulisti*, seu *Abstraxisti mihi cor, soror mea sponsa, abstraxisti mihi cor* B *vno oculorum tuorum*, &c. prout fusiùs explicatum videre potes in nostris Commentariis super ea verba. Dicens itaque Deus, (*Erudire Ierusalem, ne forte auellatur*, seu *recedat anima mea à te*,) & arctissimam istam eidem significat Ierusalem, quæ sibi cum ipsa est dilectionis vnionem: Et simul summum innuit, humano more loquendi, quo ex disiunctione ab illa percellendus esset dolorẽ, quem alibi idemmet ex mortis, & inferni assimilauit doloribus, cùm dixit, *fortis*[h] *est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.*

Augustin.
Plato.

g Cant. 4. 9.

Recessus Dei à fideli aliquo quàm eidem Deo sit grauis.

h Cant. 8. 6.

7

Impœnitentibus pessimam Deus comminatur pœnã, desitionẽ diuini eius erga illos affectus, & specialis prouidentia.

Secundum, quod percipio ex hac ipsa locu- C tionis phrasi, (*Ne forte recedat anima mea à te*) est, vt animæ vocabulo accepto pro Dei præcipuo affectu, studioque & cura, ac prouidentia eius speciali, significetur acerbissima, quæ ciuitatis Ierusalem impœnitentiam secutura esset pœna, desitionis nimirum prædicti erga illam Dei affectus, ac prouidentiæ, vt videlicet ipsam, de qua per Isaiam aliquando dixerat, [i] *Muri tui coram me semper, in manibus meis descripsi te*, istiusmodi recedente animã, affectuque suo, Deus dimissurus sit, ita vt nec commotionis eiusdem erga ipsam affectus ob eius scelera vllum exhibiturus D sit signum, quod clariùs apud Ezechielem contestatus illi est, dicens, [k] *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius.* Neutiquam de illius prouectione, aut defensione ampliùs sollicitus, quod infra in cap. 12. hisce explicat, *Reliqui*[l] *domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius*, &c. de quibus agemus suo loco.

i Isai. 49. 16.

Peccatoris is pessimus est status, cùm Deus contra illũ minimè indignatur.

k Ezech. 16. 42.

l Iere. 12. 7.

8

Voluntate quàm bonã Deus sit erga fideles. Et quanta mala iisdẽ eueniãt recedente istiusmodi Dei voluntate.

Tertium denique efficax, parum quidem à prædicto differens, augens tamen illud non modicum est, vt sumpto animæ Dei nomine pro illius voluntate, prout sæpius in sacris literis su- E mi notatum est aliàs, duo designentur, & quàm bonã erga Ierusalem Deus extiterit voluntate, & quàm ingens eidem Ierusalem consecuturũ malum esset, recedente hac Dei voluntate ab illa. Quæ ambo ad amussim, & propria voluntatis suæ appellatione apud Isaiam clariùs idemmet explicat Dominus, dicens, *Non*[m] *vocaberis vltra derelicta*, (loquitur ipsi Ierusalem,) *& terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea & terra tua inhabitata: quia complacuit Domino in te & terra tua inhabitabitur.* Vis nosse quid sit voluntas Dei in Ierusalem? id profectò quod est F anima in corpore, quod totum per ipsam inhabitatur, viuificatur, ac prosperè agitur. Vocari voluntatem Dei in eadem Ierusalem est complacere Domino in illa, est Dominum voluptatem, delectationemque suam in ea habere: suumque desiderium, studium, negociumque in illius commodum, ac promotionem dirigere, ac totum (vt ita dicam) deditum esse ad illius prouehendam cumulatam prosperitatam in omnium rerum abundantia, atque in multitudine incolarum. Vis intelligere quid ex recessu, & auulsio-

m Isai. 62. 4.

Voluntas Dei in quopiã est idem quodãmodo quod anima in corpore.

Voluntatem Dei vocari in aliquo quàm magnam significet eiusdem Dei propensionem in illum.

ne eiusdem Dei voluntatis consecutum sit ma- A lorum? Derelictio ipsius Dei, en primum: desolatio bonorum vniuersorum, omnisque prosperitatis, en secundum: & incolarum priuatio, quod est tertium, *Non vocaberis vltra derelicta*, &c. Hæcque mala & hic apud Ieremiam exponuntur dum ad præallata subiicitur.

9 *Ne fortè ponam te desertam terram, inhabitabilem,* seu *non habitatam*) vt ex Hebræo legunt Vatablus, & Regia. Quo loco notandum, pro eo quod in Vulgata legimus (desertam,) in Hebræo esse vocem שממה *sciemamah*, quæ & si & à Pagnino, & à Vatablo, & à Regia vertatur B *(desertam)* propriâ tamen vi significat stupendam desolationem, vt exinde percipias, quam sibi Ieremias noster, ac Isaias concinant. Cæterùm quod dicitur. (*Terram non habitabilem*) Hebraicè est לוא נושה *lo nasciaba*, quod potest esse participium passiuum significans, (*Non habitatam*, vel tertia persona fœminini generis præteriti item passiui, (*Non habitata fuit*,) prout Vatablus in suis vertit Annotationibus, *(Qua numquam habitata fuit.)* Vt sensus sit, ita ipsam à Domino derelinquendam, desertamque reddendã, ac desolatam, tum prosperitate omni, tum incolis, vt & cuncta eius ædificia, templum, Palatia regia, arces, domus, mœniaque vniuersa demolienda sint, vt planè videatur numquã fuisse ab hominibus habitata.

Ciuitati, à qua recedat Dei voluntas quanta, & qualia cōtingant mala.

10 Circa hæc autem duo sunt notanda: Alterum ex Hugone Cardinale. In eo quod dicitur, (*Ne fortè recedat anima mea à te*) significari subtractionem omnis boni, sicut in hoc quod additum est, (*Ne fortè ponam te desertam*) immissio designatur omnis mali, propter quam non posset esse ibi habitatio. Alterum ex Andrea Cappella. Hæc ipsa, (*Ne fortè ponam te*, &c.) esse effectum diui- D næ absentiæ. *Quamdiu enim*, inquit, *Iudæi manebant in terra promissionis integra Ierusalem, ac templo, non omnino recessit Deus, at ductis iis in captiuitatem, destructáque ciuitate, ac templo, omnino recessit, & populum illum, & locum quasi non suum hostium, potestati tradidit. Multò autem magis post vltimam vastationem à Romanis factam, quando non iam amplius est populus Dei, qui eum negauit.* Quod ad morale reducens addit. *Attende, peccasti, Deum à te expulisti, sed quamdiu in peccato non obstinatus manes, de pœnitentia cogitas, non omnino Deus recessit, qui* [a] *ouem perditam reducere conatur. Obdurescis in pecca-* E *to, nullis adhortationibus, nullis flagellis erudiris: recessit anima Dei à te. Comprehendit te illius ira. Væ tibi, quia nemo* [b] *potest corrigere quem ille despexerit.*

Hugo Card. *Deo recedēte ab aliquo vel loco, vel homine sequitur subtractio omnis boni, & immissio omnis mali.*
Andr. Capp. *Deus nō omnino recedit, nisi ab impœnitentibus.*
a Luc. 15. 4.
b Eccl. 7. 17.

11 Sept. ita hæc legunt, (*Dolore & flagello erudêris Ierusalem, Ne recedat anima mea à te, ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur.*) Quæ duobus modis intelligi possunt. Primò, vt Deus eidem significet Ierusalem, se instar boni patris cum ipsa agere velle, Neque enim tunc temporis, tametsi adeo multiplicata eius essent scelera, illam omnino relicturum, animóque ab ipsa penitus alienato eam ita deleturam, vt nedum expers F esset habitantium, sed nec via appareret vlla, per quam ad ipsam redirent, tenderentque qui eam incolerent. Quod factum est in secunda euersione, & captiuitate per Romanos, post quam Iudæis haud exhibita est ampliùs via, & venia, vt in Ierusalem redirent, eamdemque vt priùs possiderent. Sed ad tempus dumtaxat, & ad ipsius correctionem se per Chaldæos dolore eam eruditurum, & flagello captiuitatis septuaginta annorum. Secundò, vt per modum exhortationis, & comminationis dicta hæc sint, quomodo & in nostra vulgata, & in lectione Hebraica, vt tantumdem sit (*Dolore, & flagello erudiêris,*) Ac si dicatur erudire, & resipisce vel per dolores, & flagella, quibus te, instar boni patris castigaui, vel per Regem Assyriorum, vel per Regem Ægypti, vel per Chaldæos; quos duabus vicibus Ierusalem magnis calamitatibus afflixisse legimus, antequam tertiò aduersùs illam aduenientes eam demoliti sint, Iudæosque eius incolas in captiuitatem secum abduxerint in Babylonem. Quam captiuitatem, & destructionem eidem, ni resipiscat, hic comminetur, dicens, (*Ne recedat anima mea à te, ne faciam te inuiam,*) iis scilicet qui erunt in Babylone, &c.

In prima captiuitate cū Iudæis Deus egit vt benignus Pater dolore, & flagellis illos erudiens. Secus in secūda captiuitate per Romanos.

Ante captiuitatē Babylonicā Iudæos flagellis erudire enixus est Deus.

Vers. 8.] Erudire Ierusalem, ne fortè recedat, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

12 CVM per verbum (*Erudire*,) duplex significari queat susceptio eruditionis, & C disciplinæ, vel eius quæ per doctrinam, vel eius quæ per correptionem, & castigationē. Duo ex præsenti sententia præter multa quæ in literæ expositione dicta sunt, ad morum animæ vtilitatem colliguntur. Primum, fideli cuique iugi enitendum studio, vt exhibitam à Deo diuinæ legis, præceptorumque ipsius doctrinam non modò suscipiat, sed & arctè teneat sedulóque custodiat, tanti illam faciens, quanti facit & vitam propriam. Enimuerò Dei lex est ipsa eius & voluntas, & anima, quæ vita nobis confertur, conseruatur, & in longum producitur, [a] *Vita enim in voluntate eius*, ait Propheta, per quem item habemus eamdem Dei voluntatem exhiberi per diuinæ eius legis eruditionem, vbi ad Deum ipsum dicit, [b] *Doce me facere voluntatem tuam*: Et aliàs, [c] *In voluntate tua deduxisti me*: ita vt non abs re sit, si dicamus, Dei voluntatem, vt respectum habet ad homines, esse illius legem: & è conuerso ipsam Dei legem esse eius voluntatem, quam eiusdem Dei animam hic appellatam ostendi in expositione literæ. Et bene: quia sicut per animam omnis in humano corpore & vita est, & motus. Ita per hanc Dei voluntatem perque eiusdem legem, ac diuinorũ præceptorum disciplinam vniuersa est vita, & operatio humanæ animæ.

Eruditio altera doctrinæ, altera castigationis.
Legis Dei doctrina à nobis custodiēda vt vita propria.
Lex Dei est illius voluntas, & anima, quâ viuit anima nostra.
a Psal. 29. 6.
Volūtas Dei, vt respectum habet ad homines, est lex eiusdem Dei ad illos.
b Psal. 142. 10.
c Psal. 72. 24.
Per diuinæ legis disciplinam est omnis animæ nostræ vita & operatio.

13 *Spiritus* [d] *est qui viuificat*, ait in Euangelio Iesus, *caro autem non prodest quicquam*, id est, Vita animæ, non tam à carne est, quæ nil in eam confert, quàm à Spiritu scil. Dei. Quòd si nosse vis, quis iste sit Dei spiritus, quæve & ista vita: Audi ipsummet Dominum id tibi explicantem, cùm mox ibidem adiiciat: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quod & Regius Vates multò ante contestatus fuerat, dicens eidem Deo, *Spiritus* [e] *tuus bonus deducet me in terram rectam*, id est in rectitudinem, quâ tenditur ad montem sanctum, quam deductionem aliàs diuinæ tribuit legi, lucem, veritatemque Dei illam appellans, ac dicens, *Emitte* [f] *lucem tuam, & veritatem tuam. Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Et de vita per eamdem in alio Psalmo inquit, *Eloquiũ* [g] *tuum viuificabit me.* Vnde Sapientissimus Salomõ, verbis propemodum similibus hisce, quæ apud

d Ioan. 6. 64.
Lex Dei eiusdem Dei spiritus, quo viuificamur, & deducimur.
e Psal. 142. 10.
f Psal. 42. 3.
g Ps. 118. 50.
Legem Dei obseruans seruatur ab illo in vita.

Ieremiam ait Dominus, (*Erudire Ierusalem, ne* A velut auellitur anima à corpore. Vnde mox subiecit Euangelista, Apostolos, veluti sua ab ipsis auulsa anima, mortuorum subiisse speciem prae nimio, quo oppressi fuere somno.

a Prou.4.13. *forte recedat anima mea à te,*) hæc habet [a]: *Tene disciplinam, ne dimittas eam, custodi illam, quia ipsa est vita tua.* Ac si & id quoque inferre velit. Nam si tu Dei legem, eiusque dimiseris eruditionem minimè illam custodiens, recedet à te quoque lex, voluntasque Dei, quâ veluti animâ custodiris, & conseruaris in vita. Siquidem te custodiente illam, custoditur pariter & cor tuũ, quod est fons vitæ ab illa, prout alibi dixerat, [a] *Et præcepta mea cor tuum custodiant: longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.* (a Prou. 3. 2.)

14 Recedente verò istiusmodi Dei animâ à te dimissâ, adeoque & recedente, ipsomet Deo à te sequatur necesse est illico & mors. Quod Redemptor noster attestari voluisse crediderim, cũ Iudæis diceret. *Ego [b] vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Dum enim non sedulò custoditur intra animam Iesus. Vadit is, receditque ab ea: vnde mors sequitur peccati, dumque expulso Iesu per neglectum, & dimissionem legis ipsius, eadem anima quærere obnititur eum in suæmet voluntatis, suique amoris affectibus, qui iam non secundùm spiritum viuificantem; sed secundùm carnem sunt corruptionis, fit, vt in peccato ipso suo, quod in tali admittit quæstione, illo minimè reperto, denuò moriatur.

Lege à nobis non custoditâ sequitur in nobis peccati mors, quia recedit Deus à nobis.

b Ioan.8.21.

15 Hoc autem quid sit, ex hisce intelligere est, quæ post præexposita, (*Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te,*) subiiciuntur, (*Ne fortè ponam te desertam,*) seu ex versione Sept. (*inuiam terram, inhabitabilem, seu non habitatam.*) Per abscessum namque Dei anima fit expers eius, qui in ipsa habitabat Spiritus sancti, euaditque vt cadauer, quod expers est animæ quæ ipsum inhabitabat, fitque vt terra deserta expers aquarum sapientiæ, ac diuinæ gratiæ, ac per consequens & omnis viriditatis, decorisque virtutis, nec non & vniuersorum fructuum meritorum. Quin & misera eadem anima, cùm vadit ab illa Iesus, ita fit deserta, & inuia, vt quemadmodum, qui in horrido inuioque deserto aliquem quærit, inanem subit laborem, & mortem ob immane frigus, & ob maximos, quos sustinere cogitur æstus, ob famem, ob sitim, & ob rabidarum ferarum occursum. Pari ratione ipsa infœlix in semetipsa, à Christo deserta, vt supra explicatum est, illum quærens, & inani consumitur labore, & in peccato suo moritur, ob frigus, quod subire cogitur iniquitatis, obque concupiscentiæ æstus; ob famem terrenorum, ob sitim sensibilium voluptatum, atque ob ferocissimorum Dæmonum occursum. Sicque plerumque redditur & mortua, & à Deo aliena, vt videatur numquam fuisse à Spiritu sancto habitata, numquam Dei legem nouisse, numquam per Dei gratiam in Baptismo regenerata: Quodque est peius, *Et inuia esse, (& quæ non habitabitur,)* vt legunt Sept. cùm ita desperata videatur eius salus, vt non appareat via, per quam ad ipsam redeat, qui recessit ab ea Iesus: adeóque futurum sit, vt nec ampliùs à sancto habitetur Spiritu, nec per dilectionem viuificetur, quæ est plenitudo legis. In qua radicata cùm esset, ita radicatum in se ipsa habuit eumdem Deum, vt bene iuxta vim Hebraici verbi, hîc dicat, (*Erudire Ierusalem ne fortè auellar à te,*) de qua lectione plura habes in expositione literæ: Quibus adde id quod in Euangelio Lucæ de Christo Iesu ab Apostolis aliquantulum se elongante dicitur, [c] *Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus lapidis.* Auulsus, ait,

Mori in peccato quid sit.

Discessũ Dei ab anima quæ & quanta mala in eadem anima sequantur.

Inuia quomodo fiat anima quæ ob Christi abscessũ mortua fit per peccatum.

Discedens ab aliqua anima Iesus auelli ab illa dicitur.

c Luc.22.41.

d Luc.22.45.

16 Si per verbum (*erudire*) susceptio designata sumatur alterius eruditionis, quam correptionem, & castigationem per flagella appellare propriori solemus nomine, ex hoc, quod hic dicitur, (*Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te*) duo colligere licet præclara: Alterum, Castigationem, quæ piæ à Deo fiat animæ, dici non immeritò posse eiusdem Dei & animam, non B quidem quâ is viuit, sed quâ hominis fidelis anima viuificatur: Et voluntatem, quâ in eadem fideli anima complacet sibi. Nam quòd Deus tribulationum correptione veluti eiusdem animæ fidelis anima illi vitam conferat, viuificetque eam, & Propheta Dauid contestatus est, dicens, *In [e] medio tribulationis viuificabis me:* & Rex sanctus confirmauit Ezechias, cùm diceret, [f] *Corripies me, & viuificabis me.* Quod verò in eadem eruditione per tribulationes erga animam, quæ à Deo corripitur, fit ipsa eiusdem Dei voluntas, affectus, propensio, ac beneplacitum, manife- C stum ex peruulgato illo est Prouerbiorum, quo dicitur: [g] *Quem diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.* Ostensum est autem in Literæ expositione, complacere Deum in aliquo, idem esse, ac eiusdem Dei voluntatem esse in illo, ex verbis eiusdem Dei apud Isaiam cap. 62. *Vocaberis [h] voluntas mea in ea,* &c. *quia complacuit Domino in te.*

Tribulationũ eruditio est anima, & voluntas Dei anima illi, quæ eruditur.

Tribulationes viuificant. In tribulationibus est Dei voluntas, affectus, & cõplacentia erga animam quæ corripitur

e Psa.137.7.

f Isai.38.16.

g Prou.3.12.

h Isai.62.4.

17 Alterum, quod ex hac sic intellecta sententia, (*Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te,*) colligitur id est, Quanto studio obniti vnaquæque debeat fidelis anima, vt hanc diuinæ corre- D ptionis suscipiat eruditionem, omnino cauens, ne illam abiiciat, cuius abiectionem sequitur & vitæ, animæque defectus: quod & Sapiens in præcitato Prouerbiorum loco admonuit his verbis, *Disciplinam [i] Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cùm ab eo corripieris.* Et Paulus vbi dixit, [k] *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Quod autem præ omnibus ad prædictum nos promouere debet studium, est: quia, ni erudiamur: abiicientibus diuinam correptionem, deficientibus animis nostris in tribu- E lationibus, periculum est admodum probabile, vt ipsa Dei voluntas, eiusdemque correptio quâ complacere solet in nobis, recedat à nobis, (*Ne fortè,* inquit, *recedat anima mea à te.*) Hoc est omnium, quæ in hac vita nobis contingere queunt malorum pessimum: quando recedit ista Dei anima, & voluntas complacens simul, atque flagellans. Quod in Israeliticum immisit populum, cùm apud Hosæam dixit. [l] *Verumtamen vnusquisque non iudicet: & non arguatur vir,* id est, Nullus increpet eos, & nullus ex eis increpetur, *populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti.* Ma- F gisque ad rem nostram infra. *Non [m] visitabo,* inquit, *super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cùm adulterauerint.* Super quæ Hieronymus, *Grandis,* ait, *offensa est, postquam peccaueris iram Domini non mereri.*

Tribulationũ correptio quãto studio suscipienda & custodienda à nobis sit.

i Prou. 3.11.

k Hebr. 12. 3.

Tribulationũ correptionem abyciens periculum subest, vt ab ipso recedat Dei voluntas, quâ corripit.

Non tribulari à Deo peccatorem aliquã est maximum malorum omnium.

l Hose.4.4.

m Hose. 4. 14.

Hieronym.

VVLGATÆ.

Vers. 6.] Quia hæc dicit Dominus, &c.
Vers. 7.] Sicut frigidam, &c.

Vers. 8.] Erudire Ierusalem, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Ὅτι τάδε λέγει κύριος, ἔκκοψον τὰ ξύλα αὐτῆς, ἔκχεον ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ δύναμιν. ὦ πόλις ψευδής, ὅλη καταδυναστεία ἐν αὐτῇ.

7. Ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ, οὕτω ψύχει κακία αὐτῆς. ἀσέβεια, καὶ ταλαιπωρία ἀκουσθήσεται ἐν αὐτῇ ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς διὰ παντός.

8. Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ Ἱερουσαλὴμ, μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπό σου, μὴ ποιήσω σε ἄβατον γῆν, ἥτις οὐ κατοικισθῇ.

Vers. 6.] Quia hæc dicit Dominus: cæde ligna eius, effunde super Ierusalem virtutem. O ciuitas mendax: tota oppressio in ea.

Vers. 7.] Sicut frigidam facit cisterna aquã, sic frigidam facit malitia eius. Impietas, & miseria audietur in ea super faciem eius semper.

Vers. 8.] Dolore, & flagello erudiêris Hierusalem: Ne recedat anima mea à te: ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia hæc dicit Dominus exercituum: Succidite ligna, & comportate super Ierusalem aggerem; ista est ciuitas, cuius peccata visitantur: omnes sunt violenti in medio eius.*

Vers. 7. *Sicut cisterna, quæ sustentat aquas suas, sic expectauerunt, & sustentati sunt in medio eius operantes malum. Vox raptorum, & depredatorum audita est in ea coram me semper, propterea adduxi super eam infirmitatem, & percussionem.* Vers. 8. *Erudire Ierusalem, ne fortè abijciat te Verbum meum: ne fortè ponam te desertam sicut terram Sodomæ, quæ non habitatur.*

1 Vers. 6. *Quia hæc dicit Dominus,* &c. Hieronymus, *Idcirco, inquiunt, de victoria securi sumus, quia præceptum Domini est, imperãtis Chaldæis: Ligna succidite, & futuris munitionibus aggerem comportate. Per quæ ostenditur antequam veniat corona, non statim vrbem esse capiendam: Sed longâ obsidione vt postea legimus.* [Hieronym.]

Theodoritus. *Iubetur excidere vrbem non aliter quàm syluam fructum non ferentem.* [Theodorit.]

D. Thomas. *Securè possumus pugnare, quia Domini præceptum est: (Cadite lignum ad faciendas machinas. (Fodite aggerem, quem fecerunt ad defensionem murorum suorum, destruentes ipsum. Vel (fundite) erigentes terram in aceruum ad ponendas munitiones contra eam.* [D.Thom.]

(Hæc est ciuitas visitationis.) (siue mendax) *omnis calumnia* siue *(oppressio in medio eius.)*

Hieronymus. *Præcepit Dominus, vt arbores succidantur, & fundantur per circuitum aggeres: quia tempus visitationis eius aduenerit, vt recipiat pro peccatis suis, quorum maximum est συκοφαντία, Sycophantia, vt innocentem opprimat per calumniam.* [Hieronym.]

2 Vers. 7. *Sicut frigidam,* &c. *Quomodo cisterna, vel lacus frigidam facit aquam suam, sic in medio Ierusalem malitia, quæ in ea est, omnem calorem perdidit vitæ. Et hoc notandum, quòd sancto Spiritu accensi feruentes appellentur, mala autem frigida sint. Vnde & illud scriptum est,* [a] *quod in nouissimis diebus quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod puto & illud sonare, Assimilatus* [b] *sum descendentibus in lacum, lacus enim iuxta Græcos non stagnum, sed cisternam sonat.* Idem verò Hieronymus in cap. 14. Isaiæ. Hæreticis cisternæ similitudinem istam aptans. *Hæretici,* inquit, *relinquunt fontem aquæ viuentis Dominum, & fodiunt sibi lacus contritos, qui aquam non valent continere. De his lacis sunt, qui feruorem non habent Spiritus sancti, nec Ieremiæ Prophetæ similes sunt, qui iuxta Sept. Interpretes loquebatur:* [c] *Inueni aquam calidam in deserto: sed refrigescente charitate, calorem sancti Spiritus perdiderunt. Ille est lacus, de quo idem Ieremias loquitur, (Sicut refrigerat lacus aquam, sic refrigerat malitia habentes se. Qui vtinam iuxta Apocalypsim Ioannis,* [d] *aut calidi essent, aut frigidi, id est, aut crederent, aut omnino non crederent, ne per teporem, & simulationem fidei à Domino reijceremur.*

[Malitia expellit omnẽ calorẽ spiritus. a Matth. 24. 12. b Psal. 27. 1. Hieronym. Lacus Græcè cisternam significat. Hæretici similes cisternæ refrigeranti aquas. c Iere. 31. 2. d Apoc. 3. 15. Calidi sunt qui credunt, frigidi qui nõ credunt.]

3 Cyrillus Alexandrinus, lib. 5. cap. 65. Isai. *Olim,* ait, *Iudaicæ Synagogæ præfecti propter dona iudicabant: neque nouerunt iustè causam agere Orphani & viduæ. Sed quia lucri turpis cupidi fuerunt, innocentem, & iustum condemnabant. Qui autem hæc passi sunt, eos vtpote oppressos necesse erat omnino lachrymari, & cum clamore lugêre. Dictum igitur est voce Ieremiæ de Ierusalem, (ô ciuitas mendax, nihil nisi violentia in ea: vt puteus refrigerat aquam, ita frigidam facit malitiam suam. Impietas, & miseria audietur in ea contra faciem eius semper.)* [Cyril. Alex. Iudiciorum peruersitate qualis reddatur ciuitas.]

Theodoritus. *(Tota mendax est) Ierusalem quantumcúmque sit potens. Sicut cisterna frigefacit aquam suam, ita nequitiam suam frigefacit. Decebat vrbem in Deo recumbentem, etiam eos qui perperam viuebant excipiendo legitimè viuendi rationem docere: Nunc verò quòd contrarium fecerit, accusatur: nempe quòd impietatis magistra exstiterit, & quemadmodum cisterna mutat aquam in frigidam qualitatem, sic accedentes ad se mutauit in nequitiam. Dum vrbem dicit, incolas intelligit.* [Theodorit. Impietatis magistri similes cisternæ. Exemplum malorũ, nequaquã dictinã vit.]

4 Gregorius Papa lib. 16. Moral. cap. 30. *Idcirco iniquitas frigori comparatur, quia mentem torpore constringit: Vnde scriptum est (Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.)* [Greg. Pap. Frigori cur comparatur iniquitas.]

D. Thomas. *Ponit obsidionis causam ex culpa, & primò ponit malitiæ vniuersalitatem, (Visitationis,) quia correptione digna, (omnis calumnia,) id est, omnis calumniandi modus. Secundò cordis obdurationem, (sicut frigidam, &c.)* [D. Thomas.]

Idem ad finem Comment. huius capitis sexti. *Notandum* inquit, *quòd peccatum dicitur frigus, quia extinguit calorem dilectionis.* [e] Matth. 24. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia congelat humorem deuotionis.* [f] Ecclesiastici 43. *Frigidus ventus Aquilo flauit & gelauit chrystallus ab aqua: quia retardat motum bonæ operationis,* Prou.[g] 20. *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.* [Idem. Peccatũ cur dicatur frigus. e Matth. 24. 12. f. Eccles. 43. 22. g Prou. 20. 4.]

5 *(Iniquitas, & vastitas audietur in ea: coram me semper infirmitas, & plaga.)*

Vers. 8. *Erudire Ierusalem,* &c. Hieronymus in textu refert, & versionem Sept. in hunc modum. *(Impietas, & miseria audietur in ea contra faciem eius. Per omnem dolorem, & flagellum erudiêris Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur.)* In commento autem ista omnia simul iungens. *Per hæc ait, discimus, quòd* [Hieronym. Tribulationi correptio quã vtilis.]

flagel

flagellat Dominus omnem filium quem recipit. Et idcirco plagis, atque tormentis eruditur Ieruſalem, vt corrigatur, & non recedat anima Dei ab ea, & redigatur in ſolitudinem. Si quando igitur crebris anguſtiis ſubiacemus, recordemur in conſolationem noſtri iſtius verſiculi, (Per omnem dolorem & flagellum erudieris Ieruſalem.)

Origenes. Origenes Homil. 8. in Exodum. *Si Deus te corripit, ſi caſtigat, ſi indignatur, & velut zelotypiâ quadam erga te vritur, ſpem tibi eſſe ſalutis agnoſce. Si verò caſtigatus non reſipiſcis, verberatus contemnis, ſcito quod eouſque peccando profeceris, diſcedit à te zelus eius, & dicetur tibi illud, quod per Ezechielem ad Ieruſalem dicitur: Propterea* [a] *diſcedat zelus meus à te, & non iraſcar vltra ſuper te. Vide miſericordiam, & pietatem boni Dei, quando vult miſereri, & indignari ſe dicit, & iraſci, ſicut per Ieremiam dicit, (Dolore & flagello caſtigaberis Ieruſalē, vt ne abſcedat anima mea abs te.) Hæc ſi intelligis, miſerentis Dei vox eſt. Vbi iraſcitur, & zelatur, ibi adhibet dolores, & verbera.* [b] *flagellat enim omnem filium quem recipit.*

Tribulationis correptio eſt ex Dei in nos amore. Non tribulari peccatorem eſt ſignū maxime in illū Dei indignationis.

a Ezech. 16, 42.

b Prou. 3. 12.

6 Paulinus. Paulinus epiſtola 27. ad Aprum verba iſta, *(Coram me infirmitas ſemper, & plaga)* Chriſto aptans ait. *Idem igitur*, ſcil. Chriſtus, *etiam nunc infirmitates noſtras, & ægritudines portans, quia ipſe eſt homo ſemper pro nobis in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem, quam nos ſine ipſo non poſſumus ferre nec nouimus.*

Chriſtus pro nobis ſemper fuit in infirmitate, & plaga.

Theodoritus. *(Impietas, & miſeria audietur in te coram me ſemper.) Non reueriti ſunt incolæ Ieruſalem, quòd ibi inhabitarem, ſed intuentes me audacter proruperunt in omnem impietatem. Deinde exhortatur, & conſilium dat, (In labore, & flagello erudire Ieruſalem, ne fortè recedat à te anima mea, & faciam te terram deſertam, & inhabitabilem.) Hæc declarant ineffabilem Domini humanitatem, qui comminatus ei dura, pollicetur ab his liberationem, ſi mores mutauerit.* Theodorit.

Dei bonitas quanta etiā in minis.

D. Thomas. *(Iniquitas, &c.) Ponit peccati continuitatem.* Iſai. 59. [c] *Vaſtitas & contritio in viis eorum, viam pacis neſcierunt, &c. (Infirmitas, &c.) Pœna reſpondens prædictis duabus culpis. Tum ponit conſilium, (Erudire) ſcil. flagellis præcedentibus caſtigata,* Iſai. [d] 28. *Sola vexatio intellectum dabit auditui. Tum ponit imminens periculum in amiſſione diuini amoris, (Ne fortè, &c.)* D. Thomas.

c Iſai. 59. 7.

d Iſai. 28. 19.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Ἐκκόψατε τὰ ξύλα αὐτῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καθάπερ ἐπὶ ὕλης τινὸς, ἔρημον αὐτὴν καταστήσατε φησί. καθάπερ ἐπὶ δρυμοῦ τινὸς. πρόρριζον αὐτὴν ἀνέλετε ξύλον, τοῦτ' ἄνδρας ἀκάρπους ὄντας, σκληροὺς ἅμα, καὶ τὸ σφοδρὸν τῶν πολεμίων δείκνυσιν. [ὦ πόλις ψευδὴς ὅλη καταδυναστεία ἐν αὐτῇ.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸ δὲ αἴτιον ὁρᾷς, πόθεν ψευδής; ἐπειδὴ καταδυναστεία ἐν αὐτῇ, καὶ ὅλη ψευδής. οὐ τὸ μὲν αὐτῆς ὑγιὲς, τὸ δὲ διεφθαρμένον, ὅλη ψευδής. εἰ θρησκείαν βουληθῇς ἰδεῖν, ἀντὶ τοῦ ὄντως θεοῦ λίθινα εἴδωλα ἀντεκατέστησαν. εἰ τὰ κατὰ βίον ἐξετάζειν ἅπαντα δέον, καὶ ἐνταῦθα πολὺ τὸ ψεῦδος ὄψει. καὶ πονηρίαι ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους, ἐν τοῖς πρὸς τὴν ἀλήθειαν. διέφθειρεν, || ὅλη ψευδής. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι τὸν μὲν δεσπότην ἠθέτησαν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀλλήλους δίκαιοί τινες ἦσαν, καὶ φιλάνθρωποι, ἀλλ' ὅλη ψευδής. [ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτοῦ, οὕτω ψύχει κακίας αὐτῆς.]

|| *ie. διεφθαρμένη.*

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ψύχειν αὐτοῖς τὴν κακίαν φησὶ, κατὰ τὸ ὑπὸ σωτῆρος λεχθὲν, διὰ γὰρ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. οὐ γὰρ ἦσαν τῷ πνεύματι ζέοντες, οὐ δὲ τῷ κυρίῳ δουλεύοντες. [ὡς ψύχει.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ γὰρ τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. ἀποψύγεται δὲ καὶ ἡ θεία θέρμη ἐν τῇ ψυχῇ τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτημάτων. ||

[ἀσέβεια, καὶ ταλαιπωρία ἀκουσθήσεται ἐν αὐτῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπιτεταμένην λέγει πονηρίαν. μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τὰ κακὰ κατεῖχον, ὥσπερ ἀγαθόν τι, καὶ μέγα. οὕτως ἐφύλαττον, καθάπερ φοβούμενοι, μήποτε καὶ ἀπόλωνται, ἂν αὐτοὺς ἐπιλίπῃ τὸ τῆς κακίας εἶδος.

[ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς διὰ παντός.]

Τοῦ

Verſ. 6. CÆDE ligna eius, &c.) 7

Chryſoſtomi.] *Tanquam de ſylua quadam, Deſertam ipſam efficite, vtque de ſaltu quodam radicitus, inquit, euellite lignum, viros minimè fructuoſos, duros, robur quoque hoſtium oſtendit, (ô Ciuitas mendax: tota oppreſſio in ea.)* Cryſoſt.

Ieruſalē inſtar ſyluæ cædēda à Chaldæis.

Eiuſdem.] *Cauſam porrò vndenam mendax vides? quoniam oppreſſio in ipſa, & tota mendax. Non vna eius pars ſana, corrupta, altera, Tota mendax. Si religionem eius ſpectes, pro vero Deo, ſaxea Idola ſibi Deos conſtituerunt: ſi vniuerſam vitam examinare oporteat, multum & hîc mendacium inſpicies; Prauitates in multis eorum commerciis aduerſus veritatem: Corrupta eſt; Tota eſt mendax. Nec enim dici poteſt, Deum eſſe ab illis contemptum, inter ſe verò iuſti erant & humani, ſed tota mendax.* Idem.

Ciuitatū praua breuis, & graphica deſcriptio.

Verſ. 7. [*Sicut frigidam, &c. ſic frigidam facit malitia eius.*) 8

Victoris Presbyteri.) *Frigidam facere malitiam ſuam, ait, iuxta Saluatoris dictum.* [a] *Nam quia multiplicata eſt iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, nec enim erant ſpiritu feruentes, nec Deo ſeruientes.* || *Sicut frigidam, &c.)* Vict. Presb.

a Matth. 24. 12.

Charitatis defectu frigida ſunt ciuitates, & anima quaque.

Olympiodori.] *Nam propter iniquitatem charitas multorum refrigeſcet. Diuinus quippe calor in animo multitudine peccatorū refrigeratur.* || Olympiod.

Peccatis refrigeratur diuinus qui in nobis eſt calor.

(Impietas, & miſeria audietur in ea.)

Chryſoſtomi.] *Nimiam ait prauitatem. Maxima cura & diligentia veluti bonum quid & ingens mala tenebant: ſic fouebant, tanquam timentes, ne perirent, ſi iniquitatis genus ipſos deficeret.* 9 Chryſoſt.

Impietas maxima cū malum fouetur tanquam ingens bonum.

(Super faciem meam ſemper.)

Chryſo

Τȣ̃ χρυσοςόμȣ.] ὅρα τὸ ἀναίσχυντον πῶς παρίςησιν. ἐπὶ πρόσωπόν μȣ. τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἀναίδειαν, καὶ τὸ διὰ παντὸς, ȣ̓ χρόνος, ȣ̓ καιρὸς ȣ̓δείς. ὅρα πῶς ποιεῖ χαλεπὴν τὴν κατηγορίαν, μόνον ȣ̓κ ἀπολογȣ́μενος ὑπὲρ τ͂ τιμωρίας. [ἀσέβεια καὶ ταλαιπωρία. ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς διὰ παντός. A

Βίκτωρος.] διηνεκὴς ἀσέβεια, ἡ κατὰ τȣ̃ σωτῆρος, δι' ἣν ἐγένετο διηνεκῶς ἐν ταλαιπωρίᾳ, καὶ πανταχȣ̃ διηγγέλθη τὸ γεγενημένον ἀπὸ || προσώπȣ αὐτῆς. καὶ οἷον ἔξω τῆς πόλεως.

|| ἀλ. ἐπὶ.

[Πόνῳ καὶ μάςιγι παιδευθήσῃ.]

Ὀλυμπιοδώρȣ.] ἐπειδὴ λόγῳ ȣ̓κ ἐπείσθης, πείσθητι διὰ τ͂ μάςιγος, ἵνα μὴ ἀποςῇ ἡ ψυχή μȣ ἀπό σȣ. [πόνῳ καὶ μάςιγι.]

Τȣ̃ Χρυσοςόμȣ.] ἀνίατον τὸ τραῦμα, λύσιν ȣ̓κ ἔχον, ȣ̓δὲ μεταβολὴν, οἷαν || τὰ πάθη τῶν σοδόμων, οἷαν τὰ κατὰ γομόῤῥων. ἆρα ȣ̓χ ὑπὲρ τ͂ παρελθόντων, ἀλλ' ὑπὲρ τ͂ μελλόντων ἡ κόλασις. καὶ δοκεῖ μὲν ὑπὲρ τ͂ παρελθόντων ἡ κόλασις. || δοκεῖ δὲ ἵνα μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωσιν. C

|| ἀλ. εἶα.

|| ἀλ. κολάζει.

A Chrysostomi.] *Vide vt impudentiam exprimat, (Super faciem meam, liberam audaciam, & inuerecundiam, & (Semper,) non tempus non pars temporis. Vide, vt vehementi vrgeat accusatione tantùm non pœnæ rationem reddens. (Impietas & miseria, &c. super faciem eius semper.)* Chrysost. *Impudentia maxima peccatoris.*

Victoris.] *Perpetua est in Saluatorem impietas, propter quam & perpetuâ conflictatur calamitate, & vbique nunciatum, quòd gestum est à* B *facie eius, & veluti extra vrbem.* Vict. Presb. *Peccata continuata continuā animæ causant calamitatum pœnam.*

Vers. 8. (*Dolore, & flagello erudieris*, &c.) 10

Olympiodori.] *Postquam non cessisti sermoni, flagella te flectant, ne animus meus auertatur. (Dolore, & flagello, &c.)* Olympiod. *Flagella efficaciora quam verba ad conuersionē peccatoris.*

Chrysostomi.] *Vulnus hoc insanabile nullam liberationem, mutationem nullam admittit, vt mala Sodomorum, atque Gomorrhæorum. Non ergo pro Commissis, sed committendis pœna infligitur, & videtur quidem de præteritis. Videtur* C *autem, ne iisdem persistant.* Chrysost. *Peccator à Deo flagellatur & pro admissis, & ne in posterum alia admittat scelera.*

Vers. 9.] Hæc dicit Dominus exercituum: Vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel : conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus exercituum, vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel, (seu Racemādo racemabunt, aut, Racemate, racemate,) quasi in vinea, (aut sicut vineam reliquum Israel.)

Venient [a] siquidem tertiò Chaldæi in Iudæam, nihilque è duabus tribubus, quæ, ex toto reliquæ sunt Israelitico populo, abductis iam decem aliis tribubus in Assyriam, nihil, inquam, ait Dominus exercituum, relinquent, quod non abscindant, abripiantque: instar illius vineæ illam tractantes, in qua ita tota colligitur vua, vt etiam ij colligantur racemi, qui vel ob incuriā, vel ob ipsorū immaturitatem alioquin relicti fuissent. Imò ita meus tunc succendetur furor, vt illos ad hoc magis instigans, talibus eos affaturus sim, D

1 *Omnibus [b] neruis, singulosque reliquiarum Israel veluti omnimodâ racematione colligite, vt & quasi sub torculari, vel captiuitate, vel necibus premantur.* E

b Conuerte manū tuam quasi vindemiator (seu, Conuertimini quasi vindemiās) ad cartallum.

Quin & cuique militum adiiciam, imitare vindemiatorem, qui collectos racemos in canistrum deiicit, sæpius ad illum manum conuertens.

2 *Scrutare & tu exactiùs, & age crudeliùs, si quem vel etiam infima notæ repereris, manus & in illum iniice; ac veluti in torculari eum preme, ad modum auarissimi illius vindemiatoris, qui postquam vniuersos è vinea collegit racemos, eosque in lacum proiecerit premendos, conuertit ad cartallum manum, vt exinde eas quoque premendas desumat vuas, quæ vt conseruarentur alioquin ibi fuerant reconditæ.*

3 *Quique & ad reliqua canistra insuper suas conuertit manus, vt ne vnum quidem vuæ acinum superstitem ibi remanere contingat, quem in sua non premat vindemia.* F

4 *Quod si Chaldæorum Principes mitiùs tecum agentes, vindemiantes duas tribus, reliquias Israel incolume in terra Iuda reliquerint ignobile vulgus, pauperes, vinitores, & agricolas, eo modo, quo, iuxta legis meæ præceptum qui vineam suam vindemiat, colligit quidem vuas, sed vsque ad racemum, qui vel per incuriam, vel propter illius immaturitatem relictus sit. Ipse, vt iis crudelior, eorum dicam exercitui, Redi iterum, & id quoque residuum eorum tolle, gerens te instar eius vindemiatoris, qui pluriēs quaslibet attentiùs inuisit vites, recisisque, & iis pariter, qui relicti fuerant racemis, conuertit manum suam ad cartallum, in quem illos deiicit, vt & in torculari premantur. Adhuc reliqui sunt acini aliquot, quos tu præterijsti, quare iterum mitte manum tuam & ad illos paulatim carpendos, sicut è canistro eximi manu solent vel vuæ, vel siqui alij reconditi sunt fructus.*

c Vsque ad racemū colligent, &c. Cōuerte manū, &c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Hæc dicit *Dominus exercituum*, &c. Legimus in libro Deuteronomij, inter alia præcepta id quoque à Domino mandatum, [a] *Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac Viduæ*, & similiter in libro Leuitici, [b] *Neque in vinea tua racemos. & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes.* Ex his deduci videtur, assumptæ huius in hoc loco similitudinis sensum istum esse, vt per eam Deus prænunciet, seu comminetur, Chaldæos cum duabus tribubus, quæ reliquæ erant in terra Iudæ è toto Israelitico populo, abductis aliis decem in perpetuam captiuitatem ab Assyriis, sese habituras instar eorum, qui in vinea vindemiant: sicut enim isti vuam omnem, quam repererint, colligunt, tametsi, si quid racemorum relictum fuerit despectorum, id minimè colligere curant: Ita & ij deprædabuntur quicquid boni, & preciosi in Ierusalem repererint, & in Iudæa vniuersa: abducentque quotquot poterunt Iudæorum, nobiles in primis omnes, potentes, ac opulentos, haud quaquam solliciti de vili plebe, & pauperibus terræ, sicut legimus facto expletum in lib. 4.[c] Reg. quando, relictis in Iudæa agricolis, & pauperibus, qui terram colerent, vniuersus Iudaicus populus in Babylonem abductus asseritur. 1 1. Sensus. a Deut. 24. 21. b Leuit. 19. 10. E F c 4. Reg. 25. 12.

2 Hunc sensum communiorem apud Antiquiores expositorum reperio, qui particulam (*Vsque*) exclu

exclusiuè sumendam inquiunt, sic præter Hie- A
Hug. Card. ronymum, & quos referam in Appendice, Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, Dionysius, & alij. Nec mihi, prout fieri video à recentioribus, reiiciendum eum arbitror, dum in explicatione nostræ persistimus Vulgatæ. Quinimò vt admodùm probabilem sic illum confirmarem, Primò per id quod ab eodem Domino dictum est supra
a Ier. 4. 27. in vers. 4. [a] *Deserta erit omnis terra, scil. Iudæa, sed tamen consummationem non faciam.* Quod enim ibi simpliciter dixit, idipsum hîc postquam dixit, *Ne fortè ponam te desertã*, &c. vindemiatoris adhibitâ explicat similitudine. Quod confirmo insu- B
per ex aliis locis, in quibus apud Prophetas id eadem Dominus asseruit similitudine, vt Isai. 24.
b Isa. 24. 12. *Relicta* [b] *est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo si pauca oliuæ quæ remanserunt excutientur ex olea, & racemi cùm fuerit finita vindemia.* Vbi ex consequentibus communi omnium consensu patet, fieri sermonem de relictis aliquibus Iudæorum reliquiis, deque eorum conuersione. Qua de re clariùs apud eumdem Isaiam habes.
c Isai. 65. 8. *Hæc* [c] *dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, Ne dissipes istud, quoniam bene- C
dictio est. Sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.* Et apud Abdiam contra Idumæos, qui eadem, quæ & Iudæi à Chaldæis passi sunt.
d Abd. 1. 5. *Si* [d] *fures*, dicit Dominus *introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi?* Quæ ad rem
Franciscus Rib. nostram egregiè ita exponit Franciscus Ribera in suis doctissimis Commentariis, vt prædicens vastitatis magnitudinem inusitatam, hæc habeat. Si fures aut latrones ad te introissent, auferrent quantum vellent, aut quantum sibi sufficere iu- D
dicarent: Sed aliquid tamen tibi reliquissent. Si vindemiatores ad vineas tuas venissent vel à te conducti, vel hostiliter eas depopulassent, quamuis cupidissimi essent, non possent non vel racemum aliquem relinquere, aut neglectum, aut sub foliis latentem. Sed in te longè aliter fiet: Irrumpent Chaldæi, & omnes diuitias tuas scrutabuntur, nihil erit tam occultum, tam absconditum,
Numquid vsurpari solitū pro Numquid non. quod ipsorum oculos, & manus effugiat. Probat autem Ribera hunc prædictorum verborum sensum, tum ex eo quod sæpius & in Sacris, & in prophanis literis particula, *Numquid* vsurpata E
reperitur, pro Numquid non. Vide ipsum eruditè id confirmantem: Tum ex simili nostri Ieremiæ sententia in cap. 49. vbi pariter contra Edom à Chaldæis vastandū vaticinans, hæc quo-
e Iere. 49. 9. que ait, *Si* [e] *vindemiatores venissent super te non reliquissent racemum.* (Quod per interrogationem, inquit legendum est,) *si fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi. Ego verò discoperui Esau, reuelaui abscondita eius.* Quæ postrema verba iis sunt consona, quæ & hîc adhuc in assumpta persistens metaphora subiicit, *Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum*, quibus, vt mox explica- F
bo, significatur, Chaldæos Dei iussu redituros ad omnimodam Iudæorum direptionem, & vastationem.

3 2. Sensus. Ierem. 49. 9. Cæterùm præcitatus Ieremiæ locus capitis 49. cùm iuxta nuper emendatam Vaticanam nostræ Vulgatæ lectionem, sine interrogatione ita legatur. *Si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum.* Pro altera potiùs facit sententia superiori contraria, secundùm quam quod hîc dicitur, (*Vsque ad racemum,*) inclusiuè sumitur, prout apertè patet ex Originalium Hebr. & Sept. lectionibus. Siquidem versio Sept. sic ista habet. *Quia hæc dicit Dominus,*) (Complutensis, & Regia addunt. (*Virtutum,*) quod tamen non habet Codex Vaticanus, (*Racemate, racemate quasi vineam reliquias Israel.*) Hebraicam autem lectionem ita reddunt Pagninus. (*Vindemiator perfectâ vindemiâ, qui remanserunt colligit racemos, ita vt colligendo colligent reliquum Israel,*) Magis ad verbum Regia, (*Sic dixit Dominus exercituum, Racemando racemabunt velut vineam reliquum Israel.*) quomodo & Isidorus Clarius, & Vatablus, qui in suis Adnotat. hisce hæc explicat, *Quasi dicat, vt rustici vineam nobilem non solùm vindemiant, sed etiam racemant: Ita Chaldæi vindemiabunt tribum Iuda, & racemabunt. Hoc est, è tribu Iuda primùm abducent nobiliores, deinde ignobiliores, & pauperiores, vt secundam abductionem vocet racemationem, primam verò vindemiam.* Et quidem, vt bene notat R. Dauid *Kimchi*, Hebraicum nomen עללות *ngoleloth* in Scriptura ponitur sæpe pro Racemis vltimis, qui in vinea post vindemiam relinquuntur. Et quod hîc est verbum עלל *ngalal* significat colligere etiam vltimos, & relictos illos racemos, quod prohibebatur ex lege vindemiantibus Iudæis, quando in præcitatis pro alia sententia locis Leuitici, & Deuteron. iuxta Hebraicam lectionem dicitur, *Vineam tuam non racemabis*, id est vineæ tuæ non colliges racemos post vindemiam, quod optimè ibi expressum est à nostro Interprete. Quamquam, si propria eius verbi spectetur vis, latioris id sit significationis, faciendi, afficiendi, moliendi, pro loci ratione, sæpiusque absolutè in malum, faciendi quod in contemptum sit. Quò reducunt aliqui & ipsam racemandi significationem, quia per illam vinea ita afficitur, vt iam suo ornatu spoliata velut contemptui exponatur.

Iuxta hanc itaque secundam sententiam, quæ 4
communis est recentiorum, & originalibus magis consona: Admodum opportunè Propheta post præcedentia summæ benignitatis Domini verba, *Erudire Ierusalem: Ne fortè recedat anima mea à te: Ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem*: præuidens in spiritu, Iudæos minimè erudiendos, subiicit, Quomodo executioni mandaturus sit Deus id quod iam fuerat comminatus: & quò certior eorumdem pateat effectus, refert ea, vt ab ipsomet Domino, cui exercitus subsunt vniuersi, dicta simul, ac facta. *Ipse enim dixit & facta sunt.* Venient inquit Chaldæi in Iudæam, nihilque è duabus tribubus reliquiis è duodecim tribubus Israel relinquent, quod non abripiant, instar illius vineæ eas tractantes, in qua ita tota colligitur vua, vt vel ij etiam colligantur racemi, qui vel ob incuriam, vel ipsorum immaturitatē alioqui relicti fuissent. Perfectam autem, & cumulatam istam racemationem efficaciùs exprimit eiusdem verbi reduplicatio in Hebr. & Gr. *Racemate*, seu *racemando racemate.*)

Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum. Verba sunt eiusdem Domini exerci- 5
tuum ad Chaldæorum exercitum sibi præsentem. Et quidem iuxta secundam præcedentium expositionem hæc addita sunt ad id ipsum maiori cum emphasi explicandum: Iuxta primam verò nostræ Vulgatæ expositionem, quā & maximè sensui probabilem, his significat Deus, se instigatoris munus aduersùs Iudæos exercituum. Quamuis enim Chaldæi admodùm terribiles essent, relicturi nihilominus erunt, inquit,

inquit, è pauperibus reliquias Israel in Iudæa vinitores, & agricolas, prout relinqui vt plurimum in vindemia solent racemi aliquot, vel absconditi, vel immaturi. At instigabo illos ipse iis terribilior, vt & relictos quoque abripiant, & tollant, nil eorum relinquentes. Pro exacta autem istorum verborum explicatione duo suppono: Primum cartalli nomine, quod est vocabulum Græcum, quodlibet hîc significari canistrum, siue id in quo à vindemiatoribus mittuntur decisi, qui exprimendi sunt racemi, siue etiã illud, in quod eæ reconditæ sunt vuæ, quæ conseruandæ sunt, atque idipsum de Hebraica dicẽdum est voce סלסלות *salsiloth*, quam etsi Hebræorum quidam interpretentur Eleuationes, & Nicolaus de Lyra, iteratas scrutationes, communiori tamen consensu, tum Hebræorum doctorum, tum nostrorum recentiorum, Pagnini, Regiæ, Isidori, Vatabli, & aliorum, canistrum, seu canistra interpretatum reperio. Adeoque nec quidquam in hisce à nostra Vulgata inuenio in eorumdẽ versionibus diuersi. Sicut vix quidquam est & in versione Sept. quæ sic habet, ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ. *Reuertimini*, seu, *Conuertimini quasi vindemians ad cartallum tuum.* Suppono secundò, quod de conuersione ad cartallum dicitur, dupliciter accipi posse, vel vt quid mittatur in cartallum, vel vt quid è cartallo ipso desumatur.

Cartallus quid.

6 His suppositis, dico, Verborum istorum, Conuerte manum tuam quasi, &c. multiplicem esse posse sensum. Quos, ne acta agamus, videre potes explicatos in Paraphrasi. Addamus autem illis & eum quem affert Isidorus Clarius in suis Scholiis super hunc locum. Conuerte iterum manum tuam, & paulatim acinos exime, vt sc. iterum spolies populum, sicut vindemiator, cùm racemat vineam; ac si dicat quis ad hostẽ. Adhuc reliqui sunt acini aliquot, quos tu præteristi, quare iterum mitte manum tuam ad colligendos illos paulatim: sicut è sporta paulatim eximi manu solent vel vuæ, vel pyra, vel oua, &c.

Isid. Clarius.

Antequam hanc primam concludamus Expositionem, vnum hîc minimè prætereundum censeo magni momenti dubium ex mox præexpositis vers. 9. verbis enascens, eiusdemque & solutionem. Quod enim hîc dicitur, nihil in Iudæa reliquum sinendum vel hominum, vel rerum, Chaldæorum exercitu instar exactissimi vindemiatoris sese habente, ei repugnat quod sup. in cap. 5. ab eodem Domino, deque eadem quæ per Chaldæos facienda erat clade, noster retulit Propheta, vbi hæc habuit, *Hæc*[a] *dicit Dominus Deus exercituum, Quia locuti estis, &c. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, &c. Veruntamen*[b] *in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.*

Quomodo iubeat Deus fieri racemationem reliquiarum Israel qui eisdem aliàs pollicitus erat, non facturum illos in cõsummationem.

a Ierem. 5. 14.

b Ierem. 5. 18.

1. Solutio. Porrò dubitationem istam quatuor modis diluerem. Primò, vt quod hîc dicitur non tam de ea asseratur Chaldæorum clade, in qua certum est, haud permissam à Deo omnem Iudæorum consummationem, & racemationem, quàm de extrema illa, quæ vltimò facta iisdem Iudæis est per Romanos, quando in perpetuum Iudæi omnes racemati sunt è Iudaici soli vinea, partim necati, partim in captiuitatem abducti, partimque diuenditi in captiuos, atque in vniuersum terrarum Orbem dispersi.

2. Solutio. Secundò, & meliùs, vt & hîc quoque sermo sit de Chaldæorum clade. Quod tamen hîc de consummata racematione reliquiarum Israel asseritur, intelligatur de reditu Chaldæorum eorumdem aduersùs Ægyptum, & consumptione Iudæorum, qui relicti fuerant in terra Iuda, eóque confugerant, vt infra noster enarrabit Ieremias; quod verò de conuersione dicitur ad cartallum intelligatur de omnimoda deprædatione. Quibus minimè repugnat quod in cap. 5. pollicitus est Deus, Non facturum Iudæos ipsos in consummationem, cùm sat pateat, neutiquam vel illos fuisse consumptos, qui in magno numero ex iis qui ducti sunt in captiuitatem oriundi è Babylone, transactis septuaginta annis, redierunt in Iudæam. Vel tertiò, vt 3. Solutio.
B hoc loco non tam de vniuersis Iudæis sermo sit, quàm de ciuitate, & ciuibus Ierusalem, ad quam in præcedenti vers. 8. dictum fuerat, *Erudire Ierusalem. Ne fortè*, &c. Cùm in citato autem capitis quinti loco in vniuersum de Iudæa locutus Deus sit, ac de Iudaico populo. Quartò demum, 4. Solutio.
quodque mihi arridet magis, id dicerem. Locutionem istam, quæ in hoc vers. 9. à Deo facta est, esse hyperbolicam, qualem sæpissimè reperire est in Scriptura Sacra, cùm quid magnum significatur, & ad maximam eius, quod asseritur, exaggerationem, qualis vel ea est, quæ & huic quo-
C quo pacto assimilatur, & fit à Propheta Michæa in principio capitis septimi. [c] *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.*

c Mich. 7. 1.

Vers. 9.]Hæc dicit Dominus Deus exercituum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA
D
SENSVS MORALES.

SI iuxta sensum illum, quem secundo loco in literæ expositione, vt originalibus Hebr. & Sept. congruentiorem attulimus, ly (*Vsque*) inclusiuè sumatur: aptissimè per hæc Dæmonum explicatur in animam rabies, quando eiusdem animæ sic exposcentibus sceleribus, liberam à Deo in illam sæuiendi habuerint veniam. Nihil enim in ipsa reliquum sinunt vel bonorum operum, vel minimarum reliquiarum bonorum habituum, quod
E non succidant, & deprauatum quoquo modo id reddant. Quod & morali sensu à Domino Iesu significatum crediderim, cùm in Euangelio diceret. [d] *Non relinquent in te lapidem super lapidem.* Et clariùs ab iisdem explicatum est Dæmonibus, cùm id proferrent Psalmi 136. *Exinanite*, [e] *exinanite vsque ad fundamentum in ea*: quod est simile ei, quod & hoc quoque loco iuxta lectionem Hebr. & versionem Sept. aiunt, *Racemater, racemate, seu, Racemando racemate, vt in vinea reliquum Israel.* Dum verò hîc adiicitur. *Conuerte manum tuam vt vindemiator ad cartallum*, id est, etiam ad
F vuas, quæ reconditæ erant in cartallo, vt à vindemia conseruarentur. Ad viuum exprimit, quomodo Diabolus in miseræ animæ vinea, cuius adiit possessionem, fit vindemiator acerrimus, ita vt, nedum omnia eius sibi colligat, vt in infernum ad pressuram deiiciat tormentorum quæcùmque post cordis deprauationem operata est, vt fructificaret morti: Sed & ad illa conuertat manum suam, quæ ab ipsa, cùm in gratia esset, facta sunt opera bona, in Ecclesiæ cartallo recondita, vt in alteram conseruarentur vitam efficiens,

7

Dæmonũ rabies erga animam tanta est, vt, cùm iis permittitur, nil in illa reliquum sinant boni.

d Luc. 19. 44.

e Psal. 136. 7.

Dæmonũ rabies tanta, vt aliquando in animæ damnationẽ conuertant & ea bona, quæ illa egerat cùm esset in gratia.

efficiens, vt quæ mortificata reddita ſunt per A nuper admiſſa crimina iam & ad augmentum infernalis deſeruiant preſſuræ, per illorum diſplicentiam, impellens nimirum eam, vt bonorum quæ in tranſacta admiſit vita, & animo pœniteat, & verbis ingenti cum audientium ſcandalo maledicat.

Opera bona facta in gratiam quomodo deſeruire queāt ad augmentū damnationis.

8

Cæterùm ſi primum iſtius ſententiæ ſequamur ſenſum lectioni noſtræ Vulgatæ maximè congruum, iuxta quem ly (*Vſque ad racemum,*) ſumitur excluſiuè: Colligere ex his primò licet id quod ſæpius obſeruatum eſt diuinæ iuſtitiæ admixtā ſemper in hoc præſertim ſæculo miſe- B ricordiam. Quod Ambroſius conſuetâ ſuâ proſequitur eloquentiâ aliam Domini perpendens ſententiam lib. de Noe & Arca, cap. 15. *Indignatur etiam,* inquit, *Deus peccatis noſtris, ſed non obliuiſcitur pietatis. Minuit ſupplicium, ſed non permittit excidium. Moderatur vindictam, reuocat ſeueritatem,* [a] *Deleturum ſe dicit omnem carnem, non à terra ſed à facie terræ.* Geneſ. 7. *Florem decutit, radicem ſeruat: ſinit vt in profundo ſubſtantiæ virtus maneat humanæ, quæ in ſuperficie laboret, intus paſſibilis perſeueret, immuniſque noxæ ad eorum ſubſtitutionem, qui non ſunt reatu obnoxij, reſeruetur. Pulchrè autem* C *poſuit, Delebo, tamquam literarum apices, qui delentur ſine fraude librorum, & ſine imminutione tabularum: Atramentum deletur, ſed lignum manet. Delentur elementa, vt ſcribantur plerumque meliora. Atramentum tollitur, ſubſtantia non exterminatur.* Sed & ſpecialiùs ſecundo colligere ex hoc ipſo loco poſſumus. Quomodo diuina iuſtitia gradatim erga peccatorem procedat, etiam poſtquam Sathanæ illum dedit. Neque enim illicò permittit, vt Diabolus funditus eum perdat, nihil in ipſo reliquum ſinens boni. At poſtquam eidem Sathanæ conceſſit poſſeſſionem animæ, vineæque D illius: tum concedit, vt & illam vindemiet, colligens quicquid illa operatur fructuum mortis, vt in inferorum torculari eos premat, prohibet tamen primò, vt vindemiantes reliquias iſtiuſmodi fructuum, racemum vel illum vnum, qui in eius abſconditus animo reliquus eſt, fidei inquā habitum minimè attingant. Demum verò mirū in modum eiuſdem excreſcentibus ſceleribus Sathanæ nedum permittit, ſed & mandat, vt *Conuertat manum ſuam ad cartallum,* & racemum nimirū fidei ex eius abſcindens corde, perque infidelitatis crimen ipſum deiiciens in cartallum, & in a- E liorum coadunationem ſcelerum, quæ in torculari premenda ſunt æternorum ſuppliciorum. vtque ſatagat, ita illum reddere reprobum, vt vel quas naturaliter is habet bonas inclinationes vnà cum congeſtis ſceleribus deprauatas reddat, illarum in ipſum immittens verecundiam: Eâ planè ratione ſe gerens, quâ auariſſimus vinitor poſt omnimodam vineæ racemationem, poſt deiectionem racemorum in torcular, conuertit inſuper manum ſuam ad cartallum, vt & eos colligat, quos ex racemis ſuperſtites reperit vuæ animos, premendos & ipſos. Quam tamen Dei F iuſſionem intellige iuxta Catholicam Theologiæ doctrinam, quâ aliàs eiuſdem Dei intelligenda docuimus: vel traditionem impiorum in reprobum ſenſum, vel indurationem, & ſimilia, permiſſiuè nimirum: vt quę primò ſimplex dicebatur permiſſio, poſtea ob efficaciam maiorem dicatur & iuſſio.

Iuſtitia diuina ſēper admixta miſericordia in hoc ſæculo. [b] *Ambroſius.*

[c] *Geneſ. 7.*

Iuſtitia diuina quomodo erga peccatorem procedat gradatim.

Fidei habitū non ſinit Deus, vt à peccatore Diabolus illicò auferat.

Fidem ex obſtinati peccatoris corde auferri à Diabolo mandat ſæpe Deus.

Diabolus vt vinitor auariſſimus.

VVLGATÆ.

Verſ. 9.] Hæc dicit Dominus exercituum: vſque ad racemum, &c.

SEPTVAGINTA.

9. ὅτι τάδε λέγει κύριος. καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε ὡς ἄμπελον τὰ κατάλοιπα τοῦ Ἰσραήλ. ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ.

Verſ. 9.] Quia hæc dicit Dominus: Racemate, racemate quaſi vineam, reliquias Iſrael. Conuertimini quaſi vindemiator ad cartallum ſuum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus exercituum: Direptione diripientur, ſicut qui ambulant ad radices vitis, ad vindemiandum reſiduum Iſrael, & adhuc reuertetur plaga tua ad eos, ſicut vindemiator ad caniſtra.* 1

Verſ. 9. *Hæc dicit Dominus,* &c. Hieronymus. *Alij in bonam partem, alij in malam hæc dicta ſuſcipiunt. In bonam partem, Cùm vaſtata fuerit Ieruſalem, reliquiæ ſaluæ fiant. In malam ſic, Ne vnus quidem racemus, & paruus botrus remaneat in vinea: omnia colliguntur: & quodcumque inueneris, inſtar vindemiatoris in cartallum colligito: vt quomodo ille racemos ad torcular, ſic tu captiuos pertrahas in Babylonem.* Refert D autem in textu Hieronymus verſionem Sept. in hunc modum. (*Quia hæc dicit Dominus virtutum: Racemate, racemate quaſi in vinea reliquias Iſrael. Reuertimini quaſi vindemiator in cartallum ſuum.*

Hieronym.

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Iſaiam, ad finem orationis tertiæ, de euerſione Ieruſalem facta per Romanos hæc ſumens ait, *Vbi in Chriſtum impij facti ſunt Iudæi, Romani exercitus vaſtationi, direptionique expoſiti ſunt: vrbes cremantur, omnia eorum bona diripiuntur à victoribus: deinde Romanorum copiis ſubducentibus ſe parum per accedentibus, qui olim direpti ſunt, incurſionem faciunt: vrbes, ac domos per-* E *ueſtigant, & reliquas res compilatas in ſuam quique regionem important. Cuiuſmodi eſt, quod nobis Deus ſignificat voce Prophetæ.* (*Colligite,*) inquiens, (*Colligite quaſi racemos ex vinea, reliquias Iſrael: reuertimini tamquam vindemiator ad caniſtrum ſuum.*)

Cyril. Alex. De Romana ſubuerſione, & captiuitate Iudaici populi.

Procopius item Gazæus in eumdem locum Iſaiæ cap. 4. *Et paſcentur direpti tamquam tauri,* &c. eodem ſenſu, quo & Cyrillus hæc ſumpſiſſe videtur, ad idem enim confirmandum ea citat vt à Deo ſic habita, (*Racemate, racemate inquam quaſi vineam reliquias Iſrael, Conuertite tamquam vindemiator ad cartallum ſuum.*)

Procopius.

F Theodoritus. *Quia non receperunt exhortationem, conuocat hoſtes vindemiatores: quibus præcipit, vt omnes eos colligant perinde ac fructum vineæ.*

Theodorit.

D. Thomas. (*Vſque ad racemum*) *incluſiuè, quia nec racemus relinquatur. Metaphoricè per vineam Iudæos: per racemos homines, per vindemiam captiuitatem ſignificans, ô Chaldæe (conuerte) ſeruat metaphorā, (quaſi vindemiator) collectos racemos in vaſe, quod cartallus dicitur. ponit, vt ad torcular portet. Ita Iudæos in carcere concludas, & in Babylonem ducas, Vel (vſque ad racemos) concluſiuè, quia reliquias populi, id eſt, ruſticos,*

D. Thom.

& viles ibi dimittent (conuerte) & significat reuersionem ipsorum ad terram suam.

Clem. Alexand. *Ad pœnitentiam Deus excitat peccatores.* Gent. Heruet.

Clemens Alex. lib. 1. Pædag. cap. 10. postrema verba vt exhortationem ad pœnitentiam accipiens. *Et ei*, inquit, *qui aberrant dans veniam.* (*Conuertere, conuertere enim ait, sicut qui vindemiat ad canistrum suum. Vides bonum iustitia, quæ consulit moueri ad pænitentiam.*) Super quæ Gentianus Heruetus in Commentario rectè hæc habet. *Pædagogia* A *est etiam exhortari ad pœnitentiam. Ad canistrum autem, seu ad cartallum redire iubet vindemiatores, id est ad memoriam reuocare, quæ prius malè gesta sunt, & de eis dolorem capere, & duci pœnitentiâ.*

Theophilus quoque Antiochenus eodē sensu hæc sumens lib. 3. Comment. suorum in Euangelia, (*Conuertimini*,) inquit, *ad Dominum Deum vestrum, quemadmodum vindemians ad cartallum, & misericordiam consequemini.* Theophil. Ant.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΧΑΛΑΜΑ͂ΣΤΕ, καλαμᾶσθε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν ἐπιτείνει τὴν τιμωρίαν, πάλιν τὸν φόβον. οὐδὲ τῶν λειψάνων φείδομαι φησί. καὶ μὴν ἔλεγεν ἀνωτέρω. ὑπολείπεσθε τὰ || στηρίγματα τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦ κυρίου εἰσί. καὶ πάλιν ἐνταῦθα. καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε. ἐναντιολογεῖ πολλάκις, πρὸς τὸ συμφέρον ἐκείνης, τήν τε ῥαθυμίαν αὐτῶν διεγείρων, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν ἐκκόπτων. [τὰ κατάλοιπα τοῦ Ἰσραήλ.]

|| ἐλλιπήματα εἴληπται.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς μὴ δυνηθέντας, μηδὲ διὰ C μάστιγος ἰαθῆναι. ἐξ ἀνεπιγράφου] καλαμᾶσθαι ἐστὶ, τὸ ὀπίσω τῶν θεριζόντων συλλέγειν τοὺς ἐκπίπτοντας στάχυας, ὡς μηδὲν ὑπολείπεσθαι. τὴν ἐρημίαν οὖν τῆς Ἰουδαίας δηλοῖ, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς πόλεως. καὶ ὁ Ἡσαΐας δὲ φησί. ὃν τρόπον ἐὰν καλαμήσῃ τε ἐλαίαν, οὕτως καλαμήσονται αὐτούς. τῇ δὲ μεταφορᾷ τούτων ἐμμένων, ἐκκόψατε φησὶ τὰ ξύλα αὐτῆς. τοὺς ἀνθρώπους δηλῶν, ἢ καὶ τὰς πόλεις τὰς φερούσας αὐτοὺς, ἐν τάξει καρπῶν. δυνατὸν δὲ καὶ ἐπὶ δενδροτομίας εἰρῆσθαι τῆς χώρας.

[ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον D αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, ἀπόθεσθε οἴκοι τὰ λείψανα.

B Vers. 9. RACEMATE, racemate, &c.) 5

Chrysostomi.] *Rursus auget pœnas, & rursus metum. Nec reliquiis parcam, ait, & tamen supra dixerat, Relinquite Israelis fulcra, quia Domini sunt, at verò hic, Racemate, Racemate. Sibi ipsi sæpe pugnantia loquitur ad ipsius vtilitatem, desidiam ipsorum excitans desperationemque depellens.*

Chrysost. *Hominis vtilitati prospiciēs Deus frequenter sibi inuicem contraria loquitur.*

(*Reliquias Israel.*)

Olympiodori.] *Qui nec flagellis ipsis curari potuerunt.* Olympiod.

Incerti:] καλαμᾶσθαι *racemare, est aristas quæ messores effugerunt, ita vt nihil relinquatur, colligere: desolationem igitur Iudææ, ipsiusque ciuitatis significat, & Isaias* [a] *dicit, eâ ratione, quâ racemabitis oliuam, sic ipsos racemabunt, in metaphora verò horum persistens, cædite inquit ligna ipsius, homines denotans, vel & vrbes, eos instar fructuum procreantes. Potest autem & de agri populatione intelligi dictum.*

Incertus. *Racemationis metaphorâ designata Iudæorum desolatio.* a Isai. 24. 13. *Hominum excisio designata per lignorum excisionē.*

(*Conuertimini, quasi vindemiator ad cartallum suum.*)

Chrysostomi.] *Hoc est, deponite domi reliquias.* Chrysost.

Vers. 9.] Cui loquar? & quem contestabor vt audiat? ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: & non suscipient illud.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 EO populus meus deductus est peruersitatis, vt vix quempiam reperire in illo queam, cui tutò & vtiliter loquar.

a *Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? seu super quē loquar? & super quē contestabor, & audiet?*

Sanè id maximè mihi est in optatis, vt vel quis ex ipso exhibeatur, cui meis prodesse possem verbis: & loquendo quippe illum docerem; & quò meis proficeret ex verbis, omni quâ nossem illum contestarer ratione, rogando, testimonia quæ opus sit, adhibendo, protestando de imminentibus alioquin suppliciis: obtestando cælum, ac terram, nec non & Deum; atque ipsummet adiurando.

2

3 *Sed cùm sæpius locutus, & contestatus, cum acerbissima, quæ toti Iudaicæ regioni instant, protestatus supplicia auditus minimè sim, iam non est, vt amplius loquar, & contester, aut obtester aliquem.*

4 *Non inuenio modum, & rationem, qua cum populo* E *isto agere efficaciter valeam. Cuius enim vtar verbis? cuius testimonio meam cohortationem, vt Iudæi auditu eam percipiant? Super Dominum Deum exercituum huiusque locutus sum, eiusdem & testimonio vsus, & verbis, ad omnem ferè sententiam inculcans. Hæc dicit Dominus Deus: super quem amodò loquar, & contestabor, & audient?*

Haud me contempsêre, sed Deum ipsum, qui & indignatus quòd cùm populum istum sæpius allocutus, summoque amore exhibitione legis, Sanctorumque Prophetarum, qui eum de illa plenius instruerent prosecutus, ab ipso auditus minimè fuerit, instar hominis furore commoti hæc habuisse visus est. 5 F

Ut quid tempus in isto edocendo populo conteri patior? Cui iam loquar? Non docebo ampliùs temporibus hisce pessimis Iudæorum quemquam, nec audire faciam legis meæ verba. Siquidem [d] *duro obice suas ita obturatas habent aures, vt audire nequaquam valeant, si ipsas circunciderent, obicem eum auferentes, quòd meâ adiuti gratiâ, quæ illis minimè deficit, efficere possent, si vellent audirent profectò quæ eis suggererem: At ex obstinata suamet voluntate incircuncisi esse perseuerant auribus, haud ergo sperandum quod audituri sint.*[c] 6

b *Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt, seu. & non poterunt ad attendendum.*

c *Ecce verbū Domini factū est eis in opprobrium.*

Præsertim cùm & in id deuenerint, vt verbum meum audire probro ducant, & in opprobriū sibi obiici existi 11

existiment; si aures ad illud porrigere [illegible] à quoquam: Quinimò ipsimet quicquid meorum [illegible] audire contigerit verborum, & sermonibus, & factis infectantur pro viribus, derisui id habentes, eidemque palàm exprobrantes. Quâ [a] ergo ratione id suscipient ambabus affectus, & intellectus manibus?

a Et non suscipient, (seu non volet illud.)

Qui fieri potest, vt ex illo proficiant, si ipsum minimè voluerint? si cum animi alacritate & cum desiderio id non admiserint? si ita in illo non complacuerint, sicque affecti in id non sint, vt delectentur in ipso?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

CVI loquar? &c. Cùm tanta, quanta hucusque vidimus in hoc cap. 6. vel propriis, vel Dei verbis Propheta pronunciarit grauia, quæ & ciuitati Ierusalem, & toti Iudaico imminebant populo: ex obfirmata Iudæorum perseuerantia in malitia, atque in delictis, propter quæ illa omnia obuentura significarat, intelligens se suis apud illos nihil proficere monitionibus, primò ostendit, sibi id maximè esse in optatis, vt vel aliquis in toto illo populo reperiretur, cui proficua sua essent monita, quæ ingenti cum efficacia, maximáque proferre vellet cum charitate.

Cōcionatores sancti quàm optent suis apud aliquos prodesse prædicationibus. Concionator bonus quomodo cum fructu contestetur auditores.

Cui loquar? inquiens, *& quem contestabor, vt audiat?* Ac si dicat: Vtinam quem reperirem cui meis prodesse possem verbis. Sanè & loquendo, illum docerem & quò me audiret, omni quâ nossem, & possem illum contestarer, & adiurarem ratione. Iuxta quem sensum verbum (*contestabor*) pro obtestabor desumitur, iuxta vim Hebraici verbi אעידה *anghidah*, quod significat monere cum omni efficacia, nimirum & rogando, & testimonia, quæ opus sit, adhibendo, & protestando de imminentibus alioquin suppliciis, & obtestando vel cælum, & terram, vel Deum quoque: vel ipsummet, quem alloquimur, adiurando: hæc enim omnia prædictum significat verbum Hebraicum.

2
2. Sensus. Cōcionatores sācti aliquādo melius cēsent non prædicare aliquibus.

Secundò, & aptiùs antecedentibus, & subsequentibus contrario potiùs hæc sensu, vt verbis hisce significet Propheta, sibi id tandem statutum, vt non ampliùs inaniter Iudaicum alloqueretur, moneretque populum, & quæ ei parata essent denunciaret supplicia. (*Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat?*) Ac si dicat, sæpius locutus sum: contestatus sum pluriès, nec auditus sum, iam non est, vt ampliùs loquar, & contester aliquem, vt audiat. Bene autem duo adhibuit verba. (*Cui loquar? & quem contestabor?*) In suis quippe vaticiniis, & monitionibus duobus vti consueuit locutionis generibus, altero, quo semet exhibuit loquentem: altero autem efficaciori, quo non tam se, quàm Deum ipsum protulit dicentem, quando tam frequenter in suis præposuit sermonibus. (*Hæc dicit Dominus*) quod significat, addens (*& quem contestabor?*) Quamquam verbum istud hoc loco non solùm significet, loqui cum Dei testificatione: Sed & adhibitam designat protestationem malorum: hæc enim ambo à Sancto Propheta in iis præstita vidimus, quæ mox præcesserunt. *Hæc dicit Dominus exercituum. Vsque ad racemum colligent reliquias Israel*, &c. Cui sensui consona sunt, quæ illicò in sequenti subiicit versu. *Idcirco furore Domini plenus sum*, &c. Confirmari potest hic insuper sensus ex Hebraica lectione, in qua quod in principio est עַל־מִי *ngal mi*, commodè reddes, (*Ad-*

Propheta duobus modis loquebātur, vel in propria persona, vel Dei testimonio.

Contestandi verbum pro testificari, & pro protestari.

A *uersùs quem loquar*, &c.) vt sit sermo de comminationibus, quas in aërem a se fieri animaduertebat Ieremias.

Tametsi cùm & aliter idipsum עַל־מִי *nghal mi*, sic verti queat, prout & vertit Interpres Regiæ. (*Super quem loquar?* &c.) tertius istorum suggeratur sensus, vt in his Propheta significet, nescire iam rationem, quâ cum Iudaico populo agere efficaciter possit, cùm illa, quam hucusque seruarat, & quæ efficacissima est omnium, insufficiens extiterit. Ac si dicat. Super Dominum Deum exercituum hucusque locutus sum, eiusdem & B testimonio vsus sum, & verbis. Super quem amodò loquar, & contestabor (*& audient*) (sic est Hebr.) id est cuiusnam verbis, cuius & testimonio meam corroborabo orationem, & Iudæi auditu eam percipient, roburque ea apud illos habebit? Verba quippe & testimonium Dei iam floccifaciunt. *Ecce verbum Domini factum est eis*, &c. 3. Sensus.

3
Quartò demum hæc accipi possunt sensu, qui mihi & maximè placet, vt idemmet Deus qui in præcedētibus versibus locutus est, vel ad Ierusalem, dicens, *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat* C *anima mea à te*, &c. Vel ad Chaldæos, *Vsque ad racemum*, &c. *Conuerte manum tuam ad cartallum*: nunc secum ipse, vel toti hæc habent mundo, de Iudaico conquerens populo, quem tamdiu, tantoque studio inaniter suam sanctam edocuit legem. Quem sensum suggerit mihi verbum contestandi. (*Cui loquar? & quem contestabor?*) Quod de doctrina, & monitione vsurpare aliàs consueuit idem Deus sæpius, quæ vel legis sit, vel ad legem directa, iuxta illud Psalmi 80. [a] *Audi populus meus, & contestabor te.* Vnde Paulus eodem sensu idem verbum tribuens Spiritui sancto in D epistola ad Hebræos, ait, [b] (*contestatur autem nos, & Spiritus sanctus.* Subdens pollicitationem Dei factam de noua lege scribenda in cordibus. Nemo autem est qui nesciat, diuinam legem in Scripturis appellatam testimonium, vt Psalm. 18. [c] *Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele*, &c. sicut & eiusdem legis mādata dicuntur testimonia, Psalm. 98. [d] *Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.* Et præcipere, admonere, atque docere ipsa præcepta, testificari dicitur. Deuter. 32. [e] *Ponite corda vestra in omnia verba hæc, quæ ego testificor vobis ho-* E *die*, &c. & lib. 4. Reg. cap. 17. [f] *Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium, dicentium, Reuertimini à viis*, &c. 4. Sensus.

Contestari aliquem est illum legis doctrinā instruere.
a Psal. 80. 9.
b Hebr. 10. 10.
Lex Dei appellata testimonium.
c Psal. 18. 8.
d Psal 98. 7.
e Deut. 32. 46.
Testificari pro præcipere, monere, & docere diuinam legem.
f 4. Reg 14. 17.

4
Verbi sui doctrinam non exhibet Deus incapacibus, & derisoribus illius.

Iuxta hunc itaque quartum sensum crediderim quod hîc à Domino dicitur, ei esse simile, quod idem Deus in cap. 28. Isaiæ per eum Prophetam de se aduersùs item Iudæos sic dici curauit. [g] *Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus.* Ac si dicatur: ad quid iam Deus tantâ sedu- F litate curabit, vt Iudæi de suæ sanctæ legis instruantur scientia, vtque sua eis prædicentur verba, atque mandata? Illos certè non docebit, quos eorum incapaces, instar puerorum, qui mox ablactati, & auulsi sint ab vberibus, quin & derisores expertus est. Vnde subditur, *Quia manda, remanda*, id est, Subsannantes enim legis Dei doctrinam, dicere solent, (vt exponit Hieronymus) Manda, remanda, id est, præcipe, impera quæ facere debeamus: & ex persona Prophetarum ludentes dicere, *Expecta, reexpecta, expecta, reexpecta*, id est expecta paulisper, expecta modicum,

f Isa. 28. 9.

cum, venient quæ futura prædiximus, *Modicum ibi, modicum ibi.* Hoc ipsum igitur & hic sibi vult Deus, cùm ait. *(Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat?)* Ac si dicat, Non docebo iam quemquam Iudæorum nec audire faciam verbum legis meæ: affertque rationem, *(Ecce incircuncisæ aures eorum,* &c. *Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium,* &c.) Quoad lectionum varietatem in versione Sept. ita hæc habentur, *(Ad quem loquar, & contestabor?)* (Sic Codex Vaticanus, cum Complutensi, & Regia, *(Et contestor)* & *audiet*? Hebraicum textum sic reddunt Pagninus, *(Cui loquar, & quem monebo, & audient?)* Vatablus. *(Quem alloquar, aut contestabor, vt audiant?)*

Verba Dei inaniter prædicantur, cùm auditores vel illis obicē ponunt, vel illa reiiciunt eis resistentes.

5 *(Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt.)* Duæ afferuntur rationes, (siue Deus, siue Propheta sit qui loquatur, quibus Iudæi palàm faciunt, inaniter sibi vel sana monita, vel diuinæ legis doctrinam, vel diuinarum comminationum fieri vaticinia, altera ex eo, quem obiiciunt, obice: altera, ex resistentia, quâ verbum Dei quo prædicta omnia continentur, vt contemptibile reiiciunt, quas duas rationes attulit & Stephanus in Actis Apostolorum contra Iudæos pariter, quando ipso illis loquente, continuerant aures suas, & impetum fecerant in eum, dicens,[a] *Durâ ceruice, & incircuncisis cordibus, & auribus.* En rationem primam. *Vos semper Spiritui sancto resistitis.* En secundam. Primam itaque rationem obstinationis, & indurationis hæc designant. *(Ecce incircuncisæ aures, & audire non possunt.)* Quid sit incircuncisa auris sat ex iis colliges, quæ dicta sunt supra in Expositione vers. 4. capitis quarti: tantumdem est, ac duro obturata obice; quâ certè obturatione, & incircuncisione perdurante, necessariò infertur id quod mox adiicitur. *(Et audire non possunt.)* Quod tamen adiectū haud simpliciter necessarium asserendum est, sed (vt aiunt Scholastici,) necessarium ex suppositione, quo arbitrij libertas minimè læditur; potuissent quippe audire, si, diuinâ adiuti gratiâ, quam illis sufficienter minimè denegabat Deus, suas ipsas circuncidissent aures, & obicem auferre voluissent obduratæ obdurationis. Quapropter cùm dicuntur audire non posse, indurata eorum significatur malitia, quâ ita quodammodo comprimebantur, vt ferè illius tyrannidem superare nequirent; atque adeo impossibilitas ista, pro maxima hic sumitur difficultate quomodo Matt. 12. iisdem Iudæis dicente Iesu.[b] *Quomodo potestis loqui bona, cùm sitis mali?* Quod enim abhorremus, facere non posse dicimus.

a Act.7.51. *Auris incircuncisa dicitur, quæ per obstinationem obturata est.*

Verbi Dei audiendi impossibilitas est ab iis, qui culpâ propriâ incircuncisas, & obturatas habent aures. Impossibilitas pro maxima difficultate.

b Matth. 12.

6 In lectione Hebraica duo sunt quæ notentur circa hæc, Primum, in futuro sic haberi. *(Et non poterunt attendere,)* vt Pagninus vertit, & Regia seu *(aduertere)* vt Vatablus, aut propriùs. *(Et non poterunt ad attendendum,)* quo magis exprimitur inemendabilis Iudæorum malitia, quâ ita opprimi se siuerant, vt per illam ablata eis videretur potentia ad arrigendas aures rectà monenti. Istam autem impotentiam ab ipsa eorum esse voluntate Hebraicum indicat verbum קשב *kasciab*, cuius proprius significatus est intendere animum, & aures cum gestu videlicet arrectionis aurium, quem tunc exhibere solemus, cùm quid bene percipere volumus. Sed & id quoque animaduertendum, non in plurali vt in vulgata, & in versione Sept. Sed in singulari Hebraicè sic haberi. *(Ecce incircuncisa auris eorum,)* quod etsi modici videatur momenti, cùm singulare pro

A plurali positum dici queat, dat tamen occasionem philosophandi, vt in morali videre est expositione.

Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium. Duobus modis hæc accipi possunt, vel quòd eò auctior reddita sit Iudæorum impotentia ad audiendum rectà monentem, atque ad arrigendas aures, & intendendum bene suadenti: quia id probro ducerent, atque adeo in opprobrium sibi obiici verbum Domini existimarent: quod vtinam non videremus & nostris hisce contingere temporibus in plerisque ita deprauatis, qui
B conciones audire dedignantur, idque & probro ducunt, & in opprobrium iis qui eas audierint obiiciunt prout & de reliquis bonis operibus à similis farinæ hominibus fieri solitum significauit Dauid in Psalm. 68. 11. dicens, *Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Quod & sibi quoque contigisse Ieremias, cùm vaticinaretur, dicet infra in cap. 20. Et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum totâ die.* Sicque ly, *(Eis)* passiuè desumetur. Meliùs tamen actiuè id sumes, vt secunda hîc afferatur
C ratio, quâ iidem Iudæi significabant, frustra ipsis exhiberi diuina verba, vt in præcedentium explicatione notatum est: quia nimirum & verbis, & factis verbum Domini qualecumque id ipsis porrigeretur, opprobriis insectarentur pro viribus, derisui illud habentes, eidemque exprobrantes, frequentissima namque ista est Sacrarum literarum phrasis, fieri opprobrium alicui, pro ab illo probro affici, & derisui, sic Psalm. 43.[c] *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum iis, qui sunt in circuitu nostro.* sic Psal. 88.[d] *facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio, &*
D *illusio iis, qui in circuitu nostro sunt.* Et Hebraicum quod hîc est nomen חרפה *hherpa*, sicut & verbum חרף *hharap*, non solùm verbale significat conuicium, ac probrum, sed & id quod facto exhibetur, quodcumque illud sit, vt bene notat Franciscus Forerius in illud capitis quarti Isaiæ,[e] *Aufer opprobrium nostrum*, Et quidem quod linguis suis probro diuinum habuerit verbum, sat ex superiùs relato patet Isaiæ loco, quod id illudentes dicebant, *Manda, remanda*, &c. quo autem & indignissimis, acerrimisque illud ipsum & insectati sint factis, iuges contestatur persecutio-
E nes, necesque Sanctorum Prophetarum eiusdem verbi Dei præconum, eæque in primis, quibus Ieremiam nostrum prosecuti sunt, vt in sequentibus capitibus ipsemet exponet.

7 *Verba Dei audire aliqui probro ducūt.*

Verbum Dei opprobrio afficitur, & irridetur ab impiis.

Opprobrium fieri alicui est ab illis affici opprobrio.

c Psa.43.14.

d Psa.78.4.

Opprobrium non solùm verbis sed & factis infertur.

e Isai.4.1.

(Et non suscipient illud.) Aptè hæc subintulit, nam alioquin allata ratio non inferret efficaciter, inaniter effundendum sermonem, qui Iudæis fieret vel doctrinæ, vel adhortationis, vel vaticiniorum. Contingit enim plerunque, vt cuipiam verbum Dei sit maximè proficuum, quādo illud susceperit, tametsi is ipse primò id probro sit insectatus. Et bene nota, quòd non dici-
F tur simpliciter, *(& non audiet illud)* siquidem neque per id efficax fuisset ratio. Audiunt complures verbum Dei, vt illi exprobrent, derideantque. Sed, *(& non suscipient illud,)* quasi ambabus videlicet manibus id arctè non apprehendentes, intellectu, & affectu. Quod expresserunt apertè Sept. *(Et non volent illud,)* hæc est enim melior eorum lectio Codicis Vaticani, quàm altera Codicum Complutensis, ac Regij, *(Et non volent illud audire.)* Quid sit autem velle verbum Dei ex eo intelliges, quod de Beato illo timente Deum in

8 *Verbū Dei ut sit proficuum nedū audiendum, sed & suscipiendum intellectu & affectu.*

Verba Dei velle, est illa suscipere cum animi alacritate, cū desiderio, & cum delectatione.

a Pſa.111.1.

in Pſalmo 3. ait Vates Regius, [a] *In mandatis eius volet nimis*, alacritate nimirum animi, ingentique deſiderio illa ſuſcipiens: vnde idem Græcum verbum *θελήσει* alia lectio reddit, *Cupit nimis* Clariúſque; & efficaciùs idipſum ſignificat quod hîc in Hebræo eſt verbum חפץ *hhaphatz*, ita velle ſignificans, vt affectum, & acceptationem includat & quando conſtruitur cum præpoſitione ב *beth*, id eſt, In, prout hoc loco ſignificans beneplacitum habere, ſibi complacere, & voluptatem capere. (*Et non volent in eo*) hîc vertunt Pagninus, & Regia. Vatablus verò. (*Non delectantur in illo.*)

Verſ. 10.] Cui loquar, & quem conteſtabor, vt audiat? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9
Prædicator bonus tria ſibi proponere debet.

TRIA ex hoc loco colligere eſt, quæ proponere ſibi quiſque debet munus aggreſſurus prædicationis. Primum, vt haud alium ſibi præfigat finem, quàm vt ad Dei gloriam ab auditoribus cũ fructu audiatur, id enim audiendi verbum hîc ſignificare nemo eſt qui dubitet, cùm id & ex cõſequentibus, & ex Sacrarum literarum ſat pateat conſuetudine; de qua pluribus in expoſitione verſ. 20. capitis quinti. Neque enim ad id attendendum, vt externis dumtaxat auribus prædicatio cum delectatione audiatur: Quin potiùs dũmodo fructus ſperetur, & ea ſunt prædicanda quæ ingrata, & importuna iſtiuſmodi futura videantur auribus, iuxta illud Apoſtoli. [a] *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè.* Quò autem hac ratione faciliùs, tutiuſque audiatur, operæ precium eſt, vt & loquatur, & conteſtetur iis à quibus audiri contendit: tametſi ex quorumdam auditorum obſtinatâ peruerſitate nonnumquam contingat, illum nec ſi hæc duo adhibuerit, audiri: prout ſibi contigiſſe noſter modò ſignificat Propheta, prout & primo Sanctorum Prædicatorum exemplari ſibi eueniſſe aſſerit Ieſus in Euangelio, dicens, [b] *Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.* Locutio fit per exhibitionem doctrinæ fidei, ac morum: iuxta illud Pauli, *Argue*, [c] *obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina:* Conteſtatio verò eidem locutioni coniungitur per teſtimonium bonorum operum quod idem Apoſtolus & Timotheo ſignificauit, & Tito, dicens, [d] *Præcipe hæc, & doce: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*: Quod certè eueniſſet, ſi abſque conteſtatione locutus dumtaxat fuiſſet. *Sed exemplum eſto fidelium in verbo*, quod ſcilicet extra actum emittitur prædicationis, vnde ſubiicit, *In conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.* Et, [e] *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes vt ſobrij ſint*, &c. *In* [f] *omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.*

a Tim.4.2. *Prædicator & verbo loqui, & opere conteſtari debet, vt fructum faciat.*
b Ioan. 10. 25.
c 2. Tim.4. 2.
d 1. Timot. 4. 12.
e Tit. 2.1.
f Tit. 2. 7.

10
Plutarchus. *Aurium obturatio duplex, altera damnabilis, altera commendabilis.*

(*Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt.*) *Xenocrates*, vt ait Plutarchus lib. de Auditione, *aurium munimenta pueris potius quàm athletis applicari iubebat, quod horum aures verberibus, illorum mores verbis peruerterentur.* Dominus autem hoc loco non ſimpliciter obturatas, ſed incircunciſas aſſerit aures, ſpiritualia monita, ſanam-

A que doctrinam minimè admittentium, indicans, haud quamlibet aurium improbandam obturationem, ſed eam dumtaxat, quæ carnea ſit, atque adeo & circunciſionem quoquo pacto ſubire poteſt. Eſt quippe & obturatio altera aurium, quã vt maximè commendabilem, maximeque neceſſariam cuique fidelium adhibendam Sacræ præcipiunt paginæ, quæ nimirum ſpinarum fit ſepe, iuxta illud Eccleſiaſt. [g] *Sepi aures tuas ſpinis.* Quod ita metaphoricè eſt ſumendum, vt ſignificetur, ita noſtras à nobis cuſtodiendas aures, vt ſpiritualia, quæ ex Deo ſunt, & ad animæ ſpectant
B ſalutem penetrare in illas queant, non autẽ quæ craſſiora ſunt, & terrena, vel in proximi vergunt detrimentum. Nemo eſt enim qui neſciat, ſpinarum ſepe haudquaquam arceri ſpiritum à loco, qui ipsâ circundatus ſit: Et è contra ſat patet, ab eodem loco ea quæ craſſiora ſunt per illam repelli. Et quidem, ſi fieri poſſet, vt re ipsâ aures ſpinis ſepirentur, per duriora auditus obiecta ſepis illa, quâ arcentur, impelleretur, ita vt aures ſpinarum eius compungerentur aculeis. Hocque illud eſt, quod eâ ſubindicatur ſepis metaphorâ, vt non ſolùm talia non audiamus, ſed &
C illos à nobis longè propulſemus, ex quorum ore iſtiuſmodi emittuntur auditus obiecta, ne videlicet vel violentia aliqua illata peccatorum aculeis noſtræ delicatæ compungantur aures.

Aurium obturatio ſepe ſpinarũ quomodo fiat.
g Eccleſ.28. 28.
Auditus quomodo ben cuſtodiendus.

11
Aurium incircuncifio quid.

Cæterùm plerique fidelium, iſtâ perutili ſepe neglectâ, incircunciſos auribus ſe potiùs ſeruant, carnis obice ſpiritualibus verbis obturatas illas habentes, quos Paulus meritò carnales, animaleſque homines appellat, dicens, [h] *Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: Cùm enim ſit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?*
D Et alibi [i] *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.* Clariúſque idem magis ad rem noſtram, in epiſtola ſecunda ad Timoth. quoddam veluti commentũ his, quæ præ manibus habemus cõtexens, primum explicat quod hîc aſſeritur, (*Et* [k] *audire non poterunt*, inquiens, *Erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt*, veluti rem adeo ſibi grauem, & oneroſam, vt ſuper obturatas ſuas ferre illam nequeat. Tum declarans, quâ ratione ipſas obturatas habituri ſint aures, quod per hæc exprimit Propheta, (*Ecce incircumciſæ aures eorum:*) ſubiicit, *Sed ad ſua deſideria coacer-*
E *uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus.* circa quæ notandum, ex textu Græco manifeſtè colligi participium, *prurientes*, recti, non accuſatiui eſſe caſus, adeóque neutiquam referendum ad magiſtros, ſed ad illos qui ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, quique audire non poſſunt, & incircunciſi ſunt auribus, ob corruptæ carnis affectũ, quem ſuper ipſas retinent, prout ſupra explicatum eſt; quam aurium incircunciſionem ad viuum expreſſit Apoſtolus, tum per id quod ait, *Et ad ſua deſideria* (nota) *coacervabunt ſibi magiſtros:* tum per id quod ſubiicit, *prurientes auribus*: pruri-
F tus namque in carne eſſe ſolet, in qua aliquid ſit vel corruptionis, vel malè affecti, prout obſeruare eſt in ea carnis parte, quæ ſcabioſa ſit, & propter pruritum ipſum iucundè ſcalpitur, poſtmodúmque dolore afficitur. Ecquæ verò ea eſt caro propter cuius pruritum aures dicuntur prurientes, niſi ille corruptionis affectus, quo carnales homines obturatas ſuas habent aures, & incircunciſas propterea dictas: propter quem carnalem affectum iidem quærunt, qui ſibi adblandiantur, leniterque ſcalpant, ſibique placentia

h 1.Cor.3.1
i 1 Cor.2.4. *Auribus incircuncifis quàm oneroſum ſit verbum Dei.*
k 2.Tim.4.3.
Aurium pruritus eſt ex affectu carnali corrupto, ſicut membri pruritus eſt ex corrupto humorè, qui in illius eſt carne.

loquantur. Talia siquidem quasi iucunda audiut titillatione, quam postea vulnus sequitur animæ; cùm è vestigio quæ veram eis afferrent salutem, audire non sinantur verba Dei, prout addit Paulus, *Et a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

Audire verbum Dei cum fructu est signum fidelitatis, sicut erat antiquitus Circuncisio præputij.

O quàm bene Iesus in Euangelio hoc vnum tutissimu dedit signum, quo dignosci vnusquisque debeat, An verè sit de populo Dei,[a] *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Ex Circuncisione præputij ante Christi obitum dignoscebatur quis de Dei populo esset, & fidelis: cùm [b] *pater fidelium omnium Abraham*, iuxta Apostoli dictum *signum acceperit Circuncisionis signaculum iustitiæ fidei*: adeóque infideles, & qui de populo Dei minimè essent, ignominioso vocabulo appellabantur incircuncisi. Multo sanè maiori nobis ducere debemus probro, si contingat, vt appellandi simus incircuncisi auribus, quandoquidem tantumdem id sit, ac si diceremur infideles, & qui non simus de populo Dei, prout bene intulit vbi supra Iesus addens. [c] *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*: & alibi,[d] *Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, oues meæ vocem meam audiunt.*

a Ioan. 8.47.
b Rom. 4.11.
c Ioan. 8.47.
d Ioa. 10.26.

12 *Auribus incircuncisi reiiciunt à se verbum Dei.*

(*Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.*) Sicut qui de Dei sunt populo auribus circumcisi, vt explicatum est, ita Dei audiut verbum, vt ad illud affecti id & laudibus celebrent, & vt rem sibi præ omnibus charam in cordium suorum admittant penetralia. Ita è vestigio qui incircumcisas habent aures, nedum audire nequeunt, sed & cum contemptu, probróque idem à se reiiciunt verbum. Sic & in lib. Ecclesi. legimus, [e] *Verbum sapiens quodcumque audierit sciens laudabit, & ad se adiiciet. Audiuit luxuriosus.* (Græcè σπαταλῶν propriè *intemperanter & deliciosè viuens*, quem ab Apostolo hominem carnalem, seu animalem dictum vidimus,) *& displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum*, quomodo scilicet ea proiici solent, quæ contemptui habentur. Hocque crediderim à Salomone,[f] dictum deuenisse in profundum malorum, cùm non suscipitur verbum Dei, & insuper id cum derisione, probroque contemnitur. Vnde in libro Prouerbiorũ cùm dixisset,[g] *Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius*, subiicit. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit.* Quid contemnit? sanam doctrinam, salubria consilia, rectè suadentium monita, diuinas inspirationes, probro enim, derisuque omne prosequitur Dei verbum, prout in Euangelio factum legimus ab auaris Pharisæis, cùm, dicente Domino, [h] *Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet: Non potestis Deo seruire, & Mammonæ*, subiicit Euangelista. *Audiebant* [i] *autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum.*

e Ecclesi. 21. 18.
f Prou. 18.3. *Verbum Dei non suscipere est deuenisse in profundum malorum.*
g Prou. 18.2.
h Luc. 16.13.
i Luc. 16.14.

13 *Verbi Dei derisio est profundum peccatorum.*

Vis & id probem, quòd istiusmodi contemptus, & derisio verbi Dei sit profundum peccatorum? Audi Regium Vatem ipsos peccatorum enumerantem gradus, [k] *Beatus vir qui non abiit in Consilio impiorum.* En gradus primus, inhærere vestigiis impiorum, & eorum praua sequi consilia. *Et in via peccatorum non stetit.* En secundus gradus, in scelesti iniquorum hominum viuendi ratione per malam confirmari consuetudinem: *Et in Cathedra pestilentiæ*, &, vt ad rem nostram aptiùs ex Hebræo legit Hieronymus, *derisorum non sedit.* Vide gradum profundum, in consortio, & sermocinationibus cum iis, qui verbum Dei derideant?

k Psalm. 1.1.
Hieronym.

A quibus maiorem non est inuenire pestem, sicut nec reperire est pestilentiam, quæ tutiùs inferat mortem, quam ipsa eiusdem verbi Dei derisio. Bene autem illud peccatorum profundum, profundiorque hic impietatis gradus eâ exprimitur phrasi. *In cathedra pestilentiæ*, seu *derisorum sedere*: ij enim, quibus verbum Dei factum est in opprobrium, illis videntur similes, quorum id est studium, vt in suis sedentes consortiis in fabulas quicquid audire contigerit, vertant derisionis: aut iis, qui ad focum sedentes aniles cum risu recitant fabellas: vel illis denique qui ad Comœdiarum fabulas spectãdas sedent, risu, & cachinnationibus ob ea quæ audierint, viderintque, omnia complectentes.

Verbi Dei derisores similes fabulas recitantibus, & spectantibus cum cachinnatione.

14 *Verbi Dei derisores dicuntur ad triplex fabularum genus.*

Quæ fortasse vniuersa subindicare voluit Paulus, cùm in supra citatis verbis diceret [l], *A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quamuis enim ibi Apostolus, de iis propriè loquatur fabulis, quæ præter omnem veritatem tunc potissimùm temporis à Iudæis, & ab Hæreticis confingebantur, quas omnino euitandas Timotheo suasit, dicens,[m] *Ineptias, & aniles fabulas deuita.* Nil tamen prohibet, vt ipsum fabularum nomen generaliùs ibi sumptum dicamus, & pro fabulis derisionis, de quibus sæpius dictum reperimus, [l] esse in prouerbium, & in fabulam Gentibus: & pro iis quæ nec veritatem habent, nec verisimilitudinem, meraque sunt figmenta, de quibus Petrus in secunda sua Catholica, [m] *Non doctas*, id est, doctè, & ingeniosè fictas *fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed*, &c. Et demum pro fabulis, quæ repræsentari solent in Scena. Enimuerò quotquot verbum Dei probro habent, in id certè deueniunt malorum profundi, vt & ad conciones veluti ad Comœdiarum fabulas, vt rideant, & oblectentur, sedeant: & quicquid sibi ex Sacris literis relatum sit minarum iudicij finalis, atque gehennę fictum proclament, irrideantque vt aniles fabulas: & quod omnium est pessimum, ipsa Sacræ Scripturæ verba, atque sententias in Prouerbium, & in fabulam plebi exhibeant subsannanda.

l 1 Tim. 4.4.
m 1. Timot. 4.7.
Fabulæ nomen triplicem significatio.
l Deut. 28. 37.
m 2. Pet. 1.

15 *Verbum Dei non suscipere est & causa, & effectus derisionis eiusdem, honorumque sermonum.*

(*Et non suscipient illud,*) Potuisset dici, (*Et non audient illud,*) prout inferendum videbatur ex eo quod mox dictum fuerat, (*Et audire non poterunt.*) Quia tamen istis verbi Dei derisoribus tunc potissimùm fieri id solet in opprobrium, cùm externis illud audierint auribus, quò pateat vnde eueniat, vt ij miseri in præexpositum veniãt peccatorum profundum, bene sic dictum est, (*Et non suscipient illud,*) futurum pro præterito, quamquam & pro omni tempore sumi id queat; quia hæc non susceptio verbi Dei est & causa derisionis subsequentis, & eius effectus derisionis, quæ ipsam præcedit.

16 *Verbi Dei susceptio triplex, in corde, in anima, & in insitione.*

Vt autem huius susceptionis verbi Dei percipiatur vis, Notandum triplici ratione illam expressam in Sacris reperiri literis, susceptione facta à corde Prouerb. 4.[n] *Suscipiat verba mea cor tuũ.* Susceptione animæ, Ecclesi. 51.[o] *Suscipiat anima vestra disciplinam*, & susceptione in homine, veluti in arbore facta per insitionem Iacobi. 1. *In*[p] *mansuetudine suscipite insitum verbum, quòd potest saluare animas vestras.* Suscipitur à corde Dei verbum, quando ex corde auditur, vt quod cordi sit, & pergratum, quando in corde reconditur, vt iugis super illud sit meditatio. Hæc duo in præcitato primo Psa. Dauid illi tribuit viro certè beato, qui istiusmodi susceptione verbi Dei à tribus

n Prou. 4.4.
o Eccl. 51. 34.
p Iacob. 1. 21.
Verbum Dei suscipitur in corde quando ex corde & gratè auditur.

bus ſibi cauit iniquitatis gradibus, in primiſque A à profundiori, vt mox explicaui, ſic quippe ſententiæ illi, *Et in cathedra peſtilentiæ*, ſeu *deriſorum non ſedit*, immediate ſubiecit, [a] *ſed in lege Domini voluntas*, propriè beneplacitum, & complacentia eius, *& in lege eius meditabitur die ac nocte*.

a Pſalm. 1. 2.

17 Suſcipitur autem idem Dei verbum ab anima, quando inſtar ſeminis id excipitur, quod iactum ſit in terram bonam, iuxta Euangelicam ſeminis parabolam, in qua à Domino dicitur, [b] *Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit, aliud quidem centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud verò* B *trigeſimum*, ſicut enim ſemen idcirco fructificat vberrimè in terra bona, quia ab illa, ſeu in illa id ita ſuſcipitur, vt & abſcondatur, & foueatur, & humefiat: Hæc namque tria & in præcitata ſeminis parabola ſignificata ſunt, ne id vel ab auibus abripiatur, vel à tranſeuntibus conculcetur, vel defectu exareſcat debiti caloris, aut humoris. Ita & in anima, quæ terra bona eſt, optimeque exculta (vt alias probatum eſt) ſic ſuſcipitur verbum Dei, vt & bene intra ipſam ſeruetur abſconditum, ne aduersùs illud quacumque vel minimâ delinquatur ratione, iuxta illud. *In* [c] C *corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi*, & per dilectionis calefiat calorem, in eiuſdem animæ intimis exiſtentem, [d] *Qui enim diligit, legem impleuit*, ait Apoſtolus: [e] *Et mandatum omne in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximū tuum ſicut teipſum.* Vnde verò potiſſimùm eiuſdem verbi in tali terra ſic per dilectionem in interiori ſuo calida fructificatio tam copioſa, niſi ab humore diuinæ gratiæ? Quod ſubindicaſſe crediderim apud Iſaiam Dominum, vbi dixit, [f] *Quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam* D *facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum. Sed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.* Cur enim verbum Dei non reuertitur vacuum, ſed proſperatur, fructum afferens vberem, niſi quia è Dei ore egreſſum, in animam miſſum ſit, cæleſti gratiarum imbre irrigatam, & inebriatam? ad cuius humorem profundas illud in ea mittit radices, iuxta id noſtri Ieremiæ, [g] *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad* E *humorem mittit radices ſuas, & non timebit cùm venerit æſtus*, &c.

Verbum Dei ſuſcipitur ab anima, & in anima, vt ſemen in terra bona.
b Matth. 13. 23.
Simile.
c Pſalm. 118. 11.
d Rom. 13. 8.
e Rom. 13. 9.
Verbi Dei fructificatio in anima eſt à gratia Dei potiſſimùm.
f Iſai. 55. 10.
g Iere. 17. 7.

18 Denique ſuſcipitur ipſum Dei verbum, vt inſitum in rudi, ſilueſtrique arbore: Homines certè quique poſt peccatum ſilueſtres eſſe arbores Sancta in Canticis teſtatur ſponſa, cùm ait, [h] *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios*, inſeritur frugiferæ, ſuauiſque mali ramulus, aut cortex ab animarum agricolis in iſtiuſmodi arbores ex ſemet infrugibiles, vel fructum afferentes amarum, ac mortis, & inſeritur per prædicationē verbi, quod de ore proceſſit diui- F no: Inſitum tamen iſtud à pleriſque minimè ſuſcipitur, prout de iis hoc loco dicitur, qui incircuncisas habent aures, (*Et factum eſt verbum Domini in opprobrium illis, & non ſuſcipient illud.*) Quia ei minimè ſe aptant, ſed quantumlibet immittatur viridum, illico id in ſe aridum reddunt. Ij verò idipſum verè ſuſcipere dicendi ſunt, quibus ita vnitur, ſicut inſitus ramulus arbori vnitur, cui immiſſus coaleſcitque is ſit.

Iacob. 1. 21.
Verbum Dei quomodo ſuſcipi dicatur per inſitionē.
h Cant. 2. 3.

19 Porrò ſicut quando inſitus aliquis eſt coaleſcens, Italicè dicere ſolemus, *egli hà pigliato*, cùm tamen reuera arbor illum in ſe ſuſceperit: In eundem modum, & de inſito quoque verbo, quod in aliquo coaluerit, & ſuſcepiſſe id dici poteſt, & fuiſſe ſuſceptum: ſuſcepiſſe dicitur materialis inſitus, quatenus humorem ſuſcepit arboris, quò & viuit, & creſcit: ſuſceptuſque is ipſe aſſeritur ab arbore, quatenus tota arbor illius ſuſcepit qualitatem, illius naturam, illius denique & formam, in illam penitus transformata. Inſitum pariter Dei verbum ſuſcipere in homine dicitur, in quem inſertum eſt, quatenus præuenientis, & ſæpe etiam coadiuuantis, qui in eodem homine eſt, diuinæ gratiæ ſuſcipit humoremquo, & coaleſcit, & in multiplices ſuos Sanctos creſcit effectus, iuxta illud, [i] *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit*: augmentum enim omne, omnemque vim id habet à gratia, vt oſtenſum eſt ſupra. Re tamen vera & propriùs ab homine ipſo illud dici debet ſuſceptum: quandoquidem homo vim eius in ſe ſuſcipit, eiuſque virtutem, & transformari quodammodo in illud dici poteſt, quatenus ſicut illud diuinum quid eſt, ita per ipſum redditur homo [k] conſors diuinæ naturæ, ſicut illud eſt verbum Chriſti, ita per ipſum eà ratione formatur Chriſtus in homine, vt cum Apoſtolo dicere is queat. *Viuo* [l] *ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*: Sicut illud ſpiritus, & vita eſt, iuxta illud Domini, [m] *Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus & vita ſunt*: ita per ipſum homo redditur ſpiritualis, vt iam non in carne, ſed in ſpiritu ambulet, & qui priùs amariſſimos è ſe protulit fructus operum carnis, fornicationem, immunditiam, &c. quæ enumerat [n] Paulus, iam ſuauiſſimos, atque perpulchros vberrimè profert fructus ſpiritus, quorum catalogum idem proſequitur Apoſtolus. [o]

Simile.
Verbum Dei inſitū in homine & ſuſcipit, & ſuſcipitur.
Verbum Dei inſitū ſuſcipit in anima humorē gratiæ.
i 1. Cor. 3. 6.
Verbum Dei inſitum ſuſcipitur ab anima, eū per illud trāsformatur in Chriſtum.
k 2. Pet. 1. 4.
l Gal. 2. 20.
m Ioa. 6. 64.
n Coloſ. 3. 5.
o Gala. 5. 22.

VVLGATÆ.

Verſ. 10.] Cui loquar? & quem conteſtabor, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρωμαι, καὶ εἰσακούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν καὶ οὐ δυνήσονται ἀκούειν. ἰδοὺ τὸ ῥῆμα κυρίου ἐγένετο αὐτοῖς, εἰς ὀνειδισμόν. οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτό.

Verſ. 10.] Ad quem loquar, & conteſtabor & exaudiet? Ecce incircuncisæ aures eorum, & non poterunt audire. Ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium: non volent illud.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ad quem loquar, & quem conteſtabor, vt ſuſcipiant doctrinam meam? Ecce obturata eſt auris eorum, & non poſſunt audire: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium, eò quòd nolunt illud.* 1

Cui loquar? &c. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 9. vbi plures affert rationes, quibus Deus inſtar boni Pędagogi ſuos erudit filios, *Caſtigatio*, inquit, *eſt vituperatio quæ affert prudentiam. Nec ab hoc quidem pædagogiæ modo abſtinuit, &*

Clem. Alex.
Caſtigationis modus in erudiendo quis propriè ſit.

dicit per Ieremiam. (*Quousque clamabo, & non exaudient?* (Ita ipse hæc legit,) *Ecce aures eorum incircuncisæ*) *ô beatam tolerantiam!* Super quæ Clementis verba in eorumdem Comment. hæc habet Gentianus Heruetus, quæ & hîc describenda censui, cùm maximè ad præsentis loci faciat intelligentiam. *Castigatio pædagogiæ modus Græcè dicitur* φρένωσις ἀπὸ τῶν φρενῶν, *id est, à præcordiis:* φρένες *autem dicitur & prudentia. Vnde etiam Sapiens dicitur cordatus, cuius contrarium est excors, & vecors. A* φρένων *dicitur* φρένωσις, *id est immissio, seu ingeneratio prudentiæ. Id autem fit, quando per asperiorem castigationem amputantur quæ sunt superuacanea, & inutilia. Quibus autem ea sunt amputata ij dicuntur circuncisi: quibus non sunt incircuncisi. Sic à præputij amputatione ad alia traducta est metaphora. Nam & aures dicuntur incircuncisæ, quæ inutilibus, vanisque, & nullius momenti sermonibus, merisque nugis audiendis vacantes, verba Dei non audiunt. Et cor incircuncisum, quod inutilibus, mundanisque, & terrenis inuolutum cogitationibus diuina, & cælestia non cogitat: & eos qui ita se gerunt acriter increpare, & sui officij admonere, vocatur* φρένωσις *quod dicitur castigatio: quoniam qui aures ei prabent patientes, meliores euadunt, & sapientiores.*

Aures incircuncisæ, seu circuncisæ sũt quæ audiunt, aut non audiunt vana & inutilia.

2 Origenes. *Aures circũciduntur cũ solo verbo Dei patere sinuntur.*

Origenes in capit. 3. Epistolæ ad Rom. *Circunciduntur aures, cùm secundùm Salomonis monita, non recipiunt auditionem vanam, & cum oppilantur ne audiant iudicium sanguinis, & cùm sepiuntur spinis, ne audiant obtrectationem, sed vt soli verbo Dei pateant, & his quæ ad ædificationem dicuntur.*

Hieronym. *Aures incircuncisæ sunt quæ non habent intelligentiam diuinorum.*

Hieronymus in Comment. (*Cui loquar?* &c.) *Non possunt audire, quia aures circumcidere noluerũt: nec tamen vacat impossibilitas supplicio, quæ de contemptu, & infidelitate descendit. Si quis ergo Dei verba non suscipit, nec habet præceptorum eius intelligentiam, incircuncisis auribus est. Simulque notandum, quòd Circuncisio tribus generibus in Scripturis appella-*A *tur, in præputio, in corde, & in auribus: Vnde dicit Dominus,* [a] *Qui habet aures audiendi audiat. Voluntate ergo nostrâ verbum Dei non suscipimus, & idcirco fit nobis in opprobrium: vt quod datum fuerat nobis ad salutem, nostro vitio vertatur in pœnam.*

a Matth. 11. 15. *Quid verba Dei audire nõ possimus, est in opprobriũ, & pœnã repugnantis nostræ voluntatis.*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. contra Iulianum. *Circuncisio absurdarum concupiscentiarum, & voluptatum, quæ sunt in humana mente, abiectionem significat: quam per Spiritum sanctum in nobis omnibus Christus operatur. Innumeræ enim sunt voluptates, quæ humanam mentem decipiunt, & partim quidem ferentes ad amorem carnis, partim autem ad vulgares, & stultas delicias, ad absurda lucra, ad pompas inutiles, & in summa ad omnia prauorum genera, quæ di-*B *uina lex prohibuit. Ab his omnibus sancti Spiritus liberat gratia, mentem inhabitans, & omnem immunditiæ speciem abradens, hæc est Deo gratissima Circuncisio. Vnde Ieremias sicut supra dixit,* [b] *Circuncidimini Deo, & circuncidite duritiem cordis vestri, &c. Ita & alibi ait,* (*Ad quem loquar, & testabor, & audiet? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non poterunt.*)

Cyril. Alex. *Aures circũcisæ sunt eæ, quæ non audiunt inutilia, & ea quæ voluptatis sunt.*

b Ierem. 4. 4.

Theodoritus. *Superiorum rationem docet.* (*Quem alloquar, aut contestabor & audiet?* Ecce *incircuncisæ aures eorum, & non possunt audire: ecce verbum Domini factum est illis in opprobrium: nequaquam volunt illud* (*audire,*) *Vocat aures incircuncisas, quæ sine discrimine excipiunt omnia. Tales autem isti, qui facilè* C *quidem admittebant pseudoprophetarum sermones prolatos delectationis gratiâ, verbis autem diuinis nolebant attendere, sed suggillabant, & subsannabant Prophetas.*

Theodorit. *Aures incircuncisæ sunt quæ sine discrimine excipiunt omnia.*

D. Thomas. *Hic ostendit consilij dati contemptum, & primò Propheta quærit idoneum consilij auditorem,* (*Cui loquar?*) *fructuosè verba Domini.* (*Contestabor*) *adiurabo, in quo significat raritatem: Secundò ostendit inidoneitatem,* (*quia audire noluerunt.*) (*Ecce incircuncisæ,*) *quia gentilibus fabulis plenæ. Et quia etiam audita contemnunt.* (*Ecce verbum Domini, &c.*)

D. Thomas. *Aures incircuncisæ quæ sunt plenæ gẽtilibus fabulis.*

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΠΡΟΣ τινὰ λαλήσω, καὶ διαμαρτύρωμαι.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπορεῖ ὁ προφήτης τινὶ λαλήσῃ. οἱ μὲν γὰρ πτωχοί. οἱ δὲ συνέτριψαν ζυγόν.

[Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα κυρίου ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες. δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται. τί αὐτοῦ ἀκούετε;

[Ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ποία γένοιτο ὤτων περιτομή; ἡμεῖς μὲν ἀκροβυστίαν ἴσμεν. παραγενέσθω E νῦν ἐνταῦθα Ἰουδαῖος εἰς μέσον, ὁ μηδὲν πλέον βουλόμενος ἀκούειν τοῦ ῥητοῦ, ὁ μέχρι τῆς κακίας ἑστὼς, ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἰδεῖν μὴ βουλόμενος. ἀκουέτω μετὰ τὸ πρῶτον καὶ τοῦτο. περιτμήθητε τὴν ἀκροβυστίαν ὑμῶν τῆς καρδίας. ἀκούεις ἐνταῦθα ἐγκαλουμένους αὐτοὺς, ὅτι ἀπερίτμητα τὰ ὦτα φησί. ‖ ὅταν ἀκούῃς ἐγκαλοῦντος τοῦ Στεφάνου. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. μάθε, ὅτι προλαβὼν ὁ Ἱερε

‖ ἀλ. ἀκούσῃς

Vers. 10. AD quem loquar, & contestabor?)

4 Chrysostomi.] *Hæsitat Propheta, qui cum loquatur. Nam hi quidem pauperes, illi verò iuga confregerunt.*

Chrysost. *Verba Dei vix sunt qui percipiant.*

(*Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium.*)

Sancti Cyrilli.] *Opprobriis enim verbum Christi impetebant, cùm de illo dicerent auditoribus, Dæmonium habet, & insanit. Quid ipsum auditis?* (*Ecce incircuncisæ aures eorum,* &c.)

Cyrillus. *Verbũ Christi à Iudæis impetitũ opprobriis.*

Chrysostomi.] *Et quæ erit aurium Circuncisio? nos quidem præputium nouimus. Accedat nunc in medium Iudæus, qui nil præter dictum percipere vult, qui malitiæ limitibus nõ egreditur, quique ad ipsam veritatem inspiciendam suũ non inducit animum. Post primum & hoc audiat.* [a] *Circuncidimini præputium vestri cordis. Audis hîc eos accusari, quòd incircuncisas aures haberẽt? Cùm audies Stephanum ipsis obiicientem crimini. Incircuncisi* [b] *corde, & auribus, vos semper Spiritui sancto opponimini, disce quòd prior* Iere

Chrysost. *Iudæus nõ nouit circuncisionem aliam quam præputij.*

a Deut. 10. 16.

b Act. 7. 51.

ὁ Ἱερεμίας ταῦτα λέγει. [καὶ μετ' ὀλίγα.] τίς οὖν A
ἐστιν αὕτη ἡ περιτομή; τὸ προσέχειν τοῖς λεγομέ-
|| [illegible] νοις. ἐπειδὴ γὰρ ἡμῶν περιίσταται || τῇ ἀκοῇ. περιελέ
φησι τὸν ῥύπον, ἀπόκλυσον, καὶ οὐ χρεία ὑφαι-
|| ἄλ. πῶς. ρεῖν. ὁρᾷς ὅπως || χρήσιμος ἡ περιτομή; οὐκ ἐᾷ
ἐν τῇ σαρκὶ μένειν. οὕτω καὶ αἱ θυσίαι, οὕτω καὶ ὁ
ναὸς, οὕτω, καὶ ἑορταὶ, οὕτω καὶ ἡ ἀργία. ταῦτα τύ-
ποι ἑτέρων τινῶν, καὶ σύμβολα.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἀποστρεφόμενοι τὰς ἀνω-
φελεῖς ἀκροάσεις. σημείωσαι ποίαν περιτομὴν ζητεῖ
ὁ Θεός. [τὸ ῥῆμα κυρίου ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ὀνειδισ- B
μόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δίκην χοίρων καταπατούντων
τοὺς μαργαρίτας. βδέλυγμα γὰρ ἁμαρτωλῶν, θεο-
σέβεια.

Ieremias hæc dixerit.

[Et poſt pauca.] *Quænam igitur eſt hæc circuncisio? attento animo dicta percipere. Nam quia noſtrum impediunt auditum. Eiice, ait, ſordes, purgato vndique nec eſt opus detrahere. Vides quâ ratione circuncisio conferat? in carne manere non ſinit, ſic & ſacrificia, ſic & templum, ſic & ſolemnitates, ſic & ab operibus ceſſatio aliorum quorundam typi, & ſymbola.* *Aurium circuncisio eſt auditus purgatio.*

Olympiodori.] *Non ſe ab inutilibus auditionibus abſtinentes. Nota quam circuncisionem Deus quærat. (Verbum Domini factum eſt illis in opprobrium.)* Olympiod. *Aures incircuncisæ quæ.*

Chryſoſtomi.] *Porcorum inſtar margaritas pedibus conculcantium: Abominatio enim peccatori pietas.* Chriſoſt.

Verſ. 11.] Idcirco furore Domini plenus ſum, laboraui ſuſtinens: effunde ſuper paruulum foris, & ſuper conſilium iuuenum ſimul: vir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Idcirco furore Domini plenus ſum (ſeu, impleui furorē meū) laboraui ſuſtinens: effunde (ſeu effundam, &c.)*

Quamobrem [a] maximo erga hos verbi mei deriſores, meæque legis doctrinam non admittentes commotus ſum furore: Et tantâ meus indignatione hac repletus eſt animus, vt multo quodammodo labore me continere vix potuerim per aliquod temporis ſpatium, ne tanta ſuper illos effunderetur plenitudo.

2 *Quamuis enim ab eis exacerbatus primo meo decreto furorem ipſum in eos impleuerim: attamen à mea* D *poſtmodum compulſus bonitate, adhuc illos patienter ſuſtinui, ſi fortè reſipiſcerent. Et tametſi per ipſos quotidie furori ipſi meo nouæ fierent acceſſiones: ſuſtinui nihilominus illas, ne effunderentur prout res, eorumque expoſtulabant demerita, ac veluti phialam per meam impleui bonitatem. Verùm cùm plena iam vſque ad ſummum iſta ſit mea indignationis phiala, effundam mox certè illam, Chaldæorū Regi, dicens, effunde ſuper Iudæos vniuerſos cuiuſcumque ſint ætatis, cuiuſcunque & ſexus.*

4 *b Idcirco furore Domini, &c. effunde ſuper paruulum foris, & ſuper conſiliū (ſeu congregationem, aut cœtum) iuuenū ſimul: vir enim cū muliere capietur, ſenex cū pleno dierum.*

Hæc [b] quidem Deus, ſed & mihi quid ſimile contigit, ait Propheta, enimuero cum exprobrantibus Dei verbo Iudæis, idemque deridentibus, continere ne eis E *loquerer me vellem, debilior certè fui quàm vt tanto id efficere poſſem labore; multa ſiquidem de furore Domini, ingentemque copiam ſuppliciorum prophetandam à Deo intra meum habeo animum, quæ vt effundam vehementiſſimo impelli me ſentio ſpiritu. Me met igitur ita ſum affatus. Non eſt quod amplius te contineas, Denuncia effundendum Dei furorem, ita vt nulli parcatur ætati, vel conditioni. Effunde vt obueniant ſupplicia, quæ tibi reuelata ſunt, tam paruulis, qui extra matrum vterum prodierunt, quàm iuuenibus iam aptis ad conſilia, cœtuſque agendos, vtque ab hoſtibus capiantur viri cum vxoribus, nec non & ſenes atque decrepi-* F

5 *ti. Quin & ad Deum quoque conuerſus hæc habui. Quid me tuo imples furore? ſuppliciorumque ex illo immittendorum me cumulas reuelationibus, quas ſi profero exprobrandi verbo tuo occaſionem iſtis tribuo deriſoribus, ita vt propterea multo labore ab iis me continuerim enunciandis? Effunde amabò tumet è naribus tuis ipſis halitum indignationis tuæ ſuper paruulos in plateis ludentes, & ſuper iuuenes, qui in ſecreto domus, & ciuitatis congregari ſolent ad res belli conſulendas, vtque ſecretò de ſuis tractent ſceleribus.*

6 *Eodemque ſpiritus impetu & exercitui dixi Chaldæorum, effunde, & executioni manda in Iudæos cuiuſcunque ætatis, ſexus, atque conditionis, quem reuelatum habeo Dei furorem. Nolunt audire verbum Domini, deridentque illud, & probro habent: quapropter me continui à prædicando, & indignatione Dei repletus vim mihi faciebam ne palàm efferrem. Sed me continere non poſſum. Idcirco dixi, ſi maiores me non audiunt, nec ipſe populus, egrediar foras in vicos, & plateas, & proferam illud paruulis ad ludos congregatis, & adoleſcentibus, qui ſimul conuerſantur, vt vel ipſi noſcant, ac doleant, ſe, parenteſque, & auos cum omnibus rebus ſuis ab hoſtibus capiendos.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Idcirco furore Domini, &c. Sicut quæ in præcedenti, verſ. 10. dicta ſunt & Prophetæ tribui poſſe vidimus, & Deo. Ita conſequenter & quæ tam in hoc verſ. 11. quàm in ſequentibus dicuntur vtrique admodum congruè tribuuntur. Et quidem in verſione Sept. apertè vt Dei verba referuntur, vt mox videbimus. Si itaque & iuxta noſtram Vulgatam, à qua non diſcrepat & lectio Hebraica Deum loqui velimus. Maximo ſe is inquiet furore eſſe commotum erga Iudæos verbi ſui deriſores, ſuæque legis doctrinam minimè admittentes, prout mox dixerat. Tantóque animum ſuum eâ repletum fuiſſe indignatione, vt multo quodammodo labore ſe per aliquod temporis ſpatium continere opus fuerit, quò illam furoris ſui ſuſtineret plenitudinem, ne effunderetur. Porrò tantum furorem, furorem Domini appellat, iuxta frequētiſſimam in Sacris literis conſuetudinem, quâ Deus loquitur de ſe ipſo, ac ſi de alio loqueretur, vt Geneſ. 19. [c] *Num celare potero Abrahã*, &c. *Scio enim, quod præcepturus ſit filiis ſuis*, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viā Domini, &c. Neque nouum eſt, quòd Deus laboraſſe ſe dicat, nam & [d] *laborare me feciſti in iniquitatibus tuis*, per alium ait Prophetam, & de Iudaicis feſtiuitatibus loquens, *Calendas veſtras*, ait, *& ſolemnitates odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinēs*. Sept. ita hæc legunt. *Et furorem meum impleui, & ſuſtinui, & non conſumpſi eos.*

1 *Furor Dei in deriſores diuinorū verborum quàm magnus.*
1. Senſus.
c Gen. 19.
d Iſai. 43. 24.

Tripliciter autē intelligo quòd à Domino dicitur. *(Et furorem meum impleui,)* Primò, vt per id ſuū primum Deus palàm faciat decretum, quo per prædicta à Iudæis exacerbatus iam animo furorem

2 *Furorem ſuū quomodo implere dicatur Deus.*
Dei patientia quanta.

rem suum in illos impleuerit, tametsi postmodùm à suamet compulsus bonitate, adhuc eos patienter sustinuerit, ita vt non consumpserit ipsos, si fortè interim resipuissent, vt tantumdem sit, & furorem meum impleui, ac id quod apud
a Ezech. 7. 8. Ezechielem contra eosdem ait. [a] *Nunc de propinquo effundam iram meam in te, & complebo furorem meum in te*, &c. quodque per Moysem in Cantico
b Deut. 32. 22. Deuteronomij dixit, [b] *Ignis succensus est in furore meo*, &c. *Sed propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum.* Secundò, vt Sapientissimi illi Sept. seniores phrasim seruarint Hebraicam, quam hoc loco reperere. Sic quippe
B in textu habetur Hebraico. (*Et furorem Domini.*) מלאתי *malethi* prima persona præteriti actiui, id est, (*impleui.*) Quam nihilominus phrasim Interpretes vniuersi tum antiqui, tum & recentiores, quin & Hebræorum quoque doctores iuxta sensum nostræ Vulgatæ reddiderunt, sic Pagninus, & Regia, (*Et ira Domini plenus sum,*) sic & Vatablus, (*Itaque indignatione Domini repletus sum.*) Adeóque & quod apud Sept. ait Dominus, (*Et furorem meum impleui,*) tantumdem erit, ac si diceret, & furore meo repletus sum, eodem sensu quo supra, *Ignis succensus est in furore meo*, vt hæc ἀνθρωποπάθως humanoque dicta sint affectu, &
c Habac. 3. 2. iuxta illud Psalmi, [c] *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis*, ideo enim subiecit, *& sustinui*, &c.

3 *Quantâ patientiâ, & longanimitate Deus sustineat peccatores.* Tertio denique modo hæc, (*Et impleui furorem meum,*) sumerem, vt à Domino dicta ad contestandam suam erga illos verbi sui contemptores bonitatem, quâ illos multo tempore sustinuit, vt illico, & penitus eos non consumpserit. Quamuis enim, ait per illos quotidie furori meo nouæ fierent accessiones, sustinui tamen illas, ne effunderentur, prout res, eorumque expostulabant demerita, ac veluti phialam impleui per
d Apoc. 15. 7. longanimitatem meam. Neque nouum est, vt
Furor Dei magnus comparatus phialæ plenæ. Dei furore phialæ plenæ dicuntur, cùm in libro Apocalypsis [d] apertè legamus, septem Angelis datas septem phialas aureas plenas iracundiâ Dei viuentis in sæcula sæculorum, iisdemque
e Apoc. 16. 1. Angelis dictum, [e] *Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram.* Cui dicto, ac iussioni Angelis factæ simile & hoc est, quod Ieremiæ ab ipsomet Domino illico post præexposita mandatur. (*Effunde super paruulum foris*, &c.) Quamquam Sept. haud Prophetæ commissam istiusmodi effusionem, sed ab ipsomet Deo faciendam significarint, vertentes. (*Effundam super paruulos deforis, & super congregationem iuuenum simul*, &c. Quæ tamen in idem recidunt, nam quod iuxta Vulgatam, & Hebraicam lectionem dicitur, (*Effunde super paruulum foris,*) significat, à Deo imperatum Prophetæ, vt denunciet certò effundendum iram suam cum maioribus, &c. vt mox explicabo.

4 *2. Sensus. Prophetæ tã-to implebantur Spiritu ad proferẽda vaticinia, vt se continere non possent.* Si Prophetam & in præcedentibus, & in hac quoque sententia loqui velimus, quod mihi magis arridet. Quod ait, (*Idcirco furore domini plenus sum, laboraui sustinens:*) idipsum omnino est, ac id
f Ierem. 20. 9. quod apertiùs ipsemet dicit infra in cap. 20. [f] *Et factus est in corde meo*, scilicet indignationis Domini sermo, quem mox à Iudæis opprobrio habitum dixerat, *quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens*, furore enim Domini plenum esse, est multa de furore Domini, ingentemque copiam suppliciorum è Dei furore prouenientium prophetanda à Deo habere intra animum suum, quæ vt effunderet impelli vehementissimo se sentiebat impetu, & ab eiusdem Dei Spiritu, & à proprio quo come-

A di se percipiebat honoris item Dei zelo. Id quod simili phrasi sibi contigisse & Michæas Prophe-
g Mich. 3. 8. ta asseruit, cùm diceret. [g] *Veruntamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini*, id est, Spiritu Domini forti, qui dura, & aduersa minatur, idemque omnino est, ac furor Domini hîc apud Ieremiam: in quorum maiorem declarationem addidit *iudicio & virtute*, insuper repletus sum, id est suppliciis quæ Deus comminatur malis, & operibus magnis, quæ Deus potenter facturus est in populum Iudaicum. *Vt annunciem Iacob scelus*, id est, pœnam sceleris sui: & *Israel peccatum suum*, id est supplicia peccati sui, prout bene ex
Franciscus Ribera. hoc nostro Ieremiæ loco exponit Franciscus Ribera. Porrò quod hîc dicitur, (*Laboraui sustinens,*) expressius habet Hebraica verba, quæ Pagninus sic vertit. (*Laboraui ad continendum me.*) Regia, (*continere.*) Vatablus (*fatigor continendo.*) Clariusque in Annotationibus, (*Debilis sum*, id est debilior sum, quàm *vt illam indignationem Dei possim continere*.

Effunde super paruulum foris, &c.) Christopho- 5 Chr. à Castr. *Prædicatum Sãcti se continere nequiũt quin effundãt Dei verbum, etiãque viderint se quid efficere posse.*
rus a Castro in suis Comment. super hunc locum existimat, hæc esse verba Prophetæ se excitantis, quod ex Hebræo colligi inquit, (*effundam,*) vt totius istius sententiæ sensus sit. Nolunt audire verbum Domini, imò vertunt illud in opprobrium, quapropter me continui à prædicando, & indignatione Dei repletus vim mihi faciebam, ne palàm efferrem, sed, & cætera vt habes in nostra paraphrasi num. 7. Huic sensui fauere videtur versio Vatabli ex Hebræo, quæ sic habet. (*Effundam super infantes in platea, & super cœtum iuuenum pariter, vt etiam vir cum muliere capiatur, & senex cum decrepito*, seu *pleno dierum*.

6 1. Sensus. Andr. Capp. *Prophetæ ita denunciabãt quodammodo vt Dei ministri immitebant supplicia.* Cæterùm cùm & in Hebræo שפך *sciephoch* imperatiuum sit, adeoque reddendum (*effunde*)
D prout est in Vulgata: cùmque id & imperatiuè accipi queat, & deprecatiuè, duobus aliis modis hæc aptiùs exposita suscipio. Primùm cum Andrea Cappella, vt Propheta secum quidem loquatur in hunc modum, Non est quod ampliùs te contineas, Denuncia, effundendum scilicet Dei furorem, ita vt nulli parcatur ætati, vel conditioni, seu effunde iam quo plenus es Dei furorem, minas & supplicia, & cætera, vt in nostra habes Paraphrasi num. 4.

7 3. Sensus. *Propheta quandoque deprecabantur Deum, vt in impios furori suum effunderet.* Secundò, vt idemmet Propheta deprecanter ad Deum conuersus hæc ad illum habuerit: *ef-*
E *funde.* Quid me tuo imples furore, suppliciorumque ex illo immittendorum me cumulas reuelationibus, quas si profero exprobrandi verbo tuo ansam derisoribus istis tribuo, ita vt propterea multo labore me continuerim ab iis enunciandis? Effunde amabò tu met è naribus ipsis tuis halitum indignationis tuæ, super paruulum foris, &c. vt supra. Vt hæc iis sint similia quibus idem Ieremias infra in cap. 20. item ad Domi-
h Ier. 10. 25. num dicet, [h] *Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognouerunt te*, &c. Et Dauid in Psal-
i Psal. 143. 6. mis, aliquando dicens, [i] *Effunde frameam, & con-*
F k Psalm. 78. 6. *clude aduersus eos, qui persequuntur me*, aliàs verò, [k] *Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerunt, &*
4 Sensus. *in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.* Possunt denique eadem accipi vt ab eodem Propheta dicta Chaldæis effunde, id est exerce, & executioni manda in omnis ætatis, omnisque sexus, Dei furorem, &c. Hebraicam lectionem sic vertunt Pagninus, (*Ad effundendam eam*, (scil. Dei indignationem) *super paruulos foris, & super congregationem iuuenum pariter, quia etiam maritus cum*

vxore

vxore capietur, senex cum pleno dierum,) Regia *(effundere super paruulum in platea & super secretum iuuenum pariter, &c.)* Versionem Vatabli attuli supra.

8 Circa has autem versiones Nota, istos recentiores Interpretes Hebraicum verbum שפך *sciephoch*, quod & imperatiuum, vt supra dixi, & infinitum esse potest, pro infinito desumpsisse, adeoque id retulisse, & iunxisse cum præcedenti verbo,*(Laboraui:)* vt labor Prophetæ in duobus æquè extiterit,& in se continendo per multum temporis spatium ne effunderet Dei furorem, quo plenus erat: & in ipsummet effundendo, cùm impulsus, coactusque fuit vt illum effunderet super paruulos, &c. *(Laboraui continere me, effundere super paruulum)* seu *(Laboraui ad continendum me, ad effundendum super paruulum, &c.)* Per paruulos foris, seu in platea intelligere potes & eos qui grandiusculi extra domum in cōpitis & in plateis vagari, & ludere solent: per secretum iuuenum, iuuenes qui in secreto domus, & ciuitatis congregari solent ad res belli consulendas, seu,vt secretò de suis tractent sceleribus.

Propheta molestè ferebant cum cogebatur denūciare, & effūdere iram Dei in Iudæos.

Vers. 11.] Idcirco furore Domini, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 SI vt Dei verba hæc sumantur, prout sumi posse primo loco ostendimus in Literæ expositione, vnum ex his colligere est Morale, ita sibi inuicem connexas esse Dei iustitiam & bonitatem, ac misericordiam, vt & inuicem sese iuuent. Et quidem quòd iustitia iuuet misericordiam, ex eo patet, quòd plerumque per iustitiam aliquid nobis bonorum auferetur temporalium, sanitatis, diuitiarum, honoris, & similium, quod auctiorem reddit Dei misericordiam, qua Deus pro ingenita sua bonitate à multis nos liberat delictis, in quæ laberemur, ni illis priuaremur, quibus ipsum quotidie magis offendissemus, maioresque per consequens commeruissemus & pœnas, & quâ per istiusmodi iustitiæ suæ flagella, ad rectum sæpius nos reducit iustæ, rectæque viuendi rationis tramitem iuxta illud Prophetæ, [a] *Imple facies eorum ignominiâ & quærent nomen tuum Domine*,& illud Isaiæ,[b] *Cum feceris iudicia tua in terra iustitiam*, id est virtutem,iustéque viuendi modum *discent habitatores Orbis*, fitque frequenter, vt eo ipso tempore, quo in his per Dei iustitiam castigamur, ipsam Dei admiremur, & celebremus misericordiam, quam in multos alios ad maiorem illorum damnationem minimè exhibitam intelligimus, prout dicitur in libro Sapientiæ, [c] *Cum tentati sunt, & quidem cum misericordia, disciplinam accipientes, sciebant quemadmodū iudicati impij tormenta paterentur.*

Misericordia, & iustitia Dei sese inuicem adiuuāt.

Iustitia Dei in nos iuuat eiusdem Dei misericordiā erga nos.

a Psal.82.14.

b Isai.26.10.

c Sap.11.10.

10 Hocque illud est quod ex loco isto,quem modò exponimus colligitur, per misericordiam item Dei erga impios, quâ illos hîc nonnumquam minimè castigat, sustinens suum erga illos furorem, pleniorem eiusdem furoris calicē reddi, auctioremque & in illos eiusdem iustitiam. Quod apertè ipsemet apud Isaiam contestatus est Dominus, dicens, [d] *Misereamur impio*,illum, scil. minimè punientes, *Et non discet iustitiam*, id est, & numquam resipiscet, imò in dies magis
A magisque in sceleribus excrescet, ita vt propterea æternâ puniendus sit damnatione: *In terra sanctorum iniqua gessit*, in terra in qua sanctum esse oportuisset, inter Sanctos in Ecclesia,vel etiā in Monasterio commorans delicta addere non cessauit: *Et non videbit gloriam Domini*, quandoquidem à supremo Iudice, quando in die iudicij effundetur plenitudo ipsa calicis furoris Domini, dicetur, [e] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui*, &c. Vnde bene eodem loco Propheta subiicit, [f] *Domine exaltetur manus tua, vt non videant, & confundantur zelantes populi,& ignis* B *hostes tuos deuoret.* Ad euacuandum enim plenum illum furoris Domini calicem eleuabit filius hominis sedens in iudicio manum suam, vt calicis ipsius fæce bibentes æternâ Dei priuentur visione: quin & ad vehementiorem ipsorum damnationem iidem zelantes iustorum gloriam, illam videbunt, præque inuidia confundentur, atque tabescent, ignis æterni pœnas subeuntes. Quæ omnia clariùs per Apostolum explicantur, in epistola ad Romanos vbi veluti commentum hisce agens, quæ hîc dicuntur, *(Idcirco furore Domini repletus sum,laboraui sustinens: effunde*,seu iuxta C versionem Sept. *Impleui furorem meum,& sustinui & non consumpsi eos, effundam*,&c.)ait, *Quod* [g] *si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ*,id est, instrumenta, quibus vtitur ad ostendendam irā, & iustitiam vindicatiuam, calicem nimirum furoris sui, *apta*, id est aptitudinem habentia *in interitum*, & ad damnationem æternam,vt exponit D.Thomas super eam epistolam; seu melius *vasa iræ*, ipsi appellantur iniqui, in quos è calice furoris effundenda est plenitudo iræ Dei.quæ & *apta*,seu iuxta aliam literam, *aptata* dicuntur ad D interitus damnationem, non quidem à Deo, sed à semetipsis.

In die Iudicij effūdetur totus calix furoris Dei.

e Matth.25.41.

f Isa.26.11.

g Rom.9.22.

Si non tam Deum, quàm Prophetam hîc loqui velimus, prout secundo loco in litera diximus, duo sunt quæ colligamus moralia, dum ab illo hæc habentur, *(Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens, effunde*, &c.) Primum: Cuicumque fidelium,vel Summis quoque Principibus, vel etiam Sacerdotibus cauendum, ne vel minimum quid contra sanctos prædicatores,aut contra Prælatos concipiant indignationis,quando ab illis legatione Dei fungentibus quid factū E sit increpationis, quidue comminationum diuinæ vltionis in publica, seu etiam in particularia delicta, imminentisque alicuius cladis. Ij namque, prout noster Ieremias,nec maximo se continere queunt labore; neque permissum id vllatenus à Deo ipsis est,vt ab his denunciandis se abstineant, quorum ita plenos se sentiunt, Deo illa eis reuelante, vt meritò dicere queant, *(furore Domini pleni sumus.)* Quo non solùm significent, se acerrimas increpationes, & minas multas à Deo sumpsisse denūciandas:sed ad id ipsum implendum furoris eiusdem Domini vehemen- F tissimo impelli spiritu, ita vt si id non impleant, Dei item furorem contra se videant paratum: quod significasse visus est Paulus, cùm diceret, [h] *Væ mihi, si non Euangelizauero*, Et Ezechiel, dicens, [i] *Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas populi mei*, &c. contra Prophetas, & prædicatores illos, qui instar fœminarum metuentes dictata à Domino acerrima increpando denunciare, blanda potiùs auditoribus prædicant. Secus certè noster se gessit Propheta, vnde 11

Aduersus concionatores increpantes, & Dei nomine clades cōminantes nō debere Principes, aut quēpiā indignari.

Prædicatoribus grauissima parata supplicia si præ inani metu,aliòve respectu nō denunciant auditoribus quæ ipsis Deus dictarit.

h 1.Cor.9.10.

i Ezech.13.18.

Misericordia Dei aliquādo auctiorē reddit illius iustitiam quā nos castigat.

d Isai.26.10.

Misericordiā Dei nimiam aliquādo nobis causā facimus æternæ damnationis.

a Iere.4.19. de & in cap. 4. dixit, [a] *Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, non tacebo.* A

12 *Iudicij extremi sententia quàm difficilis, & molesta ad sustinendū impiis, si minæ pœnarum temporalium viro sācto reuelatæ vix sustineri magno potuerūt labore.*

Morale alterum, quod ex his ipsis verbis, (*Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens,*) vt à Propheta deduci potest, id est, Si viro sancto minæ duntaxat reuelatæ furoris Domini tantum defatigationis attulère, vt ferre illas nequiuerit, quin illas proferret: si Propheta furorem ipsum Domini mente solummodo retentum sustinere non potuit: Quî fieri poterit, vt Deum ipsum furorem spirantem, neque ipsâ extremam furoris sui sententiam proferentem in die iudicij sustineamus, si, quod absit, in peccatis decedere contingat. B Ad Regem Ezechiam, eiusque populum dixit Assyriorum Regis nuncius Rabsaces, [b] *Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis Domini mei minoribus?* Si faciem vnius serui etiam vilis, cùm iudicis munus Regis nomine obit, videbatur Rabsaci vt Iudæorum Rex sustinere non posset, Quid de visâ à nobis indignata, plenaque furoris Domini facie Summi [c] Regis venientis in maiestate sua, vt iudicet vnūquemque iuxta opera sua. Vidit à longe quàm intolerabilis illa futura sit eâ die Christi facies C Ioel Propheta, idque & hisce descripsit verbis, [d] *A facie eius contremuit terra, moti sunt cæli: Sol, & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum: & Dominus dedit vocem suam ante faciē exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum?*

b Isai 36.9. *Iudicis facies in die iudicij ab impiis sustineri nō poterit.*

c Matth.25. 31.

d Ioel.2.10.

13 *In die iudicij quanta effundenda sit furoris Dei plenitudo.*

Quod si quanta tunc futura sit in eodem iudice veniente in maiestate sua furoris Domini plēnitudo, & quomodo maximus quoque tunc subeundus sit nobis labor, & lassatio ad eum sustinendum vis nosse, lege id apud Isaiam ita hæc D tibi ob oculos proponentē. [e] *Ecce nomen Domini*, id est, fama Domini, seu Dominus ipse gloriosus, & in maiestate, vt & in Euangelio dicitur, [f] *venit de longinquo*, id est, de summis cælorum, *ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione*, Vide furoris plenitudinem effundendam ab illo in damnationis sententiam, quam labiis linguaque proferret. Vnde vt & intelligas, ignis æterni eam futuram sententiam, addit, *Et lingua eius quasi ignis deuorans.* Quòd si adhuc maiorem eiusdem plenitudinis furoris Domini optas explicationem, Audi, addit enim E idem Isaias, [g] *Spiritus eius*, id est, flatus, furorque qui ex eius spirat naribus, *velut torrens inundans vsque ad medium colli*, id est, obuia quæque prosternens, velut torrens imbribus ita plenus, vt inundans, exceptis montium cacuminibus, omnia aquis ex improuiso operiat. Quamuis enim tanta futura in eo sit furoris plenitudo, effusio, & innundatio, impios tamen solos operiet vniuersos, at non iustos, quos sub metaphora cacuminum significauit montium, ob virtutis quâ insignes sunt celsitudinem: Siquidem qui Iudex iustus est, & rectus, antequam proferat sententiam F exactissimo iudicij libramine separabat, vt habes in Euangelio, oues ab hœdis; iustos ab iniquis, hosque prosternens præcipitabit in infernum, illis ad cælestis patriæ gloriam reseruatis. Vnde bene apud eumdem Isaiam post præexposita adiicitur. *Ad perdendas gentes*, id est, illos qui gentilium, & idololatrarum more vitam traduxère *in nihilum*. Magisque ad rem nostram, iuxta Hebraicam lectionem. *Ad agitandas gentes cribro præcipitantiæ*, vt in sua noua versione legit Franciscus Forerius. id est vt cùm per exactum iudicij examen hominum vniuersorum veluti in cribro agitabuntur merita, atque demerita, impij veluti reiectamenta præcipitentur, in altum remanentibus iustis veluti triticum purum in cælestia horrea condendum.

e Isai.30.27.

f Matth.25. 31.

g Isa.30.28.

In die iudicij furor Dei effundetur solū super impios.

In die iudicij fiet examen meritorū cuiuscunque.

Examen iudicij finalis simile agitationi cribri.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Idcirco furore Domini, &c.

SEPTVAGINTA.

11. καὶ τὸν θυμόν μου ἔπλησα, καὶ ἐπέσχον, καὶ συνετέλεσα αὐτούς. ἐκχεῶ ἐπὶ νήπια ἔξωθεν, καὶ ἐπὶ συναγωγὴν νεανίσκων ἅμα, ὅτι ἀνὴρ, καὶ γυνὴ συλληφθήσονται, πρεσβύτερος μετὰ πλήρους ἡμερῶν.

Vers. 11.] Et furorem meum impleui, & sustinui, & non consumpsi eos. Effundam super paruulos deforis, & super congregationem iuuenum simul: quia vir, & vxor capientur, senior cum pleno dierum.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Prophetia autem à facie Domini in furore repletus sum, laboraui sustinens, & non potui effundere super lactentes in platea, & super turbam iuuenum simul, quia etiam vir cum vxore comprehensi sunt, senex cum eo qui est satur diebus. 1

Vers. 11. *Idcirco*, Hieronymus in textu lectionum Sept. ita refert. (*Et furorem meum impleui & sustinui, & non consumpsi eum, effundit*, &c.) In Cōment. ait: *Iuxta Hebraicum ex persona Prophetæ dicitur, quòd venientem iram Dei ante prospiciat, & plenus sit furoris Domini, & iracundiæ, & vltra sustinere non possit nec pro peccatoribus audeat Dominum deprecari. Iuxta Sept. autem nouus sensus ponitur; quòd ipse Dominus loquatur, & dicat: (furorem meum compleui) feriendo populum peccatorem: & tamen retinuerit illum & non totum effuderit, vt reliquiæ saluæ fiant: quod mihi videtur sibi esse contrarium. Si enim compleuit furorem suum, quomodo sustinuit, ne compleret? (Effunde super paruulum, &c.) Vel Propheta præcipit in spiritu venienti Chaldæo, vt effundat furorem Domini super paruulos, & innoxiæ quoque non parcat ætati: vel certè narrat quod factum est super concilium iuuenum simul, qui ad repugnandum arma corripuerunt. (Vir enim cum vxore capietur;) dulcissima inter se nomina pariter sentient captiuitatem, (Senex, cum pleno dierum,) ergo senectus non est ætas vltima: sed eorum quæ pleni sunt dierum, quos nostro sermone appellamus depositos, siue decrepitos.*

Hieronym. *Viri iusti aliquādo ita sunt pleni furore Domini, vt pro peccatoribus orare non audeant.*

Theodoritus. *Diuturnæ patientiæ superlationem demonstrat, (furorem meum impleui, & sustinui, nec consummaui eos,) pro eo, Prorupi ad puniendum, sed tamen eos commiseratione, & veniâ dignatus sum. Minatur porrò, se pari supplicio iuuenes, & senes, viros, ac mulieres affecturum.*

Theodorit. *Misericordia Dei in peccatores quanta.*

Gregorius Papa homil. 13. in Ezech. *Quia mores & culpas nostras solus ille sustinet, qui totam Sanctæ Ecclesiæ fabricam portat, per Prophetæ vocem de peruersè adhuc viuentibus dicit: (Laboraui sustinens.) Non autem*

Greg. Papa. *Patientia Dei in peccatoribus sustinendis quanta.*

autem sustinendo Dominus laborat, cuius diuinitatis A potentiam nulla fatigatio contingit: sed verbis humanis loquens, ipsam suam circa non patientiam, laborem vocat.

D. Thomas. *Hic comminatur Iudæis destructionis flagellum. Et primò ostendit iustitiæ zelum (furore Domini) igne, sc. zeli pro Domini iustitia, (effunde) ô Chaldæe (iram) sc. tuam abundanter (foris) in plateis, & agris.* D. Thomas.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ τὸν θυμόν μου ἔπλησα, καὶ ἐπέσχον.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐδέπω παρὰ τὸ μὴ ἡμαρτηκέναι οὐ τιμωροῦνται, ἀλλὰ παρὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι μακρόθυμον, ἄκουσον τί φησιν, ἔπλησα τὸν θυμόν μου, καὶ ἐπέσχον. ἀνθρωπίνοις χρῆται ῥήμασιν, ἵνα φοβήσῃ.

[ἐκχεῶ ἐπὶ νήπια ἔξωθεν, καὶ ἐπὶ συναγωγήν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ σφοδρὸν ὅρα πῶς παρίστησιν. λέγει, ἐκχεῶ, ἵνα μὴ ἐκχέῃ. καὶ ἡλικίας ἅπτεται τῆς πρώτης, τῆς καὶ τὰ θηρία δυναμένης ἐπικάμψαι, οὐκ ἀλγεῖς ἐκ τῶν οἰκείων κακῶν; λάβε αἴσθησιν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων. ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ τοῦ σώματος τομῇ τὴν || ἀναισθητότητα τῶν μελῶν, πλείονα ἡμῖν παρέχει τὴν αἴσθησιν. C || ἄλ. τὰ αἰσθητήρια.

[Ὅτι ἀνὴρ καὶ γυνὴ συλληφθήσονται. πρεσβύτερος μετὰ πλήρους.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ πολιὰ, οὐ συζυγία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν περιέσται τότε.

|| Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] τὸ πλῆθος τοῦ θυμοῦ, ὃ διὰ τῆς μακροθυμίας συνήγαγον ἀναμένων αὐτῶν τὴν μετάνοιαν. ἐκχεῶ, φησὶν, ἐπὶ πᾶσαν αὐτῶν ἡλικίαν. ἡ δὲ τῆς χειρὸς ἔκτασις ἐνέργεια τιμωρητικὴ, κατὰ τὸ, ἰδοὺ χεὶρ κυρίου ἐπὶ σε, καὶ ἔσῃ τυφλὸς ἕως καιροῦ. ||

Vers. 11. *Et furorem meum impleui & sustinui, &c.)* 2

Chrysostomi.] *Vt discant, se nondum pœnas dare, non quòd non deliquerint, sed quia Deus longanimis sit, audi quid dicat: impleui furorem meum, & sustinui. Vt perterrefaciat, humanis vtitur verbis. (Effundā super paruulos deforis, &c.)* Chrysost. *Quod peccatores acriter hic nō puniātur ex Dei est longanimitate.*

Chrysostomi.] *Vide quàm vehementer rem exprimat, dicit effundam, ne effundat: & primam attingit ætatem, quæ & feras ipsas flectere ad misericordiam potest: tuorum malorum dolore non premeris? ex alienis animi hebetudinem C remoue; Nam & in corporis præcisione membra quæ nullo pollent sensu, maiorem nobis sensum faciunt. (Quia vir, & vxor capientur, senior cum pleno dierum.)* Chrysost. *Minatur Deus ne deueniat ad castigandum. Filiorum, & coniunctiorum calamitatib. flectamur ad pænitentiam, si propriis nō mouemur calamitatibus.*

Chrysostomi.] *Non cani, non coniugium, non quicquā aliud aliquid opis afferre illis poterit.* Chrysost.

|| Victoris Presbyt.] *Furoris multitudinem quam longanimitate contraxi, eorum expectans pœnitentiam, effundam enim, ait, super omnē eorū ætatem. Manus autem extensio, operatio est quæ pœnas infligit, dicitur namque. Ecce [a] manus Domini super te, & eris cæcus vsque ad tempus.* || Vict. Presb. *Manus Dei extensione designata pœnarum immissio.* a Act. 13. 11.

Vers. 12.] Et transibunt domus eorum ad D alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Devm [a] ipsum ita proponam loquētem. Quicquid Iudæorum fuerit ad alienos, eorundemque hostes transferetur, tam quas intra ciuitatem possident domos cum suis suppellectilibus, ibique conditis thesauris: quàm quæ extra ciuitates habent siue agros, siue pecus, siue vineas: quin & quod fœdum est dicere, vxores quoque ipsorum: Quia, manu super habitantes Iudæam terram extensâ, meum in illos complebo furorem. E

a *Et transibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter: quia extendam manum meā super habitātes terram, dicit Dominus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Et transibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter.* Hebr. (*Et vertentur, seu transferentur domus eorum ad alienos.*) Adhuc persistitur in effusione furoris Domini, quæ cœpta est in præcedenti versu. Quā effusionem alia metaphorâ extensionis manus suæ iam apertè explicat Dominus, cùm adiiciatur. (*Quia extendam manum meam super habitantes terram.*) Sept. addunt) (dicit Dominus,) Quā metaphorâ Hugo Cardinalis super hunc locum putat significatas diuinas dumtaxat cōminationes. *Qui manum eleuat*, inquiens, *nondum percutit, sed minatur, & quantò magis eleuatur manus, tantò fortiùs percutit: Sic Deus totâ die nobis comminatur, ergo tantò atrociùs percutiet. Vel, extendam manum meam: Iam [b] securis ad radicem posita est, quasi nondum secuit, sed tantùm minatur.* At re vera per extensionem manus Dei nedum minæ, sed & minarum designatur effectus, & ipsa furoris diuini significatur percussio, estque hæc metaphora in Sacris literis frequentissima cuius pro exemplo vnus sat sit Isaiæ locus, quo dicitur, *Ideo [c] iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum*, &c. Vbi secundum verbum adiectum est in declarationem primi, & tertium in declarationem secundi, ac primi, cùm omnia tria vnam significent suppliciorum immissionem. Hug. Card. *Manum extendere & comminationem significat, & percussionem.* b Matth. 3. 10. c Isai. 5. 25.

Vers. 12.] Et transibunt domus eorum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

F Si loquendi modus expendatur, quo æquè trāsitus vxoribus tribuitur, quæ animatæ rationalesque sunt, ac motu tendunt progressiuo: & domibus, agrisque insensibilibus, & quibus ob insitam eorum 2

Bonorum stabilium nomẽ quàm malè rebus impositum sit temporalibus.

rum naturæ immobilem firmitatem vulgatum inditum nomen est bonorum stabilium. Moraliter colligere ex hoc loco est quàm malè istiusmodi nomina ipsis respondeant rebus, & quàm inaniter in apparente earumdem rerum stabilitate suas mundani defigunt perpetuarum diuitiarum spes. Cùm tamen re vera celerrimè & ipsa ex vno ciuiliter transire in alium quotidianâ nouerimus experientiâ per translationem dominij. Quamuis autem videatur improprium quod hîc adhibitum est transeundi verbum, cùm dici potiùs debuisset, *Et transferentur domus eorum*, Maioris tamen efficaciæ gratiâ *transibunt*, de iisdem dictum est, per prosopopeiam. Vt significetur, bonorum etiam stabilium ab impio ita fieri translationem in scelerum ipsius pœnâ, vt quæ quodammodo violenter, Deo sic ordinante, stabilia in illius, postquam in peccatum decidit, detenta sunt potestate, dato ipsis ab eodem Deo in eiusdem impij pœnam libertatis signo, quasi animata transeant lætanter ad alios. Signum quippe in eo se daturum hîc significasse visus est Deus, quòd dixit, *Et extendam manum meam super habitantes terram.* Confirmare autem istud poteris morale per id quod de creatura in genere asserit Apostolus. *Vanitati creatura subiecta est*, homini nempe propter peccatum vanitatem ipsam effecto, *non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* quando scilicet libertatis accepto signo per diuinæ manus extensionem, ex impio trãsibit gloriosè ad iustos. Rom. 8. 20.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 14.

Vers. 13.] A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritie studẽt, & à Propheta vsque ad Sacerdotem cũcti faciũt dolum.*

IVdæorum [a] *enim quique cuiuscumque sint ætatis, tam adulti, quàm paruuli doli capaces concupiscentiis propriis explendis indulgent.*

Et vniuersi tum priuati, tum qui ex Republica sunt magistratu vni intendunt auaritiæ, vni lucro, vni proprio commodo, & vtilitati, vnique interesse. Quodque multò est peius, damnique & scandali maioris, Prophetæ, & Sacerdotes, in quos omnium coniecti sunt oculi, & aures, nedum verbis fallunt mendacibus vaticiniis, falsáque doctrinâ: sed & in negotiis dolosè contractant semper.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Auaritiæ studium est causa multiplicium cladiũ in ciuitatibus.*

A Minore quippe, &c. Ostendit quàm meritò, & cuiuscumque ætatis, sexus, atque conditionis furoris Dei effusione factâ, ab hostibus capiendæ sint personæ Iudæorum, & bona quæcumque eorumdem ad alienos transferenda sint, vt mox dictum fuerat. Quia quotquot, inquit, in ea sunt auaritiæ, proprio lucro, & concupiscentiis sedulò indulgent. *Adeo magnum malum auaritia est*, inquit Ambrosius lib. 2. Ambrosius. Iosue. 7. 1.

A offic. cap. 26. *vt Iesus Naue, qui potuit Solem statuere, ne procederet, auaritiam hominum non potuerit sistere, ne serperet: ad vocem eius Sol stetit, auaritia non stetit*, (alludit ad furtum de anathemate Ierico factum ab Achan, de quo Iosue 7.) *Sole itaque stante confecit Iesus triumphum, auaritiâ autem procedente penè omnem amisit victoriam.* Duo autem circa ea quæ hîc dicuntur notanda sunt. Primùm quod dicitur, (*A minore vsque ad maiorem*) referri posse vel ad ætatem, iuxta id quod in vers. 11. dictum fuit, *Effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul*, vel ad conditionis status

B idiotarum, ac nobiliorum, prout apertè apud Isaiâ, vbi hæc ipsa ferè sic habentur. *Omnes* [b] *in viam suam declinauerunt: vnusquisque ad auaritiam suam à summo vsque ad nouissimum.* Secùdò notandum, Auaritiæ nomen vel propriè sumi posse pro amore pecuniæ, studioque & auiditate lucri. Vel pro quacumque concupiscentia, prout ex insignium Doctorum sententia idẽ vocabulum vsurpatur ab Apostolo, cùm in epistola prima ad Timoth. [c] Auaritiam asserit radicem esse omnium malorum. Quamuis enim ratione auersionis ab incommutabili bono, omnis b Isa 56. 11. *Auaritiæ nomen sumitur & pro auiditate lucri, & pro concupiscentia quali bet.* c Timot. 6. 10.

C peccati radix sit superbia, iuxta illud Ecclesi. *Initium* [d] *omnis peccati est superbia*, attamen ratione conuersionis ad commutabile bonum, quæ & in quolibet est peccato, radix peccatorum omnium ipsa est concupiscentia, quam ab incunabulis insitã gestamus in nobis, imò & à primo instanti conceptionis inditam ex vulnere habemus naturæ. *Peccatorum radix quomodo dicatur esse & auaritia, & superbia.* d Ecclesi. 10. 15.

His adnotatis, duplici sensu exponere est quæ hîc dicuntur. Primò: Iudæorum vniuersos cuiuscumque ætatis, maiores nimirum, & Paruulos quotquot doli sunt capaces, concupiscentiis 1 1. Sensus.

D propriis explendis omnino esse addictos, quod apertè explicauerunt Sept. vertentes. *Quia à paruo eorum vsque ad magnum consummauerunt iniqua.*

Secundò: omnes tam priuatos, quàm qui & in Reipub. magistratu sunt, vni intendere auaritiæ, vni lucro, seu etiam vni proprio commodo & vtilitati, & (vt vulgari vtamur voce) vni interesse: hæc enim omnia Hebr. designat verbum בצע *batzang*, quod hîc est repetitum, *botzeang, batzang*, ad exaggerationem eius vitij, tametsi proprius eiusdem verbi significatus sit, vulnerare: vnde per translationem aptè & prædicta de- 2. Sensus. *Auaritiæ omnes indulgent quomodo verum.* *Auaritia, & interesse propriam à vulnerando Hebraicum nomen sumpsere.*

E signat, cùm qui auaritiæ, lucroque student, & vni propriæ vtilitati, & semetipsos, & alios quibuscum agere eos contingat, vulnerent operæprecium sit. Vnde in Prophetia Habacuc legimus, [e] *Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali*: subdensque varia quæ per ipsam auaritiam inflicta sunt vulnera, addit. *Cogitasti confusionem domui tuæ.* (En vulnus primum, quod toti familiæ propriæ infligitur, confusionis, & ignominiæ) *concidisti populos multos* (en secundum vulnus, seu potiùs vulnera multa, quibus ab auaro, e Habac. 2. 9. *Auaritia quibus vulneribus conficiat.*

F propriique lucri studioso ij conficiuntur vniuersi, qui cum illo negotium habeant,) *Et peccauit anima tua.* (en vulnus omnium pessimum, quo per peccatum, & anima ipsa transfigitur omnis auari) de quo & in lib. Prouerb. dicitur. [f] *Ipsi quoque* proprij scilicet lucri studiosi, *cõtra sanguinem*, id est vitam suam *insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas*, in quorum declarationem additur, *Sic semitæ*, id est, rationes agendi *omnis auari animas possidentium*, id est, ipsorummet auarorum *rapiunt.* Adeóque quod hoc loco f Prou. 1. 18.

in

in Hebraico eſt textu, non incongruè ſic verti poteſt, (*Nam à paruo eorum vſque ad magnum eorum omnis ipſe vulnerans vulnerat*, ſeu *concidens concidit.*) Pagninus, (*Auarè ſectatur auaritiam.*) Vatablus (*Auaritiæ lucro inhiat.*) Regia (*Concupiſcens cupiditate.*)

3 (*Et à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.*) Hebr. (*A Propheta vſque ad Sacerdotem omnis ipſe faciens mendacium*) ſeu vt vertit Vatablus. (*Quiſque fraudulenter, & perfidè agit*) Sept. (*A Sacerdote vſque ad Pſeudoprophetam omnes fecerunt mendacia.*) Quid ſit Prophetam, ac Sacerdotem dolum, ſeu mendacium falſitatemque facere, in fine capitis quinti explicatum eſt, vbi dicebatur, [a] *Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus.* Illud dumtaxat hoc loco ponderandum, meritò dici, *faciunt* ſiue *dolum*, ſiue *mendacium*, vt intelligas, iſtiuſmodi hominum genera, ad quæ duo potiſſimùm totius populi coniecti tunc erant oculi, nedum verbis fallere ſolita falſis vaticiniis, falsáque doctrinâ: ſed & dolis, doloſaque contrectaſſe negotia, quod in perſonis Sacris ingentis eſt ſcandali.

a Iere. 5.30.

Verſ. 13.] A minore quippe vſque ad maiorem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 AD Solis aſpectum vmbra apparet obiecti corporis cuiuſcumque, viſáque vmbrâ intelligitur illicò, è cuius generis corpore ea dimanarit; dimanat enim vmbra quæque à corpore, tametſi per radios ea fieri videatur Solis. Sic ad Dei iuſtitiæ Solis conſpectum peccati cuiuſque tetra manifeſtari ſolet pœna non tam à Deo, quàm à peccato ipſo dimanans, ita vt ex pœna illicò arguere liceat & præſens peccatum, è quo illa reſultat, vt vmbra è corpore. Sicut autem Sol iſte ſenſibilis tam vmbram apparere facit, quàm videri & corpus; Ita hoc loco Dominus multiplici expoſitâ Iudæorum, & iniquorum pœnâ, grauiſſimáque clade manifeſtat & peccatum, quod pœnarum imminentium omnium eſt cauſa, ſtudium auaritiæ, & cupiditatis vnum ſimul, ac multiplex, tum quia apud impios id reperitur vniuerſos cuiuſcumque & ætatis, & conditionis: tum quia omne prauitatis genus ex illa ad quoſcumque eſt hominum, vt propterea Bion ille Sophiſta apud Stobæum ſerm. 10. rectè dixiſſe feratur, Auaritiam ipſam eſſe omnis improbitatis metropolim: conſtatque reliqua peccata omnia eſſe quaſi ramos, folia, atque fructus eius vnius arboris, ab vna auaritiæ, & cupiditatis prodeuntes radice, iuxta illud Pauli,[a] *Radix omnium malorum eſt cupiditas.* Vbi *malorum* vocabulo non ſolùm peccata, ſed & peccatorum pœnæ deſignantur, prout colligi non incongruè poſſe videtur ex iis quæ mox ibidem ſubiiciuntur, *Quam ſcilicet cupiditatem quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Vbi nota, duplex indicatum pœnarum peccati genus, quibus propter iſtud in primis auaritiæ, & cupiditatis ſcelus impij caſtigari in hac vita ſolent plerumque, alterum pœnarum ſpiritualium, quarum præcipua eſt, vt in fide errare, eiuſdemque fidei ſin-

Sicut e. Ex pœna qua liceat argui ſtatìm peccatum à quo illa dimanat, vt vmbra à corpore.

Auaritiæ ſtudium eſt vnũ ſimul, & multiplex.

Auaritia eſt metropolis omnis improbitatis. Bionis dictũ.

a 1. Timoth. 6.10.

Auaritiæ ſtudium plerũque eſt cauſa, vt Deus ſinat aliquos fidei ſinceritatẽ amittere, quod eſt pœna omniũ præſentis vitæ maxima.

A ceritatem ſinantur amittere, alterum verò pœnarum temporalium, & corporalium, vt amiſſionis bonorum temporalium, inopiarum, cladium, in primiſque dolorum animi, & corporis.

Quarum temporalium pœnarum catalogum in auaro ipſo peregregiè Sophar Naamathites deſcribit in libro Iob, dicens. [b] *Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus:* [c] *Caput Aſpidum ſuget, & occidet eum lingua Viperæ*, exugens alienam ſubſtantiam pauperum ſanguinem, venenum certè ſuget, quale B in Aſpidum capite, & in lingua eſt Viperæ. [d] *Non videat*, id eſt, non videbit *riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri.* Non fruetur affluentiâ eorum, quæ malis artibus ſibi parauit, quod clariùs expreſſerunt Sept. legentes, *Non videat mulctram pecorum, neque pabula mellis, & butyri, in vanum & fruſtra laborabit, diuitias ex quibus non guſtabit, tamquam durum quod mandi non poteſt, atque glutiri. Tranſibunt enim*, vt hîc apud Ieremiam in præcedenti, Verſ. 12. dicebatur, *domus eorum ad alteros, agri*, &c. *Luet* [e] *quæ fecit omnia* pœnâ nimirum æternâ, vnde ſubditur, C *Nec tamen conſumetur: Secundùm multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit*, digno reſpondente ſupplicio iniquitati, & conatibus eius. [f] *Quoniam confringens nudauit pauperem*, magna ſcilicet cum crudelitate: *domum rapuit, & non ædificauit eam.* Quid plura? [g] *Nec eſt ſatiatus venter*, id eſt, cupiditas eius, & auaritiæ ingluuies: *& cùm habuerit quæ concupierat, poſſidere non poterit*, breui quippe iuſto Dei iudicio illa amittet, quod clariùs ſignificant quæ ſequuntur, [h] *Non remanſit de cibo eius, & propterea nihil remanebit de bonis eius. Cùm* [i] *ſatiatus fuerit*, id eſt, cùm nimium iis quæ tam D grandi concupiſcit ingluuie, repletus fuerit, *arctabitur*, afflictionis internæ compreſſione, *& æſtuabit* animi æſtu, *& omnis dolor irruet ſuper eum.* Hæ ſunt ſenſibiles, quæ auaritiæ peccatum conſequuntur pœnæ, aliæque quas vſque ad finem præcitati capitis idem proſequitur Sophar: ita vt iam pateat, quàm bene pro cauſa præexpoſitorum ſuppliciorum his in verbis, quæ præ manibus habemus, vnum auaritiæ ſtudium Dominus afferat dicens, (*A minore enim vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent.*) Quam etiam aptè Paulus de iſtis ipſis loquens, qui cupidita- E tis ſtudio indulgent, dixerit. *Et* [k] *inſeruerunt ſe doloribus multis*, congruo ſanè vtens verbo, *Inſeruerunt*, cùm de iis loqueretur, de quibus ſupra apud noſtrum Prophetam dictum vidimus. *Et factum eſt verbum Domini in opprobrium illis*, errantibus, nimirum eis à fide, *Et non ſuſceperunt illud*, quod ex Iacobo declarauimus. Non ſuſceperunt verbum, vt inſitum in ipſos.

Et à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Quamquam ſatis ſufficiens aſſignata ſit ratio flagellorum, cladium, & ærumnarum, F quibus in hoc mundo affligimur, vniuerſale totius fidelis plebis ſtudium auaritiæ & cupiditatis. Ex his tamen, quæ addita ſunt, tria admodum opportunè ſignificantur. Doli enim vox duo ſignificat, vel doloſa, & mendacia verba, prout & Hebraicum nomen, & Græcum, quo vſi ſunt Sept. vel doloſas conuentiones, reſque ipſas dolo, ac fraudibus acquiſitas prout ſumptum id vidimus in præcedenti cap. 5. vbi dicebatur: *Sicut* [l] *decipula plena auibus, Sic domus eorum plena dolo.* Quod ergo primò in his docemur, eſt, Multò magis Dei exacerbari in

5 *Auaritiæ ſtudiũ eſt cauſa multiplicium pœnarũ temporalium, & corporalium.*

b Iob. 20.15.
c Iob. 20.17.
d Iob. 20.17.
e Iob. 20.18.
f Iob. 20.19.
g Iob. 20.20
h Iob. 20.21.
i Iob. 20.22.
k 1. Timoth. 10.

6 *Dolus duplex, & in verbis, & in factis.*

l Iere. 5.27.

Auaritia Sacrarum personarum est causa cladis mundi.

indignationem, quâ nos tantis castigat flagellis, per Sacrarum personarum auaritiam, quàm per id, quòd vniuersi è populo eiusdem indulgenti studio: quia per illorum auaritiam, dolosásque agendi rationes retrahunt fideles à sacro Dei cultu, vtinam non & sæpius etiam à fide. Vnde in primo lib. Reg. de Sacerdotibus filiis Heli dolosis, violentisque artibus propriam fouentibus cupiditatem, dicitur. [a] *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à Sacrificio Domini.* Itaque in eo quod hîc dicitur: *(Et à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti,* &c.) particula (*&*) non coniunctiuè, sed per Epitasim posita sumenda est pro alia particula, imò, Quinimo, seu insuper, prout & alias frequenter.

a 1. Reg. 11.

Particula & pro imò, seu insuper.

7 Quamuis rectè eadem coniunctiuè quoque accipiatur, vt ex his ipsis duo alia deducamus moralia. Populum vniuersum auaritiæ studere, exemplo ad id impulsum Sacrarum personarum, quæ totæ sunt in congerendis per fas, & nefas opibus, ita vt numquam eorum expleri posse videatur cupiditas, fraudulenter, & cum dolo Euangelicam profitentes paupertatem. Ac propterea sæpius de hac ipsa eorum auaritiæ ingluuie insatiabili sæculares audias aduersùs illos obmurmurantes, iisque propemodum eos alloquentes verbis, quæ per Aggæum Dominus habuit, *Seminastis* [b] *multum*, iuxta opinionem vestram, quando res spirituales populo exhibuistis, iuxta illud Pauli, [c] *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?* *Et intulistis parum*, secundùm insatiabilem cupiditatem vestram. Quod & res ipsâ docuit: Nam *comedistis* ex nostris scilicet redditibus, *& non estis satiati*: *bibistis, & non estis inebriati*, id est, non bibistis ad sufficientiam, iuxta Hebraicæ linguæ phrasim, quâ inebriandi verbo copia designatur: *Operuistis vos, & non estis calefacti*, semper nimirum querelas habentes, quòd desint vobis, quibus iuxta necessitatem tegamini. *Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum*, id est, & cum iustè, atque iniustè, & sæpe etiam cum dolo, vel spiritualium quoque quæ nobis ministratis multas extorqueatis mercedes, ita vt haud dubium quin diuitiarum in dies congregetis aceruos: ita nihilominus vos habetis, ac si mercedes illas in saccum mitteretis perforatam.

Auaritiæ studio addicit se fidelis populus prauo Sacrarum personarum exēplo.

Auaritia Sacrarum personarū quanta.

b Aggæi. 1. 6.

c 1. Cor 9. 11.

8 Tertium denique ex his, (*Et à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum*, colligitur: Ideo magis magisque sæculares, & populum diuinarum rerum, casuumque (vt ita dicam) conscientiæ ignarum, in suo frequentissimo in dies confirmari auaritiæ, & cupiditatis propriique lucri studio: quia Prophetæ, id est prædicatores, Doctorésque Sacræ Theologiæ, & canonum, nec non & Sacerdotes, Confessores, nimirum, atque Prælati, prauos ipsis approbant contractus, dolum loquentes, atque mendacia. Vt hæc secunda pars sit confirmatio simul & ratio præcedentis.

Sæculares confirmantur in nimio auaritie, lucrique studio, quia à Sacris, doctisque personis approbantur praui ipsorum contractus.

Quàm congruè autem de auaris quibuscumque, & sacerdotibus in primis dictum sit, *(Cuncti faciunt dolum)* peregregiâ probare potes consideratione Ambrosij, qui enarratione in primum Psalmum perpendit. Fluuium illum qui Genes. 2. dicitur circuire terram Euilah, vbi est aurum optimum & lapis Carbunculus, & lapis Prasius, appellatum Phison, qui Latinè interpretatur, Oris commutatio. *Meritò enim,* A ait, *os illis commutatur, vt non teneatur promissorum fides, sed sit in ore dolus, vbi est aurum bonum: Auaritia enim fidem frangit, nec tenet verborum simplicitatem: ornamenta quoque preciosa mentem, animumque commutant, vt aliud in pectore, aliud in sermone sit.*

Auaritiæ studio coniuncta mendacia, fraudes, ac doli.

Genes. 2. 11.

Ambrosius.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 14.

B *Vers. 14.*] Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ET [a] falsis quoque medicamentis curare obnitebantur comminationem omnem cladis, atque suppliciorum, quibus Iudaicum populum in scelerum suorum pœnam conterendum, & contundendum sancti vaticinabantur Prophetæ.

a Et curabant contritionem filiæ populi mei.

C *Atque omnem pariter eiusdem populi tremorem, & afflictionem; quâ ob talia vaticinia contritione afficiebatur acerrimâ.* 2

b Cum ignominia, [illegible] cum leuitate, aut [illegible] dicentes.

Nec non & ignominiam vniuersam, quam per futuram cladem sibi subeundam ille conceperat.

Faciebant autem istiusmodi curationē, sanctos ignominiâ prosequentes Prophetas, quorum diluere 1
minià prosequentes Prophetas, quorum diluere satagebant minas, 2
cum leuitate atque contemptu, ignominiosè, & leuiter de minis iis, deque ea populi contritione loquendo, sicut de rebus abiectissimis fieri mos est. 3

Idque & cum propria, ac populi quoque agebant 4
D *ignominia, quæ talem ipsorum curationem consecutura erat, cùm res aliter eueniret, atque ab eis asserebatur.*

Cùm [c] enim leuissimâ ratione pacem, omniaque prospera pollicerentur, re tamen vera nihil visum est prosperi, nullumque pacis apparuit signum.

c Pax, pax: & non erat pax.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *curabant contritionem,* &c.) Ad epitasim eorum, quæ mox dicta fuere de pseudoprophetis, & Sacerdotibus, & hæc pariter adiecta sunt: quòd cùm ad ipsos spectaret curatio E morborum animæ per medicamenta sanctarum monitionum, asperarumque increpationum. Ipsi è contra id sibi sumpserunt muneris, vt mederentur contemptu eorum medicamentorum, quæ sanitatem conferre potuissent. Porrò contritionis nomine hîc designatur & omnis comminatio cladis, atque suppliciorum, quibus Iudaicum populum in scelerum suorum pœnam conterendum, & contundendum sancti vaticinabantur Prophetæ: & omnis eiusdem populi tremor, atque afflictio, quâ acerrimâ animorum concutiebatur contritione ob aduersa, F quæ imminentia denunciabantur. Filiam autem populi sui appellat, quem tenerè diligebat Propheta Sanctus, cùm simpliciùs dicere eum quiuisset populum suum.

1 Sacerdotes, Prædicatores [illegible]

Quod adiectum est *(cum ignominia)* quadruplicem habere potest sensum. Primum, quod mihi minùs probatur, ac si dicatur curabunt contritionem populi, simulque & illius ignominiam, quam scilicet per futuram cladem ei subeundam iidem Sancti comminabantur Prophetæ: sic Andreas Cappella. Secundò, vt non

1. Se[illegible]

Andr. C[illegible]

tam ea designetur ignominia quam curabant, quàm illa, quæ talem ipsorum curationem consecutura necessariò erat confusio, quâ tam illi, quàm populus ipse afficiendi erant, cùm res aliter eueniret atque ab eis denunciabatur, vnde bene illicò subditur, (*Dicentes pax pax,*) *Confusi sunt*, &c. Ita Ioannes Maldonatus. Tertiò, vt ignominia significetur, quâ dum id explerent munus curationis contriti populi, Sanctos è vestigio afficiebant Prophetas, quorum diluere nitebantur vaticinia. Quo sensu Paraphrasis Chaldaica ita hæc reddit, *Ignominia afficiebant veros Prophetas.* Quartò, vt ly (*cum ignominia*) modum signet, quo ab illis dicta fiebat curatio: ac si dicatur, ignominiosè, vilique ratione, quod expresserunt Sept. cùm verterint ἐξουθενοῦντες, id est, (*paruì pendentes*, seu *contemnentes.*) Hebraicè על נקלה *ngal nekalad*, quod R. Dauid, quem ferè sequuntur & reliqui Hebræorum, atque nostrorum, interpretatur, (*Leui sermone,*) dic tu, & (*leui ratione.*) Regia, (*Super leui.*) Vatablus. (*Rebus leuiculis*, seu (verbis leuiculis, aut *leuitate quadam*, seu *leuiter*:) quod sic exponit in Annot. quasi iocus esset, aut ludus, nil seriò agentes in re tam seria. (*Cum leuitate*, vertunt alij, quod Ioannes Maldonatus hîc interpretatur, leuiter, ac perfunctoriè. Ioannes verò Pineda in cap. 39. Iob. vers. 34. num. 2. Cum leuitate propriè inquit, vel cum facilitate, leuiter de illa, scil. populi contritione loquendo, sicut de rebus abiectissimis leuiter, & cum ignominia solemus loqui. Andreas Cappella addi posse ait, & verti. (*Super ignominioso*) quod ad tertium sensum referri potest. Sanè Hebraica ipsa vox נקלה *nekalah*, est participium passiuum à radice קלה *kalal*, quod spernere contemnere, leuem esse, vilescere, ac maledicere significat.

Ioan. Mald. 3. Sensus. — *4. Sensus.* — *Io. Pineda.*

3 *Pacis nomine significata prospera omnia.*

Dicentes, Pax, pax: & non erat pax: Pacis nomine in Sacris literis prospera omnia designantur, adeóque, & in salutationibus quocumque tempore id in more erat Hebræorum, vt pacem sibi inuicem, id est, prospera omnia denunciarent, & augurarentur, quem morem & ab Apostolis seruandum voluit Iesus in Euangelio, dicens, *In* [d] *quamcumque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui.* Itaque hac ratione certè leuissima, hocque leuissimo sermone, ait Ieremias, pseudoprophetæ, & Sacerdotes curabant contritionem populi mei, absque vllo fundamento illi omnia pollicentes prospera: neque aduersum quid tunc temporis in Iudæa futurum dicebant non bellum, non prædas, non obsidionem, non famem, non ægritudines, non cladem, non captiuitatem, non denique quidpiam eorum quibus Iudaicum populum conterendum proclamarent veri Prophetæ: cùm tamen re vera nihil appareret prosperi, nullumque pacis esset signum Hebr. ad verbum sic habent, (*Dicendo, Pax, pax: & non erat pax.*) Quod Sept. efficaciùs cũ interrogatione sic reddidere. (*Et dicentes, Pax pax: & vbi est pax?*) Ita Codex Vaticanus: Complutensis tamen, ac Regius, & dicentes, (*Pax: & vbi est pax?*) Vide cap. 13. Ezechielis, in quo fusiùs explicatur, quâ ratione iidem pacem denunciarent.

d Luc. 10. 5.

Versus 14.] Et curabant contritionem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CVM per auaritiæ, & proprij lucri studium omnis, vt dictum est, causetur afflictio, contritio, & clades: id maximè in populo Dei est dolendum, quòd personæ Sacræ, Prædicatores, Doctores, Prælati, Sacerdotes, ac Religiosi, quorum id esset muneris, vt veram, sanamque doctrinam, & iusta consilia efficacissimum contusionis eius vniuersæ medicamentum primæ, & originariæ illius adhiberent causæ ipsi auaritiæ studio, Contrariis potiùs, & pestiferis id agere obnixi sunt pharmacis, iisque & ignominiosis. Siquidem auaris, diuitibusque vsurariis, quoscumque vel pessimos iustificant cõtractus: cúmque illos mordacibus arguere deberent increpationibus, minisque & terrore pœnarum, quæ taliter paratæ sunt contractantibus: ipsi è contra blandis eos delinientes adulationibus, tutos illos in conscientia asserunt, prosperaque omnia pollicentur cum maxima ipsorummet ignominia, cùm constet, ista ab ipsis & dici, & fieri propter ignominiosas oblationes, & munera, quæ vel à pœnitentibus in Sacramento Confessionis, vel à subditis, vel à consulentibus ipsos, vel etiam ab auditoribus aucupantur. Quod clariùs significasse visus est Dominus apud Ezechielem, cùm de his ipsis loquens dixit: [a] *Violabant me ad populum meum*, prauis scil. suis eum instruentes consiliis, securitatem pollicentes, cui mortis pararam damnationem, idque *propter pugillum hordei, & fragmen panis*, iuxta illud Isaiæ.[b] *Væ qui iustificatis impium pro muneribus.* Benè autem apud eumdem Ezechielem de iisdem adiicitur, & ignominiosius quod perpetrant delictum. *Vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis*: mendaci siquidem doctrinâ, mendaci spe, mendacibusque consiliis nimis creduli populi eas iustificant viuificantque animas, quæ auaritiæ indulgentes studio vitâ minimè viuunt gratiæ, simulque easdem animas, quæ naturâ suâ non moriuntur, venenosâ interficiunt consultatione, propter quam multa denuo eæ admittunt peccata mortalia.

Personæ Sacra prauâ suâ doctrinâ, pessimisque consiliis confirmant sæculares in auaris, dolosisque eorum studiis.

Ob Simoniacas oblationes & munera ignominiosè consulũt, diuitibusque adblandiũtur sæpe Sacerdotes.

a Ezech. 13. 19.

b Isa. 5. 23.

Iuxta Hebraicam lectionem illam, (Et curabant contritionem, &c. Aptissimus est locus iste contra illos verbi Dei prædicatores, qui grauissimum, quod adiere munus curandi contusionem, vulneraque multiplicium peccatorum, quibus fidelis populus languet à planta pedis vsque ad verticem capitis, omni acris increpationis studio, omnique exaggeratione aduersùs peccata dimissis, summa cum leuitate toti sunt in leniendis, & delectandis auditorum auribus exculta oratione, politis vocibus, & inanibus eloquentiæ flosculis. Qui & rectè iuxta nostram Vulgatæ lectionem (*cum ignominia*) id muneris præstare dicuntur, cùm nil aliud exinde sibi reuehant, quàm opinionem vanorum, ac leuium, quin & falsorum quoque, atque mendacium; quando & id insuper addunt, vt diuitum in primis, ac Principum sceleribus blandiantur, maximam è suggestu celebrantes tranquillam viuendi rationem, cùm exploratum alioquin sit, quod verax apud Isaiam dixit Dominus, *Non* [c] *est pax impiis.* Sanè de leuibus his concionatoribus id dici pariter potest quod hîc subiicitur. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, &c.

5 *Prædicatores vani describuntur, & arguuntur.*

c Isai. 48. 22.

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Et tranſibunt domus eorum, &c.

Verſ. 13.] A minore quippe vſque ad maiorem, &c.

Verſ. 14.] Et curabunt contritionem, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Καὶ μεταστραφήσονται αἱ οἰκίαι αὐτῶν εἰς ἑτέρους, ἀγροὶ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ὅτι ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ταύτην, λέγει κύριος.

13. Ὅτι ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν, καὶ ἕως μεγάλου πάντες συνετελέσαντο ἄνομα, ἀπὸ ἱερέως, καὶ ἕως ψευδοπροφήτου πάντες ἐποίησαν ψευδῆ.

14. καὶ ἰῶντο σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου ἐξουθενοῦντες, καὶ λέγοντες, εἰρήνη, εἰρήνη. καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη;

Verſ. 12.] Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores eorum pariter: quia extendam manum meam ſuper habitantes terrã hanc, dicit Dominus.

Verſ. 13.] A paruo enim eorum, & vſque ad magnum omnes couſummauerunt iniqua: à Sacerdote, & vſque ad pſeudoprophetam omnes fecerunt mendacia.

Verſ. 14.] Et curabant contritionem populi mei, ſpernentes, & dicentes: Pax, pax, & vbi eſt pax?

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et transferentur domus eorum ad alios, agri & vxores ſimul, quia leuabo plagam potentiæ meæ ſuper habitatores terræ, dicit Dominus.* Verſ. 13. *Quia à minimo eorum vſque ad maximum eorum omnes inhiãt diuitiis, à Scriba vſque ad Sacerdotem omnes operantur mendacium.* Verſ. 14. *Et curarunt contritionem cœtus populi mei verbis mendaciorum ſuorum, dicentes; Pax, pax, & non erat pax.*

Hieronym. Verſ. 12. *Et tranſibunt*, &c. Hieronymus. (*Et tranſibunt domus eorum ad alteros*) *captiuitatis malo* (*agri & vxores ſimul*) *vt & coniux ad hoſtes tranſeat, & poſſeſſio. Quicquid iuxta literam intelligimus ſuper Ieruſalem, iuxta intelligentiam ſpiritualem referamus ad Eccleſiam, ſi offenderit Deũ.* (*Quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, &c.*) *Quod in Hebraico dicitur,* (*Extendam manum meam ſuper peccatores, ſiue habitatores terræ,*) *apud Sept. ſemper* (*eleuabo*) *ſcribitur, qui vterque percutientis eſt habitus. Iuxta illud quod ſcriptum eſt. Et* [a] *adhuc manus Domini extenta, ſiue excelſa. Habitatores autem terræ ſemper in vitio ſunt. Vnde & in Apocalypſi frequentiùs dicitur.* [b] *Væ habitatoribus terræ.* a Iſai. 5. 25. b Apoc. 8. 13. *Terræ habitatores in malo ſenſu ſumuntur in ſcriptura.*

2 Hieronym. Verſ. 13. *A minore quippe*, &c. Hieron. (*A minore vſque ad maiorem omnes ſtudent auaritiæ*) *ſecundùm illud Apoſtoli,* [c] *Radix omnium malorum eſt auaritia.* (*Et à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.*) *Alij in prophetando mendacium, alij peruersè interpretando legem Dei. Dicit & in alio loco Propheta.* [d] *Quærite legem à Sacerdotibus.* c 1. Timoth. 10. d Deut. 17. 9. d 2. Paralip. 19. 10.

3 Hieronym. *Contra Sacerdotes adulantibus dicentes.* Verſ. 14. *Et curabant contritionem*, &c. Hieronymus. *Et cùm tanta facerent, proſpera quæque meo populo nunciabant: & quaſi curare cupiebant vulnus, & ignominiam filiæ meæ, dicentes: Pax, pax, cùm pax omnino non eſſet. Hoc propriè de Sacerdotibus, & doctoribus intelligendum eſt, qui diuitibus, & eis quos vident in honore maximo conſtitutos, repromittunt proſpera, & clementem prædicant Deum: magis illos ſupplicio, & iracundiæ præparantes.*

Theodorit. Theodoritus. *Cuncti communem adamarunt iniquitatem, etiam Sacerdotali dignitate præditi cum his qui mendacia prædicare audebant. Refert etiam quæ ab ipſis perpetrabantur.* (*Et curabant contritionem populi, contemnentes me & dicentes, Pax, pax.*) *Tũ ſub interrogatione.* (*Et vbi eſt pax?*) *Conueniebat, inquit, curare dolores aſperioribus medicamentis: ſed pollicitatione pacis attriuerunt eos. Vbi nam ergo ſermonum executio? Vident enim loco pacis vniuerſorum interitum.*

4 D. Bonauent. D. Bonauentura in id *Putatis quia pacem veni mittere in terram.* [e] Luc. 12. Pacem terrenam de qua & hîc eſt ſermo, primò dicit eſſe prauam Deut. 29. (*Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei,*) tum eſſe pacem falſam, (*Curabunt,* enim hîc de ea dicitur, *contritionem filij populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, & non erat pax,*) tum eſſe momentaneam [f] 1. Theſſal. 5. (*Cùm dixerint Pax, & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*) tum eſſe pacem deceptoriam Ierem. 9. (*In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias:*) tum eſſe pacem turbatiuam [g] Iſai. 38. (*Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.*) Et denique hanc pacẽ eſſe inimicam veræ Chriſti paci quæ & bona eſt, & vera, & permanſiua, & directiua, & conſolatoria. e Luc. 12. *Pax terræ quàm mala.* f 1. Theſſal. 5. g Iſai. 38.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI μεταστραφήσονται αἱ οἰκίαι αὐτῶν εἰς ἑτέρους.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ ὁρᾷ πλεονάζουσαν πρὸς τὰ ἡμέτερα τὴν διάθεσιν, ὡς καὶ ἀπελθόντες στενάζομεν, ὅταν καὶ οἰκίας καὶ ἀγροὺς ἴδωμεν, καὶ γυναῖκας ἑτέρων γιγνομένας.

[Ὅτι ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ἄνωθεν τὸν πόλεμον ἀρχό-

5 Verſ. 12. ET *tranſibunt domus eorum ad alteros*, &c.)

Chryſoſt. Chryſoſtomi.] *Quoniam in nobis nimium in res noſtras videt affectum, cùm & aliò profecti ingemiſcamus, ſi domos, & agros, & vxores ad alios tranſire videbimus.* *Affectus nimius in noſtra damnatur.*

(*Quia extendam manum meam, &c.*)

Chryſoſt. Chryſoſtomi.] *Vides deſuper pugnam exortam?*

ἐρχόμενον; ἐκεῖθεν τὴν μάχην ἀνερριπιζομένην; τὸν οὐρανὸν αὐτοῖς πολεμοῦντα; ἤκουσας ἀπὸ βορρᾶ, καὶ ἐφρόνησας ὡς ἀνθρώπων ὁμοδούλων; ἄκουσον νῦν, ὅτι ἐκτείνειν μέλλει τὴν χεῖρα.

[Ὅτι ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου πάντες συνετέλεσαν τὰ ἄνομα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴν ἔλεγε τὴν κακίαν. οἱ μὲν πατέρες, κἂν αὐτοὶ ἐν κακίᾳ τυγχάνωσιν, ἀλλ' ὅμως βούλοιντ' ἂν τοὺς παῖδας εἶναι ἐναρέτους. ἐνταῦθα δὲ ἅπαν τοὐναντίον. καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἠγνόησαν, οὐδὲ πατέρων ἀπεδείξαντο φιλοστοργίαν. (|| in. παιδ.) ἔστω. αὐτὸς ἐπιθυμίαν ἔχεις εἰπεῖν, || καὶ ἡδονὴν, καὶ θυμὸν, καὶ πονηρίαν. τίνος ἕνεκεν ἅπαξ τὸ παιδίον ἐπὶ τὸν αὐτὸν ὠθεῖς κρημνόν;

[Καὶ ἰῶντο τὸ σύντριμμα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες αἴτιοι τῶν κακῶν. τοῦτον γὰρ τὸν λόγον οὐχ ἡγοῦμαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους εἶναι, ἀλλ' ἡμῖν διαφέρειν τοῖς ἄρχουσι. πρὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ἀποτείνεται, πρὸς τοὺς χαριζομένους, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν ὁμιλοῦντας, καὶ δοκοῦντας ἰατρεύειν τὸ τραῦμα, ἐπιτείνοντας δὲ τὸ ἕλκος. [λέγοντες, εἰρήνη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ εἴων τῶν μαστίγων ἐπαισθάνεσθαι, εἰρήνην αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι.

[Καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἶπεν οὐκ ἔστιν εἰρήνη, ἀλλὰ ποῦ ἐστιν; ὅρα τὴν ἐπιείκειαν. ἐλέγχων οὐδὲ νῦν ἀφαιροῦμαι. δείξατε ἐπὶ τῶν ἔργων ἃ ἐπηγγέλλεσθε. δέδοικα μὴ καὶ νῦν χώραν ἔχει λέγεσθαι. καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη; μὴ γὰρ ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τὰ τῶν ἀπίστων ἅπαντα κατήργηται, καὶ ἀρχόντων εὐσεβῶν ἐπετύχομεν, καὶ οἴκους εὐκτηρίους ἔχομεν, καὶ || ἀπολαύειν εἰρήνης νομίζομεν; οὐκ ἔστι τοῦτο εἰρήνη πρέπουσα ἐκκλησίᾳ. ἐπειδὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι τούτων οὐδὲν ἔχοντες, τὴν εἰρήνην εἶχον ὄντως, ἣν ἀφῆκεν αὐτοῖς ὁ θεός, εἰρήνην φησὶ τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

(|| in al. deest καὶ.)

A *tam? inde bellum excitatum? cælum cum ipsis belligerans? Audisti ab Aquilone, spreuisti vt pote homines conseruos? Audi nunc quod ipse manum extendet.* (*Manus Dei extenta timenda præ omnibus.*)

Vers. 13. (*A paruo enim eorum vsque ad magnum omnes consummauerunt iniqua.*) 6

Chrysostomi.] *Multam esse dicebat iniquitatem, Patres verò etsi in vitiis sunt, liberos tamen virtute præditos vellent. hîc autem res omnino contra se habet: & naturam ipsam ignorarunt,* B *& affectum paternum nõ ostenderunt. Esto, tu desiderio teneris voluptatum, iræ & nequitiæ. Quid est in causa, quòd & puerulum vnà planè tecum præcipitem des?* (Chrysost. *Filios vitiorum participes, & hæredes facere quàm damnabile sit in parentibus impiis.*)

Vers. 14. (*Et curabunt contritionem*, &c.) 7

Chrysostomi.] *Rursus à Principibus ipsis malorum origo. Sermonem enim hunc non ad subditos, sed ad nos, qui dominatum obtinemus, spectare opinor: ad hos enim se conuertit, qui indulgent, omniaque ad voluptatem enarrant, &* C *videntur vlceri medicinam afferre, sed magis exulcerant. (Dicentes Pax, &c.)* (Chrysost. *Prælati, & Principes indulgentiores erga subditos arguũtur, vt malorũ omnium causa.*)

Olympiodori.] *Pacem illis pollicentes, verbera sentire non permittebant.* (Olympiod.)

Et vbi est pax? 8

Chrysostomi.] *Non dixit, Non est pax, Sed, vbi est? Vide benignitatem, has redargutiones nunc etiam adhibere possum: operibus ostẽdite quæ promisistis. Vereor, ne nunc etiam dici queat, (& vbi est pax?) Non enim pax est, quia* D *iam gratia Dei res infidelium extinctæ, & pios principes nacti sumus, & orationis domos habemus, & pace frui putamus. Non est pax hæc Ecclesiam decens. Nam & Apostoli, cùm nihil horum haberent, veram tamen pacem habebant, quam ipsis Deus reliquerat: Pacem inquit,* [a] *meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.* (Chrysost. *Benignitas Dei erga subuersores simplicium. Pax vera Ecclesiæ quæ sit.*) (a Ioa. 14. 27.)

Vers. 15.] Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: quam ob rem cadent inter ruentes: in tẽpore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Sanè [a] *per id quod admisère abominandum, fallentes hac ratione populum inanibus pacis, ac prosperitatis promissionibus, multùm tandem reuexère confusionis: Quamquam eò deuenerint insensibilitatis, ac peruersitatis, vt talem tantamque minimè perceperint confusionem: ita vt nec vel ob propriam ignominiam erubescere norint, meretriciam profectò præ se ferentes faciem. Quin & singuli item Iudæorum confusi sunt propter abominationem quam fecerunt, Sanctos abominantes Prophetas, eorumque monita, & vaticinia, imò & Dei verbum contemptui habentes, cùm ab ea exciderint spe, quam inaniter ex Pseudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum dictis conceperant prosperorum, ac pacis: Tametsi nihilominus bona, maximéque eis vtili erubescere noluerunt* E *confusione, & pudore de abominatione, & iniquitate sua, facti nimirum ad resipiscentiam, & pudorem illum insensibiles.* [b] *Quamobrem tam isti, quàm illi pseudoprophetæ, atque Sacerdotes, cùm ruina superuenerit hostilis cladis, cadent interfecti: propriisque oculis videbunt ingentem populi multitudinem ruentem aduersariorum gladio, & inter illos occumbent pariter & ipsi, tunc nimirum temporis,* [c] *cùm mendaciorum, doli, atque abominationis suæ reddentes rationem pœnas pro illis dabunt.*

(a *Cõfusi sũt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione nõ sunt confusi: & erubescere nescierunt.*)

(b *Quã ob rẽ cadent inter ruentes (seu, in ruina sua.)*)

(c *In tempore visitationis suæ.*)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

F Confusi sunt, &c. Duobus modis intelligi hæc possunt, vel specialiter de iis Prophetis, ac Sacerdotibus, de quibus mox sermo extitit in præcedentibus: vel generaliter de Iudæis, quibus hæc habebantur. Si primo modo: Significatur, Pseudoprophetas illos, ac Sacerdotes per id quod admisère abominãdum, fallentes populum inanibus pacis, ac prosperitatis promissionibus reuexisse tandem confusionem. vt quod dicitur, *Confusi sunt*, eo intelligendum sit modo, quo apud Ioelem & de rebus ina 1 (1. Sensus.)

me assequemini quietem, dulcem refectionem, purificationem atque sanctificationem. Tanta [c] *ipsorum extitit obfirmata malignitas, & obstinata in peruersis gressibus affectio, vt & ostensam viam renuerint bonam, & antiquas respuerint semitas, & me repulerint ducem, nullamque promissi à me refrigerij habentes rationē pertinaci superbiâ, responderint. Nolle se per tales ambulare vias legis, ac præceptorum, Non ambulabimus, dicentes, post te.*

c *Et dixerūt non ambulabimus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *1. Sensus. Exēpla Antiquorum Patrum potētissima.*

HÆC *dicit Dominus*, &c. Communis ferè præsentis sententiæ sensus, est, vt à Domino moneantur Iudæi, conforment suam viuendi rationem ad exemplar Antiquorum Patrum illorum, qui rectè sanctéque vixere. Nihil enim est, quo magis moueatur quisque, quàm Maiorum suorum exemplis, iuxta illud Mosis. [d] *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas*: Et, *Interroga patrem tuum & annunciabunt tibi, maiores tuos, & dicent tibi*: & illud Matathiæ, *Mementote* [e] *operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis*. Petrus à Figueira, & Christophorus à Castro censuère iisdem Iudæis considerandas proponi Antiquorum viuendi rationes bonas, & malas, simulque, & singularum illarū exitum siue bonum, siue malum, vt hoc pacto sibi consulant, iuxta illud Deuteron. [f] *Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prauiderent*. Quod consonare, inquiunt, videtur textui, in quo proponitur finis vitæ bonæ refrigerium, & è contra vitæ malæ exitium per Chaldæos.

d Deut 32.

e 1. Mach. 2. 51.

2. Sensus. Chr. à Castr. Petr. à Figueira.

f Deut. 32. 30.

2 *3. Sensus.*

Mihi videtur, in his fieri potiùs per Dominum reuocatio Iudaici populi ad vias diuinorum mandatorum, atque ad viam illam bonam & (D) optimam, quæ est legis dilectionis. Vulgare est Prouerbium, Qui, antiquâ dimissâ, per nouam graditur viam, vt plurimum deceptum se reperitur. Et id moris esse apud nos videmus, vt cùm quempiam per prauas præcipitiorum vias errantem videre contigerit, ni saxeo simus corde, clamemus vt gradum sistat, ad vetustam redeat semitam, & quæ sit, quâ bene ambulare queat consideret viam. Viæ antiquæ, &, vt originalia Hebr. & Græc. habent (*quæ à sæculo,*) mandata dixerim Dei non tam legis scriptæ, quàm legis à (E) mundi exordio ipsi hominum naturæ inditæ, legis inquam dilectionis, atque religionis de quibus ab eodem Domino sæpius Iudæis ipsis dictum reperies, *Si in viis meis ambulaueritis*, &c. quasque pleniùs edoceri à Deo efflagitabat Dauid, dicens, [g] *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me*. Via quoque vna quæ hìc dicitur bona, ipsa est eiusdem Dei lex scripta, de quia idem Dauid ait. [h] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

Via antiqua appellata Dei præcepta secundùm legē naturæ.

g Psal. 24. 4. *Via bona est lex Dei scripta.*

h Ps. 118. 1.

3 Vias istas antiquas, viamque bonam prædictam miseri reliquerant Iudæi, & abiit eorum (F) vnusquisque vagus in via cordis sui, vt apud Isaiam [i] habes, adeo vt toti populo superius in cap. 3. dictum sit, [k] *Dispersisti vias tuas alienis*, relicto itinere relicto, vt de impiis in libro Prouerb. dicitur, [l] *Ambulant per vias tenebrosas*. Quas idem Salomon [m] vias peruersas dicit, & gressus, qui in illis fiunt, infames. [n] *Non fuit iudicium in gressibus eorum*, ait Isaias, *semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Contritio & infœlicitas in viis eorum non est timor Dei ante oculos eorum.*

i Isai. 57. 17. *Iudæi, relictâ viâ bonæ legis Dei, vias triuerūt pessimas.*

k Iere. 3. 13.

l Prou. 2. 13.

m Prouer. 2. 15.

n Isai. 59. 8.

(A) Quid faceret benignissimus Deus Iudæis tam prauis, tantoque cum damno errantibus in viis? Audi quid aliquando fecerit. [o] *Vias eius*, inquit, *vidi, & sanaui eum, & reduxi eum*. Nota: vidit ipse viarum eius prauitatem, ac pericula, cùm illi eas, instar cæcorum se habentes minimè viderent: duoque in illius salutem exercuit munia, medici atque ducis. *Reduxi*, inquit *eum*, tutum me ei exhibens ducem: at prius vt apprimè peritus medicus sanitatem ipsi impertitus sum oculorum, ac mentis: quò videre iam posset viarum suarum peruersitatem, & quâ tutò incedendum sibi foret. (B) Audi & quid aliàs fecit. *Et aures tuæ*, ait Isaias ad errantem populum, [p] *audient verbum post tergum monentis*: vt seduli videlicet præceptoris, ac patris dicentis: *Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* 4

Ad viam rectā reducere errantes quâ ratione obnitatur Deus.

o Isai. 57. 18.

Errantibus Deus se exhibet medicum, & ducem.

Vt præceptorē Deus se exhibet errantibus.

p Isai. 30. 21.

Audi demum quid & hoc loco apud Ieremiā faciat. Quos aliis vicibus ipsemet reduxit, sanataque eorum mente, atque oculis viam dignoscere fecit quâ ambularent: nunc præcipites instar cursoris leuis explicantis (vt supra dictum est) vias suas, currentes monet, vt super vias ipsas (C) suas pessimas sistant gradum. (*Hæc dicit Dominus: state super vias:*) Tum addit, (*Et videte,*) ipsismet vestris oculis prauitatem, & præcipitia speculantes earumdem viarum, in quibus gradimini. Vt autem eorumdem diligentia & conuersio nulla ex parte sit deficiens, duo eis addit facienda; primum, vt à Sapientibus probisque viris instrui pleniùs satagant de semitis mandatorum Dei, deque eiusdem lege, de antiquissimis legis naturæ præceptis; deque lege scripta; Alterum, vt, viâ bonâ repertâ, haud ampliùs stent, sed iugi in ea ambulent progressu. (*Et in*(D)*terrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.*) Non dicit, (*Ambulate in eis*, sed *in ea*:) quia vna est via bona, licet plures dicantur semitæ item bonæ: vna est lex Dei, & licet plura sint eius mandata, siue antiqua ad naturæ legem spectantia: siue recentiora, quæ sunt legis scriptæ, ad vnum tamen ea omnia reducuntur præceptum dilectiònis, vt sæpius ex Apostolo probatum est. 5

Errantibus quatuor agēda, vt non præcipites in perpetuum ruāt damnationis præcipitium.

(*Et inuenietis refrigerium animabus vestris.*) 6 Alludere videtur Dominus ad id quod iis euenire solet, qui post diutinum laborem, postque (E) magnos sudores, ac vehementem sitim, quibus lassati sunt in prauis aberrantes viis, viâ tandem bonâ repertâ, à defatigatione ipsa sua refrigerantur, animæque assequuntur quietem. *Ambulauimus* [q] *vias difficiles*, dicebant aliquando impij, *lassati sumus in via iniquitatis*, Et supra in cap. 2. vidimus eidem Iudaico populo dictum. [r] *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti*, quæ maximè ad rem faciunt, de qua modò est sermo, vt ibi exposuimus. Bene ergo iisdem Iudæis, si per bonam ambulauerint diuinæ legis viam, refrigerium promittitur anima(F)rum post præexpositos labores, inaniter summoque cum detrimento ab illis exantlatos. Si quæris quodnam istud sit refrigerium, ex Euangelio id docere possem, vbi Dominus Iesus non solùm Iudæos, sed quotquot in mundo hoc degere cōtingat, ad diuinæ legis suæ viam à prauis reuocans sæculi viis, ait. [s] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos*, &c. *Et inuenietis requiem animabus vestris*, vbi id refrigerij constituitur in refectione, & inquiete animarum.

q Sap. 5. 7.

r Ier. 2. 25.

Refrigerium animæ situm in refectione, & in quiete.

s Matth. 11. 28.

At

7 *Refrigerium animæ continet quatuor, requiem, refectionē, purificationē, & sanctificationem.*

At ne discedamus à præsenti, quam in manibus habemus sententia, ex originalibus optimè id colligere est vocibus, Hebræa, & Græca, quā illam reddidere Sept. Hebræam certè מרגוע *margoang* communiter Hebræorum Doctores interpretantur *quietem* prout & recentiores interpretes ex nostris, Pagninus, & Regia ita hæc reddentes, (*Et inuenietis requiem animæ vestræ*:) nec non & Vatablus in suis Annotat. Idem tamen Vatab. in textu versionis suæ aliter sic vertit. (*Et inuenietis refectionem animabus vestris.*) Sept. (*Et inuenietis ἀγνισμὸν, animabus vestris* porrò ἀγνισμὸς *agnismos* significat purificationem, ac sanctificationem. Quod ergo noster Interpres refrigerium animæ dixit, quod inuenitur cùm ambulatur in via legis Dei, quatuor complectitur, quæ omnia ad animam pertinent, (neque enim admitto quod in Annotat. suis ait, Vatabl. hîc promitti quietem, & pacificam vitam, si de corporali dumtaxat id intelligat pace, & quiete) ea autem sunt requies, refectio, purificatio, & sanctificatio.

8 *Per legis Dei obseruantiā obtinetur requies animæ, & hic, & in futuro.* a Eccl. 6. 28.

Et quidem hæc omnia per vnam diuinæ legis obseruantiam ab anima obtineri manifestè ex Sanctis colligitur paginis, de requie legimus in libro Ecclesiastici.[a] *Inuestiga illam*, viam scil. bonam doctrinæ legis Dei, in qua vera est sapientia, *& continens factus*, id est, cùm ipsam inueneris, & obtinueris, *ne derelinquas eam. In nouissimo enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.* Idque nō solùm in futuro sæculo, sed in præsenti. Vnde idē auctor lib. Eccl.[b] *Videte* ait, oculis vestris, *quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*: in disciplina nimirum legis, de qua mox dixerat.[c] *Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.* Si refectionem quæras, quā ita per Dei legem à se seruatam ea recreetur, vt & summâ repleatur consolatione, & cibo, potuque refecta praua in illa sedetur & fames, & sitis vniuersa. Audi Prophetam hęc apprimè expertum,[d] *Dominus regit* (seu iuxta lectionem aliam, *pascit*) *me, in loco pascuæ*: (in hac nimirum legis suæ semita) *ibi me collocauit. Super aquam refectionis.* (En refectio sitis) *educauit me* (en refectio cibi) *animam meam conuertit* (en refectio consolationum) iuxta phrasim illam, quā & aliàs conuertere animam, pro illam recreare, & consolari dicitur: vt per nostrum Ieremiam in Threnis, *Idcirco*[e] *ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est à me consolator conuertens animam meam.*

b Eccl. 51. 35.

c Eccles. 51. 34. *Per legis obseruantiam assequimur refectionem.*

d Psal. 22. 2.

Conuertere animam pro illam recreare, & consolari. e Thr. 1. 16.

9 f Psal. 18. 8. *Per legis obseruantiam perfectè purificamur.*

Et de ipsamet lege Domini legimus in Psalmo 18.[f] *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Cur verò immaculatam dicit Domini legem, nisi quia, qui in sæculi viis ambulantes sordibus vndequaque respersi fuerant scelerum, inuentâ hac legis viâ, in eaque per illius obseruationem gradientes ita per ipsam purificantur, vt meritò immaculati iam prædicentur, iuxta illud quod & supra retulimus,[g] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Vnde in eodem Psalmo 18. post præstantissimum diuinæ legis præconium subdit Sanctus Vates, *Si*[h] *mei non fuerint dominati*, domini nimirum ij pessimi, & alieni, quibus seruitute durissimâ subiecti sunt quotquot in viis ambulant iniquitatis: *Tunc immaculatus*, inquit, ero: assignatque rationem. *Et emundabor*, id est, purificabor *à delicto maximo*, id est, vel etiam si maximi omnium delicti, quod vel superbia est, vel idololatria, sordes contraxissem Sed & vnà cum purificatione per eamdem Dei legem exhiberi & sanctificationē, exinde colligere est, quòd tunc primum Iudæos gentem Domino sanctam dici reperimus, cùm super montem Sinai data est lex; Sic enim in libro Exodi vbi Dominus super dictum montem descendit, per eū dictum legimus.[i] *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gēs sancta.* Ecquod verò refrigerium reperiri potest maius, quàm puritas conscientiæ, & vitæ sanctitas?

g Psal. 118. 1.

h Psa. 18. 14.

Per legis obseruantiam obtinetur, & sanctificatio.

i Exod. 19. 5.

10 *A via bona quàm alieni sint impy.*

(*Et dixerunt: Non ambulabimus.*) Sat ex hac sua responsione patefaciunt, ipsorum errorem haud iam ex ignorantia fuisse, aut ex infirmitate, quam à Domino sanari necesse fuerit, prout factum aliàs ex Isaia retulimus: Sed ex obfirmata malignitate, & ex obstinata peruersitate, quā & rectam hanc viam demonstrantibus sanctis Prophetis dicere consueuerunt.[k] *Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra Sanctus Israel*, quem scil. nobis proponitis eiusdem viæ ducem. Sic certè miseri illi Iudæi se habuēre, cùm proponeretur eis via ducens ad refrigerium, requiem, refectionem, purificationem, & sanctificationem animæ, eiusdemque viæ dux Sanctus Israel: Cæterùm per vias, per quas peruenire se posse existimarunt ad sensibiles voluptates, ad carnis illecebras, atque ad plenum corporis refrigerium, vel alienis Diis, vel alienis etiam Gentibus turpiter vt charissimis adhæsēre ducibus, post illos maximâ animi ambularunt promptitudine:[l] *Adamaui*, dixerunt, alienos, *& post eos ambulabo*,

k Isai. 30. 11.

Vias ducentes ad animæ refrigeriū abominātur impij: qui tamen libentissimè vias arripiūt, quibus peruenire se putāt ad carnis illecebras.

l Ier. 2. 25.

Circa lectionum varietatem præter ea quæ iam dicta sunt, id vnum est quod notetur, pro eo quod in Vulgata legitur, (*Quæ sit via bona.*) Sept: habere. (*Et videte qualis est via bona.*) Hebr. (*Vbi ipsa via bona.*) Quod Isidorus Clarius in suis Scholiis ita interpretatur: *Animaduertite apud vosmetipsos viam bonam, & rectam, atque viam peruersam, & iudicet ratio vestra quæ magis sit eligenda.*

Versus 16.] Hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *Contra Nouatores.*

FACIT hic locus contra nostri sæculi nouatores. Qui, si à prauo tantillùm desistant cursu, quo præcipites feruntur per multiplices hæreseon vias, gradum super ipsas sistentes nouitatum vias, beneque illas considerantes, de fidei semitis, quas Antiqui triuerunt Patres inoffenso pede, Sacras interrogarent literas, œcumenicorum Conciliorum canones, Sanctorumque Pontificum decreta, profectò reperto tuto fidei Catholicæ itinere, per illius ambularent semitam. Pro illo quoque Euangelij.[a] *Scrutamini Scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me*, præsens facit sententia, quatenus in ea significatur, viam bonam, quæ Christus est ex perscrutatione reperiri antiquarum semitarum, quæ in Scripturis ipsis stratæ, & complanatæ habentur, in antiquis sanctisque Patriarchis, atque Prophetis. Quod aliqui ex eo confirmant Apostoli ad Rom. 1.[b] *Iustitia Dei in eo*, scil. Euangelio *reuelatur ex fide in fidem*, ex fide Antiquorum Patrum in fidem Apostolorum, & ea quæ in ipso traditur Euangelio. Vnde bene Dominus Iesus apud Ioannem ita Iudæos allocutus est.[c] *Nolite putare*

a Ioan. 5. 39. *Scripturarū Sacrarū perscrutatione deducimur ad Christum veram, tutāque salutis viam.*

b Rom. 1. 17. *Iudæorum obstinatio in respuendo Christū quanta.*

c Ioan. 5. 45.

putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo speratis: Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis: Exhibitam inueniendi viam bonam obstinatè respuerunt rationem, quin & apertè sese proclamante tutam, bonamque istam viam, & ad ipsam illos benignè attrahente Christo obstinatiùs ei obsistentis dixère, *Non ambulabimus.* [a] *Quoties,* dixit aliquando, *volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti?*

a Matth. 23. 37.

12 *Religiosus bonus sese ductori committat spiritali.*

Aptissimus insuper est locus iste pro Religiosis, quibus id vnum primò ac potissimum totius, & eius quod Deo exhibere contendunt obsequij, & propriæ quietis, omnisque refectionis, spiritalisque oblectationis esse debet studium, vt spirituali sese in omnibus & per omnia committentes ductori, tametsi multas & legerint, & attentâ consideratione antiquorum sanctorum egregias perceperint viuendi rationes, & gesta perfectionis, eam tandem bonam sibi ambulando certò teneant, quam ab ipsis interrogatus ductor eis præsignarit. Nec minoris faciendum, quod ex vltimo istius sententiæ ad idem propositum colligitur membro; *(Et dixerunt non ambulabimus, &c.)* Vniuersam nimirum eorumdem Religiosorum inquietudinem in Dei obsequio, cunctaque molesta, & spiritus ariditatem, ac perseuerantiæ difficultatem, ex vno isto deriuare vitio renitentiæ ad suo obsequendum ductori.

Religiosorum inquietudo omnis ex renitentia ad obsequendum ductori spiritali.

13 *Viatores sumus in hac vita omnes.*

Quoad fideles omnes, quibus sic Viatorum congruit nomen, sicut & appellatio competit hominum, vnum in hac ipsa perpendendum superest sententia, quòd cùm de via bona interrogandum præcipiatur, neutiquam tamen vel assignatur, vel indicatur quisnam, seu qui sint de ea interrogandi. Hoc mihi certum est, non esse interrogandos de illa mundi sapientes: nam si vel illum interrogemus Pythagoram moralium Philosophorum facilè principem, contraria ab illo de vna eademque via referemus responsa, ita vt nec post interrogationem quietè in ea via liceat ambulare, qui enim aliquando viam eam definiuit bonam, quæ & Regia est, & publica, adeóque id inter sua exhibuit symbola, ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, id est, *extra publicam viam ne ingrediaris,* vt refert in eius vita Diogenes Laërtius. Aliàs verò hanc ipsam damnans contrariũ istud dedit responsum λεωφόρους μὴ βαδίζειν. *Per publicam viam ne ambules.* Quod vt in Adagiis Pauli habes Manutij, quidam sic efferunt, *Viam Regiam declinato, per semitas ingreditor,* iuxta Hieronymi expositionem. *Ne Vulgi sequaris errores. Nũquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, vt optima plurimis placuerint.* Quid perplexius?

Pythagoras. Via mundi perplexa.

14 *Tribulationũ via tutissima & Regia.*

In libro Ecclesiastici reperio scriptum.[b] *Multi pacifici sint tibi, & consilij rius sit tibi vnus de mille.* Vnum porrò consiliarium istum Christum intelligo cuique aptissimum in istiusmodi præsertim interrogatione de via bona, vtpote qui [c] *exultauit vt gigas ad currendam viam.* Sanè si consiliarium istum de Regia Christianorum quis interrogauerit via, eam sibi ad ambulandum ab eo percipiet, quam & ipse, & sancti triuêre omnes, quam delineauit, cùm diceret. [d] *Arcta est via, quæ ducit ad vitam.* Via arcta, via angusta, via angustiarum, via laborum, via tribulationũ & ærumnarum, quam se vel à primis annis ambulasse contestatus est, dicens, [e] *Pauper sum ego,*

b Eccl. 6. 6.
c Psalm. 18.
d Matth. 7. 14.
e Psa. 87. 16.

A *& in laboribus à iuuentute mea,* triuisse & vsque ad mortem asseruit, [f] *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Id quod & fidelium singulis aptandum censuit Paulus, cùm diceret, [g] *Per multas tribulationes oportet vos intrare in regnum Dei,* iuxta illud eiusdem Domini, [h] *Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.*

f Luc. 24. 26.
g Act. 14. 21.
h Luc. 14. 27.

S. Augustinus sermone 91. de tempore innumeras quæ sunt lucis, ac spiritus vias ad ternarium reducens numerum, ad viam bene cogitandi, ad viam bene loquendi, atque ad viam B bene operandi. *Istæ,* inquit, *sunt tres viæ per quas perueniatur ad cælum, sicut & tres aliæ sunt, per quas amatores mundi perueniunt in infernum, hoc est, malum cogitare, malum dicere, & malum facere.* Breuiori tamen compendio ad viam tribulationis vnam & tres istas, & reliquas reducemus vniuersas. Qui enim patienter prout opus est illam terit, haud dubium quin & tribus pariter iis ambulet, bene cogitans, bene loquens, ac bene operans, cùm iuxta Saluatoris nostri dictum. *In* [i] *patientia nostra possideamus animas nostras,* ita vt quacumque libuerit dirigere illas valeamus. 15

S. Augustin.

Viæ lucis, ac spiritus tres secundũ Augustinum.

i Luc. 21. 19.

C De hac vna viarum cæterarum epilogo locutum crediderim Isaiam Prophetam, & hanc à Domino Iesu & verbis, & exemplis indicandam suis fore discipulis significasse. Vbi enim de exhibitione agens tribulationum, & ærumnarum dixisset, *Dabit* [k] *vobis panem arctum,* illum videlicet, quem aliàs *panem afflictionis*[l] appellatum reperimus, & de quo Vates Regius, *Cibabis,* item ad Dominum ait, *cibabis* [m] *nos pane lachrymarum,* Quo pariter loco explicans quod Isaias easdem tribulationes *aquam* dixit *breuem,* addit: *& potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Quod Ambrosius D serm. 20. in Psalm. 118. his explicat: *Ne sine moderatione mensuræ pœnæ cumulo grauaremur, & sustinere non possemus.* Subiicit Isaias: *Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum:* dicentem nimirum, *Si* [n] *me persecuti sunt, & vos persequentur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum,* in exemplar videlicet in monte sibi super crucis ligno sese exhibentem, *Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis,* tergum nempe tuum virgâ vt filium charissimum percutientem disciplinæ, vnaque cum istiusmodi paterna verberatione in tribulaE tionibus ipsis, atque in disciplina viam tutissimam per quam ambulandum sit cælum versùs significans, *Hæc est,* inquit, *via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram,* Quæ in periphrasim adiecta sunt rectitudinis Regiæ ipsius viæ.

16 *Tribulationis viam tutissimam à Christo indicandam apud Isaiam.*

k Isa. 30. 20.
l Deut. 16. 3.
m Psa. 79. 6.

Ambrosius.

n Ioan. 15. 20.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] Hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

F 6. Τάδε λέγει κύριος. στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἴδετε, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίους. καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή, καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. καὶ εἶπαν, οὐ πορευσόμεθα.

Vers. 16.] Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate semitas Domini quæ à sæculo: & videte qualis est via bona, & ambulate in ea: & inue

inuenietis purificationem animabus A
veſtris. Et dixerunt. Non ibimus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus: State ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis, quæ à ſæculo ſunt, quæ eſt via, quæ recta ſit, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris, & dixerunt: Non ambulabimus.*

Clem. Alex. Illuminationis quoque modo nos erudit Deus. Verſ. 16. *Hæc dicit Dominus*, &c. Clemens Alexandrinus, lib. 1. Pædagogi. cap. 10. rationem pædagogiæ per illuminationem à Deo vſurpatam probans ait, *Præterea per Ieremiam illuminat eos, qui aberrant à veritate. (Hæc autem dicit Dominus: State in viis, & videte, & rogate ſemitas Domini æternas, quæ nam eſt ſemita bona, & ambulate in ea, & inuenietis ſanctificationem animabus veſtris.)* Idem quoque Clemens lib. 5. Stromatum cap. 1. eadem referens addit. *Interrogate*, inquit, *& audite ab his qui norunt, citra contentionem, & decertationem. Cum didicerimus autem viam veritatis recta ingrediamur, minimè nos retrò conuertentes, donec conſecuti ſimus id quod deſideratur.* *Idem. Via veritatis diſcēda citra contentionem ab his qui norunt.*

2 Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Demonſtrat. Euangelicæ cap. 3 Demonſtratione 24. hunc cum duobus ſequentibus verſibus 17. & 18. affert vt dicta in declarationem reiectionis Iudæorum, & adoptionis Gentium loco eorum. (*Hæc dicit Dominus: State in viis & videte: & rogate ſemitas Domini ſempiternas, & videte quæ nam ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purgationem animis veſtris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Conſtitui ſuper vos ſpeculatores, audite vocem tubæ, & dixerunt: Non audiemus. Idcirco audierunt Gentes, & qui paſcunt greges in eis.*) *Euſeb. Cæſ. Iudæi reiecti à Deo & adoptādoſque Gentiles.*

Baſil. Magn. Scripturarum ſacrarū meditatio optima via ad veri inueſtigationem. Ad præſentem ſententiam faciunt quæ Baſilius Magnus epiſtolâ 1. ad Gregorium Nazianzenum ita habet. *Maxima viarum ad veri inueſtigationem ferentium meditatio eſt Scripturarum diuinitus inſpiratarum. Quandoquidem in his cùm rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ, ac perſcriptæ, tamquam ſimulacra quædā animata propoſita ſunt vitæ ad normam diuinam inſtitiæ iis quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt.*

3 Ad eamdem facit & quod Gregorius Nazianzenus, in Apologetico fugæ, poſt enarratas E multiplices, & diuerſiſſimas, & ætatum & ſexus, & ſtatuum in hominibus agendi & procedēdi vias, quas omnes perſpectas bonus habere debet Prælatus, *In vniuerſum*, inquit, *illud apud nos liquidò conſtat, quòd quemadmodum in ſublimi, & pendulo fune gradientibus hac vel illac deflectere minimè tutum eſt, nec quamlibet parua inclinatio paruum periculum affert, verùm eorum ſalus & ſecuritas in æquilibrio poſita eſt: Ad eūdem quoque modum vtramuis in partem quiſpiam ſiue ob vitium, ſiue ob imperitiam propendeat, haud leue periculum tum ipſi, tum ſubditis imminet, ne in peccatum prolabantur. Quocirca viâ proculdubio Regiâ ipſis magna cum circumſpectione incedendum eſt, nec vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram, vt eſt in Prouerbiis, declinandum.* *Greg. Naz. Prælatis via regiā ambulandum, caueāntque ne vel tantillū declinent. Prælati aſſimilati ambulantibus ſuper funem.*

4 Hilarius Enarratione in Pſalmum 118. in 1. Octonario Aleph ſuper iis verbis, *Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt. In primo verſu*, inquit, *ſingulariter via commemoratur, in hoc tertio plures: ex quo intelligendum eſt per multas vias ad vnum perueniri, in qua quiſque immacu-* *Hilarius. Viæ Domini & plures, & vna.*

A *latus ſi ſit, hic beatus eſt. De plurimis autem viis, atque vna Ieremias paria teſtatus eſt, dicens: (State in viis, & interrogate vias Domini æternales, & quærite quæ ſit via bona.) In plurimis ergo viis ſtandum eſt, & plurimæ interrogandæ ſunt: & hæ quidē plures & Domini ſunt, & æternales: & in his cernendum eſt quæ ſit via optima. Viæ plures ſunt, & plurima Dei mandata, plures Prophetæ, per quos omnes in vnam viam pergitur: ſed in iis operarij iniquitatis non ambulauerunt. Nam ſi in eis manſiſſent, vſque ad optimam illam noui teſtamenti viam peruenirent. Eſt via per Moyſem, eſt per Ieſum, eſt per Dauid, eſt per Iſaiam,* *Viæ plures ſunt, plura Dei mandata, & plures Prophetæ, per quas ad viā vnam peruenitur, quæ Chriſtus ſit.*
B *eſt per Ieremiam, Apoſtolos: per has omnes ad eum neceſſe eſt peruenire, qui dixit, Ego* [a] *ſum via, & Nemo* [b] *venit ad Patrem, niſi per viam. Simile quiddam ſub Margaritæ nomine dictum eſſe intelligendum eſt. Multarum* [c] *enim Margaritarum negociatorem oportet eſſe, vt vnam Margaritam multi pretij conſequatur. De Margaritis verò cùm ſit ſermo, ſufficit ad honorem earum, quod Margaritæ ſint nuncupatæ. Vna autem illa Margarita quæ reperta eſt magni eſſe pretij dicitur. Ita & cùm de viis plurimis prophetatur, quòd & Domini, & æternales ſunt dictæ: cùm autem in his viis quæritur quæ ſit vtilis via, ea quæ reperta* a Ioan. 14. 6. b Ioan. 14. 6. c Matth. 13. 46.
C *eſt optima prædicatur. Ergo quamuis vel illæ viæ æternales ſint, vel Margaritæ ipſo ſuo nomine honorabiles ſint: in multis viis ſtandum eſt, vt bona via reperiatur: & vendendæ omnes Margaritæ ſunt, vt ea quæ multi pretij eſt reperta ematur.*

Similia ferè de viis, & Margaritis habet, & Hieronymus in Comment. dicens, *Euangelica* [d] *parabola ſi fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam: in qua negociator bonus omnes vendere dicitur Margaritas, vt de pretio earum vnam emat pretioſiſſimam Margaritam. Quod ſcilicet per Patriarchas, & Prophetas veniamus ad eum, qui dicit,* 5 *Hieronym. d Matth. 13. 46. Per vias Patriarcharum & Prophetarum tendendum ad vnā Euangelij viam.*
D *Ego* [e] *ſum via, ſtandum eſt igitur in Prophetis, & diligentiſſimè contemplandum de ſemitis antiquis, ſiue ſempiternis, quæ multorum Sanctorum ſunt trita veſtigiis, quæ ſignificantiùs Græcè appellantur τρίβοι, quæ ſit via bona in Euangelio, & ambulandum in ea. Quæ via cùm inuenta fuerit præbet refrigerium, ſiue purificationem animabus credentium. At illi è contrario reſponderunt, (Non ambulabimus) per viam Euangelij: propriè hoc Prophetâ dicente de perfidia Iudæorum.* e Ioan. 14. 16 *Iudæorū perfidia quanta.*

Idem Hieronymus ſuper cap. 3. Iſaiæ. *Ingrediamur rectam viam, & tritas à Sanctis Prophetis* *In viis triſtis à ſāctis ambulandum ad viam rectā.*
E *ſemitas, audiamuſque Ieremiam Prophetam dicentem, (State in viis, & videte, & interrogate ſemitas Domini ſempiternas, quæ ſit via bona: & ambulate in ea) Quod ſi quando errauerimus, & quaſi homines peruerſo itinere perrexerimus, Domini per Ezechielem expectemus promiſſa, dicentis* [f] *Dabo eis viam alteram, & cor aliud.* f Ezech. 36. 20.

Idem Hieronymus in cap. 52. Iſaiæ ſuper iis verbis, *In multitudine viæ tuæ laboraſti, & non dixiſti, quieſcam*, hanc citat ſententiā, pluraque habet digna, quę hoc loco deſcribātur. *Qui ambulat in via vna, & Regia non laborat, de qua per Moy-* 6 *Via Regia in qualibet virtute eſt in medio, & per hāc tutò ambulatur.*
F *ſem præcepit Dominus: Viâ Regiâ ambulabis, & non declinabis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Vna via eſt veritatis, quæ dicit in Euangelio,* [h] *Ego ſum via, veritas, & vita, & multæ mendaciorum viæ, per quas nunc ambulaſſe arguitur Ieruſalem, quarum viarum Deus ſciens differentiam loquitur ad errantes. Non* [i] *ſicut viæ meæ, viæ veſtræ, qui dicunt Domino confitentes:* [k] *Declinare feciſti vias noſtras à viis tuis. Cognitâ igitur vnâ viâ Regiâ, videamus, quæ dextræ viæ ſint, & ſiniſtræ, per quas prohibemur incedere. Via regia temperata eſt, nec plus in ſe habens,* g Deut. 5. 32. h Ioan. 14. 6. *In cuiuslibet virtutis ſtudio eſt declinare à via eius Regia ad dexterā, vel ad ſiniſtram in exceſſibus à medio.* i Iſai. 55. 8. k Iſa. 63. 17.

nec minus. Verbi gratiâ via Regia prudentia est, Declinamus ad dexteram, si plus sapimus, quàm oportet
a Gen. 3. 2. *sapere, & pro prudentia calliditatem diligimus. Quia* [a] *serpens prudentior erat omnibus bestiis in Paradiso: &*
b Luc. 16. 8. *filij* [b] *tenebrarum prudentiores sunt filiis lucis. Ad sinistramque diuertimus, quando stulti sumus, & minus sapimus, quàm necesse est, de quibus dictum est.* [c]
c Psal. 9. 1. *Dixit stultus in corde suo: non est Deus: Pietas quoque & vera Religio, via Regia est. Declinat ad dexteram qui superstitiosus est, & meretur audire, Ne* [d]
d Eccl. 7. 17. *sis multùm iustus: Ad sinistram qui negligit cultum Dei, & inter hœdos, hircosque numeratur, &c. Vnde vir sanctus per viam rectam gradi cupiens deprecatur: Deduc* [e] *me Domine in via recta. Et in alio loco,* [f] *Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem: quoniam ad te leuaui oculos meos. De istiusmodi via & alibi Scriptura commemorat. (Quærite viam bonam, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animarum vestrarum.)*
e Psa. 85. 11. f Psal. 142. 8. *Via Regia in virtutũ studio quærẽda, perque illam ambulandum ad perfectionem.*

7
Cyrill. Alex. *In via Christi ambulandum.*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. in Ioannem cap. 24. *Ambulastis hactenus in via Moysi, modò viam Christi suscipite, quam Prophetæ omnes vobis prædixerunt. Isaias enim hortatur vos, dicens:* [g] *Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ipsa.* [h] *Et rursus, erit ibi via munda, & via sancta vocabitur: non erit ibi Leo, nec praua illuc ascendet bestia, & qui dissipati sunt ambulabunt in ea: Et rursus:* [i] *Principium dabo Sion, & hortabor Ierusalem ad viam. Ieremias quoque similiter, (State, inquit, in via, & quærite Semitas Domini sempiternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ipsa, & inuenietis purificationem animarum vestrarum.) Quænam igitur est via bona, quæ ambulantes in ipsa purificat? Ipse Christus clamat,* [k] *Ego sum via.*
g Isai. 2. 3. h Isai. 35. 8. i Isai. 64. k Ioan. 14. 6.

8
Theodorit. *Per Propheticas vias tendendum ad Christi viam Regiam.*

Theodoritus. *Iudæorum incredulitatem notat. (Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte & interrogate de semitis æternis: & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis sanctificationem animabus vestris.) Multæ quidem viæ sunt sancti Prophetæ: via autem verè bona est Saluator noster. Ad hanc tamen ducunt vnaquæque viarum propheticarum. Hanc legislator Moyses subindicat his verbis,* [l] *Prophetam nobis suscitabit Dominus noster de fratribus vestris tamquam me, & quæ sequuntur: Dauid etiam Rex Propheta, nec non Isaias, & singuli Prophetæ viam hanc ostendunt. Quemadmodum enim vna est via, quæ deducit ad maximas vrbes, quam Regiam appellare solemus: ad hanc porrò semitæ quædam à pagis, & agris defluentes dirigunt: sic vna est via, quæ ducit ad Patrem, nempe vnigenitus filius Dei: at beati Prophetæ veluti semitæ quædam ducunt ad hanc eos quibus per hæc ire libuerit. Quare propheticus sermo præcipit Iudæis scrutari vias propheticas, & per eas discere viam bonam, & in ea ambulare, sed more suo contradicunt, nec faciunt quod iussum est, dicunt enim ait, (Non ibimus.)*
l Deut. 18. 15. *Per viã vnã Regiam, quæ est Christus tendimus ad Patrem.*

Ioa. Damasc. Ioan. Damascenus lib. 3. Parallellorum cap. 9. Viarum nomine sumpsisse videtur eas, quæ prauæ, & relinquendæ sunt.

9
Ioa. Cassian. *Via tuæ Spiritualis est via Regia facilis & suauis, per quam tenditur ad requiem.*

Ioannes Cassianus collat. 24. de Mortificat. cap. 25. *Secundùm veram Domini traditionem. Via Regia suauis, & leuis est, licet dura, & aspera sentiatur. Pia autem, & fideliter seruientes cum tulerint* [m] *iugum Domini super se, & didicerint ab eo, quia mitis est & humilis corde, iam quodammodo terrenarum passionum sarcinam deponentes, non laborem, sed requiem animabus suis, Domino præstante reperient: sicut per Ieremiam Prophetam ipse testatur, dicens, (State super vias, & videte, &c.) (Vt*
m Matth. 11 29.

A *in Vulgata) & inuenietis requiem animabus vestris.) fient namque eis continuò* [n] *praua indirecta, & aspera in vias planas, & gustantes videbunt, quoniam suauis est Dominus: audientes Christum in Euangelio proclamantem,* [o] *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, depositis ponderibus vitiorum ea quæ sequuntur intelligent. Quia iugum meum suaue est, & onus meum leue. Habet ergo refrigerium via Domini, si secundùm legem ipsius teneatur. Sed nos sumus, qui dolores nobis, atque tormenta turbulentis dissentionibus procuramus, dum malumus huius sæculi vias prauas atque peruer-*
B *sas, etiam cum summo discrimine, & difficultate sectari.*
n Luc. 3. 5. o Matth. 11. 28. *Via vitæ spiritualis per se habet refrigerium: sed nos illam nobis facimus asperam.*

Martinus Papa I. epistolâ ad omnes fideles è Concilio Lateranensi 1. Consultat. quintâ. *Nolite effici comparticipes dogmatum eorum, (Hæreticorum) neque communicetis infructuosis verbis illorum: magis autem redarguite: quoniam (cœtus prævaricatorum sunt, & extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij, &c.* [p] *State ergo vos dilectissimi super vias, & videte, & interrogate de Semitis Domini antiquis, & videte quæ est via bona sanctorum Patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem*
C *animabus vestris.*
Martinus Papa. *Via bona in dogmatibus ea est, quam tenuere Sancti Patres.* p Ierem. 5.

10
Rabanus. *Terret peccatores, Deus, inuitat illos ad pœnitentiam.*

Rabanus Maurus in initio lib. 4. suorum Comment. in Ierem. *Sciens Propheta, Dominum iustum esse, atque clementem, more suo terret peccantes, supplicia ventura prædicendo, nec tamen cessat ad pœnitentiam, & ad meliorationem vitæ eos prouocare. Vnde nunc iterum incitat eos ad meditationem legis Dei, & ad custodiam mandatorum illius: vt in via bona ambulantes inueniant refrigerium animabus eorum. (State super vias, &c.)*

Paschasius. *Via sempiternæ Patriarchæ, & Prophetæ, per quos peruenitur ad vnam viam bonam, Christum.*

Paschasius Ratbertus lib. 1. in Lamentatio-
D nes Ieremiæ, *State, ait Propheta, in viis, & videte, & interrogate vias Domini, & (vt alij Codices habent) de viis Domini, quærite quæ sit via bona, & ambulate in ea. Ne fortè aberretis à via, idcirco non solùm stare iubet, verùm & videre, deinde interrogare vias sempiternas, id est Patriarchas, & Prophetas, quæ sit via bona, sicque ambulare in ea. Nec immeritò vias dixerim eos iure appellari, per quos ad vnam, veramque peruenitur viam.*

11
D. Thomas.

D. Thomas. *Hic ponit Iudæorum inobedientiam. (State super vias Considerate diuersas operationes bonorum, & malorum, & vtrorumque progressum, & exitum videatis: (antiquas) quæ Sanctorum vesti-*
E *giis sunt tritæ. Vel (super vias) Prophetas (& inuenietis refrigerium) præcepti fructum.*

Idem. *Via bona diuersæ.*

Idem in finem Comment. in hoc cap. 4. *Nota*, inquit, *quòd quædam sunt viæ præceptorum, Viam* [q] *mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Actionum* [r] Thren. 3. *Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominum. Virtutum*, Prouerb. 4. [f] *Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam per semitas æquitatis Doctorum.* [t] *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Ipse Christus*, Ioan. 14. [u] *Ego sum via, veritas & vita.*
q Psal. 118. 32. r Thren. 3. 40. f Prou. 4. 11. t Prou. 3. 17. u Ioan. 14. 6.

Prædicatori bono quatuor necessaria.

F D. Bonauentura exposit. in cap. 5. Lucæ quatuor in his designari censet, quæ bono cuique necessaria sunt prædicatori, dicens, *(State super vias) ecce rectitudo intentionis, (Et videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona,) Ecce sollicitudo discretionis, (Et ambulate in ea,) per exercitium actionis, (Et inuenietis refrigerium animabus vestris) per otium contemplationis. Sic ibi, Luc. 5. 1. Introducitur Iesus dans formam prædicatori, vt stans, vt videns, vt ascendens, & vt sedens.*

VETE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΣΤΗΤΕ ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀκατανάγκαστον. καὶ πῶς οὐκ αὐτοῦ ἕνεκεν, ἀλλ' ἡμῶν βούλεται δουλεύειν ἡμᾶς αὐτούς. ἐπιτρέπει τῆς ὁδοῦ τὴν αἵρεσιν. ἴδετε ποία ἐστὶν ὁδὸς ἀγαθή. πάσας καταμάθετε, φησί, μετ' ἀκριβείας, καὶ τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν μὴ ἐμήν. καὶ μάθετε, καὶ μὴ λάβετε τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ τὴν ἀγαθήν. καὶ πάντως τὴν ἐμὴν εὑρήσετε ταύτην οὖσαν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐμαυτοῦ ἐσκόπουν, ἔλεγον ὅτι πάντως τὴν ἐμήν. νῦν δὲ οὐχ ἁπλῶς τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ τὴν ὑμῖν συμφέρουσαν. B

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.] ὁδοὶ μὲν γὰρ κυρίου καὶ τρίβοι κατὰ τὸν προφήτην τὰ σωτήρια τῶν ἁγίων προφητῶν συγγράμματα. ἀλλ' εἴτις αὐτοῖς τὸν νοῦν ἐπιστήσεται, τὴν ὁδὸν εὑρήσει τὴν ἀγαθὴν, τουτέστι, Χριστόν. δι' οὗ, καὶ ὁ τέλειος ἁγιασμὸς || ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐγγίνεται. δικαιούμεθα γὰρ διὰ τῆς πίστεως, καὶ θείας ἀναδεικνύμεθα φύσεως κοινωνοὶ τῇ μεθέξει τοῦ ἁγίου πνεύματος.

| l. ἐν ἁγιασμοῖς.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἠσαΐαν.] τρίβοι μὲν γὰρ καὶ ὁδοὶ κυρίου, τῶν ἁγίων προφητῶν οἱ λόγοι, καὶ ἡ διὰ Μωϋσέως ἐντολῆς πῶς ἐν σκιᾷ, καὶ τύποις προσαγόρευσις μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. ταύτας τοιγαροῦν τὰς τρίβους διερευνώμενοι μανθάνομεν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθὴν, τουτέστι τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν. καὶ βαδίσαντες ἐν αὐτῇ, ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τὸν ἀληθῆ, καὶ διὰ πνεύματος ἁγιασμὸν εὑρήσομεν. C

|| in. ἐ ἡ διὰ τ Μωσέως ἐντολαῖς τοῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἴδετε τὰς τε ζωῆς, καὶ τοῦ θανάτου, ὁδὸς δὲ καὶ ἑκάστου βίος καλεῖται. D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγω, ὅτι τοσοῦτον χρόνον ἐλάβετε πεῖραν. ἀλλὰ τί νῦν ἐπιτρέπω τὴν ἐξέτασιν, καὶ τὴν αἵρεσιν μετὰ τοσοῦτον χρόνον.

Ὀλυμπιοδώρου.] τρίβοι κυρίου τὰ αὐτοῦ παραγγέλματα.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κζ ψαλμοῦ.] ἀγαθὴ ἡ ὁδὸς κυρίου, καὶ οὐ σάρκα μᾶλλον, ἢ ψυχὰς καθαγνίζουσα, τὸ εὐαγγελικόν ἐστι κήρυγμα. αὐτὸ δὲ εἶναι φαμέν. καὶ τὴν εἰς εὐθὺ διακομίζουσαν τρίβον. σκολιὸν γὰρ οὐδὲν ἐν αὐτῇ. ἀλλ' οἷον εὐθεῖα τίς ἐστιν ὁδὸς, καὶ βασιλικὴ, καὶ ἁμαξιτὸς εὐτριβὴς, οὐδὲν ἔχουσα τὸ θρασὺ, || καὶ διεστραμμένον, ὀρθὴ δὲ μᾶλλον, καὶ τοῖς εὐσεβεῖν ᾑρημένοις εὐήλατος. τὸ μὴ τοιούτοις οὐκέτι. E

|| ἐν δυσχερές.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ιθ ψαλμοῦ.] ἀλλ' ἦν οὐ δυσεύρετος ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. προσεφώνει γὰρ λέγων ὁ Χριστός. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

[καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δύο τὰ μεγάλα ἀγαθὰ, ὧν ἴσον οὐδὲν ἄν ποτε γένοιτο, ἀνάπαυσις, || οὐχ ἁπλῶς τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ ταῖς ψυχαῖς. ταύτης

|| ἀλ. κατάπαυσιν.

Vers. 16. STATE super vias, &c.)

Chrysostomi.] *Vide arbitrij libertatem, nullique coactioni obnoxiam, vtque non sui ipsius, sed nostri causâ velit seruitutem nostram. Via electionem permittit. Videte quæ sit via bona: omnes inquit explorate & meam, & non meam, & exquirite, & ne meam eligite, sed bonam, & hanc meam omnino comperietis. Nam si quæ meâ interfunt perquirerem, dicerem planè meam, nunc verò non simpliciter meam, sed quæ vobis vtilitati est.* 12

Chrysost. *Libertas arbitrij. Seruitutē nostram nō propter se, at propter nos vult Deus. Viæ omnes explorandæ vt cognoscatur quæ bona sit atque Dei.*

Sancti Cyrilli ex Commentariis in Ioãnis Euangelium.] *Viæ enim Domini, & semitæ secundùm Prophetam, Salutares sunt Sanctorum Prophetarum scriptiones, & si quis ad illas mentem intenderit, bonam viam inueniet Christum videlicet, per quem, & perfecta sanctificatio animus nostris aduenit: iustificamur enim per fidem, diuinæque naturæ participes efficimur communione sancti Spiritus.* 13

Cyrillus. *Viæ Domini, & salutares sunt scripta Prophetarū.*

Eiusdem ex Commentariis in Isaiam.] *Semitæ & viæ Domini sanctorum Prophetarum sermones, & quæ per Moysis præcepta in vmbra & figuris facta est prænunciatio mysterij Christi. has igitur vias perquirentes, viam rectam addiscimus, hoc est vitæ in Christo institutionem: & in ipsa si ambulauerimus nostris animis veram, & quæ per Spiritum habetur sanctitatem assequemur.*

Idem. *Scripturæ sacræ sunt viæ per quas ducimur ad Christū viā rectam & ad sanctitatem.*

Olympiodori.] *State in viis, & videte vitæ, & mortis, via quoque vita vnusquisque appellatur.*

Olympiod. *Via vitæ, & mortis. Vita nostra appellata via.*

Chrysostomi.] *Non dico, quòd tanto tempore experimentum cæpistis. At cur modò post tot tempora examen permitto electionemque.* 14

Chrisost.

Olympiodori.] *Semitæ Domini ipsius præcepta.*

Olympiod. *Viæ Domini illius præcepta.*

Sancti Cyrilli ex explanat. 27. Psalmi.] *Bona via Domini quæ non magis carnem, quàm animos purificat prædicatio est Euangelica: hanc eamdem esse dicimus rectà ducentem Semitam. Nil enim in ipsa obliqui sed veluti quædam recta Regiaque via est, & vehiculis aptissima, nil ardui, obtortique in se continens, sed potiùs recta, cultumque pium amplectentibus facilis, secus verò aliis non eiusmodi.*

Cyrillus. *Prædicatio Euãgelij via bona Domini & via recta.*

Eiusdem, & 19. Psalmi explanat.] *Atqui non difficilis inuentu bona via, clamabat enim Christus dicens. Ego sum via.*

Idem. *Via bona Christus.* Ioan. 14. 6.

(*Et inuenietis requiem animabus vestris.*) 15

Chrysostomi.] *Duo magna bona, quibus nihil æquiparari possit, quies non tantùm corporibus, sed animis, hic enim si quiescat, nihil*

Chrysost. *Quies vt bona sit nedum corporis esse debet, sed & animi.*

γὰρ ἀναπαυομένης, οὐδέν ἐστιν ὃ τὸ σῶμα διαλυμαίνεται. ὥσπερ οὖν θλιβομένης, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὃ τὸ σῶμα ἀναπαύσαι δύναται.

|| ἀλ. λυμαίνεται.

Βικτῶρος πρεσβυτέρου.] τουτέστι στῆτε, καὶ παύσασθε τῶν ὁδῶν, αἳ ὑμᾶς ἄγουσιν εἰς ἀπώλειαν. κατὰ γὰρ τὸν παροιμιαστὴν, αὗται αἱ ὁδοί εἰσι τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα. ὧν ἀποστάντας δεῖ λέγειν μετὰ τοῦ Δαυὶδ. τὰς ὁδούς σου κύριε γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. [καὶ μετ' ὀλίγα.] πᾶσαι δὲ εἰς μίαν ἄγουσι τὸν Χριστὸν, τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθὴν, ὃς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρεῖται, καὶ ψυχῶν ἁγνισμόν. νόμος γὰρ καὶ προφῆται ὁδοὶ τυγχάνουσι φέρουσαι εἰς αὐτόν. ||

[Καὶ εἶπαν οὐ πορευσόμεθα.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πῶς ἀκούσαντες εἶπον, οὐ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ; ἐπειδὴ ἔλεγον Μωυσῇ λελάληκεν ὁ θεός. τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πῶς ἐστιν. ὅθεν ἔφη πρὸς αὐτοὺς ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.

A *hil est quod corpori officiat, sicut si is diuexetur, nihil est quod corpori quietem offerre possit.*

|| Victoris Presbyteri.] *Hoc est, state, & cessate à viis, quæ vos in perniciem ducunt: secundum enim Paræmiastem, Hæ sunt viæ operantium iniqua, à quibus segregatos clamare oportet cum David. Vias* [a] *tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* [Et paucis interiectis.] *Omnes autem in vnum feruntur nempe Christum, viam bonam, qui peccatorum largitur remissionem, animorum lustrationem: lex enim & Prophetæ viæ sunt, quæ conducunt in eum.* || (*Et dixerunt, Nō ambulabimus.*)

Vict. Presb. A viis malis desistendum. — *a Psal. 24.* — *Lex, & Prophetæ sunt viæ quæ ad Christū ducunt viam bonam.*

Incerti.] *Quomodo audientes dixerunt, (Non ambulabimus in ea?) quoniam dicebant* [b] *Moysem Deus est allocutus, hic autem vnde sit, quóve veniat nescimus, quare dixit ad eos via recta,* [c] *Si Moysi crederetis, mihi vtique crederetis, de me enim ille scripsit.*

Incerti. Iudæi per Christum veram viā ambulare noluerunt. — *b Ioan. 9. 29.* — *c Ioan. 5. 46.*

Vers. 17.] Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et cōstitui super vos speculatores.

POTVISSEM [a] *quidem, & secundùm iustitiam meam debuissem illico pro huiuscemodi peruicacia vos perdere: Attamen pro ea quæ in me est misericordia ipsam longè superans iustitiam, immissurus in Iudæam Chaldæorum exercitum, benignissimè priùs super vos adhibui Prophetas, qui veluti e specula à longe aduenientia videntes mala, prædicationis tubâ de illis vos monerent, & viam vobis notam facerent, quâ dum tempus adhuc supererat, declinare ea quiuissetis.* [b]

b Audite vocem tubæ, & dixistis: Non audiemus.

1 *In hunc vos alloquentem modum. Quandoquidem in viam bonam redire renuistis: Ecce vobis denunciamus hostium exercitum ita proximum, vt illius audire valeatis tubam, vel huic saltem intendite, atque ob Dei metum resipiscite. Quibus, prout vestri est moris, ipsorum dicta paruifacientes, audacissimè respondistis: Nolumus vestris his intendere figmentis: Non continget, vt istam, quam comminamini, audituri simus tubam.*

2 *Insuper vltra constitutos istos super vos speculatores, ipse quoque specialibus bonitatis meæ significationibus monui sæpe vos, vt illorum audiretis vocem, quâ veluti tubâ ad vos clamabant, denunciantes quæ vobis norant expedire: & nihilominus à pristina minimè recessistis peruicacia imò auctiori superbiâ dixistis: Audire eos nolumus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Misericordia Dei quanta erga peccatores, quos eiusdem iustitia damnat.*

ET *constitui super vos,* &c. Cōstitui tunc potissimùm consueuère speculatores super aliquos, cùm hostium super illos imminens timetur incursus. Perceptâ ingenti quæ in præcedenti versu explicata est Iudæorum superbissimâ in Deum peruicaciâ, quiuisset certè is illico eos in manus tradere hostium, & penitus iuxta ipsorummet vias præcipites mittere in ruinam. Nihilominus qui multus erga illos extitit in miserationibus, ac si nullam iniuriæ sibi illatæ habuisset rationem, attrahente ipsius iustitiâ aduersùs illos Chaldæorum exercitum, speculatores è vestigio super eos ex sua constituit misericordia, quam [c] superexaltare iudicium asserit Iacobus Apostolus: Sanctos nimirum Prophetas, qui veluti è specula à longè aduenientia videntes mala, tubâ prædicationis & de illis ipsos monerent, & viam eisdem significarent, quâ, dum tempus adhuc supererat, declinare ea quiuissent. Lege quod in cap. 17. lib. 4. Reg. dicitur, [d] *Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium, dicens, Reuertimini à viis vestris pessimis,* &c. *Qui non audierunt, & indurauerunt ceruicem suam,* &c. Et intelliges quæ hîc dicuntur. Non est autem nouum, quòd Prophetæ speculatores nuncupentur, sæpius id reperies præsertim apud Ezechielem.

c Iacob. 2. 13. — *d 4. Reg. 17. 13.*

2 *Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.*) Vtraque istarum partium duplicem habere potest sensum. Prima certè pars per mimesim posita, duobus modis suppleri potest. Vel sumitur vt speculatorum verba, & tunc subintelligendum, Qui dicent vobis, Audite, &c. Quandoquidem in viam bonam redire renuistis, ecce vobis denunciamus hostium exercitum ita proximum, vt illius tubam audire valeatis, vel huic saltem intendite: Quibus, & cætera, vt in paraphrasi num. 1. Non audiemus, neque enim canet, istam quâ nos terretis tubam. Vel verba eiusdem sunt Domini, cuius & præcedentia, supplendumque tunc, & dixi, *Audite,* &c. sensusque est: Non solùm constitui super vos Prophetas, qui &c. Sed insuper ipsemet, &c. vt in Paraphrasi num. 2.

1 Sensus.

In textu Hebraico non est necesse vt quid suppleatur, primum enim verbum sic habetur in futuro. *Et constituam super vos speculatores, Intendite ad vocem tubæ,* &c. & pro verbo audire, est verbum קשב *kasciab*, quod vt supra notaui, intentionem significat animi, cum extrinseco arrectionis aurium gestu.

Vers. 17.

Verſ. 17.] Et conſtitui ſuper vos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Internæ monitiones, futurorum ſuppliciorũ metum incutientes audiendæ.*

FRANCISCVS Ribera in ſuis Commentariis ſuper cap. 2. Michææ Prophetæ num. 46. Moraliter ita hæc exponit, Quid ſunt ſpeculatores, niſi, Spiritus, ſeu motiones Dei, futura ſupplicia malorum proſpicientes, nobiſque nunciantes diem mortis incertum, vitæ breuitatem, æternitatem pœnarum? Cùm hæc nobis nunciant, quaſi tuba canunt, quia magno clamore nos ad audiendum prouocant. Hæc ſi audire nolimus, ira Dei experienda. Aptiùs tamen dices, per ſpeculatores deſignatos eos, quos in Actibus Apoſtolorum alloquens Paulus ait, [a] *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Epiſcopi enim vocabulum Græcum ſuperintendentem, & ſpeculatorem deſignat. Bene autem cùm de his agitur Speculatoribus, vt à Deo conſtitutis ſuper nos, adiicitur ab ipſomet Domino, *(Audite vocem tubæ.)* quia id eorum peculiare & muneris, vt tubâ canant prædicationis,noſque omnino illos audire par eſt, dicente Ieſu in Euangelio, [b] *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

Epiſcopi ſunt à Deo conſtituti ſpeculatores ſuper nos, ideoque omnino audiendi à nobis ſunt.
a Act.20.28.
b Luc. 10. 16.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem ſecundam Verſ. 19.

Verſus 18.] Ideo audite Gentes, & cognoſce congregatio, quanta ego faciam eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ideo audite Gentes, & cognoſce congregatio quãta ego faciã eis(ſeu, quæ, aut qualia in eis.)
b Propter hoc audierunt Gentes, & paſcentes greges ſuos.

QVAPROPTER [a] *cùm vos neque me, neque meos audire volueritis Prophetas, cùm meis monitis, & ſpeculatorum intendere renueritis ſignificationibus. Gentes en conuoco vniuerſas, omnemque cuiuſcumque populi collectionem, & cœtum, vt vel ipſi audiant, & norint qualia, quantaque in vobis ſint ſcelera: & quæ pro ſceleribus iſtiuſmodi vobis parârim ſupplicia,* [b] *Vobiſque impudenter haud audientibus, audierunt certè Gentes, à quibus vaſtandi eſtis, & Principes, duceſque exercituum auditu percepère, quæ illis mandaui, conuocans eos ex Aquilone aduerſum vos.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 IDEO *audite Gentes*, &c. Ad præexpoſitam Iudæorum impudentiam retundendam magna cum emphaſi hæc adiecta ſunt. Quibus cùm ſpeculatores, ipſumque recta monentes audire is renuiſſet, per proſopopeiam Gentes Deus conuocat vniuerſas, omnemque cuiuſcumque populi collectionem, vt vel ipſi audiant quæ illis parârat ſcelerum ſuorum ſupplicia,eo modo,quo & Dauid in Pſalmo 48. dixit. *Audite* [c] *hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram. Quique terrigenæ,& filÿ hominum, ſimul in vnum diues, & pauper.*

c Pſal.48.2.

Hic eſt præſentis ſententiæ, prout in Vulga-

A ta habetur, facilis, germanuſque ſenſus. Cæterùm in Hebræo & in Græco aliquid eſt, quod difficiliorem illam reddat. Siquidem in textu Hebraico vltima ea pars, quam noſter interpres aliquid addendo illuſtrauit, obſcuriùs ſic habetur את־אשר בם *eth aſcier bam.* (*Quæ, ſeu qualia in eis.*) Hoc autem Pagninus ſic interpretatur. (*Et cognoſce congregatio iniquitates, quæ in eis.*) Similique ratione notat Iſidorus Clarius in Scholiis, alium vertere, (*Qualia ſint eis,*)ſcil.ſcelera, cùm à maiore vſque ad minorem omnes iniquitatibus ſtudeant. Melius tamen Vatablus B ſenſu noſtræ Vulgatæ eadem reddit. (*Quid in eos conſtituerim*) mox enim in ſequenti verſu ſubiicitur: *Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum.* Non tamen placet quod ab eodem Vatablo in Annot. dicitur, per Gentes hîc eos intelligi,qui non ſunt de domo Iacob, per congregationem verò ſeu cœtum, & concionem intelligi Iudaicum populum. Nomine enim עדה *nghedah* arbitror hoc loco ſignificari generaliter omnem populi cœtum, vbicumque is colligatur ad concionem atque ad concilium, ideoque quia in talibus conciliis non ſolùm audiuntur,quæ ex aliis C mundi partibus referri contingunt nuncia, ſed & eadẽ exactiùs diſcutiuntur; adeoque exactior in illis corũ neceſſaria eſt cognitio, bene quamuis primum dicatur, (*Audite Gentes,*)poſtmodum non iam (*Audi*) ſimpliciter,ſed(*cognoſce cœtus,*ſeu *congregatio*) ſubiicitur.

2 Sept. multò aliter totam hanc ſic habent ſententiam, (*Propter hoc audierunt Gentes, & paſcentes greges ſuos.*) Quorum hunc eſſe crediderim ſenſum: vt quia Iudæi tantâ impudentiâ audire renuerunt, quæ eis ſalubriter data fuerant monita: Audierint certè Gentes, à quibus vaſtandi D quamprimum ij erant, & Principes, duceſque exercituum, quos & ſupra paſtores gregum appellauit in verſ. 3. audierint inquam quæ ipſis mandauerit Deus, conuocans eos ex Aquilone aduerſùm rebellem Iudæ populum.

Porrò in hunc modum Sapientes illi Seniores hæc vertêre, quia Hebraicas voces ſimilibus quidem literis, at aliis ab iis, quæ nunc in textu reperiuntur, legerunt hac ratione ירעי *ieringhe,* (*paſcentes*) עדריהם *nghedrehem* (*greges ſuos*) אשר בם *aſcier bam,*(*qui in eis,*) Quæ nunc ſic E leguntur ודעי עדה את אשר בם *vdnghi ngeda & aſcierbam* (*Et cognoſce congregatio quæ in eis.*)

Verſ. 19.] Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius:quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerũt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

F FAcilius [a] *ſanè arbitror, vt quæ inſenſibilis eſt terra me audiat, quàm populus iſte multo inſenſibilior, ac durior. Audi itaque tu terra ipſa: En iam tempus adeſt,vt ſuper rebellem populum iſtum acerrima inferam mala,& ſupplicia conſiliis, & cogitationibus illius digna, eiuſdéque operum congruã retributionem. Audi tu in primis,terra Iuda,ſuper quã populus iſte ſemina iecit cogitationum,adinuentionum, operumque ſuorum peſſimorum, in qua & meſſurus eſt talium ſeminum fructus ſuppliciorum acerbiſſimos.*

a Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populũ iſtum, fructũ cogitationum (ſeu, conſiliorum, aut adinuentionũ) eius, (ſeu aduerſionis eius.)

3 *Cùm enim è te protulerim hucuſque vberrimam ſuper populum ſuauiſſimorum fructuum copiam, quam mihi obtemperans tumet emiſiſti: æquum eſt, vt ad illum*

Auaritia Sacrarum personarum est causa cladiū mundi. indignationem, quâ nos tantis castigat flagellis, per Sacrarum personarum auaritiam, quàm per id, quòd vniuersi è populo eiusdem indulgenti studio: quia per illorum auaritiam, dolosasque agendi rationes retrahunt fideles à sacro Dei cultu, vtinam non & sæpius etiam à fide. Vnde in primo lib. Reg. de Sacerdotibus filiis Heli dolosis, violentisque artibus propriam fouentibus cupiditatem, dicitur.[a] *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à Sacrificio Domini.* Itaque in eo quod hîc dicitur: *(Et a Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti,* &c.) particula (*&*) non coniunctiuè, sed per Epitasim posita sumenda est pro alia particula, imò, Quinimo, seu insuper, prout & aliàs frequenter.

a 1.Reg. 12.

Particula & pro imò, seu insuper.

7 Quamuis rectè eadem coniunctiuè quoque accipiatur, vt ex his ipsis duo alia deducamus moralia. Populum vniuersum auaritiæ studere, exemplo ad id impulsum Sacrarum personarum, quæ totæ sunt in congerendis per fas, & nefas opibus, ita vt numquam eorum expleri posse videatur cupiditas, fraudulenter, & cum dolo Euangelicam profitentes paupertatem. Ac propterea sæpius de hac ipsa eorum auaritiæ ingluuie insatiabili sæculares audias aduersùs illos obmurmurantes, iisque propemodum eos alloquentes verbis, quæ per Aggæum Dominus habuit, *Seminastis*[b] *multum,* iuxta opinionem vestram, quando res spirituales populo exhibuistis iuxta illud Pauli,[c] *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et intulistis parum,* secundùm insatiabilem cupiditatem vestram. Quod & res ipsa docuit: Nam *comedistis* ex nostris scilicet redditibus, *& non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati,* id est, non bibistis ad sufficientiam, iuxta Hebraicæ linguæ phrasim, quâ inebriandi verbo copia designatur: *Operuistis vos, & non estis calefacti,* semper nimirum querelas habentes, quòd desint vobis, quibus iuxta necessitatem tegamini. *Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum,* id est, & eum iustè, atque iniustè, & sæpe etiam cum dolo, vel spiritualium quoque quæ nobis ministratis multas extorqueatis mercedes, ita vt haud dubium quin diuitiarum in dies congregetis aceruos: ita nihilominus vos habetis, ac si mercedes illas in saccum mitteretis perforatum.

Auaritia studio addicit se fidelis populus prauo Sacrarum personarum exēplo.

Auaritia Sacrarum personarū quanta.

b Aggæi.1. 6.

c 1. Cor 9. 11.

8 Tertium denique ex his, *(Et à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum,* colligitur: Ideo magis magisque sæculares, & populum diuinarum rerum, casuumque (vt ita dicam) conscientiæ ignarum, in suo frequentissimo in dies confirmari auaritiæ, & cupiditatis propriique lucri studio: quia Prophetæ, id est prædicatores, Doctoresque Sacræ Theologiæ, & canonum, nec non & Sacerdotes, Confessores, nimirum, atque Prælati, prauos ipsis approbant contractus, dolum loquentes, atque mendacia. Vt hæc secunda pars sit confirmatio simul & ratio præcedentis.

Sæculares confirmantur in nimio auaritiæ, lucrique studio, quia à Sacris, doctisque personis approbantur praui ipsorum contractus.

Quàm congruè autem de auaris quibuscumque, & sacerdotibus in primis dictum sit, *(Cuncti faciunt dolum)* peregregiâ probare potes consideratione Ambrosij, qui enarratione in primum Psalmum perpendit. Fluuium illum qui Genes. 2. dicitur circuire terram Euilah, vbi est aurum optimum & lapis Carbunculus, & lapis Prasius, appellatum Phison, qui Latinè interpretatur, Oris commutatio. *Meritò enim,* A ait, *os illi commutatur, vt non teneatur promissorum fides, sed sit in ore dolus, vbi est aurum bonum: Auaritia enim fidem frangit, nec tenet verborum simplicitatem: ornamenta quoque preciosa mentem, animumque commutant, vt aliud in pectore, aliud in sermone sit.* Ambrosius.

Auaritiæ studio coniuncta mendacia, fraudes, ac doli.

Genes.2. 11.

Vide Appendicem Patrum post expositionem secundam Vers. 14.

B *Vers.* 14.] Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ET[a] *falsis quoque medicamentis curare obnitebantur comminationem omnem cladis, atque suppliciorum, quibus Iudaicum populum in scelerum suorum pœnam conterendum, & contundendum sancti vaticinabantur Prophetæ.*

a Et contritionem filiæ populi mei.

C *Atque omnem pariter eiusdem populi tremorem, & afflictionem, quâ ob talia vaticinia contritione affligebatur acerrimâ.* 1

b Cum ignominia, seu cum leuitate, aut leuiter dicentes.

Nec non & ignominiam vniuersam, quam per futuram cladem sibi subeundam ille conceperat.

Faciebant autem istiusmodi curationē, sanctos ignominiâ prosequentes Prophetas, quorum diluere satagebant minas, cum leuitate atque contemptu, ignominiosè, & leuiter de minis iis, deque ea populi contritione loquendo, sicut de rebus abiectissimis fieri mos est. 1 2 3

Idque & cum propria, ac populi quoque agebant ignominia, quæ talem ipsorum curationem consecutura D *erat, cùm res aliter eueniret, atque ab eis asserebatur.* 4

Cùm[c] *enim leuissimâ ratione pacem, omniaque prospera pollicerentur, re tamen vera nihil visum est prosperi, nullumque pacis apparuit signum.*

c Pax, pax: & non erat pax.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *curabant contritionem, &c.)* Ad epitasim eorum, quæ mox dicta fuere de pseudoprophetis, & Sacerdotibus, & hæc pariter adiecta sunt: quòd cùm ad ipsos spectaret curatio E morborum animæ per medicamenta sanctarum monitionum, asperarumque increpationum. Ipsi è contra id sibi sumpserunt muneris, vt mederentur contemptu eorum medicamentorum, quæ sanitatem conferre potuissent. Porrò contritionis nomine hîc designatur & omnis comminatio cladis, atque suppliciorum, quibus Iudaicum populum in scelerum suorum pœnam conterendum, & contundendum sancti vaticinabantur Prophetæ: & omnis eiusdem populi tremor, atque afflictio, quâ acerrimâ animorum concutiebatur contritione ob aduersa, F quæ imminentia denunciabantur. Filiam autem populi sui appellat, quem tenerè diligebat Propheta Sanctus, cùm simpliciùs dicere eum quiuisset populum suum.

1 *Sacerdotibus Prædicatoribus est medicina populi: quam illi saniorum eorum.*

Quod adiectum est *(cum ignominia)* quadruplicem habere potest sensum. Primum, quod mihi minùs probatur, ac si dicatur curabunt contritionem populi, simulque & illius ignominiam, quam scilicet per futuram cladem ei subeundam iidem Sancti comminabantur Prophetæ: sic Andreas Cappella. Secundò, vt non ca

2 1. Sens.

Andr. Cap.

tam ea designetur ignominia quam curabant, quàm illa, quæ talem ipsorum curationem consecutura necessariò erat confusio, quà tam illi, quàm populus ipse afficiendi erant, cùm res aliter eueniret atque ab eis denunciabatur, vnde bene illicò subditur, (*Dicentes pax pax,*) *Confusi sunt*, &c. Ita Ioannes Maldonatus. Tertiò, vt ignominia significetur, quâ dum id explerent munus curationis contriti populi, Sanctos è vestigio afficiebant Prophetas, quorum diluere nitebantur vaticinia. Quo sensu Paraphrasis Chaldaica ita hæc reddit, *Ignominiâ afficiebant veros Prophetas*. Quartò, vt ly (*cum ignominia*) modum signet, quo ab illis dicta fiebat curatio: ac si dicatur, ignominiosè, vilique ratione, quod expresserunt Sept. cùm verterint ἐξουθενοῦντες, id est, (*paruipendentes*, seu *contemnentes*.) Hebraicè על נקלה *ngal nekalah*, quod R. David, quem ferè sequuntur & reliqui Hebræorum, atque nostrorum, interpretatur, (*Leui sermone*,) dic tu, & (*leui ratione*.) Regia, (*Super leui*.) Vatablus. (*Rebus leuiculis*, seu (verbis leuiculis, aut *leuitate quadam*, seu *leuiter*:) quod sic exponit in Annot. quasi iocus esset, aut ludus, nil seriò agentes in re tam seria. (*Cum leuitate*, vertunt alij, quod Ioannes Maldonatus hîc interpretatur, leuiter, ac perfunctoriè. Ioannes verò Pineda in cap. 39. Iob. vers. 34. num. 2. Cum leuitate propriè inquit, vel cum facilitate, leuiter de illa, scil. populi contritione loquendo, sicut de rebus abiectissimis leuiter, & cum ignominia solemus loqui. Andreas Cappella addi posse ait, & verti. (*Super ignominioso*) quod ad tertium sensum referri potest. Sanè Hebraica ipsa vox נקלה *nekalah*, est participium passiuum à radice קלל *kalal*, quod spernere contemnere, leuem esse, vilescere, ac maledicere significat.

Ioan. Mald. 3. Sensus.

4. Sensus.

Io. Pineda.

3 *Dicentes, Pax, pax: & non erat pax*: Pacis nomine in Sacris literis prospera omnia designantur, adeóque, & in salutationibus quocumque tempore id in more erat Hebræorum, vt pacem sibi inuicem, id est, prospera omnia denunciarent, & augurarentur, quem morem & ab Apostolis seruandum voluit Iesus in Euangelio, dicens, *In*[d] *quamcumque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui.* Itaque hac ratione certè leuissima, hocque leuissimo sermone, ait Ieremias, pseudoprophetæ, & Sacerdotes curabant contritionem populi mei, absque vllo fundamento illi omnia pollicentes prospera: neque aduersum quid tunc temporis in Iudæa futurum dicebant non bellum, non prædas, non obsidionem, non famem, non ægritudines, non cladem, non captiuitatem, non denique quidpiam eorum quibus Iudaicum populum conterendum proclamarent veri Prophetæ: cùm tamen re vera nihil appareret prosperi, nullumque pacis esset signum Hebr. ad verbum sic habent, (*Dicendo, Pax, pax: & non erat pax.*) Quod Sept. efficaciùs cũ interrogatione sic reddidere. (*Et dicentes, Pax pax: & vbi est pax?*) Ita Codex Vaticanus: Complutensis tamen, ac Regius, & dicentes, (*Pax: & vbi est pax?*) Vide cap. 13. Ezechielis, in quo fusiùs explicatur, quâ ratione iidem pacem denunciarent.

Pacis nomine significata prospera omnia.

d Luc. 10. 5.

Versus 14.] Et curabant contritionem, &c.

A

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Cvm per auaritiæ, & proprij lucri studium omnis, vt dictum est, causetur afflictio, contritio, & clades: id maximè in populo Dei est dolendum, quòd personæ Sacræ, Prædicatores, Doctores, Prælati, Sacerdotes, ac Religiosi, quorum id esset muneris, vt veram, sanamque doctrinam, & iusta consilia efficacissimum contusionis eius vniuersæ medicamentum primæ, & originariæ illius adhiberent causæ ipsi auaritiæ B studio, Contrariis potiùs, & pestiferis id agere obnixi sunt pharmacis, iisque & ignominiosis. Siquidem auaris, diuitibusque vsurariis, quoscumque vel pessimos iustificant cōtractus: cùmque illos mordacibus arguere deberent increpationibus, minisque & terrore pœnarum, quæ taliter paratæ sunt contractantibus: ipsi è contra blandis eos delinientes adulationibus, tutos illos in conscientia asserunt, prosperaque omnia pollicentur cum maxima ipsorummet ignominia, cùm constet, ista ab ipsis & dici, & fieri propter ignominiosas oblationes, & munera, C quæ vel à pœnitentibus in Sacramento Confessionis, vel à subditis, vel à consulentibus ipsos, vel etiam ab auditoribus aucupantur. Quod clariùs significasse visus est Dominus apud Ezechielem, cùm de his ipsis loquens dixit: [a] *Violabant me ad populum meum*, prauis scil. suis eum instruentes consiliis, securitatem pollicentes, cui mortis pararam damnationem, idque *propter pugillum hordei, & fragmen panis*, iuxta illud Isaiæ.[b] *Væ qui iustificatis impium pro muneribus.* Bene autem apud eumdem Ezechielem de iisdem adiicitur, & ignominiosius quod perpetrant delictum. D *Vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis*: mendaci siquidem doctrinâ, mendaci spe, mendacibusque consiliis nimis creduli populi eas iustificant viuificantque animas, quæ auaritiæ indulgentes studio vitâ minimè viuunt gratiæ, simulque easdem animas, quæ naturâ suâ non moriuntur, venenosâ interficiunt consultatione, propter quam multa denuo eæ admittunt peccata mortalia.

Personæ Sacræ prauâ suâ doctrinâ, pessimisque consiliis confirmant sæculares in auaris, dolosisque eorum studiis.

Ob Simoniacas oblationes & munera ignominiosè consulũt, diuitibusque adblandiũtur sæpe Sacerdotes.

a Ezech. 13. 19.

b Isa. 5. 23.

Iuxta Hebraicam lectionem illam, (Et curabant contritionem, &c. Aptissimus est lo- 5
E cus iste contra illos verbi Dei prædicatores, qui grauissimum, quod adiêre munus curandi contusionem, vulneraque multiplicium peccatorum, quibus fidelis populus languet à planta pedis vsque ad verticem capitis, omni acris increpationis studio, omnique exaggeratione aduersùs peccata dimissis, summa cum leuitate toti sunt in leniendis, & delectandis auditorum auribus excultâ oratione, politis vocibus, & inanibus eloquentiæ flosculis. Qui & rectè iuxta nostram Vulgatæ lectionem (*cum ignominia*) id muneris præstare dicuntur, cùm nil F aliud exinde sibi reuehant, quàm opinionem vanorum, ac leuium, quin & falsorum quoque, atque mendacium; quando & id insuper addunt, vt diuitum in primis, ac Principum sceleribus blandiantur, maximam è suggestu celebrantes tranquillam viuendi rationem, cùm exploratum alioquin sit, quod verax apud Isaiam dixit Dominus, *Non* [c] *est pax impiis.* Sanè de leuibus his concionatoribus id dici pariter potest quod hîc subiicitur. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, &c.

Prædicatores vani describuntur, & arguuntur.

c Isai. 48. 22.

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Et tranſibunt domus eorum, &c.

Verſ. 13.] A minore quippe vſque ad maiorem, &c.

Verſ. 14.] Et curabunt contritionem, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Καὶ μεταστραφήσονται αἱ οἰκίαι αὐτῶν εἰς ἑτέρους, ἀγροὶ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, ὅτι ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ταύτην, λέγει κύριος.

13. Ὅτι ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν, καὶ ἕως μεγάλου πάντες συνετελέσαντο ἄνομα, ἀπὸ ἱερέως, καὶ ἕως ψευδοπροφήτου πάντες ἐποίησαν ψευδῆ.

14. καὶ ἰῶντο σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου ἐξουθενοῦντες, καὶ λέγοντες, εἰρήνη, εἰρήνη. καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη;

Verſ. 12.] Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores eorum pariter: quia extendam manum meam ſuper habitantes terrã hanc, dicit Dominus.

Verſ. 13.] A paruo enim eorum, & vſque ad magnum omnes couſummauerunt iniqua: à Sacerdote, & vſque ad pſeudoprophetam omnes fecerunt mendacia.

Verſ. 14.] Et curabant contritionem populi mei, ſpernentes, & dicentes: Pax, pax, & vbi eſt pax?

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et transferentur domus eorum ad alios, agri & vxores ſimul, quia leuabo plagam potentia mea ſuper habitatores terræ, dicit Dominus.* Verſ. 13. *Quia à minimo eorum vſque ad maximum eorum omnes inhiãt diuitiis, à Scriba vſque ad Sacerdotem omnes operantur mendacium.* Verſ. 14. *Et curarunt contritionem cœtus populi mei verbis mendaciorum ſuorum, dicentes; Pax, pax, & non erat pax.*

Hieronym. Verſ. 12. *Et tranſibunt*, &c. Hieronymus. (*Et tranſibunt domus eorum ad alteros*) *captiuitatis malo* (*agri & vxores ſimul*) *vt & coniux ad hoſtes tranſeat, & poſſeſſio. Quicquid iuxta literam intelligimus ſuper Ieruſalem, iuxta intelligentiam ſpiritualem referamus ad Eccleſiam, ſi offenderit Deũ.* (*Quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, &c.*) *Quod in Hebraico dicitur,* (*Extendam manum meam ſuper peccatores, ſiue habitatores terræ,*) *apud Sept. ſemper* (*eleuabo*) *ſcribitur, qui vterque percutientis eſt habitus. Iuxta illud quod ſcriptum eſt. Et*[a] *adhuc manus Domini extenta, ſiue excelſa. Habitatores autem terræ ſemper in vitio ſunt. Vnde & in Apocalypſi frequentius dicitur.*[b] *Væ habitatoribus terræ.* a Iſai. 5. 25. b Apoc. 8. 13. *Terræ habitatores in malo ſenſu ſumuntur in ſcriptura.*

2 Hieronym. Verſ. 13. *A minore quippe*, &c. Hieron. (*A minore vſque ad maiorem omnes ſtudent auaritiæ*) *ſecundum illud Apoſtoli,*[c] *Radix omnium malorum eſt auaritia.* (*Et à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.*) *Alij in prophetando mendacium, alij peruersè interpretando legem Dei. Dicit & in alio loco Propheta.*[d] *Quærite legem à Sacerdotibus.* c 1. Timoth. 10. d Deut. 17. 9. d 2. Paralip. 19. 10.

3 Hieronym. *Contra ſacerdotes diuitibus blandientes.* Verſ. 14. *Et curabant contritionem*, &c. Hieronymus. *Et cùm tanta facerent, proſpera quæque meo populo nunciabant: & quaſi curare cupiebant vulnus, & ignominiam filiæ meæ, dicentes: Pax, pax, cùm pax omnino non eſſet. Hoc propriè de Sacerdotibus, & doctoribus intelligendum eſt, qui diuitibus, & eis quos vident in honore maximo conſtitutos, repromittunt proſpera, & clementem prædicant Deum: magis illos ſupplicio, & iracundiæ præparantes.*

Theodorit. Theodoritus. *Cuncti communem adamarunt iniquitatem, etiam Sacerdotali dignitate præditi cum his qui mendacia prædicare audebant. Refert etiam quæ ab ipſis perpetrabantur.* (*Et curabant contritionem populi, contemnentes me & dicentes, Pax, pax.*) *Tũ ſub interrogatione.* (*Et vbi eſt pax?*) *Conueniebat, inquit, curare dolores aſperioribus medicamentis: ſed pollicitatione pacis attriuerunt eos. Vbi nam ergo ſermonum executio? Vident enim loco pacis vniuerſorum interitum.*

4 D. Bonauent. D. Bonauentura in id *Putatis quia pacem veni mittere in terram.*[e] Luc. 12. Pacem terrenam de qua & hîc eſt ſermo, primò dicit eſſe prauam Deut. 29. (*Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei,*) tum eſſe pacem falſam, (*Curabunt,* enim hîc de ea dicitur, *contritionem filij populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, & non erat pax,*) tum eſſe momentaneam[f] 1. Theſſal. 5. (*Cùm dixerint Pax, & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*) tum eſſe pacem deceptoriam Ierem. 9. (*In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias:*) tum eſſe pacem turbatiuam[g] Iſai. 38. (*Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.*) Et denique hanc pacẽ eſſe inimicam veræ Chriſti paci quæ & bona eſt, & vera, & permanſiua, & directiua, & conſolatoria. e Luc. 12. *Pax terrena quàm mala.* f 1. Theſſal. 5. g Iſai. 38.

CATENA EX VETERIBVS
PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ μεταστραφήσονται αἱ οἰκίαι αὐτῶν εἰς ἑτέρους.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ ὁρᾷ πλεονάζουσαν πρὸς τὰ ἡμέτερα τὴν διάθεσιν, ὡς καὶ ἀπελθόντες στενάζομεν, ὅταν καὶ οἰκίας καὶ ἀγροὺς ἴδωμεν, καὶ γυναῖκας ἑτέρων γιγνομένας.

[Ὅτι ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ἄνωθεν τὸν πόλεμον ἀρχό-

5 Verſ. 12. ET *tranſibunt domus eorum ad alteros, &c.*)

Chryſoſt. *Affectus nimius in noſtra terrena damnatur.* Chryſoſtomi.] *Quoniam in nobis nimium in res noſtras videt affectum, cùm & aliò profecti ingemiſcamus, ſi domos, & agros, & vxores ad alios tranſire videbimus.*

(*Quia extendam manum meam, &c.*)

Chryſoſt. Chryſoſtomi.] *Vides deſuper pugnam exortam?*

ἐρχόμενον; ἐκεῖθεν τὴν μάχην ἀνερριπιζομένην; τὸν οὐρανὸν αὐτοῖς πολεμοῦντα; ἤκουσας ἀπὸ Βορρᾶ, κατεφρόνησας ὡς ἀνθρώπων ὁμοδούλων; ἄκουσον νῦν, ὅτι ἐκτείνειν μέλλει τὴν χεῖρα.

[Ὅτι ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου πάντες συνετέλεσαν τὰ ἄνομα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴν ἔλεγε τὴν κακίαν. οἱ δὲ πατέρες, κἂν αὐτοὶ ἐν κακίᾳ τυγχάνωσιν, ἀλλ' ὅμως βούλοιντο ἂν τοὺς παῖδας εἶναι ἐναρέτους. ἐνταῦθα δὲ ἅπαν τοὐναντίον. καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἠγνόησαν, οὐδὲ πατέρων ἀπεδείξαντο φιλοστοργίαν. ἔστω. αὐτὸς ἐπιθυμίαν ἔχεις εἰπεῖν, || καὶ ἡδονὴν, καὶ θυμὸν, καὶ πονηρίαν. τίνος ἕνεκεν ἅπαξ τὸ παιδίον ἐπὶ τὸν αὐτὸν ὠθεῖς κρημνόν;

|| in. πονῶ-

[καὶ ἰῶντο τὸ σύντριμμα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες αἴτιοι τῶν κακῶν. τοῦτον γὰρ τὸν λόγον οὐχ ἡγοῦμαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους εἶναι, ἀλλ' ἡμῖν διαφέρειν τοῖς ἄρχουσι. πρὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ἀποτείνεται, πρὸς τοὺς χαριζομένους, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν ὁμιλοῦντας, καὶ δοκοῦντας ἰατρεύειν τὸ τραῦμα, ἐπέτεινον δὲ τὸ ἕλκος. [λέγοντες, εἰρήνη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ εἴων τῶν μαστίγων ἐπαισθάνεσθαι, εἰρήνην αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι.

[καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἶπεν οὐκ ἔστιν εἰρήνη, ἀλλὰ ποῦ ἐστιν; ὅρα τὴν ἐπιείκειαν. ἐλέγχων οὐδὲ νῦν ἀφαιροῦμαι. δείξατε ἐπὶ τῶν ἔργων ἅπερ ἐπηγγέλλεσθε. δέδοικα μὴ καὶ νῦν χώραν ἔχει λέγεσθαι. καὶ ποῦ ἐστιν εἰρήνη; μὴ γὰρ ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τὰ παρὰ τῶν ἀπίστων ἅπαντα κατήργηται, καὶ ἀρχόντων εὐσεβῶν ἐπετύχομεν, καὶ οἴκους εὐκτηρίους ἔχομεν, καὶ || ἀπολαύειν εἰρήνης νομίζομεν; οὐκ ἔστι τοῦτο εἰρήνη πρέπουσα ἐκκλησίᾳ. ἐπειδὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι τούτων οὐδὲν ἔχοντες, τὴν εἰρήνην εἶχον ὄντως, ἣν ἀφῆκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, εἰρήνην φησὶ τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

|| in al. deest καὶ.

A *tam? inde bellum excitatum? cælum cum ipsis belligerans? Audisti ab Aquilone, spreuisti vt pote homines conseruos? Audi nunc quod ipse manum extendet.*

Manus Dei extenta timenda præ omnibus.

Vers. 13. (*A paruo enim eorum vsque ad magnum omnes consummauerunt iniqua.*) 6

Chrysostomi.] *Multam esse dicebat iniquitatem, Patres verò etsi in vitiis sunt, liberos tamen virtute præditos vellent. hîc autem res omnino contra se habet: & naturam ipsam ignorarunt, & affectum paternum nõ ostenderunt. Esto, tu desiderio teneris voluptatum, ira & nequitiæ. Quid est in causa, quòd & puerulum vnà planè tecum præcipitem des?*

Chrysost. Filios vitiorum participes, & heredes facere quàm damnabile sit in parentibus impiis.

Vers. 14. (*Et curabunt contritionem*, &c.) 7

Chrysostomi.] *Rursus à Principibus ipsis malorum origo. Sermonem enim hunc non ad subditos, sed ad nos, qui dominatum obtinemus, spectare opinor: ad hos enim se conuertit, qui indulgent, omniaque ad voluptatem enarrant, & videntur vlceri medicinam afferre, sed magis exulcerant.* (*Dicentes Pax*, &c.)

Chrysost. Prælati, & Principes indulgentiores erga subditos arguũtur, vt malorũ omnium causa.

Olympiodori.] *Pacem illis pollicentes, verbera sentire non permittebant.*

Olympiod.

Et vbi est pax? 8

Chrysostomi.] *Non dixit, Non est pax, Sed, vbi est? Vide benignitatem, has redargutiones nunc etiam adhibere possum: operibus ostẽdite quæ promisistis. Vereor, ne nunc etiam dici queat, (& vbi est pax?) Non enim pax est, quia iam gratia Dei res infidelium extinctæ, & pios principes nacti sumus, & orationis domos habemus, & pace frui putamus. Non est pax hæc Ecclesiam decens. Nam & Apostoli, cùm nihil horum haberent, veram tamen pacem habebant, quam ipsis Deus reliquerat: Pacem inquit,*[a] *meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.*

Chrysost. Benignitas Dei erga subuersores simplicium. Pax vera Ecclesiæ quænã.

a Ioa 14.27.

Vers. 15.] Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: quam ob rem cadent inter ruentes: in tẽpore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SAnè[a] per id quod admisêre abominandum, fallentes hac ratione populum inanibus pacis, ac prosperitatis promissionibus, multùm tandem reuexêre confusionis: Quamquam eò deuenerint insensibilitatis, ac peruersitatis, vt talem tantamque minime perceperint confusionem: ita vt nec vel ob propriam ignominiam erubescere norint, meretriciam profectò præ se ferentes faciem. Quin & singuli item Iudæorum confusi sunt propter abominationem quam fecerunt, Sanctos abominantes Prophetas, eorumque monita, & vaticinia, imò & Dei verbum contemptui habentes, cùm ab ea exciderint spe, quam inaniter ex Pseudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum dictis conceperant prosperorum, ac pacis: Tametsi nihilominus bona, maximéque eis vtili erubescere noluerunt

a Cõfusi sũt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione nõ sunt confusi: & erubescere nescierunt.

E *confusione, & pudore de abominatione, & iniquitate sua, facti nimirum ad resipiscentiam, & pudorem illum insensibiles.*[b] *Quamobrem tam isti, quàm illi pseudoprophetæ, atque Sacerdotes, cùm ruina superuenerit hostilis cladis, cadent interfecti: propriisque oculis videbunt ingentem populi multitudinem ruentem aduersariorum gladio, & inter illos occumbent pariter & ipsi, tunc nimirum temporis, cùm mendaciorum, doli, atque abominationis suæ reddentes rationem pœnas pro illis dabunt.*

b Quã ob rẽ cadent inter ruentes (seu, in ruina sua.)

c In tempore visitationis suæ.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

F COnfusi sunt, &c. Duobus modis intelligi hæc possunt, vel specialiter de iis Prophetis, ac Sacerdotibus, de quibus mox sermo extitit in præcedentibus: vel generaliter de Iudæis, quibus hæc habebantur. Si primo modo: Significatur, Pseudoprophetas illos, ac Sacerdotes per id quod admisêre abominãdum, fallentes populum inanibus pacis, ac prosperitatis promissionibus reuexisse tandem confusionem. vt quod dicitur, *Confusi sunt*, eo intelligendum sit modo, quo apud Ioelem & de rebus

1

1. Sensus.

a Ioel.1. 10. & 12. inanimatis dicitur, [a] *Confusum est vinum, & elanguit oleum: Vinea confusa est, & ficus elanguit: & confusum est gaudium à filiis hominum*, Quibus significatur, ea omnia confusione reuehere, quòd non respondeant prouentui: quem polliceri visi erant: quodque sicut qui incipit exhilarare alios, si explodatur, aut tacere iubeatur, confunditur: ita gaudiũ cùm statim sese ostẽtare cœpisset succisum esset, cõfusum remansisse dicitur per prosopopeiã, sic ergo hic dicitur de falsò annunciãtibus pacem, cùm non esset pax. *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt* vt in cap. 2. dictũ est, *Quomodo* [b] *confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel*, &c. Bene autem adiectum est, *Quin potius confusione non sunt confusi*, id est, eò deuenere insensibilitatis, & peruersitatis, vt talem, tantamque confusionem, quæ illis obuenit, minimè perceperint: ita vt nec vel ob propriam ignominiæ confusionem erubescere norint, frontem videlicet æneam, &, vt supra dictum est, meretriciam præ se ferentes. Et huic primo sensui fauere videtur versio Sept. quæ sic habet. (*Confusi sunt, quia defecerunt,*) in promissis scilicet, quæ populo fecerunt rerum secundarum, & pacis, (*Et neque sicut qui confunduntur erubuerunt, & inhonorationem*, seu *ignominiam suam non cognouerunt*) Et quia hoc non sensère confusionis, adiectum est. (*Propter hoc cadent in ruina sua,*) id est, cum & ipsis ruina superueneritur hostilis cladis, quam à Sanctis Prophetis prænunciatam negarant, cadent interfecti, seu, vt in Vulgata. (*Quamobrem cadent inter ruentes:*) propriis oculis videbunt ingentem populi multitudinem hostili ruentem gladio, atque inter illos cadent & ipsi: *In tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus*,) tunc nimirum temporis, cum mendaciorum, dolique sui reddentes rationem, pœnas pro illis dabunt.

Confudi quomodo dicatur inanimata.

b Iere.2. 26.

2

2. Sensus.

c Iere.5.31.

Cæterùm si secundo modo hæc intelligantur de vniuerso Iudæorum populo, de quo in cap. 5. dicebatur, *Et* [c] *populus meus dilexit talia*, quæ ei scilicet falsi vaticinabantur Prophetæ, approbabantque Sacerdotes: quod mihi magis placet, vt generalior sit hæc sententia. Confusi ij dicuntur propter abominationem quam fecerunt, Sanctos nimirum abominantes Prophetas, eorumque monita, & vaticinia, imò & Dei verbum contemptui habentes, ac probro in sectantes, vt dictum est in vers. 10. Confusi inquam excidentes a spe, quam falsò ex pseudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum dictis conceperant pacis, atque prosperitatis, iuxta peruulgatam in Sacris literis phrasim, quâ spe frustrari, vel non frustrari exprimitur per verbum confũdi, aut non confundi cuius vnum sat erit exemplum ex Psalmo 118. vbi Regius Vates ait. [d] *Tunc non confundar*, non erubescam meâ frustratus spe: *cùm perspexero*, i. cùm spem meam collimauero, *in omnibus mandatis tuis*, & in vniuersa mandata tua. Sic enim Zachariæ 9. in textu Hebraico legimus. *Gaza* [e] *dolebit nimis, & Accaron, quia confusa est respectio eius*, pro quo in nostra Vulgata, *Quoniam confusa est spes eius*. Confusi verò hac ratione Iudæi in maiorem peruersitatis ipsorum exaggerationem confusione minimè confusi asseruntur à Domino, confusione quam ad gloriam auctor appellat [f] libri Eccles. quamquam idem in iis aspicere habebat in optatis, pudore inquam & erubescentia de abominatione, & iniquitate sua. Vnde ad auxesim, subiicitur, (*Et erubescere nescierunt.*) Ac si dicatur, Cùm sat re

Confundi pro spe frustrari.

d Psa.118.6.

e Zach. 9.5.

f Eccl. 4.25.

A ipsâ norint confusionem, quæ sibi ob abominationem obuenit, nihilominus bona maximéque eis vtili erubescere nescierunt confusione, facti nimirum ad resipiscentiam, & erubescẽtiam eam insensibiles. *Quamobrem cadent*, &c.

3 Sunt qui de vna dumtaxat confusione ad gloriam totam hanc exponunt sententiam, primam partem interrogatiuè sic legentes. *Numquid confusi sunt, quia abominationem fecerunt? Imò verò non sunt confusi*, &c. Sed & sine interrogatione eodem sensu accipit Hugo Cardinalis, qui primam partem ironicè accipit, eamque ironiam explicatam, ait in secunda parte cùm subiicitur, (*Quin B potius*, &c.) Et Andreas Cappella, absque ironia ita hæc explicans. Huiusmodi erant eorum abominationes, quæ meritò eos in confusionem adducerent: Sed ipsi veluti insensibiles facti non erubuerunt. Vt confusi dicantur pro confundi debuerunt, vt ait Hugo Card. Gaspar Sanctius, iuxta frequentem eam Sacræ Scripturæ phrasim, quâ id fieri dicitur, quod fieri debet, dignumque est, vt fiat.

Fieri quid dicitur, quod debet fieri.

4 Hebræam lectionem sic vertunt, Pagninus. (*Num pudore affecti sunt, quòd abominationem fecerunt? etiam pudore non sunt suffusi, etiam erubescere C nescierunt: quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitabo eos, corruent dicit Dominus.* Isidorus quoque cum interrogatione sic legit, (*Numquid confusi sunt, quia abominationem fecerunt?*) Sicut & Vatablus in Annot. (*Pudet ne eos, quòd abominationem fecissent? etiam omnino*, &c.) Quamuis idem in textu absque interrogatione ita eadem vertat. *Pudefacti sunt, quia perpetrarunt scelus abominandum: quin omnino nihil eos pudet, nec erubescere nouerunt: propterea inter occumbentes cadent, & in eo articulo, quo eos visitabo corruent, dicit Dominus.*) Sic D ferè & Regia. (*Pudore affecti sunt quòd abominationem fecerunt, etiam pudendo non pudore suffusi sunt, etiam erubescere, & quamobrem cadent in cadentes, in tempore visitabo eos, corruent dixit Dominus.*

Vers. 15.] Confusi sunt quia abominationem fecerunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 E CVm improbi Prædicatores per vanam cõcionandi rationem, nedum Deo, sed & Sapientibus quibuscumque sui causent abominationem, congruè ob istius abominationis ignominiosam notam confusi asseruntur: cùm nihilominus iidem nec talem percipiant confusionis ignominiam, quinimò ita sint stolidi, vt propriam nec erubescunt leuitatem, completurque in illis Euãgelicum Redemptoris nostri dictum, [a] *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Id quod & hoc pariter Ieremiæ loco asseritur, cùm subditur. *Quamobrem cadent F inter ruentes*, &c.

Prædicatores vani causant sui abominationem, sicque fiunt stolidi, vt suam ipsorum non agnoscant confusionem.

a Math.15 14.

VVLGATÆ.

Vers. 15.] Confusi sunt quia, &c.

SEPTVAGINTA.

15. καληχυώθησαν, ὅτι ἐξέλιπουσαν. καὶ ὡς οἱ καλαισχυνόμενοι καληχυώθησαν, καὶ τὴν ἀτι-

μίαν

μίαν αὐτῶν οὐκ ἔγνωσαν. διὰ τοῦτο πεσοῦνται ἐν τῇ πτώσει αὐτῶν. καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς ἀπολοῦνται, εἶπε κύριος.

Vers. 15.] Confusi sunt, quia defecerunt: & neque sicut qui confunduntur, confusi sunt: & inhonorationem suam non cognouerunt. Quamobrem cadent in ruina sua, & in tempore visitationis peribunt, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. Eorum erat pudore suffundi, quia abominationem fecerunt, confusione quoque non confunduntur, & humiliari nesciunt; Propterea proiicientur occisi, in tempore quo visitauero super eos peccata eorum corruent, dicit Dominus.

Hieronym. *Peccandi cõsuetudo quã damnosa.*

Confusi sunt, &c. Hieronymus. *Pressius hoc legendum est iuxta Hebraicum, & cùm, inquit, tanta fecerint, numquid confusi sunt? numquid erubuerunt in* A *sceleribus suis? quin potiùs peccatum auxère contemptu, (& erubescere nescierunt.) (Nescierunt) autem hic posuit, pro noluerunt: siue nimio contemptu, & vitio inoliti mali ne intelligere quidem potuerunt.*

Peccata non solùm nõ cauere, sed nec intelligere velle est grãdis impietas.

(Quamobrem cadent, inter ruentes.) Quoniam, ait, erubescere nescierunt, & non solùm opus, sed ne scientiam quidem habuère, & sensum poenitentiæ: propterea cadent qui priùs stabant inter eos, qui vitiis suis corruent: & cùm visitationis, & pœnæ eorum tempus aduenerit cunctis ruentibus sociabuntur. Grandis autem impietas, non solùm non cauere, sed nec intelligere velle peccata, & nullam habere distantiam bonorum, malorumque operum.

B Theodoritus. *Ostendit impudentiæ Iudæorum excessum. (Nam confusi) inquit, velut qui mendacia prædixissent, (erubescere nescierunt,) Hoc enim dicit, Nec confusione sunt confusi, neque ignominiam suam agnouerunt. Nihilominus tamen luent, ait, in tempore pœnas eorum quæ commiserunt. (Tempore enim visitationis suæ corruent, dicit Dominus.)*

Theodorit. *Peccatores obstinati impudẽtia quãta.*

D. Thomas. *(Confusi sunt) pœnis: confusione salubri, quæ pœnitentiam prouocet. (Quamobrem cadẽt) ipsi Prophetæ, (inter ruentes) plebeios, corruent morte, vel captiuitate ipsis sociati in pœnis, à quibus non sunt diuisi in culpis.*

D.Thom.

CATENA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Κατῃσχύνθησαν, ὅτι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς κατῃσχύνθησαν; τουτέστιν οὐ παρεγίνοντο || τοῖς λόγοις ἡ διὰ τῶν πραγμάτων μαρτυρία. ἠλέγχοντο διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν. εἰ γὰρ καὶ ὁ πόλεμος μὴ παρῆν, ἀλλὰ τὰ τοῦ πολέμου προοίμια. καὶ οὐδὲ οὕτως ἐνέδωκαν πως. ὁρᾷς ὅτι τῶν σημείων οὐ χρεία πρὸς τὴν κακῶς διακειμένην ψυχήν; διὰ τοῦτό φησι. πεσοῦνται ἐν πτώσει αὐτῶν.

|| ἀλ. παρέστησαν.

[καὶ οὐδ᾽ ὡς. καὶ τὴν ἀτιμίαν αὐτῶν οὐκ ἔγνωσαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ γὰρ μήτε λόγῳ, μήτε μάστιγι παιδευόμενοι, ἐναπομένουσι τῷ πτώματι.

[Διὰ τοῦτο πεσοῦνται. καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κἂν ἀνακαλέσωμαι φησὶν αὐτοὺς, ἐκ τῶν αἰσθητῶν πολεμίων, καὶ ἐπισκέψωμαι αὐτοὺς, ἐπιμένοντας || τῇ ἁμαρτίαις αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσονται.

|| ἀλ. ἐπιμένοντες.

C *Vers.* 15. *Confusi sunt, quia, &c.)*

2 Chrysostomi.] *Quomodo confusi sunt? id est sermonibus non accessit operum fides: per ipsa opera conuincebantur. Nam & si bellum non aderat, exordia tamen ipsius insurgebant; neque sic pedem retraxerunt. Vides ad malè affectum animum nihil signa conducere? quapropter ait, cadent in lapsu suo.*

Chrysost. *Cõfundimur cùm sermonibus non respondent opera fideliter præstita.*

(Et neque, &c. Et inhonorationem suam non D *cognouerunt.)*

Olympiodori.] *Qui enim neque plagis, neque sermone resipiscunt in crimine pertinaciter persistunt.*

Olympiod. *Obstinati in vitiis ii sunt qui nec plagis, nec sermone resipiscunt.*

(Quamobrem cadent, &c. & in tempore visitationis peribunt.)

Olympiodori.] *Quamuis reuocem eos ex visibilibus hostibus, & visitauero eos, in iniquitatibus perseuerantes, externis suppliciis addicentur.*

Olympiod. *Pœnas externas haud facilè peccantibus remittit Deus.*

Vers. 16.] Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Hæc dicit Dominus: state super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona: & ambulate in ea.*

AMbulatis[a] *ô Iudæi, per prauas scelerum vias, præcipites en semitas tritis tenebrosas, atque peruersas: gradum super illas sistite: conforma-* E *re studete vestram viuendi rationem ad exemplar Antiquorum Patrum illorum, qui rectè sanctèque vixère. Considerate Antiquorum viuendi rationes bonas, & malas, simulque & singularum illarum exitum, siue bonum, siue malum, vt vel hoc pacto vobis consulatis. Ipsismet vestris oculis prauitatem, & præcipitia speculemini viarũm istarum, in quibus modò gradimini: tum à sapientibus, probisque viris instrui satagite de semitis mandatorum eorum in primis, quæ antiquissima sunt, iurisque naturæ, & de via quam vobis terendam in mea descripsi lege: Atque bono reperto itinere istiusmodi, iugi in eo ambulate progressu:*[b] *Sic namque à pristina refrigerabimini defatigatione, quã in hisce peruersitatis lassamini viis difficillimis, plenamque anima*

b *Et inuenietis refrigeriũ animabus vestris.*

me assequemini quietem, dulcem refectionem, purificationem atque sanctificationem. Tanta [e] *ipsorum extitit obstinata malignitas, & obstinata in peruersis gressibus affectio, vt & ostensam viam renuerint bonam, & antiquas respuerint semitas, & me repulerint ducem, nullamque promissi à me refrigerij habentes rationẽ peruicaci superbiâ, responderint. Nolle se per tales ambulare vias legis, ac praeceptorum, Non ambulabimus, dicentes, post te.*

[e] *Et dixerũt non ambulabimus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 HÆC *dicit Dominus*, &c. Communis ferè praesentis sententiae sensus, est, vt à Domino moneantur Iudaei, conforment suam viuendi rationem ad exemplar Antiquorum Patrum illorum, qui rectè sanctèque vixere. Nihil enim est, quo magis moueatur quisque, quàm Maiorum suorum exemplis, iuxta illud Mosis. [d] *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas*: Et, *Interroga patrem tuum & annunciabunt tibi, maiores tuos, & dicent tibi*: & illud Matathiae, *Mementote* [e] *operum patrum, quae fecerunt in generationibus suis.* Petrus à Figueira, & Christophorus à Castro censuere iisdem Iudaeis considerandas proponi Antiquorum viuendi rationes bonas, & malas, simulque, & singularum illarũ exitum siue bonum, siue malum, vt hoc pacto sibi consulant, iuxta illud Deuteron. [f] *Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prauiderent.* Quod consonare, inquiunt, videtur textui, in quo proponitur finis vitae bonae refrigerium, & è contra vitae malae exitium per Chaldaeos.

1. Sensus. *Exẽpla Antiquorum Patrum potẽtissima.* d Deut 32. 7. e 1. Mach. 2. 51. 2. Sensus. Chr. à Castr. Petr. à Figueira. f Deut. 32. 30.

2 Mihi videtur, in his fieri potiùs per Dominum reuocatio Iudaici populi ad vias diuinorum mandatorum, atque ad viam illam bonam & optimam, quae est legis dilectionis. Vulgare est Prouerbium, Qui, antiquâ dimissâ, per nouam graditur viam, vt plurimum deceptum se reperitur. Et id moris esse apud nos videmus, vt cùm quempiam per prauas praecipitiorum vias errantem videre contigerit, ni saxeo simus corde, clamemus vt gradum sistat, ad vetustam redeat semitam, & quae sit, quâ bene ambulare queat consideret viam. Viae antiquae, &, vt originalia Hebr. & Graec. habent (*quae à saeculo*,) mandata dixerim Dei non tam legis scriptae, quàm legis à mundi exordio ipsi hominum naturae inditae, legis inquam dilectionis, atque religionis de quibus ab eodem Domino saepius Iudaeis ipsis dictum reperies, *Si in viis meis ambulaueritis*, &c. quasque pleniùs edoceri à Deo efflagitabat Dauid, dicens, [g] *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Via quoque vna quae hìc dicitur bona, ipsa est eiusdem Dei lex scripta, de quâ idem Dauid ait. [h] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

3. Sensus. *Via antiqua appellata Dei praecepta secundùm legẽ naturae.* g Psal. 24. 4. *Via bona est lex Dei scripta.* h Ps. 118. 1.

3 Vias istas antiquas, viamque bonam praedictam miseri reliquerant Iudaei, & abiit eorum vnusquisque vagus in via cordis sui, vt apud Isaiam [i] habes, adeo vt toti populo superius in cap. 3. dictum sit, [k] *Dispersisti vias tuas alienis*, relicto itinere relicto, vt de impiis in libro Prouerb. dicitur, [l] *Ambulant per vias tenebrosas.* Quas idem Salomon [m] vias peruersas dicit, & gressus, qui in illis fiunt, infames. [n] *Non fuit iudicium in gressibus eorum*, ait Isaias, *semitae eorum incuruatae sunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Contritio & infelicitas in viis eorum non est timor Dei ante oculos eorum.*

i Isai. 57. 17. *Iudaei, relictâ viâ bonae legis Dei, vias triuerũt pessimas.* k Iere. 3. 13. l Prou. 2. 13. m Prouer. 2. 15. n Isai. 59. 8.

4 A Quid faceret benignissimus Deus Iudaeis tam prauis, tantoque cum damno errantibus in viis? Audi quid aliquando fecerit. [o] *Vias eius*, inquit, *vidi, & sanaui eum, & reduxi eum.* Nota: vidit ipse viarum eius prauitatem, ac pericula, cùm illi eas, instar caecorum se habentes minimè viderent: duoque in illius salutem exercuit munia, medici atque ducis. *Reduxi*, inquit *eum*, tutum me ei exhibens ducem: at prius vt apprimè peritus medicus sanitatem ipsi impertitus sum oculorum, ac mentis: quò videre iam posset viarum suarum peruersitatem, & quâ tutò incedendum sibi foret. B Audi & quid aliàs fecit. *Et aures tuae*, ait Isaias ad errantem populum, [p] *audient verbum post tergum monentis*: vt seduli videlicet praeceptoris, ac patris dicentis: *Hac est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.*

Ad viam reductẽ errantes quâ ratione vtatur Deus. o Isai. 57. 18. *Errantibus Deus se exhibet medicum, & ducem.* *Vt praeceptor Deus se exhibet erranti bus.* p Isai. 30. 21.

5 Audi demum quid & hoc loco apud Ieremiã faciat. Quos aliis vicibus ipsemet reduxit, sanataque eorum mente, atque oculis viam dignoscere fecit quâ ambularent: nunc praecipites instar cursoris leuis explicantis (vt supra dictum est) vias suas, currentes monet, vt super vias C ipsas suas pessimas sistant gradum. (*Haec dicit Dominus*: *state super vias*:) Tum addit, (*Et videte*,) ipsismet vestris oculis prauitatem, & praecipitia speculantes earumdem viarum, in quibus graddimini. Vt autem eorumdem diligentia & conuersio nulla ex parte sit deficiens, duo eis addit facienda; primum, vt à Sapientibus probisque viris instrui pleniùs satagant de semitis mandatorum Dei, deque eiusdem lege, de antiquissimis legis naturae praeceptis, deque lege scripta; Alterum, vt, viâ bonâ repertâ, haud ampliùs stent, sed iugi in ea ambulent progressu. (*Et in-* D *terrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, & ambulate in ea.*) Non dicit, (*Ambulate in eis*, sed *in ea*:) quia vna est via bona, licet plures dicantur semitae item bonae: vna est lex Dei, & licet plura sint eius mandata, siue antiqua ad naturae legem spectantia: siue recentiora, quae sunt legis scriptae, ad vnum tamen ea omnia reducuntur praeceptum dilectionis, vt saepius ex Apostolo probatum est.

Errantibus quatuor agenda, vt non praecipites in perpetuum ruãt damnationis praecipitium.

6 (*Et inuenietis refrigerium animabus vestris.*) Alludere videtur Dominus ad id quod iis euenire solet, qui post diutinum laborem, postque E magnos sudores, ac vehementem sitim, quibus lassati sunt in prauis aberrantes viis, viâ tandem bonâ repertâ, à defatigatione ipsa sua refrigerantur, animaeque assequuntur quietem. *Ambulauimus* [q] *vias difficiles*, dicebant aliquando impij, *lassati sumus in via iniquitatis*, Et supra in cap. 2. vidimus eidem Iudaico populo dictum. [r] *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti*, quae maximè ad rem faciunt, de qua modò est sermo, vt ibi exposuimus. Bene ergo iisdem Iudaeis, si per bonam ambulauerint diuinae legis viam, refrigerium promittitur anima- F rum post praeexpositos labores, inaniter summoque cum detrimento ab illis exantlatos. Si quaeris quodnam istud sit refrigerium, ex Euangelio id docere possem, vbi Dominus Iesus non solùm Iudaeos, sed quotquot in mundo hoc degere cõtingat, ad diuinae legis suae viam à prauis reuocans saeculi viis, ait. [s] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos*, &c. *Et inuenietis requiem animabus vestris*, vbi id refrigerij constituitur in refectione, & inquiete animarum.

q Sap. 5. 7. r Iere. 2. 25. *Refrigerium animae situm in refectione, & in quiete.* s Matth. 11. 28.

At

7 At ne discedamus à præsenti, quam in manibus habemus sententia, ex originalibus optimè id colligere est vocibus, Hebræa,& Græca, quã illam reddidère Sept. Hebræam certè מרגוע *margoang* communiter Hebræorum Doctores interpretantur *quietem* prout & recentiores interpretes ex nostris, Pagninus, & Regia ita hæc reddentes, (*Et inuenietis requiem animæ vestræ:*) nec non & Vatablus in suis Annotat. Idem tamen Vatab. in textu versionis suæ aliter sic vertit.(*Et inuenietis refectionem animabus vestris.*) Sept. (*Et inuenietis ἁγνισμὸν, animabus vestris* porrò ἁγνισμὸς *agnismos* significat purificationem, ac sanctificationem. Quod ergo noster Interpres refrigerium animæ dixit, quod inuenitur cùm ambulatur in via legis Dei, quatuor complectitur, quæ omnia ad animam pertinent, (neque enim admitto quod in Annotat. suis ait, Vatabl. hîc promitti quietem, & pacificam vitam, si de corporali dumtaxat id intelligat pace, & quiete) ea autem sunt requies, refectio, purificatio, & sanctificatio.

Refrigerium animæ continet quatuor, requiem, refectionẽ, purificationẽ, & sanctificationem.

8 Et quidem hæc omnia per vnam diuinæ legis obseruantiam ab anima obtineri manifestè ex Sanctis colligitur paginis, de requie legimus in libro Ecclesiastici.[a] *Inuestiga illam*, viam scil. bonam doctrinæ legis Dei, in qua vera est sapientia, *& continens factus*, id est, cùm ipsam inueneris, & obtinueris, *ne derelinquas eam. In nouissimo enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.* Idque nõ solùm in futuro sæculo, sed in præsenti. Vnde idẽ auctor lib. Eccl.[b] *Videte* ait, oculis vestris, *quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*: in disciplina nimirum legis, de qua mox dixerat.[c] *Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.* Si refectionem quæras, quâ ita per Dei legem à se seruatam ea recreetur, vt & summâ repleatur consolatione, & cibo, potuque refecta praua in illa sedetur & fames, & sitis vniuersa. Audi Prophetam hęc apprimè expertum,[d] *Dominus regit* (seu iuxta lectionem aliam, *pascit*) *me, in loco pascuæ*: (in hac nimirum legis suæ semita) *ibi me collocauit. Super aquam refectionis.* (En refectio sitis) *educauit me* (en refectio cibi) *animam meam conuertit* (en refectio consolationum) iuxta phrasim illam, quâ & aliàs conuertere animam, pro illam recreare, & consolari dicitur: vt per nostrum Ieremiam in Threnis, *Idcirco*[e] *ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est à me consolator conuertens animam meam.*

Per legis Dei obseruantiã obtinetur requies animæ, & hîc, & in futuro.
a Eccl. 6. 28.
b Eccl. 51. 35.
c Eccles. 51. 34.
Per legis obseruantiam assequimur refectionem.
d Psal. 22. 1.
Conuertere animam pro illam recreare, & consolari.
e Thr. 1. 16.

9 Et de ipsamet lege Domini legimus in Psalmo 18.[f] *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Cur verò immaculatam dicit Domini legem, nisi quia, qui in sæculi viis ambulantes sordibus vndequaque respersi fuerant scelerum, inuentâ hac legis viâ, in eaque per illius obseruationem gradientes ita per ipsam purificantur, vt meritò immaculati iam prædicentur, iuxta illud quod & supra retulimus,[g] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Vnde in eodem Psalmo 18. post præstantissimum diuinæ legis præconium subdit Sanctus Vates, *Si*[h] *mei non fuerint dominati*, domini nimirum ij pessimi, & alieni, quibus seruiture durissimâ subiecti sunt quotquot in viis ambulant iniquitatis: *Tunc immaculatus*, inquit, ero: assignatque rationem. *Et emundabor*, id est, purificabor *à delicto maximo*, id est, vel etiam si maximi omnium delicti, quod vel superbia est, vel idololatria, sordes contraxissem Sed & vnà cum purificatione per eandem Dei legem exhiberi & sanctificationẽ, exinde colligere est, quòd tunc primum Iudæos gentem Domino sanctam dici reperimus, cùm super montem Sinai data est lex; Sic enim in libro Exodi vbi Dominus super dictum montem descendit, per eũ dictum legimus.[i] *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gẽs sancta.* Ecquod verò refrigerium reperiri potest maius, quàm puritas conscientiæ, & vitæ sanctitas?

f Psal. 18. 8.
Per legis obseruantiam perfectè purificamur.
g Psal. 118. 1.
h Psa. 18. 14.
Per legis obseruantiam obtinetur, & sanctificatio.
i Exod. 19. 5.

10 (*Et dixerunt: Non ambulabimus.*) Sat ex hac sua responsione patefaciunt, ipsorum errorem haud iam ex ignorantia fuisse, aut ex infirmitate, quam à Domino sanari necesse fuerit, prout factum aliàs ex Isaia retulimus: Sed ex obfirmata malignitate, & ex obstinata peruersitate, quâ & rectam hanc viam demonstrantibus sanctis Prophetis dicere consueuerunt.[k] *Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel*, quem scil. nobis proponitis eiusdem viæ ducem. Sic certè miseri illi Iudæi se habuère, cùm proponeretur eis via ducens ad refrigerium, requiem, refectionem, purificationem, & sanctificationem animæ, eiusdemque viæ dux Sanctus Israel: Cæterùm per vias, per quas peruenire se posse existimarunt ad sensibiles voluptates, ad carnis illecebras, atque ad plenum corporis refrigerium, vel alienis Diis, vel alienis etiam Gentibus turpiter vt charissimis adhæsêre ducibus, post illos maximâ animi ambularunt promptitudine:[l] *Adamaui*, dixerunt, alienos, *& post eos ambulabo,*

A via bona quàm alieni sint impij.
k Isai. 30. 11.
Vias ducentes ad animæ refrigeriũ abominãtur impij: qui tamen libentissimè vias arripiũt, quibus peruenire se putãt ad carnis illecebras.
l Ier. 2. 25.

Circa lectionum varietatem præter ea quæ iam dicta sunt, id vnum est quod notetur, pro eo quod in Vulgata legitur, (*Quæ sit via bona.*) Sept: habere. (*Et videte qualis est via bona.*) Hebr. (*Vbi ipsa via bona.*) Quod Isidorus Clarius in suis Scholiis ita interpretatur: *Animaduertite apud vosmetipsos viam bonam, & rectam, atque viam peruersam, & iudicet ratio vestra quæ magis sit eligenda.*

Versus 16.] Hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 Facit hic locus contra nostri sæculi nouatores. Qui, si à prauo tantillùm desistant cursu, quo præcipites feruntur per multiplices hæreseôn vias, gradum super ipsas sistentes nouitatum vias, beneque illas considerantes, de fidei semitis, quas Antiqui triuerunt Patres inoffenso pede, Sacras interrogarent literas, œcumenicorum Conciliorum canones, Sanctorumque Pontificum decreta, profectò reperto tuto fidei Catholicæ itinere, per illius ambularent semitam. Pro illo quoque Euangelij.[a] *Scrutamini Scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me*, præsens facit sententia, quatenus in ea significatur, viam bonam, quæ Christus est ex perscrutatione reperiri antiquarum semitarum, quæ in Scripturis ipsis stratæ, & complanatæ habentur, in antiquis sanctisque Patriarchis, atque Prophetis. Quod aliqui ex eo confirmant Apostoli ad Rom. 1.[b] *Iustitia Dei in eo*, scil. Euangelio *reuelatur ex fide in fidem*, ex fide Antiquorum Patrum in fidem Apostolorum, & ea quæ in ipso traditur Euangelio. Vnde bene Dominus Iesus apud Ioannem ita Iudæos allocutus est.[c] *Nolite putare*

Contra Nouatores.
a Ioan. 5. 39.
Scripturarũ Sacrarũ perscrutatione deducimur ad Christum veram, tutãque salutis viam.
b Rom. 1. 17.
Iudæorum obstinatio in respuendo Christũ quanta.
c Ioan. 5. 45.

putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem : est qui accusat vos Moyses, in quo speratis : Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis , quomodo verbis meis credetis : Exhibitam inueniendi viam bonam obstinatè respuerunt rationem , quin & apertè sese proclamante tutam,bonamque istam viam,& ad ipsam illos benignè attrahente Christo obstinatiùs ei obsistentis dixêre , *Non ambulabimus.* [a] *Quoties,* dixit aliquando, *volui congregare filios tuos , quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti?*

a Math 23. 37.

12 *Religiosus bonus sese ductori committat spirituali.*

Aptissimus insuper est locus iste pro Religiosis, quibus id vnum primú ac potissimum totius, & eius quod Deo exhibere contendunt obsequij , & propriæ quietis , omnisque refectionis, spiritalisque oblectationis esse debet studium, vt spirituali sese in omnibus & per omnia committentes ductori, tametsi multas & legerint,& attentâ consideratione antiquorum sanctorum egregias perceperint viuendi rationes , & gesta perfectionis, eam tandem bonam sibi ambulando certò teneant,quam ab ipsis interrogatus ductor eis præsignarit. Nec minoris faciendum, quod ex vltimo istius sententiæ ad idem propositum colligitur membro ; *(Et dixerunt non ambulabimus,&c.)* Vniuersam nimirum eorumdem Religiosorum inquietudinem in Dei obsequio, cunctaque molesta , & spiritus ariditatem , ac perseuerantiæ difficultatem, ex vno isto deriuare vitio renitentiæ ad suo obsequendum ductori.

Religiosorum inquietudo omnis ex renitentia ad obsequendum ductori spirituali.

13 *Viatores sumus in hac vita omnes.*

Quoad fideles omnes, quibus sic Viatorum congruit nomen , sicut & appellatio competit hominum , vnum in hac ipsa perpendendum superest sententia, quòd cùm de via bona interrogandum præcipiatur , neutiquam tamen vel assignatur , vel indicatur quisnam , seu qui sint de ea interrogandi. Hoc mihi certum est , non esse interrogandos de illa mundi sapientes:nam si vel illum interrogemus Pythagoram moralium Philosophorum facilè principem , contraria ab illo de vna eademque via referemus responsa , ita vt nec post interrogationem quietè in ea via liceat ambulare, qui enim aliquando viam eam definiuit bonam , quæ & Regia est,& publica , adeóque id inter sua exhibuit symbola, ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, id est , *extra publicam viam ne ingrediaris,*vt refert in eius vita Diogenes Laërtius. Aliàs verò hanc ipsam damnans contrariũ istud dedit responsum λεωφόρου μὴ βαδίζειν. *Per publicam viam ne ambules.* Quod vt in Adagiis Pauli habes Manutij, quidam sic efferunt, *Viam Regiam declinato, per semitas ingreditor* , iuxta Hieronymi expositionem. *Ne Vulgi sequaris errores. Nũquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, vt optima plurimis placuerint.* Quid perplexius?

Pythagoras. *Via mundi perplexa.*

14 *Tribulationũ via tutissima & Regia.*

In libro Ecclesiastici reperio scriptum.[b] *Multi pacifici sint tibi , & consiliarius sit tibi vnus de mille.* Vnum porrò consiliarium istum Christum intelligo cuique aptissimum in istiusmodi præsertim interrogatione de via bona , vtpote qui [c] *exultauit vt gigas ad currendam viam.* Sanè si consiliarium istum de Regia Christianorum quis interrogauerit via , eam sibi ad ambulandum ab eo percipiet , quam & ipse, & sancti triuère omnes , quam delineauit , cùm diceret. [d] *Arcta est via, quæ ducit ad vitam.* Via arcta , via angusta, via angustiarum, via laborum , via tribulationũ & ærumnarum , quam se vel à primis annis ambulasse contestatus est, dicens , [e] *Pauper sum ego,*

b Eccl. 6.6. c Psalm.18. d Matth. 7. 14. e Psa.87.16.

A *& in laboribus à iuuentute mea,* triuisse & vsque ad mortem asseruit, [f] *Oportuit Christum pati,& ita intrare in gloriam suam.* Id quod & fidelium singulis aptandum censuit Paulus , cùm diceret. [g] *Per multas tribulationes oportet vos intrare in regnum Dei,* iuxta illud eiusdem Domini , [h] *Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.*

f Luc.27.26. g Act. 14. 21. h Luc. 14. 27.

15 S. Augustin.

S. Augustinus sermone 91. de tempore innumeras quæ sunt lucis , ac spiritus vias ad ternarium reducens numerum , ad viam bene cogitandi, ad viam bene loquendi , atque ad viam B bene operandi. *Istæ* , inquit , *sunt tres viæ per quas peruenitur ad cælum , sicut & tres aliæ sunt, per quas amatores mundi perueniunt in infernum,hoc est,malum cogitare, malum dicere,& malum facere.* Breuiori tamen compendio ad viam tribulationis vnam & tres istas, & reliquas reducemus vniuersas. Qui enim patienter prout opus est illam terit , haud dubium quin & tribus pariter iis ambulet, bene cogitans, bene loquens, ac bene operans , cùm iuxta Saluatoris nostri dictum.*In* [i] *patientia nostra possidebimus animas nostras,*ita vt quócumque libuerit dirigere illas valeamus.

Viæ lucis , ac spiritus tres secundũ Augustinum.

i Luc.22.19.

16 *Tribulationũ viam vt certissimam indicandam à Christo prædictum ajens Isaiam.*

C De hac vna viarum cæterarum epilogo locutum crediderim Isaiam Prophetam , & hanc à Domino Iesu & verbis, & exemplis indicandam suis fore discipulis significasse.Vbi enim de exhibitione agens tribulationum,& ærumnarum dixisset , *Dabit* [k] *vobis panem arctum* , illum videlicet , quem aliàs *panem afflictionis*[l] appellatum reperimus, & de quo Vates Regius,*Cibabis,*item ad Dominum ait,*cibabis* [m] *nos pane lachrymarum,*Quo pariter loco explicans quod Isaias easdem tribulationes *aquam* dixit *breuem,*addit : *& potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Quod Ambrosius D serm. 20. in Psalm.118. his explicat : *Ne sine moderatione mensuræ pœna cumulo grauaremur, & sustinere non possemus.*Subiicit Isaias : *Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum* : dicentem nimirum, *Si* [n] *me persecuti sunt , & vos persequentur : Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum,* in exemplar videlicet in monte sibi super crucis ligno sese exhibentem, *Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis* , tergum nempe tuum virgâ vt filium charissimum percutientem disciplinæ , vnaque cum istiusmodi paterna verberatione in tribula- E tionibus ipsis , atque in disciplina viam tutissimam per quam ambulandum sit cælum versùs significans, *Hæc est,* inquit, *via, ambulate in ea , & non declinetis neque ad dexteram , neque ad sinistram,* Quæ in periphrasim adiecta sunt rectitudinis Regiæ ipsius viæ.

k Isa.30.20. l Deut.16.3. m Psa.79.6.

Ambrosius.

n Ioa.15.20.

VVLGATÆ.

*Vers.*16.]Hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

F 6. Τάδε λέγει κύριος. στῆτε ἐπὶ τῶν ὁδοῖς , καὶ ἴδετε , καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίους. καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ , καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν. καὶ εἶπαν, οὐ πορευσόμεθα.

*Vers.*16.]Hæc dicit Dominus : State super vias , & videte , & interrogate semitas Domini quæ à sæculo : & videte qualis est via bona , & ambulate in ea : & inue

inuenietis purificationem animabus veſtris. Et dixerunt. Non ibimus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus: State ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis, quæ à ſæculo ſunt, quæ eſt via, quæ recta ſit, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris, & dixerunt: Non ambulabimus.*

Clem. Alex. *Illuminationis quæque modo nos erudit Deus.*

Verſ. 16. *Hæc dicit Dominus*,&c. Clemens Alexandrinus, lib. 1. Pædagogi. cap. 10. rationem pædagogiæ per illuminationem à Deo vſurpatam probans ait, *Præterea per Ieremiam illuminat eos, qui aberrant à veritate. (Hæc autem dicit Dominus: State in viis, & videte, & rogate ſemitas Domini æternas, quæ nam eſt ſemita bona, & ambulate in ea, & inuenietis ſanctificationem animabus veſtris.)* Idem quoque Clemens lib. 5. Stromatum cap. 1. eadem referens addit. *Interrogate*, inquit, *& audite ab his qui norunt, citra contentionem, & decertationem. Cùm didicerimus autem viam veritatis rectà ingrediamur, minimè nos retrò conuertentes, donec conſecuti ſimus id quod deſideratur.*

Idem. *Via veritatis diſcẽda citra contentionem ab his qui norunt.*

2 Euſeb. Cæſ. *Iudæos reiiciendos à Deo aſſumendoſque Gentiles.*

Euſebius Cæſarienſis lib. 2. Demonſtrat. Euangelicæ cap. 3. Demonſtratione 24. hunc cum duobus ſequentibus verſibus 17. & 18. affert vt dicta in declarationem reiectionis Iudæorum, & adoptionis Gentium loco eorum. (*Hæc dicit Dominus: State in viis & videte: & rogate ſemitas Domini ſempiternas, & videte quæ nam ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purgationem animis veſtris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Conſtitui ſuper vos ſpeculatores, audite vocem tubæ, & dixerunt: Non audiemus. Idcirco audierunt Gentes, & qui paſcunt greges in eis.*)

Baſil. Magn. *Scripturarum ſacrarũ meditatio optima via ad veri inueſtigationem.*

Ad præſentem ſententiam faciunt quæ Baſilius Magnus epiſtolà 1. ad Gregorium Nazianzenum ita habet. *Maxima viarum ad veri inueſtigationem ferentium meditatio eſt Scripturarum diuinitus inſpiratarum. Quandoquidem in his cùm rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ, ac perſcriptæ, tamquam ſimulacra quædã animata propoſita ſunt vitæ ad normam diuinam inſtitiæ iis quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt.*

3 Greg. Naz. *Prælatis viã regiã ambulandum, cauendumque ne vel tantillũ declinent. Prælati aſſimilati ambulantibus ſuper funem.*

Ad eamdem facit & quod Gregorius Nazianzenus, in Apologetico fugæ, poſt enarratas multiplices, & diuerſiſſimas, & ætatum & ſexus, & ſtatuum in hominibus agendi & procedẽdi vias, quas omnes perſpectas bonus habere debet Prælatus, *In vniuerſum*, inquit, *illud apud nos liquidò conſtat, quòd quemadmodum in ſublimi, & pendulo fune gradientibus hac vel illac deflectere minimè tutum eſt, nec quamlibet parua inclinatio paruum periculum affert, verùm eorum ſalus & ſecuritas in æquilibrio poſita eſt: Ad eũdem quoque modum vtramuis in partem quiſpiam ſiue ob vitium, ſiue ob imperitiam propendeat, haud leue periculum tum ipſi, tum ſubditis imminet, ne in peccatum prolabantur. Quocirca viâ procul dubiò Regiâ ipſis magna cum circunſpectione incedendum eſt, nec vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram, vt eſt in Prouerbiis, declinandum.*

4 Hilarius. *Via Domini & plures, & vna.*

Hilarius Enarratione in Pſalmum 118. in 1. Octonario Aleph ſuper iis verbis, *Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt. In primo verſu*, inquit, *ſingulariter via commemoratur, in hoc tertio plures: ex quo intelligendum eſt per multas vias ad vnum perueniri, in qua quiſque immacu-*

A *latus ſi ſit, hic beatus eſt. De plurimis autem viis, atque vna Ieremias paria teſtatus eſt, dicens: (State in viis, & interrogate vias Domini æternales, & quærite quæ ſit via bona.) In plurimis ergo viis ſtandum eſt, & plurimæ interrogandæ ſunt: & hæ quidẽ plures & Domini ſunt, & æternales: & in his cernendum eſt quæ ſit via optima. Viæ plures ſunt, & plurima Dei mandata, plures Prophetæ, per quos omnes in vnam viam pergitur: ſed in iis operarij iniquitatis non ambulauerunt. Nam ſi in eis manſiſſent, vſque ad optimam illam noui teſtamenti viam peruenirent. Eſt via per Moyſem, eſt per Ieſum, eſt per Dauid, eſt per Iſaiam,*

Via plures ſunt, plura Dei mandata, & plures Prophetæ, per quas ad viã vnam peruenitur, quæ Chriſtus ſit.

B *eſt per Ieremiam, Apoſtolos: per has omnes ad eum neceſſe eſt peruenire, qui dixit, Ego [a] ſum via, & Nemo [b] venit ad Patrem, niſi per viam. Simile quiddam ſub Margaritæ nomine dictum eſſe intelligendum eſt. Multarum [c] enim Margaritarum negociatorem oportet eſſe, vt vnam Margaritam multi pretij conſequatur. De Margaritis verò cùm ſit ſermo, ſufficit ad honorem earum, quod Margaritæ ſint nuncupatæ. Vna autem illa Margarita quæ reperta eſt magni eſſe pretij dicitur. Ita & cùm de viis plurimis prophetatur, quod & Domini, & æternales ſunt dictæ: cùm autem in his viis quæritur quæ ſit vtilis via, ea quæ reperta*

a Ioan. 14.6.
b Ioan. 14.6.
c Matth. 13. 46.

C *eſt optima prædicatur. Ergo quamuis vel illæ viæ æternales ſint, vel Margaritæ ipſo ſuo nomine honorabiles ſint: in multis viis ſtandum eſt, vt bona via reperiatur: & vendendæ omnes Margaritæ ſunt, vt ea quæ multi pretij eſt reperta ematur.*

5 Hieronym. d Matth. 13. 46. *Per vias Patriarcharum & Prophetarum tendendum ad vnã Euangelij viam.*

Similia ferè de viis, & Margaritis habet, & Hieronymus in Comment. dicens, *Euangelica [d] parabola ſi fuerit intellecta, huius loci præbebis intelligentiam: in qua negotiator bonus omnes vendere dicitur Margaritas, vt de pretio earum vnam emat pretioſiſſimam Margaritam. Quod ſcilicet per Patriarchas, & Prophetas veniamus ad eum, qui dicit,*

D *Ego [e] ſum via, ſtandum eſt igitur in Prophetis, & diligentiſſimè contemplandum de ſemitis antiquis, ſiue ſempiternis, quæ multorum Sanctorum ſunt tritæ veſtigiis, quas ſignificantiùs Græcè appellantur τρίβοι, quæ ſit via bona in Euangelio, & ambulandum in ea. Quæ via cùm inuenta fuerit præbet refrigerium, ſiue purificationem animabus credentium. At illi è contrario reſponderunt, (Non ambulabimus) per viam Euangelij: propriè hoc Prophetà dicente de perfidia Iudæorum.*

e Ioan. 14.16
Iudæorũ perfidia quanta.

In viis tritis à ſãctis ambulandum ad viam rectã.

Idem Hieronymus ſuper cap. 3. Iſaiæ. *Ingrediamur rectam viam, & tritas à Sanctis Prophetis*

E *ſemitas, audiamuſque Ieremiam Prophetam dicentem, (State in viis, & videte, & interrogate ſemitas Domini ſempiternas, quæ ſit via bona: & ambulate in ea) Quod ſi quando errauerimus, & quaſi homines peruerſo itinere perrexerimus, Domini per Ezechielem expectemus promiſſa, dicentis [f] Dabo eis viam alteram, & cor aliud.*

f Ezech. 36. 20.

6 *Via Regia in qualibet virtute eſt in medio, & per hãc tutò ambulatur.*

Idem Hieronymus in cap. 52. Iſaiæ ſuper iis verbis, *In multitudine viæ tuæ laboraſti, & non dixiſti, quieſcam*, hanc citat ſententiã, pluraque habet digna, quę hoc loco deſcribãtur. *Qui ambulat in via vna, & Regia non laborat, de qua per Moy-*

F *ſem præcepit Dominus: Viâ Regiâ ambulabis, & non declinabis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Vna via eſt veritatis, quæ dicit in Euangelio, [h] Ego ſum via, veritas, & vita, & multæ mendaciorum viæ, per quas nunc ambulaſſe arguitur Ieruſalem, quarum viarum Deus ſciens differentiam loquitur ad errantes. Non [i] ſicut viæ meæ, viæ veſtræ, qui dicunt Domino confitentes: [k] Declinare feciſti vias noſtras à viis tuis. Cognitâ igitur vnâ viâ Regiâ, videamus, quæ dextræ viæ ſint, & ſiniſtræ, per quas prohibemur incedere. Via regia temperata eſt, nec plus in ſe habens,* nec

g Deut. 5. 32.
h Ioan. 14.6.
In cuiuslibet virtutis ſtudio eſt declinare à via eius Regia ad dexterã, vel ad ſiniſtram in exceſſibus à medio.
i Iſai. 55. 8.
k Iſa. 63. 17.

nec minus. Verbi gratiâ via Regia prudentia est, Declinamus ad dexteram, si plus sapimus, quàm oportet
a Gen. 3. 1. sapere, & pro prudentia calliditatem diligimus. Quia[a] serpens prudentior erat omnibus bestiis in Paradiso: &
b Luc. 16. 8. filij[b] tenebrarum prudentiores sunt filiis lucis. Ad sinistramque diuertimus, quando stulti sumus, & minus
c Psal. 9. 1. sapimus, quàm necesse est, de quibus dictum est.[c] Dixit stultus in corde suo: non est Deus: Pietas quoque & vera Religio, via Regia est. Declinat ad dex-
d Eccl. 7. 17. teram qui superstitiosus est, & meretur audire, Ne[d] sis multùm iustus: Ad sinistram qui negligit cultum Dei, & inter hœdos, hircosque numeratur, &c. Vnde vir sanctus per viam rectam gradi cupiens depre-
e Psa. 85. 11. catur: Deduc[e] me Domine in via recta. Et in alio
f Psal. 142. 8. loco,[f] Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem: quoniam ad te leuaui oculos meos. De istiusmodi via & alibi Scriptura commemorat. (Quærite viam bonam, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animarum vestrarum.)

Via Regia in virtutũ studio quærẽda, perque illam ambulandum ad perfectionem.

7 Cyrill. Alex. *In via Christi ambulandum.*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. in Ioannem cap. 24. *Ambulastis hactenus in via Moysi, modò viam Christi suscipite, quam Prophetæ omnes vobis prædixerunt. Isaias enim hortatur vos, dicens:*[g] *Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ipsa.*[h] *Et rursus, erit ibi via munda, & via sancta vocabitur: non erit ibi Leo, nec praua illuc ascendet bestia, & qui dissipati sunt ambulabunt in ea: Et rursus:*[i] *Principium dabo Sion, & hortabor Ierusalem ad viam. Ieremias quoque similiter, (State, inquit, in via, & quærite Semitas Domini sempiternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ipsa, & inuenietis purificationem animarum vestrarum.) Quænam igitur est via bona, quæ ambulantes in ipsa purificat? Ipse Christus clamat,*[k] *Ego sum via.*

g Isai. 2. 3. h Isai. 35. 8. i Isai. 64. k Ioan. 14. 6.

8 Theodorit. *Per Propheticas vias tẽdendum ad Christi viam Regiam.*

Theodoritus. *Iudæorum incredulitatem notat. (Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte & interrogate de semitis æternis: & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis sanctificationem animabus vestris.) Multæ quidem viæ sunt sancti Prophetæ: via autem verè bona est Saluator noster. Ad hanc tamen ducunt vnaquaeque viarum propheticarum. Hanc legislator Moyses subindicat his verbis,*[l] *Prophetam nobis suscitabit Dominus noster de fratribus vestris tamquam me, & quæ sequuntur: Dauid etiam Rex Propheta, nec non Isaias, & singuli Prophetæ viam hanc ostendunt. Quemadmodum enim vna est via, quæ deducit ad maximas vrbes, quam Regiam appellare solemus: ad hanc porrò semitæ quædam à pagis, & agris defluentes dirigunt: sic vna est via, quæ ducit ad Patrem, nempe vnigenitus filius Dei: at beati Prophetæ veluti semitæ quædam ducunt ad hanc eos quibus per hæc ire libuerit. Quare propheticus sermo præcipit Iudæis scrutari vias propheticas, & per eas discere viam bonam, & in ea ambulare, sed more suo contradicunt, nec faciunt quod iussum est, dicunt enim ait, (Non ibimus.)*

l Deut. 18. 15.

Per viã vnã Regiam, quæ est Christus tendimus ad Patrem.

Ioa. Damasc. Ioan. Damascenus lib. 3. Parallellorum cap. 9. Viarum nomine sumpsisse videtur eas, quæ prauæ, & relinquendæ sunt.

9 Ioa. Cassian. *Via tua Spiritualis est via Regia facilis & suauis, per quam tenditur ad requiem.*

Ioannes Cassianus collat. 24. de Mortificat. cap. 25. *Secundùm veram Domini traditionem. Via Regia suauis, & leuis est, licet dura, & aspera sentiatur. Pia autem, & fideliter seruientes cùm tulerint*[m] *iugum Domini super se, & didicerint ab eo, quia mitis est & humilis corde, iam quodammodo terrenarum passionum sarcinam deponentes, non laborem, sed requiem animabus suis, Domino præstante reperient: sicut per Ieremiam Prophetam ipse testatur, dicens, (State super vias, & videte,* &c.) (Vt

m Matth. 11. 29.

A in Vulgata) *& inuenietis requiem animabus vestris.) fient namque eis continuò*[n] *praua indirecta, & aspera in vias planas, & gustantes videbunt, quoniam suauis est Dominus: audientes Christum in Euangelio proclamantem,*[o] *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, depositis ponderibus vitiorum ea quæ sequuntur intelligent. Quia iugum meum suaue est, & onus meum leue. Habet ergo refrigerium via Domini, si secundùm legem ipsius teneatur. Sed nos sumus, qui dolores nobis, atque tormenta turbulentis dissentionibus procuramus, dum malumus huius sæculi vias prauas atque peruer-*
B *sas, etiam cum summo discrimine, & difficultate sectari.*

n Luc. 3. 5. o Matth. 11. 28. *Via vitæ spiritualis per se habet refrigerium: sed nos illam nobis facimus asperam.*

Martinus Papa I. epistolâ ad omnes fideles è Concilio Lateranensi 1. Consultat. quintâ. *Nolite effici comparticipes dogmatum eorum,* (Hæreticorum) *neque communicetis infructuosis verbis illorum: magis autem redarguite: quoniam (cœtus præuaricatorum sunt, & extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij,* &c.[p] *State ergo vos dilectissimi super vias, & videte, & interrogate de Semitis Domini antiquis, & videte quæ est via bona sanctorum Patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem*
C *animabus vestris.*

Martinus Papa. *Via bona in dogmatibus ea est, quam tenuere Sancti Patres.* p Ierem. 9.

Rabanus Maurus in initio lib. 4. suorum Comment. in Ierem. *Sciens Propheta, Dominum iustum esse, atque clementem, more suo terret peccantes, supplicia ventura prædicendo, nec tamen cessat ad pœnitentiam, & ad meliorationem vitæ eos prouocare. Vnde nunc iterum incitat eos ad meditationem legis Dei, & ad custodiam mandatorum illius: vt in via bona ambulantes inueniant refrigerium animabus eorum. (State super vias,* &c.)

10 Rabanus. *Terret peccatores Deus, inuitat illos ad pœnitentiam.*

Paschasius Ratbertus lib. 1. in Lamentationes Ieremiæ, *State*, ait Propheta, *in viis, & vi-*
D *dete, & interrogate vias Domini, & (vt alij Codices habent) de viis Domini, quærite quæ sit via bona, & ambulate in ea. Ne fortè aberretis à via, idcirco non solùm stare iubet, verùm & videre, deinde interrogare vias sempiternas, id est Patriarchas, & Prophetas, quæ sit via bona, sicque ambulare in ea. Nec immeritò vias dixerim eos iure appellari, per quos ad vnam, veramque peruenitur viam.*

Paschasius. *Viæ sempiternæ Patriarchæ, & Prophetæ, per quas peruenitur ad vnam viam bonam, Christum.*

D. Thomas. *Hic ponit Iudæorum inobedientiam. (State super vias Considerate diuersas operationes bonorum, & malorum, & vtrorumque progressum, & exitum videatis: (antiquas) quæ Sanctorum vesti-*
E *giis sunt tritæ. Vel (super vias) Prophetas (& inuenietis refrigerium) præcepti fructum.*

11 D. Thomas.

Idem in finem Comment. in hoc cap. 4. *Nota*, inquit, *quòd quædam sunt viæ præceptorum, Viam*[q] *mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Actionum*[r] Thren. 3. *Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominum. Virtutum*, Prouerb. 4.[s] *Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam per semitas æquitatis Doctorum.*[t] *Via eius via pulchra, & omnes semitæ eius pacificæ. Ipse Christus*, Ioan. 14.[u] *Ego sum via, veritas & vita.*

Idem. *Via bona diuersa.* q Psal. 118. 32. r Thren. 3. 40. s Prou. 4. 11. t Prou. 3. 17. u Ioan. 14. 6.

F D. Bonauentura exposit. in cap. 5. Lucæ quatuor in his designari censet, quæ bono cuique necessaria sunt prædicatori, dicens, (*State super vias*) ecce rectitudo intentionis, (*Et videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona.*) Ecce sollicitudo discretionis, (*Et ambulate in ea,*) per exercitium actionis, (*Et inuenietis refrigerium animabus vestris*) per otium contemplationis. Sic ibi, Luc. 5. 1. *Introducitur Iesus dans formam prædicatori, vt stans, vt videns, vt ascendens, & vt sedens.*

Prædicatori bono quatuor necessaria.

VETE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΣΤΗ͂ΤΕ ἐπὶ τῶν ὁδοῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀκαταναγκαστον. καὶ πῶς οὐκ αὐτοῦ ἕνεκεν, ἀλλ' ἡμῶν βούλεται δουλεύειν ἡμᾶς αὐτῷ. ἐπιτρέπει τῆς ὁδοῦ τὴν αἵρεσιν. ἴδετε ποία ἐστὶν ὁδὸς ἀγαθή. πάσας καταμάθετε, φησί, μετ' ἀκριβείας, καὶ τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν μὴ ἐμήν. καὶ μάθετε, καὶ μὴ λάβετε τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ τὴν ἀγαθήν. καὶ πάντως τὴν ἐμὴν εὑρήσετε ταύτην οὖσαν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐμαυτοῦ ἐσκόπουν, ἔλεγον ὅτι πάντως τὴν ἐμήν. νῦν δὲ οὐχ ἁπλῶς τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ τὴν ὑμῖν συμφέρουσαν.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.] ὁδοὶ μὲν γὰρ κυρίου καὶ τρίβοι κατὰ τὸν προφήτην τὰ σωτήρια τῶν ἁγίων προφητῶν συγγράμματα. ἀλλ' εἴτις αὐτοῖς τὸν νοῦν ἐπιστήσειε, τὴν ὁδὸν εὑρήσει τὴν ἀγαθήν, τουτέστι, Χριστόν. δι' οὗ, καὶ ὁ τέλειος ἁγιασμὸς || ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐγγίνεται. δικαιούμεθα γὰρ διὰ τῆς πίστεως, καὶ θείας ἀναδεικνύμεθα φύσεως κοινωνοὶ τῇ μεθέξει τοῦ ἁγίου πνεύματος.

|| ἴσ. ἁγιασμός.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν.] τρίβοι μὲν γὰρ καὶ ὁδοὶ κυρίου, τῶν ἁγίων προφητῶν οἱ λόγοι, καὶ τῆς διὰ Μωϋσέως ἐντολῆς πῶς ἐν σκιᾷ, καὶ τύποις προσαγόρευσις μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. ταύτας τοιγαροῦν τὰς τρίβους διερευνώμενοι μανθάνομεν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθήν, τουτέστι τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν. καὶ βαδίσαντες ἐν αὐτῇ, ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τὸν ἀληθῆ, καὶ διὰ πνεύματος ἁγιασμὸν εὑρήσομεν.

|| ἴσ. ἢ ἡ διὰ τῆς Μωσέως ἐντολῆς πῶς.

Ὀλυμπιοδώρου.] στῆτε ἐπὶ τῶν ὁδοῖς, καὶ ἴδετε τὴν τε ζωῆς, καὶ τοῦ θανάτου, ὁδὸς δὲ καὶ ἑκάστου βίος καλεῖται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγω, ὅτι τοσοῦτον χρόνον ἐλάβετε πεῖραν. ἀλλὰ τί νῦν ἐπιτρέπω τὴν ἐξέτασιν, καὶ τὴν αἵρεσιν μετὰ τοσοῦτον χρόνον.

Ὀλυμπιοδώρου.] τρίβοι κυρίου τὰ αὐτοῦ παραγγέλματα.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κζ ψαλμοῦ.] ἀγαθὴ ἡ ὁδὸς κυρίου, καὶ οὐ σάρκα μᾶλλον, ἢ ψυχὰς καθαγνίζουσα, τὸ εὐαγγελικόν ἐστι κήρυγμα. αὐτὸ δὲ εἶναι φαμέν. καὶ τὴν εἰς εὐθὺ διακομίζουσαν τρίβον. σκολιὸν γὰρ οὐδὲν ἐν αὐτῷ. ἀλλ' οἷον εὐθεῖα τίς ἐστιν ὁδὸς, καὶ βασιλικὴ, καὶ ἁμαξιτὸς εὐτριβὴς, οὐδὲν ἔχουσα τὸ θρασὺ, || καὶ διεστραμμένον, ὀρθὴ δὲ μᾶλλον, καὶ τοῖς εὐσεβεῖν ᾑρημένοις εὐήλατος. τοῖς μὴ τοιούτοις οὐκέτι.

|| ἴσ. δυσχερές.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ιθ ψαλμοῦ.] ἀλλ' ἦν οὐ δυσεύρετος ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. προσεφώνει γὰρ λέγων ὁ Χριστός. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

[καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δύο τὰ μεγάλα ἀγαθὰ, ὧν ἴσον οὐδὲν ἄν ποτε γένοιτο, ἀνάπαυσις, || οὐχ ἁπλῶς τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ ταῖς ψυχαῖς. ταύτης

|| ἄλ. κατάπαυσις.

A Verſ. 16. STATE ſuper vias, &c.)

Chryſoſtomi.] *Vide arbitrij libertatem, nullique coactioni obnoxiam, vtque non ſui ipſius, ſed noſtri cauſâ velit ſeruitutem noſtram. Viæ electionem permittit. Videte quæ ſit via bona: omnes inquit explorate & meam, & non meam, & exquirite, & ne meam eligite, ſed bonam, & hanc meam omnino comperietis. Nam ſi quæ meâ interſunt perquirerem, dicerem planè meam, nunc verò non ſimpliciter meam, ſed quæ vobis vtilitati eſt.*

12 Chryſoſt. *Libertas arbitrij. Seruitutē noſtram nō propter ſe, at propter nos vult Deus. Via omnes exploranda vt cognoſcatur quæ bona ſit atque Dei.*

B Sancti Cyrilli ex Commentariis in Ioãnis Euangelium.] *Via enim Domini, & ſemitæ ſecundùm Prophetam, Salutares ſunt Sanctorum Prophetarum ſcriptiones, & ſi quis ad illas mentem intenderit, bonam viam inueniet Chriſtum videlicet, per quem, & perfecta ſanctificatio animis noſtris aduenit: iuſtificamur enim per fidem, diuinæque naturæ participes efficimur communione ſancti Spiritus.*

13 Cyrillus. *Via Domini, & ſalutares ſunt ſcripta Prophetarū.*

C Eiuſdem ex Commentariis in Iſaiam.] *Semitæ & viæ Domini ſanctorum Prophetarum ſermones, & quæ per Moyſis præcepta in vmbra & figuris facta eſt prænunciatio myſterij Chriſti. has igitur vias perquirentes, viam rectam addiſcimus, hoc eſt vitæ in Chriſto inſtitutionem: & in ipſa ſi ambulauerimus noſtris animis veram, & quæ per Spiritum habetur ſanctitatem aſſequemur.*

Idem. *Scriptura ſacra ſunt via per quas ducimur ad Chriſtū viā rectam & ad ſanctitatem.*

Olympiodori.] *State in viis, & videte vitæ, & mortis, via quoque vita vnuſquiſque appellatur.*

D Olympiod. *Via vita, & mortis. Vita noſtra appellata via.*

Chryſoſtomi.] *Non dico, quòd tanto tempore experimentum cæpiſtis. At cur modò poſt tot tempora examen permitto electionemque.*

14 Chriſoſt.

Olympiodori.] *Semitæ Domini ipſius præcepta.*

Olympiod. *Via Domini illius præcepta.*

Sancti Cyrilli ex explanat. 27. Pſalmi.] *Bona via Domini quæ non magis carnem, quàm animos purificat prædicatio eſt Euangelica: hanc eamdem eſſe dicimus rectâ ducentem*

E *Semitam. Nil enim in ipſa obliqui ſed veluti quædam recta Regiaque via eſt, & vehiculis aptiſsima, nil ardui, obtortique in ſe continens, ſed potiùs recta, cultumque pium amplectentibus facilis, ſecus verò aliis non eiuſmodi.*

Cyrillus. *Prædicatio Euãgelij via bona Domini & via recta.*

Eiuſdem, & 19. Pſalmi explanat.] *Atqui non difficilis inuentu bona via, clamabat enim Chriſtus dicens. Ego ſum via.*

Idem. *Via bona Chriſtus.* Ioan. 14. 6.

(*Et inuenietis requiem animabus veſtris.*)

Chryſoſtomi.] *Duo magna bona, quibus nihil æquiparari poſſit, quies non tantùm corporibus, ſed animis, hic enim ſi quieſcat, nihil*

15 Chryſoſt. *Quies vt bona ſit nedum corporis eſſe debet, ſed & animi.*

A γὰρ ἀναπαυομένης, οὐδέν ἐστιν ὃ τὸ σῶμα διαλυμαίνεται. ὥσπερ οὖν θλιβομένης, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὃ τὸ σῶμα ἀναπαῦσαι δύναται.

|| ἀλλοιοῦμαι-νεται.

hil est quod corpori officiat, sicut si is diuexetur, nihil est quod corpori quietem offerre possit.

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] τουτέστι στῆτε, καὶ παύσασθε τῶν ὁδῶν, ἅπερ ἡμᾶς ἄγουσιν εἰς ἀπώλειαν. κατὰ γὰρ τὸν παροιμιαστὴν, αὗται αἱ ὁδοί εἰσι τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα. ὧν ἀποστάντας δεῖ λέγειν μετὰ τοῦ Δαυίδ. τὰς ὁδούς σου κύριε γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. [καὶ μετ' ὀλίγα.] πᾶσαι δὲ εἰς μίαν ἄγουσι τὸν Χριστὸν, τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθὴν, ὃς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρεῖται, καὶ ψυχῶν ἁγνισμόν. νόμος γὰρ καὶ προφῆται ὁδοὶ τυγχάνουσι φέρουσαι εἰς αὐτόν. ||

|| Victoris Presbyteri.] *Hoc est, state, & cessate à viis, quæ vos in perniciem ducunt: secundum enim Parœmiastem, Hæ sunt viæ operantium iniqua, à quibus segregatos clamare oportet cum Dauid. Vias* [a] *tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* [Et paucis interiectis.] *Omnes autem in vnum feruntur nempe Christum, viam bonam, qui peccatorum largitur remissionem, animorum lustrationem: lex enim & Prophetæ viæ sunt, quæ conducunt in eum.* || (*Et dixerunt, Nõ ambulabimus.*)

Vict. Presb. A viis malis desistendum. — a Psal. 24. — B — *Lex, & Prophetæ sunt viæ quæ ad Christũ ducunt viam bonam.*

[Καὶ εἶπαν οὐ πορευσόμεθα.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πῶς ἀκούσαντες εἶπον, οὐ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ; ἐπειδὴ ἔλεγον Μωυσῇ λελάληκεν ὁ θεός. τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πῶς ἐστιν. ὅθεν ἔφη πρὸς αὐτοὺς ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.

Incerti.] *Quomodo audientes dixerunt, (Non ambulabimus in ea?) quoniam dicebant* [b] *Moysem Deus est allocutus, hic autem vnde sit, quóve veniat nescimus, quare dixit ad eos via recta,* [c] *Si Moysi crederetis, mihi vtique crederetis, de me enim ille scripsit.*

Incertus. Iudæi per Christum viã ambulare nolunt. — b Ioan. 9. 29. — c Ioan. 5. 46

Vers. 17.] Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et cõstitui super vos speculatores.

POTVISSEM [a] *quidem, & secundùm iustitiam meam debuissem illico pro huiuscemodi peruicacia vos perdere: Attamen pro ea quæ in me est misericordia ipsam longè superans iustitiam, immissurus in Iudæam Chaldæorum exercitum, benignissimè priùs super vos adhibui Prophetas, qui veluti e specula à longe aduenientia videntes mala, prædicationis tubâ de illis vos monerent, & viam vobis notam facerent, quâ dum tempus adhuc supererat, declinare ea quiuissetis.* [b]

1 *b Audite vocem tubæ, & dixistis: Non audiemus.*

1 *In hunc vos alloquentem modum. Quandoquidem in viam bonam redire renuistis: Ecce vobis denunciamus hostium exercitum ita proximum, vt illius audire valeatis tubam, vel huic saltem intendite, atque ob Dei metum resipiscite. Quibus, prout vestri est moris, ipsorum dicta paruifacientes, audacissimè respondistis: Nolumus vestris his intendere figmentis: Non continget, vt istam, quam comminamini, audituri simus tubam.*

2 *Insuper vltra constitutos istos super vos speculatores, ipse quoque specialibus bonitatis meæ significationibus monui sæpe vos, vt illorum audiretis vocem, quæ veluti tubâ ad vos clamabant, denunciantes quæ vobis norant expedire: & nihilominus à pristina minimè recessistis peruicacia imò auctiori superbiâ dixistis: Audire eos nolumus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Misericordia Dei quanta erga peccatores, quos eiusdem iustitia damnat.*

ET *constitui super vos*, &c. Cõstitui tunc potissimùm consueuere speculatores super aliquos, cùm hostium super illos imminens timetur incursus. Perceptâ ingenti quæ in præcedenti versu explicata est Iudæorum superbissimâ in Deum peruicaciâ, quiuisset certè is illico eos in manus tradere hostium, & penitus iuxta ipsorummet vias præcipites mittere in ruinam. Nihilominus qui multus erga illos extitit in miserationibus, ac si nullam iniuriæ sibi illatæ habuisset rationem, attrahente ipsius iustitiâ aduersùs illos Chaldæorum exercitum, speculatores è vestigio super eos ex sua constituit misericordia, quam [c] superexaltare iudicium asserit Iacobus Apostolus: Sanctos nimirum Prophetas, qui veluti è specula à longè aduenientia videntes mala, tubâ prædicationis & de illis ipsos monerent, & viam eisdem significarent, quâ, dum tempus adhuc supererat, declinare ea quiuissent. Lege quod in cap. 17. lib. 4. Reg. dicitur, [d] *Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium, dicens, Reuertimini à viis vestris pessimis*, &c. *Qui non audierunt, & indurauerunt ceruicem suam*, &c. Et intelliges quæ hic dicuntur. Non est autem nouum, quòd Prophetæ speculatores nuncupentur, sæpius id reperies præsertim apud Ezechielem.

c Iacob. 2. 13. — d 4. Reg. 13.

2 *Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.*) Vtraque istarum partium duplicem habere potest sensum. Prima certè pars per mimesim posita, duobus modis suppleri potest. Vel sumitur vt speculatorum verba, & tunc subintelligendum, Qui dicent vobis, Audite, &c. Quandoquidem in viam bonam redire renuistis, ecce vobis denunciamus hostium exercitum ita proximum, vt illius tubam audire valeatis, vel huic saltem intendite: Quibus, & cætera, vt in paraphrasi num. 1. Non audiemus, neque enim canet, istam quâ nos terretis tubam. Vel verba eiusdem sunt Domini, cuius & præcedentia, supplendumque tunc, & dixi, *Audite*, &c. sensusque est: Non solùm constitui super vos Prophetas, qui &c. Sed insuper ipsemet, &c. vt in Paraphrasi num. 2.

1 Sensus.

In textu Hebraico non est necesse vt quid suppleatur, primum enim verbum sic habetur in futuro. *Et constituam super vos speculatores, Intendite ad vocem tubæ*, &c. & pro verbo audire, est verbum קשב *kasciab*, quod vt supra notaui, intentionem significat animi, cum extrinseco arrectionis aurium gestu.

Vers. 17.

Verſ. 17.] Et conſtitui ſuper vos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Interna monitiones ſ. futurorum ſuppliciorũ metum incutientes audienda.*

FRANCISCVS Ribera in ſuis Commentariis ſuper cap. 2. Michææ Prophetæ num. 46. Moraliter ita hæc exponit, Quid ſunt ſpeculatores, niſi, Spiritus, ſeu motiones Dei, futura ſupplicia malorum proſpicientes, nobiſque nunciantes diem mortis incertum, vitæ breuitatem, æternitatem pœnarum? Cùm hæc nobis nunciant, quaſi tuba canunt, quia magno clamore nos ad audiendum prouocant. Hæc ſi audire nolimus, ira Dei experienda. Aptiùs tamen dices, per ſpeculatores deſignatos eos, quos in Actibus Apoſtolorum alloquens Paulus ait, [a] *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Epiſcopi enim vocabulum Græcum ſuperintendentem, & ſpeculatorem deſignat. Bene autem cùm de his agitur Speculatoribus, vt à Deo conſtitutis ſuper nos, adiicitur ab ipſomet Domino, *(Audite vocem tubæ.)* quia id eorum peculiare & muneris, vt tubâ canant prædicationis, noſque omnino illos audire par eſt, dicente Ieſu in Euangelio, [b] *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

Epiſcopi ſunt à Deo conſtituti ſpeculatores ſuper nos, ideoque omnino audiendi à nobis ſunt.

a Act. 20. 28.

b Luc. 10. 16.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem ſecundam Verſ. 19.

Verſus 18.] Ideo audite Gentes, & cognoſce congregatio, quanta ego faciam eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVAPROPTER [a] *cùm vos neque me, neque meos audire volueritis Prophetas, cùm meis monitis, & ſpeculatorum intendere renueritis ſignificationibus. Gentes en conuoco vniuerſas, omnemque cuiuſcumque populi collectionem, & cœtum, vt vel ipſi audiant, & norint qualia, quantaque in vobis ſint ſcelera: & quæ pro ſceleribus iſtiuſmodi vobis pararim ſupplicia,* [b] *Vobiſque impudenter haud audientibus, audierunt certè Gentes, à quibus vaſtandi eſtis, & Principes, duceſque exercituum auditu percepère, quæ illis mandaui, conuocans eos ex Aquilone aduerſum vos.*

a Ideo audite Gentes, & cognoſce congregatio quantà ego faciã eis(ſeu, quæ, aut qualia in eis.)

b Propter hoc audierunt Gentes, & paſcentes greges ſuos.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 IDEO *audite Gentes*, &c. Ad præexpoſitam Iudæorum impudentiam retundendam magna cum emphaſi hæc adiecta ſunt. Quibus cùm ſpeculatores, ipſumque recta monentes audire is renuiſſet, per proſopopeiam Gentes Deus conuocat vniuerſas, omnemque cuiuſcumque populi collectionem, vt vel ipſi audiant quæ illis pararat ſcelerum ſuorum ſupplicia, eo modo, quo & Dauid in Pſalmo 48. dixit. *Audite* [c] *hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram. Quique terrigenæ, & filij hominum, ſimul in vnum diues, & pauper.*

c Pſal. 48. 2.

Hic eſt præſentis ſententiæ, prout in Vulga-

A ta habetur, facilis, germanuſque ſenſus. Cæterùm in Hebræo & in Græco aliquid eſt, quod difficiliorem illam reddat. Siquidem in textu Hebraico vltima ea pars, quam noſter interpres aliquid addendo illuſtrauit, obſcuriùs ſic habetur את אשר בם *eth aſcier bam.* (*Quæ, ſeu qualia in eis.*) Hoc autem Pagninus ſic interpretatur. (*Et cognoſce congregatio iniquitates, quæ in eis.*) Similique ratione notat Iſidorus Clarius in Scholiis, alium vertere, (*Qualia ſint eis,*) ſcil. ſcelera, cùm à maiore vſque ad minorem omnes iniquitatibus ſtudeant. Melius tamen Vatablus
B ſenſu noſtræ Vulgatæ eadem reddit. (*Quid in eos conſtituerim*) mox enim in ſequenti verſu ſubiicitur: *Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum.* Non tamen placet quod ab eodem Vatablo in Annot. dicitur, per Gentes hîc eos intelligi, qui non ſunt de domo Iacob, per congregationem verò ſeu cœtum, & concionem intelligi Iudaicum populum. Nomine enim עדה *nghedah* arbitror hoc loco ſignificari generaliter omnem populi cœtum, vbicumque is colligatur ad concionem atque ad concilium, ideoque quia in talibus conciliis non ſolùm audiuntur, quæ ex aliis
C mundi partibus referri contingunt nuncia, ſed & eadẽ exactiùs diſcutiuntur; adeoque exactior in illis eorũ neceſſaria eſt cognitio, bene quamuis primum dicatur, (*Audite Gentes,*) poſtmodum non iam *(Audi)* ſimpliciter, ſed *(cognoſce cœtus,* ſeu *congregatio*) ſubiicitur.

2 Sept. multò aliter totam hanc ſic habent ſententiam, (*Propter hoc audierunt Gentes, & paſcentes greges ſuos.*) Quorum hunc eſſe crediderim ſenſum: vt quia Iudæi tantâ impudentiâ audire renuerunt, quæ eis ſalubriter data fuerant monita: Audierint certè Gentes, à quibus vaſtandi
D quamprimum ij erant, & Principes, duceſque exercituum, quos & ſupra paſtores gregum appellauit in verſ. 3. audierint inquam quæ ipſis mandauerit Deus, conuocans eos ex Aquilone aduerſùm rebellem Iudæ populum.

Porrò in hunc modum Sapientes illi Seniores hæc vertère, quia Hebraicas voces ſimilibus quidem literis, at aliis ab iis, quæ nunc in textu reperiuntur, legerunt hac ratione ירעי *ieringhe,* (*paſcentes*) עדריהם *nghedrehem* (*greges ſuos*) אשר בם *aſcier bam,* (*qui in eis,*) Quæ nunc ſic leguntur ודעי עדה את אשר בם *vdnghi ngedæ*
E *& aſcierbam* (*Et cognoſce congregatio quæ in eis.*)

Verſ. 19.] Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerũt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

FAcilius [a] *ſanè arbitror, vt quæ inſenſibilis eſt terra me audiat, quàm populus iſte multò in-*
F *ſenſibilior, ac durior. Audi itaque tu terra ipſa: En iam tempus adeſt, vt ſuper rebellem populum iſtum acerrima inferam mala, & ſupplicia conſiliis, & cogitationibus illius digna, eiuſdẽque operum congruã retributionem. Audi tu in primis terra Iuda, ſuper quã populus iſte ſemina iecit cogitationum, adinuentionum, operumque ſuorum peſſimorum, in quã & meſſurus eſt talium ſeminum fructus ſuppliciorum acerbiſſimos.*

a Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populũ iſtum, fructũ cogitationum (ſeu, conſiliorum, aut adinuentionũ) eius, (ſeu auerſionis eius.)

Cùm enim è te protulerim hucuſque vberrimam ſuper populum ſuauiſſimorum fructuum copiam, quam mihi obtemperans tunc emiſiſti: æquum eſt, vt ad 3
illum

illum confundendum audias quanta è vestigio super A
eumdem adducturus sim mala, haud certe alia, quam
ea quæ è plantis cogitationum, operumque ipsius pro-
lata fuere.[b] *Siquidem à me auersi, nec meis intendere*
voluerunt verbis, dicentes, Non audiemus. Nec ex-
hibitæ inhæserunt viæ bonæ legis meæ, quin illam cum
fastidio, ac nausea proiecerunt, impudenter asserentes,
Non ambulabimus.

b Quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 AVDI terra, &c. Quod Michæas Pro- B
pheta in principio sui Vaticinij fecit, vt
vna cum vniuersis Gentibus totam quoque per
prosopopeiam conuocarit terram ad audiendum
grauissima quæ aduersus Iudæos à Deo patranda
erant, dicens, [c] *Audite populi omnes, & attendat*
terra, & plenitudo eius, &c. *Quia ecce Dominus*
egredietur, &c. Hoc ipsum apud Ieremiam hîc
facit & Deus ipse. Post excitationem gentium
omnium factam in præcedenti. vers. 18. nunc
subiicit, (*Audi terra.*) Et bene, vt significet, tan-
tam esse Iudaici populi in impudentia sua duri-
tiem, vt facilius arbitretur, ab insensibili se au- C
diendum terra, quàm ab illo insensibiliori, ac du-
riori; Quod ipse quoque Ieremias infra desi-
gnasse visus est, cùm in cap. 22. dixit, [d] *Terra, ter-*
ra, terra, Audi sermonem Domini. Hæc dicit Domi-
nus, &c.

c Mich. 1. 2.

Iudæi insensibiliores, & duriores quã terra ad audienda verba Dei.

d Ier. 22. 29.

2 Quod dicitur, (*fructum cogitationum, seu consi-*
liorum, aut adinuentionum eius.) Communiter ac-
cipitur ac si dicatur, retributio cogitationum,
&c. seu supplicia consiliis, & studiis eius digna,
iuxta illud Psalmi. [e] *Da illis secundùm opera eo-*
rum, & secundùm nequitiam adinuentionum ipso-
rum. Prou. 1. [f] *Comedent fructus viæ suæ, suisque* D
consiliis saturabuntur. Isai. 3. [g] *Væ impio in malum,*
retributio enim manuum eius fiet, & Ierem. 17. [h] *Ego*
Dominus, &c. *qui do vnicuique iuxta viam suam, &*
iuxta fructum adinuentionum suarum. Non erit ta-
mẽn abs re, si ponderemus, etiam iuxta literam,
quàm aptè cum sermo directus potissimùm est
ad terram, cui & dicitur, *Audi terra*, fructus fiat
commemoratio. Cùm enim ex Apostolo con-
stet, hominem quemlibet in hoc mundo degen-
tem esse agricolam, & suorum super terram ia-
cere semen consiliorum, operum, atque cogita-
tionum. *Quæ* [i] *seminauerit homo, hæc & metet*, ad- E
modum profectò congruenter & ad audiendum
excitatur terra, super quam Iudæi semina iecêre
cogitationum, consiliorum, adinuentionum,
operumque suorum pessimorum, in qua & mes-
suri iidem erant fructus suppliciorum acerbissi-
mos. Quamquam ex iis quæ in præcitato loco
adiicit Paulus. *Quoniam qui seminant in carne, de*
carne & metent corruptionem, & qui seminant in spi-
ritu, de spiritu metent vitam æternã, altera eiusdem
rei suggeratur congruentia. Vt quia & homines
quique terra quidam sunt, quam ipsimet exco-
lunt, seminant, plantant, & è qua fructus col-
ligunt, prout supra in vers. 3. capitis quarti pro-
basse me recolo: Ad maximam Iudæorum con-
fusionem excitetur à Deo terra insensibilis ad
audiendum modum, quo illi sensibilem, imò &
rationalem suam coluerunt terram, quasque in
semetipsis plantarunt plantas, vt pote quæ acer-
bissimos ipsismet protulêre fructus amarissimo-
rum suppliciorum: Bene autem addit.

Damnatio, & supplicia sũt fructus malorum, quæ admittimus.

e Psal. 27. 4.
f Prou. 1. 11.
g Isai. 3. 11.
h Ier. 17. 10.

In malorum operũ nostrorum testem, vocatur à Deo terra.

i Galat. 6. 8.

3 (*Quia verba mea non audierunt, & legem meam*
proiecerunt.) Duplicis eorum meminit peruica-
cis contumaciæ, quam iidem mox superbissimâ
contestati fuerant rebellione cùm dixêre, *Non*
ambulabimus, per bonam scilicet diuinæ legis
viam. *Et non audiemus.* Dei scil. Prophetarumque
eius monita.

Circa lectionum varietatem, Notandum pri-
mò, in versione Sept. pro (*fructum cogitationum*
eius,) haberi, *fructum auersionis eorum*) è qua le-
ctione inferri potest, omnem eorum quæ Iudæis
euentura erant acerbitatem ita ex ipsorum pro-
uenisse auersione à Deo, sicut acerbitas in fru-
ctibus materialibus plerumque exinde est, quod
eorumdem plantæ à radiis auersæ sunt Solis. No-
tandum secundò, Hebraicã vocem מחשבתם
mahhscebotham, non solùm significare cogitatio-
nes, vt verterunt & Sept. & noster Interpres,
Sed & quicquid cogitatione, consilioque inue-
nitur, & in opus deducitur. Notandum tertiò,
vltimam istius versus partem Hebraico in textu
ad verbum sic haberi. (*Quia super verbis meis non*
intenderunt, & legem meam, & reprobauerunt in ea.)
In qua lectione, cùm dicitur, (*Et legem meam,*)
Sine vllo verbo, subintelligi potest, non serua-
uerunt, aut quid simile: Ad epitasim autem ad-
ditum est, (*Et reprobauerunt in ea,*) Vnde Vatab.
vertit. (*Quin eam reprobauerunt,*) cum fastidio
nimirum, & nausea, & cum contemptu illam re-
iicientes, iuxta vim verbi Hebraici, de qua
alibi.

Pœnarum acerbitas peccatori ex auersione illius à Deo.

Vers. 19.] Ecce ego adducam malum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

PONDERANDVM in hac sententia 4
quòd cùm duplex assignetur ratio in-
ferendorum malorum peccatori, &
vtraque negatiui potiùs, quàm positi-
ui actus: eadem nihilominus mala prouenire di-
cuntur vt fructus à positiuis cogitationum acti-
bus. Adhibitâ quippe rationali particulâ (*quia*)
asseritur (*Quia verba mea non audierunt, & legem*
meam proiecerunt.) Quid tum? (*Ecce ego adducam*
mala super populũ istum,) quorum vt primaria per-
specta esset originis causa malorum, additur eis
per appositionem (*fructum cogitationum eius.*) Ex
his quippe duo colligere possumus, quæ pro
moribus sint: primum, hallucinari eos, qui ar-
bitrantur diuinæ se minimè subiiciendos dam-
nationi, cùm negatiuè duntaxat se habent ad di-
uinorum verborum perceptionem, atque ad ob-
seruantiam legis Dei, dato quòd in tali ipsorum
dispositione nihil positiui extrinsecus admitte-
rent actus, quod vix potest contingere. Alterum,
quòd pœnalium malorum omnium, vniuersæ-
que damnationis nostræ vna eademque radica-
lis est causa, quæ & causa malorum est culpæ,
constat autẽ & ex Philosophia, & ex Theologia,
vniuersum culpæ malum ex volũtario esse, quod F
iuxta definitionem Damasceni lib. 2. de fide, ope-
ratio rationalis est voluntatis cognitionisque a-
ctibus constans, prout fusè explicatum habemus
apud S. Thomam 1. 2. quæst. 7. in qua probatum
videre est articulo 3. quomodo & actus negatiui
ab hac ipsa sint voluntarij radice, hæc in primis
ratione, quòd cùm id dicatur esse voluntarium,
cuius domini sumus, tamque domini simus po-
sitiuorum actuum, quàm negatiuorum, vtro-
rumque profectò radicalem causam ipsum assi-
gnare

Negatiui quoque actus damnationi fructus possunt.

Malorũ culpæ, & pœnæ vna causa est. Voluntarium.

Damasceni Voluntarium quid sit.

D. Thomas

gnare oporteat voluntarium.

5 *Voluntarium est instar arboris è duobus ramis duo proferens fructuum genera, malorũ culpæ, & malorum pœnæ.*

Cogitationũ nomine significatum voluntarium.

Bernardus.

Hanc igitur voluntarij veluti arborem duorum ramorum, è quorum altero fructus afferantur malorum culpæ, altero verò fructus malorum pœnæ designatam hîc puto, dum dicitur, (*Ecce ego adducam mala super populum istum fructũ cogitationũ eius:*) cogitationes namque sunt operatio rationales, actusq; ex cognitione deliberantis voluntatis. Adeoque, prout prauæ sunt, & vt malorum omnium productiuæ, summo diuinæ sunt odio maiestati, sicut & propria peccantium voluntas: Vnde illud peruulgatum est Bernardi sermone 3. de Resurrectione Domini. *Quid odit, aut punit Deus, præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit.* Quodque in in libro Prouerbiorum per Salomonem scriptum est. [a] *Abominatio Domini cogitationes malæ.* Cogitationum quippe malarum nomine nedum cogitata illa significata ibi arbitror, quæ morosa nuncupant, qui de peccatis agunt cogitatione patratis, sed & internum quemlibet determinatum voluntatis actum, circa malum quodcunque: Quam intimam & rationalem operationẽ, vnus est qui penetrat Deus, cui quælibet perspecta sunt corda, renesque.

a Prou. 15. 26.

Cogitationũ malarum nomine significatum quod in malo est internum voluntarium.

6 *Cogitationes prauæ, internique actus mali causa malorum, & damnationis.*

Quod si nimis subtilis hæc cuiquam videatur vocabuli cogitationum acceptio, censeatque illud, prout sonat, potiùs sumendum pro actibus mentis internis, quos è corde prodire contestatus in Euangelio est Iesus, Consentio & ego, optimumque propterea hunc censeo locum aduersùs illos, quibus item in Euangelio Dominus dicebat: [b] *Væ vobis hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitiâ, sic & vos à foris quidem hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.* Vt vnum idemque sit quòd mala pœnæ inferenda istiusmodi hominibus asseruntur in primo quidem istius sententiæ membro propter eorum cogitationes, & in secundo membro, quia non audierunt verba Dei, legemque eius proiecerunt; vnum inquam iniquitatis internæ, quam hominum quidem oculis externo per hypocrisim dissimulare possunt cultu; diuinis autem non ita, quibus visa ipsa illorum iniquitas & externum quoque eorumdem cultum sic reddit inuisum, vt propterea in subsequenti sentẽtia de illo conquerens idemmet dicat Dominus, *vt quid mihi thus de Saba affertis?* &c. *holocaustomata vestra non sunt accepta*, &c.

b Matth. 23. 27.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Et constitui super vos speculatores, &c.

Vers. 18.] Ideo audite Gentes, &c.

Vers. 19. Audi terra, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Καθέστακα ἐφ' ὑμᾶς σκοπούς. ἀκούσατε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, καὶ εἶπαν οὐκ ἀκουσόμεθα.

18. Διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια αὐτῶν.

19. Ἄκουε γῆ, ἰδοὺ, ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, τὸν καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν, ὅτι τῶν

A λόγων μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν νόμον μου ἀπώσαντο.

Vers. 17.] Constitui super eos speculatores: audite vocem tubæ. Et dixerunt: non audiemus.

Vers. 18.] Ideo audierunt Gentes, & qui pascunt greges suos.

Vers. 19.] Audi terra: Ecce ego adduco super populum hunc mala, fructum
B auersionis eorum, quia sermonibus meis non attenderunt, & legem meam proiecerunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et suscitaui super vos doctores, (dicens) Obedite verbis Prophetarum, & dixerunt, Non obediemus.* Vers. 18. *Propterea audite populi, & cognoscat*
C *cœtus Israel peccata sua.* Vers. 19. *Audi terra Israel: Ecce ego adducam malum super populum istum, retributionem operum suorum, quia verbis seruorum meorum Prophetarum non obedierunt, & legem meam detestati sunt.*

1 Irenæus. *De Iudæorum reprobatione, & vocatione Gentium.*

Vers. 17. & 18. *Et constitui super vos speculatores, &c. Ideo audite Gentes, &c.* Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 70. *Quoniam filium Dei reprobauerunt, & eiecerunt, cùm eum occidissent, extra vineam, iustè reprobat eos (Iudæos) Deus, & extra vineam existentibus Gentibus dedit fructificationem culturæ, quemadmodum Ieremias ait, Constitui super*
D *vos exploratores, dicentes, Audite vocem tubæ, & dixerunt: Non audiemus: propter hoc audierunt Gentes, & qui pascunt pecora in eis.)*

Cyprianus. *Gentes in Christũ credituras magis quàm Iudæos.*

Cyprianus quoque lib. 1. Testimoniorum aduersus Iudæos num. 21. vbi probat quòd Gentes magis in Christum crediturœ essent, ita hanc in eius argumenti confirmationem affert sententiam. Item apud Ieremiam, (*Audite vocem tubæ, & dixerunt, Non audiemus: propter hoc audient Gentes, & qui pascunt pecora in eis.)*

2 Hieronym. *Apostoli & Prælati, atq; Doctores constituti à Deo speculatores super nos.*

a Ezech. 30. 17.
b Isai. 40. 9.
c Luc. 14. 18.
d Act. 13. 46

De Gentium vocatione, & Iudæorum reprobatione.

Hieronymus. (*Et constitui super vos speculatores,*) *Haud dubium quin Apostolorum indicetur cho-*
E *rus, iuxta Ezechielem,* [a] *fili hominis speculatorem te dedi domui Israel: Et præcepi, vt audiretis vocem tubæ, vel mandata Euangelij, vel doctrinam Apostolorum, iuxta illud Isaiæ. In* [b] *montem excelsum ascende, qui Euangelizas Sion: exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuncias Ierusalem. (Qui dixerunt, Non audiemus,) Et* [c] *inuitati ad cœnam noluerunt venire. (Propterea dicitur, Audite Gentes.) Quod sequuti sunt & Apostoli quando loquuntur in Lycaonia,* [d] *Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. (Et cognosce con-*
F *gregatio) nequaquam Iudæorum, sed omnium nationum: siue (qui pascitis greges) Episcopi, & Presbyteri, & omnis ordo Ecclesiasticus, vel iuxta Symmachum, (Cognoscite testimonium quod in eis est:)* [e] *Testimonium enim Dei fidele, sapientiam præstans paruulis. Quibus loquitur & Dominus,* [f] *Noli timere grex paruule. Et* [g] *ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Cognoscite ergo quanta faciam populo non credenti.*

e Psal. 18. 8.
f Luc. 12. 32.
g Isai. 8. 18.

3 Theodorit.

Theodoritus. *Aliam proponit Iudæis exhortationem, (Constitui super vos speculatores,) Denuò Pro-* phetas

Prophetæ dicti speculatores. Apostolorum prædicatio dicta tuba.

phetas appellat speculatores. Tubam autem prædicationem Apostolorum, quam vaticinati sunt speculatores nominati. At rursum Iudæi repugnant, & dicunt, (Non audiemus.) Horum igitur contradictione monstratâ, prædicit credulitatem Gentium, (Propterea, audierunt Gentes, & qui pascunt gregem in eis) Pastores autem vocat eorum præfectos, non eos modo, qui spirituali prælaturâ sunt ornati, sed etiam Reges, & hi prædicationem diuinam receperunt. Cætera, vt Hieronymus sicut & D. Thomas.

Basilius Seleuciensis.

Basilius Seleuciensis oratione 38. quæ est contra Iudæos, Christo Saluatori totam hanc tribuit sententiam, in sensu autem non discrepat, A *à præallato communi de Iudæorum reprobatione, & vocatione Gentium.*

Vers. 19. *Audi terra.* Hieronymus. *Totus Orbis ad audiendum vocatur: sicut & in principio Isaiæ legimus:* [a] *Audi cælum, & auribus percipe terra, quæ scil. Dominus facturus sit populo Iudæorum. (Ecce ego adducam, &c.) Mala appellat supplicia, pœnasque patientium, non super gentes, quæ vocantur ad Euangelij veritatem, sed super populum, qui respondit, Non audiemus, Et recepturus est fructum cogitationum, siue auersionis suæ, dicente Dauid,* [b] *Labores manuum tuarum manducabis. Causaque perspicua, quia verba Domini non audierint, & legem eius abiecerint.* 4

Hieronym. a Isai. 1. 2.

b Psal. 127. 2.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καθέστηκα ἐφ' ὑμᾶς σκοπούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] σκοποὺς, καὶ σάλπιγγας τοὺς προφήτας προσφησὶ· τί δήποτε; ὅτι προορῶσι τὸ μέλλον. ὅτι μεγάλῃ τῇ φωνῇ προλέγουσι τὰ ἐσόμενα. ||

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] σκοποὺς οὖν προφήτας φησὶ, τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον τῶν αἰσθητῶν, καὶ νοητῶν σημαίνοντας ὑψηλῷ, καὶ θείῳ κηρύγματι, ὧν ἤκουσαν τὰ ἔθνη παρακουσάντων ἐκείνων. ἐθνῶν δὲ ποιμένες ἀπόστολοι, καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι. ἧς καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες. καὶ οὗτοι γὰρ ἐπίστευσαν τῷ κηρύγματι. || C

[Ἀκούσατε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὖν τὸν προφητικὸν, ἢ καὶ τὸν εὐαγγελικὸν κηρύξαντας λόγον.

Τοῦ αὐτοῦ] σάλπιγγος τῆς διδασκαλίας.

[Διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο προφητεία τις ἐστίν. ζώντων αὐτῶν οὐκ ἤκουσαν Ἰουδαῖοι, καὶ ἀποθανόντων ἀκούομεν ἡμεῖς, οὐ τόπῳ διῳκισμένοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ διειργόμενοι. ἑτέροις ἀπεστάλησαν οἱ προφῆται, καὶ ἑτέρους ἐπεσπάσαντο πρὸς οὓς οὐκ ἀπεστάλησαν. D οὕτως ἦσαν χρήσιμοι, οὕτω συμφέροντες, ὡς οὖν μηδὲν προσήκοντας ἀκοῦσαι αὐτῶν. ὑμῖν ἐδόθησαν, ὑμεῖς οὐχ παρέσχετε, καὶ ἕτεροι ἤκουσαν αὐτῶν. [Ἄκουε γῆ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅταν αὐτοὶ μὴ ἀκούσωσι, πῶς πρὸς τὰ στοιχεῖα διαλέγεται; ἐπειδὴ γὰρ εἶπον, οὐκ ἀκουσόμεθα, φησίν. ἄκουε γῆ. οὐ πρότερον αὐτοῖς ἐπάγει, ἀλλ᾽ αὐτοὶ τὴν κακίαν ἐφέλκονται.

|| Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] οὕτω καὶ Μωϋσῆς τῶν E λογικῶν μὴ πειθομένων τοῖς ἀναισθήτοις λέγει. ἀνενδότου γὰρ προαιρέσεως κρείττων φύσις ἀναίσθητος. πρόσεχε γὰρ οὐρανὲ, φησὶ, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. καὶ ὅτε δὲ ὁ νόμος ἐδίδοτο τοὺς ἄρχοντας συνεκάλει τοῦ λαοῦ, ἵνα διαμαρτύρωμαι, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἐπὶ φυλακῇ τοιγαροῦν τοῦ νόμου τὴν γῆν εἰληφότες, μὴ φυλάξαντες αὐτὸν, ἐκείνης ἐξέπεσον. πρὸς ἣν καὶ νῦν ὁ θεὸς ποιεῖται τοὺς λόγους. ||

[Ἰδοὺ ἐγώ. ὅτι τῷ λόγῳ μου οὐ προσέσχον.]

Χρυ

B Vers. 17. *Constitui super eos speculatores, &c.)* 5

Chrysost. *Prophetæ appellati speculatores, & tubæ.*

Chrysostomi.] *Speculatores, & tubas Prophetas vocat: quâ ratione? quia futura præuident, voceque sonorâ quæ euentura sunt prænuntiant.*

Incertus.

|| Incerti.] *Speculatores Prophetas vocat, inimicorum impetus sensibilium, & spiritalium claro diuinoque præconio propalantes, quos gentes audierunt, illis non audientibus. Gentium autem Pastores Apostoli & Doctores Ecclesiæ, in qua sunt Reges, & Principes, nam & illi prædicationi crediderunt.* ||

Pastorum nomine appellati Apostoli, Doctores, ac Principes.

(Audite vocem tubæ.)

Olympiod. *Tuba nomine significati Prophetæ & Prædicatores Euangelici.*

Chrysostomi.] *Qui Prophetici vel Euangelici sermonis fuere præcones.*

Eiusdem.] *Tubæ Doctrinæ.*

Vers. 18. *(Ideo audierunt Gentes, &c.)* 6

Chrisost. *Prophetæ nobis profecit: quos Iudæi nõ audierunt eis viuentes.*

Chrysostomi.] *Hoc vaticinium quoddam est, viuentes Iudæi non audierunt, & nos audimus mortuos, qui non solùm loco distamus, sed etiam tempore disiungimur. Ad alios missi fuerant Prophetæ, & alios attraxerunt, ad quos non fuerant missi. Adeo vtiles, adeo commodi erant, vt eos audierint, qui minimè ad eos spectabant. Vobis dati sunt, Vos non obaudistis, aliique eos audierunt.*

7

Chrysost. *Non audientibus hominibus conuertit Deus orationem suam ad elementa. Mala nõ tam Deus quàm ipsi nobis paramus.*

Vers. 19. *(Audi terra.)*

Chrysostomus.] *Vides vt postquam illi surdis auribus non audiunt ad elementa conuertat orationem. Cùm enim dixissent, non audiemus; Audi, inquit, terra. Non prius ipsis infert, sed ipsi sibi mala parant.*

Vict. Presb. *Hominibus non obedientibus Deus conuertit sermonem ad insensibilia. Insensibilia sunt præstantiora voluntate peruicaci.*

|| Victoris Presbyt.] *Ita & Moyses cùm qui rationis erant participes non obedirent, ad insensibilia ipsa vertit sermonem: peruicaci enim voluntate præstantior sensu carens terra.* [a] *Audi cælũ ait, & loquar, & audiat natura verba oris mei, cúmque lex ferebatur, Principes conuocabat populi, vt in* [b] *testes adducam, ait, cælum, & terram. Ad seruandam itaque legem terrâ potiti, eâ non seruatâ, illam amiserunt, quam & nunc Deus alloquitur.* || *(Ecce ego, &c. quia sermonibus meis non attenderunt.)*

a Deut. 32. 1. b Deut. 31. 28.

Terram promissam meritò amiserunt Iudæi.

Chry

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πανταχοῦ, οὐ τὸ μὴ πράττειν τὰ νόμιμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἀκούειν, τιμωρίαν ἔχει. ποία γὰρ χρημάτων δαπάνη, ποῖος σωμάτων πόνος πρὸς τὸ ἀκοῦσαι;

A

Chrysostomi.] *Vide vbique non tantum ea quæ legis sunt non impleri, sed etiam ipsa non audiri, pœnam mereri. Quis enim sumptus pecuniarum? quis corpori labor, accommodare aures?*

Non audiri Dei verba quàm meritò puniatur.

Versus 20.] Vt quid mihi thus de Saba affertis, & Calamum suaue-olentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimę vestræ non placuerunt mihi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vt quid mihi thus de Saba offertis, & Calamum suaue olentē de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.

CVM [a] *in eo versemini errore, vt verba mea non audientes, legemque meam proiicientes vni intendentes sitis externorum sacrificiorum cultui, in quo omnem vestram constituitis sanctitatem, & per quod liberari existimatis à dilectionis præcepto totius legis plenitudine. Cùm tantâ mihi obstiteritis superbiâ, ac peruicaciâ, vt & verbis, & factis contestati sitis, neque in legis meæ via vos ambulaturos, neque mea per Sanctorum Prophetarum ora prolata audituros verba, ad quid ante me comparetis? ad quid tanto studio cultu me prosequimini sacrarum cærimoniarum externo, qua nihil in se habent ponderis, nihil vobis afferunt vtilitatis, nihil mihi exhibent iucunditatis, quæ tria alioquin in eis reperirentur, si cultum pariter internum adiunctum haberēt. Thymiamate me veneramini, sacroque & suaue-olenti vnguento, offertis holocausta, additisque & victimas: Sed nec odore vestrorum recreor aromatum, siue è Sabæo, optimoque constent thure, siue odoratum admixtum habeant calamum, qui è terra defertur longissimè dissita: Nec mihi vestra grata sunt sacrificia, vel ea quæ potiora sunt in holocaustum oblata, dulcoris penitùs expertia, quo vno reficior internæ deuotionis, & charitatis vestræ.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1
a Matth. 22. 38.
b Rom. 13. 8.
Sacrificiorum externo cultui errore magno & primatum tribuebant Iudæi, & sanctificationē, quæ vni charitatis præcepto alioquin competunt.

VT quid mihi thus, &c. Quod vni charitatis præcepto tribuitur in Euangelio, [a] vt sit maximum & primum mandatum: & ab Apostolo [b] concessum asseritur, vt plenitudinem obtineat legis, quia qui diligit, legem impleuit. Id vetustissimo errore cultui sacrificiorum externo tribuere consueuerunt Iudæi, eius præceptum & omnium existimantes aliorum maximum, & totius perfectiuum sanctitatis, cùm ad Dei spectaret religionem, quam potissimam sanctitatis partem nemo iure dubitet, dicente Domino, [c] *Sancti estote, quia ego sanctus sum*, id est cùm ipse sanctus sim, æquum est, vt & vos me colentes sancti sitis: prout colligi videtur ex iis, quæ idemmet Dominus illis item dixit, [d] *Vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta.* Si primariam autem tanti apud illos erroris perscrutemur radicem, eam certè inueniemus, quam mox in vers. 13. noster attulit Propheta, dicens, *A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum*, lucri, propriique emolumenti studium, cui vni ipsâ sacrificiorum oblatione eò addicebantur magis, quod per illam liberos se putabant ab obligatione dilectionis proximi, in qua vniuersam Dei legem instaurari significauit Apostolus. [e] Hinc est, quòd hôc loco Dominus, statim ac dixit in vers. 19. *Verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt*, hæc subintulit, (*Vt quid mihi thus de Saba affertis & Calamum*, &c. *holocaustomata vestra non sunt accepta*, &c.) Similia ferè iis, quibus apud Isaiam dixerat aliàs. [f] *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum*, &c. [g] *Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.* Quibus postremis verbis manifestè explicatur radicalis ipsa ratio, quâ alioquin sanctum deprauaretur oblationis sacrificiorum præceptum, & eadem sacrificia Deo ingrata molestaque redderentur, paruipensio, & præuaricatio diuinæ legis, quoad proximi dilectionem: sanguinis quippe nomine & homicidia, aliæque omnes designantur percussiones, quibus humanus effunditur sanguis; & pauperum substantiæ, quæ per vim, fraudesque ac dolos sacrilegis abreptæ sint manibus, iuxta Ecclesiastici. [h] *Qui offert sacrificium ex substantia pauperū, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est.*

c Leuit. 11. 44.
d Exod. 19, 6.
Sacrificiorum externo cultui præ omnibus legalibus Iudæi addicti erant ob proprium emolumentum.
e Rom. 13. 9.

B

f Isai. 1. 11.
g Isai. 1. 15.
Sacrificiorum præceptū deprauabāt Iudæi præuaricatione dilectionis proximi.

C

h Eccles. 34. 24.

Quamquam hîc habentur. (*Vt quid mihi thus*, &c.) commodiùs dicta sumentur ad retundendum generaliorem Iudæorum errorem, quo in externo exhibendo Dei cultu nullam rationem cultus habebant interni purificationis conscientiæ, per spiritum contribulatum, de quo in Psalmo 50. [i] *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet*: & sanctificationis animæ, quæ per totius est diuinæ legis impletionem prout supra explicatum est in vers. 16. vbi iuxta versionem Sept. dicebatur. *State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis; quæ sit via bona, & inuenietis purificationem*, seu *sanctificationem animabus vestris.* Vt consequenter rectè hæc subiecta sint superioribus, prout planè ex præhabita nostra intelligere est Paraphrasi.

2
Cultui externo intēti Iudæi nullam rationem habebant cultus interni.
i Psal. 50. 19.

D

In quorum confirmationem facit præclara, & Gentilis Plinij Iunioris sententia in Panægyrico Traiani. *Animaduerto deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentiâ, & sanctitate lætari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram, castamque mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit.*

Cultus externus sine interno inutilis hominibus, & iniucundus Deo.
Plin. Iunior.

E

Vt quid mihi thus de Saba affertis? Quatuor enumerat sacrarum rerum, & cæremoniarum genera, ad quæ & cæteræ reducuntur vniuersæ, sacrarum thymiama; oleum item sacrum, holocaustum sacrificiorum omnium præstantissimum, in quo tota Deo concremabatur victima, vnde & Græcum holocausti desumpsit nomen: & victimas, in vna victimarum voce sacrificia includens reliqua, sicut per thus totum thymiama designauit, de quo Exodi 30. 34. & per calamum tamquam per partes, totum sacræ vnctionis oleum, de quo item Exodi 30. 23. Et quidem thus de Saba dicitur, quia inde adueheretur, iuxta illud, [l] *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes*, vnde & Sabæum nuncupari solet, iuxta illud Maronis, *Centumque Sabæo thure calent aræ.* Est autem Saba terra Arabiæ fœlicis aromatum, præcipuè thuris maximè ferax: Vide Plinium lib. 12. c. 14. vbi

3

F

Thus optimū de Saba.
l Isai. 60. 6.
Maro. 1. Æneid.
Plinius.

Calamus suaue olens quid sit.

vbi plura & de thure, & de regione Sabæ. Quid sit calamus suaue olens, cuius hic fit mentio, *Et calamum suaue olentem de terra longinqua*, haud facile est definire, Plerique expositorum id arbitrati sunt esse aromatis genus, quod vulgo cannella nuncupatur: alij cum Sept. interpretibus Cinnamomum id censent; cùm tamen ex Cantic. 4. 14. constet, calamum, ac cinnamomum duas esse aromatum species inter se distinctas, quarum ambarum mixturam ad sacri olei compositionem faciendam iussit Dominus in præcitato Exodi cap. 30. dicens, [a] *Sume tibi aromata, primæ myrrha electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, calami similiter*, &c. *faciesque vnctionis oleum sanctum vnguentum compositum opere vnguentarij.* Mihi duo sunt clara primum, calamum istum apud Ieremiam esse illum ipsum, qui in prædicti vnguenti sacri ingrediebatur compositionem, adeoque vt partem pro toto eo hic poni: Alterum, eumdem esse herbam illam, quæ calamus odoratus communiter dicitur, de quo videndus est Theophrastus lib. 9. cap. 2. Plinius lib. 12. cap. 22. Dioscorides lib. 1. cap. 17. atque Galenus lib. 8. simplic. Medicam. Sicut autem thus de Saba dictum est, quod inde aduceheretur, ita & suaueolens calamus iste de terra dicitur longinqua, quia ex India deferretur à Iudæa longissime distante.

a Exod. 30. 23.

Theophrast. Plinius. Dioscorides.

4 Hebraicam lectionem recentiores ita vertunt. Pagninus, *Vt quid iam mihi thus de Saba veniet, & calamus odoratus?* Regia, *optimus) de terra longinqua: holocaustomata.* Regia, *Ascensiones) vestra non ad beneplacitum, & sacrificia vestra non dulcuerunt mihi* Vatablus, *Ad quid hoc mihi, quod offers thus de Saba, calamum electum de terra longinqua? Holocaustomata vestra non sunt, vt placeant*, (seu *non ad voluntatem*) *& sacrificia vestra non sunt mihi suauia.* Vnum autem circa vltimum notandum est verbum Hebraicum ערב *ngarab*, quod bene exhibitum designat dulcorem, & suauitatem, quæ gustu percipitur, per id subindicari, in victimarum oblatione, quarũ pars vna super altare comburebatur, duæque aliæ partes cedebant in vsum, & comestionem Sacerdotum, atque illius à quo offerebantur, Deum ita se habuisse, vt summum ex illis gustum perciperet, ac si illarum particeps esset comestionis, non quòd vllo pacto verè quid comederet earum, negat enim id ipsemet apertè in Psalmo dicens, [b] *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Sed quia internâ eas offerentium reficeretur deuotione, prout in eodem Psalmo post prædicta significauit, subiiciens. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua*, internos nimirum affectus tuos, quibus Deum à te vt bonorum omnium largitorem cognitum, atque dilectum laudibus prosequi externâ victimarum protestaris oblatione.

In sacrificiis quæ deuotè offerebantur, quomodo Deus diceretur suaui refici gustu.

b Psa. 49. 14. *Deus reficiebatur dulcedine sacrificiorũ, quodãmodo comedens, & bibẽs offerentiũ deuotionem.*

5 Nec à Deo alienum quis dici putet, quòd istiusmodi reficiatur deuotione, & quòd hac ratione ipsa comedere, & bibere dicatur deuotè offerentium sacrificia, atque libamina; cùm idemmet querelas alioquin ad Iudæos habeat, quòd cùm sibi offerrent victimas, haud tamen per illas ipsius gustum suâ reficerent dulcedine: idque non solùm hîc apud Ieremiam, vt ex vi Hebraici collegimus verbi, quod recentiores verterunt, *Et sacrificia vestra non dulcuerunt*, seu, *non fuerunt suauia mihi.* Sed & apud Hosæam. [c] *Non libabunt Domino vinum*, (quod scilicet ad internum contestandum deuotionis feruorem in qualibet victima libabatur,) *& non placebunt ei*, Hebr. eodem quod & hîc verbo, *Non dulcescent ei.* Clariusque etiam iuxta nostram Vulgatæ lectionem apud Isaiam, [d] *Adipe victimarum tuarum non inebriasti me.* Non tam certè de externo illo victimarum intelligens adipe, quem alias apud eumdem Prophetam renuit, dicens, [e] *Adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui*, sed quem sanctus maximoperè optabat Dauid, cùm eidem Deo diceret, [f] *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Inebriãdi autem verbo iuxta peruulgatam Scripturarum phrasim copiosam designat refectionem. Sept. pro eo quod in Vulgata hîc legimus, *Non placuerunt mihi*, Hebraicum verbum, *Non dulcuerunt*, vertentes οὐχ ἥδυναν. *Non mihi iucunda fuerunt.* Hebraicam ipsam exposuêre phrasim, quâ sicut quæ iniucunda existunt, dicuntur amara, & è contra, dulcia asseruntur quæ sunt iucunda & grata.

Deuotio sacrificantis dulcis diuino gustui.

c Hose. 9. 4.

Deuotio sacrificãtis inebriat Deum.

d Isa. 43. 24.

e Isai. 1. 11.

f Psal. 62. 6.

Versus 20.] Vt quid mihi thus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 QVI recolit quod apud Hosæam dictum est à Domino, [a] *Misericordiam volo, & non sacrificium, & scientiam Dei plusquàm holocausta*, rationem certè percipiet, cur & antiquitus Iudæi, & nostris quoque temporibus frequẽter fideles sacrificia Deo offerant, sacramenta frequentent, aliisque extrinsecus eumdem Deum venerentur religionis operibus: quæ nihilominus & ingrata asseruntur, ita vt propterea dicat, (*Vt quid mihi thus de Saba affertis*, &c. *holocaustomata vestra non sunt accepta*, &c.) Quia nimirum ab iis exhibeantur, & offerrentur, quorum cor alienum esset à misericordia, & affectus obseruantiam negligeret diuinæ legis: hanc enim legis Dei obseruantiam nomine scientiæ Dei designatam, probauimus aliàs ex eo Ioannis, [b] *Si quis dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.* Aptè autem hæc duo æqualiter externis præferuntur operibus, & sacrificiis, quia ea est Dei in homines propensio, vt meritum, ac demeritum vniuscuiusque operis, quatenus ab homine prouenit, vel etiam operis, quod religionis sit, atque ad ipsum immediatè directum, ex ea potissimum dimetiri voluerit obseruatione, vel contemptu partis legis suæ, quæ eosdem respiciat homines, ex dilectione inquam proximi; quia, vt in Marci Euangelio legimus, [c] *diligere proximum tamquam se ipsum maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.* Et tunc demum cuiusque gratum, ac meritorium est offerenti sacrificium, cùm in ipsa proximi dilectione offertur, dicente item in Euangelio Iesu, [d] *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater habet aliquid aduersùm te, relinque ibi munus tuum, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc offeres munus tuum.*

a Hose. 6. 6. *Religionis opera nõ sunt grata Deo quando fiunt ab experte misericordiæ, & obseruantiæ legis diuinæ.*

b 1. Ioan. 2. 4. *Operum etiã religiosorũ meritum, ac demeritũ dimetiri Deus voluit ex seruato, vel non seruato, præcepto dilectionis proximi.*

c Marc. 12. 33.

d Matth. 5. 23.

Confirmantur autem ista per id quod hîc subiicitur in vers. 21. *Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis*, &c.

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Vt quid mihi thus, &c.

SEPTVA

SEPTVAGINTA.

20. Ἵνα μοι λίβανον ἐκ σαβὰ φέρετε, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι.

Verſ. 20.] Vt quid mihi thus de Saba affertis,& cinamomum de terra longinqua? Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta,& ſacrificia veſtra non mihi iucunda fuerunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Vt quid coram me thus de Saba affertur, & calamus aromaticus de terra longinqua? holocauſta veſtra non ſunt grata, & victimæ ſanctificatæ veſtræ non erunt acceptabiles coram me.*

Irenæus. *Sacrificia Iudæorum remouens Deus non excludit illos à ſua miſericordia.*

Verſ. 20. *Vt quid mihi thus*,&c. Irenæus lib. 4. aduersùs hæreſes cap. 32. *Si iraſcens Deus abnueret Iudæorum ſacrificia, tamquam qui indigni eſſent conſequi miſericordiam eius, non vtique iiſdem ipſis ſuaderet, per quæ ſaluari poſſent. Sed quoniam Deus miſericors eſt, non abſcidit eos à bono conſilio. Nam per Ieremiam cùm dixiſſet, (Quò mihi thus de Saba affertis,& cinamomum de terra longinqua? holocauſtomata, & ſacrificia veſtra non delectauerunt me,*intulit, *Audite ſermonem Domini omnis Iuda, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael dirigite vias veſtras, & ſtudia veſtra*,&c.quæ habentur infra in cap.7.

Epiphanius. *Sacrificia cur Iudæis permiſerit, curque vetuerit Deus.*

Affert & hunc locum Epiphanius, lib. 1. tom. 3. contra hæreſes, in confutatione librorũ Marcionis ex epiſtola prima ad Corinthios pag. 109. *(Vt quid mihi thus ex Saba fers, & cinamomum ex terra longinqua? Sacrificia tua non fuerunt mihi iucunda.)* Vbi oſtendens ad quid ſacrificia ſibi fieri à Iudæis iuſſerit,& cur eadem ſæpe ſe nolle ſignificarit. *Quandoquidem*, inquit, *fortiter fundata erat Iudæorum mens in ſacrificio, velut in pietate, quæ pro propitiatione, & ſalute ipſorum ſimulacris offerretur: vt ne grauiter ferrent, ſi ſemel à conſuetudine auerterentur, hoc facere ipſis ad tempus permiſit, & poſtea ab imaginatione multitudinis Deorum, & ab his quæ ex conſuetudine ab ipſis fiebant, ipſos abducere voluit, vt deinceps cognoſcentes vnum, & vni ſecurè credentes ab ipſo audiamus*,[a] *Num edero carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum bibero?* a Pſal.49.13.

Sacrificia illa reſpuit Deus, quæ fiebant ex rapinis.

Hieronymus in Comment. *Vt quid mihi thus*, &c. *Quod thura de Saba veniant nemo dubitabat. Calamum autem, quod Hebraicè dicitur kinnah, prò quo Sept. & Theodotio cinnamomum tranſtulerunt, de terra venire longinqua, propheticus ſermo teſtatur:* A *vt intelligamus Indiam, de qua per mare rubrum plura veniunt aromata. Hoc genus pigmenti medici* κασίαν σύριγγα*, appellant, & eſt ſenſus, fruſtra mihi in vnguenta conficienda, quæ lege præcepta ſunt, ſuauiſſimi odoris pigmenta confertis, & holocauſta ſuccendiſtis, qui meam in lege non facitis voluntatem, iuxta quod ſupra dictum eſt: Verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Hoc autem propriè conuenit his, qui de rapinis, & nudatione miſerorum offerunt ſacrificia, de eleemoſynis ex iniquitate ſe putant redimere poſſe peccata, dicente Scriptura*, [b] *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ, quæ non de iniquitate, ſed de labore, & iuſtitia congregantur.* b Prou.13.8.

Theodorit. *Sacrificia quæ vanè à Iudæis offerãtur poſt ceſſationẽ legis.*

B Theodoritus. *Hoc loco ſermo propheticus minatur Iudæis incredulis vltionem contradictioni conuenientem: prohibet tamen cultum à lege mandatum. (Vt quid mihi thus de Saba offers, & cinnamomum de terra longinqua? &c.) Quod ſi vel regnante lege hæc indicata ſunt ſuperflua, fruſtra profectò poſteaquam ceſſauit lex perſeuerauerunt Iudæi dare operam ſuperfluis iſtis legalibus, tamquam neceſſariis.*

3 S.Remigius. *Sacrificia cur Iudæis mandarit Deus, quæ ſibi non placuere.*

S. Remigius Epiſcopus Rhemenſis in cap. 10. epiſt. ad Hebr. Allata hac ſententiâ, *ſed quæſtio*, inquit, *hinc non modica poteſt exoriri, quare Deus imperauit, vt offerri debuiſſent, ſi illi non placuerunt, nec voluntatis illius fuit. Quæ geminâ ſo-* C *lutione poteſt ſolui: conſiderans omnipotens animos Iudæorũ pronos ad Idola colenda, & ritum Gentium imitandum imperauit eis, multa & grauiora ſacrificia offerre, ne otioſi ſine ſacrificiis ſedentes in cultum Idolorum alienorum, dum vidiſſent alios offerre, inciderent, maluitque ſibi offerri à ſe creata quàm Idolis, impoſuitque illis in ſeruitutem non iuſtificationem: quia non eſt eius voluntas talia offerri tali modo, & egregius prædicator, vtpote creatura creaturam ſequens ſuis in dictis peregit dicens:* [c] *Volo omnes homines eſſe ſicut me ipſum, id eſt caſtos continenteſque.* 2. Cor.7. 7. *Et iterum*, [d] *Volo, inquit, iuniores nubere filios procreare propter fornicationem, & adulterium.*[d] 1.Tim. 5. 14. D *Ecce duas voluntates conſtituit: ſed tamen non ſunt eius ambæ: primum enim dicens. Volo omnes homines eſſe in continentia, ſicut me ipſum, voluntatem ſuam expreſſit: Secundo verò, volo iuuenes nubere, indulgentiæ cauſâ taliter locutus propter fragilitatem carnis. Similiter non erat voluntas omnipotentis Dei, talia ſacrificia offerri, ſed propter infirmitatem illorum præcepit. Poteſt* (eadem quæſtio, *) & ita reſolui, vt quia futurum erat verum ſacrificium per Chriſtum in Eccleſia, præcepit typica, & figuratiua ſacrificia præcedere, & re verâ ita neceſſe erat, vt ſicut verbis prænunciabatur, ita etiam & myſteriis præſignaretur, quatenus à figura citiùs tranſiret ad veritatem.*

Voluntas duplex propria, & permiſſiua. c Cor.7.7. d 1. Timot. 5.14. *Sacrificia mandata Iudæis in figurã veri ſacrificij per Chriſtum in Eccleſia.*

D. Thomas. *Hic ponit ſacrorum abuſum in quantum peccatis polluti Deo ſacrificia offerre præſumebant, quæ propter hoc accepta non erant.* D. Thomas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Sacrificia offerre in peccato quàm Deo diſplicent.

ΙΝΑ τί μοι λίβανον ἐκ σαβά;] Τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.] εἴη δ' ἂν εἰκότως, καὶ σφόδρα γε δὴ καρπὸς ἀληθοῦς μεταγνώσεως, πίστις μὲν πρὸ πάντων ἡ εἰς χριστὸν, ζωῆς δὲ τῆς εὐαγγελικῆς ἡ καινότης τῆς μὲν ἐκ || πράγματος ἀπηλλαγμένη παχύτητος, ἰσχνὴ δὲ, ὥσπερ τινα, καὶ καθαρωτάτην τὴν

E Verſ. 20. *VT quid mihi thus de Saba?*&c.*)* Sancti Cyrilli ex Commentariis in Matthæi Euangelium. *) Veræ pœnitentiæ, fructus iure omnino fuerit, præcipuè quidem fides in Chriſtũ, vitaque Euangelicæ nouitas ab omni corporea craſſitie ſoluta, tenuem verò quodammodo ac puriſſi*

|| In σώματ-

τὴν πνευματικὴν λατρείαν εἰσφέρουσα.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.] ἐννοεῖν οὖν ἀληθὲς, ὅτι προηγουμένως οὐκ ἤδη τοὺς τύπους παρ' ἡμῶν ἐζήτει θεὸς, μᾶλλον δὲ τὰ ἐξ αὐτῶν παραδηλούμενα, τουτέστι τὴν ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν.

Θεοδωρήτου.] καὶ προφήτης δέ τις φησίν. ὅτι ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, ἐπίγνωσιν θεοῦ, ἢ ὁλοκαυτώματα. εἰ δὲ ταῦτα καὶ τοῦ νόμου κρατοῦντος ἐνομίζετο περιττὰ, τί ἐροῦσιν οἱ παυσαμένου, τούτοις ἐνασχολούμενοι;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι τὸν νομόν μου ἀπώσαντο, ἵνα μὴ ἀνθυπενέγκωσι, καὶ πῶς ἀπωσάμεθα τὸν νόμον καθημέραν θυσιάζοντες, καὶ τὸν λιβανωτὸν θυμιῶντες, πρὸς ταῦτα φησίν. ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως, ὅτι λίβανον φέρεις. οὐχὶ δῶρα ζητῶ, ἀλλὰ ψυχῆς εὐωδίαν. ἐκεῖνο μοι τὸ ἄρωμα ἡδύ. οὐ γὰρ σωμάτων ὁ θεὸς ὀσφραίνεται, οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς εὐωδίας, ἀλλὰ τῆς νοερᾶς τῆς κατὰ ψυχὴν, τῆς παντὸς θυμιάματος εὐωδεστέρας, ἥ τις ἐστὶν ἡ τοῦ προσφέροντος ψυχή.

A *purissimum adferens spiritualem Deo cultum.*

Sancti Cyrilli ex iisdem Commentariis.] *Verum igitur est existimare Deum typos, figurasque primo loco à nobis non deposcere, sed potiùs quæ per illa figurabantur, nempe cultus qui in spiritu fit virtutem.*

S. Cyrillus. Non tam externa, & typica sacrificia, quã spiritalem virtutis cultum exposcit Deus.

Theodoriti.] *Et quidam Propheta dicit quòd misericordiam* [a] *volo, non sacrificium, Dei agnitionem, quàm holocaustomata. si verò hæc lege adhuc vigente superflua existimabantur, quid di-* B *cent qui lege iam antiquatâ obseruant legalia?*

Theodorit. a Ose. 6. 7. *Legalia quã inutiliter à Iudæis seruentur.*

Chrysostomi.] *Quoniam dixit, legem meam reiecerunt, ne contra responderent, & quanam ratione legem reiecimus, dum quotidie sacrificamus, Thusque adolemus? infert. Dices fortasse, quòd Thus offers; munera non posco, sed suauem animi odorem, dulce mihi aroma illud. Non enim Deus capitur odore corporum, sed animorum, qui spiritalis cùm sit, quolibet suffumigio iucundior est, animus videlicet offerentis.*

Chrysost. In sacrificiorum externa tantùm oblatione nequaquam sitũ fuit diti seruata Dei lex. Animus offerentis Deo iucũdior quã quodlibet externum munus.

Vers. 21.] Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filij simul, vicinus, & proximus peribunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Propterea hæc dicit Dominus ecce ego dabo in populum istum ruinas (seu offendicula) & ruent in eis patres, & filij, vicinus, & proximus peribunt.

ET[a] *quidem tantùm abest, vt grata, & iucunda Domino istiusmodi essent sacrificia, vt ipsemet contestatus sit, se vel propter illa, prauâ eâ ratione oblata ruinas in populum sibi aliàs peculiarem immissurum, ruinas diruptionis mœnium, euersionis domuum, labefactationis Reipublicæ, multiplicium calamitatum, miseriarum, & cladium: multa quoque & scandala, & offendicula, in quæ impingant suamet obstinatâ in malum voluntate, ac delabantur, & pereant quique vel etiam consanguinitate, aut necessitudine arctissimè coniuncti: sicque decidant, vt nec patres adiuturi sint filios, nec filij opem laturi sint parentibus, nec vicini, proximique mutuo sustentandi sint auxilio.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Cultum internum paruifacere quã Deo displiceat.

PROPTEREA *hæc dicit Dominus*, &c. Tam grande id extitit Iudæorum delictum, quo vt in præcedenti, Vers. 20. explicatum est, & proximi dilectionẽ, & internum cultum, & vniuersam alioquin Dei legem paruifacientes, atque proiicientes externo duntaxat sacrificiorum cultu Deum sat veneratum censebant, vt vel pro eo in primis acerbissimis ab ipsomet afflicti sint suppliciis, ciuitatum nimirum, atque habitantium ipsarum ruinis. (*Propterea ecce ego dabo in populum istum ruinas.*) Ruinarum nomine quatuor designari hic possunt pœnarum genera, primum, diruptiones mœnium ciuitatum, parietumque domorum euersiones, iuxta proprium Latinæ vocis significatum, quo ruina id dicitur, cùm muri diruuntur: quo sensu in libro Leuitici iisdem Iudæis ait Dominus, [b] *Destruam excelsa vestra, & simulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolo-* C *rum vestrorum.* Secundum, rerum publicarum labefactationes, quomodo apud Isaiam id nomen sumpsisse videntur, qui dixêre, [c] *Princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua*, cùm priùs istiusmodi ruinæ facta esset descriptio, *Et irruet populus vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum, tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem*, quæ iis sunt consona, quæ & hic legimus, (*Et ruent in eis patres, & filij, vicinus & proximus peribunt.*) Quamquam hisce tertius ma- D gis congruat ruinarũ significatus, quo multiplices designantur calamitates, & clades, atque miseriæ, prout ruinæ vocabulum vsurpatur in libro Iob, *Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat: & exultaui, quod inuenisset eum malum.*

Ruinarũ nomine designata quatuor pœnarum genera.

b Leuit. 26. 30.

c Isa. 3. 6.

Sed & quartò, magisque toti huic sententiæ propriâ eiusdem vocis significatione, minatur Deus in eumdem populum multa immissurum scandala, & offendicula, in quæ impingant, ac delabantur, & pereant quique vel etiam consanguinitate, aut necessitudine arctissimè inuicem coniuncti, vt exploratum omnibus sit, mortem E atque exterminium Iudaico populo non tam à Deo, quàm ab ipsomet futurum, qui cùm immissa cauere quiuisset offendicula, si voluisset, in illa volens impegit. Immisit certè in illum Regem Nabuchodonosor, eiusque exercitum, sed & per Ieremiam, aliosque per viros sanctos ipsum monuit, vt à talibus caueret offendiculis, Regi obtemperans Chaldæorum, cui nihilominus obstinatâ resistere enixus est peruicaciâ. Et quidem Latinum ruinæ nomen aliàs quoque in hoc scandali & offendiculi significatu reperitur, vt Iudicum 8. de Ephod, [d] *fornicatus est omnis Is-* F *rael in eo, & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam*, sæpiusque noster interpres scandalum, aut offendiculum Hebraicum vertit nomen מכשלים *michsciolim*, quod est à verbo כשל *chascial*, impingere, offendere, delabi, Vnde Vatablus ita hæc vertit. (*Propterea sic dixit Dominus, Ecce ego dabo in populum istum offendicula, vt corruant in eis*,) quod in Annotat. exponit, (*Creabo perniciem Iudæis, quam nullâ ratione vitare poterunt.*) Quamquam Pagninus, & Regia, ruinas reddiderint, Alioque eiusdem verbi Hebraici

2 Ruina nomen pro scandalo & offendiculo.

d Iudic. 8. 27.

braici significatu id sumentes Sept. Sic interpretati sunt, *Ecce ego do super populum istum infirmitatem, & infirmabuntur in ea patres & filij simul, vicinus & proximus peribunt.*

Versus 21.] Propterea hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Mala, & ruinæ omnes in populo fideli proueniūt ex eo quòd munera Deo offeruntur sine caritate in proximum.*

PARTICVLA (*Propterea*) refert subsequentia ad præcedentia: Nam & exinde potissimùm in populo Dei vniuersæ proueniunt ruinæ, quòd ingrata Deo offeruntur munera absque dilectione in proximum, & absque misericordia erga eumdem, ideóque de ruina in primis eorum fit mentio, qui magis in hoc deliquisse videntur, cùm maior alioquin inter ipsos intercedere debuisset dilectio, quos natura arctissimis consanguinitatis, & affinitatis vinculis coniunxisset, cúmque ex eo quòd vicini, ac proximi essent, iuges ad mutuam sibi inuicem impendendam misericordiam habuissent impulsus. Vnde & in Euangelio, cùm de extrema sermo est damnationis ruina, propter misericordiæ defectum eam in populum suum se daturum significans Dominus ait. [a] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c.*

4 *Ex prauo Sacramentorum vsu absque misericordia, & dilectione in proximum fidelibus ruinæ, & calamitates omnes.*

Et vt ingenuè fatear, existimo, & vniuersas præsentis sæculi ruinas exinde in primis fidelibus prouenire, vniuersaque scandala exinde suscitari, quòd ab expertibus misericordiæ, & dilectionis in proximum externo dumtaxat cultu Deus colitur, eidemque munera offeruntur, & Sacramenta administrantur, atque suscipiuntur. Quod significasse mihi visus est Apostolus, qui cùm istiusmodi delicti Corinthiorum fideles arguisset, dicens. [c] *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.* Et, *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est*, post enarrationem institutionis à Domino factæ Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, Sanctorumque munerum, quibus Deus venerandus esset, subiicit, [f] *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*, de ea loquens probatione, quæ fit per propriæ conscientiæ examen, quando accessurus ad tanta mysteria priùs vnusquisque discutere debet, an præexposito irretitus sit delicto maximo dissensionis, & æmulationis, sitque necne expers misericordiæ, & dilectionis in proximum. *Qui enim*, inquit, *manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini*, id est, non expendens quale sit quod offert munus, qualis, ad quam accedit corporis Christi: cœna, [g] ideoque nuptialem charitatis vestem habere non satagens, vt planè indignus propterea ab illa eiiciendus in tenebras exteriores, iuxta Euangelicam parabolam. Additque Apostolus. *Ideo*, quia scilicet absque diiudicatione accedentes indignè acceditis immisericordes, & dilectionis expertes, *inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*: per quæ tria tres ruinarum corporalium præcipuas indicat, pestis multiplicisque infirmitatis, imbecillitatis quæ ex penuria contingere solet annonæque grauitate, & mortalitatis, quam bellum inferre consueuit: nec non & tres pariter potissimas attingit ruinas spirituales, infirmitatis in bono, imbecillitatis ad offendendum in offendiculum quodlibet, adeoque & ad cadendum in quodcumque peccatum: & dormitionis in peccato per prauam in ipso consuetudinem, ac obstinationem, quam & dormitionis metaphorâ designatam ex complurium Patrum sententia in mortui, & quatriduani atque fœtentis Lazari Euangelica habemus historia, dicente Domino, [i] *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eum.*

c 1. Cor. 11. 18.
f 1. Cor. 11. 28. *Ante Sacramenti sumptionem necessaria probatio sui ipsius per examē circa proximi dilectionem, & misericordiam.*
g Matth. 22. 11.
h 1. Cor. 11. 30. *Quibus potissimū ruinis, & cladibus subiecti sint qui indignè ad Sacramēta accedunt expertes dilectionis, & misericordiæ.*
i Ioa. 11. 11.

VVLGATÆ.

Versus 21.] Propterea, hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσι πατέρες, καὶ υἱοὶ ἅμα, γείτων, καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται.

Vers. 21.] Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego do super populum istum infirmitatem: & infirmabuntur patres, & filij simul, vicinus & proximus eius peribunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea sic dicit Dominus: Ecce adducam super populum istum offendicula, & offendent in eis patres, & filij simul, vicinus & proximus eius, & peribunt.*

Vers. 21. *Propterea hæc dicit Dominus, &c.* Hieronymus. *Impleta videmus omnia, quæ Dominus illi populo comminatus est: quotidie enim ruunt in blasphemiis suis: nihilque in se habent forte, sed omnis apud eos infirmitas est. filij patrum sequuntur blasphemias, & quotidie recipiunt illam imprecationem, Sanguis[a] eius super nos, & super filios nostros: & non solum ipsi, sed & vicini, & proximi eorum, omnes qui legem, & Prophetas sequuntur iuxta occidentem literam, & non iuxta Spiritum viuificantem: & omnes pariter peribunt, quia omnes pariter peccauerunt.* Alludit. Hieronymus in hac sua expositione ad versionem Sept. quam ita affert in textu. *(Ecce ego dabo in populum istum infirmitatem, & infirmabuntur in ea, patres & filij, &c.)*

Hieronym. *Iudæi quotidie in maiores ruunt miserias.*
a Matth. 27. 25. *In Scripturarum lectione Iudaico more litera inhærētes pereūt.*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. de Adorat. in Spiritu & verit. pag. 8. *Quòd mala*, inquit, *& ægritudines nobis accidant, nostra culpa est, qui omnium Dominum ad iram commouemus, quo facto in animū infirmum parumque virilem ille nos conijciet, Vnde & ait, Ecce ego do super populum istum infirmitatem, & infirmabuntur in illa parentes & filij simul: vicinus & proximus eius peribunt.*

Cyril. Alex. *Calamitatū omnium nos ipsi causa sumus.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

IΔΟΥ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν.] A

Τοῦ χρυσοστόμου.] μὴ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας τὰ ἀῤῥωστήματα παρ' αὐτοῖς εἶναι δόξῃ, τὸ παράδοξον δείκνυσι θεήλατον οὖσαν τὴν νόσον, ὅπερ ἐστὶ λοιμικῆς καταστάσεως. καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπειλῆς ἐφόβησε ῥήμασιν. οὐκ εἶξαν. ἀπέστειλε τὸν προφήτην ἀγονῶντα, καὶ οὐκ ᾔσθοντο. φοβεῖ λοιπὸν ἑτέρως, καὶ ἐπάγει νόσον, ἵνα τὸ μεῖζον ἀνέλῃ κακὸν, τὸν πόλεμον.

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ἀσθένειαν δίδωσι φησὶν, ἢ τὴν ἐν πολέμῳ τοῖς μὴ λέγουσιν, ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν, καὶ ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν ποιήσομεν δύναμιν. ἀλλὰ πεποιθόσιν ἐπὶ τὴν καλαμίνην ῥάβδον τὴν Αἴγυπτον, B καὶ ἀπωσαμένοις τὸν συντρίβοντα πολέμους Κύριον. ||

Vers. 21. ECCE ego do super populum istum infirmitatem, &c.) 1

Chrysostomi.] *Ne naturali influxu infirmitates apud eos grassari viderentur, ostendit quod admiratione dignum est, morbum à Deo inflictum scilicet pestilentis constitutionis, & supernarum minarum verbis perterrefecit. Nec cesserunt. Misit Prophetam dolentem, nec perceperunt: aliâ itaque ratione metum incutit, morbumque immittit, vt malum grauius, nempe bellum auertat.* (Chrysost. *Infirmitatibus plerique castigat Deus peccatores. Pestilentia flagellũ Dei.*)

|| Victoris Presbyt.] *Imbecillitatem tribuit, ait, vel eam quæ in bello est non dicentibus. In te inimicos nostros [b] ventilabimus cornu & in Deo nostro faciemus virtutem, Sed [c] in baculo arundineo Aegypto spem suam reponentibus, & conterentem bella Dominum auersatis.* || (Vict. Presb. *Imbecillitas in bello flagellum Dei.* b Psal.43.6. c Isai.36.6.)

Vers. 22.] Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EN, [a] *ait Dominus, iam in itinere Chaldaicus est populus de terra Aquilonis in Iudæam veniens, gens certè magna & numero, & celebritate, & statura, & potestate, Simulque cum illo maxima quoque aliarum gentium vel à remotissimis terræ finibus colligetur multitudo.* (a *Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis & gens magna consurget à finibus terræ.*)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 HÆC *dicit Dominus*, &c. Explicatur clariùs quod mox dicebatur de immittendis in Iudaicum populum ruinis: quia (vt sæpius dictum est, & dicetur) Chaldaicus populus iam in itinere esset, veniretque de terra Aquilonis in Iudæam, simulque cum illo maxima aliarum quoque Gentium, vel à remotissimis terræ finibus colligenda esset multitudo, hoc namque significat, quod adiicitur. (*Et gens magna consurget à finibus terræ,*) & expressiùs iuxta versionem Sept. (*Et gentes consurgent ab extremis terræ.*) Sic adiectiuum, (*Magna*) refertur ad numeri magnitudinem, quamquam intelligi hæc pariter possit de vniuersa Chaldaici exercitus Gente, quæ magna dicatur, nedum numero, sed & celebritate, & staturâ, & potestate.

Vt hæc sint similia iis, quæ & in libro Deuter. comminatus est Moyses, [b] *Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus*, &c. Hebr. propriè *à lateribus terræ*. (b Deut.28.49.)

Vide expositionem Moralem, & Appendicem Patrum post expositionem primam, Vers. 24.

Vers. 23.] Sagittam & scutum arripiet: crudelis est, & non miserebitur: vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendet, præparati quasi vir ad prælium, aduersùm te, filia Sion.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NON [a] *deerit illi quodpiam armorum genus, vel eorum, quorum vsus est in offensionem, vel eorum, quæ defensioni inseruiunt, in primisque* D *scuto armatus erit, sagittamque habebit ad manus.* [b] *Ita fronte erit perfrictâ, vt nullam reueriturus sit ætatem, deque facinore nullo erubescentiam. sit contracturus: nulli præ innata sæuitia parcet sexui, nullius vel supplicis miserebitur, nullumque placabitur ob pretiũ: Inconditis* [c] *suis clamoribus repræsentabit mare, quando id ingenti agitatur tempestate, quo nil reperire est horribilius, celerrimo in incursionibus properabit cursu, vtpote pernicibus vtens equis. Porrò quamuis magna sit gens, & innumera militantium multitudo, tanta nihilominus in eo erit animorum vnio, talis & ordo, vt virum vnum eum dicas, eoque potentiorem, quod* F *nihil ei deerit necessariorum ad dimicandum. Ita potens erit, & equis instructus, & curribus, vt cum præliandum fuerit potentissimo assimilandus sit igni. Instar ignis quippe in te aget, filia Sion, prælians que igne te succendet, ciuitas Ierusalem.* (a *Sagittã & scutum arripiet.* b *Crudelis (seu insolens) est, & non miserebitur.* c *Vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascendet.* d *Præparati quasi vir in prælium, in equis & curribus instruitur quasi igni ad prælium, aduersùm te, filia Sion.*)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

SAGITTAM, & *scutum*, &c.) Describit eius Gentis, & exercitus qualitates, ac primùm exponit arma, quibus accincti, instructique erunt. (*Sagittã*,) seu vt in Hebr. (*Arcum, & scutum*) quorum alterum offensiuum est, defensiuum alterũ, per hæc duo & reliqua omnia designãs armorum genera, quæ vel defensiua sunt, vel offensiua. Quod non tã bene exprimitur in versione Sept. (*Arcum, & zibynam*, i. iaculum seu ferrum, aut lanceam *tenebunt*.) Quomodo & 1

& Va

Vatablus, *(Apprehendent arcum, & lanceam:)* Hebraicum quippe nomen כידון *chidon*, tam lanceam, quàm ſcutum ſignificat.

Poſt arma, innatam eidem exponit feritatem, *(Crudelis eſt, & non miſerebitur:)* In verſione Sept. *(Impudens eſt, & non miſerebitur,)* duo eius naturæ explicantur vitia, alterum impudentiæ, quo ita gens iſta fronte ſit perfricta, vt nullam reueteatur ætatem, nullum erubeſcat facinus, alterum ſæuitiæ, quo nulli parcat ſexui, nullius vel ſupplicis miſereatur, nullumque placetur ob pretium, iuxta illud Iſaiæ, *Pretioſior* [a] *erit vir auro, & homo mundo obrizo*, quod
a Iſa.13.12.
B ſat pro hoc loco aptè in hunc ſenſum affert Ioannes Maldonatus. Non placabuntur hoſtes, nec parcent hominibus propter aurum. Cum iſta autem eius gentis ſæuitia tria iungit, terrorem, quem ſuo incutiet clamore. *(Vox eius quaſi mare ſonabit,)* ſeu, vt legunt Sept.) *fluctuans*, aut *tumultuans,)* id eſt inconditis ſuis clamoribus mare cùm ingenti agitatur tempeſtate repræſentabit, quo vix quicquam reperire eſt horribilius: celeritatem, *(Super equos aſcendent:)* & vnitam inſtructamque potentiam, *(præparati quaſi vir ad prælium aduerſum te filia Sion.)*
C Quamuis enim magna ſit gens, & innumera militantium multitudo, tanta nihilominus erit animorum vnio, taliſque ordo, vt virum vnum eam dicas, eóque potentiorem quòd nihil ei deerit neceſſariorum ad dimicãdum. Sept. aliter hæc legerunt, ſicque verterunt, *(In equis, & in curribus inſtruentur, quaſi ignis ad prælium,* pro voce enim איש *iſc*, id eſt, vir, legerunt אש *eſc* ſine litera iod, quod ignem ſignificat, quã ignis ſimilitudine efficaciùs eiuſdem gentis explicatur vis, atque potentia.

D

Verſ. 24.] Audiuimus famam eius, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio appræhendit nos, dolores, vt parturientem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Audiuimus famam eius, diſſolutæ sũt manus noſtræ: tribulatio apprahendit nos, dolores, (ſeu angor) vt parturientem.*

TALIA, *tamque horribilia ab eo patrabuntur, vt vel ſolo auditu narrationis illorum, quin vel eius gentis auditâ famâ, futurum ſit, vt fortiſſimus quiſque animo excidat, ita vt fateantur, ad iſtiuſmodi famam ipſas eorum manus, quibus fortiter dimicari, & obſiſtere debuiſſent, remiſſas præ timore, atque debilitatas: ſeque afflictione, doloréque maximo apprehenſos, & tali oppreſſos angore, qui angori æquiparari queat mulieris in partu exiſtentis.*

E

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

3 AVDIVIMVS *famam eius*, &c. Proſequitur Propheta explicare gentis illius ſæuitiam, & terrorem, aſſerens talia, tantaque hæc eſſe, vt vel ſolo auditu narrationis eorum, ſeu vel auditâ dumtaxat eius gentis famâ, fortiſſimus quiſque perterrefiat, animo excidat, vehementique percellatur angore, ex quo videlicet arguendum ſubindicat, quid eadem factura, & cauſatura eſſent, quando re ipſa, & experimento probarentur. *(Diſſolutæ* dicuntur *manus,)* quando quæ dimicaturæ eſſent obſiſtentes, præ timore remiſſæ, & debilitatæ ſeſe de-

F

A dunt: *(Tribulatio apprahendit nos, dolores*, ſeu vt ex Hebr. alij, *angor vt parturientem.)* Non eſt ſermo de tribulatione aliqua tranſeunte, aut de leui quopiam angore, at de afflictione vehementiſſima quâ corde oppreſſi teneantur, id namque verbum deſignat. *(Apprehendit,)* meliuſque verbum Hebraicum חזק *hazak* roborare, mordicùs ac fortiter tenere: & de doloribus maximis, quales parturientium eſſe ſolent. Aptè autem per Mimeſim hæc prolata ſunt, vt ex ipſorummet Iudæorum confeſſione magis dictorum pateat veritas: ſuſcipit enim Propheta perſonam eius populi ex præexpoſitorum auditu terrore concuſſi. Et Magis illos in eo confirmans non iam amplius è ſola fama, ſed ex præſentia tam ſæui hoſtis addit, Verſ. 25. *Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.*

Verſ. 22.] Hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 23.] Sagittam, &c.

Verſ. 24.] Audiuimus famam eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

INTELLIGE hæc, & quæ in ſubſequẽtibus duobus dicuntur verſibus 23. & 24. 4
de Dæmonibus inferorumque exercitu, qui militat aduersùs animam, prout in ſuperioribus capitibus ſimilia à nobis explicata fuere. Circa ea quæ dicuntur in verſ. 23. tria ſunt quæ notes, Primum, cùm dicitur. *(Crudelis eſt, & non miſerebitur.* Nota, quàm meritò crudelibus Dæmonibus tradatur peccator, qui ſibimet in Dei offenſam crudelis extitit, nolens miſereri animæ propriæ, placens, & obſequens Deo, à quo mox promiſſum vidimus refrigerium, & perfectam animi tranquillitatem, ſi bonam ambulans viam diuinam ſeruaſſet legem, iuxta illud Pſalmi, [a] *Dilexit maledictionem, & veniet ei, noluit benedictionem,* id eſt, bonorum præſtantiſſimorum collationem, *& elongabitur ab eo*, vtpote qui ipſe ſibi malorum omnium cauſa extiterit.

Dæmonibus crudelibus meritò traditur peccatoris anima quæ ſibimet crudelis extitit.

a Pſal.108.17.

5 Secundò, cùm dicitur, *(Vox eius quaſi mare ſonabit.)* Nota, tunc vehementiorem in anima quaque fieri Sathanæ, eiuſque exercitus vocem, ſuggeſtionumque peſſimarum ſonitum, cum anima ipſa per dubium aliquod circa fidei dogmata, circa diuinam prouidentiam, & circa ſpem in Deum cœperit fluctuare, cum per inanis gloriæ ventum altiùs in ea fluctus aſcenderint cogitationum ſuperbiæ, ac philauthiæ propriæque exiſtimationis, &, vt vno me expediam verbo, cùm per impietatem reddita ſit quaſi mare feruens, iuxta illud Iſaiæ, [b] *Impij autem quaſi mare feruens*, prout aliàs explicaſſe me recolo. Vnde per eumdem Iſaiam de ſimilibus Dæmonis ſuggeſtionibus alibi dicitur, [c] *Et ſonabit ſuper eum*, ſcilicet peccatorem & impium, *in die illa ſicut ſonitus maris.*

Suggeſtiones Dæmonum quando in anima quaquo ſint vehementiores.

b Iſai.57.20.

c Iſai.5.30.

6 Tertiò circa verba illa. *(Præparati quaſi vir)* ſeu vt legunt Sept. *(quaſi ignis ad prælium.)* Nota, quãtã vnione aduerſùs nos dimicent Dæmonum exercitus, de qua & Dominus in Euangelio, [d] *Omne regnum*, inquit, *in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domũ cadet. Si autem & Sathanas in ſe ipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis, in Beelzebub eiicere me dæmonia.*

d Luc.11.17.

Dæmonum quanta ſit vnio in dimicando contra nos.

Tanta verò illa esse hîc dicitur, ac si vnus dumtaxat vir ij omnes essent eorum exercitus. Et bene (*quasi vir*,) siue viri nomen propriè sumas pro homine, robore virtuteque prædito, siue idem genericè accipias pro homine: Nam & aliàs quoque Diabolus isto hominis vocabulo nuncupatus in sacris reperitur literis, Matth. 13. [a] *Inimicus homo hoc fecit*, vt dormientibus videlicet omnibus superseminarit zizania inter triticum bonum: vt pote qui quo homines deuincat, iis vti satagat malignis artibus, quæ apud versutos, callidosque homines in vsu esse consueuêre, quasi hominum discipulus; Sed & talem quoque non dedignatur se exhibere in istiusmodi præliis discipulum, vt non iam Diabolum, vt virum virtutibus credas insignem, Angelicam vitam ducentem, & doctrinam docentem Angelicam; quando transfigurans se in Angelum lucis sub recti decipit specie. Posses hîc quoque pertractare, quàm bene idem Diabolus, eiusque exercitus ei peculiariter similis afferatur viro, qui doctus, instructusque sit ad prælium, similibus nimirum vtens armis & offensiuis, & defensiuis, & quibus comminus, & quibus è longè pugnatur, similibus machinis, similibus artibus, similibus irruptionibus, simili demum & fuga, ad tempus de quibus plura diligens congeret verbi Dei prædicator. A quo & multæ Scripturæ Sacræ colligi poterunt sententiæ, quibus idem Diabolus, & sub ignis exprimitur metaphora, & instar ignis agere dicitur, præsertim in eo quod contra animam agit peccatoris, illius in tali prælio vtens concupiscentia.

Diabolus appellatus homo, & cur.
a Matth. 13. 28.
Diabolus tectus sub specie recti prœliatur quasi vir.
Diabolus in dimicando imitatur virū instructū ad prælium.

VVLGATÆ.

Vers. 22.] Hæc dicit Dominus, &c.

Vers. 23.] Sagittam, &c.

Vers. 24.] Audiuimus famam, &c.

SEPTVAGINTA.

22. Τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ λαὸς ἔρχεται ἀπὸ βορρᾶ, καὶ ἔθνη ἐξεγερθήσονται ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς.

23. Τόξον καὶ ζιβύνην κρατήσουσι. ἰταμός ἐστι, καὶ οὐκ ἐλεήσει. φωνὴ αὐτοῦ ὡς θάλασσα κυμαίνουσα, ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι παρατάξεται, ὡς A πῦρ εἰς πόλεμον πρὸς σὲ θύγατερ Σιών.

24. Ἠκούσαμεν τὴν ἀκοὴν αὐτῶν παρελύθησαν αἱ χεῖρες ἡμῶν. θλῖψις κατέσχεν ἡμᾶς, ὠδῖνες ὡς τικτούσης.

Vers. 22.] Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit ab Aquilone: & gentes exurgent ab extremo terræ.

Vers. 23.] Arcum, & Zibynam tenebunt. Impudens est, & non miserebitur: vox eius, quasi mare fluctuans: in equis, & in curribus instruetur, quasi ignis ad bellum aduersùs te, filia Sion.

B *Vers.* 24.] Audiuimus famam eorum: dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio appræhendit nos, dolores quasi parturientis.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam populum de terra Aquilonis, & populi multi venient publicè de finibus terræ.* Vers. 23. *Arcus, & scuta tenent: crudeles sunt, nec est illis miseratio. Vox eorum* C *sicut mare in fremitu suo, & equis insident, ordinati sunt quasi vir committens prælium contra te, cœtus Sion.* Vers. 24. *Audiuimus famam eorum, dissolutæ sunt manus nostræ: angustia appræhendit nos, quasi dolores parturientis.*

Vers. 22. & 23. *Hæc dicit Dominus*, &c. Hieronymus. *Propriè hoc de Babyloniis prophetatur, qui venturi sunt contra populum Ierusalem: & omnis armaturæ ordo describitur, & impetus prœliantium, vt vocis terrore concussi agant pœnitentiam, & clementissimum placent Deum. Denique dat occasionem rogandi, dum dicit, (aduersùm te, filia Sion,) Possumus hoc testimonio vti persecutionis tempore, quando omnis aduersùm nos Diaboli rabies concitatur, nullaque misericordia est: & quasi vehementissimi maris fluctus, ita opprimunt resistentes.* 1 Hieronym. D

Diaboli aduersùm nos persecutio describitur.

Vers. 24. *Audiuimus famam eius*, &c. Hieronymus. *Respondit populus, cui Propheta, imò per Prophetam Dominus Babyloniis comminatus est: quod antequam veniant, timore superati sint: nec possint eleuare manus, & angustia eos comprehenderit, quasi dolor parturientem: quo dolore nihil affirmant grauius quæ senserunt.* Hieronym.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΙΔΟΥ λαὸς ἔρχεται ἀπὸ βορρᾶ.] Βίκτωρος.] αὔξει τὸν πόλεμον, οὐ μόνον ἀπὸ τῆς τῶν ἐπιόντων συσκευῆς, || ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὠμότητος ἀπὸ τοῦ πλήθους, ὡς ἐοικέναι θαλάττῃ πικρᾷ τε οὔσῃ, καὶ δυνατῇ, πρὸς πᾶν αὐθιστωμένῃ, || ὥσπερ οὖν ἱππεῖς τε καὶ ἁρματηλάτας. καὶ ἀπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ θυμοῦ παραβαλλόμενα || πυρί. ἅπερ ἀκούσας ὁ λαὸς φησίν.

|| ἄλ. στολῆς.
|| ἄλ. αὐθιστάμενοι.
|| ἄλ. παραβαλλόμενοι.

E Vers. 22. ECCE populus venit, &c.) Victoris.] *Bellum amplificat, Non modò ex aduenientium apparatu, sed etiam ab immanitate, multitudineque, vt mari salso & valido, instar equitum & curruum contra quaslibet vires repugnanti assimilentur, & propter iræ impetum cum igni conferantur: quæ cùm audisset populus ait,* 1 Victor.

Exercitus terribilis assignatio.

Audiui

ἠκούσαμεν τὴν ἀκοὴν αὐτῶν παρελύθησαν αἱ χεῖρες ἡμῶν.

A *Audiuimus famam eorum, manus nostræ dissolutæ sunt.*

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα καὶ || τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ διαλέγεται, ὅτι οὐκ ἐλεεῖ, || οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ εἴκουσιν. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς πολεμῇ, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα πάθη ἴσασιν οἱ ἄνθρωποι. ὥσπερ γὰρ τὰ θηρία ἀδύνατον ἡμερῶσαι φησὶν, οὕτω καὶ τοὺς δυναμένους οἴκοθεν ἐπικαμφθῆναι, ἐκπολεμοῖ. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν. καὶ τί δήποτε οὐχὶ αὐτὸς αὐτοὺς ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἑτέρους ἐπαγήγαγεν; ὅτι καὶ ἡμεῖς τοῦτο ποιοῦμεν ἐφ' ὧν βουλόμεθα πλήττειν, ἵν' ἔχωσιν ὄνειδος ἐπὶ τῶν δεινῶν. οὐχ || ἧττον λυπεῖ, τὸ παρ' ἑτέρων ταῦτα παθεῖν, ὥσπερ ὅταν οἰκέτην ἐπαφιῶμεν ἐλευθέρῳ παιδί.

|| *in. alii* τ. *διαφέρ.* || *in. ἰλασκε-σαι.* || *in.* ο τὸ *in.*

Chrysostomi.] *Deinde eos qui ab Aquilone venturi sunt recenset, quos nec misericordia, nec quicquam aliud flectet. Quando enim Deus est qui bellum mouet, nec innatos sibi affectus homines norunt: vt enim feras, inquit, cicurare, fieri minimè potest, ita eos qui suaptè naturâ flecti possunt, efferatos reddit. Sed fortè quispiam dixerit, quanam de caussa ipse eos non morti* B *dedit, sed externos adduxit? Quod & nos hoc idem facimus in his, quos verberibus afficere volumus, vt ignominiam sustineant in pœnis: neque enim æquè graue est ab aliis hæc pati, ac si ingenuum puerum seruo puniendum tradamus.*

Bellum cōtra impios commouens Deus aufert ab hominibus communem humanū compassionis affectum.

Castigat Deus per alios ad maiorem castigati peccatoris ignominiam.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ Βαβυλωνίου, ἢ καὶ τοῦ ἀντικειμένου.

Olympiod.] *Babylonij, vel etiam aduersarij.* Olympiod.

[Τόξον καὶ ζυβίνην κρατήσουσι.]

Vers. 23. (*Arcum & iaculum tenebunt, &c.*) 3

Ὀλυμπιοδώρου.] τόξον τοῖς μακρὰν, ζιβύνην τοῖς ἐγγύς. τοὺς μὲν γὰρ πλησιάζοντας, ἔργοις, τοὺς δὲ μακρόθεν λόγοις βάλλουσιν.

Olympiodori.] *Sagittam ad eos qui eminus, iaculum ad eos, qui Cominus: prope enim stantes opere, procul verò sermonibus petunt.*

Olympiod. *Armorū duplex genus opera contra nos qui cominus, & sermones cōtra eos qui eminus.*

[Ἴταμός ἐστι, καὶ οὐκ ἐλεήσει.]

C (*Impudens est, & non miserebitur.*)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς δείκνυσιν ὡπλισμένους, ἀνηλεεῖς.

Chrysostomi.] *Vides vt armatos, & crudeles describat?* Chrisost.

[Ἠκούσαμεν τὴν ἀκοὴν αὐτῶν παρελύθησαν.]

Vers. 24. (*Audiuimus famam eorum, dissolutæ sunt, &c.*)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα ὡς παρὰ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν κατ' αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ φωνὰς ἐποίει φερέσθαι προφητικῶς.

Chrysostomi.] *Hæc veluti ex persona Prophetæ eiusque similium, Prophetico enim spiritu voces etiam reddit.* Chrysost.

Vers. 25.] Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.*

CONSVLO [a] *vobis, ne tunc temporis pedem è domo dimoueatis, tam arctâ namque vos circumdabunt obsidione, vt & agricultura prohibenda sit, & omnis tollenda sit negotiatio, quæ vel intra, vel extra ciuitatem fieri consueuit, multóque magis vniuersa arcenda sit voluptas, quâ recreari alioquin solent ciues, vel per vias deambulantes Ciuitatis vel in agros exeuntes ad vineas, atque ad hortos. Quin potius omnia necibus plena erunt, occupabitque vniuersos pauor, & tremor.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NOLITE *exire*, &c. Accipi hæc queunt vt verba eorundem Iudæorum ad inuicem colloquentium. Vel meliùs, vt verba ipsius Prophetæ, per quæ & eam iam actu præsentem Chaldæorum indicet terribilem sæuitiam, & omnem excludat fugæ spem, & arctissimam denunciet hostilis exercitus obsidionem, quâ omnis prohibeatur agrorum cultus, omnisque tollatur ciuium negotiatio intra ciuitatem, nec non & omnis arceatur voluptas, quâ recreari consueuêre ciues, vel per vias deambulantes ciuitatis, vel ad agros exeuntes, ad vineas, atque ad hortos.

Vers. 25.] Nolite exire ad agros, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

D QVI in præcedentibus Monachos & Religiosos hortatus est, vt antiquis Sanctorum Patrum inhærerent vestigiis, antiquas scrutarentur religiosè viuendi rationes & leges, iisque insisterent, iugi progressu intra bonam viam se cōtinentes, *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Nunc è vestigio iisdem suadet, ne exeant, neve ambulent, Ne è claustro exeant; vocatque istiusmodi egressum, egressum ad agros, quia sicut duas E potissimùm ob causas egredi homines solent ad agros, vel ad ipsos colendos, vt aliquid ex eis colligant fructuum, vel ad voluptatem captandam: Ita & religiosi cùm è claustris indebitè egrediuntur, vel delicias aucupari videas, & voluptates captare mundanas: vel instar agricolæ in Principum laborare aulis, vt officium, & prælaturam aliquam, fructum suorum ex iis colligāt operum. (*Quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.*) Hæc sunt quæ extra claustra in aulis, & in via reperiuntur mundi, Quod nedum religiosis, sed & cuique Principum summorum aulas F frequentanti competere significauit auctor libri Eccles. dicens, [a] *Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis, & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam. Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis*, id est, super ea instrumenta, & arma, quibus tyranni iam multos effecerunt dolentes, seu, vt in textu legitur Græco, *Et super pinnacula ambulas*, id est, in maximo præcipitij versaris periculo.

2 *Religiosis quàm cauendum ne egrediantur è claustro.*

E claustro egredi cur dicatur exire ad agros.

Religiosis cauendum ne è claustro exeant ad Principum aulas.

a Eccl. 9. 18.

VVLGATÆ.

Verſ. 25.] Nolite exire ad agros, &c.

SEPTVAGINTA.

25. Μὴ ἐκπορεύεσθε εἰς ἀγρὸν, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς μὴ βαδίζετε, ὅτι ῥομφαία τῶν ἐχθρῶν παροικεῖ κυκλόθεν.

Verſ. 25.] Nolite exire in agrum, & in viis ne ambuletis: quoniam gladius inimicorum accolit in circuitu.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Ne egrediamini in agrũ, & in viã ne eatis, quia gladius inimici occidit eos, qui congregantur ad eum vndequaque.* 1

Nolite exire ad agros, &c. Hieronymus, *Docet Euangelium* [a] *non eſſe exeundum in agrum, nec de tectorum altitudine deſcendendum, ſed audiendum illud: In* [b] *monte ſaluum te fac. Ad quem in Iſaia,* [c] *& Michæa* [d] *iubemur currere, atque conſcendere: Præcipitur autem iuxta literam, ne foras exeant, nec deſerant muros, ſed vt tueantur ſe firmiſſimis munitionibus.* Hieronym. a Matth. 24. b Geneſ. 19. 17. c Iſai. 2. 2. d Mich. 4. 1.

Affert hunc locum Ioan. Damaſcenus lib. 1. Parallell. c. 37. in exhortationem otij, quietis, ac ſolitudinis, ſicque ſecundum legit membrum. *Quia gladius Domini habitat in circuitu.* Ioa. Damaſc.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ ἐκπορεύεσθε εἰς ἀγρόν.]

Μεξ ἀνεπιγράφου.] ἀκούσας ὁ λαὸς ἐκπλήττεται μὲν καὶ μηδαμοῦ προκύπτειν ἀλλήλοις παρακελεύονται. οὐ μὴν ἐπὶ θεὸν ἐπιστρέφουσι. διὸ βεβαιῶν αὐτῶν τὸν ‖ φόβον, πρὸς πένθος κινεῖ. ‖ ἄλ. φόβον.

Τοῦ χρυσοστόμου.] τὴν πολιορκίαν ἐνταῦθα φησίν. ὅρα πῶς κατὰ μικρὸν ἐπάγει τὰ δεινά, καὶ ἠρέμα.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τῇ ἱστορίᾳ, ἀγρὸν νόει τὰ κοσμικὰ πράγματα. [καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς μὴ βαδίζετε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταῖς τῆς κακίας πολυοδίαις. μία γὰρ ἐστιν ὁδός, αὐτὸς ὁ κύριος.

[Ὅτι ῥομφαία τῶν ἐχθρῶν παροικεῖ κυκλόθεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ θανατηφόρος ἁμαρτία, κύκλῳ γὰρ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσιν.

B Verſ. 25. NOLITE *exire in agrum*, &c.) 2

Incerti.] *Cum populus audiſſet, obſtupeſcit quidẽ, & nuſquam prodire ſeſe inuicem cohortantur, nec tamen ad Deum reuertuntur. Quapropter ipſorum terrorem confirmans mouet ad luctum.* Incertus.

Chryſoſtomi.] *Obſidionem hic explicat. Vide vt paulatim mala enarrat, ſenſimque.* Chryſoſt.

Olympiodori.] *Præter hiſtoriam, agrum intellige res mundanas.* (*Et in viis ne ambuletis.*) Olympiod. *Mundana agri nomine deſignata.*

C Olympiodori.] *Multiviis iniquitatis: vna enim eſt via ipſe Dominus.* Olympiod. *Iniquitas multivia, Via vna Dominus.*

(*Quoniam gladius inimicorum accolit in circuitu.*)

Olympiodori.] *Lethale peccatum, In* [a] *circuitu enim impij obambulant.* Olympiod. a Pſal. 11. 9. *Peccatũ mortale gladius in circuitu.*

Verſ. 26.] Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere in cinere: luctum dilecti fac tibi planctum miſerabilem: quia repentè veniet miſeria ſuper vos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 SANE *ô delicata filia populi mei Ciuitas Ieruſalem, luctus aduenit tempus, adueniente enim illico, & ex improuiſo Rege Nabuchodonoſor ſuper nos, eoque cuncta deuaſtante, inſtar delicatæ filiæ, quæ ob vnigeniti mortem in luctu ſit amariſſimo, ploratui te dedes cilicio accincta, cinereque conſperſa, quæ in maximo quoque luctu adhiberi mos eſt.* [a] *Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctũ amarum; quia repentè veniet vaſtator ſuper nos.*

2 *Vtinam luctum iſtum in peccatorum faceres pœnitentiam. Adueniente ſiquidem tam acerbo aduerſus nos hoſte, id vnum ſupereſſe poteſt armorũ genus, vna & ratio, quâ illi obſiſtere, eumdemque abigere poſſimus, ſi in cinere, & cilicio pœnitentiam agamus, amariſſimis fletibus noſtras abluentes ſcelerum maculas.*

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 FILIA *populi mei*, &c. Tunc non ſolùm vniuerſæ ablegabuntur deliciæ, ſed & pro

D deliciis ſummus tibi, ô delicata filia populi mei Ieruſalem erit & mœror, & luctus, iuxta illud Iſaiæ, [a] *Et erit pro ſuaui odore fœtor*, &c. *Et pro faſcia pectorali cilicium*, Et iuxta id Domini apud Amos, *Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum: & inducam ſuper omne dorſum veſtrũ ſaccum & ſuper omne caput caluitium, & ponam eam*, ſcil. terram Iacob, *quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius, quaſi diem amarum.* a Iſai 3. 24. b Amos. 8. 10.

C Et quidem quòd accinctio cilicij antiquitus fieret ad magnum conteſtandum mœrorem, atque in luctu, ſat ſupra probatum eſt, vbi in cap. 4. dicebatur. [c] *Super hoc accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate, quia*, &c. quod autem ad idipſum conteſtandum conſpergi mos fuerit & caput cinere, ex eo probari ſat poteſt, quod de Thamar violationem, expulſionemque deplorante in 2. lib. Regum dicitur, [d] *Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunicâ, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum ibat ingrediens, & clamans.* c Iere. 4. 8. *Cinere conſpergi mos fuit antiquis in luctu & mœrore.* d 2. Reg. 13. 19.

Porrò quod dicitur. (*Luctum vnigeniti fac tibi,*) quid ſibi velit, declaratur per id quod ſubiicitur, (*planctum amarum*) Moris enim eſt Sacrarum literarum, vt luctum magnum hoc vulgari exprimant adagio, hacque ſimilitudine luctus, qui fieret in morte vnigeniti à parentibus acerbiſſimè talem deplorantibus filium ipſis vnicè dile *Luctus magnus exprimi ſolet nomine luctus vnigeniti.*

dilectum vt columen familiæ, & ſpem poſteritatis, & quem primo, ſolumque natum ſuſceperunt. Quæ non ita efficaciter hoc loco expreſſiſſe videntur. Sept. dum Hebraicam vocem יחיד *iahhid*, quæ propriè ſolitarium, vnicumque ſignificat, vertere ἀγαπητῦ, dilecti: Quamquam dici queat, illos nomen dilecti haud genericè hoc loco vſurpaſſe, ſed pro filio qui ſit vnigenitus, adeoque & maximè dilectus parentibus; Prout & apud profanos auctores eamdem vocem vſurpari pro vnigenito ſolitam aſſerit S. Athanaſius in Orat. contra Arrianos in id Deus ex Deo, aliquantò poſt dimidium.

Dilecti nomē ſumptum aliquando pro vnigenito.

Athanaſius.

2 (*Quia repentè venit.*) Hebr. (*veniet vaſtator ſuper nos.*) Hæc eſt tanti mœroris, tantique luctus ratio, inquit Propheta, quia illico, & ex improuiſo Chaldæorum Rex Nabuchodonoſor ſuper ipſos Iudæos omnia vaſtans aduenilſſe conſpicietur, Sept. legunt. (*Super vos,*) Meliùs tamen noſtra Vulgata cum Hebr. habet. (*Super nos*) vt & ſemet cum iis adnumeret, quos mox populum ſuum appellarat, ſeque hac loquendi formâ eiuſdem pœnæ, eiuſdemque mœroris participem futurum ſignificat, vt qui illis ex corde compatiatur. Poſſunt hæc ipſa non minùs congruè accipi vt excitantia eumdem populum ad pœnitentiam, quam cum illo & ſe pariter agere velle ſubindicet Propheta Sanctus, cùm enim, inquit, repentè, & ex improuiſo Chaldæorum exercitus aduersùs nos venturus ſit vnicum ſupereſt armorum genus, vna & ratio, quo illi obſiſtere, eumdemque abigere poſſimus, ſi veram agamus pœnitentiam. Ob id quippe ad maximũ luctum, amarumque ad planctum filium excitat populi, nec non & ad cilicium, & cinerem, in quibus pœnitentiam antiquitus fieri ſolitam vel ex eo colligere eſt Euangelij, quo Dominus ait,[a] *olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent.*

Pœnitentia optimum armorum genus ad reſiſtendũ Dæmonibus.

a Matth. 11. 21.

VVLGATÆ.

Verſ. 26.] Filia populi mei, &c.

SEPTVAGINTA.

26. Θύγατερ λαῦ μυ περίζωσαι σάκκον, καταπάσσε ἐν σποδῷ, πένθος ἀγαπητῦ ποίησαι σεαυτῇ κοπετὸν οἰκτρὸν, ὅτι ἐξαίφνης ἥξει ταλαιπωρία ἐφ' ὑμᾶς.

Ver. 26.] Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere in cinere, luctum dilecti fac tibi planctum miſerabilem: quia repentè veniet miſeria ſuper vos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica: *Cœtus populi mei accingimini ſaccis, & operite capita veſtra cinere, luctum vnici facite vobis, planctum in amaritudine, quia repentè venient vaſtatores ſuper nos.* 1

Filia populi mei, &c. Hieronymus. *Quia ſupra dixerat: Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pauor in circuitu, & fugam quoque prohibuerat, docet quid facere debeant, vt conuertantur, ſcil. ad pœnitentiam, & hanc firmiſſimam, & ſecuram habeant armaturam. Vbi nos diximus, (Luctum vnigeniti fac tibi.) Pro vnigenito in Hebraico ſcribitur* יחיד *iahhid, quod magis ſolitarium quàm vnigenitum ſonat. Si enim eſſet dilectus, ſiue amabilis, vt Sept. tranſtulerunt* ידיד *iedid poneretur: quod & Salomoni nomen Deus impoſuit. Nihil autem dolentius quàm vnum vel ſolum perdere. Illud quoque quod nos interpretati ſumus. (Quia repentè veniet Vaſtator ſiue miſeria ſuper nos,) Sept. (ſuper vos) poſuerunt: cum multò Deus miſericordiùs dixerit, vt quicquid ſuper ſuum venturum eſt populum, ſuper ſe quoque venire teſtetur. Vaſtatorem autem propriè, vel Nabuchodonoſor, vel Diabolum ſignificat.*

Hieronym. *Pœnitentia ſecuriſſima armatura.*

Deus mala populi ſui ſuper ſe quoque venire aſſerit.

Vt exhortationem ad pœnitentiam accipit, hanc ſententiam Rupertus quoque Abbas, in Ierem. cap. 6.

Rup. Abbas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΘΥΓΑΤΕΡ λαῦ μυ περίζωσαι σάκκον.] τῦ χρυσοςόμυ.] τίνος ἕνεκεν; διὰ τὰ ἐπερχόμενα κακά. εἶτα καὶ τὰς αἰτίας ἐπάγει πάλιν τῆς πονηρίας. ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, ἅμα μὲν ἀπολογούμενοι, ἅμα δὲ ἀξιόπιςον ποιῶν τὸν λόγον.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] θυγατέρα λαῦ φησὶν, ἢ τοὺς Ἰυδαίους, ὡς μέρος τῦ παντὸς Ἰσραὴλ. ἢ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς μίαν πόλιν Ἰύδα. καὶ ταῦτα φησὶν, οὐχ ἵνα πάντως πάθωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ πάθος φυλάξονται.

Verſ. 26. FILIA *populi mei accingere cilicio, &c.*) 2

Chryſoſtomi.) *Propter quid? propter futura mala. Deinde cauſas delictorum iterum proſequitur, quod ſemper facit, ſimul & rationem reddens, & ſermoni ſuo fidem concilians.*

Incerti.] *Filiam populi dicit, vel Iudæos, vti totius Iſrael partem, vel Ieruſalem, vti vnã Iudæ ciuitatem: hæcque ait non vt omnino in ea mala incidant, ſed vt ea euitent.*

Incertus.

Verſ. 27.] Probatorem dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies & probabis viam eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

CONSTITVI[a] *te, dixit ad me Dominus, Prophetam ſuper Iudæos, quos præ omnibus Gentibus argentum, aurumque oportuiſſet, vt in prophetico exercendo munere inſtar probatoris, & conflatoris cum illis te geras magno cum robore, & ad diuinorum verborum ignem illos probes: ſcies namque & cognoſces peruerſam illorum viam & vitam, quia ipſos excoctos probabis, ſicque intelliges, & experimento animaduertes qualia demum ſint ſtudia, factaque eorum.*

a Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, ſeu, & cognoſces me in probando, ſeu, cùm probauero viam eorum.

2 b *Probatorem dedi te in populis probatis & scies, seu, & cognosces me in probãdo, seu cùm probauero viam eorũ.)*

Cùm illi ex probatione, & excoctione mea, ex flagellis, quibus ipsos purgare obnixus sum, nihil profecerint, tu pariter idipsum aggredere, vt vel igne adhortationum tuarum eos probare studeas: cumque tuo ministerio illorum probauero vitam, cognosces quales ij sint.

3 *Et quidem in hoc explendo munere probationis vitæ eorum, in quo & multi aliàs insudauerunt Prophetarum, cognosces me, quàm scilicet patiens fuerim in illis tam diu tolerandis, & quàm sim etiam iustus in ea quam de iis sumam vltionem.*

4 *Te namque inaniter laborante, dabo operam, vt me cognoscas quàm terribilis, & metuendus sim, idque in* B *probando vitam illorum per ignem consumentem.*

5 *Ne mœrore conficiaris, in populis Chaldæorum Regi obtemperantibus, sat à me per ignem imperij mei probatis, dedi & te quoque probatorem, vt tui pariter imperij igne illos probes, mandans eis, vt veniant super Iudaicum populum, sicque cognosces me, quando illis tibi parentibus, eorum probauero viam, quâ tendent, vt euertant & dissipent inobedientes Iudæos istos.*

6 c *Propugnaculum dedi te in populo, munitionẽ, & scies, & probabis viam eorum.*

[c] *Neque verò præ timore eos carpere refugias: quoniam ego elegi te, vt tamquam propugnaculum firmissimum, in quod omnia sua proiiciunt tela, sis populo huic. In te vnum sua iniicient probra, quibus & tu* C *probatus euades, & eorum probator, sic ad temetipsum, vt ad Lydium lapidem quales eorum sint mores explorans illis vt fortissima obsistas arx.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card.

PROBATOREM *dedi te*, &c. Hugo Cardinalis ad Nabuchodonosor Regem Babylonis, de quo mox, *Repentè veniet vastator super nos*, hæc à Domino habita censet: *Quia*, inquit, *sicut ignis probat metallum, vbi quod purum est purgatur, sed quod immundum est consumitur, sic mali attriti fuerũt à Nabuchodonosor, sed boni non, imò in magno honore habiti, vt Ieremias, Baruch, & alij, vel sicut probatur moneta proiiciendo eius partem in ignem, vt videant, si tantùm est ibi de argento quantùm esse debet, & alia retinent: Sic Nabuchodonosor quosdam retinuit, dimisitque in Ierusalem, alios autem quasi posuit in fornacem, ducens eos in captiuitatem.* Quod ad Nabuchodonosor, eiusque exercitum hæc locutus sit Dominus, asserit & Ioannes Alba in cap. 46. suæ Centuriæ Electorum Sacræ Scripturæ, vbi hunc cum tribus sequentibus explicat versum asserẽs, tantumdem esse probatorem ac vastatorẽ. *Sumptâ*, inquit, *metaphorâ à re metallaria, secundùm quã probare est examinare, conflare & decoquere metalla igne applicito, idem verbum hoc loco est punire, perdere, & vastare, sicut nonnumquam sumuntur verba, Quærere & scrutari*, Iob 10. [a] *Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris.* Additque scire vias dictum pro, vlcisci peccata, & punire scelera, cùm sermo sit de viis prauis, vt sciendi verbum alias quoque in vsu sit pro Vlcisci, & punire: quod probat primùm ex eo Apostoli quo ait, *Et* [b] *si cognouimus secundùm carnem Christum*, id est, Et si priùs quàm ego Euangelio crederem, spirans minarum & cædis puniebam, & affligebam Christum, persequens Christianos: *sed nunc iam non nouimus*, id est, minimè eum ampliùs persequor: Tum ex illo Hoseæ, [c] *Scito te Israel stultum Prophetam.* Vt quod hîc dicitur tale sit, *Te, ô Rex Babylonis constitui mittere ad vastandum populum meum ob eius peccata: Efficiam te potentissimum bellatorem, vt per te puniam scelera, quæ ille* A *in me admisit.*

Ioan. Alba.

Probare pro punire, & vastare.

a Iob. 10. 6.
Scire pro Vlcisci, & punire.

b 1. Cor. 5. 16.

c Hose 9. 7.

2 *Prædicator & Prælatus bonus similis probatori, & excoctori metallorum.*

Meliùs cum cõmuni tum nostrorum, tum Hebræorum sententia Deo quidem hæc tribues, sed vt ad Ieremiam habita, per quæ illi significet, se eum constituisse Prophetam super Iudæos, quos præ omnibus Gentibus electos argentum, aurumque esse oportuisset, vt in prophetico munere exercendo instar excoctoris gerat sese cum illis, & ad ignem diuinorum verborum arguendo, increpando, monendo, & prædicando ignitum Dei eloquium illos qualemquemque reperiat, probet. Quo in excoctionis opere B cùm magni subeundi essent labores, adeóque & magnum opus esset robur, bene non quemlibet Ordinarium, sed (*robustum*, inquit, *probatorem in populo meo dedi te.*) Cæterùm in eo quod additur, (*Et scies, & probabis viam eorum.*) particulam (*Et*) secundò repetitam crediderim positam pro causali particula. *Quia* prout & aliàs obseruaui sępe, vt sensus sit, Scies, atque cognosces peruersam illorum viam, & vitam, quia ipsos excoctos probabis: quod meliùs mox explicatur in sequentibus. Quòd si ipsam particulam, (*Et*) secundùm propriam sumere velimus significationem, eorumdem, C sensus erit, cognosces, atque adhortationum tuarum igne probabis, seu, Intelliges, & experimento animaduertes, Italicè, *T'accorgerai, & toccarai con mano*, qualia sint studia factaque illorum, vnde mox subdit, *Omnes isti Principes declinantes, &c.*

Prædicator & Prælatus bonus qualem notitiam habere debeat auditorũ & subditorum.

3 *Prædicator & Prælatus bonus quale robur habere debeat.*

Hebræi, iique ex nostris, qui ipsos sectantur, multò aliter hæc desumunt: Siquidem primam vocem בחון *babhon*, quam noster interpres sequutus Sept. accepit vt participium præsentis temporis, quod vocant Benoni, verbi בחן *babhan* probare, explorare, excoquere, examinare, adeoque verbali nomine reddidit, *Probatorem* illi D vt simplex accipiunt nomen, quod arcem, munitionem, aut propugnaculum significat, ad idẽque nomen referunt subsequens vocabulum מבצר *mibtzar*, munitionem item, ac robur designans à verbo בצר *batzar*, Munire, roborare, Prohibere, & claudere. Pagninus, (*Munitionem dedi te,*) Regia, (*Propugnaculum dedi te in populo meo, munitionem, & scies, & probabis viam eorum.*) Isidorus Clarius etiam. (*Propugnaculum dedi te in populo meo robustum, Et scies & explorabis viam eorum.*) Vatablus in Annotationibus, (*Arcem. Arci munitissimæ similem te reddidi, proinde sine vllo* E *metu illos carpe, non poterunt tibi nocere, vt cognoscas, & explores*, Vel, *cognosce ergo, explora, & examina viam eorum,*) Secundùm quas interpretationes locus iste alteri similis est, quo in capite primo à Domino item dicebatur, [d] *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murũ æneum*, &c. *Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt: Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos*, &c.

d Iere. 1. 18.

4 4. Sensus Hebraicæ lectionis.

Hebraicam istam interpretationem simul cum lectione Vulgatæ connectit haud planè incongruè Christophorus à Castro hunc afferens sen- F sum vtramque complectentem. Ne te mœrore conficias, neve timore refugias carpere eos. Nam ego elegi te, vt tamquam propugnaculum firmissimum, in quod omnia sua tela proiiciunt, sis tu populo huic. In te vnum sua omnia proiicient iacula probrorum, sua maledicta excutiẽt, sua odia ostendent: quâ ratione & tu probatus euades, & eorum probator, dum sic qualis quisque sit explorabis, omnes esse apostatas ostendes. Vt enim ad Lydium lapidem periculum fit

Prædicator & iustus qui persecutionibus probatur, probat qualis quisque sit. Christoph. à Castro.

Iustus qui instar lapidis Lydij.

de au

de auro, & argento, ſic ſinguli Iudæorum mores, & animus probabatur ad lapidem probatum, & indefectibilem ob Dei permiſſionem Ieremiam qui perquam ſimilis eſt hac in re lapidi probato, [a] angulari, pretioſo Chriſto, de quo Sanctus ille Senex in Euangelio, [b] *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.*

a Iſa. 28. 16.
b Luc. 2. 34.

In Codicibus verſionis Sept. non exiguam varietatem in ſecunda parte reperio. Primã enim æquæ omnes legunt, (*Probatorem dedi te in populis probatis*) Complutenſis enim, Regiuſque & alij habent, *καὶ γνώσῃ ἐν τῷ δοκιμάσαί με τὴν ὁδὸν αὐτῶν.* (*Et ſcies cùm probauero viam eorum.*) Correctior autem Vaticanus legit. *καὶ γνώσῃ με ἐν τῷ δοκιμάσαί με τὴν ὁδὸν αὐτῶν.* (*Et cognoſces me in probando viam eorum.*) Adeoque duplicem afferre eſt ſenſum. Primum, in populis per multa flagella probatis & excoctis dedi & te probatorẽ, vt cùm illi ex probatione, & excoctione mea, atque ex flagellis, quibus ipſos purgare obnixus ſum, nihil profecerint, tu quoque idipſum aggrediatis, vt igne adhortationum tuarum eoſdem probare ſtudeas: Cumque ipſe tuo miniſterio eorum probauero vitam, cognoſces re vera, eos omnes eſſe rebelles, ſeu inobedientes, &c. vt in ſequenti verſu. Secundum: in populis iam ſæpius ad ignem verbi mei per multos Sanctorum Prophetarum eos monentium abſque vllo profectu probatis, dedi te quoque probatorem, vt vel igne exhortationum, minarumque tuarum ipſos excoquere enitaris. Et planè in hoc explendo munere purgationis vitæ eorum cognoſces me, quàm ſcilicet patiens fuerim in illis tamdiu tolerandis, & quàm ſim pariter iuſtus in flagellis, & cladibus, quibus in eos vlciſcar. Vel tertiò: Teque inaniter laborante in monendis Iudæis, iiſdemque probandis, efficiam vt cognoſcas me, in probando ſcil. me viam eorum, id eſt, Dabo operam, vt me cognoſcas, quàm terribilis, & metuendus ſim, idque in probando, & excoquendo vitam illorum per ignem conſumentem acerbiſſimorum ſuppliciorum. Sic iuxta hos ſenſus in eo quod dicitur. (*In populis probatis,*) plurale poſitum eſt pro ſingulari, prout aliàs ſæpe, idque non ſine ratione, iuxta celebrem illam Sacræ Scripturæ phraſim, quâ ad exprimendam alicuius rei magnitudinem plurali illam nuncupant nomine, quomodo & Deum אלהים *Elohim*, Dij, & Diabolum בהמות *behemoth*, id eſt magna beſtia, Sic Iudaicus populus tantæ magnitudinis, vt plures in ſe continere videatur populos, pluraliter eſt appellatus Populi.

1. Senſus. Lect. Sept. *Ex Prædicationis ſtudio dignoſcitur audientis vita.*

2. Senſus, Lect. Sept. *In muneribus Prædicationis, & Prælaturæ deueniũt plerique in cognitionẽ, & populi, & Dei.*

3. Senſus. Lect. Sept.

Plurale poſitum pro ſingulari ad ſignificandã rei alicuius magnitudinem.

6 Addo & quartum eiuſdem lectionis Sept. iuxta Codicem Vaticanum ſenſum iſtum, quo per populos non tam Iudaicus, quàm Gentiles deſignati ſumuntur populi, qui probati dicuntur ad diuini verbi, diuinique ignem imperij, quo collecti ſunt aduersùs Iudæos, cui & vt obedirent promptiſſimos Deus animaduertit. Vt ſenſus ſit, in populis ſat à me probatis dedi te pariter probatorem, vt videlicet tui quoque imperij igne illos probes, mandans vt veniant ſuper Iudæos: ſicque cognoſces me, cùm illis tibi obtemperantibus probauero eorum viam, quâ tendent vt euertant, & diſſipent Iudæos iſtos inobedientes, &c. vt ſubditur in ſequenti verſ. 28. Sic locus iſte ſimilis ei erit, quo in capite primo eidem Prophetæ dixit Deus, [c] *Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas,* &c. Non rarò enim in hoc libro eſt reperire Ieremiam imperanter Chaldæos, Regemque Babylonis alloqui, vt aduersùs Iudæos inſurgant, ſitque iuxta hunc ſenſum egregius parallellus inter Gentiles populos, populumque Iudæorum, Gentilibus exiſtentibus obedientibus, & viam terentibus obedientiæ, quâ obſecuturi erant & Deo, & Prophetæ, progredientes contra Iudaicum populum, qui è contra tam Deo, quàm Prophetæ inobediens erat, & ambulans peruersè, ſic enim ſubiicitur iuxta eãdem verſionem Sept. *Omnes inobedientes,* &c. quod in noſtra Vulgata ſic habetur. *Omnes iſti Principes declinantes,* &c.

4. Senſus, Lect. Sept. *Iuſſibus cũ imperio agit cũ hoſtibus humani generis, eoſque ſibi obſequentes inuenit.*

c Ier. 1. 10.

Prædicatori ſancto obediẽtes Deus exhibet hoſtes, per quos puniẽdos minatur inobediẽtes auditores.

7 Petrus à Figueira Vulgatæ explicans lectionem nullam haberi hîc cenſuit alluſionem ad metallorum excoctionem. Confirmari enim, inquit, Prophetam vt perſeueret in prophetando etiam dura, & moleſta populo, ideoque datum eum dici probatorem robuſtum, id eſt durum & inuictum. Res quippe ait, quæ aliam probat, debet eſſe robuſtior, & validior. Vnde quod adiectum eſt, (*Et probabis,* &c.) ita exponit. Vt vas figuli probatur ictu, ſic homo admonitione, nam humilis reſpondet humiliter, & veluti ſono integro: Superbus autem ſuperbè & incompoſitè, ſine vlla virtutis harmonia, & concentu. Ex conſequentibus tamen manifeſtè patet, hîc cæptam allegoriã excoctoris metallorum, prout hucuſque proſecuti ſumus.

Petrus à Figueira. *Arguens probare dicitur illos quos arguit.*

Verſ. 27.] Probatorem dedi te in populo meo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 MORALE id primum ex his deducitur. Prælati cuiuſque illud in primis eſſe muneris, vt ſedulo ſtudio, & experimentali quoque probatione norint qualis ſit ſubditorum quiſque, qualia ſint ſingulorum ſtudia, quales & quorumcumque virtutes, veræ ne an ſimulatæ, iuxta illud Prouerbiorum, [a] *Diligenter,* ſeu *ſcienter,* vt legit Ambroſius lib. 3. epiſt. 11. *agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.* Quod in Epiſcopo Epheſi commendans in lib. Apocalypſis Dominus ait, [b] *Scio opera tua & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inueniſti eos mendaces.* Porrò probationem iſtam ſubditorum ſuorum igne efficere debet exhortationum, increpationum, atque mortificationum, ſtrenuè in ſuo munere peragendo inuigilans, nullius retardatus timore. Ideo quippe hic datus à Deo dicitur fideli populo probator, *robuſtus* & peruulgata eſt ea Eccleſiaſt. ſententia, [c] *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.*

Prælati boni debent probare, & noſcere ſtudia, & mores ſubditorum.

a Prou. 27. 23.

b Apoc. 2. 2.

Prælati quomodo probare debeant igne ſubditos.

VVLGATÆ.

Verſ. 27.] Probatorem dedi te, &c.

SEPTVAGINTA.

27. *Δοκιμαστὴν δέδωκά σε ἐν λαοῖς δεδοκιμασμένοις, καὶ γνώσῃ με ἐν τῷ δοκιμάσαί με τὴν ὁδὸν αὐτῶν.*

Verſ. 27.]

Verſ. 27.] Probatorem dedi te in populis probatis: & cognoſces me, in probando me viam eorum. A

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 *Sother Pap. Diſcretio ſpiritus quàm neceſſaria Epiſcopis.*

PARAPHRASIS Chaldaica. *Electum dedi te in populo meo quaſi ciuitatem fortiſſimam, & notificabis, & annunciabis eis vias ſuas.*

Probatorem, &c. Tomo 1. Conciliorum, in epiſtola Sotheris Papæ ad Epiſcopos Italiæ. *Conſurgite chariſſimi cum Deo, & aſſiſtite ei, induentes arma Spiritus aduerſus malignantes contra fidẽ eius, & probetur Spiritus ſapienter, id eſt verba illorum, ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Ieremia, (Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam illorum. Multùm namque nobis neceſſaria eſt vigilantia tanti Sacramenti ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque compræhenditur doloſa exiſtens malitia pro eo quod ſibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentẽ latere.* B

Hieronymus. *Datur Propheta populo incredulo probator robuſtus, quod Hebraicè dicitur,* מבצר *mibzar, quod vel munitum, iuxta Aquilam, vel clauſum, atque circundatum, iuxta Symmachum, & Sept. ſonat, inſtar vrbis firmiſſimæ, vt nullus populi pertimeſcat inſidias.* Hieronym. *Fortitudo quàm neceſſaria Prælato & Concionatori.*

Theodoritus. *Denunciat Propheta, vt Iudæorum obſeruet iniquitates. Probatorem enim, inquit, dedi te in populo meo concluſo: & conſiderabis probando viam eorum: Ac ſi dicat. Non fatigèris circumiens multas vrbes, & agros: quia metu belli cuncti congregati ſunt in Ieruſalem.* 2 Theodoret. *Prælatus obſeruet ſubditorum peccata rationes.*

Martinus Papa I. in Concilio Lateranenſi 1. Conſultat. 3. *Conſurgere*, inquit, *cum Deo debemus, & conſiſtere promptè ei, induentes arma Spiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus Spiritus Sapienter, id eſt verba illorum:* (ſc. Hæreticorum) *ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Ieremia. (Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam illorum.) Multa namque nobis eſt neceſſaria vigilantia, & tantum diuinæ ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque compræhenditur doloſa exiſtens malitia.* Martinus Papa. *Prælati quã debeant eſſe vigilantes, & perſpicaces.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΟΚΙΜΑΣΤΗ'Ν δέδωκά σε ἐν λαοῖς δεδοκιμασμένοις.] B

Τοῦ χρυσοστόμου.] τὴν ὑπερβολὴν λέγει τῆς πονηρίας, ὅτι μηδὲ ἡ πολιορκία ἐποίει βελτίους αὐτούς. ἰδοὺ, φησὶν, ἐπιτρέπω σοι δοκιμάσαι αὐτῶν ἐν καιρῷ. ἐν ᾧ καὶ εἰ σφόδρα ἦσαν ἀναίσθητοι, σφόδρα ἂν ἐγένοντο βελτίους. οὐδεὶς γὰρ, οὐδείς ἐστιν, ὅστις ὑπὸ τοῦ φόβου, κἂν σφόδρα ἦ τραχὺς οὐ μαλάσσεται.

[καὶ γνώσῃ ἐν τῷ δοκιμάσαι με τὴν ὁδόν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] γνώσῃ ὡς οὐδὲν ἴχνος ἐν αὐτοῖς ἐν καιρῷ, καὶ τοὺς ἄγαν ἀναισθήτους ἱκανῶν ποιῆσαι βελτίους διὰ τὰ συνέχοντα τούτους κακά. C

Verſ. 27. PROBATOREM dedi te in populis probatis, &c.) 5

Chryſoſtomi.] *Exuperantiam inquit iniquitatis. Quòd nec obſidio meliores ipſos effecit. Ecce Permitto tibi inquit, vt probes eos tempore, quo etſi planè ſenſu carerent, certè meliores euaderent. Nemo enim, Nemo eſt, qui etſi oppidò durus, timore non emolliatur.* Chryſoſt. *Duriſſimus in malo est quem nec timor emollit, nec angustia.*

(*Et cognoſces me, in probando me viam eorũ.*)

Incerti.] *Nullum in ipſis veſtigium agnoſces eo tempore, quòd & valde inſenſatos meliores poſſet efficere propter mala quibus opprimuntur.* Incertus.

Verſ. 28.] Omnes iſti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuerſi corrupti ſunt. D

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Omnes iſti principes declinantes* (*ſeu Inobedientes, ſeu peruerſi peruerſorum aut Rebelles rebellium.*

COGNOSCES [a] *autem, Iudæos ipſos vniuerſos, qui viam Domini alioquin ambulare profitentur, & in lege eius gloriantur, ſe habere inſtar principum à lege ſolutorum, inobedientes, à via declinantes bona, & ab itinere tutiſſimo obſequij, cultuſque Dei ſui ad peruerſiſſimas, multipliciumque ſcelerum ſemitas, adeòque & peruerſorum, & rebellium apoſtatarum, ac contumacium eſſe præcipuos. Totum* [b] *eorum ſtudium, viuendique rationem eò directum, vt vnuſquiſque ſuum decipiat proximũ, fraudulenter, ac doloſe & in verbis, & in operibus, & in conuentionibus ſeſe habentes, Inſtar mercatoris, qui ad vnum quæſtum, emolumentumque proprium coniectos & oculos habens, & intellectum nec mendaciis nec fraudibus parcit vllis.*

b *Ambulãtes fraudulẽter,* (*ſeu pranè, aut delatoriè & in delatione.*)

2

3 *Et inſtar proxenetæ verba hinc inde deferentis, ac vtramque contrahentium decipientis partem.*

Seu etiam inſtar detractoris qui è domo in domum aliorum deferens verba diſcordias diſſeminat. 4

Et inſtar accuſatoris, ex aliorum delatis criminibus aliquid ſibi commodi reuehentis. 5

Quin & Diabolo etiam in mendaciis, & in fraudulento tortuoſoque itinere ſimiles ſerpenti tortuoſo. [c] *Nil iam in illis eſſe conſpicies argenteæ puritatis, quin potiùs infima, & peſſima quæque eos reperies metalla, qualia ſunt æs, & ferrum, peccatorũ nigrore deformes, omniſque expertes charitatis, facti velut æs ſonãs in ſola externa legalium ceremoniarum apparentia, frontis chalybeæ, & ferreæ duriſſimi, impudentiſsimi, obſtinati, incorrigibiles, & inflexibiles inſtar æris, ac ferri. Vniuerſi* [d] *corrupti ſunt moribus, corruptâ argenti, quæ in eis erat puritate: ſicque corrupti ſunt, vt & aliorum quoque facti ſint corruptores, corruptionem ſuã in proximum quemque transfundẽtes: & propter idololatriæ ſcelus puriſsimam inſtar argenti Dei gloriam corrumpentes, eamdemque in atra, & vilia metalla commutantes, corrupti planè & ipſi, ſimileſque effecti æneis, ac ferreis quæ coluerunt idolis.* 7 E

c *Æs* (*ſive chalybs*) *& ferrum.*

d *Vniuerſi corrupti ſunt* (*ſive omnes ipſi corruptores ipſi.*)

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 OMNES *iſti Principes*, &c. ad viuum peruerſa exprimitur per hæc Iudæorum viuendi ratio, quam per excoctionem, ac probationem Prophetæ cognoſcendam mox dixerat Dominus, *Et ſcies & probabis viam eorum:* Exprimiturque duplici ſeruatâ metaphorâ, quæ ibi aſſumpta fuerat, viæ, atque probationis, excoctioniſque metallorum. Cognoſces inquit, Iudæos omnes, qui viam Domini ambulare profitentur, & in lege eius gloriantur, instar principum à lege ſolutorum ſe habere, quod manifeſtiùs expreſſerunt Sept. legentes, *(Omnes inobedientes:)* declarauitque & noſter Interpres, addens, *(Declinantes)* ab ipſa nimirum legis diuinæ via bona, & recta, & ab itinere tutiſſimo cultus, & obſequij Dei ſui, ad peruerſiſſimas Idolorum, multipliciumque ſcelerum ſemitas.

Inobedientes appellati Principes declinantes & peruerſiſſimi.

B

In Hebraico textu pro duabus his vocibus, *(Principes declinantes)* habetur סרי סררים *ſare ſorerim*, quarum poſtremam vocem participium eſſe actiuum verbi, סור *ſur*, recedere, declinare, diuertere, apoſtatare, deficere, & ſimilia cõiugationis quam vocant Pongel, ſat conſtat: primam verò duobus modis accipi reperio, vel vt ſimplex nomen principem deſignans, vt, סרי *ſare* cum litera *ſamech* ſit pro שרי *ſare* cum littera *ſin*, harum enim duarum literarum ס *ſamech*, & ש *ſin* ſæpe altera pro altera poni conſueuit, quomodo id ſumpſit noſter Interpres, & Rabbi Dauid Kimchi poſt R. Ionah, quos ex noſtris ſecuti ſunt Pagninus vertens, *(Omnes ipſi Principes declinantes,)* & Vatablus in Annotationibus, *(Omnes Principes declinantium,)* id eſt, declinantes. Vel vt actiuum participium dictum Benoni coniugationis Kal verbi item סור *Sur* in regimine, ſicque, vt in theſauro notatum habes, alij hæc vertunt, *(Peruerſi peruerſorum,)* id eſt, peruerſiſſimi, Alij *(Rebelles rebellium,)* id eſt, nobiliſſimi rebelles, ſicut Rex Regum, & Dominus dominantium: quomodo id ſumpſère & interpres Regiæ, vertens, *(Omnes iſti apoſtatæ contumacium.)* & Vatablus in ſua verſione, legens, *(Apoſtatæ ſunt omnes, apoſtatæ inquam.)*

C

D

2 Cæterùm de vi iſtiuſmodi participij סר *ſar*, ſeu סרר *Sorer* egimus ſupra in prima expoſitione eorum uerborum, Verſ. 23. capitis quinti, *Populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans.* Vide ibi plures eius ſignificatus, qui omnes & huic quoque ſententiæ competunt. Quibus & tria adde Scripturæ loca ad eamdem ſententiam conferentia, Primum, illud Pſalmi 67. vbi idem verbum in Vulgata ſic exprimitur, [e] *Similiter eos qui exaſperant.* Secundum, id Deuteronomij 21. [f] *Filius noſter proteruus*, & ſorer, id eſt, *contumax, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat & luxuriæ.* Et tertium, Prouerb. 7. *vbi Sorereth* duobus vocabulis expreſſit Hieronym. [g] Vaga, & quietis impatiens. Quæ ſi & præſenti applicentur ſententiæ, percipiemus ſanè meliùs, quàm aptè ea quæ ſubſequuntur adiecta ſint.

E

e Pſal. 67. 7.
f Deuter. 20. 20.
g Prou. 7. 11.

F

3 *(Ambulantes fraudulenter.)* Sept. *(Ambulantes* σκολιῶς ſcholios, id eſt, *praue*, ſeu *peruerſe*.) Quibus explicatur magis ſub aſſumpta viæ metaphora, quâ ratione Iudęi adeo peruerſè & à Deo, & ab illius lege declinauerint, vt principes declinantes dici debuerint, ſeu duces declinantiũ, &c. vt ſupra. Quia videlicet totum eorum ſtudium, totaque viuendi ratio eò directa erat, vt vnuſquiſque proximum ſuum deciperet, fraudulenter, ac doloſè, & in verbis, & in geſtis, & in mutuis conuentionibus ſeſe habentes. Quod apertiùs & ſupra explicatum vidimus in verſ. 13. vbi dicebatur, *A minore quippe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.*

Auaritia cauſa peruerſitatis populi Iudæi.

Ad viuum autem fraudulentum iſtud iter, doloſumque ſtudium, & hoc loco vnicâ Hebraicâ exprimitur voce רכיל *rachil*, quam Pagninus vertit, *(Delatoriè,)* Vatablus in Annotat. *(In delatione, aut ſtudioſi delationis.)* A verbo רכל *rachal*, negotiari, Mercari, merceſque deferre, ac verba, vnde & nomen רוכל *rochel*, ſignificans delatorem, mercatorem, inſtitorem aromatarium, ſeu pigmentarium aromata communiſcentem; Sumptâ itaque hac ipsâ voce aduerbialiter, prout eam ſumpſère Sept. & noſter Interpres, ac plerique Hebræorum, per eam ſignificatur, Iudæorum quemque tunc temporis ſe habuiſſe vt mercatorem, Italicè, *à modo di Mercante*, qui ad vnum proprium commodum, & emolumentum coniectos & oculos habet, & intellectum, ideoque nec mendaciis parcit, nec fraudibus: vtque delatorem tam videlicet mercium ſuarum, quæ & aliis diuendere, & impertire ſatagit: quam etiam verborum, quæ vel inſtar proxenetæ hinc inde defert, vtramque contrahentium decipiens partem, vel vt detractor è domo in domum deferet, diſcordias inter fratres diſſeminans, vel vt accuſator, quò è delatis aliorum criminibus aliquid ſibi reuehat commodi. Et denique vt pigmentarius diuinæ legis aromata veris falſiſque commiſcens doctrinis, atque dogmatibus, ita vt id ſignificetur fuiſſe ſingulorum ſtudium, quod Italicè diceremus, *Da imbreglione.*

4 *Impij tractare dicuntur inſtar Mercatoris.*

Impius tractare dicitur vt Proxeneta, vt Accuſator, & vt Detractor.

Sed & per aduerbium Græcum, quo vſos diximus Sept. peregregiè peruerſiſſima iſta expreſſa eſt Iudæorum viuendi ratio, cùm ambulantes dicti ſint σκολιῶς *ſcholios.* Siquidem ita mendaciis addicti ij erant, & fraudibus, vt planè Diabolo eſſent aſſimilandi, quem & patrem mendacij appellauit in Euangelio Ieſus, [g] & callidiſſimum, ac verſutiſſimum in libro Geneſis aſſeruit Moyſes, [h] σκολιῶς *ſcholios* enim intortè, ac tortuoſè ſignificat, & Diabolo peculiare tributum nouimus nomen ſerpentis, & Colubri tortuoſi, iuxta illud Iſaiæ, [i] *In die illa viſitabit Dominus in gladio duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum.*

Impij in contractando ſimiles Diabolo.

g Ioan. 8. 44.
h Gen. 3. 1.
i Iſai. 27. 1.

(Æs, & ferrum.) Quod ſeruatâ viæ metaphorâ dixit, *(Ambulantes fraudulenter.)* Idipſum & alterâ confirmat, quæ ſuperiùs item vſurpata fuit metaphorâ probationis, & excoctionis. Non ignoro, a diuerſis diuerſimodè hæc explicari Hebræis, eorumque ſectatoribus aliquibus ex noſtris, per mixtionem æris & ferri confirmari id aſſerentes, quod iuxta Hebraicum textum dicebatur. *(Ambulantes in mixtione.)* Quod ita explicat R. Dauid Kimchi in lib. Radicum, Vt miſcetur æs ferro, vt facilè ipſum fundatur ferrum, ſic ipſi miſcentur alter cum altero, vt noceant, & lædant, Seu, vt eamdem ſententiam refert in ſuis Scholiis Iſidorus Clarius, per æs, & chalybem Principes accipiens, per ferrum verò reliquos è populo illorum miniſtros, Miniſtros, inquit, intelligi volunt, qui Dominorum mandata crudeliter exequebantur contra pauperes. Æs, ſiue 5

Impij vniti ad nocendum proximis vt æs & ferrum in armis.

R. Dauid.
Iſid. Clarius.

siue chalybs coniungitur ferro, vt fiant arma, sic alter alteri adhæret ad facienda mala. Cui sensui fauere videtur Chaldaicus Paraphrastes, *Sicut commiscetur æs cum ferro.* Quod ita nostræ aptare possemus lectioni Vulgatæ, *Ambulantes fraudulenter æs, & ferrum.* Ac si dicatur: Pleni sunt dolo & fraude, sicut æs, & ferrum mixtum, quod colore præ se fert chalybem totum.

Impij similes æri, & ferro mixto ob hypocrisim.

6 Sunt qui arbitrantur, fraudulentam Iudæorum peruersitatem, de qua mox sermo habitus fuerat, magis per hæc confirmari, & exprimi, quod iidem in illa impudentissimi & durissimi, ac obstinatissimi instar æris, ac ferri extiterint, ita Nicolaus de Lyra, dicens, (*Æs, & ferrum, id est, incorrigibiles:*) Clariusque in suis Annotationibus Vatablus. *Vt æs & ferrum*, inquiens, *id est frontis sunt chalybeæ, & ferreæ*, id est impudentissimi. Quem sequutus est Ioannes Maldonatus in suis Comment. dicens. *Æs, & ferrum, scil. sunt, id est, duri sicut æs, & ferrum, vniuersi impudentes, ac inflexibiles.* Ioannes quoque Pineda Comment. in vers. 24. cap. 20. Iob. num. 5. *fortè ait, hoc Ieremiæ loco de duritie ærea, aut ferrea impudentis, & procacis frontis agitur, contrariâ fortè ratione, quâ Aristonides ille artifex cùm exprimere vellet (auctor Plinius lib. 34. cap. 14.) Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentem, pœnitentiamque, ferrum, & æs miscuit, vt rubigine eius per nitorem æris relucente exprimeretur verecundiæ rubor. Sed inuerecundiæ tamen durities per æs, & ferrum commista commodè repræsentatur.* Andreas Cappella ob vitiorum rubiginem æs, & ferrum Iudæos dictos asserit, vt sensus sit, Quemadmodum æs, & ferrum quod rubiginem contraxit illos omnes esse corruptos. Quod est consonum Plutarchi sententiæ, quâ in lib. de his qui tardè à Numine corripiuntur, ait, *In flagitiis obduratio, quemadmodum in malo ferro rubigo, putredo est: quam si durius tetigeris, illico frangitur.*

Impij dicti æs, & ferrum ob duritiem & obstinatã impudetiam. Nicolaus de Lyra. Vatablus. Ioan. Mald. Ioan. Pineda. Plinius. Andr. Capp. *Impij dicti æs, & ferrum ob vitiorum rubiginem.*

7 Quicquid tamen sit de his Expositionibus, illud mihi certum est, Deum in his persistere (vt dicebam) in metaphora probationis, & excoctionis, ac explorationis metallorum, per quam & in superiori versu Prophetæ asseruit, ab illo cognoscendum, quò tandem Iudæi deuenerint peruersitatis, cùm tam nihil in illis esse conspiciet argenteæ puritatis, quin potiùs pessima quæque ipsos reperiet metalla, qualia sunt æs, & ferrum, peccatorum nigrore deformes, solaque in externa quadam legalium cæremoniarum apparentia, omnis expertes charitatis factos velut æs sonans, [a] repletos omni iniquitate, vt de Gentibus in reprobum sensum à Deo traditis ait Apostolus, malitia, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidiâ, homicidio, contentione, dolo malignitate, &c. quasi æs Italicè, *bronzo*, quod plura in se continet metalla.

Sensus Auctoris. *Impij dicti æs, & ferrum quia solâ externâ apparentiâ contẽti sine charitate pleni sũt omni vitiorũ deformitate.* a Rom. 1. 29.

8 Hunc esse germanum præsentis sententiæ sensum ex simili intelligere est locutione, quâ idemmet Deus, deque iisdem Iudæis ad Ezechielem ait, [b] *Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt.* Bene, *facti sunt*, haud certè ab alio, quàm à se ipsis: Deus quippe argentum electum, purum, candidum, ac fulgens, & pretiosum eos effecerat, quando illos elegit ex omnibus populis, vt essent gens sancta, Regale Sacerdotium, populus acquisitionis: exhibens eis adoptionem filiorũ, & gloriam, & testamentum, & legislationem, & obsequium, & promissa, vt inquit Paulus, [c] Meritóque de ipsis per alium Prophetam cum iisdem conquerens ait Dominus, [d] *Argentum tuum versum est in scoriam*, vbi scoriæ nomine id omne intelligitur, quod ab argenti natura & puritate recedens fit, vt ex præcitato Ezechielis loco apertè deducitur, & ex vi Hebraici vocabuli סיג *Sig* a verbo סוג *sug* retrocedere, alienari, alienumque & extraneum fieri, proptẹr quam retrocessionem, & alienationem à diuinis eloquiis, quæ illis singulari priuilegio credita fuerant, argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum septuplum, meritò vt impij סיגים *sighim* scoriæ, æsque & ferrum numcupati sunt ab illo, de quo Regius Vates in Psalmo 118. iuxta versionem Hieronymi ex Hebræo, [e] *Tamquam scoriam inquit computasti omnes impios terræ*, quod in Vulgata dicitur, *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.*

b Ezech. 22. 18. *Iudæi, & Peccatores qui que se ipsos fecerunt, & faciunt æs, & stannum, & ferrum cùm à Deo alioquin effecti essent argentum purum.* c Rom. 9. 4. d Isai. 1. 22. *Impij sũt scoria argenti.* e Psal. 118. 119.

9 *Vniuersi corrupti sunt.* Declaratiua sunt præcedentium, quæ sub duabus metaphoris, probationis, atque itineris dicta fuère: vt intelligas catenus in conflatione à Propheta facienda de Iudæis ad ignem verbi Dei, sanctarumque monitionum, & increpationum eidem Prophetæ eos cognoscendos esse æs, & ferrum, quatenus vniuersi corrupti sunt moribus, corruptâ argenti, quæ in illis erat puritate: catenusque eosdem item Prophetæ inspiciendos esse Principes declinantes, contumaces, inobedientes, ac peruersissimos, quatenus vt per alium Prophetam dicitur, [f] *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Peruersitas summa in populo, cum in illo vniuersalis est morum corruptio. f Psal. 13. 1.

In textu Hebraico efficacius explicatur per hæc id quod supra dictum fuerat, (*Omnes Principes declinantes*, seu *duces declinantium*,) est enim vox משחיתים *mashhithim* quæ vel est participium actiuæ significationis, vel est nomen verbale, adeoque bene hæc ita vertunt Pagninus, & Regia. (*Omnes ipsi corruptores*) recteque & vertes, (*Eorum singuli quique sunt corrumpentes*) aliorum scilicet mores, vt pote vitiosi, & vitiorum magistri, atque vt dicitur in Euangelio, [g] *Cæci, vt duces cæcorum.* Et quidem sicut in rebus corporalibus obseruare est, vt pars quæ corrupta est carnis contiguam paulatim corrumpat, id quod & in fructibus contingit, & in arboribus. Ita & qui vitiorum corrupti sunt labe in anima, alias quoque animas corrumpant operæ pretium est, quas proximas habent, & cũ quibus conuersantur. Vnde bene in præcitato Psalmi loco, quo dicebatur, *Corrupti sunt*, adiectum illico fuit, & *abominabiles facti sunt*: quia Iudæorum illorum, & quotquot eis in prædicta corruptione morum sunt similes, nemo dignaretur familiaritate, & conuersatione, quin & auditu, vel visu, ne eorum particeps quoquo pacto fieret corruptionis, fœtoris, ac mortis.

Impij non solùm corrupti, sed & corruptores aliarum animarum. g Matth. 15. 14. Simile. *Impij abominabiles vt cadauer corruptum.*

10 Sed & id quoque hîc ponderandum, congruentissimè eosdem Iudæos, quos æs, & ferrum dictos vidimus, & corruptos dici, & corrumpentes, aut corruptores; corruptos, quia argentum eorum conuersum est in scoriam, in æs, atque in ferrum, iuxta axioma illud philosophicum. *Generatio vnius est corruptio alterius.* Corruptores verò quia facti æs inaniter sonans, falsâ doctrinâ, prauisque traditionibus propriis & diuinam legem, & rudiorem corrumperent plebem. Qua de re Iudæos item repræhendit in Euangelio Iesus dicens, [h] *Quare vos transgredimini mandata Dei propter traditiones vestras: Et irritum fecistis*

Iudæi corrupti & corrumpentes. *Iudæi corruptores legis & animarum per suas traditiones.* h Matth. 15. 3.

fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram, Et sine causa colunt me, id est, frustra sine debita ratione, & absque suo fructu, *docentes doctrinas & mandata hominum.* Vniuersi profectò Iudæorum Ieremiæ tempore, iuxta hoc Domini dictum eidem Prophetæ perspecti sunt propter nimium carnis, cæterorumque vitiorum studium corrupti, ita vt & tunc de illis dici id potuerit, quod diluuij tempore de hominibus ætatis illius dicitur in libro Genesis,[a] *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Et propter scelus Idololatriæ corrumpentes purissimam instar argenti Dei gloriam, eamdemque in æra, & vilia commutantes metalla, ex quibus Idola fabricati sunt, [b] *Mutantes*, sicut de Gentilibus ait Apostolus, *gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & Serpentium.* Corrupti planè & ipsi, factique & æs, & ferrum, qualia & idola, quæ coluère, iuxta illud Psalmi, *Similes [c] illis fiant, qui faciunt ea.* Vnde admodum congruè Ioannes Chrysostomus in Psalmum 13. *Corrupti*, inquit, *sunt, quia corruptionem aduersus incorruptibilem inuexerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem incorruptibilis hominis, homines mente corrupti.*

Iudæi dicti ob vitiorum studiũ corrupti.

a Gen. 6.12. *Iudæi ob idololatriæ scelus dicuntur æs, & ferrum vniuersi corrupti.*

b Rom. 1.23

c Psalm. 113. 16.

Ioan. Chrysostomus.

Denique & id quoque ponderare potes, quod in Hebraico textu bis adiectum est pronomen. *Ipsi* (*omnes ipsi corruptores*, seu *perdentes*, aut *vastantes ipsi.*) Per id quippe haud obscurè designatur, Iudææ, & Iudaici populi perditionem vniuersam ab ipsis futuram Iudæis, æs, & ferrum per vitia, per idololatriam, perque obstinationem, & ceruicem durissimam factis.

Impiorũ perditio omnis est ex ipsis.

Versus 28.] Omnes isti principes declinantes, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Aptissimvs est locus iste pro Christianorum Principum moribus, si ea ab illis deuitentur, quorum hic exhibitus est catalogus in exactissima malorum Principum descriptione. Quod enim primò studendum illis, id est, vt seduli sint diuinæ legis obseruatores: nullâ ratione ab illa vel ad minimum declinantes. Quod in libro Deuteronomij apertis verbis contestatus Dominus,[a] *Postquam*, ait, *sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram.*

I. *Principes Christiani quæ vitare debeant. Sint diuinæ legis obseruatores.*

a Deut. 17. 19.

Caueant secundò fraudes, atque mendacia, qualia praui ij profitentur, qui in suo regimine ambulant frauduleter, scriptũ est enim. *Princeps* [b] *qui libenter audit verba mendacij*, multóque magis qui mendacia, fraudesque profitetur, *Omnes ministros habet impios.* Abstineant à mercaturæ studiis, quibus ipsæ adnexæ sunt fraudes: ad id quippe significandum vox hoc loco adhibita est Hebraica, vt habes in prima literæ expositione, quâ improbi principes ambulare dicuntur mercatores: & sanè quantùm id alienum esse debeat à principe exinde probat Aristoteles, lib. 3. Polit. cap. 3. quod Thebanis optima cautum extitit lege, ne quis ad vllum administrationis Reipublicæ admitteretur munus qui vel decem extremis annis à studio non abstinuisset mercaturæ. Deuitent quartò, ne æs & ferrum in suo se exhibeant regimine, vel in proprij consilij obfirmatione, vel in nimiæ seueritatis duritie, dicente Salomone. [c] *Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij confirmantur*: cùm enim animi sensus, atque decreta, quæ Principes suo duntaxat cogitant, decernuntque marte, in vanum per sese dissipentur: verùm sanè robur exinde eadem habere probantur cùm multorum Sapientum confirmantur consilio; Et per eumdem Salomonem scriptum est, [d] *Indignatio Regis nuncij mortis*, scilicet & ipsi est Regi, qui frequenti indignatione durum se, ac sæuum in suo se exhibeat regimine. *Frustra enim se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit, armisque arma irritantur*, ait in suo Traiani Panægyrico Plinius iunior. Cuius ibidem & in confirmationem eius quod vltimò in nostra hac Ieremiæ sententia asseritur, *Vniuersi corrupti*, seu *corrumpentes sunt*, istud est egregium dictum: *Vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis est, qu im exemplo: quippe infidelis recti magister est metus*, Et paulò superiùs, *flexibiles quamcumque*, inquit, *in partem ducimur à Principe, atque vt ita dicam, sequaces sumus: huic enim chari, huic probati esse cupimus, quod frustra superauerunt dissimiles: eóque obsequij continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus.*

II. *Princeps Christianus caueat à mendaciis & fraudibus.*

b Prou. 19. 12.

Principes Christiani abstineant à mercaturæ studiis.

Aristoteles.

Mercatura aliena censẽda à Reipub. ministris.

Princeps ne sit durus in propria sententia.

c Prou. 15. 22.

Princeps duritiẽ caueat sæuitiei & iræ.

d Prou. 16. 14.

Plin. Iunior.

Principum vita conformatur, & populus.

VVLGATÆ.

Vers. 28.] Omnes isti Principes, &c.

SEPTVAGINTA.

28. Πάντες ἀνήκοοι πορευόμενοι σκολιῶς, χαλκὸς, καὶ σίδηρος πάντες διεφθαρμένοι εἰσίν.

Vers. 28.] Omnes inobedientes, ambulantes peruersè. Æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Omnes principes eorum rebellant, ambulantes in dolo, vt qui miscent æs cum ferro, vniuersi corruptores sunt.* 1

Omnes isti principes, &c. Hieronymus. *Cum probaueris, ait, & scieris viam populi delinquentis, tunc intelligas, argẽtum commixtum ære nullâ ratione posse purgari. Principes autem sunt à Domino recedẽtes, siue inobedientes, qui peruersè ambulant, & fraudulenter.*

Hieronym. *Principum malorũ peruersitas descripta.*

Theodoritus. *Monstrat eidem Propheta Iudæorũ peruersitatem, (omnes inobedientes, incedentes obliquè. Omnes congregati sunt, vt æs, & ferrum.) Perinde ac si dicat, Adulterini sunt nihil habentes probi.*

Theodorit. *Adulterini sunt impij quique.*

D. Thomas. *Ponit vniuersale peccatum, (omnes isti Principes, &c.) (æs & ferrum) quasi dicat, Non solum sunt immundi, sed & tecti sunt immunditiâ, sicut ferrum, & æs est immunditia argenti. Vel ferrum propter duritiam: æs propter impatientiam, quia tremulum est. Iob 40.* [c] *Ossa eius velut fistulæ æris.*

D. Thom. *Æs impatiẽtiæ symbolũ, sicut ferrum duritiei.*

c Iob 40. 13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΆΝΤΕΣ ἀνήκοοι πορευόμενοι A
σκολιῶς. χαλκὸς, καὶ σίδηρος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] χαλκῷ, καὶ σιδήρῳ τούτους ἀπείκασε, τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν, καὶ ἐπίμονον πρὸς ἁμαρτίαν δηλῶν. σκολιαὶ δὲ αὐτῶν αἱ πορεῖαι, τὸν τῆς εὐθύτητος ἀπολείπουσαι κανόνα. εὐθὺς γὰρ ὁ κύριος, καὶ εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστιν, ὡς χαλκὸς καὶ σίδηρος; τὸ στάσιμον αὐτῶν δηλοῖ, τὸ ἀμετάβλητον τῆς κακίας, καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ ὥσπερ ὅταν λέγῃ. τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν. μὴ || τὴν ἐν τῇ ῥύσει τοῦ χαλ- B (|| ἴσ. κατὰ τὴν.)
κοῦ πονηρίαν, ὅτι διεστραμμένας ἔχει τὰς ὁδοὺς, τηκόμενος καθάπερ ἐκεῖνος, καὶ ἐν πυρὶ καὶ χωνευτηρίῳ σκολιῶς βαδίζει. οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ταῖς τιμωρίαις, οὐκ ἐπιλανθάνονται τῆς οἰκείας διαστροφῆς.|| (|| ἀλ. διαστροφῆς.)

Ὀλυμπιοδώρου.] χαλκὸς, καὶ σίδηρος ἀλλήλοις ἀμιγεῖς ἀγάπην μὴ ἔχοντες.

Vers. 28. OMNES inobedientes, ambulantes peruersè, Aes & ferrum, &c.) 1

Chrysostomi.] *Aeri & ferro eos assimilauit, peruicax ipsorum, & perstans in delinquendo ingenium ostendens, obliquæ autem viæ ipsorum rectitudinis regulā deserentes.* [a] *Rectus enim Dominus, & recta via eius.* (Chrysost. *Obstinatis in peccato æri, & ferro designata. Via impiorū obliqua.* a Psa. 91. 16.)

Chrysostomi.] *Quid hoc est, tamquam æs & ferrum? pervicaciam ipsorum significat, & certam in peccando voluntatem, & alio pariter in loco,* [b] *Frons tua, inquit, ærea: iuxta fluxum æris quòd obtortas habeat malitiæ vias, & liquefiat vt æs, sed sicut in igne & fornace obliquè illud progreditur, Sic & isti in pœnis positi suæ peruersitatis non obliuiscuntur.* (Chrysost. *Pervicacia, & obstinata voluntas peccandi æri, ac ferro cōparata.* b Isai. 48. 4. *Impiorū via etiā in tribulationibus obliqua, instar æris liquefacti obliquè fluentis.*)

Olympiodori.] *Aes & ferrum, quæ inter se non commiscentur, charitatem non habentes.* (Olympiod. *Charitatis expertes dicti æs, & ferrum, quæ inter se non commiscentur.*)

Vers. 19.] Defecit sufflatorium, in igne cōsumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PROPHETÆ [a] *os, quo veluti sufflatorio attractus è cœlis spiritus, emissus est, & verba desuper sumpta prolata fuère, defecit, vt amplius loqui non posse visum sit, defecit ob nimium eius locutionis exercitium inaniter frequentatum: defecit, Prophetâ ipso lassato, tabeque zeli sui defatigato, quia à Iudæis quæ proferebat derideri videbat verba: defecit exustum æmulationis igne. In* [b] *vanum omnis eiusdem Prophetæ consumpta est sedulitas in prædicando, & cætera quoque vniuersa inaniter consumpta sunt, quæ pro Iudæorum conuersione ab ipso adhibita fuère adminicula, orationis, mortificationis, & similium: Non secus ac euenire aliquando solet in conflatione auri, & argenti impuri, quando absque vllo purgationis effectu id dumtaxat ex ipsa habetur conflatione, vt consumatur plumbū, quod ab aurificibus pro adminiculo adhibetur, vt fluere faciat argentum, absque illius consumptione: consumente igne plumbum cum scoria.* [c] *Enimuerò conflatoris munere sancto ipso exercente Prophetâ, frustra in eo laborasse se reperit,* [d] *cùm nequaquam malitiei in Iudæis consumpta sit scoria, quam nec ignis diuinorum verborum, nec flamma propositæ indignationis Dei emolliuit, ac liquefactam fluere fecit obstinatè in sua peruersitate illis perdurantibus, firmiusque quasi præfortibus radicibus eidem cùm admonerentur, & increparentur inhærentibus.*

(a *Defecit* (*seu exustum est*) *sufflatorium.* b *In igne cōsumptum est plumbum.* c *Frustra cōflauit conflator.* d *Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ* (*seu non sunt liquefactæ, seu. Mali nō sunt auulsi.*))

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 DEFECIT *sufflatorium*, &c. Prosequitur Dominus Iudæorum peruersitatem patefacere sub ea ipsa, quā in duobus vsus est præcedentibus versibus probationis, & cōflationis metaphora, quam & sæpissime in Sacris literis reperire est in diuinæ bonitatis, sedulique eiusdem ad hominum procurandam saluté studij C ostensionem, & amplificationem, sic in lib. Iob, [e] *Ipse* (Deus) *scit viam meam, & probabit me quasi aurum, quod per ignem pertransit*, sic in lib. Psalm. [f] *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum:* sic in lib. Prouerb. *Sicut* [g] *igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus*, sicque ferè in libro quolibet. In explicāda autem metaphora ista prout hoc loco vsurpata est, inter se minimè conueniunt Expositores, ipsum probationis, conflationisque studiū aliquibus Prophetæ tribuentibus, cui supra dictum vidimus, *Probatorem* [h] *dedi te in populo meo* D *robustum, & scies & probabis viam eorum*, aliis Deo id adscribentibus, qui de semetipso apud alium Prophetam de Iudæis item loquens ait, *Partes* [h] *duæ in ea dispergentur, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum*: aliis denique Regis Babylonis id esse asserentibus, qui lassatus quidem sit in succendendis Iudæorū oppidis, ac Ciuitatibus, & agris, vt sufflatori ignis iræ furoris Domini, sed tametsi omnia eorumdem Iudæorum vt sedulus conflator consumpserit, neutiquam tamen illorum auferre E valuit malitias: prout ex eo colligere licuit, quod vt dicitur in lib. 4. [i] Regum, post euersam Ierusalem, postque ductum in captiuitatem populum, qui in Iudæa remanserant, sese in Ægyptum contulère, vbi & multò peiora quàm priùs scelera admisère.

(*Metaphora probationis metallorum in Scriptura est frequentissima.* e Iob. 23. 10. f Psal. 65. 10. g Prou. 17. 3. h Zacha. 13. 9. *Deus dictus conflator. Chaldæorum Rex conflator Iudæorum.* i 4. Reg. 25. 26.)

2 Ioannes Maldonatus sufflatorium inquit, eleganti metaphorâ vocat Deus Chaldæos, quibus quasi carbonibus excoquebat Iudæorum peccata: ignem, iram suam: plumbum, corpora, & bona omnia Iudæorum, quibus à Deo puniebantur. Vel plumbum significat omnia purgationis adminicula, quia ad purgandum argentum plum- F bum adhiberi solet, quod illud fluere facit, Multoque plūbo parum argenti admiscetur, quòd excoquendo separatur. Vt quod dicit Deus id sit, omnia iam pœnarū genera in castigandis Iudæis consumpsisse: plumbum esse consumptum, i. corpora, & facultatem, & libertatem illis abstulisse, & tamen

(Ioan. Mald. *Iudaicū populum quem frustra conflasse dicatur Deus.*)

& tamen frustra laborasse, non enim purgatos, emendatosque esse, vt apud Isaiam idemmet ait, *Super quo percutiam vos vltra, addentes prævaricationem: omne caput languidum*, &c.

a Isai. 1. 5.

Ioan. Alba. *Propheta dicti Conflatores Iudaici populi, & quomodo frustra eum conflasse dicantur.*

Ioannes Alba in cap. 46. suæ Centuriæ, Conflatorem in singulari, pro Conflatores in plurali positum censet, qui conflatores sancti extiterint Prophetæ. Ac si Dominus in his talia sibi velit, Misi populo meo conflatores sanctos Prophetas, qui consiliis optimis, & saluberrimis exhortationibus eum à vitiis expurgarent: Sed frustra conflauit conflator, frustra sancti illi admonuerunt eos, quia malitiæ eorum non sunt consumptæ, hoc est, non ideo recesserunt à malo, nec destiterunt à peccatis. Defecit sufflatorium, id est, lassatus est sufflator, multùm laborauerunt viri illi sancti, sed nihil proficiebant propter eorum cordis duritiam.

3 *Ieremias dictus cõflator, quaue ratio ne id muneris inaniter expleuerit.* Nicolaus de Lyra.

Mihi id magis probatur, vt quod de conflatore dicitur, de ipsomet Ieremia asseratur à Domino, qui id eidem significauit dicens, *Probatorem*, seu *Conflatorem dedi te in populo meo*, &c. *Loquitur Dominus*, inquit Nicolaus de Lyra, *de Ieremia ad modum aurifabri, qui fundens aurum, vel argentum in igne, apponit simul plumbum, vel stannum, vt calor ignis aurum, vel argentum non consumat, sed magis stannum, vel plumbum: & ideo quando stannum est totaliter consumptum, ignis consumit aurum, vel argentum positum in fornace, & sic eo consumpto labor aurifabri non habet effectum optatum, sed magis contrarium, & sic Ieremias in correctione Iudæorum, ideo subditur, frustra conflauit conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ.* Explicat hæc meliùs ex doctiorum Hebræorum sententia Vatablus in suis Annotationibus, dicens, *Conflator est Propheta: follis est Prophetæ flatus, prophetia ipsa, & increpatio: plumbum assiduitas, & diligentia prædicationis, Argentum impurum, quod nullâ ratione purgari potest, est populus regni Iuda; Defecit seu combustus est follis, id est redditus est ineptus ad ventũ excitandũ, quasi dicat. Reprehendendo populum hunc, fauces meæ raucæ factæ sunt, & tamen nihil profeci, quia noluit resipiscere.*

Vatabl.

4 *Ieremiæ os quàm bene appellatum sufflatorium.* a Psal. 118 131.

Ponderemus singula iuxta lectionum varietatem. (*Defecit sufflatorium.*) Quàm bene os Prophetæ sufflatorium appellatum sit, id indicat Psalmi, quo Regius Vates ait, [a] *Os meum aperui, & attraxi spiritum*, follis quippe & sufflatorium est instrumentum, quo priùs attrahitur, tũ emittitur aer, & flatus. Et in initio Vaticiniorum suorum Ieremias contestatum omnibus voluit, se priùs à Deo quæ prolaturus erat verba spiritus desumpsisse, quæ postmodùm suscepta è suo emisit ore, ita scribens. *Verba* [b] *Ieremiæ filij Helciæ*, &c. *Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ*, &c. Modus, & ratio quo istiusmodi os, & sufflatorium defecisse dicitur, is est, quem ipsemet Propheta alibi significauit, cùm diceret, *Quia* [c] *iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastationem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum totâ die. Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius*: Defecit vt non ampliùs loqui posse videtur: defecit ob nimium eiusdem locutionis exercicitium inaniter frequentatum: defecit lassatus, ac debilitatus tabe zeli sui, quia derideri à Iudæis videbat verba quæ proferebat, quomodo, & Dauid, cùm diceret, [d] *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

b Ierem. 1. 1. & 2. *Prædicationis et quomodo os sufflatorium defecisse dicatur.* c Ierem. 20. 8

d Psal. 118. 139.

Tabes ista, isteque defectus exustio meritò

A appellari debet, cùm ab igne sit æmulationis, de qua in Canticis, [e] *Dura sicut infernus æmulatio, Lampades eius, lampades ignis atque flammarum*, vnde bene iuxta versionem Sept. dicitur, (*Defecit sufflatorium ab igne.*) Clariúsque in textu Hebraico, (*Exustus est follis, seu sufflatorium ab igne.*) Quamquam longè diuerso modo eadem sic vertat Vatablus, (*Accensum est vas fusorium igne.*) Quod duobus modis intelligo, sumens per vas fusorium Iudææ regionem, in qua Iudæos ipsos sanctus conflare studuit Propheta. Primò per frequentissimam eiusdem Prophetæ prædicationem vniuersam Iudęam repletam diuinis verbis,

e Cant. 8. 6.

B de quibus Dominus, [f] *Numquid non verba mea*, ait, *quasi ignis.* Secundo ipsam Iudææ terram ad Iudæos conflandos propemodum igne accensam Chaldæorum, qui eam succenderunt.

f Ierem. 23. 29.

5 R. Dauid. *Prædicatorũ & Prophetarum potissimũ studium, vt impios ad bonũ reducant.*

R. Dauid, & refertur in Thesauro, cum igne coniungit adiectiuum תם *tham*, ita vt hæc ita vertenda sint, (*Exustum est sufflatorium ab igne perfecto*) tum subiiciatur, (*Plumbum conflauit conflando.*) Quâ lectione significatur, studium Prophetæ non tam in probando, & conflando argento, quàm in excoquendo plumbo, illos

C nimirum qui ex argento in plumbum conuersi essent, eâ ratione qua in præcedenti versu dicti sunt, *Æs & ferrum.* Quem sensum & aliam habet lectio, quæ eamdem vocem תם *tham* iungens cum subsequenti, vt adiectiuum plumbi, ita hæc reddit, prout in versione videre est Vatabli, (*Integrum plumbum.*) Ac si dicatur, Laboratum est in expurgandis, & probandis Iudæis, lassatum est Prophetæ os, quo veluti sufflatorio attractum è cælis spiritum diuinarum reuelationum emissum est super illos, idemque ab igne verborum, zelique Dei exustum contabuit, & nihilo-

D minus ij adhuc grauissimâ scelerum prauitate, & fœditate plumbum integrum, purumque, & sine vlla argenti, virtutisque permixtione, perstitẽre. Quæ confirmantur clariùs per ea quæ subsequuntur, (*frustra conflauit conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ.*)

Sed meliùs iuxta ferè communem acceptionem, vox ipsa תם *tham* verbum est præteriti temporis, quomodo illud sumpsêre Sept. vertentes, (*Defecit plumbum*) & noster Interpres, recẽtioresque, Pagninus, Regia, Vatablus in Annotat. & Hebræorum Doctores, vt significet. (*Con-*

E *sumptum est plumbum,*) eo sensu, quem supra prosecuti sumus sumentes per plumbum vel ipsam Prophetæ diligentiam in prædicatione, vel adminicula reliqua.

(*Frustra conflauit conflator.*) Sept. (*Frustra argentarius argentum conflat,*) Pagninus, & Regia, (*In vanum conflauit conflando.*) Vatabl. (*Frustra conflat excoctor.*) Alij, (*In vanum fudit fusor,*) seu (*purificauit purificator,*) In idem omnes recidunt. In Hebr. est צרף *tzaraph* præteriti temporis, fudit, excoxit, conflauit צרוף *tzaroph* quod potest esse infinitum pro Gerundio conflando, & nomẽ

6

F substantiuum Conflator, & participium præsens conflans, ac si legatur צורף *tzoreph*, vt notat R. Dauid in lib. Radicum.

Quod in Vulgata postmodum legimus. (*Malitiæ eorum non sunt consumptæ,*) efficaciùs & in Hebræo sic habetur, (*Et mali non sunt auulsi,*) & in versione Sept. (*Et malitiæ eorum non sunt liquefactæ,*) per hanc quippe lectionem Sept. durities, & obstinatio signatur Iudæorum in malitia, & in peruersitate, quam nec ignis verbi Dei, nec flamma diuinæ indignationis emollierit, & li-

Iudæorũ obstinatio quãta.

 que

quefactam fluere fecerit. Per Hebraicam verò significatur, nedum minimè excoctam, & purgatam Iudæorum malitiam per sanctas Prophetæ exhortationes, & per indignationis Dei flagella, sed & in flagellis ipsis, & cùm admonentur, & increparentur, pessimos quosque inter illos firmiores in terra eorum posuisse radices: regnantibus, & gubernantibus impiis, ita vt iure dici quiuerit. *Omnes Principes eorum declinantes, æs, & ferrum.*

Vers. 29.] Defecit sufflatorium, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Deus quantâ diligentiâ insudet vt obstinatos conuertat peccatores.*

SVa aurificis, & argentarij metaphora multas, magnasque suas Deus explicat (vt itam dicam) diligentias, quas adhibet, vt obstinatos conuertat peccatores, nihil prætermittens eorum, quæ necessaria sunt ad horum iræ vasorum emundationẽ. Quod & aliàs apud Isaiam sub alia significauit metaphora vineæ, dicens,[a] *Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci?* Vt ex his confundi ij debeant Prædicatorum, & Prælatorum, qui statim de aliorum salute desperant, si ad primum exhortationis verbum non fuerint conuersi, indignantur, contumeliis afficiunt, noluntque ampliùs instare, cùm tamen iuxta Apostoli dictum.[b] *Charitas patiens sit*, adeòque &[c] *instandum opportunè, importunè, arguendum, obsecrandum, increpandum in omni patientia & doctrina.*

a Isai. 5. 4. A spe conuersionis peccatoris cuiusque numquã recedendum.
b 1. Cor. 13. 4.
c 2. Timot. 4. 2.

8 Hugo Cardinalis moraliter, & mysticè ita hæc interpretantur: Moraliter, vt per sufflatorium ignis tribulatio, per plumbum consolatio temporalis significetur, quæ omnia consumpta dicantur, quia nec per tribulationes resipiscunt à peccatis, nec per prosperitates. Vtrumque enim, ait est probatio, & prosperitas, & aduersitas. De primo Prouerb. 27.[d] *Quomodo in conflatorio probatur argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantium.* De 2. Eccles. 2.[e] *In igne probatur aurum, & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Mysticè, inquiens, *plumbi est, quòd metallum adulteratum purgat, purum ab impuro separans, & metallum bonum seruat à combustione: Sic humanitas Christi, quæ per plumbum designatur, in fornace passionis consumpta est, vt omne impurum à nobis separaret, & nos conseruaret à combustione æterna.* Cõqueritur ergo Dominus, quòd humanitas sua consumpta est, & tamen pauci purgati, iuxta illud Isaiæ 49.[f] *In vacuum laboraui, sine causa consumpsi fortitudinem meam.*

Hug. Card. Peccator obstinatus nec per tribulationes nec per prosperitates conuertitur.
d Prou. 27. 21.
e Eccl. 2. 5.
Humanitas Christi instar plũbi in passione ad homines purgãdos.
Humanitas Christi defecisse dicitur in passione vt plumbum in excoctione auri, ob id quod passi per ipsã purgati sunt.
f Isai. 49. 4.

VVLGATÆ.

Vers. 29.] Defecit sufflatorium, in igne, &c.

SEPTVAGINTA.

29. Ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλιβδος. εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ, πονηρία αὐτῶν οὐκ ἐτάκη.

Vers. 29.] Defecit sufflatorium ab igne: defecit plumbum: frustra argentum conflat argenti conflator: malitia eorum non est consumpta.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce sicut sufflatorium sufflatoris quod combustum est in medio ignis, sic siluit vox Prophetarum, qui prophetant eis: Conuertimini ad legem meam, & non sunt conuersi, & sicut plumbum quod liquescit in medio fornacis, sic ociosa facta sunt in oculis suis verba Prophetarum, qui prophetant eis, & nihil prodest eis, quòd docent eos doctores eorum, & opera sua mala non reliquerunt.*

Defecit sufflatorium, &c. Affert hunc locum Gregorius Nazianzenus oratione 15. In plagam grandinis in comprobationem quòd nihil plagarum immissione apud obstinatos impios proficiat Deus, *Grandinem*, ait, dicere Deum, *vobis immisi: vineas vestras, & germina demessui, nec tamen improbitatem vestram obtriui, Qui spernebat, spernit: qui iniquè agebat, iniquè agit: Nihil superna admonitio profuit, nihil flagra. (Defecit sufflatorium, defecit plumbum) (quod prius quoque per Ieremiam vobis exprobraui:) incassum argentum conflat argentarius: scelera vestra non sunt liquefacta.*

Greg. Naz. Calamitatũ immissione nil proficit Deus apud impios obstinatos.

Hieronymus. *Quomodo plumbum miscetur metallis, quæ adulterata sunt, atque violata, vt materia separetur aliena: & si forsan purgata non fuerit, plumbum omne consumitur, & in nihilum redigitur: ita omne eloquium doctrinarum, & sermo propheticus perit in his, qui audire contemnunt. Dicamus & super his, qui sicut Aspides surdæ obturant aures suas, ne audiant voces incantantium, frustra enim conflauit argentarius, siue conflator, malitia enim eorum non sunt consumptæ.*

Hieronym. Verba Dei inaniter proferuntur iis, qui illa audire contemnunt.

Cyrillus Alexandrinus lib. primo in cap. 4. Isaiæ. De Iudæis qui inobedientiæ crimini affines permanserunt, *Defecit follis, inquit, ab igne, defecit plumbum, in vanum argentum conflat, malitiæ eorum non liquefactæ sunt, Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobauit eos Dominus. In nobis autem qui credidimus, non in irritum laborauit faber argentarius, neque defecit follis ab igne, nec plumbum: purgati enim sumus in spiritu iudicij, & ardoris.* 2

Cyril. Alex. Iudæi obstinati à Deo minimè probati perditum, & igne. Quo probantur fideles.

Theodoritus. *Argentarium fabrum vocat sermonem ad erudiendum aptum: ignem verò, & plumbum ipsam pœnam: conflatorem autem, sententiam diuinam, quâ pronunciatur pœna. Solent enim fabri argentarij, volentes purgare argentum inijcere plumbum, quo per illud absumatur quicquid est adulterinum. Inquit igitur Dominus, (Defecit conflator ab igne, defecit plumbum, frustra conflat faber argentarius: iniquitates eorum non sunt consumptæ,) Volens eos conuertere, methodis quibuscumque vsus sum, castigationes varias inflixi, & tamen curari nequeunt.*

Theodorit. In obstinati peccatoris conuersione omnia instrumenta consumuntur plerumque.

Ioannes Cassianus Collat. 6. cap. 11. *Non merentur saluari visitatione Domini, nec temporalibus plagis consequi medicinam, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis erroris in immunditiam: quique obduratione cordis, & vsu, ac frequentiâ delinquendi purgationem breuissimi huius æui, & vltionem vitæ præsentis excedunt. Erga eorum enim curationem omnis temporis istius medicinam videns Propheta incassum fuisse consumptam, desperans quodammodo iam de eorum salute proclamat, (Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum*, &c. vt in Vulgata. 3

Ioan. Cassianus. Duri corde non merentur saluari diuinâ visitatione.

Gregorius Papa libr. 18. Moralium cap. 14. *Quisquis extra vnitatem Ecclesiæ patitur, pœnas pati potest, martyr fieri non potest: quia auro*[a] *locus est in quo conflatur. Quid itaque ad hæc haeretici di* 4

Greg. Papa.
a Iob. 28. 1.

Martyriũ extra Catholicam Ecclesiã esse nõ potest, quamuis esse queant cruciatus.

tici dicitis ? conflari per afflictionem carnis ; vel etiam per martyrium vultis, sed locum in quo debeatis conflari nescitis : Vna est Ecclesia, in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari : Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc positi sustinetis, incendi tantummodo potestis, non purgari. Dicat Ieremias, dicat quomodo conflationis vestræ ignis omni virtute sit vacuus, (frustra conflauit conflator. Malitiæ eorum non sunt consumptæ.) Ecce ignis exterius conflans, & duræ passionis admonet pœnam, & tamen erroris non excoquit culpam, & tormenta crudelium dat pœnarum, & bonorum non facit incrementa meritorum.

In obstinatis calamitates, & mortificationes nõ sunt profectus.

Idem. Tribulationũ immissione plerũque nil profuit apud impios Deus.

Idem verò Gregorius 3. parte Pastoralis curæ, Admonit. 14. *Ignem nobis Deus tribulationis admonet, vt in nobis rubiginem vitiorum purget : Sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Propheta dicit, (frustra conflauit conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ.)*

5 Hugo de S. Vict.

Hugo de Sancto Victore, tom. 2. Sermone 42. qui est de Purificatione B. Mariæ, & Eccle-

A siæ, (*Defecit sufflatorium in igne*, &c.) *Nos qui in religione sumus, in conflatorio fornacis sumus, Conflatorium namque claustrum nobis est, in quo velut aurum in fornace, silentio, lectione, meditatione, oratione, ieiuniis, vigiliis, rigore disciplinæ debemus à nostris peccatis purgari, & probari. Conflator, Prælatus noster est, & qui ad nos emendandos continuo laborat. Sufflatorium verbum eius est, & exemplum. Timeamus eius in nobis laborem frustrari, dum incorrigibiles existentes per eum contemnimus emendari, timeamus argentum reprobum vocari.*

Religionis claustrum est conflatorium.

Prælatus Religionis est conflator.

Religiosi incorrigibiles dicti argentũ reprobum.

B D. Thomas. *Ponit incorrigibilitatis exemplum, (Defecit sufflatorium,) Argentum enim admixtum plumbo in fornace ponitur, & sufflante argentario fæces consumuntur, & argentum melioratur, sed plumbum minuitur. Isti autem positi in fornace tribulationis consumptis malis quasi plumbo, non sunt correcti (frustra) verbum Dei (conflauit conflator) Deus, vel prædicator*, [b] Ecclesiast. 2. *In igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.*

D. Thomas. *Incorrigibilitatis exemplum.*

b Eccl. 2.5.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΞΕΛΙΠΕ φυσητὴρ ἀπὸ πυρός.] Ὀλυμπιοδώρου.] λόγος διδασκαλικὸς ἢ καὶ μάστιξ παιδευτική.

Ἐξέλιπε μόλιβδος.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τῷ ἀργυρίῳ μιγνύμενος ὁ μόλιβδος καθαίρει αὐτοῦ τὴν κακίαν. τοῦτο οὖν φησὶν, ὅτι πᾶς τρόπος καθαρτικὸς ἐπηνέχθη αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐκαθάρθησαν.

Θεοδωρήτου.] τὸν παιδευτικὸν λόγον ἀργυροκόπον καλεῖ, μᾶλλον δὲ αὐτῷ ‖ κεχρημένον. πῦρ δὲ καὶ μόλιβδον τὴν τιμωρίαν αὐτήν, μόλιβδος γὰρ εἰς τὴν τοῦ ἀργυρίου κάθαρσιν παραλαμβάνεται. φυσητῆρα δὲ τὴν θείαν ἀπόφασιν δι' ἧς ἡ τιμωρία προσφέρεται.

‖ τὸν αὐτῷ λόγῳ.

C Vers. 29. DEFECIT *sufflatorium ab igne.)* Olympiodori.] *Sermo magistralis, vel disciplinæ flagellum.* 6

(Defecit plumbum.)

Eiusdem.] *Argento immixtum plumbum fæces eius expurgat, hoc igitur ait, quod ad hoc vt expurgarentur, omnis adhibitus est modus, nec expurgati sunt.*

Theodoriti.] *Disciplinæ sermonem. Conflatorem vocat, imò illum qui sermone vtitur; ignem autem, & plumbum pœnas ipsas, ad argenti enim expurgationem plumbum assumitur: Sufflatorium diuinam sententiam, qua pœna infligitur.*

Olympiod. *Sufflatorio designatus sermo magistralis vel flagellum disciplinæ.*

Idem. *Dei sollicitudo in peccatoris conuersionem, & purgationem.*

Theodorit. *Conflationis vocabula designati, & sermo disciplina, & qui eo vtitur.*

Pœna designata per ignem ac plũbum.

Sufflatorio designata diuina sententia.

Vers. 20.] Argentum reprobum vocate eos : quia reprobauit eos Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Argentum reprobum (seu reprobatum) vocate (seu vocauerunt, aut vocabũt) eos, quia Dominus proiecit, seu reprobauit illos.

ARGENTVM *se esse gloriantur electum: Attamen diuersimode veluti argentum à Deo probati, & excocti igne verbi sui, & in camino tribulationis, ab argenti puritate alienissimi reperti sunt, vtpote re vera existentes æs, & ferrum, quamobrem non est quod quisquam argentum illos appellet. Vocate potius eos, quotquot de iis loqui contigerit, argentum reprobum, & quos probatio ostendit minimè esse argentum. Siquidem Dominus, qui illos excoxit, proiiciendo eos, significauit, & manifestauit, nil ipsis esse argenteæ puritatis, & nil in eis repertum boni, cuius aliqua habenda sit ratio : nam & propterea eos proiecit cum indignatione, vt vilem, & aspernandam scoriæ argenti massam.*

2 *Cum & aliis quoque complures sanctorum Prophetarum, qui illos eiusdem Dei nomine ignitis suis probare tentarunt exhortationibus, eodem quoque nomine argentum reprobum eos vocarint, vnde iure optimo*

D *à Deo reiecti magno sunt cum fastidio.*

Quinimò cùm hac ratione à Deo proiecti sint, in manusque hostium aspernandi, & conculcandi traditi, Gentes quoque cum irrisione vocabunt ipsos argentum reprobum, ac reprobatum, factos derisum, prouerbium, ac fabulam vniuersorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ARGENTVM *reprobum*, &c. Argenti reprobi nomine significari ait Ioânes Alba in præcitato cap. 46. Suæ Centuriæ, argentum vile factum corruptum, & vitiatum mixtura multa metallorum inferiorum, vel potiùs multæ fæcis. Censetque hæc esse verba Dei de populo suo ad eius hostes : vt sensus sit. O vos Gentes, quas adduco ad vltionem populi mei, agite cum eo quasi cum argento reprobo, reddite illi quod meretur: Tractate eum tamquam argentum corruptum. Erat quasi argentum electum, sed iam versum est in scoriam, omnes sunt æs, & ferrum. Vel vt Propheta sit, qui hæc ad Chaldæorum exercitum iam Ierosymæ appropinquantem habeat : eia reiicite, & vastate

Ioan. Alba.

E

Iudaicum populum, reiicite illum tamquam ar- A
gentum reprobum, nam Dominus proiecit il-
los. Vt vocandi verbum hoc loco positum sit
Vocare pro facere, & punire, atque vlcisci. pro facere, tractare, & vlcisci quod quam re-
ctè dicatur, videant alij.
2 Auctoris Sensus. Mihi videntur quidem hæc esse verba Pro-
phetæ, qui reassumens quæ in præcedentibus
dicta fuerant à Domino, eamdemque prose-
quens probationis metaphoram generaliter ea
de suo pronunciarit populo ad quoscumque au-
dire, seu legere ipsa contigisset. Vt vocandi
verbum respondeat nomini, de quo gloriaban-
tur Iudæi, electi nimirum populi Dei, & argen- B
ti præstantissimi, adeoque exponat Propheta, &
quã inaniter tam gloriosam ij iactarent appella-
tionem, & quàm à tali ipsi alieni sint nomine.
Ac si dicat, Non est, quòd iam argentum illos
vocetis cuius ij gloriantur appellationis, sed vo-
cate potiùs eos argentum reprobum, id est, Quos
probatio & excoctio ostendit minimè esse ar-
gentum: Quem sensum confirmant & partici-
pium, & verbum, quibus in sua versione vsi
sunt Sept. Siquidem verbum ἀποδοκιμάζειν, *apo-
dokimazin*, cuius est & participium ἀποδεδοκιμασ-
μένος, vt bene notat Budæus in libro suorum C
Comment. linguæ Græcæ significat, ἐν τῇ δοκι-
μασίᾳ ἀθετεῖν, id est, in probatione improbari,
reiici, & aspernari, Hebraico quoque verbo, &
quod ex illo est idipsum confirmatur participio.
Enim verò cùm verbum מאס *maas* significet re-
iicere, & proiicere quidpiam cum fastidio, vt
vile & contemptum, ac præsertim quando con-
struitur cum Beth, & præpositione In, prout
hoc loco, fastidium in aliquo habere designet,
videtur fieri allusio ad argentarium, qui mas-
sam conflans, vt in illa existens expurget argen-
tum, cùm post multam excoctionem nil in ea D
reperiat præterquam infimorum metallorum
mixturam, argentique scoriam, in massam ip-
sam indignatur, magnoque cum fastidio, vt
vilem, & aspernandam illam è sua argentaria
proiicit officina. Vnde bene in sequenti cap. 7. le-
a Iere. 7.29. ges, [a] *Quia proiecit Dominus, & reliquit generatio-
nem furoris sui, quia fecerunt filij Iuda malum in
oculis meis, dicit Dominus.*
3 Pro, *(vocate eos)* Hebraicè legitur קראו להם
kareu lahem, tertia persona præteriti actiui, adeo-
que bene ita hæc vertuntur in Regia. *(Argen-
tum reprobatum vocarunt eis, quia reprobauit Do- E
minus in eis.)* Tametsi Pagninus in imperatiuo, vt
noster *(Vocate eos,)* id reddat, & Vatablus in futu-
ro *(vocabunt eos)* vt sit præteritum pro futuro,
prout aliàs sæpissime.
Porrò quod dicitur, *(Argentum reprobatum vo-
cauerunt eos quia, &c.)* nouum hunc habere po-
test sensum admodum certè præcedentibus cõ-
gruum, præsertim si superiora verba illa *frustra
conflauit conflator*, generaliter dicta de singulis
sanctorum Prophetarum sumantur, vt de iis-
dem Prophetis hîc pariter verba habeantur, de
b Iere. 44.4. quibus infra dicet Dominus, *Et* [b] *misi ad vos* F
*omnes seruos meos Prophetas de nocte consurgens, mit-
tensque & dicens, Nolite facere verbum abominatio-
nis huiuscemodi, quam odiui, & non audierunt*, sc.
Iudæi, nec inclinauerunt *aurem suam, & conuer-
terentur à malis suis*, &c. Vt significetur, eos
ipsos dum frustra se conflasse, & inaniter labo-
rasse animaduerterint, quos suis monitionibus,
increpationibus, minisque vltionis diuinæ cor-
rigere nequiuerunt, argentum quidem ob exter-
nam appellationem, quâ populus Dei dicebantur, & reprobatum, id est per excoctionem mini-
mè purgatos, miniméque corrigibiles vocarint,
atque pronunciarint.
Quod sequitur, *(Quia Dominus reprobauit, seu* 4
proiecit eos.) accipi commodissimè potest, vt quid *Particula,*
prædictam Prophetarum sententiam consequẽs, *Quia, sæpe*
iuxta frequentem Sacrarum literarum phrasim, *designat effectum conse-*
de qua & aliàs egimus, vt Hebraica particula *quens.*
כי *chi*, & particula Latina, *(Quia)* posita sint vel
pro, *Et*, vel pro, *Quamobrem, ideo*, & similibus
designantibus effectum. Ex eo quippe quod
Iudæi ad ignem verbi Dei conflati, miniméque
expurgati vocati à sanctis Prophetis reprobi, &
dicti fuerunt incorrigibiles, factum est, vt Do-
minus tandem cum fastidio illos à se proiecerit,
reprobatosque repulerit. Quod apertiùs noster
exponet Ieremias infra in cap. 25. vbi post enar-
ratum ingens Dei studium, quo complures pro
Iudæorum conuersione delegauit seruos suos
Prophetas, & è vestigio eorumdem Iudæorum
obstinatam incorrigibilitatem, adiicit: [c] *Pro-* c Iere.25.8.
*pterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quod non
audistis verba mea. Ecce ego mittam, & assumam v-
niuersas cognationes Aquilonis*, &c. quæ longiùs ibi
prosequitur, istam de qua hîc sermo est, repro-
bationem, ac proiectionem significantia, prout
clariùs in lib. 4. Regum eadem sic exponuntur, [d] d 4.Reg.17.20.
*Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit
eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proii-
ceret eos à facie sua.*
Cæterùm si in imperatiuo legatur, *Vocate eos*,
vt & in nostra Vulgata, alius hic potest istorum
esse sensus. Quotquot videre contingit Iudæo-
rum peruersitates, atque afflictiones, dicite il-
los esse argentum reprobum, vtpote quales in
epistola ad Titum descripsit Apostolus, [e] *Confi-* e Tit.1.16.
tentur se nosse Deum, propter quam confessionem
externam, extrinsecè pariter & argenti, & po-
puli Dei nuncupandi sunt nominibus: At ad-
uertite, vt argentum eos vocantes addatis pe-
culiare talis extrinsecus apparentis argenti adie-
ctum, *(Vocate eos argentum reprobum:)* quod idem
indicauit Paulus adiiciens, *factis autem negant*. Et
exponens quid id sibi velit, seque declarans sub-
dit, *Cùm sint abominati*, βδελυκτοὶ abominabiles,
iuxta illud, [f] *Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ* f Hose.9.10.
dilexerunt. Et incredibiles ἀπειθεῖς, id est inobe-
dientes, & increduli, quales & Ezechieli signi-
ficauit Dominus extitisse tunc temporis Iudæos,
quibus vaticinabatur, dicens, [g] *Increduli, & sub-* g Ezec.2.6.
uersores, Denique vt meliùs perciperetur quale
iidem Iudæi in excoctionis probatione reper-
ti sint vt inutile proiiciendum argentum, addit,
Et ad omne opus bonum reprobi ἀδόκιμοι, id est, mi-
nimè probati, & incorrigibiles. Ex quo factum
esse hîc dicitur, vt Dominus illos tamquam inu-
tile argentum, quos post examen & probatio-
nem inuenit infideles, à se proiecerit, Quâ verò
ratione à Deo proiiciendi istiusmodi forent, sub
reprobæ terræ metaphora explicauit Apostolus
ad Hebr. 6. dicens, *Proferens autem spinas*, sc. ter-
ra *ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cu-
ius consummatio in combustionẽ*. Proiicientur quip- *Impij, ac re-*
pe in ignem æternum, in quem proiectus fuit & *probi sunt ar-*
Diabolus, qui per Antonomasiam reprobus di- *gentum Dia-*
citur. Quod sibi voluisse visus est Petrus à Fi- *bolicum.*
gueira, *Argentum reprobum*, inquiens, id est, *argen-
tum Diaboli, seu argentum diabolicum, quod incorrigi-
biles iam sint apud Deum, & damnati.*
Si in futuro cum Vatablo legas, *(Argentum
reprobum vocabunt eos, quia, &c.)* per hæc id si-
gnifi

gnificabitur, quod in libro Deuteronomij eidem Iudaico populo dicitur, *Et* [a] *eris perditus in Prouerbium, ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.* Idque quia Dominus proiecit illos, reprobandoſque, & cunctis aſpernandos eos exhibuit, prout ipſemet apud noſtrum Ieremiam infra conteſtatus eſt, dicens, [b] *Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ*: En oſtenſionem in conflatione quòd reprobi eſſent, & proiectionem eorundem vt reproborum. Audi, quomodo & propterea vocandi eſſent argentum reprobum: *In maledictionem*, ſcil. dabo eos *& in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos.*

a Deut. 28. 37.
b Ier 29. 18.

Verſ. 30.] Argentum reprobum vocate eos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 FACIVNT hęc ad impios illos fidelium, qui in ſolo nomine gloriantur Chriſtianorum, in eoque confidunt, quòd inter Chriſtianos, electumque Dei populum adnumerari meruerint. Aptabis facilè omnia, ſi primam expenderis expoſitionem. Si particulam, *Quia* iuxta propriam ſumpſerimus cauſalitatis ſignificationem confirmatum per hanc ſententiam intelligemus id, quod ab Apoſtolo [a] de electione, ac reprobatione hominum ex mera Dei voluntate, allato duorum fratrum exemplo dictum eſt, *Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, (vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex* [b] *vocante dictum eſt ei: Quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau* [c] *autem odio habui.* Quæ optimè Auguſtinus 1. ad Simplicianum quæſt. 2. intelligit de electione & dilectione Dei per efficacem vocationem mirâ eius exhibenda miſericordiâ, probatque ex ſubſequentibus Apoſtoli verbis. *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor cuius miſerebor: & miſericordiam præſtabo, cuius miſerebor.* Similiterq; de reprobatione, odio ac proiectione item Dei, quæ ſunt in voluntaria eiuſdem vocationis, ac miſericordiæ negatione, iuxta id quod apud ipſum eſt Apoſtolum, *Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* In qua tamen Dei voluntate nulla iniquitas ſeu iniuſtitia eſt, cùm nihilominus nulli auxilia deneget ſufficientia.

Chriſtiano ſolùm in nomine gloriãtes arguũtur.
a Rom. 9. 11.
Electio, & Reprobatio quomodo ante præuiſa merita dicãtur eſſe ex mera Dei voluntate.
b Geneſ. 25. 23.
c Malac. 1. 2.
Auguſtinus.

8 Cæterùm ſi id quod hoc loco dicitur, *(Quia Dominus proiecit illos,)* de proiectione accipere quis velit per excluſionem ab hęreditate cæleſtis gloriæ, & eiectione ad pœnas æternas, in quarum altera eſt pœna ſenſus, altera verò pœna damni, accipiat neceſſe eſt, & quod primo dictum eſt, *(Argentum reprobum vocate eos,)* iuxta literalem ſenſum, quo ſignificatur, eatenus illos A eſſe reprobos, quatenus in operum excoctione, & probatione improbi per praua reperti ſunt opera. Vt ſenſus ſit impios iſtos vocate reprobos, & non Deo dilectos, quia abſque vlla operum ipſorum præuiſione Deus libera ſuâ voluntate odio illos habens proiecit eos, nolens iis dare miſericordiam ſuam congruam & efficacem, ex qua miſericordiæ negatione infallibiliter conſequetur, vt & per pœnarum inflictionem idemmet Deus illos ipſos à cæleſtis proiiciat gloriæ adeptione, propter praua ipſorum opera, quæ in eis, quando eos velut argentum examinabit, libertate arbitrij ab ipſiſmet patrata reperiet: Neque enim Deus cauſa eſt malorũ culpæ, ſed probator, & excoctor. B Iuxta quem ſenſum, quod hîc dicitur, & ei conſonum eſt, quod in præallato loco ſubiecit Paulus: *Quòd ſi Deus volens oſtendere iram ſuam, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ apta in interitum*, de quibus egimus aliàs.

Reprobatio per electionẽ à gloria, & proiectionẽ ad inferos eſt ex præuiſis malis noſtris operibus.

VVLGATÆ.

C *Verſus* 30.] Argentum reprobum vocate eos, &c.

SEPTVAGINTA.

30. Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτούς. ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς κύριος.

Verſ. 30.] Argentum reprobum vocate eos: quia reprobauit eos Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

D PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce ſicut argentum reprobatum abiectos vocate eos, quia proiecit eos Dominus.* 1

Verſ. 30. *Argentum*, &c. Hieronymus *Vnde (cùm videlicet malitia eorum in conflatione non ſint conſumpta) nequaquam argentum, ſed argentum reprobum Iudæi ſunt vocati, quia Dominus abiecit eos.* Hieronym.

Ambroſius lib. 10. in cap. 22. Lucæ. *Perfidiæ flammam condemno Iudæorum, diuina ſecutus oracula, Dicit enim Dominus, (Argentum veſtrum reprobum eſt.) Si argentum reprobum eſt Iudæorum, & E focus reprobus Iudæorum eſt. Denique foco, & auro Iudæorum caput vituli figuratum eſt, hoc eſt, ſacrilegij principatus.*

Ambroſius. *De Iudæorum perfidia damnanda.*

Theodoritus. *(Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobauit eos Dominus Deus,) Immoratus eſt in eorum conuerſione: nullum inquit, artificium ſuperauit eorum malitiam. Hac vero dicit, non accuſans naturam, ſed voluntatem. Ipſe enim eſt auctor naturæ, nec quam condidit vnquam accuſaret: voluntatis autem, illi ſunt opifices.*

Theodorit. *Peccatorum non naturã, ſed voluntatem damnat Deus.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΡΓΥΡΙΟΝ ἀποδεδοκιμασμένον.] Θεοδωρήτου.] ἀποδεδοκιμασμένον δὲ αὐτοὺς ἀργύριον καλεῖ, οὐ τὴν φύσιν κατηγορῶν

F Verſ. 30. ARGENTVM reprobum, &c.) Theodoriti.] *Reprobum verò ipſos argentum vocat, non improbans naturã, quam*

2 Theodorit. *Reproborum volũtas mala damnatur.*

ἣν ἐποίησεν. οὐδὲ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἐχρῆν αὐτοὺς νουθετεῖν, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν.] ἐφ' ἡμῖν δὲ τοῖς πεπιστευκόσιν οὐκ εἰς κενὸν κεκοπίακεν ὁ ἀργυροκόπος, οὔτε μὴν ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἢ μόλιβδος. κεκαθάρμεθα γὰρ ἐν πυρὶ || κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως.

|| ἄλ. πυ-ρὶ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι μὴ δεχόμενον διόρθωσιν. παράσημον οὐ νομίμως χαραχθὲν, οὐκ ἐν τοῖς ταμείοις τοῖς βασιλικοῖς εἰσηνέχθη. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς οὐδὲν χρήσιμον. καίτοι καὶ τύπον ἔχον βασιλικὸν, καὶ γράμματα, τῆς ὕλης αὐτοῦ διεφθαρμένης οὕτω καὶ οὗτοι μόρφωσιν ἔχουσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἤρνηνται.

quam fecit, nec ipsos commoueri non debuisse ostendens, sed voluntatem damnat.

Sancti Cyrilli ex Commentariis in Isaiam.] *At in nobis qui credidimus non frustra laborem assumpsit conflator, nec sufflatorium in igne, vel plumbum defecit. In igne enim iudicij, spirituque vstionis expurgati sumus.*

S. Cyrillus. In electis labor exercitii Dei non fuit inanis.

Chrysostomi.] *Hoc est emendationem minimè admittens. Nummus qui non legitimè cuditur, in Regis ærarium non infertur, quare & vsui esse non potest, etsi insignia Regis, literasque præ se ferat, materie in ipso corrupta. Sic & hi formam pietatis habent, veritatem autem ipsam negant.*

Chrisost. Reprobi similium sunt instar monetæ signis quidem regia signatæ, at materia praua.

CAPVT SEPTIMVM.

1 VERBVM, quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens.
2 Sta in porta domus Domini, & prędica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.
3 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto.
4 Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est.
5 Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum, & proximum eius.
6 Aduenæ & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis.
7 Habitabo vobiscum in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.
8 Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.
9 Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis.
10 Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas.
11 Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus.
12 Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.
13 Et nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: & vocaui vos, & non respondistis.
14 Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.
15 Et proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.
16 Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.
17 Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?
18 Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, & vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.
19 Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui?
20 Ideo hæc dicit Dominus: Ecce furor meus & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur.
21 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.
22 Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non pręcepi eis in die, quà eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum,

ſtomatũm, & victimarum.

23 Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis.

24 Et non audierunt, nec declinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis ſui mali, factique ſunt retrorſum, & non in ante.

25 A die quâ egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas per diem, conſurgens diluculo & mittens.

26 Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerũt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt, quàm patres eorum.

27 Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi.

28 Et dices ad eos: Hæc eſt gens quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam: periit fides, & ablata eſt de ore eorum.

29 Tonde capillum tuum, & proiice, & ſume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui.

30 Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollueren eam.

31 Et ædificauerunt excelſa Tophet, quæ eſt in valle filij Ennon: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.

32 Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs, Topheth, & Vallis filij Ennon: ſed Vallis interfectionis: & ſepelient in Topheth, eò quòd non ſit locus.

33 Et erit morticinium populi huius in cibos volucribus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui abigat.

34 Et quieſcere faciam de Vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

Verſ. 1.] Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicens.

Verſus 2.] Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.

A PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NOVAM, [a] nouoque & modo, & loco adorturus prædicationem exploratum omnibus eſſe volo, id ſpeciali Dei mandato, quod & facturus, & dicturus eſſem, fuiſſe mihi imperatum: Hocque eſſe & præceptum, & verbum, quod mihi ab illo factum eſt Ieremiæ.

a Verbũ quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicẽdo.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

B VERBVM *quod factum*, &c. Dei mandatum admodum opportunè ſanctus præponit Propheta, nouam arrepturus prædicandi rationem, quà ſtando, & in porta ſtando, vbi tranſeuntium continuus fluxus erat, & refluxus: & ad eos verba habiturus erat, qui in motu erant ingreſſus, aut egreſſus è templo. In Hebraico textu ita hæc leguntur, (*Verbum quod fuit ad Ieremiam à Domino dicendo.*) Quæ aliter ſic Vatablus. (*Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in hanc ſententiam.*) In verſione Sept. minimè reperiuntur. Quod ſi C in Codicibus Complutenſi, & Regio leguntur, dicendum cũ B. Hieronymo, de Theodotione ea eſſe ibi addita, prout & eadem hic agnouiſſe viſus eſt, & Theodoritus.

1 *Prædicator ſemper cũ alicubi incipit prædicare benedictionem habeat obedientiæ.*

Verſus 1.] Verbum quod factum eſt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

COLLIGERE id ex his licet morale pro D quibuſcumque vitæ ſpirituali indulgentibus, & præſertim pro Concionatoribus, vt nil aggrediantur noui, & quod extra communem ſit vſum, quod vel ex obedientia in mandatis non habeant Prælatorum ſuorum, vel ex ſpeciali Spiritus ſancti impulſu ad id ſe non ſenſerint excitari. Communis hoc eſſe nouimus moris, vt conciones intra templa ad fideles habeantur, quando in Eccleſiis docendus eſt populus vniuerſus. Singulare eſſet ſi quis in Eccleſiæ porta prædicare contenderet, at minimè propterea dignus ille eſt, qui repræhendatur, ſi quo- E modo & ad Ieremiam, verbum & ad ipſum ſit à Domino factum dicens, Sta in porta, &c.

2 *Singularitas, & nouitas vitanda.*

Verſ. 2. PARAPHRASIS LITERÆ.

QVANDOQVIDEM [b] *Iudæi te conuenire, ſimulque colligi nolunt, vt moneantur, & doceantur quæ vitanda, quæque ſint amplexanda, Vade tu ad illos more patrio confluentes ad templum, atque in Orientali, quæ præcipua, & celebrior eſt templi porta, cùm maior eſt populi fluxus, & refluxus, ſta vt meus miniſter, & Scriba qui mea me præſente eis legat verba, eiſque vel inuitis magno af-* F *fectu, elatâ voce, erectóque corpore ſtando clama; iiſdem quoque minimè à ſuo ceſſare volentibus ingreſſus, egreſſuſque motu, ſtans tu inſtar columnæ immobilis ibi perſiſte, & prædica hæc quæ tibi ſuggero.* [c] *Qui verbum Dei audire renuitis, & nihilominus ingredi non erubeſcitis per multas, quæ in templo ſunt portas, vt incuruato ibi corpore adoretis Dominum, Aperite & vos omnis Iuda portas, auditus veſtri nedum externi, ſed & interni Domino, ne portas templi eius ingredientes, & ante illum procidentes iniuriam illi inferatis potius quàm adorationem.*

b Sta in porta domus Domini, & prædica (ſeu lege, aut clama) ibi verbũ iſtud.

c Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.

Verſ.

Vers. 27.] Probatorem dedi te in populis probatis: & cognoſces me, in probando me viam eorum. A

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 Sother Pap. *Diſcretio ſpiritus quàm neceſſaria Epiſcopis.*

PARAPHRASIS Chaldaica. *Electum dedi te in populo meo quaſi ciuitatem fortiſſimam, & notificabis, & annunciabis eis vias ſuas.*

Probatorem, &c. Tomo 1. Conciliorum, in epiſtola Sotheris Papæ ad Epiſcopos Italiæ. *Conſurgite chariſſimi cum Deo, & aſſiſtite ei, induentes arma Spiritus aduerſus malignantes contra fidē eius, & probetur Spiritus ſapienter, id eſt verba illorum, ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Ieremia, (Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam illorum. Multùm namque nobis neceſſaria eſt vigilantia tanti Sacramenti ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprahenditur doloſa exiſtens malitia pro eo quod ſibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentē latere.* B

Hieronymus. *Datur Propheta populo incredulo probator robuſtus, quod Hebraicè dicitur,* מבצר *mibzar, quod vel munitum, iuxta Aquilam, vel clauſum, atque circundatum, iuxta Symmachum, & Sept. ſonat, inſtar vrbis firmiſſimæ, vt nullas populi pertimeſcat inſidias.* Hieronym. *Fortitudo quàm neceſſaria Prælato & Concionatori.*

Theodoritus. *Denunciat Propheta, vt Iudæorum obſeruet iniquitates. Probatorem enim, inquit, dedi te in populo meo concluſo: & conſiderabis probando viam eorum: Ac ſi dicat. Non fatigêris circumiens multas vrbes, & agros: quia metu belli cuncti congregati ſunt in Ieruſalem.* 2 Theodorit. *Prælatus ibſeruet ſubditorum ſecedi rationes.*

Martinus Papa I. in Concilio Lateranenſi 1. Conſultat. 3. *Conſurgere*, inquit, *cum Deo debemus, & conſiſtere promptè ei, induentes arma Spiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus Spiritus Sapienter, id eſt verba illorum:* (ſc. Hæreticorum) *ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Ieremia. (Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam illorum.) Multa namque nobis eſt neceſſaria vigilantia, & tantum diuinæ ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprahenditur doloſa exiſtens malitia.* Martinus Papa. *Prælati quã debeant eſſe vigilantes, & perſpicaces.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΟΚΙΜΑΣΤΗΝ δέδωκά σε ἐν λαοῖς δεδοκιμασμένοις.] B

Τοῦ χρυσοστόμου.] τὴν ὑπερβολὴν λέγει τῆς πονηρίας, ὅτι μηδὲ ἡ πολιορκία ἐποίει βελτίους αὐτούς. ἰδού, φησίν, ἐπιτρέπω σοι δοκιμάσαι αὐτοὺς ἐν καιρῷ. ἐν ᾧ καὶ εἰ σφόδρα ἦσαν ἀναίσθητοι, σφόδρα ἂν ἐγένοντο βελτίους. οὐδεὶς γάρ, οὐδείς ἐστιν, ὅστις ὑπὸ τοῦ φόβου, κἂν σφόδρα ᾖ τραχὺς οὐ μαλάσσεται.

[καὶ γνώσῃ ἐν τῷ δοκιμάσαι με τὴν ὁδόν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] γνώσῃ ὡς οὐδὲν ἴχνος ἐν αὐτοῖς ἐν καιρῷ, καὶ τοὺς ἄγαν ἀναισθήτους ἱκανῷ ποιῆσαι βελτίους διὰ τὰ συνέχοντα τούτους κακά. C

Verſ. 27. PROBATOREM *dedi te in populis probatis*, &c.) 3

Chryſoſtomi.] *Exuperantiam inquit iniquitatis. Quòd nec obſidio meliores ipſos effecit. Ecce Permitto tibi inquit, vt probes eos tempore, quo etſi planè ſenſu carerent, certè meliores euaderent. Nemo enim, Nemo eſt, qui etſi oppidò durus, timore non emolliatur.* Chryſoſt. *Duriſſimus in malo eſt quem nec timor emollit, nec anguſtia.*

(*Et cognoſces me, in probando me viam eorū.*)

Incerti.] *Nullum in ipſis veſtigium agnoſces eo tempore, quòd & valde inſenſatos meliores poſſet efficere propter mala quibus opprimuntur.* Incertus.

Verſ. 28.] Omnes iſti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuerſi corrupti ſunt. D

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Omnes iſti principes declinantes (ſeu Inobedientes, ſeu peruerſi peruerſorum aut Rebelles rebellium.*

COGNOSCES[a] *autem, Iudæos ipſos vniuerſos, qui viam Domini alioquin ambulare profitentur, & in lege eius gloriantur, ſe habere inſtar principum à lege ſolutorum, inobedientes, à via declinantes bona, & ab itinere tutiſſimo obſequij, cultuſque Dei ſui ad peruerſiſſimas, multipliciumque ſcelerum ſemitas, adeóque & peruerſorum, & rebellium apoſtatarum, ac contumacium eſſe præcipuos. Totum*[b] *eorum ſtudium, viuendique rationem eò directum, vt vnuſquiſque ſuum decipiat proximū, fraudulenter, ac doloſè & in verbis, & in operibus, & in conuentionibus ſeſe habentes, Inſtar mercatoris, qui ad vnum quæſtum, emolumentumque proprium coniectos & oculos habens, & intellectum nec mendaciis nec fraudibus parcit vllis.*

b *Ambulantes fraudulenter, (ſeu pravè, aut delatoriè & in delatione.)*

2

3 *Et inſtar proxenetæ verba hinc inde deferentis, ac vtramque contrahentium decipientis partem.*

Seu etiam inſtar detractoris qui è domo in domum aliorum deferens verba diſcordias diſſeminat. 4

Et inſtar accuſatoris, ex aliorum delatis criminibus aliquid ſibi commodi reuehentis. 5

Quin & Diabolo etiam in mendaciis, & in fraudulento tortuoſoque itinere ſimiles ſerpenti tortuoſo.[c] *Nil iam in illis eſſe conſpicies argenteæ puritatis, quin potiùs infima, & peſſima quæque eos reperies metalla, qualia ſunt æs, & ferrum, peccatorū nigrore deformes, omniſque expertes charitatis, facti velut æs ſonãs in ſola externa legalium ceremoniarum apparentia, frontis chalybeæ, & ferreæ duriſſimi, impudentiſſimi, obſtinati, incorrigibiles, & inflexibiles inſtar æris, ac ferri. Vniuerſi*[d] *corrupti ſunt moribus, corruptâ argenti, quæ in eis erat puritate: ſicque corrupti ſunt, vt & aliorum quoque facti ſint corruptores, corruptionem ſuā in proximum quemque transfundētes: & propter idololatriæ ſcelus puriſſimam inſtar argenti Dei gloriam corrumpentes, eamdemque in atra, & vilia metalla commutantes, corrupti planè & ipſi, ſimileſque effecti æneis, ac ferreis quæ coluerunt idolis.* 7 E

c *Æs (ſiue chalybs;) & ferrum.*

d *Vniuerſi corrupti ſunt (ſiue ipſi corruptores ipſi.)*

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Omnes iſti Principes, &c. ad viuum perverſa exprimitur per hæc Iudæorum viuendi ratio, quam per excoctionem, ac probationem Prophetæ cognoſcendam mox dixerat Dominus, *Et ſcies & probabis viam eorum:* Exprimiturque duplici ſeruatâ metaphorâ, quæ ibi aſſumpta fuerat, viæ, atque probationis, excoctioniſque metallorum. Cognoſces inquit, Iudæos omnes, qui viam Domini ambulare profitentur, & in lege eius gloriantur, inſtar principum à lege ſolutorum ſe habere, quod manifeſtiùs expreſſerunt Sept. legentes, *(Omnes inobedientes:)* declarauitque & noſter Interpres, addens, *(Declinantes)* ab ipſa nimirum legis diuinæ via bona, & recta, & ab itinere tutiſſimo cultus, & obſequij Dei ſui, ad peruerſiſſimas Idolorum, multipliciumque ſcelerum ſemitas.

Inobedientes appellati Principes declinantes & peruerſiſſimi.

In Hebraico textu pro duabus his vocibus, *(Principes declinantes)* habetur סרי סררים *ſare ſorerim*, quarum poſtremam vocem participium eſſe actiuum verbi, סור *ſur*, recedere, declinare, diuertere, apoſtatare, deficere, & ſimilia côiugationis quam vocant Pongel, ſat conſtat: primam verò duobus modis accipi reperio, vel vt ſimplex nomen principem deſignans, vt, סרי *ſare* cum litera *ſamech* ſit pro שרי *ſare* cum littera *ſin*, harum enim duarum literarum ס *ſamech*, & ש *ſin* ſæpe altera pro altera poni conſueuit, quomodo id ſumpſit noſter Interpres, & Rabbi Dauid Kimchi poſt R. Ionah, quos ex noſtris ſecuti ſunt Pagninus vertens, *(Omnes ipſi Principes declinantes,)* & Vatablus in Annotationibus, *(Omnes Principes declinantium,)* id eſt, declinantes. Vel vt actiuum participium dictum Benoni coniugationis Kal verbi item סור *Sur* in regimine, ſicque, vt in theſauro notatum habes, alij hæc vertunt, *(Peruerſi peruerſorum,)* id eſt, peruerſiſſimi. Alij *(Rebelles rebellium,)* id eſt, nobiliſſimi rebelles, ſicut Rex Regum, & Dominus dominantium: quomodo id ſumpſêre & interpres Regiæ, vertens, *(Omnes iſti apoſtatæ contumacium.)* & Vatablus in ſua verſione, legens, *(Apoſtatæ ſunt omnes, apoſtatæ inquam.)*

2 Cæterùm de vi iſtiuſmodi participij סר *ſar*, ſeu סרר *Sorer* egimus ſupra in prima expoſitione eorum uerborum, Verſ. 23. capitis quinti, *Populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans.* Vide ibi plures eius ſignificatus, qui omnes & huic quoque ſententiæ competunt. Quibus & tria adde Scripturæ loca ad eamdem ſententiam conferentia, Primum, illud Pſalmi 67. vbi idem verbum in Vulgata ſic exprimitur, [e] *Similiter eos qui exaſperant.* Secundum, id Deuteronomij 21. [f] *Filius noſter proteruus, & ſorer,* id eſt, *contumax, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat & luxuriæ.* Et tertium, Prouerb. 7. *vbi Soreret h* duobus vocabulis expreſſit Hieronym. [g] Vaga, & quietis impatiens. Quæ ſi & præſenti applicentur ſententiæ, percipiemus ſanè meliùs, quàm aptè ea quæ ſubſequuntur adiecta ſint.

e Pſal. 67. 7.
f Deuter. 21. 20.
g Prou. 7. 11.

3 *(Ambulantes fraudulenter.)* Sept. *(Ambulantes* σκολιῶς *ſcholios, id eſt, praué, ſeu peruerſè.)* Quibus explicatur magis ſub aſſumpta viæ metaphora, quâ ratione Iudęi adeo peruerſè & à Deo, & ab illius lege declinauerint, vt principes declinantes dici debuerint, ſeu duces declinantiû, &c. vt ſupra. Quia videlicet totum eorum ſtudium, totaque viuendi ratio eò directa erat, vt vnuſquiſque proximum ſuum deciperet, fraudulenter, ac doloſè, & in verbis, & in geſtis, & in mutuis conuentionibus ſeſe habentes. Quod apertiùs & ſupra explicatum vidimus in verſ. 13. vbi dicebatur, *A minore quippe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.*

Auaritia cauſa peruerſitatis populi Iuda.

4 Ad viuum autem fraudulentum iſtud iter, doloſumque ſtudium, & hoc loco vnicâ Hebraicâ exprimitur voce רכיל *rachil*, quam Pagninus vertit, *(Delatoriè,)* Vatablus in Annotat. *(In delatione, aut ſtudioſi delationis.)* A verbo רכל *rachal*, negotiari, Mercari, merceſque deferre, ac verba, vnde & nomen רוכל *rochel*, ſignificans delatorem, mercatorem, inſtitorem aromatarium, ſeu pigmentarium aromata commiſcentem; Sumpta itaque hac ipſâ voce aduerbialiter, prout eam ſumpſêre Sept. & noſter Interpres, ac plerique Hebræorum, per eam ſignificatur, Iudæorum quemque tunc temporis ſe habuiſſe vt mercatorem, Italicè, *à modo di Mercante*, qui ad vnum proprium commodum, & emolumentum coniectos & oculos habet, & intellectum, ideoque nec mendaciis parcit, nec fraudibus: vtque delatorem tam videlicet mercium ſuarum, quæ & aliis diuendere, & impertire ſatagit: quàm etiam verborum, quæ vel inſtar proxenetæ hinc inde defert, vtramque contrahentium decipiens partem, vel vt detractor è domo in domum deferet, diſcordias inter fratres diſſeminans, vel vt accuſator, quò è delatis aliorum criminibus aliquid ſibi reuehat commodi. Et denique vt pigmentarius diuinæ legis aromata veris falſiſque commiſcens doctrinis, atque dogmatibus, ita vt id ſignificetur fuiſſe ſingulorum ſtudium, quod Italicè diceremus, *Da imbroglione.*

Impij tractare dicuntur inſtar Mercatoris.

Impius tractare dicitur vt Proxeneta, vt Accuſator, & vt Detractor.

Sed & per aduerbium Græcum, quo vſos diximus Sept. peregregiè peruerſiſſima iſta expreſſa eſt Iudæorum viuendi ratio, cùm ambulantes dicti ſint σκολιῶς *ſcholios.* Siquidem ita mendaciis addicti ij erant, & fraudibus, vt planè Diabolo eſſent aſſimilandi, quem & patrem mendacij appellauit in Euangelio Ieſus, [g] & calidiſſimum, ac verſutiſſimum in libro Geneſis aſſeruit Moyſes, [h] σκολιῶς *ſcholios* enim intortè, ac tortuosè ſignificat, & Diabolo peculiare tributum nouimus nomen ſerpentis, & Colubri tortuoſi, iuxta illud Iſaiæ, [i] *In die illa viſitabit Dominus in gladio duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum.*

Impij in contractando ſimiles Diabolo.

g Ioan. 8. 44.
h Gen. 3. 1.
i Iſai. 27. 1.

5 *(Æs, & ferrum.)* Quod ſeruatâ viæ metaphorâ dixit, *(Ambulantes fraudulenter.)* Idipſum & alterâ confirmat, quæ ſuperiùs item vſurpata fuit metaphorâ probationis, & excoctionis. Non ignoro, a diuerſis diuerſimodè hæc explicari Hebræis, eorumque ſectatoribus aliquibus ex noſtris, per mixtionem æris & ferri confirmari id aſſerentes, quod iuxta Hebraicum textum dicebatur. *(Ambulantes in mixtione.)* Quod ita explicat R. Dauid Kimchi in lib. Radicum, Vt miſcetur æs ferro, vt facilè ipſum fundatur ferrum, ſic ipſi miſcentur alter cum altero, vt noceant, & lædant, Seu, vt eamdem ſententiam refert in ſuis Scholiis Iſidorus Clarius, per æs, & chalybem Principes accipiens, per ferrum verò reliquos è populo illorum miniſtros, Miniſtros, inquit, intelligi volunt, qui Dominorum mandata crudeliter exequebantur contra pauperes. Æs, ſiue

Impij vniti ad nocendum proximis vt æs & ferrum in armis.
R. Dauid.
Iſid. Clarius.

siue chalybs coniungitur ferro, vt fiant arma, sic alter alteri adhæret ad facienda mala. Cui sensui fauere videtur Chaldaicus Paraphrastes, *Sicut commiscetur æs cum ferro*. Quod ita nostræ aptare possemus lectioni Vulgatæ, *Ambulantes fraudulenter æs, & ferrum*. Ac si dicatur: Pleni sunt dolo & fraude, sicut æs, & ferrum mixtum, quod colore præ se fert chalybem totum.

Impij similes æri, & ferro mixto ob hypocrisim.

6 Sunt qui arbitrantur, fraudulentam Iudæorum peruersitatem, de qua mox sermo habitus fuerat, magis per hæc confirmari, & exprimi, quod iidem in illa impudentissimi & durissimi, ac obstinatissimi instar æris, ac ferri extiterint, ita Nicolaus de Lyra, dicens, (*Æs, & ferrum, id est, incorrigibiles:*) Clariusque in suis Annotationibus Vatablus. *Vt æs & ferrum*, inquiens, *id est frontis sunt chalybeæ, & ferreæ*, id est impudentissimi. Quem sequutus est Ioannes Maldonatus in suis Comment. dicens. *Æs, & ferrum*, scil. *sunt, id est, duri sicut æs, & ferrum, vniuersi impudentes, ac inflexibiles.* Ioannes quoque Pineda Comment. in vers. 24. cap. 20. Iob. num. 5. fortè ait, *hoc Ieremiæ loco de duritie ærea, aut ferrea impudentis, & procacis frontis agitur, contraria fortè ratione, quâ Aristonides ille artifex cùm exprimere vellet* (*auctor Plinius lib. 34. cap. 14.*) *Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentem, pœnitentiamque, ferrum, & æs miscuit, vt rubigine eius per nitorem æris relucente exprimeretur verecundiæ rubor. Sed inuerecundiæ tamen durities per æs, & ferrum commista commodè repræsentatur.* Andreas Cappella ob vitiorum rubiginem æs, & ferrum Iudæos dictos asserit, vt sensus sit, Quemadmodum æs, & ferrum quod rubiginem contraxit illos omnes esse corruptos. Quod est consonum Plutarchi sententiæ, quâ in lib. de his qui tardè à Numine corripiuntur, ait, *In flagitiis obduratio, quemadmodum in malo ferro rubigo, putredo est: quam si durius tetigeris, illico frangitur.*

Impij dicti æs, & ferrum ob duritiem & obstinatã impudẽtiam. Nicolaus de Lyra. Vatablus. Ioan. Mald. Ioan. Pineda. Plinius. Andr. Capp. *Impij dicti æs, & ferrum ob vitiorum rubiginem.*

7 Quicquid tamen sit de his Expositionibus, illud mihi certum est, Deum in his persistere (vt dicebam) in metaphora probationis, & excoctionis, ac explorationis metallorum, per quam & in superiori versu Prophetæ asseruit, ab illo cognoscendum, quò tandem Iudæi deuenerint peruersitatis, cùm iam nihil in illis esse conspiciet argenteæ puritatis, quin potiùs pessima quæque ipsos reperiet metalla, qualia sunt æs, & ferrum, peccatorum nigrore deformes, solaque in externa quadam legalium cæremoniarum apparentia, omnis expertes charitatis factos velut æs sonans, [a] repletos omni iniquitate, vt de Gentibus in reprobum sensum à Deo traditis ait Apostolus, malitia, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidiâ, homicidio, contentione, dolo malignitate, &c. quasi æs Italicè, *bronzo*, quod plura in se continet metalla.

Sensus Auctoris. *Impij dicti æs, & ferrum quia solâ externâ apparentiâ contẽti sine charitate pleni sũt omni vitiorũ deformitate.*

a Rom. 1. 29.

8 Hunc esse germanum præsentis sententiæ sensum ex simili intelligere est locutione, quâ idemmet Deus, deque iisdem Iudæis ad Ezechielem ait, [b] *Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt.* Bene, *facti sunt*, haud certè ab alio, quàm à se ipsis: Deus quippe argentum electum, purum, candidum, ac fulgens, & pretiosum eos effecerat, quando illos elegit ex omnibus populis, vt essent gens sancta, Regale Sacerdotium, populus acquisitionis: exhibens eis adoptionem filiorũ, & gloriam, & testamentum, & legislationem, & obsequium, & promissa, vt inquit Paulus. [c] Meritòque de ipsis per alium Prophetam cum iisdem conquerens ait Dominus, [d] *Argentum tuum versum est in scoriam*, vbi scoriæ nomine id omne intelligitur, quod ab argenti natura & puritate recedens sit, vt ex præcitato Ezechielis loco apertè deducitur, & ex vi Hebraici vocabuli סיג *Sig* a verbo סוג *sug* retrocedere, alienari, alienumque & extraneum fieri, propter quam retrocessionem, & alienationem à diuinis eloquiis, quæ illis singulari priuilegio credita fuerant, argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum septuplum, meritò vt impij סיגים *sighim* scoriæ, æsque & ferrum nuncupati sunt ab illo, de quo Regius Vates in Psalmo 118. iuxta versionem Hieronymi ex Hebræo, [e] *Tamquam scoriam inquit computasti omnes impios terræ*, quod in Vulgata dicitur, *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.*

b Ezech. 22. 18. *Iudæi, & Peccatores qui que se ipsos fecerunt, & faciunt æs, & stannum, & ferrum cum à Deo alioquin effecti essent argentum purum.* c Rom. 9. 4. d Isai. 1. 22. *Impij dicti scoria argenti.* e Psal. 118. 119.

9 *Vniuersi corrupti sunt.* Declaratiua sunt præcedentium, quæ sub duabus metaphoris, probationis, atque itineris dicta fuere: vt intelligas catenus in conflatione à Propheta facienda de Iudæis ad ignem verbi Dei, sanctarumque monitionum, & increpationum eidem Prophetæ eos cognoscendos esse æs, & ferrum, quatenus vniuersi corrupti sunt moribus, corruptâ argenti, quæ in illis erat puritate: catenusque eosdem item Prophetæ inspiciendos esse Principes declinantes, contumaces, inobedientes, ac peruersissimos, quatenus vt per alium Prophetam dicitur, [f] *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Peruersitas summa in populo, cum in illo vniuersalis est morũ corruptio. f Psal. 13. 1.

In textu Hebraico efficacius explicatur per hæc id quod supra dictum fuerat, (*Omnes Principes declinantes*, seu *duces declinantium*,) est enim vox משחיתים *mashhithim* quæ vel est participium actiuæ significationis, vel est nomen verbale, adeoque bene hæc ita vertunt Pagninus, & Regia. (*Omnes ipsi corruptores*) rectèque & vertes, (*Eorum singuli quique sunt corrumpentes*) aliorum scilicet mores, vt pote vitiosi, & vitiorum magistri, atque vt dicitur in Euangelio, [g] *Cæci, vt duces cæcorum.* Et quidem sicut in rebus corporalibus obseruare est, vt pars quæ corrupta est carnis contiguam paulatim corrumpat, id quod & in fructibus contingit, & in arboribus. Ita & qui vitiorum corrupti sunt labe in anima, alias quoque animas corrumpant operæ pretium est, quas proximas habent, & cũ quibus conuersantur. Vnde bene in præcitato Psalmi loco, quo dicebatur, *Corrupti sunt*, adiectum illico fuit, *& abominabiles facti sunt*: quia Iudæorum illorum, & quotquot eis in prædicta corruptione morum sunt similes, nemo dignaretur familiaritate, & conuersatione, quin & auditu, vel visu, ne eorum particeps quoquo pacto fieret corruptionis, fœtoris, ac mortis.

Impij non solùm corrupti, sed & corruptores aliarũ animarum. g Matth. 15. 14. Simile. *Impij abominabiles et cauẽdi conuersantium.*

10 Sed & id quoque hîc ponderandum, congruentissimè eosdem Iudæos, quos æs, & ferrum dictos vidimus, & corruptos dici, & corrumpentes, aut corruptores; corruptos, quia argentum eorum conuersum est in scoriam, in æs, atque in ferrum, iuxta axioma illud philosophicum. *Generatio vnius est corruptio alterius.* Corruptores verò quia facti æs inaniter sonans, falsâ doctrinâ, prauisque traditionibus propriis & diuinam legem, & rudiorem corrumperent plebem. Qua de re Iudæos item repræhendit in Euangelio Iesus dicens, [h] *Quare vos transgredimini mandata Dei propter traditiones vestras: Et irritum fecistis*

Iudæi corrupti & corrumpentes. *Iudæi corruptores legis, & animarũ per suas traditiones.* h Matth. 15. 3.

fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram, Et sine causa colunt me, id est, frustra sine debita ratione, & absque suo fructu, *docentes doctrinas & mandata hominum.* Vniuersi profectò Iudæorum Ieremiæ tempore, iuxta hoc Domini dictum eidem Prophetæ perspecti sunt propter nimium carnis, cæterorumque vitiorum studium corrupti, ita vt & tunc de illis dici id potuerit, quod diluuij tempore de hominibus ætatis illius dicitur in libro Genesis,[a] *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Et propter scelus Idololatriæ corrumpentes purissimam instar argenti Dei gloriam, eamdemque in atra, & vilia commutantes metalla, ex quibus Idola fabricati sunt, [b] *Mutantes*, sicut de Gentilibus ait Apostolus, *gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & Serpentium.* Corrupti planè & ipsi, factique & æs, & ferrum, qualia & idola, quæ coluêre, iuxta illud Psalmi, *Similes* [c] *illis fiant, qui faciunt ea.* Vnde admodum congruè Ioannes Chrysostomus in Psalmum 13. *Corrupti*, inquit, *sunt, quia corruptionem aduersus incorruptibilem inuexerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem incorruptibilis hominis, homines mente corrupti.*

Iudæi dicti ob vitiorum studia corrupti.

a Gen. 6. 12.

Iudæi ob idololatriæ scelus dicuntur æs, & ferrum vniuersi corrupti.

b Rom. 1. 23

c Psalm. 113. 16.

Ioan. Chrysostomus.

Denique & id quoque ponderare potes, quod in Hebraico textu bis adiectum est pronomen. *Ipsi* (*omnes ipsi corruptores*, seu *perdentes*, aut *vastantes ipsi.*) Per id quippe haud obscurè designatur, Iudææ, & Iudaici populi perditionem vniuersam ab ipsis futuram Iudæis, æs, & ferrum per vitia, per idololatriam, perque obstinationem, & ceruicem durissimam factis.

Impiorũ perditio omnis est ex ipsis.

Versus 28.] Omnes isti principes declinantes, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

APTISSIMVS est locus iste pro Christianorum Principum moribus, si ea ab illis deuitentur, quorum hic exhibitus est catalogus in exactissima malorum Principum descriptione. Quod enim primò studendum illis, id est, vt seduli sint diuinæ legis obseruatores: nullâ ratione ab illa vel ad minimum declinantes. Quod in libro Deuteronomij apertis verbis contestatus Dominus,[a] *Postquam*, ait, *sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram.*

I *Principes Christiani quæ vitare debeant.* *Sint diuinæ legis obseruatores.*

a Deut. 17. 19.

Caueant secundò fraudes, atque mendacia, qualia praui ij profitentur, qui in suo regimine ambulant fraudulẽter, scriptũ est enim. *Princeps* [b] *qui libenter audit verba mendacij*, multóque magis qui mendacia, fraudesque profitetur, *Omnes ministros habet impios.* Abstineant à mercaturæ studiis, quibus ipsæ adnexæ sunt fraudes: ad id quippe significandum vox hoc loco adhibita est Hebraica, vt habes in prima literæ expositione, quâ improbi principes ambulare dicuntur mercatores: & sanè quantùm id alienum esse debeat à principe exinde probat Aristoteles, lib. 3. Polit. cap. 3. quod Thebanis optima cautum extitit lege, ne quis ad vllum administrationis Reipublicæ admitteretur munus qui vel decem extremis annis à studio non abstinuisset mercaturæ. Deuitent quartò, ne æs & ferrum in suo se exhibeant regimine, vel in proprij consilij obfirmatione, vel in nimiæ seueritatis duritie, dicente Salomone. [c] *Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij confirmantur*: cùm enim animi sensus, atque decreta, quæ Principes suo duntaxat cogitant, decernuntque marte, in vanum per sese dissipentur: verùm sanè robur exinde eadem habere probantur cùm multorum Sapientum confirmantur consilio; Et per eumdem Salomonem scriptum est, [d] *Indignatio Regis nuncij mortis*, scilicet & ipsi est Regi, qui frequenti indignatione durum se, ac sæuum in suo se exhibeat regimine. *Frustra enim se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit, armisque arma irritantur*, ait in suo Traiani Panægyrico Plinius iunior. Cuius ibidem & in confirmationem eius quod vltimò in nostra hac Ieremiæ sententia asseritur, *Vniuersi corrupti*, seu *corrumpentes sunt*, istud est egregium dictum: *Vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis est, quàm exemplo: quippe infidelis recti magister est metus*, Et paulò superiùs, *flexibiles quamcumque*, inquit, *in partem ducimur à Principe, atque vt ita dicam, sequaces sumus: huic enim chari, huic probati esse cupimus, quod frustra superauerunt dissimiles: eoque obsequij continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus.*

II *Princeps Christianus caueat à mendaciis & fraudibus.*

b Prou. 29. 12.

Principes Christiani abstineant à mercaturæ studiis.

Aristoteles.

Mercatura aliena censẽda à Reipub. ministris.

Princeps ne sit durus in propria sentẽtia.

c Prou. 15. 22.

Princeps duritiẽ caueat sæuitiei & iræ.

d Prou. 16. 14.

Plin. Iunior.

Principum vita conformatur, & populus.

VVLGATÆ.

Vers. 28.] Omnes isti Principes, &c.

SEPTVAGINTA.

28\. Πάντες ἀνήκοοι πορευόμενοι σκολιῶς, χαλκὸς, καὶ σίδηρος πάντες διεφθαρμένοι εἰσίν.

Vers. 28.] Omnes inobedientes, ambulantes peruersè. Æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

I PARAPHRASIS Chaldaica. *Omnes principes eorum rebellant, ambulantes in dolo, vt qui miscent æs cum ferro, vniuersi corruptores sunt.*

Omnes isti principes, &c. Hieronymus. *Cùm probaueris, ait, & scieris viam populi delinquentis, tunc intelligas, argẽtum commixtum ære nulla ratione posse purgari. Principes autem sunt à Domino recedẽtes, siue inobedientes, qui peruersè ambulant, & fraudulenter.*

Hieronym. *Principum malorũ peruersitas descripta.*

Theodoritus. *Monstrat eidem Propheta Iudæorũ peruersitatem, (omnes inobedientes, incedentes obliquè. Omnes congregati sunt, vt æs, & ferrum.) Perinde ac si dicat, Adulterini sunt nihil habentes probi.*

Theodorit. *Adulterini sunt impij quique.*

D. Thomas. *Ponit vniuersale peccatum, (omnes isti Principes, &c.) (æs & ferrum) quasi dicat, Non solum sunt immundi, sed & tecti sunt immunditiâ, sicut ferrum, & æs est immunditia argenti. Vel ferrum propter duritiam: æs propter impatientiam, quia tremulum est. Iob 40.* [e] *Ossa eius velut fistulæ æris.*

D.Thom. *Æs impatiẽtiæ symbolũ, sicut ferrum duritiei.*

e Iob 40. 13.

FFF CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΆΝΤΕΣ ἀνήκοοι πορευόμενοι σκολιῶς. χαλκὸς, καὶ σίδηρος.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] χαλκῷ, καὶ σιδήρῳ τούτους ἀπείκασε, τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν, καὶ ἐπίμονον πρὸς ἁμαρτίαν δηλῶν. σκολιαὶ δὲ αὐτῶν αἱ πορεῖαι, τὸν τῆς εὐθύτος ἀπολείπουσαι κανόνα. εὐθὺς γὰρ ὁ κύριος, καὶ εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστιν, ὡς χαλκὸς καὶ σίδηρος; τὸ στέμμον αὐτῶν δηλοῖ, τὸ ἀμετάβλητον τῆς κακίας, καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ ὥσπερ ὅταν λέγῃ. τὸ μέ- B τωπόν σου χαλκοῦν. μὴ || τὴν ἐν τῇ ῥύσει τοῦ χαλκοῦ πονηρίαν, ὅτι διεστραμμένας ἔχει τὰς ὁδοὺς, τηκόμενος καθάπερ ἐκεῖνος, καὶ ἐν πυρὶ καὶ χωνευτηρίῳ σκολιῶς βαδίζει. οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ταῖς τιμωρίαις, οὐκ ἐπιλανθάνονται τῆς οἰκείας || διαστροφῆς.]

|| ἴσ. κατὰ τὴν.

|| ἀλ. διαστροφῆς.

Ὀλυμπιοδώρου.] χαλκὸς, καὶ σίδηρος ἀλλήλοις ἀμιγεῖς ἀγάπην μὴ ἔχοντες.

Vers. 28. OMNES inobedientes, ambulantes peruersè, Aes & ferrum, &c.) 1

Chrysostomi.] *Aeri & ferro eos assimilauit, peruicax ipsorum, & perstans in delinquendo ingenium ostendens, obliquæ autem viæ ipsorum rectitudinis regulã deserentes.* [a] *Rectus enim Dominus, & rectæ viæ eius.*

Chrysost. Obstinatio in peccato ære, & ferro designata. Via impiorũ obliqua.

a Psa. 91. 16.

Chrysostomi.] *Quid hoc est, tamquam æs & ferrum? pernicaciam ipsorum significat, & certam in peccando voluntatem, & alio pariter in loco,* [b] *Frons tua, inquit, ærea: iuxta fluxum æris quòd obtortas habeat malitiæ vias, & liquefiat vt æs, sed sicut in igne & fornace obliquè illud progreditur, Sic & isti in pœnis positi suæ peruersitatis non obliuiscuntur.*

Chrysost. Pernicacia, & obstinata voluntas peccandi æri, ac ferro cõparata.

b Isai 48. 4.

Impiorũ via etiã in tribulationibus obliqua, instar æris liquefacti obliquè fluentis.

Olympiodori.] *Aes & ferrum, quæ inter se non commiscentur, charitatem non habentes.*

Olympiod. Charitatis expertes dicti æs, & ferrum, quæ inter se non commiscentur.

Vers. 29.] Defecit sufflatorium, in igne cõsumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Defecit (seu exustum est) sufflatorium.

PROPHETÆ [a] os, quo veluti sufflatorio attractus è cælis spiritus, emissus est, & verba desuper sumpta prolata fuêre, defecit, vt amplius loqui non posse visum sit, defecit ob nimium eius locutionis exercitium inaniter frequentatum: defecit, Prophetâ ipso lassato, tabeque zeli sui defatigato, quia à Iudæis quæ proferebat derideri videbat verba: defecit exustum æmulationis igne. In [b] vanum omnis eiusdem Prophetæ consumpta est sedulitas in prædicando, & cætera quoque vniuersa inaniter consumpta sunt, quæ pro Iudæorum conuersione ab ipso adhibita fuêre adminicula, orationis, mortificationis, & similium: Non secus ac euenire aliquando solet in conflatione auri, & argenti impuri, quando absque vllo purgationis effectu id dumtaxat ex ipsa habetur conflatione, vt consumatur plumbũ, quod ab aurificibus pro adminiculo adhibetur, vt fluere faciat argentum, absque illius consumptione: consumente igne plumbum cum scoria. [c] Enimuero conflatoris munere sancto ipso exercente Prophetâ, frustra in eo laborasse se reperit, [d] cùm nequaquam malitiei in Iudæis consumpta sit scoria, quam nec ignis diuinorum verborum, nec flamma proposita indignationis Dei emolliuit, ac liquefactam fluere fecit obstinatè in sua peruersitate illis perdurantibus, firmiusque quasi prafortibus radicibus eidem cùm admonerentur, & increparentur inhærentibus.

b In igne cõsumptum est plumbum.

c Frustra cõflauit conflator.

d Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ (seu non sunt liquefactæ, seu. Mali nõ sunt auulsi.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Metaphora probationis metallorum in Scriptura est frequentissima.*

DEFECIT *sufflatorium*, &c. Prosequitur Dominus Iudæorum peruersitatem patefacere sub ea ipsa, quã in duobus vsus est præcedentibus versibus probationis, & cõflationis metaphora, quam & sæpissime in Sacris literis reperire est in diuinæ bonitatis, sedulique eiusdem ad hominum procurandam salutẽ studij C ostensionem, & amplificationem, sic in lib. Iob, [e] *Ipse (Deus) scit viam meam, & probabit me quasi aurum, quod per ignem pertransit*, sic in lib. Psalm. [f] *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum:* sic in lib. Prouerb. [g] *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus*, sicque ferè in libro quolibet. In explicãda autem metaphora ista prout hoc loco vsurpata est, inter se minimè conueniunt Expositores, ipsum probationis, conflationisque studiũ aliquibus Prophetæ tribuentibus, cui supra dictum vidimus, *Probatorem* [h] *dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis viam eorum,* aliis Deo D id adscribentibus, qui de semetipso apud alium Prophetam de Iudæis item loquens ait, *Partes* [h] *duæ in ea dispergentur, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum:* aliis denique Regis Babylonis id esse asserentibus, qui lassatus quidem sit in succendendis Iudæorũ oppidis, ac Ciuitatibus, & agris, vt sufflatori ignis iræ furoris Domini, sed tametsi omnia eorumdem Iudæorum vt sedulus conflator consumpserit, neutiquam tamen illorum auferre E valuit malitias: prout ex eo colligere licuit, quod vt dicitur in lib. 4. [i] Regum, post euersam Ierusalem, postque ductum in captiuitatem populum, qui in Iudæa remanserant, sese in Ægyptum contulêre, vbi & multò peiora quàm priùs scelera admisêre.

e Iob. 23. 10.

f Psal. 65. 10.

g Prou. 17. 3.

h Zacha. 13. 9.

Deus dictus conflator.

Chaldæorum Rex conflator Iudæorum.

i 4. Reg. 25. 26.

Ioannes Maldonatus sufflatorium inquit, eleganti metaphorâ vocat Deus Chaldæos, quibus quasi carbonibus excoquebat Iudæorum peccata: ignem, iram suam: plumbum, corpora, & bona omnia Iudæorum, quibus à Deo puniebantur. Vel plumbum significat omnia purgationis ad- F minicula, quia ad purgandum argentum plumbum adhiberi solet, quod illud fluere facit, Multoque plũbo parum argenti admiscetur, quòd excoquendo separatur. Vt quod dicit Deus id fit, omnia iam pœnarũ genera in castigandis Iudæis consumpsisse: plumbum esse consumptum, i. corpora, & facultatem, & libertatem illis abstulisse, & tamen 2

Ioan. Mald.

Iudaicũ plumbum quomodo frustra conflasse dicatur Deus.

& tamen frustra laborasse, non enim purgatos, emendatosque esse, vt apud Isaiam idemmet ait, *Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem: omne caput languidum*, &c.

a Isai. 1. 5.

Ioan. Alba. *Propheta dicti Conflatores Iudaici populi, & quomodo frustra eum conflasse dicantur.*

Ioannes Alba in cap. 46. suæ Centuriæ, Conflatorem in singulari, pro Conflatores in plurali positum censet, qui conflatores sancti extiterint Prophetæ. Ac si Dominus in his talia sibi velit, Misi populo meo conflatores sanctos Prophetas, qui consiliis optimis, & saluberrimis exhortationibus eum à vitiis expurgarent: Sed frustra conflauit conflator, frustra sancti illi admonuerunt eos, quia malitiæ eorum non sunt B consumptæ, hoc est, non ideo recesserunt à malo, nec destiterunt à peccatis. Defecit sufflatorium, id est, lassatus est sufflator, multùm laborauerunt viri illi sancti, sed nihil proficiebant propter eorum cordis duritiam.

3 *Ieremias dictus cōflator, quaue ratione id muneris inaniter expleuerit.* Nicolaus de Lyra.

Mihi id magis probatur, vt quod de conflatore dicitur, de ipsomet Ieremia asseratur à Domino, qui id eidem significauit dicens, *Probatorem*, seu *Conflatorem dedi te in populo meo*, &c. *Loquitur Dominus*, inquit Nicolaus de Lyra, *de Ieremia ad modum aurifabri, qui fundens aurum, vel argentum in igne, apponit simul plumbum, vel stan-* C *num, vt calor ignis aurum, vel argentum non consumat, sed magis stannum, vel plumbum: & ideo quando stannum est totaliter consumptum, ignis consumit aurum, vel argentum positum in fornace, & sic eo consumpto labor aurifabri non habet effectum optatum, sed magis contrarium, & sic Ieremias in correctione Iudæorum, ideo subditur, frustra conflauit conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ.* Explicat hæc meliùs ex doctiorum Hebræorum sententia Vatablus in suis Annotationibus, dicens, *Conflator est Propheta: follis est Prophetæ flatus, prophetia ipsa, & increpatio: plumbum assiduitas, & diligentia* D *prædicationis, Argentum impurum, quod nullâ ratione purgari potest, est populus regni Iuda; Defecit seu combustus est follis, id est redditus est ineptus ad ventū excitandū, quasi dicat. Reprehendendo populum hunc, fauces meæ raucæ factæ sunt, & tamen nihil profeci, quia noluit resipiscere.*

Vatabl.

4 *Ieremiæ os quàm bene appellatum sufflatorium.* a Psal. 118. 131.

Ponderemus singula iuxta lectionum varietatem. (*Defecit sufflatorium.*) Quàm bene os Prophetæ sufflatorium appellatum sit, id indicat Psalmi, quo Regius Vates ait, [a] *Os meum aperui, & attraxi spiritum*, follis quippe & sufflatorium est instrumentum, quo priùs attrahitur, tū emittitur aer, & flatus. Et in initio Vaticiniorum suorum Ieremias contestatum omnibus voluit, se priùs à Deo quæ prolaturus erat verba spiritus desumpsisse, quæ postmodùm suscepta è suo emisit ore, ita scribens. *Verba* [b] *Ieremiæ filij Helciæ*, &c. *Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ*, &c. Modus, & ratio quo istiusmodi os, & sufflatorium defecisse dicitur, is est, quem ipsemet Propheta alibi significauit, cùm diceret, *Quia* [c] *iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastationem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum totâ die. Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius*: Defecit vt non ampliùs loqui posse videtur: defecit ob nimium eiusdem locutionis exercicitium inaniter frequentatum: defecit lassatus, ac debilitatus tabe zeli sui, quia derideri à Iudæis videbat verba quæ proferebat, quomodo, & Dauid, cùm diceret, [d] *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

b Ierem. 1. 1. & 2. *Prædicationis os quomodo vt sufflatorium defecisse dicatur.* c Ierem. 20. 8.

d Psal. 118. 139.

Tabes ista, istaque defectus exustio meritò appellari debet, cùm ab igne sit æmulationis, de qua in Canticis, [e] *Dura sicut infernus æmulatio, Lampades eius, lampades ignis atque flammarum*, vnde bene iuxta versionem Sept. dicitur, (*Defecit sufflatorium ab igne.*) Clariúsque in textu Hebraico, (*Exustus est follis, seu sufflatorium ab igne.*) Quamquam longè diuerso modo eadem sic vertat Vatablus, (*Accensum est vas fusorium igne.*) Quod duobus modis intelligo, sumens per vas fusorium Iudææ regionem, in qua Iudæos ipsos sanctus conflare studuit Propheta. Primò per frequentissimam eiusdem Prophetæ prædicationem vniuersam Iudæam repletam diuinis verbis, de quibus Dominus, [f] *Numquid non verba mea*, ait, *quasi ignis.* Secundo ipsam Iudææ terram ad Iudæos conflandos propemodum igne accensam Chaldæorum, qui eam succenderunt.

e Cant. 8. 6.

f Ierem. 23. 29.

5 R. Dauid. *Prædicatorū & Prophetarum potissimū studium, vt impios ad bonū reducant.*

R. Dauid, & refertur in Thesauro, cum igne coniungit adiectiuum תם *tham*, ita vt hæc ita vertenda sint, (*Exustum est sufflatorium ab igne perfecto*) tum subiiciatur, (*Plumbum conflauit conflando.*) Quâ lectione significatur, studium Prophetæ non tam in probando, & conflando argento, quàm in excoquendo plumbo, illos nimirum qui ex argento in plumbum conuersi essent, eâ ratione qua in præcedenti versu dicti sunt, *Æs & ferrum.* Quem sensum & aliam habet lectio, quæ eamdem vocem תם *tham* iungens cum subsequenti, vt adiectiuum plumbi, ita hæc reddit, prout in versione videre est Vatabli, (*Integrum plumbum.*) Ac si dicatur, Laboratum est in expurgandis, & probandis Iudæis, lassatum est Prophetæ os, quo veluti sufflatorio attractum è cælis spiritum diuinarum reuelationum emissum est super illos, idemque ab igne verborum, zelique Dei exustum contabuit, & nihilominus ij adhuc grauissimâ scelerum prauitate, & fœditate plumbum integrum, putrumque, & sine vlla argenti, virtutisque permixtione, perstitêre. Quæ confirmantur clariùs per ea quæ subsequuntur, (*frustra conflauit conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ.*)

Sed meliùs iuxta ferè communem acceptionem, vox ipsa תם *tham* verbum est præteriti temporis, quomodo illud sumpsère Sept. vertentes, (*Defecit plumbum*) & noster Interpres, recétioresque, Pagninus, Regia, Vatablus in Annotat. & Hebræorum Doctores, vt significet. (*Con-* E *sumptum est plumbum,*) eo sensu, quem supra prosecuti sumus sumentes per plumbum vel ipsam Prophetæ diligentiam in prædicatione, vel adminicula reliqua.

6

(*Frustra conflauit conflator.*) Sept. (*Frustra argentarius argentum conflat,*) Pagninus, & Regia, (*In vanum conflauit conflando.*) Vatabl. (*Frustra conflat excoctor.*) Alij, (*In vanum fudit fusor,*) seu (*purificauit purificator,*)In idem omnes recidunt. In Hebr. est צרף *tzaraph* præteriti temporis, fudit, excoxit, conflauit צרוף *tzaroph* quod potest esse infinitum pro Gerundio conflando, & nomē F substantiuum Conflator, & participium præsens conflans, ac si legatur צורף *tzoreph*, vt notat R. Dauid in lib. Radicum.

Quod in Vulgata postmodum legimus. (*Malitiæ eorum non sunt consumptæ,*) efficaciùs & in Hebræo sic habetur, (*Et mali non sunt auulsi,*) & in versione Sept. (*Et malitiæ eorum non sunt liquefactæ,*) per hanc quippe lectionem Sept. durities, & obstinatio signatur Iudæorum in malitia, & in peruersitate, quam nec ignis verbi Dei, nec flamma diuinæ indignationis emollierit, & li-

Iudæorū obstinatio quāta.

quefactam fluere fecerit. Per Hebraicam verò significatur, nedum minimè excoctam, & purgatam Iudæorum malitiam per sanctas Prophetæ exhortationes, & per indignationis Dei flagella, sed & in flagellis ipsis, & cùm admonerentur, & increparentur, pessimos quoque inter illos firmiores in terra eorum posuisse radices: regnantibus, & gubernantibus impiis, ita vt iure dici quiuerit. *Omnes Principes eorum declinantes, æs, & ferrum.*

Vers. 29.] Defecit sufflatorium, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Deus quantâ diligentiâ insudet vt obstinatos conuertat peccatores.*

SVB aurificis, & argentarij metaphora multas, magnasque suas Deus explicat (vt itam dicam) diligentias, quas adhibet, vt obstinatos conuertat peccatores, nihil prætermittens eorum, quæ necessaria sunt ad horum iræ vasorum emundationē. Quod & aliàs apud Isaiam sub alia significauit metaphora vineæ, dicens,[a] *Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci?* Vt ex his confundi ij debeant Prædicatorum, & Prælatorum, qui statim de aliorum salute desperant, si ad primum exhortationis verbum non fuerint conuersi, indignantur, contumeliis afficiunt, noluntque ampliùs instare, cùm tamen iuxta Apostoli dictum.[b] *Charitas patiens sit*, adeóque &[c] *instandum opportunè, importunè, arguendum, obsecrandum, increpandum in omni patientia & doctrina.*

a Isai. 5. 4. *A spe conuersionis peccatoris cuiusque numquā recedendum.*
b 1. Cor. 13. 4.
c 2. Timot. 4. 1.

8 Hug. Card. *Peccator obstinatus nec per tribulationes nec per prosperitates conuertitur.*

Hugo Cardinalis moraliter, & mysticè ita hæc interpretantur: Moraliter, vt per sufflatorium ignis tribulatio, per plumbum consolatio temporalis significetur, quæ omnia consumpta dicantur, quia nec per tribulationes resipiscunt à peccatis, nec per prosperitates. Vtrumque enim, ait est probatio, & prosperitas, & aduersitas. De primo Prouerb. 27.[d] *Quomodo in conflatorio probatur argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantium.* De 2. Ecclesiastici 2.[e] *In igne probatur aurum, & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis.* Mysticè, inquiens, *plumbi est, quòd metallum adulteratum purgat, purum ab impuro separans, & metallum bonum seruat à combustione: Sic humanitas Christi, quæ per plumbum designatur, in fornace passionis consumpta est, vt omne impurum à nobis separaret, & nos conseruaret à combustione æterna.* Cōqueritur ergo Dominus, quòd humanitas sua consumpta est, & tamen pauci purgati, iuxta illud Isaiæ 49.[f] *In vacuum laboraui, sine causa consumpsi fortitudinem meam.*

d Prou. 27. 21.
e Eccl. 2. 5.
Humanitas Christi instar plūbi in passione ad homines purgādos.
Humanitas Christi defecisse dicitur in passione vt plumbum in excoctione auri, ob id quod passi per ipsā purgati sunt.
f Isai. 49. 4.

VVLGATÆ.

Vers. 29.] Defecit sufflatorium, in igne, &c.

SEPTVAGINTA.

29. Ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλιβδος. εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ, πονηρία αὐτῶν οὐκ ἐτάκη.

Vers. 29.] Defecit sufflatorium ab igne: defecit plumbum: frustra argentum conflat argenti conflator: malitia eorum non est consumpta.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce sicut sufflatorium sufflatoris quod combustum est in medio ignis, sic siluit vox Prophetarum, qui prophetant eis: Conuertimini ad legem meam, & non sunt conuersi, & sicut plumbum quod liquescit in medio fornacis, sic ociosa facta sunt in oculis suis verba Prophetarum, qui prophetant eis, & nihil prodest eis, quòd docent eos doctores eorum, & opera sua mala non reliquerunt.* 1

Defecit sufflatorium, &c. Affert hunc locum Gregorius Nazianzenus oratione 15. In plagam grandinis in comprobationem quòd nihil plagarum immissione apud obstinatos impios proficiat Deus, *Grandinem*, ait, dicere Deum, *vobis immisi: vineas vestras, & germina demessui, nec tamen improbitatem vestram obtriui, Qui spernebat, spernit: qui iniquè agebat, iniquè agit: Nihil superna admonitio profuit, nihil flagra. (Defecit sufflatorium, defecit plumbum) (quod priùs quoque per Ieremiam vobis exprobraui:) incassum argentum conflat argentarius: scelera vestra non sunt liquefacta.*

Greg. Naz. *Calamitatū immissione nil proficit Deus apud impios obstinatos.*

Hieronymus. *Quomodo plumbum miscetur metallis, quæ adulterata sunt, atque violata, vt materia separetur aliena: & si forsan purgata non fuerit, plumbum omne consumitur, & in nihilum redigitur: ita omne eloquium doctrinarum, & sermo prophetīcus perit in his, qui audire contemnunt. Dicamus & super his, qui sicut Aspides surdæ obturant aures suas, ne audiant voces incantantium, frustra enim conflauit argentarius, siue conflator, malitia enim eorum non sunt consumptæ.*

Hieronym. *Verba Dei inaniter proferuntur iis, qui illa audire contemnunt.*

Cyrillus Alexandrinus lib. primo in cap. 4. Isaiæ. De Iudæis qui inobedientiæ crimini affines permanserunt, *Defecit follis, inquit, ab igne, defecit plumbum, in vanum argentum conflat, malitia eorum non liquefactæ sunt, Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobauit eos Dominus. In nobis autem qui credidimus, non in irritum laborauit faber argentarius, neque defecit follis ab igne, nec plumbum: purgati enim sumus in spiritu iudicij, & ardoris.* 2

Cyril. Alex. *Iudæi obstinati à Deo minimè probati per sistum, & igni. Quo probantur fideles.*

Theodoritus. *Argentarium fabrum vocat sermonem ad erudiendum aptum: ignem verò, & plumbum ipsam pœnam: conflatorem autem, sententiam diuinam, quâ pronunciatur pœna. Solent enim fabri argentarij, volentes purgare argentum inicere plumbum, quo per illud absumatur quicquid est adulterinum. Inquit igitur Dominus, (Defecit conflator ab igne, defecit plumbum, frustra conflat faber argentarius: iniquitates eorum non sunt consumptæ,) Volens eos conuertere, methodis quibuscumque vsus sum, castigationes varias inflixi, & tamen curari nequeunt.*

Theodorit. *In obstinati peccatoris conuersione omnia inaniter consumentur plerumque.*

Ioannes Cassianus Collat. 6. cap. 11. *Non merentur saluari visitatione Domini, nec temporalibus plagis consequi medicinam, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia in operationem omnis erroris in immunditiam: quique obduratione cordis, & vsu, ac frequentiâ delinquendi purgationem breuissimi huius æui, & vltionem vitæ præsentis excedunt. Erga eorum enim curationem omnis temporis istius medicinam videns Propheta incassum fuisse consumptam, desperans quodammodo iam de eorum salute proclamat, (Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, &c. vt in Vulgata.* 3

Ioan. Cassianus. *Duri corde non merentur saluari diuinā visitatione.*

Gregorius Papa libr. 18. Moralium cap. 14. *Quisquis extra vnitatem Ecclesiæ patitur, pœnas pati potest, martyr fieri non potest: quia auro[a] locus est in quo conflatur. Quid itaque ad hæc heretici di* 4

Greg. Papa.
a Iob. 28. 1.

Martyriũ extra Catholicam Eccleſiã eſſe nõ poteſt, quamuis eſſe queant cruciatus.

In obſtinatis calamitates, & mortificationes nõ ſunt profectus.

tici dicitis ? conflari per afflictionem carnis ; vel etiam per martyrium vultis, ſed locum in quo debeatis conflari neſcitis : Vna eſt Eccleſia, in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum ſorde purgari : Si quid pro Deo amaritudinis, ſi quid tribulationis extra hanc poſiti ſuſtinetis, incendi tantummodo poteſtis, non purgari. Dicat Ieremias, dicat quomodo conflationis veſtræ ignis omni virtute ſit vacuus, (*fruſtra conflauit conflator. Malitiæ eorum non ſunt conſumptæ.*) Ecce ignis exterius conflans, & duræ paſſionis admonet pœnam, & tamen erroris non excoquit culpam, & tormenta crudelium dat pœnarum, & bonorum non facit incrementa meritorum.

Idem. Tribulationũ immiſſione pleraque nil proficit apud impios Deus.

Idem verò Gregorius 3. parte Paſtoralis curæ, Admonit. 14. *Ignem nobis Deus tribulationis admouet, vt in nobis rubiginem vitiorum purget : Sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Propheta dicit, (fruſtra conflauit conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ.)*

5 Hugo de S. Vict.

Hugo de Sancto Victore, tom. 2. Sermone 42. qui eſt de Purificatione B. Mariæ, & Eccleſiæ, (*Defecit ſufflatorium in igne, &c.*) *Nos qui in religione ſumus, in conflatorio fornacis ſumus, Conflatorium namque clauſtrum nobis eſt, in quo velut aurum in fornace, ſilentio, lectione, meditatione, oratione, ieiuniis, vigiliis, rigore diſciplinæ debemus à noſtris peccatis purgari, & probari: Conflator, Prælatus noſter eſt, & qui ad nos emendandos continuo laborat. Sufflatorium verbum eius eſt, & exemplum. Timeamus eius in nobis laborem fruſtrari, dum incorrigibiles exiſtentes per eum contemnimus emendari: timeamus argentum reprobum vocari.*

Religionis clauſtrum eſt conflatorium.

Prælatus Religionis eſt conflator.

Religioſi incorrigibiles dicti argentũ reprobum.

D. Thomas. *Ponit incorrigibilitatis exemplum, (Defecit ſufflatorium,) Argentum enim admixtum plumbo in fornace ponitur, & ſufflante argentario fæces conſumuntur, & argentum melioratur, ſed plumbum minuitur. Iſti autem poſiti in fornace tribulationis conſumptis malis quaſi plumbo, non ſunt correcti (fruſtra) verbum Dei (conflauit conflator) Deus, vel prædicator,* [b] Eccleſiaſt. 2. *In igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.*

D. Thomas. *Incorrigibilitatis exemplum.*

b Eccl. 2. 5.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΞΕΛΙΠΕ φυσητὴρ ἀπὸ πυρός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] λόγος διδασκαλικὸς ἢ καὶ μάστιξ παιδευτική.

Ἐξέλιπε μόλιβδος.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τῷ ἀργυρίῳ μιγνύμενος ὁ μόλιβδος καθαίρει αὐτοῦ τὴν κακίαν. τοῦτο οὖν φησὶν, ὅτι πᾶς τρόπος καθαρτικὸς ἐπηνέχθη αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐκαθάρθησαν.

Θεοδωρήτου.] τὸν παιδευτικὸν λόγον ἀργυροκόπον καλεῖ, μᾶλλον δὲ αὐτὸν || κεχρημένον. πῦρ δὲ καὶ μόλιβδον τὴν τιμωρίαν αὐτῶν, μόλιβδος γὰρ εἰς τὴν τοῦ ἀργυρίου κάθαρσιν παραλαμβάνεται. φυσητῆρα δὲ τὴν θείαν ἀπόφασιν δι' ἧς ἡ τιμωρία προσφέρεται.

|| τὸν αὐτῷ χρώ.

Verſ. 29. DEFECIT *ſufflatorium ab igne.)*

6 Olympiod. *Sufflatorio deſignatus ſermo magiſtralis vel flagellum diſciplinæ.*

Olympiodori.] *Sermo magiſtralis, vel diſciplinæ flagellum.*

(Defecit plumbum.)

Eiuſdem.] *Argento immixtum plumbum fæces eius expurgat, hoc igitur ait, quod ad hoc vt expurgarentur, omnis adhibitus eſt modus, nec expurgati ſunt.*

Idem. *Dei ſollicitudo in peccatoris conuerſionem, & purgationem.*

Theodoriti.] *Diſciplinæ ſermonem. Conflatorem vocat, imò illum qui ſermone vtitur; ignem autem, & plumbum pœnas ipſas, ad argenti enim expurgationem plumbum aſſumitur: Sufflatorium diuinam ſententiam, qua pœna infligitur.*

Theodorit. *Conflationis vocabula deſignati, & ſermo diſciplina, & qui eo vtitur. Pœna deſignata per ignem ac plũbum. Sufflatorio deſignata diuina ſententia.*

Verſ. 20.] Argentum reprobum vocate eos : quia reprobauit eos Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Argentum reprobum (ſeu reprobatum) vocate (ſeu vocauerunt, aut vocabũt) eos, quia Dominus proiecit (ſeu reprobauit) illos.

ARGENTVM *ſe eſſe gloriantur electum: Attamen diuerſimode veluti argentum à Deo probati, & excocti igne verbi ſui, & in camino tribulationis, ab argenti puritate alieniſſimi reperti ſunt, vtpote re vera exiſtentes æs, & ferrum, quamobrem non eſt quòd quiſquam argentum illos appellet. Vocate potius eos, quotquot de iis loqui contigerit, argentum reprobum, & quos probatio oſtendit minimè eſſe argentum. Siquidem Dominus, qui illos excoxit, proiiciendo eos, ſignificauit, & manifeſtauit, nil ipſis eſſe argenteæ puritatis, & nil in eis repertum boni, cuius aliqua habenda ſit ratio : nam & propterea eos proiecit cum indignatione, vt vilem, & aſpernandam ſcoriæ argenti maſſam.*

2 *Cum & aliis quoque complures ſanctorum Prophetarum, qui illos eiuſdem Dei nomine ignitis ſuis probare tentarunt exhortationibus, eodem quoque nomine argentum reprobum eos vocarint, vnde iure optimo à Deo reiecti magno ſunt cum faſtidio.*

Quinimò cùm hac ratione à Deo proiecti ſint, in manuſque hoſtium aſpernandi, & conculcandi traditi, Gentes quoque cum irriſione vocabunt ipſos argentum reprobum, ac reprobatum, factos deriſum, prouerbium, ac fabulam vniuerſorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ARGENTVM reprobum, &c. Argenti reprobi nomine ſignificari ait Ioãnes Alba in præcitato cap. 46. Suæ Centuriæ, argentum vile factum corruptum, & vitiatum mixturâ multâ metallorum inferiorum, vel potiùs multæ fæcis. Cenſetque hæc eſſe verba Dei de populo ſuo ad eius hoſtes : vt ſenſus ſit. O vos Gentes, quas adduco ad vltionem populi mei, agite cum eo quaſi cum argento reprobo, reddite illi quod meretur; Tractate eum tanquam argentum corruptum. Erat quaſi argentum electum, ſed iam verſum eſt in ſcoriam, omnes ſunt æs, & ferrum. Vel vt Propheta ſit, qui hæc ad Chaldæorum exercitum iam Ieroſymæ appropinquantem habeat : eia reiicite, & vaſtate Iudæi

Ioan. Alba.

Iudaicum populum, reiicite illum tamquam argentum reprobum, nam Dominus proiecit illos. Vt vocandi verbum hoc loco positum sit pro facere, tractare, & vlcisci quod quam rectè dicatur, videant alij. A

Vocare pro facere, & punire, atque vlcisci.

2 Auctoris Sensus.

Mihi videntur quidem hæc esse verba Prophetæ, qui reassumens quæ in præcedentibus dicta fuerant à Domino, eamdemque prosequens probationis metaphoram generaliter ea de suo pronunciarit populo ad quoscumque audire, seu legere ipsa contigisset. Vt vocandi verbum respondeat nomini, de quo gloriabantur Iudæi, electi nimirum populi Dei, & argenti præstantissimi, adeoque exponat Propheta, & quã inaniter tam gloriosam ij iactarent appellationem, & quàm a tali ipsi alieni sint nomine. Ac si dicat, Non est, quòd iam argentum illos vocetis cuius ij gloriantur appellationis, sed vocate potiùs eos argentum reprobum, id est, Quos probatio & excoctio ostendit minimè esse argentum: Quem sensum confirmant & participium, & verbum, quibus in sua versione vsi sunt Sept. Siquidem verbum ἀποδοκιμάζειν, *apodokimazin*, cuius est & participium ἀποδεδοκιμασμένος, vt bene notat Budæus in libro suorum Comment. linguæ Græcæ significat, ἐν τῇ δοκιμασίᾳ ἀθετεῖν, id est, in probatione improbari, reiici, & aspernari, Hebraico quoque verbo, & quod ex illo est idipsum confirmatur participio. Enimverò cùm verbum מאס *maas* significet reiicere, & proiicere quidpiam cum fastidio, vt vile & contemptum, ac præsertim quando construitur cum Beth, & præpositione In, prout hoc loco, fastidium in aliquo habere designet, videtur fieri allusio ad argentarium, qui massam conflans, vt in illa existens expurget argentum, cùm post multam excoctionem nil in ea reperiat præterquam infimorum metallorum mixturam, argentique scoriam, in massam ipsam indignatur, magnoque cum fastidio, vt vilem, & aspernandam illam è sua argentaria proiicit officina. Vnde bene in sequenti cap. 7. leges, [a] *Quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus.* B C D

a Iere. 7.29.

3 Pro, *(vocate eos)* Hebraicè legitur קראו להם *kareu lahem*, tertia persona præteriti actiui, adeoque bene ita hæc vertuntur in Regia. *(Argentum reprobatum vocarunt eos, quia reprobauit Dominus in eis.)* Tametsi Pagninus in imperatiuo, vt noster *(Vocate eos,)* id reddat, & Vatablus in futuro *(vocabunt eos)* vt sit præteritum pro futuro, prout aliàs sæpissime. E

Porrò quod dicitur, *(Argentum reprobatum vocauerunt eos quia, &c.)* nouum hunc habere potest sensum admodum certè præcedentibus cõgruum, præsertim si superiora verba illa *frustra conflauit conflator*, generaliter dicta de singulis sanctorum Prophetarum sumantur, vt de iisdem Prophetis hîc pariter verba habeantur, de quibus infra dicet Dominus, *Et* [b] *misi ad vos omnes seruos meos Prophetas de nocte consurgens, mittensque & dicens, Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi, quam odiui, & non audierunt*, sc. Iudæi, nec inclinauerunt *aurem suam, & conuerterentur à malis suis*, &c. Vt significetur, eos ipsos dum frustra se conflasse, & inaniter laborasse animaduerterint, quos suis monitionibus, increpationibus, minisque vltionis diuinæ corrigere nequiuerunt, argentum quidem ob externam appellationem, quâ populus Dei dicebantur, & reprobatum, id est per excoctionem minimè purgatos, miniméque corrigibiles vocarint, atque pronunciarint. F

b Iere. 44.4.

Quod sequitur, (*Quia Dominus reprobauit, seu proiecit eos.*) accipi commodissimè potest, vt quid prædictam Prophetarum sententiam consequẽs, iuxta frequentem Sacrarum literarum phrasim, de qua & alias egimus, vt Hebraica particula כי *chi*, & particula Latina, *(Quia)* posita sint vel pro, *Et*, vel pro, *Quamobrem, ideo*, & similibus designantibus effectum. Ex eo quippe quod Iudæi ad ignem verbi Dei conflati, minimeque expurgati vocati à sanctis Prophetis reprobi, & dicti fuerunt incorrigibiles, factum est, vt Dominus tandem cum fastidio illos à se proiecerit, reprobatosque repulerit. Quod apertiùs noster exponet Ieremias infra in cap. 25. vbi post enarratum ingens Dei studium, quo complures pro Iudæorum conuersione delegauit seruos suos Prophetas, & è vestigio eorumdem Iudæorum obstinatam incorrigibilitatem, adiicit: [c] *Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quod non audistis verba mea. Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis*, &c. quæ longiùs ibi prosequitur, istam de qua hîc sermo est, reprobationem, ac proiectionem significantia, prout clariùs in lib. 4. Regum eadem sic exponuntur, [d] *Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos à facie sua.*

4 *Particula, Quia, sæpe designat effectum consequens.*

c Iere. 25.8.

d 4. Reg. 17. 20.

Cæterùm si in imperatiuo legatur, *Vocate eos*, vt & in nostra Vulgata, alius hic potest istorum esse sensus. Quotquot videre contingit Iudæorum peruersitates, atque afflictiones, dicite illos esse argentum reprobum, vtpote quales in epistola ad Titum descripsit Apostolus, [e] *Confitentur se nosse Deum*, propter quam confessionem externam, extrinsecè pariter & argenti, & populi Dei nuncupandi sunt nominibus: At aduertite, vt argentum eos vocantes addatis peculiare talis extrinsecus apparentis argenti adiectum, (*Vocate eos argentum reprobum:*) quod idem indicauit Paulus adiiciens, *factis autem negant.* Et exponens quid id sibi velit, seque declarans subdit, *Cùm sint abominati*, βδελυκτοὶ abominabiles, iuxta illud, [f] *Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Et incredibiles* ἀπειθεῖς, id est inobedientes, & increduli, quales & Ezechieli significauit Dominus extitisse tunc temporis Iudæos, quibus vaticinabatur, dicens, [g] *Increduli, & subuersores*, Denique vt meliùs perciperetur quale iidem Iudæi in excoctionis probatione reperti sint vt inutile proiiciendum argentum, addit, *Et ad omne opus bonum reprobi* ἀδόκιμοι, id est, minimè probati, & incorrigibiles. Ex quo factum esse hîc dicitur, vt Dominus illos tamquam inutile argentum, quos post examen & probationem inuenit infideles, à se proiecerit, Quâ verò ratione à Deo proiiciendi istiusmodi forent, sub reprobæ terræ metaphora explicauit Apostolus ad Hebr. 6. dicens, *Proferens autem spinas*, sc. terra *ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionẽ.* Proiicientur quippe in ignem æternum, in quem proiectus fuit & Diabolus, qui per Antonomasiam reprobus dicitur. Quod sibi voluisse visus est Petrus à Figueira, *Argentum reprobum*, inquiens, id est, *argentum Diaboli, seu argentum diabolicum, quod incorrigibiles iam sint apud Deum, & damnati.*

e Tit. 1.16.

f Hose. 9.10.

g Ezec. 2.6.

Impij, ut Reprobi sunt argentum Diabolicum.

Si in futuro cum Vatablo legas, (*Argentum reprobum vocabunt eos, quia*, &c.) per hæc id signifi-

gnificabitur, quod in libro Deuteronomij eidem
a Deut. 28. 37. Iudaico populo dicitur, *Et* [a] *eris perditus in Prouerbium, ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.* Idque quia Dominus proiecit illos, reprobandoſque, & cunctis aſpernandos eos exhibuit, prout ipſemet apud noſtrum
b Ier 29. 18. Ieremiam infra conteſtatus eſt, dicens, [b] *Eperſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ:* En oſtenſionem in conflatione quòd reprobi eſſent, & proiectionem eorumdem vt reproborum. Audi, quomodo & propterea vocandi eſſent argentum reprobum: *In maledictionem,* ſcil. dabo eos *& in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos.*

Verſ. 30.] Argentum reprobum vocate eos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Christiano ſolum in nomine gloriãtes arguũtur.*

FACIVNT hæc ad impios illos fidelium, qui in ſolo nomine gloriantur Chriſtianorum, in eoque confidunt, quòd inter Chriſtianos, electumque Dei populum adnumerari meruerint. Aptabis facilè omnia, ſi primam expenderis expoſitionem. Si particulam, *Quia* iuxta propriam ſumpſerimus cauſalitatis ſignificationem confirmatum per hanc ſententiam intelligemus id, quod ab Apoſtolo [a] de electione, ac reprobatione hominum ex mera Dei voluntate, allato duorum fratrum exemplo dictum eſt, *Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, (vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex* [b] *vocante dictum eſt ei: Quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau* [c] *autem odio habui.* Quæ optimè Auguſtinus 1. ad Simplicianum quæſt. 2. intelligit de electione & dilectione Dei per efficacem vocationem mirâ eius exhibenda miſericordiâ, probatque ex ſubſequentibus Apoſtoli verbis. *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor cuius miſerebor: & miſericordiam praſtabo, cuius miſerebor.* Similiterq; de reprobatione, odio ac proiectione item Dei, quæ ſunt in voluntaria eiuſdem vocationis, ac miſericordiæ negatione, iuxta id quod apud ipſum eſt Apoſtolum, *Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* In qua tamen Dei voluntate nulla iniquitas ſeu iniuſtitia eſt, cùm nihilominus nulli auxilia deneget ſufficientia.

a Rom. 9. 11. *Electio, & Reprobatio quomodo ante prauiſa merita dicãtur eſſe ex mera Dei voluntate.*
b Geneſ. 25. 23.
c Malac. 1. 2.
Auguſtinus.

8 *Reprobatio per electionẽ à gloria, & proiectionẽ ad inferos eſt ex prauiſis malis noſtris operibus.*

Cæterùm ſi id quod hoc loco dicitur, *(Quia Dominus proiecit illos,)* de proiectione accipere quis velit per excluſionem ab hæreditate cæleſtis gloriæ, & eiectione ad pœnas æternas, in quarum altera eſt pœna ſenſus, altera verò pœna damni, accipiat neceſſe eſt, & quod primo dictum eſt, (*Argentum reprobum vocate eos,*) iuxta literalem ſenſum, quo ſignificatur, eatenus illos

A eſſe reprobos, quatenus in operum excoctione, & probatione improbi per praua reperti ſunt opera. Vt ſenſus ſit impios iſtos vocate reprobos, & non Deo dilectos, quia abſque vlla operum ipſorum præuiſione Deus libera ſuâ voluntate odio illos habens proiecit eos, nolens iis dare miſericordiam ſuam congruam & efficacem, ex qua miſericordiæ negatione infallibiliter conſequetur, vt & per pœnarum inflictionem idemmet Deus illos ipſos à cæleſtis proiiciat gloriæ adeptione, propter praua ipſorum opera, quæ in eis, quando eos velut argentum examinabit, libertate arbitrij ab ipſiſmet patrata reperiet: Ne-
B que enim Deus cauſa eſt malorũ culpæ, ſed probator, & excoctor. Iuxta quem ſenſum, quod hîc dicitur, & ei conſonum eſt, quod in præallato loco ſubiecit Paulus: *Quod ſi Deus volens oſtendere iram ſuam, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ apta in interitum,* de quibus egimus aliàs.

VVLGATÆ.

Verſus 30.] Argentum reprobum vocate eos, &c.
C

SEPTVAGINTA.

30. Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς. ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς κύριος.

Verſ. 30.] Argentum reprobum vocate eos: quia reprobauit eos Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

D PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce ſicut argentum reprobatum abiectos vocate eos, quia proiecit eos Dominus.* 1

Verſ. 30. *Argentum*, &c. Hieronymus *Vnde (cùm videlicet malitiæ eorum in conflatione non ſint conſumptæ) nequaquam argentum, ſed argentum reprobum Iudæi ſunt vocati, quia Dominus abiecit eos.* Hieronym.

Ambroſius lib. 10. in cap. 22. Lucæ. *Perfidia flammam condemno Iudæorum, diuina ſecutus oracula, Dicit enim Dominus, (Argentum veſtrum reprobum eſt.) Si argentum reprobum eſt Iudæorum, &*
E *focus reprobus Iudæorum eſt. Denique foco, & auro Iudæorum caput vituli figuratum eſt, hoc eſt, ſacrilegij principatus.*

Ambroſius. *De Iudæorum perfidia damnanda.*

Theodoritus. (*Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobauit eos Dominus Deus,) Immoratus eſt in eorum conuerſione: nullum inquit, artificium ſuperauit eorum malitiam. Hæc verò dicit, non accuſans naturam, ſed voluntatem. Ipſe enim eſt auctor naturæ, nec quam condidit vnquam accuſaret: voluntatis autem, illi ſunt opifices.*

Theodorit. *Peccatorum non naturã, ſed voluntatem damnat Deus.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΡΓΥΡΙΟΝ ἀποδεδοκιμασμένον.] Θεοδωρήτου.] ἀποδεδοκιμασμένον δὲ αὐτοὺς ἀργύριον καλεῖ, οὐ τῆς φύσεως κατηγορῶν

F Verſ. 30. *ARGENTVM reprobum, &c.)* Theodoriti.] *Reprobum verò ipſos argentum vocat, non improbans naturã,* 2

2 Theodorit. *Reproborum volũtas mala damnatur.*

λὼ *quam*

λῶ ἐποίησεν. οὐδὲ δεικνύς, ὡς οὐκ ἐχρῆν αὐτοὺς νουθετεῖν, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν.] ἐφ' ἡμῖν δὲ τοῖς πεπιστευκόσιν οὐκ εἰς κενὸν κεκοπίακεν ὁ ἀργυροκόπος, οὔτε μὴν ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἢ μόλιβδος. κεκαθάρμεθα γὰρ ἐν πυρὶ || κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως.

|| ἄλ. πνεύματι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι μὴ δεχόμενον διόρθωσιν. παράσημον οὐ νομίμως χαραχθὲν, οὐκ ἐν τοῖς ταμείοις τοῖς βασιλικοῖς εἰσηνέχθη. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς οὐδὲν χρήσιμον. καίτοι καὶ τύπον ἔχον βασιλικὸν, καὶ γράμματα, τῆς ὕλης αὐτοῦ διεφθαρμένης οὕτω καὶ οὗτοι μόρφωσιν ἔχουσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἤρνηνται.

A *quam fecit, nec ipsos commoueri non debuisse ostendens, sed voluntatem damnat.*

Sancti Cyrilli ex Commentariis in Isaiam.] *At in nobis qui credidimus non frustra laborem assumpsit conflator, nec sufflatorium in igne, vel plumbum defecit. In igne enim iudicij, spirituque vstionis expurgati sumus.*

S. Cyrillus. *In electis labor excoctionis Dei non fuit inanis.*

Chrysostomi.] *Hoc est emendationem minimè admittens. Nummus qui non legitimè cuditur, in Regis ærarium non infertur, quare & vsui esse non potest, etsi insignia Regis, literasque præ se ferat, materie in ipso corruptâ. Sic & hi formam pietatis habent, veritatem autem ipsam negant.*

Chrisost. *Reprobi fidelium sunt instar monetæ signo quidem regio signatæ, at materia praua.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 VERBVM, quod factum est ad Ieremiam à Domino
dicens.
2 Sta in porta domus Domini, &
prędica ibi verbum
istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has,
vt adoretis Dominum.
3 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus
Israël: Bonas facite vias vestras, & studia
vestra: & habitabo vobiscum in loco
isto.
4 Nolite confidere in verbis mendacij,
dicentes: Templum Domini, Templum
Domini, Templum Domini est.
5 Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium
inter virum, & proximum eius.
6 Aduenæ & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post
Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis.
7 Habitabo vobiscum in loco isto: in
terra, quam dedi patribus vestris à sæculo,
& vsque in sæculum.
8 Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.
9 Furari, occidere, adulterari, iurare
mendaciter, libare Baalim, & ire post deos
alienos, quos ignoratis.
10 Et venistis, & stetistis coram me in
domo hac, in qua inuocatum est nomen
meum, & dixistis: liberati sumus, eò quòd
fecerimus omnes abominationes istas.
11 Numquid ergo spelunca latronum
facta est domus ista, in qua inuocatum est
nomen meum in oculis vestris? ego, ego
sum: ego vidi, dicit Dominus.
12 Ite ad locum meum in Silo, vbi ha-
B bitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.
13 Et nunc, quia fecistis omnia opera
hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad
vos manè consurgens, & loquens, & non
audistis: & vocaui vos, & non respondistis.
14 Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos
C habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.
15 Et proiiciam vos à facie mea, sicut
proieci omnes fratres vestros, vniuersum
semen Ephraim.
16 Tu ergo noli orare pro populo hoc,
nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.
17 Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?
D 18 Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt
adipem, & vt faciant placentas Reginæ
cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.
19 Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos
in confusionem vultus sui?
20 Ideo hæc dicit Dominus: Ecce furor meus & indignatio mea conflatur su-
E per locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non
extinguetur.
21 Hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.
22 Quia non sum locutus cum patribus
vestris, & non pręcepi eis in die, quâ eduxi
eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum,

ſtomatûm, & victimarum.

23 Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis.

24 Et non audierunt, nec declinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis ſui mali, factique ſunt retrorſum, & non in ante.

25 A die quâ egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas per diem, conſurgens diluculo & mittens.

26 Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerũt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt, quàm patres eorum.

27 Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi.

28 Et dices ad eos: Hæc eſt gens quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam: periit fides, & ablata eſt de ore eorum.

29 Tonde capillum tuum, & proiice, & ſume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui.

30 Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollucrent eam.

31 Et ædificauerunt excelſa Tophet, quæ eſt in valle filij Ennon: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.

32 Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs, Topheth, & Vallis filij Ennon: ſed Vallis interfectionis: & ſepelient in Topheth, eò quòd non ſit locus.

33 Et erit morticinium populi huius in cibos volucribus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui abigat.

34 Et quieſcere faciam de Vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

Verſ. 1.] Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicens.

Verſus 2.] Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.

A PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NOVAM, [a] nouoque & modo, & loco adorturus prædicationem exploratum omnibus eſſe volo, id ſpeciali Dei mandato, quod & facturus, & dicturus eſſem, fuiſſe mihi imperatum: Hocque eſſe & præceptum, & verbum, quod mihi ab illo factum eſt Ieremiæ.

a Verbũ quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicẽdo.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

B VERBVM *quod factum*, &c. Dei mandatum admodum opportunè ſanctus præponit Propheta, nouam arrepturus prædicandi rationem, quà ſtando, & in porta ſtando, vbi tranſeuntium continuus fluxus erat, & refluxus: & ad eos verba habiturus erat, qui in motu erant ingreſſus, aut egreſſus è templo. In Hebraico textu ita hæc leguntur, (*Verbum quod fuit ad Ieremiam à Domino dicendo.*) Quæ aliter ſic Vatablus. (*Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in hanc ſententiam.*) In verſione Sept. minimè reperiuntur. Quod ſi C in Codicibus Complutenſi, & Regio leguntur, dicendum cũ B. Hieronymo, de Theodotione ea eſſe ibi addita, prout & eadem hic agnouiſſe viſus eſt, & Theodoritus.

1 *Prædicator ſemper cũ alicubi incipit prædicare benedictionem habeat obedientiæ.*

Verſus 1.] Verbum quod factum eſt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

COLLIGERE id ex his licet morale pro D quibuſcumque vitæ ſpirituali indulgentibus, & præſertim pro Concionatoribus, vt nil aggrediantur noui, & quod extra communem ſit vſum, quod vel ex obedientia in mandatis non habeant Prælatorum ſuorum, vel ex ſpeciali Spiritus ſancti impulſu ad id ſe non ſenſerint excitari. Communis hoc eſſe nouimus moris, vt conciones intra templa ad fideles habeantur, quando in Eccleſiis docendus eſt populus vniuerſus. Singulare eſſet ſi quis in Eccleſiæ porta prædicare contenderet, at minimè propterea dignus ille eſt, qui repræhendatur, ſi quo- E modo & ad Ieremiam, verbum & ad ipſum ſit à Domino factum dicens, Sta in porta, &c.

2 *Singularitas, & nouitas vitanda.*

Verſ. 2. PARAPHRASIS LITERÆ.

QVANDOQVIDEM [b] *Iudæi te conuenire, ſimulque colligi nolunt, vt moneantur, & doceantur quæ vitanda, quæque ſint amplexanda, Vade tu ad illos more patrio confluentes ad templum, atque in Orientali, quæ præcipua, & celebrior eſt templi porta, cum maior eſt populi fluxus, & refluxus, ſta vt meus miniſter, & Scriba qui mea me præſente eis legat verba, eiſque vel inuitis magno affe-* F *ctu, elatâ voce, erectóque corpore ſtando clama; iiſdem quoque minimè à ſuo ceſſare volentibus ingreſſus, egreſſuſque motu, ſtans tu inſtar columnæ immobilis ibi perſiſte, & prædica hæc quæ tibi ſuggero. [c] Qui verbum Dei audire renuitis, & nihilominus ingredi non erubeſcitis per multas, quæ in templo ſunt portas, vt incuruato ibi corpore adoretis Dominum, Aperite & vos omnis Iuda portas, auditus veſtri nedum externi, ſed & interni Domino, ne portas templi eius ingredientes, & ante illum procidentes iniuriam illi inferatis potiùs quàm adorationem.*

b Sta in porta domus Domini, & prædica (ſeu lege, aut clama) ibi verbũ iſtud.

c Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.

Verſ.

Vers. 2. Expositio Literæ.

3 *Standi verbũ tria designat.* STA in porta domus Domini, &c. Nec ita habentur in Versione Sept. Quamuis in Codicibus Complut. & Regio in hunc modum ea inueniantur, (*Sta in porta domus Domini, & lege illic verbum hoc, & dic.*) Standi verbum, vt ex Hebraico verbo עמד *ngamad* colligitur, tria hoc loco designat, & stare simpliciter erecto corpore, quomodo stantes loqui solemus,[a] cùm aliquid insolitâ voce, vehementique proferimus affectu: & coram aliquo ad quodpiam stare ministerium, quo modo apud[b] Zachariam coram Domino stantes dicuntur Angeli: & persistere, perstare, ac perdurare, sicut de Absalom legimus.[c] *Et manè consurgens. Absalon stabat iuxta introitum portæ, & omnem virum qui habebat negotium, vt veniret ad Regis iudicium vocabat Absalom ad se & dicebat*, &c. Tria igitur hoc vno verbo mandata sibi à Domino asserit Ieremias. Primum, vt nolentibus audire verbum Domini Iudæis magnis nihilominus id eis prædicet vocibus, affectuque, & dicendi energiâ torpentes illorum aures penetrare satagat, & corda. Vnde bene Vatablus ex Hebræo, pro (*prædica*) legit (*Clama*) quomodo idem Hebraicum verbum קרא *kara* & noster Interpres supra in cap. 2. vertit, *Vade*,[d] *& clama in auribus Ierusalem.*

a 2. Esdr. 8. 4.
b Zach. 3. 7.
c 2. Reg. 15. 2.
Prædicator etiam iis qui audire nolint prædicare debet affectu & energiâ magnâ.
d Ier. 2. 2.

4 *Prædicator debet se habere vt Dei scribam eius verba coram ipso legentem.* Secundum, vt prædicans enitatur, se vt Dei gerere ministrum, ea nimirum Iudæis referens, quæ Deus ipse proferenda suggerebat, vt illius minister, interpres, ac scriba coram ipso stans, atque legens, quomodo eum descripsit Baruch infra, vbi ait:[e] *Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos*: Adeoque quod hîc in Vulgata dicitur, (*Et prædica ibi verbum istud,*) rectè iuxta vim præallati Hebraici verbi קרא *kara*, à Theodotione, & in versione Sept. iuxta Codices Complutensem, & Regium, vertitur, (*Et lege illic verbum hoc.*) Tertium denique, vt obfirmato animo in talis prædicationis ministerio, vel ipsis inuitis, atque etiam obnitentibus persistat, iuxta illud Pauli,[f] *Prædica verbum, insta opportunè, importunè.* Vnde bene dicitur, *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi*, &c. Ac si dicatur, Iudæis in iugi ingressus, & egressus motu persistentibus, teque conuenire nolentibus vt abs te doceantur in templo, tu instar erectæ, stabilisque columnæ perseuera, ibi eis prædicans vbi sese mouentes conueniunt cum ingrediuntur, & egrediuntur ex templo ipso, in quo suam omnem defixam spem habent.

e Ier. 36. 18.
Prædicator perseuerare debet, vel etiã inuitis prædicare.
f 2. Timot. 2. 4.

5 *Porta Orientalis erat cæterarum celeberrima in templo Salomonis.* Portæ nomen Hebræorum Doctores, quos ex nostris sequuntur Vatablus, & Isidorus Clarius, signatè hîc positum putant pro ea quæ inter septem templi portas, & maior, & celebrior erat Orientem versùs, cùm alioqui ad meridiem tres, & ad Septentrionem tres aliæ minores in templo extiterint portæ, quas & mox subiicit Propheta dicens: *Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.* Nostri ferè communiter indefinitè idipsum accipientes portæ vocabulum, iussum inquiunt Prophetæ, vt in aliqua portarum templi ingredientibus prædicaret, vbi videlicet maiorem videret ingredientium frequentiam, seu modò in porta vna, modò verò in alia.

Mihi prior magis arridet sententia, vt Orientali & celebriori potissimùm in porta id Ieremię faciendum mandetur, quò & cæteri quoque venturi essent Iudæorum, qui alioqui per alias portas ingrederentur, prout & alias infra in cap. 17. eidem Ieremiæ simili ratione præceptum item fuit à Domino, vt ingredientibus Iudæis per varias portas Ierusalem, in ea potissimùm prædicaturum se sisteret, quæ celebrior erat tunc temporis portæ, sic quippe ibi legimus.[g] *Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi*, id est maiori populi frequentia celebriori, *per quam ingrediuntur Reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem, & dices ad eos*, &c. Fauetque huic sensui Hebraica lectio, quam rectè ita vertunt recentiores. (*Qui ingredimini per portas illas.*) Dignitatem & frequentiam portæ istius Orientalis templi exinde colligere licet, quòd sicut inter portas ciuitatis Ierusalem vna erat celebrior, per quam potissimùm ingrediebantur, & egrediebantur Reges, vbi & ius dicebant: Ita & inter templi portas hanc Orientalem celebriorem extitisse constat, cùm per illam pariter in templum ingrederentur, & egrederentur Reges, vt colligitur ex lib. 1. Paralipom. vbi dicitur,[h] *Ianitores autem*, &c. *vsque ad illud tempus in porta Regis ad Orientem obseruabant per vices suas de filiis Leui.* Neque id immeritò, cùm ea in templi esset facie, quam ad Orientem extitisse nouimus ex cap. 47.[i] Ezechielis.

g Ierem. 17. 19.
h 1. Paral. 9. 17.
i Ezech. 47. 1.

6 *Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.*) Præter simplicem sensum, quem quique ex his illico colligunt, Duo insuper subtiliter ea perpendentes in ipsis haud obscurè, etiam secundùm literam, significata animaduertimus. Primum, tacitam Dei obiurgationem Iudæis exhibitam, quòd ingredi auderent per templi portas, vt in templo ipsum adorarent, qui in eodem templo diuinum eius verbum audire renuebant, ita vt operæ pretium esset, vel inuitis Prophetam stantem in porta id eis prædicare. Alterum, Prophetæ admonitionem eidem populo factam, quâ ratione edocti sunt veræ adorationis Dei, cùm enim Iudæi ita se gererent, atque is qui regias adiret portas, vt Regi ipsi supplex offerret preces, cui è vestigio suas occluderet fores, *Qui ingredimini*, inquit, *portas has, vt adoretis Dominum, audite verbum Domini.* Ac si dicat, Aperite & vos portas vestras Domino, ne portas eius ingredientes, & ante ipsum procidentes iniuriam illi inferatis potiùs quàm adorationem. Nosse si vis, quo pacto Iudæi suas Domino occluderent portas, recole quæ superius in præcedenti dicta sunt capite,[k] *Cui loquar? & quem contestabor vt audiat? Ecce incircumcisæ*, id est obturatæ *aures eorum, & audire non possunt: Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: & non suscipient illud.* Ingressus Dei in Iudæorum animas erat per fidem: nouimus autem quod per Paulum dicitur,[l] *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*, quod videlicet prædicatum intra aures tam corporis, quàm mentis admittatur.

Prædicãtem audire renuẽtes arguũtur à Domino quòd templũ adire audeãt vt ipsum adorent. In templum qui nam benè ingrediantur vt Deũ adorent.
k Ierem. 6. 10.
l Rom. 10. 17.

Vers. 2. Expositio Moralis.

7 *Verbum Domini vbique prædicari potest.* STA in porta, &c. Quamquam reuera verbum Domini[a] (vt ait Apostolus) nõ sit alligatum loco cuipiam, cum & Sapientiæ per prosopopeiam à Salomone adscribatur, vt in *summis excelsisque verticibus, supra viam, in mediis semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquatur, dicens, ô viri, ad vos clamo, & vox mea ad filios hominum*, per viros, sapientes intelligens, per filios hominum, insipientes,

a Prou. 8. 2.

a Rom. 1. 14.
Sedere, & ſtare in docendo quid ſignificet.
b Ioan. 8. 2.
c Matth. 23. 2.
d Ioan. 7. 37.
e Matt. 5. 1.
Docere ſedendo quid ſignificet.
f Matth. 13. 1.

tes, iuxta illud Pauli,[a] *Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Cathedræ certè parari doctoribus ſolent, & concionatoribus pulpita, vt ſedentes doceant, vt & Chriſtus Ieſus de quo Euangeliſta, [b] *Et ſedens,* inquit, *docebat turbas*, vt & de Scribis idem dicebat Ieſus, [c] *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcumque ergo dixerint vobis ſeruate, & facite*, ſeſſionéque ipsâ magiſterij dignitas commendatur. Et nihilominus de Chriſto item in Euangelio legimus. *In* [d] *nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens, Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Quo loco nota diuerſitatem, quando docuit eos, qui ad ipſum acceſſerant vt audirent eum, ſedens docuit, vt habes apud Matthæum, [e] *Videns autem Ieſus turbas aſcendit in montem, & cùm ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos*: & alibi. [f] *Congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt eis*: vt intelligeremus, haud multum doctori eſſe laboris, quando eos erudiat, qui verba Dei libenter audiunt, idéoque & ſedendo, ſummáque cum animi tranquillitate illos docere, cùm per Sapientem nouerit dictum. *Aurem* [g] *audientem, & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque,* factúmque id eſſe aduertit à Deo, ne maiores ſibi ſubeúdi fuiſſent labores.

g Prou. 20. 12.

Stando docere ſignificat, id fieri magno cũ labore, magnoque cum affectu.

Quos è veſtigio labores nouit adeundos, cùm vel auditorium conuocandum eſt, vel iis doctrina exhibenda ſit prædicationis, quorum aurem non fecerit Dominus, quos & audire pigeat verbum Dei, prout in præcitato Ioannis loco ſignificatum idem voluit Ieſus, quando ingens ſuum exprimens deſiderium, quo anhelabat, vt vel aliquis multorum, qui templum adibant Iudæorum, ſitim haberet audiendi verbum fidei, veniretque ad ipſum audiendum, & vbertim veræ in eum fidei biberet latices: & ſtando & clamando dixit. [h] *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Sic ergo cùm Ieremiæ mandatur à Domino, vt prædicet in porta domus Domini, vt ſtando prædicet iubetur, quo intelligat, magno & labore, & affectu ſibi tali indulgendum prædicationi, iis qui vel non ingreſſi ſunt templum Domini, vel adhuc in primo ſunt ingreſſus limine.

h Ioan. 7. 37.

8 (*Audite verbum Domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.*) Maximè enim ſanctis prædicatoribus elaborandum cum illis eſt, qui vel pœnitentiæ portas nondum ſubiere, vel in primis eius foribus reperiuntur. De his quippe id intellexerim, quod apud Hamos Prophetam dicitur. [i] *Odio habuerunt corripientem in porta*, quodque apud Iſaiam legimus, [k] *Arguentem in porta ſupplantabant*, omni videlicet contentione illis obſiſtentes, & omni quâ poterant ratione illos deturbare conantes, ô quàm neceſſe & noſtris hiſce eſſet temporibus, vt ſancto cuipiam prædicatori, ſicut & Ieremiæ fieret verbum iſtud Domini, dicens, (*Sta in porta domus Domini, & prædica,*) ingredientibus per templi portas, vt adorent Deum. Vereor etenim, ne & nobis propterea cum Ieremia noſtro deflendum, ac dicendum ſit, *Senes defecerunt de portis.* Illud profectò habeo exploratum, quod ſi in Eccleſiarum portas ſeſe aliquis conferret Prædicatorum, multo ei clamandum eſſet labore, multóque deſudandum eſſet affectu, tum vt ingredientes in templum à prauis auerterent conſuetudinibus, & à vitioſis rationibus, quibus ad iſtiuſmodi impelluntur ingreſſum, quo in ipſa Dei adoratione garrulitatem admiſceant, & curioſitatem, modum illius edocentes, quo & ingredi in eam Dei domum, & adorare ibi par eſſet Deum; tum vt ingredientium oculos, & pietatem in cæcos & claudos, reliquoſque conuerterent mendicos illos, qui ſtipem ibi efflagitant: tum denique vt peruerſiſſimos eos arcerent, qui templi portas ob id duntaxat adeunt, vt oculorum ſuorum expleant concupiſcentiam.

i Hamos 5. 10.
k Iſai. 29. 21.

In templorum portis neceſſe eſſet, vt aliquando docerent ſancti prædicatores.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Verbum quod factum eſt, &c.

Verſ. 2.] Sta in porta, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου πᾶσα Ἰουδαία.

Verſ. 2.] Audite verbum Domini omnis Iudæa.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Verbum prophetiæ quod factum eſt ad Ieremiam coram Domino, dicendo.* Verſ. 2. *Sta in porta Sanctuarij Domini, & prophetabis ibi verbum iſtud, & dices: Suſcipite verbum Domini omnes viri domus Iuda, qui ingredimini per portas iſtas, vt adoretis coram Domino.* 1

Verſ. 1. & 2. *Verbum quod,* &c. *Sta in porta,* &c. Hieronymus. *Hoc in editione Sept. non habetur, ſed de Theodotione ex Hebraico additum eſt. Imperatur autem Propheta vt ſtet in porta domus Domini, per quam ad adorandum Dominum ingreditur populi multitudo: vt per hanc occaſionem poſſint audire quæ Dominus præcipit: per quod intelligimus duritiam populi Iudæorum, quòd quaſi mendaces, atque veſanos habuerint Prophetas, dum per occaſionem, & celebritatem loci audire coguntur verba Domini, & non propter hoc quòd verba ſint Domini.*

Hieronym.
Iudæi habebant Prophetas quaſi veſanos, & mẽdaces.
Verbum Dei quàm parui facerent.

Irenæus lib. 4. aduersùs hæreſes cap. 32. ingentem Dei erga Iudæos ponderans miſericordiam. *Sed quoniam* inquit, *Deus miſericors eſt, non abſcidit eos à bono conſilio. Nam per Ieremiam cùm dixiſſet. Quò mihi thus de Saba affertis, &c.* Intulit, *Audite ſermonem Domini omnis Iuda. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dirigite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & conſtituam vos in loco iſto; nec confiſi fueritis vobiſmet in ſermonibus mendacibus. Quoniam in totum non proderunt vobis; dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.*

Irenæus.
Miſericordia Dei in Iudæos quanta.

Theodoritus. *Poſt hæc oſtendit Propheta quo pacto iuſſus ſit ſtare pro foribus templi diuini, cunctiſque ingredientibus propheticum ſermonem offerre, qui quidem ſermo propheticus continebat conſilium, & rerum proſperarum pollicitationem, Dirigite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & inhabitare faciam vos in loco iſto.*

Theodorit.

D. Thomas (*Sta in porta,*) *Vt ſaltem religione loci cogantur audire q. d. aliàs audire contemnunt.*

D. Thom.

CATE

CATENA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

ΑΚΟΥΣΑΤΕ λόγον κυρίου πᾶσα Ἰουδαία.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν εἰ ἀδιόρθωτα πταίουσι, καὶ ἀνίατα νοσοῦσι, καὶ οὐδεμία ἔσται παραμυθία τῶν δεινῶν, τίνος ἕνεκεν πάλιν πέμπεις τὸν ἰατρὸν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν τιμωρίαν αὐτοῖς αὔξοντα, καὶ πᾶσαν ἀναιροῦντα συγγνώμην; ὁ γὰρ πολλάκις ἀκούσας, καὶ ἀδιόρθωτος μείνας, τὸ συνεχὲς τῆς συμβουλῆς, καὶ τῆς παραινέσεως κατήγορον ἔχει μέγιστον.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν προσήκει νοεῖν, ὡς Ἰουδαία ἐστὶ πᾶσα ψυχὴ ἐγγίζουσα τῇ θεοσεβείᾳ. Ἰούδας γὰρ ἐξομολογούμενος ἑρμηνεύεται. B

Vers. 2. AVDITE verbum Domini omnis Iuda, &c.) 2

Chrysostomi.] *Si absque spe correctionis labuntur, morbóque incurabili laborant, & nullum in his malis solamen aderit. Quid igitur iterum medicum mittis, qui tantùm culpas eorum grauiores efficiat, omnemque ipsis veniæ spem excludat? Qui enim multoties audiit, mansitque incorrectus, consilij assiduitatē adhortationisque habet sibi acerrimum aduersarium.* Chrysost. Obstinatis, & incorrigibilium curā non omittit Deus.

Olympiodori.] *Post historiam intelligendum est Iudæam esse omnem animam, quæ ad pietatem propiùs accedat: Iudas enim confitens interpretatur.* Olympiod. Pia anima Iudæ nomine insignita, vt confitēs Deo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ. C *CAPVT VII.*

ΔΙΟΡΘΩΣΑΤΕ τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν.] τουτέστι τὰς πράξεις ὑμῶν, καὶ ἃ ἐποιήσατε τῆς εἰδωλολατρείας ἕνεκεν. τοῦτο γὰρ μηνύει, τὰ ἐπιτηδεύματα ταῦτα δή φησί. ἐπὶ τῶν προφητῶν μηνυόντων τὴν αἰχμαλωσίαν. τινὲς δὲ τῶν ψευδοπροφητῶν θαῤῥεῖν αὐτοῖς ἐκέλευον φάσκοντες, ὡς οὐδὲν πείσεσθε δεινόν. εἰ γὰρ καὶ ὀργίζεται θεὸς δι' ὑμᾶς, ἀλλ' οὐκ ἂν ἕλοιτο τὸν ναὸν προδοῦναι τοῖς ἐχθροῖς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, καὶ εἰς τὴν πύλην στῆναι τῷ προφήτῃ προσέταξε, καὶ λέγειν ταῦτα. προϊὼν γοῦν φησί. D

Μὴ πεποίθατε ἐφ' ἑαυτοῖς ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅτι τὸ παράπαν οὐκ ὠφελήσουσιν ὑμᾶς λέγοντες. ναὸς κυρίου: ναὸς κυρίου ἐστὶν, μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου ἐγένετο, ἐφ' ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ. ἐκεῖ ἐνώπιον ὑμῶν.] φοβερῶς αὐτὸ εἶπεν, εἰπὼν γὰρ, ὅτι μοιχεύετε εἰδωλολατρεύοντες; καὶ ὅλως, καταλέξας τὰ κακά. καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα εἰς τὸν ναὸν εἰσήεσαν φησί. E

Μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκος μου ἐγένετο.] μὴ οἴεσθαί με κοινωνεῖν ὑμῖν τῶν κακῶν, καὶ συμπράττειν ὑμῖν ταῖς ἀδικίαις, οὐκ ἐλέγχοντα τὰ κακά, τουτέστι μὴ ὡς λῃστάρχόν με νομίζετε; καὶ ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ἑώρακα λέγει κύριος, τουτέστιν οὐ λανθάνει με ἡ περὶ τὰ εἴδωλα ὑμῶν θεραπεία. λῃστὰς δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσε, διὰ τὸ πλεονεκτικόν. εἶτα παραδείγματι.

Ὅτι πορεύθητε εἰς τὸν τόπον σιλὼμ, οὗ κατεσκήνωσα τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ ἔμπροσθεν.] ὡς γὰρ ἐκείνου οὐκ ἐφεισάμην, οὕτως οὐδὲ τοῦ ναοῦ. καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξίου τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς.] ἔπαθέ τι ὁ προφήτης ἀκούσας τοῦ ναοῦ τὴν ἅλωσιν. εἶτα πείθων αὐ- F

DIRIGITE vias vestras & studia vestra,] id est actiones vestras, & quæ commisistis propter Idolorum cultus: id quippe significat studia. Hæc autem de Prophetis captiuitatem nunciantibus infert. Verū Pseudoprophetarū nonnulli, vt bono essent animo illis præcipiebāt, quasi nullum inde malum contracturi. Etenim etsi Deus vestri causā irascitur, nunquam tamen templum hostibus compilandum tradet. Ideoque Prophetæ, vt stans ante portam hæc diceret iussit. Procedens itaque ait. Vers. 3. Chrysost.

[*Nolite confidere in vobis ipsis, in verbis mēdacibus, quoniam omnino non proderunt vobis, dicentes, Templum Domini, Templum Domini est. Numquid spelūca latronum domus mea facta est, vbi inuocatum est nomen meum in ea, ibi corā vobis?* Terrorē infert, his verbis: cū enim dixisset, eos dum Idolis operam nauant, fornicari, & vno verbo eorum malis adnumeratis, neque his obstantibus templum ingredi, subdit. Vers. 4. Vers. 11.

Vers. 11. *Numquid ergo spelunca latronum,* &c.) Ne eum vobis simul mala peragere existimetis nec in vestris iniustitiis cōcurrere mala non redarguentem. Hoc est nū veluti Prædonum ducem me tenetis? Vers. 11.

[*Et ecce ego vidi dicit Dominus,*] id est, vestrum circa Idolorum cultum studium nō me fugit. Latrones autē eos vocauit propter improbam rerum alienarū cupiditatem, & fraudationem. Post hæc exemplo. Vers. 11.

[*Quare itaque ad locum Silo, vbi habitare feci nomen meum ibi ante.*] Vt enim illius non misertus sum, sic nec Templi. Vers. 12.

[*Et tu noli orare pro populo isto, neque postules vt miserear illorum.*] Templi excidium cùm audisset Propheta commotus est, Deinde illis persua- Vers. 16.

αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐπάγει. ἢ οὐχ ὁρᾷς τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν ταῖς πολέσιν Ἰούδα, ἐν ταῖς διόδοις Ἱερουσαλήμ. οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα. οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι τὸ πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι στέαρ, τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.] ἔδειξε πάντας περὶ τὸ κακὸν ῥέποντας. τὸ δὲ, τρίβουσι στέαρ, φύρουσιν, ἔχει ὁ Ἑβραῖος. τὸ δὲ, τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας. τουτέστιν ἄρτους μεγάλους. τὸ γὰρ χαβῶνας ἐστὶ λέξις Ἑβραϊκή. σημαίνει δὲ τὸ ἀπὸ μέτρον ἑνὸς τοῦ λεγομένου μοδίου γιγνόμενον ἄρτον. στρατιὰν δὲ οὐρανοῦ λέγει, τὸν ζωδιακὸν κύκλον.

Καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦτον, καὶ οὐ μὴ ἀκούσωσιν.] τουτέστιν, οὐκ ἐπιστραφήσονται.

Καὶ καλέσεις αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ ἀποκριθῶσι σοι.] καλέσεις, τουτέστι προτρέψεις αὐτοὺς εἰς μεταμέλειαν, καὶ οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῶν λόγων ἕξουσιν.

Καὶ ᾠκοδόμησαν τὸν βωμὸν τοῦ Ταφὲθ, ὅς ἐστιν φάραγγι υἱοῦ Ἐνώμ.] τουτέστι τὸν βωμὸν τοῦ Πλούτωνος. ὡς ἀεὶ τῷ θανάτῳ ἐπενδόντες, ὥστε ἐπὶ πολὺ ζῆν. καὶ θάψουσιν ἐν τῷ Ταφὲθ, διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τόπον.] ὅπου γὰρ πρότερον, φησὶν, οὔτε νεκρὸν πλησιάζειν παρεσκεύαζον, ὡς ἱερὸν ἔχοντες τόπον, ἐνταῦθα τῶν νεκρῶν σωρευθήσεται τὸ πλῆθος. ταῦτα δὲ φησὶν, ὡς αὐτόθι τοῦ βαρβάρου πολλὴν φαγὴν ἐργασαμένου. ἐπάγει γοῦν.

Καὶ ἔσονται οἱ νεκροὶ τοῦ λαοῦ τούτου εἰς βρῶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ.] ὡς οὐδὲ ταφῆς ἀξιωθησομένων. ὃ χείρονα τὴν συμφορὰν ἐδείκνυεν.

A persuadens Deus addit. [*Nũquid non vides, quid ipſi faciunt in ciuitatibus Iuda, in plateis Ieruſalem. Filij eorum colligunt ligna, Patres eorum ſuccendunt lignum, & mulieres eorum terũt adipem, vt faciant Chauonas militiæ Cæli.*] Omnes in malum eſſe propenſos oſtendit. Illud, *Terunt adipem, in maſſam conſpergũt*, legit Hebræus. *Vt faciant Chauonas*, Panes magnos ſcilicet. Chauonas quippe dictio eſt Hebraica, & ſignificat Panem totâ vnâ menB ſurâ quæ Modius appellatur confectum. Militiã cœli zodiacum circulũ intelligit.

Verſ. 17.

Verſ. 18.

Militia cæli Zodiacus.

[*Et dices ad eos ſermonem hunc, & non audient.*] Hoc eſt non conuertentur. Verſ. 27.

[*Et vocabis eos, & non reſpondebunt tibi.*] Vocabis, Hortaberis, videlicet ad pœnitẽtiam, at illis tui ſermones non proderunt. Verſ. 31.

[*Et ædificauerunt aram Tapheth, quæ eſt in valle filij Ennon.*] Id eſt Plutonis aram quaſi ſemper Morti ſuccumbentes, vt vitam C diuturniorem trahãt. [*Et ſepelient in Tapheth eò quòd non ſit locus.*] Vbi enim antea, inquit, mortuum vel appropinquare fas nõ erat, colebant enim locum vt ſacrum, ibi mortuorum corpora aceruatim congerentur: hæc autem inſinuat, quaſi ibi Barbarus multam cædem patraſſet, addit igitur. [*Et erunt mortui populi huius in eſcam volatilibus cæli.*] Sepultura enim non dignabuntur quod calamitatẽ fore atrociorem oſtẽdit.

Verſ. 31.

Verſ. 32.

Verſ. 33.

Verſ. 3.] Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dirigite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael.

OMNIPOTENS [a] *qui Deus quidem exercituum eſt, ſed Deus Iſrael dici in primis gloriatur, tametſi vel vobis quantumlibet renitentibus intra vos ingredi poſſet, voſque quocumque ei liberet deducere, hac nihilominus ad vos benigniſſimè habet, liberos vos eſſe ſinens.* [b] *Non tam externam hanc, quam templum ingredientes mihi exhibetis, exquiro à vobis corporis incuruationem, quàm morum, ſtudiorumque, & operum efflagito rectificationem, & emendationem, lætanter igitur, & cum delectatione id ſtudete, vt templum adeuntes vias morum, operumque, nec non & cogitationum veſtrarum rectas reddatis; vt & ipſe vobiſcum per iſtiuſmodi gradiens vias, templum inhabitans, veſtraſque ibi exaudiens preces, & meis vos proſequens fauoribus, vos pariter & in illo, & in natali ſolo faciam habitetis à captiuitate ſecuri.*

b Bonas (ſeu iucundas) facite (ſeu dirigite) vias veſtras, & ſtudia veſtra (ſeu, adinuẽtiones veſtras) & habitabo vobiſcum (ſeu habitare vos faciam) in loco iſto.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 In templo quomodo, & cum quibus Deus habitare ſe dicit.

HÆC *dicit Dominus*, &c. Aptè præcedentibus ſubiecta hæc ſunt, vt Iudæis perſpicuum fieret, quàm id Deo eſſet in optatis, vt præexpoſito modo per eorum ingrederentur portas. Qui enim Dominus eſt exercituum, tantæque potentiæ, vt quocumque libuerit ingredi queat, Deum appellari ſe gaudet potiſſimum

D Iſrael, à quo liberè optat admitti per aurium portas, dum dicit, *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra*, Vide libertatis arbitrium; *Et habitabo vobiſcum in loco iſto.* Planus faciliſque iſtorum ſenſus eſt, vt Deus præſentem ſe aſſerat Iudæis in templo futurum per exauditionem, & per multiplicium gratiarum, donorumque collationem, cùm ij ſuos emendarint mores. Subtiliùs tamen eadem ad præcedentia referentes, inuenimus id magis in his explicari, quod mox aſſerebatur, per diuini verbi auditum in noſtras Deum admitti debere portas. E Enimuero auditus nomine iuxta Sacrarum literarum morem, ne dum externa verbi Dei receptio deſignatur in auribus, ſed & talis in cordis intima eiuſdem verbi ſignificatur admiſſio, quæ & opus adiunctum habeat in eius impletione verbi, iuxta illud Iacobi. [c] *Eſtote factores verbi, & non auditores tantum: Quia ſi quis auditor eſt eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſiderauit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.*

Auditus nomine ſignificatur & admiſſio in corde verbi admiſſi adiunctam habeat impletionem.

c Iacob. 1. 22.

Totum Iudæorum ſtudium ſitum in eo erat, vt ingredientes per templi portas Deum venera- F rentur corpore incuruati, hanc enim incuruationem id deſignat. Quod in ſuperiori verſu dicebatur, *Vt adoretis Dominum.* Hebraicè, vt benè vertit Pagninus, *Vt incuruetis vos Domino.* Cùm tamen reuera Dominus non tam iſtiuſmodi ab eis vellet incuruationem, quàm morũ ſtudiorumque, & operum ipſorum rectificationem, correctionem, & emendationem, per quam ipſe in eorum corda per ſuam admiſſus diſciplinam, ita cum illis habitantem ſe exiberet in templo,

2 Templum adeuntibus non tam externã adorationem, & incuruationem, quàm morum expoſuit correctionem Deus.

vt in eo illis reuelaret gloriam suam, vt omnis caro ipsum, quod os Domini locutum est verbũ, videat in opus deductum: réque ipsâ & cernat quàm fidelis sit Deus in suis explendis promissis. Quæ clariùs alibi apud Isaiam explicantur vbi dicitur. *Vox* [a] *clamantis in deserto: parate viam Domini: & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.* Templum ipsum, quod peculiari priuilegio sedes, & habitaculum Dei dicebatur, absque rectificatione, & emendatione morũ ingredientium in illud desertum profectò & solitudo erat, cùm Deus in eo minimè habitans esset cum illis: viæ ipsæ quibus Iudæi incedebant in templum, studia, & opera, cum quibus in id gradiebantur, & eorum viæ hîc apud Ieremiam dicuntur, (*Bonas facite vias vestras,*) & semitæ Dei asseruntur apud Isaiam, *Rectas facite semitas Dei nostri.* Sed tunc cùm rectificationem adiunctam habent, per diuinæ eius eruditionis susceptionem, in qua is cum gradientibus incedit, vt anima corpori iuncta cum corpore vadit, corpusque ipsum mouet, vires ei largiens & vitã, prout idem met Dominus significauit supra, cùm diceret, [b] *Erudire,* id est, suscipe disciplinam meam, & imple eruditionem meam, *Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te,* quã videlicet in ipsa eruditionis meæ susceptione tecum gradier.

a Isai. 40.3.

Templum impiis dicitur esse desertum Non habitãte sibi Deo cũ illis.

Via quibus eundum in templum vnà cum Deo sũt opera bona. Deus cũ viro bono graditur vt anima vadit cum corpore quod informat.

b Ierem 6.8.

3 Circa lectionum varietatem duo sunt, quæ in hoc vers. 3. expendamus verba, alterum est, quod noster interpres reddidit, (*Bonas facite,*) Siquidem הטיבו *hethib*, à radice יטב *itab*, Bonum, seu bene esse, placere, iucundum esse, pulchrescere, dirigere, disponere, aptare: non solùm significat bonum facere, sed & rationem quoque subindicat bonum faciendi: Adeòque Sept. illud hîc vertêre διορθώσατε (*dirigite vias vestras, & adinuentiones vestras,*) vt intelligamus, idipsum (vt mox dicebam) hoc loco Iudæis suaderi, quod iis suadebatur Isaiæ verbis, *Rectas facite semitas Dei nostri,* iuxta illud Prouerbiorum, *Dirige* [d] *semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur.* Quod magis apud eumdem Isaiam, vbi supra, sic explicatur, [e] *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Quæ & præsenti pariter Hebraico significantur verbo, cùm id commodè vertere liceat, (*Planas, iucundasque facite vias vestras,*) vt noueris, ipsam morum emendationem, & rectificationem non exiguum quoque habere iucunditatis, iuxta illud Prouerb. [f] *Viæ eius,* sc. Sapientiæ, *viæ pulchræ, seu iucundæ, & omnes semitæ illius pacificæ.*

Pœnitẽtia, & morum correctio quomodo facienda.

c Isai. 40.3.
d Prou.4.

e Isai. 40.4.

Pœnitentia morumque emendatio adiunctam habet iucunditatem.

f Prou 3.17.

4 Verbum alterum item Hebraicum ואשכנה diuersimodè lectum diuersum quoque habet significatum. Noster quidem interpres legisse videtur ואשכנה *veeschenah* (*& habitabo*) futurum coniugationis Kal intransitiuæ. Sept. verò id legère prout & modo cũ pũctis legitur ואשכנה *vaascjacc'enah*, futurum coniugationis Pinghel transitiuæ. Ideoque illud vertere, (*Et habitare faciam vos in loco isto,*) quomodo communiter id & ab Hebræorum doctoribus sumitur, & à recẽtioribus quoque interpretibus nostris, Pagnino, Regia, Vatablo, Symmachus etiam ex Antiquis eodem sensu vertit, (*Et confirmabo vos in loco isto.*)

Quã lectione confirmatur id quod paulò ante dicebam, Deum ita se cũ Iudæis habuisse, vt animam cum corpore, adeoque ita cum illis in templum ambulasse, atque in templo ipso stetisse, & habitasse, vt motum iis tribuerit, & statum ac propterea ambæ hæ lectiones sibi inuicem suf-

Quomodo habitante Deo cum Iudæis in templo ij dicantur habitare acti in eodem.

A frangantur, cùm & Deus cum Iudæis in templo habitaturum se dixit, quando, illis bonas facientibus vias suas, & studia sua, cum ipsis & ambulauit, & habitauit in templo: Et iidem Iudæi habitante Deo in templo, facti sunt & ipsi in eo habitare: qui alioqui & si per portas eius in illud ingrederentur, vt adorarent Dominum, cùm vias suas bonas facere minimè studuissent, indigni facti sunt, qui in ipso habitare diutiùs sinerentur. Sicut & indigni pariter facti sunt, qui & in ciuitate Ierusalem, & in terra promissionis habitare permitterentur, iuxta id quod ab eodem Domi-

B no dictum est in lib. 2. Paralipom. [g] *Si auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea quam dedi vobis: & domum hanc, quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplũ cunctis populis,* &c. Vnde quod hîc dicitur. (*Habitare vos faciam in loco isto:*) potest accipi tam de terra promissionis, quàm de tẽplo: vt per duplicem sanè pollicitationem allicerentur ad vitæ emendationem Iudæi, quibus mirum

C in modum natale iucundum id erat solum, quique fiduciam suam vniuersam in vnum suum illud coniecerant templum. Qua de re meritò arguuntur, cùm subiicitur. *Nolite confidere,* &c.

g 2. Paral. 7. 19.

Vers. 3.] Hæc dicit Dominus exercituũ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Vide quæ supra à nobis dicta fuere in Morali exposition. secunda ad vers. 21. cap. 3. *Quoniam iniquam fecerunt viam suam,* &c. 5

D Illud hîc supponamus, quod & in expositione explicatum est literæ, bonas à nobis fieri & vias & studia per morum correctionem, vitæque emendationem, ac per applicationem ad virtutis studium in bonorũ operum exercitatione. Qua in re vnica veraque sita est ratio, quã rectè & in Ecclesiam ingredi, & in Ecclesia Deum fas sit adorare. Cæterùm de Ecclesiis id sumentes, quod vltimò adiectum à Domino est, (*Habitabo vobiscũ in loco isto.*) (de templo enim sermo est.) Ingerunt mihi hæc non modicum difficultatis: quia in Ec-

E clesiis Catholicorum habitat Christus Deus, & homo sacramentaliter in Eucharistiæ Sacramento, quod in ipsis seruatur: ad quã inhabitationem nihil cõferre videtur vitæ fidelium probitas, aut prauitas: sicut nec ad eiusdem Dei consensum in consecrationis actu. Duobus autem modis huic satisfacere difficultati. Primò si rectè põderemus verba ipsa. Neq; enim dicitur simpliciter, (*Habitabo in loco isto:*) seu, (*Habitabo apud vos in loco isto, si bonas feceritis vias vestras,* &c. Sed (*habitabo vobiscum,* &c.) Quid est (*habitabo vobiscum?*) habitabo in loco isto, vt vester & socius, & frater, & parens, & defensor, & cum quo familiariter in vestris conuersemini orationibus, ita vt vnicuique dicere li-

F ceat, [a] *Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agã & nõ timebo,* dicente pariter ipsomet Domino. [b] *Ponam in salutari,* salutẽ videlicet ipsi conferẽs præsentiã meã, *fiducialiter agam in eo,* familiariter cum ipso agens. Vt autem ita illum nobiscum habitantem habeamus, operæ pretium est bonas faciamus vias nostras, & studia nostra, quando ad eum in Ecclesiam tendimus, alioquin reperiemus quidem illum in Sacramento ibi habitantem, at nequaquam nobiscum, sed in medio nostri, vt vltorem vitiorum nostrorum, ita vt ea de nobis proferri

In templa quomodo ingrediendũ. Et quomodo in illis adorãdus à nobis sit Deus.

In tẽplis quomodo Christus dicat se habitaturum nobiscum qui ibi est in sanctissimo Sacramento.

Habitare Deum cũ aliquo in sanctissimo Sacramẽto quid sit.

a Isai. 12.2.
b Psal. 11.6.

ferri queant, quæ Moyses Israelitico populo dixit, [c] *Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ.* Hæcque altera ratio, quâ præallata tolli potest difficultas. Adeo necessarium esse, vt cùm in templum ingredimur ad adorandum Dominum ibi in Sanctissimo commorantem Sacramento, bonas faciamus vias nostras, & studia nostra: vt alioquin si illud facere contemnamus, idemmet Dominus pro exigua ratione, quam & templi eius, & ipsius in templo nobiscum habitantis habemus, nos de superficie terræ deleat. Quinimò ex istiusmodi rerum Sacrarum paruipensione fit plerumque, vt fideles aliquot in hæresim paulatim decidere permissi sint Sacramentariorum nostri temporis, ita vt propterea rectè illis dici à Domino quiuerit, Bonas facere vias vestras, & studia vestra neglexistis. ingredientes templum vt me adoraretis, iam non habitabo vobiscum in loco isto iuxta illud Euangelij, [b] *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

c Deut. 16. 15.

Templorū irreuerentia aliquando efficit vt paulatim: incidant populi in hæresim Sacramentariorum.

d Matth. 21. 43.

VVLGATÆ.

Verf. 3.] Hæc dicit Dominus exercituum, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. διορθώσατε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

A *Verf.* 3.] Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dirigite vias vestras, & studia vestra: & habitare vos faciam in loco isto.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Rectas facite vias vestras, & opera vestra mala, & habitare faciam vos in loco isto.* 1

B Verf. 3. (*Bonas facite,* &c.) Hieronymus. *Clementissimus medicus omnes vulneratos cupit sanare medicamine. Quando autem dicit, (Bonas facite, siue Corrigite vias vestras,) Ostendit eas esse peruersas, & nihil in se habere boni. Et quia naturale est, vt vnusquisque natale diligat solum, & nihil dulcius habeat patriâ, pollicetur præmia obedientibus. (Habitabo inquit vobiscum) vt securos de habitatione vos faciam: siue vos ipsos, iuxta Symmachum, firmâ habitatione fundabo, qui ait, & confirmabo vos in loco isto.*

Hieronym. *Iudæorum peruersitatem Deus omni medicamine sanare studuit.*

C Gregorius Papa lib. 21. Moral. cap. 4. *Quid viarum nomine, nisi actiones denunciat? Hinc per Ieremiam dicitur, (Bonas facite vias vestras, & studia vestra.) Quid verò gressuum appellatione, nisi vel motus mentium, vel profectus accipimus meritorum?* Sic & D. Thomas, (*Bonas facite vias,*) actiones (*studia,*) cogitationes, quibus deliberatis de agendis Isai. 40. *Dirigite viam, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri; & ponit fructum. (Et inhabitabo,)* Apoc. 2. 16. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.*

Greg. Pap.

D. Thom.

CATENA VETERVM PATRVM
GRÆCORVM.

ΤΑΔΕ λέγει κύριος. ἐὰν διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] Μετὰ τὰ στύφοντα φάρμακα χρῆται πάλιν χαλαστικοῖς, πρὸς ἓν τέλος ὁρῶν, τὴν διόρθωσιν.

D Verf. 3. HAEC dicit Dominus, &c. Dirigite vias vestras, &c. 2

Incerti.] *Post remedia adstringentia, denuò lenientibus vtitur, vnum sibi finem proponens, correctionem.*

Incertus. *Remediis variis vtitur Deus ad nostram correctionem.*

Verf. 4.] Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templũ Domini, templum Domini est.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NE [a] *futilem & inanem vestram in mendacij verbis iactetis confidentiam, nil frequentius in ore habentes, quam verba ista, Templum Domini, templum Domini, templum Domini est, quo, vt sanctissimo sanctificamur, quo, vt magnificentissimo, tuti reddimur. Et sanctitas, & robur, & securitas, & bona omnia in illo sunt nobis. Neque si Pseudoprophetæ, aut lucro indulgentes Sacerdotes mendacibus vos decipiant sermonibus, asserentes fieri non posse, vt permissurus vnquam sit Dominus, in captiuitatem eos abduci, qui in sancto templo eius ipsum adorarent, vel si innumeris irretiti ij essent sceleribus: nec euenturum vnquam, vt ciuitas diruatur, in qua tam magnificum, tamque sanctum esset Domini templum, quasi per ipsum vnum & arceatur timor, & diluantur delicta vniuersa. Propterea ne tanta cum fiducia templum hoc mihi grauia quæ futura imminent prædicanti ostendatis, dicentes, Templum Domini, iterum, iterumque re-* E *plicantes templum Domini ipsa nobis sunt, vestibulum, domus sancta, & adytus.*

a Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini est (siue sunt, siue ipsa.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NOLITE *confidere,* &c. Quamquam id mihi sat sit exploratum, quòd Iudæi nimiæ hîc arguantur fiduciæ in templo manufacto: haud tamen æquè mihi cõstat quorum nam hîc sermo sit mendaciorum, F quibus eâ nitebatur fiduciâ. Hebræorum doctores quos plerique & ex nostris sequuntur, verba intelligunt falsorum Prophetarum, quibus Iudaicum decipiebant populum, asserentes fieri non posse, vt permissurus vnquã esset Deus in captiuitatem eos abduci, qui in sancto templo eius ipsum adorarent, vel si innumeris irretiti ij essent sceleribus: nec euenturum vnquam, vt ciuitas illa dirueretur ab hostibus nominis Dei, in qua tam magnificum, tamque sanctum esset Domini templum. Propter quæ verba mendacij tantum Iudæi desumpserant animi, vt deuastationem, & captiuitatem proximam prædicanti Ieremiæ, ni resipiscerent, ipsum quasi digito ostenderent 1

Prædicatorū praua doctrina quantùm populo obsit.

Dei templum, dicentes. (*Templum Domini*,&c.) vt trinâ repetitione, tres præcipuas eius templi indicarent partes, vestibulum, domum sanctam, & sanctum sanctorum, seu aliis nominibus Atrium, templum, & adyta. Rabbi Salomon alludi censuit ad id, quod iuxta legem omne masculinum ter quotannis templum adibat.

Lyra. *Sacerdotum auaritia quanta.*

Nicolaus de Lyra mendacia prauorum verba intelligit Sacerdotum, ob lucrum templi cultum falsâ magnificantium doctrinâ quasi per ipsum vnum omnis cuiuscumque pœnæ arceretur timor, & eo vno vniuersa diluerentur delicta.

Petr. Galat. *Templū tertium non futurum cū Iudæis.*

Petrus Galatinus lib. 5. de Arcan. Cath. verit. cap. 10. ex aliquorum Rabinorum sententia eorum hîc repræhendi inquit verba mendacij, qui falsâ spe tenebantur, falsoque & iactabant, Hebræis tertium ædificandum fore templum. Quia nimirum falsum omnino est, quòd tertium templum Domini ædificetur in terris, cùm aliud quàm primum, & secundum esse non debeat.

2 *Confidentia nimia in locis sacris cùm non respondet vita probitas arguitur.*

Simpliciùs, & congruentiùs tum antecedentibus, tum subsequentibus dicerem, falsorum hîc fieri mentionem verborum, quæ Iudæi ipsi iactitabant, nullam bene viuendi rationem habentes, quibus & inanem suam ostentabant confidentiam, vnum templum Domini quibuscumque obiicientes minis, cuius sanctitate ab omni se eruendos arbitrabantur periculo. Vt in eo quod dicitur, (*Nolite confidere in verbis mendacij*) tantumdem sit, ac si diceretur. Ne inanem vestram in mendacij verbis iactetis confidentiam, cùm nil frequentius in ore habeatis, quàm verba ista. *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est*, quo scilicet penitus tuti reddimur, quo & sanctificamur. Sic verba mendacij hæc ipsa sunt, quæ ab iis dicuntur. In quibus tria sunt quæ perpendantur, trina repetitio: adiectum Domini nomen tripliciter item repetitum: & verbum Substantiuum *est*: trinâ enim repetitione frequentia talis designatur iactationis: per adhibitum, repetitumque Domini nomen summa ipsius templi significatur sanctitas, vtpote in quo Deus habitat, à quo sanctitas vniuersa: verbo denique substantiuo per aposiopesin multa subindicantur, quibus Iudæorum fiducia in eo templo nitebatur, quæ magis exprimuntur per Hebraicam vocem המה *hemmah* quam Pagninus, & Vatablus reddunt hoc loco, *Sunt*. Vt sensus sit, & Sanctitas & robur, & securitas, & bona omnia in vno sunt templo Domini: Templum enim Dei sanctissimum omnia est.

Templis Dei quantum insit boni.

3 In Codicibus Versionis Sept. triplicem reperio lectionem, (*Non confidite vobis in verbis mendaciis, quia omnino non proderunt vobis, dicentes, Templum Domini est.*) Sic in Complutensi & in Regio. In Vaticano autem, (*Templum Domini, Templum Domini est.*) Apud Theodoritum etiam tertiò iteratur, prout in Hebr. & in Vulgata. Hebraica in lectione variant recentiores interpretes propter ambiguam significationē vocis המה *hemmah*, quam aliqui pro tertiæ personæ pronomine plurali desumentes legunt, *Ne fidatis vobis in verbis mendacij dicendo, Templum Dei, templum* Dei, *templum* Dei *ipsi*, (sic Regia) id est, ipsi Iudæi ad templum Dei pertinent, in templo Dei confidūt, nihil mali patientur. Alij, (*Templum* Dei *ipsa*) (pluraliter) vt tria illa indicentur, quibus templum constabat, vestibulum, domus sancta, & adytum, Ac si dicatur, Hæc tria sunt templum Dei, seu Templum Dei est ipsa tria: Communis tamen (vt supra dictum est) eam vocem *hemmah*, accipiunt pro verbo substantiuo plurali, *Sunt* (*Templum Dei sunt*,) Cuius lectionis haud commodiorem inuenire queo sensum, quàm superiùs allatum.

Vers. 4.] Nolite confidere in verbis mendacij, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 Gloss. Ordin. *Virginum fatuarum inanis pudicitiæ iactantia.*

MORALITER hæc aptat Glossa ordinaria ex Hieronymo Virginibus illis, quæ iactant pudicitiam, & impudenti vultu præferunt castitatem, cùm aliud habeat in conscientia, cùm Virgo vera & corpore, & spiritu casta sit. *Quid enim*, inquit, *prodest corporis pudicitia mente corruptâ? vel si reliquæ fuerint virtutes.* Hugo verò Cardinalis iis hæc conuenire inquit Religiosis, qui sanctitatem iactant Religionis suæ, totamque suam fiduciam in Claustris sitam seruantes, nil eis curæ est de viis sibi dirigendis ad perfectionem per virtutum studia. Nec non & illis Clericis, vel etiā Laicis, qui pari ratione vniuersam spem in loca sancta, & sanctorū reliquiis decorata collocantes, totum eorum studium est, vt illa & prædicent, & exornent. Bene autem hîc in hanc sententiam notat Andreas Cappella, nō repræhendi in his exteriorem cultum, & templi ornatum: Sed eos argui, qui neglectâ animi pietate, omnem suam spem in rebus externis collocant: quiq; Christi pauperibus spretis toti in amplificandis templis, deaurandis parietibus, &c. magis ad superbiam, quàm ad pietatem vacant.

Hug Card. *Religiosorum inanis fiducia in Claustrorum sanctitate, nisi ipsi tendant ad perfectionem.*

In templorū externo duntaxat ornatu studium, & spem ponere, quàm inane sit.

5 *In deuotionis quibusdā externis actibus totam suam spem ponere reprehēditur.*

Cæterùm hæc optimè cuique congruunt fidelium, qui toti sunt in quibusdam externæ deuotionis actibus explendis, per quæ sola salutem se consecuturos confidunt. Quem sensum peregregiè prosequitur Hieronymus ab Oleastro in Annotat. Morali super cap. 13. [a] Leuitici verbis his dignis, quæ hîc describantur. *Mirum valde videtur, hominem iudicari mundum, si totum corpus scabie esset infectum, non autem si alternatis partibus alterā sanam, atque alteram morbosam partem haberet: vt ostendat nobis, eum deteriùs curari, & periculosiori morbo laborasse, qui bona opera admixta malis habet, quàm qui omnia mala. Quoniam qui mixta habet, in bonis fidit, & mala non curat propter bona.* (*Nolite, ait Ieremias confidere in verbis mendacibus, dicentes, Templum Domini est.*) *Putabant enim Iudæi omnia tuta, si boues mactarent, suffitum apponerent, Kalendas, & alias solennitates seruarent, manusque ad cælum extenderent. Sed quoniam manus* [b] *fœdatas habebant innocentium cruore, audierunt, omnia hæc odisse animā Dei. Sic inter Christianos sunt multi criminosi, & vitiis onusti qui securè degunt postquam omni die sacrum audierint, horarias preces persoluerint, statutis diebus ieiunauerint, quorum typum gessit Pharisæus ille leprosus, qui se sanum arbitrabatur,* [c] *cùm leprosus esset, & Christum non Prophetam iudicabat, & peccatricem morbosam, qui cùm se soluendo non esse arbitraretur, parabolam audiuit, quæ eum debitorem arguebat, illos verò peccatores peccatrix illa adumbrabat, qui in se nihil præter mala cognoscunt, qui se intus erubescentes, facilè omnia peccata sua omnipotenti medico ostendere non verentur*: Hæc Oleaster.

Hieronymus ab Oleastro. a Leuit. 13. 12.

Tepidi periculosiùs laborant, quàm qui omni ex parte impij sunt.

b Isai. 1. 14.

c Luc. 7. 39.

Si per verba mēdacia verba intelligimus prauorū Sacerdo

Sacerdotes qui arguūtur qui ſalutē pollicentur, ſi ipſorum Eccleſiis dona exhibeantur.

Sacerdotum, prout iuxta literam ſumi ea poſſe A animaduertimus, deplorandus hîc ſignificatur aliquorum noſtrorum Sacerdotum, vtinam non & Prælatorum mos, qui conſcientiæ ſecuritatem plebi prædicant fidelium, ſi vel id vnum ſtuduerint, vt eorum Eccleſiis dona largiantur, ipſiſque eleemoſynas faciant, & decimas ſoluant, iuxta illud Euangelij, [a] *Munus quodcumque ex me eſt, tibi proderit.*

a Matth. 15. 5.

6 *Laudibus hominum qui ſe exaltant, arguuntur.*

Hebraicam lectionem, (*Ne fidatis vobis in verbis mendacij dicendo, Templum Domini, templum Domini, templum* Domini *ipſi*, ſeu, *ſunt*:) moraliter iis aptare potes, qui adulantium laudibus cre- B dentes exaltantur intra ſemetipſos, & exinde quòd beati ab illis prædicantur, ſecuros abſque alio virtutis ſtudio de ſua ſe cenſent ſalute. Ac ſi dicatur. Ne in vobis fidentes ſitis, quaſi ex vobis, ob mendacia eorum verba, qui dicunt. Ipſi Sancti ſunt, ſæpiuſque iuxta illud Apoſtoli. [b] *Templum Domini ſanctum eſt, quod eſtis vos*, & de vobis mendaciter proclamant, Templum Domini ſunt. In cuius ſenſus confirmationem faciunt. & quod Iſaias ait, [c] *Et erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes*, id eſt, mendacibus verbis inanem exhibentes fiduciam: *& qui beatificantur præcipitati*, è celſitudine, ſcil. inanis gloriæ in barathrū impietatis, & inferorum: Et quod apud Sophoniam illi, quem pro ſua benignitate ab iſtiuſmodi magnis, & mirabilibus ſuper ſe, & à tali dignatur eruere præcipitatione, ait Dominus, [d] *In illa die non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus*, id eſt cogitationibus tuis nimię confidentiæ, *quibus præuaricata es in me, quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ*, illos qui te beatificant, magna de te loquentes, & quibus in ſuperbiam euehêris, *Et non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo*, quaſi nimirum tu mons ſanctus meus, templumque ſanctum meum ſis. *Et derelinquā in medio tui populum pauperem, & egenū*, humiles (vt exponit Hieronymus) & manſuetas cogitationes, *& ſperabunt in nomine Domini*, ſpem, & fiduciam omnem in Deo, & in eius ope deſigentes.

b 1. Cor. 3. 17.

c Iſai. 9. 16.

d Sophon. 13. 11.

7 *Gloriantes inaniter, quòd Chriſtiani, ſeu Religioſi ſint arguuntur.*

Lectio quæ habet, (*Templum Domini, templum Domini, templum Domini ipſa*,) in recto pluraliter, iis rectiſſimè aptatur, qui in ſemetipſis mendaciter, & inaniter gloriantur, quòd Chriſtiani ſint, quòd & Religioſi perfectionem profitentes, dicentes, Templum Domini ipſa, ſc. ſunt membra noſtra, iuxta illud Pauli, [e] *An neſcitis, quoniā membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo?* Quod & noſtræ congruit lectioni, [f] (*Templum Domini eſt*) ſcil. anima noſtra, dicente eodem Apoſtolo. *Neſcitis quia templū Dei eſtis, & Sp. ſanctus habitat in vobis?* Sed & iuxta aliā lectionem, quæ habet, (*Templum Domini, templum Domini, templum Domini ſunt.*) Efficaciùs ſenſus iſte exprimitur, ſi ſignificatum aſſeramus glorioſum hunc Chriſtianū, & Religioſum non ſolùm in genere gloriari, quòd templum Domini ſit, & quoad animam, & quoad membra, ſed & quoad ſingulas trium potentiarum, ac ſi trinā repetitione iis ſignificatis dicant, & quoad memoriā templum Dei ſumus, & quoad intellectum, & quoad voluntatem, Deus in illis habitat, adeoque templum Dei ſunt.

e 1. Cor. 6. 19.

f 1. Cor. 3. 16.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem Literalem: Verſ. 7.

Verſ. 5.] Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum, & proximum eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PROFECTO [a] *ſi cùm ad templum acceditis, id enitamini, vt omni meliori, quo poſſitis modo, veſtros emendetis mores, veſtraſque bonas reddatis agēdi rationes, ita vt ab omnibus veſtra benedicantur ſtudia: ſi quibus iudicium adminiſtrandi incumbit, id ſtuduerint, vt ius cuique dicant, & eas quæ inter conciues, & contribules ſunt, expediant lites.*

a *Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra. Si feceritis iudiciū inter virū, & proximum eius.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Vias noſtras quemodo benedicere debeamus.*

QVoniam ſi bene, &c. Quamuis plerique codicum noſtræ lectionis Vulgatæ habeant, (*Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras, &c.*) ſicque & legant ferè omnes Latinorum, Saluianus lib. 7. de vero Dei iudicio, & prouidentia, pag. 69. D. Thomas, Gloſſa ordinaria, Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, Dionyſius, Iſidorus Clarius, vt ſēſus ſit, Si tales veſtras feceritis vias, declinando, ſcil. à malo, & faciendo bonum, vt C ſint dignæ benedictione. Ex originalibus tamen Hebr. & Græco. Sept. patet, legendum, (*Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, &c.*) prout correctioribus reperitur in Codicibus emendationis Louanienſis, & Vaticanæ. In Hebræo enim idēmet habetur verbū, quod ſupra in verſ. 3. noſter interpres vertit, *Bonas facite vias veſtras*, &c. Eodemque pariter verbo, quo & ibi Sept. ὅτι ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. (*Quoniam ſi dirigentes direxeritis vias veſtras, & ſtudia*, ſeu *adinuentiones veſtras*, &c.) Quæ igitur in duobus præcedentibus, verſ. 3. & 4. dicta fuère, D eadem in hoc, & ſequentibus verſ. repetuntur, & fuſiùs explicantur ac clariùs.

Perfectionem à nobis expoſcit Dominus.

Ac primùm ſi ſimplicem à Iudæis Dominus in verſ. 3. expoſcebat morum emendationem, dicens, *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra*, ſeu *Dirigite*, aut *Emendate*, &c. in prima parte huius verſ. 5. exactiorem ab iiſdem requirit reſipiſcentiam, quod in Vulgata ſignificat aduerbium *benè* adiectum verbo *direxeritis*: Et in originalibus Hebr. & Sept. verborum deſignat geminatio, *Si dirigendo direxeritis, ſi bonas faciendo bonas feceritis vias veſtras.* Notatum eſt enim ſæpius, huiuſmodi verborum geminationes in Scriptura vſurpa- E ri ad exaggerationem, & ad ſignificandam actus intenſionem.

Iudices quomodo ſuum munus bene expleant.

Explicat autem Dominus quā ratione id explere deberent, vt bene dirigerent vias ſuas, & ſtudia ſua, addens, (*Si feceritis iudicium inter virum, & proximum eius.*) In Hebr. & in verſione Sept. cum verbi geminatione, (*Si faciendo*, ſeu *facientes feceritis iudicium*, &c.) Quod ad populi Præſules, & iudices pertinet, quibus vt bene ſuum expleant munus id ſtudēdum, vt ius cuique reddant, & lites expediant.

F

Verſ. 5.] Quoniam ſi bene direxeritis vias &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Operibus bonis benedicimus vias, & ſtudia noſtra, quæ alij benedicunt collatis laudibus.*

HAVD abſonæ ſunt ambæ hę lectiones, quin & ſeſe inuicem declarant. Non ſatis eſt vt mores noſtri, noſtraq; ſtudia ab aliis benedicātur, & celebrentur: at operæpretium eſt vt nos ipſi ea benedi

Verſ. 5.] Quoniam ſi bene direxeritis vias

benedicamus, nec tamen id nostro efficientes ore, cùm per Sapientem dicatur: *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus & non labia tua*, verùm ipsâ operum nostrorum perfectione, iuxta illud pariter Sapientis. [a] *Laudent eam in portis*, vbi scilicet magna est hominum frequentia, vbi & iudicia exercentur à Sapientioribus Ciuitatis, vbi & quæque recto examinantur libramine, ibi laudent eam *opera eius*. Quod certè tunc fit, cùm bene diriguntur viæ, dirigendo itinera, agendique rationes ad perfectionem. Gentiles philosophi dirigere quidem studebant vias suas, aliosque idipsum, & docebant, at neque ipsi bene dirigebant, neque bene dirigere docebant alios, quia eorum studium, & doctrina eò spectabant, vt quisque suas dirigeret vias, prout scilicet cuique rectius videbatur, magisque sibi expedire arbitrabatur, pro ipso itinere, viarumque suarum scopo, atque fine propriam sibi præfigendo gloriam apud homines. At verò fidelium conatus is debet esse, vt bene dirigant vias, studiaque sua, quod, sicut ex Euangelio colligitur, fit parando viam Domini, rectasque faciendo semitas illius, quando vias ipsas nostras, & nostros mores instituimus ad finem gloriæ Dei iuxta illius legem, quæ est via ipsius, dantes operam, vt viæ ipsæ nostræ quas rectas facere nitimur, dignæ sint quæ semitæ Dei appellentur, ad Deum tendentes, quod sub lucis metaphora significauit Iesus, cùm diceret. [b] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*.

a Prou. 27. 2.

Vias vitæ nostra dirigimus parantes vias Domini benefaciendo ad Dei gloriam.

b Matth. 5. 16.

Vers. 6.] Aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

MISEROS, [a] *& quotquot humanâ destituti sunt ope aduenas, pupillos, ac viduas à quoquam opprimi non sinant, eos minimè tuentes, eorum causas prorogantes, vimque illis inferri patientes: neve innocentes in terra ista capitis sententiâ damnent: Si nedum iudices, sed & vniuersi quotquot templũ hoc aditis ab oppressione caueatis miserorum, & ab effusione sanguinis, si idololatria omnium pessimum deuitetis scelus, quod præ cæteris in vestram redundat perniciem.*

a Aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calũniam, nec sãguinem innocentem effuderitis in loco hoc.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ADVENAE *& pupillo*, &c. Possunt hæc accipi vt adhuc pertinentia ad Præsules, & iudices, quibus ista sunt in primis cauenda, ne miseros, & qui humanâ destituti sunt ope aduenas, pupillos, ac viduas opprimi sinant, eas minimè tuentes, eorum lites non expedientes, vimque illis iniustissimè inferentes: hæc namque omnia significat facere calumniam, iuxta vim superiùs à nobis explicatam, & verbi calumniandi, & nominis calumniæ, quam propriùs Hebraico designari diximus verbo עשק *ngasciak*. Neue innocentes capitis damnent sententiâ. Sed & generaliter sumi eadem queunt, vt pertinentia ad vniuersum Iudæorum populum, cui sæpissime in Sacris literis præceptum

1 *Iudicibus quænam cauenda.*

Calumniam facere quid significet.

A reperitur, ab hisce vt caueant, ab oppressione miserorum, & ab effusione sanguinis, à rapinarum violentiis, atque ab homicidiis, quæ duo paria quodammodo sunt, cùm miserorum substantia, ipsorum quidam sit sanguis, vt sæpius probasse me recolo. Cui generali acceptioni cõgruit, quod adiectum est. *Et post Deos alienos non ambulaueritis*, quo omnium maximum denotatur scelus idololatriæ.

Vltimo autem loco istud, quod contra ipsummet est enumerat Deus, tum quia, vt sæpe notatum est in superioribus, ea est eius in homi- B nes charitas, vt maiorem læsæ à nobis charitatis in proximos habere se significet rationem, quàm læsæ dilectionis erga ipsum: tum quia istiusmodi peccatis in proximum quasi quibusdam gradibus ad extremum, pessimumque deuenitur idololatriæ, & infidelitatis crimen. Porrò quod in fine istius, vers. 6. dicitur, *In malum vobismetipsis*, id est, in perniciem vestram, quamuis & ad enumerata referri possit, quæ sunt contra proximum, propriùs tamen ad id refertur, quod contra Deum vltimo loco est positum idololatriæ scelus, iuxta ea quæ supradicta sunt in ca- C pite secundo verbis illis, [b] *Scito & vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.* Vide nostras eorum expositiones.

Charitatis in proximũ læsæ maiorem rationem habet Deus quàm læsæ charitatis erga ipsũ.

b Iere. 2. 19.

Vers. 7.] Habitabo vobiscum in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

D HABITANS [a] *ipse vobiscum iugi meâ præsentiâ conseruabo vos in terra, quam à sæculo possidendam dedi patribus vestris, nec permittam, vt in captiuitatem inde abducamini, habitare vos in illa faciens vsque in sæculum.*

a Habitabo vobiscũ (seu, Habitare faciam vos) in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

HABITABO *vobiscum*, &c. Hebr. & Sept. *Habitare faciam vos*, &c. iisdem verbis, eodemque sensu, quo & id ipsum in vers. 3. Quibus Deus significat, si præexposito modo bene E direxerint vias suas, iugi suâ diuinâ præsentiâ Iudæos ita in eo quod incolebant conseruaturum solo, vt exinde illos in captiuitatem abduci neutiquam permissurus sit: In quorum maiorem declarationem addidit, (*In terra quam dedi patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.*) Quod duobus modis intelligi potest, vel *habitabo vobiscum*, &c. *à sæculo*, &c. id est, sicut hucusque habitaui, seu habitare feci, &c. ita & habitabo, &c. in perpetuum: vel congruentiùs, *habitabo*, &c. in terra, quam à sæculo possidendam dedi patribus F vestris, vt in perpetuum illam in suis colerent filiis. Sæculi nomine Scripturarum more sumpto pro longissimo tempore, & perpetuo ex hypothesi, quod finem quidem habet, sed, si res essent æternæ, id quod de eis dicitur, esset etiam perpetuum.

1

Sæculi nomen pro longissimo tempore.

VVLGATÆ.

Vers. 4.] Nolite confidere, &c.

Vers. 5.]

Verſus 5.] Quoniam ſi bene, &c.

Verſ. 6.] Aduenæ & pupillo, &c.

Verſ. 7.] Habitabo vobiſcum, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Μὴ πεποίθατε ἐφ' ἑαυτοῖς ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅτι παράπαν οὐκ ὠφελήσουσιν ὑμᾶς λέγοντες, ναὸς κυρίου, ναὸς κυρίου ἐστίν.

5. Ὅτι ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, καὶ ποιοῦντες ποιήσητε κρίσιν ἀναμέσον ἀνδρὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ.

6. καὶ προσήλυτον, καὶ ὀρφανὸν, καὶ χήραν μὴ καταδυναστεύσητε, καὶ αἷμα ἀθῷον μὴ ἐκχέητε, ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. καὶ ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων μὴ πορεύησθε εἰς κακὸν ὑμῖν.

7. καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐν γῇ ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐξ αἰῶνος, καὶ ἕως αἰῶνος.

Verſ. 4.] Nolite confidere in vobis ipſis, in verbis mendacibus, quoniam omnino non proderunt vobis, dicentes: templum Domini, templum Domini eſt.

Verſ. 5.] Quoniam ſi dirigentes direxeritis vias, & ſtudia veſtra, & facientes feceritis iudicium inter virum & proximum eius.

Verſ. 6.] Et aduenam, & pupillum, & viduam non oppreſſeritis, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt Deos alienos non ambulaueritis in malum vobis.

Verſ. 7.] Et habitare vos faciam in loco iſto, in terra, quam dedi patribus veſtris à ſæculo, & vſque in ſæculum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Nolite confidere in verbis Prophetarum mendacij, qui dicunt dicendo, coram templo Domini vos colitis, & ſacrificatis, coram templo Domini vos adoratis, ter in anno vos apparetis coram eo.* Verſ. 5. *Quoniam ſi dirigendo direxeritis vias veſtras, & opera veſtra, ſi faciendo feceritis iudicium rectum inter virum, & inter proximum eius.* Verſ. 6. *Et aduenæ, & pupillo, & viduæ vim non feceritis, & ſanguinem innocentem non effuderitis, in loco iſto, & poſt idola populorum non ambulaueritis in malum vobis.* Verſ. 7. *Collocabo vos in loco iſto in terra, quam dedi patribus veſtris à ſæculo, & vſque in ſæculum.*

1 Hieronym. *In templorũ magnificẽtia haud collocã- dam fiduciã noſtram.*

Verſ. 4. 5. 6. & 7. *Nolite confidere*, &c. Hieronymus. *Hoc quod Sept. in huius capitis addidêre principio, (In verbis mendacij, quæ vobis omnino non proderunt) in Hebraico non habetur. Præcipit autem & tunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui videmur in Eccleſia conſtituti, ne fiduciam habeamus in ædificiorum ſplendore, auratiſque laquearibus, veſtitiſque parietibus marmorum cruſtis, & dicamus:* A *Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Illud enim templum Domini eſt, in quo habitat vera fides, ſancta conuerſatio, omniumque virtutum chorus. Denique infert, (ſi rectas feceritis vias veſtras.) & cogitatio veſtra non abierit poſt errorem, & ſecuti fueritis iuſtitiam, & malum non effeceritis, neque effuderitis ſanguinem innocentem, ſimplices quoque non ſcandalizantes, & poſt Deos alienos non ambulaueritis, peruerſa adorantes dogmata, quæ de veſtro corde ſimulaſtis in malum vobiſmet ipſis: vel habitabo vobiſcum in loco iſto, quem vocatis templum Dei, & in terra, quam dedi patribus veſtris, Apoſtolis videlicet,* B *& Apoſtolicis viris: vel certè firmâ ſtatione habitare vos faciam à principio vſque ad finem. Poteſt hoc & illis virginibus conuenire quæ iactant pudicitiam, & impudenti vultu præferunt caſtitatem, cùm aliud habeat conſcientia: & neſciunt illam definitionem Apoſtoli virginalem:* [a] *Vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Quid enim prodeſt corporis pudicitia animo conſtuprato, ſi cæteras virtutes, quas propheticus ſermo deſcripſit non habuerit?*

Templum Dei verum quodnam ſit.

Virginum fatuarum inanis pudicitiæ gloriatio.

a 1. Cor. 7. 34.

Auguſtinus. *Errores alienis bonis obtegunt plerique impij.*

Apud Auguſtinum libr. contra Fulgentium Donatiſtam tom. 7. Referuntur hæc ab hæretico Donatiſta contra Catholicos verbis hiſce. *In* C *quantum improbitas denios errores alienis bonis cupit adſtruere, & falſa Catholica mendacij nebulis conatur obtegere, per calles tortuoſos incedit. Cui per Ieremiam Dominus contradictor obuiauit: (Nolite inquit, fidere in vobis, dicentes Templum Domini, templum Domini eſt.)*

2 Theodorit. *Fiducia in ſanctitate locorum non collocanda, ſed vitæ probitati ſtudendum.*

Theodoritus. *Redarguit prophetiam mendacem, (Ne confidatis in vobis ipſis, ait, aut in ſermonibus mendacibus, quia nihil omnino vobis proderunt, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Qui enim decipiebant eos, aiebant. Quî fieri poteſt, vt ſuperet quiſpiam templum Domini? Ipſe* D *verò denunciat eis, ne ſermonibus eiuſmodi fidant: ſed libenter mutent vitam in meliorem, & iudicia reformident, ac diligenter eorum agere curam, qui curâ indigent: ceſſent etiam à priſtina ſanguinis innocentis effuſione, idolorumque cultu. Hæc enim, ait, facientes, non eritis peregrini, ſed manebitis in terra paterna.*

Saluianus. *Nomen Chriſtiani parum nobis prodeſt, ni Chriſtianè vixerimus.*

Saluianus Maſſilienſis lib. 7. de vero iudicio, & Prouidentia pag. 69. *Quid prodeſſe nobis prærogatiua illa religioſi nominis poteſt, quòd nos Catholicos eſſe dicimus, quòd fideles eſſe iactamus: quòd Gothos, ac Vuandalos hæretici nominis exprobratione deſpicimus, cùm ipſi hæreticâ prauitate viuamus: Itaque re-* E *ctiſſimè nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit ſermo diuinus:* [b] *Quomodo dicitis, Sapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt: (Nolite, inquit confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt: quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, &c.) Quo vtique oſtenditur, quòd ſi iſta non facimus, ſuperfluâ nobis Catholici nominis præſumptione plaudamus, vbi Dei iuge iudicium eſt.*

b Ierem. 8. 8.

3 Procopius.

Procopius in Iſaiam pag. 286. *Qui idola colunt eo ſe forſan manſuros inexpugnabiles arbitrabantur, quòd ſibi Deum adſcribere videbantur. Ideóque de Ie-* F *ruſalem ſic eos Ieremiæ voce alloquitur, (Ne mihi dicatis quoniam templum Domini eſt: Quia ſi dirigentes direxeritis vias veſtras, & adinuentiones veſtras, & dabo domum iſtam ſicut Silo.*

D. Thomas. *Fiducia in loci ſanctitate ſine emendatione vitæ quàm vana.*

D. Thomas. *Excludit ſpem vanam, (Nolite confidere, mendacijs) in quantum ſcilicet dicebant, ſe propter ſanctitatem templi omnes pœnas poſſe vitare ſine emendatione vitæ. (Templum Domini) ſanctum, (Templum Domini) precioſum, (Templum Domini) à cunctis veneratum.* 2. Machab.[c] 5. *Non propter locum, gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit.*

c 2. Machab. 19.

Tum ostendit quid sit bonas vias facere, resumens consilium, eos ordinando ad se ipsos in actione, (Quoniam si benedixeritis) quasi in mente determinaueritis, vel (direxeritis) Et in cogitatione, (studia vestra) & ad proximum quantum ad operationem boni, (Si feceritis:) Et in comparatione ad Deum, (Et post Deos,) Et resumit consilij fructum, (habitabo vobiscum.)

4 Vualfridius Strabo lib. de rebus Ecclesiasticis, cap. 15. tom. 6. Biblioth. Veterum Patrum. *Sciendum sanè ita demum templorum, & officiorum sacrorum Deo vniuersorum Creatori cultus esse acceptos si hominum pectora quorum ob causam hæc sibi exhiberi permittit, vel iubet, ipsius inhabitatione fuerint digna. In vanum enim ligna, & lapides poliunt, qui mores non componunt, frustra dona, & pecunias comportant, qui interius diuinæ subtilitatis oculum non placant. Vnde Dominus per Ieremiam* A *peccatori populo confidentiam vel maximam aufert, dicens: (Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Templum Domini, templum Domini, &c.)*

Vualfridius Strabo. *Templorum Dei cultus qualis sit Deo gratus.*

Lucifer Calaritanus, lib. 2. ad Constantium pro Sancto Athanasio in principio. *Eris*, inquit (ipsum alloquens Constantium) *in æternum inter Dei inimicos, nisi audieris audiens eius sanctam dicentis admonitionem, Si emendantes emendabitis vias vestras, & facientes feceritis iudicium inter virum, & proximum eius, & proselytum, & pauperem, & vidua, non potentabitis) sanguinem innocentem non effuderitis in loco isto, & post alienos Deos non abibitis) Emen-* B *dabis vias tuas, si te Christianum fueris confessus, & esse Arrianum negaueris, si filium Dei verum Dei filium credideris: si anathema feceris dicentes, erat quando non erat, & factus est ex nihilo. Mutabis vias tuas, si pœnitueris pro homicidiis.*

Lucifer. *Merum emēdatis qualis facienda heretice.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΜΗ πεποίθατε. λέγοντες ναὸς κυρίου, C ναὸς κυρίου ἐστίν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐφ' οἷς ἐπάγει, ποσὶ λόγοις οἱ ψευδοπροφῆται, τὴν ἀπάτην εἰργάζοντο, λέγοντες ἀδύνατον ἁλῶναι πόλιν, ἐν ᾗ ναός ἐστι θεοῦ. μιμούμενος δὲ αὐτοὺς ἐπιδιπλασιάζει τὸ, ναὸς κυρίου, ναὸς κυρίου ἐστί. δέον γὰρ ἐπ' ἀρετὴν καλεῖν, οὐδὲν ἔλεγον ἢ ναὸς κυρίου, καὶ ταῦτα τὰ λόγια δῆθεν ἐξυμνοῦντες αὐτὸν εἰς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων. διό φησιν, ἀξίους ἑαυτοὺς δι' ἀρετῆς, καὶ θεοσε- D βείας τῶν πατέρων ποιήσατε, καὶ μενεῖτε ἐπὶ τῆς γῆς ἣν ἐκείνοις ἐπηγγειλάμην, ἐξ αἰῶνος μὲν κατὰ προορισμὸν, ἕως δὲ αἰῶνος κατὰ τὸ βέβαιον τῆς παρ' ἐμοῦ χάριτος. νῦν δὲ πάντα πλημμελοῦντες, ὡς ἐκ πάντων καθαρεύοντες τὸν ἐμὸν πατεῖτε ναόν.

[Μὴ πεποιθατε. λέγοντες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο γὰρ αὐτοῖς μέγιστον ἐδόκει εἶναι. εἰ γὰρ καὶ ᾤκουν αὐτὴν, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀποφάσει τοῦ θεοῦ ἐκβεβλημένοι λοιπὸν ἐτύγχανον. E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μεγάλως αὐτοὺς ἔβλαπτεν αὕτη ἡ ὑπόληψις. καθάπερ γὰρ ὁ Χριστὸς λέγει αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ ὁ Ἰωάννης. μὴ δόξητε λέγειν, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, μὴ εἴπῃς, ναὸς κυρίου ἐστίν. εἰ μὲν γὰρ οἴκου χρείαν εἶχεν αὐτὸς εἰκότως ταῦτα νομίζετε, ὅτι οὐκ ἂν κατέστρεψα τὸν οἶκον. εἰ δὲ οὐδεὶς ἐμοὶ τόπος, ἀλλ' ἀχώρητος εἰμὶ πᾶσιν. εἰ δὲ ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τῇ γὰρ χειρί F μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; μὴ πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν.

[Ὅτι ἐὰν μὴ διορθοῦντες διορθώσητε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἷς μάτην ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ, λέγεις καὶ πάλιν, ἐὰν διορθώσητε; ἀλλ' ἔθος τοῖς ὀργιζομένοις τοῦτο λέγειν, οὗτος ὁ παῖς ἐλπίδας οὐκ ἔχει ἀδύνατον τοῦτον εὐχρηστῆσαι. ὅμως πείθωμεν αὐτὸν τοῦτον εὐχρηστῆσαι, καὶ

Vers. 4. **N**OLITE *confidere, &c.) dicentes Templum Domini, templum Domini est.)* 5

Incerti.] *His adiungit quibus sermonibus falsi Prophetæ seducerent dicentes, minimè fieri posse, vt Vrbs, in qua Dei templum erat, expugnaretur, eos verò imitans repetit, Templum Dei, Templum Dei est. Cùm enim ad virtutem adhortari deberent, nil nisi tēplum Dei clamabant, & his nimirum similia, ad seducendos auditores illud hymnis extollentes. Quapropter ait. Vosmetipsos virtute, pietateque Patribus vestris dignos efficite, & manebitis super terram, quam illis pollicitus sum, à sæculo quidem per prædeterminationem, vsque in sæculum per meæ gratiæ firmitatem, nūc autem in omnibus flagitia committentes, quasi puri ab omni scelere meum templum conculcatis. (Nolite confidere, &c. dicentes, &c.)*

Incerti. *in tēpli sanctitatem spē coniiciendam prædicabant pseudoprophetæ: nunc quoque Sacerdotes aliqui.*

Cōtra eos qui impuri tēpla sancta adeūt.

Chrysostomi.] *Hoc enim illis eximium quid videbatur. Nam etsi ipsius incolæ erant, tamen Dei sententiâ eiecti iam erant.*

Chrysost.

Chrysostomi.] *Maximo ipsis erat detrimento hæc opinio, sicut enim Christus dicit ipsis quin potiùs Ioannes.* [a] *Nolite dicere, Patrem habemus Abraham, pari ratione & hîc, ne dicas. Templum Dei est. Si enim ipse domo indigeret, peropportunè hæc opinaremini, quoniam domum euerti non permisissem. Si verò nullus mihi locus, sed omnia me non capiunt. Si* [b] *cœlum mihi sedes, Terra verò scabellum pedum meorum. Imò ne ita quidem: manu enim meâ firmaui cælum, quam mihi domum extructis? ne confidatis in verbis mendacij.*

Chrysost. *Nimia confidentia in sāctitate tēpli multum obfuit Iudæis.* a Ioan 8.39. *Templi sui haud habuit rationē Deus Hebræis malè viuentibus, atque in illo peccantibus.* b Isai.66.1.

Vers. 5. (*Quoniam si dirigentes direxeritis, &c.*) 6

Chrysostomi.] *Quibus frustra cudit argentum argentarius, tu iterum dicis, si correxeritis? irascentibus ita loqui mos est: Puer hic nullius spei est: fieri non potest, vt hic aptus ad virtutem fiat, suademus tamen illi, vt aptus fiat, totisque*

Chrisost. *Alludit ad dicta in fine capitis sexti. Correctionē nostrā studiū numquam omittere debemus, ſiue nūc id omnino deserit Deus quandiu viuimus.*

καὶ παῖζα ποιοῦμεν, καὶ παραινοῦμεν αὐτῷ. τὸ μὲν γάρ ἐστι τοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς ὀργῆς, τὰ δὲ τῆς κηδεμονίας, καὶ τῆς παραινέσεως. ὥστε μηδὲν ἀπ' ἐκείνων βλαβεὶς, μὴ νομίσης φυσικὴν εἶναι τὴν κακίαν. ἵνα γὰρ μὴ τοῦτο λέγῃς ἐπάγει, ἐὰν διορθώσητε τὰς ὁδούς. [καὶ ποιοῦντες ποιήσητε κρίσιν ἀναμέσον ἀνδρὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ πλησίου αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι μὴ ἀδικίᾳ κρίνειν. τί λέγει; μὴ γὰρ ἀλλογενεῖς εἰσὶν οἱ πρὸς ἀλλήλους διαλεγόμενοι; μὴ γὰρ ἑτέρου γένους; πλησίον ἐστίν; ἀδικεῖς σαυτόν. τούτου προΐστασαι, ἵνα τὸν ἀδελφὸν ἀδικήσῃς, ἵνα τὸ μέλος διαφθείρῃς; εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, σὲ παρακαλείτω, ὅτι ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ δικάζεται.

[Καὶ προσήλυτον, καὶ ὀρφανὸν, καὶ χήραν μὴ καταδυναστεύσητε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἆρα γὰρ ἐπιταγμάτων εἰς ταῦτα χρεία ἦν; ἆρα γὰρ ἡ φύσις οὐκ ἀρκεῖ παιδεῦσαι τοῦτο; οὐχ ὁρᾶτε τὰ ὀνόματα ἐλεεινά; τίς οὕτω περιπέπτωκεν ὡς πρὸς ξένον ὠμὸς εἶναι; τίς οὕτω λίθινος ὡς τὴν γυναῖκα τὴν ἔρημον ἀνδρὸς μὴ ἐλεεῖν; τίς οὕτος ἀπάνθρωπος ὡς τὸν ἀπεστερημένον πατρὸς μὴ οἰκτείρειν; οὐ γὰρ λέγω, ἐλέησον, φησί. ἀλλὰ μὴ καταδυναστεύσῃς. μὴ γὰρ οὐκ ἠδυνάμην κωλῦσαι; ἀλλὰ προέθηκα αὐτὴν γυμνάσιον ἐσομένην || σοι φιλανθρωπίας, [καὶ ὀπίσω θεῶν ἑτέρων μὴ πορεύησθε εἰς κακόν.]

|| ἄλ. ἐσόμενόν σοι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καίτοι γε ἀεὶ τὸ συνήθες φίλον. ὥστε καὶ σὺ μὴ ὡς θεὸν θεραπεύσῃς, ὡς συνηθη τίμησον. ὁρᾷς καὶ ἐνταῦθα πολλὴν τὴν εὐκολίαν οὖσαν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἱκανὸν αὐτοὺς ἀποστρέψαι, τό τε ἕνα ἀφεῖναι, καὶ συνήθη, τοῖς δὲ ξένοις, καὶ ἀλλοτρίοις ἑαυτὸν ἐκδοῦναι. ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ πόδας ἀκολουθεῖν τὴν τιμωρίαν, διατί γὰρ ἐνταῦθα τέθεικε τὸ, κακῶς εἶναι ὑμῖν; ἵνα μή τις νομίσῃ τὸ ἑαυτοῦ σκοποῦντα ἀπάγειν αὐτοὺς τῆς πλάνης δι' ὑμᾶς οὐ βούλομαι ταῦτα ποιεῖν ὑμᾶς.

[Καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς ἐν τῷ τόπῳ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἆρα οὐ τείχους ἐστὶν, οὐδὲ στρατιωτῶν, οὐδὲ ὅπλων τὸ κατοικίζειν ἀνθρώπους, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας.

Ἐν τῇ γῇ ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τοὺς πατέρας εἰς μέσον ἤγαγεν; εἰώθασι πάντες ἄνθρωποι τῶν πατρῴων ἀντέχεσθαι μάλιστα. ὥστε καὶ οὗτο πολυφίλητον ἐποίει τὴν γῆν. τοῦτο δὲ μεγίστη κατηγορία τῶν Ἰουδαίων, εἰ τὴν μὲν γῆν ὡς πατρίδα οὖσαν ἐφίλουν, τὸν δὲ θεὸν ὄντα πατρῷον ἀπέφυγον.

A *totiſque neruis contendimus, ipſumque adhortamur: illud enim iræ eſt & bilis, hoc curæ quam gerimus, & adhortationis, itaque nihil ab illis læſus malitiam ne putes eſſe naturalem: vt enim non dicas hoc, addit, ſi rectè direxeritis vias veſtras. (Et facientes feceritis iudicium inter virum, & proximum eius, &c.)*

Malitia non eſt naturalis ſed voluntatis noſtra.

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt: Ne iniquè iudicetis. Quid ais? num inter ſe diſputantes extranei ſunt? num diuerſo genere orti? proximi*
B *ſunt? tibi ipſi iniquus es, huius partes aſſumis, vt fratri ius deneges, membrumque conſumas? & ſi nil aliud hoc te commoueat, quod frater fratrem in iudicium vocat.*

Chryſoſt. Cum Proximo litigare quam malũ.

Verſ. 6. (*Et aduenam, & pupillum, & vi-* 7
duam non oppreſſeritis.)

Chryſoſtomi.] *Num ad hæc præceptis opus erat? num ipſa natura ſatis non eſt ad hoc edocendum? Nonne videtis, vt vel ex nominibus ipſis commiſeratio oritur? Quis ita proteruæ men-*
C *tis, vt in aduenas ſæuiat? quis ita ſaxeus, vt mulieris viro deſtitutæ non miſereatur? Quis ita ab humanitate alienus, vt orbato patre miſericordiam non tribuat? Non dico inquit, vt miſerearis, ſed ne opprimas: Non enim impedire poteram ſed ipſam propoſui vt in ea ſe tua exerceret humanitas. (Et poſt Deos alienos non ambulaueritis in malum vobis.)*

Chryſoſt. Miſerorum oppreſſio quã deteſtanda.

Chryſoſtomi.] *Et certè illud cui aſſueuimus amamus; itaque & ſi non vt Deo inſer-*
D *uieris, vti noto honorem tribue. Vides & hîc maximam facilitatem. Neque hoc ſolùm, vt ipſi euertantur ſufficit, vnum inquam, eumque notum relinquere, aduenis verò & alienis ſe ipſum exhibere: Sed quia etiam ſtatim pœna conſequatur. Cur enim hîc poſuit, (in malum vobiſmetipſis?) Ne quis proprium lucrum quærentem, ab errore eos abducere cogitet. Propter voſmetipſos hæc à vobis agi nolo.*

Chryſoſt. Deum relinquere propter extraneã quã cauere debeamus.

Conuerſionẽ noſtram procurat Deus non propter ſeipſum; ſed propter noſmet.

Verſ. 7. (*Et habitare vos faciam in loco* 8
iſto, &c.)

E Chryſoſtomi.] *Non eſt igitur mœnium, non armorum, non militum, ſed diuini auxilij vt terram homines incolant.*

Chryſoſt. Quieta habitatio in terra noſtra à Deo nobis eſt.

(*In terra quam dedi patribus veſtris*, &c.)

Chryſoſtomi.] *Quare patres in medium adduxit? omnibus hominibus paternæ res apprimè caræ ſolent eſſe, & hoc etiam maximè terram deſiderabilem efficiebat: ſed hæc vehementiſſima eſt aduerſus Iudæos expoſtulatio, qui terram vt patriam diligebant, Deum verò pa-*
F *trium effugiebant.*

Chryſoſt. Paterna cùm omnibus cara ſint, quã malè agamus cũ patrum noſtrorum Deũ offẽdimus, & derelinquimus.

Verſus 8.] Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.

Verſ. 9.]Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt deos alienos, quos ignoratis.

Verſ. 10.]Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: liberati ſumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AT[a] *vos è veſtigio nullam emendationis vitæ, nullam bonorum operum, nullamque rectitudinis,*

a *Ecce vos confiditis in ſermonibus mendacij, qui non proderũt vobis.*

nis, & virtutis habentes rationem, fiduciam omnem A *vestram ecce & modo defixam in mendacibus pseudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum seruatis sermonibus, per quos nihil deferetis vtilitatis: nec non & in rebus, actibusque mendacibus, ex quibus nil vobis proueniet opis: atque in iis quæ inaniter toties iactatis verbis de magnificẽtia, & sanctitate templi, quorum certè nullum percipietis commodum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ECCE *vos confiditis*, &c. Explicat & quæ dixerat in vers.4. Et quidem iuxta nostram Vulgatæ lectionem diuersimodè B sermones, ac verba mendacij hîc atque ibi sumenda videntur: nam tametsi ibi propriè verba accepta sint mendacia: hîc tamen phrasi Hebraicâ sermones mendacij pro rebus Ioan. Mald. mendacibus positos ait Ioannes Maldonatus, Quæ res mendaces ex quibus nullum Iudæis proueniret vtile, ipsi sint praui eorum actus, qui in subsequenti enumerantur, vers.9. *Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter*, &c.

Meliùs nihilominus dixerim, in hoc vers. 8. idipsum omnino significari, quod dictum est in C vers. 4. nimiamque argui Iudæorum fiduciam, quam totam in magnificentia defixerant, & sanctitate templi Domini, &c. sermonibus mendacibus dicentes, *Templum Domini, templum Domini*, &c. vt supra, cùm ex istiusmodi verbis nihil reueherent commodi.

Vers. 9. PARAPHRASIS LITERÆ.

b Furari, occidere, adulterari,

IN [b] *id totum vestrum intenditis studium, vt & proximum offendatis, & me: Nam & proximum omni quâ potestis, prosequimini læsione, in facultatibus, in vita, atque in honore: cùm & furari contendatis, & occidere, & adulterari, quo nil ingenuo cuique contingere potest ignominiosius: Et* [c] *me pariter neruis omnibus lacessere obnitimini, & verbis, & superstitionibus, & apostasiâ: Quandoquidem & iurare vos delectat iuramentis vanis, mendacibus, atque iniquis, & cultui meo cultum admiscêre Baal, libamina, thus & sacrificia offerentes simulacris illius;* [d] *quin & pessimâ à me recedentes defectione ire post alienos Deos, illos adorantes, quos nescitis, illis vos debentes, eosque sequentes vt serui, quorum deitatis, bonæque gubernationis nullam habetis notitiam, nulla vobis suppetunt indicia.* D

c Iurare mẽdaciter (seu inaniter, aut iniquè) libare (seu adolere thus) Baalim.
d Et ire post Deos alienos, quos ignoratis.

Vers. 9. EXPOSITIO LITERÆ.

2 FVRARI, *occidere*, &c. Plerique nostrorum expositorum referunt hæc ad ea quæ mox dicta fuere, vt sint verba illa mendacij, quæ nihil prosunt, tametsi maximâ in illis Iudæorum Lyra. niteretur fiduciâ, Sic Nicolaus de Lyra, *per hoc* inquit, *designatur, quòd Sacerdotes & Prophetæ falsi informabant populum, quòd omne peccatum commissum contra Deum, vel proximum remittebatur eis per solas oblationes in templo, quæ cedebant in vsum* Hug. Card. *Sacerdotum.* Hugo Cardinalis tribus modis eamdem prosequitur exponendi rationem. Confiditis in mẽdaciis, ac si sine vindicta possitis ea mala agere quæ hîc enumerantur. Vel Confiditis, &c. dicentes, furari, &c. supple bonum est. Vel pro imperatiuo, furamini, & occidite, sc. sic dicitis proximis vestris, & vobismet, hæcque sunt verba mendacij. Addunt alij, confiditis in verbis mendacibus dicentium, licet furari, &c. quod huiusmodi delicta adductis in templum sacrificiis eluantur.

Probabilius mihi videtur dicendum, hæc ad ea potiùs pertinere, quæ mox subiiciuntur in vers.10 *Et venistis*, &c. vt exinde arguantur Iudæi, quòd sceleribus indulgentes nihilominus ad templum Domini venirent, per ipsam templi sanctitatem omnem admissorum scelerum pœnam eluendam arbitrantes. Vt infinitiua ista (*furari*, &c.) vel more apud Latinos frequentissimo pro præterito imperfecto posita sint, quomodo & quod in Hebræo [e] Ezech. 1. *Et animalia ire & reuerti*, noster interpres reddidit, *Et animalia ibant, & reuertebantur.* Ac si dicatur *furabamini*, &c. & *venistis*, &c.

Infinita pro præterito imperfecto vsurpari solita: vel etiam pro præsenti
e Ezech. 1. 14.

Vel vt ita pro præsentibus sumenda sint, quomodo & apud prophanos infinita nonnumquam vsurpata reperiuntur, vt continuationem designent talium actuum, & sensus sit, furamini adhuc in actu, aliaque hîc enumerata admittitis scelera & contra proximum, & contra me, & ferreâ fronte venistis, &c. Quem sensum clarè habent Sept. ita hæc legentes, (*Et occiditis, & adulteratis, & furamini, & iuratis iniquè*,) seu, vt Codices alij habent, (*Iurate super iniquo, & adoletis incensum* Baal, *& ambulatis post deos alienos quos non nostis, vt malè sit vobis.*) Quæ postrema verba adiecêre seniores illi, resumentes illa ex vers.6. vbi dicebatur, *Et post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobismet ipsis.*

Infinita vsurpari solita ad designandam actus continuationem.

In textu Hebraico sunt quidem omnia verba ista, sicut & in Vulgata, in infinitiuo. Sed cùm 3
per interrogationem prolata sint, diuersimodè & vertuntur, & exponuntur. Siquidem Pagninus, & Regia in suis versionibus legunt, (*Numquid est furandum, occidendum, & adulterandum, & iurandum in falsum, & adolendum Baal, & eundum post Deos alienos, quos non nostis:* Vatab. (*Nũ furando, occidendo, adulteria cõmittendo, perfidè iurando, suffitum ipsi Baal incendendo, deos alienos quos non nouistis sequendo. Venietis coram me?* &c.) Alij, (*Numquid furabimini*, &c. *& venietis?* &c. Alij,) *Num rectum vobis videtur furari, & occidere*, &c. *& venire,*) & apparere coram me, ac si nihil esset? Alij infinita pro nominibus posita sumentes, vt sensus sit, furta, homicidia, &c. dimittentur mox vt ad templum ventum fuerit. Denique Ioannes Maldonatus ita verti posse asserit, (*An postquam furati fueritis, occideritis, &c. venietis coram me*, id est E in templum meum, quod non ad eam rem sed ad inuocandum nomen meum institutum est, vt gratias agatis quod furta, homicidia, &c. vestra bene vobis successerint.

(*Iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos* 4
alienos, quos ignoratis.) Hæc sunt tria alia scelera, quæ à Iudæis directè contra Deum admittebantur. In quorum enumeratione est, sicut in tribus præcedentibus gradatio à minori ad maius. Primò siquidem Deum suum ipsum confitentes, adeóque & per eum iurantes, in ipso iurisiurandi actu ingenti se obstringebát crimine, quod & F falsò, & iniquè iurabant. Quod enim in Vulgata dicitur, (*Iurare mendaciter.*) Hebræa verti possunt, (*Iurare in vanum:*) & in versione Sept. habetur, (*Iuratis iniquè*, seu *super iniquo.*) Vt perspicuum sit, illos defecisse in qualibet iuramenti parte, quarum in cap. 4. meminit Ieremias noster, cùm diceret, [f] *Et iurabis: Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia.* f Ierem. 4. 2.

Porrò quod secundo adiectum est scelus, id certè multò est grauius, vtpote eius superstitionis, quâ Deum colentes idolis pariter diuinos

imp er

impertiebant honores ſacrificiorum, libaminum[c] A
& thuris, iuxta illud Eliæ, [a] *Vſquequò Claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum.* Neque enim diuerſum quid cenſendum extitiſſe Baal, & quod hîc dicitur Baalim cùm idemmet Elias iiſdem eodé capite dicat, [b] *Qui dereliquiſtis mandata Domini & ſecuti eſtis Baalim,* vnuſquiſque Deus Baal ob plura ipſius ſimulacra plurali vocabulo Baalim, nũcupetur. Erat autem Baal Deus Sidoniorum, & Phœnicum, nec non & Babyloniorum, ac Tyriorum. (*Libare Baalim*) vertit noſter Interpres quod in Hebr. & in verſione Sept. eſt, (*Incenſum adolere Baalim*) cùm oblationis cultum per ambo hæc deſignentur, aptiúſque per verbum libãdi, cùm libamina, quæ propriè erant oblationes liquidorum, ſacrificiis adhiberi ſolerent. Adde quòd & thus inter libamina adnumeretur, quæ ſacrificiis adiiciebantur, prout aſſerit Abulenſis in cap. 15. Numer. quæſt. 5. & in cap. 28. Numer. poſt quæſtionem quintam, vbi quinque hæc ait fuiſſe libamina. Thus, Sal, farinam, vinum, & oleum. B

a 3. Reg. 18. 21. *Baal & Baalim idem.*

b 3. Reg. 18. 21.

Libare quid.

Libamina quinque. Abulenſ.

Tertium denique, quod hîc ponitur Iudæorum ſcelus, idque omnium erga Deum horribilius, eſt, (*Ire poſt Deos alienos, quos ignorarent.*) C
Receſſus nimirum à ducatu, à ſeruitio & à cultu eius, cuius diuinitatem multiplici ratione habebant exploratam, & omnimoda deditio ad alienarum gentium Deos, illos adorantes, quos neſciebant, poſt illos euntes vt ſerui, quorum boni regiminis, & expectandæ ab eis vtilitatis nulla habebant inditia, illorum & abominationes ſequentes, quarum ignorabant rationes, & exitus.

Verſ. 10. Paraphrasis Literæ. D

1
ET[b] *hiſce cum ſceleribus ſumma cum audacia in ſanctum veniſtis templum, quod de Sacro ſancto nomine meo vocatum eſt domus Dei: In eoque impudentiſſimè coram me ſtantes dixiſtis: Pro certo habemus nos liberatos eſſe ab vniuerſis, quæ minitantur Prophetæ, eò quòd impunè fecerimus abominationes iſtas omnes.*

b *Et veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ, & dixiſtis: Liberati ſumus eò quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.*

2 *Quin & quaſi in mei faciem exprobrantes dixiſtis, Liberati ſumus ab omni tui metu, eò quòd, vel etiam te inuito, refragante, & minitante, ea omnia admiſimus ſcelera.* E

3 *Liberati ſumus à duro ſeruitutis, legiſque tuæ iugo, quia iſta omnia fecimus quæ abominaris.*

4 *Prædictiſque inſuper ſceleribus dediti, etiam in templo, & in ſacra orationis domo in ſummum mei opprobrium coram me eadem perpetraſtis, atque eò progreſſi eſtis peruerſitatis, vt glorianter proclamaueritis, Liberati ſumus à Chaldæorum ſubuerſione, cuaſimuſque mala, quæ comminatam ſecutura erant captiuitatem, idque eò quòd vniuerſa hæc patrauimus, quæ à Prophetis abominationes nuncupantur.*

5 *Num[c] rectum vobis videtur, talia tantaque admiſiſſe, & nihilominus quaſi nihil feceritis, in templo ipſo meo dicere. Liberati ſumus, tametſi cuncta hæc admiſerimus abominanda, propterea ſolum quod venimus ad domum Domini, Nihil ibi à me expoſcitis aliud quàm opem ad eadem proſequenda crimina.* F

c (*Num furari, &c. Et veniſtis, &c. Liberati ſumus etiam ſi cũcta abominãda fecerimus, ſeu vt faciamus, &c.*)

6 *Et[d] per idipſum quod in templum veniſtis ſtando ibi coram me, ſanctos vos arbitramini, & quaſi per ſolum templi ingreſſum ſanctificati, dicitis, Liberati ſumus à cunctis quæ hucuſque commiſimus, & abſtinuimus faciendis abominationibus omnibus: deſinimus admittere ſcelera.*

d *Et veniſtis, &c. Et dixiſtis, abſtinui-*

Verſ. 10. Expositio Literæ.

ET veniſtis, & ſtetiſtis, &c. Particula (*eò quòd,*) quæ in noſtra eſt Vulgata, quamque ex Hebraico textu patet, poſitam vt cauſalem, totam hanc ſententiam reddit difficillimam, præſertim cum ad illam referantur præcedentia, (*furari, occidere, &c.*) quomodo ea referenda cenſebam. Eandem igitur ſequens exponendi rationem arbitror, Deum cæptas aduersùs Iudæos proſequi querelas, eaſque maximopere amplificare, quòd tot, tantiſque cum ſceleribus, quæ mox enumerata fuere, & ſummâ audaciâ in ſanctum venerint templum, in quo inuocatum eſt ipſius nomen, quodque de ipſius nomine vocatum eſt domus *Iehouah*: & incredibili impudentia in ea ipſa domo, in qua Deus inuocatur precibus ei fuſis, coram ipſo: ſteterint, quem ſanctitatem, puritatemque ipſam eſſe non ignorabant. Quinimò ſic coram ipſo in ſancta eius domo illa ſtantes gratias eidem egerint, quòd præexpoſita patrantes ſcelera ab omni eruti ſint imminentium malorum periculo, cuius rei validiſſimum id haberent argumentum, quòd impunè ea admiſiſſent, & admittere continuarent, quæ abominationes alioquin appellabantur: triplici autem ratione explicata hæc habes in Paraphraſi. Vide ibi.

mus, ſeu Deſinimus à faciendo omnes abominationes iſtas.)

5

Contra prauum templorum Dei vſũ.

Quarto tamen ſenſu mirum in modum eædem in his amplificantur Domini querelæ, quòd prædictis ſceleribus dediti etiam in templo ſancto eius, & in ſacra orationis domo Iudæi in ſummum ipſius opprobrium, & coram ipſo eadem perpetrarint, eóque progreſſi ſint impudentiæ, & peruerſitatis, vt dixerint, *Liberati ſumus*, à Chaldæorum ſubuerſione, & cætera, vt in Paraphraſi: Elucet autem iſtius quarti ſenſus veritas, tum ex eo quod in hoc ipſo cap. 7. inferius idemmet, ait Dominus, [e] *fecerunt filij Iuda malum in oculis meis. Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam.* Tum ex ipſorum Iudæorum verbis, quibus in ca. 44. dicent; *Ex[f] eo tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus.* Per abominationes itaque iuxta hunc ſenſum non ſolùm ſacrificia & libamina, omniſque cultus falſis diis exhibitus hîc deſignantur, ſed & periuria, & furta, quę paſſim in templo ipſo admittebãtur ab iis qui ibi ea vendebant quæ ſacrificiis deſeruirent, vt ex eo colligitur Euangelij, quo dicitur, *Et[g] inuenit Ieſus in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & menſas nummulariorum*: Necnon & homicidia, & adulteria, quæ item in templo fieri ſolita deducitur ex cap. 23. lib. 4. Regum.

6 4. Senſus. *Quantâ impudentiâ, & peruerſitate impy mala in templo agant contra Deũ.*

e Iere. 7. 30.

f Ierem. 44. 18. *Abominationum nomine ſignificata peccata omnia.*

g Ioan. 2. 14.

Cæterùm ferè communiter apud Latinos expoſitores, qui antiquiores ſunt, abominationum nomine ea hîc intelliguntur ſacrificia, quæ ipſimet Deo à Iudæis ſceleribus irretitis in templo offerebantur. Sic Nicolaus de Lyra, *Et veniſtis*, inquit. *confidenter ſecundum prauam Sacerdotum informationem, & dixiſtis, factis oblationibus veſtris: Liberati ſumus ab omnibus peccatis, eò quòd fecimus oblationes in templo, quæ ſecundum veritatem erant abominationes ipſi Deo, quia de alieno erant factæ, & mala intentione.*

Abominationes appellata munera quæ prauè offerebantur Deo. Nicolaus de Lyra. *Confidẽtia in muneribus, & ſacrificiis prauè Deo exhibitis arguitur.*

In Hebraico textu pro particula (*eò quòd*) eſt vox למען *Lemangan* multiplicis ſignificationis, ita vt pro hiſce, (*eò quod fecerimus*) &c. ad verbum ſic habeatur, (*Ad facere*, ſeu *Propter facere*, Atque etiam *Vt facere.*) Scilicet vnde & multiplex iſtorum 7

rum reperitur & versio, & interpretatio ex ipso Hebraico fonte. Regia enim sic vertit, (*Et venistis, & stetistis ad facies meas in domo hac*, &c. *Et dixistis, Libertati sumus ad faciendas omnes abominationes istas*) Pagninus (*& venistis, & stetistis coram me*, &c. *Et dixistis, Liberati sumus idque faciendo omnes abominationes istas*. Vatablus. (*Nihilominus venitis, & statis, seu vnietis & stabilis coram me in domo ista, cui nomen meum impositum est, & dicitis, Liberati sumus etiam si cuncta abominanda fecimus.*) Alij eodem sensu, (*Quamuis fecerimus.*) Alij, (*Vt faciamus*, idest vt magis furemur, & occidamus, &c.

In sola templorum frequentatione sua collocare fiduciã quàm malum.

Io. Mald. Alij (vt notat Maldonatus) (*Vt faciatis*,) &c. q. d. *Nihil à Deo petitis in templo præterquam opem ad faciendas omnes istas abominationes*.

Isid. Clar. Isidorus Clarius in suis Scholiis. *Licet inquiunt peccemus, tamen quia venimus ad domum Domini non punimur pro peccatis nostris: atque ideo facimus omnes abominationes istas.*

8

And. Cappel. Andreas Cappella, *Liberati sumus etiam si cuncta hac abominanda fecerimus*, (iuxta lectionem Vatabli) *ex eo scilicet quòd ad templum Domini venimus, & oblationes nostras, & sacrificia offerimus, quantumuis in sceleribus nostris permaneamus*. Vel, *Liberati sumus à peccatis, quæ commisimus faciendo abominationes istas, propterea solùm quòd venimus ad templum Domini*.

Hugo Card. Nicol. de Lyra. Iuxta quem sensum Hugo Cardinalis & Lyra intelligunt & nostram Vulgatæ Lectionem asserentes, in eo quod dicitur. (*Libertati sumus eo quòd.*) &c. Ly (*Eo*) sumi posse vt ablatiuum pronominis, Ac si dicatur, *Liberati sumus ab eò quòd fecerimus omnes abominationes istas*. Hoc est, Quòd in templum meum tantùm ingressi fueritis, dixistis: iam sumus liberati ab his quæ admisimus sceleribus: iam hæc sunt nobis dimissa peccata quantumlibet grauia. Quæ & antecedentibus, & rei, de qua agitur, valde sunt consona.

Quin & lectio quoque Sept. eidem sensui fauere videtur, cùm habeat, *Et venistis, &c. Et dixistis*. ἀπεσχήμεθα τοῦ μὴ ποιεῖν, (*Abstinuimus*. Seu, vt legit Hieronymus. *Desiuimus ne faceremus*, seu *à faciendo omnes abominationes istas*. Hoc est veniendo ad templum, ibique stando coram me sanctos vos existimastis, & quasi per solum templi ingressum sanctificati sitis, liberè, audacterque dixistis. Desiuimus admittere scelera, abstinuimus à faciendis abominationibus hisce omnibus.

Vers. 8.] Ecce vos confiditis vobis, &c.

Vers. 9.] Furari occidere, &c.

Vers. 10.] Et venistis & stetistis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9

Lutheranorũ error circa iustificationẽ.

VIDE quæ in prima expositione litteræ dicta sunt, facilè enim illa & ad nostra deriuabis tempora, & ad mundanorum mores. Sed & præcipuè ad agendi rationem hæreticorum nostri temporis, qui fide solâ, soloque accessu ad Christum verum templum saluandos se inquiunt, vnde necessitatem excludentes pœnitentiæ & bonorum operum, in quælibet delabuntur scelera, asserentes ea sibi dimitti per sola Christi merita: perque eis imputatam eiusdem Christi iustitiam, furantes, occidentes, & abominanda quæque patrantes reddi iustos. Quibus & id quoque dici potest,

Hæretici faciunt Christum vitiorũ fautorem.

A quod subditur in vers. sequenti. *Numquid spelunca Latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris?* Cùm viuum ipsum Dei templum Christum pessimorum quorumcumque efficiunt fautorem, & sceleris omnis asylum.

Aptissimè pariter toto hoc veteris loco contra pessimum id Christianorum hominum genus, 10
quod cùm scelestissimam agat vitam, vt tutiùs in peruersa sua persistere queant viuendi ratione ob Clericatus duntaxat priuilegium Clericorum in numerum adscribi satagunt, vt absque

Clericatus priuilegio abutentes arguuntur.

B fori sæcularis impedimento quibuslibet dent operam vitiis. Qua de re & in Dei, & in illius Ecclesiæ ignominiam impudentissimè gloriantur. Quod impunè faciant abominationes vniuersas, propterea quòd eas patrantes ex iis sint, qui in Ecclesia ministrant, & in Clericorum ordine stant coram Domino. Nec non & contra illos, qui spe Ecclesiasticæ immunitatis in templo ipso delinquunt. Cum tamen scriptum sit, *Frustrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem*. C. immunitatem. De immun. Eccles.

Immunitatis Ecclesiæ priuilegio abutentes arguuntur.

In enumeratione scelerum more suo Domi- 11
C nus præponit quæ à Iudæis admittebantur contra proximum, subiicitque postmodùm, & quæ iidem contra ipsum patrabant quem vnicum nosse debuissent Deum suum. Porrò cùm triplex esse queat proximi læsio, in facultatibus, in vita, atque in honore, gradatim à minore progrediens ad maiorem, primò id enumerat scelus, quo læsio fit in facultatibus, (*furari:*) furtum quippe est contrectatio rei alienæ inuito Domino: tum grauius subdit scelus homicidij. (*Occidere*), quo vita ipsa aufertur nullo æstimabilis pretio: Sicut in libro Iob verbis iis ad Dominum contestatus

Proximi læsio triplex, in facultatibus, in vita, atque in honore.

Furtũ quid.

D est Sathanas, [a] *Vniuersa quæ habet dabit homo pro anima*, id est, pro vita *sua*. Addit denique & scelus tertium, læsionis honoris, (*Et adulterari.*) Nihil enim ingenuo viro inhonorabilibus, quàm cõiugis suæ adulterium, vt colligitur ex lib. Prouerb. vbi dicitur. [b] *Quia Zelus & furor viri non parcet*, scilicet adultero, de quo tunc agebatur, *In die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.*

a Iob. 24.

Adulterio nihil ignominiosius contingit ingenuo.

b Prou. 5. 34.

Non ignoro, circa hoc tertium læsionis scelus 13
obiici posse, haud rectum, debitumque seruatum ordinem, cùm secundus ei potiùs assignan-
E dus videretur locus, scelere læsionis vitæ in locum tertium relato, iuxta perulgatam apud Theologos ordinis bonorum distinctionem, in bona animæ, corporis, honoris, ac facultatum, iuxta quam communiter eam inferunt conclusionem, Neutiquam teneri quempiám ad restitutionem alterius honoris cum vitæ propriæ dispendio, quia vita superioris ordinis sit quàm honor. Qui tametsi præstantissimus quidem sit, nulloque æstimabilis precio externum tamen hominibus est, iuxta illud Aristotelis, in lib. 4. Ethic. *Dignitas ad externa bona dicitur: quorum maximum id esse statueremus, quod Diis attribuimus, quodque maximè appetunt qui in dignitate constituti sunt, quod item ob præclarissimas res dari præmium consueuit: at huiusmodi est honor, externorum enim bonorum id maximum est.*

Bona distinguuntur in bona animæ, corporis, honoris, & facultatum.

Vita superioris ordinis est quàm honor.

Aristoteles lib. 4. Ethic cap. 3.

Honor est externorum omnium maximum.

Cæterùm quamuis generaliter hæc vera sint, 13
& respectu totius humani generis honori præferatur vita: Nihilominus respectu virorum ingenuorum, atque prudentum haud ambigendum, quin & contrarium pariter dicatur verissimè, quod & experientiâ probamus quotidianâ,

Honor apud ingenuos, & prudentes viros præfertur vita.

intuentes magnanimum quemque pro honore A tuendo nullam vitæ ſuæ habere rationem. In cuius veritatis confirmationem inſigne Valerius Maximus afferens Catonis exemplum, hæc habet digna quæ deſcribamus. *Tui quoque clariſſimus exceſſus Cato Vtica monimētū eſt, in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis, plus gloriæ quàm ſanguinis manauit. Siquidem conſtantiſſimè in gladiū incumbendo, magnū hominibus documentū dediſti, quantò potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quàm vita ſine dignitate.*

Val. Maxim. lib. 5. cap. 2.

Quid prophanorum, & Gentilium profero exempla? An non Chriſto Domino omnium maximè ingenuo grauiora extitêre quæ in honore à B ſuis paſſus eſt contribulibus, quando ſeditioſo, & ignominioſiſſimo ipſum poſtponentes, dimitti illum petierunt, & cum crucifigi dicentes, *Nō hunc, ſed* [a] *Barrabam*, quàm quæ in attrociſſimis paſſus eſt corporis tormentis, & quàm ipſa mortis ſententia? An non & crucis ignominia, & ea quæ in cruce ſubiit improperia, & confuſio, quam ſuper cruce pro nobis induit, crudeliſſima ei moleſtiora fuerunt morte? An nō & propterea maiorem in nos exhibuit amoris oſtenſionem, quòd honorem, quàm quod vitam pro nobis expoſuit? Audi Apoſtolum hæc indicantem, [b] C *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem*, atque ad epitaſim adiicientem, *mortem autem crucis*, quæ mortis omnis erat ignominioſiſſima, & alia in epiſtola, [c] *Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contemptâ*, quæ poſtrema verba faciunt in declarationem eius quod præceſſerat, *ſuſtinuit crucem.*

Chriſto moleſtiora fuerunt quæ à Iudæis paſſus eſt in honore, quàm quæ paſſus eſt in tormētis corporis, quàmque & mors.
a Ioa. 18. 40.
b Philip. 2. 8.
c Heb. 12. 2.

Nec à veritate aberrauerit, qui & eo eiuſdem Apoſtoli dicto, [d] 1. Cor. 9. *Bonum eſt mihi magis mori, quàm vt gloriam meam Græcè* τὸ καύχημά μου, *gloriationem meam quis euacuet?* idipſum & de ſemet à Paulo aſſertum affirmet. Cùm enim ibi de D vera ſermonem haberet gloriatione, quâ in Chriſto gloriari optabat ex virtute etiam ſuperrogationis, quâ Chriſti Euangelium prædicabat, famem potiùs tolerans, & manibus propriis victum ſibi procurans, quàm ſicut plerique pſeudo-Apoſtoli de alieno abundantiùs viuere. Qui aliàs conteſtatus liberè fuerat, [e] *Gloriamur in tribulationibus*, &, [f] *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mūdo:* mortem potiùs ſe appetere inquit, velle quàm inanē hanc ſuam reddi gloriationem, ipſique vitæ temporali ſe aſſerit E illum præferre veræ gloriæ, ſolidæque virtutis honorem, ſicut & eamdem virtutem ex qua talis eſt gloriatio. Et profectò veriſſimum ad hoc propoſitum illud eſt, quod in quodam maximè inſigni Ariſtotelis hymno apud Athenæum his ſcriptum legimus verbis.

14
d 1. Cor. 9. 15.
Honorū virtutis vera Paulus prætuliſſe viſus eſt propriæ vitæ.
e Rom. 5. 3.
f Galat. 6. 14.

Ariſtoteles. *Virtus præferenda vitæ.*

Ἀρετὰ πολύμοχθε.	*Virtus multū laborioſa,*
Γένει βροτείῳ,	*Generi humano,*
Θήραμα κάλλιστον βίῳ.	*Venatio pulcherrima vitæ,*
Σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς,	*Tuam ob ſpeciē ô virgo,* F
Καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐλλάδι πότμος,	*Mortem oppetere, optabile Græciæ eſt mors,*
Καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς,	*Laboreſque tolerare feruidos,*
Ἀκάμαντας.	*Indomitos.*

VVLGATÆ.

Verſ. 8.] Ecce vos confiditis, &c.

A *Verſ.* 9.] Furari occidere, &c.

Verſ. 10.] Et veniſtis & ſtetiſtis, &c.

SEPTVAGINTA.

8. Εἰ δὲ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.

9. Καὶ φονεύετε, καὶ μοιχᾶσθε, καὶ ὀμνύετε ἐπ' ἀδίκῳ. καὶ θυμιᾶτε τῇ Βάαλ, καὶ ἐπορεύεσθε ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων, ὧν οὐκ οἴδατε, τοῦ κακῶς εἶναι ὑμῖν.

B

10. Καὶ ἤλθετε, καὶ ἔστητε ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ οἴκῳ, οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ, καὶ εἴπατε, ἀπεσχήμεθα τοῦ μὴ ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα ταῦτα.

Verſ. 9.] Si autem confiditis vos in verbis mēdacibus, vnde nō erit vobis vtilitas.

Verſ. 9.] Et occiditis, & mœchamini, & furamini, & iuratis ſuper iniquo, & adolebatis ipſi Baal, & ambulabatis poſt C Deos alienos, quos non nouiſtis, vt malè ſit vobis.

Verſ. 10.] Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum in ea, & dixiſtis, abſtinuimus, ne faceremus omnes abominationes has.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et ecce vos confiditis in verbis Prophetarum mendacij, ita vt non proſit vobis.* Verſ. 9. *Latrones, homi-* D *cidæ, & adulteri, & iurantes falsò, & adolentes aromata idolo Baal, & ambulantes poſt idola populorum quæ ignoratis.* Verſ. 10. *Et venitis vos, & ſtatis coram me in domo iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dicitis, Liberati ſumus, vt faciatis omnes abominationes iſtas.*

Verſ. 8. 9. & 10. (*Ecce vos confiditis*, &c.) Hieronymus. *Fruſtra eos in templo habere fiduciam ſequentia peccata demonſtrant. Quid enim prodeſt audaciter ingredi limen domus Dei, erectâ ſtare ceruice, & non ſolum cor, ſed manus habere pollutas furto, homicidio, adulterio, periurio, ſacrilegio, & cultu eorum Deorum* E *quos neſcias? Hæc ſpiritualiter accidere in Eccleſia nemo dubitat, quando præſentis temporis conſiderātes fælicitatē, ſua peccata non reputant: & latère arbitrantur Deum, quia ſtatim vindicta nō ſequitur, quin potius in tantam prorumpunt amentiam, vt liberatos ſe putent, quia poſt mala opera etiam à cultu Domini receſſerunt.*

1 Hieronym. *Peccatorum noſtri tēporis quanta ſit amentia.*

Hincmarus opuſc. de diuortio Lotharij Regis, & Tedbergæ, *Ieremias Propheta, (Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacij, quæ non proderunt vobis: Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter.) Hinc penſandum quantū crimen ſit iurare mendaciter, quod adulterio, & homicidio, ac furto coniunxit Propheta,* F *quorum perpetratores Apoſtolus,* [a] *Regnum Dei dixit non poſſidere.*

Hincmarus. *Iurare mendaciter quàm magnum ſit malum.*
a 1 Cor 6.

D. Thomas. (*Ecce vos: mendacij:*) *dum dicitis vos poſſe hæc quæ ſequuntur impunè cōmittere, (furari) contra rem proximi, (occidere) contra perſonā, (adulterari) contra id quod eſt quaſi res, & quaſi perſona: (Iurare.) Hic ponit peccata contra Deū.* [b] *Iſai 28 Poſuimus mēdacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Et ponit apparentiam ex parte inſufficientiæ emendæ. (Et veniſtis, & ſtetiſtis,) quaſi per ingreſſum templi tantum ſatisfacere*

D. Thom. *Per tēpli ingreſſum impij aliqui putant ſe emendari à commiſſis delictis, atque adeo impunè ea admittere.*
b Iſa. 28. 15.

satisfacere credentes, decepti fortasse per orationẽ Salomonis quæ habetur, 2. Paralip. 6. & 3. Reg. 8. Et ipse A *intelligit cum perfecta morũ emendatione domum Domini ingrediendam, (Eò quòd fecimus,) id est ab eo.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Εἰ δὲ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πάντων τῶν κακῶν αἴτιον, τὸ θαῤῥεῖν ἑαυτῷ. ἐπικατάρατος γὰρ ἄνθρωπος, ὃς πέποιθεν ἄνθρωπον. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπάγει τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ μὴ πάντα ἀνατιθέναι αὐτῷ. διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον δυνάμενον ἐν πολλοῖς καταστῆσαι ἀνενδεᾶ, συνεχῶς αὐτὸν ἀναρτᾷ πρὸς τὸν οὐρανὸν, καθάπερ τινα ἀνάγκην, τὴν συνεχῆ χρείαν ἐπιθεὶς τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι τοῦ δεσπότου. ὁ γεωργὸς, ὁ πλωτὴρ ὑπομνήματα ἔχουσι C συνεχῆ διὰ τὴν τέχνην. ἕκαστος καὶ μὴ βουλόμενος εἰς οὐρανὸν παιδευόμενος ἀναβλέπει.

[Ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.]

Βίκτωρος τοῦ πρεσβυτέρου.] μάλιστα μὲν, κἂν μὴ ψευδὴς ᾖ, λόγος ἐστὶν, ὅταν δὲ καὶ ψευδὴς ᾖ τί τὸ ὄφελος;

[καὶ φονεύετε, καὶ μοιχᾶσθε, καὶ κλέπτετε.]

Βίκτωρος.] οὐκ ἀρκεῖ χρήματα ἀφελέσθαι, ἐπεὶ συγγνώμην ἔχει τὴν πενίαν ἡ κλοπή. φονεύοντες D τίνα ἂν ἔχοιτε συγγνώμην, ἢ λόγον εἰπεῖν; ποίαν προβάλλεσθε πρόφασιν; ἀλλὰ σειρά τις ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, ἣ συνέχει αὐτούς. καὶ ἡ προτέρα τὴν δευτέραν ἐφέλκεται. ἔκλεψέ τις; ἵνα μὴ ἁλῷ, φονεύει. ἐμοίχευσέ τις; ἵνα μὴ δῷ δίκην, ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα; ἵνα μὴ κατηγορηθῇ ἠρνήσατο.

[καὶ θυμιᾶτε τῇ Βάαλ.]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ὅταν μὲν ὑβρίζεται δέῃ, ἐμοῦ μέμνησθε. ὅταν δὲ τιμῆσαι τῶν εἰδώλων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Βάαλ ἐκάλουν πᾶν εἴδωλον. Βάαλ δὲ ἑρμηνεύετε τὰ ἀνώτερα κακά. κεφαλὴ E δὲ τῆς ἁμαρτίας ἡ εἰδωλολατρεία.

[καὶ ἤλθετε, καὶ ἔστητε ἐνώπιον ἐμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἡ ἀναισχυντία, μετὰ τὸ πρᾶξαι παραστῆναι τῷ δικαστῇ τῷ ταῦτα πάντα εἰδότι. ἐπιβῆναι τοῦ ναοῦ αὐτοῦ παρὰ τὸν τόπον τὸν ἱερόν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι συνθήκας ἔθεσθε πρὸς ἐμέ. πανταχοῦ γὰρ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων κρίνειν εἴωθε.

B Vers. 8. Si autem confiditis vos in verbis mendacibus, vnde non erit vobis vtilitas.]

Chrysostomi.] *Vide vt sit malorum omniũ fons, sibi ipsi fidere.* [a] *Maledictus enim homo qui confidit in homine, nihil enim homines ita à Deo alienos reddit, ac non omnia illi accepta adscribere. Hoc etiam in causa est, quòd cùm possit hominem minùs indignum in multis efficere, continuâ impositâ, tamquam necessitate quadam retinendæ* C *Domini memoriæ, nullo non tempore ipsum è cælo pendere vult. Agricola, Nauta artis suæ studio cælum assiduò contemplantur: Vnusquisque inuitus etiam Cælum suspicit, dum malis opprimitur.*

Chrysost. Fidere in semet est fons malorũ omnium. a Ierem. 17. A cælo auxilium in omnibus spectandum.

In verbis mendacibus vnde non erit vobis vtilitas.

Victoris Presb.] *Primò quidem etsi mendax non est, sermo est: si verò & mendax fuerit, quæ vtilitas?*

Victor. Sermo mẽdax inutilis.

Vers. 9. (*Et occiditis, & mœchamini, & furamini, &c.*) 3

D Victoris.] *Non sufficit pecunias subripere, cùm paupertas furtum excuset. Occidentes, quam veniam impetrare, quam rationem adducere, quos tandem prætextus texere poteritis? Verùm catena quadã est peccatũ, quæ eos astringit, & prius secũdum trahit. Bona quis aliena furatus est, ne deprehendatur, interimit. Mœchatus est? ne pœnam soluat? virum necauit? ne accusaretur inficias iuit.*

Victor. Peccatum est catena quæ adstringens vnumque aliud trahit.

(*Et adolebatis ipsi Baal, &c*)

Victoris Presb.] *Cùm iniuria inferenda est,* E *mei: cùm deferendus honor, Idolorum meministis.*

Victor. Erga Deum quam malè se habeat peccator.

Olympiodori.] *Quodcumque Idolum Baal vocabant Baal autẽ interpretatur, superiora mala, Caput enim iniquitatis Idolorum cultus.*

Olympiod. Baal appellatum idolum quodque.

Vers. 10. (*Et venistis, & stetistis corã me, &c.*) 4

Chrysostomi.] *Extrema sanè impudentia post scelera patrata se sistere iudici, qui hæc omnia nouit, templum eius ingredi in loco sacro.*

Idololatria iniquitatis caput.

Chrysost.] *Pacta mecũ percussistis. Vbiq; enim de illis iuxta eorum promissa iudicare consueuit.*

Chrysost. Peccatoris templum Dei adeuntis impudentia.

Vers. 11.] Numquid ergo spelunca latronũ F facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum; ego vidi, dicit Dominus.

a Numquid ergo spelunca Latronũ facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meum in oculis vestris, ego ego sum: ego vidi (seu etiã ego ecce vidi,) dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Profectò [a] *hac ratione vos habentes erga tẽplũ, & in tẽplo, peruersissimos, vos declaratis, & facinorosos viarum grassatores, & tẽplum speluncam, in qua vosmet abdatis, & vestra deferatis, & occultetis, quæ quotidie admittitis facinora horribilia & admissa tueamini, quasi mecum è latibulis contendere volentes, quasi eò loci meus penetrare non possit intuitus, aut ibi vos tuear, seu vires non habeam, quibus vos propterea puniam. An non horrendum, vt ista domus toto terrarum Orbe cèleberrima, in qua, vestrismet oculis cernentibus, orationi & inuocationi nominis mei vacari consuetum est, vobis qui electus populus meus estis instar subterranei, obscurique facta sit latronum, ferarumque antri, in quo latenter in vestris solũmodo oculis pessima quaque patremini. Etiam ego ecce vidi omnia; Ego, ego sum, & hoc ipso nomine, quo dicor, Sum qui sum, vltor istorum omnium ero, ipse & iudex sum, & testis.*

Chrysost. Iudicat Deus iuxta ea quæ illi promisimus.

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Latrones propriè qui dicantur.* b Luc. 10. 30.

NVMQVID ergo ſpelunca, &c. Suppoſito quòd Latronum nomine ij hîc ſignificẽtur, qui graſſantur in viis, de quibus in Euangelio legimus, *Homo*[b] *incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.* Cùm conſtet, iſtiuſmodi latronibus id eſſe moris, vt abdititiſſima reperiant antra, in quæ & poſt perpetrata in viis ſcelera ſeſe abdant, & factas deferant prædas, ad quæ & confugiant vt ſeſe tutos ſeruent, ibique demorantes quodcumque ipſiſmet ſolis inſpectoribus peragunt delictum. Aptiſſimâ certè ſimilitudine ſuam Dominus concludit amplificationem redargutionis nimiæ Iudæorum fiduciæ in templo, peſſimique illorum eiuſdem templi abuſus, quam hucuſque eſt proſecutus: exprobratque eis, quòd præexpoſitâ ratione ſe habentes erga templum, atque in templo, & latrones ſe declararint, & templum ipſum eis factum ſit ſpelunca, in qua ſemet abdant, ne videantur ſceleſti, ſuaque & deferant, & occultent, quæ quotidie admittunt facinora horribilia: in qua & admiſſa tueantur, & noua perpetrent cuiuſcumque generis ſcelera, prout in præcedentibus explicatum eſt, quaſi cum Deo ipſo è latibulis contendere volẽtes, quaſi Deus eo loci penetrare nequeat, eaque videre quæ ibi fierent: vel illos ibi in talibus tueatur ſceleribus, aut vires non habeat, quibus ea puniat.

Templi ſacris abutūtur impij vt latronis ſpeluncis.

2 *Templis ſacris abutentes dicuntur latrones, ac peruerſiſſimi.*

Vt autem iſtius concluſionis percipiatur vis, quæ maxima ſanè eſt, ſingula operæprecium eſt perpendamus. Nam per id quòd primo hæc præmittuntur. *(Numquid ergo)* ſignificatur, ex prædictis id neceſſario inferri, quod ſummam excitet admirationem, ſummumque ſtuporem, quin & multiplicem obſtupeſcendi exhibeat rationem, & quòd Iudæi inſtar Latronum ſeſe haberent, & quòd ſpeluncam vt latrones ſubirent: hæc enim duo ſignificantur, cùm dicitur Iudæis ipſis, *(Numquid ergo ſpelunca latronum facta eſt,* ſeu *fuit)* vt eſt in Hebr. An non ſtuporem incutere debuit maximum, quòd Iudæi, populus ille à Deo electus, qui pacificè ſanctèque terrâ frueretur promiſſionis, vitam adeo egerint ſceleſtam, vt latronibus viarumque graſſatoribus comparandi eſſent, quibus nullum hominum genus reperire eſt ſceleſtius ita vt & vulgari Prouerbio ſummam alicuius peruerſitatem ſic explicemus, *E vn aſſaſino da ſtrada*: In Hebræ. pro *(latronum)* eſt vox פרצים *paritzim* à verbo פרץ *paratz* rumpere, deſtruere, quod & vim magnam denotat: quaſi ruptores. Et bene, nam qui eò peruenerint peruerſitatis, vt latronibus ſimiles dici debuerint, & irruptores profectò extiterunt in proximum, & ruptores iugi, ac vinculorum cultus, legiſque Dei vniuerſæ. Regia vertit, *(Numquid ſpelunca effractorum)* efficaciuſque Vatablus, *(Numquid ſpelunca nebulonum, facinoroſorum?)*

Tẽplis ſacris abutentes cõparati feris.

Spelunca locus ſubterraneus eſt, obſcurus, habitatioque ferarum potiùs quàm hominum, adeo vt non immeritò feras dixeris, qui ſpeluncã pro confugio habent ad vitia: Et quidem horrẽdum quòd id Iudæis competat, vt & inſtar latronum, & inſtar ferarum ſpeluncas ſibi quæſierint ad ſcelera; At multò certè horribilius, quòd ipſimet ſacroſanctum templum in talem ſibi delegerint ſpeluncam, *(Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta?* pondera vocem *iſta* quæ indicatiua cùm ſit, magnam hoc loco habet vim, vtpote quâ indicetur templum toto terrarum Orbe celebre ad ſacra dumtaxat exercenda erectum, tantique propterea ab ipſis exiſtimatum, vt de eo vno potiſſimum gloriarentur.

(In qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris.) Hoc præ omnibus horribilius, quòd templum tale in latronum ſpeluncam ſibi fecerint Iudæi, in quorum oculis nomen Domini inuocatum in illo eſt: quibus ſcilicet propriis id intuentibus oculis exploratiſſimum erat, preces, ac vota Deo quotidie in illo exhiberi: Sed & quis non horreat vehementiùs, audiens templum quod ab inuocatione, & inhabitatione Dei, meritò domus Domini nuncupatum eſt, in Iudæorum oculis redditum, quod impiiſſimis quibuſcumque, & ſceleri cuilibet pro aſylo inſeruiret, ac ſi Deus fautor impiorum eſſet, quippe qui ferret, ſecum degere ſceleſtiſſimos, in domoque ſua fieri ſcelera, quæ vix in latronum fierent ſpeluncis? Sic ly, *(in oculis veſtris,)* referri poteſt vel ad extremam partem illam, *(In qua inuocatum eſt nomen meum:)* vel ad verbum *(facta eſt)* prout communiter accipitur, ac ſi dicatur Iudaico, ſeu opinione veſtra, & apud vos, vel coram vobis, vt legunt Sept. 4 *Templa à fidelibus contaminari quàm ſit horribile.*

Et fortaſſe, *(In oculis veſtris)* hîc dictũ eſt quaſi ad excluſionem oculorum Dei, quibus id minimè perſpicuum eſſe arbitrentur, quòd ipſius templum Iudæis factũ ſit ſpeluncã latronum: Ac ſi dicatur: factâ domo Dei ſpeluncâ latronum. Numquid vos ſoli peruerſa quæ ibi perpetratis intuemini, Deo illa minimè perſpicere, ac vindicare valente? *(Ego, ego ſum, ecce vidi dicit Dominus,)* Erratis toto cælo, nam ecce vidi exactiſſimè vniuerſa iſta, quæ in oculis dumtaxat veſtris eſſe putatis. Vltorque illorũ ero, ſicut vltor extiti Pharaonis, & Ægyptiorum, quando videns afflictionem veſtrã in Ægypto meum inſigne illud manifeſtaui nomen, *Ego ſum, qui ſum.* Hebræa cùm ſic habeant; *(Etiã ego, ecce vidi dicit Dominus,)* vltimo huic fauet ſenſui, æquè enim eſt ac ſi dicatur, Non in veſtris tantùmodo oculis hæc facta ſunt, nam ipſe quoque iam vidi cuncta. Parique ſenſu in verſione Sept. ſic habetur, *(Et ecce ego vidi, &c.)* 5 *Deus omniũ inſpector.*

Nicolaus de Lyra totã hanc ita explicat ſentẽtiam, *Numquid ergo ſpelunca latronum,* &c. q. d. ſic *Spelunca enim latronum eſt eis ad refugiũ & ad repoſitionem ſuorum furtorum, & ſic ad tẽplum recurrebat pro ſalute conſequenda, & ibi offerebant prædas, & latrocinia.* Quàm malũ autem id ſit, vel à Gentili æquum eſt vt diſcamus, ait enim Plut. lib. de Ciuili Inſtit. *Phocionem flagitantibus quibuſdã Athenis, vt ad ſacrã rem faciendam quidpiam etiã, ipſe pro virili parte tribueret, & diu quaſi daturo applaudẽtibus. Iniurius & impudens profectò ſim dixiſſe, ſi ad rẽ diuinã aliquid depoſcentibus vobis dare animum induxero, huic autem Callicli (digito creditorem oſtendens) nihil reddidero.* Addit Hugo Card. cùm dicit Dominus, *(Ego, ego ſum)* per verbũ eſſendi notari quòd ipſe eſt iudex qui poteſt omnia, Cùm additur, *(Ecce vidi)* per verbũ videndi ſignificari, quòd idem ipſe erit teſtis, prout infra ca. 29.[c] *(Ego ſum teſtis, & iudex dicit Dominus,* & Malach. 3.[d] *Accedã ad vos in iudicio, & ero teſtis velox.* Vatabl. in ſuis Annotationibus. Quaſi dicat, ait, *Qui fit vt iudicio veſtro ædes hæc mea ſit veluti antrum latronum, neque pluris eam faciatis quàm antrum graſſatorum? Nam & in antra ſua ſe recipiunt: ſic vos poſt ſcelera etiam grauiſſi-*

6 Lyra. *Oblationes de alieno quàm Deo diſpliceant.*

Plutarchus.

Hugo Cardinalis. *Deus iudex ſimul & teſtis.*

c Ier. 29. 23. d Malach. 13. 5.

Tẽplis quàm prauè abutãtur impij.

grauissima non erubescitis venire in domum meam, quasi existimetis me peccatorum vestrorum esse ignarum. En ego(sub intellige) *cogitationes vestras malas vidi.*

Vers. 11.] Numquid spelunca, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Templorũ irreuerentia damnatur.*

MORALITER ista aduersùs prauos Catholicos irreuerenter, & iniquè agentes in templis manufactis exponerem pro Cõcione Euangelij feriæ tertię Dominicæ primę Quadragesimæ. Circa quod Euangelium præter ea quæ super his dicta videre potes in literæ expositione: duo sunt quæ notentur, vt in præsentis sententiæ sensum conferentia. Primùm quamuis quod à Domino ibi dicitur,[a] *Scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum,* communiter apud duos Prophetas scriptum asseratur: secundam quidem partem hîc apud Ieremiam, primam verò apud Isaiam cap. 56. vbi clarè hæc habentur, [b] *Quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.* Et hoc nihilominus ex ista vna Ieremiæ sententia desumptum crediderim, quatenus in ea dicitur, (*In qua inuocatum est nomen meum,*) Quod idipsum est ac si dictum esset. Quæ domus orationis est.

a Matth. 21. 13.
b Isai. 56. 7.

In templi sui violatores diuinam potentiam ostendit Deus.
c Matth. 21. 12.

Secundò, per id quod ibi à Christo Domino factum refertur, exponi & re ipsâ comprobatum ostendi quod hoc loco post præexpositam sententiam adiicitur à Domino, *(Ego sum: ego vidi,)* Eo siquidem actu, quo [c] *ingressus in templum Dei eiecit omnes vendentes, & ementes de illo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit,* idque totum, nec vel vno in tanta hominum multitudine Sacerdotum, Scribarum, ac Pharisæorum, & in primis negociatorum illi resistere audenti, diuinitatis suæ specimen haud obscurum exhibuit; Sicut & alterâ vice, quando passionis [d] suæ tempore obuiam progressus Iudæ, & cohorti venientibus cum lanternis, & facibus, & armis vt ipsum acciperent, dicensque illis, *Ego sum,* illico eos omnes conuersâ facie prostrauit in terram. Vnde inferre licet, & hoc loco diuinitatis suæ potentiam in eo potissimùm se manifestaturum significare Dominum, quod in illos grauiter animaduertet, qui vel in templum, vel intra templum suum deliquerint: sicque cum illis aget, vti & cum proditoribus, & cum cohorte quæ venit vt caperet eum, ac crucifigeret. Talibus quippe ij assimilãdi meritò sunt, qui in templo & irreuerenter se agunt, & iniquè absque sui probatione sancta ibi sumunt mysteria, cùm & hîc idem vsurpet præcipuum diuinitatis suæ nomen. Ego sum dicens, *Ego ego sum.* Quæ & confirmat magis addens, *Ego vidi* suam item diuinam indicans omniscientiam.

d Ioan. 18. 5.
Templi Dei violatores æquiparati Iudæ proditori, & cohorti, quæ Christũ cæpit & crucifixit.

VVLGATÆ.

Vers. 11.] Numquid ergo spelunca latronum, &c.

11. Μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου, οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ, ἐκεῖ ἐνώπιον ὑμῶν, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἑώρακα λέγει κύριος.

A *Vers.* 11.] Numquid spelunca latronũ est domus mea, vbi inuocatum est nomen meum in ea, ibi coram vobis? Et ecce ego vidi, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid sicut domus congregationis impiorũ est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Coram me quoque sic manifestum est, dicit Dominus.* 1

B Vers. 11. *Numquid ergo spelunca, &c. Lucifer Calaritanus loco supra citato ex illis es, in quorum exprobrationem dicitur à Deo, (Numquid spelunca latronum est domus mea, in qua vocatum est nomen meũ? Quos vis esse Dei domum, vos ne Arrianos, an nos Christianos? Si enim vestra maligna congregatio est domus Dei, ergo latronum congregatio est domus Dei. Vos etenim fundendo sanguinem Dei seruorum, vt tũc fundebant Iudæi, inspicimini esse latrones. Ex fructibus tuis, Imperator Constanti; non esse Christianus, sed plane manceps latronum cognosceris. Præcipis namque innocentes interimi, habitans, scil. non in Ecclesia Domini, sed in spelunca latronum.*)

Lucifer. Hæreticorum congregatio dicta spelunca Latronũ.

C Hieronymus. *De hoc loco in Euangelio assumptum puto,*[a] *Scriptum est, Domus patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam Latronũ; siue vt in alio Euangelio scriptum est, domum* [b] *negociationis. Ecclesia Dei vertitur in speluncam Latronũ, quando furta, homicidia, adulteria, sacrilegia, periuria, hæreseos adinuentio, & omnia in ea scelera versantur: quando auaritiæ facibus principes inardescunt: & regũ quondam opes vile, aut certè non vile palliolum possidet. Vnde infert, (Ego, ego sũ, ego vidi dicit Dominus.) Oculi mei contemplati sunt, quod vos putatis occultũ: tenebræ thesaurorum meam non fugiunt conscientiam.* D *Qui cùm diues esset, pauper pro nobis factus est, nunc in nostris diuitiis erubescit, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.*

Hieronym.
a Matth. 21. 13.
Ecclesia quã do spelunca latronum.
b Ioan. 2. 16.

Theodoritus. *Si mala perpetrare ausi fueritis in omni genere iniquitatis conuersantes, dignos studiis vestris fructus decerpetis. Quia nõ intueor in falsam pœnitentiam, nec ferre possum sermones mendaces: video enim omnia quæ fiunt. (Ecce enim ait, ego vidi dicit Dominus,) Nequaquam etiam feram, domum mihi consecratam esse refugium latronum.* 2

Theodoriti. *Pœnitentiam falsam, & templorũ fatrum abusum fert Deus ægerrime.*

D. Thomas. *(Numquid) q. d. Si non purgati domũ meam intratis, speluncam Latronum eam facitis,* E *Et ostendit culpam patentem, (Ego, ego) singulariter (sum) vbi omnia videns, (vidi) peccata vestra,* [c] *Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus.*

D. Thom. *Templũ prauè adeuntes facit illud speluncam latronum.*
c Prou. 16. 2.

Ad finem postillæ super hoc cap. 7. duo notat idem S. Thomas pertinentia ad primam eiusdem capitis sectionem. Primum pro illis verbis, *(Habitabo vobiscum) Deum habitare vobiscum multipliciter, nempe per fidei cõstãtiam, Ephes. 3. Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Per fraternæ dilectionis concordiam, Matt. 18.*[c] *vbi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ: Per præ*F*ceptorum obedientiam,*[f] *Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus: Per deuotã contẽplationis eminẽtiã, Apoc. 3.*[g] *Ego sto ad ostiũ, & pulso, si quis audierit vocẽ meam, & aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, &c.* Alterũ quod & templum quoque est multiplex: Historicũ, *Psal. 5.*[h] *Adorabo ad tẽplum sanctũ tuum, & confitebor nomini tuo.* Allegoricũ, *ipsa Ecclesia, 1. Cor. 3.*[i] *Templũ Dei sanctũ est, quod estis vos:* Typicũ, *ipse iustus, 1. Cor. 6.*[k] *Nesci*

Habitat in nobis Deus multipliciter.
d Ephes. 3. 17.
e Matth. 18. 20.
f Ioan. 14. 23.
g Apoc. 3. 20.
h Psal. 5. 8.
Templũ Dei est quadruplex.
i 1. Cor. 3. 17.
k 1. Cor. 6. 19.

Nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spi-
Apoc. 21. 22. *tus sancti ? Anagoricum, ipse Deus*, Apocal. 26.
A *Dominus Deus omnipotens templum illius est, & agnus.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ σπήλαιον λῃστῶν. ὁ οἶκός μου;]

Βίκτωρος.] νῦν φησι πάντα πλημμελοῦντες, ὡς οὐκ ἐκ πάντων καθαρεύοντες τὸν ἐμὸν πατεῖτε ναὸν, ὡσανεὶ λῃστῶν ἡγούμενοι σπήλαιον. οἱονεὶ βλέποντες, καὶ λανθάνειν οἰόμενοι τὴν ἀσέβειαν. τούτῳ καὶ ὁ σωτὴρ ἐχρήσατο λέγων. γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. [Μὴ σπήλαιον λῃστῶν;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ταῦτα φησίν; οὐκ εἰς προσευχὴν παρεσκεύασται, μὴ πρὸς ἁρπαγάς, μὴ πρὸς μοιχείας, μὴ πρὸς ἀκαθαρσίας; ὥσπερ γὰρ ὁ χριστὸς φησὶν, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἐπιόρκουν, καὶ ἐπὶ ἁρπαγμῷ συνθήκας ἐποιοῦντο.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ σπήλαιον ἄθυρον, καὶ παντὶ προκείμενον εἰς τὴν εἴσοδον. μέμφεται οὖν αὐτοῖς, ὡς ἀδιαφόρως εἰσιοῦσιν εἰς τὰ ἅγια.

A Vers. 11. *Numquid spelunca latronum*, &c.) 3

Victoris.] *Nunc ait nihil non peccantes quasi puri in omnibus meum pessumdatis templum, ac si latronum esset spelunca, veluti videntes, & latere impietatē opinantes, hoc vsus est, & Saluator dicens*, [a] *Domus mea domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum.*

Victor. Speluncā latronū faciunt Templū Dei impij illi qui scelera queque illo patrant ac si nō viderentur.

a Matth. 21. 13.

Numquid speluncam Latronum? &c.

C Chrysostomi.] *Ad quid hæc profert? Nonne ad preces constructum est? num ad rapinas ? num ad adulteria? num ad impuritates? Sicut enim Christus ait, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autē eam fecistis speluncam latronum. sic & hic quod peierabant, deque rapinis paciscebantur.*

Chrysost. Speluncā latronum Templum Dei faciunt qui intra illud peierant, vt de rapinis paciscuntur.

Olympiodori.] *Spelunca est sine foribus, omnibus in eam aditus patet. Quæritur ergo de ipsis, quòd nullâ reuerentiâ in sancta ingrederentur.*

Olympiod. Speluncā latronum Templum Dei facit, qui irreuerenter in illud ingreditur.

Vers. 12.] Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ite ad locū meum in Silo, vbi habitauit nomen meū à principio.

TANTVM [a] *abest, vt loci sanctitas efficere queat, ne pœnas dent ij, qui ipsum sceleste adeunt, vt è contra potius per scelerum malitiam fiat, vt locus quantumlibet sanctus à me repellatur, simulque cum loco & populi manu destrui sinantur hostili. Cuius rei vnum sat vobis erit exemplum, quod vt benè apprehendatis, vosmet nedum discursu intellectus, verum & corporeis quoque pedibus tendite in Silo itinere sanè perfacili, cùm haud amplius quam sex millia passuum à vestra is distet ciuitate Ierusalem, ite inquam in Silo locum illum meum antiquissimum, ac primum à me, atque ab vniuerso populo Israel electum, in quo ipse gloriosissimi nominis Deus habitarem, in quo meum esset tabernaculum, mea collocaretur & arca, meaque maiestas, mea & persona, ad quam colendam populus omnis per trecentorum sexaginta nouem annorum spacium eò confluxit.* [b] *Cùm autem illuc perueneritis, vbi locus tamdiu extitit sanctificationis meæ, attentiùs inspicite, An quippiā ampliùs ibi appareat pristinarum prærogatiuarum, An vel aliquæ ibi extēt reliquiæ tabernaculi mei. Qin potius bene perpendite quæ loco illi fecerim, quando repuli tabernaculum Silo vbi habitaui in hominibus, traditā arcā, in quā medio Cherubim sedebam, in manus Philistæorū, vnā cum totius Iudaici exercitus robore, nec permittens vt eò amplius reduceretur.* [c] *Quæcumque verò facta à me videbitis aduersùs locum illum meum, sciatis facta ea omnia propter populi mei scelera, quibus in ipso loco sancto meo, & coram arca sanctificationis facie (vt ita dicam) ad faciem me ibi habitātem prouocarunt, retra-*

b Et videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.

c Propter malitiam (seu à faciebus, aut à facie malitiæ) populi mei, &c.

D *hentibus Sacerdotibus homines à cultu meo, ita vt sacrificia quæ mihi offerre debuissent Deo suo, falsis obtulerint Diis.* [d] *Ego certè acerrimus (vt dicebam in vers. 11.) sum istiusmodi criminum vindex, exactiusque ea intuitus sum semper, cuius rei sat patens est veritas: Siquidem ire potestis ad primum locum meum in Silo, & videre quæ ibi à me facta sint propter populi mei, qui tunc viuebat, iniquitatem.*

d (Sed, vel, Quia ite ad locum meum, &c.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

E ITE ad locum meum, &c. Iuxta nostrā Vulgatæ lectionem omnia quæ dicuntur in quatuor primis his versiculis 12. 13. 14. & 15. ad ea referenda sunt vniuersa, quæ supra dicta fuere à vers. 4. de nimia confidentia in tēplo Domini, vel in illius magnificentia & sanctitate. Eóque hæc spectāt, vt à simili praua hæc Iudæorum confidentia retundatur, quòd sicut sanctitas loci Silo, in quo primùm per multum temporis sacrosanctum demoratum est tabernaculū, & arca, antequam inuocabatur Dei nomen, sacrificiorumque administrabatur cultus, nihil Israelitico populo, & iis qui ipsū adibant profuit, quin vnà cum eo repellerentur à Domino, cū irretiti essent F sceleribus; Ita nec Iudæis adeò tūc sceleribus addictis quicquam magnificentissimum, ac sanctissimum profuturum Salomonis tēplum, quin vnà cum templo ipso reiecti à Domino euertantur, & disperdantur. Nec ab ista cōnexionis ratione discrepat lectio Hebraica, si particula כי *chi*, quæ præponitur, pro nostra coniunctione *Sed*, accipiatur prout recentiores illā sumūt Interpretes, Pagninus, Regia, & Vatabl. vertētes, *(Sed ite, &c.)* Sept. autem Interpretes ὅτι πορεύθητε, (*Quoniam ite*, &c.) eamdem particulam vt rationalem desumpsēre, ac si in his præcedentium afferatur ratio, & bene: nā cùm mox in extremis præcedentis

Sanctitas loci parū proficuā si illi repugnent hominum opera.

versiculi verbis iis, *Ego ego ſum: ego vidi dicit Dominus*: ſubindicatum fuiſſet, Deum eſſe ſeuetiſſimum eorum ſcelerum vltorem, quæ in templum ſanctum admittebantur, vtpote in quæ potiſſimùm ſuos coniectos habeat oculos: Confirmans modo id Dominus, maximè conuincentem illius affert rationem, quia facillimo negocio videri ab vno quoque poteſt, quomodo id verificatum ſit cum antiquioribus iis item Iudæorum, qui deliquerunt in locum ſanctum, in tabernaculum, & arcam, in qua diuina in medio duorum Cherubim reſidebat maieſtas; quando locus ille Silo proximus Ciuitati eſſet Ieruſalem, non ampliùs quàm ſex milliaribus diſtans ab ea. Ac ſi dicatur, ego acerrimus iſtorum ſum criminum vindex, exactiuſque ea intuitus ſum ſemper, cuius rei ſat patēs eſt veritas, quia ire poteſtis ad primum locum meum in Silo, & videre quæ ibi à me facta ſint propter populi mei iniquitatem. Quamquam aptiùs dices & particulam græcam ὅτι oti & latinam *Quia*, non vt rationalem hoc loco à Sept. poſitam, ſed ad ornatum duntaxat orationis, prout frequenter in ſacris literis fieri ſolitum dixi aliàs, ſicut & Hebraicam quoque particulam כי *Chi* Sanctes-Pagninus lib. 4. Hebraicarum inſtitutionum cap. 3. ait plerumque eſſe ſubcontinuatiuam, & in Theſauro dicitur expletiua, alioqui ratio non affertur cùm ſentētiam incipit. Sicque & Originales lectiones Hebr. & Græca Sept. conuenient cum Vulgata, in qua abſque tali expletiua particula dicitur. *Ite ad locum meum in Silo*, &c.

2 Retundens igitur Dominus peſſimam ſceleſtorum Iudæorum fiduciam in ſanctitate, & magnificentia templi argumento ab illatione contrarij illos in hoc verſ. 12. conuictos reddere ſatagit, & quò maiorem vim ſuum habeat argumentum, in patenti eius quod iam contigit aliàs ſimilis facti id fundat exemplo. Sic autem arguere videtur, tantum abeſt, & cæt. vt habes in principio Paraphraſis. Cuius rei rationem affert auctor libri 2. Machabbæorum, dicens. [a] *Non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit. Ideoque & ipſe locus particeps factus populi malorum.* Facti exemplum ex reiectione tabernaculi Silo deſumptum eſt. Expendamus ſingula huius verſiculi 12. verba, vt allatæ vis pateat illationis. (*Ite*) inquit, Quia maximi momenti res eſt; non aliorum relationi ſtandum cenſens, propriis oculis vt id videatur eò eundum aſſerit. Sicut ſupra ad aliud propoſitum iiſdem dixit, [b] *Tranſite ad inſulas Cethim, & videte*, &c.

a 2. Machab. 5. 19.

b Ierem. 2. 10.

3 (*Ite autem ait ad locum meum*,) locum ſuum eum Deus appellat, quem præ locis aliis ſibi elegit vnum, in quo tabernaculum cum arca reſideret, cultuſque ipſi exhiberetur ſacrificiorum, ſicut repetitum ſæpius legimus, præſertim in ca. 12. libri Deuteronomij. [c] *Ad locum quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribulus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi.* Idest dans illi, vt Dei nominis particeps, locus dicatur Dei, *& habitet in eo.* In medio ſcilicet arcæ, *Venietis: & offeretis in loco illo holocauſta & victimas*, &c. Quis iſte prius extiterit Dei locus ex cap. 18. lib. Ioſue habetur, vbi dicitur, [d] *Congregatique ſunt omnes filij Iſrael in Silo, ibique fixerunt tabernaculum teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta.* Communi enim Iudæorum conſenſu factum eſt, vt poſtquam Chananæorum eis ſubiecta eſt terra, & locus decerneretur, in quem populus vniuerſus ad ſacra peragenda conueniret, elegeruntque, & iis idipſum inſpirauit Deus vt eligerent montem, terramque Silo, tum quia ob loci celſitudinem, & pulchritudinem cęteris aptior qui Deo aſſignandus eſſet, videretur, tum quia toti commodiorem populo illum cenſuerunt, vtpote ad medium terræ promiſſionis; neque enim ab Ieruſalem, quam certum eſt re vera in medio terræ extitiſſe, pluſquam ſex diſtabat milliaribus: tum quia ad tribum locus ille ſpectabat Ephraim tribum cæterarum fortiorem, belliſque aptiorem, iuxta illud Pſalmi, [e] *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum.* Per quos validiùs tueri diuinus poſſet cultus, tum demum maximè quia eorum Dux Ioſue, qui ad id decernendum ipſos conuocarat Ephrathæus eſſet; pro certo videlicet habentes, vbi totius populi Dux habitabat, comitiorumque decreuerat locum, ibi & legis obſeruationem, & ſacras cæremonias ritu ſeruandas exactiori. Ideoque ibidem Tabernaculum fixerunt teſtimonij; ſeu iuxta Hebraicam lectionem, *Ibi habitare fecerunt tabernaculum ſolemne.* Sedem nimirum ſtabilem in Silo deſtinantes tabernaculo, quod eò vſque in iugi fuerat motu; & arcæ, quæ intra illud erat, vt ad ipſam vel in præcipuis ſolemnitatibus cuncti venirent Iudæorum, Deum veneraturi oblationibus primitiarum, ſacrificiorum, atque libaminum, prout de Elcana Samuelis parente legimus in 1. lib. Reg. [f] *Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Domino exercituum in Silo.*

c Deut. 12. 5.

d Ioſu. 18. 1. *Silo primus extitit locus, quem Deus elegit pro tabernaculo, & pro ſui cultu.*

Cur in Silo collocatū primò fuerit Dei tabernaculū.

e Pſal. 77. 9.

f Reg. 1. 3.

4 Quæ omnia bene hîc explicantur dum hiſce (*Ite ad locum meum, in Silo*) adiectum eſt. (*Vbi habitauit*) ſeu iuxta Originalia Hebr. & Sept. (*Habitare fecit nomen meum à principio.*) Quibus in verbis tria ſunt quæ ponderemus, primum, vocem *à principio*, Quando ſcilicet primum de Dei deliberatum eſt loco ſignato; Secundum habitandi verbum, quo ſedes fixa ſignificatur; Tertium vocem, *Nomen meum.* Quæ tametſi ineptè iuncta videatur cum verbo habitandi, rei animatæ proprio; ſi illius tamen vis rectè percipiatur aptiſſimè cum eo conuenit: exploratum quippe eſt, voce nominis rei cuiuſpiam rem ipſam deſignari ſolitam tum apud prophanos, tum maximè in ſacris literis, quinimmo rem quæ excellentis ſit nominis, præclaræ famæ, & maximè glorioſa; pro cuius ſignificatus probatione vnus ille ſat ſit Pſalmi 113. locus vbi dicitur. [g] *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*, Idest ſed tibimet glorioſiſſimo gloriam des, quam alioqui nobis tantâ dare contendis benignitate. Sic quod hîc dicitur, *Vbi habitauit nomen meum.* Tantumdem eſt, ac, vbi ipſe glorioſiſſimi, nominis Deus habitauit: Eâ plane ratione, quâ & apud Iſaiam vox item nominis Dei iuncta reperitur cum verbo venire, quo motus deſignatur rei viuentis, [h] *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* Idest ecce Dominus glorioſus, ſeu Maieſtas Domini venit, ac ſi de progrediente Rege diceremus, Ecce maieſtas Regia venit: Quo ſenſu explicare potes, & quod aliâ lectione ſic habetur, (*Vbi habitare feci nomen meum*) maieſtatem nimirum meam, meamque glorioſam perſonam, iuxta illud Pſalmi, [i] *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe*, Super Arca ſcilicet in medio duorum Cherubim, qui erant in propitiatorio. Et fortaſſe non abs re ſit, ſi dicamus, eadem nominis Dei voce ipſam in qua Deus ſedebat ſignificatam Arcam: ſicut id Pſalmi 95. interpretantur aliqui, [k] *Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriæ nomini*

Nominis voce ſignificata res ipſa, quæ præclara ſit fama.

g Pſal. 113. 9.

Nomen Domini deſignat plerumque Deum ipſum glorioſum ſeu illius maieſtatem.

h Iſai. 30. 27.

i Pſal. 79. 3.

Nominis Dei voce aliquando ſignificata Arca Dei.

k Pſal. 95. 7.

nomini eius, id est, Arcæ eius, ex illo 3. Regum [a] 8. quo dicitur, ædificatum templum nomini Dei, id est, Arcæ Dei, ædificatum videlicet templum vt Arcæ stabilis, & magnificétissima strueretur sedes. Quo sensu & illud accipi potest, quod ex Deuteronom. retulimus supra. [b] *Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum*, id est, Arcam suam *ibi*, *& habitet in eo*, scil. nomine, & in ea arca. Quamquam communior alter ille sit eorumdem sensus, quem allatum supra videre potes, quique & huic Ieremiæ loco aptissimè congruit. Vt tantumdem sit. (*Vbi habitauit*) seu (*vbi habitare feci nomen meum*) ac id quod in vers. 10. & 11. de domo item sua dixit Deus, *In qua inuocatum est nomen meum.*

a 3. Reg. 8. 10.

b Deut. 12. 5.

5 (*Et videte.*) Cùm iueritis, inquit, in Silo locum aliàs sanctificationis meæ, attentiùs inspicite, an quidpiam ibi appareat prærogatiuarum illarum pristinarum, concursus populi, & solemnitatum mearum, An reliquiæ ibi sint tabernaculi mei. Quin potiùs vestris ipsis intueamini oculis, (*Quæ fecerim ei,*) Quæ nam verò ista sunt? lege Psalmum 77. vbi eorum fit catalogus, [c] *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.* Nota hanc locutionis formam, *Vbi habitauit in hominibus*, id est, inter homines, iis consonam, quibus hîc mox dicebatur à Domino, *Vbi habitauit nomen meum*, iuxta id quod in libro Exodi dixerat, [d] *faciant mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum*: nempe in Arca, quæ intra Sanctuarium & tabernaculum seruabatur. Vnde & in eodem Psalmo subditur, [e] *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici*, ipsam profectò Arcam, quæ virtus, & pulchritudo, robur, ac decus asseritur Iudæorum, quia per illam inuicti ij sibi videbantur, & gentibus vniuersis gloriosi, ac propterea in castra eam detulère, cùm contra Philistæos in bellum procederent. Quãdo suâ nimiâ ac indebitâ frustrati sunt fiduciâ, captaque à Philisthæis ipsis arcâ, totius pariter eorum exercitus, deiectum est robur, & omnis eorum gloria euanuit, iisdem subiecti Philisthæis, prout post præexposita explicatur in his, quæ sequuntur eius Psalmi, *Et conclusit in gladio populum suum*, quasi vinctum, & in vno loco conclusum, Philisthinorum gladio vt cæderetur traditum. *Et hæreditatem suam aperuit*, inglorium eumdem populum reddens, & contemptui expositum, quem ipse à se repulsum contempsit, *Iuuenes eorum comedit ignis* iræ diuinæ, iisque hostili gladio veluti igne consumptis, *virgines*, sponsæque *eorum non sunt lamentatæ*, propriis namque malis occupatæ sponsorum interfectorum mortem deflere nequiuerunt: Sicut nec viduæ suos plorare potuerunt maritos, *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur*, (deponentaliter.)

c Psa. 77. 60.

d Exod. 25. 8.

Inanis fiducia in locis & rebus sacris, castigatur à Deo quando adiuncta habet scelera.

e Psa. 77. 61.

6 Lege cap. quartum primi libri Regum, vbi ista omnia tragicè descripta videbis, occisis in prælio Ophni, & Phinees filiis Heli Summi Pontificis. Ad eam si quidem historiam hîc alluditur, cùm à Domino dicitur. (*Et videte quæ fecerim ei.*) scil. Silo, quorum certè omnium id extitit grauissimum, quod ad perpetuum tempus eidem factum tunc est, vt non ampliùs Dei locus esset, cùm haud ampliùs postmodum in Silo reducta sit Arca Domini, postquam enim illam Philisthæi in Bethsames detulère in alium modò, modò in alium deportata est locum, primum in Gabaa Benjamin, tũ in domo Obed-edon Hethæi, postea in domum Dauid in monte Sion, ac demum in templum à Salomone constructum, vbi & quieuit vsque ad captiuitatem Babyloniæ, adeo vt multò verius dici debuerit, in templo ipso habitasse, quàm quod hic dicitur, (*Vbi habitauit nomen meum,*) habitandi verbo designante permanentiæ durationem: multò enim maior duratio extitit permanẽtiæ arcæ in templo, quam eiusdem habitationis in Silo, quæ fuit trecentorum sexaginta nouem annorum, iuxta Hebræorum Chronologiam, seu trecentorum quinquaginta vnum iuxta aliam nostrorum computationem, cùm alioqui in Salomonis templo perstiterit, per spatium quadrigentorum quadraginta duorum annorum, quantum ipsum durauit & templum, iuxta computum Eusebij Cæsariensis in Chronico.

Arca Dei antiquitus diuersa habuit loca.

In Silo quanto tempore perstiterit Arca Dei.

(*Propter malitiam populi mei.*) Necessariò adiecta hæc sunt, vt Domini ratio suam habeat vim ad probandum, confidentiam in loci sanctitate inanem, futilemque esse, quando criminibus comitata ea sit, atque sceleribus, per quæ ingens in locum ipsum sanctum infertur dãmnum, & extrema ruina. Quæcumque ait facta à me videbitis aduersùs locum meum, qui in principio fuit in Silo, sciatis propter populi mei facta malitiam. Quod & Propheta Dauid in præcitato contestatus est Psalmo 77. vbi & ipsam eius populi describens malitiam ait, [f] *Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia*, id est, mandata *eius non custodierunt, & auerterunt se*, ab ipso, scil. deficientes, *& non seruauerunt pactum*, quo se illi vni Deo suo fide cultuque perpetuò adhæsuros spopóderant: *quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*, à veritatis, & à sinceræ religionis scopo aberrantes. *In iram concitauerunt eum in collibus suis*, in quibus idololatriæ operam dabant, *Et in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt* excitantes ipsum flagitiis suis vt sese tandem vindicaret. Vnde bene subdit, *Audiuit Deus*, tantorum scilicet scelerum clamorem, qui venit ad ipsum *& spreuit* tam locum quem sibi primò elegerat in Silo, quàm populum aliàs sibi peculiariter dilectum, *Et ad nihilum redegit valde Israel, & repulit tabernaculum Silo*, &c. 7

Confidẽtia in loci sanctitate est inanis, & damnosa quando comitata sit sceleribus.

f Psal. 77. 56.

8 Habet autem propriam vim quod in Hebraico textu legitur מפני רעה *mippene rangath*, (*A faciebus malitiæ,*) vt bene vertitur in Regia, quodque legunt Sept. ἀπὸ προσώπου κακίας, (*à facie malitiæ.*) Iuxta has quippe lectiones, videtur subindicari, hæc accipi pariter posse, vt dicta per prosopopeiam, quasi persona ipsi tributa Israelitici populi malitiæ, quæ in loco sancto, coramque arca sanctificationis facie ad faciem Deum ibi habitantem prouocari, idque etiam per plures factum sit, eiusdem populi malitias, vt sit allusio ad ea in primis, quæ in ipso sanctuario admissa fuere flagitia propter filiorum Heli peruersitatem, quam verbis hisce descriptam habemus in 1. lib. Regum. [g] *Porrò filij Heli filij Belial, nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum, sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi, sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo.* Et post aliqua subiicitur. *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia*

Scelera quæ admittuntur in locis sacris prouocant Deum facie ad faciem.

g 1. Reg. 2. 12.

retrahebant homines à sacrificio Domini. Quæ congruunt cum his quæ modò exponimus. (*A faciebus malitiæ populi mei.*) Ex vna namque malitia ista Sacerdotum, quâ retrahebantur homines à sacrificio Domini plures in Dei populo causabantur malitiæ, plura & scelerum genera, in primis cultus falsorum Deorum, ad quos sacrificia ipsa sua conuertebant. Vnde postmodum Samuel in Masphat dixit illis, [a] *Auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & seruite Domino soli.*

a 1. Reg. 7. 3.

Vers. 12.] Ite ad locum meum in Silo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 *Ecclesia timendum ne propter fidelium scelera eadẽ eueniãt mala quæ antiquiori euenere Synagoga.*

GENERALE ferè communiter ex hoc loco expositores deducunt Morale ad vniuersam spectans Ecclesiam, cui timendum significetur, ne propter Christianorum scelera ea contingant infausta, quæ antiquiori euenerunt Ecclesiæ Iudæorum propter eius populi malitiam. In cuius dicti confirmationem affertur id Apostoli, [a] *Si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.* Additque Glossa ordinaria & illud Redemptoris nostri. *Cùm* [b] *venerit filius hominis putas inueniet fidem super terram?* quibus indicari videtur, extremis illis diebus, quando Christus veniet ad iudicium, tantam futuram hominum peruersitatem, vt vix paucos reperturus sit, qui sint in fide fundati. Cæterùm quamuis exemplum hoc loco allatum rectè, secundum literam & Ierosolymitano templo, & vniuerso Iudaico populo generaliter cõsonum sit. Ita vt bene, in vers. 14. dicatur, *faciam domui huic, &c. sicut feci Silo,* & in vers. 15. *Et proiiciam vos à facie mea,* &c. Haud tamen ita hac generali ratione idipsum moraliter explicatum accipiendum est, vt arbitretur quispiam, propter Christianorum peccata vniuersam Christi Ecclesiam proiiciendam à facie Domini, sicut propter Iudæorum scelera, totus à Deo proiectus est Iudaicus populus, cùm & de Ecclesia Apostolica dixerit Iesus. [c] *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prænalebunt aduersus ea.* [d] *Et ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*: Et de Ecclesia vniuersali idemmet Iesus. [e] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ sæculi.* At quod moraliter dicitur in genere, de multis ipsius Ecclesiæ partibus, deque multis intelligitur Ecclesiis particularibus, quæ in pluribus extitêre & Prouinciis, & Regnis, & quas modò à facie Dei proiectas in tota Asia, in tota ferè Africa, atque etiam in maiori parte Europæ, & videre est, & ingemiscere. Et illarum exemplo non modicum & iis metuendum est Prouinciis, in quibus adhuc habitat nomen Domini, & locis quæ nos incolimus, & in quibus peccata coaceruamus in dies magis, ac magis. Ne & nobis dicatur à Domino, Ite in terram Palesthinæ, ite in vberrimam sanctorum Monachorum Ægypti oram, ite in deuotissimorum fidelium feracissimas Aquilonis regiones, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei, & nunc &c. faciam & terræ huic, sicut &c. Quibus & ea consona sunt, quæ in Euangelio ait Iesus. [f] *Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.* Et, [g] *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

a Rom. 11. 20.
b Luc. 18. 1.

Ecclesia vniuersalis proiici à Deo nequit propter nulla fideliũ scelera.

c Matth. 16. 18.
d Luc. 22. 32.
e Matth. 28. 20.

Fidem deficere metuendum in Prouinciis vbi in dies crescunt iniquitates.

f Matth. 21. 41.
g Matth. 21. 43.

Si & ad singulos quosque fidelium hoc ipsum ita aptari potest morale, vt per ea quæ hîc dicuntur, sanctus ille in nobis exsuscitetur metus, ad quem promouemur per id Apostoli, [h] *Qui stat videat ne cadat*, & de quo Beatus Iob, *Verebar,* [i] inquit, *omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.* Vt hanc scientiam experimentalem, huncque assequamur metum ea optima est ratio, vt intellectus discursu eat vnusquisque nostrûm ad locum vbi primum habitauit nomen Domini à principio, in cælum inquam illud, de quo legimus, *In* [k] *principio fecit Deus cælum,* quod plerique Sanctorum Patrum, de creatione intelligunt cælestium spirituum, à quibus primùm inuocatum est nomen Domini, euntes autem in cælum, siue locum intelligas vbi creati sunt ipsi Angeli, siue eosdem Angelos in principio creationis ipsorum, considerantes, videamus quæ ex tunc ibi, atque in Angelis fecit Deus propter multorum eorum malitiam, quomodo delinquentium nullum ipsorum reliquerit insontem, nec præstantissimo pepercerit Lucifero, dicente Iesu in Euangelio, iuxta sententiam Cypriani lib. de Tentationibus, & ieiunio Christi. Hieronymi in illud Isaiæ 14. *Quomodo cecidisti Lucifer.* Gregorij lib. 13. Moral. cap. 4. & aliorum, Apostolis in quos aliquid irrepsisse videbatur inanis gloriæ, quòd Dæmones subiicerentur eis, [l] *Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem,* id est Sathanam, qui priùs erat sicut fulgur, splendidus nimirum, ita vt Lucifer nuncuparetur, vt exponunt Ambrosius, Ioan. Chrysostomus, Titus Bostrenus, & Theophilactus in suis Comment. super Lucam. Hunc tam fulgidum iam à principio videbam, & contemplabar, ait Dominus, de cælo cadentem, ac si dicat, Hoc ipsum vellem, vt & vos videretis, & contemplaremini modò, sic arguentes. Si Lucifer propter superbiam de cælo cecidit, quid non & nobis timendum est mali, si vel tantillæ superbiæ locum in animis dederimus nostris. Quod argumentum magis clarè suggessisse visus est Petrus in sua secunda Catholica, dicens. [m] *Si Deus Angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni detractos in tartarum dedit cruciandos.* q.d. Nec vobis parcet si peccaueritis. Potes specialiùs hæc aptare ad Religiosos, qui excitentur ad considerandas ruinas sanctissimarum Religionum antiquarum. Et ad animã quamque, cuius vel exinde excitetur timor ruinæ, & damnationis propriæ, si consideret aliquorum propter occultam aliquam superbiam, aliudve crimen casus, atque ruinas, quorũ priùs nnorat eximium in vita spirituali, & in virtutum progressu, ac sedulum studium.

10 *Timorẽ sanctum excitare facilè in nobis possumus contemplantes Luciferi & aliorũ Angelorum casum.*

h 1. Cor. 10. 12.
i Iob. 9. 28.
k Gen. 1. 1.

Angeli ceciderunt è cælo propter superbiam.

l Luc. 10. 18.

m 2. Pet. 2. 4.

Religiosus quã ratione in se salubrẽ excitare queat timorem.

Timorem in nobis excitabimus optimè contemplãtes casus insignium aliquorum.

VVLGATÆ.

Versus 12.] Ite ad locum meum, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Ὅτι πορεύθητε εἰς τὸν τόπον μου τὸν ἐν Σηλώ, οὗ κατεσκήνωσα τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ ἔμπροσθεν. καὶ ἴδετε ἃ ἐποίησα αὐτῷ ἀπὸ προσώπου κακίας λαοῦ μου Ἰσραήλ.

Vers. 12.] Quare ite ad locum meum, qui in Silo, vbi collocaui nomen meum antea, & videte, quæ feci ei à facie malitiæ populi mei Israel.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ite enim nunc ad locum domus maiestatis meæ, qui est in Silo, in quo habitare feci maiestatem meam in principio: & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.*

Hieronym. *Templorũ spiritualiũ ruinæ ex defectu fidei, & ob admissa à fidelibus crimina.*

Vers. 12. *Ite ad locum meum in Silo,*&c. Hieronymus. *Ex præteritis docet præsentia, & dicentibus, Templum Domini, templum Domini, templum Domini: & preciosæ domus fulgore gaudentibus Si-* A *lo, vbi primum fuit tabernaculum Dei, recordatur historiæ, de qua in Psalmo scriptum est. Et* [a] *repulit tabernaculum Silo: vt quomodo ille locus in ruinas cineresque lapsus est, ita & templum corruat, cùm similium fuerit habitatio peccatorum. Sicut igitur Silo templi exemplum est, ita templum nobis, quando tempus aduenerit illius testimonij,* [b] *Putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram?* In D. Thoma nil diuersi.

a Psa.77.60.

b Luc.18.8.

Theodorit.

Theodoritus ad demolitionem terræ Israel, in qua erat Silo, quæ facta est per Assyrios, hic alludi asserit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ὍΤΙ πορεύθητε εἰς τὸν τόπον μου τὸν ἐν Σηλώμ.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τοίγε ἀρχαιότερος ἐκεῖνος ἐστὶ, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἀπώναντο τοῦ τόπου ἀνάξιοι τοῦ θεοῦ φανέντες.

Θεοδωρήτου.] οὔτε γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων εὐγενέστεροι, οὔτε ὁ τόπος οὗτος ἐκείνου πέφυκεν ἁγιώτερος. τὸ γὰρ ἐμὸν ὄνομα κἀκεῖνος εἶχε τὸ πρότερον. κωλύει δὲ τὸν προφήτην ὑπὲρ τούτων προσεύχεσθαι, διηνεκῶς || ἐπαναλαμβάνων. ὡς ἐν ἀπειλῇ τοὺς λόγους, ἵνα μᾶλλον αὐτῶν καθάψηται.

|| ἀλ. συνεχῶς.

Βίκτωρος.] ὃν δι᾽ ὑμᾶς ἀποδείξω φησὶ κατὰ τὸν οἶκον Σηλώμ. ἔστι δὲ ἐν φυλῇ Ἐφραίμ, ἔνθα κατέμεινεν ἡ κιβωτὸς τὸ πρὶν μέχρι τῶν χρόνων τοῦ Σαμουήλ. ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ δώδεκα σημείων Νεαπόλεως ἐν τῇ Ἀκραβαντινῇ. ὃν ἐπόρθησαν οἱ Ἀσσύριοι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ Ἰσραήλ.

Vers. 12. QVARE *ite ad locum meum qui in Silo, &c.)* 2

Chrysostomi.] *Et certè antiquius illud erat, sed nihil illis profuit locus, cùm Deo digni non essent.*

Chrysost. *Locus sanctus non prodest indignis.*

Theodoriti.] *Neque enim vos illis nobiliores, nec locus iste illo est augustior; nam meum nomen, & ille priùs habebat. Prohibet autem ne Propheta pro illis preces effundat, eadem continuans verba, vt pote minacia, vt acriùs in eos inueheretur.*

Theodorit.

Victoris.] *Quapropter vos inquit ostendam vt domum Selomi; Est autem in tribu Ephrem, vbi erat arca primum vsque ad tempora Samuëlis. Abest autem duodecim signis à Neapoli in Acrabantina; quam propter iniquitates Israel Assyrij deuastarunt.*

Victor. Silo situs.

Vers. 13.]Et nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: & vocaui vos, & non respondistis.

Vers. 14.]Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.

D

Vers. 15.]Et proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et nũc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus, & locutus sũ ad vos manè consurgens, & loquens, & nõ audistis, & vocaui vos, & non respõdistis.

SED [a] *& modo quia vos pariter similia temporibus iis, quin & peiora hæc perpetrastis erga templum meum, quod est in Ierusalem, ad illud accedentes, in eòque confidentes cùm admitteretis & furta, & homicidia, & adulteria, & periuria, & idololatriam; Cùm ipse omne adhibuerim studium, vt vos ad rectum reducerem tramitem, nullam prætermittens, quã paternæ sollicitudinis partes explerem, & Prophetarum monitis, minisque & internis inspirationibus à malo vos deterrere, & auertere satagens. Quibus omnibus sur-* C *das ipsi præbuistis aures, nec per vllum emendationis signum mihi respondistis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *nunc quia fecistis omnia,* &c. In præexposito versiculo Hebraico in textu post verbum, *Ite* est particula נא *na,* quæ etsi ad diuinum affectum referri possit, vertique propterea cum Vatablo. *(Sed ite quæso ad locum meum.)* Aptiùs tamen à Pagnino, Regia, & aliis pro nunc aduerbio temporis sumpta redditur, *(Sed ite nunc ad locum meum.)* Cui benè respondet, quod & hîc pariter repetitum est. *(Nunc) (& nunc quia fecistis,)* vt Iudæorum arguatur negligentia, qui eo castigari potiùs voluerunt temporis momento, quo aliorum emendari potuissent exemplo, considerantes quæ facta fuerant in Silo.

Negligentia peccatoris quanta circa conuersionem

2 *(Quia fecistis omnia opera hæc,)* quæ supra enumerata fuêre, furari, adulterari, iurare mendaciter, &c. Venire nihilominus in templum, stare coram Domino, & dicere, Liberati sumus, &c. E *(Et ad locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens & non audistis.)* Manè consurgere Sacrarum literarum phrasi significat diligenter, accuratè, & primùm aliquid facere, repetitio autem verbi *loquendi* his & frequentiam addit. Adeóque in his significat Deus, omne à se adhibitum studium, vt ad rectum eos reduceret tramitem, nullam

Quãto studio Deus curet vt peccatorib. ad conuersionẽ adducat. Manè cõsurgere ad aliquid, diligens & accuratũ designat studium.

præter

prætermisisse rationem, quâ paternæ erga illos benignitatis, & sollicitudinis partes expleret, frequentibusque in primis à malo ipsos deterrêre studuisse sanctorum Prophetarum monitis, ac minis, quibus tamen omnibus surdas ij præbuêre aures. Quin & internas eis exhibuisse per semetipsum inspirationes, opportunasque & congruas vocationes; nec iis vllatenus ab illis responsum, (*Et vocaui*, inquit, *vos, & non respondistis.*) Nullo videlicet emendationis signo mihi satisfecistis. *Propterea faciam domui*, &c.

Vers. 14. Paraphrasis Literæ.

b Faciā domui huic, in qua inuocatū est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciā, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo.

IDCIRCO[b] *pari quoque ratione me habebo cum templo isto vestro, quod domum meam elegi, vt in ipsa & colerer, & meum inuocaretur nomen, & in quo vos tantum confidere profitemini: agamque cum loco quem vobis, ac patribus vestris iam à multis annorum sæculis dedi, sicut egi cum Silo loco illo adeo insigni, ac Sancto.*

Vers. 14. Expositio Literæ.

5 FACIAM *domui*, &c. Concludit quod cæperat argumentum à simili estque comminatio ista maxime efficax, qualis & illa, quæ est in fine capitis secundi, quando idem populus de nimia arguebatur confidentia in Ægypto & dicebatur, *Et*[c] *ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.*

c Iere. 2. 37.

Vers. 15. Paraphrasis Literæ.

d Et proiiciā vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.

ABVSI[d] *estis bonitate meâ, quâ vobis tamquam dilectis filiis dedi, vt & in loco à me electo, & in domo mea staretis coram me, vbi & oculi mei in vestram singulari ratione coniecti erant curam, & aures meæ intentæ ad vestram erant orationem. Destructâ domo meâ, repulsoque loco isto meo, Summa cum indignatione repellam pariter & vos, eiciamque à facie mea, ne ampliùs speciali meâ potiamini prouidentiâ. Sicut & vestros repuli fratres, & totum à facie mea eieci Israeliticum decem tribuum Regnum, quod ab Ephrathæo Rege Ieroboam initium cæpit.*

Vers. 15. Expositio Literæ.

4 *Proiectio à facie Dei est extremū malorum omniū.*

ET *proiiciam vos à facie mea*, &c. Proiicere à facie aliquem, est vehementer indignantis, & ne videre quidem sustinentis. Et proiectio à facie Dei, vt malorum omnium extremum in Scripturis poni solet. Quod & in lib. 4. Regum apertè significatum notant Doctores, vbi dicitur, *Irascebatur*[e] *Dominus contra Israel, & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua*, nam vox illa, *donec* quasi extremum malum esse proiici à facie Domini significat, destitui nimirum speciali diuinâ eius prouidentiâ, paternaque cura. Aptè autem hoc loco post prædicta (*faciam domui huic*, &c.) ista subiiciuntur. (*Et proiiciam vos à facie mea,*) æque enim est ac si dicatur, Abusi meâ estis domo, facie ad faciem in ea mihi obsistentes. Ideo destructâ domo, repellam vos ita vt ante faciem meam iam non liceat vt steteris.

e 4. Reg. 14. 20.

5 (*Sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.*) Quemadmodum futuram Ierosolymitani templi reiectionem, exemplo similis præteritæ repulsionis tabernaculi Silo probauit, quod à principio collocatum fuerat in loco Tribus Ephraim: Ita & certò futuram Iudaici populi proiectionem à facie sua, exēplo item eius, quæ iam Israelitico contigerat populo, & decem tribubus, probat Dominus, de captiuitate intelligens omnium decem tribuum, quæ mox facta fuerat per Assyrios. Appellat autem decem tribus illas, *Semen Ephraim*, vt subindicet præcipuam istiusmodi proiectionis decem tribuum rationem, eam extitisse, quòd ab eis verus defecit Dei cultus, reiecto tabernaculo, quod priùs apud se habebant in Silo tribus Ephraim. Quamquam & aliàs frequenter in Scriptura eodem Ephraim nomine eæ designatæ reperiantur. Idque vel quia tribus Ephraim reliquarum earum numerosior, fortiorque esset, vt colligitur ex iis Iacob verbis, *filius*[f] *accrescens Ioseph, filius accrescens.* Et de Ephraim in particulari, *Semen*[g] *illius crescet in gentes*: atque ex illis Psalmi 59.[h] *Ephraim fortitudo capitis mei*: tum quia primus decem tribuum Rex Ieroboam Ephrathæus extitit, tum potiùs quia earumdem regia, & metropolis Samaria in tribu pariter Ephraim sita erat.

Ephraim appellatione designata decē tribus Israel.

f Genes. 49. 22.
g Genes. 48. 19.
h Psal. 59. 9.

Vers. 13.] Et nunc quia fecistis, &c.

Vers. 14.] Faciam domui, &c.

Vers. 15.] Et proiiciam vos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

INGENS quidem diuinæ benignitatis argumentum ex eo colligitur Euangelicæ parabolæ, quo de Deo sub parabola patris familiâs & conductionis operariorum in vineam suam dicitur, *Exiit*[i] *primo mane conducere operarios in vineam suam.* Quamuis enim & illorum commendanda sit sollicitudo, qui de mane consurrexerint, vt venienti Domino obuios se exhiberent in operarios, dicentes cum Regio Vate, *Manè*[k] *adstabo tibi, & videbo*, si scilicet tu compareas, vt me tibi exhibeam, *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Neque id iniqui ferre potes iuris, vt mea non respicias vota, meæque non respondeas sollicitudini. Misericordiæ nihilominus, & bonitatis eximiæ id totum est, quod Deus de mane exeat vt tales in vineam suam conducat operarios, adeo vt & propterea dicere cum eodem debeamus Propheta,[l] *Repleti sumus manè misericordiâ tuâ, exultauimus & delectati sumus.* Ecquis enim eam explicet Dei misericordiam, quâ de mane consurgens in vineam nos conduxit suam, vt in illa operantes exultaremus, & oblectaremur, vt primo contigit parenti nostro, quando ab eodem Deo, vt legitur in lib.[m] Genesis, positus fuit in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum? 6

Vocans eum qui sollicitus, ac vigilans sit, misericordiâ illi exhibet Deus & benignitatē.

i Matt. 20. 1.
K Psal. 5. 4.
l Psalm. 89. 14.
m Gen. 2. 15.

At tanto isti diuinæ benignitatis argumento, maximæ fiunt accessiones, per ea quæ in eadem Euangelica parabola adiiciūtur. Egressum nempe esse eumdem patrem familiâs & circa horam tertiam, & circa horas sextam, & nonam, atque etiam circa vndecimam, repertosque in foro stantes ociosos conduxisse pariter in vineæ suæ operarios. Quòd enim primis illis non tamen sine gratia vigilantibus suam Deus exhibuerit bonitatem, aliquid in eis suppositum videtur meriti de congruo, cùm aliàs idemmet Dominus id adiecerit promissi, *Qui*[n] *manè vigilan* 7

In eo qui vigilans sit pro salute propria aliquid esse videtur meriti de cōgruo ad Dei vocationē tamen nullū re verà in eo sit meritum.

n Prou. 8. 17.

gilauerint ad me inuenient me. Quamquam reuera nullum ſit meritum ex parte illorum, cùm vigilantiam ipſam ex diuina habeant gratia. At in eo quòd ocioſis totamque diem in ocio peragẽtibus obuiam pariter egreſſus idem ſit illoſque in ſuam conduxerit vineam, maioris certè præſtitum fuit diuinæ benignitatis ſpecimẽ. Quamquam & in iis tametſi ocioſè degentibus aliquid quoque conſpicere ſit, quod cuiuſpiam meriti vel aliquam habere viſum ſit ſpeciem, promptitudinem nimirum ex diuina etiam gratia, & paratam voluntatem ad bene agendum, quam verbum indicat ſtandi, quo dicuntur, [a] *Stantes in foro ocioſi*, Et, [b] *Quid hic ſtatis totâ die ocioſi?* Eorundemque confirmat reſponſio, *Quia nemo nos conduxit.*

Vocans illos qui prompti ſint, & parati ad bene agendum miſericordiam illis exhibet Deus.

a Matth. 20. 3.
b Matth. 20. 6. & 7.

8 Verùm id quod ſupra modum diuinam item patefacit benignitatem, illud eſt, quòd idemmet Dominus hîc apud Ieremiam teſtatur, ſe de mane conſurgere, omnique ſtudio, ac diligentiâ obniti, vt eorum procuret ſalutem, à quibus quotidie per praua offenditur opera, [c] *Ecce enim non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael:* Audi ipſum, (*Et nunc quia feciſti omnia opera hæc,*) ſcil. furari, occidere, adulterare, &c. (*Et locutus ſum ad vos manè conſurgens, & loquens.*) Duo autem ſunt in verbis iſtis perpendenda, primum, quàm prædictæ Dei bonitati reſpondeat quod dicitur (*de mane conſurgens,*) neque enim patitur, vt ab ipſorum impiorum ſuperetur peruerſitate, propter quam & de mane conſurgunt, vt multiplicent mala, iuxta illud Iob, [d] *Manè primo conſurgit homicida, interfecit egenum, & pauperem.* Et in Iſaia legimus, [e] *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuemini.*

Miſericordia Dei maxima in eo apparet quòd omni ſtudio eorum is procurat ſalutẽ, à quibus quotidie offenditur.

c Pſal. 120. 4.

Bonitas Dei non permittit ſe ſuperari à peruerſitate hominum.

d Iob. 24. 14.
e Iſai. 5. 11.

9 Cæterùm & id in tanta Domini ſollicitudine eſt quod ſecundo loco perpendatur, Conſurgens quippe de mane locutum ſe ait, iterum locutum, tertióque & vocando pariter locutum, (*Et locutus ſum de mane conſurgens, & loquens, & vocaui vos.*) Innumera quidem ſunt, quæ impij aduersùs Deum, & aduersùs proximum praua perpetrant opera, ea tamen omnia è duabus peſſimis prodeunt radicibus: ex eo quòd impij ipſi ſurdi ſunt ad diuina mandata, & ex eo quòd iidem ſunt muti ad diuinis reſpondendum inſpirationibus. Idcirco quò iſtas ſuccidat radices, in eo omnem ſuam adhibet ſollicitudinem, vt & primò, & ſecundò, & tertiò ſecurim eis apponat locutionis arguentis, increpantis, & obſecrantis, [f] *Bene omnia fecit* de Redemptore noſtro dixerunt in Euangelio turbæ, *& ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Tunc quippe diuinæ ſollicitudini in peccatorum ſalutem manè conſurgentis Domini bene, optiméque ſuccedunt vniuerſa, cùm per ipſam fit, vt & ſurdi audiant, & muti loquantur. Sed nihilominus tanta Dei & bonitas, & ſollicitudo ab humana plerumque vincitur malitia, per quam fit, vt nec multotiès repetitæ, multiplices audiantur diuinæ voces, nec diuinis reſpódeatur vocationibus. Vnde in omne barathrum deuenitur malorũ, (*Et non audiſtis,* inquit, *& non reſpondiſtis, faciam domui huic,* &c. *Et proiiciam vos à facie mea,* &c.

Peccatorum omnium duæ radices in homine, non audire diuina mandata, & non reſpondere diuinis vocationibus.

f Marc. 9. 37.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Et nunc quia feciſtis, &c.

Verſus 14.] Faciam domui huic, &c.

Verſ. 15.] Et proiiciam vos, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Καὶ νῦν ἀνθ' ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠκούσατέ μου, καὶ ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀπεκρίθητε.

14. Τοίνυν κἀγὼ ποιήσω τῷ οἴκῳ, ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ, ἐφ' ᾧ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῷ τόπῳ ᾧ ἔδωκα ὑμῖν, καὶ τοῖς πατράσιν ὑμῶν, καθὼς ἐποίησα τῇ Σηλώ.

15. Καὶ ἀπορρίψω ὑμᾶς ἀπὸ προσώπου μου, καθὼς ἀπέρριψα τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.

Verſ. 13.] Et nunc pro eo, quòd feciſtis omnia opera hæc, & locutus ſum ad vos, & non audiſtis me, & vocaui vos, & non reſpondiſtis.

Verſ. 14.] Igitur & ego faciam domui, in qua inuocatum eſt nomẽ meum in ea, in qua vos confidiſtis in ea, & loco, quem dedi vobis, & patribus veſtris ſicut feci Silo.

Verſ. 15.] Proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci fratres veſtros, omne ſemen Ephræm.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et nunc pro eo quod feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus, & miſi ad vos manè conſurgens, & loquens, & non obediſtis, & prophetauerunt vobis, & non eſtis conuerſi.* Verſ. 14. *Et faciam domui ſuper qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos confiditis, & loco quem dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo.* Verſ. 15. *Et transmigrare vos faciam de terra domus maieſtatis meæ, ſicut transmigrare feci omnes fratres veſtros, omne ſemen Iſrael.*

Verſ. 13. 14. & 15. *Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc,* &c. Hieronymus. *Hoc quod poſuimus. (Manè conſurgens eſt loquens) in Sept. non habetur. Manè autem conſurgit Deus, non quòd aliquod ei tempus abſque diluculo ſit: ſed quòd poſt noctis quietem viribus corporis inſtauratis anima hominis vegetior ſit: & nequaquam voluptatibus occupata, vbique deſiderio, audire, & facere valeat quæ dicuntur. Vnde & illud in Pſalmo legimus,* [a] *Manè exaudies vocem meam: manè adſtabo tibi, & videbo. Et in Iſaia,* [b] *De nocte, ſiue diluculo conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Vnde* [c] *& filios lucis Paulus glorioſus Apoſtolus appellat: & non noctis, neque tenebrarum, nec dormientes, ſicut & cæteri dormiunt qui Dei mandata non ſentiunt. Quia igitur Deus vocauit eos de nocte conſurgens, vt & eos de tenebris liberaret, comminatur eis, ſimilia ſe eſſe facturum templo in Ieroſolymis, quæ fecit loco Silo, vbi primum fuit tabernaculum: vt peccata ſimilia pari ſententiâ feriantur. Et quomodo proiecit Dominus ſemen Ephraim, id eſt, decem tribus, quæ vocabantur Iſrael, & habebant principes propter Ieroboam filium Nabath de tribu Ephraim (quæ eadem appella*

1 Hieron.
Matutinum tẽpus aptius ad bona, diſciplinaſque capeſſendas.

a Pſal. 5. 4.
b Iſai. 26. 9. Secund. Sept.
c Epheſ. 5. 6.

appellabatur tribus Ioseph) sic etiam Ierusalem , & tribum Iudæ cum Beniamin se abiecturum esse testatur. Abiecit igitur Silo, abiecturus & templum, abiecit decem tribus, abiecturus & duas, Quicquid illi populo dicitur, intelligamus & de nobis , si similia fecerimus.

2 Ambrosius. *Synagogam Iudæorũ incensam non readificandã neque Iudæos ipsos vindicandos.*

Ambrosius lib. 5. Epistolarum epistolâ 29. paulò ante medium , totum hunc Imperatori Theodosio affert locum , vt probet , Non reficiendam Iudæorum Synagogam , à Christianis Destructam , quia illam Deus repulisset. *Non est,* inquit, *causa tanta commotioni idonea , vt propter ædificij combustionem in populum tam seuerè vindicetur, multò autem minus, quia Synagoga incensa est perfidiæ* B *locus , impietatis domus , amentiæ receptaculum, quod Deus damnauit ipse. Sic enim legimus per os Ieremiæ, dicente Domino Deo nostro : (Et faciam domui vbi inuocatum est nomen meum super ipsam , in qua confiditis vos , & loco quem dedi vobis , & patribus vestris , sicut feci Silo : & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros , omne semen Ephrem. Et tu noli orare pro populo isto , & noli postulare illis misericordiam , & neque accesseris ad me pro illis , quia non exaudiam te.) An non vides quid isti faciant in ciuitatibus Iudæ :* Deus se pro illis prohibet rogari, quos tu vindicandos putas.

Theodoritus. *Suadet Dominus ne fidant templo, sed vitæ legitimæ, quamobrem subiicit quòd & domus Dei eadem patietur, & ipsi pœnas fratrum suorum luent. (Proiiciam enim vos ait, à facie mea, sicut proieci fratres vestros , omne semen filiorum Israel.)* Theodorit. *Vita iusta magis quàm locis sanctis fidendum.*

D. Thomas. *Allatum exemplum adaptat ad propositum assumens similẽ culpam, (& nunc, &c.) (manè consurgẽs.) Ad modũ hominis solliciti, qui summo manè surgit ad explenda opera sua: vel quia tẽpus illud congruum est ad contemplandum , & suscipiendum verba sapientiæ, pro corpore iã quietatur, Et concludit similẽ pœnam quãtùm ad destructionẽ loci (faciã domui, &c.) & quantùm ad captiuationẽ populi. Proiiciã vos, &c.* D. Thom. *Sollicitudo Dei in nostri vtilitatem. Matutinum tempus congruum ad contemplandũ.*

CATENA VETERVM PATRVM
GRÆCORVM.

Καὶ νῦν ἀνθ᾽ ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴν λέγει τὴν κακίαν. οὔτε κατ᾽ αὐτὸν τὸν ἐν Σηλὼμ τόπον, οὔτε τὸ διδάσκειν αὐτοὺς ὠφελῆσαί τι, φησίν. ὅρα γὰρ αὐτοὺς μετὰ πόσης σπουδῆς ἀπήγαγε τῆς κακίας.

|| ἴσ. οὔτε γὰρ τὸ κατὰ τοῦ ... ἐν ...

[Πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ Βασιλικὴ φυλὴ ἄρχουσα τῶν δώδεκα φυλῶν.

C Vers. 13. *ET nunc pro eo quòd fecistis omnia opera hæc, &c.)* 3

Chrysostomi.] *Multam ait iniquitatem: Nec enim exemplum loci Silo , nec doctrina sæpius inculcata aliquid eis emolumenti præstabũt. Nam vide quãto illos conatu à peccatis reuocarit.* Chrysost. *Iudæorum obstinata iniquitas.*

Vers. 15. (*Omne semen Ephraim.*)

Olympiodori.] *Regia Tribus duodecim tribuum princeps.* Olympiod.

Vers. 16.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem , & orationem, & non obsistas mihi : quia non exaudiam te.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Tu ergo noli orare pro populo hoc.

TV[a] itaque Ieremia qui totus esse soles in effundendis precibus pro populo isto , Et hoc exploratũ habe , illum esse omnino à resipiscentia alienum : Ne ergo vt patronus illum defendens, eiusque causam apud me agens pro illo orationem coram me habeas ; haud enim æquum est, vt tu qui sanctus es , iniustam tuearis causam , è qua honorem minimè sis delaturus : [b] Ne tempus conteras in progenitorum eius præconio exaggerando, vel etiam in me laudando , quod id in primis in mea habeam natura , vt misericors, benignusque sim : Ne pro illis Psalmos magno coram me proclames affectu. [c] Ne tandem velut importunus aduocatus accedas ad me , vt saltem ob importunitatem quid pro eis obtineas : vel vt benignissima mater mihi occurras illius quidem patri , sed indignato , & cum indignatione ipsum flagellare parato: velut præfortis dux prælio mihi obsistas orationis, quo facilè me noscis superari solitum. Omnino enim tibi significo , haudquaquam me tuas exauditurum preces.

b Nec assumas pro eis laudem & orationem.

c Et non obsistas mihi, (seu, Non accedas ad me, aut non occurras mihi)

d Quia non exaudiam te.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card. *Sanctorũ virorum quantam rationem habeat Deus.*

TV ergo noli orare , &c. Hugo Cardinalis asserit hæc à Domino Ieremiæ , *dicta ex magna liberalitate : vt si quis volens omnino aliquid facere , quia videt sic expedire nec alio modo* D *fieri posse , dicat amicis , Nolite me orare pro his , vt aliter faciam , quia nullo modo facerem , & ideo dico vobis , quia nolo vos confundere vi repellendo. Sic,* inquit , *Prophetæ ait , ne videatur illum despicere , & offendere, quod non exaudiatur orans pro populo.* Cæterũ illatiua quæ hîc est particula, (*Ergo*) ita hæc referenda ad superiora significat , vt quid ex iis necessariò consequens. Qui enim & in Deum prauo Idolorum cultu, & in templum nimiâ deliquerunt fiduciâ cum irreuerentia ; qui surdas diuinis monitis præbuerunt aures, nec benignissimè ipsos ad pœnitentiam vocanti responderũt E Domino , adeoque & templo priuandi erant , & à diuina facie proiiciendi , vt impœnitentes ; indigni pariter haberi debuére , pro quibus preces ad Deum funderentur ; atque vnà cum ablatione templi, & sanctorum quoque destituendi erãt precibus, quod vnum superesse poterat boni , vt veritas eius pateret comminationis, quâ in præcedenti , vers. 15. extremo malorum omnium à facie Domini proiiciendi dicebantur, *Pulchrè*, ait Isidorus Clarius in suis Scholiis , *humanos affectus induit , vt populum magis deterreat, dum monet Prophetam ne precetur pro populo , cùm tamen id op-* F *taret Deus, vt is resipisceret.* Porrò cùm exploratissimum haberet illos ab huiuscemodi resipiscentia penitus alienos desperatamque eorum intelligeret pœnitentiam, æquum profectò fuit, vt de hac illorum impœnitentia , de qua in 1. Ioannis Epistola dicitur , [e] *Est peccatum ad mortem , non pro illo dico , vt roget quis ,* & sanctum certiorem redderet Ieremiam , qui alioqui totus in effundendis pro populo illo precibus esset, iuxta illud lib. Machab. [f] *Hic est qui multùm orat pro populo, & pro*

Sacris electites indigni sunt pro quibus preces ad Deum funduntur.

Obstinati & impœnitentes indigni sunt, pro quibus viri sancti Deum deprecentur

e 1. Ioan 5. 16.

f 2. Macch 15.14.

& pro vniuersa ciuitate Ierusalem.

In cuius sensus confirmationẽ faciũt & singula quæ in tota hac sententia adhibita sunt verba. Quod enim primò dicitur, (*Tu noli orare pro populo hoc*,) in Hebr. textu sic habetur, & tu אל תתפלל *al thithpallel*. i. *ne vt patronus populũ istum defendens, eiusque causam corã me agens, pro illo orationem ad me habeas*, illius deferens causam, Cũ scil. haud æquũ sit, vt iniustã tu qui sanctus es, tuearis causam, è qua honorẽ, bonumque haud referas exitũ. Verbum enim פלל *palal*, forense est propriè, & cũ in reliquis cõiugationibus significet iudicare, iudicisque munus explere, quomodo 1. lib. Regum sic dicitur,[a] *Si peccauerit vir in virũ* ופללו *vphillelo*, id est, *iudicabit illũ Deus*, vel iudex, cõsideratis nimirũ causæ merito, & circunstantiis iudicium pro illo proferet, in quẽ peccatũ admissum est: Chald. *Si peccauerit vir in virum, nonne adducent coram Iudice, & audiet verba illorũ, & diuidet inter illos*, id est, dirimet litem, quæ est inter illos: In cõiugatione tamen, quã apud Hebræos reciprocè verba vsurpãtur. Id orare significat, ita vt qui orare sic dicitur, patronum se exhibere designetur, qui bene perpensis causæ circunstantiis, & examinato, quẽ habere exitũ potest suum patrociniũ, tunc demũ seu vt actor, seu vt defensor orationẽ omni quo potest & affectu, & eloquentiã, ad principem habet, aut ad Iudicẽ: Prout in secunda parte præcitatæ ex lib. Regũ sententiæ in hunc significatum vsurpatum videre est, cùm ibi sic subiicit ur. *Et si* in Dominum peccauerit vir, quis, יתפלל־לו *ithpallel lo*, id est, *quis pro illo patronum se exhibebit*, quis orationẽ pro illo habebit? *quis orabit pro illo?* vt noster vertit interpres, id est, Quis talem ad ei patrocinandum suscipiet causam, cuius eæ sunt circunstantiæ, vt si iuridicè agendum sit, nulla compareat ratio, quã defendi ea queat?

a 1. Reg. 2. 25.

3 *Orandi efficaciter pro aliquibus duæ rationes, si laudes proponantur vel Dei, vel illorum pro quibus oratur.*

(*Nec assumas pro eis laudẽ.*) Quia duæ sũt in primis rationes, quibus vel etiam in causa difficillima, & quæ desperata propemodum sit, sapiẽs vti potest orator, vt iudicis conciliet animũ offensique Principis deliniat indignationem; si videlicet laudes in mediũ proferat, vel eius cui patrocinatur, vel eius apud quem causam dicit, rationes istas ne suscipiat in Iudaici populi defensionem Ieremiæ prohibet Deus, cùm iuxta Hugonẽ Cardinal. tantũdum sit, ac si dicat, Ne mihi proponas eorum, aut patrum ipsorum bona, credens quòd propter hæc possis me flectere: Neque me laudando videlicet, quòd id proprium habeã, vt miserear semper; & parcam, meã pro iis captare studeas beneuolentiam. In versione Sept. secunda potissimùm prohiberi videtur ratio, quæ & validior est, & frequenti vsu à sanctis quibuscumque viris comprobata. Sic enim legitur, καὶ μὴ ἀξίου τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς. (*Et ne roges vt miserear illorum.*) In textu autem Hebraico iuxta eam interpretationem, quæ in Bibliis est Regiis, (*Et ne assumas pro eis præconium*) primam dicas prohiberi rationem, quæ & potentissima apud eum esse solet, qui de eorum præconio digni extiterint sic gaudet commemoratione, vt ex illis gloriosam sibi concinnet appellationem, sæpius repetens, ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum tuorum,[b] Quorum denique & præconio detineri quadam quasi violentiã, ne quod proposuerat executioni mandaret decretum de delendo Israelitico populo Moysi significauit, imò & vinci ac superari; quando, dicente Moyse, *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum*, qui mox dixerat, *Dimitte me vt irascatur furor*

Commemoratio Sanctorũ parentũ quãti apud Deũ valeat cùm oratur pro eorum filiis.

b Exod. 32.

A *meus contra eos, & deleam eos*: ad sanctorum Patrum præconium illico iisdem placatum sese exhibuit, dicente Scripturã, *Placatusque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum.*

Cæterùm cùm non solùm dicatur, (*Ne assumas pro eis laudem*,) sed & addatur, (*Et orationem*,) per hoc adiectum explicari videtur quid & laudis nomine hoc loco intelligere debeamus, nempe orationem eam, quã vehementi affectu Deus in Psalmis laudatur & in hymnis, de cuius orationis vi Psaltes ipse Dauid dicebat, [c] *Laudans* B *inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.* Vnde bene Isidorus Clarius in Scholiis, (*Ne assumas laudem, id est Psalmum,*) inquit, quo sensu in fine Psalmi 71. legimus, [d] *Defecerunt laudes Dauid filij Iesse*, id est, Psalmi. Vt in prima quidem parte. (*Noli orare pro populo hoc*,) Ieremiæ prohibeat Deus, ne pro Iudaico populo patrocinium apud ipsum sumat, orationemque habeat à semet compositam; in hac verò secunda parte & id quoque ei vetet, ne pro illis recitatione oret Psalmorum, quæ & efficacissima certè est, quando magno fiat affectu, quem affectum hoc loco C Hebraica significat lectio, iuxta Vatabli versionem, (*Ne attollas pro illis clamorem*,) Nomen quippe quod hic est רנה *rinnah* propriè quemlibet significat clamorem, & hoc loco vsurpatur ad significandum laudem, ac Psalmum affectu, internoque clamore ad Deum eleuatum.

4 *Laudum vocabulo significata oratio, quæ magno affectu fit in Psalmis, & hymnis.*

c Psal. 17. 4.

d Psa. 71. 20.

Psalmorũ & hymnorũ recitatio est oratio efficacissima, quãdo ex magno fiat affectu.

(*Et non obsistas mihi*,) Hebræa iuxta vim propriam verbi פגע *pagang* (*Et non occurras mihi, seu in me.*) Sept. (*Et ne accedas ad me pro eis.*) Quibus tribus lectionibus tres attinguntur metaphoræ, quibus vnum, idemque indefessum, & perseuerãs orationis exprimitur studium: Lectione enim D Sept. fieri videtur allusio ad diligentissimum illũ causarum patronum, qui cùm rei cuiuspiam patrocinium susceperit, per libellos supplices, perque scripta vulgò informationes, seu allegantias, apud principẽ agere incipit: cùmque hac ratione nil assequi animaduertat, orationem ad eumdem in foro habere contendit, in qua affectu quo potest maximo declamans, nullum præterire satagit argumẽtum, nullam & rationem, quã illum quoquo modo flectere queat. Quòd si nec propterea quicquam se profecisse intellexerit, vehemẽtiori adhuc studio accessum ad ipsum habere obnititur intra cubiculum, vbi vel propter importũnitatem, id tandem ab eo obtinet, quod pro cliente suo frustra iam in variis tentarat rationibus. (*Tu ergo noli orare pro populo hoc*,) En primum Ieremiæ in patrocinando Iudaico populo studium. (*Nec assumas pro eis laudem, seu clamorem, & orationem.*) En diligentiam secundam (*Et non accedas ad me pro eis.*) En studium tertium.

5 *Orantes Deũ pro aliis debẽt se habere instar diligentissimi apud magnum Regẽ causidici.*

Iuxta Hebraicam lectionem, (*Et ne occurras mihi*,) allusionem fieri crediderim ad matrẽ, suum tenerrimè amantem filium, cui tamen ob admissum aliquod facinus valde succensum eius nouit F patrẽ, ad eiusdemque matris perseuerantiam, quã puerum ab imminẽte eruere studet indignati patris flagellatione, vtpote quæ primò virum adit, orat, pro delinquente filio, eius tueri satagens factum, omnibus hæc in oratione vtens argumẽtis, quæ à vehementi sibi suggerantur affectu. Cùmque adhuc indignatum, & in proposito persistẽtem illum conspiciat, ad Deum sese conuertit, quẽ Psalmis, fusisque deprecatur precibus, vt viri sui tollat indignationẽ, nec eiulatui parcẽs neq; clamorib. Sed & nihilominus patrẽ vibrãte virgã

6 *Orantes pro peccatoribus sancti se habent instar benignissimæ matris defendentis filium suum apud illius patrem, qui eũ castigare velit.*

ad castigandum filium tendentem dum cernit, deprompta magno illi occurrit animo, omniq; quâ nouit, & potest arte cum continere obnititur.

Filios Dei contumaces, atque rebelles, quos supra filios reuertétes, seu auertentes appellatos vidimus Iudæos, Deũ patrẽ suũ ad indignationẽ prouocasse sceleribus, ita vt acriter propterea castigãdi essent, sat ex præcedentibus cõstat, sanctũ Prophetam Ieremiam materno illos prosecutum amore, ita vt cũ Apostolo dicere quiuerit,[a] *Filioli mei quos iterũ parturio*, iuges pro illorũ cõuersione labores, ac dolores sustinés partus, nemo iure dubitat, qui indefessum eius in toto hoc opere prędicationis perpenderit studiũ: Eumdem autẽ pro imminentibus Iudaico populo flagellis materno viscerum dolore cruciatũ, ea indicát illius verba, quibus superiùs dixit,[b] *Ventrẽ meum, ventrẽ meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij, Cõtritio super contritionẽ vocata est.* Instar matris & se apud cælesté patrem pro iisdem Iudæis exhibuit interpellantem eamdemque adhibuit in interpellando perseuerantiam, orat quippe, illos suâ tueri satagés oratione, (*Tu ergo ne oraueris pro populo hoc.*) Addit Dei laudes, & Psalmos, maximo eos inclamans affectu, (*Nec assumas pro eis laudem, & orationem:*) Sed & properanti ad Iudæorum deuastationem, omni quâ potest occurrit sollicitudine, (*Et non occurras mihi.*)

a Gal. 4.19.
b Iere. 4.19.

7 Iuxta lectionẽ denique nostræ Vulg. (*Et nõ obsistas mihi*) ad eũ alluditur qui vt optimi defensoris omnes intuẽdo aliquãdo expleat partes, supplex primò apud Principẽ agit contra reũ indignatũ, tum eloquenté magno cum affectu apud eumdẽ habet orationẽ, quâ vel collatis in eũ benignitatis & miserationis laudibus ipsum ad indulgẽtiã flectat: sed & inflexibili, si opus sit, aperto obsistit Marte, venientique ad rei, quem ipse tuetur, vindictã sese opponit, instar præfortis ducis præliũ cum illo iniens, quo ab inferenda vltione eũ impediat. Et quidem duo priora studia pro Iudaici populi defensione à Ieremia adhibita testatus est Deus in duabus præcedentibus istius sententiæ partibus, (*Tu ergo ne oraueris*, &c. Et, *Nec assumas pro eis laudem, & orationem*,) præstitum autem & tertium, qui eum dimicãtem sæpius expertus est, affirmat in tertia hac parte, (*Et non obsistas mihi.*)

Orantes pro peccatoribus sancti aliquãdo se habent apud Deum instar sapientissimi, & fortissimi defensoris.

Oratione dimicant cum Deo Sancti plerũque pro peccatoribus.

Rationẽ si quæras istius Ieremiæ prælij, & resistẽtiæ aduersùs Deum, eã profectò esse noueris, quâ & sancti quoque alij armis dimicare consueuerunt perseuerãtis & affectuosę orationis, Quomodo & à Christo Iesu faciẽdum prædixit Isaias vbi pro eo quod in Vulg. legimus, *Et*[c] *pro transgressoribus rogabit*, iuxta propriam vim Hebr. quod ibi est verbi יַפְגִּיעַ *iaphghiang*, vertendum, *Et pro trãsgressoribus obuiam audacter processit*, obstititque Deo patri, ne tunc illos prout merebãtur, deleret, quãdo pro illis videlicet, ac dicens,[d] *Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt*,[e] *exauditus est*, (vt ait Apostolus) *pro sua reuerentia*. Quomodo & Sũmũ Pontificẽ Aaron Deo obstitisse asserit auctor lib. Sapientiæ, dicens,[f] *Properans homo deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ*, ministerij nimirum sui in oratione *scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati.* Quomodo denique à Sancto Moyse præstitum Regius testatur Vates cùm ait,[g] *Et dixit*, scilicet Deus, *vt disperderet eos*, Iudæos, *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos*, id est, Nisi Moyses fortiter præliãs, eique ob-

c Isai. 53.12.
d Luc. 23. 34.
e Hebr. 5.7.
f Sap. 18.21.
g Psal. 105. 23.

A sistens stetisset ex opposito rupti muri ad eũ depellendum, ne per ipsam muri cõfractionẽ in eũ irrueret populum, quẽ ipse tãto tuebatur studio.

8 (*Quia non exaudiã te,*) Generaliter hác sententiã accipientes hæretici, quasi per illam vetet Deus, Sanctos orare pro nobis, Sanctorũ improbát intercessionẽ, Cùm è vestigio sexcẽtis è Sac. Script. locis aliis apertè pateat, istiusmodi intercessionẽ in eximiũ beneficiũ Ecclesiæ præstitũ, maximarumque viriũ eamdẽ esse apud Deum, qui & illã instituit, & cũ aliquando deesse cõtingat, ægerrimè id fert. Sic in lib. Genes.[h] legimus, illum Regi B dixisse Abimelech, *Nũc ergo redde viro suo*, s. Abrahæ vxorẽ, *quia Propheta est, & orabit pro te, & viues.* Sic ad amicos S. Iob idẽ ait Dominus, *Ite*[i] *ad seruũ meum Iob, & offerte holocaustũ pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciẽ eius suscipiã, vt non vobis imputetur stultitia.* Peruulgatũ est & quod apud Ezechielem in hunc sensum dixit,[k] *Quæsiui inter eos virũ, qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eã, & non inueni.* Et quasi is propterea vicem nostram doluerit, qui nostri est amantissimus, ait de illo Isaias, *Et*[l] *vidit quia non est vir*, qualem scil. peroptaret, qualẽ C & tãtã quæsiuit diligentiã: *Et aporiatus est*, animo propemodum anceps & quasi hærens quid facto opus esset, quia non est qui occurrat, quique precibus pro populo fusis obuius sibi fiat ad vindictam properãti, qui ipsi prælio obsistat orationis. *Et vidit, & malum apparuit in oculis eius.* Malũ certè, quo vix aliud populo cuilibet euenire potest peius, prout ex eodẽ colligere est Isaiæ, vbi de extrema populi sui miseria cum Deo conquerens ait,[m] *Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.*

Sanctorũ intercessionem improbãt hæretici ex hoc Ieremiæ loco. Quam tamẽ maximè Deo acceptam ex multis cõstat Sacræ Scripturæ sententiis.
h Gen. 20.7.
i Iob. 42.8.
k Ezech. 22. 30.
l Isai. 59.16.
Intercessione Sanctorũ destitui est malum pessimũ.

D Haud igitur hæreticorũ more quod hoc loco Ieremiæ orare pro populo suo prohibet Deus, sibique occurrere, atque obsistere interdicit, generaliter accipiendũ est, sed speciali id factum ratione extremũ hoc significat malũ, quod ab eodẽ Domino subiectum illi fuit, (*Quia non exaudiam te.*) Audi Prophetã alium hác explicantẽ rationẽ. *Ecce*[n] *non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Nec ex parte Dei, nec ex parte Sancti Prophetæ id erat, vt illius exaudiendæ nõ E essent preces; at ex parte eius, pro quo illæ effundebantur, ex parte Iudaici populi obfirmato animo in sceleribus perseuerantis.

Sanctorũ intercessionem aliquando nõ exaudiri à Deo est ex parte illorũ, pro quibus ij intercedunt.
n Isa. 59.1.

9 *Vnus*[o] *orans, & vnus maledicens cuius precẽ exaudiet Deus?* ait lib. Eccles. auctor. Clamor iniquitatum, quæ actu à populo illo aduersùs Deum admittebatur, diuinas replerat aures, haud fieri certè poterat, vt eodem tẽpore preces eæ exaudirẽtur, quæ pro illo fundebantur. Quis Christo sanctior? & nihilominus solæ eius exauditæ sũt preces, cùm pro illis eas effudit, quos cælestis Pater in malo minimè obstinatos intellexit, quod tam F Pater ipse ei apud Isaiam significauit, cùm diceret, *In*[p] *tempore placito*, seu *acceptabili* (vt nomen id explicauit Apostolus)[q] *exaudiui te.* Quam Patri idemmet filius in Psalmo 68. contestatus est, dicens. *Ego*[r] *verò orationem meam ad te Domine, tẽpus beneplaciti Deus.* Ac si diceret meam ad te pro corpore meo mystico fudi orationẽ, eãq; opportuno fudi tempore, quando bene te noui affectũ erga illos pro quibus orabã. Deniq; & hoc quoque loco Dominus Ieremiæ præallatam confirmat

o Eccles. 34. 29.
Christi preces solæ exauditæ à Patre fuere, quas fudit pro iis, quos Pater nouerat haud futuros obstinatos in malo.
p Isai. 49.8.
q 2. Cor. 6.2.
r Psa. 68. 14.
Ciuium scelera sunt plerumque in causa, vt ciuitates intercessione Sanctorum priuet Deus.

A mat rationem,cur illi prohiberet, ne pro populo ſuo oraret,quòd exaudiendus minimè foret, maledicente eodem tẽpore, & obſtinatto animo mittente populo ipſo cælum versùs Clamorem ſcelerum ſuorum, ſubiiciens in ſequentibus. Nonne vides,&c.

Verſ. 16.]Tu ergo noli orare,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10
Orationibus aliorũ cooperari & nos debemus, vt ea fructifera nobis ſint.

EX ratione quam iſtius prohibitionis Dominus affert,ſubiiciens,(*Quia non exaudiã te,*)colligere potes Morale,Haud ita confidendum in aliorum quantumcumque Sanctorum orationibus, vt arbitremur, illos ob ipſorum ſanctitatem ſic exaudiendos,vt propterea nihil ſit nobis cooperandum. Apertè enim ideo Prophetæ ſancto proteſtatur Deus, ne vel ipſe orationibus ſuis iſtiuſmodi fauère videretur errori. Videnteſque Iudæi ſanctiſſimo viro prohibitum, ne pro eis oraret, non exaudiẽdus, confugerent ipſimet ad orandum pro ſe in animo contrito, & humiliato, iuxta id quod infra à noſtro Ieremia dictum videbimus.[a] *Si fortè cadat oratio eorum*, ſcil. Iudæorum *in conſpectu Domini*, id eſt,ſi humiles,& proſtrati coram Domino orent,vel ſi accepta ſit coram Domino humilis eorum oratio:*& reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima:quoniam magnus furor,& indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus aduersùs populum hunc.* Iſtorum exẽplum habemus in Euangelio,[b]quãdo orãtibus Apoſtolis pro muliere Chananæa,eiuſque filia,Non exaudiuit illos Ieſus, imò eorũ repellens preces, reſpondit, *Non ſum miſſus niſi ad oues,quæ perierunt domus Iſrael.* Idque ipſâ audiẽte Chananeâ,vt eius humillima poſtmodùm oratio caderet in conſpectu ſuo,quam & exaudiret.

a Ierem.36.7.
b Matth.15.23.

11
Oratio aſſumi poteſt, & propter ipſũmet orantem, & propter alios.
S. Thom.

(*Nec aſſumas pro eis laudem,& orationem.*)Notãdum, quòd non ſimpliciter dicitur, (*Nec aſſumas laudem,& orationem:*) quamuis ita dici potuiſſet, cùm ſubintelligi quiuiſſet quod mox dictũ fuerat (*pro populo hoc:*)ſed notanter & hîc adiicitur, (*pro eis.*)Poteſt enim aſſumi Dei laus in orationis ore duplicem ob cauſam,vt colligitur ex doctrina S. Tho.2.2.q.91.art.1.in corpore, & propter ipſum qui illam aſſumit,cuius affectus excitatur in Deũ ex laude ipſius,iuxta illud Pſal.[b]*Sacrificium laudis honorificabit me,& illic iter,quò oſtendam illi ſalutare Dei*: perque huiuſmodi affectũ retrahitur ab his quæ ſunt contra Deum,iuxta illud Iſaiæ,[c] *Laude meâ infrenabo te, ne intereas*:Et propter alios,vt videlicet iſtiuſmodi Dei laudes audientes ad illius inducãtur reuerentiã,eorumque in illum prouocetur affectus,iuxta illud Pſal.[d]*Semper laus eius in ore meo,Audiant manſueti,& lætentur* ; *Magnificate Dominum mecũ,& exaltemus nomen eius in idipſum.* Tacitã igitur per hæc Dominus Prophetæ,& eorum qui pro obſtinatis peccatoribus orãt, reiicit reſponſionẽ;cùm enim,vt viſum eſt, ad hoc prohibitum illi fuerit,ne pro ſceleſtis oraret,vt tineret illos orare pro ſemetipſis;Quia reſpondere is potuiſſet,imò ob idipſum ſibi in tali perſeuerãdum oratione,aſſumendamque laudem, vt eorũ affectus prouocetur ad orandum pro ſemetipſis. Tanta inquit Deus eorum eſt peruerſitas, vt hac ratione nil profecturus ſis, nam neque te orantem audientes ad id excitabuntur, quin potiùs te deludent.

b Pſa.49.23.
c Iſai.48.9.
d Pſal. 33.2.

12
(*Et non obſiſtas mihi.*) Legimus in Pſalm.[e] *Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi?*itemque apud Nahũ Prophetã,[f] *Ante faciem indignationis eius quis ſtabit?& quis reſiſtet in ira furoris eius?* Quomodo igitur Deus hæc ad Ieremiã habet.(*No obſiſtas mihi?*) Inter illa quæ humanâ arte excogitata, & facta ſunt terribilia,nil certè eſt terribilius, quam tormẽta illa bellica,quæ vulgo bõbardæ appellantur, quorum vehementiſſimis ictibus duriſſima quęque quatiuntur,confringuntur,ac deſtruuntur,ita vt vix reperire ſit,quod eorũ obſiſtat impulſibus, non duriora marmora,non æs, aut ferrum, quæ duriſſima ſunt viſibilium omnium.Nihilominus

e Pſal.75.8.
Ira Dei vna reſiſtere apta eſt humilis oratio, ſicut bombardarũ ictibus per ea potiſſimùm obſiſti ſolet quæ molliora ſunt.
f Nahum.1.6.
Similè.

B illis, quibus duriora quæque obſiſtere nequeut, experientiã cõprobatum eſt, oppoſitione rerum quæ molliores ſunt,lanæ videlicet, bombacis, & ſimiliũ facilè obſiſti. Tale quid euenire mihi videtur inter Deũ,ac homines.Sicut.n.nil Deo indignato eſt terribilius,ita nil obſtinato durius eſt peccatoris corde.Vnde haud mirũ,ſi in iſtiuſmodi homines vehementiores ſuccẽſa Dei ira faciat ictus,ita vt iure dici debuerit. *Quis reſiſtet in ira furoris eius?*Vna dũtaxat eſt ratio,quã diuinis hiſce ictibus,vel etiam à peccatoribus quibuſcumque obſiſti poteſt, ſi molliora illis opponantur, humillimæ nimirum orationis verba, quæ ex contrito,& humiliato corde proueniant,dicente Salomone,[g] *Lingua mollis confringit duritiam*, id eſt mollis,lenis, humiliſque oratio duriſſimæ cuiq; obſiſtit iræ, prout apertiùs alibi idem dicebat Sapiens, [h] *Reſponſio mollis frangit iram.*

g Prou 15.15.
h Prou.15.1.

13
i Matth.18.24.

Cuius rei veritatẽ ex eo patet Euangelij, vbi parabolicè primum proponitur terribilliina Dei ira ſuccenſa,eiuſdemque fragor,& bõbus, [i] *Cùm cœpiſſet rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis oblatus eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta:Cùm autẽ non haberet vnde redderet,iuſſit eum venundari,& vxorem,& filios,& omnia quæ habebat & reddi.*En ſuccẽſæ iræ fragorẽ,Audi oppoſitam orationem mollẽ, *Procidens autem ſeruus ille orabat eum,dicens, Patientiã habe in me,& omnia reddam tibi.* Audi & quomodo eidem iræ obſtitit.*Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eum,& debitum dimiſit ei.* Iſtius rationis vnicæ reſiſtendi iræ Dei apprimè gnarum ſanctus ſe oſtendit Iob,cùm diceret, [k] *Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant Orbem*,id eſt à cuius iræ deiiciuntur quæcũque inuicto ſunt robore,cuius ictibus ſuperbiſſimi quique deprimũtur,iuxta Verſionem Vatabl. *Deprimuntur adiutores ſuperbiæ. Quantus ergo ſum ego,vt reſpondeam ei*, contendere videlicet, duritiéque verborum meorũ illi obſiſtere volens, *Et loquar verbis meis cum eo? Qui etiã ſi habuero quippiã iuſtum,non reſpondebo.*i.Tametſi iuſtus mihi videar, adeóque,& qui iure aliquo illi obſiſtere queam, *Non reſpondebo,ſed meũ iudicem deprecabor.* i. haud aliã ratione id efficiã,quàm molli linguâ,molliq; reſpõſione, quã ira eius frangatur.molli inquã,& humillimâ oratione,quâ & ita animo ſim demiſſo,vt profitear, illam eo ipſo tempore, quo iræ Dei obſiſtens ab illo exauditur, propter eiuſdem Dei miſericordiam ,non propter vlla mea exaudiri merita; vnde ſubdit,*Et cùm inuocantem exaudierit me,non credo quòd audierit vocem meam.*

K Iob.9.13.

14
Orationes Sanctorũ pro aliis quomodo exaudiantur, cũ tamẽ certum ſit illas ſæpe nõ exaudiri ad deprecantiũ votũ.

Cæterùm ex hac S.Iob ſententia iũcta cum ratione,quam affert Dominus Prophetæ itẽ Sancto Ieremiæ,cur ei prohibeat,ne ipſi hoc pacto obſiſtat,(*Quia non exaudiã te,*) colligere eſt ſolutionẽ difficultatis moralis:Quì fieri poſſit,vt Sãctocuiquam oratio pro aliis adhuc in hac vita degentibus prohibeatur, cùm huiuſcemodi oratio ex maxima prodeat charitate erga Deum, & proxi-

mum, dicente Chryſoſtomo relato à S. Thoma 2. 2. quæſt. 83. art. 7. in corpore. *Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur: adeóque dulcior ante Deum oratio non quã neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis cõmendat.* Moralis autẽ ſolutio hæc eſt: Quia etſi ſancti exaudiuntur, non tamen (vt eodẽ articulo docet S. Tho.) exauditur ſemper orãtis vox, quãdo pro aliis petit, quibus Deus firmo decreto pœnam parauit aliquam. Inuocantem quippe exaudit ad meritum charitatis, quã mouetur fidelis quiſque ad orandum pro aliis: Sed eorum plerumque vox non exauditur, cùm non exaudiuntur ad votum. Sed quid? Ieremiæ dicitur, (*Noli orare pro populo hoc, & ne obſiſtas mihi,*) Ceſſandum ne propterea & nobis, vt non oremus pro aliis? Imò in aſſumpto iſtiuſmodi orationis ſtudio, & nobis pariter perſiſtendum, ſicut perſtitit & Sanctus Ieremias, cui & propterea iterum hæc à Domino inferiùs replicata videbimus. Perſiſtendum inquam, tametſi crediderimus non exaudiendas preces noſtras ad votum, prout & à ſemet faciendum ſanctis ſignificauit Iob, quando in præcitato loco, poſtquam dixit.[a] *Sed iudicem meum deprecabor, & cùm inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam,* addit rationẽ, *In*[b] *turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa.*

Orationes pro aliis haud dimittendæ, etſi viderimus illas nõ exaudiri ad noſtrum votum.

a Iob. 9. 16.

b Iob. 9. 17.

VVLGATÆ.

Verſ. 16.] Tu ergo noli orare, &c.

SEPTVAGINTA.

16. καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξίου τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς, καὶ μὴ εὔχου, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.

Verſ. 16.] Et tu noli orare pro populo iſto, neque poſtules, vt miſerear illorum: & ne ores, & ne accedas ad me pro his: quia non exaudiam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem nec ores pro populo hoc, nec depreceris pro eis in deprecatione, & in oratione, neque roges coram me, quia non eſt voluntas coram me ad ſuſcipiendam orationem tuam.*

1 Hieronym. *Orationibus Sanctorum quantum deferat Deus.* *Orationes Sanctorũ iræ Dei reſiſtere poſſunt.*

Verſ. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c.* Hieronymus. *Ne videatur rogans Propheta non impetrare quod poſtulat, præcipit Deus, ne pro populo peccatore, & nullam agente pœnitentiã deprecetur. Quod autem dicit, (Et non reſiſtas mihi) illud oſtendit, quòd ſanctorum preces Dei iræ poſſint reſiſtere. Vnde & Dominus loquitur ad Moyſem,*[a] *Dimitte me, vt percutiam populum iſtum, Et faciam te in gentem magnam: Et in Pſalmis legitur,*[b] *Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.*[c] *Aaron quoque arrepto thuribulo, inter ignem arſurũque populum medius ſtetit, & Dei ira ceſſauit, Ac ne putemus crudelitatem Dei, qui ne rogari quidem ſe permittat, reddit cauſas, cur non exaudiat dicens, (Nonne vides quid iſti faciunt? &c.)*

a Exod. 32. 10.

b Pſal. 105. 30.

c Num. 16. 46.

Idem Hieronymus, lib. 2. contra Iouinianum aliquantò poſt dimidium, *Sunt* ait, *peccata leuia, ſunt grauia. Aliud eſt decẽ millia talenta debere: aliud quadrantem: & de ocioſo quidem verbo, & de adulterio*

Peccata alia leuia, alia grauiora.

A *rei tenebimur: Sed non eſt idem ſuffundi, & torqueri, erubeſcere & longo tempore cruciari. Audi Apoſtolum Ioannem.*[d] *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatũ non ad mortem, petat, & dabit ei vitam, peccanti non ad mortem: qui verò peccauerit ad mortẽ, quis orabit pro eo: Cernis quod ſi pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam, ſi pro maioribus, difficilis impetratio ſit, & inter peccata, & peccata magnum eſſe diſtantiam. Vnde & de populo Iſrael, quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Ieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis deprecationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.*

d Ioan. 5. 16.

Orãs pro peccantibus leuiter facilius exauditur, quã qui orat pro peccantibus grauiter. Pro peccantibus ad mortẽ oratio difficillimè exauditur.

B Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 2. *Etſi bonus naturâ Deus, tamen & iuſtus. Ex cauſa enim ſicut ſanare nouit, ita & cadere, faciens pacem, ſed & condẽs mala, pœnitentiam malens, Sed & Ieremiæ mãdans, ne pro populo peccatore deprecetur. Et tu, inquit, ne adoraueris pro populo iſto, & ne poſtulaueris miſericordiã conſequi eos: Et ne acceſſeris pro his ad me, quoniã non exaudiam. Malè autem ex hoc, atque ex aliis Ieremiæ locis infert Tertullianus, Deum aliquando non parcere flentibus, veréque pœnitentibus.*

2 Tertullian. *Deus bonus quidem, ſed & iuſtus eſt.*

Ioann. Chryſoſtom. hom. in Pſal. 7. tom. 1. *Eſt aliud, inquit, quod non facit exaudiri, quãdo in peccatis*

C *tis perſeuerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus Ieremiæ. (Ne deprecare pro hoc populo. An non vides quid hi faciunt?) Ab impietate non defecerunt, & tu offers pro eis preces? Sed te non exaudiam.*

Ioan. Chryſoſtomus. *Orationes nõ exaudiuntur quãdo in peccatis perſeueratur.*

Fuſiùs autem idem Chryſoſt, eodẽ tom. 1. homil. 44. in Geneſim hunc locum pertractãs, *Quãdo ait, quod in nobis eſt ſimul afferimus, & accedit intercesſio Sanctorum, plurimùm nobis confert. Quòd ſi ipſi negligẽtes fuerimus, & ſpem in illis ſolis collocamus noſtræ ſalutis, nihil ampliùs nobis prodeſt; non quòd infirmi ſint iuſti, ſed quia propter noſtrã deſidiã nos ipſos perdimus. Et vt diſcas, quòd quando neglig ẽtes ſumus,*

Orationes Sanctorũ tunc nobis proficiunt quãdo & nos illis cooperamur.

D *etiam ſi iuſti pro nobis orant, etiam ſi Prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi enim ſuã virtutẽ & per hoc demonſtrat, nobis autẽ nulla erit vtilitas propter mores noſtros. Audi Deum omniũ ad eũ qui de vtero matris ſanctificatus eſt, Ieremiam Prophetam dicentem, (Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiã te,) Vide Domini miſericordiam, prædicit Prophetæ, vt ne cùm poſt orationẽ non exaudiatur, tribuat hoc ſuis demeritis: & ideo iam prædicit ei populi malitiã, & prohibet ne precetur, vt & ipſe ſcire queat immodicã Iudæorũ peruerſitatẽ, & illi ſciant, quod nihil eis prodeſt Propheta, niſi & ipſi quæ ſua ſũt proferre velint, (Nõ vides quid ipſi faciũt? &c.)*

Sanctorũ pro nobis intercesſio parum proficua, ſi nos negligentes fuerimus vt cooperemur illi.

E Denique idem Chryſoſt. hom. 1. in epiſt. 1. ad Theſſal. *Etiamſi Paulo, inquit, ſimilis eſſes, opus tamẽ haberes aliorum precationibus. Non extollas te ipſum, humiliêris, ſi nos ipſi in virtutis ſtudio ſeduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis. Audi quid Paulus dicat,*[d] *Noui quod hoc mihi cedet ad ſalutem per veſtram precationem, ac ſubminiſtrationẽ Spiritus Ieſu Chriſti. Et iterum,*[e] *Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis, vt ex multis perſonis pro dono in nos collato per multos gratia agãtur pro nobis. Et tu dicis quid opus eſt mihi aliorum precibus? Si verò deſides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Quid profuit*

Chryſoſt. *Orationibus aliorum indigemus omnes.*

d Philip. 1. 19.

e 2. Cor. 1. 11.

F *Ieremias Iudæis? An non tertiò Deum pro illis interpellauit, & viciſſim tertiò audiuit: (Neque oraueris, neque obſecraueris pro populo iſto, non enim exaudiã te?) Quid Saulẽ iuuit Samuel? An nõ ad extremum vſque diẽ lugebat illum, non tantùm obiter precabatur? Quid profuit Iſraelitis? Non dicebat,*[f] *Mihi verò abſit ita delinquere, vt ceſſẽ pro vobis orare? Nõ omnes perierũt? Si preces tantũ aliorũ poterũt, vt nos quamquã deſides, & ocioſi in regnũ inducam, quare non omnes Gentiles Chriſtiani fiunt? An nõ pro vniuerſo mũdo oramus? Nõ & Paulus hoc fecit? nõ oramus vt omnes conuertantur?*

Orationes Sanctorũ non proſunt negligentibus ſalutẽ propriã.

f 1. Reg. 12. 23.

Qui

Quî fit quòd mali non redduntur boni? Quòd nihil de ſuo afferunt.

A Paſchaſius Ratbertus lib. 3. in Lament. Ieremiæ. (*Ne aſſumas,inquit, laudem & orationem pro eis.*) *Quia profectò clamor operum aſcenderat contra eos,ne Propheta exaudiretur rogans pro eis.* S.Paſchaſius.

Maximus Confeſſor Oeconomicorum Centuriâ. 3.cap.82. tom.5. Bibl. Vet. Patrum. *Rurſum Ieremias maximâ compaſſione ductus pro populo Iudæorum inſaniente circa Dæmoniorum errorem,non exauditur orans: quoniam ad vim precationis augendam non habebat Iudæorum Deo carentium conuerſionem ab errore: Vnde reuocans illum Deus à luctu inutili ait. (Tu ne oraueris pro populo iſto, & ne roges vt illorum miſerear. Ne precare, neve accedas ad me pro illis vltra, quia non exaudiam.)*

Maximus. *Orationes Sanctorũ pro peccatoribus à Deo cur ſæpe minimè exaudiantur.*

4 Cyril. Alex. Cyrillus Alexandrinus, in cap. 22. Iſaiæ, ita totum hunc citat locum. (*Et tu noli orare pro populo iſto, & noli rogare pro illis precationem,quia non exaudiam. An non vides quid tui faciant in ciuitatibus Iuda, & in viis Ieruſalem? filij eorum colligunt ligna,* &c. *vt parent hordeaceos panes militiæ cæli.*

Procopius. In idemque caput 22. Iſaiæ Procopius Gazæus ſic ipſamet refert, *Et tunc ores pro populo iſto, quoniam non exaudiam. Qualia enim ea ſunt,quæ ipſorum filij faciunt? Ligna colligunt, & patres ignem accendunt. Vxores etiam ipſæ farinam ſubigunt, quâ placentas cæleſti militiæ conficiant.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο λέγει, οὐχ ἵνα ἀποστῇ προσευχόμενος, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους φοβήσῃ. ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ πρὸς Μωυσῆν. ἄφες με. ἵνα αὐτὸν μὴ ἀφῇ. οὕτω καὶ πρὸς τοῦτον μὴ προσεύχου. ἵνα ἀκούσαντες ἐκεῖνοι καταπλαγῶσι, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ τὰς ἐλπίδας ἔχωσιν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐβούλετο, οὐκ ἂν καὶ τὰς αἰτίας ἐτίθει, μόνον οὐχὶ ἀπολογούμενος αὐτοῖς.

B Verſ. 16. *ET tu noli orare pro populo iſto,&c.)* Chryſoſtomi.] *Hoc ait,non vt orare deſineret,ſed vt illos terreret. Sicut enim ad Moyſem dicebat, Sine* [a] *me, vt ille non ſineret, ſic & ad hunc, ne ores, vt hoc illi audientes ſtuperent, nec in aliis ſpes ſuas fundarent. Niſi enim hoc vellet, non & cauſas adderet, tantùm non facti ſui defenſionem ſuſcipiens.* 5

Chryſoſt. *Orare pro aliquibus prohibet Deus vt illis excitet terrorem.* a Exod.32. 10.

---

*Verſ.*17.] Nonne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda,& in plateis Ieruſalem?

*Verſ.*18.] Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, mulieres conſpergunt adipem, & vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Nonne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda,& in plateis Ieruſalẽ?*

AN [a] *non vides quid ij in ſingulis ciuitatibus Iuda, quid & palàm in medio platearum Ieruſalem perpetrant, vbi eſt ſanctuarium meũ, in quo tantùm ſe habere profitentur fiduciam?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 NONNE *vides,* &c. Quî fieri, inquit poteſt, vt te exaudiam orantem, vt populum iſtum tuum illæſum ab hoſtili impetu, & ab omni malo incolumem in terra hac ſeruem, quam dedi patribus eius, cùm & ciuitates Iuda ſingulæ plenæ ſint ſceleribus eius,& publicè in ciuitate ipſa Ieruſalem vbi meum eſt ſanctuarium, peſſima quæque patrare non deſiſtat? Nonne tuiſmet ea vides oculis, quæ ab vnoquoque eorum impudentiſſimè fiunt, ſummâ contentione & abſque vllo metu?

Verſ.18. PARAPHRASIS LITERÆ.

b *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignẽ, & mulieres conſpergunt adipẽ, & faciant placentas (ſeu præparationes, aut bellaria) reginæ (ſeu militiæ, aut machinæ) cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocẽt (ſeu,& me affligant, aliàs, & me ſpernant.*

ADEO [b] *commune iis eſt idololatriæ ſtudium, vt in ſingulis eorum familiis omnes cuiuſcumque ætatis, & conditionis ſuas in illud conferant partes, filij & minores, & qui prouectiores ſunt, congerunt ligna, iſti quidem vt fortiores,faſces deportantes, illi prout eius ætatis mos eſt, hinc inde ſtipulas colligentes: Et eorum patres,ſtrue congeſtorum lignorũ factâ,vel in foco, vel in clibano ignem accendunt,quatem proportionatum norunt ad id quod coquendum eſt:* C *mulieres verò vniuerſæ in id ſuam nauant operam, vt farinæ florem ac ſimilaginem conſpergant, & impaſtent, idque toto intendentes conamine,vt & bellaria præparent, & placentas, collyridaſque faciant, quæ vel Lunæ offerant,quam cæli Reginam appellant, vel cælis ipſis in hæc inferiora ſuum mittentibus influxum: vel eorundem militiæ toti,omnibus nimirum aſtris,vel orbibus in primis ſeptem Planetarum: Diis alienis libamina exhibêre contendentes: atque hæc, & ſimilia patrãtes vt me in iracundiam irritent,vt me ſpernant, meque & affligant.*

Verſ. 18. EXPOSITIO LITERÆ.

D FILII *colligunt ligna,*&c. Omiſſis aliis, quæ paſſim patrari conſpiciebantur, vnũ dumtaxat in medium Deus adducit Iudęorũ ſcelus, quod & vniuerſalius,& cõmunius,&manifeſtius à toto admittebatur populo, ſcelus inquam idololatriç,idololatriamque illam,cui cuiuſcumque ſexus,& ætatis Iudæorũ ſinguli addicti in primis erant, ſuas quoſcumque pro viribus in eam conferentes partes*(filij enim colligunt ligna)*& qui minores,ſci.ſunt,iuxta puerorum morem hinc inde ſtipulas colligentes & qui ſunt maiores, ac fortiores lignorum faſces deportantes,*(Et patres,)*vt E prouectiores magiſque periti ſtrue in foco,& in clibano cõſtructa*(ignẽ accendunt,)*ad id quod coquendũ eſt proportionatum,*(Et mulieres)*matreſque ac vxores*(conſpergunt adipẽ,)*haud quidem eo ſenſu, quo Hugo Cardinalis, aſſerit ponendo adipem ſuper ignem, vt meliùs ignis ipſe arderet,iuxta illud Leuitici,[c] *Tollentque ex hoſtia in paſtum ignis dominici adipem,* &c. Sed conſpergendo, & (vt ita dicam) impaſtando farinæ florem, quem & in Pſalmo adipem frumenti appellatum nouimus, [d] *Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te,* quamque farinæ mixtionem cum aqua, vulgo paſtam nuncupatam, Apoſtolus conſperſionem vocans ait.[e] *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.* 2

c Leuit.3. 14.

d Pſal. 147. 3.

e 1.Cor.5.7.

Porrò conſperſionem, de qua hîc eſt ſermo, Hebræi ſignificare inquiunt paſtam è farinæ flore, cui nedum aqua, ſed & ſal, & butyrum, ſeu oleũ admixta ſint, & quicquid ad faciendas placentas admiſcebatur; Hebraïcum autem textum recentiores ita vertunt, Pagninus. (*Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres impaſtant paſtam.*) Sicque & Vatablus, niſi quod vltimam partem reddit, (*Vxores autem farinâ aquâ conſperſam ſubigunt.* Regia (*filij colligentes ligna, & patres ſuccendentes ignem, & mulieres ſubigentes conſperſionem.*) Sept. verò ita hæc habent, (*filij eorum colligunt ligna, & patres eorum ſuccendunt ignem, & mulieres eorum terunt ſimilam*) ſeu vt legunt Complutenſis, & Regia (*commiſcent ſimilaginem.*) Ad quid tantum ſtudium? Audi.

3 *Luna cur dicta Regina cæli.*

(*Vt faciant placentas reginæ cæli.*) Si per Reginam cæli Lunam ſumamus, prout à noſtris accipitur communiter, facilis eſt iſtorum ſenſus, deſcribitur enim ratio quâ idololatriam ſpecialiter admittebant in colendo Lunam, eidemque offerendo placentas ex adipe frumenti, ſummo omnium cuiuſcumque familiæ ſtudio factas, Reginam autem cæli Lunam cõſueto ſibi nomine appellat Ieremias, quòd Iudæi, vt reliquis aſtris ad regendum in hæc inferiora potentiorem, vtque maiorem, & ſplendidiorem ipſorum oculis, cæli regimen illam habere falsò exiſtimarunt, multóque magis & terræ. Vnde infra cap. 44. bona omnia ex illius cultu ſibi proueniſſe apertis proteſtantur verbis. Quamquam iſtud idololatriæ genus, falſaque iſta opinio circa Lunæ regimen viderentur mulierum peculiara eſſe, in quo & à viris adiuuabantur, vt ex eodem cap. 44. colligere eſt. Neque enim tantum ignaros Iudæos extitiſſe crediderim, vt lunæ potius, quàm Soli regimen tribuerint cæli, maioremque in hæc inferiora potentiã, Sed & Solem pariter vt cæli Regem à viris adoratum exiſtimandum eſt.

Lunam vt Reginã cæli mulieres Iudæorum colebant.

4 *Iudæorũ idololatria erga cælos qualis.*

Cæterùm in Originalibus Hebr. & Græco Sept. ingens hoc loco eſt diſcrepantia. Sept. enim pro (*Reginæ cæli*) (*Militiam cæli*) habent, ita vt idololatria, de qua hîc agitur, fuerit in cultu aſtrorum omniũ, quæ in Sacris literis cæli appellantur militia. In Hebræo autem valde ambigua eſt vox למלכת *limlecheth*, cæli quam etſi quidam & noſtrorũ vt interpres Bibliæ Regiæ, & Hebr. (*Reginæ cæli*) vertendam arbitrati ſint, ſicut & in noſtra habetur Vulgata, deducentes illam à verbo מולך *malach* regnare: inter quos nomine Reginæ cæli ſtellam magnam in genere ſignificatã aſſerunt aliqui, alij Lunam, & alij Solem, qui Hebraicâ linguâ שמש *ſciemeſc* fœminini generis nuncupantur, ita vt propterea non dedeceat Reginæ cæli nomine eum inſigniri. Sunt tamẽ plerique qui non à prædicto verbo eamdem dictionem deduci aſſerunt, ſed ab altero לאך *laach* vnde nomen מלאכת *melacha* opus, & deficiente litera א *aleph* in regimine מלכת *melecheth*, ita vt vertendum hîc ſit, (*Operi cæli*) ſeu, vt vertit Vatablus, (*Machinæ calorum.*) Quamquam ſint qui per opus cæli ſupernum cæli miniſterium, quod per influxus in hæc habet inferiora intelligunt, propter quem ſtellarum influxum cælis, ſtelliſque ipſis Iudæos ſacrificia inſtituiſſe hîc ſignificetur. Nec deſunt qui eadem voce Planetas ſignificatos putarint, quorum maior prædictus in hæc inferiora eſt influxus, deducentes idem vocabulum à verbo הלך *halahh*, ire, & gradiri, quia ſeptem Planetæ iugiter cum ſuis gradiantur orbibus,

Neque verò minor eſt diſcrepantia in explicando nomine quod noſter interpres adhibuit, (*Vt faciant placentas.*) Siquidem Sept. pro (*Placentas*) habent χαυῶνας, *chauonas*, quam vocem Hieronymus, (*Præparationes*) ſignificare ait, Ioannes verò Chryſoſtomus, (*panes*) Et Olympiodorus pemmata, & bellaria, tametſi Chryſoſtomus non hanc in Græco habeat vocem, ſed aliam πόπανα, *popana*, Et Olympiodorus legat χαμῶνας *chamonas*, quomodo & aliquot habent Græcorũ Codicum. Crediderim Sept. legiſſe χαυῶνας *chauonas* vocem ſeruantes Hebraicam כונים *chenanim*, In cuius Hebrææ vocis ſignificatu afferendo diſcrepãt ipſimet Hebræorum Doctores; Siquidem R. Dauid in lib. Radicum, genera inquit fuiſſe ciborum, qui parabantur, & offerebantur Reginæ cæli. Quod à noſtra haud diſcrepat lectione. Vt vox illa ſit deducta à verbo כון *chun* parare, & præparare putant complures, ita vt rectè (*præparationes*) verti ea poſſit, quomodo Græcam Sept. vocem interpretatum diximus Hieronymum. Alij illam deducunt à verbo כון *chiuen* intendere, quia vehementer iis conficiendis intenderent cibis, quicumque ij eſſent, quos Reginæ, ſeu machinæ cæli offerre diſponebant. Reducunt denique alij eamdem ad verbũ כוה *chauah*, quod eſt aduri, & torreri, vt ſint Collyridæ, ſeu Tortæ ad ignem torrefactæ, triangulari formâ. Nicolaus de Lyra in cap. 44. Ieremiæ aſſerit eadem voce ſignificatos panes rotundos, in quibus expreſſa erat imago Lunæ, & ſtellæ cui offerendæ eæ erant. Optimè autem & Pagninus, & Regia, & Vatablus (*Placentas,*) ſicut & noſter Interpres Hebraicam ipſam vocem reddidere.

5 *Placentæ quæ à Iudæis offerebantur Reginæ cæli quales eſſent.* *Hieron.* *Ioan Chryſoſtomus.* *Olympiod.* *Nic. de Lyra.*

6

(*Et libent Diis alienis.*) Seu, vt originalia habent Hebr. & Sept. (*Ad libandum libamina*, ſeu *fecerunt libamina Diis alienis.*) Poſſunt hæc accipi vt ſignificantia ſcelus aliud à ſuperiori diſtinctũ, vt particulari Idololatriæ generi, quod admittebatur in cultu Reginæ cæli, & generalis addatur multorum aliorum Deorum cultus, qui à Iudæis pariter præſtabatur per varia quæ illis offerebant ſacrificia, quibus omnibus & libamina admiſcebant vini, vel etiam per varias liquidorum oblationes libaminum nomine deſignatas, quod indicat Hebraicum nomen נסך *neſech* à verbo מסך *maſach* fundere, & effundere, ſacrificium ex liquidis, quæ funduntur offerre. Sed & non incongruè hæc pariter vt in declarationem, & amplificationem præcedentis idololatriæ erga Reginam, ſeu Militiam cæli ſumi queunt, ſi recolamus doctrinam ſupra in expoſit. 1. verſ. 9. allatùm ex Abulenſi, ſecundùm quam quinque enumerantur libamina, thus, ſal, farina, vinum, & oleum; Vt ſignificetur, ſummo ſtudio, maximaque animorum conſenſione in qualibet Iudæorum familia, & per ſingulos cuiuſcumque familiæ vacatum, vt Reginæ cæli fierent placentæ ex adipe, & flore farinæ, admixtis libaminibus olei, ſalis, vinique, & thuris.

7 *Peccatoris quò permaius peruerſitas contra Deũ.*

Et me ad iracundiam prouocent. In Hebræo, & in verſione Sept. pro particula, (*Et*) eſt particula cauſalis (*Vt,*) Quâ ſignificatur, præexpoſitum adeo vniuerſale, adeoque exactum idololatriæ ſtudium à Iudæis eâ in primis intenſione, eamque potiſſimùm ob cauſam Reginæ cæli, diiſque alienis exhibitum, vt per illud Deo verò iniuriam inferrent, cumque ad iracundiam prouocarent. Hebraicum quod hîc eſt verbum כעס *changas*, non solùm iracundiam, ſed & omnem triſtem alium affectum commouere ſignificat.

Adeo

Adeoque in 1. cap. 1. lib. Regum rectè à nostro A Interprete sumptum est pro commouere afflictionem. [a] *Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat.* Sed & idipsum sæpius in vsu est pro subsannare, & spernere, vt notat R. Ionah: Quapropter rectè etiam quæ hîc dicuntur vertes, (*Vt me affligant*, seu, *vt me spernant, vt me subsannent*) iuxta illud Isaiæ 63. [b] *Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sancti eius.* Et illud, [c] *filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.*

a 1.Reg. 1. 6.
b Isai. 63. 10.

B

Vers. 17.] Nonne vides, &c.

Vers. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Impij quomodo simul concordent in malo.*

APTISSIMVS locus, qui praxi pertractetur ad probandum, quomodo impij in malo concordent, vt experimento apparet in domibus fœneratorum, & similium. Lege Euangelium [a] vbi prauorum agricolarum vineæ patris familiàs describuntur pessimæ agendi rationes aduersùs quoscumque domini seruos, quorum alios concorditer ceciderunt, alios occiderunt, alios lapidauerunt: audi & quomodo concordes aduersùs eiusdem Domini filium insurgentes dixêre, *Hic est hæres venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Lege impiorum vocem ad pessimam hanc concordiam inuitantem in principio libri Prouerbiorum, [b] *Veni nobiscum, insidiemur sanguini, &c. Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrûm.* Bene autem Gregorius Papa lib. 33. Moralium cap. 33. D *Sicut*, inquit, *esse noxium solet, si vnitas desit bonis, ita perniciosum est, si non desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat, dum concordat: & tantò magis incorrigibiles, quantò vnanimes facit. De hac vnitate reproborum per Sapientem dicitur.* [c] *Stuppa collecta Synagoga peccantium. De hac Nahum Propheta ait,* [d] *Sicut spinæ inuicem se complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium. Conuiuium namque reproborum est delectatio temporalium voluptatum. In quo nimirum conuiuio pariter potant, qui delectationis suæ illecebris se concorditer debriant.* Hæc Gregorius.

a Matth. 21. 35.
b Prou. 1. 11.
Greg. Pap. *Impiorũ concordia maximè perniciosa.*
c Ecclef. 21. 10.
d Nahum 1. 10.

Porrò ex ipso Ieremiæ loco non incongruè E Hugo Cardinalis moraliter probat hanc iniquorum concordiam, præsertim in libidinis voluptatibus, vt filij dicantur colligere ligna malæ concupiscentiæ, quibus succenditur ignis diaboli in cordibus peccatorum per consensum, & opus exhibitum illis concupiscentiis, iuxta illud Isaiæ, [e] *Nutrimenta ignis eius sunt ligna multa. Et patres succẽdunt ignem*, quia non corrigũt filios suos, sed magis dant eis illa, quibus faciliùs colligunt hæc ligna, hasque concupiscentias. *Et mulieres conspergunt adipem*, delitiosè filios suos nutriendo, & superfluè eos ornando, & nimis delicatè eos amando. *Vt faciant placentas Reginæ cæli*: per peccatum luxuriæ corpus suum sacrificantes Lunæ, id est, omni temporali gaudio se exponentes.

Hug. Card. *Iniquorum concordia quãta præsertim in libidinis voluptatibus.*
e Isai. 30. 33.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Nonne vides quid, &c.

Vers. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ;

18. Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ οὐρανοῦ, καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.

Vers. 17.] Numquid non vides, quid ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda, & in viis Hierusalem?

Vers. 18.] Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum succendũt ignem, & mulieres eorum terunt similam, vt faciant chauonas militiæ cæli: & libauerunt libamina diis alienis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Nonne tu vides quid ipsi faciunt in ciuitatibus domus Iuda, & in vicis Ierusalem?* Vers. 18. *Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt massam, vt faciant placentas syderi cæli, & libent libationes idolis populorum, vt irritent me.*

Vers. 17. & 18. *Nonne vides*, &c. Hieronymus. *Vis*, inquit, *audire Propheta, cur tibi dixerim, Noli orare pro populo hoc? Hac faciunt quæ sequuntur: Et intus, & foris, & in plateis, & in exitibus Ierusalem filij ligna comportant, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem cum farina, vt faciant* χαυῶνας, *quas nos placentas interpretati sumus, siue præparationes: vt omne genus ostendat sacrificij Reginæ cæli, quam Lunam debemus accipere. Vel certè militiæ cæli, vt omnes stellas intelligamus. Et post hæc libent diis alienis: non quò sint, sed quò sub nominibus eorum dæmonibus thura succendant: Et me ad iracundiam prouocent ista facientes.*

1 Hieronym. *Iudæorum in idololatria studiũ quantum.*

Ioannes Chrysostomus, homil. 14. in epist. ad Rom. in Morali, *Sæpe, ait, Deus vel propter Dauid, vel propter alium quempiam impiis Iudæis conciliari se ait, hoc ipsum moliens vt figuram reconciliationi addat, quamquam benignior multò ipse fuerit, si non per illum, vel per illum, sed per seipsum diceret, illis se iram dimittere. Verùm non ita in animum suum induxit, vt ne conciliationis videlicet argumentum iis, qui salui fiunt, ignauiæ causa existat. Propterea, & ad Ieremiam dicit, (Ne roges pro populo, nam te ipse non exaudiam.) Non quòd illum à precibus cessare (salutem enim nostram magnopere desiderat:) sed quia illos terrere vellet. Quod quidem Propheta cùm intelligeret à precibus non abstinuit. Atque vt intelligas illum verba ea protulisse, non vt à se illum auerteret, sed vt pudefaceret. Audi quid dicat. An non vides quid illi faciunt?*

Chrysost. *Orationibus Sanctorũ cur Deus adscribat, quod reconcilietur peccatoribus.*

Orare pro peccatoribus cur sanctis aliquando prohibeat Deus.

F Idemque Chrysostomus, homil. 44. in Genes. (*Non vides quid ipsi faciunt? Incendunt adipem, & placentas faciunt exercitui cæli*) *quasi dicat. Pro illis me rogas, qui à peccato non desistunt, qui carent sensu infirmitatis suæ, quo laborant, Sed sic absque dolore sunt affecti. Non vides plurimum eorum contemptum? Non vides eorum magnam insaniam, quomodo nondum satientur impietate, Sed se volutent in suis iniquitatibus quasi in luto?*

2 Chrysost.

Homilià demum octauà in primam epist. ad Corint. ipsemet Chrysostomus. *Vide inquit, quid ad*

Chrysost. *Peccandi studium quàm cõmune etiã Christianis.*

ad Ieremiam loquatur Deus. (Patres eorum accendunt ignem, filij colligunt ligna, mulieres eorum conspergunt adipem.) Vereor, ne de nobis hoc dictum sit. (Non vides quid hi faciunt:) Nemo Christi doctrinam inquirit, sed vniuersi propriis rebus incumbunt, filij eorum in luxurias, patres eorum in auaritiam, in rapinam præcipites feruntur. Vxores circa huius sæculi cogitationes non solùm viros adducunt, sed irritant.

3 Epiphanius. *Mariam adorantes vt Deã arguuntur.* Epiphanius hæresi 79. de hæreticis illis mulieribus hæc interpretatur, quæ B. Virginem Mariam vt Deam adorantes panem illi offerebant. *Etsi* pulcherrima, inquit, *est Maria & sancta, & honorata, at non ad talem adorationem. Hæ verò rursus renouant fortunæ mixturam, & preparant Diabolo, & non Deo mensam, sicut scriptum est, & pascuntur cibo impietatis, sicut dicit diuina scriptura, (Et fœminæ terunt pollinem, & filij colligant ligna, vt faciant placentas oleo subactas exercitui, & reginæ cæli.) Compescantur à Ieremia tales mulieres, & ne turbent Orbem terrarum, Ne dicant honoramus Reginam cæli, nouit enim Taphnas has punire.*

Theodoritus in illud, *(Et libauerunt libamina,* &c.) *Et qui,* inquit, *domi habebant vuas passas, dactylos, & alia quædã eius generis, hæc idolis offerebant.* Theodorit. *Idolis Iudæi offerebant quicquid domi habebãt cibariorum.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Η οὐχὶ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀκούεις, εἰπέ. ὀργιζόμενος ἦν, μηδὲ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, βουλόμενος δὲ ἰάσασθαι καὶ θεραπεῦσαι, θεῖναι τὴν πρόφασιν, ἵνα αὐτὴν ἀνελεῖν σπουδάσωσιν. ἢ οὐχ ὁρᾷς, τί αὐτοὶ ποιοῦσιν; ἐπειδὴ ἐγγύς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὴν ἀσέβειαν εἰργάζοντο.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα. τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὁρᾷς σπουδήν; ὁρᾷς μετὰ προθυμίας τὴν ἀσέβειαν γιγνομένην; τί ἐστι, χαβῶνας; || πόπανά φησιν, ἄρτους.

|| ἄλ. πέμματα.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσί με.]

Τοῦ ἁγίου κυρίλλου.] ὁσίᾳ δὴ οὖν τιμωροῦνται ψήφῳ, αἰαθέντες γὰρ κτίσει τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις ἐπήντλησαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς κατὰ τὸ γεγραμμένον.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ δύναμιν ἁμαρτάνουσιν.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ ἡ πενία κωλύει τὴν θυσίαν. [καίουσι πῦρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πῦρ ἡ ἁμαρτία πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ὠνόμασται. διὰ τὸ τοῦ πυρὸς αἰωνίου αἰτία τοῖς ἁμαρτάνουσι γίνεται.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ξένας τελετὰς ἐπιτελοῦσι. χαβῶνας δέ φησι πέμματά τινα.

[καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχουσι πρόβατα. καὶ ὅμως ἀπὸ τῶν ἐνόντων ἀσεβοῦσι.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Θεοδωρήτου.] χαβῶνας πέμματά τινα ἔνδον ἔχοντα κώνους, καὶ || στεφανίδας, καὶ ἕτερα τοιαῦτα.

|| ἴσ. ἀσταφίδας.

[Τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς ἀστέρας ἐνταῦθά φησί. στρατιὰν δὲ οὐρανοῦ τίνος ἕνεκεν φησί; δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα, ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ βασιλεύς. τί οὖν ὅταν λέγῃ, τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ; αὐτόθι κατὰ τὴν ὑπόνοιαν λέγει τὴν ἐκείνων, ἐκείνων γάρ ἐστιν ἡ λαλία,

Vers. 17. *NVMQVID non vides quid ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda,* &c.) 4

Chrysostomi.] *Quare non audis? dic. Permoti iracundia erat nec causas producere, Curare autem & mederi desiderantis, causam enarrare, vt eam studerent tollere. An non vides quæ ipsi agant? prope enim, non longè impietatem exercebant.* Chrysost. *Orationis & exauditioni exponit Deus causam, sui indicans medendi desiderium.*

Vers. 18. (*Filij eorum colligunt ligna, &c. vt faciant chauonas,*&c.) 5 *Impietatis studium quale.*

Chrysostomi.] *Viden studium? Viden totis viribus quæsitam impietatem? Quid sibi vult* χαυῶνας, *Placentas inquiunt panes.* Chrysost.

(Et libauerunt libamina diis alienis, vt me ad iracundiam prouocent.

Sancti Cyrilli.] *Iustâ pœnâ mulctati sunt. Cùm enim rebus creatis cultum exhibuissent, suarumque manuum opera vt Deum adorassent, in sua capita diuinam concitarunt iram. Non*[a] *enim iniustè retia volatilibus extenduntur, iuxta id quod scriptum est.* S. Cyrillus. *Creaturis diuinum exhibens cultum diuinã iram in se concitat.* a Prou. 1.

(Filij eorum colligunt.) 6

Oympiodori.] *Secundùm vires proprias delinqunt.(Et libauerũt libamina diis alienis, &c.)* Olympiod. *Filij iniquorũ peccant secundum vires proprias.*

Chrysostomi.] *Nec egestas libamen impedit.* Chrysost. *Impiis nec egestas impedit peccata.*

(Succendunt ignem.)

Olympiodori.] *Variis in locis Scripturæ Sacræ ignis peccatum appellatur, idcircò ignis æterni causa sit peccantibus.* Olympiod. *Ignis nomine significatum peccatũ, quod & igne puniendum est æterno.*

(Vt faciant chauonas, &c)

Olympiodori.] *Peregrina sacrificia libant. Chauonas verò vocat condimenta quædam.* Olympiod. *Chauons quid*

Et mulieres eorum terunt similam.

Chrysostomi.] *Pecudum laborant inopiâ, impiè tamen agunt ex his quæ habent.* Chrysost. *Impij Deum offendunt per ea quæ habent.*

(Vt faciant chauonas.)

Theodoriti.] *Chauonas cupedias, placentasque quasdam ex nucibus pineis, & vuis passis, aliisque consimilibus confectas.* Theodorit. *Chauons quid.*

(Militiæ seu Reginæ cæli.)

Chrysostomi.] *Stellas hîc intelligit: militiã verò cæli quâ ratione dicit ostendens quòd in ipsis nulla est auctoritatis dignitas, sed alius est Rex. Quid ergo quando Reginæ cæli ait? hoc ex mente eorum profert, quorum illa erat locutio.* Chrisost. *Stellæ appellatæ Militia cæli, quia Regi Deo subiectæ sunt nil in se habentes auctoritatis.*

Vers. 19.]

Verʃ. 19.] Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Numquid me ad iracũdiam prouocant, dicit Dominus, nõne ſemetipſos in confuſionẽ vultus ſui?

O Miſeros,[a] & infœlices, fieri ne poteſt, vt eò progreſſi ſint peruerſitatis, vt me ſuis commouere intendant ſceleribus, eóque deuenerint inſipientiæ, vt commoueri me poſſe arbitrentur vel indignatione, vel mœrore, aut aliquo affici opprobrio? Nonne ſibimet B *iram theſaurizant in die iræ? nonne ſemetipſos affligunt? nonne ſibi ipſis opprobria congerunt? nonne in ipſorum confuſionem vniuerſa retorta eſt commotio, quam mihi moliebantur, vultu ipſo eorum & extrinſecus confuſionem ſignificante?*

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 *Deus imperturbabilis.*

NVMQVID *me ad iracundiam*, &c. Confirmat Deus quod mox dixerat, Idcirco Iudæos tanto ſtudio Idololatriæ operam dediſſe vt ipſi iniuriam inferrent, ad iracundiam eum prouocarent, affligerent, atque deſpicerent, eſt enim & hoc loco idem quod ſupra verbum כעס *changas*. Oſtenditque ſe humanis neutiquam moueri affectibus, illorum redarguens & ſtultitiam, & peruerſitatem. At dicet quis, Quomodo hæc negat Deus, cùm millies legamus ipſummet iſtiuſmodi aliàs ſibimet tribuere commotiones à peccatoribus illatas, vel ex hominum cauſatas peccatis. Quid ea ſibi volunt, quibus in Geneſi dicitur, [b] *Videns quòd multa malitia hominum eſſet in terra, tactus dolore cordis intrinſecus*, &c. Quid illud Hoſeæ, *Pereat* [c] D *Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum?* Peruulgata iſtorum obiectorum ea affertur ſolutio, vt hæc, & ſimilia de Deo dicantur per figuram in ſacris Literis frequentiſſimam quam Antropopathon appellant, humanos affectus Deo tribuentem, vt perſuaſi reddantur homines, quàm deteſtari debeant peccata, quorum tanta ſit acerbitas vt dicantur Deum, qui naturâ ſuâ impermutabilis eſt, iracundiâ, dolore, opprobrioque afficere, quantum ad acerbitatis ipſius grauitatem pertinet, quâ nulla vel excogitari poteſt vehementior.

Deus quomodo per peccata hominum commoueri dicatur affectibus.
b Gen. 6.5.
c Hoſe. 14.1.

2 Per hæc tamen quæ hîc dicuntur, additur, & altera eorumdem ratio, nempe prædictas affectuum perturbationes Deo tribui, quamquam in ipſum minimè cadant, quia tanta eſt hominum peruerſitas, vt & hæc enitantur ſceleribus ſuis intentione actuali, vel virtuali, quæ ſemper illis ineſt, cùm graue aliquod admittunt crimen.

Peccator non Deo, ſed ſibimet, dum peccat, conciliat iram & afflictionem, & opprobrium.

Peruerſiſſimam intentionem iſtam Iudæorum hoc loco retundens ipſemet Deus quàm in hoc deciperentur oſtendit, ſignificans, tantum abeſſe, vt per ea, quæ prauè ab illis fiunt, quidpiam ipſi inferant perturbationis, vt ſibimet ij potiùs & iram ſceleribus ipſis ſuis, & afflictionem cauſent & opprobrium, dicens, *(Nonne ſemetipſos,)* ſcil. ad iracundiam prouocant, iracundiæ nomine paſſiuè ſumpto pro impatienti dolore, de quo in Pſalmo 6. Dauid. [d] *Turbatus eſt*, inquit, *à furore oculus meus*, Et Eliphaz in lib. Iob, [e] *Stultum interficit iracũdia*, quâ videlicet impatienti mœrore aduersùs diuinam prouidentiam indignatur cùm calamitatibus premi ſinitur. Seu, iuxta alios He-

d Pſalm. 6.8.
e Iob. 5.2.

A braici verbi ſignificatus, *(Nonne ſemetipſos affligunt? Nonne ſemetipſos ſpernunt?* Vatablus. *(Nonne ſeipſos ad iram concitant?)* id eſt, iram ſibi conciliant iuxta illud Apoſtoli, [f] *Theſaurizas tibi irã in die iræ*, Vt locus iſte ei ſit planè conſonus, quem & mox retuli ex Hoſæa, vbi idemmet Dominus ait, [g] *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis*, id eſt pœna ſcelerum, *ipſius, ſuper eum veniet*, iuxta id Pſalmi, [h] *Conuertetur dolor eius in caput eius, & opprobriũ eius reſtituet ei Dominus ſuus.* Quod certè opprobrium hoc loco deſignat id quod vltimo adiicitur, *(In* B *confuſionem vultus ſui,)* peruulgatâ illâ Sacrarum Literarum phraſi, quâ & Dauid, [i] *Confuſio*, inquit, *faciei meæ cooperuit me*, quod in vultu manifeſtetur vniuſcuiuſque confuſio.

f Rom. 2.5.
g Hoſe. 12.
h Pſal. 7.17.
i Pſal. 43.16.

Eſt autem hoc loco ponderandum quod non dicitur, *(In confuſione*, ſed *in confuſionem vultus eorum:)* Quamuis enim & id verè dici potuerit, quia Iudæi in confuſione ſua, cumque ob inanis ſpei ſuæ fruſtrationem confunderentur, contra Deum à quo affligebantur, ingenti efferbuere furore: ita vt confuſio cauſa extiterit indignationis eorum, ad epitaſim tamen hîc dicitur, illorum iracundiam, quam ſibimet ij ſuſcitarunt, C quando Deum ad indignationem prouocare obnixi ſunt, eorumdemque afflictionem, & opprobrium in ipſoſmet retorta maximam eis cauſaſſe confuſionem, quòd animaduerterint, quàm contrariâ ratione euenerint, quæ contra Deum moliti fuerant.

In Peccatore confuſio eſt cauſa indignationis, & cauſatur itẽ ab indignatione.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem Verʃ. 20.

Verʃ. 20.] D Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus & indignatio mea cõflatur ſuper locum iſtũ, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

E *PORRO [k] vt hæc omnibus explorata ſint, idcirco hæc ait Dominus, furor meus, & indignatio, quâ Iudæi me obnixi ſunt irritare, illorum certè potiùs quàm mea eſt, quia tota in ipſorum redundat damnum: Ecce enim mox effunditur, & incenditur ſuper illos, & ſuper omnia, quæ eorum ſunt: ſiquidem percuſſâ terrâ hac, percutientur ſimul & quotquot illam incolunt & hominum, & iumentorum, nec non & arbores, & fruges eius. Et inſtar metalli furor meus per ſe minimè funderetur, niſi ipſi ignem apponerent prauorum operum ſuorum: Quòd ſi conflatur in vaſa iræ, exinde profectò eâ ratione conflatur, quia ipſi modulos ſe, ſuaque exhibent iſtiuſmodi vaſorum interitus, ſuper quos fundatur indigna-* F *tionis meæ æs. Vtinam ipſi potiùs non eſſent plumbum peſſimum, quod igne conſletur furoris mei ita ſuccenſo, vt extinguendus minimè ſit, ſuggerentibus illis iugiter fomentum malitiæ non ipſorum, quæ per hunc ignem neutiquam conſumptæ fuêre. Ego certè quaſi ignis conflans, vt purgem, & emundem: ſed fruſtra conflaui conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ; conflatur furor, & indignatio mea, conflans in loco iſto, & in medio Ieruſalem, & viros & iumenta, & arbores, & fruges, at ignis iſte meus ita ſuccenſus haud extinguetur,*

k Ideo hæc dicit Dominus Deus. Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur (ſeu funditur) ſuper locũ iſtũ, (ſeu ad locũ iſtum) ſuper viros & ſuper iumẽta & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ: & ſuccendetur, & nõ extinguetur.

gnetur, quia non deficient ipsorum malitiæ, in quas ille agat.

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 QVoniam Deo *hæc dicit Dominus*, &c. Explicat tandẽ Dominus quã ratione vnamet ira ad quã Iudæi ipsum prouocare contenderunt, & ipsius simul extiterit, & illorum, quod attigerat in verſ. præcedenti, *(furor,* inquit, *meus & indignatio mea,)* quã ſcilicet ij me epixi ſunt irritare, illorum certè ira eſt paſſiuè ſumpta, quia tota in eorum redundat damnum, Ecce enim mox, effunditur, & incenditur ſuper Iudæos ipſos, ac ſuper omnia quæ ipſorum ſunt, quæque ad ipſos pertinent, percuſſâ enim terrâ hac, percutientur ſimul, & quotquot illam incolunt, hominum, ac iumentorum, nec non & arbores, atque fruges eius. Habet autem peculiarem vim quod hic à noſtro Interprete adhibitum eſt verbum *(conflatur,)* quod & de liquefactione dicitur metallorum, quæ alioquin duriora ſunt, ſine ignis opera, ita vt fluere nequeant: Vnde & ex Hebræis R. Dauid exponit, *Conflator*, id eſt, Velociter, & cum impetu currit more metallorum conflatorum. Quæ dum fluunt ſuſtinere terribiliſſimum eſt. Et de conflatione, ſeu fabrefactione vaſorum ex metallo item aliquo, quæ & propterea conflatilia nuncupantur. Quis verò eſt, qui neſciat quàm alienum à Dei natura ſit, vt per indignationem in hominum damna decurrat, & fluat? quem Prophetã[a] teſte longanimem eſſe conſtat, & multùm miſericordem, dicente Iſaiâ, eo ipſo tempore quo illum aliquando præter naturam defluere contigerit, alienum ab ipſo fieri opus, [b] *Sicut in monte diuiſionum*, inquit, *ſtabit Dominus, ſicut in Valle, quæ eſt in Gabaon iraſcetur* (irã videlicet ſuam fluere ſinens) *vt faciat opus ſuum, alienum opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinum opus eius ab eo*, Legimuſque nihilominus, eidem à Vate Regio dictum: Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi, ex tunc ira tua.

Ira Dei quomodo conflari dicatur.

Ab ira exercitio quàm aliena ſit Dei natura.

a Pſal. 102. 8.

b Iſai. 28. 21.

2 Et planè exploratum eſt, à conflatore vas non fieri conflatile, niſi modulo exhibito, & archetypo vaſis eiuſdem, ſuper quem æs fundat liquefactum, & fluens. Vnde bene Apoſtolus eos, ſuper quos ira Dei fundenda eſſet [c] *vaſa* appellauit *iræ apta in interitum*, efficaciúſque in Græco textu κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, *aptata in interitum*, & *perditionem*, id eſt ita fabrefacta, non ab alio, quàm ab ipſiſmet hominibus, vt ſuper ipſos Dei fundatur ira, perdens, ac interficiens. Ad quæ alluſio fieri & hoc loco videtur, tum per verbũ conflandi, tum per locutionis modum, quo dicitur, *Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ*: vt iſtis vniuerſis vnus conſtituatur vaſis iræ modulus, ſuper quem ad flammas diuinæ indignationis fundatur, atque conflétur Dei furor, vnus inquam conſtituatur vaſis iræ modulus, quia in iis omnibus per peccata Iudaicus populus Deum ad iracundiam prouocauit, & æquum eſt,[d] vt per quæ quis peccat, per hæc puniatur.

Ira Dei vas non cõflatur, niſi peccator modulũ Deo exhibeat, ſuper quem æs fundatur diuini furoris.

c Rom 9. 22.

d Sap. 11. 17.

3 Cæterùm per extremam huius verſus 20. partem, quâ dicitur, *(Et ſuccendetur, & non extinguetur,)* tertio quoque ſenſu idem conflandi verbũ hoc loco, magiſque propriè deſumendum ſignificatur, vt denotat metallorum purgationem, quæ per ignem fieri conſueuit, quomodo in præ-

Deus cũ furoris ſui ignẽ effũdit ſuper ali quem in hac vita purgationem intendit, & e-

A cedenti capite ſexto dictum vidimus, [e] *fruſtra conflauit conflator, malitiæ eorum,* ſcil. Iudæorum, *non ſunt conſumptæ*: Vt intelligamus, in eo quod dicitur. *(Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum ſuper viros, &c.)* deſignari, furorem, ac indignationem Domini illum eſſe ignem, de quo apud Malachiam legimus, [f] *Ipſe quaſi ignis conflans*, Quantùm ex parte Dei eſt, ignẽ iræ ſuæ ad hoc ſuccendit, vt conflet, & purget, neque enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.

mendationẽ.

e Iere. 6. 29.

f Malac. 3. 2.

4 B Bene autem de igne iſto hîc adiicitur, *(Et ſuccendetur, & non extinguetur,)* vt nouerimus, non tam à Deo id prouenisse, vt ille ſuccenſus non ſit extinguendus, quàm à ſceleſto populo, cuius malitiæ per purgantem ignem conſumi nequiuere,[g] *fruſtra*, dixit ſuperiùs, *percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt*.[h] Et *fruſtra conflauit conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ*, perſiſtentibus Iudæorum malitiis quaſi iugi ignis fomento, haud mirum, ſi quis ſuccendetur ad conflandum, dicatur minimè extinguendus. Sed vniuerſa abſumpturus quæ eorumdem eſſent Iudæorum, ſuccendentibus iugiter hunc iræ Dei C ignem omnia abſumentem non tam Deo, quàm ipſiſmet Iudæorum operibus, quæ ignis fomenta exiſtunt, prout clariùs eoſdem alloquens explicat Iſaias, dicens,[i] *Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrumque ſimul: & non erit qui extinguat.*

Ira Dei ignis dicitur non extinguẽdus quãdo à peccatore ſuccẽſus iugi prauorum operũ, & malitiæ fouetur pabulo.

g Iere. 2. 30.

h Iere. 6. 29.

i Iſai 1. 31.

5 In textu Hebraico pro Vulgatæ verbo, *(Conflatur)* eſt participium נתכת *nitthecheth* à verbo נתך *natach*, fundere, effundere, ſtillare. Vnde aliqui hîc vertunt, *(Ecce furor meus, & indignatio mea ſtillauit.)* In quorum explicationem Hugo Cardinalis, illud affert Iob 26.[k] *Cum vix D paruam ſtillam ſermonum eius ſuſtinuerimus, tonitruũ magnitudinis eius, quis poterit ſuſtinere?* Meliùs Sept. vertêre, *Ecce, &c. funditur ſuper locum iſtum*, &c. Sicut & Pagninus, & Regia, vt ſit alluſio ad fuſionem vaſis conflatilis, prout ſupra explicauimus. Quam alluſionem clariorem reddidit Vatablus, vertens, *(Ecce furor meus, & æſtus meus conflatus eſt*, vel *liquefactus eſt vt plumbum*, &c.) Quamquam cùm poſtmodum ſubiiciatur, *Et ardebit, & non extinguetur*, aptiùs diceremus, iram Dei non tam plumbo, aliiue metallo, quod funditur, & liquefit comparari, quàm igni ardenti, E quo metalla ipſa funduntur, & liquefiunt, vt fuſio eidem iræ tribuatur, ſicut & igni per hypallagen, quia fundi, & liquefieri faciat. Quomodo id quod apud Nahum dicitur,[l] *Ira eius*, ſcil. Dei *effuſa eſt ſicut ignis*, intelligendum indicat Paraphraſis Chaldaica, legens, *Ira eius ſicut ignis liquefaciens*, quem ſenſum & R. Dauid in libro Radicum proſecutus eſt, dicens, id eſt ſicut res quæ funditur à facie ignis, Et in Commentariis ſuper eumdem locum, ignis non funditur, ſed metallum. Metallum autẽ, quod ab igne furoris Domini fundendum eſſet, fuiſſe Iudæos, & quæ- F cumque ad illos ſpectarent, manifeſtè conteſtatus eſt Deus ipſe apud Ezechielem, dicens,[m] *Eo quòd verſi eſtis omnes in ſcoriam, propterea, ecce ego congregabo vos in medio Ieruſalem: congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, & ſuccendam in ea ignem ad conflandum, (ſeu ad fundendum) ſic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam: & conflabo, (ſeu & fundam) vos, & congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei, & conflabimini (ſeu fundemini) in medio eius.* Quid clarius? Et vt noueris, hæc quæ apud

Ira Dei ſtillat parumper in hoc ſæculo.

Hug. Card.

k Iob. 26. 14.

Ira Dei funditur vt metallũ ad factũram vaſorum.

Ira Dei comparata igni ardenti, quo funduntur, & liquefiunt metalla.

l Nahum 1. 6.

Iudæi & impij quique metalla fundenda ab igne iræ Dei.

m Ezech. 22. 19.

apud Ezechielem dicta fuere à Domino, optimum eſſe commentum iſtorum, quæ hîc apud Ieremiam ab eodem Domino dicuntur, Scias, in textu Hebraico non eſſe, *Super locum iſtum*, prout in ſequentibus, *Super homines, & ſuper animalia, & ſuper arbores agri, & ſuper fructum terræ.* Sed legi אל־המקום הזה *el amakom hazeh*, quod tametſi alij vertant. *In locum iſtum*, alij, *Contra locum iſtum*: verti nihilominus rectè poteſt, *Ad locum iſtum*, ſeu, *In loco iſto*: vt ſignificetur, Iudæorum fuſionem ab igne furoris Dei faciendam in ipſa eorum terra, & vt apud Ezechielem dicitur, in medio Ieruſalem.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Numquid me ad iracundiam, &c.

Verſ. 20.] Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Ἵνα παροργίσωσί με. μὴ ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζωσι λέγει κύριος; οὐχὶ ἑαυτοὺς, ὅπως καταισχυνθῇ τὰ πρόσωπα αὐτῶν;

20. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ὀργὴ, καὶ θυμός μου χεῖται ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πᾶν ξύλον τοῦ ἀγροῦ αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰ γεννήματα τῆς γῆς, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐ σβεσθήσεται.

Verſ. 19.] Vt me ad iracundiam prouocent. Numquid me ipſi ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne ſemetipſos, vt confundantur facies eorum?

Verſ. 20.] Ideo hæc dicit Dominus. Ecce ira, & furor meus funditur ſuper locum iſtum, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omne lignum agri eorum, & ſuper genimina terræ: & accendetur, & non extinguetur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid ipſi putant quòd irritent me, dicit Dominus? nonne in malum ſibimet, vt confundantur in operibus ſuis?* Verſ. 20. *Propterea ſic dicit Dominus, Ecce furor meus, & indignatio mea reſidet ſuper locum iſtum, ſuper homines, & ſuper iumenta, ſuper arbores agri, & ſuper fructus terræ, & exterminabit ea, & non erit eis miſeratio.*

In explicationem eorum, quæ ait Dominus in verſ. 19. *Numquid me ad iracundiam*, &c. faciunt quæ ait Ioannes Chryſoſtomus in principio homiliæ in Pſalmum ſextum his verbis, 1 *Ira & furor quomodo in Deo percipi debeant.* Chryſoſt.

B *Quando furorem, & iram Dei audieris nihil humanum ſuſpiceris, Sunt enim verba, quibus ſe accommodat, & ad captum noſtrum demittit. Ita autem loquitur, vt in craſſiorum cadat intelligentiam. Nam nos quoque quando loquimur cum barbaris, illorũ linguã vtimur, & ſi cum puero loquimur, vnà cum eo balbutimus, & vt millies docti ſumus, ad humilitatem illius nos mittimus. Et quid mirum ſi hoc in verbis facimus, quando id etiam in rebus fit à nobis, Vt qui & manus mordeamus, & iram ſimulemus, vt infantem corrigamus. Ita etiam Deus volens repræhendere, talibus iracundiæ verbis vtitur. Non enim pro*

C *ſua dignitate loqui ſtudet in furore arguens, ſed pro auditorum vtilitate. Nam ſe noſſe iræ obnoxium alicubi rurſus oſtendens dicebat. Numquid me ad iram prouocant, non autem ſe ipſos?*

Verſ. 20. Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c. 2

Hieronymus. *Qui ſupra dixerat. (Numquid me ad iracundiam prouocant?) quomodo nunc dicit, (Ecce furor meus, & indignatio mea ſtillauit ſuper locum iſtum?) Et eſt ſenſus. Ego quidem naturaliter non iraſcor: ſed illi ita agunt, vt me ad iracundiam prouocent, & meam videar mutare naturam. Sentiant igitur iratum, quod quantùm in ſe eſt, facere conan-* Hieronym. *Iram Dei quomodo prouocare dicantur peccatores.*

D *tur. Pulchréque non ait, effuſus eſt furor meus ſuper locum iſtum, ſed ſtillauit, vt moderatam pœnam ſignificet. Si autem in ſtilla furoris tanta duritia eſt, quid fiet, ſi omnis imber fuerit effuſus? Sed & conflata indignatio ſic intelligi poteſt, vt quod diu facere noluit, peccatorum multitudine facere compellatur. Cùm autem Dominus iratus fuerit, & homines, & ea quæ hominum ſunt, ſimilem interitum ſuſtinebunt, (Et ſuccendetur,) inquit, haud dubium quin furor Domini: & non extinguetur, quia non agit populus per quæ poſſit extingui.* *Ira Dei in hac vita ſtillatur, non effunditur.*

Theodoritus. *Declarat*, inquit, *ſpeciem confuſionis, de qua mox dixerat, vt facies eorum confun-* Theodorit.

E *dantur, & aſſerit futuram, non hominum duntaxat internecionem, ſed & iumentorum, & plantarum perditionem, ac deſertam in terram.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

MH ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζουσι, λέγει κύριος. οὐχὶ ἑαυτούς;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐγὼ πάσχω δεινόν τι; ναὶ || τοῦτό φησιν, ἵνα ἑαυτοὺς καταισχύνω. || ὁ γὰρ ὑβρίζων ἐστὶν ὁ παθών. καὶ ὅταν μηδὲν ὁ ὑβριζόμενος πάσχῃ δεινὸν, ἀποστήσεται τῆς ὕβρεως. ὡς οὐδὲν πλέον || περαινῶν.

|| ἴσ. ἀλλ' αὐτοὶ θέασιν. || ἴσ. καταισχύνωσι. || ἴσ. περαίνων.

[Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος.]

Τοῦ αὐτοῦ πανταχοῦ τὸ, λέγει κύριος. ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον. ἵνα μὴ πάλιν τὸ ἀόργητον εἰς ῥαθυμίαν αὐτοὺς ἐμβάλῃ.

[Ἰδοὺ

F Verſ. 19. N*Vmquid me ipſi ad iracundiã prouocant, &c. Nõne ſemetipſos? &c.)* 3

Chryſoſtomi.] *Num ego aliquid perpetior mali? ipſi, ait, vt ſe ipſos probro afficiant: qui enim contumelias refert, is ſibi damnum creat; & cùm is cui fit contumelia, nihil patitur, Abſtinebit ipſe ab iniuria, tamquam nihil proficiens.* Chryſoſt. *Iniurias alteri inferens ſibi magis quã illi obeſt.*

Verſ. 20. *Ideo hæc dicit Dominus*, &c. 4

Eiuſdem.] *Vbique illud, Dicit Dominus, vt verbis fidem faciat. Ne lenitas, & clementia rurſus deſidiam illis iniiciat.* Chryſoſt. *Dicit Dominus: cur toties repetant Prophetæ.*

Ecce

prætermisisse rationem, quâ paternæ erga illos benignitatis, & sollicitudinis partes expleret, frequentibusque in primis à malo ipsos deterrère studuisse sanctorum Prophetarum monitis, ac minis, quibus tamen omnibus surdas ij præbuère aures. Quin & internas eis exhibuisse per semetipsum inspirationes, opportunasque & congruas vocationes; nec iis vllatenus ab illis responsum, (*Et vocaui*, inquit, *vos, & non respondistis.*) Nullo videlicet emendationis signo mihi satisfecistis. *Propterea faciam domui*, &c.

A

Verf. 14. Paraphrasis Literæ.

B

b *Faciã domui huic, in qua inuocatũ est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciã, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo.*

IDCIRCO[b] *pari quoque ratione me habebo cum templo isto vestro, quod domum meam elegi, vt in ipsa & colerer, & meum inuocaretur nomen, & in quo vos tantum confidere profitemini: agamque cum loco quem vobis, ac patribus vestris iam à multis annorum sæculis dedi, sicut egi cum Silo loco illo adeo insigni, ac Sancto.*

Verf. 14. Expositio Literæ.

3 FACIAM *domui*, &c. Concludit quod cæperat argumentum à simili estque comminatio ista maximè efficax, qualis & illa, quæ est in fine capitis secundi, quando idem populus de nimia arguebatur confidentia in Ægypto & dicebatur, *Et*[c] *ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.*

c Iere. 2. 37.

C

Verf. 15. Paraphrasis Literæ.

d *Et proiiciã vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.*

ABVSI[d] *estis bonitate meâ, quâ vobis tamquam dilectis filiis dedi, vt & in loco à me electo, & in domo mea staretis coram me, vbi & oculi mei in vestram singulari ratione coniecti erant curam, & aures meæ intentæ ad vestram erant orationem. Destructâ domo meâ, repulsoque loco isto meo, Summa cum indignatione repellam pariter & vos, eiiciamque à facie mea, ne ampliùs speciali meâ potiamini prouidentiâ. Sicut & vestros repuli fratres, & totum à facie mea eieci Israeliticum decem tribuum Regnum, quod ab Ephrathæo Rege Ieroboam initium cæpit.*

D

Verf. 15. Expositio Literæ.

4 *Proiectio à facie Dei est extremũ malorum omniũ.*

ET *proiiciam vos à facie mea*, &c. Proiicere à facie aliquem, est vehementer indignantis, & ne videre quidem sustinentis. Et proiectio à facie Dei, vt malorum omnium extremum in Scripturis poni solet. Quod & in lib. 4. Regum apertè significatum notant Doctores, vbi dicitur, [e] *Irascebatur Dominus contra Israel, & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua*, nam vox illa, *donec* quasi extremum malum esse proiici à facie Domini significat, destitui nimirum speciali diuinâ eius prouidentiâ, paternaque curâ. Aptè autem hoc loco post prædicta (*faciam domui huic*, &c.) ista subiiciuntur. (*Et proiiciam vos à facie mea,*) æque enim est ac si dicatur, Abusi meâ estis domo, facie ad faciem in ea mihi obsistentes. Ideo destructâ domo, repellam vos ita vt ante faciem meam iam non liceat vt stetis.

e 4. Reg. 14. 20.

E

5 (*Sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.*) Quemadmodum futuram Ierosolymitani templi reiectionem, exemplo similis præteritæ repulsionis tabernaculi Silo probauit, quod à principio collocatum fuerat in loco Tribus Ephraim: Ita & certò futuram Iudaici populi proiectionem à facie sua, exẽplo item eius, quæ iam Israelitico contigerat populo, & decem tribubus, probat Dominus, de captiuitate intelligens omnium decem tribuum, quæ mox facta fuerat per Assyrios. Appellat autem decem tribus illas, *Semen Ephraim*, vt subindicet præcipuam istiusmodi proiectionis decem tribuum rationem, eam extitisse, quòd ab eis verus defecit Dei cultus, reiecto tabernaculo, quod priùs apud se habebant in Silo tribus Ephraim. Quamquam & aliàs frequenter in Scriptura eodem Ephraim nomine eæ designatæ reperiantur. Idque vel quia tribus Ephraim reliquarum earum numerosior, fortiorque esset, vt colligitur ex iis Iacob verbis, [f] *filius accrescens Ioseph, filius accrescens.* Et de Ephraim in particulari, [g] *Semen illius crescet in gentes:* atque ex illis Psalmi 59.[h] *Ephraim fortitudo capitis mei*: tum quia primus decem tribuum Rex Ieroboam Ephrathæus extitit, tum potiùs quia earumdem regia, & metropolis Samaria in tribu pariter Ephraim sita erat.

Ephraim appellatione designatæ decẽ tribus Israel.

f Genes. 49. 22.
g Genes. 48. 19.
h Psal. 59. 9.

Verf. 13.] Et nunc quia fecistis, &c.

Verf. 14.] Faciam domui, &c.

Verf. 15.] Et proiiciam vos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA sensus morales.

6 INGENS quidem diuinæ benignitatis argumentum ex eo colligitur Euangelicæ parabolæ, quo de Deo sub parabola patris familiâs & conductionis operariorum in vineam suam dicitur, [i] *Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Quamuis enim & illorum commendanda sit sollicitudo, qui de mane consurrexerint, vt venienti Domino obuios se exhiberent in operarios, dicentes cum Regio Vate, [k] *Manè adstabo tibi, & videbo*, si scilicet tu compareas, vt me tibi exhibeam, *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Neque id iniqui ferre potes iuris, vt mea non respicias vota, meæque non respondeas sollicitudini. Misericordiæ nihilominus, & bonitatis eximiæ id totum est, quod Deus de mane exeat vt tales in vineam suam conducat operarios, adeo vt & propterea dicere cum eodem debeamus Propheta,[l] *Repleti sumus manè misericordiâ tuâ, exultauimus & delectati sumus.* Ecquis enim eam explicet Dei misericordiam, quâ de mane consurgens in vineam nos conduxit suam, vt in illa operantes exultaremus, & oblectaremur, vt primo contigit parenti nostro, quando ab eodem Deo, vt legitur in lib.[m] Genesis, positus fuit in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum?

Vocans eum qui sollicitus, ac vigilans sit, misericordiâ illi exhibet Deus & benignitatẽ.

i Matt. 20. 1.

K Psal. 5. 4.

l Psalm. 89. 14.

m Gen. 2. 15.

7 At tanto isti diuinæ benignitatis argumento, maximæ fiunt accessiones, per ea quæ in eadem Euangelica parabola adiiciũtur. Egressum nempe esse eumdem patrem familiâs & circa horam tertiam, & circa horas sextam, & nonam, atque etiam circa vndecimam, repertosque in foro stantes ociosos conduxisse pariter in vineæ suæ operarios. Quòd enim primis illis non tamen sine gratia vigilantibus suam Deus exhibuerit bonitatem, aliquid in eis suppositum videtur meriti de congruo, cùm aliàs idemmet Dominus id adiecerit promissi, [n] *Qui manè vigilan*

In eo qui vigilans sit pro salute propria aliquid esse videtur meriti de cõgruo ad Dei vocationẽ tametsi nullũ re verâ in eo sit meritum.

n Prou. 8. 17.

gilauerint ad me inuenient me. Quamquam reuera A nullum ſit meritum ex parte illorum, cùm vigilantiam ipſam ex diuina habeant gratia. At in eo quòd ocioſis totamque diem in ocio peragẽtibus obuium pariter egreſſus idem ſit illoſque in ſuam conduxerit vineam, maioris certè præſtitum fuit diuinæ benignitatis ſpecimẽ Quamquam & in iis tametſi ocioſè degentibus aliquid quoque conſpicere ſit, quod cuiuſpiam meriti vel aliquam habere viſum ſit ſpeciem, promptitudinem nimirum ex diuina etiam gratia, & paratam voluntatem ad bene agendum, quam verbum indicat ſtandi, quo dicuntur, [a] B *Stantes in foro ocioſi*, Et, [b] *Quid hic ſtatis totâ die ocioſi?* Eorumdemque confirmat reſponſio, *Quia nemo nos conduxit.*

Vocans illos qui prompti ſint, & parati ad bene agendum miſericordiam illis exhibet Deus.

a Matth. 20. 3.
b Matth. 20. 6. & 7.

8 Verùm id quod ſupra modum diuinam item patefacit benignitatem, illud eſt, quòd idemmet Dominus hîc apud Ieremiam teſtatur, ſe de mane conſurgere, omnique ſtudio, ac diligentiâ obniti, vt eorum procuret ſalutem, à quibus quotidie per praua offenditur opera, [c] *Ecce enim non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael:* Audi ipſum, (*Et nunc quia feciſti omnia opera hæc,*) ſcil. furari, occidere, adulterare, &c. (*Et locutus* C *ſum ad vos manè conſurgens, & loquens.*) Duo autem ſunt in verbis iſtis perpendenda, primum, quàm prædictæ Dei bonitati reſpondeat quod dicitur (*de mane conſurgens,*) neque enim patitur, vt ab ipſorum impiorum ſuperetur peruerſitate, propter quam & de mane conſurgunt, vt multiplicent mala, iuxta illud Iob, [d] *Manè primo conſurgit homicida, interfecit egenum, & pauperem.* Et in Iſaia legimus, [e] *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuemini.*

Miſericordia Dei maxima in eo apparet quòd omni ſtudio eorum is procurat ſalutẽ, à quibus quotidie offenditur.

c Pſal. 120. 4.

Bonitas Dei non permittit ſe ſuperari à peruerſitate hominum.

d Iob. 24. 14.
e Iſai. 5. 11.

9 Cæterùm & id in tanta Domini ſollicitudine D eſt quod ſecundo loco perpendatur, Conſurgens quippe de mane locutum ſe ait, iterum locutum, tertióque & vocando pariter locutum, (*Et locutus ſum de mane conſurgens, & loquens, & vocaui vos.*) Innumera quidem ſunt, quæ impij aduerſùs Deum, & aduerſùs proximum praua perpetrant opera, ea tamen omnia è duabus peſſimis prodeunt radicibus: ex eo quòd impij ipſi ſurdi ſunt ad diuina mandata, & ex eo quòd iidem ſunt muti ad diuinis reſpondendum inſpirationibus. Idcirco quò iſtas ſuccidat radices, in eo omnem ſuam adhibet ſollicitudinem, vt & E primò, & ſecundò, & tertiò ſecurim eis apponat locutionis arguentis, increpantis, & obſecrantis, [f] *Bene omnia fecit* de Redemptore noſtro dixerunt in Euangelio turbæ, *& ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Tunc quippe diuinæ ſollicitudini in peccatorum ſalutem manè conſurgentis Domini bene, optiméque ſuccedunt vniuerſa, cùm per ipſam fit, vt & ſurdi audiant, & muti loquantur. Sed nihilominus tanta Dei & bonitas, & ſollicitudo ab humana plerunque vincitur malitia, per quam fit, vt nec multotiès repetitæ, multiplices audiantur diuinæ voces, nec F diuinis reſpõdeatur vocationibus. Vnde in omne barathrum deuenitur malorũ, (*Et non audiſtis,* inquit, *& non reſpondiſtis, faciam domui huic,* &c. *Et proiiciam vos à facie mea,* &c.

Peccatorum omnium duæ radices in homine, non audire diuina mandata, & non reſpondere diuinis vocationibus.

f Marc. 9. 37.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Et nunc quia feciſtis, &c.

Verſus 14.] Faciam domui huic, &c.

Verſ. 15.] Et proiiciam vos, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Καὶ νῦν ἀνθ' ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠκούσατέ μου, καὶ ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀπεκρίθητε.

14. Τοίνυν κἀγὼ ποιήσω τῷ οἴκῳ, ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ, ἐφ' ᾧ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῷ τόπῳ ᾧ ἔδωκα ὑμῖν, καὶ τοῖς πατράσιν ὑμῶν, καθὼς ἐποίησα τῇ Σηλώ.

15. Καὶ ἀποῤῥίψω ὑμᾶς ἀπὸ προσώπου μου, καθὼς ἀπέῤῥιψα τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.

Verſ. 13.] Et nunc pro eo, quòd feciſtis omnia opera hæc, & locutus ſum ad vos, & non audiſtis me, & vocaui vos, & non reſpondiſtis.

Verſ. 14.] Igitur & ego faciam domui, in qua inuocatum eſt nomẽ meum in ea, in qua vos confidiſtis in ea, & loco, quem dedi vobis, & patribus veſtris ſicut feci Silo.

Verſ. 15.] Proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci fratres veſtros, omne ſemen Ephræm.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et nunc pro eo quòd feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus, & miſi ad vos manè conſurgens, & loquens, & non obediſtis, & prophetauerunt vobis, & non eſtis conuerſi.* Verſ. 14. *Et faciam domui ſuper qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos confiditis, & loco quem dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo.* Verſ. 15. *Et tranſmigrare vos faciam de terra domus maieſtatis meæ, ſicut tranſmigrare feci omnes fratres veſtros, omne ſemen Iſrael.*

Verſ. 13. 14. & 15. *Et nunc quia feciſtis omnia* E 1 *opera hæc,* &c. Hieronymus. *Hoc quod poſuimus. (Manè conſurgens eſt loquens) in Sept. non habetur. Manè autem conſurgit Deus, non quòd aliquod ei tempus abſque diluculo ſit: ſed quòd poſt noctis quietem viribus corporis inſtauratis anima hominis vegetior ſit: & nequaquam voluptatibus occupata, vbique deſiderio, audire, & facere valeat quæ dicuntur. Vnde & illud in Pſalmo legimus,* [a] *Manè exaudies vocem meam: manè adſtabo tibi, & videbo. Et in Iſaia,* [b] *De nocte, ſiue diluculo conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Vnde* F [c] *& filios lucis Paulus glorioſus Apoſtolus appellat: & non noctis, neque tenebrarum, nec dormientes, ſicut & cæteri dormiunt qui Dei mandata non ſentiunt. Quia igitur Deus vocauit eos de nocte conſurgens, vt & eos de tenebris liberaret, comminatur eis, ſimilia ſe eſſe facturum templo in Ieroſolymis, quæ fecit loco Silo, vbi primum fuit tabernacalum: vt peccata ſimilia pari ſententiâ feriantur. Et quomodo proiecit Dominus ſemen Ephraim, id eſt, decem tribus, quæ vocabantur Iſrael, & habebant principes propter Ieroboam filium Nubath de tribu Ephraim (quæ eadem* appella

Hieron.
Matutinum tẽpus aptius ad bona, diſciplinaſque capeſſendas.

a Pſal. 5. 4.
b Iſai. 26. 9. Secund. Sept.
c Epheſ. 5. 6.

appellabatur tribus Ioseph); sic etiam Ierusalem, & tribum Iudæ cum Beniamin se abiecturum esse testatur. Abiecit igitur Silo, abiecturus & templum, abiecit decem tribus, abiecturus & duas, Quicquid illi populo dicitur, intelligamus & de nobis, si similia fecerimus.

2 Ambrosius. *Synagogam Iudæorũ succensam non readificandã neque Iudæos ipsos vindicandos.*

Ambrosius lib. 5. Epistolarum epistolâ 29. paulò ante medium, totum hunc Imperatori Theodosio affert locum, vt probet, Non reficiendam Iudæorum Synagogam, à Christianis Destructam, quia illam Deus repulisset. *Non est,* inquit, *causa tantæ commotioni idonea, vt propter ædificij combustionem in populum tam seuerè vindicetur, multò autem minus, quia Synagoga incensa est perfidiæ locus, impietatis domus, amentiæ receptaculum, quod Deus damnauit ipse. Sic enim legimus per os Ieremiæ, dicente Domino Deo nostro: (Et faciam domui vbi inuocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo: & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros, omne semen Ephrem. Et tu noli orare pro populo isto, & noli postulare illis misericordiam, & neque accesseris ad me pro illis, quia non exaudiam te.) An non vides quid isti faciant in ciuitatibus Iudæ?* Deus se pro illis prohibet rogari, quos tu vindicandos putas.

Theodorit. *Vita bene magis quàm locis sanctis fidendum.*

Theodoritus. *Suadet Dominus ne fidant templo, sed vitæ legitimæ, quamobrem subiicit quòd & domus Dei eadem patietur, & ipsi pœnas fratrum suorum luent. (Proiiciam enim vos ait, à facie mea, sicut proieci fratres vestros, omne semen filiorum Israel.)*

D. Thom. *Sollicitudo Dei in nostri vtilitatem. Matutinum tempus congruum ad cõtemplandũ.*

D. Thomas. *Allatum exemplum adaptat ad propositum assumens similẽ culpam, (& nunc, &c.) (manè consurgẽs.) Ad modũ hominis solliciti, qui summo manè surgit ad explenda opera sua: vel quia tẽpus illud congruum est ad contemplandum, & suscipiendum verba sapientiæ, pro corpore iã quietatur, Et concludit similẽ pœnam quãtùm ad destructionẽ loci (faciã domui, &c.) & quantùm ad captiuationẽ populi. Proiiciã vos, &c.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ νῦν ἀνθ᾽ ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴν λέγει τὴν κακίαν. οὔτε κατ᾽ αὐτὸν τὸν ἐν Σηλὼμ τόπον, οὔτε τὸ διδάσκειν αὐτοὺς ὠφελῆσαί τι, φησιν. ὅρα γὰρ αὐτοὺς μετὰ πόσης σπουδῆς ἀπήγαγε τῆς κακίας.

|| ἴσ. οὔτε γὰρ τὰ κατὰ τὸν... *(margin)*

[Πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ Βασιλικὴ φυλὴ ἄρχουσα τῶν δώδεκα φυλῶν.

3

Vers. 13. *Et nunc pro eo quòd fecistis omnia opera hæc, &c.)*

Chrysost. *Iudæorum obstinata iniquitas.*

Chrysostomi.] *Multam ait iniquitatem: Nec enim exemplum loci Silo, nec doctrina sæpius inculcata aliquid eis emolumenti præstabũt. Nam vide quãto illos conatu à peccatis reuocarit.*

Vers. 15. (*Omne semen Ephraim.*)

Oylmpiod.

Olympiodori.] *Regia Tribus duodecim tribuum princeps.*

Vers. 16.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Tu ergo noli orare pro populo hoc.*

Tu[a] itaque Ieremia qui totus esse soles in effundendis precibus pro populo isto; Et hoc exploratũ habe, illum esse omnino à resipiscentia alienum: Ne ergo vt patronus illum defendens, eiusque causam apud me agens pro illo orationem coram me habeas; haud enim æquum est, vt tu qui sanctus es, iniustam tuearis causam, è qua honorem minimè sis delaturus: [b] *Ne tempus conteras in progenitorum eius præconio exaggerando, vel etiam in me laudando, quod id in primis in mea habeam natura, vt misericors, benignusque sim: Ne pro illis Psalmos magno coram me proclames affectu.* [c] *Ne tandem velut importunus aduocatus accedas ad me; vt saltem ob importunitatem quid pro eis obtineas: vel vt benignissima mater mihi occurras illius quidem patri, sed indignato, & cum indignatione ipsum flagellare parato: velut præfortis dux prælio mihi obsistas orationis, quò facilè me noscis superari solitum. Omnino enim tibi significo, haudquaquam me tuas exauditurum preces.*

b *Nec assumas pro eis laudem & orationem.*

c *Et non obsistas mihi, (seu, Non accedas ad me, aut Non occurras mihi)*

d *Quia non exaudiam te.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card. *Sanctorũ virorum quantam rationem habeat Deus.*

Tu ergo noli orare, &c. Hugo Cardinalis asserit hæc à Domino Ieremiæ, *dicta ex magna liberalitate: vt si quis volens omninò aliquid facere, quia videt sic expedire nec alio modo fieri posse, dicat amicis, Nolite me orare pro his, vt aliter faciam, quia nullo modo facerem, & ideo dico vobis, quia nolo vos confundere vi repellendo. Sic,* inquit, *Propheta ait, ne videatur illum despicere, & offendere, quod non exaudiatur orans pro populo.* Cæterũ illatiua quæ hîc est particula, (*Ergo*) ita hæc referenda ad superiora significat, vt quid ex iis necessariò consequens. Qui enim & in Deum prauo Idolorum cultu, & in templum nimiâ deliquerunt fiduciâ cum irreuerentia; qui surdas diuinis monitis præbuerunt aures, nec benignissimè ipsos ad pœnitentiam vocanti responderũt Domino, adeoque & templo priuandi erant, & à diuina facie proiiciendi, vt impœnitentes; indigni pariter haberi debuêre, pro quibus preces ad Deum funderentur; atque vnà cum ablatione templi, & sanctorum quoque destituendi erãt precibus, quod vnum superesse poterat boni, vt veritas eius pateret comminationis, quá in præcedenti, vers. 15. extremo malorum omnium à facie Domini proiiciendi dicebantur, *Pulchrè,* ait Isidorus Clarius in suis Scholiis, *humanos affectus induit, vt populum magis deterreat, dum monet Prophetam ne precetur pro populo, cùm tamen id optaret Deus, vt is resipisceret.* Porrò cùm exploratissimum haberet illos ab huiuscemodi resipiscentia penitus alienos desperatamque eorum intelligeret pœnitentiam, æquum profectò fuit, vt de hac illorum impœnitentia, de qua in 1. Ioannis Epistola dicitur, [e] *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis,* & sanctum certiorem redderet Ieremiam, qui alioqui totus in effundendis pro populo illo precibus esset, iuxta illud lib. Machab.[f] *Hic est qui multùm orat pro populo, & pro*

Sacris abutẽtes indigni sunt pro quibus preces ad Deum fundantur.

Obstinati & impœnitentes indigni sunt, pro quibus viri sancti Deum deprecentur.

e 1. Ioan. 5. 16.

f 2. Macch 15.14.

& pro vniuersa ciuitate Ierusalem.

In cuius sensus confirmationẽ faciũt & singula quæ in tota hac sententia adhibita sunt verba. Quod enim primò dicitur, (*Tu noli orare pro populo hoc,*) in Hebr. textu sic habetur, & tu אל תתפלל *al thithpallel*, i. *ne vt patronus populũ istum defendens, eiusque causam corã me agens, pro illo orationem ad me habeas*, illius deferens causam, Cũ scil. haud æquũ sit, vt iniustã tu qui sanctus es, tuearis causam, è qua honorẽ, bonumque haud referas exitũ. Verbum enim פלל *palal*, forense est propriè, & cũ in reliquis cõiugationibus significet iudicare, iudicisque munus explere, quomodo 1. lib. Regum sic dicitur,[a] *Si peccauerit vir in virũ* ופללו *vphillelo*, id est, *iudicabit illũ Deus*, vel iudex, cõsideratis nimirũ causæ merito, & circunstantiis iudicium pro illo proferet, in quẽ peccatũ admissum est: Chald. *Si peccauerit vir in virum, nonne adducent coram Iudice, & audiet verba illorũ, & diuidet inter illos*, id est, dirimet litem, quæ est inter illos: In cõiugatione tamen, quã apud Hebræos reciprocè verba vsurpãtur. Id orare significat, ita vt qui orare sic dicitur, patronum se exhibere designetur, qui bene perpensis causæ circunstantiis, & examinato, quẽ habere exitũ potest suum patrociniũ, tunc demũ seu vt actor, seu vt defensor orationẽ omni quo potest & affectu, & eloquentiã, ad principem habet, aut ad Iudicẽ: Prout in secunda parte præcitatæ ex lib. Regũ sententiæ in hunc significatum vsurpatum videre est, cùm ibi sic subiicitur. *Et si in Dominum peccauerit vir*, quis, יתפלל־לו *ithpallel lo*, id est, *quis pro illo patronum se exhibebit*, quis orationẽ pro illo habebit? *quis orabit pro illo?* vt noster vertit interpres, id est, Quis talem ad ei patrocinandum suscipiet causam, cuius eæ sunt circunstantiæ, vt si iuridicè agendum sit, nulla compareat ratio, quã defendi ea queat?

a 1. Reg. 2. 25.

3 (*Nec assumas pro eis laudẽ.*) Quia duæ sũt in primis rationes, quibus vel etiam in causa difficillima, & quæ desperata propemodum sit, sapiẽs vti potest orator, vt iudicis conciliet animũ offensique Principis deliniat indignationem; si videlicet laudes in mediũ proferat, vel eius cui patrocinatur, vel eius apud quem causam dicit, rationes istas ne suscipiat in Iudaici populi defensionem Ieremiæ prohibet Deus, cùm iuxta Hugonẽ Cardinal. tantũdum sit, ac si dicat, Ne mihi proponas eorum, aut patrum ipsorum bona, credens quòd propter hæc possis me flectere: Neque me laudando videlicet, quòd id proprium habeã, vt miserear semper; & parcam, meã pro iis captare studeas beneuolentiam. In versione Sept. secunda potissimùm prohiberi videtur ratio, quæ & validior est, & frequenti vsu à sanctis quibuscumque viris comprobata. Sic enim legitur, καὶ μὴ ἀξίου τ ἐλεηθῆναι αὐτούς. (*Et ne roges vt miserear illorum.*) In textu autem Hebraico iuxta eam interpretationem, quæ in Bibliis est Regiis, (*Et ne assumas pro eis præconium*) primam dicas prohiberi rationem, quæ & potentissima apud eum esse solet, qui de eorum præconio digni extiterint sic gaudet commemoratione, vt ex illis gloriosam sibi concinnet appellationem, sæpius repetens, ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum tuorum,[b] Quorum denique & præconio detineri quadam quasi violentiã, ne quod proposuerat executioni mandaret decretum de delendo Israelitico populo Moysi significauit, imò & vinci ac superari; quando, dicente Moyse, *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum*, qui mox dixerat, *Dimitte me vt irascatur furor*

Orandi efficaciter pro aliquibus duæ rationes, si laudes proponantur vel Dei, vel illorum pro quibus oratur.

Commemoratio Sanctorũ parentũ quãti apud Deũ valeat cùm oratur pro eorum filiis.

b Exod. 32.

A *meus contra eos, & deleam eos*: ad sanctorum Patrum præconium illico iisdem placatum sese exhibuit, dicente Scripturã, *Placatusque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum.*

4 Cæterùm cùm non solùm dicatur, (*Ne assumas pro eis laudem,*) sed & addatur, (*Et orationem,*) per hoc adiectum explicari videtur quid & laudis nomine hoc loco intelligere debeamus, nempe orationem eam, quã vehementi affectu Deus in Psalmis laudatur & in hymnis, de cuius orationis vi Psaltes ipse Dauid dicebat, [c] *Laudans*

B *inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.* Vnde bene Isidorus Clarius in Scholiis, (*Ne assumas laudem, id est Psalmum,*) inquit, quo sensu in fine Psalmi 71. legimus, [d] *Defecerunt laudes Dauid filij Iesse*, id est, Psalmi. Vt in prima quidem parte. (*Noli orare pro populo hoc,*) Ieremiæ prohibeat Deus, ne pro Iudaico populo patrocinium apud ipsum sumat, orationemque habeat à semet compositam; in hac verò secunda parte & id quoque ei vetet, ne pro illis recitatione oret Psalmorum, quæ & efficacissima certe est, quando magno fiat affectu, quem affectum hoc loco

C Hebraica significat lectio, iuxta Vatabli versionem, (*Ne attollas pro illis clamorem,*) Nomen quippe quod hîc est רנה *rinnah* propriè quemlibet significat clamorem, & hoc loco vsurpatur ad significandum laudem, ac Psalmum affectu, internoque clamore ad Deum eleuatum.

Laudum vocabulo significata oratio, quæ magno affectu fit in Psalmis, & hymnis.

c Psal. 17. 4.

d Psa. 71. 20.

Psalmorũ & hymnorũ recitatio est oratio efficacissima, quãdo ea magno fiat affectu.

5 (*Et non obsistas mihi,*) Hebræa iuxta vim propriam verbi פגע *pagang* (*Et non occurras mihi, seu in me.*) Sept. (*Et ne accedas ad me pro eis.*) Quibus tribus lectionibus tres attinguntur metaphoræ, quibus vnum, idemque indefessum, & perseuerãs orationis exprimitur studium: Lectione enim

D Sept. fieri videtur allusio ad diligentissimum illũ causarum patronum, qui cùm rei cuiuspiam patrocinium susceperit, per libellos supplices, perque scripta vulgò informationes, seu allegantias, apud principẽ agere incipit: cùmque hac ratione nil assequi animaduertat, orationem ad eumdem in foro habere contendit, in qua affectu quo potest maximo declamans, nullum præterire satagit argumẽtum, nullam & rationem, quã illum quoquo modo flectere queat. Quòd si nec propterea quicquam se profecisse intellexerit, vehemẽtiori adhuc studio accessum ad ipsum habere obniti-

E tur intra cubiculum, vbi vel propter importunitatem, id tandem ab eo obtinet, quod pro cliente suo frustra iam in variis tentarat rationibus. (*Tu ergo noli orare pro populo hoc,*) En primum Ieremiæ in patrocinando Iudaico populo studium. (*Nec assumas pro eis laudem, seu clamorem, & orationem.*) En diligentiam secundam (*Et non accedas ad me pro eis.*) En studium tertium.

Orantes Deũ pro aliis debẽt se habere instar diligentissimi apud magnum Regẽ causidici.

6 Iuxta Hebraicam lectionem, (*Et ne occurras mihi,*) allusionem fieri crediderim ad matrẽ, suum tenerrimè amantem filium, cui tamen ob admissum aliquod facinus valde succensum eius nouit

F patrẽ, ad eiusdemque matris perseuerantiam, quã puerum ab imminẽte eruere studet indignati patris flagellatione, vtpote quæ primò virum adit, orat, pro delinquente filio, eius tueri satagens factum, omnibus hæc in oratione vtens argumẽtis, quæ à vehementi sibi suggerantur affectu. Cúmque adhuc indignatum, & in proposito persistẽtem illum conspiciat, ad Deum sese conuertit, quẽ Psalmis, fusisque deprecatur precibus, vt viri sui tollat indignationẽ, nec eiulatui parcẽs neq; clamorib. Sed & nihilominus patrẽ vibrãte virgã ad

Orantes pro peccatoribus sancti se habent instar benignissimæ matris defendentis filium suum apud illius patrem, qui eũ castigare velit.

ad castigandum filium tendentem dum cernit, depropmta magno illi occurrit animo, omniq; quã nouit, & potest arte eum continere obnititur.

Filios Dei contumaces, atque rebelles, quos supra filios reuertetes, seu auertentes appellatos vidimus Iudæos, Deũ patrẽ suũ ad indignationẽ prouocasse sceleribus, ita vt acriter propterea castigãdi essent, fat ex præcedentibus cõstat, sanctũ Prophetam Ieremiam materno illos prosecutum amore, ita vt cũ Apostolo dicere quiuerit,[a] *Filioli mei quos iterũ parturio*, iuges pro illorũ cõuersione labores, ac dolores sustinẽs partus, nemo iure dubitat, qui indefessum eius in toto hoc opere prædicationis perpenderit studiũ: Eundem autẽ pro imminentibus Iudaico populo flagellis materno viscerum dolore cruciatũ, ea indicãt illius verba, quibus superiùs dixit,[b] *Ventrẽ meum, ventrẽ meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij, Cõtritio super contritionẽ vocata est.* Instar matris & se apud cælestẽ patrem pro iisdem Iudæis exhibuit interpellantem eamdemque adhibuit in interpellando perseuerantiam, orat quippe, illos suã tueri satagẽs oratione, *(Tu ergo ne oraueris pro populo hoc.)* Addit Dei laudes, & Psalmos, maximo eos inclamans affectu, *(Nec assumas pro eis laudem, & orationem:)* Sed & properanti ad Iudæorum deuastationem, omni quã potest occurrit sollicitudine, *(Et non occurras mihi.)*

a Gal. 4.19.
b Iere. 4.19.

7 Iuxta lectionẽ denique nostræ Vulg. *(Et nõ obsistas mihi)* ad eũ alluditur qui vt optimi defensoris omnes intuẽdo aliquãdo expleat partes, supplex primò apud Principẽ agit contra reũ indignatũ, tum eloquentẽ magno cum affectu apud eumdẽ habet orationẽ, quã vel collatis in eũ benignitatis & miserationis laudibus ipsum ad indulgẽtiã flectat: sed & inflexibili, si opus sit, aperto obsistit Marte, venientique ad rei, quem ipse tuetur, vindictã sese opponit, instar præfortis ducis præliũ cum illo iniens, quo ab inferenda vltione eũ impediat. Et quidem duo priora studia pro Iudaici populi defensione à Ieremia adhibita testatus est Deus in duabus præcedentibus istius sententiæ partibus, *(Tu ergo ne oraueris, &c.* Et, *Nec assumas pro eis laudem, & orationem,)* præstitum autem & tertium, qui eum dimicãtem sæpius expertus est, affirmat in tertia hac parte, *(Et non obsistas mihi.)*

Orantes pro peccatoribus sancti aliquãdo se habent apud Deum instar sapientissimi, & fortissimi defensoris.

Rationẽ si quæras istius Ieremiæ prælij, & resistẽtiæ aduersùs Deum, eã profectò esse noueris, quã & sancti quoque alij armis dimicare consueuerunt perseuerãtis & affectuosę orationis, Quomodo & à Christo Iesu faciẽdum prædixit Isaias vbi pro eo quod in Vulg. legimus, *Et*[c] *pro transgressoribus rogabit*, iuxta propriam vim Hebr. quod ibi est verbi יַפְגִּיעַ *iaphghiang*, vertendum, *Et pro trãsgressoribus obuiam audacter processit*, obstititque Deo patri, ne tunc illos prout merebãtur, deleret, quãdo pro illis videlicet, ac dicens,[d] *Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt*,[e] *exauditus est*, (vt ait Apostolus) *pro sua reuerentia.* Quomodo & Sũmũ Pontificẽ Aaron Deo obstitisse asserit auctor lib. Sapientiæ, dicens,[f] *Properans homo deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ, ministerij nimirum sui in oratione scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati.* Quomodo denique à Sancto Moyse præstitum Regius testatur Vates cùm ait,[g] *Et dixit*, scilicet Deus, *vt disperderet eos*, Iudæos, *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos*, id est, Nisi Moyses fortiter præliãs, eique obsistens stetisset ex opposito rupti muri ad eũ depellendum, ne per ipsam muri cõfractionẽ in eũ irrueret populum, quẽ ipse tãto tuebatur studio.

Oratione dimicant cum Deo Sancti plerũque pro peccatoribus.

c Isai. 53.12.
d Luc. 23. 34.
e Hebr. 5.7.
f Sap. 18.21.
g Psal. 105. 23.

8 *(Quia non exaudia te,)* Generaliter hãc sententiã accipientes hæretici, quasi per illam vetet Deus, Sanctos orare pro nobis, Sanctorũ improbãt intercessionẽ, Cùm è vestigio sexcẽtis è Sac. Script. locis aliis apertè pateat, istiusmodi intercessionẽ in eximiũ beneficiũ Ecclesiæ præstitũ, maximarumque viriũ eamdẽ esse apud Deum, qui & illã instituit, & cũ aliquando deesse cõtingat, ægerrimè id fert. Sic in lib. Genes.[h] legimus, illum Regi dixisse Abimelech, *Nũc ergo redde viro suo*, s. Abrahæ *vxorẽ, quia Propheta est, & orabit pro te, & viues.* Sic ad amicos S. Iob idẽ ait Dominus, *Ite*[i] *ad seruũ meum Iob, & offerte holocaustũ pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciẽ eius suscipiã, vt non vobis imputetur stultitia.* Peruulgatũ est & quod apud Ezechielem in hunc sensum dixit,[k] *Quæsiui inter eos virũ, qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eã, & non inueni.* Et quasi is propterea vicem nostram doluerit, qui nostri est amantissimus, ait de illo Isaias, *Et*[l] *vidit quia non est vir*, qualem scil. peroptaret, qualẽ & tãtã quæsiuit diligentiã: *Et aporiatus est*, animo propemodum anceps & quasi hærens quid facto opus esset, quia non est qui occurrat, quique precibus pro populo fusis obuius sibi fiat ad vindictam properãti, qui ipsi prælio obsistat orationis. *Et vidit, & malum apparuit in oculis eius.* Malũ certè, quo vix aliud populo cuilibet euenire potest peius, prout ex eodẽ colligere est Isaiæ, vbi de extrema populi sui miseria cum Deo conquerens ait,[m] *Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.*

Sanctorũ intercessionem improbãt hæretici ex hoc Ieremiæ loco. Quam tamẽ maximè Deo acceptam ex multis cõstat Sacræ Scripturæ sententiis.

h Gen. 20.7.
i Iob. 42.8.
k Ezech. 22. 30.
l Isai. 59.16.

Intercessione Sanctorũ destitui est malum pessimũ.

m Isai. 63 8.

Haud igitur hæreticorũ more quod hoc loco Ieremiæ orare pro populo suo prohibet Deus, sibique occurrere, atque obsistere interdicit, generaliter accipiendũ est, sed speciali id factum ratione extremũ hoc significat malũ, quod ab eodẽ Domino subiectum illi fuit, *(Quia non exaudiam te.)* Audi Prophetã alium hãc explicantẽ rationẽ. *Ecce*[n] *non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Nec ex parte Dei, nec ex parte Sancti Prophetæ id erat, vt illius exaudiendæ nõ essent preces; at ex parte eius, pro quo illæ effundebantur, ex parte Iudaici populi obfirmato animo in sceleribus perseuerantis.

Sanctorũ intercessionem aliquando nõ exaudiri à Deo est ex parte illorũ, pro quibus ꝗ intercedunt.

n Isa. 59.1.

9 *Vnus*[o] *orans, & vnus maledicens cuius precẽ exaudiet Deus?* ait lib. Eccles. auctor. Clamor iniquitatum, quæ actu à populo illo aduersùs Deum admittebatur, diuinas replerat aures, haud fieri certè poterat, vt eodem tẽpore preces eæ exaudirẽtur, quæ pro illo fundebantur. Quis Christo sanctior? & nihilominus solæ eius exauditæ sũt preces, cùm pro illis eas effudit, quos cælestis Pater in malo minimè obstinatos intellexit, quod tam Pater ipse ei apud Isaiam significauit, cùm diceret, *In*[p] *tempore placito*, seu *acceptabili* (vt nomen id explicauit Apostolus)[q] *exaudiui te.* Quam Patri idemmet filius in Psalmo 68. contestatus est, dicens. *Ego*[r] *verò orationem meam ad te Domine, tẽpus beneplaciti Deus.* Ac si diceret meam ad te pro corpore meo mystico fudi orationẽ, eãq; opportuno fudi tempore, quando bene te noui affectũ erga illos pro quibus orabã. Deniq; & hoc quoque loco Dominus Ieremiæ præallatam confirmat

o Eccles. 34. 29.

Christi preces solæ exauditæ à Patre fuẽre, quas fudit pro iis, quos Pater norat haud futuros obstinatos in malo.

p Isai. 49 8.
q 2. Cor 6.2.
r Psa. 68.14.

Ciuium scelera sunt plerumque in causa, vt ciuitates intercessione Sanctorum priuet Deus.

mat rationem, cur illi prohiberet, ne pro populo suo oraret, quòd exaudiendus minimè foret, maledicente eodem tẽpore, & obstinatto animo mittente populo ipso cælum versùs Clamorem scelerum suorum, subiiciens in sequentibus. Nonne vides, &c.

Vers. 16.]Tu ergo noli orare, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10 *Orationibus aliorũ cooperari & nos debemus, vt eis fructiferæ nobis sint.*

EX ratione quam istius prohibitionis Dominus affert, subiiciens, (*Quia non exaudiã te*,) colligere potes Morale, Haud ita confidendum in aliorum quantumcumque Sanctorum orationibus, vt arbitremur, illos ob ipsorum sanctitatem sic exaudiendos, vt propterea nihil sit nobis cooperandum. Apertè enim ideo Prophetæ sancto protestatur Deus, ne vel ipse orationibus suis istiusmodi fauere videretur errori. Videntesque Iudæi sanctissimo viro prohibitum, ne pro eis oraret, non exaudiẽdus, confugerent ipsimet ad orandum pro se in animo contrito, & humiliato, iuxta id quod infra à nostro Ieremia dictum videbimus.[a] *Si fortè cadat oratio eorum*, scil. Iudæorum *in conspectu Domini*, id est, si humiles, & prostrati coram Domino orent, vel si accepta sit coram Domino humilis eorum oratio: *& reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniam magnus furor, & indignatio est, quam locutus est Dominus aduersus populum hunc.* Istorum exẽplum habemus in Euangelio,[b] quãdo orãtibus Apostolis pro muliere Chananæa, eiusque filia, Non exaudiuit illos Iesus, imò eorũ repellens preces, respondit, *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Idque ipsâ audiẽte Chananeâ, vt eius humillima postmodùm oratio caderet in conspectu suo, quam & exaudiret.

a Ierem. 36. 7.

b Matth. 15. 23.

11 *Oratio assumi potest, & propter ipsũmet orantem, & propter alios.* S. Thom.

(*Nec assumas pro eis laudem, & orationem.*) Notãdum, quòd non simpliciter dicitur, (*Nec assumas laudem, & orationem:*) quamuis ita dici potuisset, cùm subintelligi quiuisset quod mox dictũ fuerat (*pro populo hoc:*) sed notanter & hìc adiicitur, (*pro eis.*) Potest enim assumi Dei laus in orationis ore duplicem ob causam, vt colligitur ex doctrina S. Tho. 2. 2. q. 91. art. 1. in corpore, & propter ipsum qui illam assumit, cuius affectus excitatur in Deũ ex laude ipsius, iuxta illud Psal.[b] *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quò ostendam illi salutare Dei*: perque huiusmodi affectũ retrahitur ab his quæ sunt contra Deum, iuxta illud Isaiæ,[c] *Laude meâ infrænabo te, ne intereas*: Et propter alios, vt videlicet istiusmodi Dei laudes audientes ad illius inducãtur reuerentiã, eorumque in illum prouocetur affectus, iuxta illud Psal.[d] *Semper laus eius in ore meo, Audiant mansueti, & lætentur*; *Magnificate Dominum mecũ, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Tacitã igitur per hæc Dominus Prophetæ, & eorum qui pro obstinatis peccatoribus orãt, reiicit responsionẽ; cùm enim, vt visum est, ad hoc prohibitum illi fuerit, ne pro scelestis oraret, vt sineret illos orare pro semetipsis; Quia respondere is potuisset, imò ob idipsum sibi in tali perseuerãdum oratione, assumendamque laudem, vt eorũ affectus prouocetur ad orandum pro semetipsis. Tanta inquit Deus eorum est peruersitas, vt hac ratione nil profecturus sis, nam neque te orantem audientes ad id excitabuntur, quin potiùs te deludent.

b Psa. 49. 23.

c Isai. 48. 9.

d Psal. 33. 2.

12 (*Et non obsistas mihi.*) Legimus in Psalm.[e] *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* itemque apud Nahũ Prophetã,[f] *Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius?* Quomodo igitur Deus hæc ad Ieremiã habet. (*No obsistas mihi?*) Inter illa quæ humanâ arte excogitata, & facta sunt terribilia, nil certè est terribilius, quam tormẽta illa bellica, quæ vulgo bõbardæ appellatur, quorum vehementissimis ictibus durissima quęque quatiuntur, confringuntur, ac destruuntur, ita vt vix reperire sit, quod eorũ obsistat impulsibus, non duriora marmora, non æs, aut ferrum, quæ durissima sunt visibilium omnium. Nihilominus illis, quibus duriora quæque obsistere nequeũt, experientiã cõprobatum est, oppositione rerum quæ molliores sunt, lanæ videlicet, bombacis, & similiũ facilè obsisti. Tale quid euenire mihi videtur inter Deũ, ac homines. Sicut. n. nil Deo indignato est terribilius, ita nil obstinato durius est peccatoris corde. Vnde haud mirũ, si in istiusmodi homines vehementiores succẽsa Dei ira faciat ictus, ita vt iure dici debuerit. *Quis resistet in ira furoris eius?* Vna dũtaxat est ratio, quã diuinis hisce ictibus, vel etiam à peccatoribus quibuscumque obsisti potest, si molliora illis opponantur, humillimæ nimirum orationis verba, quæ ex contrito, & humiliato corde proueniant, dicente Salomone,[g] *Lingua mollis confringit duritiam*, id est mollis, lenis, humilisque oratio durissimæ cuiq; obsistit iræ, prout apertiùs alibi idem dicebat Sapiens,[h] *Responsio mollis frangit iram.*

e Psal. 75. 8.

Ira Dei vna resistere apta est humilis oratio, sicut bombardarũ ictibus per ea potissimum obsisti solet quæ molliora sunt.

f Nahum. 1. 6.

Simile.

g Prou. 25. 15.

h Prou. 15. 1.

13 Cuius rei veritatẽ ex eo patet Euangelij, vbi parabolicè primum proponitur terribillima Dei ira succensa, eiusdemque fragor, & bõbus,[i] *Cùm capisset rationẽ ponere cũ seruis suis oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta: Cùm autẽ non haberet vnde redderet, iussit eum venundari, & vxorem, & filios, & omnia quæ habebat & reddi.* En succẽsæ iræ fragorẽ, Audi oppositam orationem mollẽ, *Procidens autem seruus ille orabat eum, dicens, Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi.* Audi & quomodo eidem iræ obstitit. *Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Istius rationis vnicæ resistendi iræ Dei apprimè gnarum sanctus se ostendit Iob, cùm diceret,[k] *Deus cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant Orbem*, id est à cuius iræ deiiciuntur quæcũque inuicto sunt robore, cuius ictibus superbissimi quique deprimũtur, iuxta Versionem Vatabl. *Deprimuntur adiutores superbiæ. Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei*, contendere videlicet, duritiéque verborum meorũ illi obsistere volens, *Et loquar verbis meis cum eo? Qui etiã si habuero quippiã iustum, non respondebo.* i. Tametsi iustus mihi videar, adeóque, & qui iure aliquo illi obsistere queam, *Non respondebo, sed meũ iudicem deprecabor.* i. haud aliã ratione id efficiã, quàm molli linguâ, molliq; respõsione, quã ira eius frangatur, molli inquã, & humillimâ oratione, quã & ita animo sim demisso, vt profitear, illam eo ipso tempore, quo iræ Dei obsistens ab illo exauditur, propter eiusdem Dei misericordiam, non propter vlla mea exaudiri merita; vnde subdit, *Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.*

i Matth. 18. 24.

K Iob. 9. 13.

14 Cæterùm ex hac S. Iob sententia iũcta cum ratione, quam affert Dominus Prophetæ itẽ Sancto Ieremiæ, cur ei prohibeat, ne ipsi hoc pacto obsistat, (*Quia non exaudiã te*,) colligere est solutionẽ difficultatis moralis: Quî fieri possit, vt Sãctocuiquam oratio pro aliis adhuc in hac vita degentibus prohibeatur, cùm huiuscemodi oratio ex maxima prodeat charitate erga Deum, & proximum,

Orationes Sanctorũ pro aliis quomodo exaudiantur, cũ tamẽ certum sit illas sæpe nõ exaudiri ad deprecantiũ votũ.

mum, dicente Chrysostomo relato à S. Thoma 2. 2. quæst. 83. art. 7. in corpore. *Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur: adeóque dulcior ante Deum oratio non quã necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis cõmendat.* Moralis autẽ solutio hæc est: Quia etsi sancti exaudiuntur, non tamen (vt eodẽ articulo docet S. Tho.) exauditur semper orãtis vox, quãdo pro aliis petit, quibus Deus firmo decreto pœnam parauit aliquam. Inuocantem quippe exaudit ad meritum charitatis, quà mouetur fidelis quisque ad orandum pro aliis: Sed eorum plerumque vox non exauditur, cùm non exaudiuntur ad votum. Sed quid? Ieremiæ dicitur, (*Noli orare pro populo hoc, & ne obsistas mihi,*) Cessandum ne propterea & nobis, vt non oremus pro aliis? Imò in assumpto istiusmodi orationis studio, & nobis pariter persistendum, sicut perstitit & Sanctus Ieremias, cui & propterea iterum hæc à Domino inferiùs replicata videbimus. Persistendum inquam, tametsi crediderimus non exaudiendas preces nostras ad votum, prout & à semet faciendum sanctis significauit Iob, quando in præcitato loco, postquam dixit, [a] *Sed iudicem meum deprecabor, & cùm inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam,* addit rationẽ, *In* [b] *turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa.*

Orationes pro aliis haud dimittendæ, etsi viderimus illas nõ exaudiri ad nostrum votum.

a Iob. 9. 16.

b Iob. 9. 17.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] Tu ergo noli orare, &c.

SEPTVAGINTA.

16. καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξιοῦ τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς, καὶ μὴ εὔχου, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.

Vers. 16.] Et tu noli orare pro populo isto, neque postules, vt miserear illorum: & ne ores, & ne accedas ad me pro his: quia non exaudiam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem nec ores pro populo hoc, nec depreceris pro eis in deprecatione, & in oratione, neque roges coram me, quia non est voluntas coram me ad suscipiendam orationem tuam.*

1 Hieronym. *Orationibus Sanctorum quantum deferat Deus.* *Orationes Sanctorũ ira Dei resistere possunt.*

Vers. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c.* Hieronymus. *Ne videatur rogans Propheta non impetrare quod postulat, præcipit Deus, ne pro populo peccatore, & nullam agente pœnitentia deprecetur. Quod autem dicit, (Et non resistas mihi) illud ostendit, quod sanctorum preces Dei iræ possint resistere. Vnde & Dominus loquitur ad Moysem,* [a] *Dimitte me, vt percutiam populum istum, Et faciam te in gentem magnam: Et in Psalmis legitur,* [b] *Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio, & reputatum est ei ad iustitiam.* [c] *Aaron quoque arrepto thuribulo, inter ignem arsurũque populum medius stetit, & Dei ira cessauit, Ac ne putemus crudelitatem Dei, qui ne rogari quidem se permittat, reddit causas, cur non exaudiat dicens, (Nonne vides quid isti faciunt? &c.)*

a Exod. 32. 10.

b Psal. 105. 30.

c Num. 16. 46.

Idem Hieronymus, lib. 2. contra Iouinianum aliquantò post dimidium, *Sunt* ait, *peccata leuia, sunt grauia. Aliud est decẽ millia talenta debere: aliud quadrantem: & de ocioso quidem verbo, & de adulterio rei tenebimur: Sed non est idem suffundi, & torqueri, erubescere & longo tempore cruciari. Audi Apostolum Ioannem.* [d] *Qui scit fratrem suum peccare peccatũ non ad mortem, petat, & dabit ei vitam, peccanti non ad mortem: qui verò peccauerit ad mortẽ, quis orabit pro eo: Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam, si pro maioribus, difficilis impetratio sit, & inter peccata, & peccata magnam esse distantiam. Vnde & de populo Israel, quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Ieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.*

Peccata alia leuia, alia grauiora.

A

d Ioan. 5. 16. *Orãs pro peccantibus leuiter facilius exauditur, quã qui orat pro peccantibus grauiter. Pro peccantibus ad mortẽ oratio difficillimè exauditur.*

B Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 2. *Etsi bonus naturâ Deus, tamen & iustus. Ex causa enim sicut sanare nouit, ita & cædere, faciens pacem, sed & condẽs mala, pœnitentiam malens, Sed & Ieremiæ mãdans, ne pro populo peccatore deprecetur. Et tu, inquit, ne adoraueris pro populo isto, & ne postulaueris misericordiã consequi eos: Et ne accesseris pro his ad me, quoniã non exaudiam. Malè autem ex hoc, atque ex aliis Ieremiæ locis infert Tertullianus, Deum aliquando non parcere flentibus, veréque pœnitentibus.*

2 Tertullian. *Deus bonus quidem, sed & iustus est.*

Ioann. Chrysostom. hom. in Psal. 7. tom. 1. *Est aliud, inquit, quod non facit exaudiri, quãdo in peccatis perseuerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus Ieremiæ. (Ne depreceare pro hoc populo. An non vides quid hi faciunt?) Ab impietate non defecerunt, & tu offers pro eis preces? Sed te non exaudiam.*

C

Ioan. Chrysostomus. *Orationes nõ exaudiuntur quãdo in peccatis perseueratur.*

Fusiùs autem idem Chrysost. eodẽ tom. 1. homil. 44. in Genesim hunc locum pertractãs, *Quãdo ait, quod in nobis est simul afferimus, & accedit intercessio Sanctorum, plurimum nobis confert. Quòd si ipsi negligẽtes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest; non quòd infirmi sint iusti, sed quia propter nostrã desidiã nos ipsos perdimus. Et vt discas, quòd quando negligẽtes sumus, etiam si iusti pro nobis orant, etiam si Prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi enim suã virtutẽ & per hoc demonstrat, nobis autẽ nulla erit vtilitas propter mores nostros. Audi Deum omniũ ad eũ qui de vtero matris sanctificatus est, Ieremiam Prophetam dicentem, (Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiã te.) Vide Domini misericordiã, prædicit Prophetæ, vt ne cùm post orationẽ non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis: & ideo iam prædicit ei populi malitiã, & prohibet ne precetur, vt & ipse scire queat immodicã Iudæorũ peruersitatẽ, & illi sciant, quod nihil eis prodest Propheta, nisi & ipsi quæ sua sũt proferre velint, (Nõ vides quid ipsi faciũt? &c.)*

Orationes Sanctorũ tunc nobis proficua quãdo & nos illis cooperamur.

D

Sanctorũ pro nobis intercessio parum proficua, si nos negligentes fuerimus vt cooperemur illi.

E Denique idem Chrysost. hom. 1. in epist. 1. ad Thessal. *Etiamsi Paulo, inquit, similis esses, opus tamẽ haberes aliorum precationibus. Non extollas te ipsum, humiliẽris, si nos ipsi in virtutis studio seduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis. Audi quid Paulus dicat,* [d] *Noui quod hoc mihi cedet ad salutem per vestram precationem, ac subministrationẽ Spiritus Iesu Christi. Et iterum,* [e] *Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis, vt ex multis personis pro dono in nos collato per multos gratia agãtur pro nobis. Et tu dicis quid opus est mihi aliorum precibus? Si verò desides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Quid profuit Ieremias Iudæis? An non tertiò Deum pro illis interpellauit, & vicissim tertiò audiuit: (Neque oraueris, neque obsecraueris pro populo isto, non enim exaudiã te?) Quid Saulẽ iuuit Samuel? An nõ ad extremum vsque diẽ lugebat illum, non tantùm obiter precabatur? Quid profuit Israelitis? Non dicebat,* [f] *Mihi verò absit ita delinquere, vt cessẽ pro vobis orare? Nõ omnes perierũt? Si preces tantũ aliorũ poterũt, vt nos quamquã desides, & ociosi in regnũ inducant, quare non omnes Gentiles Christiani fiunt? An nõ pro vniuerso mũdo oramus? Nõ & Paulus hoc fecit? nõ oramus vt omnes conuertantur?*

Chrysost. *Orationibus aliorum indigemus omnes.*

d Philip. 1. 19.

e 2. Cor. 1. 11.

F

Orationes Sanctorũ non profunt negligentibus salutẽ propriã.

f 1. Reg. 12. 23.

Qui

Quî fit quòd mali non redduntur boni? Quòd nihil de suo afferunt.

4 Cyril. Alex.

Cyrillus Alexandrinus, in cap. 22. Isaiæ, ita totum hunc citat locum. (*Et tu noli orare pro populo isto, & noli rogare pro illis precationem, quia non exaudiam. An non vides quid tui faciant in ciuitatibus Iuda, & in viis Ierusalem? filij eorum colligunt ligna,* &c. *vt parent hordeaceos panes militiæ cæli.*

Procopius.

In idemque caput 22. Isaiæ Procopius Gazæus sic ipsamet refert, *Et tunc ores pro populo isto, quoniam non exaudiam. Qualia enim ea sunt, quæ ipsorum filij faciunt? Ligna colligunt, & patres ignem accendunt. Vxores etiam ipsæ farinam subigunt, quâ placentas cælesti militiæ conficiant.*

A

S.Paschasius.

Paschasius Ratbertus lib. 3. in Lament. Ieremiæ. (*Ne assumas,* inquit, *laudem & orationem pro eis.*) *Quia profectò clamor operum ascenderat contra eos, ne Propheta exaudiretur rogans pro eis.*

Maximus. *Orationes Sanctorû pro peccatoribus à Deo cur sæpe minimè exaudiantur.*

Maximus Confessor Oeconomicorum Centuriâ. 3. cap. 82. tom. 5. Bibl. Vet. Patrum. *Rursùm Ieremias maximâ compassione ductus pro populo Iudæorum insaniente circa Dæmoniorum errorem, non exauditur orans: quoniam ad vim precationis augendam non habebat Iudæorum Deo carentium conuersionem ab errore: Vnde reuocans illum Deus à luctu inutili ait.* (*Tu ne oraueris pro populo isto, & ne roges vt illorum miserear. Ne precare, neve accedas ad me pro illis vltra, quia non exaudiam.*)

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τοῦτο λέγει, οὐχ ἵνα ἀποστῇ προσευχόμενος, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους φοβήσῃ. ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ πρὸς Μωυσῆν. ἄφες με. ἵνα αὐτὸν μὴ ἀφῇ. οὕτω καὶ πρὸς τοῦτον μὴ προσεύχου. ἵνα ἀκούσαντες ἐκεῖνοι καταπλαγῶσι, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ τὰς ἐλπίδας ἔχωσιν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐβούλετο, οὐκ ἂν καὶ τὰς αἰτίας ἐπίθει, μόνον οὐχὶ ἀπολογούμενος αὐτοῖς.

B

Vers. 16. *Et tu noli orare pro populo isto,* &c.) Chrysostomi.] *Hoc ait, non vt orare desineret, sed vt illos terreret. Sicut enim ad Moysem dicebat, Sine* [a] *me, vt ille non sineret, sic & ad hunc, ne ores, vt hoc illi audientes stuperent, nec in aliis spes suas fundarent. Nisi enim hoc vellet, non & causas adderet, tantùm non facti sui defensionem suscipiens.* 5

Chrysost. *Orare pro aliquibus prohibet Deus vt illos excitet terreret.*

a Exod. 32. 10.

Vers. 17.] Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?

Vers. 18.] Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem, & vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalē?*

AN [a] *non vides quid ij in singulis ciuitatibus Iuda, quid & palàm in medio platearum Ierusalem perpetrant, vbi est sanctuarium meũ, in quo tantùm se habere profitentur fiduciam?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

NONNE *vides,* &c. Quî fieri, inquit potest, vt te exaudiam orantem, vt populum istum tuum illæsum ab hostili impetu, & ab omni malo incolumem in terra hac seruem, quam dedi patribus eius, cùm & ciuitates Iuda singulæ plenæ sint sceleribus eius, & publicè in ciuitate ipsa Ierusalem vbi meum est sanctuarium, pessima quæque patrare non desistat? Nonne tuismet ea vides oculis, quæ ab vnoquoque eorum impudentissimè fiunt, summâ contentione & absque vllo metu?

Vers. 18. PARAPHRASIS LITERÆ.

b *Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignẽ, & mulieres conspergunt adipẽ, & faciant placentas (seu præparationes, ut bellaria) reginæ (seu militiæ, aut machinæ) cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocẽt (seu, & me affligant, aut, & me spernant.*

ADEO [b] *commune iis est idololatriæ studium, vt in singulis eorum familiis omnes cuiuscumque ætatis, & conditionis suas in illud conferant partes, filij & minores, & qui prouectiores sunt, congerunt ligna, isti quidem vt fortiores, fasces deportantes, illi prout eius ætatis mos est, hinc inde stipulas colligentes: Et eorum patres, strue congestorum lignorũ factâ, vel in foco, vel in clibano ignem accendunt, quālem proportionatum norunt ad id quod coquendum est:* C *mulieres verò vniuersæ in id suam nauant operam, vt farinæ florem ac similaginem conspergant, & impastent, idque toto intendentes conamine, vt & bellaria præparent, & placentas, collyridasque faciant, quæ vel Lunæ offerant, quam cæli Reginam appellant, vel cælis ipsis in hac inferiora suum mittentibus influxum: vel eorumdem militiæ toti, omnibus nimirum astris, vel orbibus in primis septem Planetarum: Diis alienis libamina exhibēre contendentes: atque hæc, & similia patrātes vt me in iracundiam irritent, vt me spernant, meque & affligant.*

Vers. 18. EXPOSITIO LITERÆ.

D

FILII *colligunt ligna,* &c. Omissis aliis, quæ passim patrari conspiciebantur, vnũ dumtaxat in medium Deus adducit Iudęorũ scelus, quod & vniuersalius, & cõmunius, & manifestius à toto admittebatur populo, scelus inquam idololatriæ, idololatriamque illam, cui cuiuscumque sexus, & ætatis Iudæorũ singuli addicti in primis erant, suas quoscumque pro viribus in eam conferentes partes (*filij enim colligunt ligna*) & qui minores, sci. sunt, iuxta puerorum morem hinc inde stipulas colligentes & qui sunt maiores, ac fortiores lignorum fasces deportantes, (*Et patres,*) vt prouectiores magisque periti strue in foco, & in clibano cõstructa (*ignẽ accendunt,*) ad id quod coquendũ est proportionatum, (*Et mulieres,*) matresque ac vxores (*conspergunt adipẽ,*) haud quidem eo sensu, quo Hugo Cardinalis, asserit ponendo adipem super ignem, vt meliùs ignis ipse arderet, iuxta illud Leuitici, [c] *Tollentque ex hostia in pastum ignis dominici adipem,* &c. Sed conspergendo, & (vt ita dicam) impastando farinæ florem, quem & in Psalmo adipem frumenti appellatum nouimus, [d] *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te,* quamque farinæ mixtionem cum aqua, vulgo pastam nuncupatam, Apostolus conspersionem vocans ait. [e] *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio.* 2

E

c Leuit. 3. 14.

d Psal. 147. 3.

e 1. Cor. 5. 7.

Porrò conspersionem, de qua hîc est sermo, Hebræi significare inquiunt pastam è farinæ flore, cui nedum aqua, sed & sal, & butyrum, seu oleũ admixta sint, & quicquid ad faciendas placentas admiscebatur; Hebraicum autem textum recentiores ita vertunt, Pagninus. (*Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres impastant pastam.*) Sicque & Vatablus, nisi quod vltimam partem reddit, (*Vxores autem farinã aquã conspersam subigunt.* Regia (*filij colligentes ligna, & patres succendentes ignem, & mulieres subigentes conspersionem.*) Sept. verò ita hæc habent, (*filij eorum colligunt ligna, & patres eorum succendunt ignem, & mulieres eorum terunt similam*) seu vt legunt Complutensis, & Regia (*commiscent similaginem.*) Ad quid tantum studium? Audi.

3 *Luna cur dicta Regina cæli.* (*Vt faciant placentas reginæ cæli.*) Si per Reginam cæli Lunam sumamus, prout à nostris accipitur communiter, facilis est istorum sensus, describitur enim ratio quâ idololatriam specialiter admittebant in colendo Lunam, eidemque offerendo placentas ex adipe frumenti, summo omnium cuiuscumque familiæ studio factas, Reginam autem cæli Lunam cõsueto sibi nomine appellat Ieremias, quòd Iudæi, vt reliquis astris ad regendum in hæc inferiora potentiorem, vtque maiorem, & splendidiorem ipsorum oculis, cæli regimen illam habere falsò existimarunt, multóque màgis & terræ. Vnde infra cap. 44. bona omnia ex illius cultu sibi prouenisse apertis protestantur verbis. Quamquam istud idololatriæ genus, falsaque ista opinio circa Lunæ regimen viderentur mulierum peculiara esse, in quo & à viris adiuuabantur, vt ex eodem cap. 44. colligere est. Neque enim tantum ignaros Iudæos extitisse crediderim, vt lunæ potius, quàm Soli regimen tribuerint cæli, maioremque in hæc inferiora potentiã, Sed & Solem pariter vt cæli Regem à viris adoratum existimandum est.

Lunam vt Reginã cæli mulieres Iudæorum colebant.

4 *Iudæorũ idololatria erga cælos qualis.* Cæterùm in Originalibus Hebr. & Græco Sept. ingens hoc loco est discrepantia. Sept. enim pro (*Regina cæli*) (*Militiam cæli*) habent, ita vt idololatria, de qua hîc agitur, fuerit in cultu astrorum omniũ, quæ in Sacris literis cæli appellantur militia. In Hebræo autem valde ambigua est vox למלכת *limlecheth*, cœli quam etsi quidam & nostrorũ vt interpres Bibliæ Regiæ, & Hebr. (*Regina cæli*) vertendam arbitrati sint, sicut & in nostra habetur Vulgata, deducentes illam à verbo מלך *malach* regnare: inter quos nomine Reginæ cæli stellam magnam in genere significatã asserunt aliqui, alij Lunam, & alij Solem, qui Hebraicâ linguâ שמש *sciemesc* fœminini generis nuncupantur, ita vt propterea non dedeceat Reginæ cæli nomine eum insigniri. Sunt tamẽ plerique qui non à prædicto verbo eamdem dictionem deduci asserunt, sed ab altero לאך *laach* vnde nomen מלאכת *melacha* opus, & deficiente litera א *aleph* in regimine מלכת *melecheth*, ita vt vertendum hîc sit, (*Operi cæli*) seu, vt vertit Vatablus, (*Machinæ cælorum.*) Quamquam sint qui per opus cæli supernum cæli ministerium, quod per influxus in hæc habet inferiora intelligunt, propter quem stellarum influxum cælis, stellisque ipsis Iudæos sacrificia instituisse hîc significetur. Nec desunt qui eadem voce Planetas significatos putarint, quorum maior prædictus in hæc inferiora est influxus, deducentes idem vocabulum à verbo הלך *halahh*, ire, & gradiri, quia septem Planetæ iugiter cum suis gradiantur orbibus,

A Neque verò minor est discrepantia in explicando nomine quod noster interpres adhibuit, (*Vt faciant placentas.*) Siquidem Sept. pro (*Placentas*) habent χαυῶνας, *chauonas*, quam vocem Hieronymus, (*Præparationes*) significare ait, Ioannes verò Chrysostomus, (*panes*) Et Olympiodorus pemmata, & bellaria, tametsi Chrysostomus non hanc in Græco habeat vocem, sed aliam πόπανα, *popana*, Et Olympiodorus legat χαμῶνας *chamonas*, quomodo & aliquot habent Græcorũ Codicum. Crediderim Sept. legisse χαυῶνας *chauonas* vocem seruantes Hebraicam כונים *chenanim*, In cuius Hebrææ vocis significatu afferendo discrepãt ipsimet Hebræorum Doctores; Siquidem R. Dauid in lib. Radicum, genera inquit fuisse ciborum, qui parabantur, & offerebantur Reginæ cæli. Quod à nostra haud discrepat lectione. Vt vox illa sit deducta à verbo כון *chun* parare, & præparare putant complures, ita vt rectè (*præparationes*) verti ea possit, quomodo Græcam Sept. vocem interpretatum diximus Hieronymum. Alij illam deducunt à verbo כון *chiuen* intendere, quia vehementer iis conficiendis intenderent cibis, quicumque ij essent, quos Reginæ, seu machinæ cæli offerre disponebant. Reducunt denique alij eamdem ad verbũ כוה *chauah*, quod est aduri, & torreri, vt sint Collyridæ, seu Tortæ ad ignem torrefactæ, triangulari formâ. Nicolaus de Lyra in cap. 44. Ieremiæ asserit eadem voce significatos panes rotundos, in quibus expressa erat imago Lunæ, & stellæ cui offerendæ eæ erant. Optimè autem & Pagninus, & Regia, & Vatablus (*Placentas,*) sicut & noster Interpres Hebraicam ipsam vocem reddidere.

5 Placentæ quæ à Iudæis offerebantur Reginæ cæli quales essent. *Hieron.* *Ioan Chrysostomus.* *Olympiod.* *Nic. de Lyra.*

(*Et libent Diis alienis.*) Seu, vt originalia habent Hebr. & Sept. (*Ad libandum libamina*, seu *fecerunt libamina Diis alienis.*) Possunt hæc accipi vt significantia scelus aliud à superiori distinctũ, vt particulari Idololatriæ generi, quod admittebatur in cultu Reginæ cæli, & generalis addatur multorum aliorum Deorum cultus, qui à Iudæis pariter præstabatur per varia quæ illis offerebant sacrificia, quibus omnibus & libamina admiscebant vini, vel etiam per varias liquidorum oblationes libaminum nomine designatas, quod indicat Hebraicum nomen נסך *nesech* à verbo מסך *masach* fundere, & effundere, sacrificium ex liquidis, quæ funduntur offerre. Sed & non incongruè hæc pariter vt in declarationem, & amplificationem præcedentis idololatriæ erga Reginam, seu Militiam cæli sumi queunt, si recolamus doctrinam supra in exposit. 1. vers. 9. allatũm ex Abulensi, secundùm quam quinque enumerantur libamina, thus, sal, farina, vinum, & oleum; Vt significetur, summo studio, maximaque animorum consensione in qualibet Iudæorum familia, & per singulos cuiuscumque familiæ vacatum, vt Reginæ cæli fierent placentæ ex adipe, & flore farinæ, admixtis libaminibus olei, salis, vinique, & thuris. 6

Et me ad iracundiam prouocent. In Hebræo, & in versione Sept. pro particula, (*Et*) est particula causalis (*Vt,*) Quâ significatur, præexpositum adeo vniuersale, adeoque exactum idololatriæ studium à Iudæis eâ in primis intensione, eamque potissimùm ob causam Reginæ cæli, diisque alienis exhibitum, vt per illud Deo verò iniuriam inferrent, eumque ad iracundiam prouocarent. Hebraicum quod hîc est verbum כעס *changas*, non solùm iracundiam, sed & omnem tristem alium affectum commouere significat. 7 *Peccatoris quò perueniat peruersitas contra Deũ.*

Adeo

Adeoque in 1. cap. 1. lib. Regum rectè à noſtro A
Interprete ſumptum eſt pro commouere affli-
ctionem. [a] *Affligebat quoque eam æmula eius, & ve-* a 1.Reg. 1. 6.
hementer angebat. Sed & idipſum ſæpius in vſu
eſt pro ſubſannare, & ſpernere, vt notat R. Io-
nah: Quapropter rectè etiam quæ hîc dicuntur
vertes, (*Vt me affligant*, ſeu, *vt me ſpernant, vt me*
ſubſannent) iuxta illud Iſaiæ 63. [b] *Ipſi autem ad* b Iſai. 63. 10.
iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum
ſancti eius. Et illud, [c] *filios enutriui, & exaltaui, ipſi*
autem ſpreuerunt me.

B

Verſ. 17.] Nonne vides, &c.

Verſ. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Impij quomodo ſimul concordent in malo.*

APTISSIMVS locus, qui praxi pertra-
ctetur ad probandum, quomodo impij
in malo concordent, vt experimento ap-
pareat in domibus fœneratorum, & ſimilium. Le-
ge Euangelium [a] vbi prauorum agricolarum vi- a Matth. 21. 35. C
neæ patris familiâs deſcribuntur peſſimæ agen-
di rationes aduerſùs quoſcumque domini ſer-
uos, quorum alios concorditer cæciderunt, alios
occiderunt, alios lapidauerunt: audi & quomo-
do concordes aduerſùs eiuſdem Domini filium
inſurgentes dixère, *Hic eſt hæres venite occidamus*
eum, & habebimus hæreditatem eius. Lege impio-
rum vocem ad peſſimam hanc concordiam inui-
tantem in principio libri Prouerbiorum, [b] *Veni* b Prou. 1. 11.
nobiſcum, inſidiemur ſanguini, &c. Sortem mitte nobiſ-
cum, marſupium vnum ſit omnium noſtrûm. Bene
autem Gregorius Papa lib. 33. Moralium cap. 33. D Greg. Pap. *Impiorũ concordia maximè pernicioſa.*
Sicut, inquit, eſſe noxium ſolet, ſi vnitas deſit bonis,
ita pernicioſum eſt, ſi non deſit malis. Peruerſos quip-
pe vnitas corroborat, dum concordat: & tantò magis
incorrigibiles, quantò vnanimes facit. De hac vnitate
reproborum per Sapientem dicitur. [c] *Stuppa collecta* c Eccleſ. 21. 10.
Synagoga peccantium. De hac Nahum Propheta ait, [d] d Nahum 1. 10.
Sicut ſpinæ inuicem ſe complectuntur, ſic conuiuium
eorum pariter potantium. Conuiuium namque repro-
borum eſt delectatio temporalium voluptatum. In quo
nimirum conuiuio pariter potant, qui delectationis ſuæ
illecebris ſe concorditer debriant. Hæc Gregorius.

Porrò ex ipſo Ieremiæ loco non incongruè E
Hugo Cardinalis moraliter probat hanc iniquo- Hug. Card. *Iniquorum concordia quãta præſertim in libidinis voluptatibus.*
rum concordiam, præſertim in libidinis volupta-
tibus, vt filij dicantur colligere ligna malæ con-
cupiſcentiæ, quibus ſuccenditur ignis diaboli in
cordibus peccatorum per conſenſum, & opus
exhibitum illis concupiſcentiis, iuxta illud Iſa-
iæ, [e] *Nutrimenta ignis eius ſunt ligna multa. Et pa-* e Iſai. 30. 33.
tres ſuccẽdunt ignem, quia non corrigũt filios ſuos,
ſed magis dant eis illa, quibus faciliùs colligunt
hæc ligna, haſque concupiſcentias. *Et mulieres*
conſpergunt adipem, delitioſè filios ſuos nutrien-
do, & ſuperfluè eos ornando, & nimis delicatè F
eos amando. *Vt faciant placentas Reginæ cæli*: per
peccatum luxuriæ corpus ſuum ſacrificantes Lu-
næ, id eſt, omni temporali gaudio ſe expo-
nentes.

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Nonne vides quid, &c.

Verſ. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Ἤ οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ;

18. Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι καυῶνας τῇ στρατιᾷ οὐρανοῦ, καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.

Verſ. 17.] Numquid non vides, quid ipſi faciunt in ciuitatibus Iuda, & in viis Hieruſalem?

Verſ. 18.] Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum ſuccendũt ignem, & mulieres eorum terunt ſimilam, vt faciant chauonas militiæ cæli: & libauerunt libamina diis alienis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Nonne tu vides quid ipſi faciunt in ciuitatibus domus Iuda, & in vicis Ieruſalem?* Verſ. 18. *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt maſſam, vt faciant placentas ſyderi cæli, & libent libationes idolis populorum, vt irritent me.*

Verſ. 17. & 18. *Nonne vides*, &c. Hieronymus. 1
Vis, inquit, audire Propheta, cur tibi dixerim, Noli Hieronym. *Iudæorum in idololatria ſtudiũ quantum.*
orare pro populo hoc? Hæc faciunt quæ ſequuntur: Et
intus, & foris, & in plateis, & in exitibus Ieruſalem
filij ligna comportant, & patres ſuccendunt ignem, &
mulieres conſpergunt adipem cum farina, vt faciant
χαυῶνας, quas nos placentas interpretati ſumus, ſiue
præparationes: vt omne genus oſtendat ſacrificij Reginæ
cæli, quam Lunam debemus accipere. Vel certè militiæ
cæli, vt omnes ſtellas intelligamus. Et poſt hæc libent
diis alienis: non quò ſint, ſed quò ſub nominibus eo-
rum dæmonibus thura ſuccendant: Et me ad iracun-
diam prouocent iſta facientes.

Ioannes Chryſoſtomus, homil. 14. in epiſt. ad Chryſoſt. *Orationibus Sanctorũ cur Deus adſcribat, quod reconcilietur peccatoribus.*
Rom. in Morali, *Sæpe*, ait, *Deus vel propter Dauid,*
vel propter alium quempiam impiis Iudæis conciliari
ſe ait, hoc ipſum moliens vt figuram reconciliationi
addat, quamquam benignior multò ipſe fuerit, ſi non
per illum, vel per illum, ſed per ſeipſum diceret, illis
ſe iram dimittere. Verùm non ita in animum ſuum in-
duxit, vt ne conciliationis videlicet argumentum iis,
qui ſalui fiunt, ignauiæ cauſa exiſtat. Propterea, &
ad Ieremiam dicit, (Ne roges pro populo, nam te ipſe *Orare pro peccatoribus cur ſanctis aliquando prohibeat Deus.*
non exaudiam.) Non quòd illum à precibus ceſſare
(ſalutem enim noſtram magnopere deſiderat:) ſed
quia illos terrere vellet. Quod quidem Propheta cùm
intelligeret à precibus non abſtinuit. Atque vt intelli-
gas illum verba ea protuliſſe, non vt à ſe illum auer-
teret, ſed vt pudefaceret. Audi quid dicat. An non vi-
des quid illi faciunt?

Idemque Chryſoſtomus, homil. 44. in Geneſ. 2
(Non vides quid ipſi faciunt? Incendunt adipem, & Chryſoſt.
placentas faciunt exercitui cæli) quaſi dicat. Pro illis
me rogas, qui à peccato non deſiſtunt, qui carent ſenſu
infirmitatis ſuæ, quo laborant, Sed ſic abſque dolore
ſunt affecti. Non vides plurimum eorum contemptum?
Non vides eorum magnam inſaniam, quomodo non-
dum ſatientur impietate, Sed ſe volutent in ſuis ini- Chryſoſt. *Peccandi ſtudium quàm cõmune etiã Chriſtianis.*
quitatibus quaſi in luto?

Homiliâ demum octauâ in primam epiſt. ad
Corint. ipſemet Chryſoſtomus. *Vide inquit, quid*

ad Ieremiam loquatur Deus. (*Patres eorum accendunt ignem, filij colligunt ligna, mulieres eorum conspergunt adipem.*) *Vereor, ne de nobis hoc dictum sit.* (*Non vides quid hi faciunt:*) *Nemo Christi doctrinam inquirit, sed vniuersi propriis rebus incumbunt, filij eorum in luxurias, patres eorum in auaritiam, in rapinam præcipites feruntur. Vxores circa huius sæculi cogitationes non solum viros adducunt, sed irritant.*

3 Epiphanius. *Mariam adorantes vt Deã arguuntur.*

Epiphanius hæresi 79. de hæreticis illis mulieribus hæc interpretatur, quæ B. Virginem Mariam vt Deam adorantes panem illi offerebant. *Etsi* pulcherrima, inquit, *est Maria & sancta, & honorata, at non ad talem adorationem. Hæ verò rursus renouant fortunæ mixturam, & præparant Diabolo, & non Deo mensam, sicut scriptum est, & pascuntur cibo impietatis, sicut dicit diuina scriptura,* (*Et fœminæ terunt pollinem, & filij colligunt ligna, vt faciant placentas oleo subactas exercitui, & reginæ cæli.*) *Compescantur à Ieremia tales mulieres, & ne turbent Orbem terrarum, Ne dicant honoramus Reginam cæli, nouit enim Taphnas has punire.*

Theodoritus in illud, (*Et libauerunt libamina,* &c.) *Et qui,* inquit, *domi habebant vuas passas, dactylos, & alia quædã eius generis, hæc idolis offerebant.* Theodorit. *Idolis Iudæi offerebant quicquid domui habebãt cibariorum.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἢ οὐχὶ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσι ἐν τῇ πόλεσιν Ἰούδα;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀκούεις, εἰπέ. ὀργιζομένου ἦν, μηδὲ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, βουλομένου δὲ ἰάσασθαι καὶ θεραπεῦσαι, θεῖναι τὴν πρόφασιν, ἵνα αὐτὴν ἀνελεῖν σπουδάσωσιν. ἢ οὐχ ὁρᾷς, τί αὐτοὶ ποιοῦσιν; ἐπειδὴ ἐγγύς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὴν ἀσέβειαν εἰργάζοντο.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα. τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς σπουδήν; ὁρᾷς μετὰ προθυμίας τὴν ἀσέβειαν γιγνομένην; τί ἐστι, χαβῶνας; || πόπανά φησιν, ἄρτους.

|| ἀλ. πέμματα.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσί με.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ὁσία δὴ οὖν τεμωρεῖνται ψήφῳ, ἀναθέντες γὰρ κτίσει τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις ἐπλήρωσαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς κατὰ τὸ γεγραμμένον.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ δύναμιν ἁμαρτάνουσιν.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ ἡ πενία κωλύει τὴν θυσίαν. [καίουσι πῦρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πῦρ ἡ ἁμαρτία πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ὠνόμασται. διὰ τὸ τοῦ πυρὸς αἰωνίου αἰτία τοῖς ἁμαρτάνουσι γίνεται.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ξένας τελετὰς ἐπιτελοῦσι. χαβῶνας δέ φησι πέμματά τινα.

[καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχουσι πρόβατα. καὶ ὅμως ἀπὸ τῶν ὄντων ἀσεβοῦσι.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Θεοδωρίτου.] χαβῶνας πέμματά τινα ἔνδον ἔχοντα κώνους, καὶ || σταφίδας, καὶ ἕτερα τοιαῦτα.

|| ἰσ. ἀσταφίδας.

[Τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς ἀστέρας ἐνταῦθα φησί. στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ τίνος ἕνεκεν φησί; δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα, ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ βασιλεύς. τί οὖν ὅταν λέγῃ, τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ; αὐτόθι κατὰ τὴν ὑπόνοιαν λέγει τὴν ἐκείνων, ἐκείνων γάρ ἐστιν ἡ λαλία.

4

Vers. 17. *NVMQVID non vides quid ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda,* &c.)

Chrysostomi.] *Quare non audis? dic. Permoti iracundia erat nec causas producere, Curare autem & mederi desiderantis, causam enarrare, vt eam studerent tollere. An non vides quæ ipsi agant? prope enim, non longè impietatem exercebant.* Chrysost. *Orationis nõ exauditionẽ exponit Deus causam, suã indicans medendi desiderium.*

Vers. 18. (*Filij eorum colligunt ligna, &c. vt faciant chauonas,* &c.)

5 *Impietatis studium quæ le.* Chrysost.

Chrysostomi.] *Viden studium? Viden totis viribus quæsitam impietatem? Quid sibi vult* χαυῶνας, *Placentas inquiunt panes.*

(*Et libauerunt libamina diis alienis, vt me ad iracundiam prouocent.*)

S. Cyrillus. *Creaturis diuinum exhibens cultum diuinã iustè in se concitat iram.*

Sancti Cyrilli.] *Iustâ pœnâ mulctati sunt. Cùm enim rebus creatis cultum exhibuissent, suarumque manuum opera vt Deum adorassent, in sua capita diuinam concitarunt iram. Non[a] enim iniustè retia volatilibus extenduntur, iuxta id quod scriptum est.* a Prou. 1.

6

(*Filij eorum colligunt.*)

Oympiodori.] *Secundùm vires proprias delinquunt.* (*Et libauerũt libamina diis alienis, &c.*) Olympiod. *Filij iniquorũ peccant secũdùm vires proprias.*

Chrysostomi.] *Nec egestas libamen impedit.* Chrysost. *Impiis nec egestas impedit peccata.*

(*Succendunt ignem.*)

Olympiodori.] *Variis in locis Scripturæ Sacræ ignis peccatum appellatur, idcircò ignis æterni causa fit peccantibus.* Olympiod. *Ignis nomine significatum peccatũ, quod & igne puniendum est æterno.*

(*Vt faciant chauonas,* &c)

Olympiodori.] *Peregrina sacrificia libant. Chauonas verò vocat condimenta quædam.* Oilympiod. *Chauona quid.*

Et mulieres eorum terunt similam.

Chrysostomi.] *Pecudum laborant inopiâ, impiè tamen agunt ex his quæ habent.* Chrysost. *Impij Deum offendunt per ea quæ habent.*

(*Vt faciant chauonas.*)

Theodoriti.] *Chauonas cupedias, placentasque quasdam ex nucibus pineis, & vuis passis, aliisque consimilibus confectas.* Theodorit. *Chauona quid.*

(*Militiæ seu Reginæ cæli.*)

Chrysostomi.] *Stellas hic intelligit: militiã verò cæli quâ ratione dicit ostendens quòd in ipsis nulla est auctoritatis dignitas, sed alius est Rex. Quid ergo quando Reginæ cæli ait? hoc ex mente eorum profert, quorum illa erat locutio.* Chrisost. *Stellæ appellata Militia cæli, quia Regi Deo subsunt nil in se habentes auctoritatis.*

Vers. 19.]

Vers. 19.] Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Numquid me ad iracũdiam prouocant, dicit Dominus, nõne semetipsos in confusionẽ vultus sui?

O Miseros,[a] & infœlices, fieri ne potest, vt eò progressi sint peruersitatis, vt me suis commouere intendant sceleribus, eòque deuenerint insipientiæ, vt commoueri me posse arbitrentur vel indignatione, vel mœrore, aut aliquo affici opprobrio? Nonne sibimet iram thesaurizant in die iræ? nonne semetipsos affligunt? nonne sibi ipsis opprobria congerunt? nonne in ipsorum confusionem vniuersa retorta est commotio, quam mihi moliebantur, vultu ipso eorum & extrinsecus confusionem significante?

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 Deus imperturbabilis.

NVMQVID *me ad iracundiam*, &c. Confirmat Deus quod mox dixerat, Idcirco Iudæos tanto studio Idololatriæ operam dedisse vt ipsi iniuriam inferrent, ad iracundiam eum prouocarent, affligerent, atque despicerent, est enim & hoc loco idem quod supra verbum כעס *changas*. Ostenditque se humanis neutiquam moueri affectibus, illorum redarguens & stultitiam, & peruersitatem. At dicet quis, Quomodo hæc negat Deus, cùm millies legamus ipsummet istiusmodi aliàs sibimet tribuere commotiones à peccatoribus illatas, vel ex hominum causatas peccatis. Quid ea sibi volunt, quibus in Genesi dicitur, [b] *Videns quod multa malitia hominum esset in terra, tactus dolore cordis intrinsecus*, &c. Quid illud Hoseæ, *Pereat* [c] *Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum?* Peruulgata istorum obiectorum ea affertur solutio, vt hæc, & similia de Deo dicantur per figuram in sacris Literis frequentissimam quam Antropopathon appellant, humanos affectus Deo tribuentem, vt persuasi reddantur homines, quàm detestari debeant peccata, quorum tanta sit acerbitas vt dicantur Deum, qui naturâ suâ impermutabilis est, iracundiâ, dolore, opprobrioque afficere, quantum ad acerbitatis ipsius grauitatem pertinet, quâ nulla vel excogitari potest vehementior.

Deus quomodo per peccata hominum commoueri dicatur affectione.

b Gen. 6.5.
c Hose. 14.1.

2 Per hæc tamen quæ hîc dicuntur, additur, & altera eorumdem ratio, nempe prædictas affectuum perturbationes Deo tribui, quamquam in ipsum minimè cadant, quia tanta est hominum peruersitas, vt & hæc enitantur sceleribus suis intentione actuali, vel virtuali, quæ semper illis inest, cùm graue aliquod admittunt crimen.

Peccator non Deo, sed sibimet, dum peccat, conciliat iram & afflictionem, & opprobrium.

Peruersissimam intentionem istam Iudæorum hoc loco retundens ipsemet Deus quàm in hoc deciperentur ostendit, significans, tantum abesse, vt per ea, quæ prauè ab illis fiunt, quidpiam ipsi inferant perturbationis, vt sibimet ij potiùs & iram sceleribus ipsis suis, & afflictionem causent & opprobrium, dicens, (*Nonne semetipsos,*) scil. ad iracundiam prouocant, iracundiæ nomine passiuè sumpto pro impatienti dolore, de quo in Psalmo 6. Dauid. [d] *Turbatus est*, inquit, *à furore oculus meus*, Et Eliphaz in lib. Iob, [e] *Stultum interficit iracũdia*, quâ videlicet impatienti mœrore aduersùs diuinam prouidentiam indignatur cùm calamitatibus premi finitur. Seu, iuxta alios He-

d Psalm. 6.8.
e Iob. 5.2.

A braici verbi significatus, (*Nonne semetipsos affligunt? Nonne semetipsos spernunt?* Vatablus. (*Nonne seipsos ad iram concitant?*) id est, iram sibi conciliant iuxta illud Apostoli, [f] *Thezaurizas tibi irã in die iræ*, Vt locus iste ei sit planè consonus, quem & mox retuli ex Hosæa, vbi idemmet Dominus ait, [g] *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis*, id est pœna scelerum, *ipsius, super eum veniet*, iuxta id Psalmi, [h] *Conuertetur dolor eius in caput eius, & opprobriũ eius restituet ei Dominus suus.* Quod certè opprobrium hoc loco designat id quod vltimo adicitur, (*In* B *confusionem vultus sui,*) peruulgatâ illâ Sacrarum Literarum phrasi, quâ & Dauid, [i] *Confusio*, inquit, *faciei meæ cooperuit me*, quod in vultu manifestetur vniuscuiusque confusio.

f Rom. 2.5.
g Hose. 12.
h Psal. 7.17.
i Psal. 43.16.

Est autem hoc loco ponderandum quod non dicitur, (*In confusione*, sed *in confusionem vultus eorum:*) Quamuis enim & id verè dici potuerit, quia Iudæi in confusione sua, cumque ob inanis spei suæ frustrationem confunderentur, contra Deum à quo affligebantur, ingenti efferbuere furore: ita vt confusio causa extiterit indignationis eorum, ad epitasim tamen hîc dicitur, il- C lorum iracundiam, quam sibimet ij suscitarunt, quando Deum ad indignationem prouocare obnixi sunt, eorumdemque afflictionem, & opprobrium in ipsosmet retorta maximam eis causasse confusionem, quòd animaduerterint, quàm contrariâ ratione euenerint, quæ contra Deum moliti fuerant.

In Peccatore confusio est causa indignationis, & causatur ità ab indignatione.

Vide Appendicem Patrum post expositionem Vers. 20.

D *Vers.* 20.] Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus & indignatio mea cõflatur super locum istũ, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORRO [k] vt hæc omnibus explorata sint, idcirco hæc ait Dominus, furor meus, & indi- E *gnatio, quâ Iudæi me obnixi sunt irritare, illorum certè potius quàm mea est, quia tota in ipsorum redundat damnum: Ecce enim mox effunditur, & incenditur super illos, & super omnia, quæ eorum sunt: siquidem percussâ terrâ hac, percutientur simul & quotquot illam incolunt & hominum, & iumentorum, nec non & arbores, & fruges eius. Et instar metalli furor meus per se minimè funderetur, nisi ipsi ignem apponerent prauorum operum suorum: Quòd si conflatur in vasa iræ, exinde profectò eâ ratione conflatur, quia ipsi modulos se, suaque exhibent istius-* F *modi vasorum interitus, super quos fundatur indignationis meæ es. Vtinam ipsi potius non essent plumbum pessimum, quod igne confletur furoris mei ita succenso, vt extinguendus minimè sit, suggerentibus illis iugiter fomentum malitiæ non ipsorum, quæ per hunc ignem neutiquam consumpta fuere. Ego certè quasi ignis conflans, vt purgem, & emundem: sed frustra conflaui conflator, malitiæ eorum non sunt consumptæ; conflatur furor, & indignatio mea, conflans in loco isto, & in medio Ierusalem, & viros & iumenta, & arbores, & fruges, at ignis iste meus ita succensus haud extinguetur,*

k Ideo hæc dicit Dominus Deus. Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur (seu funditur) super locũ istũ, (seu ad locũ istum) super viros & super iumẽta & super lignum regionis, & super fruges terræ: & succendetur, & nõ extinguetur.

guetur, quia non deficient ipsorum malitiæ, in quas ille agat.

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 IDEO *hæc dicit Dominus*, &c. Explicat tandē Dominus quā ratione vnamet ira ad quā Iudæi ipsum prouocare contenderunt, & ipsius simul extiterit, & illorum, quod attigerat in vers. præcedenti, *(furor*, inquit, *meus & indignatio mea,)* quā scilicet ij me enixi sunt irritare, illorum certè ira est passiuè sumpta, quia tota in eorum redundat damnum, Ecce enim mox, effunditur, & incenditur super Iudæos ipsos, ac super omnia quæ ipsorum sunt, quæque ad ipsos pertinent, percussā enim terrā hac, percutientur simul, & quotquot illam incolunt, hominum, ac iumentorum, nec non & arbores, atque fruges eius. Habet autem peculiarem vim quod hîc à nostro Interprete adhibitum est verbum *(conflatur,)* quod & de liquefactione dicitur metallorum, quæ alioquin duriora sunt, sine ignis opera, ita vt fluere nequeant: Vnde & ex Hebræis R. Dauid exponit, *Conflator*, id est, Velociter, & cum impetu currit more metallorum conflatorum. Quæ dum fluunt sustinere terribilissimum est. Et de conflatione, seu fabrefactione vasorum ex metallo item aliquo, quæ & propterea conflatilia nuncupantur. Quis verò est, qui nesciat quàm alienum à Dei natura sit, vt per indignationem in hominum damna decurrat, & fluat? quem Prophetā [a] teste longanimem esse constat, & multùm misericordem, dicente Isaiā, eo ipso tempore quo illum aliquando præter naturam defluere contigerit, alienum ab ipso fieri opus, [b] *Sicut in monte diuisionum*, inquit, *stabit Dominus, sicut in Valle, quæ est in Gabaon irascetur* (irā videlicet suam fluere sinens) *vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum opus eius ab eo*, Legimusque nihilominus, eidem à Vate Regio dictum: Tu terribilis es, & quis resistet tibi, ex tunc ira tua.

Ira Dei quomodo conflari dicatur.

Ab ira exercitio quàm aliēna sit Dei natura.

a Psal. 102. 8.

b Isai. 28. 21.

2 Et planè exploratum est, à conflatore vas non fieri conflatile, nisi modulo exhibito, & archetypo vasis eiusdem, super quem æs fundat liquefactum, & fluens. Vnde bene Apostolus eos, super quos ira Dei fundenda esset [c] *vasa* appellauit *iræ apta in interitum*, efficaciúsque in Græco textu *κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, aptata in interitum, & perditionem*, id est ita fabrefacta, non ab alio, quàm ab ipsismet hominibus, vt super ipsos Dei fundatur ira, perdens, ac interficiens. Ad quæ allusio fieri & hoc loco videtur, tum per verbū conflandi, tum per locutionis modum, quo dicitur, *Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ*: vt istis vniuersis vnus constituatur vasis iræ modulus, super quem ad flammas diuinæ indignationis fundatur, atque conflètur Dei furor, vnus inquam constituatur vasis iræ modulus, quia in iis omnibus per peccata Iudaicus populus Deum ad iracundiam prouocauit, & æquum est, [d] vt per quæ quis peccat, per hæc puniatur.

Ira Dei vas non cōflatur, nisi peccator modulū Deo exhibeat, super quem æs fundatur diuini furoris.

c Rom 9. 22.

d Sap. 11. 17.

3 Cæterùm per extremam huius versus 20. partem, quā dicitur, *(Et succendetur, & non extinguetur,)* tertio quoque sensu idem conflandi verbū hoc loco, magisque propriè desumendum significatur, vt denotat metallorum purgationem, quæ per ignem fieri consueuit, quomodo in præcedenti capite sexto dictum vidimus, [e] *frustra conflauit conflator, malitiæ eorum*, scil. Iudæorum, *non sunt consumptæ*: Vt intelligamus, in eo quod dicitur. *(Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum super viros*, &c.) designari, furorem, ac indignationem Domini illum esse ignem, de quo apud Malachiam legimus, [f] *Ipse quasi ignis conflans*, Quantùm ex parte Dei est, ignē iræ suæ ad hoc succendit, vt conflet, & purget, neque enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.

Deus cū furoris sui ignē effūdit super aliquem in hac vita purgationem intendit, & e-

mendationē.

e Ier. 6. 29.

f Malac. 3. 2.

4 Bene autem de igne isto hîc adiicitur, *(Et succendetur, & non extinguetur,)* vt nouerimus, non tam à Deo id prouenisse, vt ille succensus non sit extinguendus, quàm à scelesto populo, cuius malitiæ per purgantem ignem consumi nequiuére, [g] *frustra*, dixit superiùs, *percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*. [h] Et *frustra conflauit conflator, malitia eorum non sunt consumptæ*, persistentibus Iudæorum malitiis quasi iugi ignis fomento, haud mirum, si quis succendetur ad conflandum, dicatur minimè extinguendus. Sed vniuersa absumpturus quæ eorumdem essent Iudæorum, succendentibus iugiter hunc iræ Dei ignem omnia absumentem non tam Deo, quàm ipsismet Iudæorum operibus, quæ ignis fomenta existunt, prout clariùs eosdem alloquens explicat Isaias, dicens, [i] *Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul: & non erit qui extinguat.*

Ira Dei ignis dicitur non extinguēdus quādo à peccatore succēsus iugi prauorum operū, & malitiis fouetur pabulo.

g Iere. 2. 30.

h Iere. 6. 29.

i Isai 1. 31.

5 In textu Hebraico pro Vulgatæ verbo, *(Conflatur)* est participium נתכת *nitthecheth* à verbo נתך *natach*, fundere, effundere, stillare. Vnde aliqui hîc vertunt, *(Ecce furor meus, & indignatio mea stillauit.)* In quorum explicationem Hugo Cardinalis, illud affert Iob 26. [k] *Cùm vix paruam stillam sermonum eius sustinuerimus, tonitruū magnitudinis eius, quis poterit sustinere?* Meliùs Sept. vertère, *Ecce*, &c. *funditur super locum istum*, &c. Sicut & Pagninus, & Regia, vt sit allusio ad fusionem vasis conflatilis, prout supra explicauimus. Quam allusionem clariorem reddidit Vatablus, vertens, *(Ecce furor meus, & æstus meus conflatus est*, vel *liquefactus est vt plumbum*, &c.) Quamquam cùm postmodum subiiciatur, *Et ardebit, & non extinguetur*, aptiùs diceremus, iram Dei non tam plumbo, aliive metallo, quod funditur, & liquefit comparari, quàm igni ardenti, quo metalla ipsa funduntur, & liquefiunt, vt fusio eidem iræ tribuatur, sicut & igni per hypallagen, quia fundi, & liquefieri faciat. Quomodo id quod apud Nahum dicitur, [l] *Ira eius*, scil. Dei *effusa est sicut ignis*, intelligendum indicat Paraphrasis Chaldaica, legens, *Ira eius sicut ignis liquefaciens*, quem sensum & R. Dauid in libro Radicum prosecutus est, dicens, id est sicut res quæ funditur à facie ignis, Et in Commentariis super eumdem locum, ignis non funditur, sed metallum. Metallum autē, quod ab igne furoris Domini fundendum esset, fuisse Iudæos, & quæcumque ad illos spectarent, manifestè contestatus est Deus ipse apud Ezechielem, dicens, [m] *Eò quòd versi estis omnes in scoriam, propterea, ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem: congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, & succendam in ea ignem ad conflandum, (seu ad fundendum) sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam: & conflabo, (seu & fundam) vos, & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini (seu fundemini) in medio eius.* Quid clarius? Et vt noueris, hæc quæ apud

Ira Dei stillat parumper in hoc sæculo.

Hug. Card.

k Iob. 26. 14.

Ira Dei funditur vt metallū ad facturam vasorum furoris.

Ira Dei comparata igni ardenti, quo funduntur, & liquefiunt metalla.

l Nahum. 1. 6.

Iudæi & impij quique metalla fundenda ab igne iræ Dei.

m Ezech. 22. 19.

apud Ezechielem dicta fuere à Domino, optimum esse commentum istorum, quæ hîc apud Ieremiam ab eodem Domino dicuntur, Scias, in textu Hebraico non esse, *Super locum istum*, prout in sequentibus, *Super homines, & super animalia, & super arbores agri, & super fructum terræ*. Sed legi אל־המקום הזה *el amakom hazeh*, quod tametsi alij vertant. *In locum istum*, alij, *Contra locum istum*: verti nihilominus rectè potest, *Ad locum istum*, seu, *In loco isto*: vt significetur, Iudæorum fusionem ab igne furoris Dei faciendam in ipsa eorum terra, & vt apud Ezechielem dicitur, in medio Ierusalem.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Numquid me ad iracundiam, &c.

Vers. 20.] Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Ἵνα παροργίσωσί με. μὴ ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζωσι λέγει κύριος; οὐχὶ ἑαυτοὺς, ὅπως καταισχυνθῇ τὰ πρόσωπα αὐτῶν;

20. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ὀργὴ, καὶ θυμός μου χεῖται ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πᾶν ξύλον τοῦ ἀγροῦ αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰ γενήματα τῆς γῆς, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐ σβεσθήσεται.

Vers. 19.] Vt me ad iracundiam prouocent. Numquid me ipsi ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos, vt confundantur facies eorum?

Vers. 20.] Ideo hæc dicit Dominus. Ecce ira, & furor meus funditur super locum istum, & super homines, & super iumenta, & super omne lignum agri eorum, & super genimina terræ: & accendetur, & non extinguetur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid ipsi putant quòd irritent me, dicit Dominus? nonne in malum sibimet, vt confundantur in operibus suis?* Vers. 20. *Propterea sic dicit Dominus, Ecce furor meus, & indignatio mea residet super locum istum, super homines, & super iumenta, super arbores agri, & super fructus terræ, & exterminabit ea, & non erit eis miseratio.*

In explicationem eorum, quæ ait Dominus in vers. 19. *Numquid me ad iracundiam*, &c. faciunt quæ ait Ioannes Chrysostomus in principio homiliæ in Psalmum sextum his verbis, 1 *Ira & furor quomodo in Deo percipi debeant.* Chrysost.

B *Quando furorem, & iram Dei audieris nihil humanum suspiceris, Sunt enim verba, quibus se accommodat, & ad captum nostrum demittit. Ita autem loquitur, vt in crassiorum cadat intelligentiam. Nam nos quoque quando loquimur cum barbaris, illorũ lingua vtimur, & si cum puero loquimur, vnà cum eo balburimus, & vt millies docti simus, ad humilitatem illius nos mittimus. Et quid mirum si hoc in verbis facimus, quando id etiam in rebus fit à nobis, Vt qui & manus mordeamus, & iram simulemus, vt infantem corrigamus. Ita etiam Deus volens reprehendere, talibus iracundiæ verbis vtitur. Non enim pro* C *sua dignitate loqui studet in furore arguens, sed pro auditorum vtilitate. Nam se nosse ira obnoxium alicubi rursus ostendens dicebat. Numquid me ad iram prouocant, non autem se ipsos?*

Vers. 20. Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c. 2

Hieronymus. *Qui supra dixerat. (Numquid me ad iracundiam prouocant?) quomodo nunc dicit, (Ecce furor meus, & indignatio mea stillauit super locum istum?) Et est sensus. Ego quidem naturaliter non irascor: sed illi ita agunt, vt me ad iracundiam prouocent, & meam videar mutare naturam. Sentiant igitur iratum, quod quantùm in se est, facere conan-* D *tur. Pulchréque non ait, effusus est furor meus super locum istum, sed stillauit, vt moderatam pœnam significet. Si autem in stilla furoris tanta duritia est, quid fiet, si omnis imber fuerit effusus? Sed & conflata indignatio sic intelligi potest, vt quod diu facere noluit, peccatorum multitudine facere compellatur. Cum autem Dominus iratus fuerit, & homines, & ea quæ hominum sunt, similem interitum sustinebunt, (Et succendetur,) inquit, haud dubium quin furor Domini: & non extinguetur, quia non agit populus per quæ possit extingui.*

Hieronym. *Iram Dei quomodo prouocare dicantur peccatores.*

Ira Dei in hac vita stillatur, non effunditur.

Theodoritus. *Declarat*, inquit, *speciem confusionis, de qua mox dixerat, vt facies eorum confun-* E *dantur, & asserit futuram, non hominum dumtaxat internecionem, sed & iumentorum, & plantarum perditionem, ac desertam in terram.* Theodorit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΜΗ ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζουσι, λέγει κύριος. οὐχὶ ἑαυτούς;] F

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐγὼ πάσχω δεινόν τι; ναὶ || τοῦτο φησὶν, ἵνα ἑαυτοὺς καταισχύνω. || ὁ γὰρ ὑβρίζων ἐστὶν ὁ παθών. καὶ ὅταν μηδὲν ὁ ὑβριζόμενος πάσχῃ δεινὸν, ἀποστήσεται τῆς ὕβρεως. ὡς οὐδὲν πλέον ‖ περαινῶν.

|| *ἴσ. ἀλλ' αὐτοί φασι ν.* || *ἴσ. καταισχύνωσι.* || *ἴσ. περαίνων.*

[Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος.]

Τοῦ αὐτοῦ. πανταχοῦ τὸ, λέγει κύριος. ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον. ἵνα μὴ πάλιν τὸ ἀόργητον εἰς ῥαθυμίαν αὐτοὺς ἐμβάλῃ.

[Ἰδοὺ

Vers. 19. NVmquid me ipsi ad iracundiã prouocant, &c. Nõne semetipsos? &c.) 3

Chrysostomi.] *Num ego aliquid perpetior mali? ipsi, ait, vt se ipsos probro afficiant: qui enim contumelias refert, is sibi damnum creat; & cùm is cui fit contumelia, nihil patitur, Abstinebit ipse ab iniuria, tamquam nihil proficiens.* Chrysost. *Iniurias alteri inferens sibi magis quã illi obest.*

Vers. 20. *Ideo hæc dicit Dominus*, &c. 4

Eiusdem.] *Vbique illud, Dicit Dominus, vt verbis fidem faciat. Ne lenitas, & clementia rursus desidiam illis iniiciat.* Chrysost. *Dicit Dominus: cur toties repetant Propheta.*

Ecce

appellabatur tribus Ioseph) sic etiam Ierusalem, & tribum Iudæ cum Beniamin se abiecturum esse testatur. Abiecit igitur Silo, abiecturus & templum, abiecit decem tribus, abiecturus & duas. Quicquid illi populo dicitur, intelligamus & de nobis, si similia fecerimus.

2 Ambrosius. *Synagogam Iudæorũ succensam non reædificandã neque Iudæos ipsos vindicandos.*

Ambrosius lib. 5. Epistolarum epistolâ 29. paulò ante medium, totum hunc Imperatori Theodosio affert locum, vt probet, Non reficiendam Iudæorum Synagogam, à Christianis Destructam, quia illam Deus repulisset. *Non est*, inquit, *causa tanta commotioni idonea, vt propter ædificij combustionem in populum tam seuerè vindicetur, multò autem minus, quia Synagoga incensa est perfidiæ locus, impietatis domus, amentiæ receptaculum, quod Deus damnauit ipse. Sic enim legimus per os Ieremiæ, dicente Domino Deo nostro: (Et faciam domui vbi inuocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo: & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros, omne semen Ephrem.* **Et tu** *noli orare pro populo isto, & noli postulare illis* **misericordiam**, *& neque accesseris ad me pro illis*, **quia non** *exaudiam te.) An non vides quid isti faciant* **in ciuitatibus** *Iudæ?* Deus se pro illis prohibet **rogari**, quos tu vindicandos putas.

Theodoret. *Vita bene magis quàm locis sanctis fidendum.*

Theodoritus. *Suadet Dominus ne fidant* **templo**, *sed vita legitima, quamobrem subiicit quod &* **domus** *Dei eadem patietur, & ipsi pœnas fratrum* **suorum** *luent. (Proiiciam enim vos ait, à facie mea,* **sicut pro**-*ieci fratres vestros, omne semen filiorum* **Israel**.)

D. Thom. *Sollicitudo Dei in nostri vtilitatem. Matutinum tempus congruum ad contemplandũ.*

D. Thomas. *Allatum exemplum adaptat* **ad propositum** *assumens similẽ culpam, (& nunc, &c.) (* **manè** *consurgẽs.) Ad modũ hominis solliciti, qui summo* **manè** *surgit ad explenda opera sua: vel quia tẽpus illud* **congruum** *est ad contemplandum, & suscipiendum* **verba** *sapientiæ, pro corpore iã quietatur, Et concludit similẽ pœnam quãtùm ad destructionẽ loci, faciã domui, &c.) & quantùm ad captiuationẽ populi. Proiiciã vos, &c.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ νῦν ἀνθ' ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴν λέγει τὴν κακίαν. οὔτε κατ' αὐτὸν τὸν ἐν Σηλὼμ τόπον, οὔτε τὸ διδάσκειν αὐτοὺς ὠφελῆσαί τι, φησιν. ὅρα γὰρ αὐτοὺς μετὰ πόσης σπουδῆς ἀπήγαγε τῆς κακίας.

|| ἴσ. οὔτε γὰρ τὸ κατὰ τὸν τόπον.

[Πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.]

Ὀλυμποδώρου.] ἡ βασιλικὴ φυλὴ ἄρχουσα τῶν δώδεκα φυλῶν.

Vers. 13. *Et nunc pro eo quòd fecistis omnia opera hæc, &c.)* 3

Chrysost. *Iudæorum obstinata iniquitas.*

Chrysostomi.] *Multam ait iniquitatem: Nec enim exemplum loci Silo, nec doctrina sæpius inculcata aliquid eis emolumenti præstabũt. Nam vide quãto illos conatu à peccatis reuocarit.*

Vers. 15. (*Omne semen Ephraim.*)

Olympiod.

Olympiodori.] *Regia Tribus duodecim tribuum princeps.*

Vers. 16.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Tu ergo noli orare pro populo hoc.*

Tu[a] *itaque Ieremia qui totus esse soles in effundendis precibus pro populo isto; Et hoc exploratũ habe, illum esse omnino à resipiscentia alienum: Ne ergo vt patronus illum defendens, eiusque causam apud me agens pro illo orationem coram me habeas; haud enim æquum est, vt tu qui sanctus es, iniustam tuearis causam, è qua honorem minimè sis delaturus:* [b] *Ne tempus conteras in progenitorum eius præconio exaggerando, vel etiam in me laudando, quod id in primis in mea habeam natura, vt misericors, benignusque sim: Ne pro illis Psalmos magno coram me proclames affectu.* [c] *Ne tandem velut importunus aduocatus accedas ad me, vt saltem ob importunitatem quid pro eis obtineas: vel vt benignissima mater mihi occurras illius quidem patri, sed indignato, & cum indignatione ipsum flagellare parato: velut præfortis dux prælio mihi obsistas orationis, quò facilè me noscis superari solitum. Omnino enim tibi significo, haudquaquam me tuas exauditurum preces.*

b *Nec assumas pro eis laudem & orationem.*

c *Et non obsistas mihi, (seu, Non accedas ad me, aut Non occurras mihi)*

d *Quia non exaudiam te.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card. *Sanctorũ virorum quantam rationem habeat Deus.*

Tu ergo noli orare, &c. Hugo Cardinalis asserit hæc à Domino Ieremiæ, *dicta ex magna liberalitate: vt si quis volens omninò aliquid facere, quia videt sic expedire nec alio modo fieri posse, dicat amicis, Nolite me orare pro his, vt aliter faciam, quia nullo modo facerem, & ideo dico vobis, quia nolo vos confundere vi repellendo. Sic*, inquit, *Propheta ait, ne videatur illum despicere, & offendere, quod non exaudiatur orans pro populo.* Cæterũ illatiua quæ hîc est particula, (*Ergo*) ita hæc referenda ad superiora significat, vt quid ex iis necessariò consequens. Qui enim & in Deum prauo Idolorum cultu, & in templum nimiâ deliquerunt fiduciâ cum irreuerentia; qui surdas diuinis monitis præbuerunt aures, nec benignissimè ipsos ad pœnitentiam vocanti responderũt Domino, adeoque & templo priuandi erant, & à diuina facie proiiciendi, vt impœnitentes; indigni pariter haberi debuêre, pro quibus preces ad Deum funderentur; atque vnà cum ablatione templi, & sanctorum quoque destituendi erãt precibus, quod vnum superesse poterat boni, vt veritas eius pateret comminationis, quâ in præcedenti, vers. 15. extremo malorum omnium à facie Domini proiiciendi dicebantur, *Pulchrè*, ait Isidorus Clarius in suis Scholiis, *humanos affectus induit, vt populum magis deterreat, dum monet Prophetam ne precetur pro populo, cùm tamen id optaret Deus, vt is resipisceret.* Porrò cùm exploratissimum haberet illos ab huiuscemodi resipiscentia penitus alienos desperatamque eorum intelligeret pœnitentiam, æquum profectò fuit, vt de hac illorum impœnitentia, de qua in 1. Ioannis Epistola dicitur, [e] *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis*, & sanctum certiorem redderet Ieremiam, qui alioqui totus in effundendis pro populo illo precibus esset, iuxta illud lib. Machab. [f] *Hic est qui multùm orat pro populo, &* pro

Sacris abutẽtes indigni sunt pro quibus preces ad Deum fundantur.

Obstinati & impœnitentes indigni sunt, pro quibus viri sancti Deum deprecentur.

e 1. Ioan. 5. 16.

f 2. Machab. 15. 14.

& pro vniuerſa ciuitate Ieruſalem.

In cuius ſenſus confirmationẽ faciũt & ſingula quæ in tota hac ſententia adhibita ſunt verba. Quod enim primò dicitur, (*Tu noli orare pro populo hoc*,) in Hebr. textu ſic habetur, & tu אל תתפלל *al thithpallel*, i. *ne vt patronus populũ iſtum defendens, eiuſque cauſam corã me agens, pro illo orationem ad me habeas*, illius deferens cauſam, Cũ ſcil. haud æquũ ſit, vt iniuſtã tu qui ſanctus es, tuearis cauſam, è qua honorẽ, bonumque haud referas exitũ. Verbum enim פלל *palal*, forenſe eſt propriè, & cũ in reliquis cõiugationibus ſignificet iudicare, iudiciſque munus explere, quomodo 1. lib. Regum ſic

a 1. Reg. 2. 25. dicitur,[a] *Si peccauerit vir in virũ* ופללו *vphillelo*, id eſt, *iudicabit illũ Deus*, vel iudex, cõſideratis nimirũ cauſæ merito, & circunſtantiis iudicium pro illo proferet, in quẽ peccatũ admiſſum eſt: Chald. *Si peccauerit vir in virum, nonne adducent coram Iudice, & audiet verba illorũ, & diuidet inter illos*, id eſt, dirimet litem, quæ eſt inter illos: In cõiugatione tamen, quã apud Hebræos reciprocè verba vſurpãtur. Id orare ſignificat, ita vt qui orare ſic dicitur, patronum ſe exhibere deſignetur, qui bene perpenſis cauſæ circunſtantiis, & examinato, quẽ habere exitũ poteſt ſuum patrociniũ, tunc demũ ſeu vt actor, ſeu vt defenſor orationẽ omni quo poteſt & affectu, & eloquentiâ, ad principem habet, aut ad Iudicẽ. Prout in ſecunda parte præcitatæ ex lib. Regũ ſententiæ in hunc ſignificatum vſurpatum videre eſt, cùm ibi ſic ſubiicitur. *Et ſi in Dominum peccauerit vir, quis*, יתפלל לו *ithpallel lo*, id eſt, *quis pro illo patronum ſe exhibebit*, quis orationẽ pro illo habebit? *quis orabit pro illo?* vt noſter vertit interpres, id eſt, Quis talem ad ei patrocinandum ſuſcipiet cauſam, cuius eæ ſunt circunſtantiæ, vt ſi iuridicè agendum ſit, nulla compareat ratio, quâ defendi ea queat?

3 *Orandi efficaciter pro aliquibus duæ rationes, ſi laudes proponantur vel Dei, vel illorum pro quibus oratur.*

(*Nec aſſumas pro eis laudẽ*.) Quia duæ sũt in primis rationes, quibus vel etiam in cauſa difficillima, & quæ deſperata propemodum ſit, ſapiẽs vti poteſt orator, vt iudicis conciliet animũ offenſique Principis deliniat indignationem; ſi videlicet laudes in mediũ proferat, vel eius cui patrocinatur, vel eius apud quem cauſam dicit, rationes iſtas ne ſuſcipiat in Iudaici populi defenſionem Ieremiæ prohibet Deus, cùm iuxta Hugonẽ Cardinal. tantũdum ſit, ac ſi dicat, Ne mihi proponas eorum, aut patrum ipſorum bona, credens quòd propter hæc poſſis me flectere: Neque me laudando videlicet, quòd id proprium habeã, vt miſerear ſemper; & parcam, meã pro iis captare ſtudeas beneuolentiam. In verſione Sept. ſecunda potiſſimùm prohiberi videtur ratio, quæ & validior eſt, & frequenti vſu à ſanctis quibuſcumque viris comprobata. Sic enim legitur, καὶ μὴ ἀξίου τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς. (*Et ne roges vt miſerear illorum*.) In textu autem Hebraico iuxta eam interpretationem, quæ in Bibliis eſt Regiis, (*Et ne aſſumas pro eis præconium*) primam dicas prohiberi rationem, quæ & potentiſſima apud eum eſſe ſolet, qui de eorum præconio digni extiterint ſic gaudet commemoratione, vt ex illis glorioſam ſibi concinnet appellationem, ſæpius repetens, ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus patrum tuorum,[b] Quorum denique & præconio detineri quadam quaſi violentiã, ne quod propoſuerat executioni mandaret decretum de delendo Iſraelitico populo Moyſi ſignificauit, imò & vinci ac ſuperari; quando, dicente Moyſe, *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum*, qui mox dixerat, *Dimitte me vt iraſcatur furor*

Commemoratio Sanctorũ parentũ quãti apud Deũ valeat eum oratur pro eorum filiis.

b Exod. 32.

A *meus contra eos, & deleam eos*: ad ſanctorum Patrum præconium illico iiſdem placatum ſeſe exhibuit, dicente Scripturâ, *Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum*.

Cæterùm cùm non ſolùm dicatur, (*Ne aſſumas pro eis laudem*,) ſed & addatur, (*Et orationem*,) per hoc adiectum explicari videtur quid & laudis nomine hoc loco intelligere debeamus, nempe orationem eam, quã vehementi affectu Deus in Pſalmis laudatur & in hymnis, de cuius orationis vi Pſaltes ipſe Dauid dicebat,[c] *Laudans*

4 *Laudum vocabulo ſignificata oratio, quæ magno affectu fit in Pſalmis, & hymnis.*

c Pſal. 17. 4.

B *inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero*. Vnde bene Iſidorus Clarius in Scholiis, (*Ne aſſumas laudem, id eſt Pſalmum*,) inquit, quo ſenſu in fine Pſalmi 71. legimus,[d] *Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe*, id eſt, Pſalmi. Vt in prima quidem parte. (*Noli orare pro populo hoc*.) Ieremiæ prohibeat Deus, ne pro Iudaico populo patrocinium apud ipſum ſumat, orationemque habeat à ſemet compoſitam; in hac verò ſecunda parte & id quoque ei vetet, ne pro illis recitatione oret Pſalmorum, quæ & efficaciſſima certè eſt, quando magno fiat affectu, quem affectum hoc loco

d Pſa. 71. 20.

Pſalmorũ & hymnorũ recitatio eſt oratio efficaciſſima, quãdo ex magno fiat affectu.

C Hebraica ſignificat lectio, iuxta Vatabli verſionem, (*Ne attollas pro illis clamorem*,) Nomen quippe quod hîc eſt רנה *rinnah* propriè quemlibet ſignificat clamorem, & hoc loco vſurpatur ad ſignificandum laudem, ac Pſalmum affectu, internoque clamore ad Deum eleuatum.

(*Et non obſiſtas mihi*,) Hebræa iuxta vim propriam verbi פגע *pagang* (*Et non occurras mihi*, ſeu *in me*.) Sept. (*Et ne accedas ad me pro eis*.) Quibus tribus lectionibus tres attinguntur metaphoræ, quibus vnum, idemque indefeſſum, & perſeuerãs orationis exprimitur ſtudium: Lectione enim

5 *Orantes Deũ pro aliis debẽt ſe habere inſtar diligentiſſimi apud magnum Regẽ cauſidici.*

D Sept. fieri videtur alluſio ad diligentiſſimum illũ cauſarum patronum, qui cùm rei cuiuſpiam patrocinium ſuſceperit, per libellos ſupplices, perque ſcripta vulgò informationes, ſeu allegantias, apud principẽ agere incipit: cúmque hac ratione nil aſſequi animaduertat, orationem ad eumdem in foro habere contendit, in qua affectu quo poteſt maximo declamans, nullum præterire ſatagit argumẽtum, nullam & rationem, quâ illum quoquo modo flectere queat. Quòd ſi nec propterea quicquam ſe profeciſſe intellexerit, vehemẽtiori adhuc ſtudio acceſſum ad ipſum habere obniti-

E tur intra cubiculum, vbi vel propter importunitatem, id tandem ab eo obtinet, quod pro cliente ſuo fruſtra iam in variis tentarat rationibus. (*Tu ergo noli orare pro populo hoc*,) En primum Ieremiæ in patrocinando Iudaico populo ſtudium. (*Nec aſſumas pro eis laudem, ſeu clamorem, & orationem*.) En diligentiam ſecundam (*Et non accedas ad me pro eis*.) En ſtudium tertium.

Iuxta Hebraicam lectionem, (*Et ne occurras mihi*,) alluſionem fieri crediderim ad matrẽ, ſuum teneriimè amantem filium, cui tamen ob admiſſum aliquod facinus valde ſucceſum eius nouit

6 *Orantes pro peccatoribus ſancti ſe habent inſtar benigniſſimæ matris defendentis filium ſuum apud illius patrem, qui eũ caſtigare velit.*

F patrẽ, ad eiuſdemque matris perſeuerantiam, quã puerum ab imminẽte eruere ſtudet indignati patris flagellatione, vtpote quæ primò virum adit, orat, pro delinquente filio, eius tueri ſatagens factum, omnibus hæc in oratione vtens argumẽtis, quæ à vehementi ſibi ſuggerantur affectu. Cúmque adhuc indignatum, & in propoſito perſiſtẽtem illum conſpiciat, ad Deum ſeſe conuertit, quẽ Pſalmis, fuſiſque deprecatur precibus, vt viri ſui tollat indignationẽ, nec eiulatui parcẽs neq; clamorib. Sed & nihilominus patrẽ vibrãte virgã

ad castigandum filium tendentem dum cernit, depromptа magno illi occurrit animo,omniq; quã nouit,& potest arte eum continere obnititur.

Filios Dei contumaces, atque rebelles, quos supra filios reuertẽtes, seu auertentes appellatos vidimus Iudæos,Deũ patrẽ suũ ad indignationẽ prouocasse sceleribus,ita vt acriter propterea castigãdi essent,sat ex præcedentibus cõstat, sanctũ Prophetam Ieremiam materno illos prosecutum amore,ita vt cũ Apostolo dicere quiuerit,[a] *Filioli mei quos iterũ parturio,*iuges pro illorũ cõuersione labores,ac dolores sustinẽs partus,nemo iure dubitat,qui indefessum eius in toto hoc opere prędicationis perpenderit studiũ:Eumdem autẽ pro imminentibus Iudaico populo flagellis materno viscerum dolore cruciatũ,ea indicãt illius verba, quibus superiùs dixit,[b] *Ventrẽ meum,ventrẽ meum doleo:sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij, Cõtritio super contritionẽ vocata est.*Instar matris & se apud cælestẽ patrem pro iisdem Iudæis exhibuit interpellantem eamdemque adhibuit in interpellando perseuerantiam, orat quippe, illos suã tueri satagẽs oratione, *(Tu ergo ne oraueris pro populo hoc.)* Addit Dei laudes,& Psalmos,maximo eos inclamans affectu,*(Nec assumas pro eis laudem, & orationem :)* Sed & properanti ad Iudæorum deuastationem , omni quã potest occurrit sollicitudine,*(Et non occurras mihi.)*

a Gal. 4.19.
b Iere.4.19.

7 Iuxta lectionẽ denique nostræ Vulg.*(Et nõ obsistas mihi)*ad eũ alluditur qui vt optimi defensoris omnes intuẽdo aliquãdo expleat partes, supplex primò apud Principẽ agit contra reũ indignatũ, tum eloquentẽ magno cum affectu apud eumdẽ habet orationẽ,quã vel collatis in eũ benignitatis & miserationis laudibus ipsum ad indulgẽtiã flectat:sed & inflexibili,si opus sit,aperto obsistit Marte,venientique ad rei,quem ipse tuetur,vindictã sese opponit,instar præfortis ducis præliũ cum illo iniens,quo ab inferenda vltione eũ impediat.Et quidem duo priora studia pro Iudaici populi defensione à Ieremia adhibita testatus est Deus in duabus præcedentibus istius sententiæ partibus,*(Tu ergo ne oraueris*, &c. Et,*Nec assumas pro eis laudem,& orationem ,)* præstitum autem & tertium,qui eum dimicãtem sæpius expertus est, affirmat in tertia hac parte,*(Et non obsistas mihi.)*

Orantes pro peccatoribus sancti aliquãdo se habent apud Deum instar sapientissimi, & fortissimi defensoris.

Oratione dimicant cum Deo Sancti plerũque pro peccatoribus.

Rationẽ si quæras istius Ieremiæ prælij,& resistẽtiæ aduersùs Deum , eã profectò esse noueris, quã & sancti quoque alij armis dimicare consueuerunt perseuerãtis & affectuosę orationis,Quomodo & à Christo Iesu faciẽdum prædixit Isaias vbi pro eo quod in Vulg.legimus, *Et* [c] *pro transgressoribus rogabit*,iuxta propriam vim Hebr.quod ibi est verbi יפגיע *iaphghiang* , vertendum, *Et pro trãsgressoribus obuiam audacter processit*, obstititque Deo patri,ne tunc illos prout merebãtur,deleret, quãdo pro illis videlicet,ac dicens,[d] *Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt*,[e] *exauditus est*,(vt ait Apostolus)*pro sua reuerentia.* Quomodo & Sũmũ Pontificẽ Aaron Deo obstitisse asserit auctor lib. Sapientiæ, dicens, [f] *Properans homo deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ,* ministerij nimirum sui in oratione *scutum orationem , & per incensum deprecationem allegans restitit iræ , & finem imposuit necessitati.* Quomodo denique à Sancto Moyse præstitum Regius testatur Vates cùm ait , [g] *Et dixit* , scilicet Deus , *vt disperderet eos*,Iudæos, *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius,Vt auerteret iram eius,ne disperderet eos*,id est,Nisi Moyses fortiter præliãs, eique ob-

c Isai.53.12.
d Luc.23.34.
e Hebr. 5.7.
f Sap.18.21.
g Psal.105.23.

A sistens stetisset ex opposito rupti muri ad eũ depellendum,ne per ipsam muri cõfractionẽ in eũ irrueret populum,quẽ ipse tãto tuebatur studio.

8 *(Quia non exaudia te,)*Generaliter hãc sententiã accipientes hæretici,quasi per illam vetet Deus, Sanctos orare pro nobis, Sanctorũ improbãt intercessionẽ,Cùm è vestigio sexcẽtis è Sac.Script. locis aliis apertè pateat,istiusmodi intercessionẽ in eximiũ beneficiũ Ecclesiæ præstitũ , maximarumque viriũ eamdẽ esse apud Deum,qui & illã instituit,& cũ aliquando deesse cõtingat,ægerrimè id fert.Sic in lib.Genes.[h] legimus,illum Regi B dixisse Abimelech,*Nũc ergo redde viro suo*,s.Abrahæ vxorẽ,*quia Propheta est,& orabit pro te,& viues.* Sic ad amicos S.Iob idẽ ait Dominus,*Ite* [i] *ad seruũ meum Iob,& offerte holocaustũ pro vobis:Iob autem seruus meus orabit pro vobis,faciẽ eius suscipiã,vt non vobis imputetur stultitia.* Peruulgatũ est & quod apud Ezechielem in hunc sensum dixit,[k] *Quæsiui inter eos virũ,qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra,ne dissiparem eã,& non inueni.*Et quasi is propterea vicem nostram doluerit , qui nostri est amantissimus, ait de illo Isaias,*Et* [l] *vidit quia non est vir*,qualem scil. peroptaret, qualẽ C & tãtã quæsiuit diligentiã:*Et aporiatus est*, animo propemodum anceps & quasi hærens quid facto opus esset,quia non est qui occurrat,quique precibus pro populo fusis obuius sibi fiat ad vindictam properãti,qui ipsi prælio obsistat orationis. *Et vidit,& malum apparuit in oculis eius.* Malũ certè,quo vix aliud populo cuilibet euenire potest peius,prout ex eodẽ colligere est Isaiæ,vbi de extrema populi sui miseria cum Deo conquerens ait,[m] *Non est,qui inuocet nomen tuum,qui consurgat, & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.*

Sanctorũ intercessionem improbãt hæretici ex hoc Ieremiæ loco. Quam tamẽ maximè Deo acceptam ex multis cõstat Sacræ Scripturæ sententiis.
h Gen. 20.7.
i Iob.42.8.
k Ezech.22.30.
l Isai.59.16.
Intercessione Sanctorũ destitui est malum pessimũ.
m Isai. 69 8.

D Haud igitur hæreticorũ more quod hoc loco Ieremiæ orare pro populo suo prohibet Deus,sibique occurrere , atque obsistere interdicit , generaliter accipiendũ est,sed speciali id factum ratione extremũ hoc significat malũ,quod ab eodẽ Domino subiectum illi fuit, *(Quia non exaudiam te.)* Audi Prophetã alium hãc explicantẽ rationẽ. *Ecce* [n] *non est abbreuiata manus Domini , vt saluare nequeat neque aggrauata est auris eius,vt non exaudiat : Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum,& peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis,ne exaudiret.*Nec ex parte Dei, nec ex parte Sancti Prophetæ id erat,vt illius exaudiendæ nõ E essent preces;at ex parte eius,pro quo illæ effundebantur,ex parte Iudaici populi obfirmato animo in sceleribus perseuerantis.

Sanctorũ intercessionem aliquando nõ exaudiri à Deo est ex parte illorũ, pro quibus ÿ intercedunt.
n Isa.59.1.

9 *Vnus* [o] *orans,& vnus maledicens cuius precẽ exaudiet Deus?*ait lib.Eccles.auctor. Clamor iniquitatum,quæ actu à populo illo aduersùs Deum admittebatur,diuinas replerat aures,haud fieri certè poterat,vt eodem tẽpore preces eæ exaudirẽtur,quæ pro illo fundebantur.Quis Christo sanctior?& nihilominus solæ eius exauditæ sũt preces,cùm pro illis eas effudit,quos cælestis Pater in malo minimè obstinatos intellexit,quod tam F Pater ipse ei apud Isaiam significauit, cùm diceret,*In* [p] *tempore placito* , seu *acceptabili* (vt nomen id explicauit Apostolus)[q] *exaudiui te.* Quam Patri idemmet filius in Psalmo 68. contestatus est, dicens.*Ego* [r] *verò orationem meam ad te Domine,tẽpus beneplaciti Deus.* Ac si diceret meam ad te pro corpore meo mystico fudi orationẽ, eãq; opportuno fudi tempore,quando bene te noui affectũ erga illos pro quibus orabã. Deniq; & hoc quoque loco Dominus Ieremiæ præallatam confirmat

o Eccles.34.29.
Christi preces solæ exauditæ à Patre fuere,quas fudit pro iis , quos Pater norat haud futuros obstinatos in malo.
p Isai. 49.8.
q 2.Cor.6.2.
r Psa.68.14.
Ciuium scelera sunt plerumque in causa, vt ciuitates intercessione Sanctorum priuet Deus.

mat rationem, cur illi prohiberet, ne pro populo ſuo oraret, quòd exaudiendus minimè foret, maledicente eodem tẽpore, & obſtinato animo mittente populo ipſo cælum verſus Clamorem ſcelerum ſuorum, ſubiiciens in ſequentibus. Nonne vides, &c.

Verſ. 16.]Tu ergo noli orare, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

10 *Orationibus aliorũ cooperari & nos debemus, vt ea fructifera nobis ſint.*

EX ratione quam iſtius prohibitionis Dominus affert, ſubiiciens, *Quia non exaudiã te,*) colligere potes Morale, Haud ita confidendum in aliorum quantumcumque Sanctorum orationibus, vt arbitremur, illos ob ipſorum ſanctitatem ſic exaudiendos, vt propterea nihil ſit nobis cooperandum. Apertè enim ideo Prophetæ ſancto proteſtatur Deus, ne vel ipſe orationibus ſuis iſtiuſmodi fauère videretur errori. Videnteſque Iudæi ſanctiſſimo viro prohibitum, ne pro eis oraret, non exaudiẽdus, confugerent ipſimet ad orandum pro ſe in animo contrito, & humiliato, iuxta id quod infra à noſtro Ieremia dictum videbimus.[a] *Si fortè cadat oratio eorum*, ſcil. Iudæorum *in conſpectu Domini*, id eſt, ſi humiles, & proſtrati coram Domino orent, vel ſi accepta ſit coram Domino humilis eorum oratio: *& reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor, & indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus aduersùs populum hunc.* Iſtorum exẽplum habemus in Euangelio,[b] quãdo orãtibus Apoſtolis pro muliere Chananæa, eiuſque filia, Non exaudiuit illos Ieſus, imò eorũ repellens preces, reſpondit, *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Idque ipſã audiẽte Chananeã, vt eius humillima poſtmodùm oratio caderet in conſpectu ſuo, quam & exaudiret.

a Ierem.36.7.
b Matth.15.23.

11 *Oratio aſſumi poteſt, & propter ipſũmet orantem, & propter alios.* S. Thom.

(*Nec aſſumas pro eis laudem, & orationem.*) Notãdum, quòd non ſimpliciter dicitur, (*Nec aſſumas laudem, & orationem*:) quamuis ita dici potuiſſet, cùm ſubintelligi quiuiſſet quod mox dictũ fuerat (*pro populo hoc*:) ſed notanter & hîc adiicitur, (*pro eis.*) Poteſt enim aſſumi Dei laus in orationis ore duplicem ob cauſam, vt colligitur ex doctrina S. Tho.2.2.q.91.art.1.in corpore, & propter ipſum qui illam aſſumit, cuius affectus excitatur in Deũ ex laude ipſius, iuxta illud Pſal.[b] *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quò oſtendam illi ſalutare Dei*: perque huiuſmodi affectũ retrahitur ab his quæ ſunt contra Deum, iuxta illud Iſaiæ,[c] *Laude meã infrænabo te, ne intereas*: Et propter alios, vt videlicet iſtiuſmodi Dei laudes audientes ad illius inducãtur reuerentiã, eorumque in illum prouocetur affectus, iuxta illud Pſal.[d] *Semper laus eius in ore meo, Audiant manſueti, & lætentur*; *Magnificate Dominum mecũ, & exaltemus nomen eius in idipſum.* Tacitã igitur per hæc Dominus Prophetæ, & eorum qui pro obſtinatis peccatoribus orãt, reiicit reſponſionẽ; cùm enim, vt viſum eſt, ad hoc prohibitum illi fuerit, ne pro ſceleſtis oraret, vt ſineret illos orare pro ſemetipſis; Quia reſpondere is potuiſſet, imò ob idipſum ſibi in tali perſeuerãdum oratione, aſſumendamque laudem, vt eorũ affectus prouocetur ad orandum pro ſemetipſis. Tanta inquit Deus eorum eſt peruerſitas, vt hac ratione nil profecturus ſis, nam neque te orantem audientes ad id excitabuntur, quin potiùs te deludent.

b Pſa.49.23.
c Iſai.48.9.
d Pſal.33.2.

12 (*Et non obſiſtas mihi.*) Legimus in Pſalm.[e] *Tu*

e Pſal.75.8.

A *terribilis es, & quis reſiſtet tibi?* itemque apud Nahũ Prophetã,[f] *Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius?* Quomodo igitur Deus hæc ad Ieremiã habet. (*Nõ obſiſtas mihi?*) Inter illa quæ humanã arte excogitata, & facta ſunt terribilia, nil certè eſt terribilius, quam tormẽta illa bellica, quæ vulgo bõbardæ appellatur, quorum vehementiſſimis ictibus duriſſima quæque quatiuntur, confringuntur, ac deſtruutur, ita vt vix reperire ſit, quod eorũ obſiſtat impulſibus, non duriora marmora, non æs, aut ferrum, quæ duriſſima ſunt viſibilium omnium. Nihilominus

Ira Dei vna reſiſtere apta eſt humilis oratio, ſicut bombardarũ ictibus per ea potiſſimum obſiſti ſolet quæ molliora ſunt.
f Nahum.1.6.
Simile.

B illis, quibus duriora quæque obſiſtere nequeut, experientiã cõprobatum eſt, oppoſitione rerum quæ molliores ſunt, lanæ videlicet, bombacis, & ſimiliũ facilè obſiſti. Tale quid euenire mihi videtur inter Deũ, ac homines. Sicut.n. nil Deo indignato eſt terribilius, ita nil obſtinato durius eſt peccatoris corde. Vnde haud mirũ, ſi in iſtiuſmodi homines vehementiores ſuccẽſa Dei ira faciat ictus, ita vt iure dici debuerit. *Quis reſiſtet in ira furoris eius?* Vna dũtaxat eſt ratio, quã diuinis hiſce ictibus, vel etiam à peccatoribus quibuſcumque obſiſti poteſt, ſi molliora illis opponantur, hu-

C millimæ nimirum orationis verba, quæ ex contrito, & humiliato corde proueniant, dicente Salomone,[g] *Lingua mollis confringit duritiam*, id eſt mollis, lenis, humiliſque oratio duriſſimæ cuiq; obſiſtit iræ, prout apertiùs alibi idem dicebat Sapiens,[h] *Reſponſio mollis frangit iram.*

g Prou 25.15.
h Prou.15.1.

Cuius rei veritatẽ ex eo patet Euangelij, vbi parabolicè primum proponitur terribiliſſima Dei ira ſuccenſa, eiuſdemque fragor, & bõbus,[i] *Cùm cæpiſſet rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis oblatus eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta: Cùm autẽ non habe-* 13

i Matth.18.24.

D *ret vnde redderet, iuſſit eum venundari, & vxorem, & filios, & omnia quæ habebat & reddi.* En ſuccẽſæ iræ fragorẽ, Audi oppoſitam orationem mollẽ, *Procidens autem ſeruus ille orabat eum, dicens, Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi.* Audi & quomodo eidem iræ obſtitit. *Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.* Iſtius rationis vnicæ reſiſtendi iræ Dei apprimè gnarum ſanctus ſe oſtendit Iob, cùm diceret,[k] *Deus cuius ira nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant Orbem*, id eſt à cuius iræ deiiciuntur quæcũ-

K Iob.9.13.

E que inuicto ſunt robore, cuius ictibus ſuperbiſſimi quique deprimũtur, iuxta Verſionem Vatabl. *Deprimuntur adiutores ſuperbiæ.* *Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeam ei*, contendere videlicet, duritiéque verborum meorũ illi obſiſtere volens, *Et loquar verbis meis cum eo? Qui etiã ſi habuero quippiã iuſtum, non reſpondebo.* i. Tametſi iuſtus mihi videar, adeóque, & qui iure aliquo illi obſiſtere queam, *Non reſpondebo, ſed meũ iudicem deprecabor.* i. haud aliã ratione id efficiã, quàm molli linguã, molliq; reſpõſione, quã ira eius frangatur, molli inquã, & humillimã oratione, quã & ita animo ſim demiſſo, vt profitear, illam eo ipſo tempore, quo iræ Dei obſiſtens ab illo exauditur, propter eiuſdem

F Dei miſericordiam, non propter vlla mea exaudiri merita; vnde ſubdit, *Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.*

Cæterùm ex hac S. Iob ſententia iũcta cum ratione, quam affert Dominus Prophetæ itẽ Sancto Ieremiæ, cur ei prohibeat, ne ipſi hoc pacto obſiſtat, (*Quia non exaudiã te,*) colligere eſt ſolutionẽ difficultatis moralis: Quî fieri poſſit, vt Sãctocuiquam oratio pro aliis adhuc in hac vita degentibus prohibeatur, cùm huiuſcemodi oratio ex maxima prodeat charitate erga Deum, & proxi-

14 *Orationes Sanctorũ pro aliis quomodo exaudiantur, cũ tamẽ certum ſit illas ſæpe nõ exaudiri ad deprecantiũ votũ.*

mum, dicente Chryſoſtomo relato à S. Thoma 2. 2. quæſt. 83.art.7. in corpore. *Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur: adeóque dulcior ante Deum oratio non quā neceſſitas transmittit, ſed quam charitas fraternitatis cōmendat.* Moralis autē ſolutio hæc eſt:Quia etſi ſancti exaudiuntur,non tamen (vt eodē articulo docet S.Tho.) exauditur ſemper orãtis vox, quãdo pro aliis petit, quibus Deus firmo decreto pœnam parauit aliquam. Inuocantem quippe exaudit ad meritum charitatis, quâ mouetur fidelis quiſque ad orandum pro aliis: Sed eorum plerumque vox non exauditur, cùm non exaudiuntur ad votum. Sed quid? Ieremiæ dicitur, (*Noli orare pro populo hoc,& ne obſiſtas mihi,*) Ceſſandum ne propterea & nobis, vt non oremus pro aliis?Imò in aſſumpto iſtiuſmodi orationis ſtudio,& nobis pariter perſiſtendum,ſicut perſtitit & Sanctus Ieremias, cui & propterea iterum hæc àDomino inferiùs replicata videbimus.Perſiſtendum inquam, tametſi crediderimus non exaudiendas preces noſtras ad votum, prout & à ſemet faciendum ſanctis ſignificauit Iob,quando in præcitato loco,poſtquam dixit.[a] *Sed iudicem meum deprecabor,& cùm inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam,*addit rationē, *In*[b] *turbine enim conteret me,& multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa.*

Orationes pro aliis haud dimittendæ, etſi viderimus illas nō exaudiri ad noſtrum votum.

a Iob.9.16.

b Iob.9.17.

VVLGATÆ.

Verſ. 16.] Tu ergo noli orare,&c.

SEPTVAGINTA.

16. καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἀξιοῦ τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς, καὶ μὴ εὔχου, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.

Verſ. 16.] Et tu noli orare pro populo iſto, neque poſtules, vt miſerear illorum:& ne ores, & ne accedas ad me pro his: quia non exaudiam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem nec ores pro populo hoc, nec depreceris pro eis in deprecatione,& in oratione, neque roges coram me, quia non eſt voluntas coram me ad ſuſcipiendam orationem tuam.*

1 Verſ.16.*Tu ergo noli orare pro populo hoc,*&c.Hieronymus. *Ne videatur rogans Propheta non impetrare quod poſtulat, præcipit Deus, ne pro populo peccatore, & nullam agente pœnitentiā deprecetur. Quod autem dicit,(Et non reſiſtas mihi) illud oſtendit, quod ſanctorum preces Dei iræ poſſint reſiſtere. Vnde & Dominus loquitur ad Moyſem,*[a] *Dimitte me, vt percutiam populum iſtum,Et faciam te in gentem magnam: Et in Pſalmis legitur,*[b] *Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam.*[c] *Aaron quoque arrepto thuribulo, inter ignem arſurūque populum medius ſtetit, & Dei ira ceſſauit, Ac ne putemus crudelitatem Dei, qui ne rogari quidem ſe permittat, reddit cauſas, cur non exaudiat dicens, (Nonne vides quid iſti faciunt?&c.)*

Hieronym. *Orationibus Sanctorum quantum deferat Deus.* *Orationes Sanctorū iræ Dei reſiſtere poſſunt.*

a Exod. 32. 10.

b Pſal.105. 30.

c Num. 16. 46.

Idem Hieronymus,lib. 2. contra Iouinianum aliquantò poſt dimidium, *Sunt* ait, *peccata leuia, ſunt grauia. Aliud eſt decē millia talenta debere:alind quadrantem:& de ocioſo quidem verbo,& de adulterio rei tenebimur:Sed non eſt idem ſuffundi, & torqueri, erubeſcere & longo tempore cruciari. Audi Apoſtolum Ioannem.*[d] *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatū non ad mortem, petat,& dabit ei vitam, peccanti non ad mortem:qui verò peccauerit ad mortē, quis orabit pro eo: Cernis quod ſi pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam,ſi pro maioribus,difficilis impetratio ſit,& inter peccata,& peccata magnam eſſe diſtantiam.Vnde & de populo Iſrael,quia peccauerat peccatum ad mortem,dicitur ad Ieremiam: Noli orare pro populo hoc,nec aſſumas pro eis deprecationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.*

Peccata alia leuia, alia grauiora.

d Ioan.5.16. *Orãs pro peccantibus leuiter facilius exauditur, quā qui orat pro peccantibus grauiter. Pro peccantibus ad mortē oratio difficillimè exauditur.*

2 Tertullianus lib.de Pudicitia cap.2. *Etſi bonus naturâ Deus, tamen & iuſtus. Ex cauſa enim ſicut ſanare nouit,ita & cædere,faciens pacem,ſed & condēs mala,pœnitentiam malens,Sed & Ieremiæ mādans,ne pro populo peccatore deprecetur. Et tu, inquit, ne adoraueris pro populo iſto,& ne poſtulaueris miſericordiā conſequi eos:Et ne acceſſeris pro his ad me,quoniā non exaudiam.Malè autem ex hoc,atque ex aliis Ieremiæ locis infert Tertullianus,Deum aliquando non parcere flentibus, veréque pœnitentibus.*

Tertullian. *Deus bonus quidem, ſed & iuſtus eſt.*

Ioann.Chryſoſtom.hom.in Pſal.7.tom. 1. *Eſt aliud*,inquit,*quod non facit exaudiri,quãdo in peccatis perſeuerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus Ieremiæ. (Ne deprecare pro hoc populo. An non vides quid hi faciunt?)Ab impietate non defecerunt,& tu offers pro eis preces?Sed te non exaudiam.*

Ioan. Chryſoſtomus. *Orationes nō exaudiuntur quãdo in peccatis perſeueratur.*

Fuſiùs autem idem Chryſoſt.eodē tom. 1.homil.44.in Geneſim hunc locum pertractãs, *Quãdo ait,quod in nobis eſt ſimul afferimus, & accedit interceſſio Sanctorum, plurimum nobis confert. Quòd ſi ipſi negligētes fuerimus,& ſpem in illis ſolis collocamus noſtræ ſalutis,nihil ampliùs nobis prodeſt; non quòd infirmi ſint iuſti,ſed quia propter noſtrā deſidiā nos ipſos perdimus.Et vt diſcas,quòd quando negligētes ſumus, etiam ſi iuſti pro nobis orant,etiam ſi Prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas.Illi enim ſuā virtutē & per hoc demonſtrat,nobis autē nulla erit vtilitas propter mores noſtros.Audi Deum omniū ad eū qui de vtero matris ſanctificatus eſt,Ieremiam Prophetam dicentem, (Ne ores pro populo hoc,quia non exaudiā te.)Vide Domini miſericordiã,prædicit Propheta,vt ne cùm poſt orationē non exaudiatur,tribuat hoc ſuis demeritis:& ideo iam prædicit ei populi malitiã,& prohibet ne precetur,vt & ipſe ſcire queat immodicã Iudæorū peruerſitatē, & illi ſciant,quod nihil eis prodeſt Propheta, niſi & ipſi quæ ſua ſūt proferre velint,(Nō vides quid ipſi faciūt?&c.)*

Orationes Sanctorū tunc nobis proficua quãdo & nos illis cooperamur.

Sanctorū pro nobis interceſſio parum proficua,ſi nos negligentes fuerimus vt cooperemur illi.

Denique idem Chryſoſt. hom. 1.in epiſt. 1. ad Theſſal.*Etiamſi Paulo*,inquit,*ſimilis eſſes,opus tamē haberes aliorum precationibus. Non extollas te ipſum, humiliēris,ſi nos ipſi in virtutis ſtudio ſeduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis. Audi quid Paulus dicat,*[d] *Noui quod hoc mihi cedet ad ſalutem per veſtram precationem,ac ſubminiſtrationē Spiritus Ieſu Chriſti.Et iterum,*[e] *Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis,vt ex multis perſonis pro dono in nos collato per multos gratia agãtur pro nobis. Et tu dicis quid opus eſt mihi aliorum precibus?Si verò deſides fuerimus,nemo nos iuuare poterit. Quid profuit Ieremias Iudæis? An non tertiò Deum pro illis interpellauit,&viciſſim tertiò audiuit:(Neque oraueris,neque obſecraueris pro populo iſto,non enim exaudiã te?) Quid Saulē iuuit Samuel? An nō ad extremum vſque diē lugebat illum,non tantùm obiter precabatur? Quid profuit Iſraelitis? Non dicebat,*[f] *Mihi verò abſit ita delinquere,vt ceſſē pro vobis orare? Nō omnes perierūt? Si preces tantū aliorū poterūt,vt nos quamquã deſides, & occioſi in regnū inducant,quare non omnes Gentiles Chriſtiani fiunt? An nō pro vniuerſo mūdo oramus? Nō & Paulus hoc fecit? nō oramus vt omnes conuertantur?*

Chryſoſt. *Orationibus aliorum indigemus omnes.*

d Philip. 1. 19.

e 2.Cor.1. 11.

Orationes Sanctorū non proſunt negligentibus ſaluté propriã.

f 1. Reg. 12. 23.

Qui

Quî fit quòd mali non redduntur boni? Quòd nihil de ſuo afferunt.

4 Cyrillus Alexandrinus, in cap. 22. Iſaiæ, ita totum hunc citat locum. (*Et tu noli orare pro populo iſto, & noli rogare pro illis precationem, quia non exaudiam. An non vides quid tui faciant in ciuitatibus Iuda, & in viis Ieruſalem? filij eorum colligunt ligna, &c. vt parent hordeaceos panes militiæ cæli.*

Cyril. Alex.

In idemque caput 22. Iſaiæ Procopius Gazæus ſic ipſamet refert, *Et tunc ores pro populo iſto, quoniam non exaudiam. Qualia enim ea ſunt, quæ ipſorum filij faciunt? Ligna colligunt, & patres ignem accendunt. Vxores etiam ipſæ farinam ſubigunt, quâ placentas cæleſti militiæ conficiant.*

Procopius.

Paſchaſius Ratbertus lib. 3. in Lament. Ieremiæ. (*Ne aſſumas*, inquit, *laudem & orationem pro eis.*) *Quia profectò clamor operum aſcenderat contra eos, ne Propheta exaudiretur rogans pro eis.*

S. Paſchaſius.

Maximus Confeſſor Oeconomicorum Centuriâ. 3. cap. 82. tom. 5. Bibl. Vet. Patrum. *Rurſum Ieremias maximâ compaſſione ductus pro populo Iudæorum inſaniente circa Dæmoniorum errorem, non exauditur orans: quoniam ad vim precationis augendam non habebat Iudæorum Deo carentium conuerſionem ab errore: Vnde reuocans illum Deus à luctu inutili ait. (Tu ne oraueris pro populo iſto, & ne roges vt illorum miſerear. Ne precare, neve accedas ad me pro illis vltra, quia non exaudiam.)*

Maximus. *Orationes Sanctorū pro peccatoribus à Deo cur ſæpe minimè exaudiantur.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τοῦτο λέγει, οὐχ ἵνα ἀποστῇ προσευχόμενος, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους φοβήσῃ. ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ πρὸς Μωυσῆν. ἄφες με. ἵνα αὐτὸν μὴ ἀφῇ. οὕτω καὶ πρὸς τοῦτον μὴ προσεύχου. ἵνα ἀκούσαντες ἐκεῖνοι καταπλαγῶσι, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ τὰς ἐλπίδας ἔχωσιν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐβούλετο, οὐκ ἂν καὶ τὰς αἰτίας ἐπέθει, μόνον οὐχὶ ἀπολογούμενος αὐτοῖς.

Verſ. 16. *ET tu noli orare pro populo iſto, &c.)* 5
Chryſoſtomi.] *Hoc ait, non vt orare deſineret, ſed vt illos terreret. Sicut enim ad Moyſem dicebat, Sine* [a] *me, vt ille non ſineret, ſic & ad hunc, ne ores, vt hoc illi audientes ſtuperent, nec in aliis ſpes ſuas fundarent. Niſi enim hoc vellet, non & cauſas adderet, tantùm non facti ſui defenſionem ſuſcipiens.*

Chryſoſt. *Orare pro aliquibus prohibet Deus vt illis excitet terrorem.*

a Exod. 32. 10.

Verſ. 17.] Nonne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem?

Verſ. 18.] Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, mulieres conſpergunt adipem, & vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AN [a] *non vides quid ij in ſingulis ciuitatibus Iuda, quid & palàm in medio platearum Ieruſalem perpetrant, vbi eſt ſanctuarium meũ, in quo tantùm ſe habere profitentur fiduciam?*

a Nonne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalē?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 NONNE *vides*, &c. Quî fieri, inquit poteſt, vt te exaudiam orantem, vt populum iſtum tuum illæſum ab hoſtili impetu, & ab omni malo incolumem in terra hac ſeruem, quam dedi patribus eius, cùm & ciuitates Iuda ſingulæ plenæ ſint ſceleribus eius, & publicè in ciuitate ipſa Ieruſalem vbi meum eſt ſanctuarium, peſſima quæque patrare non deſiſtat? Nonne tuiſmet ea vides oculis, quæ ab vnoquoque eorum impudentiſſimè fiunt, ſummâ contentione & abſque vllo metu?

Verſ. 18. PARAPHRASIS LITERÆ.

ADEO [b] *commune iis eſt idololatriæ ſtudium, vt in ſingulis eorum familiis omnes cuiuſcumque ætatis, & conditionis ſuas in illud conferant partes, filij & minores, & qui prouectiores ſunt, congerunt ligna, iſti quidem vt fortiores, faſces deportantes, illi prout eius ætatis mos eſt, hinc inde ſtipulas colligentes: Et eorum patres, ſtrue congeſtorum lignorũ factâ, vel in foco, vel in clibano ignem accendunt, qualem proportionatum norunt ad id quod coquendum eſt: mulieres verò vniuerſæ in id ſuam nauant operam, vt farinæ florem ac ſimilaginem conſpergant, & impaſtent, idque toto intendentes conamine, vt & bellaria præparent, & placentas, collyridaſque faciant, quæ vel Lunæ offerant, quam cæli Reginam appellant, vel cælis ipſis in hæc inferiora ſuum mittentibus influxum: vel eorumdem militiæ toti, omnibus nimirum aſtris, vel orbibus in primis ſeptem Planetarum: Diis alienis libamina exhibêre contendentes: atque hæc, & ſimilia patrãtes vt me in iracundiam irritent, vt me ſpernant, meque & affligant.*

b Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignē, & mulieres conſpergunt adipē, & faciant placentas (ſeu præparationes, aut bellaria) reginæ (ſeu militiæ, aut machinæ) cæli. & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocēt (ſeu, & me affligant, ait, & me ſpernant.

Verſ. 18. EXPOSITIO LITERÆ.

2 FILII *colligunt ligna*, &c. Omiſſis aliis, quæ paſſim patrari conſpiciebantur, vnũ duntaxat in medium Deus adducit Iudęorũ ſcelus, quod & vniuerſalius, & cõmunius, & manifeſtius à toto admittebatur populo, ſcelus inquam idololatrię, idololatriamque illam, cui cuiuſcumque ſexus, & ætatis Iudæorũ ſinguli addicti in primis erant, ſuas quoſcumque pro viribus in eam conferentes partes (*filij enim colligunt ligna*) & qui minores, ſci. ſunt, iuxta puerorum morem hinc inde ſtipulas colligentes & qui ſunt maiores, ac fortiores lignorum faſces deportantes, (*Et patres,*) vt prouectiores magiſque periti ſtrue in foco, & in clibano cõſtructa (*ignẽ accendunt,*) ad id quod coquendũ eſt proportionatum, (*Et mulieres,*) matreſque ac vxores (*conſpergunt adipẽ,*) haud quidem eo ſenſu, quo Hugo Cardinalis, aſſerit ponendo adipem ſuper ignem, vt meliùs ignis ipſe arderet, iuxta illud Leuitici,[c] *Tollentque ex hoſtia in paſtum ignis dominici adipem*, &c. Sed conſpergendo, & (vt ita dicam) impaſtando farinæ florem, quem & in Pſalmo adipem frumenti appellatum nouimus, [d] *Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te*, quamque farinæ mixtionem cum aqua, vulgo paſtam nuncupatam, Apoſtolus conſperſionem vocans ait.[e] *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.*

c Leuit. 3. 14.

d Pſal. 147. 3.

e 1. Cor. 5. 7.

Porrò conſperſionem, de qua hîc eſt ſermo, Hebræi ſignificare inquiunt paſtam è farinæ flore, cui nedum aqua, ſed & ſal, & butyrum, ſeu oleũ admixta ſint, & quicquid ad faciendas placentas admiſcebatur; Hebraĩcum autem textum recentiores ita vertunt, Pagninus. (*Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres impaſtant paſtam.*) Sicque & Vatablus, niſi quod vltimam partem reddit, (*Vxores autem farinâ aquâ conſperſam ſubigunt.* Regia (*filij colligentes ligna, & patres ſuccendentes ignem, & mulieres ſubigentes conſperſionem.*) Sept. verò ita hæc habent, (*filij eorum colligunt ligna, & patres eorum ſuccendunt ignem, & mulieres eorum terunt ſimilam*) ſeu vt legunt Complutenſis, & Regia (*commiſcent ſimilaginem.*) Ad quid tantum ſtudium? Audi.

3 *Luna cur dicta Regina cæli.*

(*Vt faciant placentas reginæ cæli.*) Si per Reginam cæli Lunam ſumamus, prout à noſtris accipitur communiter, facilis eſt iſtorum ſenſus, deſcribitur enim ratio quâ idololatriam ſpecialiter admittebant in colendo Lunam, eidemque offerendo placentas ex adipe frumenti, ſummo omnium cuiuſcumque familiæ ſtudio factas, Reginam autem cæli Lunam cõſueto ſibi nomine appellat Ieremias, quòd Iudæi, vt reliquis aſtris ad regendum in hæc inferiora potentiorem, vtque maiorem, & ſplendidiorem ipſorum oculis, cæli regimen illam habere falsò exiſtimarunt, multóque mágis & terræ. Vnde infra cap. 44. bona omnia ex illius cultu ſibi prouenisse apertis proteſtantur verbis. Quamquam iſtud idololatriæ genus, falſaque iſta opinio circa Lunæ regimen viderentur mulierum peculiara eſſe, in quo & à viris adiuuabantur, vt ex eodem cap. 44. colligere eſt. Neque enim tantum ignaros Iudæos extitiſſe crediderim, vt lunæ potius, quàm Soli regimen tribuerint cæli, maioremque in hæc inferiora potentiã, Sed & Solem pariter vt cæli Regem à viris adoratum exiſtimandum eſt.

Lunam vt Reginã cæli mulieres Iudæorum colebant.

4 *Iudæorũ idololatria erga cælos qualis.*

Cæterùm in Originalibus Hebr. & Græco Sept. ingens hoc loco eſt diſcrepantia. Sept. enim pro (*Regina cæli*) (*Militiam cæli*) habent, ita vt idololatria, de qua hîc agitur, fuerit in cultu aſtrorum omniũ, quæ in Sacris literis cæli appellantur militia. In Hebræo autem valde ambigua eſt vox למלכת *limlecheth*, cæli quam etſi quidam & noſtrorũ vt interpres Bibliæ Regiæ, & Hebr. (*Reginæ cæli*) vertendam arbitrati ſint, ſicut & in noſtra habetur Vulgata, deducentes illam à verbo מלך *malach* regnare: inter quos nomine Reginæ cæli ſtellam magnam in genere ſignificatã aſſerunt aliqui, alij Lunam, & alij Solem, qui Hebraicâ linguâ שמש *ſciemeſc* fœminini generis nuncupantur, ita vt propterea non dedeceat Reginæ cæli nomine eum inſigniri. Sunt tamẽ plerique qui non à prædicto verbo eamdem dictionem deduci aſſerunt, ſed ab altero לאך *laach* vnde nomen מלאכה *melacha* opus, & deficiente litera א *aleph* in regimine מלכת *melecheth*, ita vt vertendum hîc ſit, (*Operi cæli*) ſeu, vt vertit Vatablus, (*Machinæ cælorum.*) Quamquam ſint qui per opus cæli ſupernum cæli miniſterium, quod per influxus in hæc habet inferiora intelligunt, propter quem ſtellarum influxum cælis, ſtelliſque ipſis Iudæos ſacrificia inſtituiſſe hîc ſignificetur. Nec deſunt qui eadem voce Planetas ſignificatos putarint, quorum maior prædictus in hæc inferiora eſt influxus, deducentes idem vocabulum à verbo הלך *halakh*, ire, & gradiri, quia ſeptem Planetæ iugiter cum ſuis gradiantur orbibus,

A Neque verò minor eſt diſcrepantia in explicando nomine quod noſter interpres adhibuit, (*Vt faciant placentas.*) Siquidem Sept. pro (*Placentas*) habent χαυῶνας, *chauonas*, quam vocem Hieronymus, (*Præparationes*) ſignificare ait, Ioannes verò Chryſoſtomus, (*panes*) Et Olympiodorus pemmata, & bellaria, tametſi Chryſoſtomus non hanc in Græco habeat vocem, ſed aliam πόπανα, *popana*, Et Olympiodorus legat χαμῶνας *chamonas*, quomodo & aliquot habent Græcorũ Codicum. Crediderim Sept. legiſſe χαυῶνας *chauonas* vocem ſeruantes Hebraicam כונים *chenanim*, In cuius Hebrææ vocis ſignificatu afferendo diſcrepãt ipſimet Hebræorum Doctores; Siquidem R. Dauid in lib. Radicum, genera inquit fuiſſe ciborum, qui parabantur, & offerebantur Reginæ cæli. Quod à noſtra haud diſcrepat lectione. Vt vox illa ſit deducta à verbo כן *chun* parare, & præparare putant complures, ita vt rectè (*præparationes*) verti ea poſſit, quomodo Græcam Sept. vocem interpretatum diximus Hieronymum. Alij illam deducunt à verbo כון *chiuen* intendere, quia vehementer iis conficiendis intenderent cibis, quicumque ij eſſent, quos Reginæ, ſeu machinæ cæli offerre diſponebant. Reducunt denique alij eamdem ad verbũ כוה *chauah*, quod eſt aduri, & torreri, vt ſint Collyridæ, ſeu Tortæ ad ignem torrefactæ, triangulari formâ. Nicolaus de Lyra in cap. 44. Ieremiæ aſſerit eadem voce ſignificatos panes rotundos, in quibus expreſſa erat imago Lunæ, & ſtellæ cui offerendæ eæ erant. Optimè autem & Pagninus, & Regia, & Vatablus (*Placentas,*) ſicut & noſter Interpres Hebraicam ipſam vocem reddidere.

5 Placentæ quæ à Iudæis offerebantur Reginæ cæli quales eſſent. *Hieron.* *Ioan Chryſoſtomus.* *Olympiod.* *Nic. de Lyra.*

(*Et libent Diis alienis.*) Seu, vt originalia habent Hebr. & Sept. (*Ad libandum libamina*, ſeu *fecerunt libamina Diis alienis.*) Poſſunt hæc accipi vt ſignificantia ſcelus aliud à ſuperiori diſtinctũ, vt particulari Idololatriæ generi, quod admittebatur in cultu Reginæ cæli, & generalis addatur multorum aliorum Deorum cultus, qui à Iudæis pariter præſtabatur per varia quæ illis offerebant ſacrificia, quibus omnibus & libamina admiſcebant vini, vel etiam per varias liquidorum oblationes libaminum nomine deſignatas, quod indicat Hebraicum nomen נסך *neſech* à verbo מסך *maſach* fundere, & effundere, ſacrificium ex liquidis, quæ funduntur offerre. Sed & non incongruè hæc pariter vt in declarationem, & amplificationem præcedentis idololatriæ erga Reginam, ſeu Militiam cæli ſumi queunt, ſi recolamus doctrinam ſupra in expoſit. 1. verſ. 9. allatùm ex Abulenſi, ſecundùm quam quinque enumerantur libamina, thus, ſal, farina, vinum, & oleum; Vt ſignificetur, ſummo ſtudio, maximaque animorum conſenſione in qualibet Iudæorum familia, & per ſingulos cuiuſcumque familiæ vacatum, vt Reginæ cæli fierent placentæ ex adipe, & flore farinæ, admixtis libaminibus olei, ſalis, vinique, & thuris. 6

F *Et me ad iracundiam prouocent.* In Hebræo, & in verſione Sept. pro particula, (*Et*) eſt particula cauſalis (*Vt,*) Quâ ſignificatur, præexpoſitum adeo vniuerſale, adeoque exactum idololatriæ ſtudium à Iudæis eâ in primis intenſione, eamque potiſſimùm ob cauſam Reginæ cæli, diiſque alienis exhibitum, vt per illud Deo verò iniuriam inferrent, eumque ad iracundiam prouocarent. Hebraicum quod hîc eſt verbum כעס *changas*, non ſolùm iracundiam, ſed & omnem triſtem alium affectum commouere ſignificat. 7

Peccatoris quò perueniat peruerſitas contra Deũ.

Adeo

Adeoque in 1. cap. 1. lib. Regum rectè à nostro Interprete ſumptum eſt pro commouere afflictionem. [a] *Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat.* Sed & idipſum ſæpius in vſu eſt pro ſubſannare, & ſpernere, vt notat R. Ionah: Quapropter rectè etiam quæ hîc dicuntur vertes, (*Vt me affligant, ſeu, vt me ſpernant, vt me ſubſannent*) iuxta illud Iſaiæ 63. [b] *Ipſi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum ſancti eius.* Et illud, [c] *filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.*

a 1.Reg. 1. 6.
b Iſai. 63. 10.

Verſ. 17.] Nonne vides, &c.

Verſ. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Impij quomodo ſimul concordent in malo.*

APTISSIMVS locus, qui praxi pertractetur ad probandum, quomodo impij in malo concordent, vt experimento apparet in domibus fœneratorum, & ſimilium. Lege Euangelium [a] vbi prauorum agricolarum vineæ patris familiâs deſcribuntur peſſimæ agendi rationes aduersùs quoſcumque domini ſeruos, quorum alios concorditer cæciderunt, alios occiderunt, alios lapidauerunt: audi & quomodo concordes aduersùs eiuſdem Domini filium inſurgentes dixêre, *Hic eſt hæres venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Lege impiorum vocem ad peſſimam hanc concordiam inuitantem in principio libri Prouerbiorum, [b] *Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, &c. Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omnium noſtrûm.* Bene autem Gregorius Papa lib. 33. Moralium cap. 33. *Sicut*, inquit, *eſſe noxium ſolet, ſi vnitas deſit bonis, ita perniciosum eſt, ſi non deſit malis. Peruerſos quippe vnitas corroborat, dum concordat: & tantò magis incorrigibiles, quantò vnanimes facit. De hac vnitate reproborum per Sapientem dicitur.* [c] *Stuppa collecta Synagoga peccantium. De hac Nahum Propheta ait,* [d] *Sicut ſpinæ inuicem ſe complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium. Conuiuium namque reproborum eſt delectatio temporalium voluptatum. In quo nimirum conuiuio pariter potant, qui delectationis ſuæ illecebris ſe concorditer debriant.* Hæc Gregorius.

a Matth. 21. 35.
b Prou. 1. 11.
Greg. Pap. *Impiorũ concordia maximè pernicioſa.*
c Eccleſ. 21. 10.
d Nahum 1. 10.

Porrò ex ipſo Ieremiæ loco non incongruè Hugo Cardinalis moraliter probat hanc iniquorum concordiam, præſertim in libidinis voluptatibus, vt filij dicantur colligere ligna malæ concupiſcentiæ, quibus ſuccenditur ignis diaboli in cordibus peccatorum per conſenſum, & opus exhibitum illis concupiſcentiis, iuxta illud Iſaiæ, [e] *Nutrimenta ignis eius ſunt ligna multa. Et patres ſuccẽdunt ignem*, quia non corrigũt filios ſuos, ſed magis dant eis illa, quibus faciliùs colligunt hæc ligna, haſque concupiſcentias. *Et mulieres conſpergunt adipem*, delitioſè filios ſuos nutriendo, & ſuperfluè eos ornando, & nimis delicatè eos amando. *Vt faciant placentas Reginæ cæli*: per peccatum luxuriæ corpus ſuum ſacrificantes Lunæ, id eſt, omni temporali gaudio ſe exponentes.

Hug. Card. *Iniquorum cõcordia quãta præſertim in libidinis voluptatibus.*
e Iſai. 30. 33.

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Nonne vides quid, &c.

Verſ. 18.] Filij colligunt ligna, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ;

18. Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.

Verſ. 17.] Numquid non vides, quid ipſi faciunt in ciuitatibus Iuda, & in viis Hieruſalem?

Verſ. 18.] Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum ſuccendũt ignem, & mulieres eorum terunt ſimilam, vt faciant chauonas militiæ cæli: & libauerunt libamina diis alienis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Nonne tu vides quid ipſi faciunt in ciuitatibus domus Iuda, & in viis Ieruſalem?* Verſ. 18. *Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt maſſam, vt faciant placentas ſyderi cæli, & libent libationes idolis populorum, vt irritent me.*

1 Hieronym. *Iudæorum in idololatria ſtudiũ quantum.*

Verſ. 17. & 18. *Nonne vides*, &c. Hieronymus. *Vis*, inquit, *audire Propheta, cur tibi dixerim, Noli orare pro populo hoc? Hæc faciunt quæ ſequuntur: Et intus, & foris, & in plateis, & in exitibus Ieruſalem filij ligna comportant, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem cum farina, vt faciant* χαυῶνας, *quas nos placentas interpretati ſumus, ſiue præparationes: vt omne genus oſtendat ſacrificij Reginæ cæli, quam Lunam debemus accipere. Vel certè militiæ cæli, vt omnes ſtellas intelligamus. Et poſt hæc libent diis alienis: non quò ſint, ſed quò ſub nominibus eorum dæmonibus thura ſuccendant: Et me ad iracundiam prouocent iſta facientes.*

Chryſoſt. *Orationibus Sanctorũ cur Deus adſcribat, quod reconcilietur peccatoribus.*

Ioannes Chryſoſtomus, homil. 14. in epiſt. ad Rom. in Morali, *Sæpe*, ait, *Deus vel propter Dauid, vel propter alium quempiam impiis Iudæis conciliari ſe ait, hoc ipſum moliens vt figuram reconciliationi addat, quamquam benignior multò ipſe fuerit, ſi non per illum, vel per illum, ſed per ſeipſum diceret, illis ſe iram dimittere. Verum non ita in animum ſuum induxit, vt ne conciliationis videlicet argumentum iis, qui ſalui fiunt, ignauiæ cauſa exiſtat. Propterea, & ad Ieremiam dicit, (Ne roges pro populo, nam te ipſe non exaudiam.) Non quòd illum à precibus ceſſare (ſalutem enim noſtram magnopere deſiderat:) ſed quia illos terrere vellet. Quod quidem Propheta cùm intelligeret à precibus non abſtinuit. Atque vt intelligas illum verba ea protuliſſe, non vt à ſe illum auerteret, ſed vt pudefaceret. Audi quid dicat. An non vides quid illi faciunt?*

Orare pro peccatoribus cur ſanctis aliquando prohibeat Deus.

2 Chryſoſt.

Idemque Chryſoſtomus, homil. 44. in Geneſ. (*Non vides quid ipſi faciunt? Incendunt adipem, & placentas faciunt exercitui cæli*) *quaſi dicat. Pro illis me rogas, qui à peccato non deſiſtunt, qui carent ſenſu infirmitatis ſuæ, quo laborant, Sed ſic abſque dolore ſunt affecti. Non vides plurimum eorum contemptum? Non vides eorum magnam inſaniam, quomodo nondum ſatientur impietate, Sed ſe voluteni in ſuis iniquitatibus quaſi in luto?*

Chryſoſt. *Peccandi ſtudium quàm cõmune etiã Chriſtianis.*

Homiliâ demum octauâ in primam epiſt. ad Corint. ipſemet Chryſoſtomus. *Vide* inquit, *quid*

ad Ieremiam loquatur Deus. (Patres eorum accendunt ignem, filij colligunt ligna, mulieres eorum conspergunt adipem.) Vereor, ne de nobis hoc dictum sit. (Non vides quid hi faciunt?) Nemo Christi doctrinam inquirit, sed vniuersi propriis rebus incumbunt, filij eorum in luxurias, patres eorum in auaritiam, in rapinam præcipites feruntur. Vxores circa huius sæculi cogitationes non solùm viros adducunt, sed irritant.

3 Epiphanius hæresi 79. de hæreticis illis mulieribus hæc interpretatur, quæ B. Virginem Mariam vt Deam adorantes panem illi offerebant. *Etsi* pulcherrima, inquit, *est Maria & sancta, & honorata, at non ad talem adorationem. Hæ verò rursus renouant fortunæ mixturam, & præparant Diabolo, & non Deo mensam, sicut scriptum est, & pascuntur cibo impietatis, sicut dicit diuina scriptura, (Et fœminæ terunt pollinem, & filij colligunt ligna, vt faciant placentas oleo subactas exercitui, & reginæ cæli.) Compescantur à Ieremia tales mulieres, & ne turbent Orbem terrarum, Ne dicant honoramus Reginam cæli, nouit enim Taphnas has punire.*

Epiphanius. Mariam adorantes vt Deã arguuntur.

Theodoritus in illud, *(Et libauerunt libamina, &c.) Et qui,* inquit, *domi habebant vuas passas, dactylos, & alia quædã eius generis, hæc idolis offerebant.*

Theodorit. Idola Iudæi offerebant quicquid domui habebãt cibariorum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἡ οὐχὶ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσι ἐν τῇ πόλεσιν Ἰούδα;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀκούεις, εἰπέ. ὀργιζόμενος ἦν, μηδὲ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, βουλόμενος δὲ ἰάσασθαι καὶ θεραπεῦσαι, θεῖναι τὴν πρόφασιν, ἵνα αὐτὴν ἀνελεῖν σπουδάσωσιν. ἢ οὐχ ὁρᾷς, τί αὐτοὶ ποιοῦσιν; ἐπειδὴ ἐγγὺς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὴν ἀσέβειαν εἰργάζοντο.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα. τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς σπουδήν; ὁρᾷς μετὰ προθυμίας τὴν ἀσέβειαν γιγνομένην; τί ἐστι, χαβῶνας; || πόπανά φησιν, ἄρτους.

|| ἀλ. πέμματα.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσι με.]

Τοῦ ἁγίου κυρίλλου.] ὁσίᾳ δὴ οὖν τεμώρηνται ψήφῳ, ἀναθέντες γὰρ κτίσει τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις ἐπηύτλησαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς κατὰ τὸ γεγραμμένον.

[Οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ δύναμιν ἁμαρτάνουσιν.

[καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ ἡ πενία κωλύει τὴν θυσίαν. [καίουσι πῦρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πῦρ ἡ ἁμαρτία πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ὠνόμασται. διὰ τοῦ πυρὸς αἰωνίου αἰτία τοῖς ἁμαρτάνουσι γίνεται.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ξένας τελετὰς ἐπιτελοῦσι. χαβῶνας δέ φησι πέμματά τινα.

[καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχουσι πρόβατα. καὶ ὅμως ἀπὸ τῶν ἐνόντων ἀσεβοῦσι.

[Τοῦ ποιῆσαι χαβῶνας.]

Θεοδωρήτου.] χαβῶνας πέμματά τινα ἔνδον ἔχοντα κώνους, καὶ || στεφανίδας, καὶ ἕτερα τοιαῦτα.

|| ἴσ. ἀσταφίδας.

[Τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς ἀστέρας ἐνταῦθα φησί. στρατιὰν δὲ οὐρανοῦ τίνος ἕνεκεν φησί; δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα, ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ βασιλεύς. τί οὖν ὅταν λέγῃ, τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ; αὐτόθι κατὰ τὴν ὑπόνοιαν λέγει τῶν ἐκείνων, ἐκείνων γάρ ἐστιν ἡ λαλία.

Vers. 17. *NVMQVID non vides quid ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda, &c.)* 4

Chrysostomi.] *Quare non audis? dic. Permoti iracundia erat nec causas producere, Curare autem & mederi desiderantis, causam enarrare, vt eam studerent tollere. An non vides quæ ipsi agant? prope enim, non longè impietatem exercebant.*

Chrysost. Orationis nõ exauditionẽ exponit Deus causam, suũ indicans medendi desiderium.

Vers. 18. *(Filij eorum colligunt ligna, &c. vt faciant chauonas, &c.)*

5 *Impietatis studium quale.*

Chrysostomi.] *Viden studium? Viden totis viribus quæsitam impietatem? Quid sibi vult* χαυῶνας, *Placentas inquiunt panes.*

Chrysost.

(Et libauerunt libamina diis alienis, vt me ad iracundiam prouocent.

Sancti Cyrilli.] *Iustâ pœnâ mulctati sunt. Cùm enim rebus creatis cultum exhibuissent, suarumque manuum opera vt Deum adorassent, in sua capita diuinam concitarunt iram. Non[a] enim iniustè retia volatilibus extenduntur, iuxta id quod scriptum est.*

S.Cyrillus. Creaturis diuinum exhibens cultum diuinã iustè in se concitat iram.

a Prou. 1.

(Filij eorum colligunt.) 6

Oympiodori.] *Secundùm vires proprias delinquunt. (Et libauerũt libamina diis alienis, &c.)*

Olympiod. Filij iniquorũ peccant secundùm vires proprias.

Chrysostomi.] *Nec egestas libamen impedit. (Succendunt ignem.)*

Chrysost. Impiis nec egestas impedit peccata.

Olympiodori.] *Variis in locis Scripturæ Sacræ ignis peccatum appellatur, idcircò igeis æterni causa fit peccantibus.*

Olympiod. Ignis nomine significatum peccatũ, quod & igne puniendum est æterno.

(Vt faciant chauonas, &c)

Olympiodori.] *Peregrina sacrificia libant. Chauonas verò vocat condimenta quædam.*

Oilympiod. Chauonæ quid.

Et mulieres eorum terunt similam.

Chrysostomi.] *Pecudum laborant inopiâ, impiè tamen agunt ex his quæ habent.*

Chrysost. Impij Deum offendunt per ea quæ habent.

(Vt faciant chauonas.)

Theodoriti.] *Chauonas cupedias, placentasque quasdam ex nucibus pineis, & vuis passis, aliisque consimilibus confectas.*

Theodorit. Chauonæ quid.

(Militiæ seu Reginæ cæli.)

Chrysostomi.] *Stellas hîc intelligit: militiã verò cæli quã ratione dicit ostendens quòd in ipsis nulla est auctoritatis dignitas, sed alius est Rex. Quid ergo quando Reginæ cæli ait? hoc ex mente eorum profert, quorum illa erat locutio.*

Chrisost. Stellæ appellata Militia cæli, quia Regi Deo subsunt nil in se habentes auctoritatis.

Vers. 19.]

Verſ. 19.] Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Numquid me ad iracũdiam prouocant, dicit Dominus, nõne ſemetipſos in confuſionẽ vultus ſui?

O Miſeros,[a] & infælices, fieri ne poteſt, vt eò progreſſi ſint peruerſitatis, vt me ſuis commouere intendant ſceleribus, eòque deuenerint inſipientiæ, vt commoueri me poſſe arbitrentur vel indignatione, vel mœrore, aut aliquo affici opprobrio? Nonne ſibimet iram theſaurizant in die iræ? nonne ſemetipſos affligunt? nonne ſibi ipſis opprobria congerunt? nonne in ipſorum confuſionem vniuerſa retorta eſt commotio, quam mihi moliebantur, vultu ipſo eorum & extrinſecus confuſionem ſignificante?

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 Deus imperturbabilis.

NVMQVID *me ad iracundiam*, &c. Confirmat Deus quod mox dixerat, Idcirco Iudæos tanto ſtudio Idololatriæ operam dediſſe vt ipſi iniuriam inferrent, ad iracundiam eum prouocarent, affligerent, atque deſpicerent, eſt enim & hoc loco idem quod ſupra verbum כעס *changas*. Oſtenditque ſe humanis neutiquam moueri affectibus, illorum redarguens & ſtultitiam, & peruerſitatem. At dicet quis, Quomodo hæc negat Deus, cùm millies legamus ipſummet iſtiuſmodi aliàs ſibimet tribuere commotiones à peccatoribus illatas, vel ex hominum cauſatas peccatis. Quid ea ſibi volunt, quibus in Geneſi dicitur, [b] *Videns quod multa malitia hominum eſſet in terra, tactus dolore cordis intrinſecus*, &c. Quid illud Hoſeæ, *Pereat* [c] *Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum?* Perulgata iſtorum obiectorum ea affertur ſolutio, vt hæc, & ſimilia de Deo dicantur per figuram in ſacris Literis frequentiſſimam quam Antropopathon appellant, humanos affectus Deo tribuentem, vt perſuaſi reddantur homines, quàm deteſtari debeant peccata, quorum tanta ſit acerbitas vt dicantur Deum, qui naturâ ſuâ impermutabilis eſt, iracundiâ, dolore, opprobrioque afficere, quantum ad acerbitatis ipſius grauitatem pertinet, quâ nulla vel excogitari poteſt vehementior.

Deus quomodo per peccata hominum commoueri dicatur affectibus.

b Gen. 6.5.

c Hoſe. 14. 1.

2 Per hæc tamen quæ hîc dicuntur, additur, & altera eorumdem ratio, nempe prædictas affectuum perturbationes Deo tribui, quamquam in ipſum minimè cadant; quia tanta eſt hominum peruerſitas, vt & hæc enitantur ſceleribus ſuis intentione actuali, vel virtuali, quæ ſemper illis ineſt, cùm graue aliquod admittunt crimen.

Peccator non Deo, ſed ſibimet, dum peccat, conciliat iram & afflictionem, & opprobrium.

Peruerſiſſimam intentionem iſtam Iudæorum hoc loco retundens ipſemet Deus quàm in hoc deciperentur oſtendit, ſignificans, tantum abeſſe, vt per ea, quæ prauè ab illis fiunt, quidpiam ipſi inferant perturbationis, vt ſibimet ij potiùs & iram ſceleribus ipſis ſuis, & afflictionem cauſent & opprobrium, dicens, (*Nonne ſemetipſos*,) ſcil. ad iracundiam prouocant, iracundiæ nomine paſſiuè ſumpto pro impatienti dolore, de quo in Pſalmo 6. Dauid. [d] *Turbatus eſt*, inquit, *à furore oculus meus*, Et Eliphaz in lib. Iob, [e] *Stultum interficit iracũdia*, quâ videlicet impatienti mœrore aduersùs diuinam prouidentiam indignatur cùm calamitatibus premi ſinitur. Seu, iuxta alios He-

d Pſalm. 6.8.

e Iob. 5.2.

A braici verbi ſignificatus, (*Nonne ſemetipſos affligunt? Nonne ſemetipſos ſpernunt*: Vatablus. (*Nonne ſeipſos ad iram concitant?*) id eſt, iram ſibi conciliant iuxta illud Apoſtoli, [f] *Theſaurizas tibi irã in die iræ*, Vt locus iſte ei ſit planè conſonus, quem & mox retuli ex Hoſæa, vbi idemmet Dominus ait, [g] *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis*, id eſt pœna ſcelerum, *ipſius, ſuper eum veniet*, iuxta id Pſalmi, [h] *Conuertetur dolor eius in caput eius, & opprobriũ eius reſtituet ei Dominus ſuus.* Quod certè opprobrium hoc loco deſignat id quod vltimo adijcitur, (*In*

f Rom. 2.5.

g Hoſe. 12.

h Pſal. 7.17.

B *confuſionem vultus ſui,*) peruulgatâ illâ Sacrarum Literarum phraſi, quâ & Dauid, [i] *Confuſio*, inquit, *faciei meæ cooperuit me*, quod in vultu manifeſtetur vniuſcuiuſque confuſio.

i Pſal. 43.16.

Eſt autem hoc loco ponderandum quod non dicitur, (*In confuſione*, ſed *in confuſionem vultus eorum:*) Quamuis enim & id verè dici potuerit, quia Iudæi in confuſione ſua, cumque ob inanis ſpei ſuæ fruſtrationem confunderentur, contra Deum à quo affligebantur, ingenti efferbuere furore: ita vt confuſio cauſa extiterit indignationis eorum, ad epitaſim tamen hîc dicitur, il-

In Peccatore confuſio eſt cauſa indignationis, & cauſatur itẽ ab indignatione.

C lorum iracundiam, quam ſibimet ij ſuſcitarunt, quando Deum ad indignationem prouocare obnixi ſunt, eorumdemque afflictionem, & opprobrium in ipſoſmet retorta maximam eis cauſaſſe confuſionem, quòd animaduerterint, quàm contrariâ ratione euenerint, quæ contra Deum moliti fuerant.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem Verſ. 20.

D *Verſ.* 20.] Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus & indignatio mea cõflatur ſuper locum iſtũ, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

k Ideo hæc dicit Dominus Deus. Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur (ſeu funditur) ſuper locũ iſtũ, (ſeu ad locũ iſtum) ſuper viros & ſuper iumẽta & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ: & ſuccendetur, & nõ extinguetur.

E *PORRO [k] vt hæc omnibus explorata ſint, idcirco hæc ait Dominus, furor meus, & indignatio, quâ Iudæi me obnixi ſunt irritare, illorum certè potiùs quàm mea eſt, quia tota in ipſorum redundat damnum: Ecce enim mox effunditur, & incenditur ſuper illos, & ſuper omnia, quæ eorum ſunt: ſiquidem percuſſâ terrâ hac, percutientur ſimul & quotquot illam incolunt & hominum, & iumentorum, nec non & arbores, & fruges eius. Et inſtar metalli furor meus per ſe minimè funderetur, niſi ipſi ignem apponerent prauorum operum ſuorum: Quòd ſi conflatur in vaſa iræ, exinde profectò eâ ratione conflatur, quia ipſi modulos ſe, ſuaque exhibent iſtiuſ-*

F *modi vaſorum interitus, ſuper quos fundatur indignationis meæ æs. Vtinam ipſi potius non eſſent plumbum peſſimum, quod igne conſletur furoris mei ita ſuccenſo, vt extinguendus minimè ſit, ſuggerentibus illis iugiter fomentum malitiæ non ipſorum, quæ per hunc ignem neutiquam conſumptæ fuere. Ego certè quaſi ignis conflans, vt purgem, & emundem: ſed fruſtra conflaui conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ; conflatur furor, & indignatio mea, conflans in loco iſto, & in medio Ieruſalem, & viros & iumenta, & arbores, & fruges, at ignis iſte meus ita ſuccenſus haud extinguetur,*

A *guetur, quia non deficient ipsorum malitiæ, in quas ille agat.*

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL ET MORALIS.

1 IDEO *hæc dicit Dominus*, &c. Explicat tandẽ Dominus quã ratione vnamet ira ad quã Iudæi ipsum prouocare contenderunt, & ipsius simul extiterit, & illorum, quod attigerat in vers. præcedenti, (*furor*, inquit, *meus & indignatio mea*,) quã scilicet ij me enixi sunt irritare, illorum certè ira est passiuè sumpta, quia tota in eorum redundat damnum, Ecce enim mox, effunditur, & incenditur super Iudæos ipsos, ac super omnia quæ ipsorum sunt, quæque ad ipsos pertinent, percussã enim terrã hac, percutientur simul, & quotquot illam incolunt, hominum, ac iumentorum, nec non & arbores, atque fruges eius. Habet autem peculiarem vim quod hic à nostro Interprete adhibitum est verbum (*conflatur*,) quod & de liquefactione dicitur metallorum, quæ alioquin duriora sunt, sine ignis opera, ita vt fluere nequeant: Vnde & ex Hebræis R. Dauid exponit, *Conflator*, id est, Velociter, & cum impetu currit more metallorum conflatorum. Quæ dum fluunt sustinere terribilissimum est. Et de conflatione, seu fabrefactione vasorum ex metallo item aliquo, quæ & propterea conflatilia nuncupantur. Quis verò est, qui nesciat quàm alienum à Dei natura sit, vt per indignationem in hominum damna decurrat, & fluat? quem Prophetà [a] teste longanimem esse constat, & multùm misericordem, dicente Isaiã, eo ipso tempore quo illum aliquando præter naturam defluere contigerit, alienum ab ipso fieri opus, [b] *Sicut in monte diuisionum*, inquit, *stabit Dominus, sicut in Valle, quæ est in Gabaon irascetur* (irã videlicet suam fluere sinens) *vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum opus eius ab eo*, Legimusque nihilominus, eidem à Vate Regio dictum: Tu terribilis es, & quis resistet tibi, ex tunc ira tua.

Ira Dei quomodo conflari dicatur.

Ab iræ exercitio quàm aliena sit Dei natura.

a Psal. 101. 8.

b Isai. 28. 21.

2 Et planè exploratum est, à conflatore vas non fieri conflatile, nisi modulo exhibito, & archetypo vasis eiusdem, super quem æs fundat liquefactum, & fluens. Vnde bene Apostolus eos, super quos ira Dei fundenda esset [c] *vasa* appellauit *iræ apta in interitum*, efficaciúsque in Græco textu *κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, aptata in interitum*, & *perditionem*, id est ita fabrefacta, non ab alio, quàm ab ipsismet hominibus, vt super ipsos Dei fundatur ira, perdens, ac interficiens. Ad quæ allusio fieri & hoc loco videtur, tum per verbũ conflandi, tum per locutionis modum, quo dicitur, *Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ*: vt istis vniuersis vnus constituatur vasis iræ modulus, super quem ad flammas diuinæ indignationis fundatur, atque confletur Dei furor, vnus inquam constituatur vasis iræ modulus, quia in iis omnibus per peccata Iudaicus populus Deum ad iracundiam prouocauit, & æquum est, [d] vt per quæ quis peccat, per hæc puniatur.

Ira Dei vas non cõflatur, nisi peccator modulũ Deo exhibeat, super quem æs fundatur diuini furoris.

c Rom 9. 22.

d Sap. 11. 17.

3 Cæterùm per extremam huius versus 20. partem, quã dicitur, (*Et succendetur, & non extinguetur*,) tertio quoque sensu idem conflandi verbũ hoc loco, magisque propriè desumendum significatur, vt denotat metallorum purgationem, quæ per ignem fieri consueuit, quomodo in præcedenti capite sexto dictum vidimus, [e] *frustra conflauit conflator, malitiæ eorum*, scil. Iudæorum, *non sunt consumptæ*: Vt intelligamus, in eo quod dicitur. (*Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum super viros*, &c.) designari, furorem, ac indignationem Domini illum esse ignem, de quo apud Malachiam legimus, [f] *Ipse quasi ignis conflans*, Quantùm ex parte Dei est, ignẽ iræ suæ ad hoc succendit, vt conflet, & purget, neque enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.

Deus cũ furoris sui ignẽ effũdit super aliquem in hac vita purgationem intendit, & e-

mendationẽ.

c Ier. 6. 29.

f Malac. 3. 2.

4 B Bene autem de igne isto hic adiicitur, (*Et succendetur, & non extinguetur*,) vt nouerimus, non tam à Deo id prouenisse, vt ille succensus non sit extinguendus, quàm à scelesto populo, cuius malitiæ per purgantem ignem consumi nequiuère, [g] *frustra*, dixit superiùs, *percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*. [h] Et *frustra conflauit conflator, malitia eorum non sunt consumptæ*, persistentibus Iudæorum malitiis quasi iugi ignis fomento, haud mirum, si quis succendetur ad conflandum, dicatur minimè extinguendus. Sed vniuersa absumpturus quæ eorumdem essent Iudæorum, succendentibus iugiter hunc iræ Dei ignem omnia absumentem non tam Deo, quàm C ipsismet Iudæorum operibus, quæ ignis fomenta existunt, prout clariùs eosdem alloquens explicat Isaias, dicens, [i] *Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul: & non erit qui extinguat.*

Ira Dei ignis dicitur non extinguẽdus quãdo à peccatore succẽsus iugi prauorum operũ, & malitiæ fouetur pabulo.

g Iere. 2. 30.

h Iere. 6. 29.

i Isai 1. 31.

5 In textu Hebraico pro Vulgatæ verbo, (*Conflatur*) est participium נתכה *nitthecheth* à verbo נתך *natach*, fundere, effundere, stillare. Vnde aliqui hic vertunt, (*Ecce furor meus, & indignatio mea stillauit*.) In quorum explicationem Hugo Cardinalis, illud affert Iob 26. [k] *Cùm vix* D *paruam stillam sermonum eius sustinuerimus, tonitruũ magnitudinis eius, quis poterit sustinere?* Meliùs Sept. vertère, Ecce, &c. *funditur super locum istum*, &c. Sicut & Pagninus, & Regia, vt sit allusio ad fusionem vasis conflatilis, prout supra explicauimus. Quam allusionem clariorem reddidit Vatablus, vertens, (*Ecce furor meus, & æstus meus conflatus est*, vel *liquefactus est vt plumbum*, &c.) Quamquam cùm postmodum subiiciatur, *Et ardebit, & non extinguetur*, aptiùs diceremus, iram Dei non tam plumbo, aliive metallo, quod funditur, & liquefit comparari, quàm igni ardenti, E quo metalla ipsa funduntur, & liquefiunt, vt fusio eidem iræ tribuatur, sicut & igni per hypallagen, quia fundi, & liquefieri faciat. Quomodo id quod apud Nahum dicitur, [l] *Ira eius*, scil. Dei *effusa est sicut ignis*, intelligendum indicat Paraphrasis Chaldaica, legens, *Ira eius sicut ignis liquefaciens*, quem sensum & R. Dauid in libro Radicum prosecutus est, dicens, id est sicut res quæ funditur à facie ignis, Et in Commentariis super eumdem locum, ignis non funditur, sed metallum. Metallum autẽ, quod ab igne furoris Domini fundendum esset, fuisse Iudæos, & quæ- F cumque ad illos spectarent, manifestè contestatus est Deus ipse apud Ezechielem, dicens, [m] *Eò quòd versi estis omnes in scoriam, propterea, ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem: congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, & succendam in ea ignem ad conflandum*, (*seu ad fundendum*) *sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam: & conflabo*, (seu *& fundam*) *vos, & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini* (seu *fundemini*) *in medio eius*. Quid clarius? Et vt noueris, hæc quæ apud

Ira Dei stillat parumper in hoc sæculo.

Hug. Card.

K Iob. 26. 14.

Ira Dei funditur vt metallũ ad facturam vasorum fusiv.

Ira Dei comparata igni ardenti, quo funduntur, & liquefiunt metalla.

l Nahum. 1. 6.

Iudæi & impij quique metalla fundenda ab igne iræ Dei.

m Ezech. 22. 19.

apud Ezechielem dicta fuere à Domino, optimum eſſe commentum iſtorum, quæ hic apud Ieremiam ab eodem Domino dicuntur. Scias, in textu Hebraico non eſſe, *Super locum iſtum*, prout in ſequentibus, *Super homines, & ſuper animalia, & ſuper arbores agri, & ſuper fructum terræ*. Sed legi אל־המקום הזה *el amakom hazeh*, quod tametſi alij vertant. *In locum iſtum*, alij, *Contra locum iſtum*: verti nihilominus rectè poteſt, *Ad locum iſtum*, ſeu, *In loco iſto*: vt ſignificetur, Iudæorum fuſionem ab igne furoris Dei faciendam in ipſa eorum terra, & vt apud Ezechielem dicitur, in medio Ieruſalem.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Numquid me ad iracundiam, &c.

Verſ. 20.] Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Ἵνα παροργίσωσί με. μὴ ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζωσι λέγει κύριος; οὐχὶ ἑαυτοὺς, ὅπως καταισχυνθῇ τὰ πρόσωπα αὐτῶν;

20. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ὀργὴ, καὶ θυμός μου χεῖται ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πᾶν ξύλον τοῦ ἀγροῦ αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰ γεννήματα τῆς γῆς, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐ σβεσθήσεται.

Verſ. 19.] Vt me ad iracundiam prouocent. Numquid me ipſi ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne ſemetipſos, vt confundantur facies eorum?

Verſ. 20.] Ideo hæc dicit Dominus. Ecce ira, & furor meus funditur ſuper locum iſtum, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omne lignum agri eorum, & ſuper genimina terræ: & accendetur, & non extinguetur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid ipſi putant quòd irritent me, dicit Dominus? nonne in malum ſibimet, vt confundantur in operibus ſuis?* Verſ. 20. *Propterea ſic dicit Dominus, Ecce furor meus, & indignatio mea reſidet ſuper locum iſtum, ſuper homines, & ſuper iumenta, ſuper arbores agri, & ſuper fructus terræ, & exterminabit ea, & non erit eis miſeratio.*

In explicationem eorum, quæ ait Dominus in verſ. 19. *Numquid me ad iracundiam*, &c. faciunt quæ ait Ioannes Chryſoſtomus in principio homiliæ in Pſalmum ſextum his verbis, 1 *Ira & furor quomodo in Deo percipi debeant.* Chryſoſt.

B *Quando furorem, & iram Dei audieris nihil humanum ſuſpiceris, Sunt enim verba, quibus ſe accommodat, & ad captum noſtrum demittit. Ita autem loquitur, vt in craſſiorum cadat intelligentiam. Nam nos quoque quando loquimur cum barbaris, illorũ lingua vtimur, & ſi cum puero loquimur, vnà cum eo balbutimus, & vt millies docti ſimus, ad humilitatem illius nos mittimus. Et quid mirum ſi hoc in verbis facimus, quando id etiam in rebus fit à nobis, Vt qui & manus mordeamus, & iram ſimulemus, vt infantem corrigamus. Ita etiam Deus volens reprehendere, talibus iracundiæ verbis vtitur. Non enim pro* C *ſua dignitate loqui ſtudet in furore arguens, ſed pro auditorum vtilitate. Nam ſe noſſe iræ obnoxium alicubi rurſus oſtendens dicebat. Numquid me ad iram prouocant, non autem ſe ipſos?*

Verſ. 20. Ideo hæc dicit Dominus Deus, &c. 2

Hieronymus. *Qui ſupra dixerat. (Numquid me ad iracundiam prouocant?) quomodo nunc dicit, (Ecce furor meus, & indignatio mea ſtillauit ſuper locum iſtum?) Et eſt ſenſus. Ego quidem naturaliter non iraſcor: ſed illi ita agunt, vt me ad iracundiam prouocent, & meam videar mutare naturam. Sentiant igitur iratum, quod quantum in ſe eſt, facere conantur.* D *Pulchréque non ait, effuſus eſt furor meus ſuper locum iſtum, ſed ſtillauit, vt moderatam pœnam ſignificet. Si autem in ſtilla furoris tanta duritia eſt, quid fiet, ſi omnis imber fuerit effuſus? Sed & conſlata indignatio ſic intelligi poteſt, vt quod diu facere noluit, peccatorum multitudine facere compellatur. Cùm autem Dominus iratus fuerit, & homines, & ea quæ hominum ſunt, ſimilem interitum ſuſtinebunt, (Et ſuccendetur,) inquit, haud dubium quin furor Domini: & non extinguetur, quia non agit populus per quæ poſſit extingui.*

Hieronym. *Iram Dei quomodo prouocare dicantur peccatores.*

Ira Dei in hac vita ſtillatur, non effunditur.

Theodoritus. *Declarat*, inquit, *ſpeciem confuſionis, de qua mox dixerat, vt facies eorum confun-* E *dantur, & aſſerit futuram, non hominum dumtaxat internecionem, ſed & iumentorum, & plantarum perditionem, ac deſertam in terram.* Theodorit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

F ΜΗ ἐμὲ αὐτοὶ παροργίζουσι, λέγει κύριος. οὐχὶ ἑαυτούς;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐγὼ πάσχω δεινόν τι; ναὶ || τοῦτο φησὶν, ἵνα ἑαυτοὺς καταισχύνω. || ὁ γὰρ ὑβρίζων ἐστὶν ὁ παθών. καὶ ὅταν μηδὲν ὁ ὑβριζόμενος πάσχῃ δεινὸν, ἀποστήσεται τῆς ὕβρεως. ὡς οὐδὲν πλέον || περαινῶν.

|| ἴσ. ἀλλ' αὐτοί φησι. || ἴσ. καταισχύνη. || ἴσ. περαίνων.

[Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος.]

Τοῦ αὐτοῦ πανταχοῦ τὸ, λέγει κύριος. ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον. ἵνα μὴ πάλιν τὸ ἀόργητον εἰς ῥαθυμίαν αὐτοὺς ἐμβάλῃ.

Verſ. 19. Nvmquid me ipſi ad iracundiã prouocant, &c. Nõne ſemetipſos? &c.) 3

Chryſoſtomi.] *Num ego aliquid perpetior mali? ipſi, ait, vt ſe ipſos probro afficiant: qui enim contumelias refert, is ſibi damnum creat; & cùm is cui fit contumelia, nihil patitur, Abſtinebit ipſe ab iniuria, tamquam nihil proficiens.*

Chryſoſt. *Iniurias alteri inferens ſibi magis quã illi obeſt.*

Verſ. 20. *Ideo hæc dicit Dominus*, &c. 4

Eiuſdem.] *Vbique illud, Dicit Dominus, vt verbis fidem faciat. Ne lenitas, & clementia rurſus deſidiam illis iniiciat.*

Chryſoſt. *Dicit Dominus cur toties repetant Propheta.*

[ἰδοὺ

Ecce

[ἰδοὺ ὀργὴ καὶ θυμός μου χεῖται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπὶ ταῦτα εἰπέ μοι; πρῶτον μὲν ἐπειδὴ ταῦτα ἀργῆσαι ἤμελλε γίνεσθαι. δεύτερον ἵνα τὴν ἐπιτεταμένην δείξῃ τῆς ὀργῆς ὁρμήν. εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπος ἀναιρεῖται, καὶ ναὸς καθαιρεῖται, σχολῇ γ' ἂν ἤμελλε φείδεσθαι τῶν ἀλόγων.

A *Ecce ira & furor meus funditur,&c.*

Chrysostomi.] *Quorsum quæso hæc? Primum quidem, quod futurum erat, vt hæc desinerent. Deinde vt vehementem ostenderet impetum iræ: si enim, & homo interimitur, templumque euertitur, multò minùs abstinendum erat à brutis.*

Chrisost. *Ira Dei impetus describitur.*

Verſ. 21.] Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.*

CVIVSCVMQVE [a] *generis multiplicate sacrificia victimis, quarum carnes concremantur extra castra, addentes holocausta, quæ tota super altare exuruntur holocaustomatum: offerte pariter & hostias illas, quarum carnes comedere licet, siue pacificorum, siue pro delicto, inaniter profectò in his dumtaxat confidentes ipsa offeretis, cùm ea nec mihi sint accepta, nec vobis profutura sint quidquam.*

2

Æquum potiùs esset, vt vos istiusmodi vestrarum puderet oblationum: adeo enim in iis vos habetis peruersè, vt non solum in defectu peccetis internæ rectitudinis, & innocentiæ vitæ: sed & eò peruenturi sitis, vt etiam in externo sacrificiorum cultu grauissimè delinquatis confundentes illorum rationes; siquidem victimis adderis holocausta, simulque in vnum congeretis carnes holocaustomatum, & victimarum quarumcumque, quo pari ratione eas comedatis, & id ex sacrificiis ipsis vestris vobismet colligatis commodi.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Iudæi inaniter confidebāt in templi sāctitate, in Prophetarum orationibus, atque in externis sacrificiis.

TRIBVS in rebus cùm inaniter Iudæi confiderent nil de interno Dei cultu, déque vitæ integritate curantes, in Ierosolymitani templi sanctitate, in sanctorum Prophetarum orationibus pro eis ad Dominum fusis, atque in externorum sacrificiorum oblatione: ostenso in superioribus quòd duo priora à Deo reiecta fuére, & templum, ibi, *Ite ad locum meum in Silo*, &c. *Et faciam domui huic, sicut feci Silo*, Et Sanctissimi Prophetæ Ieremiæ preces, ibi, *Tu ergo noli orare pro populo hoc*, &c. *quia non exaudiam te.* Reliquum erat, vt & tertij quoque, oblationis sacrificiorum significetur illis reprobatio. Hocque illud est, quod hoc loco patefacit Dominus, de hac agens reprobatione, eisdemque contestans Iudæis, ipsam eorum sacrificia multiplicandi rationē ingratam sibi esse, qua de re egit, & supra in præcedenti cap. 6. cùm diceret,[b] *Vt quid mihi thus de Saba offertis, & calamum, &c. holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.*

b Iere.6.20.

Cæterùm cùm admodum concisè id pertractare hîc cœperit, difficile est certè deffinire, quid sibi in his voluerit verbis, *(Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.)* Sicut autem non probo istorum sensum, quem in suis Annotationibus super hoc caput septimum affert Isidorus Clarius, quasi Deus dicat, *Comedite vos holocausta, & pacifica, hisce illa addentes, modo incorruptam viuatis vitam, id enim potissimùm semper à vobis habere volui.* Ita nec eum probare possum, qui ferè communiter afferri ab expositoribus solet: quasi dicatur, *Vertite,* (vt in suis Scholiis ait Vatablus) *holocausta vestra in victimas, vt earum carnes edatis. Hoc tantum commodi ex illis percipietis, nam mihi omnino displicent.* Siue, vt ait Andr. Cappella, *Comedite carnes, addentes victimis holocausta: hoc tantùm commodi ex illis percipietis, nam mihi omnino displicent quantumuis illa multiplicetis, & holocausta victimis addatis.* Siue per quemdam despectum, vt inquit Christophorus à Castro. *Holocausta vestra, quæ mihi tota offertis, annumerate victimis, & facite de iis quod facitis de victimis, vt carnes eorum edere possitis, quia ego nec illis egeo, nec mihi placent, cùm carnibus nequaquam vescar, iuxta illud Psalmi 49.* [c] *Non accipiam de domo tua vitulos, &c. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Aut iuxta eumdem Castrum, *Holocausta vestra addite victimis, & in vnum cumulum coacta vobis auferte, & comedite, & hoc saltem commodi ex eis percipietis; neque enim mihi conferunt aliquid vel vtilitatis, vel voluptatis sine interna mentis oblatione, & legis obedientia.*

Isidor. Clar.

Sensus communior.

Vatablus.

And. Cappel.

Cristoph. Castr.

c Psal.49.13.

Ratio cur sensus istos minimè probem, est, quòd mihi persuadere nequeo, Deum vel seriò, vel per despectum aliquem Iudæos hortari, vt quid tale admitterent comedentes carnes holocaustorum, quod manifestè contra legem erat holocausti, cuius carnes totæ exurendæ erant, prout nomen ipsum sonat, vtque præcipitur in lib. Leuitici, cap. 1. & cap. 6. Neque verò quia vno peccato delinquebant Iudæi ipsi, quòd sine recta mentis intentione, & absque vitæ integritate holocausta Deo offerebant, alterum hoc, vt in tali oblatione adiungerent delictū comedendi holocaustorum carnes, suadere quoquomodo censendus est Deus, cuius delicti accessionis acriter potiùs ab illo arguendi fuissent. Vnde aptiùs per redargutionē dicta sumerentur, si, prout à præallatis expositoribus, vltima ea pars, (*Et comedite carnes,*) etiam ad holocausta referatur, vt imperatiuum. (*Addite*) seu, vt habent Sept. (*Congregate,*) accipiatur positum pro futuro indicatiui, quod in Sacris Literis adeo est frequens, vt haud operæ precium sit confirmetur exemplis, isque sit sensus, quem in Paraphrasi num. 2. habes.

2 *Deus nullâ ratione iubet, aut hortatur ad suorum preceptorum transgressionem.*

Meliùs tamen, magisque consequenter iis, quæ subiiciuntur, *Quia non sum locutus*, &c. verba quæ hîc sunt, (*Addite, & comedite*) pro ipsis sumentur imperatiuis, vt sit locutio ironica, atque per eam idipsum significetur, quod in præallatis significatum est verbis capitis sexti, [d] *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua, holocaustomata vestra nō sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.* Ac sicut ibi quatuor (vt vidimus) enumerata sunt Sacrarum rerum, & cæremoniarum genera, sacrum thymiama, oleum sacræ vnctionis, holocausta, ac victimæ, ad quæ reliqua reducerentur vniuersa, quæ ad diuinum spectabant cultū: Ita &

Sensus Authoris.

d Iere.6.20.

Ita & hoc quoque loco, vbi de cultu sermo fit sacrificiorum externo, trium fiat mentio generũ illorum, quibus vniuersæ eorumdem continētur species: holocaustorum, quæ tota concremabantur, victimarum, & eorum quorum comedebantur carnes. Victimarum quippe vocabulo omnis significatur hostia, quæ in Dei honorem mactabatur, Hebraicè זבח *zebach* à verbo זבח *zabach*, mactare: hoc autem loco, sicut & alibi sæpius, positum est vt contradistinctum ab hostia, & sacrificio holocausti, quamuis & ipsius carnes totæ concremarentur, sicut & holocausti.

Victimarum ab holocaustis distinctarum tria genera.

Pro totius autem sensus intelligentia sciendum, victimarum distinctarum ab holocaustis triplicem in libro Leuitici assignari differentiā, aliæ enim dicebantur pro peccato, quarum sanguis inferebatur in tabernaculum, carnesque totæ concremabantur extra castra, ita vt nemini de eis quidquam comedere liceret, de quibus agitur Leuitici 4. [a] aliæ dicebantur item pro peccato, & pro delicto, quarum sanguis non inferebatur in tabernaculum, quarum & carnes solis comedere in loco sancto licebat Sacerdotibus, vt habes Leuitici 6.[b] & 7.[c] aliæ demum appellabātur pacificorum, quarum carnes nedum Sacerdotibus, sed & iis ipsis, qui eas offerebant, comedere fas erat, vt asseritur Leuitici 7. [d] Hoc supposito, facile est intelligere quid hoc loco sibi voluerit Dominus, id nimirum quod habes in Paraphrasi num. 1. Nil eis profuturam multiplicationem quorumcumque sacrificiorum quæ Deo minimè sint accepta.

a Leuit. 4. 5.
b Leuit. 6. 25.
c Leuit. 7. 1.
d Leuit. 7. 11.

Vers. 21.] Hæc dicit Dominus, &c. Holocaustomata, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Seneca.* *Exprobratio Dei aduersùs indignè frequentātes communionē, & aduersùs Sacerdotes indignè Missam celebrantes.*

NEC *in victimis quidem* Gentilis ait Seneca lib. 1. de Beneficiis cap. 6. *Licet optima sint, auroque præfulgeant, deorum est honos, sed pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fitillâ religiosi sunt: mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentassint.* Quid igitur mirum si & Dominus ipse fidelibus multiplicationem hîc exprobret externorum sacrificiorum, ac munerum, quæ absque bono offerũtur animo? Cæterùm quæ hîc à Deo dicuntur in egregiam potissimùm deseruire possunt Dei exprobrationem aduersùs fideles illos, qui indignè sacramentum frequentant sanctissimæ Eucharistiæ, & præsertim aduersùs Sacerdotes, qui quotidie id in Missæ offerunt mysterio, nullâ habitâ ratione innocentiæ vitæ, eiusque sui ipsius probationis, quam ad tam eximium sacrificium in primis necessariam asserit Apostolus. [e] Bene autem exprobrationem istam faciens Deus, & Dominus appellatur exercituum, & Deus dicitur Israel, quod interpretatur vir videns Deū, seu præualens Deo, aut Princeps Dei: vt maiorem exprobratio ipsa vim habeat. Per hæc quippe significatur, illum iure exprobrandi habere rationem, qui cùm in cælo vt Dominus videndū se iugiter præbeat exercitibus cælestium spirituū, pro sua nihilominus eximia in homines benignitate Deum se appellari voluit eorum, qui per fidem ipsum se videre fatentur in sanctissimo Sacramento. Quique cum innumerabilibus circundatus sit cælestium item spirituum exercitibus,

Dei benignitas in sanctissimo Sacramento quanta.

Sacerdotes dicti Præualētes Deo, & Principes Dei.

A eius tamen potissimùm gloriatur, quòd Deus eorum sit, qui ipsi præualent, sacerdotum nimirum, ad quorum quodammodo imperium, veluti illis subiectus, è cælorum celsitudine ad terras in hostiæ descendit cōsecratione. Qui & meritò Principes Dei propter idipsum nuncupantur.

Tam bonus igitur Deus istiusmodi hoc loco 5
Sacerdotibus indignè frequentiùs celebrātibus, necnon & laicis indignè sanctissimam frequentantibus communionem facit exprobrationem. Missas, heus miseri (loquitur enim exprobrāter) vestris addite Missis, Communiones addite cō- B munionibus, certè nihil aliud exinde habebitis, quàm quòd comedetis carnes sanctas, in vestrū iudicium, & condemnationem, vt & de vobis id proferri queat, quod Iudæis contigisse dicitur in libro Numer.[f] *Adhuc carnes erant in dentibus eorū, nec defecerat huiuscemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plagâ magnâ nimis,* iuxta illud Pauli,[g] *Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit.* Vel alio modo: Missas atque communiones frequentate, & comedite carnes, id est, Manducate frequenter infœlices corpus Domini, ac si prophanas come- C datis carnes. q. d. in vestrum profectò id facietis iudicium. Porrò missas & communiones allegoricis appellat nominibus Holocaustomatũm, & victimarum, quæ erant sacrificia & oblationes testamenti veteris, hoc vnum per allegoriam significantia sacrificium, hanc vnam & oblationē noui testamēti, quæ & holocaustum dici potest, quatenus est repræsentatiuum mortis Christi, quâ super crucis aram totus amoris igne cōbustus is est, iuxta illud, [h] *Hoc facite in meam commemorationem*: & victima meritò appellatur, tā illa quæ offertur pro peccato, & pro delicto, quia [i] D in remissionem offertur peccatorū: quàm ea quæ vt pacifica pro gratiarum offertur actione, cùm & propterea Eucharistiæ insigniatur nomine, quod gratiarum actionem significat, & Sacramentum dicatur communionis, & pacis.

Indignè communicātes id solū habent, quòd carnem Christi comedunt, sed in sui condemnationem.

f Num. 11. 33.
g 1. Cor 11. 29.
Corpus Christi sumunt aliqui ac si prophanos comederent cibos.
Eucharistia sacrificiū dici potest, & holocaustum, & victima.
h 1. Cor. 11. 24.
i Matth. 26. 28.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 27.

Vers. 22.] Quia non sum locutus cum Patribus vestris, & non præcepi eis in E die, quâ eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatũm, & victimarum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SANE [a] *vestram hanc sacrificandi rationem probaui numquam; Neque quando eduxi patres vestros de Ægypto, legemque illis tradidi, de hoc vestro modo sacrificandi nullâ habitâ ratione cultus interni, qui in vita innocentia, & in perfecta si-* F *tus est obedientia, & cum tanta holocaustomatũm, & victimarum confusione, sum locutus, aut præcepi quidquam, ita vt exinde tantam, quantam in illis vobis inesse video, habere possitis confidentiam.*

a Quia non sum locutus cum patribus vestris, & nō præcepi eis in die quâ eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatũ, & victimarum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVIA *non sum locutus cum patribus vestris,* 1
&c. Si particula, *Quia* vt rationalis sumēda sit, per hanc quæ hoc loco affertur rationem confirmatur allatus ad præcedentem versiculum

ſenſus, quòd ironicus ibi habitus ſit ſermo, & cõſcius, in quo Deus ſubintelligi voluerit ſacrificiorum illorum multiplicem immolationem nec quidpiam Iudæis in ipſis confidentibus profuturam, nec ſibi eſſe gratam. Ratio autem eſt, quia ea ſibi grata exiſtunt, quæ ſuis conſona ſint præceptis, & ea tuta eſt fiducia, quæ fideli obedientiæ & vitæ nitatur integritati, cùm ad hanc vnam vniuerſa legis ſpectant mandata.

Sacrificia in lege veteri à Deo non fuiſſe præcepta, ſed tantùm illorum modum, ſenſerũt aliqui.
Iſidor. Clar.
Arius Mont.

Habet autem difficultatem magnam, quod in hac ratione idemmet præponit Dominus, ſe nec præcepta dediſſe, nec locutum eſſe de materia, & ratione holocauſtomatũm, & victimarũ. Neque enim admittendum, quod & Iſidorus Clarius hic in ſuis Annotationibus, & Arius Montanus in caput quintum Amos aſſerũt, Deum in lege veteri non præcepiſſe, nec exegiſſe à Iudæis holocauſta, & pacifica, ſed arbitrio reliquiſſe ipſorum, ac modum duntaxat præſcripſiſſe, dicendo, *Si obtuleris*, &c. Si oblatio fuerit, &c. cùm luce clarius ex libro Leuitici, aliiſque ex Sacræ Scripturæ locis appareat de talium ſacrificiorum materia, & immolatione à Deo exhibita & verba, & præcepta. Ita vt nec id dici queat, quòd ea Dei verba non præceptiua ſint, ſed tantummodo permiſſiua, prout aliquibus viſum etiam Antiquorum Patrum, de quibus in Appendice: Nam ſi permiſſiua ſolummodo illa extitiſſent, non peccaſſent Iudæi, qui ea minimè ſeruaſſent; neque enim peccat, qui id facere omittat, quod Deus permiſit, non iuſſit: nec in dubium verti poteſt, quòd peccauerint, qui ſacrificiorum leges violarunt, vt bene ex illatis pro iſtiuſmodi tranſgreſſione pœnis probatur.

Sacrificia non fuiſſe à Deo præcepta in lege veteri, ſed ſolũmodo permiſſa ſecũdũm aliquos.

2
Senſus Communior.
Sacrificia Iudæis præcepit Dominus quaſi coactus, vt illos ab Idolorum cultu auerteret.

Communior iſtius difficultatis ſolutio ea certè eſt, quæ ex ipſis quæ hoc loco à Deo habẽtur, colligitur verbis, (*Et non præcepi eis in die quâ eduxi eos de terra Ægypti*,) vt hoc dictum non ſit generale, ſed reſtrictum ad ſpeciale id tempus, quando patres eduxit de terra Ægypti, quandoquidem tunc quidem temporis præcepta primùm exhibuit, quæ in Decalogo continentur, & ad internum cultum, ſinceramque viuendi ſpectant rationem. Vnde bene ſubditur, (*Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate*, &c.) Quòd ſi poſtea & de ſacrificiis mandata tradidit, id haud præſtitum, niſi poſtquam Iudaicus populus in idololatriam vituli decidit adoratione, vt quaſi coactus & non ſponte ea præcepta Deus dediſſe viſus ſit; vt populus ad ſacrificandum promptus huiuſmodi ſacrificia magis ipſi verò Deo, quàm Idolis offerret, prout ex hoc Ieremiæ loco probat S. Thomas p. 2. q. 102. art. 3. in corp. Vide in Appendice noſtra hanc exponendi rationem fusè ab aliquibus Patrum tractatam, atque probatam.

D. Thom.

3
Senſus Cõmunioris improbatio.
Sacrificia Iudæis Deũ præcepiſſe quaſi coactum, nullatenus admittendum.

Pace tamen, ac debitâ ſanctorum eorum reuerentiâ dixerim, ſolutionem iſtam haud mihi omnino tutam cenſeri: Quamuis enim verè dicatur, Deum primò poſt egreſſum ex Ægypto dediſſe præcepta decalogi, quæ ante omnia ſeruari volebat, non tamen rectè admitti arbitror, quod additur, quia præcepta de ratione ſacrificiorum poſt vituli adorationem exhibuit, non ſponte, ſed quaſi coactum illa dediſſe, vt ab idololatria auerteret populum, quem ad illam intelligebat procliuem, vt propterea hic dicere quiuerit, ſe non præcepiſſe, ſcilicet ſponte de verbo holocauſtomatũm, & victimarum: Enimuero, etiam ſi id tunc admiſſum non fuiſſet idololatriæ ſcelus, etiam ſi nullum extitiſſet populo illi idololatriæ periculum, locutus tunc nihilominus eſſet, & præcepiſſet de ſacrificiorum ratione: Sicut enim in decalogo præceta de iis exhibuit, quæ ſunt iuris naturalis ſpectantia ad Dei venerationem, atque ad morum, & vitæ probitatem. Ita & cùm offerre ſacrificium Deo ſit pariter de iure naturæ, vt probat S. Thomas 2. 2. quæſt. 85. art. 1. dediſſet profectò præcepta, quibus ipſa ſacrificiorum determinaretur ratio. Adde & alias rationes, quas videre potes ab eodem D. Thoma allatas in præcitato art. 3. quæſtionis 102. part. 2. vt per talium ſacrificiorum oblationem mens offerentis ordinaretur in Deũ, & ad ſignificandam redemptionem per Chriſtum faciendam, illiuſque ſacrificium: Necnon & ad ſignificandum quæ nos agere debemus; atque ad inſtruendos mores, vt docet S. Auguſtinus lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 5. Fatendum igitur indubitanter, & data eſſe à Deo præcepta de Sacrificiis, & etiam ſi non peccatum à Iudæis fuiſſet in vituli adoratione, danda iiſdem fuiſſe: quamquam reuera quum ea data fuère in deſerto, pro tunc non habuerint vim obligandi, vt rectè probat Abulenſis quæſt. 1. in cap. 18. libri Ioſue, & colligitur ex eo Deuteronomij 12. [a] *Illic* (in terra ſcil. promiſſionis, & in loco quem in illa elegerit Dominus) *omnia quæ præcipio conferetis holocauſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuum veſtrarum*. Ob quam potiſſimum rationem arbitratus eſt Gaſpar Sanctius hic à Domino dictum, Deum non locutum, nec præcepiſſe de Sacrificiis in eductione ex Ægypto, quia Deus non induxit tunc obligationem illa obſeruandi in deſerto.

Sacrificia Deo offerre eſt de iure naturæ.
D. Thomas.
Rationes cur in lege veteri ſacrificiorum præcepta data à Deo ſint.
Abulenſis.
a Deut. 12. 11.
Gaſp. Sanct.

4
Senſus auctoris.
Deum ſacrificia nõ præcepiſſe, ſed obedientiam, intelligitur comparatiuè.

Faciliùs, ac tutiùs quod hic ait Dominus, ſe nec locutum eſſe, nec in lege, quam poſt egreſſum de Ægypto tradidit Iudæorum patribus, præcepiſſe de verbo holocauſtomatũm, & victimarum, explicatur, ſi dicamus hanc, iuxta Hebraicam phraſim eſſe locutionem comparatiuam, quâ Deus ſignificet, ſe priùs, & exactiùs magis voluntati ſuæ cõſonum id præcepiſſe verbum, vt audirent ipſius vocem, & ambularent in omni via, quam mandauit eis, fidelem nimirum obedientiam, vitæque rectitudinem, quam verbum de holocauſtis, & victimis: eodem penitus ſenſu, quo & apud Hoſeam dixit, [b] *Miſericordiam volo, & non ſacrificium*, id eſt, miſericordiã, ac beneficentiam magis volo, quàm ſacrificium, prout ibidem per ſubſequentia declaratur verba, *Et ſcientiam*, id eſt, timorem Dei *pluſqu im holocauſta*. Vnde ad hæc alludens, Scriba ille in Euangelio dixit, [c] *Et diligere proximum tamquam ſe ipſum maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificiis*. Quo ſenſu & in Pſalmo 39. dictum reperimus, [d] *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*, id eſt, perficiens mihi aures conteſtatus es, te velle magis obedientiam, quàm ſacrificia externa.

b Oſe 6. 6.
c Matth. 12. 33.
d Pſal. 39. 7

5
Sacrificia offerre eo modo, quo à Iudæis offerebãtur abſq; interno cultu, Deus minimè præcepit.

Quòd ſi non cõparatiuè Dominum hic loqui velimus, ſed ſimpliciter, adhuc faciliùs dici poteſt, rectè, atque veriſſimè eũ aſſeruiſſe, ſe nec locutum eſſe, nec præcepiſſe de verbo, & materia holocauſtorum, & victimarũ, quomodo eam rem tunc temporis pertractabant Iudæi, nullã interni cultus habentes rationẽ, nullam veræ obedientiæ, nullã & innocentiæ vitæ: prout colligitur ex pronomine quod holocauſtis, ac victimis in præcedenti adiectũ eſt, verſ. 21. (*Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris*,) Quòd ſi ea præcepit, præcepiſſe

cepisse semper illa vt iuncta cum vitæ probitate cui tutò inniti ipsorum offerentium posset cõfidentia alioquin omnino inanis. Quem sensum confirmat similis locutio, quâ idẽ Dominus apud Isaiam de Sacrificiis item agens, & de solennitatibus, quas ipsemet in lege mandauerat, durum se pollicitus earum exactorem, [a] *Cum veniretis,* nihilominus ait, *ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? Neomeniam & Sabbatum, & festiuitates alias non feram.* Seque declarans, adiicit, *Iniqui sunt cœtus vestri;* & paulò post, *Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Quibus consona sunt quæ & hîc quoque subiungit in vers. 23. *Sed hoc verbum præcepi eis, dicens,* &c.

a Isai. 1.12.

Vers. 22.] *Vide Expositionem Moralem vnà cum expositione Morali, Vers. 23.*

VVLGATÆ.

Vers. 21.] Hæc dicit Dominus Deus, &c.

Vers. 22.] Quia non sum locutus, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Τάδε λέγει κύριος· τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε κρέα.

22. Ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου περὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ θυσίας.

Vers. 21.] Hæc dicit Dominus: Holocaustomata vestra congregate cum sacrificiis vestris, & comedite carnes.

Vers. 22.] Quia non sum loquutus ad patres vestros, & non mandaui eis in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti de holocaustis, & sacrificio.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis sanctificatis vestris, & comedite carnes.* Vers. 22. *Quia non sum locutus cũ patribus vestris, nec præcepi eis in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti super negocio holocaustorum, & victimarum sanctarum.*

1 Hieronym. *De sacrificiis Deus nõ præcepit quando dedit Decalogum, sed post vituli adorationem ad tollendã idololatriam.*

Vers. 21. & 22. *Hæc dicit Dominus exercituum,* &c. Hieron. *Quorum reprobauit templum, consequenter reprobat & sacrificia, & obliquè arguit eos, quòd nõ veneratione sui, sed epularum desiderio immolent victimas. Quod autem ait, (Non sum locutus, & nõ præcepi eis in die, &c.) manifestè intelligitur, quod primũ decalogum dederit in tabulis lapideis scriptum digito Dei, & post offensam idololatriæ, caputque vituli, postea iusserit sibi magis fieri, quã in dæmonibus: auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedẽs sanguinem victimarum, carniumque desiderium.*

Irenæus. *Non tam vt sacrificia sibi offerrent eduxit Iudæos Deus ex Ægypto, quã vt ipsi obedirent*

Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 32. *Et significans quod non propter hoc eduxit eos de Ægypto, vt sacrificia ei offerrent, sed vt Ægyptiorum idololatriæ obliti audire vocem Domini possent, quæ erat eis salus, & gloria, sic per Ieremiam ait. (Hæc dicit Do-*

A *minus Holocaustomata vestra colligite cum sacrificiis vestris, & manducate,* &c.) *idololatriæ obliti.*

Iustinus Martyr Colloquio cum Triphone Iudæo. *Quod autem propter peccata, & idololatrias populi vestri, nõ quod his oblationibus egeret, mãdarit vobis hæc sacrificia, audite quid dicat per Ieremiam. (Cõferte in vnum vsum viscerationes vestras, & mactatas victimas, & ipsi edite. Nihil de victimis, libationibusque mandaui patribus vestris quâ die manum eorum apprehendi, vt eos è terra Ægypti educerem.)* Iustinus M.

2 Cyril. Alex.

Cyrillus Alexand. homil. 22. Paschalium. *Repudiat Deus veluti vanam & inutilem cultus vmbratici*
B *vim. Audio nempe ad Israelitas dicentem. Non sum locutus ad patres vestros de holocaustis, & sacrificiis in die quâ eduxi eos de terra Aegypti.*

Theodorit. *Sacrificia renuens Deus nõ vetat Iudæis comedere vbique carnes.*

Theodoritus inhibet quoque cultum legalem. *Hæc dicit Dominus virtutum Deus Israel: Holocaustomata vestra congregate cum sacrificiis vestris, & comedite carnes, quia, &c. Ex his perspicuũ est, superflua legis ob infirmitatem Iudæorum adiecta esse. Cum enim in Ægypto didicissent Idolis sacrificare, desiderans vt ab hoc ritu recederent (per omnes Prophetas hunc reiicit) sed condescendens cum infirmitate eorũ dixit istud, (Comedite carnes,) quasi diceret, sacrificia etiã repellẽs,*
C *non veto de carnibus edere. Siquidem volentes in vrbibus, aut pagis suis de carnibus sumere, iubet in lege, immolare, & effuso in terram sanguine, desumere, nõ tanquam de sacrificiis, sed velut de carnibus communibus. Vetuerat enim sacrificare extra locum designatũ. Propterea dicit, Edite ea, vt Damam, & Ceruum: nempe vt illa quæ non offeruntur ad altare.*

Anastas. Sinaita.

Anastasius Sinaita quæst. 46. propositâ difficultate veritatis istius sentẽtiæ. *(Non sum locutus,* &c.) *Perspicuum, inquit, est primariũ scopum legis non esse sacrificiorum oblationem, neque Deum præcipuè holocausta quærere, sed se demittere ad illorũ imbecillitatem. Quando enim vitulum fecerunt, & diis qui non*
D *erant, sacrificare aggrediebantur, tunc post legem, datũ quoque est præceptum de sacrificiis, vt qui semel ad ea quæ non erant animi sui studium transtulerant, illud verè transferret ad eum, qui est reuerà Deus: Quando autem per signa plurima, & prodigia procedente tempore eius habuerunt etiam cognitionem, tametsi obscuram, & tenuem, tunc per Prophetas reprimit oblationes brutorum animalium, & dicit: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.*

3 Ruper Abb.

Rupertus Abbas lib. 1. in Cant. super ea verba c. 1. *Indica mihi,* &c. *(Non sũ locutus,* &c.) *Subauditur in Monte Oreb ante reatum vituli: Vbi iustificationes,*
E *& præcepta vitæ dedi scripta in tabulis digito Dei.*

Idem. *Deus duobus modis in Scriptura Sacra locutus est, aliquando secundùm voluntatem, aliquando secundùm permissionem. De legalibus cæremoniis, & sacrificiis locutus est Deus Iudæis permissiuè.*

Idem lib. 5. de Victoria verbi Dei cap. 26. *Dum legimus passim in Scriptura legis, Locutus est Dominus ad Moysem, & Aarõ, & deinde subsequitur tale quid, Hæc est religio, Sic & sic offeretis: hoc vel illud in sacrificando obseruabitis. In Prophetis autẽ, vt in Ieremia. (Non sum locutus, & non præcepi de verbo holocaustomatũ, & victimarum) quoniã nõ potest solui Scriptura siue legalis, siue Prophetica, necesse est, diuersos esse loquendi modos ita differentes, sicut differũt voluntas & permissio. Nam secundum permissionẽ locutus est Dominus legem cæremoniarum, siue sacrificiorũ, videlicet*
F *considerando tunc temporis qualitatem hominum, qui vtique ab huiusmodi sacrificiis arceri non possent: & si non liceret eis Domino carnes sacrificare, sine dubio Dæmonibus sacrificarent. At verò secundum voluntatem suam locutus est Deus ad Abraham, & secundùm cor suum testamentum confirmauit ad eum: secundùm voluntatem, & secundùm cor suum locutus est in Prophetis. Quodve sic eis locutus est, mutari, & infirmari non potest.*

Isidorus Hispalensis lib. de Gentiũ vocatione cap. 16. Isid. Hispal.

De Sacrificiis Deus nō præcepit per se ipsa.

cap. 16. *Quod apud Ieremiam dicitur, (Non præcepi eis de verbo holocaustomatûm,) Subaudiendum est, quasi illa per se ipsa diligerem : sed vt eorum fidei obedientiam approbarem.* A

D. Thomas. Holocaustorū carnes vt comedant ait Deus Iudæis.

D. Thomas. *Hic excludit sacrificiorum fiduciam, Et primo excludit sacrificiorum curam, ponens sententiam, (Holocaustomata) q. d. Sicut victimarum maior pars cedit in vsus vestros : ita holocausta vobis ex toto comedite, quia carnium consumptione non delector, [a] Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. Et ponit causam (quia non sum locutus.) Non enim Deus hoc propter se volebat, sed vt propter hoc ab idololatria reuocaret. Vnde ante adorationem vituli nulla præcepta de sacrificio data sunt.*

a Psal. 49. 13.

Hæc quidem quæ hîc notarem apud Antiquos reperi Patres, qui huc Ieremiæ locū vel exponūt, vel citant, atque perpendunt. Cæterùm si plura item ex Patribus in vberiorē eiusdem loci enucleationē congerere quis velit, Videat Clementē lib. 1. Recognitionum, Irenæum lib. 4. aduersùs hæreses cap. 28. & 29. Hieronym. in id ca. 1. Isaiæ. *Quis quæsiuit hæc de manibus vestris?* Augustinū lib. 18. contra Faustū cap. 4. & 6. & lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 20. Io. Chrysostomum homil. 6. in Matthæum, & homil. 18. in epist. ad Hebr. Cyrillum Alexandrinum lib. 4. cōtra Iulianum, Theodoritū lib. de curandis Græcorum affectionibus cap. 7. & Rupertum Abbatem super 6. caput Isaiæ. 4

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΤΆΔΕ λέγει κύριος : τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε.] B

Ὠριγένους.] σαφῶς ἐξετάζειν διδάσκει, τίς ὁ περὶ θυσιῶν λόγος. ἀφορμάς τε τὰ λόγια δίδωσι λέγοντα. θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. καὶ θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης. τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχοντας, περὶ δὲ θυσίας ἐπτοημένους σωματικῆς ἐπέστρεφεν ὁ σωτήρ, λέγων. εἰ δὲ ἐγνώκειτε, τί ἐστιν, ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. ὅτι δὲ περὶ μυστικῶν ἡ τοιαύτη νομοθεσία Παῦλος ἐδίδαξε, λέγων. οἵτινες ὑποδείγματι, καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. [καὶ φάγετε κρέα.] C

Ὀλυμπιοδώρου.] ὑμεῖς αὐτά φησι φάγετε. ἐγὼ γὰρ θυσιῶν οὐ χρήζω.

[ὅτι οὐκ ἐλάλησα. καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅσα μὴ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον ἐπιτάττει, οὐδὲ αὐτοῦ φησὶν, εἶναι συμβουλήν. καὶ ὥσπερ ὅταν λέγῃ. μὴ θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν ; καίτοιγε ἄκοντος || αὐτοῦ κολάζεται.

|| Εὐσεβίου.] ἐμοὶ προηγούμενον ἦν φησι, τὸ κλῆσαι σε φίλον ἐμαυτῷ λαὸν ὑμᾶς. μὴ δεξαμένων δὲ, ἀλλὰ καὶ μοσχοποιησάντων ὑμῶν, ἐπεί τε τὸ ἐπιχώριον Αἰγυπτίοις σέβασμα καταπεπτωκότων, ἡ διὰ θυσιῶν ὑμῖν ὑπὸ Μωυσέως παραδέδοται θρησκεία, μὴ δυναμένοις τὸν πνευματικὸν τῆς εὐσεβείας δέξασθαι τρόπον διὰ σκληροκαρδίαν. || D

Vers. 21. HAEC dicit Dominus : Holocaustomata vestra congregate, &c.) 5

Sacrificiorum externorū lex magis interna spectabat.

Origenes.

Origenis.] *Clarè perquirere docet, quæ sacrificiorum ratio, ansas verò dant verba Scripturæ, [a] Sacrificium Deo cor contritū. Et [b] Sacrificate sacrificium iustitiæ, eos verò qui aliter se habent, & corporeis sacrificiis planè dediti sunt corrigebat Saluator, dicens, [c] Si sciretis quid est, misericordiā volo, & non sacrificium, nusquam innoxios condemnauissetis. Quod autem mystica spectet hæc legis latio, docuit Paulus dicens, [d] Qui exemplo & vmbrâ colunt cælestia. (Et comedite carnes.)*

a Psalm. 50.
b Psal. 4.
c Matth. 12. 7.
d Hebr. 8. 5.

Olympiodori.] *Vos ait, hæc comedite, Etenim ego sacrificiorum non egeo.* Olympiod.

Vers. 22. (*Quia non sum locutus, &c. & non mandaui eis, &c.)* 6

Chrysostomi.] *Quæcumque non præcipit ex animi sui consilio, suum ait illa non esse consiliū, sicut cùm dicit, [e] Num desiderabo mortem peccatoris, quàm vt reuertatur, & viuat? & tamen eo inuito non punitur.*

Chrysost. *Sacrificia veteris legis nō ex proprio cōsilio mādauit Deus.*

e Ezech. 18. 23.

|| Eusebij.] *Mihi ait ante omnia illud erat propositum vos in populum mihi charū adsciscēdi. Cùm verò vos non recepissetis, sed & vitulum cōflassetis, in familiarem Aegyptiis cultum prolapsi, sacrificiorum vobis religio per Moysem tradita est, spiritualem pietatis ritum percipere propter animi duritiem non valentibus.*

Euseb. Cæsa. *Sacrificia veteris legis post vituli adorationem mandata Iudæis, vt ab idololatria auerterentur.*

Vers. 23.] Sed hoc verbum præcepi eis, dicens : Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. E *probique eritis, & benedictionibus replebimini bonorum omnium.*

a Sed hoc verbum præcepi eis, dicēs: Audite vocem meam.
b Et ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus.
c Et ambulate in omni via, quā mādaui vobis, vt benè sit vobis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

A*T* id potissimum illis mandaui, vnūque exhibui, in quo magis sacrificia offerētes considerent, vt perfectā obedientiā meā quæque implerent præcepta, meisque internis obtemperarent vocibus: [b] hac obedientia suum me Deum protestantes, atque per eamdem in dilectum ac peculiarem populum sese mihi exhibentes, qui tutò meæ inniterentur prouidentiæ. [c] Obseruate, dixi eis, omnem legem meam, hac enim ratione & boni

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

SED hoc verbum, &c. *Audite vocem meā,* & externā videlicet, quā vobis locutus sum in exhibitione Decalogi, perq; Prophetas quotidie loquar, & internam quā vos iugiter ad bonū per sanctas promoueo inspirationes, (*Et ero vobis Deus.*) i. & fideli hac obedientiâ vestrum me Deū esse protestabimini, (*Et vos eritis mihi populus,*) peculiaris scil. & dilectus, quē protegam, fouebo, atque saluabo. Quæ omnia Moyses Antiquis illis Patribus in deserto exposuit, dicēs, [d] *Dominū elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias* 1

Per obedientiam Deo exhibitam protestamur, illum esse Deū nostrum, nosque esse illius populum dilectum.

d Deut. 26. 17.

custodias cæremonias illius, & mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio: Et Dominus elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciat te excelsiorē cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriā suam: vt sis populus Sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est. Quid sit autem esse populum sanctum Dei, & ibi ex prædictis colligitur, ex hoc loco iisdē ferè verbis exprimitur, cùm adiicitur, (Et ambulate in omni via.) i in omni pura, & sincera viuendi ratione, quam mandaui vobis, Vnde & opportunè subditur, (Vt bene sit vobis,) id est, vt bene moraliter, ac sanctè vos habeatis: atque vt benedictionibus etiam quoad bona sensibilia repleamini: quales describit Moyses in ca. 28. Deuteron. [a](Vt bene sit vobis.) dici inquit Hugo, Quasi hæc solùm vobis præcepi propter commodum vestrum, non propter meum, quia bonis vestris non egeo, nec seruitiis vestris, & ideo hæc magis volui præcepta seruari, quàm mihi sacrificia immolari.

Dei populum esse est ambulare in viis illius.

Præceptorum obseruationē mandauit Deus propter bonum nostrū.

a Deut. 28. 3. Hugo Card.

Vers. 22.] Quia non sum locutus, &c.

Vers. 23.] Sed hoc verbum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 IVXTA sensum quem probabiliorē censui in literæ expositione, vt totus iste Dei sermo cōparatiuè sumatur, antiquissimā per hæc confirmatur eā, quæ in 1. libro Regū habetur sentētiā, [a] *Melior est obediētia quàm victima*, Et quidem id hoc loco magni faciēdum censeo, quòd non solū carnalibus veteris legis obediētia præfertur victimis, sed & vnico Sāctissimæ Eucharistię sacrificio, quod allegoricè vetera omnia sacrificia designabant. Dies quā educti sunt patres nostri de terra Ægypti & tenebrarū, passionis extitit tempus, quando iuxta Apostoli dictū, cælestis Pater, [b] *eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, reconciliati in corpore carnis eius per mortem.* Quòd Iesus passionis tempore de illibato isto Eucharistiæ sacrificio sanctis locutus sit Apostolis, iisdemque de illo præceperit, in dubiū venire nemini potest, cùm apertè, & ex Euangeliis id sit exploratissimum, [c] & Paulus id se ab ipso Domino accepisse testetur, quòd in qua nocte tradebatur hoc instituens Sacramentum, ita de illo præcipiens locutus sit, *Accipite & manducate, hoc est Corpus meum, &c.* Quòd autem eodem passionis tēpore is ipse Iesus sacrificij istius oblationi præferendam significarit perfectam obedientiam, ex sermone colligere est, quē post eius sacramenti institutionem illum discipulis item suis habuisse legimus in Euangelio Ioannis, cùm in eo totam vitæ spiritualis perfectionem in vna constituerit obedientia, dicens, [d] *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me; Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum.* Idémque denuo repetens subiicit, [e] *Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.*

Obedientia & obseruatio diuinæ legis nō solum veteribus sacrificiis, sed & sacrificio præfertur Eucharistiæ.

a 1. Reg. 15. 22.

b Coloss. 1. 13.

c 1. Cor. 11. 24.

Christus quādo instituit Eucharistiæ sacrificiū prætulit illi perfectæ obedientiæ studium.

d Ioan. 14. 21.

e Ioan. 14. 23.

3 Bene autem nota quod hic apud nostrū Prophetam ait Dominus, (*Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam,*) vbi de suis agens præceptis vnum ea omnia appellat verbum, & cùm latissimus sit perfectæ obedientiæ campus, auditionem illam nuncupat vnius vocis suæ, quod & in eodem sermone suo explicauit Iesus dicens, [f] *Hæc mādo vobis vt diligatis inuicem*, Christique interpres Paulus in epist. ad Romanos. [g] *Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: Non occides, &c. Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximū tuū sicut te ipsum.* Porrò quòd istius præcepti dilectionis proximi obseruationem ab vnoquoque fidelium præferendam Iesus velit etiam oblationi Sanctissimæ Eucharistiæ, ex eo Patres deducūt Euangelij, vbi is ait, [h] *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te,* quòd ob iniuriā videlicet aliquam à te ipsi illatā expostuletur de te, *vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Quamuis enim ibi de veteribus sermo sit Iudæorum sacrificiis, multò tamen magis & de Eucharistiæ sacrificio eum inquiunt intelligendum, quod est vnionis, iuxta illud Apostoli, [i] *Vnum Corpus multi sumus, quicumque de vno pane participamus*, Vnde & nomē eidem inditum est synaxis atque communionis.

Præcepta Dei multa, & vnum.

f Ioan. 15. 17.

g Rom. 13. 8.

Charitatis obseruatio à fidelibus præferenda etiā oblationi sanctissimæ Eucharistiæ.

h Matth. 5. 23.

i 1. Cor. 10. 17.

4 (*Audite vocem meā & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus.*) Inter præcipuos Eucharistiæ oblationis effectus duo in primis sunt, quos patefacit in Euangelio Dominus, alter perfectæ est vnionis Dei cum anima communicante, vicissimque, & animæ eiusdem cum ipso Deo, iuxta illud. [k] *Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*: alter est vitæ vsquequaque perfectæ, iuxta illud, [l] *Qui manducat hunc panē viuet in æternū*, Et [m] *sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrē, & qui manducat me & ipse viuet propter me.* Neutrum tamen istorum effectuū per eamdem oblationem assequitur, qui illam absque obseruantia mādatorum Dei, & dilectionis præsertim obtulerit: vt planè constet, eidem ipsam præferendam obseruantiam; ac tunc demū eam suos sortiri effectus, cùm obicem nō habeat inobedientiæ, & inobseruantiæ præcepti dilectionis; adeóque & totius diuinæ legis. Quinimò ita hæc duo iuncta esse debere in offerente tam eximium sacrificiū, vt nec sacramētalis fieri ea queat vnio Dei animæq; ni fiat, aut facta sit vnio spiritualis Dei pariter ac animæ per charitatem, & per obseruantiam mandatorum Dei, de qua vnione ait Ioannes, [n] *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, quasi hæc fundamentum quodāmodo sit vnionis illius. Hocque illud est, quod moraliter hoc loco significatur, cùm dicitur, (*Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meā,*) id est, Vni meo obtemperate præcepto dilectionis proximi, in quo plenitudo est legis, & tā arctā mecū iungemini vnione, vt & vos mihi vni, ac soli adhæsuri sitis, vt Deo vestro, & ipse vicissim vobis dumtaxat, vt peculiari meo adhæsurus sim populo: eâ nimirum phrasi, quā & in lib. Cant. eidem Deo ab eius sponsa dictum est, [o] *Dilectus meus mihi, & ego illi*, id est, ille mihi solus, & ego illi sola.

Eucharistia duo præcipui effectus, mutua vnionis Dei ac animæ, & vita perfectissima.

k Ioan. 6. 57.

l Ioan 6. 55.

m Ioa. 6. 58.

Eucharistia Sacramentū suos non sortitur effectus, cùm ei ponitur obex inobseruantia charitatis, & legis Dei. In sumptione sāctissimi Sacramenti nō fit vnio sacramentalis Dei atque animæ, nisi facta sit & vnio spiritualis per charitatem.

n 1. Ioan. 4. 16.

o Cantic. 2. 16.

5 (*Et ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis.*) quid sit ambulare in omni via, quā fidelibus suis Deus mandauit, breuiter sic explicat Apostolus, [p] *Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos*, implendo nimirum dilectionis præcepta, de quibus Christū dixisse notauimus, [q] *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, sicut & ego dilexi vos.* Quid verò sibi id velit, quod hoc loco adiectum est, *Vt bene sit vobis.* Ex eo colligere est Euangelij, vbi, dicente Legisperito quodam ad Iesum, [r] *Magister quid faciendo vitam æternā possidebo*: Eodémque ad Christi interrogationē

Eucharistia Sacramētum tunc suum causat effectum exhibitionis vitæ æternæ, cùm is qui id sumit iunctam habeat & obseruationem diuinæ legis.

p Ephes. 5. 2.

q Ioa. 14. 21.

r Luc. 10. 25.

In lege quid scriptum est? quomodo legis? referente duo dilectionis præcepta, Subintulit Iesus, *Rectè respondisti. Hoc fac, & viues.* Quid enim optari, quid contingere cuiquam potest præstantius, quàm vitam assequi longæuam? quamque vitam obtinere æternam? Quod certè bonum alter etiam est præcipuus ille effectus sacrificij, ac Sacramenti Eucharistiæ, de quo supra ex illo Euãgelij. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Vt ex his intelligas, tunc demum offerentem hoc sacrificium, istudque sumentem sacramentum, hoc vitæ æternæ bonum per eam assequi oblationem, & communionem, quum iunctam simul habet præceptorum charitatis obseruantiam, quâ vita obtinetur gratiæ, basis quodammodo, & fundamentum iuris ad vitam æternam.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 27.

Vers. 24.] Et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum, & non in ante.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et non audierunt nec inclinauerũt aurem suam. b Sed abierũt in voluntatibus, & in prauitate (seu in duritia) cordis sui mali. c Factique sunt retrorsùm, & non in ante.

ILLI [a] verò meæ huic bonitati, quâ vnum ipsorum commodum meo prætuli cultui sacrificiorum, pessimè responderunt: Tantùm enim abest, vt attentè meam seruarint legem, vt nec vnam voci meæ inclinauerint aurem: [b] quin potiùs vnam propriam sequentes voluntatem, atque in consiliis propriis obstinati id omne fecerint peruersi, quod sibi liberet, quodque praui cordis suaderent concupiscentiæ.

Et [c] in deteriora semper prolabentes in die facti sunt.

Ita vt à me auersi idololatriæ totos sese addixerint:

Ac propterea passi sunt semper aduersa, nihilque eis prosperè successit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudæorum, in audienda Dei voce quanta semper extiterit peruicacia.*

ET non audierunt, &c. Declaratur in his, quàm malè antiqui illi Iudæorum patres præexpositæ Dei respõderint bonitati, qua ob illorum commodum & vtilitatem magis voluit præcepta seruari, quàm sibi sacrificia offerri. Vni enim verbo illi, de quo dictum est, (*Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam,* &c.) nec vnam inclinarunt aurem, tantùm abest vt ipsum auditu perceperint, vel loquenti obtemperauerint, Sept. enim legũt, (*Et non audierunt me.*) Addentes, (*Neque attenderunt aure sua,*) quâ lectione significatur, illos neque auditum, neque attentionem loquenti exhibuisse contra id quod ipsismet in libro dicitur Iosuẽ, [d] *custodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem, quam præcepit vobis Moyses famulus Domini.*

d Iosu. 22. 5.

2 *Voluntatis propriæ studium est ambulare in prauitate cordis mali.*

(*Sed abierunt in voluntatibus.*) Sic legendum, non, vt quidam habent Codices, in voluptatibus, (*& in prauitate cordis sui mali.*) Non duo distincta hæc sunt ambulare in voluntatibus, & ambulare in prauitate cordis sui mali, sed vnum idemque, & secundum adiectum est in declarationem primi. Porrò quid sit ambulare in cordis prauitate satis superque a nobis explicatũ videri potest in expositione prima vers. 17. capitis tertij, vbi dicebatur, *Et non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.* Sept. vnum duntaxat hoc loco apposuerunt in confirmationem eius quod mox aiebam, sic vertentes, (*Sed abierunt in desideriis cordis ipsorum mali,*) quod tantopere cauendum asseritur in libro Ecclesi. iis verbis, [e] *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* In Hebræo pariter vnum esse videtur, nam tametsi duo enuncientur, nulla tamen in eo est distinctiua coniunctio, ita vt secundum dici debeat appositum primi. Quod enim dicitur, & abierunt במעצות *bemonghetzoth*, propriè (*in consiliis*) à verbo יעץ *iangatz* consulere, haud qualemcumque simplicem in Iudæis designat viuendi rationem iuxta propriam voluntatem, propriumque consilium; sed tale in propriis sequendis consiliis significat studium, quod adiunctam duritiem habeat, & obstinationem, vtpote duro innixum, & obstinato in malitia cordi, secundam quippe Hebraicam vocem בשררות *bisriroth* Hebræorum doctores (*in duritia*) interpretantur, seu (*in obstinatione.*) Quos secuti sunt & Pagninus, & interpres Regiæ, ita hæc reddentes. (*Et abierunt in consiliis in duritia*) (ita Pagninus) (*in obstinatione*) (sic Regia) (*cordis sui mali.*) Quin & Vatablus qui in suæ versionis textu legit, (*Illi autem non paruerunt, neque præbuerunt aurem suam, sed ambulauerunt iuxta artes suas, & iuxta libidinem cordis sui mali,*) in suis postmodùm Annotationibus, Libidinem, prauitatem, inquit, aut obstinationem. Plerique vocem ipsam Hebraicam, quæ secundo loco adiecta hîc est, eodem accipiunt significatu, quo & primam, nempe pro subdola, & praua cordis intentione, pro machinatione, obseruatione insidiosa, & prauo consilio, seu cogitatione.

e Ecclesi. 18. 30.

Propria voluntatis, propriique consilij studium tunc est potissimum, cùm adiunctã habet duritiam.

3 *1. Sensus. Propriã voluntatẽ, propriumque cõsilium sequẽtibus qualis maneat pœna.*

(*Factique sunt retrorsùm, & non in ante.*) Sept. καὶ ἐγενήθησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκ εἰς τὰ ἔμπροσθεν, (*facti sunt in posteriora, & non in anteriora.*) Triplicem hæc habere possunt sensum. Primum, vt per illa pœna designetur quæ Iudæis contigit pro prædicta viuendi ratione, quales & vniuersis qui sapientiæ monita contempserint, propriamque secuti sint voluntatem propriumque consilium, Salomon in libro Prouerbiorum obtingere asserit dicens, [f] *Comedent igitur fructus vitæ suæ, suisque consiliis saturabuntur,* id est, abundè, & vsque ad nauseam dabunt pœnas dignas consiliis iis suis, quæ iugiter prosequi voluerunt spretis sapientiæ monitis. Hunc sensum tetigit Vatablus in suis Annotationibus, & Andr. Cappella, Ac si dicatur, Semper in peius profecerunt, Propterea passi sunt semper aduersa, nihilque eis prosperè successit.

f Prou. 1. 31.

Vatablus. Andr. Capp.

2. Sensus. Propria voluntatis studium est idololatria & auersio ac apostasia à Deo.

Melius secundo sensu hæc ad apostasiam referuntur, quâ iidem Iudæi à Deo se auertentes, atq; ab eius cultu, idololatriæ se dedidere. Quod idololatriæ studium & per præcedentia verba, (*Abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali*) designari ostendimus in expositione similium quæ habentur in vers. 17. cap. 3. Vt locus iste ei omnino similis, quo supra in cap. 2. de iisdem Iudæis legimus, [g] *Dicentes ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti: verterunt ad me tergum, & non faciem.* Cui sensui fauere videtur & lectio Hebraica, quam rectè ad verbum sic reddes, vt vertitur in Regia, (*Et facti sunt retrorsùm, & non ad facies.*) Vatablus (*factique sunt auersi, & non aduersi*)

g Ierem. 2. 27.

uersi) eodem sensu: In annotationibus verò (*fueruntque retro, & non ante,*) i. retrocesserunt, & non promouerūt, Sicut & Pagninus. (*Retrocesserunt & nō progressi sunt.*) Quæ lectio tertio magis cōgruit sensui, secundùm quē & in nostra quoq; vulgata significatur, illos potiùs deteriores in dies factos esse, quàm meliores, facti sunt, ait Hugo Cardinalis peiores quàm ante, quasi magis recessérunt, scil. in peccata ante facta recidiuantes, vel etiam deteriora quàm ante perpetrantes, contra id Philipp. 3. *Quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ priora sunt me extendo.* Tali autem ratione illos se habuisse dicit Dominus.

3. Sensus. *Propriè voluntatis studium reddit homines semper deteriores, & peiores.* Hug. Card.

Vers. 24.] Et non audierunt, & non inclinauerunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 QVEMADMODVM in Euangelio exinde arguendum docemur, an quis ex Deo sit nec ne, si audiat, aut non audiat verba eiusdem Dei, [a] *Qui ex Deo est*, ait Iesus, *verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Ita ex hac, quam præ manibus habemus, sententia, iuncta cum iis quæ mox prædicta fuere, (*Audite vocem meam, & ero vobis Deus:*) arguere pariter licet, exinde dignosci; an quis Dominum pro suo habeat Deo, cui, vt par est, sit subiectus, An non: si illius audiat, vel non audiat vocem. Quapropter cùm hoc loco de obstinatis peccatoribus dicitur, (*Et non audierunt,*) scil. Dei vocem, (*Et non inclinauerunt aurem,*) significatur, eò miseros illos deuenisse, vt Dominus iam non sit ipsis Deus, [b] *Confitentur*, de talibus ait Apostolus, *se nosse Deum, factis autem negant, cùm sint abominati, & incredibiles*, Græcè βδελυκτοὶ, καὶ ἀπειθεῖς, abominabiles, & inobedientes & ad *omne opus bonum reprobi.* Porrò sicut ex eo quòd quis Dei vocem audit, fit, vt nec illi contradicat, nec retrorsùm vel ad transuersum vnguem ab ipso, vel ab eius abeat voluntate, prout sumer exemplo apud Isaiam probat Christus Iesus dicens, [c] *Dominus Deus aperuit mihi aurem*, id est, fecit vt ipsum audirem, *Ego autem non contradico, retrorsùm non abij.* Ita è contrario peccatoribus qui Deū vnum non audiunt, adeóque & illū pro suo non recognoscunt Deo, id insuper euenire conspicimus, vt ei liberè contradicant, audacterque prælium moueant, & retrorsùm ab eo penitùs abeant. Hæcque illa sunt quæ Apostolus in præcitatis verbis significat, dum non solùm ipsos abominabiles dixit, & inobedientes, sed & factis Deum negantes, & ad omne opus bonum reprobos. Quæ duo & hîc apud Ieremiam subiecta habemus.

a Ioan. 8. 47. *Audire, vel non audire verbum Dei indicat, An quis Dominū pro suo habeat Deo cui sit subiectus.*

b Tit. 1. 16.

Audiens Dei vocē, nec Deo contradicit, nec retrorsū abit ab illius voluntate.

c Isai. 50. 5.

5 (*Sed abierunt in voluntatibus in prauitate*, seu, *in duritia cordis sui mali.*) En primum factis Deum negare. (*Et facti sunt retrorsùm, & non in ante,*) En secundum, ad omne opus bonum reprobos esse, vt pote in deteriora semper prolabentes.

Sed quid, inquiens hæc cum contradictione, & prælio aduersùs Deum? Audi B. Bernardum, *Voluntas* ait, *propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant, & timeant serui propriæ voluntatis: Primò namque seipsam subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tamquam auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua, sed numquid contenta erit hac iniuriâ? Addit adhuc, & quod in se est, omnia*

Bern. serm. 3. in Resurrect. Domini. *Voluntas propria quomodo Deo contradicat, & cum illo prælietur.*

A *quoque quæ Dei sunt, tollit, & diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Dico fiducialiter, nemini qui sit in propria voluntate, potest vniuersus mundus sufficere. Sed vtinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum, horribile dictu, desæuisset auctorem. Nunc autem & ipsum (quantùm in ipsa est,) Deum perimit voluntas propria. Omnino enim vellet Deum peccata sua aut vendicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo, eum non esse Deum, quæ, quatùm in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis planè & execranda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire*

B *desiderat.* Idem verò Bernardus eodem sermone, *Voluntatem* ait, *dico propriam quæ non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantum: quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, intendentes satisfacere propriis motibus animorum: Hæc aduersùs Deum inimicitias exercens est, & guerram crudelissimam.* Hoc est factis Deum negare; Hoc est abire in voluntatibus in prauitate cordis sui.

Voluntas propria quid sit.

Quod si & ex Sacris Literis edoceri quis aueat, qualiter sic abeuntes in voluntatibus aduersùs 6

C Deum prælientur, vel ex vno facto, quod in Euāgelio Lucæ narratur, id facile intelliget. De Iudæis namque aduersùs Christum Dei filium passionis tempore dimicantibus ait Euangelista. [d] *At illi instabant vocibus magnis, vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorum.* Liberè autem cùm iuxta voluntatem propriam abire permissum Iudæis est, quid suo fecerint prælio, crucifixio quæ consecuta est, morsque testatur ipsius Christi. Vnde bene postquam

D de peccatoribus istiusmodi obdurato prælio dimicantibus dictum est, (*Sed abierunt in voluntatibus*, &c.) adiicitur hic de iisdem, (*factique sunt retrorsùm, & non in ante.*) Vt intelligamus, illos propterea non solùm reprobos esse redditos ad omne opus bonum, iuxta Pauli dictum, [e] quod & Domini prius fuit, dicentis in Euangelio, [f] *Qui posuerit manum suam ad aratrum, & respicit retro, non est aptus regno Dei*, id est, non est aptus vt faciat opus dignum regno Dei. Nec solùm semper in peiora esse delapsos, prout & de talibus asseruit Petrus, cùm diceret. [g] *Si refugientes coin-*

E *quinationes mūdi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retrorsùm conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.* Sed & insuper peius quàm pristinos Iudæos denuò filium ipsum Dei ingenti cum procacia per idipsum quod retro facti sunt, crucifigere, prout colligitur ex iis item Pauli, quibus in epistola ad Hebræos, [h] fideles in scelera prolapsos, adeoque & retro conuersos dicit *rursus cru-*

F *cifigentes sibimet ipsis filium Dei, & ostentui habentes*, quasi, scil. de egregio facinore de eo ipso semet iactantes.

Volūtatis propriæ amator ita cum Deo præliatur, vt iterum eius crucifigat filium.

d Luc. 23. 23.

Voluntas propria reddit ineptos ad omne opus bonum.

e Tit. 1. 16.

f Luc. 9. 62.

g 2. Pet. 2. 20 *Voluntas propria reddit homines semper peiores.*

h Hebr. 6. 6.

In explicationem istiusmet sententiæ, iuxta Hebraicā lectionem referam quæ peregregiè in præcitato sermone tertio in Resurrectione Domini Bernardus de lepra tractat proprij consilij. Hebræa quippe sic habent. (*Et abierunt in consiliis, in duritia cordis sui mali, & facti sunt retrorsùm, & non ad facies,*) per idololatriam videlicet, vt in litera secundo dictum est sensu. Verba Bernardi 7

Proprij cōsilij sequaces describuntur. Bernardus.

hæc sunt, *Lepra proprij consilij eò perniciosior est, quò magis occulta, & quantò plus abundat, tantò sibi quisque sanior esse videtur. Hac illorum est, qui zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita vt nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Et quæ maior superbia, quàm vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tamquam ipse solus habeat spiritum Dei?* [a] *Idololatriæ scelus est non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi repugnare. Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis, qui non sunt sicut cæteri hominum; ecce arioli, & idololatræ facti sunt: si tamen vel ei qui dixit hoc, plusquàm sibi iudicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo, quem dixit: Si* [b] *Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.*

Propriũ consilium sequēs dicitur idololatriam admittere.

a 1.Reg.15. 23.

b Matth.18. 17.

Vers. 25.] A die quâ egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, vsque ad diem hãc. Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

HÆC QVE [a] *vniuersa cõtigêre illis continuè vel ab ipsa die, quâ egressi sunt de Ægypto, ipsos imitantibus, & eorum filiis, qui hoc viuunt tempore,* [b] *quamuis omnem adhibuerim rationem, studium omne, omnemque sollicitudinem, vt ipsos ad rectum reducerem tramitem, per singulos dies nouos eis delegans seruos, Prophetasque meos, & efficiens vt illos primò diluculo, & totâ monerem die.*

a A die quâ egressi sunt de terra Ægypti vsque ad diẽ hanc.
b Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem consurgens diluculo, & mittẽs.

EXPOSITIO PRIMA LITERALIS ET MORALIS.

1 A *Die quâ egressi sunt*, &c. Patet hæc ex libris Exodi, Num. Iudic. Regum, & Paralip. Cùm tamen identidem Deus numquam ab eorum emendatione procuranda destiterit, omnem in hoc adhibens sollicitudinem, omne & studium, ita vt nulla illis superesse posset excusatio. (*Et misi*, inquit, *ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem*,) id est, per singulos dies, Hebraicâ phrasi, additque ad maximum suam in eo studio exprimendam diligentiam, (*Consurgens diluculo, & mittens.*) Heb. (*Manè surgendo, & mittendo*,) vt sit allusio ad sollicitі patris familiâs morem, cui cùm aliquid maximè est cordi, primo mane id curat perficiatur, mittens quotquot ad idem opus esse intellexerit. Sept. vertentes, (*Et misi ad eos omnes seruos meos Prophetas die, & diluculo: & misi*,) intellexisse videntur, non solùm suam à Deo hîc significatam diligentiam in procuranda rebellium Iudæorum salute, sed & sollicitudinem quoque seruorum suorum Prophetarum in idipsum, vt sensus sit, & effeci vt quos misi Prophetas, & totâ die, & primo etiam diluculo illos monerent, adeóque addidi semper & nouos mittere qui id præstarent muneris.

In Iudæorum salute procuranda quàm diligens, & sollicitũ fuerit Dei studium.

Vers. 26.] Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam sed indurauerunt ceruicem suam: & peius operati sunt, quàm patres eorum.

A PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ILLI [a] *nihilominus maiores vestri, vosque ipsi nec mihi, nec seruis meis Prophetis inclinastis aurem.*

1 *Vtinam omnes quotidie magis obdurati non essent in malo.*

2 *Et vos haud ita in deterius essetis prolapsi, vt peiora operati sitis quàm patres ipsi vestri.*

a Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicẽ suã: & peius operati sunt quã patres eorum.

EXPOSITIO PRIMA LITERALIS ET MORALIS.

B

ET *non audierunt me*, &c. Quod de antiquis Iudæorum patribus dixit de peruicaci rebellione ac obstinata impœnitentia, id modò & de iis, quos hucusque allocutus fuerat viuentes, repetit, Sed cum accessione: mutans personam consueto Hebræorum, ac Prophetarum more. Idipsum namque & hoc est quod hic ait, (*Sed indurauerunt ceruicem suam*,) atque illud quod in vers. 24. dicebat, *Sed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui*, vt ex Hebraico textu ibi ostensum est. Denique quod ibi dicebat, (*factique sunt retrorsùm, & non in ante*,) iuxta sensum quem tertio loco ibidem attulimus, nunc cum auxesi affe- C rit, dicens. (*Et peius operati sunt, quàm patres eorum.*) Quamquam tertium istud in versione Sept. minimè habeatur, in qua viuentium Iudæorum peruersitatis accessio explicatur quoad duritiem ceruicis, (*Et indurauerunt ceruicem suam super patres eorum.*) Vide quæ de dura Iudæorum ceruice diximus supra in expositione, vers. 3. cap. 5. *Indurauerunt facies suas super petram.* 2

D *Versus* 27.] Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

HANC [a] *autem eorum peruicaciam tumet Ieremia experimento probabis: neque enim te audient cùm illis prophetabis, neque respondebunt tibi, cùm à malo ipsos reuocare conaberis: neque hos referent quos mox à me accepisti sermones ab illis* E *audieris.*

a Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi.

EXPOSITIO PRIMA LITERALIS ET MORALIS.

ET *loquêris ad eos*, &c. Experientiâ id eum ait improbaturum Vatablus ex Hebræo, (*Tu quoq; loquêris ad eos omnes sermones istos, sed non auscultabunt tibi, clamabis ad eos, & nõ respondebunt.*) Quæ ad totũ prophetandi munus ipsius Ieremiæ inaniter administratũ in illo duræ ceruicis populo referri queunt: ita vt per id quod dicitur, (*loquêris omnes sermones istos*,) de enunciatione intelligatur prophetiarum omnium, quæ F in hoc opere continentur. In versione Sept. Codices quidem Complutensis, & Regius habent, (*Et dices eis verbum hoc, & non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi.*) At in aliis Codicibus, & præsertim in Vaticano totus hic deficit versiculus, prima siquidem pars, (*Et dices eis hunc sermonem, seu hoc verbum*,) iungitur cum sequenti vers. nec in Theodoreti Commentariis habetur. In text. sanè Hebraico omnia sunt sicut in nostra Vulgata. 3

VVL

VVLGATÆ.

Verſ. 23.] Sed hoc verbum, quod, &c.

Verſ. 24.] Et non audierunt, &c.

Verſ. 25.] A die quâ egreſſi ſunt, &c.

Verſ. 26.] Et non audierunt me, &c.

Verſ. 27.] Et loquêris ad eos, &c.

SEPTVAGINTA.

23. Ἀλλ' ἢ τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς λέγων, ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς θεὸν, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς λαόν: καὶ πορεύεσθε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς μου, αἷς ἐντείλωμαι ὑμῖν, ὅπως ἂν εὖ ᾖ ὑμῖν.

24. Καὶ οὐκ ἤκουσάν μου, καὶ οὐ προσέσχε τὸ οὖς αὐτῶν, ἀλλ' ἐπορεύθησαν ἐν τοῖς ἐνθυμήμασι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς κακῆς, καὶ ἐγενήθησαν εἰς τὰ ὄπισθεν, καὶ οὐκ εἰς τὰ ἔμπροσθεν.

25. Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξήλθοσαν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ ἐξαπέστειλα πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας, ἡμέρας καὶ ὄρθρου, καὶ ἀπέστειλα.

26. Καὶ οὐκ ἤκουσάν μου, καὶ οὐ προσέσχε τὸ οὖς αὐτῶν. καὶ ἐσκλήρυναν τὸν τράχηλον αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς πατέρας αὐτῶν.

Verſ. 23.] Sed verbum hoc mandaui eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis in Deum: & vos eritis mihi in populum: & ambulate in omnibus viis meis, quaſcumque mandauero vobis, vt bene ſit vobis.

Verſ. 24.] Et non audierunt me, & non attendit auris eorum: ſed ierunt in deſideriis cordis ſui mali, & facti ſunt in poſteriora, & non in anteriora.

Verſ. 25.] Ex qua die exierunt patres eorum è terra Ægypti, & vſque in diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas die, & diluculo: & miſi.

Verſ. 26.] Et non exaudierunt me, & non attendit auris eorum: & indurauerunt ceruicem ſuam ſuper patres ipſorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Obedite verbo meo, & ero vobis in Deum, & vos eritis coram me in populum: & ambulabitis in omni via, quã mandauero vobis, vt bene ſit vobis.* Verſ. 24. *Et non audierunt, nec inclinauerunt aures ſuas: & ambulauerunt in conſiliis ſuis, in cogitatione cordis ſui peſſimi: & auerterunt in cultu meo dorſum, & non poſuerunt timorem mei ante faciem ſuam.* Verſ. 25. *A die quâ egreſſi ſunt patres veſtri de terra Ægypti vſque in diem hanc: & miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas, quotidiè manè conſurgens & mittens,* Verſ.

A 26. *Et non obedierunt verbo meo, nec inclinauerunt aures ſuas: ſed indurauerunt ceruicem ſuam, peius egerunt quàm patres eorum.* Verſ. 27. *Et loquens cum eis omnia verba hæc, nec acquieſcent tibi, & prophetabis eis, & non reſpondebunt tibi.*

Verſ. 23. 24. 25. & 26. Hieronymus. *Me dicente, (Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & reliqua, non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed ſui cordis fecère deſideria, & contra Apoſtoli*[a] *ſententiam, qui præteritorum obliuiſcebatur, & in priora ſe extendebat, fecere contraria: vt præterita cuperent, & futura contemnerent. Quodque dicit, (A die quâ*
B *egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti vſque ad diem hanc,) omne tempus in medio dicit eos per offenſam Domini tranſegiſſe. Vnde & neceſſaria fuit Euangelij gratia, quæ illos non ſuo merito, ſed Domini miſericordia conſeruauit. (Et miſi ad vos omnes ſeruos meos, &c. Iuſta ergo ira Domini, quæ conflata eſt, & ſtillauit ſuper populum contemptorem, duræque ceruicis, & verba Dei audire nolentem.*

1 Hieronym. *Iudæorũ antiquiſſima peruicacia, ingenſque cũ illis Dei bonitas.*

a Philip. 3. 13.

Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 70. Euangelicæ parabolæ patris familiâs mittentis ſeruos ſuos inuitare ad nuptias, hæc aptans[b] ait. *Ex omnibus viis, id eſt, ex omnibus gentibus ad conuiuium*
C *nuptiarum filij ſui conuocauit, quemadmodum & per Ieremiam ait, (Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas inter diem, & ante lucem, & non obedierunt mihi, nec intenderunt aures ipſorum.) Qui igitur nos per Apoſtolos vndique vocauit, hic Prophetas vocabat eos, qui olim fuerunt.*

Irenæus. b Matth 22. 3. *Deus qui per Apoſtolos vocauit nos, vocauit & Iudæos per Prophetas.*

Tertullianus pariter lib. 4. contra Marcionem cap. 31. *Qui*, ſcil. Deus pertinentiſſimè ad hanc parabolam per Ieremiam,[c] *(Audite, inquit vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus viis meis quaſcumque mandauero vobis.) Ecce inuitatio Dei. (Et non*
D *audierunt inquit, & non aduerterunt aurem ſuam.) Ecce recuſatio populi, (Sed abierunt in iis quæ concupierunt corde ſuo malo.)*[d] *Agrum emi, & boues mercatus ſum, & vxorem duxi, & adhuc ingerit, (Et emiſi ad vos omnes famulos meos Prophetas.) Hic erit Spiritus Sanctus admonitor conuiuarum die, & ante lucem, (Et non audiit populus meus, & non intendit auribus ſuis, & obdurauit collum ſuum.)*

2 Tertull. c Matth. 22. 3. *Iudæos inuitatos à Deo ad nuptias, eorumque ingratitudo.*

d Luc. 14. 18.

Ambroſius ſerm. 16. qui eſt de Natali Domini, *Hic* ſcil. Chriſtus, *Sol, cum Diaboli tenebris vniuerſus mundus eſſet oppreſſus, & caligo referta criminibus ſæculorum poſſideret, dignatus eſt vltimo tem-*
E *pore, hoc eſt incumbente iam nocte, ortum ſuæ natiuitatis infundere. Primò quidem ante lucem, hoc eſt antequàm illuminaret iuſtitiæ ſol, velut matutinũ quoddam Prophetarum miſit oraculum, ſicut ſcriptum eſt, (Mittebam Prophetas meos ante lucem.)*

3 Ambroſius. *Ante ſolis iuſtitiæ ortũ miſit Deus matutinũ lumen oraculi Prophetarũ.*

Ioan. Chryſoſtomus, homil. 12. ad populum Antioch. *Continua doctrina aduertentibus ſalutaris quidem & vtilis, torpentibus verò damnoſa, & periculoſa. Etenim quantò quis ſæpius audierit, tantò maiorem vltionem attrahet, non faciens quæ dicuntur. Hoc igitur, & Iudæis improperans dicebat Deus, (Miſi Prophetas meos exurgens diluculo, & emittens, & ne-*
F *que ſic exaudiſtis.)*

Chryſoſt. *Doctrina frequens, & vtilis eſt, & damnoſa.*

Cyrillus Alexandrinus, homil. 1. Paſchalium. *Dementiſſimi quidem omnium Iudæi ſcelerum magnitudine cum patrum impietate certantes turpiter ſe irridendos ducebant ſi improbitate vinci ſe ab illis paterentur. Nec enim aliter animum ſe maioribus ſuis dignum gerere arbitrabantur, niſi eiſdem ſe, ac turpioribus etiam facinoribus maculaſſent. Quas ob res grauiter, & acerbè commotus his verbis Dominus vſus eſt. (A die quâ egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, &c. Et indurauerunt ceruicem ſuam ſuper patres*

Cyrill. Alex. *Filiorũ antiquorum, id eſt peruerſitatis ſtudium, vt in malè actis ſuos ſuperent parentes.*

tres eorum.) O qui parentes soli germanâ impietatis similitudine retulistis, quique à quibus prognati sitis, eadem cum iis sentientes iudicatis! O qui maiores impietate superatis, ac nouis contra legem inuentis nimiæ illos infirmitatis damnastis, vobis tantummodo vincere concessum est in iis, in quibus superari omnino vtilius fuerat.

4 Theodoritus. *Explicat patrum Iudæorum inobedientiam, quia dum hæc eis consulerem, (Ambulauerunt in cogitationibus cordis sui mali.) Et qui nati sint inde fructus, edocet. (Et facti sunt retrorsum, & non in ante, à die, &c.) Traditi sunt enim ob suam iniquitatem quandoque Moabitis, quandóque Ammonitis, interdum Madianitis, sæpius alienigenis. Declarat etiam suam, quam de iis gerebat sollicitudinem. Non desiij ait continenter alloqui eos per Prophetas, & quæ meliora sunt, admonere: & perseuerarunt contradicere: (facti sunt deteriores quam patres eorum,) qui ex illis contradicebant sermonibus.*

Theodorit. Iudæorũ antiquissima inobedientia, & pertinacia.

Vers. 27. (*Et loqueris ad eos omnia verba hæc,* &c.) Hieronymus. *Ne dubites,* inquit, *eos indurasse ceruicem, & peiora patribus suis operatos. Ecce do locum pœnitentiæ, nec ideo loquor, vt fiant, sed quia futura sunt, idcirco prædico. Saltem nunc loquere eis, verbis meis, & tamen non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Tantæ enim erunt superbiæ, vt cùm vocaueris eos ad audiendum, nullus respondere dignetur.* 5

Hieron. Iudæorum quãta superbia, & pertinacia.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ οὐκ ἤκουσάν μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μέγας οὗτος ὁ μισθὸς, καὶ οὐκ ἤκουσάν μου.

Ἀλλ' ἐπορεύθησαν ἐν τοῖς ἐνθυμήμασι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς κακῆς, καὶ ἐγενήθησαν εἰς τὰ ὄπισθεν.]

Βίκτωρος τοῦ πρεσβυτέρου.] ἀποστάντες γὰρ ὡς φωτὸς τῆς ἀγαθῆς νομοθεσίας, τὸ σκότος ἐγέννησαν, παλινδρομήσαντες εἰς ἀσέβειαν. ὅθεν ὁ Παῦλος φησί. τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. καὶ ὁ Χριστὸς δέ φησιν. οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

[Καὶ ἐξαπέστειλα πρὸς αὐτοὺς παῖδας τοὺς δούλους μου.]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ἡμέρας καὶ ὄρθρου ἐξαπέστειλα τοὺς προφήτας, ὡς υἱοὺς ὄντας ἡμέρας, καὶ οὐ νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. τὰ γὰρ ἔργα ἔπραττον τοῦ φωτός. θεῷ γὰρ ὄρθρος οὐδεὶς, οὐδὲ νύξ. οἱ δὲ παραπεμπόμενοι τὰ σαρκὸς ἐν ὄρθρῳ γίνονται, καὶ ἐν ἡμέρᾳ || προβαίνουσι, γινόμενοι πρὸς θείων λόγων ἀκρόασιν εὐπρεπεῖς. οἱ δὲ τούτοις ἠπείθουν, ὅλον τὸν βίον διάγοντες ἐν νυκτί.

|| ἀλ. προβαίνουσι.

[Ἡμέρας καὶ ὄρθρου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ἀδιάλειπτον τῆς προφητικῆς παραινέσεως σημαίνει.

Vers. 20. Et non audierunt me, &c.) 6

Chrysostomi.] *Egregium hoc lucrum, & non audierunt me.*

Chrysost.

(*Sed ierunt in desideriis cordis sui mali, & facti sunt in posteriora, & non in anteriora.*)

Victoris Presbyteri.] *A bona lege, velut à luce auersi tenebras peperêre, ad impietatem retrocedentes, quare & Paulus ait, Ad [a] ea quæ ante sunt extendens meipsum, eorum verò quæ retro obliuiscens, Secundùm propositum sequor ad brabium supernæ vocationis in Christo Iesu; Et Christus ait, Nemo [b] qui posuerit manum suam ad aratrum, & reuersus fuerit, regno cælorum aptus est.*

Victor. A progressu spiritu. li quã alieni sint impij. a Philip. 3. 13. b Luc. 9. 62.

Vers. 25. (*Et misi ad vos omnes seruos meos.*) 7

Victoris Presbyteri.] *Die & diluculo misi Prophetas, vt filios diei, non noctis, neque tenebrarum, opera enim lucis perficiebant. Deo verò nullum diluculum, nulla nox: qui verò ea quæ carnis sunt, reiiciunt, manè nascuntur, & die adaugentur, ad diuinos sermones auribus percipiendos accommodati. Hi verò his refragabantur totam nocturno tempore vitam degentes.*

Vict. Presb. Prophetæ, & sancti quique filij lucis appellati, quia opera faciunt lucis.

Die & diluculo.

Olympiodori.] *Indefessas Prophetarum adhortationes significat.*

Prophetarum indefessum adhortandi studium.

Vers. 28.] Et dices ad eos: Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Qvamobrem [a] *hisce eos affaberis, Hæc est gens, quæ iam desiit esse populus Dei, cùm illius minimè audierit vocem, quem Dominum Deum suum venerari debuisset: Hæc est gens, cui nec Dominus est Deus, cùm ipsam suâ is diuinâ priuarit prouidentiâ speciali, cùm paternam non receperit disciplinam, præcipuum diuinæ eius prouidentiæ specimen.*

a Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audiuit vocẽ Domini Dei sui, nec recepit disciplinã.

1 *Et [b] quod verò euidentius argumentum quod disciplinam Domini non receperint, desieritque Dominus esse illis Deus, quàm quod ab ipso paternâ probati eruditione sincerâ fide eũ minimè suo confessi sunt ore?*

b Periit fides, & ablata est de ore eorum.

2 *Ecqua fides in ipsis potuit esse reliqua, quæ non perierit, cùm non audierint vocem Domini Dei sui?*

3 *Ita profectò omnis ab eorum ore vera periit religio, vt idololatriæ addicti nullum iam de ea faciunt verbũ.*

4 *Sed & fidelitas, ac veritas quam omni conatu, omnique diligentiâ, vt rerum omnium preciosissimam in suo custodire debuissẽt ore, exinde ablata penitus periit:*

Et quam vt arborem vitæ quæ in paradiso erat, in suo plantatam habebant ore, inde radicitus per semetipsos absciderunt, ita vt, excisâ hac vitæ arbore, iam ex oris ipsorum terra spinæ dumtaxat prodeant, & tribuli mendaciorum, fraudisque, ac doli.

c Periit fidelitas, seu veritas, & ablata est, seu abscissa est de ore ipsorum.

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *dices ad eos*, &c. Bene in tertia persona dicendum à Propheta Iudæis mandatur, *(Hæc est gens, &c.)* cùm alioqui dicere debuisset, *(Vos estis gens quæ, &c.)* vt intelligerent, Prophetam non in conuicium à semet id protulisse, sed retulisse quod de eis sibi à Domino dictum accepisset. Porrò ex eo quod supra in vers. 23. idemmet Dominus asseruit, *Hoc verbum præcepi ei dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus*, manifestè colligitur, Tantumdem esse dicere, *(Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui*: ac, Hæc est gens, quæ iam desiit esse populus Dei, Rectè autem adiectum est; (*nec recepit disciplinam*,) per id enim significatur, insuper nec Dominum tali genti esse Deum, vtpote quam speciali suâ priuauit diuinâ prouidentiâ, iuxta comminationem illam quam eidem fecit supra in cap. 6. cùm diceret,[a] *Erudire*, quod idem est ac accipere disciplinam, *Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem.* Quid sit recipere Dei disciplinam, explicatum habes supra in cap. 2. vbi Deus ipse dicebat, [b] *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*: Vnde colligitur, aptissimum hoc esse signum, quo dignosci queat, An Dominus alicui sit Deus, si salutari disciplinâ à Domino corripiatur; si eius fides in Deum ipsum disciplinâ, & paternâ eruditione quasi igne aurum probata ab illo sit, iuxta id quod supra per Ieremiam dicebatur, [d] *Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Ideo & hoc quoque loco in prædictorum confirmationem, adiectum est: *Periit fides, & ablata est de ore eorum.* Ecquod enim euidentius argumentum quòd Iudæi disciplinam Domini non receperint, desieritque Dominus esse illis Deus, quàm quod ab ipso paternâ probati eruditione sincerâ fide suo minimè eum confessi sunt ore, dicente Apostolo, [e] *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*: Ecquæ fides in iisdem Iudæis reliqua esse potuit, quæ non perierit, cùm non audierint vocem Domini Dei sui, cùm *fides* eodem Apostolo [f] teste, *fit ex auditu, auditus autem per verbum Dei?*

a Ierem 6.8.

b Iere.2.30. Tribulationũ disciplinâ erudiri est signum quòd quis paterna Dei sit sub prouidentia.

d Ierem.5.3.

e Rom.10.10.

f Rom.10.17.

2 In versione Sept. vnico tantùm verbo, ita hæc habentur, *(Defecit fides de ore eorum.)* Fidei autem nomine hoc loco tametsi plerique religionem significatam arbitrentur, quæ defecisse dicatur ex eorum ore, quia nullum iam ij de vera Dei religione habebant verbum, cùm idololatriæ omnino essent addicti: Congruentiùs nihilominus cum aliis senties, si fidei vocabulo fidelitatem, ac veritatem & hîc quoque designatam accipias, prout sumptam vidimus in principio capitis quinti, quæ & ibi adeo periisse significabatur, vt nec virum inuenire esset, qui illam quæreret: vtroque enim in loco Hebræa est vox אמונה *emunah*, quæ & fidem, & fidelitatem veritatémque significat, Vnde tam Pagninus, quàm Regia ita hæc reddũt ex Hebræo, *(Periit veritas, & abscissa est de ore ipsorum.)* Qua in lectione subindicatur modus, quo periisse apud Iudæos dicatur ipsa veritas; eâ nimirum ratione, quâ perire videmus arborem, eiusque flores, ac fructus, quando exciditur à radice: quasi veritas, & fidelitas ex ore prodeat instar insignis arboris quæ saluberrimos multos proferat fructus, ita vt & de lingua veraci, atque fideli id pariter dici queat, quod per Salomonem de [g] lingua placabili, seu, vt habent Hebræa, de lingua sana asseritur, vt sit lignum, seu arbor vitæ, ei videlicet similis, quam in medio paradisi plantatam legimus, fructus vitæ proferentem. Ecquæ verò aptiùs lingua sana dici potest, quàm quæ expers sit doli, mendacij, ac falsitatis?

Fidei nomen pro veritate, & fidelitate significata.

Veritas prodit ex ore veracis & fidelis, vt arbor insignis, quæ exciditur ex ore hominis mendacis.

g Prou.15.4 Veritas in ore hominis veracis est instar arboris vitæ in Paradiso.

3 Dices, si in Hebraico textu allusio hæc excisionis arboris, dubium exinde exoriri posse, à quonam ista facta sit excisio. Certum est autem, illam nequaquam à Deo, sed ab ipsismet factam Iudæis, prout & mendaci cuique euenit, dicente Sapiente illo in libro Ecclesiastici, *Ne dixeris* [h] *per Deum ἀπέστην, defeci*, id est, Per Deum factum est, vt defecerim à rectitudine, & veritate: *Quæ enim odit, ne feceris*, quasi dicat, Per te certè id factum est, cùm feceris, quæ is odio habet mendacia, & dolos. *Non dicas, ille me implanauit*, seu, vt Augustinus lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 2. legit. *Ille me induxit*, in istiusmodi, scil. mendacia, *non enim necessarij sunt ei homines impij, omne excrementum erroris odit Dominus.* Et paulò post, *Si volueris, conseruabis mandata.* (Sic legit Augustinus loco citato, sicque habet & textus Græcus,) Et fidem bonam placiti, seu, *& fidem facere beneplaciti*, id est, conseruabis fidelitatem, quæ Deo placita est. & maximè grata, vt exponit Iansenius.

Veritas ex ore mendacis exciditur ab ipsismet homine mendace.

h Ecclef.15.11.

4 Quamquam ex vltimis his Ecclesiast. verbis alteram colligere liceat allusionem iuxta nostram Vulgatæ lectionem factam in his quæ præ manibus habemus, (*Et ablata est veritas de ore eorum*,) Pessimam nimirum Iudæis contigisse iacturam veritatis, ac fidelitatis, quam alioquin præ omnibus tutò in suo custodire debuissent, ore, vt pote rerum omnium preciosissimam, prout docti sumus ex libro Prouerbiorum, vbi dicitur, [i] *Veritatem eme, & noli vendere, sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam*, scil. si opus sit, pro illa impende, id est, Nihil sit tibi charius habendum quàm veritas, eamque vel omnium aliarũ dispendio compara; studiis, labore, indefessis vigiliis illam quære, instar Euangelici [k] illius negociatoris quærentis bonas margaritas, & inuentâ vnâ preciosâ dantis omnia sua & comparantis eam: Adeóque & omni custodienda studio; siquidem in hac ferè vnius veritatis custodia tota iustitia sita videtur, vt ex eo colligitur Isaiæ,[l] *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.*

Veritas vt verè omnium preciosissima præ omnibus custodienda.

i Prou.23.23.

k Matth.13.45.

l Isai.26.2.

Versus 28.] Et dices ad eos: Hæc est gens quæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 CONFIRMATVR ex hoc loco id quod & aliàs notatum à nobis fuit, à morali vitæ prauitate deueniri nonnumquam in infidelitatem, & delabi in hæreses, atque in atheismũ. Si enim quæras vnde nam factum sit, vt in tot Prouinciis, in quibus Catholica priùs vigebat Religio, temporibus hisce nostris fides orthodoxa ita periisse cernatur, vt ex eorum populorum ore nil quod Catholicum sit proferatur. Ecce tibi rationem, (*quia non audierunt vocem Domini Dei sui*) diuinam eius seruantes legem, (*Quia non obtemperauerunt voci Domini Dei sui*, legit Pagninus, *nec receperunt disciplinam rectè mementium.*

Fides aliquando perit in aliquibus locis ob prauitatẽ vitæ incolarum.

a Prou.15.32. Obedientia mandatorum optimè grates Deo rependimus. tium. [a] *Qui enim abiicit disciplinam, despicit animam suam*, vt dicitur in lib. Prouerbiorum, *Suscipiamus leges vitæ*, inquit, ad rem nostram Clemens Alexandrinus in exhortatione ad Gentes post dimidium, *pareamus Deo exhortanti, Discamus ipsum vt sit propitius. Reddamus illi, licet non egenti gratam mercedem, affectus bene compositos, & veluti inhabitatæ domus mercedem, pro nostra quæ est hic inhabitatione, demus Deo pietatem, ac eius cultum. Æs pro auro, pondusque nouem pro pondere centum taurorum. Pro modica fide dat tibi tantam terram, quam colas: aquam vt bibas, & aliam vt nauiges: aërem vt respires: ignem vt opereris: mundum vt inhabites. Hinc tibi concessit in cælos mittere coloniam. Hæc tot & tam magna opera, & munera modicâ fide largitus est.*

Fidem nostrâ quam large Deus remuneret etiã in hac vita.

VVLGATÆ.

Vers. 28.] Et dices ad eos: Hæc est gens, &c.

SEPTVAGINTA.

28. Καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς τοῦτον τὸν λόγον. τοῦτο τὸ ἔθνος ὃ οὐκ ἤκουσε τῆς φωνῆς κυρίου, οὐδὲ ἐδέξατο παιδείαν. ἐξέλιπεν ἡ πίστις ἐκ στόματος αὐτῶν.

Vers. 28.] Et dices eis hunc sermonem: Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini, neque recepit disciplinam: defecit fides ex ore eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dices eis: Iste est populus qui non audiuit verbum Domini Dei sui, nec suscepit disciplinam, cessauit fides, & ablata est de ore eorum.*

6 Hieron. Iudæi nõ ampliùs Dei populus. Sed gens appellati, & meritò.

Vers. 28. (*Et dices ad eos, &c.*) Hieronymus. *Pulchrè, vt ante iam dixi, nequaquam populum suum, sed gentem vocat. Quod licet in tempore Prophetarum* A *ex parte sit factum, & in vmbra præcesserit, & in imagine: tamen pleniùs completur in Christo, quando noluerunt recipere disciplinam, & vocem sui Domini contempserunt, Vnde eleganter infertur: Periit fides quæ propriè Christianorum est: & ablata est de ore eorum: Omnis videlicet filij Dei, fidei confessio.*

Irenæus præcitato cap. 70. ita hæc legit. (*Et dices eis hunc sermonem: Hoc genus quod non obediuit voci Domini, neque recepit disciplinam, defecit fides ex ore ipsorum.* Irenæus.

Theodoritus Increpa eos disertè, & dic, (*Hæc est gens quæ non audiuit vocẽ Domini Dei sui, & non recepit disciplinã. At incredulitatis causa hæc est, quia defecit fides, & ablata est ex ore eorum.* Theodorit.

B Petrus Damiani serm. 59. qui est 2. de Sancto Andrea Apostolo, (*Periit fides, ablata est de ore eorum.*) *Non dixit* (*de corde, sed de ore;*) *quia nihil valet fides cordis, sine fide oris, nec fides oris sine fide cordis: cùm ista iustitiam, illa donet salutem: quia salus à iustitia, vel iustitia à salute separari non possunt. Crede ergo, & confitere, nihilominus confitere, & crede,* [a] *quia fides ad iustitiam, confessio fit ad salutem.* Petrus Dam. Fides debet esse & cordis, & oris. a Rom. 10. 10.

7

D. Thomas. (*Periit fides*) *Domini, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel fidelitas ad proximum. Prouer. 20.* [b] *Virum* C *fidelem quis inueniet?* D. Thomas. b Prou. 20. 6.

Notat autem in fine Comment. sui super hoc cap. 7. D. Thomas quod facit ad explicationem eius quod dictum est in vers. 23. (*Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam.*) *Vocem inquiens Domini debemus audire, illum diligendo charitatis amore, quia bonum nostrum, Deuteron.* [c] *6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, ei seruiendo cultus religione, quia Dominus, Deut. 10.* [d] *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: post eum eundo præcepti obseruatione, quia pater supra* [e] *3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis: illum quærendo rectâ intentione, quia finis, Sophon. 2.* [f] *Quærite Dominum omnes mansueti terræ, quia iudicium eius estis operati: Eum adorando dolore, honore, quia factor noster est Deus Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis.* Audiri debet vox Domini multipliciter. c Deut. 6. 8. d Deut. 10. 20. e Ierem. 3. 19. f Sophon. 2. 3.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI ἐρεῖς. τοῦτο τὸ ἔθνος ὃ οὐκ ἤκουσε. ἐξέλιπεν ἡ πίστις.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] δείκνυσιν αὐτοὺς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐοικότας, ἃ τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς, πειθαρχεῖ. πάντα πρὸς τὴν αὐτῶν ἐργαζόμενοι θεραπείαν. διὸ καὶ ἠρτήθη, φησί, πίστις ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν. τὰς γὰρ πρὸς αὐτὸν συνθήκας ἐψεύσαντο, εἰπόντες. πάντα ὅσα ἐλάλησε κύριος, ποιήσομεν, ἐφ᾽ ᾧ πρὸς πένθος τὸν προφήτην κινεῖ.

[Ἐξέλιπεν ἡ πίστις ἐκ στόματος αὐτοῦ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπιστίαν αὐτῶν κατηγορεῖ. ἢ καὶ ψευδολογίαν.

D Vers. 28. ET dices, &c. *Hæc est gens: quæ non audiuit, &c. Defecit fides, &c.*) 8

Incerti.] *Eos nulli reliquarum gentium consimiles ostendit, quæ suis Diis obsequuntur, nihil non agentes ad eos colendos. Propter quod & defecit ait, fides ex ore ipsorum. Fœdus enim cum ipso sancitum non seruarunt, cùm dicerent, omnia quæ locutus est Dominus faciemus: Ergo & luctum Prophetæ mouet.* Incertus. Iudæi Gentiũ omnium pessimi.

[*Defecit fides ex ore eorum.*)

Olympiodori.] *Infidelitatis ipsos accusat, & falsitatis.* Olympiod.

Vers. 29.] Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui.

E

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TV [a] *igitur tamquam pro mortuo luctui pro gente ista Deo rebelli, & infideli te des, & luctui* a Tonde (seu euelle capillũ (seu, capillitium) tuum, & proiice: Et

ſume in directum (ſeu, & attolle in excelſis) planctum, (ſeu, & aſſume ſuper labia tua lamentationē.)

luctui non quidem ordinario, qualis eſſe ſolet, qui à prudenti fit viro, Sed acerbiſſimo, ac tenerrimo, qualis à tenerrimis in filiorum funeribus aſſumi ſolet mulieribus, quando ad id in ipſo ſuo deueniunt gemitu, vt capillos proſcindant, auulſoſque proiiciant, quos aliàs vt chariſſimos, ſibique maximè glorioſos ſeruare conſueuerant; clama rectà in altum: plora eiulatu tam magno, vt & in excelſis audiaris montiū cacuminibus: vt ad æthera perueniat gemitus tui clamor: atque vna cum elatis gemitibus lamentationum voces, & carmina tumet profer ore, qualia in acerbiſſimis quibuſque mœroribus emitti labiis ſolent. Et quia te ore docētem non audient, cùm nec meam audiant vocem, neque tibi frequentibus eos vocanti vocibus reſpondebunt: Et id quoque experire vt ipſorum commoueas oculos, nouo illos inſtruens facto de iis quæ ſunt euentura. Ipſiſmet ſpectantibus longam, quam vt rem tibi decoram, ſacram, adeóque & chariſſimam in capite geſtas, tonde capillorum tuorum cæſariem, vt huius facti nouitate perculſos, teque illius interrogantes de rationibus, docere queas; Tonſionem illam tuam eam ſignificare, quæ & ipſis mox continget vt ſeruis, cùm in captiuitatem ducti pro vilibus vendentur mancipiis: quando multiplices ſuſtinere cogentur & ignominias, & calamitates: Significare inſuper, quid antequam iſta eis adueniant grauia agendum ipſis foret, vt euitare quoquo pacto illam poſſent: ſi pœnitentiam nimirum delictorum ſuorū & fletu conteſtarentur, & ſimili capillorum ſuorum tonſione. A qua cùm ipſos aduerteres alieniſſimos, te ad id pro eo quod cum illis arctum habes cognationis, affectuſque vinculum, adigi, vt pro eorum funere acerbiſſimum aſſumas planctum, quem & tonſo, more patrio, facies capite. [a] *Quin & tribus iis quæ à te fiunt actionibus, cùm totonderis capillum tuum, cùm detonſum proieceris, cumque & planctum aſſumpſeris rectà ad æthera pertingentem, threnorum lamentum faciens vocibus, de eo ipſos fac certiores: quod & à Deo qui ea tria à te fieri iuſſit, erga illos faciendum eſſet. Quamuis enim vt populum peculiarem, ſibique inſtar capillorum capiti ſuo inhærentem, adeóque & decori, gloriæque aliàs eos habuerit, factos nihilominus gentē, quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam, pereunte fide & è corde, & ex ore ipſorum, à ſemet illos is amouebit, à mentis ſpecialiſque prouidentiæ ſuæ capite diſſecabit; vtque detonſos, ſibique permoleſtos, ac maximè graues proiiciet capillos; & in terram proiectos ab vniuerſis conculcari ſinet ipſorum hoſtibus: quamquam ad hæc quaſi lamentans, & eiulans in furorem ab eis actus deueniet.*

a Quia proiecit Dominus, & reliquit, (ſeu diſſipauit) generationem furoris ſui.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Verba in lingua Hebraica habent generum diſtinctionem, quā ſæpe multa aperiuntur myſteria quæ in Vulgata & in verſione Sept. non apparent.*

TONDE *capillum tuum*, &c. Cū nec apud Græcos, nec apud Latinos vlla ſit in verbis generum diſtinctio, nulla certè vel in noſtra Vulgata, vel in verſione Sept. dubitandi inſurgere poteſt ratio, an ſermo iſte, (*Tonde capillum tuum*, &c.) ad eumdem habitus ſit Ieremiam, cui mox ab ipſomet Domino fuit, *Et loquēris ad eos omnia verba hæc, & non audient te*, &c. Cæterùm cùm in Hebraica lingua iſtiuſmodi ſit generum diſtinctio, & tria quæ in hac ſententia habentur verba, (*Tonde, proiice, & tolle*) fœminini ſint generis, haud ita indubitatum id videtur, & congruum, vt ipſi hæc dicta ſint Ieremiæ; veriúſque propterea aſſerendum cenſeat aliquis, vel ad Ieruſalem, vel ad terram Iuda iuſſa hæc fuiſſe; quomodo ſæpius eædem ad luctum excitatæ reperiuntur; quomodo & eadem actione in Michææ prophetia idipſum terræ Iſraël luctus, fletuſque præcipiatur, [b] *Decaluare & tondēre ſuper* A *filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut Aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex te.*

b Mich. 1. 16.

Nihilominus haud recedendum propterea puto à cōmuni ſententiæ, ſecundùm quàm ipſi hæc dicta ſunt Ieremiæ, fœmineo autem genere illum hîc compellatum arbitror, vt ſignificaretur non tam pro ſe ipſo iſta ei facienda mandari, quàm pro ciuitate Ieruſalem, proque terra Iuda, cuius & perſona ei ſumenda præcipitur. Quamquam & aliter quoque dici ſubtiliùs poteſt, ſeruatum hoc loco myſterium Hebraicæ linguæ: quo ad aliquid peculiarius ſignificandum genera permutantur maſculinum pro fœminino, & è B contra: vt, cū fœminæ aliquid tribuitur quod ad virum potiùs ſpectet, & non fœminiliter, ſed viriliter fiat, fœmininis nominibus verba coniunguntur maſculina, cuius rei duo ſat ſint exempla, alterum ex libro Ruth, vbi Booz cùm de Ruth ait, [c] *faciat Dominus hanc mulierem, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Beth-lehem.* In Hebræo eſt Apoſtrophe ad ipſam Ruth per verba maſculina, *Strenuè age, & acquire nomen celebre*, quia hæc duo virilia potiùs ſint, quàm fœminea, vtpote ad virum ſpectantia; C Exemplum alterum ex lib. 1. ſit Regum vbi cùm narratur Abigail virili animo obuiam prodiiſſe Dauid contra virum ſuum indignato, verbo maſculino, [d] *Attulit*, ſic habetur in Hebræo, *Dixit Abigail ſuſcipe benedictionem, quam attulit ancilla tua.* Sic pari ratione cùm de viro aliquid narratur, quod non viriliter, ſed fœminiliter potiùs factum ſit, quódque ad fœminas ſpectet, maſculinis nominibus verba coniungantur fœminina, prout ex eo patet, quod in 2. lib. Regum, cùm narratur Dauid acerbè, & tenerè deploraſſe filium ſuum Ammon pro inceſto, ſtuD proque interfectum; verbis fœminini generis iſtiuſmodi exprimitur fletus, quaſi nimis mollis, & effœminatus: Sic quippe dicitur, [e] *Luxit* (Hebr. fœminino genere,) *Dauid filium ſuum multis diebus.*

2 In verbis ſæpe in Scriptura mutantur genera vt maſculinum iunctū ſit nomini fœminino, & è cōtra, & cur id fiat.

c Ruth 4. 11.

d 1. Reg. 25. 27.

Verba fœminini generis iuncta cū nomine maſculino indicant ab homine facta actionē fœminilem.

e 2. Reg. 13. 37.

Iuxta hoc igitur Hebraicæ linguæ myſterium & hîc pariter fœmininis verbis Prophetæ mādatur Ieremiæ, *vt tondeat capillum ſuum, vtque eū proiiciat, & vt ſumat, attollatque planctum*: quo eidē ſignificetur, haud ad ordinarium eū promoueri fletum, qualis à prudentibus viris fieri conſueuit: E ſed ad acerbiſſimū, atque tenerrimum, qui fœmineus ſit, eique ſimilis quē in grauiſſimis mœroribus molles aſſumere ſolent mulieres, quando ad id in ipſo ſuo deueniunt luctu, vt & capillos ſibi proſcindunt, & quos alioquin ſibi maximæ cenſebant gloriæ, detonſos, ſciſſoſque proiiciāt. Pro quo ſenſu maiorem vim habebit Hebraic. verbū גזי *gozi* ſi ſumatur vt ſignificet Euelle, deductum à radicē גוז *guz*, euellere, tametſi communiter deducatur à radice גזז *gazaz*, tondēre, & ita Hebraica ipſa vertatur lectio (*Euelle capillitium*, ſeu *comam tuam, & proiice*, &c.) prout habet & Paraphraſis Chaldaica, quam in principio noſtræ Appēdicis videre potes. Et hoc tutius dici exiſtimo, F quàm id quod aſſerūt plerique, in acerbiſſimi luctus ſignificationē mandari à Domino Ieremiæ, vt tōdeat, proiiciatque capillos ſuos, quibus Nazaræus eſſe dignoſcebatur, vtpote rē ſibi chariſſimā, maximéque glorioſam, & quā Nazaræi non deponebant, niſi in luctu maximo, & cū immunditiem contraxiſſent. Neque enim certū eſt, quòd Ieremias, ſicut fuit Sacerdos, ita extiterit & Nazaræus: Nā neque ex eo id tutò deducitur loco, quo in primo capite à Deo illi dictū fuit, [f] *Priuſquā te*

3 Ieremiæ mādatur vt pro euerſione Iudæ fletu deploret fœminæ.

Ieremiā fuiſſe Nazaræū, an tutò veréque dicatur.

f Ierem. 1. 5.

te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in Gentibus dedi te, vt colligit Nicolaus de Lyra: cùm verba illa, prout ibi diximus, aliud potiùs significēt: Neque ex vi id habetur Hebr. nominis, quod propterea & hîc Interpres Regiæ, & Pagninus in suæ versionis margine, reddunt (*Nazareatum tuum*, (נזר *nezer* enim voce significatur Hebraicâ capillus longus, cæsaries & coma prolixior, per allusionē ad id quod Nazaræus antiquitus nō tōdebat capillos capitis sui: Certum est autem, huiusmodi Comam mulieribus & charissimā esse, & summę gloriæ multò magis quàm viris, iuxta illud Pauli; [a] *Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidē si comā nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comā nutriat, gloria est illi, quoniā capilli pro velamine ei dati sunt:* Vnde & paulò superius dixerat, [b] *Si turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suū.* Superbisq; ob huiuscemodi comam filiabus Ierusalē in maximā earum ignominiam prædicit Isaias, [c] *Decaluabit Dominus verticem filiarū Sion, & Dominus crinem earum nudabit*, paulóque inferius, *Et* [d] *erit pro crispanti crine caluitiū.* Et bene nota, quòd ad hanc muliebrem ex capillitio gloriam designandam, cùm Ieremiæ hîc dicitur, (*Tonde capillum tuum,*) in Hebræo est נזרך *nizerech* prædictum scilicet nomen cum pronomine fœminino.

Nicolaus de Lyra.

Capillitium longum maiori gloria est fœminis, quā viris.

a 1.Cor. 11. 14.

b 1.Cor. 11. 6.

c Isai. 3.17.

d Isai. 3.24.

4 Quicquid tamen sit de his, hoc mihi certū est, haud luctum duntaxat, prout alibi sæpius, hoc loco iuberi Prophetæ, sed vt vnà cum verbis, externo quoque facto, luctuque ipso Iudæis quæ illis euentura essent vaticinaretur. Quod exinde manifestè colligo, quia distinctè tres ei faciendæ mandantur actiones, Tondēre capillū suū; proiicere eumdem, & sumere planctū in directū: Sicut & Ezechieli[e] distinctas pariter ob idipsū faciēdas circa capillos suos præceptum videre est in cap. 5. eius prophetiæ. Pro quorum intelligentia duo notanda sunt, Primum, quod & alias in nostris hisce Commentariis deseruiet, moris plerúmque extitisse Dei, vt iusserit Prophetis futura non solùm verbis, sed & factis insignibus, atque nouis significare, neque solùm per aures docere populum, sed & per oculos. Idque duas potissimùm ob rationes, primùm, quia magis retinetur quod visu, quàm quod auditu ad animum peruenit, vt ait Hieronymus infra super principium cap. 9. Ieremiæ, iuxta illud Horatij in Arte poëtica, *Segnius irritant animū demissa per aurē, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ ipse sibi tradit spectator.* Secundò, vt videntes Iudæi Sanctos Prophetas noua quædam, & inaudita facere, admiratione excitati causas inquirerent, sicque docerētur quæ tenaciùs memoriâ retinerent. Sic Isaiæ iussum legimus, nudum [f] incedere, & discalciatum: Sic Ezechieli multa: sic Hoseæ sumere [g] mulierem fornicariā in vxorem. Sic nostro Ieremiæ infra, [h] catenas ad collum ponere, & alia aliàs agere: sic & hoc loco eidem, tondere capillos, &c.

e Ezech. 5.1.

Prophetis mādabat sæpe Deus, vt non solùm verbo, sed & facto aliquo insigni, ac nouo vaticinarentur, populumque docerent, & cur.

Hieronym.

Horatius.

f Isai. 20.2.

g Hose. 1.2.

h Ierem. 27. 2.

5 Notandum secundò, vnà hac actione tōsionis capillorū multa subministrata Iudæis, ante quorum oculos hæc erant facienda, quæ circa futurum ipsorum statum à sancto edoceri quiuissent, si ipsum instanter de eius rei interrogassent nouitate. Multaque Deum per eamdem subindicare voluisse quæ fortasse attingemus, si aliunde ex Sacris literis perscrutati rationes fuerimus, ob quas tondēre cæsariem, comamque vel barbam antiquitus consueuerint. Istarum causarum tres in suis Commentariis super hunc locum affert Christophorus à Castro, quas & attingit Martinus del Rio in suorum Adagiorum Sac. Scripturæ, tom. 1. Adagio DCCCCXI. tametsi eorum neuter illas ad præsentis applicent loci explicationem. Ex Antonij Gueuaræ Commentariis super vers. 13. Cantici Habacuc, [i] *Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum*, vbi fusiùs ille plures istiusmodi causarum affert, probatque ex Sacris, prophanisque literis, aliquas ipse hîc recensebo, quibus ista nostra dilucidari potest sententia, (*Tonde capillum.*)

Tonsio capillorum à Ieremia corā Iudæis facta excitare illos debuit ad multa ædificāda à Propheta, quæ per eā significabantur actionem.

Christoph. à Castr.

Martin. del Rio.

Ant. Gueuar. i Habac. 3. 13.

6 Quarum ea sit prima, per hanc Ieremiæ tonsionem Iudæis significatam seruitutem, & captiuitatem, quæ ipsis mox superuētura erat, ob seruitutis quippe rationem capillorum fieri solitam seruis, captiuisque detonsionem, colligitur ex superiùs citata Micheæ sententia, [k] *Decaluare, & tondere super filias deliciarum tuarum: dilata caluitiū tuum sicut Aquila*, affertur ratio hæc, *Quoniam captiui ducti sunt ex te*, clariùs ex eo Cantici Deuteronomij, vbi in persona Domini dicitur, [l] *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate nudati*, id est detonsi, atque abrasi *inimicorum capitis.* Vnde Aristophanes in Auibus id vsurpauit, *Seruus cùm sis, comam geris*: Significatæ, insuper secundò per hanc Ieremiæ detonsionem, & aliæ quæ iisdem Iudæis, vt multiplicium scelerū reis manebāt in proximum pœnæ, atque ignominiæ. Pœnæ enim loco rasuram capitis etiam maximis criminibus decerni reis solitam & apud Iudæos, ex iis patet, quibus in lib. 2. Esdræ ait Nehemias. [m] *Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, & Ammonitidas, &c. Et obiurgaui eos, & maledixi: & cecidi ex eis viros, & decaluaui eos.*

Capillorum tōsione antiquitus significata seruitutis cōditio.

k Mich. 1.16.

l Deut. 32. 42.

Aristophanes.

Capillorum tōsione significatæ futuræ pœnæ, & ignominiæ.

m 2. Esd. 13. 23.

7 Significatum tertiò per hanc externam Prophetæ tonsionem, tempus id esse, vt pœnitentiæ vel tunc Iudæi se dederent: siquidē moris & hoc olim pœnitentiam agentibus, vt capillos capitis tonderent, raderéntque ex eo fuisse didicimus, quod apud Isaiam dicitur, [n] *Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.* Significatum & id quarto per idipsum fuit, Iudæos ipsos, quos & filiorum, & fratrum, & cognatorum loco Ieremias habebat, in statu esse mortis, ita vt tamquam mortui Prophetæ acriter essent deplorandi, id quippe antiquissimo fuisse in more, vt in cognatorum, amicorúmque morte capita tonderentur, vel vnus sat sit libri Iob locus vbi dicitur, Sanctum [o] virum Iob audito filiorum interitu tonso capite corruisse in terram.

Capillorum tōsione significata Iudæis pœnitentiæ necessitas.

n Isai. 22. 12.

Capillorum tōsio in significationē luctus propinquorum.

o Iob. 1. 20.

8 (*Tonde capillum tuum, & proiice.*) Sept. κεῖρε τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἀπόῤῥιψε. (*Tonde caput tuum & proiice.*) id scilicet quod in capite totonderis capillitium tuum, prout ex Hebr. vertit Vatablus. Secunda ista detonsorum capillorum proiectionis actio quintum designat facti huius significatum, eumque præcipuum, illius nimirum rei, quæ à Deo facienda erat; Ablaturum inquam Deum è capite suo capillos suos, eosque proiecturum, vt rem à se alienam omnibus conculcandos, quâ verò id facturus ratione, paulò post sequentia explicant verba, (*Quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui*) Iudæorum scil. populum, quem veluti proprium capillitiū menti suæ arctiùs inhærens sibique & decoris, & gloriæ alioquin habuisset. Lege librum Deuteron. & videbis, quomodo Iudaicus ille populus instar capillorum & Deo inhæserit,

Vt Dei capillitium Iudaicum extitisse populū, eiusque populi proiectionem significatam detonsione capillorum Prophetæ.

& eidem

& eidem gloriæ, decorique extiterit, vt promiſſa cæſaries decori antiquitùs apud ipſos habebatur Iudæos. In capite enim 26. ait illi Moyſes, *Dominus* [a] *elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius, & faciat te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam.* Idemque in c. 30. *Elige* [b] ait, *vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas, ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum.*

a Deut. 26. 10.

b Deut. 30. 19.

9 Hugo Card. Lyranus. *In directum flere quid ſit.*

Ex quibus duabus ſententiis, duas alias colligere eſt congruentias Iudæorũ ad Dei capillos, quòd ſicut capilli celſiorem in humano corpore obtinẽt locum, quia capiti inhærent, ita & Iudæi ipſi dum Deo ſuo inhærerent capiti, excelſiores vniuerſis populis redditi ſunt: & ſicut capilli prout ex Philoſophia conſtat, nullam in ſe habent vitam, ſed ſi quid in illis appareat vitæ, id totum ex inhæſione habent ad caput, quod propterea vita ipſorum non incongruè dici poteſt, & Iudæis pariter vita omnis ex adhæſione ad ſuum eſt caput.

(*Et ſume in directum planctum.*) Hugo Cardinalis, nec non & Nicolaus de Lyra, ly (*in directũ,*) referunt ad tonſos, & proiectos capillos, idque dupliciter. Vt ſit ſenſus, Tonſos capillos proiice in directum coram te, & illos reſpiciens plores. & doleas. Vel ſicut in funere præſente, ille qui plorat oculos habet directos ad mortuum, ita & tu plange, directè ad tuos reſpiciens capillos. Verùm ex vi Hebraici textus, qui pro (*in directum,*) habet על־שפים *ngal ſciephaim*, *Tolle*, ſeu (*attollito ſuper loca edita*, ſeu *ſuper vertices*, & *excelſa planctum*, ſeu *lamentum,*) manifeſtè patet, per id (*In directum*) hoc loco geſtum ſignificari, qui ab eiulantibus fieri ſolet, totâ in altum eleuatâ, directaque facie, vtpote qui vſque ad celſiſſimos cælos ſi poſſent, ſuos peruenire vellent clamores. Ac ſi dicatur, Clama rectà in altum, Clama plorans voce tam elatâ, vt & in excelſis audiaris montium verticibus, vtque ad æthera tuus perueniat clamor. Hocque meliùs dicitur, quàm id quod in ſuis Annotationibus aſſerit Vatablus. *Conſcende in loca alta, & illic lamentare, vt planctus tuus procul exaudiri queat.*

10 Sept. Hebraicam vocẽ שפים *ſcephaim* ſicut & ſup. in cap. 3. verſ. 21. legiſſe videtur שפתים *ſephathaim*, Verterunt enim ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον. (*Et aſſume ſuper labia tua lamentationem.*) Quâ lectione ſignificatur, & iuxta noſtrã Vulg. Prophetæ non elatum ſimpliciter plãctum facere fuiſſe à Domino iuſſum, ſed & vt magnis clamoribus eiulans lamẽtationes quoque ſuo proferret ore, quales nimirũ in acerbiſſimis quibuſque mœroribus fieri, emittique labiis ſolẽt, quales poſtmodum Ieremias ipſe protuli libro illo, quẽ & Græco quod & hic eſt, nomine θρῆνοι, & Hebraico pariter quod hic videmus vocabulo קינות *kinnoth* nouimus appellatũ. Porrò iſtud quoque à Ieremia faciẽdum cenſuerunt aliqui, vt ſignificatiuũ, prout & duæ præxpoſitæ actiones, capillorum detonſionis, atque proiectionis: Et quidem hoc ſat eſt probabile. Hugo Card. cẽſuit ſignificari id, quod & in Deo pariter faciendum erat, ſicut & per ſuperiora, circa Iudaicum populum. *Ad innuendum*, inquit, *quòd quãuis Iudæos proiecerit, tamen illos deflebat*, vti videlicet legimus ipſummet Deum cõteſtatum apud Hoſæam verbis iis, [c] *Quomodo ponam te*, ſc. Iſrael, *ſicut Adama, ponã te, vt Seboim? Conuerſum eſt in me cor meum, pariter*

Lamentationes vt ſuper proiectione Iudaici populi proferat mandatum à Deo Ieremiæ.

Hug. Card.

c Hoſe. 11. 8

A *conturbata eſt pœnitudo mea*, humanos ſuſcipiens affectus figura Antropopathôs, æquè ac ſi homo eſſet, diceretque cũ noſtro Ieremia, [d] *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea.* Meliùs tamen dixeris, per externum hunc fletũ à Propheta faciendum, ſignificãdum Iudæis ſpectatoribus, quid facere debuiſſent per pœnitentiam; quidve alioquin facturi poſtmodu eſſent, cũ à Deo proiecti, in manibus relicti fuerint hoſtiũ.

d Thren. 2. 1.

(*Quia proiecit Dominus, & reliquit generationẽ furoris ſui.*) Si in præcedẽtibus verbis id tantũ Prophetæ iuſſum velimus, vt lugentiũ habitũ ſumẽs amarum faceret planctum, prout explicatũ eſt in principio huius expoſitionis, dicendũ in his ſimpliciter afferri eius plãctus rationẽ. At verò ſi tres diſtinctę ibidẽ Ieremię iuſſas dixerimus actiones, quibus præter verborũ vaticinia inſuper, & ſpectantium Iudæorũ oculis quæ faciẽda eſſent vel ab ipſis, vel à Deo ſignificarentur, hæc in præſignificatorũ declarationem ſubiecta dixerim. Dũ enim tribus Prophetæ actionibus illis, Tonſionis capillorũ; eorumdem proiectionis, & plãctus, tria iſta in Deo ſubiiciũtur, Proiectio Iudaici populi, eiuſdẽ dimiſſio, atque furor aduerſus illũ, ab illo videlicet exſuſcitatus, videtur facta alluſio ad eũ qui longam decoràque cæſariẽ ob id totonderit, quòd grauis ea ſibi eſſet, ac moleſta, offendens quod alioquin ornabat caput, vt freqũter ſingulis quibuſque noſtrûm euenire conſueuit. Et hoc illud eſt, quod ſignificatur cũ dicitur, (*Quia proiecit Dominus*) vt colligitur ex vi Hebr. verbi מאס *maas*, reiectionẽ ſignificantis cum faſtidio, atque moleſtia, vt alibi ſæpius notatũ eſt: Nec eſt quod vereatur quis moleſtiã, faſtidium, grauitatémque (vt ita dicã) à Iudæis Deo illatã aſſerere, cùm idẽmet Dominus id affirmet apud Iſaiã dicẽs, [e] *Calẽdas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.* Quod & hîc pariter ſubindicatur cùm in ſequẽti verſ. adiicitur. *Quia fecerunt filij Iſrael malũ in oculis meis.* Quib. in verbis haud abſurdè fortaſſe dicatur in capta perſiſti alluſione, vt alludatur ad id, quod ſæpe etiam contingit, vt præxpoſita capillorum grauitas oculos in primis offendat eos geſtantis, & ſenſus ſit, Quia filij Iſrael, in quibus vt longa, decoraque in cæſarie gloriabar, iis quæ perpetrarunt malis graues mihi extitère, meóſque ſceleribus ſuis offenderunt oculos.

11

Iudæi à Deo proiecti vt capilli tondẽtur, ac proiiciuntur, quãdo moleſti ſunt, & offendunt caput.

e Iſai. 1. 14.

Bene autem poſtquã dictum eſt, (*Quia proiecit Dominus.*) i. vt grauem, ac moleſtam comam iſtam ſuã totondit, aliud adiectũ eſt verbũ, (*Et reliquit.*) ſeu, vt ex Hebræo vertitur in Regia, (*Et dimiſit*) eodem ſenſu, aut iuxta Vatabli verſionẽ, (*Et diſſipauit:*) vt intelligas hanc ſecundæ illi reſpondere actioni quę facienda mãdabatur Prophetæ, quãdo ad primam, (*Tonde capillum tuum*) adiectum eſt, (*Et proiice.*) Legimus in lib. Numer. capillos Nazaræi quando tõdebantur, expleto tempore voti illius, tanti habitos, vt veluti rem ſacram ipſos offerendos ſibi Deus mandarit, dicens. [f] *Tunc radetur Nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ, tolléſque capillos eius, & pones ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum.* Et de pulcherrimo Abſalon capillis in lib 2 Reg. aſſeritur, detonderi quidẽ eos ſemel in anno, cùm valde eſſent promiſſi, at tamquam rem magnæ æſtimationis ponderari ſolitos. Et noſtris quoque diebus obſeruare eſt, pulchros, lõgoſq; fœminarũ capillos detonſos maximi æſtimatos, ſed, ne cùm de Iudæorum vt Dei capillorũ tonſione facta eſt mentio, aliquam nihilominus illorum faciendam

12 *Iudæos cõculcandos omnibus dimiſit Deus, quando illos vt capillos ſuos totondit, proiecitque.*

f Num. 6. 18.

g 2. Reg. 14. 26.

quis censeret rationem, aptè dicuntur ab ipsomet Deo relicti, dimissique, quos omnes scilicet conculcarent:nec non & dissipati, vt vix exiguæ eorum reperiendæ essent reliquiæ.

13 *Iudaos castigans Deus gemens quodammodo id facit.*

Vt autē nossemus,non sine gemitu hæc à Deo fieri,quomodo & prædicta magno cū planctu à Propheta facienda præcepit,populū ipsum, quē vt detonsos sibi capillos reliquit, (*generationem*) appellat (*furoris sui*,) vtpote contra quā suū ostendere cogebatur furorem:[a] *Non enim humiliauit ex corde suo*(vt per Prophetā nostrum dicitur) *& abiecit filios hominum. Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ.* Imò & quodammodo plorans id se facturum significat apud alium Prophetā, dicens,[b] *Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Sept. legentes, (*Et reliquit generationem facientem hæc,*) sumpsisse vidētur actiuē quod in Hebręo reperierunt (*furoris sui*,) vt Iudaicus ipse populus appellatus sit generatio quæ talia patrarit, vt furorem operibus prauis Deo cōmouerit, eā ratione quā in Sacris literis istiusmodi affectus Deo tribui consueuère. Porrò quid per pronomen (*hæc*) intellexerint Sept. intelligitur per id quod sequitur. *Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis,* &c.

a Thren. 3. 33.

b Isai. 1. 24.

Versus 29.] Tonde capillum tuum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

14 *Quanta sit Dei compassio erga illos fideles, quos punire cogitur.*

MIRAMVR cùm de Domino Iesu in Euāgelio legimus,[a] *Et vt appropinquauit, vidēs ciuitatē fleuit super illam.* Verumtamē dum hoc loco Ieremiæ mandatum dicitur à Deo, vt amarissimum super Iudaico populo assumat plāctum, cesset operæ precium est admiratio omnis. Ex hoc quippe intelligitur, Deum tunc actu reque ipsā suum erga illos quos punire quodāmodo cogitur, compassionis exhibuisse affectū, quando in carne existēs humani huius particeps extitit affectus: qui nihilominus, & ante incarnationem, & post incarnationem, cùm in carne residet in cælo gloriosus, & affectuū istiusmodi est expers, vt bonam erga quoscumque fidelū, vel etiam peruersissimos, magnarumque pœnarum obnoxios suam manifesta faciat animi propensionem, quod à se fieri nequit, per sanctos seruos suos curat vt fiat: imperans nimirū illis vt nomine saltem ipsius miserandam damnandorū amaro planctu defleant sortem: eóque ipso cōtestatur, quàm malum & amarum sit talia ab hominibus patrari fidelibus, per quæ à Deo reiiciēdi sint, vtpote cuius amaritudo, & sanctos qui illi compatiuntur, quoquo modo attingit; & Deum ipsum, si fieri posset, vel in intimo penetraret præcordiorum.

a Luc. 19. 41.

Peccata admittere tam amarum, vt eius amaritudo quodāmodo & Sanctos, qui peccatis compatiuntur, attingat.

15

Tonde capillū tuum. Cùm hac capillorū detōsione excitari dixerimus, & spectatores, & lectores ad inquirendum, quid per illā doceri quisque debeat. Tria ipse moralia per eā colligi designata, quæ pro anima inseruiāt peccatrice. Primū; quid post peccatum ei contingat à parte Dei: Secundū; quā ratione erga illā eius se gerāt spiritales hostes Tertiū; quid eidē facto opus sit, ne prædicta ipsi eueniāt acerbissima. Quoad primū, (*Tōde*) ait, Dominus Ieremiæ (*capillum tuum*:) vt nouerit fidelis quā tu à peccato auertere niteris, anima, quòd & ipsa in qua, vt egregio gloriabar capillitio, cū capiti inhæreret diuinitatis meæ, per peccatū à mei detonsa est inhæsione, per quam vitalis pulchritudinis habebat gratiam, & augmentum omne ad bonum. Vtinam nō & à mystico meo disiuncta esset Ecclesiæ corpore, cuius ipse sum caput.

Per peccatum mortale anima fidelis vt Dei Cæsaries tondetur ab inhæsione eiusdem Dei.

Per peccatū infidelitatis anima euellitur à Christo Ecclesiæ capite, & à corpore Ecclesia.

Porrò hæc de illa dumtaxat anima intelligēda sunt, cui & ea quæ mox prædicta fuère cōpetant, *Hæc est gens quæ non audiuit vocē Domini Dei sui, nec recepit disciplinam, periit fides & ablata est ex ore eorum*; tuncque rectiùs morale hoc deducetur ex lectione, quā ex textu Hebr. verti sic posse dixi, *Euelle capillitium*, seu *cæsariem tuā.* 16 Verbum etenim *tonde*, significat sectionē quidem animæ per peccatum ab inhæsione (vt dictum est) Dei, per quam consors erat diuinæ naturæ, vt pars quodāmodo capitis ac diuinitatis, si ita loqui fas esset: at indicat, adhuc eiusdem animæ fidelis radicē Deo infixam remansisse per fidem, de qua Apostolus,[b] *Radicati*, inquit, *& superædificati in ipso*, sc. Christo Iesu, *& confirmati fide*, sicut detonsorum capillorū radicē in capite nouimus remanère. Multa quidē dici hîc possent de proportionibus animæ fidelis, perfectorumque præsertim ad capillos, Dei, Illud tamen pro nunc sat sit proportionis, quòd sicut capillus è capite prodit, & enascitur, & quādiu in capite est ipsum exornat: Ita & piā quamque fidelem animam ex Deo Ecclesiast. corporis capite natam esse constat iuxta illud Ioan.[c] *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*: Et,[d] *quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est.* In Deomet autem natam vt in capite, exinde colligere est, quod per Apostolū fidelibus quibusdā dicitur,[e] *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Quòd denique gloriā diuino huic, è quo, & in quo nata est, quasi illud exornans addere suo modo dicatur capiti, testis ipsemet est Deus apud Isaiam dicens,[f] *Seruus meus es tu Israel, quia* id est, certè, & *in te gloriabor.*

b Coloss. 2. 7.

Anima pia quàm cōgruè dicta Capillus Dei.

c Ioan. 1. 13.

d Ioan 3. 6.

e 1. Cor. 4. 15.

f Isai. 49. 3.

17 *Per peccatū quomodo fiat tonsio animæ quæ est Dei capillus.*

Sed quid de istius capilli à tali capite dicendū est detonsione? à quonā ea facienda significatur? certè enim cùm Prophetæ mandatum videamus, (*Tonde capillum tuum*,) vt per illud edoceat, quid & à Deo faciendum de suo sit capillo concludēdum videtur, istiusmodi tonsionem ab eodē Deo fieri: cùm tamen dictum sit, illam fieri per peccatum; & nemo est qui ambigat, peccatum admitti ab anima. Ad hæc respondeo, spiritalem hāc tonsionem & à Deo fieri, & ab anima, ab ambobus autem vno peccati instrumento. Et quidē quod ab anima fiat, sat est exploratum, cùm anima ipsa sit, quæ actum committit peccati, adeóque & per illud à Deo se seiungit, & à gratia excidens Dei, reā se facit diuisionis ab illo, & per consequēs æternæ mortis, quantū ex parte sua est. Ita vt propterea quid simile dici & queat, quod ad aliud propositū Galatis dixit aliquando Paulus,[g] *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis.* Euacuata es à Christo quamdiu in sceleribus perseuerās, à temet euacuata es, ipsa te euacuasti à Christo. i. à Christi gratia, & influxu meritorū eius, quod indicat id quod sequitur, *A gratia excidisti.* Seu, vt exponit Vatabl. *Christus euacuatus est à te*, Tu illum caput Ecclesiæ, quantùm ex parte tua est, vacuum tui reddidisti cæsarie, ita vt iam vim suæ in te non trāsfundat gratiæ, dum in tuo complaces peccato. 18 Cæterùm cùm eādem tonsionem ab eodemmet Deo faciendam significatum asserimus, duobus modis intelligi id potest, vel eo sensu, quo peccatores ij apud Isaiā dicebant,[h] *Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis?* id est, errata ac peccata contra præcepta tua, cur permisisti vt à nobis fierent? *indurasti cor nostrum*

Tonsio & seiunctio animæ à Deo capite suo fit ab ipsa anima, quæ committit peccatum.

g Galat. 5. 4.

Tonsio animæ & seiūctio ab inhæsione Dei capitis sui per peccatū quomodo fieri dicatur à Deo.

h Isai. 63. 17.

noſtrũ ne timeremus te? id eſt, atque id pariter permiſiſti, vt in admiſſis ſceleribus obfirmato perſiſteremus animo. Vel quoad peccati pœnã, ſenſu quo apud Matth. Ieſus, quando de ſeruo inutili,
a Matth. 24. 50. & malo ait, *Veniet*[a] *Dominus ſerui illius in die quã nõ ſperat, & horâ quã ignorat: & diuidet eũ, & partẽ eius ponet cũ hypocritis.* Quid eſt, *diuidet eum:* priuabit eũ
Origenes. Theophilactus. Hieronym. gratiâ, quâ ipſum donauerat, ait Origenes, & Theophilactus ſuper eum locum: vel magis ad rẽ noſtra ſecudùm Hieronymũ, eiiciet è familia ſua, ſeparabit eũ à famulorum ſuorum numero. Quid eſt, *partem eius ponet cũ hypocritis?* in miseram eam illu dimittet cõditionem, in qua ſerui ſunt pigri, & negligentes, hypocritæ iure optimo nũcupati,
b Epheſ 6. 6. vtpote qui, vt ait Apoſtolus,[b] *ad oculum ſeruiunt.*

19 Bene autem eo loco poſt præexpoſita addidit
c Matth. 24. 51. Ieſus,[c] *Illic erit fletus & ſtridor dentium.* Vt intelligamus quid tãdẽ poſt prædictã detonſionẽ animæ, vt capillus erat Dei, ſi in obſtinatione, & in peccato mortua fuerit, euenturum ſit; nempe id quod per proiectionis actionẽ ſignificare ſanctũ Prophetam idẽ voluit Deus, cùm poſtquã dixit, *Tonde capilium tuum,*) illico ſubiecit, (*& proiice.*) Quod alibi clariùs expreſſum in ipſo Matth.[d] le-
Animam in peccato morientem quomodo Deus proiicere dicatur vt capillum è ſe detonſum.
d Matth. 22. 13. gimus Euãgelio, cùm de quodam qui à gratia, & charitate exciderat, quod aliã metaphorã dictũ eſt, Non fuiſſe veſtitum veſte nuptiali, *dixit Rex miniſtris, ligatis manibus, & pedibus eius mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium,* hæcque eſt extrema hypocritarum, & negligen-
e Pſal. 10. 6. tium ſeruorũ pars, iuxta illud Pſal.[e] *Ignis & Sulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorũ.* Quam proiectionem fidelis animæ peccatricis, eiuſque dimiſſionem in manus infernalium miniſtrorum quaſi iam factã ſupponere hoc loco videtur Ieremiæ textus, dum in hoc ipſo verſ. 29. adiicitur, (*Quia proiecit Dominus populum ſuum, & reliquit,*) ſeu, vt alia habet lectio, *Et dimiſit generationẽ furoris ſui,* id eſt, in quam furorem ſuum vt in vaſa oſtendet iræ.

20 Quamuis autem hæc bene, veréque dicantur
Anima fidelis moriens in peccato mortali proiicitur in infernum, vt partem habeat cum infidelibus.
inſurgere, nihilominus cuipiã fortaſſe poteſt difficultas ex vi verbi quod hîc eſt, (*Tonde:*) quod (vt ſupra dictum eſt) ſignificat, fidelẽ animam quæ in ſcelera prolapſa ſit, dummodo expers peccati ſit infidelitatis, detonſam quidẽ, & ſeiunctam eſſe à Deo Eccleſiæ capite, ipſius tamen radicem, quomodo & detonſorum capillorũ in carnali capite, in ipſo remanſiſſe Deo per fidem, quâ adhuc ad myſticum Eccleſię pertinebat corpus. Quomodo ergo diximus nos, eamdem, cùm in cœptis perſtiterit ſceleribus, proiici & dimitti in infernũ, vbi partem habeat cum hypocritis, ſeruiſque negligentibus? Cuius difficultatis facilis eſt ſolutio, ex Euangelio Lucæ, in quo cùm eademmet Domini verba referuntur, quæ mox ex Euangelio Matth. allata ſunt à nobis vnius duntaxat vocis diuerſitate, id totum diluitur dubitationis, Legẽs quip-
f Luc. 12. 46. pe,[f] *Diuidet eum,* ſeruum ſcil. malum, *& partem eius ponet cum infidelibus.* Indicat animæ Chriſtianæ quidem, & fideli nil profuturum, quòd fidei ſuæ radicem adhuc habeat reliquam in Chriſto Eccleſiæ capite, ſi ita per peccata ab illo detonſa ſit, vt & per obſtinationem in malitia proiiciẽda ſit ab ipſo; tunc ſiquidem ita ab eodem relinquetur in infernum detrudenda, ac ſi infidelis eſſet, vt ibi eam habeat poſt mortem hæreditatẽ, quæ & infidelibus obtingit, Cùm[g] *fides ſine operibus mortua ſit,* vt Iacobus ait Apoſtolus, ita vt fides iſtiuſmodi, cui contraria ſunt quæ opere perpetrantur, ei ſit propemodum ſimilis, quam habent
Fidei radicẽ habere in Chriſto Eccl. capite nil prodeſt, ſi perſtiterit anima fidelis in peccato, in eoque obierit.
g Iacob. 2. 26.

A & Dæmones, iuxta illud item Iacobi.[h] *Tu credis quoniam vnus eſt Deus: Bene facis, & Dæmones credunt & contremiſcunt.* Vtinam & in prauis fideli- h Iacob. 2. 19.
bus hoc ipſorum faceret fides, quod in Dæmonibus facit fides eorũ, vt ſaltem ob id cõtremiſcerent, quod per fidem ſuam radicem in capite Eccleſiæ, ac in ipſomet Deo habere digni effecti ſint. Sanè de iiſdem Dæmonibus legimus in Euãgelio Marci,[i] *Et ſpiritus immundi, cum illum,* Ieſum i Marc. 3. 11.
ſcil. *videbant, procidebant ei,* ſuũ nempe proteſtãtes tremorem: *& clamabant, dicentes tu es Filius Dei.*

Poſſumus & alterum ex parte quoque Dei ex 21
B hoc quod Ieremiæ præceptum legimus. (*Tõde capillum tuum, & proiice*) morale deſumere documẽtum: quod nempe à Deo inſuper faciendũ animæ peccatrici ſignificari per eam is voluit Prophetę tonſionem: detonſurũ caput eiuſdẽ animæ, prout legunt Sept. (*Tonde caput tuũ,*) in ſummâque ignominiã, & ad acerbiſſimã pœnam illam proiecturum. Per capillos in Script. Sacra bona deſignari ſolent, quæ vulgo appellantur externa, quia capilli neq; vitę ſunt participes, neque ex vitalibus ſeu ex viuentibus ſunt hominis partibus, adeo vt extra hominem dici propterea queãt, prout bona
Tondet Deus animæ peccatricis caput, cùm in pœnã aufert illi bona externa.
Bona externa deſignata per hominis capillos.
C illa, quæ ſunt extra neceſſarium hominis ſtatum. Quando hæc cuipiam auferuntur externa bona, tonderi dicitur illius caput, quia in mentis eius capite ita radicitus inhærerent, vt quaſi ea ſola ibi eſſe viderentur, & quaſi totum eiuſdẽ mentis caput eſſent, ſicut in carnali capite ſoli cõſpiciũtur eius capilli, qui & primo aſpectu totum videntur eſſe caput. Vnde ſicut pulchra capillorũ cæſaries antiquitus in ſummam redundabat gloriam, quod caput quaſi coronatum redderet, & regiũ quoddam videretur diadema præ omnibus æſtimandum: Quapropter in Hebraica lingua
Bona externa à terrenis hominibus æſtimantur vt regia corona.
D vno eodemque vocabulo נזר *nezer,* & cæſaries, & corona ac diadema deſignantur. Ita in mente terrenorum hominum externa bona quaſi quid cæteris vniuerſis præferendum tantum elationis plerumque cauſant, vt, quaſi regio redimiti diademate, liberi ſibi ij videantur à ſubiectione Dei: prout manifeſtè de talibus ſanctus conteſtatur Iob in cap. 21.[k] vbi poſt elegantiſſimam iſtiuſ- k Iob. 21. 7.
modi eorum cæſariei, & externorum bonorum diadematis deſcriptionem, ſubdit quid per inauditam elationem blaſphemo ab ipſis pronunciatum ſit ore.[l] *Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, &* l Iob. 21. 14.
E *ſcientiam viarum tuarum,* id eſt, mandatorum tuorum, *nolumus.* Et quaſi ipſi ſibimet Reges, addiderunt,[m] *Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei:* Quid m Iob. 21. 15.
igitur Dominus? Summa cum ignominia iſtis, & in amaram pœnam, & caput tondet, & capillos externorum bonorum aufert, quos tanta cum gloria in capite, ac in mente radicitùs infixos habet. Vt ſuperbiſſimo fecit Regi Nabuchonoſor, prædictorum bonorum maxima inſigni cæſarie. Cùm enim is aliquando hoc inaniter gloriaretur capillitio, dicens:[n] *Nonne hac eſt Babylon magna,* n Dan. 4. 27.
quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis
F *meæ, & in gloria decoris mei?* Subiicit illicò ſacer textus. *Cumque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo fuit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex: Regnum tuum tranſibit à te* (en ablatio cæſariei, & diadematis:) *& ab hominibus eiicient te, & cum beſtiis, & feris erit habitatio tua,* &c. *donec ſcias quòd dominetur excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dat illud. Eadem horâ ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor,* &c.

In ca. 27. lib. Iob explicatũ hoc habemus documentum quod animæ peccatrici à Ieremia ſigni- 22

Bonis externis plerúque Deus priuat peccatricem animã, quam & post mortē proiecturus est in infernum. ficandum erat, cùm interrogaretur ad earum A actionum nouitate cur, scil. suos totondisset capillos, suumque & caput, cur & quid detonso capite proiecisset futurum, vt in pœnam peccatorum illius bonis ipsam Deus priuet externis: ac insuper si obstinato in sceleribus perstiterit animo, summa cum ignominia eam proiiciat in infernum. [a] *Hæc est pars impij* (dicitur ibi in libro Iob) *apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente susciperet*: Partem intellige pœnam, quã impio Deus infert in hac vita: hæreditatem verò, quæ post corporis mortem aditur, pœnam accipe, quam violenter in peccatis persistenti idemmet in alia vita dat Deus. Nosse vis primã animæ peccatricis partem, ablationem bonorum externorum? Audi, *Si* [b] *multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane*, & ablationem scil. cibariorum. *Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.* (En ablationem cognatorum, & propinquorum,) *Si* [c] *comportauerit quasi terrã*, id est, in tanta copia, quanta est terræ argentum: *Et sicut lutum*, eã scil. facilitate, & abundantiã, *præparauerit vestimenta. Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet*, (en ablationem diuitiarum, & indumentorum,) [d] *Ædificauit sicut tinea domum suam*, id est, domus quam, instar tineæ corrodendo substantias alienas sibi ædificauit, corruet ei quoque afferens exitium, æquè ac tineæ pariter euenire tandem conspicimus: *Et sicut custos fecit vmbraculum.* Omnia enim quæ construxit palatia, eã facilitate ab illo auferet Deus, quomodo aufertur tugurium, quod, vt ait Isaias,[e] factum sit pro custodiendo cucumerario.

a Iob.27.13.
b Iob.27.14.
c Iob.27.16.
d Iob.27.18.
e Isai. 1.8.

23 *Inferni pœnæ sunt hæreditas impij, eiusque hæreditatis descriptio.* Quod si & hæreditatem quoque scire vis, quã idem ob suam suscipiet obstinationem, Audi: [f] *Diues cùm dormierit nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet*, pristinæ scilicet fœlicitatis.[g] *Apprehendet eum quasi aqua, inopia: nocte opprimet eum tempestas*, omnium scil. rerum defectu, miseria, & inopinata sibi vehementi cruciatuum angustia, quæ aquæ impetu maximo defluentis, & tempestatis nominibus dicta est, nocte, id est, repentè dum nescit, opprimetur, iuxta illud Apostoli, [h] *Cùm dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*, Vel magis ad rem nostram, iuxta Gregorium lib. 18. Moral. cap. 10. *Apprehendet eum quasi aqua, inopia*: quia, vt ex verbis patet diuitis epulonis Euangelici, [i] is qui de abundantia peccauerit, in inferno æstuanti nimis cremetur inopiã, *Non immeritò*, ait Gregorius *aquæ tunc illa inopia comparatur: quia in inferno cruciat, qui susceptos in profundis absorbens, solet lacus nomine designari, iuxta illud*, [k] *Domine abstraxisti ab inferis animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Nocte opprimet eum tempestas*, id est, repentino, atque inopinato opprimetur iudicij discrimine; Tempestatis quippe nomen iudicij designat turbinem, iuxta illud Sapientiæ per Salomonem dicentis, [l] *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, dum vobis quod timebatis aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tẽpestas ingruerit.* [m] *Tollet eum ventus vrens*, id est, Diabolus qui desideriorum flammas in corde excitat, vt ad æternitatem suppliciorum trahat. Vnde bene subditur, *Et velut turbo rapiet eum de loco suo*, id est, de temporalis vitæ delectatione, quam proprium impij locum esse ait Gregorius. [n] *Et mittet super eum.* Deus scil. aut Diabolus ipse flagella: *de manu eius fugiens fugiet*. i.

f Ioa 27.19.
g Iob.27.20.
h 1.Thess.5. 3.
Greg. Pap.
i Luc.16.24.
k Psal.29.4.
l Prou.1.16.
m Iob. 27. 21.
Cùm in Infernum detruditur impij anima quomodo cum illa se habeat Diabolus.
n Iob.28.22.

omnibus neruis fugere de eiusdẽ Diaboli tentabit manu. At inanes erunt eius conatus omnes, quia in inferno nulla est redemptio. [o] *Stringet* namque scil. Diabolus *manus suas super eum*, instar accipitris, qui vnguibus captam tenet auem, & quò ea magis euadere obnititur, eò illam arctiùs stringit. *Et sibilabit super eum*, ipsum deridens, quem in præsenti vita vrendo accenderat concupiscentia, & blandiendo deceperat; Sibilabit autem *intuens locum eius*, id est, locum quẽ tenuit in vita, à quo omnino is est deiectus; deridebit quippe infœlicem illum, oculos directos B ad eum habens locum, eaque ratione & ipsum commouens ad eumdem a longe intuendum; sicque ipsum irridebit repræsentans ei locum, quem in vita tenuit, dignitates quas habuit, opes, delectationes, carnis voluptates, multiplicésque delitias, quibus perfruitus est super terram, per irrisionem similia iis proferens, quæ ab Abraham in Euangelio legimus dicta diuiti, qui cruciabatur in inferno, [p] *Recordare quod recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.*

o Iob.27.23.
In Inferno anima impij deridetur à Diabolo in ipsismet cruciatibus.
p Luc.16.25.

C *Tonde capillum tuum*, seu, iuxta aliam lectionem *Nazareatum tuum, & proiice*, iussit insuper Deus Ieremiæ, quem Nazaræum, sibique segregatum nasci, iuxta insignium doctorum opinionem voluit; adeóque & comam vt rem sacram, atque in signum segregationis, ac sanctitatis nutrire, vt per nouam actionem istam, piam, sed tepidam, & negligentem doceret animam, quid illi ex parte Dæmonis, cæterorumque hostium suorum euenturum sit, ni ab omni sibimet caueat carnis illecebra. Captiuam nempe ab illis deducendam in legem peccati; omnique priuandam D libertate, in multiplicia impulsam peccata, iuxta vulgatum illud, *Qui facit peccatum seruus est peccati*, adeoque & tondendam comam, quam Aristoteles lib. 1. Rethoric. argumentum esse dixit libertatis: vnaque cum coma & robur omne amissuram. Imò per tonsionem capillorũ eius eò progressuros ipsius hostes, vt prædicta illi inferant mala.

24 *Animæ tepidæ, & negligenti quid fieri plerúmque soleat ab eius hostibus.*
Aristoteles.

Pro cuius sensus intelligentia supponendum id, quod fusiùs à nobis pertractatum videri potest in nostris Comment. super Cant. in exposit. E 3. illorum verborum, [q] *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*, per piæ animæ capillos bonas sanctasque in Sacris literis designari cogitationes, quæ à mente prodeũt, æquè ac à capite capilli, Supponendum secundo, haud fieri posse, vt anima quæpiam inter sanctas, Deoque sacratas diutiùs perseueret, & inter Dei adnumeretur seruos, quæ veluti promissã comã multis decoram se non seruet istiusmodi cogitationibus, vt ex eo colligi potest, quod per Salomonem dicitur, [r] *Multæ cogitationes in corde viri*: vir quippe sic à virtute appellatus multas in mente sua habet cogitationes, easque ad virtutem ipsam spectantes, & ad diuina vel præcepta, vel iudicia directas, iuxta id pariter Pro- F uerbiorum, [s] *Cogitationes iustorum iudicia*, id est, Iusti haud alias habent cogitationes, quàm de iudiciis, mysteriisque diuinis, aut de mandatis quoque Dei, prout sanctus ille de se contestatus est, dicens, [t] *Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum*, id est, cogitatio mea omnis *sunt iustificationes tuæ*, iudicia aliàs sæpius nuncupatæ. [u] *Et memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum*, id est, Nullam habui vnquam consolationem, & voluptatem meliorem

25 *Cogitationes bonæ sunt capilli piæ animæ.*
q Cant.4.1.
r Prouer.19. 21.
Cogitationes piæ animæ omnes sunt de iudiciis, operibus ac mãdatis Dei.
s Prou.12.5.
t Ps.118.24.
u Ps.118.52.

liorem, nilque me magis consolatum est, quàm vt cogitarem de mirabilibus iudiciis, & de operibus tuis, quæ à sæculo in vero iudicio fecisti, ô Domine cùm [a] è contra de impiis dicat Sapiens. *Viri impij non cogitant iudicium*, scil. Dei ex quo fit vt pro sanctis iniustas in mente habentes, iniquasque cogitationes, in offensam incurrant Dei per iudiciorum, ac mandatorum illius transgressionem, prout Regius contestatur Vates, eidemmet Domino dicens, [b] *Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta cogitatio eorum.*

a Prou. 28. 5. *Cogitationes impiorũ quales.*

b Psal. 118. 118.

26 *In Cogitationibus bonis est sitũ robur piæ animæ contra suos hostes.*

Supponendum tertiò: In bonis sanctisque cogitationibus situm quodammodo omne piæ animæ robur, ita vt in bellis, quæ cum hostibus suis habere ei contingit, illarum copia, quas veluti densam, longamque capillorum cæsariem, vel quid pij meditans, vel quid boni secum ipsa cõsulens in mentis suæ capite habet, timorem illis incutiat, victoriamque ex ipsis referat aduersatiis. Quod certè robur significasse crediderim Salomonem, cùm in lib. Prouerbiorum ait, [c] *Cogitationes consiliis roborantur*, id est, Cogitationes quas pia habet anima, quando secum rectè aliquid consulit, robore præditæ sunt quàm maximo. Quin & auctor libri Ecclesiastici aptissimâ similitudine quale illud sit explicat, dicens. [d] *Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij cogitatus sensati in omni tempore metu, non deprauabitur.* Ac si dicat: Cogitationes hominis sensati, piæque animæ loro timoris, & dilectionis multæ simul colligatæ, ita vt pulchrum referant multorum capillorum crinem, adeóque & vnus dici queat cogitatus, tanti est roboris, vt quamdiu ita simul sunt connexæ, haud periculum sit, à quoquam discutiantur, vel ab vllo deprauentur metu; similes profectò congeriei lignorum simul inter se connexorum loris, aut clauis, quæ in fundamento ponitur domus in aqua ædificatæ, tantoque illam fulcit robore, vt nullâ vi conquassari queat ventorum. Audi ipsummet Deum talis animæ dilectum multò efficaciùs hoc, de quo loquimur, contestantem sanctarum cogitationum robur. [e] *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui.* Quid validius eo quod Dei cor aptum est vulnerare? vnus animæ oculus, vnusque eiusdem crinis tale sanè quid sunt: vnus eius oculus ipse est illius intellectus; bene non oculi, sed oculus dictus vnus, quia vnius dumtaxat generis versat cogitationes, quæ in vnum directæ sint Deum: vnus eiusdem animæ crinis colli vbi est neruorum robur, vnus est illius cogitatus, de quo sermo habitus est in libro Ecclesiast. vna multarum, vt explicatum est, cogitationum sanctarum connexio.

c Prou. 20. 18.

Cogitationũ sanctarum quàm magnum sit robur.

d Eccles. 22. 19.

e Cant 4. 9.

27 *Cogitationũ bonarũ comã Dæmones in primis insidiantur, vt piam animã in peccati, & in suam redigant seruitutem.*

His suppositis iam facile est, vt morale probemus documentum, quod à Ieremia exhibendum dicebam nouâ sacræ suæ comæ tonsione, capillorumque proiectione id indicante, quod & piæ animæ, ni sibi caueret à suis euenturum esset hostibus. Enimuero cùm Dæmones in id totum suum semper intendant studium, vt Christi libertate pios quosque abstrahant in peccati, atque ipsorum seruitutem, comæ in primis insidias struunt sanctarum cogitationum animæ fidelis, quia liberam illam intelligunt, & Deo sacratam, & in qua robur eiusdem libertatis, consecrationis, & sanctitatis in ipsa anima esse habent exploratum. Per carnis ergo illecebras sopitam, tepidam, atque socordem redditam sacros istos tonderi satagunt illius capillos, sanctas ipsius in mente cogitationes: Et ecce tibi, illico id quod intendunt obtinent, funibus eam ligant cupiditatum carnalium, & sæculi voluptatum, cæcam redditam, vt non videat quò delapsa sit, in captiuitatem multiplicium ducunt scelerum, seruireque sibi eam faciunt seruitute tam durâ, vt rectè de ipsis, eorúmque seruitute verbo proferri possint, quæ alio sensu apud Ezechielem reperiuntur, [f] *Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magnâ aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est.*

f Ezech. 29. 18.

28 *Sampsonis crinibus tõsi figura applicatur animæ.*

Istorum omnium peregregiam in lib. Iudicum habemus figuram historiæ eorum, quæ à Philisthæis post multiplices insidias Sampsoni factas fuere Nazaræo, sacraque capillorũ cæsarie insignito, ac roborato; Dalilæ [g] siquidem operâ sopitum, sacrisque crinibus detonsum, adeoque & omni destitutum robore, *apprehenderunt*, ait, textus, *Philisthym, statimque eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* Sic igitur & Dæmones miseram animam detonsam, vinctam, & in seruitutem (vt explicatum est) redactam proiectis; ac dispersis in ventum præcedentibus cogitationũ bonarum capillis in ipsiusmet corporis, carnisque carcere molere faciunt, non sibi, sed ipsis. Porrò mola quam ei versare faciunt, haud alia est, quàm eius intellectus; sicut enim molâ, in girum eunte qui eam voluit, numquam à suo cessat circuitu, numquam à molendi quiescit opere, sed talem molendo educit farinam, quale illud est quod intra ipsam positum fuerit granum, frumenti, hordei, aliùsque leguminis boni, vel mali. Sic & impiorum intellectus, & mens eorum, de quibus in Psalmo dicitur. *In* [h] *circuitu impij ambulant*, numquam quiescit, sed in continuos voluitur gyros, ita vt ei aptari queãt verba illa Ecclesiastes, [i] *Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Eius autem intellectus molere est multiplicia cogitare, & quia maligni spiritus vna duntaxat, praua, terrena, & carnalia, in tali mola ponunt molenda, & istiusmodi suggerunt intellectui cogitanda, haud alia is molit, & profert quàm cogitationes vanas, malas, & quas peccata iure appellat Sapiens, cùm in lib. Prouerb. ait. [k] *Cogitatio stulti peccatum*, cùm alibi pariter dictam reperiamus hanc molam, [l] *Cor machinans cogitationes pessimas.* Et de cogitationum quam molit farina, [m] *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.*

g Iudic. 16. 19.

Intellectus, & mens nostra similis molæ.

Impij quomodo iugiter molere dicãtur Dæmonibus.

h Psa. 11. 9

i Eccles. 1. 6

k Prou 24. 9.

l Prou. 6. 18.

m Psa. 93 11.

29 *Tepida animæ statum miser in quam à Dæmone deiicitur descriptus apud Isaiam.*

Prophetasse mihi visus est miserum istum animæ casum, & hæc omnia quæ vel per Ieremiam actione edocenda erant tonsionis capillorum suorum, eorumdemque proiectionis: vel per figuram significata fuêre eorum quæ Sampsoni, contigêre Nazaræo, Isaias, infœlicem ipsam sic alloquens animam talem cùm ait, [n] *Descende* (prophetarum more imperatiuis vtens pro futuris) *sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra.* Ac si dicat, ô anima quæ per fidem, & dilectionem Deo desponsata virgo filia Sion dici meruisti, cùm tota speculationi addicta esses dilecti tui, & virgo cogitares quæ Domini sunt, sicque pulcherrimo redimita cogitationum sanctarum vt capillorum diademate, atque vt filia sponsaque cælestis Regis conuersationem habens in cælis: Effecta iam filia Babylonis, & confusionis, quæ ex peccato prouenit, de alta *descendes*

n Isai. 47. 1.

diuinorum specula, *sedebis in puluere*, in illo puluere conquiesces mēte, de quo & Micheas Propheta tui similes describens ait, [a] *Lingent puluerem sicut Serpentes*, puluere nimirum more serpentium vescens, deliciis, & voluptatibus sæculi, terrenisque opibus, quas sicut puluis proiicit ventus à facie terræ. *Sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum*, Subiicit Isaias, quibus similia ibidem asserit, & Michæas, cum præexpositis addit, *Veluti reptilia terræ proturbabuntur in ædibus suis*. Filia Regis, quæ in cælesti residebas solio, quando, vt Regina Deo tuo adhærebas sponso, filia facta Chaldæorum, & Dæmonum, à quibus in seruitutē detrudēris, è pristino decidens throno, more serpentium atque reptilium toto corpore terræ, terrenisque rebus inhærebis, in iisdem conquiescens: *Quia vltra non vocaberis mollis, & tenera*: qualis certè eras, cùm vitæ indulgeres spirituali vt filia Sion, id est, speculæ, & deuotionis, quæ ita delicata est, vt vel ab exigua cogitatione, & desiderio prauo facillimè corrumpi apta sit. Quando seruabas, [b] *Sabbatum delicatum*, & *nutriebaris* [c] molliter, teneréque *in croceis* diuinarum consolationum. *Tolle molam, & mole farinam.* A delicata consortij Dei excidens vita, & in captiuitatem legis peccati à tuis deducta hostibus, intellectu ipso veluti mola summo cum labore in circuitu pergens, eruitisque oculis, quibus cælestia contemplabaris, molere cogēris farinam pessimarum cogitationum, ac scelerum; farinam sanè non tuam, in tuique vtilitatem; Sed quæ ipsorum sit inimicorum tuorum, Diaboli, Mundi, atque carnis, *Denuda turpitudinem tuam.* Ac si dicat, fac, vt omnibus sit manifestum, vnde hæc tibi tanta euenient mala, ostende mētis tuæ caput nudum insigni, quâ decora & diuinis eras obtutibus, capillorum, & bonarum, sanctarumque cogitationum comâ, in qua nuditate turpitudo est tua, cùm, iuxta Apostoli dictum, [d] *turpe sit mulieri tonderi, & decaluari*: quod & de quocumque hominis capite capillis nudo prophanus quoque Poëta iis contestatus, est versibus. *Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus: Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

a Math. 7. 17.
b Isai. 58. 13.
c Thren. 4. 5.
d 1. Cor. 11. 6.
Ouid. lib. 3. de arte amãdi.

30
Absque cogitationum bonarum coma nudum mētis caput habere maxima est animæ turpitudo.

Quod hanc turpitudinem designare voluerit Propheta cùm dixit, *Denuda turpitudinem tuam*, antiquissima patet ex versione Sept. quæ pro *turpitudine* habet velamen, operimentum, ἀνακάλυψαι τὸ κατάλυμμά σου. Reuela, discooperi velamen tuū: nouimus namque dictum à Paulo, [e] capillos pro velamine mulieri datos. Vnde recentiores interpretes clariùs ex Hebræo sic eadem vertunt, *Discooperi comam tuam*, vt Interpres Regiæ, seu *Cincinnos tuos*, vt Pagninus, seu *tricas tuas*, vt alij in Thesauro: seu *cæsariem tuam*, vt Mercerius. Iuxta quas lectiones, vt ad rem nostram hæc faciant eo modò accipienda ea sunt, quo nos Romæ loqui nonnumquam consueuimus, quando amoueri mandamus velamen, quo aliquid cooperitur, dicentes, *Scuopri, aut Apre quella tela, o altro drappo che sia*. Vt tantumdem sit, Discooperi velamen tuum, comam, cæsariemque tuam. Ac, Tondebis & auferes capillos à capite tuo, sanctas nimirum cogitationes è mente tua. Vnde omnia postmodùm consequētur mala, quæ enumerata fuère, prout Sampsoni contigisse vidimus: vt vltimo loco hoc posuerit Propheta, quasi ob oculos ponens, vnde enumerata prouenient mala. Vide ergo, quæcumque es anima fidelis, quàm tibi cauendum, ne ex hostium tuorum insidiis contingat, vt quæ Deo sacrata es per fidem, sacrâ tondeâris cæsarie: quantâ diligentia curare debeas, vt illæsi super mentis tuæ capite spiritales tui isti seruentur capilli: quorum eam rationem, quantùm ad ipsum spectat, habet Deus, vt Iesus in Euangelio dixerit, [f] *Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt*, sc. apud Deum, & alibi, [g] *Capillus de capite vestro non peribit.* Quòd si aliquando ex tua accidat socordia, vt illecebris decepta carnis tuis hisce detonsa crinibus peccati seruitute captiua ad molendum cū impuris impellaris (vt explicatum est) roga Dominum Deum tuum, vt te inde assumat, & eruat: quandoquidem in Euangelio legimus, [h] *Duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur.*

e 1. Cor. 11. 15.
Cogitationū bonarum cæsaries quantâ curâ seruāda sit piæ animæ.
f Luc. 12. 7.
g Luc. 21. 18.
h Matth. 24. 41.

31
Eleemosynis redimenda peccata.

Tonde capillum tuum & proiice. Extremum quod actione ista tonsionis proiectionisque capillorū suorum animæ peccatrici Ieremias dat documētum, illud est, quid ab ipsa faciendum sit postquam per peccata à diuina excidit gratia, id nēpe, quod & Daniel Regi suasit Nabuchodonosor, [i] *Peccata tua eleemosynis redime*, explicat hoc documentum sat bene Hugo Cardin. morali sua postilla super locum istum, dicens, *Tondere capillos est erogare tēporalia, Luc. 7.* [k] *Maria rigauit lachrymis pedes Domini, id est, compassa est pauperibus, & capillis tersit, id est, refrigerium illis præbuit de suis illis superfluis. Isai. 58.* [l] *Si effuderis esurienti animā tuam, & animam afflictam repleueris. Ecce duo prædicta; scilicet compassio, & temporale refrigerium. Non dicit, euelle, sed (tonde,) In tonsura enim non est dolor. Ideo dicitur, 2. Cor. 9.* [m] *Non est tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus, Eccles. 35.* [n] *In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Eccles. 4.* [o] *Inclina pauperi sine tristitia animam tuam, & redde illi debitum tuum: Dicit autem (Capillum) non capillos, cùm tamen capillos totonderit: quia quantumcumque det homo, debet ei videri quòd nihil det. Nihil enim est respectu illius, quod Dominus promittit dantibus. (Proiice) quasi procul extraneis eroga, non solummodo vicinis, & cognatis tuis: Multi enim ita prope proiiciunt, quòd quasi de vna manu in aliam. Non enim dant nisi illis à quibus credunt aliquid accipere, vel temporalia, vel laudem, vel aliquod temporale emolumentum. Ideo dicitur, Matth. 6.* [p] *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, Psal. 25. Dextera eorum repleta est muneribus, Eccles. 29.* [q] *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum. Et sume in directum planctum: quasi propter Deum, tantùm non propter fauorem humanum, quod est flere in obliquum.* Hæc Hugo.

i Dan. 4. 24.
Hug. Card.
k Luc. 7. 38.
l Isai. 58. 10.
m 2. Cor. 9. 7.
n Eccles. 35. 4.
o Eccl. 4. 8.
p Matt. 6. 3.
q Eccles. 29. 13.

32
Pœnitentiam bene facere volenti tres promouendi actus.

Ex versione Sept. (*Tonde caput tuum, & proiice, & sume super labia tua lamentum.*) Morale aliud sumere possumus documentum, tribus his actionibus à Ieremia exhibendum eidem animæ peccatrici: tria nimirum ei facienda, vt faciat fructus dignos pœnitentiæ, quæ ad bonam necessaria sunt pœnitentiam. Primùm, diligens examen, & accurata reminiscentia præteritorum peccatorum, quibus quasi capillis caput, & principale ipsius animæ grauatur, vt tantumdem sit, (*Tondēre caput*) ac exonerare cor, atque mentem. Secundum, est detestatio eorum peccatorū, quæ in præcedenti conscientiæ examine, reminiscentiæ forcipe, vt capilli, detonsa fuère in ipsius mentis suæ capite: Quam detestationem tunc faciet, habebitque optimè, cùm detonsos omnino proiiciet capillos, cùm nihil eorum, quæ recordatus est peccatorum, apud se remanēre permittet, nec vnum vel tenuis, & subtilissimæ occasionis capillum. Tertium denique est con-

fessio

feſſio cum contritione, & dolore ac lachrymis A pro Dei offenſa: hocque docet tertia Ieremiæ actio, quâ & prædictæ animæ ſignificauit, vt ipſa quoque ſumeret ſuper labia lamentationem, ſubiicitque rationem, (*Quia proiecit Dominus populum ſuum*, &c.) Quid eſt enim ſumere lamentationem ſuper labia, niſi cum verbis contritionem præ ſe ferentibus, atque cum lachrymis confeſſionis actum explere?

33 *Proiici animam à Deo eſt illam relinquere, & dimittere ſibimet.* *Quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui.*) Breuiter ex hoc loco colligere eſt, quid ſit proiici, ſeu, vt aliæ habent lectiones, reprobari animam quampiam à Domino, illam nimirum ab eodem Deo derelinqui, & dimitti, iuxta illud Pſalmi,[a] *Et dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis:* [b] *ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos*, dicitur in alio Pſalmo, cùm mox dictum fuiſſet, *Decidant à cogitationibus ſuis*, & poſtea ſubiicia- B tur. *Quia irritauerunt te Domine.* Si dimittit eques effrænem equum, vel auriga currentem in præceps currum, haud dubium quin equum, currúmque proiiciant, cùm ex præcedenti dimiſſione certa eorum deueniat ruina. Sed certiſſimum, id eſt Theologorum axioma, quòd Deus non deſerit, niſi prius deſeratur. Neque enim proiicit, dimittitque, vel eques equum, vel auriga currum, C niſi ab equis & bouibus frænum iugum, atque vincula dimiſſa, confractaque ſint, iuxta id quod ſupra dicebatur.[c] *Confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea.* Quod quid aliud eſt, quàm ad furorem bonum excitare aurigam? Hocque illud eſt, quod hîc ſignificatur, dum quæ dimiſſæ, & proiectæ à Deo dicuntur animæ, appellantur, (*generatio furoris illius.*)

a Pſa. 80. 13.
b Pſal. 5. 11.
c Ier. 2. 20.

VVLGATÆ.

D *Verſ.* 29.] Tonde capillum tuum, & proiice, &c.

SEPTVAGINTA.

29. Κεῖρε τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἀπόῤῥιπτε, καὶ ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον, ὅτι ἀπεδοκίμασε κύριος, καὶ ἀπώσατο τὴν γενεὰν τὴν ποιήσασαν ταῦτα.

Verſ. 29.] Tonde caput tuum, & proiice, & aſſume ſuper labia lamentationem quia reprobauit Dominus, & repulit generationem facientem hæc.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Euelle capillos propter principes tuos, qui captiui ducentur, & tolle propter duces lamentationem, quia proiecit Dominus, & reliquit populum generationis, qui transgreſſi ſunt verbum ſuum.* 1

Verſ. 29. *Tonde capillum tuum*, &c. Hieronymus. *Et* [a] *Iob auditâ filiorum, & filiarum morte, capillos legimus totondiſſe: & apud veteres hæc erat omnium conſuetudo lugentium, tondère cæſariem. At nunc è contrario comam dimittere, luctus indicium eſt. Omnis autem planctus, & lamentatio prophetalis idcirco aſſumitur, (quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui;) Haud dubium quin populum ſignificet Iudæorum: Et propriè hoc ad Chriſti tempora referendum: quando periit fides, & ablata eſt de ore populi Dominum blaſphemantis.*

Hieronym.
a Iob. 1. 20.
Tondère capillos mos antiquorum lugentium.

Theodoritus. *Lamentari ſuadet, lugentis habitum ſumere, & caput tondère, quaſi populus electus ſit reprobatus. Et iuſtam indignationem oſtendere volens inſigne nomen impietatis reuelat.*

Theodorit.
Impietatis inſigne nomē. Generatio furoris Domini.

Cyrillus Alexandrin. homil. 9. ex Paſchalibus. *Lege Iudæis tradita eruditi ad veritatis agnitionem, Diabolo adhæſerunt, ſuis potiùs voluptatibus ſeruientes, ac mandatorum, per quæ ſapientes redderentur, memoriam ex animo funditùs eiicientes. Quid igitur de ipſis ad Ieremiam Prophetam omnium Dominus loquitur? (Tonde capillum tuū, & proiice, & aſſume in labiis planctum, quia reprobauit Dominus, & repudiauit generationem, quæ fecit hæc.) Vt enim apertè indicet quænam iis qui hæc admiſerint pœna luēda ſit, tonderi Prophetam iubet. Nam quomodo capilli tondentis manu abraſi ab eo corpore vnde editi ſunt penitus remouentur, ita quicumque ad dæmonum præſtigias applicuerunt, excluſi à Dei familiaritate, ob diuinam iram ad nihilum recident, omni ſupernæ opis auxilio in poſterum deſtituti.*

Cyrill. Alex.
Reprobatio peccatoris quā congruētiam habeat cum tonſione capillorū capitis.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KEΙΡΕ τὴν κεφαλήν σου. καὶ ἀνάλαβε.] E

Τοῦ χρυσοστόμου.] πρὸς τὸν προφήτην τοῦτο λέγεται, ὁ πένθους σύμβολον ἦν. ἐπειδὴ γὰρ ἀναισθήτως πρὸς τὰ οἰκεῖα διέκειντο κακὰ, κελεύει θρηνεῖν αὐτὸν, καὶ πενθεῖν. ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν μαινομένων ποιοῦμεν συμπάσχοντες ἐκείνοις μόνον.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πάλαι ἐν πένθεσιν ἀπεκείροντο. πένθους γὰρ ἄξιον, καὶ ἕνα μόνον, τὸ χωρισθῆναι θεοῦ. ἐστὶ οὐ μόνον δικαίοις, ἀλλὰ ἐστὶ τῶν ἄνω δυνάμεσι. πλὴν οὐκ εἰς τέλος ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἀπώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὴν γενεὰν δὲ μόνην τὴν || ποιήσασαν ταῦτα, δεικνὺς, ὅτι μὴ φύσις ἀλλὰ πρᾶξις δοκιμάζεται. ||

|| ἀλ. ποιοῦσαν.
|| ἀλ. δοκιμάζει.

[Καὶ ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καλῶς φησι, μὴ κατὰ διάνοιαν.

Verſ. 30. TONDE *caput tuum*, &c.) *& aſſume*, &c. 2

Chryſoſtomi.] *Hoc ad Prophetam dicitur, quod erat luctus inditium. Cùm enim in propriis malis hebetes ſtupidique eſſent, lachrymas ipſi luctumque mandat, hoc & in furioſos agimus, vicem tantùm illorum dolentes.*

Chryſoſt.
Tonſio capillorum ſignū luctus.
Lugendū pro peccatoribus.

Incerti.] *Antiqui in luctu comas radebant: lachrymanda quippe res illa vna eſt, à Deo fieri alienum; nec modo iuſtis, ſed & ſupernis ipſis virtutibus tamen non in finem vſque miſericors Deus populum ſuum auerſatus eſt, ſed ſolam generationem, quæ hæc operata eſt; oſtendens non naturam, ſed opus probari. (Et aſſume ſuper labia lamentationem.)*

Incertus.

Chryſoſtomi.] *Optimè ait non in mente tua,*

Chryſoſt.

νοιαν. τοῦτο γὰρ εἶχε, καὶ ἔστενεν. ἀλλὰ δημοσίευσον A φησίν.

[Καὶ ἀπώσατο τὴν γενεὰν τὴν ποιοῦσαν ταῦτα, ὅτι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ πάντας ἁπλῶς ἀλλὰ τὴν ποιοῦσαν ταύτην. ὄντως· γὰρ ὄντως θρήνων ἀξία αὕτη, καὶ ὀδυρμῶν, ὅταν τις ἀδόκιμος παρὰ τῷ Θεῷ φαίνηται. ποῦ γὰρ ἔσται δόκιμος λοιπόν;

tua, hoc enim habebat, & gemebat. Sed palàm facito ait.

Et repulit generationem facientem hæc, quia, &c.

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Non omnes ſimul, ſed hanc quæ malum facit. Verè enim lachrymis, ac luctu digna: Cùm quis à Deo reprobatus fuerit, Nam vbi gentium probatus ille fuerit?*

Verſ. 30.] Quia fecerunt filij Iuda malum coram me, dicit Dominus: poſuerunt B abominationes ſuas in domo, vbi inuocatum eſt nomen meum ſuper eam, ad polluendam eam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis (ſiue coram me) dicit Dominus.*

b *Poſuerunt in domo, in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ offendicula.*

c *Vt polluerent eam.*

SI[a] *proieci, dimiſique illos, dimiſi, ait Dominus, generationem, quæ me ad iracundiam prouocauit: Si furorem in eã oſtendi meum, id ſanè propterea factum à me eſt; Quia filij Iuda omne ſceleris genus coram me perpetrarunt, & in terra in qua inter ipſos habitare pollicitus ſum, id omne admittentes, quod malum in oculis meis, mihique diſplicere intelligebant: & cùm exploratum haberent, omnia aperta eſſe oculis meis, me inſpectante, in mei dedecus, & ignominiam praua egerunt. In* [b] *templo, quod mihi ſacratum, mei particeps factum eſt nominis, in quo inuocatus hucuſque fueram, poſuerunt idola, in qua ipſi laberentur, & per quæ me ſuum verum offenderent Deum:*[c] *idque fecère potiſſimum, vt domum ipſam meam pollutam redderent, & vt in loco polluto, atque immundo quodcunque in illa patrarent immundi, qualia videlicet à Gentibus in ſuorum falſorum Deorum delubris admitti ſolent abominabilia.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Impiorum Chriſtianorũ malitia triplici ratione eſt maxima in ſceleribus quæ admittunt.*

QVIA *fecerunt filij Iuda malum*, &c. Mali nomine omne deſignat ſceleris genus, quod multipliciter admiſère: Habetque vim magnam, quod à Domino additum eſt, (*In oculis meis:*) per id enim triplici ratione ipſa filiorum Iuda augetur peruerſitas in malo & in ſceleribus patrandis: primò, quia non fecerunt quod malum eſſet materialiter tantùm, ſed quod & formaliter (vt Scholaſticis vtar terminis) vtpote quod noſſent formalem eam habere rationem malitiæ, eſſe malum in oculis Domini, eidemque diſplicere. Secundò, quia malum, facinoraque peſſima perpetrarunt in terra, & loco hæreditatis Dei, in qua in illorum medio, & cum illis ſe habitaturum aſſeruit ſæpiſſimè; vt tantumdem ſit, *In oculis meis*, ac ſi diceretur, *Coram me*, prout optimè interpretati id ſunt Sept. Et tertiò, quia cum exploratum haberent, nihil ipſum latere poſſe, omniaque aperta eſſe oculis eius, ipſomet inſpectante in illius dedecus, & ignominiam mala fecère, quod Italicè diceremus, *Gli le fecero ſu gli occhi, e per diſpetto.*

(*Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum:*) A generali malo deuenit ad particulare, quod magis, & manifeſtius in ipſius oculis, perque ignominiam ab eis factum apparet. Quid offendiculorum ſeu abominationum, v Hebr. habent, & Sept. ſignificetur vocabulis: quamuc aptè iis idola, & falſorum Deorum deſignentur ſimulacra ſatis ſuperque explicatum videre poteſt quiſque in prima noſtra expoſitione verſ. 1. Capitis 4. Sicut & videre itidẽ eſt expoſitum, quã ratione Ieroſolymitanum templum hoc pacto à Deo nuncupetur, *Domus in qua inuocatum eſt nomen meum*; In expoſitione prima, verſ. 10. iſtius capitis 7. Hoc pro nunc ſupponamus, hîc illud recenſeri facimus execrandum, quòd in templum Dei poſuerunt Idola, in quæ & ipſi offenderent circa eorum cultum, & per quæ Deum ſuum verum offenderẽt,
C irritatarentque. [c] Vide lib. 4. Reg. cap. 21. quàm vere hæc dicantur. Non exiguã autem in eo quod hîc adiicitur, (*Vt polluerent eam,*) vim habet particula, *vt*, quã tametſi ſæpius conſequens ex prædictis deſignetur, hoc tamẽ loco cauſa ſignificatur motiua, ad præexpoſita facienda, propterea, ob hancque potiſſimam rationem Iudæos in tẽplo Dei poſuiſſe Idola, vt illud pollutum redderent, atque adeo vti in loco polluto, & immundo, quodcumque in eo patrare poſſent immundi, qualia videlicet in ſuis falſorum Deorum fanis admitti à Gentilibus ſolent, abominabilia,
D iuxta eorumdem idolorum nomen quo abominationes, hîc, alibique ſæpius ea appellata repeRiuntur. Sic Hebr. legunt, (*Et poſuerunt abominationes ſuas in domo, ſuper quam,* &c. *ad polluendum,* Sept. *polluere eam.*)

c 4. Reg. 21. 4.

Particula (vt) aliquãdo ſignificat cauſam, aliquãdo verò effectũ.

Iudæi poſuerunt idola in Dei templo, vt illud in Dei ignominiam pollutũ redderent.

Verſ. 30.] Quia fecerunt filij Iuda malum, &c.

E EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Furorẽ Dei quinam maximè excitent.*

a Tit. 1. 16.

Sacramenta frequẽtantes eum ſcandalo vitæ malæ grauiſſimè Deũ offendũt & irritant.

b Pſal. 31. 8.

c 1. Petr. 2. 9.

IVDA confeſſionem ſonat: Adeòque ex hoc loco duo collige moralia, primum, id eſſe quod quammaximè Deum in furorem (vt ita dicam) agit, quòd filij Iuda, id eſt, qui confitentur ſe Deum noſſe, factis ipſum negant, quod & deplorat Apoſtolus. [a] Secundum, ab iis grauius eum offendi Deum, qui confeſſionem frequentant, & ſacramenta; cùm vitam profitentes ſpiritualem, & totã die in Eccleſia ante Cõfeſſarios ſe exhibentes, ita vt cum ſingulis eorum impletum id dixeris, quod in Pſalmo pollicetur
F Dominus, [b] *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac.* ſcil. ſpiritualis vitæ, *quã gradièris:* per os nimirum boni confeſſarij: *firmabo ſuper te oculos meos,* quaſi ſuper vnum præ omnibus mihi dilectum: In oculis tamen eiuſdem Domini facere non erubeſcunt malum, taliaque admittunt ſcelera, vt nomen & effectus ſortiantur, Generationis furoris Domini, quibus alioquin ea inſignia adſcribebantur Epitheta, quæ enumerat Apoſtolus Petrus, dicens, [c] *Vos autem genus electum,*

regale

regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. A Ita vt propterea maxima in Dei Eccleſia per illos exluſcitentur ſcandala. Qua de re hoc quoque loco conqueritur Deus, cùm mox adiiciat.

4 *Sacramenta prauè frequẽtantiũ ſcandalum quantùm vita obſit ſpirituali.*

(*Poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum.*) Porrò per ſubſequentia verba, (*vt pollurerent eam,*) duo ſignificantur, Prædictos falſos ſpirituales & per ſcandala ſua opinionem ſimplicibus ingerere, vt ſacramentorum frequentatio, & vita ſpiritualis polluta ſit, reſque abſurda: & quòd quantùm in ipſis extitit, ſacrilegiis quæ in Sacramentorum ſuſceptione commisère, ſacrum Dei templum, & ipſa polluta reddiderunt Sacramenta: Facit quoque peroptimè locus iſte pro eo Euangelij. Matth. 24. 15. *Cum videritis abominationem deſolationis, &c. ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Tunc, &c.* Nullum enim aptius futurarum in Vrbibus, Prouinciiſque ruinarum ſignum, quàm iſtud, quando in Dei templis ponuntur liberè offendicula, fiunt abominationes ſcelerum. B

Matt. 24. 15. *Ruinarũ ciuitatũ ſignũ euidentiſſimũ cùm in tẽplis ea fiunt quæ ſcãdalo ſint.*

VVLGATÆ.

Verſ. 30.] Quia fecerunt filij Iuda malum, &c.

SEPTVAGINTA.

30. Ὅτι ἐποίησαν οἱ ὑιοὶ Ἰούδα τὸ πονηρὸν ἐναντίον ἐμοῦ, λέγει κύριος. ἔταξαν τὰ βδελύγματα αὐτῶν ἐν τῷ οἴκῳ οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτὸν, τοῦ μιαίναι αὐτόν.

Verſ. 30.] Quia fecerunt filij Iuda malum coram me, dicit Dominus: poſuerunt abominationes ſuas in domo, vbi inuocatum eſt nomen meum ſuper eam ad polluendam eam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia fecerunt filij Iuda quod malum eſt coram me, dicit Dominus, poſuerunt abominationes ſuas in domo ſuper qua inuocatum eſt nomen meum, vt contaminarent eam.* 1

Verſ. 30. *Quia fecerunt filij Iuda malum, &c. Poſuerunt offendicula ſua, &c.* Hieronymus. *Quod in templo Dei filij Iuda ſtatuam Baal poſuerint in Ezechielis principio diſcimus.*[a] *Pro (in oculis meis) legit Hieronymus (in conſpectu meo.)*

Hieronym. *Idola poſita à Iudæis in tẽplo Dei.* a Ezech. 8. 3.

Theodoritus. *Multi poſuerunt abominationes ſuas in loco in quo inuocatum eſt nomen meum ſuper eum, vt polluant illum. Hoc auſus eſt Manaſſes Ezechiæ filius: admiſſam impietatem æmulati ſunt etiam* C *poſteri. Teſtis eſt diuinus Ezechiel:* [b] *qui ſpiritali modo è Babylone adductus in Ieruſalẽ, ſe tales in templo ſpectaſſe memorat iniquitates.*

Theodorit. b Ezech. 8. 9.

D. Thomas. *Aggrauat Idololatria culpam ex loco ſacro: quia fecerunt offendicula idola in domo, ſc. in templo: & in loco publico & aperto.* D. Thomas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ὍΤΙ ἐποίησαν, ἐναντίον ἐμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ κρυπτόμενοι, οὐδὲ λανθάνοντες. καὶ πῶς τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν κρύψαι δύναιντο; τί οὖν αἰνίττεται τὸ ἐνώπιόν μου; ἐν τῷ ναῷ μου.

[Ἔταξαν τὰ βδελύγματα αὐτῶν ἐν τῷ οἴκῳ οὗ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά μου τοῦ μιαίναι αὐτόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶδες μανίαν; εἶδες παραπληξίαν; οὐδὲ λανθανόντως, ἀλλὰ πεπαῤῥησιασμένως ἅπαντα ἐποίουν ἐμπαροινοῦντες εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, ὥσπερ ἂν εἴ τις τύραννον εἰς τὰ βασίλεια εἰσαγάγοι, τὸν βασιλέα ἀπελάσας. πῶς οὖν φατὲ, ναὸς κυρίου, ναὸς κυρίου ἐστί; πῶς ὑμῶν προστήσεται ὁ ἠδικημένος; πῶς ὑμᾶς ὁ ὑβρισμένος σώσει; κατήγορος ὑμῶν ἔσται πικρός.

D Verſ. 30. QVIA fecerunt, &c. coram me.) Chryſoſtomi.] *Neque id occultè, ſed palàm, & quomodo poſſunt oculum ſemper vigilem latère? Quid igitur indicat illud coram me? in templo meo.* 2

Chryſoſt.

Poſuerunt abominationes in domo, vbi inuocatum eſt nomen meum ad polluendam eam.)

Chryſoſtomi.] *Vidiſti furorem? Vidiſti vecordiam? non clam ſed in oculis omniũ audacter omnia patrabant, in Dei gloriam debacchantes, veluti ſi quis in regias ædes Tyrannum eiecto Rege intromittat. Quomodo igitur dicitis, Templum Domini, Templum Domini eſt? Quomodo nobis aderit defenſor, qui contumeliã affectus eſt? Quomodo ſalutem vobis afferet, qui paſſus eſt iniurias? Accuſator vobis vehemens ille erit.*

Chryſoſt. *Templorum abuſus quàm Deo diſplicat.*

Verſ. 30.] Et ædificauerunt excelſa Tophet, quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Et ædificauerũt excelſa (ſeu arã) Tophet, quæ eſt in Valle filij Ennom.*

INSVPER[a] *in valle quæ in plaga Orientali ad muros eſt Ieruſalem, antiquiſſimo nuncupata nomine à filio præpotentis cuiuſpiam Iebuſæi* E *appellati Ennom, nemoribus, hortiſque, & aquarum irriguis amœniſſima; in eius videlicet Vallis parte, quæ amœnior eſt, cui & propterea nomen inditum eſt Tophet, quòd ob illius pulchritudinem, & amœnitatem ciuium Ieruſalem corda dilatarentur, quando voluptatibus, ac deliciis ibi ſeſe dederent, in lætitia tympanorum. In loco inquam iſto Tophet more gentium, quæ à locorum amœnitate alliciebantur ad idololatriam alicubi præſertim exercendam, Iudæi, excelſas extruxère aras, atque delubra idolo Saturni, quem patrio vocabulo Moloch, & Melchom nominabant, quod falſorum Deorum primus, & Rex cenſetur.*

*retur.*ª *Vt in extructis aris execrando, horrẽdóque ritu filios, filiasque proprias igni combustos eidem immolarent idolo.*

a *Vt incenderet filios suos, & filias suas igni.*

1 *Cùm* ᵇ *nedum eis quidpiam istorum nefandorum præceperim rituum; sed & mortis comminatione talia in mea illis vetuerim lege.*

b *Quæ nõ præcepi, nec cogitaui in corde meo.*

2 *Quî fieri potest, vt ea ab ipsis fieri feram, quæ nec meus fert animus, vt cogitem?*

3 *Certè si ritus eis mandassem istiusmodi, mihi nullatenus obtemperassent, sicut Dæmonibus obediunt, à quibus horrenda hæc imperata sunt sacra, qualia profectò ab hostibus institui debuêre, humanum sitientibus sanguinem.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *ædificauerunt excelsa Tophet*, &c. Exactam locus iste exposcit discussionẽ, cum ex eorum quæ hîc dicuntur dilucidatione, & aliorum locorum tum Prophetæ nostri Ieremiæ, tum cæterarum nonnullarum Sacræ Scripturæ sententiarum pendeat intellectus. Neque enim vllâ ratione probauerim, quod aliquibus existimatur inanis Expositoris sacri labor circa locorum; nominumque Hebræorum discussionem, cùm optimè Polybius lib. 5. dicat, *Ne obscura sint quæ dicuntur propter locorum imperitiam, natura, & situs illorum declarandus est*, paulóque pòst. *Non est contemnenda topographia, nulla prorsus.* Magisque ad rem nostram Chrysostomus in principio homil. in Priscillam, & Aquilam. *Nihil omnino*, ait, *in Sacris literis superuacaneum. Nonne didicistis, & inscriptiones, & nomina diligenter in arcanis scripturis excutienda? Ego sanè studiosos arbitror ne laturos quidem, vt verbulum aliquod in Sacris literis contemptim prætereatur, etiamsi tantùm nomina recenseantur, vel tempus numeretur, vel breuis cuipiam cognitio contingat.*

Locorũ, Nominũque Hebræorum exacta discussio non est censenda inanis laboris Sacræ Scripturæ expositori.
Polybius.
Io. Chrysost.
In sacra Scriptura nil superuacaneũ.

Primum igitur supponamus quæ certa sunt, certum autem primò arbitror, nomine excelsorum, quæ hîc à Iudæis in Valle filij Ennom ædificata dicuntur, excelsas significatas aras, quæ Idolis erigebantur, prout versio declarat Sept. quæ habet, *Et ædificauerunt aram.* Quamquam non abnuam, aliàs sæpissimè in Sacris literis, & Latino isto vocabulo excelsorum, & Hebraicâ voce במות *bamoth*, montes designari, collésque, & loca illa edita, in quibus Idolis, vel etiam Deo vero sacrificia offerebantur antiquitùs, prout aliàs ea de re tractasse me recolo.

Excelsorum nomine significata Idolorum ara.

2 Secundò, id quoque certum est, Vallem filij Ennom locum esse amœnissimum, delitiisque nemorum, hortorumque exuberantem, ad muros Ierusalem, & vallem Ennom à Iebusæo quodam antiquitùs nuncupatam, cui nomen esset Ennom: Et vallem filij Ennom dictam, quòd anantiquitùs fuerit Iebusæi cuiuspiam, cuius pater appellabatur Ennom, vt colligitur ex lib. Iosue vbi in cap. 15. hæc habentur in descriptione diuisionis terræ Iudæ, ᶜ *Ascenditque per conuallem filij Ennom ex latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Ierusalem, & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom*, (id est Vallem Ennom) *ad occidentem*, &c. Iterumque in descriptione terræ quæ contigit tribui Beniamin inter tribum Iuda cap. 18. hæc habentur, ᵈ *Descenditque in partem montis, qui respicit Vallem filiorum Ennom, & est contra Septẽtrionalem plagam in extrema parte Vallis Raphaim, Descenditque in Gehennom, id est, Vallem Ennom iuxta latus Iebusæi ad Austrum, & peruenit ad fontem Rogel.* Et apud Prophetam nostrũ infra cap. 19. quasi digito hanc ipsam vallem, eiusque situm indicatum habemus, dicente Domino, ᵉ *Egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis.* Ad cuius sententiæ cùm peruenerimus, si Deus dederit, expositionem, explicabimus quænam portarum Ierusalem, cuiusque situs hoc appellaretur nomine Portæ fictilis. Hoc pro nunc sat sit, ex ea haberi, Vallem Ennom extitisse ad muros Ierusalem, in cuius delineatione conspicitur in parte Orientali diuisa per Torrentem Cedron à Valle Iosaphat: Tametsi Beda lib. de locis sanctis cap. 6. vnam ambas reputet Vallem, dicens, *Iuxta murum templi, vel Ierusalem Geennon occurrit, quæ est vallis Iosaphat à Septẽtrionali plaga in Austrum porrecta, per quam torrens Cedron, si quando pluuiarum aquas recipit, decurrit. Hæc vallis, & parua campi planicies irrigua, & nemorosa, plenaque deliciis locum quondam Baali sacrum habuit.* Vallis Sáve, & Vallis Regis antiquioribus nominibus eumdem antequam ab Iebusæo nomen sumeret, nuncupatam colligere est ex cap. 14. libri Genesis, vbi habentur, ᶠ *Egressus est autem Rex Sodomorum in occursum eius*, sc. Abrahæ, *postquam reuersus est à Cæde Codorlahomer, & Regum qui cum eo erant in valle Sáve*, quæ est vallis Regis, scil. Salem, vnde statim subditur. *At vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum*, &c. Vide Villalpandum tom. 3. in Ezech. 1. part. lib. 1. Apparat. de Vrbe cap. 13.

Vallis Ennõ ad muros Ierusalem ad eius Orientalem plagã, & cur sic dicta sit.
c Iosu. 15. 8.
d Iosu. 18. 16.
e Iere. 19. 2.
Vallis Ennõ & vallis Iosaphat vna eademque secundùm Bedam.
Vallis Ennõ antiquitus dicta Vallis Saue, & Vallis Regis.
f Gen 14. 16.
Villalpand.

3 His suppositis iam quæ difficiliora sunt explicatu in his quæ præ manibus habemus, hæc breuiter pertractemus. Primò, quidnam verbo *(Tophet)* hîc significatum sit. Secundò, de eiusdem nominis etymologia. Tertiò, cuinam Deo ibi excelsa, aræque ædificata essent, quibus Iudæi filios, filiasque suas initiarent per ignem, ignéque in sacrificium eosdem offerrent. Et quartò, an propter infãdum istum locum Tophet vallis ipsa Ennom, in quo is erat, Hebraicè גיאהנם *gehinnom*, inferno vbi ignis ardet æternus, nomẽ indiderit Gehennæ, quod sæpius à Domino vsurpatum reperimus in Euangeliis.

Circa primum, censuerunt plerique Hebræorum, atque etiam nostrorum nomine Tophet hîc significari idolum, cui in valle filij Ennom ædificata à Iudæis dicantur excelsa, & aræ, ita ex Antiquis nostris Theodoritus, ita & Dionysius Carthusianus, & Petrus Galatinus lib. 4. de Arcanis cap. 23. & Nicolaus de Lyra super hunc locum vbi Idolum Moloch esse id ait, affertque ex R. Salomone eius nominis etymologiam, atque figuram, de quibus & nos agemus postmodùm. Et quidem huic sententiæ modus fauere videtur locutionis, quia non dicitur. *(Et ædificauerunt excelsa in Tophet,)* vt dicendum videretur, si locus per id designaretur, sed quasi in datiuo, *(Et ædificauerunt excelsa Tophet.)* Nihilominus indubitanter cum communiori sententia asserendum est, eo nomine non Idolum, sed locum ipsum significatum, in quo aræ idolo erigerentur, & fana, vt sit genitiui casus; sicut, cùm dicimus Romæ ædificatum templum, exempli gratiâ Sancti Petri; indubitanter inquam id asserendum, cùm in hoc ipso Ieremiæ libro in cap. 19. dicatur, ᵍ *Venit autẽ Ieremias de Tophet, quò miserat eum Dominus ad prophetandũ, & stetit*, &c. Clariusque in eodem capite paulò superiùs, ʰ *Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & non vocabitur ampliùs locus iste Tophet, & Vallis filij Ennom, sed Vallis*

Tophet aliqui putarunt esse Idolum quiddam.
Dionys.
Theodorit.
Pet. Galatin.
Lyranus.
Tophet non idolum, sed locum significat sic appellatum.
g Ier. 19. 14.
h Iere. 19. 6.

Vallis occiſionis, cùm paulò ante dictum eſſet. *Et ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni*, &c. A

4 Vnde aperte colligitur, excelſa non idolo Tophet, ſed idolis Baalim, vt mox explicabo, verum in loco Tophet exædificata, cúmque locum duplex ſortitum nomen, & Tophet, & Vallis filij Ennom. Quem iuxta communem idololatrarum morem ob nemorum, hortorúmque amœnitatem, obque ſoli delicias ſordibus abominationum ſuarum Reges Iuda, populi Sacerdotumque ſeniores immaniſſimâ filiorum ſuorum ſtrage, quâ illos igni comburebant Baalim, repleuerunt, ita vt opus fuerit Sanctum Regem Ioſiam illam contaminare, vt legimus in lib. 4. Regum. [a] *Contaminauit quoque Tophet, quod eſt in valle filij Ennom*, &c. Quamquam ex iis libri Regum verbis, ſicut ex his quæ modò exponimus in hoc cap. 7. (*Et ædificauerunt excelſa Tophet, quæ eſt in valle filij Ennom*,) deducendum videatur, Tophet locum eſſe potiſſimùm quamdam Vallis Ennom partem, illam nimirum quæ latior erat ad Auſtrum, nemoroſior, & amœnior, in qua & hortus extitit Regis, vt ſenſus ſit, Contaminauit Tophet, quod eſt ſolum in Valle Ennom; (*Et ædificauerunt excelſa Tophet*;) quæ eſt terra in Valle Ennom, ſiue pars Vallis Ennom è cuius contaminatione, & vocabulo, vt à præcipua ſua parte vallis ipſa Ennom & nomen aliquando ſumpſit, & ſordes, ſordiumque pœnas, vt paulò poſt videbimus. B C

a 4. Reg. 23. 10.

Tophet locus in amœniori parte Vallis Ennom.

5 Circa etymologiam autē huius vocis Tophet haud facile eſt quidpiam tuti affirmare, præſertim cùm & alibi ea valde diuerſo ſenſu exponenda videatur à ſignificatu illo, quem recipiunt loca hucuſque à nobis allata, in quo erraſſe aliquos, eorum dixerim pace, qui etymon afferre conati ſunt, quo vnam, eandémque vocem vbique in Sacris literis, vniuſque ſignificatus eſſe aſſerunt, nomen videlicet proprium & prædictæ vallis, & Gehennæ ignis. Dicamus primò, quid de illius ſignificatu, ac etymologia aſſerendum ſit, cùm reperitur vel in cap. 17. libri Iob, vel in cap. 30. Iſaiæ: tum & id expendamus, cur locus prædictus in Valle Ennom ſic appellatus ſit, eiuſque etymologiam. D

De nominis Tophet etymologia.

Et quidem quoad illam, vt primo vſurpata reperitur in lib. Iob. Hebræorum Doctorum [b] communiori opinione pro Inferni Gehennæque ignis proprio nomine ſumitur, pro vt accipit ibidem, & Paraphraſis Chaldaica, vt cùm dicitur, *Et Tophet antea ero*, ſenſus ſit, Igni Gehennæ ante mortem adiudicatus ſum, quod aliis non contingit hominibus, qui poſt mortem, & non ante, gehennæ adiudicantur, vt exponit R. Dauid in lib. Radicum relatus in Theſauro Sanctes-Pagnini, ſeu iuxta expoſitionem R. Moſch, quam ibidem allatam reperies, *Gehennæ intimæ adiudicatus ſum in vita mea, quia flagella mea ſunt grauia ſecundùm morem impiorum in gehenna.* E F

Tophet in libro Iob vſurpatū pro deſignando Inferno ſecundum aliquos.

b Iob. 17. 6.

R. Dauid.

R. Moſch.

6 Verùm cùm iſte gehennæ ignis, infernique ſignificatus, iſti tributus ſit voci, quia locum contaminatum vbi igne cremabantur filij, poſtmodumque nuncupatum Vallis occiſionis prius deſignarit, qui erat in Valle Ennom, quæ multò poſterius contigère. Mihi dicendum potiùs videtur, multò diuerſimodè ibi vocem iſtam ſumendam, ac quando pro loco vſurpatur in Valle Ennom, vel pro Inferno; non propriè

Vox Tophet in libro Iob vſurpata appellatiuè ad deſignandum

A nimirum, ſed appellatiuè, vel tamquam deductam à verbo יפה iaphat, à quo & ſimile nomen מופת mophet quod magis in vſu eſt, vt idem ſignificet Tophet, ac Mophet, nempe portentum, quomodo id ſumpſiſſe videtur noſter Interpres in Vulgata, legens, *Et exemplum ſum coram eis*, id eſt, In exemplum quoddam prodigioſum aſpectu, & viſu triſte, & horrendum, prout bene exponit Ioannes Pineda in ſuis Comment. ſuper eum locum. Vel vt deriuatam à verbo תפף taphah tympanizare, vnde & nomen תוף thoph tympanum, vt ſenſus ſit, fuerunt læti de me antea quemadmodum qui lætantur ad tympanum, iuxta ſententiam Nicolai de Lyra acceptam item ab Hebræorum Doctoribus R. Moſe, & R. Abraham in ſuis Commentariis ſuper eum locum. Quam & noſtræ Vulgatæ egregiè idem qui ſupra aptat Ioannes Pineda, vt cùm ſanctus Iob ait, *Exemplum ſum coram eis*, hoc ſibi velit, ſicut ſolent ad tympanum lætari, & ludere, ita ſanè cunctis ſum ludibrio, irriſio, atque in meis reſponſionibus, meiſque ſuſpiriis, atque gemitibus, tamquam in tympani ſonitu exultant, & irrident, iuxta illud Threnorum. [c] *Plauſerunt ſuper te manibus*, &c.

portētum, ſeu tympanizationem ad ludibrium.

Io. Pineda.

c Thren. 2. 15.

7 Quoad eamdem vocem, vt inuenitur in cap. 30. Iſaiæ, non minùs difficile eſt explicare quid ibi illa ſignificet, quæue, vt ibidem ſumitur, illius ſit etymologia; verba Iſaiæ hæc ſunt iuxta Vulgatam, [d] *Præparata eſt enim ab heri Tophet, à Rege præparata, profunda, & dilatata: nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini, ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.* Siquidem communi ferè, tum Hebræorum, tum noſtrorum ſenſu nomine ipſo Tophet literaliter ibi infernus, & gehenna ignis deſignata aſſeritur, quæ à Rege, id eſt, à Deo præparata ſuperbis dicatur Aſſyriis, vel ipſi Aſſyriorum Regi, vt colligitur ex Hebr. quod habet *Regi* conſonanteque huic ſenſui omnia, quæ ibidem ſubiiciuntur de profunditate, de dilatatione, de igne iuge habente nutrimentum, de Sulphure, deque Domini flatu iſta ſuccendente: multóque magis quod *ab heri*, id eſt, ab æterno, prout id & Apoſtolus accipit vbi ait, [e] *Ieſus Chriſtus heri, & hodie*, prædicta omnia præparata dicuntur, quomodo & in Euangelio Dominus, [f] *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Vide S. Hieronymum, Nicolaum de Lyra, Iſidorum Clarium, Vatablum, alioſque ſuper eum Iſaiæ locum, in primiſque Ariam Montanum.

Tophet nomē vſurpatum apud Iſaiam pro Inferno ſecundum aliquos.

d Iſai. 30. 33.

Ab Heri pro ab æterno.

e Hebr. 13. 8.

f Matth. 25. 41.

8 Quamuis autem vix audeam hanc iſtius vocis Tophet acceptionem eo in loco reprobare: quia certè aptiſſimus is eſt locus ad probandum Inferni ignem ex veteri teſtamento, vt bene ibidem in ſuis ſcholiis notauit Iſidorus Clarius. Nihilominus cùm quotquot id ſenſère, omnes eam vnam afferant eius ſignificationis etymologiam, quam & afferri ab iis diximus, qui eodem gehennæ ignis, & inferni ſignificatu ipſammet vocem Tophet ſumunt in præcitato loco libri Iob, eademque & contra vtroſque in contrarium militet ratio, quia iſtiuſmodi prouerbialis deriuatio ſignificatus gehennæ ignis à Valle Ennom, & à loco qui in illa contaminatus fuit, poſt Iſaiæ contigit vaticinia, vt poſtmodùm explicabo: Ideo omnino probare hæc nequeo ſtans in ſenſu literali. Sept. non vt nomen ibi Hebraicam vocem תפתה thophthe, ſed

sed vt verbum futuri temporis sumpsère à radice פתה *pathah* illudere, decipere, ideòque sic vertère, *Tu enim ante dies decipièris.* Alij aptiùs tam in textu Hebraico, quàm in nostra Vulgata vt nomen proprium id sumendum existimant, eumdem planè locum & ibi apud Isaiam significans, qui & hoc capite septimo Ieremiæ, alibique dicitur in Valle Ennom; ita Leo de Castro, Franciscus Forerius, & Gaspar Sanctius in suis Cōment. super Isaiam, ad quæ ne longior quàm par est sim, remitto lectorem. Quamquam iidem inter se minimè consentiant in explicanda ratione Commemorationis eius loci ibi.

Leo de Cast. Franciscus Forerius. Gasp. Sāctius

9 *Locus Tophet cur, & vnde sortitus sit nomen.*

B Sed cur locus iste in Valle Ennom, de quo & hîc apud Ieremiam sermo est, & vnde hoc sortitus est nomen Tophet? Sept. cùm infra in capite 19. nomē ipsum interpretati sint διάπτωσιν, id est, ruinam, existimasse videntur, id deductū à verbo Hebraico פתה *patah* quod significat declinare, & inclinare cor ad ea quæ sūt præter rationē, necnon & pellici, atque induci, & pertrahi blanditiis. Quia videlicet à loci illius amœnitate illecti fuerint Iudæi ad ædificanda in eo excelsa Baalim, & Moloch, quibus horrenda filiorū suorum offerrent sacrificia, & in tanti sceleris ruinā suum declinarint cor. Hieronym. in Comment. super hoc Ieremiæ, cap. 7. *Tophet*, inquit, *linguâ Hebraicâ interpretatur latitudo.* Fortasse deriuatum à verbo פתח *patahh* aperire: vt sic locus ille appellatus sit, vel quia in lata apertaque esset Valle Ennom, vel quia illius amœnitatis aspectu aperirentur, & dilatarentur hominum corda. Nam quòd alij referunt ad significationem latitudinis Inferni, iuxta id Isaiæ, [a] *Dilatauit infernus animam suam*: non facit ad impositionem nominis huic loco, quando pro summis erat deliciis, prout hîc eius fit mentio in hoc vers. 32. alioquin non haberet vim vllam, antithesis peregregia, quam in subsequenti versu 33. factam videbimus.

Hieronym. *Tophet locus ita dictus à latitudine quave ratione.*

a Isai. 5. 14.

10 *Locus Tophet haud ita appellatus ob portentosam, & execrandā filiorum cædē, quæ in eo fiebat idolis. Locus Tophet haud ita appellatus ob tympanorum strepitum qui in filiorū immolatione pulsabantur.*

Quamobrem nec id probo quod ab aliquibus dicitur, id nominis eidem loco impositū ob portentosam filiorum immolationem, quæ in illo admittebatur, vt deriuatum id sit à verbo יפה *iaphath*, quasi execrandum id esset portentum, tametsi istiusmodi deriuationem, ac etymon probarim supra in eiusdem vocis explicatione, vt vsurpata reperitur in libro Iob: Imò ob eamdem rationem neque id probo quod ab aliis asseritur Tophet appellatū eum locum, sic vulgo nūcupatum à verbo תפף *thaphah*, tympanizare seu à nomine תוף *toph*, quod ex ipso deductum est, tympanumque significat, quia in ipso loco tympana frequentiùs perstreperent in sacrificiis, quæ ibi fiebant filiorum, atque filiarum à parentibus, vt eorum fragore eorumdem parētum auribus obstrepente, liberorum suorum qui ad ignem cremabantur, voces illi non exaudirent, eorúmque non commouerentur gemitibus. Quid enim egregij haberet subsequens oppositio, quā diceretur, locum illum nō dicendum ampliùs Tophet, & vallem Ennom, sed vallem interfectionis, cùm nulla excogitari queat interfectio immanior illā filiorum, ac filiarum à propriis parētibus? Aptiùs diceretur, & ab ipsis tympanis, seu à tympanizādo primum eum locū appellatum Tophet propter festiua tympana, quæ in hortis, amœnisque illius Vallis lucis, ac locis Choreas ducēres, vel idolis, vel sibi ipsis indulgentes hilariter pulsare cōsueuerant Ierosolymitani ciues, quorum lætitiæ, & voluptatis debitas cōminatus pœnas Isaias, [b] *Cessauit*, inquit, *gaudium tympanorū, quieuit sonitus læ-*

Locus Tophet sic appellatus à tympanorū sonitu, quo ibi deliciis indulgebatur.

b Isai. 24. 8.

A *tantium*, &c. Vt bene ait Villalpandus, tom. 3. in Ezechielem Par. 1. Apparat. Vrbis, ac templi lib. 2. cap. 13. Mihi cum plerisque aliis id dicendum videtur, nomen Tophet inditum loco ob insignem illius pulchritudinem & amœnitatem, atque illius etymologiam esse ab Hebraico verbo יפה *iaphah* pulchrum esse, cui optimè congruit subsequens antithesis, vt paulò post explicabo.

Villalpādus.

Locus Tophet sic nūcupatus ab eius pulchritudine.

11 *In Tophet, cuinam Deo Iudæi aras ædificarint ad immolandos filios suos.*

Circa id quod tertio loco discutiendū dicebā, cuinam Deo ædificata sint excelsa in Tophet, ex hoc certè Ieremię vaticinio nil habetur, nisi quòd excelsa ibi à Iudæis ædificata sint, vt incenderēt filios suos & filias suas igni. Ex altero tamē eiusdē Prophetæ vaticinio huic propemodū omnino simili, quod habetur infra in ca. 19. ita istud quod quærimus deffinitur, vbi dicit, [c] *Et ædificauerunt excelsa Baalim ad cōburēdos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi eis.* Sed deffinitio ista adhuc suas habet difficultates; nam ex lib. 4. Reg. cap. 23. vbi istorum excelsorum, ipsiusque loci Tophet contaminatio narratur facta à Iosia Rege Iuda, non Baal, sed Moloch ea extitisse colligitur manifestè, sic quippe ibi dicitur, [d] *Contaminauit quoque Tophet, quod est in conualle filij Ennō, vt nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem, Moloch.* C Et hoc confirmatur per id, quod & in lib. Leuitici, dum istiusmodi nefandæ filiorū per ignem immolationes Iudęis omnino prohiberētur, sed hæc habentur verba. *De* [e] *semine tuo non dabis, vt consecretur Idolo Moloch, nec polluas nomen meum.* Et infra, [f] *Si quis dederit de semine suo Idolo Moloch morte moriatur.* Responderi quidē ad ista sic posset, & idolo Moloch, & idolo Baal, seu Baalim (vtróque enim nomine idem falsus Deus in Sacris significatur literis) aras illas in Tophet à Iudæis ædificatas fuisse, ambobusque Diis eodem execrando ipsos immolasse sacrificij genere. D Nam quod & Baal consecrarint filios suos per ignem colligitur ex 4. lib. Regum, vbi cùm in ca. 17. illorum recēsentur scelera, hæc inter alia habentur, [g] *Seruieruntque Baal, & consecrauerunt filios suos & filias suas per ignē.* Et ex eo quod de Achaz Rege Iuda in cap. 16. dicitur, [h] *Insuper & filiū suū consecrauit, transferens per ignem secundum Idola Gentium, quæ dissipauit Dominus coram filiis Israel,* colligi potest, eum liberorum sacrificandorum ritum non vni sed pluribus Diis Gentium exhiberi fuisse solitum.

c Ier. 19. 5.

d 4. Reg. 23. 10.

e Leuit. 18. 20

f Leuit. 20. 2.

Iudæi sicut & Gentes pluribus Diis immolauerunt filios suos.

g 4. Reg. 17. 16.

h 4. Reg. 16. 3.

12 *In Tophet vni idolo Moloch aras ædificasse Iudæos pro immolatione filiorum suorū.*

E Quicquid autē hac de re sit: hoc nihilominus probabilius affirmandum censeo, in Tophet, cuius hîc fit mentio, plura quidem excelsa, plures aras à Iudæis tunc temporis exædificatas, sed vni duntaxat Deo Moloch. Quod manifestè ex hoc ipso Ieremiæ libro habetur, cùm infra in c. 32. dicatur. [i] *Et ædificauerūt excelsa Baal, quæ sunt in Valle filij Ennom.* Et vt intelligeremus, quis Deus eo Baal nomine significatus sit, illico adiicitur, *Vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch, quod non mandaui eis,* &c. Pro quorum intelligentia recolenda sunt quæ & aliàs sæpius dixisse me recolo, Nomen Baal, seu Baalim non solùm propriè pro F Deo particulari, seu pro Diis particularibus, cuius quorumque sæpissimè Sacræ meminerunt literæ: Sed & frequentissimè appellatiuè vsurpari solitū pro quocūque, & quibuslibet Idolis, Diisque falsis; quia Baal vox Hebraica dominus interpretatur, vt habetur ex cap. 2. Hoseæ. [k] Iuxta quem significatum conuenit cum voce Moloch, quæ interpretatur Rex, seu regnans: ita vt bene vtroque vocabulo vnus, idemque Deus, & Baal nuncupetur, & Moloch. Quin & nonunquam is ipse

i Ierem. 32. 35.

Baal & Baalim nomina accipi solita & propriè, & appellatiuè.

k Hose. 2. 16.

Moloch & Melchom eũdem Deum significant.
a 4. Reg. 23. 13.
b 3. Reg. 11. 7.

ipse reperitur appellatus Melchom, Rex eorũ, vt A colligere est ex cap. 23. lib. 4. Reg. vbi de sancto rege Iosia dicitur, [a] *Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem Montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israël Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit Rex.* cùm in lib. 3. Regum, vbi Salomonis narratur Idololatria, dicatur [b] *Tunc ædificauit Salomon fanum idolo Moab, &c. & Moloch idolo filiorum Ammon.*

13
Moloch quisnã esset Deus.
Arias Montanus.
Moloch aliqui putarunt esse Mercurium.
Franciscus Ribera.
Moloch fuit Iuppiter secũdum Riberã.

His suppositis, id superest adhuc explicandũ, quisnam iste esset Deus Moloch, seu Melchom, & quale illius esset idolũ, cui in Tophet infanda B fiebat filiorum combustio. Arias Mõtanus super illud Isaiæ cap. 30. vbi mentionem fieri vidimus Tophet, asserit Moloch eum esse Deum, quem nos Mercurium appellamus. Idemque id & probat in aliis suis Cõmentariis super cap. 1. Amos auctoritate Stephani Geographi in sua Geographia, qui Ammonitis sanctissimum fuisse asserit Mercurium, & quia animarum ductorem esse crederent, immortaliumque Deorum nuncium, Malech, seu Malcho eum appellasse, quod Hebr. nuncium eius significat, si deducatur inquit à verbo לאך *laach* vnde & celebre cœlestiũ spirituum nomen מלאך *malach* Angelus, seu C Nuncius. Franciscus Ribera ad finem suorum Comment. super cap. 5. Amos communẽ sequẽs deriuationem eiusdem nominis Moloch à verbo מלך *malach* regnare, vt tantumdem sit Moloch, ac Melech quod Regem significat Iouem potiùs illum extitisse asserit, quem Deorum Regem vniuersa censuit gentilitas.

14
Moloch fuit idem qui & Saturnus.
Euseb. Cæsariensis.
Philo Biblius.
c 4. Reg. 3. 27.

Quin potiùs ob hunc Regis significatum, dixerim ipse cum ferè communi sententia, Deum istum Moloch appellatum & Ammonitis, & Iudæis primum Deorum Regem fuisse Saturnum D ipsius Iouis patrem, iuxta falsissima Gentiliũ dogmata. Vide Eusebiũ Cæsariensem lib. 4. de Præparat. Euang. cap. 7. vbi ostendit, antiquitùs pluribus quidem Diis sacrificari solitos homines, sed Saturno in primis, refertque de Phœnicibus Iudæorum finitimis Philonis Biblij qui illorum historiam conscripsit hæc, quæ in primo libro habet verba, *Morem*, inquit, *priscis in magnis calamitatibus atque periculis fuisse, vt ciuitatis aut gentis Princeps dilectissimum ex liberis vlciscenti dæmoni, quasi redemptionis præmium traderet, & sic traditum mysticè iugularet. Sic igitur Saturnus Rex regionis, quem Phœnices, Israëlem vocant, qui postea quàm E hominem exuit ad Saturni stellam adductus est, cum Abnobret Nympha vnicum haberet, atque charissimum filium Ieud à re ipsa dictum (sic etiam nũc Phœnices vnicum filium appellãt) quia maximo ac periculosissimo bello ciuitas premebatur, regio indutum ornatu super constructam ad hæc, præparatámque aram immolauit.* Quibus id addere potes quod iuxta hunc morem, & Regem Moab Iudæorum pariter finitimum lib. 4. [c] Reg. filium suũ, qui regnaturus post eum erat, cùm se in maxima reperiret angustia, super muros sacrificasse legimus.

15
Moloch idoli figura qualis apud antiquos.
Euseb. Cæs.
Diodorus.

F Figura quoque Idoli Moloch, quæ apud Iudæos erat in Tophet, ei similem extitisse quã, & Saturno Gentes faciebant, ex iis facile est colligere, quæ ibidem ad finem prædicti capitis affert Eusebius, ex Diodoro in lib. 20. *Erat autẽ*, inquiẽs, *apud eos ænea Statua Saturni magnitudine mirabilis, cuius manus in terram extensæ ita erant in gyrum, vt qui ad eũ peruenire adolescentes cogebantur, in ingentem foueam ignis repletam inciderent.* Porrò simulacrum Dei Moloch, vt ex communi Hebræorum consensu refert Nicolaus de Lyra in cap. 18. lib. Leuitici, & Abulensis in cap. 16. lib. 4. Reg. q. 3. & alij, erat ænea imago concaua ad formam hominis, & in illius concauitate fiebat ignis quousque idolum esset quasi ignitum: & tunc ponebatur puer inter manus idoli, vt inter amplexus eius crematus gratum illi fieret sacrificium. Quando autem non cõburendos, sed sacris idoli Moloch initiandos offerebant filios, aut filias, extruebant pyras duas hinc, & inde, & idoli sacrificuli initiãdos per medium illarum pyrarum pedibus transire faciebant. Et ne pueri eiulatus audiretur, & paterna commoueret viscera, dúmque pueri cremabantur, saltando, tympana in idoli honorem percutiebant: & idcirco Tophet à תוף *toph* dictũ censent, vt supra vidimus. Imitantes etiam Corybãtes, seu Curetes, qui (vt bene hoc loco notat Christophorus à Castro) cùm circum ignẽ tympana, cimbala, cornua, & similia pulsarẽt instrumenta, Saturnum volentem deuorare Rheæ parietis filios, sonitu deterrebant, & vocem matris, Iouisque vagitum auertebant.

Lyranus.
Abulensis.
Moloch idolo quomodo initiarẽtur antiquitùs filij per ignem.

Isid. Clar.
Moloch ara qualis esset.

Isidorus Clarius in Scholiis super hoc cap. 7. Ieremiæ, addit, habuisse aram istius idoli Moloch septem conclauia, quorum vnum aperiebatur simile offerendæ: secundum turturibus, tertiũ aui, quartum arieti, quintum vitulo, sextum boui, Ei verò qui volebat immolare filium, aperiebatur septimum, puerque receptus, ab idolo succendebatur & igne peribat, saltantibus, & tympanizantibus iis qui adstabant. Quæ ex Hebræorum fabulis sumpta sunt.

16
Gehenna nomen cur Inferno inditũ à Valle Ennom.
Hieronym.

Illud denique superest, vt explicemus, cur à Valle Ennom Hebraicè Ge-ennom, Infernus dictus sit Gehenna, prout asserunt Hebræi; etsi enim id verum sit, quod ait Hieronymus in cap. 10. Matthæi, neminem in Sacris literis auctorem ante Christum eo esse vsum: Credibile nihilominus est, id nomen iam Christi ætate pro inferno vsitatum fuisse; frequentissimè namque in Euangeliis eo vtitur Christus ipse tanquam vulgò noto. Hebræorum quidem opinione, vt hoc loco indicat Hieronymus, quos & plerique ex nostris sequuti sunt, à ritu id factum asseritur sacrificandi, & concremandi filios ad ignem, atque ab eorumdem filiorum eiulatibus, quæ in Valle ipsa Ennom, & præcipuè in ea illius parte, quæ dicebatur Tophet, fiebant. Mihi id dicendum potiùs videtur, exinde potissimum eius nominis vsurpationẽ eiusmodi pro Inferno apud Iudæos deriuasse, quòd & hîc in vers. subsequenti dictum repererint Iudæi, hanc Vallem filij Ennom, locumque Tophet in Ennom dicendum Vallẽ interfectionis, &c. quæ ibi explicabimus: eadéque iisdem verbis repetita infra in cap. 19. Et ex effectibus qui in tali loco post contaminationem illius factam à Sancto Rege Iosia, & post prædicta vaticinia consecuti sunt.

17
Arias Montanus.
Tophet & Vallis Ennõ quomodo contaminata.

Quæ ob oculos quodammodo ponit Arias Montanus in suis Comment. super vltimũ vers. capitis trigesimi Isaiæ sic dicens. *Is locus à sapientioribus principibus ex Vatum oraculis perpetua execratione damnatus, detestandusque dictus, ruderibus, lutulentis, impuris, atque inuisis omnibus ex vrbe eiiciendis, velut publica sentina destinatus, in Prouerbiũ primum, deinde in apertam significationem abiit eius loci, qui ad impiorum, impurorumque animas, & corpora æternis ignibus cruciandum diuino iudicio Sepositus est, ita vt Vallis filiorum Ennom, siue, vt in illa lingua sonant Gehinnam, idem apud illos indicaret, quod nobis Infernus, ac Inferi dicitur;*

qua significatione sæpissime in Euangelio vsurpatur. A *Atque totus ille campus ita dictus infami, & horrendâ, detestandaque notâ celebris fuit, in quo & damnatorum igni corpora aliquando arsisse, legere memini. Certa verò illius loci pars, in quam coriariorum, & huiusmodi impuriorum artificum detrimenta, & stercora asportabantur, singulari Tophet nomine dictam obseruauimus: Cuius propter perpetuam putrescentium immundiciarum coctionem perpetuus, & impurus spiritus, siue vapor humidus, & caliginosus exhalabat: atque hanc partem fœtore præcipuè detestabilem redditam, postremam, & pessimam impiorum apud inferos pœnas luentium conditionem, & re, & nomine significasse intelligimus, idque Ieremiâ docente.* B Hæc Arias. Ac pro his quæ in sententia, quam præ manibus habemus, difficultatem habebant, hæc dicta sufficiant. Parcat mihi lector, si longior fuerim: necessario enim hæc mihi examinanda censui. Transeamus iam ad reliquorum cōsuetam nostram exponendi rationem.

Ierem. 19.6.

18 *Vt incenderent filios suos, & filias suas igni,*) iuxta illud nimirum Psalmi, [a] *Et commixti sunt inter Gentes, & didicerunt opera, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum, &* C *immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt Sculptilibus Chanaam. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum.* De execrandis his hominum, filiorumque in primis immolationibus, quas à Gentilibus didicère Iudæi, si libuerit, præter Eusebium, supra citatum, vide Tertullianum in Apologetico cap. 9. Lactantium Firmianum lib. 1. de Falsa Religione cap. 21. Augustinum lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 1. & 9. Cyrillum Alexandrinum lib. 4. D contra Iulianum, & Theodoritum lib. 7. aduersùs Græcos.

a Psal. 105.35. *De ritu sacrificandi humanas victimas.*

Euseb. Cæs. Tertullian. Lact. Firmia. Augustinus. Cyrill. Alex. Theodorit.

19 (*Quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.*) Putant plerique expositorum, hæc à Domino addita ad retundendum id quod à Sacrificulis Moloch falsò asserebatur, vt Iudæos ad execranda illa filiorum suorum allicerent sacrificia, in eodemque detinerent ritu; dicētibus eum antiquissimum Deo extitisse, & cordi quàm maximè, Ideóque illum [b] & primo ipsorum parenti præcepisse, vt filium suum quem diligebat, sibi offerret E Isaac; Sed neque hac vsos crediderim ratione Sacerdotes illos Moloch, nec propterea verba ista à Domino hîc subiecta crediderim: cùm facile per Iudæos quoslibet ratio ipsa in eosdem retorqueri potuisset Sacerdotes; quandoquidem qui Abrahæ id præceperat ad eius tentandam obedientiam, id tamen nullatenus perfici permiserit, significans eidem, [c] vt ostensum in Isaac filij sui locum offerret arietem. Nec Sacerdotibus Moloch ad Dei præceptum confugiendum propterea erat, vt Iudæos ad illa pellicerent sacra, quibus sat erat exploratum, à Deo è contra in lege [d] prohibitum, ne darent de semine suo Moloch. F Duplicem potiùs in his verbis Deum arbitror subindicasse rationem, ad eorumdem Iudæorum & inhumanitatem, & animi ab ipso alienationem contundendam; quandoquidem ea admitterent, quæ ab omni aliena essent humanitate, quæ benignissimus ipsius nullatenus ferre posset animus: & in quibus certò sciret ab illis minimè id ipsi exhibendū obsequij, quod tamen infernalibus ipsorummet exhibituri essent hostibus.

Deo numquā placuisse vt sibi immolarentur homines.

b Gen. 22.2.

c Gen. 22.13

d Leuit. 18. 20.

Vers. 31.] Et ædificauerunt excelsa Tophet, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Ex his duo deduco moralia. Primum, in hoc quoque Iudæis complures similes esse Christianorum, qui in hoc mundo, vt deliciis, opibusque pleno (quod & loca, & nomina significant Tophet interpretatum tympanum, seu latitudo; & Vallis Ennom, Opes, diuitiasque designans, vt deductum a voce Hebraica הון *hon*) excelsa, arasque suá ædificant mente, quò super aras quas vel studio deliciarū, vel diuitiarū solitudine Dæmoni construunt, sua immolent quæcumque faciunt opera, igne illa incendentes propriæ concupiscentiæ, secundùm quam operantur. [e] *Concupiscentia* enim, vt dicitur in libro Ecclesiastici, *quasi ignis exardescit. Et* [f] *in Synagoga peccantium exardebit ignis.* Vnde subditur, *Vt incenderent filios suos, & filias suas igni.* Opera quæ à nobis fiunt praua filios esse nostros, illud indicat Psalmi, quod & apud Iob de impio legimus, [g] *Concepit dolorem,* quem scil. proximo inferat, *& peperit iniquitatem, Vterus eius præparat dolos. Ecce parturiit iniustitiam.* 10

Christiani multi similes Iudæis incendentibus filios suos Dæmonibus.

e Eccl. 9. 9. f Eccl. 16.7.

g Psal. 7.15. g Iob. 15.35.

Secundùm: istos ipsos qui præexposito modo ædificant in mundo excelsa, & aras deliciis, diuitiisque vacantes eo ipso quod sic ædificant in mundo, vt est locus Tophet, id est, deliciarum, & Vallis Ennom, id est opum, ædificare in inferno, atque in Gehenna ignis excelsas aras, in quibus ad mortem interficiantur æternam; nam & Tophet, (vt ait Hieronymus in libro do nominibus Hebraicis) infernum designat, & à nomine Vallis Ennom, vt fusè ostensum est in prima literæ expositione, vocabulum deriuatum est Gehennæ. Quòd secundùm morale confirmant quæ sequuntur. *Et non dicetur ampliùs Tophet, &c.*

Mundani ædificāt in inferno aras, in quibus ad æternam mortem Dæmoni mactentur.

Hieronym.

VVLGATÆ.

Vers. 31.] Et ædificauerunt excelsa Tophet, &c.

SEPTVAGINTA.

31. Καὶ ᾠκοδόμησαν τὸν βωμὸν τοῦ Ταφὲθ, ὅς ἐστιν ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννὸμ, τοῦ κατακαίειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν ἐν πυρὶ, ὃ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ οὐ διενοήθην ἐν τῇ καρδίᾳ μου.

Vers. 31.] Et ædificauerunt aram Taphet, quæ est in valle filij Ennom ad comburēdum filios suos, & filias suas in igne: quod non mandaui eis neque cogitaui in corde meo.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Et construxerunt excelsum Tophet, quod est in valle filij Ennom, vt incenderent filios suos, & filias suas igni, quod non præcepi in lege mea; nec talis voluntas est coram me.* 1

Vers. 31. *Et ædificauerunt excelsa*, &c. Hieronymus. *Excelsa quæ Hebraicè appellantur* במות *bamoth, siue aram Tophet, quæ est in valle*

Hieronym.

valle filij Ennom, illum locum ſignificat, qui Siloe fontibus irrigatur, & eſt amœnus, atque nemoroſus, hodiéque hortorum præbet delicias. Hic autem gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontium, lucoſque amœniſſimos victimas immolarent: & omnis prauæ ſuperſtitionis religio ſeruaretur. Tophet linguâ Hebræâ interpretatur latitudo, Scriptumque fertur in libro Ioſue filij Nun [a] *de hoc loco, qui eſt in valle filij Ennom & Hebraicè dicitur* גיא הנם *ge hinnom* גינם *ge quippe φάραγγα, hoc eſt vallem &* הנם *ghinnom, vel hominis nomen, vel gratiam ſonat. Traduntque Hebræi ex hoc loco appellatam Gehennam: quod ſi omnis populus Iudæorum ibi perierit, offendens Deum. In quo loco etiam filios ſuos in igne idolis conſecrarint, ſiue holocauſtū obtulerint: quæ nō præceperit eis, nec vllâ legis inſerit ſanctione. Quòd ſi Iephte* [b] *obtulit filiam ſuam virginē Deo, non ſacrificiū placet, ſed animus offerentis. Neque enim ſi canis, aut aſinus, aut immundum quodlibet animal primum occurriſſet patri à cæde hoſtium reuertenti, Deo illud offerre debuerat.*

Tophet interpretatum latitudo.

a Ioſu. 15.8.
b Iud. 11. 39.

Gehenna nomen à valle Ennom.

Iephte ſacrificium filiæ quomodo Deo placuerit.

Theodoritus. *Criminatur eos, vt qui filios, & filias in holocauſta immolauerint dæmonibus. Hoc, inquit, non præcepi eis, ne cogitaui in corde meo. Quâ enim ratione perferrem de eiuſmodi homicidio ſancire legem, qui irrationalium animalium ſacrificia infirmitatis eorum gratiâ conceſſi? Dicit aram Tophet, idoli cuiuſdam ita vocati, quod interpretatur incluſio, ſeu deuoratio.* 2

Theodorit.

Tophet idolū, interpretatū incluſio, ſeu deuoratio.

D. Thomas. (*Et ædificauerunt,*) (*quæ non præcepi eis*) *q. d. Non tam grauia præcepi eis. Vnde patet, quod etiam à me receſſerunt.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ᾠκοδόμησαν τὸν βωμὸν τοῦ Ταφέθ.] Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸν γὰρ ναόν μου φησὶν εἰδωλεῖον ἐποίησαν· τοιοῦτος οὖν ὁ τὸν νοῦν μολύνων ἑαυτοῦ, ναὸν ὄντα θεοῦ, τοῖς τῶν δαιμόνων ἐπιτηδεύμασιν. οἷς καὶ τὰ τέκνα προσῆγον, χαίρουσιν ἐπ' ἀπωλείᾳ τῶν ζώντων. Θεὸς γὰρ τῶν οἰκείων κήδεται δημιουργημάτων.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] βωμὸν Ταφὲθ ἐπ' εἰδωλείῳ τινὶ, ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννὸμ, τὸν ἐλαιῶνα φησί. ὅρα καὶ οὐ τόπους οὐ τὰς ἐρήμους || περιήρχοντο, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ τῇ ἡδίστῃ, τῇ πλησίον τῆς πόλεως. [τοῦ κατακαίειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν. ὃ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς καὶ οὐ.]

||Al. ἐρημίας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι σοι ταῦτα ἔδωκα τὰς θυσίας, ὥσπερ τὰς ἄλλας. καὶ ὅτι αἷμα ἀθῷον οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, οὐδὲ αἴνιγμα ἔδωκα. οὐδὲ ἐβουλόμην, οὐδὲ θῦσαι ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτοὶ κατέκαυσαν. ἔστω ὁ φόβος οὐ κατέσχεν ὑμᾶς τοῦ θεοῦ. ὁ τῆς φύσεως οὐκ ἐκώλυσε νόμος, οὕτως ἐξεβακχεύθησαν. ἔνθα μὲν τοὺς δαίμονας τιμηθῆναι ἔδει, καὶ τὴν φύσιν ἠγνόουν αὐτήν. ἔνθα δὲ τὸν θεὸν θεραπεῦσαι, καὶ προβάτων ἐφείδοντο. τίνα οὐκ ἂν ἀνάστη τοῦτο τὸ θέαμα; ἰδοὺ ἡμῖν καὶ ἀκούειν φρικτὸν εἶναι δοκεῖ. ἔτι οὖν θαυμάζομεν αἴτιμοι, τίνος ἕνεκεν ἡ πόρθησις. τίνος ἕνεκεν ἡ αἰχμαλωσία; τοὺς οὕτω ζῶντας ζῆν ἔτι καλὸν ἦν;

Verſ. 31. **E**T *ædificauerunt aram Tophet.*) Incerti.] *Templum meum inquit fanum idolorum fecerunt. Talis igitur, qui mentem polluit ſuam, quæ Dei templum eſt, Dæmonum inſtitutis; quibus & filios offerebant. gaudent enim viuentium interitu; at Deus ſuorum operum curam gerit.* 3

Incertus.

Mentem ſuā polluens facit Dei templum, templum idolorum.

Dæmones gaudent interitu viuentium.

Chryſoſtomi.] *Aram Tophet in Idolo quodam, in Conualle filij Ennom oliuetum ait. Vide & loca non ſolitudines circumibant, loca amœniſſima, prope vrbem.*

Chryſoſt.

Tophet idolū quoddam Vallis Ennom oliuetum.

Ad comburendum filios ſuos, &c. *Quod non mandaui eis, neque*, &c. 4

Chryſoſtomi.] *Ne quis enim dicat; tibi hæc ſicut, &c. ſacrificia dedi; ſanguinem inquit, innocentem non præcepi illis; Neque vel obſcuram huius rei ſignificationem dedi; neque omnino volebam, vt ſacrificarent; Sed ipſi igne conſumpſerunt. Eſto metus Dei vobis non obſtitit, naturæ lex non detinuit? ſic debacchati ſunt, vt honorandis Dæmonibus, & naturam ipſam ignorarent; in Dei verò cultu & ouibus parcerent. Cui non iniiceret mœrorem hoc ſpectaculum? Ecce nobis & audientibus horribile videtur; & admiramur adhuc quæſo, quæ fuerit direptionis cauſa, quæ cauſa captiuitatis. An ne honeſtum erat vitam ſic agentes adhuc viuere?*

Chryſoſt.

Sacrificia ſāguinis humani ſēper horruit Deus.

In Dæmonū honorē promptiores pleríque, quàm in Dei cultum.

Sacrificia ex hominibus quàm horrēda.

Verſ. 32.] Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs, Tophet, & Vallis filij Ennom: ſed vallis interfectionis, & ſepelient in Tophet, eò quòd non ſit locus.

Verſ. 33.] Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cæli, & beſtiis terræ, & non erit qui abigat.

Verſ. 34.] Et quieſcere faciam de Vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PROPTEREA [a] *ab his irritatus ſceleribus, ait Dominus, ecce, Venient dies, quando non reperietur quiſpiam, qui de Tophet, eiuſque excelſis habeat verbum, aut de pulchritudine, & amœnitate loquatur Vallis Ennom, cuius deliciæ ad excelſorum eorumdem ædificationem in idolorum honorem prouocarent. Sed è contra vniuerſus, qui de illa fiet ſermo, erit vt de Valle interfectorum propter ipſorum Iudæorum ſtragem, quæ ibi mox fiet à Chaldæis, & locus ille in eadem Valle Ennom*

a Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & nō dicetur ampliùs (ara) Tophet, & vallis filij Ennom: ſed vallis interfectionis.

Ennom insignior, haud amplius à pulchritudine, ab amœnitate, à latis tympanorum sonis, atque à cordium præ voluptatibus dilatatione, consueto vocabitur nomine Tophet, sed ab ingenti, immanique cæde Vallis vocabitur interfectionis. [a] *Tanta siquidem in Valle ea, ac præsertim in illa eius Vallis parte amœniori interfectorum erit multitudo, ut nec locus reperiendus sit sepulturæ, qui eorum capere queat cadauera.*

a Et sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *In Tophet post eius contaminationē Iudæi haud amplius ausi sacrificare erant.*

IDEO *ecce dies*, &c. Tametsi per sanctum Regem Iosiam iam contaminatus esset locus Tophet, qui erat in Valle filij Ennom (vt iam explicatum est, ita vt tunc temporis quando hæc vaticinabatur Ieremias Propheta, nullius certè Iudæorum esse potuerit, qui vel ob metum viuente adhuc ipso Iosia, execranda actu admitteret scelera horrendorum sacrificiorum in ipso præsertim loco Tophet. Quia tamen & præteritæ, quæ ibi admissæ iam fuerant abominationes, tales tantæque extiterant, vt de ilis meritò Deus sumere debuerit vltionem: vt & de aliis præcedentium Regum facinoribus vindictam se sumpturum per sanctos significauit Prophetas: & credi facilè potest, pleroſque eorumdem tunc temporis fuisse Iudæorum, qui animo saltē in Tophet idolo immolare Moloch obnitebantur: idcirco Propheta noster sat opportunè verbis ipsiusmet Dei contra illos, contra scelera, & contra locum inuehitur, & prædicens quæ euentura sint, ait.

2 *Vallis Ennō sic dicta à cōsolatione, & gratia amœnitatis ipsius. Lyranus.*

(*Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur amplius Tophet, & vallis Ennom: sed vallis interfectionis.*) Nicolaus de Lyra existimat vim antithesis sitam in significatione nominis Ennom, quod appellatiuè sumptum gratiam & consolationem significare inquit, fortasse à verbo חנן *hhanan* gratificari, gratiamque facere, vnde & nomen חן *hhen* seu חין *hhin* gratia, ac si dicatur, non vocabitur amplius locus, & Vallis gratiæ, & consolationis, sed vallis interfectionis. Ex versione tamen Sept. quæ habet. (*Et non dicent amplius, Ara Tophet, & Vallis filij Ennom, sed vallis interfectorum colligitur,* antithesim non tam esse in nominibus, eorumque significationibus, quàm in rebus; vt sensus sit, venient dies, quando non reperietur quispiam qui verbum de Ara habeat Tophet, deque amœnitate Vallis Ennom, cuius deliciæ ad excelsorum ædificationem in Idolorum honorem prouocarant; sed è contra omnes de ea loquentur, vt de Valle interfectorum. *Non dicetur amplius,* ait Maldonatus, *id est, non erit Vallis illa nobilis, & memorabilis propter tēplum, aut Idolum Tophet, sed ob cædem Iudæorum, quæ fiet à Nabuchodonosor.* Sic, iuxta hunc sensum, verbum (*non dicetur,*) Sumetur impersonaliter; nil tamen prohibet, quin idem personaliter sumatur, & referatur ad Tophet, cuius facta est mentio in præcedenti versu, ac si dicatur. Et locus ille Tophet in Valle filij Ennom, non dicetur amplius Tophet, & Vallis filij Ennom, sed vallis interfectionis: non vocabitur Tophet, &c. sed vocabitur, &c. Quem sensum recipiunt, & Hebræa, quæ nil dissonum habent à nostra Vulgata, & hoc pacto antithesis in ipsis erit nominibus, eaque perpulchra, à deliciis nimirum, à gaudio & lætitia ad vltimum terribilium, quod mortem esse inquit Philosophus, & ad mortem ærumnosissimam, ac ignominiosissimam interfectionis ab hostibus sæuissimis. Iam enim supra ostensum est, locu Tophet id sortitum nominis vel ob ipsius pulchritudine, vt deriuatū ab Hebr. verbo יפה *iaphah* pulchrum esse; vel à gaudio tympanorū, quibus Iudæi ibidem lætabantur, vt deductum à verbo Hebraico תפף *taphah* tympanizare, seu à voce תוף *toph*, quæ tympanum significat; & nomen Vallis filij Ennom, non tam ob significatum vocis Ennom, quàm è re ipsa ex deliciis, quibus in illa indulgebatur ob loci amœnitatem, ob nemora, atque hortos, iam vulgò ingentes designabat voluptates. Vt vel ex hac vna sententia, (*& non dicetur amplius Tophet, & Vallis filij Ennom, sed vallis interfectionis;*) intelligere cuique liceat veritatem, tum eius dicti quod in libro legimus Sapientiæ, [b] *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur,* tum dicti alterius, quod ab Apostolo asseritur. [c] *Quem fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis,* Lege vltimum caput lib. 4. Regum, & hæc percipies, quæ de interfectione dicuntur, haud dubium quin Iudæorum à Chaldæis in Valle Ennom interficiendorum. Et obstupesce magnam Dei prouidentiam in pœnis ipsis infligendis. Sic quippe ibi dicitur: *Et* [d] *interrupta est ciuitas,* scil. Ierusalem. *Et omnes viri bellatores nocte fugerunt per viā portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum Regis, porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem:*) certum est autem hortum Regis extitisse in Valle Ennom; quis verò ambigat, Chaldæos in obsidione existentes contra fugientes insurrexisse, atque ibidem Vallem ipsam interfectis repleuisse?

b Sap. 11. 17.

c Rom 6. 21.

Chaldæi fecerunt stragē Iudæorum in Valle Ennom.

d 4. Reg 25. 4.

3 *Hug. Card. Iudæorū strages facta à Chaldæis quā magna.*

(*Et sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus.*) Hugo Cardinalis. (*Et sepelient,* inquit, *Chaldæi ne à fœtore corrumperentur: Vel illi qui remanebunt in ciuitate post destructionem. Eò quòd non sit locus, scil. ita promptus ad sepeliendum, quia scil. ibi occisi fuerant, vnde graue erat portare alibi. Vel quia (vt dicitur) locus ille profundus erat, nec habebat profundum. Vnde tradunt Hebræi, quòd ibi est quædam fouea quæ dicitur os Inferni, quia numquam impleri potuit, ac ibi miserunt corpora, tædio enim multitudinis affecti non potuerunt facere foueas;* Sed tam egregij Doctoris pace dixerim, Hæc gratis dici: Locus namque Tophet tunc temporis erat amœnissimus, (vt dictum est,) Nec talem habebat foueam quam more suo fabulantur Iudæi. Germanus eorum quæ hic dicuntur, sensus colligitur ex iis quæ mox subiiciuntur.

Et erit morticinum populi eius.

Vers. 33. PARAPHRASIS LITERÆ.

TANTA [e] *siquidem in Valle ea, ac præsertim in illa eius Vallis parte amœniori interfectorum erit multitudo, vt nec locus reperiendus sit sepulturæ, qui eorum capere queat cadauera: Ita vt ad cælum relicta à volucribus dilacerentur, nemine nimirum existente qui id ea abigens impediat, Iudæis omnibus vel interfectis, vel grauiter vulneratis, vel in fugam datis, vel in captiuitatem ductis,*

e Et sepelient in Tophet, eò quòd non sit locus.

Vers. 33. Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cæli, & bestiis terræ, & non erit qui abigat.

Vers. 33. EXPOSITIO LITERÆ.

ET *erit morticinum populi eius,* &c.) Illius nimirum cadauera, (*in cibos volucribus cæli, & bestiis terræ,*) futurum videlicet, vt post tantam interfectorum stragem cadauera in loco ipso Tophet, tam scilicet alioquin delicioso, in quo ea facta erit strages, more belli ad cælum nempe sepeliantur, quomodo infra de Ieconia dicetur, [f] *Sepulturā asini sepelietur putre*

Locus vbi deliciis indulgetur iudicio Dei in licio cōuertitur in locū pœnarū.

f Ier. 19. 21.

putrefactus, & proiectus extra portam Ieruſalem. Vt quod dicitur, (*Sepelient*) vel ad interfectores referatur, vel poſitum ſit pro paſſiuo, (*Sepelientur*) pro vt ex Hebr. vertit Pagninus. Confirmantque hunc ſenſum quæ adiecta ſunt, (*Eò quòd non ſit locus,*) Hebr. מאין מקום *meén macom*, propriè, *A non locum*, ſcilicet eſſe, ſicut & Sept. διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τόπον, propriè (*Propter non eſſe locum,*) Quòd ſcilicet tanta futura eſſet interfectorum multitudo, vt nec locus reperiretur ſepulchri, qui eorum caperet cadauera: ita vt ad cælum relicta à volucribus, ac beſtiis dilacerarentur. Nemine nimirum exiſtente qui ea abigat, tum propter illorum multitudinem, tum quia nec ex Iudæis reliqui erunt qui id facere queant, omnibus vel interfectis, vel in fugam datis, vel in captiuitatem ductis.

Verſ. 34. PARAPHRASIS LITERÆ.

a *Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalē vocē gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.*

NEQVE [a] *ſolùm amœnitatem delicias que Vallis Ennom in extrema hac conuertam miſeriarum ſpectacula: At inſuper de vniuerſis vrbibus Iuda, in quibus Iudæi iucundam degere conſueuerunt vitam, ac de plateis præcipuè inſignioris ciuitatis Ieruſalem, in quibus gaudia vndique reſonabant, & riſus, omnem ceſſare faciam vocem gaudij atque lætitiæ; & eas quæ in nuptiis præſertim celebrandis audiri ſolent: neque enim erit quis qui de matrimoniis contrahendis verbum tunc temporis habeat, cũctis qui reliqui fuerint immanes deplorantibus calamitates, deſolatâ terrâ vniuerſâ.*

Verſ. 34. EXPOSITIO LITERÆ.

5 *ET quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: in deſolationem enim erit terra.* Quod dicitur, (*Vocem ſponſi, & vocem ſponſæ,* duobus modis accipi poteſt, vel vt ſit explicatiuum eius quod præceſſerat, (*Vocem gaudij, & vocem lætitiæ:*) qualis nimirum in nuptiarum celebrationibus à ſponſis præſertim haberi ſolet, iuxta illud Iſaiæ.[b] *Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam*, Vel vt per auxeſim additum ad deſcriptionem futuræ deſolationis in terra Iuda poſt ſtragem, euerſionemque factam à Chaldæis, quando non erit qui nuptias celebret, ſed quotquot reliquos eſſe contigerit, propriam deplorabunt calamitatem, ſibique conſulere ſatagēt. Eſt phraſis propria Ieremiæ ſæpius in ſubſequentibus vſurpata, tametſi in libro Apocalypſis reperiatur in cap. 18. Vbi in deſcriptione deſolationis ciuitatis Babyloniæ, hæc leguntur,[c] *Et vox Cytharœdorum, & muſicorum, & tibiâ canentium, & tuba non audietur in te ampliùs:* Et pòſt aliqua, *& vox ſponſi, & ſponſæ non audietur adhuc in te.*

b Iſai. 62. 5.

c Apoc. 18. 22.

Verſ. 32.] Ideo dies veniunt, &c.

Verſ. 33.] Et erit morticinum, &c.

Verſ. 34.] Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 *ET non dicetur ampliùs*, &c. In Euangelio Dominus miſeræ iſtorum condolens ſorti ait,[d] *Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram*, totam rationem', *væ* in eo ipſo ſta- A tuens, quòd conſolationem habent, non ſimpliciter conſolationem, ſed conſolationem ſuam, quam videlicet in mundo ſibi elegerint. Vt autem intelligas, de iis hæc ſumenda diuitibus, qui aras in hoc mundo ædificant, vt per opes, delicias, & quæ ex opibus deriuant, nefanda faciant Domini ſacrificia operum ſuorum, audi quid in libro dicatur Eccleſ.[e] *Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo.* Quomodo deperiet? Quia ædificat (vt dictum eſt) ſibi aram in inferno, in qua morte mactetur B æterna, inferorum Moloch. i. Regi exhibitus, vt colligitur etiam ex eo quod per Amos dicitur.[f] *Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ,* delicioſiſſimo ſcilicet, hoc eſt, qui in deliciis mundi eſtis. Subditque paulò poſt.[g] *Qui ſeparati eſtis*, prout ſcilicet ſeparari ſolent, quæ Deo ſacrantur, ſed ſeparati eſtis *in diem malum*, i. in diem, afflictione, & dolore, malóque omni exuberanti: *Et appropinquatis ſolio iniquitatis*, propinquos nimirum voſmet facientes, & in victimam vos exhibentes Regi vniuerſæ iniquitatis. *Qui venitis in diem malum*, legunt Sept. *& tangitis* C *Sabbata mendacia.* Hoc eſt, qui ruitis vltrò in mortem, idque per hoc quòd mundi indulgetis quieti, voluptatibus, & conſolationibus: quamquam nec eæ veræ ſint conſolationes, nec ex illis ita falſis, atque mendacibus aliud vix aſſequamini, quàm tantillum earum actus.

d Luc. 6. 24. *Diuitibus multiplex væ ex ſæculi carniſque conſolationibus.*

Diuites ædificant aras ſi in inferno, in quibus Dæmoni mactentur ad mortē æternam.

e Eccleſ. 31. 7.

f Amos. 6. 1.

g Amos. 6. 3.

Diuites vltrò ruunt in mortem æternam dum falſis indulgent ſæculi voluptatibus.

VVLGATÆ.

Verſ. 32.] Ideo ecce dies veniunt, &c.

Verſ. 33.] Et erit morticinum, &c.

D *Verſ.* 34.] Er quieſcere faciam de Vrbibus Iuda, &c.

SEPTVAGINTA.

32. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ οὐκ ἐροῦσιν ἔτι, βωμὸς τοῦ Ταφεθ, καὶ φάραγξ υἱοῦ Ἐννὸμ, ἀλλ' ἡ φάραγξ τῶν ἀνῃρημένων, καὶ θάψουσιν ἐν τῷ Ταφεθ, διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τόπον.

E 33. Καὶ ἔσονται οἱ νεκροὶ τοῦ λαοῦ τούτου εἰς βρῶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀποσοβῶν.

34. Καὶ καταλύσω ἐκ πόλεων Ἰούδα, καὶ ἐκ διόδων Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐφραινομένων, καὶ φωνὴν χαιρόντων, φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης, ὅτι εἰς ἐρήμωσιν ἔσται πᾶσα ἡ γῆ.

Verſ. 32.] Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus; & non dicent ampliùs, ara F Taphet, & Vallis filij Ennom, ſed Vallis interfectorum: & ſepelient in Taphet, eò quòd non ſit locus.

Verſ. 33.] Et erunt mortui de populo hoc in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ: & non erit, qui abigat.

Verſ. 34.] Et ceſſare faciam de ciuitatibus Iuda, & de viis Ieruſalem vocem lætantium, & vocem gaudentium, vocem

ſponſi & vocem ſponſæ, quia in deſolationem erit vniuerſa terra.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur amplius Tophet, & vallis filij Ennom, ſed vallis occiſorum: & ſepelient in Tophet, eò quod non ſit locus.* Verſ. 33. *Et erit cadauer populi eius proiectum in cibum volucribus cæli, & beſtiis terræ: & non erit qui amoueat.* Verſ. 34. *Et ceſſare faciam de ciuitatibus domus Iuda; & de vicis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſorum, & vocem ſponſarum, quia in deſolationem erit terra.*

Verſ. 32. & 33. *Ideo ecce dies veniunt, &c.*

1 Hieronym. Hieronymus. *Tempus obſidionis ſignificat, quod ab anno nono Sedechiæ Regis vſque ad annũ vndecimum perpeſſi ſunt: & quod nequaquam vocetur vallis ipſa gehennom, hoc eſt Vallis Ennom, ſiue filij Ennom: ſed ob interfectionem plurimorum vallis occiſionis.* A *Tanta autem cædes erit, vt in loco prius religionis, ſepulchra ſint in [illegible]: & quos ſepelire non potuerint, lacerentur ab auibus, & à beſtiis deuorentur, Nullusque ſit qui abigat, ſimilia metuens, & humandi vicinus officiis.*

Theodoritus. *In hoc loco multos ipſorũ aſſerit interficiendos eſſe, & pro vestibulo & epulis proponendos auibus, & feris. Quin etiam loci denominationem mutandam: nec vltra vallem filij Ennom eſſe vocitandam, ſed vallem interfectorum.* Theodorit.

D. Thomas. (*Ideo ecce dies, &c.*) *Vt vbi peccauerunt, ibi puniantur, (& erit morticinum) ſepelientur tamen aliqui vel à reliquiis, vel ab hoſtibus non valentibus ſuſtinere fœtorem.* D. Thomas. *Vbi peccatũ, ibi plerũque eſt & peccati punitio.*

B Verſ. 34. *Et quieſcere faciam, &c.* Hieronymus, *Cùm locus idololatriæ verſus fuerit in ſepulchra: vt vbi Deum offenderant, ibi eorum inhumata iaceant cadauera: de vrbe quondam Ieruſalem, & de cæteris vrbibus, quæ ſub illius ditione erant, auferetur omnis lætitia, & mœrore gemituque, & deſolatione omnia complebuntur.* 2 Hieronym.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΑ᾽ τοῦτο ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ οὐκ ἐροῦσιν ἔτι βωμὸς τοῦ Ταφέθ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] βούλεσθε φησὶ σφάζειν; ἐγὼ ποιήσω νόμῳ πολέμου τοῦτο. βέλτιον οὕτως ἀναιρεῖσθαι τοὺς υἱοὺς, ἢ χερσὶ πατρικαῖς.

[Καὶ οὐκ ἐροῦσιν ἔτι βωμὸς τοῦ Ταφέθ. ἀλλὰ φάραγξ τῶν ἀνῃρημένων, καὶ θάψουσιν ἐν τῷ Ταφέθ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸ Ταφὲθ ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννὸμ, τόπος ἦν οὕτω λεγόμενος. ἦν δὲ ἐλαιὼν ἐν προαστείοις Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ τοὺς εἰδωλολάτρουν εἰς φάραγγα, καὶ Ἡσαΐας ἐμνήσθη λέγων ἐν φάραγγι Σιὼν πλανῶνται ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. ἐνταῦθα πείσονταί φησιν, ἃ κατὰ τῶν τέκνων ἔδρασαν ἀσεβήσαντες, ἐν χώρῳ τῆς ἀσεβείας θαπτόμενοι. διὰ δὲ πλῆθος νεκρῶν, καὶ ἄταφοι κείσονται.

[Καὶ καταλύσω ἐκ πόλεων Ἰούδα. φωνὴν εὐφραινομένων. φωνὴν χαιρόντων.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] καὶ τότε μὲν ἐξ Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐφραινομένων κατέλυσεν ὁ θεὸς, καὶ νυμφίου, καὶ νύμφης. μέχρι δὲ νῦν ἐστέρηνται πνευματικῆς εὐφροσύνης, καὶ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου, καὶ φωνῆς τοῦ νυμφίου Χριστοῦ, καὶ τῆς νύμφης αὐτοῦ ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα πρωτοτόκων. ἔνθα φησὶ πάντων εὐφραινομένων ἡ κατοικία. καὶ εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. ἔνθα τῶν ἑορταζόντων ἦχος. ἐκεῖ ἐστι καὶ τῆς τοῦ νυμφίου ἀκοῦσαι φωνῆς. ὁ γὰρ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστὶ, καὶ οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ᾽ ὅσον ἐστὶν ὁ νυμφίος μετ᾽ αὐτῶν.

C Verſ. 31. IDEO *ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicent amplius, ara Taphet, &c.* 3

Chryſoſtomi.] *Vultis inquit iugulare? hoc ego lege belli faciam, meliùs ita quàm paternis manibus filios enecari.* Chryſoſt. *Peccata ſingula quàm congruâ pœnâ à Deo caſtigantur.*

Et non dicent ampliùs ara Taphet, &c. Sed vallis interfectorum, & ſepelient in Taphet, &c.

Incerti.] *Taphet in Valle filij Ennom locus erat ſic dictus, erat autem oliuetum in ſuburbiis Hieruſalem, in quo Idola colebant in valle, cu-* D *ius & Iſaias meminit dicens;* [a] *in Valle Sion aberrent à paruo vſque ad magnum. Hîc inquit, ea fient illis quæ contra liberos impiè agentes ipſi fecerunt; in loco impietatis ſepelientur, & propter mortuorum multitudinem ſepulturæ quoque expertes iacebunt.* Incertus. *Taphet erat oliuetum in ſuburbiis Ieruſalem.* a Iſai. 30. 33.

Verſ. 34. (*Et ceſſare faciam de ciuitatibus Iuda, &c. vocem lætantium, &c. vocem ſponſi, &c.* 4

Incerti] *Et tunc quidem è Ieruſalem clamo-* E *rem gaudentium diſſoluit Deus, & ſponſi & ſponſæ; & vſque nunc ſpirituali conſolatione deſtituti ſunt, lætitiaque innenarrabili, & voce ſponſi Chriſti, ſponſæque eius Eccleſiæ, & præcipuè primogenitorum. Vbi inquit omnium lætantiũ habitatio, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum; vbi nullus dolor, triſtitia & ſuſpirium, vbi feſtum diem celebrantium ſonus, ibi & ſponſi vox audiri poteſt:* [a] *qui enim habet ſponſam Sponſus eſt,* [b] *Nec filij nuptialis thalami poſſunt ieiunare, quo vſque ſponſus vnà cum ipſis verſatur.* Incertus. *Impij priuãtur gaudio, & præſentis, & futuræ vitæ.* *Cæleſtis patriæ gaudia quanta.* a Ioan. 3. 29. b Luc. 5. 34.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

1 IN illo tempore, A
ait Dominus, eii-
cient oſſa Regum
Iuda, & principum
eius, & oſſa Sacer-
dotũ, & oſſa Pro-
phetarum, & oſſa
eorum qui habi-
tauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis.
2 Et expandent ea ad Solem, & Lunam,
& omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, B
& quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambu-
lauerunt, & quæſierunt, & adorauerunt;
non colligentur, & non ſepelientur: in
ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt.
3 Et eligent magis mortem quàm vi-
tam omnes qui reſidui fuerint de cogna-
tione hac peſſima in vniuerſis locis, quæ
derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit Do-
minus exercituum.
4 Et dices ad eos: hæc dicit Dominus. C
Numquid qui cadit, non reſurget? & qui
auerſus eſt, non reuertetur?
5 Quare ergo auerſus eſt populus iſte
in Ieruſalem auerſione contentioſa? Ap-
præhenderunt mendacium, & noluerunt
reuerti.
6 Attendi, & auſcultaui: nemo quod
bonum eſt loquitur: nullus eſt qui agat
pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens,
Quid feci? omnes conuerſi ſunt ad cur- D
ſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad
prælium.
7 Miluus in cælo cognouit tẽpus ſuum.
Turtur & Hirundo, & Ciconia cuſtodie-
runt tempus aduentus ſui: populus au-
tem meus non cognouit iudicium Do-
mini.
8 Quomodo dicitis, Sapientes nos ſu-
mus, & lex Domini nobiſcum eſt? Ecce
mendacium operatus eſt ſtylus mendax E
Scribarum.
9 Confuſi ſunt Sapientes, perterriti, &
capti ſunt, verbum enim Domini proie-
cerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.
10 Propterea dabo mulieres eorum ex-
teris, agros eorũ hæredibus: quia à mini-
mo vſque ad maximum omnes auaritiam
ſequuntur: à Propheta vſque ad Sacerdo-
tem cuncti faciunt mendacium.
11 Et ſanabant contritionem populi mei F
ad ignominiam, dicentes: Pax, pax, cùm
non eſſet pax.
12 Confuſi ſunt, quia abominationem
fecerunt, quinimò confuſione non ſunt
confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcir-
co cadent inter corruentes, in tempore
viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus.
13 Congregans congregabo eos, ait
Dominus; non eſt vua in vitibus, & non
ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: &
dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.
14 Quare ſedemus? conuenite, & in-
grediamur ciuitatem munitam, & ſilea-
mus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilê-
re nos fecit, & potum dedit nobis aquam
fellis: peccauimus enim Domino.
15 Expectauimus pacem, & non erat
bonum: tempus medelæ, & ecce for-
mido.
16 A Dan auditus eſt fremitus equo-
rum eius, à voce hinnituum pugnatorum
eius commota eſt omnis terra. Et vene-
runt, & deuorauerunt terram, & pleni-
tudinem eius: vrbem & habitatores eius.
17 Quia ecce ego mittam vobis Ser-
pentes regulos, quibus non eſt incantatio:
& mordebunt vos, ait Dominus.
18 Dolor meus ſuper dolorem, in me
cor meum mœrens.
19 Ecce vox clamoris filiæ populi mei
de terra longinqua: Numquid Dominus
non eſt in Sion, aut Rex eius non eſt in ea?
Quare ergo me ad iracundiam concita-
uerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitati-
bus alienis?
20 Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas, &
nos ſaluati non ſumus.
21 Super contritione filiæ populi mei
contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor ob-
tinuit me.
22 Numquid reſina non eſt in Galaad,
aut medicus non eſt ibi? quare ergo non
eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

Verſ. 1.] In illo tempore, ait Dominus: eiicient oſſa Regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum, qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EA [a] vobis temporis illius, praexpoſita acerbiſſima vel ſtragis in Tophet, vel vaſtationis in Ieruſalem, atque in toto Iudea ſolo vaticinabor, quæ ſi meis referrem verbis, vix illis adhiberi poſſet fides: cùm tamen, loquente in me Domino, eodemque illa enarrante, nullum quoad ipſorum certum euentum exoriri fas ſit dubiũ. [b] Non ſolum qui viui reperti fuerint Iudæorum, tunc vaſtationis illius erunt participes, immanemque Chaldæorum ſentient crudelitatem, vel interfecti, vel in fugam acti, vel ducti in captiuitatem: Sed & mortuis quoque à ſuperioribus annis ſua eiuſdem ſæuitiei pars erit,

a In illo tempore ait Dominus,
b Eiicient (ſeu educent, efferent) oſſa Regum Iuda, & oſſa principũ eius, & oſſa Sacerdotũ, & oſſa Prophetarum, & oſſa eorũ qui habitauerũt Ieruſalẽ, de ſepulchris ſuis.

erit, eaque non modica. Siquidem ferinâ Chaldæi illi rabie in obuia sæuientes sepulchra, illorum præsertim qui tantæ cladis causa per sua horrenda extiterunt scelera, exhumabunt ossa Manasses, & Amon Regum Iuda, quos in horto Ozæ extra sepulchrum filiorum Dauid sepultos intelligent, Dei sic disponente iustitiâ: necnon & ossa Principum, Sacerdotum, ac Pseudoprophetarum Iudaici populi, qui quoquo modo ei duces vel in idololatria, vel in sceleribus aliis extitêre: Atque etiam eorum qui, cùm in ciuitate sancta Ierusalem habitarent, multiplici eam polluerant iniquitate. Nec per rabiem duntaxat ossa ista omnia efferent è sepulchris suis, sed & vt peruersissimorum hominum ad maximam ea eiicient ignominiam.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 IDEM prosequens Propheta vaticinium euersionis Ierusalem, totiusque Iudææ, & ingentis Iudaici populi interfectionis per Chaldæos faciendæ in Tophet, de quibus in fine capitis præcedentis: vt & crudelitatem eorumdem Chaldæorum, per quos ea facienda erant, reddat patentiorem, & pœnam quoque manifestam faciat eorum qui iam defuncti erant Iudæorum antequam Chaldæorum in Iudæam adueniret exercitus, quorum & potissimùm scelera in id miseriarum iniecerant Dei populum. Et vt funestissimæ illius cladis exactam, omnibusque, vt dicitur, numeris absolutam expleat descriptionem, hæc addit.

Vers. 1. *In illo tempore*, quando scil. præexposita contingent, *ait Dominus*. q. d. Non ipse, sed Deus est, qui hæc loquitur. *Eiicient ossa Regum Iuda: & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis. Et expandent*, &c. Non ignoro aliquos Codicum habere, *Eiicient ossa Regis Iuda*; Ex originalibus tamen Hebr. & Græc. patet legendum in plurali *ossa Regum Iuda*, prout habent & correctiores nostræ Vulgatæ textus. Est autem difficile deffinire, quorum nam Regum ossa à Chaldæis effossa sint, cùm nihil ex Sacris literis habeamus certi. Duo sanè mihi ferè certa sunt, primùm, intelligi hæc minimè posse de regibus Iuda, qui fuerunt post Iosiã, quando hoc factum est vaticinium, qua de re nullum mihi inest dubium, cum de Ioachaz lib. 4. Reg. legamus, illum ductum à Pharaone Nechao in Ægyptum, ibidemque esse mortuum. Et de Ioachim eodem lib. legimus, ductum in Babylonem ibi permansisse in Carceremque ad Regnũ Euilmerodach, qui illum è carcere eductum regio prosecutus est honore. Et de Sedecia manifesta est ipsiusmet Ieremiæ prophetia, quâ dictum ei fuit, *In* [a] *pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum Regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te.*

Ossa quorum Regum Iuda effossa sint à Chaldæis.

a 4. Reg. 23. 34.

Difficultatis aliquid esse posset circa vnum Ioakim patrem Ioachim, sed hunc non fuisse sepultum, ita vt dici quiuerint, eiecta ossa illius è sepulchro suo, colligitur & ex cap. 24. lib. 4. [b] Reg. vbi cùm mortuus dicitur, nil de ipsius asseritur sepultura, & ex eo quod de eodem prophetauit Ieremias noster infra cap. 22. vers. 19. [c] *Sepulturâ asini sepelietur*. Vt Deo dante ibi probabo.

b 4. Reg. 24.

c Ier. 22. 19.

2 Alterum, quod & certum quoque mihi est, tametsi non ita vt in eo aliquid esse nequeat dubij. Nec de iis hæc intelligi Regibus Iuda, qui sceleftissimum præcesserunt Regem Manasse, de quibus fere (ni fallor) vniuersis dicitur in sacra eorumdem historia, quòd sepulti sint cum patribus suis in Ciuitate Dauid, in vno nimirum communi Regum Iuda Mausolæo nobilissimo, ibidem propterea à primo ipsorum parente Rege Dauid, vel potiùs ab illius filio Salomone superbissimè extructo, cuius Mausolæi meminit liber Paralipomenôn, vbi de sancto Rege Iosia hæc habet, [d] *Asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusque est, & sepultus in Mausolæo patrum suorum*, illo nimirum, de quo in funere sancti item Regis Ezechiæ, dictum fuerat, [e] *Et sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid*, id est, in sepulchro, vbi filij Dauid Reges Iuda propriâ cuique sede assignatâ sepeliri mos fuerat. Nam & de quinque Regibus Iuda, nempe de Asa, de Ioram, de Ioas, de Ozia, & de Achaz, de quibus in 2. lib. Paralipom. dicitur non fuisse sepultos cum aliis Regibus item Iuda. Ex libris nihilominus Regum habetur, sepultos ipsos fuisse cum patribus suis in ciuitate Dauid: sic de Asa 3. Reg. 15. 24. Sic de Ioram 4. Reg. 8. 24. Sic de Ioas 4. Reg. 12. 21. sic de Ozia 4. Reg. 15. 7. tametsi is alio nomine Azarias ibi vocetur. Sic denique de Achaz 4. Reg. 16. 20. Vt necessariò tenendum sit, & istos in eodem campo fuisse sepultos, licet non in eodem Mausolæo, vt manifestè colligitur ex verbis 2. Paralipom. cap. 26. vers. 23. quibus de Ozia dicitur, *Sepeliērũt eum in agro regalium sepulchrorum, eò quòd esset leprosus.*

Sepulchrum Dauid commune Regibus Iuda.

d 2. Paral. 35. 24.

e 2. Paral. 32. 33.

Inde autem hoc mihi pro certo persuadeo, quòd istud Dauidis sepulchrum intactum fuisse reperio vsque ad tempora Hyrcani, multis profectò sæculis post Chaldæorum aduentum contra Ierusalem. Enimuero Ioseph Hebræus lib. 13. Antiquit. cap. 15. narrat, Hyrcanum id aperuisse sepulchrum Dauid, & tria millia talenta pecuniarum inde protulisse: Cùm illud antiquitùs & apud Iudæos, sicut & apud plerasque aliarum Gentium, in more esset, vt cum cadaueribus diuitiæ, preciosissimæque conderentur suppellectiles. Vnde idem Ioseph lib. 16. cap. 11. enarrans, quid & ab Herode postmodùm circa idem Dauid sepulchrum factum sit. *Noctu*, inquit, *apertum illud ingreditur: depositas pecunias sicut Hyrcanus non inuenit, sed mundi preciosi, & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit.* Per quæ adducor, vt nec id probem, quod ferè communiter hîc ab expositoribus dicitur, propter auaritiã à Chaldæis istam, de qua hoc in loco fit mentio, ossium faciendam effossionem; vt nimirum è sepulchris, atque ex sepultorum cadaueribus repositas extraherent opes, regias coronas, annulos, preciosaque indumenta. Quamuis enim non abnuã, quod & à Hieronymo asseritur, & moris antiquissimi Gentium extitisse probat Alexãder ab Alexandro lib. 3. suorũ Genialium c. 7. In Regum capitibus aureas coronas apud Iudæos poni solitas cùm sepulchro conderentur vnà cum lapidibus preciosis; & Principibus annulos, qui nobilitatis erant insignia; aliisque preciosa varia pro cuiusque status, & ordinis ratione, & facultatibus: nihilominus non crediderim, Chaldæos si adeo pecuniarum è sepulchris eruẽdarum fuissent auidi, omisso, quod opulentissimum sepulchrorum omnium erat, Dauid, Regumque Iuda Mausolæo, aliis rapaciter effodiendis sepulchris operam dedisse.

3\. *In sepulchro Dauid maxima reperta diuitia.*

Ioseph. Heb.

In sepulchris antiquitùs vnà cum cadaueribus cõdebantur, & ingentes diuitiæ.

Iudæi sepeliebant cum insignibus gradus cuiusque mortuorum.

Quamobrem, vt dicam quod ipse coniicio, Suppono primum, haud propter auaritiam effossionem 4

Ossa cadauerum sepultorum Iudæorū à Chaldæis exhumata sint.

fossionem istam ab illis factam; sed primo barbaricæ eius gentis naturæ, & crudelitatis impetu: diuinoque dispositum consilio, vt vel etiam mortui ij ab iisdem Chaldæis ignominiâ afficerentur, qui eius quæ per illos facienda erat vastationis Iudeæ, potissima sceleribus suis extiterant causa: quales certè fuerant praui Sacerdotes, Pseudoprophetæ, Ciues Ierusalem, qui sacram polluerant ciuitatem, & domum Domini, multóque magis Principes, ducesque populi; sed in primis Reges Iuda. Existimo autem quod hic dicitur de effossione ossium Regum Iuda, de iis intelligi duobus, qui cæterorum omnium fuère pessimi, Manasse, & Amon eius filio: Sic quippe in 21. cap. lib. 4. Regum legimus, [a] *Quia fecit Manasses Rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditiis suis. Propterea dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam*, &c. Et de Rege Amon dicitur in lib. 2. Paralipom. [b] *fecit malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit, & non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multò maiora deliquit.* Et in cap. 24. lib. 4. Regum, iterum de Rege Manasse hæc habentur, [c] *factum est autem hoc* (malum sc. tam graue) *per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse, & vniuersa quæ fecit*, &c.

a 4 Reg. 21. 11.
b Par. 33. 22.
c 4. Reg. 24. 3.

Vt de his duobus Regibus Manasse, & Amon hæc intelligam, (*Et eiicient ossa Regum Iuda*) vtque primum talis crudelitatis, & rabiei impetum in ipsos exercuerint Chaldæi, inde pariter mihi persuadeo, quòd de his duobus solis Regibus Iuda asserit, [d] Scriptura Sacra, sepultos fuisse in horto domus suæ, qui dicebatur hortus Oza; vt Chaldæi in regiam domum, atque in illius hortum sæuientes, quod in ipso conspexerunt erectum demoliti sint sepulchrum, & quæ in eodem condita reperère duorum istorum Regum effodierint, eiecerint, ac proiecerint ossa, quam barbariem, rabiemque eodem impetu reliqui eiusdem exercitus milites per ciuitatem, ac per illius agros dispersi erga cæteros exercuère, quorum hic meminit Propheta dum addit, *Et ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis*, quæ scilicet ad ipsam spectabant ciuitatem. In hortis namque & prope ciuitates fieri apud Iudæos solita monumenta, & ex Ioannis Euangelio colligere est, vbi dicitur, [e] Christi monumentum extitisse in horto, qui erat in loco vbi ipsum crucifixerant.

d 4. Reg. 21. 18. & 26.
e Ioa. 19. 41.

5 Porrò ad hanc explicandam militum sæuitiē facit quàm maximè verbum, quo vsus est noster Interpres, (*Eiicient,*) quod actum præ se fert ingentis rabiei, multóque maiorē habet vim quàm verbum Hebraicum יוציאו iotziu, id est, (*exire facient, educent,*) quomodo & Sept. (*efferent.*) Quin per idem verbum (*eiicient*) & id pariter meliùs exprimitur: propter quod in primis contra Iudæos istos, quorum hic meminit Propheta, prædictam à Chaldæis exerceri Deus voluit sæuitiam, ignominia nimirū talis, qualis inferri decuit his qui vel idololatriam instituerunt, vel ad defectionē à vero Dei cultu alios excitarunt, vel infidelitatis exemplum fuerunt, & hortatores. Quomodo & nostris etiam temporibus fieri consueuit, vt hæreticorum exhumentur ossa, & extra locum sacrum ignominiâ maximâ eiiciantur in sterquilinium. Quod & iis regia insigniti fuissent dignitate fieri solitum ab Ægyptiis antiquitùs asserit Diodorus Siculus lib. 1. cap. 3. & 5. Quid Ægyptios? quid prophani auctoris dictum recenseo? cùm Sacras literas huius ignominiæ Sacerdotibus Baalim à sancto Rege Iosia illatæ testes habeamus, cùm 2. Paralipom. 34. 5. dicatur, *Lucos etiam, & sculptilia succidit, atque comminuit: & super tumulos eorum, qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit. Ossa præterea Sacerdotum combussit in altaribus idolorum.* Quin & simili ignominiâ afficiendum peruersissimum ipsum Chaldæorum Regem Nabuchodonosor à Deo per Persas, Medosque testis est Isaias cap. 14. vbi post execrandorum illius scelerum enarrationem, hæc illi denunciantur. [f] *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum.*

Ossa aliquorū è sepulchris eiici solita ob ingentem illorum, dum viuerent, peruersitatem.

Diod. Sicul.

Nabuchodonosor ossa eiecta è sepulchro à Medis, & Persis.

f Isai. 14. 19.

6 Quæ ego intelligo de ipso Nabuchodonosor, quem Darius Medus post interfectionem Regis Balthassar è sepulchro ignominiosè extulisse, eiusque ossa vnà cum interfecti Balthassar cadauere, insepulta ad medios apertosque agros proiecisse, Regi enim Nabuchodonosor totum id vaticinium habitum non ambigo: Nam quod à plerisque expositorum in contrarium affertur. [g] *Præparate filios eius occisioni, in iniquitate patrum suorum non consurgent nec hæreditabunt terram, nec implebunt faciem Orbis terrarum*: Id mihi nullam ingerit molestiam; nam tametsi certum sit, filium Nabuchodonosor Euilmerodach post illum regnum hæreditate obtinuisse, in eoque obiisse, relicto item filio eiusdem regni hærede Balthassar, vt manifestè colligitur ex dictis infra per Ieremiam in 27. [h] *Et seruient ei*, sc. *Nabuchodonosor omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius ipsius.* Notissimus nihilominus Sacrarum literarum est mos, vt & nepotes, pronepotes, ac successores appellent filios; & auos proauosque patres, sicut ipsum Nabuchodonosor auum Balthassar illius patrem regina eiusdem Balthassar coniux nuncupauit Danielis sc. dicens, [i] *Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorū sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia, & sapientia inuentæ sunt in eo: nam & Rex Nabuchodonosor pater tuus*, &c. In hoc autem proportionatum, & congruum admirandum est Dei iudicium, quo factum est; vt & Nabuchodonosori eadem illata ab ipsius hostibus fuerint ignominiosa, & crudelia exhumationis, & proiectionis ossium eius, qui (vt hîc dicitur) ossa de sepulchris eiecit regum, principum, Sacerdotum, Prophetarum, ciuiumque Ierusalem. Quam diuini iudicij æquitatem & impius ille in principio libri Iudicum secum seruatam confessus est Adonibezec Chananæorum, & Pherezæorum dux, cæsis summitatibus manuum eius, ac pedum, dicens, [k] *Septuaginta Reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.*

g Isai 14. 21.
h Ier. 27. 7.

Filiorum nomine appellari in scriptura, & nepotes, & pronepotes, & successores, sicut & aui ac proaui appellati patres.

i Dan. 5. 11.

Iudiciorum Dei quanta æquitas.

K Iudic. 1. 7.

Vers. 1.] In illo tempore, ait Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 TRIA ex hoc loco colligo Moralia. Primum, quàm inane sit mundanorum hominum studium in ædificandis sibi sumptuosis

Sepulchra sūptuosa sibi ædificare quàm vanum.

ptuosis è Pario, mixtoque, & tessellato marmore sepulchris, in quibus perpetuam magna cum nominis sui existimatione habituros se censent requiem, id ferè dicentes, quod à sancto Iob dictum reperiunt, [a] *Dormientes silebimus, & somno*, scil. mortis *nostro requiescemus cum regibus, & consulibus*, id est, magistratibus terræ, *qui ædificant sibi solitudines*, id est, sepulchra in quibus soli condantur. *Aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento*, sepulchra nimirum sua preciosis auro, argentoque contextis indumentis, quibus in ea inferri volunt, replentes, de quibus domibus in Psalmo 48. legimus, [b] *Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus eorum in æternum*, id est, Ita faciunt preciosa sepulchra de marmore, & lapidibus sculptis, ac si ibi habitaturi essent in æternum. Cum tamẽ hoc nedum vanitas sit, sed ita frequenter falsum, vt ipsorum exinde ossa eiiciantur: prout hoc loco habemus, Regibus, principibus, & cuiuscumque status contigisse hominibus: & sæpe in Vrbe obseruaui, ipsam ditem sepulchrorum materiam multorum, magnorum, ac preciosorum lapidum, & columnarum occasionem præstitisse, vt antiquorum monumenta diruerentur, & quæ in illis condita erant vel ossa, vel cineres eiicerentur.

a Iob.3.13.

b Psa.48.12.

8 Morale secundum est, quòd si in tam magnam mortuorum pœnam redundat, vt eorum ossa hostiliter exhumentur, & eiiciantur. Cùm tamen certum sit, ossibus mortuorum nihil inesse sensus, ita vt quid percipere queant pœnæ. Quid erit extremi iudicij tempore, quando ad Angelicæ tubæ sonitum mortuorum impiorum ossa vnà cum toto corpore animata è sepulchris egredi cogentur, vt ad ignes perpetuò sepeliantur in inferno vnà cum impio epulone illo Euangelico, de quo legimus, [c] *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.*

Iudicij tẽpore quãtũm mortuorũ erit impiis cùm resurgent eorũ corpora, vt sepeliantur in Inferno.

c Luc.16.22.

Tertiò demum, & id maximi æstimare debent quotquot impiè viuunt, præsertim Principes, Prælati, & qui aliis solent esse in exemplũ; quòd etsi fortasse id ipsis non continget, vt re ipsâ eorum è sepulchris suis exhumentur, & eiiciantur ossa corporis: In magnam tamen ipsorum ignominiam, Deo sic iusto suo disponente iudicio, eueniet plerumque, vt & ipsorum vitia, vti fœtidissima cadauerum ossa hinc & inde per omniũ eiiciantur ora: Et nonnumquam, cum maledictis proscinduntur, ossa quoque eorum maledicantur, idque iusto, vt dixi, Dei iudicio, de quo legimus in Psalmo 52. [d] *Quoniam Deus dissipauit*, dissipare, scil. faciendo, *ossa eorum, qui hominibus placent*, fortia nimirum illorum gesta, quæ ad humanam captandam gloriam in mundo egerũt; *Confusi sunt*, confusionem, ignominiámque reuexerunt exinde, *quoniam Deus spreuit*, & spernere fecit *eos*. [e] *Fama bona*, dixit aliquando Sapiens *impinguat ossa*, haud dubium quin & eorum, qui iam defuncti, sepultique sunt, iuxta illud Ecclesiast. [f] *Vt sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorũ permaneat in æternum.* Cùm de impiorum ossibus eodem libro Ecclesiast. dictum sit: [g] *Plaga linguæ comminuet ossa*: eiecta videlicet è sepulchro eorum gesta discerpens: prout eodem capite declaratur, cùm subditur. [h] *Qui relinquunt Deum incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi Leo, & quasi Pardus lædet illos*, discerpendo videlicet eorum ossa, & gesta.

Principum, & Prælatorum impiorum vitia post eorũ mortẽ veluti ossa ex sepulchris hinc inde per ora hominum proiiciuntur.

d Psal.52.6.

e Prou. 15. 30.

f Eccl.46.14

g Ecclef. 28. 21.

h Ecclef.28. 27.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 3.

Vers. 2.] Et expandent ea ad Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EIECTA [a] *autem, vt suam magis expleant rabiem, per apertos dispergent agros; & ne illorum aliquod forsitan coopertum remaneat vel ab herba, & frutice quopiam, vel ab ossibus ceteris, seiunctim vnumquodque eo extendent modo, quo à lotricibus quæ abluerint expanduntur madida lintea, vt exsiccentur. Expandéntque illa ad Solem, & Lunam, & Stellas, astraque omnia, vt diu noctuque ad vniuersas exposita sint cæli, terræque iniurias: Et vt ea quæ toto cordis affectu, totaque virtute, ac omni studio per idololatriam prosecuti sunt, velut instructo exercitu in vltionem offensæ Dei, aduersus ea & luce suâ, quâ omnium ipsa patefacient aspectui, & suis dimicent influxibus, æstus imbresque causantibus quibus perturbentur, & deturpentur. Nec* [b] *quisquam reperietur qui miseratione commotus vel ea sepulturæ iterum mandet, vel saltem in vnam colligat struem: Sed super terræ superficiem, in qua expansa fuêre, erunt quasi res fœtida, turpis, & quam nemo visu, aut contactu dignetur. Ostentui planè, & exempla infœlicis exitus, & iusti iudicij Dei erga rebelles ipsius tales.*

a Et expandent ea ad Solem, & Lunam, & omnem militiã cæli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt.

b Non colligentur, & nõ sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET expandent ea ad Solem, &c. Explicatur in his meliùs, quod mox dictum fuerat, Chaldæos effossa eiecturos è sepulchris suis ossa Regum Iuda, & reliquorum Iudæorum: eiecta, inquit, vt magis suam expleant rabiem, per apertos dispergent agros, & ne aliquod illorum quoquo modo opertum remaneat vel ab herba, & frutice quopiam, vel ab ossibus aliorum, seiunctim quodlibet eo extendent modo quo à linteaminorum lotricibus, quæ abluere expanduntur lintea, vt exsiccentur. Vnde in versione Sept. quamuis Codices Complutensis, & Regius habeant ἐκτενοῦσιν *(extendent)* iuxta alios tamen correctiores Codices, legitur ψύξουσιν *(Torrebunt, exsiccabunt,)* prout hoc ipsum quod hîc est Hebraicum verbum שטח *sciathah* noster interpres in Vulgata vertit & in cap. 11. lib. Numer. *Siccauerunt eas*, sc. coturnices *per gyrum castrorum*, & in cap. 26. Ezechielis, [d] *Siccatio Sagenarum erit in medio maris.* Quamquam dum expansa non ad Solem duntaxat dicta asseruntur ossa, sed & ad omnia astra, significatur, ob id illam eorum faciendam extensionem, vt diu, noctuque ad omnem exposita essent cæli iniuriam, siue æstuum, siue roris, siue glaciei, siue niuis, siue imbriũ impetu suo illa deturbantiũ, illatoque ea conspurcantium cæno. Ideoque apto vocabulo astra, quæ quasi sub duobus primis ducibus Sole, & Luna aduersùs ea militant influxibus suis, militia cæli vniuersa hîc nuncupantur,

Allusio.

c Num.11. 32.

d Ezec.26.5.

Stellæ cur appellata militia cæli.

Ioannes

2 Ioan. Mlad.

Ioan. Maldonatus ſuper hunc locũ ſtellarum multitudinem multitudini armatorum militum peruulgatã Sacr. Literarum phraſi nũcupari ait, quia galearum coni tãquam ſtellæ micare ſolẽt. Alij à ſplendore item ſuo eam ſic appellatã cenſent, quòd terſis armis, pulchriſque ornamentis decorum repræſentent exercitum, & ob hanc rationem noſtrum interpretẽ in 2. ca. lib. Gen. quod in Hebr. dicitur,[a] *Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis exercitus*, & militia eorũ pro exercitu, vertiſſe, *Et omnis ornatus eorũ*, Eius tamẽ appellationis ratio potior, & ex vi colligitur Hebr. nominis, & ex loco eximio libri Iudicum. Siquidẽ nomen צבא *tzaba* ita militiam ſonat, & exercitum, vt propriè ſtationem ſignificet, quę certo ordine, & tempore conſtituitur in bello: à verbo צבא *tzaba*, quod non tam actum deſignat præliandi, quàm ſtare in militia ordine, loco, & tempore conſtituto, & omnino ipſam militarem ſeruare diſciplinam, & ordinem: Vnde & Metaphoricè vſurpatur ſæpiſſimè pro Miniſtrare ordine, & ſtato tempore, & de cultu, & miniſterio Eccleſiaſtico paſſim dicitur, vbi decenter omnia ſuo quæque ordine, & ſuo fiunt tempore.

a Gen. 2. 1.

Stellæ quomodo militare dicantur.

De ſtellis itaque iuxta prædictæ vocis ſignificatum proprium dicitur in libro Iudicũ, [b] *Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſarã pugnauerunt*: nam ſuis ſedibus, & ſtationibus ea quę ſunt in firmamento hærent immotæ, adeòque & fixæ nuncupantur: ſuis certis, & definitis motionibus caſtrametantur: inter quæ, ſydera in ſuis orbibus vagantur, quæ & propterea dicuntur errantia, quòd in cæleſti hoc exercitu quaſi adminiſtræ, &, vt dicunt, officiales inter alios vagentur milites, quorũ dux Sol, Lunaque eſt Regina, vnde in præcedenti capite Reginam cæli eam vidimus appellatam. Porrò quemadmodũ militũ exercitus tum acriùs dimicat, & fœliciùs, cùm ex editiore loco pugnat, & dum ſuum in acie quilibet locum tuetur, neque turbari ſinũtur ordines. Ita & aſtra ex altiſſimis cælorum orbibus ſuum imperturbabilem ſeruantia & locum, & ordinẽ luce pugnant efficaciſſimè & calore, influxuque ſuo, quibus multiplicia cauſant meteora, tempeſtateſque in primis ac procellas, quomodo tunc temporis contra Siſaram pugnauerunt vehemẽtiſſimæ tempeſtatis cauſatione, & contra proiecta, expanſaque à Chaldæis Iudæorum oſſa ſimilibus dimicarunt effectibus. Tametſi aduersùs illa præliata potiſſimùm dixerim, per lucẽ quam in ordine ſuo ſtantia ſuper eis exhibuêre, vt in ſummum illorum opprobrium à tranſeuntibus vniuerſis & conſpicerentur, & conculcarentur.

Stellæ quomodo dimicent.
b Iudi. 5. 20.

3 *Ex peccatis quid reuehatur.*

Quæ dilexerunt & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt. Iure addita hæc ſunt, vt omnibus qui ea intuiti fuerint oſſa, perſpicua fiat iuſti iudicij Dei proportio, cùm per ea contra vel etiam mortuos pugnatum ſit, propter quorum cultum à ſuo vero Deo illi viuentes defecerant, intelligerentque vniuerſi quid tandem ex inani iſtiuſmodi cultu reueħatur. Clariùs hæc exprimuntur in Hebraico textu, in quo ſingulis his verbis præponitur particula אשר *aſcier* in ſignificatu Latinæ particulæ, eò quòd, prout bene vertitur à Vatablo, *Eò quòd dilexerunt ea, eò quòd*, &c. Porrò per quinque diſtincta, quæ poſita ſunt verba, ardentiſſimum, omnique ex parte cumulatum, plerumque deſignatur eorundem Iudæorum ſtudium idololatriæ erga ipſam cæli militiã, quo in primis Rex Manaſſes eam proſecutus di-

Idololatriæ ſtudiũ quàm magnum in Iudæis.

A citur lib. 2. [c] Paralipom. adorans omnẽ militiam cæli, colenſque eam. Quodque & ſupra in præcedenti capite 7. [d] iuxta verſionem Sept. peregregiè deſcriptum vidimus, omni perſonarum genere, omni ſexu, nulliuſque laboris defatigatione ei operam dante. Et quaſi ad eorundem improperium per hæc quid iis dicere ſimile voluit, quibus in Cantico Moyſis aliàs ita exprobrauit, [e] *Vbi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam, Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.* Hugo Cardinalis propriam cuiuſque iſtorum quinque verborum ita expli-
B cat vim, *Dilexerunt*, mente, *ſeruierunt*, culturæ mancipatione. *Poſt quæ ambulauerunt*, reſponſa ab eis quærendo, eis obediendo, & in eis confidendo: *quæ quæſierunt*, de ciuitate in ciuitatem adinuentiones nouas idololatriæ quærẽdo, quaſi induſtriã, ac ſollicitudine: *Et adorauerunt*, quod ſolius Dei eſt eis tribuendo: Nota autem nuſquam in toto Sacrarum literarum volumine tale erga verum Deum à Iudæis exhibitum reperiri ſtudium, quod omnibus his quinque ſimul explicatum ſit verbis, quamuis aliquibus tantum aut ſingulis eorum ſeiunctim id ſæpius
C inueniamus deſcriptum, ſiue cùm dicitur, [f] *Qui diligitis Dominum, odite malum*, ſiue cùm legimus, [g] *Seruieruntque Domino cunctis diebus eius*, ſcilicet Ioſuë, *& ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, & nouerunt omnia opera Domini, quæ fecerat cum Iſrael*, ſiue cùm de ſancto Rege Dauid ait Salomon ad Dominum, [h] *Tu feciſti cum ſeruo tuo patre meo Dauid miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecum*, ſiue cùm ſanctam eorumdem Iudæorum generationem Vates ita deſcribit Regius, [i] *Hæc eſt generatio quærentium eum*,
D ſcilicet Dominum, *quærentium faciem Dei Iacob.* Siue cùm idem Propheta Iudæos inuitans vniuerſos inquit, [k] *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* Vt exploratum ſingulis fiat, quàm faciliorem ad mala habemus curſum, quorum ſenſus, & cogitatio in praua vel ab ineunte ætate ſunt poni: quamve humano modo loquens Apoſtolus bene vel id à fidelibus ſat exigere viſus eſt, vt [l] *ſicut exhibuerunt membra ſua ſeruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatem*, vt ex vna, ſcilicet iniquitate ruerent in aliam, prout hoc loco, ex dilectione, in militiam cæli ruerunt Iudæi in ſer-
E uitutem eiuſdem, & ex dilectione, ac ſeruitute in omnimodam obedientiam, &c. vt facti ſint ſemper ſceleratiores: *Ita vel aliquando ſua exhiberent membra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*, vt ſcil. in dies magis magiſque ſanctificarentur.

c 2. Par. 33. 3.
d Iere. 7. 18.
e Deut. 32. 37.
Hug. Card.
Ad mala facilius magis, quàm ad bona procliues currimus.
f Pſ. 96. 10.
g Iudic. 2. 7.
h 3. Reg. 3. 6.
i Pſal. 23. 6
k Pſal. 94. 6.
Peccato vno trahimur ad alia.
l 1. Cor. 6 19.

4 *Iudæorũ perfidorum ſors peſſima.*

(Non colligentur, & non ſepelientur.) Ne putaret aliquis ſaltẽ poſt aliquod tempus dicta oſſa, quæ inſtar lotorũ linteaminũ ad ſolẽ expãſa fuiſſent, & ad omnẽ iniuriã, colligenda, prout à lotricibus colligi ſolent lintea, quomodo in aliquibus noſtrorum Cœmeteriorũ in vnum locum in ſtrues collecta videre eſt exhumata defunctorũ fideliũ
F oſſa quod in aliquem eorũ redundarent honorẽ: *Non colligẽtur*, inquit, *neque ſepelientur*,) id eſt, nedũ haud denuò ſepelientur, ſed nec in vnũ à quoquã colligẽtur, vtpote quæ omnibus futura ſint abominationi. *(In ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erunt.)* Cõputreſcent enim ſuper terram, ac ſuper ipſam terræ ſuperficiẽ, in qua expanſa fuerãt, erũt quaſi ſtercus, fimus, & immũditiæ, quaſi res fœtida turpis, & abominabilis, quam nemo viſu, aut contactu dignatur, quam auerſantur vniuerſi. Sept. pro *(In ſterquilinium)* habent, *(In exemplum erunt ſuper-*

faciem terræ,)i.in superficie terræ omnibus exposita ostentui erunt, & exemplum infœlicis exitus,& iusti iudicij Dei erga ipsius rebelles.

Vers. 2.] Et expandent ea ad Solem,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

In die Iudicij expandentur ante Christũ & Sanctos omnia impiorum opera simulata virtutis.

5 IN terrorem hæc dicta sunt impiorum : Et quidem nedũ de corporalibus hæc ei metuenda sunt ossibus,vt insepulta per agros expãsa remaneant ad omnem cæli iniuriam, quod inter infœlicissima adnumerasse visus est Ecclesiastes, cùm dicit : [a] *Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos,& plures dies ætatis habuerit,& anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturáque careat : ego pronuncio quòd melior illo sit abortiuus.*Sed & de ossibus quoque ipsorũ spiritualibus,atque moralibus,quòd scilicet simulatæ eorum virtutes, & quæcumque in hoc mundo mentitâ virtutis specie gesserunt,expandẽtur in die iudicij ad Solem,& Lunam,& stellas quoque spirituales:ante Christum sc.iudicem verum iustitiæ Solem;ante Beatissimam Virginẽ in mystico cælo pulchram vt Lunam,& instar Lunæ fulgentem;Et ante omnes sanctos,de quibus in lib. Sapientiæ legimus,[b] *Fulgebunt iusti , & tanquam scintillæ in arundineto discurrent;iudicabunt nationes.* Facitque ad rem nostram quod hîc subiicitur, *(Quæ dilexerunt,& quibus seruierũt,& post quæ ambulauerunt,& quæ quæsierunt,& adorauerunt.)* Cùm à prædictis impiis per hypocrisim hæc omnia facta sint.Sed liceat mihi à contrario arguere sensu, & iam de sensibilibus,& carnalibus impiorũ ossibus ita ratiocinari. Si in maximam Idololatrarum pœnam redundauit , quòd illorum ossa è sepulchris suis eiecta ad Solem expansa sint , ad Lunam, atque ad Stellas, quibus ij omni studio addicti per Idololatriam fuêre; Quid pœnæ futurum credẽdum est mundanis,impiisque hominibus in die iudicij,quãdo eorum ossibus in vnũ compactis,è sepulchris resurgentes ante Christũ iudicem in conspectu totius Orbis terrarum statuentur? quando & illis id in primis à Iudice obiicietur , quòd ipsum à quo conditi fuerunt , & redempti,& per quem innumerabilibus cumulati fuêre beneficiis , minimè eo quo debuerant, cultu prosecuti sunt, & amore?

a Eccl.6.3.

b Sap. 3.7.

Iudicij die quid sentient pœnæ impij cùm à Christo arguẽtur, quòd ipsum non coluerũt, vt par erat.

Dilectionis Dei præceptũ impossibile obseruari aiunt hæretici.

6 Neque verò tunc vllus locus erit excusationi, qualẽ modo suggerũt plerique hæreticorũ:quasi id quòd Deũ non coluerunt,nec dilexerũt,vt par extitisset,non tã ipsorum imputandũ esset culpæ, quã mandati eius,quod à Deo de ipsius dilectione præscriptum est,difficultate,atque etiã impossibilitate. Nam si tale quid auderet fortasse aliquis ipsum proferens præceptũ,[c] *Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo,ex tota anima tua , ex tota mente tua,& ex omni vrtute tua,seu,ex omnibus viribus tuis.* Præterquã quod militiæ cælestis Patres sancti stãtes in ordine suo pugnabũt aduersùs illum,indignã quæ à tanto Iudice admittatur hanc asserentes excusationem ; cùm facillimum potiùs id sit præceptum,quo ad eã duntaxat Dei dilectionem fidelis quisque obligatur , quam vna cum eiusdem Dei gratia ipsum confortante potest habere maiorem,propter quam & nostra omnia ei quẽ diligimus impendamus , prout benè à se expositũ in primis asserit August. vbi de hoc egit, lib.1.de Doctr.Christiana,cap.22.

Dilectionis Dei præceptũ obseruatu facillimum & quemodo id intelligatur.

c Deut. 6.5. c Matth.22.36. c Marc. 12.30. c Luc.10.27.

Augustinus.

7 Ex insuper multò validius in istiusmodi excusationẽ prætendentes creaturæ, ad quos quãdo à Dei recessêre cultu,& dilectione,per multiplicia conuersi sunt scelera,armatæ,& ipsæ,vt eiusdem Dei exercitus insurgẽt:eritque qui earũ nomine, hanc habeat orationẽ.Nonne cùm toti addicti & mũdo essetis,& carni,nos & dilexistis,& seruitute prosecuti estis quãuis & durissimã? Nõne post nos ambulastis, quocũque vos alliceremus?nõne omni sedulitate nos quæsistis?Quid plura? Nõne nos & tamquam vestros adorastis Deos? Cur nõ & hæc in Dei,iudiciisq; vestri cultũ fecistis? sanè hac ratione quod difficile adeo asseritis , & impossibile,impletũ fuisset præceptũ,propter cuius transgressionẽ æquũ est,vt æternæ damnationis subeatis sententiã:Nota hoc loco,quod animaduertit & And.Cappella,Ordinẽ hîc designari,quo per gradus quosdã in profundũ descenditur malorum.Primò enim diligimus,& inordinatæ afficimur creaturæ:secundò,amore illius capti cogimur ei inseruire:Tertiò,post rẽ illã ambulamus, tãquam serui post Dominũ omni studio:Quartò, quærimus vbi abest:Quintò demum , adoramus, idolum ipsam nobis constituendo, vero Deo relicto, iuxta illud Apostoli,[d] *Quorum Deus venter est,& gloria in confusione ipsorum.*

In die iudicij creaturæ illæ pugnabũt cõtra impios magis,quas ij magis in hac vita fuerunt prosecuti.

Ordo quo peccator in profundum descendit malorum.

Andr. Capp.

d Phil.3.19.

*(Non colligentur,& non sepelientur:) In sterquiliniũ super faciẽ terræ erunt.*Quãuis in omnibus impiis ad literã hæc non verificentur,quorũ ossa vt plurimùm sepulturæ mandari videmus, & magnificẽtissimis frequẽter(vt dictũ est)cõdi sepulchris. In eo tamen verificari eadẽ certum est,quòd etsi, cùm suũ obierint diem,ossa eorum sepeliantur,at neutiquã collecti,seu collecta ipsorũ ossa sepeliũtur,terræque mandantur;Sed vt res spurcissima, omnibusque abominabilis absconduntur : ita vt bene eorũdem sepulchris Dominus in Euangelio impios assimilans hypocritas, dixerit.[e] *Væ vobis Scribæ,& Pharisæi hypocritæ quia similes estis sepulchris dealbatis,quæ à foris parent hominibus speciosa, intus autẽ plena sunt ossibus mortuorũ,& omni spurcitiã.Sic & vos à foris quidẽ paretis hominibus iusti,intus autẽ pleni estis hypocrisi,& iniquitate.* Non colliguntur impij,vt colligitur frumentũ,quod terræ mãdatũ in perpulchras resurgat spicas : Sed cùm tanquã stercus,res fœtida,& abominabilis,ac digna quã omnes auersarentur, super faciem terræ essent ob ipsorũ scelera,quorum & post mortem vestigia reliquerũt,in terrã quidẽ,& in sepulchrũ instar spurcitiarum proiiciuntur, vnde neutiquã in gloriã resurgant,iuxta illud Psal.[f] *Non sic impij non sic,sed tãquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Ideo non resurgent impij in iudicio*:quia sicut:[g] *qui non credit iã iudicatus est*,vt ait Iesus in Euãgelio,quia lege latã non credentes,iã morti est addictus æternæ,vt bene exponit Chryso. hom.27. in Ioannẽ.Ita & impij quique in sua decedentes impietate,iã iudicati sunt per legem contra tales latam.Et quamuis re verã & ipsi resurgent, vt & iudicis pariter damnentur sententiã , rectè nihilominus non resurgere dicuntur, quia præ metu caput erigere non sustinebũt, nec prodire audebunt ante tribunal Dei,&resurgere ad pœnas,est multò peius quã cadere,& mori;quandoquidẽ & propterea Ioãnes in Apocalypsi istiusmodi eorũ resurrectionem mortem appellare visus est secundam, cùm dixit, [h] *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima*, scilicet ad fœlicitatem , & gloriam:subiicit enim,*In his secunda mors non habet potestatem* : Et ad finem eiusdem capitis :[i] *Mors & infernus dederunt mortuos suos , qui in ipsis erant,& iudicatũ est de singulis secundùm opera ipsorũ.Et infernus,& mors missi sunt in stagnũ ignis.*i. Impiis

8 *Impij cũ moriuntur non dicũtur colligi,sed proiici vt stercus.*

e Matth.23.27.

Impij quomodo non resurrecturi in iudicio dicãtur.

f Psal.1.4.

g Ioan.3.18.

Chrysost.

h Apoc.20.6.

Resurrectio impiorum dicta à Ioanne secunda mors.

i Apoc.20.13.

Impiis in die iudicij resurgentibus mors dabit A corpora iam mortua per animæ separationem, & infernus dabit animas mortuas per peccati reatum, ob quem in ipsum proiectæ fuerant; constitutisque illis ante iudicem, prolata est damnationis æternæ sententia iuxta opera ipsorũ, Diabolo simul cum illis misso in stagnum ignis. Vt autem esset exploratum qualis hæc sit resurrectio, concludit, *Hæc est mors secunda.*

9 *Iusti in morte quàm rectè colligi dicantur.* De iustis quando diem suum obeunt, & colligi lego, & sepulturæ mandari; idque ad summam eorum & tranquillitatem designandã, & gloriam apud Isaiam: *Iustus* [a] dicitur, *perit, & non est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ* seu, vt ex He- B br. verti potest, *Et viri sancti colliguntur, & non est qui intelligat: à facie enim malitiæ*, id est, ne malitia mutaret intellectũ eius, (vt in lib. explicatur Sapientiæ)[b] aut, ne ingruentia videret mala, & calamitates, malitiarũ nomine Hebr. phrasi designatas, *collectus est iustus.* En iusti collectionem; audi & sepulturam. *Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua*, id est, vt egregiè exponit Forerius. Veniet eidem iusto tranquilla mors, quam ille lætus suscipiens in suo requiescet sepulchro, vt qui semper præ oculis eam habuerit, & ante eam perpetuò ambulauerit, prout ex iis C Psalmi contestatus est verbis,[c] *In pace in idipsum* simul sc. cum aliis iustis, *dormiã & requiescam.* Sic & ad sanctum Regẽ Iosiam in lib. Regum dictũ à Domino videre est,[d] *Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrũ tuum in pace, vt non videãt oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locũ istum.*

a Isai. 57. 1.
b Sap. 4. 11.
c Psal. 4. 9.
d 4 Reg. 22. 20.

10 *Iustorum ossa in sepulchro conduntur, vt thesaurus, & vt lilia, & vt triticum progerminãs.* Bene autem colligi dicuntur, qui & sepulturæ mandantur: tũ quia iusti lapides preciosi sunt, aurum, & argentũ pro meritorum varietate, ex quibus illa in æternam gloriam est facienda corona, illud regium diadema, quod iustorum Ecclesiam D futuram dixit Isaias, eamdem sic alloquens, [e] *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui*: atque adeo vt preciosum thesaurum ipsorum ossa in sepulchro conduntur: tum quia suauissima ea sunt lilia, ad quæ colligẽda dilectum in hortum suũ descendere solitum sancta asserit [f] sponsa: tum quia grana sunt frumẽti, quæ idcirco colliguntur, vt sepulta in terra, exinde in fructũ resurgant æternæ fœlicitatis, iuxta illud Ecclesiast.[g] *Corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in sæculum sæculi*: progerminãdo E nimirum, & pullulando, vt dictum est, ad gloriã æternam, sicut de sanctis Iudicibus dicitur, [h] *Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptũ cor, qui non auersi sunt à Deo, vt sit memoria illorũ in benedictione, & ossa illorum pullulent*, resurgẽdo in resurrectione iustorum, *de loco suo*, id est, de suo sepulchro, sicque & nomen eorũ permaneat in æternum. Hocque illud est, quod & Isaias illi pollicetur Dei nomine, qui insignis fuerit in ea præsertim iustitiæ parte, quæ ad opera spectat misericordiæ, propter quæ singulos æternã fœlicitate dignos colligimus ex Euangelio, [i] dicens, [k] *Et ante ibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini F colliget te*, id est, eleemosynæ tuæ, & misericordiæ opera quasi præcursor ante te ibunt in cælestem patriam, iuxta id Prouerb.[l] *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei facit*: Et gloriosè colligẽris ad patres tuos, & eris in collegio sanctorum; colligẽris, inquam, vt veluti fructus maturus condaris in horreo cælesti quoad animam, & in sepulchro quoad corpus, vnde per gloriosam resurrectionem educaris in æternam Domini gloriam.

e Isai. 62. 3.
f Cant. 6. 1.
g Ecclesi. 44. 13.
h Ecclesi. 46. 13.
i Matth. 25. 35.
k Isai. 58. 8.
l Prou. 18. 16.

Vide Appendicem Patrum huius versus post expositionem 2. Vers. 3.

Vers. 3.] Et eligent magis mortem quàm vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PORRO [a] *miserrimo eodẽ tempore quotquot ex pessima hac cognatione impij & prædictorũ mortuorum imitatores, ex captiuitate liberi, & ex interfectione superstites erunt, in iis ipsis locis, ad quæ vt profugas magno impetu eiiciam, impellamque illos ego qui fortissimus sum, & Dominus exercituum, siue in regionibus finitimis Idumæorum, Ammonitarum, similiũque nationũ: siue in speluncis, in rupibus, & in desertis terræ Iudææ, quæ minimè penetrarunt Chaldæi, maximis prementur calamitatibus; tũ quia in alienorum regionibus malè excipientur, hinc & inde expulsi; tum quia in intactis etiã Iudææ locis tremore, fame, innumerisque aliis contabescent incõmodis. Neque enim in tantis ærumnis, vt par esset, Deum benedicent, in eiusque se consignabunt manus, tam quoad vitam, quàm quoad mortem in sua adhuc persistentes peruicacia, quasi & in hoc liberi, mortem vt sibi in calamitatibus iis meliorem quàm vitam eligent summam in ea constituentes fœlicitatem: quam tamen nec adire eis licebit.*

a *Et eligent magis mortẽ quàm vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *eligent magis mortem quàm vitam*, &c. 2
Futuræ per Chaldæos terræ Iudeæ vastationis concludens descriptionem, id demum Propheta Dei nomine hoc vers. addit, quod iis euenturum sit, qui ex Iudæis viui reliqui fuerint in tanta interfectorũ strage. Porrò & istos quoque ad tantas à Deo impellendos inquit, calamitates, vt mori potiùs, quàm viuere habituri sint in optatis. Circa quæ, tria in Prophetæ verbis sunt quæ notentur. Primum, haud generaliter eũ de quibuscumque superstitibus Iudæorum loqui, sed de iis solummodo, qui interfectorum imitatores essent in sceleribus, *(qui residui fuerint de cognatione hac pessima)* quam & in præcedenti capite appellatam vidimus, generationem furoris Domini, & gentem quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam; à qua periit fides, & ablata est de ore eorum. Qui enim superstites relinquendi erant Iudæorum bonorum vel in ipsis quibus prementur vbicumque eos esse contigerit, calamitatibus, benedicent Deum, instar sanctorum Iob, & Tobiæ; cúmque sat norint, vitæ & mortis potestatem Deo, vt dicitur in lib. Sapientiæ [b] esse seruandam, nullam in alterutra earum sibi volentes electionem, totos quoad vtramlibet eidem vni sese consignant manui.

In calamitatibus impij desiderãt mortem.

Iusti in calamitatibus quoque benedicũt Domino, & in illius manus se cõsignant tam ad vitã quã ad mortem.

b Sap. 16. 13.

Cùm è vestigio impij, qui se à Domino alienarunt, & ab illius se subducere obnixi sunt voluntatis regimine, quasi liberi, & in hoc *(eligent* inquit, *magis mortẽ, quàm vitam.)* Non [c] dicit, meliorẽ afferent mortẽ, quàm vitam amaram, vt asseritur in lib. Eccl. Non dicit simplicitèr ipsos cum sancto Iob admiratos, [d] *Quare misero data sit lux*, id est, lucis vsura, *& vita his qui in amaritudine* 2

Mortem sibi magis, quàm vitã eligere in calamitatibus est signum magnæ peruicaciæ impiorum.

c Ecc. 30. 17.
d Iob. 3. 20.

animæ sunt? Sed apto eorum peruicaciæ propriæ voluntatis, vtens eligendi verbo, (*Et eligent* ait, *magis mortem quàm vitam.*) Et nihilominus ad hanc quoque illorum retundendam peruicaciam qui potestatem habet vitæ, & mortis, quique mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, mortem ipsis venire Deus minimè permittit. Et quamuis [a] mortem omni, quo valet inhiarent affectu, haud tamẽ illa eis venit, Deo nimirũ ipsis [b] abscondente viam, quâ per mortẽ ex miseriis egredi possent, & circundante eos veluti arctissimo in carcere malorũ, ærumnarúmque multipliciũ ærumnis, vt dicitur in lib. Iob. Sic de similibus impiis dicitur in libro Apocalypsis, [c] *Quærent mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Sic & de impiis item Iudæis legimus in Euangelio à Christo dictũ. *Tunc incipient dicere montibus cadite super nos, & collibus operite nos.* Ita vt eorum singulis dicere liceat. [d] *Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meã*, In alio tamen sensu quàm à sancto eadem prolata sunt Dauid, Periit à me ratio, quâ è miserrima hac vita, è tenebrosis, & ex vmbra mortis, per veram mortem effugere enitor, & non est qui me occidens meam requirat animam.

a Iob.3.21. *Deus non sinit venire mortem impio, qui illam expetit, vt egrediatur, è calamitatibus.*
b Iob.3.23.
c Apoc. 9. 6.
d Luc 23.30.
e Psal.141.5.

3 Secundò notandum, pro quod in Vulgata legimus, (*Omnes qui residui fuerint,*) In textu Hebraico propriè sic haberi, (*Omni residuo relictorũ,*) totamque hanc sententiam ad verbum sic esse vertendam, *& eligetur mors pro vita*, seu *præ vitis*, vt versio habet Regia, (*Omni residuo relictorũ*, seu, *eorum qui relicti sunt ex cognatione* seu, *familia hac pessima.*) Quibus & versio cõsona Sept. iuxta Codices Complutensem, & Regium, (*Quia elegerunt mortem magis quàm vitam, & omnibus reliquis relictis.*) Ex qua Hebraica lectione colligo, non de omnibus hîc verba fieri, qui post stragem factam ex Iudæis vitæ superstites erant, sed de iis potissimùm, qui ex superstitibus in vita, ductis aliis per Chaldæos in Babyloniam, residuũ quoddam paruum ex illa remanserunt captiuitate. Nequis enim propterea eos vastitatis illius expertes futuros arbitraretur, ipsorum quoque in fœlicissimos Propheta exponit euentus; & quidem tales, vt propter eos, quotquot illos inspicere contigerit, mortem quàm similem vitam eis magis expetituri sint. Hunc sensum prædictas lectiones Hebraicam, & Sept. habere crediderim. Quamquam, iuxta sensum quoque nostræ Vulgatæ, & Hebraicus pariter textus. & versio Sept. interpretari queat, Prout Hebraicum quidem textum interpretatus est Sanctes-Pagninus, illum sic vertens, (*Et eligetur mors magis, quàm vita ab omni residuo qui residui erunt.*) Clariusque Vatablus legens; (*Omnes autem qui residui erunt ex reliquiis de generatione ista praua mortem potiùs eligent quàm vitam.*) Versio Sept. iuxta Vaticanũ, aliosque correctiores Codices ita hæc habet? *Quia elegerunt mortem magis quàm vitam etiam de omnibus residuis relictis,*) id est, etiam qui residui fuerint ex relictis in vita.

4 Tertiò notandum, quod dicitur (*in omnibus locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos,*) de tribus locorum generibus posse intelligi, vel de locis Babylonici regni, ad quæ eiiciendi erant, cùm in captiuitatem ducerentur. Sed quamuis haud dubium, quin & ibi tantis opprimendi essent ij calamitatibus, vt mortem in desiderio forent habituri; ex Hebræo tamen textu ostensum est, colligi, hîc verba fieri de Iudæis illis, qui à captiuitate superstites remansissent. Vel de locis Iudææ finitimis, vtpote de regionibus Idumæorum, Ammonitarum, & Moabitarum, ad quæ fugam capientes hinc, & inde ab Idololatris iis eiiciendi erunt nationibus, vbi & metu, ne eò venirent Chaldæi; & quòd malè ab illis excipientur gentibus mortis contabescent desiderio. Vel tertiò, & meliùs, de locis quæ relinquentur intacta ab hostibus, ad quæ cogentur confugere, vt in deserta, in rupes, atque in petrarum cauernas, de quibus supra cap. 4. dictum est. [f] *A voce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas, ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes*, & apud Isaiam. [g] *Introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini.* [h] *Et ingredientur scissuras petrarum & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius cùm surrexerit percutere terram.* Quibus certè in locis, & tremore, & fame, & tantis premendi essent incommodis, vt summam sibi fœlicitatem ipsam habituri sint mortem. Qua in re explicanda, maximam vim habet & verbum Hebraicum הדחתים *hiddahthim*, quod impetum significat ad ruinam, & casum, qualis in vehementi contingere solet impulsione, ita vt quod noster interpres vertit (*ad quæ eiiciam eos,*) efficaciùs reddatur. *Ad quæ impellam eos*, vt vertit Vatablus, vel *propellam*, vt Regia, aut *deiiciam*, vt Pagninus. Quam vim impulsionis auget ingens eiusdem Dei robur, quod eâ indicatum est illius appellatione, cùm additum est, *Dicit Dominus exercituum.*

f Iere.4.29.
g Isai. 2. 19.
h Isai.2. 21.

Vers. 3.] Et eligent magis mortem quàm vitam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 Breuiter vnum duntaxat hîc adnotabo. Quamuis in maximam hominis pœnam post primi parentis lapsum mors ei illata sit, & prouisum, ne sumens de ligno vitæ comederet, viueretque in æternum, vt dicitur in libro Genesis, [k] quibus concinit & Aristoteles Philosophorum facilè Princeps, cùm in lib. 3. Ethic. cap. 6. ait omnium rerum nihil morte terribilius, nihil acerbius: cùm omnium rerum sit extremum: nihilominus verissimam esse crediderim sententiam, quam apud Gregorium Nazianzenum oratione in natali Domini legisse me recolo, hanc ita terribilem mortis pœnam in summum beneficium à Deo ipso collatam homini, vt non solùm peccatis, sed & innumeris præsentis vitæ miseriis per illam imponeretur terminus, quod & in libro Ecclesiasticos confirmatum reperio, vbi dicitur, [l] *O mors bonum est iudicium tuum*, id est summum est beneficium tui pœna *homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili*, id est, qui haud ampliùs meliorem se habiturum credit fortunam, adeoque & patientiam perdit. Ex hoc Ieremiæ loco id colligo, quod maximè in eiusdem rei faciat confirmationem: quandoquidem qui pro summa gratia reputare debuissent, quòd in strage maxima vitæ relicti essent superstites: maius nihilominus beneficium mortem quàm vitam talem exoptarunt. Recteque propterea referente Plutarcho lib. de Cõsolat. ad Apolloniũ, Aeschilus videtur increpasse eos, qui mortẽ malũ putant dicens: *Iniuria mors*

Mors post peccatũ primorum parentum à Deo hominibus illata pro summo beneficio.
i Gen.3 22.
Aristoteles.
Greg.Naz.
k Eccl.41. 3.
Aeschilus.

mors inuiſa eſt mortalibus ſummum malorum pluri morum remedium. Id quod & profiteri videntur omnes cùm ad cuiuſlibet miſeriæ occurſum ipſam deſiderant, expoſcuntque mortem. Vnde bene & moralis Seneca inquit, *Natura nihil hominibus breuitate vitæ præſtitit melius, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocatâ morte vt nullum frequẽtius votum:* Ideo damnatis, quibus iudicium tandem fiet ſine miſericordia, id præ omnibus aliis cruciatibus erit acerbiſſimum, quòd omni deſtitutos ſe intelligent ſpe mortis.

Seneca.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] In illo tempore, &c.

Verſ. 2.] Et expandent ea ad Solem, &c.

Verſ. 3.] Et eligent magis mortem, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ λέγει κύριος, ἐξοίσουσι τὰ ὀστᾶ τῶν βασιλέων Ἰούδα, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἱερέων, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν προφητῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν κατοικούντων ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐκ τῶν τάφων αὐτῶν.

2. Καὶ ψύξουσιν αὐτὰ πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, ἃ ἠγάπησαν, καὶ οἷς ἐδούλευσαν, καὶ ὧν ἐπορεύθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ ὧν ἀντείχοντο, καὶ οἷς προσεκύνησαν αὐτοῖς. οὐ κοπήσονται, καὶ οὐ ταφήσονται, καὶ ἔσονται εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.

3. Ὅτι εἵλοντο τὸν θάνατον ἢ τὴν ζωήν, καὶ πᾶσι τοῖς καταλοίποις τοῖς καταλειφθεῖσιν ἀπὸ τῆς γενεᾶς ἐκείνης, ἐν παντὶ τόπῳ, οὗ ἐὰν ἐξώσω αὐτοὺς ἐκεῖ.

Verſ. 1.] In tempore illo, dicit Dominus, efferent oſſa Regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarum, & oſſa habitantium Ieruſalem de ſepulchris eorum.

Verſ. 2.] Et torrebunt ea ad Solem, & Lunam, & ad omnia ſydera, & ad omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt poſt ea, & quibus adhæſerunt, & quæ adorauerunt ea. Non plangentur, & non ſepelientur: & erunt in exemplum ſuper faciem terræ.

Verſ. 3.] Quia elegerunt mortem, quàm vitam, etiam de omnibus reſiduis, qui relicti fuerint de generatione illa, in

A omni loco, quocũq; expulero illos illuc.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *In tempore illo, dicit Dominus, educent oſſa Regum domus Iuda, & oſſa Principum eorũ, & oſſa Sacerdotum, & oſſa falſorum Prophetarum, & oſſa habitatorum Ieruſalem, de ſepulchris ſuis.* Verſ. 2. *Et expandent ea contra Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, &* B *poſt quæ errauerunt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt, non colligentur nec ſepelientur; in ſtercus diſperſum ſuper faciem terræ erunt.* Verſ. 3. *Et eligetur mors magis quàm vita omnibus reliquiis, quæ remanſerint de cognatione hac peſſima, in omnibus locis, in quibus remanſerint, ad quæ tranſmigrare eos feci, dicit Dominus exercituum.*

Verſ. 1. 2. & 3. *In illo tempore,* &c. Hieronymus *Omnia quæ prophetalis ſermo deſcribit, noſtro tempore cernimus accidiſſe non vni Ieruſalem, quæ iſta perpeſſa eſt à Chaldæis, atque à Romanis, ſed vniuerſo Orbi: ita vt lachrymæ aruerint, & vniuerſa completa ſint oſſibus mortuorum; Et quia ſolebant iuxta an-* C *tiquum morem, & aurum, & quædam ornamenta, vel mulierum; vel virorum, in ſepulchris condere: hac quoque frangebat, & effodiebat auaritia, vt cælo, & luci proderentur. Et ideo primùm Regum Iuda, & Principum eius, Sacerdotum quoque & Prophetarum, & vniuerſi populi qui fuerant in Ieruſalem, oſſa de tumulis proferebantur patentia Soli, & Lunæ, & omnium Stellarum aſpectui: vt quibus ſeruierunt derelicto Deo, eorum paterent aſpectibus, & conſumpti in ſterquilinium, & cineres, ſoluerentur, ſi quis autem de multitudine potuiſſet effugere, ad quæcũque loca ve-* D *niſſet, mortem præferret vitæ, & remedium in fœlicis animæ putaret interitum.*

1 Hieronym.

In ſepulchris condi ſolita aurũ & pretioſas ſuppellectiles.

Theodoritus. *Dicit etiam Babylonios irruentes non modo viuos neci tradituros, ſed etiam Sacerdotibus, & Regibus iamdudum defunctis illuſuros, & effoſſis ſepulchris oſſa relicturos non ſepulta, ita vt exponantur Soli, Lunæ, & Syderibus quorum, inquit, dilexerunt adorationem, etſi nullum ab illis conſequerentur auxilium, quia maluerunt ait mortem quàm vitam.*

Theodorit. Soli, Lunæ, ac Syderibus exponenda cadauera adorantium illa.

D. Thomas. *Hic comminatur cadauerum effoſſionem, & primò ponit ipſam effoſſionem, (Eiicient oſſa) credentes aurũ vel aliquid talium inuenire. Iſai.* 14. [a] *Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, abuolutus cum his, qui interfecti ſunt* E *gladio, &c. Secundo, effoſſorum diſperſionem (& expandent ea) 4. Reg.* [b] 17. *Et adorauerunt vniuerſam militiam cæli. Sap.* 11. [c] *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Tertio, eorumdem vilitatem, (Non colligentur,) Iſai.* 5. [d] *facta ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus in medio platearum (& eligent magis mortem, &c.) Hic oſtendit oppreſſionem remanentium ſignificata ex ipſa mortis electione, quæ quidem in ſe non eſt eligibilis, ſed in quantum malorum terminus eſt. Apoc.* 9. [e] *In diebus illis quærent homines mortem, & non inueniẽt eam: & deſiderabunt mori & fugiet mors ab eis.*

2 D. Thomas.
a Iſai. 14. 19.
b 4 Reg 17. 16.
c Sap. 11. 17
d Iſai. 5. 25.
Mors non eſt eligibilis, niſi quatenus eſt malorum terminus.
e Apoc. 9. 6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΝ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνοίξουσι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐποίησε τοῦτο Ἰωσίας ὁ εὐσεβὴς βασιλεύς, καταλαύσας τῶν εἰδωλολατρησάν

F Verſ. 1. IN *tempore illo efferent oſſa,* &c.)

Olympiodori.] *Fecit hoc Rex pius Ioſias crematis eorum reliquiis qui in idololatriam*

3 Olympiod.

τρευσάντων τὰ λείψανα.

[Καὶ ψύξουσιν αὐτά.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ψύξουσιν αὐτὰ πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, ἃ ἠγαπήκατε φησίν. ὥσπερ ἐπεμβαίνων αὐτοῖς, οὕτω διαλέγεται. ὅτι οὐ φείσονται, οὐκ ἐλεήσουσι τὰ πολλῆς ἀπολαύσαντα θεραπείας || οὔτε τὸν || τῶν ἀγαπησάντων δυνήσονται κωλῦσαι. ἀλλὰ τῶν οὕτω θεραπευσάντων παρορῶσι τὰ ὀστᾶ καθυβριζόμενα, καὶ οὐκ ἀμυνοῦσιν || αὐτοῖς.]

Andr. Capp. || ἴσ. θεραπείας παρὰ τῶν ἀγαπ. οὕτω δυνήσονται. || ἄλ. τὴν. || ἄλ. ἀμύνουσιν.

Καὶ οὐ ταφήσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ ὁ τυχὼν λόγος ἦν τοῖς παλαιοῖς τῆς ταφῆς.

A latriam lapsi fuerant.

Vers. 2. (*Et torrebunt ea*, &c.

Chrysostomi.] *Exsiccabunt ipsa ad Solem, & Lunam, & stellas, quæ dilexistis ait. Tamquam insultans alloquitur, quòd non parcent; non eorum qui ad ea colenda operæ plurimum studiique consumpsere, miserebuntur: non poterunt impedire, sed eorum qui ipsis inseruierunt ossa sinent contumeliosè tractari, nec illis opem ferent.*

Chrysost. *Creaturæ ab impiis pro Deo dilectæ, ad illorum pœnas concurrent.*

(*Non sepelientur.*)

B Chrysostomi.] *Non enim apud veteres sepulturæ parua erat consideratio.*

Chrysost. *Sepulturæ magnam rationem habuere antiqui.*

Vers. 4.] Et dices ad eos: hæc dicit Dominus. Numquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dices ad eos: Hac dicit Dominus.

CÆTERVM [a] *vt indeficiens explorata vniuersis sit Dei bonitas, adhuc Iudæos ad vnum, quod reliquum superest tantarum miseriarum remedium, ad pœnitentiam promouêre conatus sum. Vnde, vt hæc illis ipsius nomine dicerem mandauit.*

1 b Nũquid qui cadit non resurget? & qui auersus est nõ reuertetur?

Fieri [b] *non potest, vt quisquam hominum sit, qui in peccatum decidens resurgere ab eo omni non enitatur studio: quique à Deo, atque à veritatis, & rectitudinis via auersus, per veram reuerti non studeat conuersionem; nisi ille omnis sit expers rationis, ita vt non agnoscat quid peccati inferat casus, & quàm malum, & amarum sit à Deo auerti.*

2 *Numquid contingit, vt cadens quis corporali lapsu, vel deuius à recto tramite sensibili, non enitatur illicò & resurgere, & ad bonam reuerti semitam? Et permittetis vos; vt cùm per peccata spiritali lapsi sitis casu, & spiritali auersi sitis auersione, quæ in infinitum deteriora illis sunt, nec resurgere curetis, nec reuerti per pœnitentiam studeatis?*

3 *Numquid qui cadit non resurgit, nisi casus illi fuerit mortalis, aut cadendo sit mortuus? Numquid qui auersus à via est, non reuertitur: nisi vel ex malitia propriæ voluntatis auersus ille sit, vel cùm erroris admonitus esset, obstinatè in eo perseuerare velit? Cùm igitur vos è peccatorum lapsibus resurgere non curetis, admonitique erroris auersionis à Deo, reuerti nequaquam studeatis: est certè quod maximè de vobis metuendum sit, ne auersio vestra, casusque vester ad æternam sint mortem, vel propter malitiam, vel propter obstinationem, vel propter desperationem.*

4 *Cur verò in desperationem incidere patiemini? An euenire vnquam potest, vt homo quisquam tam graui delabatur peccatorum ruinâ, vt diuino destitutus auxilio resurgere nequeat per pœnitentiam?*

5 c Numquid cadent, & nõ resurgent? Nũquid auertetur, & nõ auertetur? seu, nũquid auertetur, & non reuertetur? Aut, nũquid reuertetur, & non reuertetur.

An [c] *aliquis tam enormiter à Deo auertitur, vt defuturus illi ipse sit Deus, si reuerti voluerit? Non certè. Neque enim fieri potest, vt auertente se homine à peccatis, sicque ad pœnitentiam redeunte: non auertatur & Deus à sua erga illum ira, & reuertatur per peccatorum remissionem.*

6 *Falluntur quotquot ita malè de diuina opinantur misericordia, cuius indeficientes latices nec frequens exsiccat eorumdem peccatorum recidiuatio. Reuertente namque sæpius homine ad eadem scelera, profectò, si eum pœnituerit, reuertetur & in Dei gratiam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *dices ad eos: Hac dicit Dominus*, &c. Petrus Galatinus in lib. 9. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 4. in his, & quæ dicuntur in tribus sequentibus C versibus, ait afferri rationem, cur Deus Iudæos post Romanam captiuitatem in perpetuum reprobarit; quia nimirum in perfidiæ malitia perpetuò permansuri sint. Vt ad interrogationem ab ipsomet factam in fine suorum Threnorum, [d] *Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinques nos in longitudine dierum?* Hæc à Domino vt respondeat sibi mandata referens dicat. *Hac dicit Dominus; Numquid qui cadit, non resurget?* &c. Communi tamen expositorum consensu asseritur, ista dicta potiùs in exhortationem ad pœnitentiam, ad quam vnam confugere reliquum erat pro tanD tis euitandis calamitatibus, quæ enumeratæ mox sunt: quamquam admiranter, seu etiam exprobranter, quò maiorem vim habeat, hæc facta sit exhortatio. Explicemus primum ea quæ hoc vers. 4. dicuntur iuxta nostram Vulgatæ lectionem, tum & sensus afferemus, quibus lectio exponi potest Hebraica; nam versio Sept. omnino cum nostra conuenit. Quæ ergo hîc dicuntur de casu, & resurrectione, seu de auersione, & reuersione sumi possũt vt simpliciter dicta de casu, ac resurrectione, & de auersione, ac reuersione, E quæ fieri contingunt à peccatoribus, iuxta illud Prouerb. [e] *Septies in die cadit iustus, & resurget:* vt duo hîc ponantur quæ in quolibet sunt peccato, conuersio ad creaturas, per quam à celsitudine caditur status gratiæ; & auersio à Deo, per quam à rectitudine deuiamus tramitis diuinorum præceptorum: duoque alia subindicentur, quæ ad conuersionem, & resurrectionem à peccatorum lapsibus concurrunt, liberum arbitrium, & diuinum auxilium. Et tunc duobus modis exponi hæc possunt: Primò vt per ea omnis excludatur impœnitentiæ, & desperationis ratio. Ac si dicatur: An euenire vnquam potest, vt homo quisquam tam graui delabatur peccatorum ruiF nâ, vt diuino destitutus auxilio resurgere nequeat per pœnitentiam? An aliquis tam enormiter à Deo, & à recta vitæ auertitur institutione, vt Deo opitulante, si voluerit, non queat conuerti? q. d. Non certè: cùm ipse nolim mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: & in quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recorder ampliùs; qui volo omnes homines saluos fieri.

1 Galatinus. *Iudæi cur in perpetuum à Deo reprobati sint.*

d Thren. 5. 20.

e Prou. 24. 16.

1. Sensus. *Desperationis & impœnitentia ratio omnis excluditur.*

Secundò, & meliùs; vt voluntas potiùs eorumdem

2. Sensus.

Ad pœnitentiā omni excitamur ratione.

rumdem Iudæorum ad pœnitentiam faciendam per hæc excitetur: quasi ad rem quam omnis exposcit ratio, cùm vix sana concipi queat imaginatione, vt quisquam sit hominum, qui in peccatum decidens resurgere ab eo omni non obnitatur studio: quique à Deo atque à veritatis auersus via per veram reuerti non studeat conuersionem, ni fortasse omnis sit expers rationis, ita vt non agnoscat quid peccati inferat casus, quamve malum & amarum auerti à Deo sit. Vnde bene subditur, *Quare ergo auersus est populus iste*, &c.

2 *Ad pœnitentiam exhortatio per cōparationem cadentis, & resurgentis corporaliter.* 3. Sensus.

B Aptiùs tamen, efficaciusque erit argumentum, si de corporalibus hæc intelligamus actibus cadendi, resurgendi, auertendi, ac reuertendi; vt argumentum ipsum sit à comparatis, atque etiā à minori ad maius, hacque ratione tribus exponens modis. Primo, vt argumentatio non concludatur hoc versu, sed versu sequenti, *Quare ergo*, in quo ex præmissis antecedentibus colligatur conclusio. Sensusque sit. Numquid reperire est quempiam tam stolidum, qui cùm in terram ceciderit, quàm primum non obnitatur surgere, quive iter faciens cùm à recta deuiarit semita, ad viam reuerti non curet rectam? q. d. Non certè: C tum subdatur illatio, *Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosâ*? id est, Cur ergo vos cùm cecideritis, & auersi sitis per peccatum, nec resurgere, nec reuerti curatis per pœnitentiam? Secundò; vt totum argumentum hoc versu quarto compleatur, locutione tamen concisâ in hunc modum. Numquid contingit vt cadens corporali lapsu, vel deuians à recto tramite sensibili, non enitatur illico & resurgere, & ad bonam reuerti semitam? Et id vt eueniat permittetis vos, vt cùm per peccata spiritali lapsi sitis casu, & spiritali auersi sitis auersione, quæ D in infinitum deteriora illis sunt, nec resurgere curetis, nec reuerti per pœnitentiam studeatis? Omnes qui cadunt surgere cupiunt, inquit Isidorus Clarius, & hic populus cùm ceciderit non quærit surgere. Tertiò, vt sit argumentum retrahens à desperatione, seu, vt aptiùs loquamur, exprobratio desperationis, sensusque sit. *Numquid qui cadit non resurget*? nisi, scil. casus ipse fuerit mortalis: nisi cadens cadendo sit mortuus. *Et qui auersus est, non reuertitur*? nisi videlicet vel ex malitia propriæ voluntatis auersus ille sit; vel cùm erroris admonitus esset, obstinatè in suo perseuerare velit errore. q.d. Cùm ergo vos è peccatorum lapsibus resurgere non curetis, admonitique erroris, auersionis à Deo, atque à virtutis itinere, reuerti nequaquam studeatis, E est quod maximè timeatis, casum vestrum esse ad mortem, peccatum nimirum desperationis; & auersionem vestram esse peccatum ex malitia, & peccatum obstinationis, quæ tria nomine peccati ad mortem designantur in epistola prima Ioãnis, vbi dicitur, [a] *Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.* Vnde in istorum confirmationem bene subditur. *Quare ergo auersus est* F *populus iste auersione contentiosa*, seu perpetuâ?

4. Sensus.

Isid. Clar.

5. Sensus. *Desperationis exprobratio.*

a Ioan. 5.17.

3 6. Sensus.

Hebræa primam quidem partem habent in plurali, (*Numquid cadent, & non resurgent?*) Vatablus, *Num sic cadunt* (homines, scil. per peccatum) *vt non resurgant* (scil. per pœnitentiam? q. d. Putant ne homines sibi veniam præclusam, si pœnituerint? falluntur, nam sum misericors.) Secundam verò partem in singulari, & peregregiâ eiusdem repetitione verbi ישוב *iasciub*, quod vel in singulis locis proprio accipi potest significatu, vt contrario alterum alteri sumatur sensu, prout vertunt Pagninus, Regia, & Galatinus loco supracitato. *Numquid auertetur & non conuertetur?* quomodo & Vulgata, & versio Sept. (*Numquid auertetur, & non reuertetur?*) Quæ ita exponit Vatablus, Num sic aliquis deflectit, vt non redeat? Vel, auertetur homo à peccato, & non reuertetur, scil. cum Deo in gratiam. Vel in ambobus locis eodem sumi potest significatu, sicque verti, *Num auertetur; & non auertetur?* seu, *Num reuertetur, & non reuertetur?* id est, Num auertetur homo à peccato, & non auertetur Deus à sua erga illum ira? Reuertetur ne homo per pœnitentiam, & non reuertetur Deus per remissionem peccatorum? Ac si dicat, inquit Vatablus, cur ad me non reuertuntur Iudæi, putant ne me vllâ misericordiâ eos prosecuturum, si ad me redierint? Certè si in ea sunt sententia falluntur. An homo agit pœnitentiam, & non remittit Deus peccatum? Imò remittet.

Addam & vltimum sensum, qui pro moribus quidem faciet, sed & literæ satis est consonus; 4 si ita ex Hebræo legamus, (*Numquid cadent, & non surgent? Numquid reuertetur, & non reuertetur?* vt per hæc omnis excludatur desperationis, & impœnitentiæ ratio, ea in primis quæ omniū est validissima, frequenti innitens recidiuationi. Ac si dicatur, fieri ne potest, vt per peccatum cadentes homines, non resurgant, si voluerint, ad gratiam? q. d. Non rectè. Tum contra recidiua obiicientem, subinferatur, An reuertente sæpius quopiam ad eadem peccata, vt [b] *cane reuerso ad vomitum, & sue*, vt ait Petrus, *lotâ in volutabro luti*; Non reuertetur si pœnituerit, in Dei gratiam? q. d. Reuertetur profectò iuxta regulam discipulis à Christo traditam, [c] *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in die peccauerit in te, & septies in die reuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me, dimitte illi*, Et alibi ad Petrum, [d] *Non dico tibi septies sed septuagies septies.* [e] *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum*, ait idem Iesus, *dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.* [f] *Propterea expectat*, seu propriùs ex vi Hebraici verbi *inhiat, & anhelat Dominus*, inquit Isaias ad vestram scil. pœnitentiam, *vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis.*

7. Sensus. *Recidiuatio nō debet causare desperationem diuinæ misericordiæ.*

b 2. Pet. 2. 22.

c Luc. 17.4.

d Matth. 18. 22.

e Matth. 6. 14.

f Isai. 30. 18.

Vers. 4.] Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

FREQVENTISSIMVM in sacris reperio literis, iusti conditionem standi verbo designari, & è vestigio à iustitia deficere cadendi explicari verbo: Sic Apostolus, [g] *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Et alibi, [h] *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem, potens est enim Deus statuere illum.* Suntque ambæ hæ metaphoræ congruentissimæ. Nam quemadmodum corporaliter stans quatuor in primis præ se fert primò, bonæ habitudinis robur, secundò, corporis rectitudinem: tertiò, conuersionem faciei ad cælum: & quartò, promptitudinem ad opus. Pari ratione ea iusti est conditio, vt diuinæ gratiæ validus sit robore; tum & rectum se seruet; tertio vt mentis faciem, intentionem ad cælestia, atque Deum habeat

5 *Standi, & cadendi verbis designata iustorum conditio, eorumdemque defectus.*

g 1. Cor. 10. 12.

h Rom. 14.4.

beat conuersam; ac demum, vt semper, saltem in præparatione animi, operetur bonam. Quorum contraria in quolibet animaduertere est, qui spiritali decidat peccati casu.

6

Cadūt spiritualiter homines multi plici ratione, sicut & cadunt corporaliter.

Porrò sicut multiplici ratione contingit, vt corporaliter cadant homines, ita & rationes easdem in spiritualiter cadentibus æquum est, vt consideremus. Cadunt primò homines ex internarum virium defectu, vt in tenellis obseruamus infantibus, in ægrotis, atque in decrepitis, Vtinam non contingeret frequenter ob defectum roboris in spiritu, ex ægritudine causatum tepiditatis, atque socordiæ eos spiritaliter in peccata delabi, quos aliàs in vita spirituali instar robustorum iuuenum fortissimos vidimus. Hanc, vt rem maximè deplorandam Ecclesiæ vaticinatus est Isaias, dicens,[a] *Iuuenes in infirmitate cadent.* Inter infirmitates quidem corporis nulla est, propter quam certiùs cadatur, & turpiùs, quàm propter vertiginem. Lege eumdem Isaiam, & videbis, [b] *Deum miscuisse in medio Ægypti*, mundi scilicet huius, in quo in tenebris ambulant peccatores, *Spiritum vertiginis*, per quem in deteriora, & fœdiora semper decidant: quod bene per subsequentia explicatur, *& errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens*, [c] In circuitu nimirum, Diabolo ipsos gyrante, ambulantibus impiis. Cadimus nonnumquam corpore ob viæ quam terimus lubricitatem. Hocque illud est quod Regius Vates illis, quos vias mūdi ambulare delectat in Psalmo 34. prædixit, [d] *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum.* Clariusque Propheta noster infra, dicens,[e] *Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim, & corruent in ea*: Nota quod ait, *impellentur enim*: Et hæc quippe alia est ratio, quâ corporaliter plerique cadunt, impulsi nimirum extrinsecus ab aliquo. Et quis quotidie non experitur, quantis impulsibus vnumquemque nostrûm deiicere nitatur Diabolus. Cùm & sanctissimus Dauid ab illis concussum quidem se asserat, sed Dei gratiâ detentum, ne spiritaliter caderet, dicens, [f] *Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me.* O quoties & à rebus nobis coniunctissimis in pessima impulsibus istiusmodi deiicimur scelera, prout de Ochozia Rege Iuda legimus,[g] *Mater eius impulit eum, vt impiè ageret.* [h] *Manus peccatoris*, ait Dauid, *non moueat* me scil. impellens ad casum: Siquidem *ibi* vbi scil. talis sit impulsus, *ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi*, seu impulsi sæpius sunt, *& non potuerunt*, id est, ita vt non potuerint *stare.*

a Isai.40.30.
b Isai.19.14.
c Psal. 11.9.
d Psal.34.6.
e Ier.23.12.
f Ps.117.17.
g 2. Paralip. 22.3.
h Psal.35.13.

7

Cadere dicūtur retrorsùm qui ex cōsuetudine peccāt sine consideratione imminentium malorum.

Non desunt Sathanæ mille nocendi artes, quibus vel in sua cadere faciat retia, iuxta illud, [k] *Cadent in reticulo eius peccatores*, vel nimis securè ambulantibus laqueum tendant insidiarum suarum, vt id plerisque eueniat, quod per Prophetam quemdam dictum recolo,[l] *Vadant, & cadant retrorsùm, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.* Circa quæ verba multa quidem essent, quæ dicerem, sed vnum duntaxat perpendo quod dicitur, *Et cadant retrorsùm*, prout scilicet scelestis euenire solet hominibus, quando absque vlla periculorum imminentium consideratione peccant; Nam qui in faciem cadit videt, & erigitur facilè, secus qui cadit retrorsum, neque locum videt in quem ceciderit, nec facilè se erigit. Vnde in libro Prouerb. [m] *Via* dicitur, *impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* Et in fortissimis quibusque obseruare est animantibus, vt si retrorsùm cadant, vix post magnos surgant labores. Quamquam non incongruum & id quoque sit, quod super eamdem Isaiæ sententiam. Hugo animaduertit Cardinalis. Omnem peccatoris casum dici solitum Cadere retrorsùm, sicut & in Euangelio [n] impiis Iudæis, totique cohorti quæ cum illis ad Christum in horto capiendum venerat, nedum spiritali, sed & corporali casu contigisse legimus: Quod in Scriptura Sacra cadere in faciem in bonum sensum vsurpari soleat, pro procidere ad adorandum, adeóque & tribuitur iustis, vt Moysi Numer. 6. Ezechieli [o] 3. [p] & in Euangelio tribus [q] Apostolis quando transfiguratum viderunt Iesum. Vtinam & hunc quoque casum in faciem in summum plerumque malum non contingeret conuerti, quando creaturis plus quàm Deo prosternimur, & quasi idola illas adoramus, prout explicatum mox fuit in vers. 2. Quin & Diabolus, cuius id potissimùm est studium, vt homines quocumque modo potest, cadere faciat, ipsimet Christo, quem aliarum tentationum impulsibus deiicere nequiuerat, & [r] tandem assumpto in montem excelsum valde, ostensisque illi omnibus mundi regnis, & gloriâ eorum, ausus est persuadere, & dicere, *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

k Ps.140.10.
l Isai.28.13.
m Prou.4.
Cadit retrorsum omnis qui peccat.
n Ioan.18.6.
Cadere in faciem pro adorare.
o Num.16. 4.
p Ezech.3.1.
q Matth.17. 6.
r Matth.4.8.

VVLGATÆ.

Vers. 4] Et dices ad eos. Hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

4. ὅτι τάδε λέγει κύριος. μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει;

Vers. 4.] Quia hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non resurgit? aut qui auertit se, non reuertitur?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dices eis, Hæc dicit Dominus: Numquid cadent & non resurgent? aut de auersione notum est coram me, quod non conuertentur.*

Vers. 4. *Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, &c.* Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 8. *Iterata valetudinis iteranda medicina est: Gratus in Dominum extiteris, si quod tibi Dominus offert non recusaueris: offendisti, sed reconciliari adhuc potes, Habes cui satisfacias, & quidem volentem: id si dubitas, euolue quid Spiritus Ecclesiis dicat, Desertam dilectionem Ephesiis imputat: stuprum, & idolothitorum* [a] *esum Thyatirenes exprobrat, Sardios non plenorum operum incusat, Pergamenos docentes peruersa reprehendit, Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat: & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, sub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, si non ignosceret pœnitenti. Dubium si non & alibi hanc clementiæ suæ profusionem demonstrasset. Non, ait, qui ceciderit resurget, & qui auersatus fuerit conuertetur? Ille est scilicet, ille est qui misericordiam mauult quàm sacrificia.*

Tertullian.
Pœnitentis impioris auidissimus Deus.
a Apoc. 2.& 3.

Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum, *Dum in carne est quis, exomologesim facere debere apud Ieremiam. (Numquid qui cadit, non resurget, aut qui auertitur non conuertetur?)*

Cyprian.

Hieronymus, *Post tanta mala ad pœnitentiam prouocat*

Hieronym.

Peccator si voluerit ad Deum conuerti potest, nunquam Deo illi deficiente.

prouocat eos qui potuerint remanere: *sine prius quam* A *venians qua minatus est, hortatur ad conuersionem, & dat locum pœnitentiæ. Quod autem iuxta Hebraicum scriptum est: Et qui auersus est, non auertetur? illud significat, quod qui à Deo auersatus est, si voluerit ad meliora conuerti possit, & Dei furorem ad meliora conuertere, & venienti obsistere, & plagas precibus euitare.*

2 *Basil. Magn. Desperatio cauenda, & Pœnitentia semper accipienda.*

Basilius Magnus homil. contra Sabellianos. *Nolumus eum qui deliquit, ad peccandum, spe pœnitentiæ procedere, sed potius iacentem erigere studemus. Desperatio namque quæ ab aduersariis introducitur,* B *eum qui semel cecidit, in peccatis volutari, ac perdurare, pœnitentiæ verò expectatio iacentem surgere, & ampliùs non delinquere hortatur. Qui verò nos sumus, vt Deo præscribamus? Vult Deus remittere peccatum, quis prohibebit? Nos dicimus, non quid illi ausint, sed quid Deus præcipiat, (Num qui cadit non resurgit?) Contradicemus ne Deo, (qui cadit non resurgit?)*

Chrysost. Nec nimis sibi fidendum, nec desperandum. a 1. Cor. 10. 12.

Ioannes Chrysostomus homil. 29. in Genes. circa principium, *Nullus tametsi multorum bonorum operum sibi conscius præsumptuosus sit, sed anxius & sollicitus, & audiat B. Paulum* [a] *monentem,* C *& dicentem, qui stare sibi videtur, videat ne cadat. Nullus item qui in profundum ipsum malitiæ descendit, salutis suæ spem abiiciat: sed ineffabilem Dei misericordiam cogitans audiat iterum Deum per Prophetam dicentem, (Num qui cadit non resurgit? & qui auersatur, non reuertitur?)* Vide eumdem homil. 69. in Matth.

Theodorit.

Theodoritus. *Cùm superiora dixisset, denuò porrigens manum hortatur ad pœnitentiam, (Numquid qui cadit nō resurgit? & qui auersus est, nō reuertitur?)*

3 *Bacchiarius. Pœnitentes quàm promtè suscipiat Deus.*

S. Bachiarius Sancti Augustini contemporaneus, epistolà ad Ianuarium de recipiendis lapsis tom. 3. Bibliot. Vet. Patrum. *Fortasse dicas, Agnità stupri causà, vir eius (scil. animæ peccatricis) eam deiecit & repulit? fallis te frater, quia per Prophetam proclamat, (Numquid qui cadit non resurget? aut auertens non conuertitur?) Quare non pœnitet populum meum à malitiis suis, & detenti in propositione sua maligna noluerunt reuerti ad me?* Vide totam hanc epistolam vbi plura, atque præclara circa hanc materiam de pœnitentia, & de lapsis pœnitentibus recipiendis, & adiuuandis. Vide duos item de Pœnitentia libros Ambrosij.

Laurentius. Pœnitentiæ semper dat Deus locum, etiā post scelerum multiplicationē, & recidiuationem.

Laurentius Episcopus Nouariensis homil. 1. de Pœnitentia tom. 2. Bibliot. Vet. Patrum. *Cecidisti? Noli diffidere, aut differre, Sed surge, Si per singulos dies erraueris, per singulos dies conuertere, & emenda. Hoc est enim quod à te expectat, & exigit Deus. Aut non audisti, quomodo eius vox resonat per Ieremiam Prophetam. (Numquid qui cadit, non resurget? aut qui auersus est, non reuertetur?) Hoc non de vno casu dicit, sed totius temporis lapsus testatur. Si enim contigerit sæpe cadere, plerumque delinquere, clamat ille semper, & dicit, surge homo.*

Marcus.

Marcus exercitor, & Eremita, Disputatione cum sæculari quodam causidico tom. 5. Bibliot. Vet. Patrum. *Sunt qui multam ob ignorantiam in primo lapsu commorantur, ac se cecidisse nesciunt, quibuscum non sine commiseratione disputat Propheta, Numquid qui cadit, non resurget? & qui auertit se, non conuertetur?*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ τάδε λέγει κύριος, μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται;] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα ἐραστὴν τινὰ τῆς ἐρωμένης ἀποπηδῶντα, καὶ οἰόμενον, μὴ διαλέγεσθαι, μὴ λόγου μεταδιδόναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν καμπτόμενον. τοιοῦτόν τί ἐστι, παραίνεσιν εἰσάγει καὶ συμβουλήν. καὶ τοίγε πολλοὶ τῶν ὑβριζομένων λέγουσιν. ἄπελθε, εἰπὲ τόδε, ἀλλ' ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ. μὴ εἴπῃς, ὅτι παρ' ἐμοῦ. ἵνα μὴ δόξωσιν ὑβρίζεσθαι. ὁ δὲ θεὸς, οὐδὲ τοῦτο. ἀλλ' εἶπεν, ὅτι ἐγὼ εἶπον. ὅρα τὸν πόθον. μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; E ὁρᾷς οὐδαμοῦ φυσικὰ τὰ κακὰ, οὐδὲ τὰ καλά; τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀμετάβλητα. μὴ γὰρ οὐκ ἀπὸ στάσεως πέπτωκας; μὴ γὰρ οὐκ ἐβάδιζες; οὐκ ἐγκαλῶ φησὶν, ὅτι ἔπεσας. ἀλλ' ὅτι μένεις ἐπὶ τῷ πτώματι, τοῦτό με παροξύνει.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τοῦ περὶ μετανοίας δόγματος βεβαίωσις αὕτη σαφής, οὐ γὰρ κατὰ τὸν θάνατον θελήσει τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν. τὸ μὲν γὰρ πεσεῖν τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας. τὸ δὲ μὴ ἀναστῆναι διαβολικόν, ἐπιστροφὴν δὲ νοητέον τὴν παντελῆ τῆς ἁμαρτίας κατάλειψιν. ὅτε καὶ θεὸς οὐ συγχωρεῖ.

Vers. 4. 4

QVIA *hæc dicit Dominus. Numquid qui cadit non resurget?* &c)

Chrysost. Ad pœnitentiam exhortans Deus animam peccatricem, se habet vt amasius qui flectatur ad rebellē amatam quam repulerat. Bona malaque moralia non sunt à natura. Non tā peccare displicet Deo, quàm in peccato persistere.

Chrysostomi.] *Vide amatorem resilientem ab amasia, qui nolit alloqui, nolit reddere verbum, qui tamen rursus flectatur. Tale quid est, cohortatur, consilium dat. Quàm multi contumeliosè tractati dicunt, Vale, dic hoc, sed vt à te, ne dicas ex me, ne videantur affecti iniuriâ: Deus verò neque hoc, sed dixit, ego dixi. Vide ardentem amorem, (numquid qui cadit non resurget?) Vides vbique mala, & bona à natura non esse; quæ enim à natura sunt commutari non possunt, non stans cecidisti? num non ambulabas? Non arguo quòd cecidisti, sed quòd persistis in lapsu, hoc me irritat.*

Incertus. In peccato persistere est Diabolicum. a Ezech. 18. 23. Conuersio bona est abnegatio omnis peccati.

Incerti.] *Dogma de Pœnitentia clarissimè hic firmatur, ac roboratur; non enim vt ait Ezechiel,* [a] *mortem vult peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Labi enim humanæ imbecillitatis; non resurgere verò Diabolicum. Conuersio autem intelligenda cuiuslibet peccati omnimoda abnegatio, cùm & Deus non condonat.*

Vers. 5.] Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosâ? Appræhenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.

F PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quare ergo auersus est populus iste

CVM [a] *hæc ita sint, cur ergo Ierosolymitanus iste populus, in ciuitate ipsa sancta Ierusalem instar obstina*

in Ierusalem auersione cõtentiosâ(seu, pertinaci, aut forti, aut perpetuâ?) Apprahenderunt mendacium (seu, cõfirmati sunt in electione sua, aut, instaurauerunt mendacium.

obstinatissima fœmina, quæ impudenti, & pertinaci facie numquam cedens superiores semper partes in sua habere vult auersione à viro suo, à me suo auersus est Deo, & auersione peruicaci, forti, contentiosâ, atque perpetuâ, quâ mecum semper peius contendere obnitūtur, apprahensam mordicus tenentes idololatriā, mendaci, dolosaque idolorum suffulti spe: mendacibus, & fraudolentis pseudoprophetarum fortissimè inhærentes verbis: necnon & sæculi huius rebus, quæ nedum vana sunt, & mendaces, sed & fraudolentæ. Et confirmati quotidie magis in propria volūtatis suæ electione, quasi murum quemdam in dies instaurare conantur mihi aduersum, è quo sua in me iaciant mendacij spicula. B

a Et noluerūt (seu, renuerunt) reuerti.

Atque [a] reuerti nedum noluerunt, sed & præfractâ fronte renuerunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 *Obstinationis Iudaicæ exprobratio.*

QVARE *ergo auersus est populus iste*, &c. Particula illatiua (*Ergo*) nec in textu Hebraico est, nec in versione Sept. Aptè tamen illam adiecit noster interpres, vt appareat, hæc rectè inferri ex superioribus, & admodum rationabilem, & necessariam istius esse admirationis illationem, cur tanta sit Iudaici populi in sua auersione, & in sua peccatorum ruina obstinatio, si à corporali casu, & deuiatione quilibet, & resurgere, & iter suum obnititur corrigere. In hūc sensum & ex Hebræo Vatablus ita hæc reddit, (*Qui fit igitur vt populus iste Ierosolymitanus auertatur auersione tam pertinaci?*) Quicquid tamen sit de hac illatione, certum est, efficacissimis verbis, ingentique cum stupore, & indignitatis rei execratione Deum per hæc peruicacem, & refractariam Judaico populo improperare in peccatis, & in defectione à vero cultu obstinationem. Nota autem primò, quod dicitur. (*In Ierusalem*) duobus modis accipi posse, vel vt sit appositum populi, prout est in Hebræo, in quo non est præpositio (*In*,) Ac si diceretur, Populus iste qui est in Ierusalem, id est, Ierosolymitanus. Vel vt designet locum, in quo istiusmodi Iudaici populi auersio in maiorem Dei redundabat ignominiam, in ciuitate nimirum sancta Ierusalem, peculiari alioqui loco sanctificationis, cultusque eiusdem Dei. C

2 *Obstinatio Iudaica instar obstinationis fœminarum peruicacium.*

Nota secundò, iuxta regulam, quam attuli supra in 1. expositione, vers. 19. præcedentis capitis quando iuxta Hebraicam phrasim nominis masculini verbum est generis fœminini, significari tributum viris actionem fœminilem, & de fœminili agi actione, cùm hoc loco masculinæ vocis עם *ngam* populus iste verbū, seu participiū שובבה *sciobeba*, id est, auersa, seu rebellis, refractaria, aut auersa est, fœminini sit generis, significatur Iudaico populo tributam fœmineam auersionem, obstinationemque impudentem, & durissimam, ac peruicacem, qualem apertè eidem tributam vidimus supra cùm in cap. 3. diceretur, [b] *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Vnde bene Sept. ita hæc reddidère, (*Quare auersus est populus iste auersione impudenti?*)

b Ierem. 3. 3.

3 *Obstinatio Iudaica dicta & peruicacē rebellionem.*

Nota tertiò; quamuis per quodlibet peccatū mortale homo auertatur à Deo, & à recta ratione, vt ostensum est supra in cap. 2. hoc tamen loco cùm auersi asseruntur Iudæi, ita dicuntur per multiplicia eaque obfirmata scelera, in primisque per Idololatriam à Deo auersi, vt simul & rebelles, & refractarij facti significentur, hæc enim omnia Hebraico designantur verbo שוב A *sciub*; & nomen item Hebræum משבה *mesciubah* ab eodem verbo, & auersionem sonat, & rebellionem.

Obstinatio Iudaica, quomodo dicatur contētiosa, & perpetua.

Nota quartò, optimè Hebr. vocem נצחת *nitzahhath*, Epithetum istius Iudæorum auersionis, & rebellionis à nostro interprete redditam, (*Cōtentiosa*,) vtpote deriuatā à verbo נצח *natzahh* vincere, superare, vrgere; vt intelligamus, auersionem & rebellionē istam, prout in secundo dictū est notabili, esse talem, qualis refractarum fœminarum, quæ cùm à suis quampiam ob rem auertuntur viris, numquam fieri potest, vt cedant, sed in contentione sua semper remanere volunt superiores. Non ita aptè qui eandē vocem vel ab eiusdē verbi significatu roborandi & fortificandi vertunt (*auersione forti*,) seu (*pertinaci*, ac *præfractâ*.) Vel ab alio simili nomine נצח *netzahh* quod sæculum significat, (*auersione* vertunt *perpetuâ*) quāquam sic vel ab ipsa fortitudine similiter perpetua verti eadem possit, vt super hunc locum notat R. Dauid, quia quod forte est, durabile pariter est, diuturnum, atque perpetuum. Lege caput tertium, & apertè contentiosam, & pertinacem eius populi explicatam sub metaphora auersatricis mulieris intelliges auersionē. Quin multò ante Ieremiam hanc ipsam Moyses eimet exprobrans dixit. [c] *Ego scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam: Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum semper contentiosè egistis contra Dominum, quantò magis cùm mortuus fuero?* c Deut. 31. 27.

(*Apprahenderunt mendacium.*) Pro *apprahenderunt* in Hebræo est verbum החזיקו *hehhezikú*, quod non solùm apprahensionem significat, sed & fortem, duramque eius quod apprahensum sit, retentionem, ideoque bene Pagninus, & Regia hæc ita vertunt, (*Apprahenderunt in dolum.*) Meliusque Vatablus, aliique cum eo; (*Pertinaciter dolo hærent*:) Seu, *mordicus retinuerunt dolum, vel fraudem*: Porrò cùm dictum verbum sit coniugationis, quam Hebræi appellant Hiphnghil, in qua id sæpius vsurpatum reperitur pro instauratione, & roboratione murorum, vt sæpius in cap. 3. Nehemiæ. Non ab re fortasse fuerit, vt & hæc respondeant auersioni, quæ mox dicta fuit, contentiosa, seu forti, si per ea significatum dicamus. Iudæos quò validius in contentione illa sua perdurare possent, id potissimùm studuisse, vt murum, quem Deo illos opposuisse asseruit Isaias [d] iniquitatum suarum, mendaciique in primis, doli, atq; fraudis, quotidie instaurare magisque roborare obniterentur. 4 D

Obstinatione suā vdaei roborant, & instaurant in dies magis murum mendacij, & doli.

d Isai 59. 2. E

Iudæi è muro iniqua obstinationis iaciunt in Deū spicula mendaciorum.

Pro nomine mendacij in Hebraic. est vox תרמית *tharmith*, quæ cùm sit deriuata à verbo רמה *ramah*, Proiicere, eiaculari, fraudare, fallere, & dolosè agere, non incongruè forsitan posset verti, *Eiaculatorium*, vt significetur ad quid murum, vt dictum est, Iudæi instaurare, & roborare tanto contenderint studio; nimirum vt è muro illo iniquitatis, validius aduersùs Deum iacula iacerent mendaciorum suorum. Tametsi rectiùs communi & Hebræorum, & nostrorum consensu, eadem vox pro dolo, pro fraude, proque mendacio sumatur. Doli autem aut fraudis, atque mendacij nomine tria hîc designātur quæ Iudæi fortissimè apprahensa tenuère, & quibus cum Deo contentiosè egerunt, primum Idola, & idololatria, quæ per dolum, & fraudem sacerdotum introducta est in eum populum, mendaciūque & fraus rectè nuncupatur, ex eo quod omnis quæ in idolis collocata fuisset spes, mēdax, & suo fine fraudata apparuit, iuxta id quod infra cap. 13. 5 F

Idola, & idololatria appellata mendaciū, dolus, & fraus.

a Ier.13.25. cap. 13. dicitur.[a] *Quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.* Et declarat paulò post Dominus, b Ier.13.27. quodnam istud esset mendacium.[b] *Super colles in agro vidi abominationes tuas.* Secundò significantur eodem mendacij, seu doli nomine falsa, dolosa, ac fraudolenta pseudoprophetarum dicta, c Ier.23.26. iuxta illud,[c] *Vsquequò istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui?* Vbi pro eo quod noster interpres legit, *Seductiones*, in Hebr. eadem quæ & hîc est vox תרמית *tharmith*, vt ex eo hîc Iudæi arguantur quòd auersi à Deo sint auersione contentiosà, quia pertinaciter mendaciis pseudoprophetarum inhæsêre.

6 *Mendacij, & doli nominibus significata omnia quæ mundi sunt.* Tertiò demum significatur, exinde eosdem potissimùm auersione contentiosâ à Deo auersos esse, quòd mordicùs appræhenderunt, tenueruntque creaturas, & res sæculi huius, de quibus in eo legimus Psalmi.[d] *Filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* d Psal.4.3. Vbi bene eædem res & mendacium dicuntur, & vanitas, quia ita mentiuntur, vt & dolosè, fraudolenterque agere videantur, dum primo aspectu magnum quid præ se ferant boni, & tamen vanitas ipsa sunt. *Mundana quomodo fraudolenta.* Vtinam non & ita mentirentur, & deciperent, vt pro fœlicitate, quam præ se ferre videntur, & polliceri, infœlicitatem maximam inferant, & afflictionem.[e] e Eccl.1.14. *Vidi inquit Ecclesiastes cuncta quæ fiunt sub Sole, Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.* Pro quo peroptimè Sept. *Et ecce vniuersa vanitas*, ἐ προαίρεσις τ̃ πνεύματ☉, id est, *& electio spiritus*, id est, libera animi electio, voluntas, & vt ita dicam Italicè *Capricci proprij*. *Propriâ voluntate fit omnis nostra contentio cũ Deo.* Quo sensu & hoc quoque loco idem Sept. Hebraicam vocem προαίρεσιν, vertentes ita hæc legunt, (*Et confortati, seu confirmati sunt in electione sua,*) id est, in eo quod propriâ elegissent voluntate, cùm in mox præcitato loco cap. 23. ipsammet vocem verterint τὰ θελήματα, *voluntates cordis sui.* Per quæ id confirmatur, quod aliàs ex Bernardo probasse me recolo, totam quam cum Deo habemus contentionem, totum & prælium, quod contra illum gerunt iniqui, per propriam cuiusque fieri voluntatem. Per quam etiam fit, vt eorumdem auersio, & fortis sit, & peruicax, atque perpetua. Quod & confirmant, quæ hîc subiiciuntur, (*Et noluerunt reuerti.*) efficaciusque ex Hebr. (*Et renuerunt reuerti.*) Neque enim dicitur, (*Non potuerunt reuerti*) quod indicaret, defectum impœnitentiæ non tam ex parte extitisse illorum, quàm ex parte Dei.

Vers. 5.] Quare ergo auersus est populus iste, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 QVAMVIS per lethiferũ quodlibet peccatum fideles à Deo auertantur, eiusdemque constituantur inimici, prout in superioribus ostensum est sæpius; ob triplex tamen peccatorum genus contingere hoc potissimum crediderim, vt qui auertitur, auersione contentiosâ auerti dicendus sit. *Per superbiã peccantes dicuntur à Deo auerti auersione contentiosâ.* Et de peccantibus quidem per superbiam, & arrogantiam, id est tam certum quàm quod certissimum, impiis id apertè profitentibus apud Malachiam, cùm aiunt,[a] a Malac.3.15. *Beatos dicimus arrogantes: si quidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum*, contentiosè nimirum ab illo se auertentes, *& salui facti sunt.* Quamquam re verâ si ipsorummet perpendantur verba, quibus cum Deo contendentes ita eum alloquuntur in libro Iob.[b] *Superbi quãtâ audaciâ contendant cum Deo.* b Iob.21.14. *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus*, in id elatam suam direxisse videntur mentis aciem, vt nec se à Deo auertere dignentur in ea quam cum ipso habent contentione, sed Deum potius quasi ab ipsis vel pauore concussum, vel superatum ab eis se auertere, & recedere, instar pauidi illius ducis, qui ad potentioris aduersarij conspectum, è campo cum suo recedit exercitu. Ac si ipsi, Deo recedente, vt victores remansuri sint, sicut Italicè dici solet, *Patroni della Campagna*, sicque & moliri quicquid eis libuerit, & demoliri. Quos horrendos fastus derisisse videtur Deus apud Isaiam, cùm diceret,[c] *Audiuimus superbiã Moab, superbus est valde: superbia eius, & audacia eius plusquàm fortitudo eius.* c Isai.16.6.

8 Magis igitur propriè eos à Deo auersione cõtentiosâ auerti dicendi sunt, qui, vt hoc loco dicitur, ita auertuntur in Ierusalem, in ciuitate nimirum, & loco sancto. *Electores satagentes, vt reiecto digniori is eligatur, quem ipsi voluerint, dicũtur auerti à Deo auersione contentiosã.* Eos inquam Ecclesiasticorum, & Religiosorum, qui in Ecclesiis, & Monasteriis tunc potissimùm ita delinquũt, cùm ad Prælati, seu dignitatis alicuius deuenitur electionem. Quando haud obscuris significationibus diuinæ electionis compotes facti, apertéque cognoscentes, quis reuerà vt dignior aliis sit præferendus, & quem eligi Deus velit: In eo nihilominus auersione à Deo sese auertunt cõtentiosâ, quasi separatas ab eo, atque à bonis electoribus agentes partes, cum ipso contentiosè se gerunt, sus déque omnia turbantes, vt quẽ Deus elegerit, arceant ipsi. Et quibus id armis efficiũt, & technis? Audi. *Apprahenderunt mendacium*, seu iuxta aliam lectionem, *Mordicus tenuerunt dolum*, *Electores improbi quã ratione se gerãt, vt iuxta voluntatem ipsorum fiat electio.* ac fraudem, mendaciis omnia respergunt, quæ contra virum probum eligendum in electorum disseminant aures; fraudulenter cum aliis iugiter tractant; & cum dolo multiplicia & asserunt, & pollicentur, (*Confirmati sunt in electione sua*) legunt Sept. (*& noluerunt reuerti.*) Ita nimirũ in praua quam sibi præfixerunt electione obdurati, vt ab ea se diuelli nullatenus sinant.

9 Sed & propriissimè hæc. (*Quare populus iste in Ierusalem auersus est auersione contentiosâ*; & hæreticis aptarim, & blasphemis illis, qui in magna aliqua excandescentia Deum horrendis lacessunt blasphemiis, ab ipso sæpe verbotenus, vtinam nõ & plerumque re ipsâ ad Diabolum sese auertentes, prout in lusorum aliquibus euenit aliquando. *Hæretici & Blasphemi auerti dicũtur à Deo auersione contentiosâ.* Et quidem quòd hæretici in Ierusalem sancta, & in Ecclesia à Deo se auertent sat apertè testatus videtur Apostolus, cùm in epistola ad Titum id vt proprium eis tribuat Epithetum.[d] d Tit.1.14. *Auersantium se à veritate*: Deus quippe veritas est, sicut est & lux. Quòd autem ista eorum auersio contentiosa sit, ex verbis eiusdem Apostoli colliges, quibus in epistola ad Romanos ait,[e] e Rom.1.18. *Qui veritatem Dei in iniustitia detinent*: quia veritati, quam optimè exploratam habent, vim inferunt, nec contradicunt solùm, sed & quasi incarceratam seris impiæ ipsorum opinionis illam detinent, ne ab aliis prospici queat, (*Confirmati nimirum in electione sua,*) & in praua corroborati hæresi, quam elegerint: Et tametsi se appræhendisse norint mendacium, mordicùs ita nihilominus id retinere contendunt, vt vix vlla superesse videatur spes conuersionis eorum.

Et de quibusnam verius dici potest. (*Apprehende*

Blasphemi à Deo ad Diabolum se auertentes apprehendunt mendacium. *a Ioan. 8. 44.* *b Isai. 28. 15.*

A *henderunt mendacium, & noluerunt reuerti*, quàm de blasphemis illis, quos à Deo ad Diabolum in necessitatibus ærumnisque suis auerti diximus, cùm de Diabolo id legamus in Euangelio.[a] *In veritate non stetit, quia non est veritas in eo, cùm loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Talesque apud Isaiam de hoc ipso imprudentissimè gloriantur dicentes,[b] *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Quid mirum si ad Deum reuerti nolint.

B

VVLGATÆ.

Vers. 5.] Quare ergo aduersus est populus iste, &c.

SEPTVAGINTA.

5. Διατί ἀπέστρεψεν ὁ λαός μου οὗτος ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, καὶ κατεκρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν τοῦ ἐπιστρέψαι;

C

Vers. 5.] Quare auersus est populus meus hic auersione impudenti, & confirmati sunt in electione sua, & noluerunt reuerti?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quare obfirmant se populus iste, habitatores Ierusalem vt non conuertantur ad cultum meum? sed auersi sunt, vt recedant à lege, & noluerunt redire, sed apprehenderunt dolos, renuentes conuerti.*

Clemēs Romanus. Pœnitentes admittendos.

D

Vers. 5. (*Quare ergo auersus est, &c.*) Clemens Romanus lib. 2. Apostolicarum Constitutionum cap. 14. Hanc vna cum superiori affert sententiam, aduersùs eos, qui nolunt admittere pœnitentes: sic autem ista refert. (*Deflexit populus meus impudenti deflexione, & in electione sua obfirmati sunt,*) iuxta versionem Sept. Similique ratione ob idipsum eadem affert & Ioan. Damascenus libr. 2. Paralell. cap. 87. licet eius interpres secundam partem ita legat. (*Detenti sunt in consilio suo.*)

Io. Damasc.

Greg. Naz. Impœnitētes arguuntur.

Gregorius Nazianzenus oratione in plagam grandinis, post dimidiū, hæc ipsa affert contra eos, qui nec flagellis à Domino correpti resipiscunt per pœnitentiam, Legit autem in hunc modum, (*Quare auersus est populus meus auersione prauâ, ob quam prorsus conteretur, & extinguetur.*)

Hieronym. Obstinati arguuntur.

Hieronymus. *Quantò inquit magis ego ad pœnitentiam prouocaui, tantò illi plus recesserunt à me non tam peccandi studio, quàm me superandi.* (*Apprehenderunt enim fortiter mendacium,*) *vel idola, vel praua quæque veritati, iustitiæque contraria* (*& noluerunt reuerti,*) *Non dixit:* (*non potuerunt,*) *sed omni studio iniqua sectati sunt.*

Theodorit. Malitia non est opus naturæ, sed voluntatis.

Theodoritus. *Increpat incredulos,* (*Quare auersus est populus iste, & Ierusalem auersione impudenti? & obfirmati in voluntate sua noluerunt reuerti?*) *Manifestè docet nos malitiam non esse opus naturæ, sed voluntatis.*

2 *Cyril. Alex. In voluptatibus, & affectibus quā ta sit animæ instabilitas.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in cap. 57. Isaiæ, pari modo hanc refert sententiam, referam aliqua ipsius, quæ faciunt ad totum id, quod & in subsequenti vers. asseritur. *In fœdis*, ait, *voluptatibus nobis vsu venit, vt interdum abducatur mens nostra ad omne genus impietatis, & aliquando laudat diuitias, aliquando carnis studia amat, & inani gloriâ vincitur & tamquam omni vento circumfertur, iuxta id quod dictum est de quodam voce Ieremiæ,*[a] *Cupiditatibus animæ quasi vento agitata est, tradita est, Quis conuertet eam? Anima enim quæ hoc passa est, tradetur semper passionum perturbationibus. Quod docebit Parœmiasta dicens, Praua*[b] *enim cogitationes separant à Deo, & inconstantia cupiditatis transuersim rapit mentem innocentem. Retrahenda est igitur nobis mens, si velit in rupes præceps ire, & fœdis exultare voluptatibus, illisque assuefieri, ne si multis hisce viis defatigata sit, præda fiat Diaboli. Animi vel mediocriter intelligentis officium est, erratis, & peccato non implicari velle: sin hoc fieri contingat, velle tamen resipiscere, & recursu ad meliora delere crimina. Sin præcipiti impetu ad turpiora deuoluatur, recusetque insuper resipiscere, peccatum additur peccato, & morbum videas morbo accedere. Accusat eos qui in his sceleribus versantur vniuersorum Deus, & inquit.* (*Num qui cadit non resurrgit? num qui auersus est, non reuertitur. Quare auersus est populus hic auersione impudenti, & confirmati sunt in voluntate sua, & noluerunt reuerti?*)

a Iere. 2. 24. *b Sap. 1. 3.* *Affectus ad voluptates compescendi.* *Post peccatū confugiendū ad pœnitentiam, ne peccato addatur peccatum.*

D. Thomas. (*Quare ergo auersus,*) quantùm ad peccatum, (*Contentiosa,*) quasi contendentes contra Dominum, vel contemnentes ipsum. (*Apprehenderunt*) quantùm ad conuersionem (*mendacium*) dolum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

E

ΔΙΑΤΙ ἀπέστρεψεν. ἀποστροφὴν ἀναιδῆ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀναιδῆ δέ φησιν ἀποστροφὴν, ὅτι ἀπὸ θεοῦ, ὅτι ἐπὶ τοιούτοις, ὅτι μηδὲν ἐγκαλεῖν. [Ἐπιστροφὴν ἀναιδῆ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι ἀπὸ θεοῦ, ὅτι ἐπὶ τοιούτοις, ὅτι διὰ παντὸς, ὅτι οὐδὲν ἔχουσα ἐγκαλεῖν. οὕτως γὰρ ἀναιδὴς ἡ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποστροφή.

Καὶ κατεκρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτεξούσιος γὰρ ὁ ἄνθρωπος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πάλιν τὴν βούλησιν παραλαμβανομένην. οὐδαμοῦ τὰ τῆς ἀνάγκης, οὐδὲ τὸ τῆς εἱμαρμένης. μὴ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐτύγχανον τοιοῦτοι ὄντες;

3 Vers. 5. QVARE ergo, &c. *auersione impudenti, &c.*)

Incertus. Auersio contentiosa, seu impudens quæ.

Incerti.] *Impudentem autem ait auersionem, quòd à Deo, quòd ob res eiusmodi, quòd nihil haberet de quo expostularet. Auersione impudenti.*

Chrysost.

Chrysostomi.] *Quòd à Deo, quòd ob eiusmodi causas, quòd semper, quòd nihil haberet de quo expostularet dignum: ita enim impudens est auersio à Deo. Et confirmati sunt in electione sua.*

Olympiod. Liberum arbitrium in homine.

Olympiod.] *Liberæ enim volūtatis est homo.*

Chrysost.

Chrysostomi.] *Vide rursus, vt voluntas proferatur, nusquam necessitas, nusquam factum. Num à principio tales erant?*

Vers. 6.]

Vers. 6.] Attendi, & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur: nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Attendi & auscultaui.

HÆC [a] *autem omnia non ab aliis relata accepi, sed ipsemet id totum re ipsâ animaduerti, eorum spectator factus: quandò vt bonus eorum pater optans bonum aliquod saltem verbum ex ipsorum ore accipere, aut aliquod intueri pœnitentiæ signum & animum, & aures in illos intendi.* [b] *Nam nullum inter eos audiui, qui bene, ac rectè loqueretur, sed mendacia duntaxat, dolos, fraudesque. Nec vllum conspexi, qui vel tantillum per pœnitentiam commotus suam examinans conscientiam, perpensaque peccatorum amaritudine, & grauitate diuinæ offensæ, diceret: Quid feci? quot modis meum offendi creatorem? quot turpitudinibus me fœdaui? quot malorum me reddidi obnoxium?* [c] *Quin potiùs ita in contentiosa sua persistunt auersione, vt in quascumque res sibi contra rationem propositas proruant, & cæptum ad illa cursum omni qua possunt, prosequi studeant animi contentione, tanto sanè passionum suarum impetu, quanto & equus impetu currens in prælium; & rapidus fluuius, qui ruptis arginibus exundet in agros.* [d] *Attendite hæc animo Gentes vniuersæ, & auscultate, quàm vera hæc sint; Nec rectum quid ex ipsorum egredietur ore: Nec suam aliquis perpendit malitiam, vt eius pœnitêre queat; Nec solùm passionibus aguntur in suo post terrenas res cursu, quæ ad irascibilem spectant: verùm & passionibus pariter concupiscibilis impulsi, ita post carnalia currunt, vt nec ob lassitudinem ab eo desistant, instar profectò equi defessi quidem, sed tamen feruidi in hinnitu suo ad equam.*

b Nemo quod bonũm est loquitur: Nullus est qui agat pœnitentiam de peccato suo, dicẽs, Quid feci?

c Omnes conuersi sunt ad cursum suũ, quasi equus impetu vadens (seu exũdans) ad prælium.

d Auribus percipite iam & audite: Nõ rectè loquentur: Nec est homo pœnitẽtiam agẽs de malitia sua, dicens, Quid feci? Defecit currẽs à cursu suo, quasi equus defessus, seu feruidus in hinnitu suo.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Isid. Clarius.

ATTENDI, & *auscultaui*, &c. Isidorus Clarius in suis Annotat. super hoc cap. 8. existimat hæc esse verba Prophetæ, qui diligẽter auerterit si aliqui conuerterẽtur minis diuinis: sed neminem reperisse qui resipisceret, & à cursu vitæ suæ peruersæ pedem retraheret. Meliùs tamen cum communiori sententia hæc tribuens eidẽ, qui mox locutus fuerat, Deo. Quibus ille patefaciat, se nullas boni patris erga contumacem, & in sceleribus peruicacem filium prætermisisse partes. Adeòque tametsi à Iudaico populo contemptum se nosset, atque etiam impugnatum auersione contentiosâ: animo nihilominus magna cum attentione intendisse, auresque arrexisse in eum, si fortè vel bonum aliquod ex illius ore progrederetur verbum, si quodpiam verbo, vel signo aliquo, pœnitentiæ exhiberent specimen, quæ sibi maximè essent in optatis, vt eis parcens exaltaretur. Cùm & hæc quoque frustra à se tentata compererit; quandoquidem nec vllum audierit, qui bonum loqueretur, nec quẽquam aduerterit, qui pœnitentiam ageret, &c. Vt iis sint similia, quibus in Psalmo [c] 13. vers. 2. dicitur, *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, & requirens Deum. Omnes declinauerunt*, &c.

Deus erga peccatores se gerit vt bonus Pater.

c Psal. 13. 2.

2 Quamquam simpliciùs dici possit, hæc in cõ-

A probationẽ eorum, quæ mox de eo populo dixerat, subiici ab eodem, Domino, quasi dicat, Quod aio, ipsum auersum auersione contentiosâ, peruicaci, ac perpetuâ, mordicúsque appræhẽdisse, & tenuisse mendaciũ, non ab aliis accepi, sed ipsemet id totum re ipsâ animaduerti, & spectator eorum fui. Siquidẽ cùm illos attentiùs inspicerẽ, & audirem eos, intellexi quòd. (*Nemo quod bonũ est loquitur.*) Hebr. propriè, (*Non rectum loquentur,*) vt videatur per hæc id peculiariter probare quod dixerat, (*Apprehenderunt mendacium, seu dolum, & fraudem*) non solùm sc. tribus iis modis, quæ ibi

Deus auditor, & spectator sermonũ, actuumque nostrorum.

B explicauimus, sed & in dolosis verbis, & mendacibus, fraudolentisque sermonibus. Sicut & id quod ibi dixerat, Auersum populum Ierusalẽ, per id probat, quo hîc subiicit. (*Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens,* (examinans videlicet conscientiam suam, contrito corde.) (*Quid feci:*) Hebr. (*Non vir pœnitens super malo suo, dicendo, quid feci?*)

Obstinatio impiorũ qualis, & quãta.

3 Demum in confirmationẽ, quòd nedum auersus sit populus ille, sed & auersio ipsius sit cõtentiosa, peruicax, & perpetua, addit, (*Omnes conuersi sunt ad cursum suũ,*) Hebr. ad verbũ, (*omnis ipse con*-

C *uersus est in cursum suum,*) seu, vt vertit Vatablus. (*Quisque illorũ ad suũ cursum tendit.*) id est procedit vlteriùs, & fertur in res sibi propositas cõtra rationem, in quo ipsa sita est eorũ auersio. Contentiosa certè vt ex allata patet similitudine, (*Quasi equus impetu vadens in præliũ.*) Et præfortis, vt Hebraico colligitur ex verbo, seu participio שוטף *sciotheph*, quo propriè metaphorâ id designatur rapidè currentis fluminis exundationis, cui vix quidquã est quod resistere queat: quã metaphoram seruauit Interpres Regiæ ita hæc vertens, *Tamquã equus exundãs in prælium*, vt duæ sint metaphoræ, equi sc. currentis in præliũ, & fluminis

D rapidè fluentis, atque inundantis. Vide quæ dicta fuêre super verba illa capitis secundi. *Quomodo dicis, non sum polluta, post Baalim nõ ambulaui? Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris cursor leuis explicans vias suas.* Et quæ de equo in præliũ tẽdente perpulchrè descripta habes in c. 39. Iob à vers. 19.

4 Sept. Valde diuerso modo totum hunc habent vers. 6. Sic quippe legunt, (*Auribus percipite iam & audite. Non rectè loquentur: Non est homo pœnitẽtiam agens de malitia sua, dicens, quid feci: Defecit currens de cursu suo, quasi equus feruidus.*) ita Complutẽsis, & Regia, Vaticanus verò Codex (*quasi equus de-*

Obstinationis alicuius peccatoris tria argumenta.

E *fessus in hinnitu suo.*) Quorũ tamen haud multò diuersus est sensus à sensu nostræ Vulg. lectionis: Nam quod dicitur, (*Auribus percipite & audite,*) sermo est Domini inuitantis omnes ad audiendã orationem suã, quã id quod mox de Iudaico populo à se dictum fuerat, quoad auersionẽ impudentem, & confirmationẽ in electione sua, breuiter probaturus re ipsâ est. Tum ipsam subdẽs eorum probationem, ait, (*Non rectè loquentur.*) En primum argumentum. (*Non est homo qui pœnitentiam agat de malitia sua, dicens, quid feci?*) En argumentum secundum: Sed est & tertium cæteris

F efficacius, (*Defecit currens de cursu suo quasi equus feruidus, seu defessus in hinnitu suo.*)

5 Circa quod postremũ argumentũ. Nota primò quod dicitur, (*Defecit currens à cursu suo*) quamuis primo aspectu bonum quid significare videatur, ei nimirum contrarium malo, quod in Vulgata, & in Hebr. iis explicabatur, (*Omnes conuersi sunt ad cursum suum.*) Attamen malum re verâ significant, efficaciusque id designant, Quod & Vulgata, & Hebr. verbum enim, (*Defecit,*)

Deficere à cursu suo pro currere vsque ad defectionẽ, vel etiam defessum.

non tam cessationem hîc significat cursus, quàm quod quisque vsque ad lassitudinem, imò & defessus cucurrerit, prout Italicè dicitur, *Straccarsi dietro alcuno*, pro currere post illum vsque ad defectionem; quomodo & supra in cap. 2. cum de celerrimo Onagri ageretur cursu, quem nemo assequi potest venatorum dicebatur.[a] *Omnes qui quærunt eam non deficient*, id est, non illum cursu prosequentur, *Non se gli straccarano dietro: in menstruis eius inuenient eam.* Quomodo & Sanctus ille vir pœnitens laborandi verbum vsurpasse reperitur in Psalmo 6.[b] *Laboraui in gemitu meo*, non quòd præ laboris lassitudine à gemitu cessarit; sed quòd vel etiam laborans, & lassus in gemitu perseuerauerit: quod per subsequentia probauit, dicens, *Lauabo*, id est, Laui *per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo*, id est, rigaui. Et hoc ipso sensu intelligendum quod iuxta lectionem Codicis Vaticani, dicitur. (*Quasi equus defessus in hinnitu suo*,) quod bene per aliam explicatur lectionem. (*Quasi equus feruidus in hinnitu suo.*)

a Ier. 2. 24. *Laborare in aliqua re est illam prosequi etiã cum magno labore.*
b Psal. 6. 7.

6 *Defecit aliquãdo peccator, & cessat ab aliquo peccato ob sua carnis infirmitatem.*

Possemus nihilominus idem deficiendi verbũ, idemque participium defessus, proprio sumere significatu, vt veram designat cessationem, vel à cursu, vel ab hinnitu, quæ tamen non tam à Iudæorum prouenerint volũtate, quàm vel ex ipsa carnis eorum infirmitate, quã plerúmque fit, vt vel inuitis operæprecium sit aliquando à suo desistant cursu, prout ij fatebantur impij, qui dicebant,[c] *Lassati sumus in via iniquitatis*: Vel ex eorũ velocitate post quæ currere satagunt; quæ & bene propterea ventis assimilantur, vt colligitur, ex eo quem supra retulimus loco lib. Eccl.[d] *Vidi cuncta quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & electio spiritus*, vt legunt Sept. pro quo in Hebr. & *pastio venti.* Quid sit autem pastio venti, idemmet explicat Sapiens in lib. Prouerb. dicens,[e] *Qui nititur mendaciis*,) iis nimirum de quibus hîc dicitur, *Apprehenderunt mendacium*, & rebus mendacis sæculi huius) *hic pascit ventos*, pone sc. instar pastoris post ventos vadens: *Idem autem ipse sequitur aues volantes*, quibus postremis verbis alterâ metaphorâ idipsum explicatur, quod deficere sæpius à cursu suo cogantur impij, ob pernicitatem rerum quas in hoc mundo prosequi enituntur, vt pote quæ alis quodãmodo instar pernicissimæ volent Aquilæ, prout aliàs Salomon ipse contestatus est, dicens,[f] *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum.*

c Sap. 5. 7. *Deficit, & cessat peccare nonnumquã impius, quia assequi nõ potest id quo peccaret.*
d Eccl. 1. 14.
e Prou. 10. 4.
f Prou. 23. 5.

7 *Auersio peccatoris à Deo qualis sit probatur ex vehementi impetu passionũ cõcupiscibilis, & irascibilis illius.*

Nota secundò circa idem postremũ argumentum istius Ieremiæ sentẽtiæ, quam præ manibus habemus, iuxta hanc lectionem Sept. (*Quasi equus defessus, seu feruens in hinnitu suo*,) rectè impudentem Iudaici populi auersionem probari ex vehementissimo illius impetu libidinis, & passionum concupiscibilis, de quo & supra cap. 5. eadẽ actum nouimus equi similitudine,[e] *Equi amatores & emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorẽ proximi sui hinniebat.* Cùm è vestigio cùm per hæc ipsa probandũ sit, quòd Iudæi auersi essent auersione contentiosâ, seu forti, peruicaci, atque perpetuâ, iuxta lectiones alias: aptissimè pariter id probatum est in Hebr. & in nostra Vulgata, ex eorum cursu, & impetu in passionibus irascibilis, (*Quasi equus impetu vadens ad prælium.*) Nouimus enim, omnia quæ in bello fieri contingit prouocare equum ad vehementiorem impetum, vt patet ex loco supracitato lib. Iob. Qua de re agemus fortassè aliqua in secunda expositione Morali.

e Ierem. 5. 8.

Vers. 6.] Attendi, & auscultaui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

MAGNA quidem, & digna quorũ præcipua habeatur ratio, ea sunt quæ in Euangeliis legimus, vel Christũ Iesum dicẽtem ad Apostolos,[a] *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*: vel[b] *Ecce ego vobiscũ sum vsque ad consummationẽ sæculi*: vel[c] eumdẽ Iesum post resurrectionẽ ianuis clausis introisse in locum vbi erant discipuli congregati, & stetisse in medio eorum. Sed Apostolis, Christique discipulis, & quotquot eorũ imitatores in Ecclesia sunt, summæ ea & fuere, & sunt cõsolationi, quibus & sermones sancti, ac recti. Pro talibus enim in primis audiendis in medio sanctorũ se statuere solitum Iesum ex eo item colligitur Euãgelij,[d] quo colloquẽtibus de eius passione duobus discipulis, qui ibant in Emaus, *Et factum est*, inquit, Euangelista *dũ fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquãs ibat cũ illis, & ait ad illos, qui sunt hi sermones, &c.* & de tali suo cum iustis cõsortio locutũ crediderim Deum, quando ore sapientiæ dixit,[e] *Deliciæ meæ esse cum filiis hominũ.* Nã è vestigio quod hîc apud Ieremiam ait, (*Attendi, & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur*,) non eius designat delicias, quas certè nullas, quin potiùs afflictiones maximas, si earũ capax esset, exinde is colligit, dũ & impiorũ consortiis præsens adstat, summaque cũ attẽtione illorũ audit & verba, quæ tametsi iuxta Poëtę dictum Volat irreuocabile verbum, in aëre videantur euanescere, in diuina tamen illius mẽte stylo cõscribuntur adamantino, ita vt propterea Redemptor noster aliquando dixerit,[f] *Quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.*

8 *Consortiis iustorum Deus præsens adstat, vt illorũ delectetur sermonibus sanctis.*
a Matth. 18. 20.
b Matth. 28. 20.
c Ioa. 20. 19.
d Luc. 24. 13.
e Prou. 8. 31.
Cõsortiis etiã impiorũ Deus adstat præsens, & praua quæque illorum audit & notat verba.
f Matth. 12. 36.

Quamobrem & nobis, quibus multùm inest imperfectionis, hæc Domini sententia multum quando conuersari cum fratribus contigerit, & timorẽ incutere debet, & causare cautelã, ne Deo nostro, quantum ex nobis est, mœrorem nostris inferamus sermonibus, dãnationisque propterea nobis paremus iudiciũ, vix enim quid contingere potest facilius, quàm vt hoc & de consortiis nostris dicat Dominus, (*Attẽdi, & auscultaui, nemo quod bonũ est loquitur.*)[g] *Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir*, ait B. Iacobus, & cui timorem non iniiciant maximum, quæ idẽ paulò post subiicit Apostolus,[h] *Omnis natura bestiarũ, & volucrũ, & serpentium & cæterorũ domantur, & domita sunt à natura humana, linguã autem nullus hominũ domare potest*, id siquidem peculiare est Dei opus, iuxta illud Prouer. *Domini*[i] *est gubernare linguam*, tanquã videlicet Naucleri malum nauis corporis nostri; malo enim & idem Iacobus[k] ipsam assimilat linguam. Cùm contigerit, vt malus è naucleri manibus dilapsus sit, actum est de naui, quæ tuto è contra etiam in tempestatibus maximis circumfertur eius malo naucleri manu gubernato; idcirco *beatum*[l] illum prædicat Sapiens quidam, *qui linguâ suâ non est lapsus.* Et,[m] *Attende ait, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Bene *attende*, inquit, quia facillimum est, vt istiusmodi linguæ malus è Dei gubernantis dilabatur manibus, cùm ipso sit lubricior oleo. Dicebat aliquando Sapiens ille

9 *In consortiis nostris familiaribus quã cauti esse debeamus, ne præsentẽ Dñũ nostris offendamus sermonibus.*
Linguã labi, & delinquere verbo facillimum.
g Iacob. 3. 2.
h Iacob. 3. 7.
i Prou. 16. 1.
k Iacob 3. 4.
l Eccl. 25. 11.
m Eccl. 28. 30.

a Eccl.5.5. Eccleſiaſtes,[a] *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam: Neque dicas coram Angelo, Non eſt prouidentia, ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum.* Quantò efficacius addat quis, Attende, ne prauum coram Deo loquaris ſermonem, ne, &c. Cùm ipſemet dicat, *(Attendi, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur.)* Si attēdit ipſe, æquum eſt, vt multò magis attendas tu met, cuius intereſt. Quo argumēto ſanè validiſſimo ad deterrendum quemque à prauis ſermonibus vſus eſt Sapiens ille ad initium libri Sapientiæ vbi hæc habet. *Spiritus*[b] *Domini*, id eſt Deus qui ſpiritus eſt, *repleuit orbem terrarum*, immēſitate nimirū ſuâ, quâ vbique eſt: *& hoc* phraſi Græcâ quâ πνεῦμα neutri eſt generis, *& hic qui continet* eadēque immenſitate cōplectitur *omnia, ſcientiā habet vocis*, quam quiſque emiſerit, qualēcumque, quacūque in conuerſatione, quocumque in loco, & quacūque ea prolata ſit ratione. *Propter hoc* qui loquitur iniqua nō poteſt latêre, nec prætēriet illū, qui ſc. ita loquitur *corripiens iudicium*, (in recto.) Quod clariùs explicans addidit. *In cogitationibus enim impij interrogatio*. i. inquiſitio *erit eius*, ſc. qui ſcrutatur renes & corda: Sermonū *autem illius*, qui loquitur iniqua, *auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur.* Vnde bene infert. *Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ*, &c.

b Sap. 1.7.

10

Præſētia Dei iugis conſideratio eſt fundamentū & tota ſtructura adificij vitæ ſpiritualis.

Sed attentio Dei aliud inſuper hoc loco ſignificat vltra exactiſſimum ſingulorū verborum noſtrorum auditum, Vnde ſicut ad verbū, *(Auſcultaui)* ſubiecit, *(Nemo quod bonū eſt loquitur:)* Ita verbo, *(Attendi)* ſubintulit, *(Nullus eſt qui agat pœnitētiam, dicens, Quid feci?)* Qui tractatus de vita componunt ſpirituali id tamquam validiſſimū totius eius molis fundamentum, & quod admirabile dictu eſt, eiuſdem & ſtructuram vniuerſam, & præcipuum culminis faſtigium iure in eo conſtituunt vno, vt ſemper ob oculos habeatur Dei præſentia, prout à ſe fieri ſolitum aſſeruit Dauid, *Prouidebam*[c] *Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Præſentem porrò nobis prouidere eum debemus non ſolùm vt auditorem, quin & cenſorem ſingulorū verborum noſtrorum, vt explicatum eſt, verùm etiā vt attentiſſimum inſpectorem & actionum, & cogitationum: hæc enim duo ſe inſpexiſſe ſignificat verbo vno *(Attendi.)* Et quidem qui bonus ſemper eſt, propterea & cogitantibus adeſt, vt, quoad fieri poteſt, diſcretas noſtras dirigat cogitationes quibus nos diſcernamus, vel quoad ea quæ iam egimus per examen conſcientiæ; vel quoad ea quæ nobis item agenda ſunt in poſterum, per conſilium, & exactam cuiuſcumque actionis conſultationem. Hocque illud eſt, quod ille vt increata Sapientia in lib. Prouerb. aſſerit,[d] *Ego Sapiētia habito in conſilio*, id eſt, præſens adſto, vt incola eius mentis, rectè conſultanti, *Et eruditis*, id eſt, diſcretis, eruditionēmque ac diſciplinā præ ſe ferentibus *interſum cogitationibus.* Quamquam ſæpius eueniat, vt qui pro bonitate iſta ſua intereſſe noſtris dignatur cogitationibus, in tali aſſiſtētia, quantùm ex parte noſtra eſt, & triſtitia afficiatur, & quodam quaſi pudore in fugam agatur; ita vt propterea fideles moneat Apoſtolus, vt[e] *nolint contriſtare ſpiritū ſanctum Dei*, Quod quâ ratione fiat, docet Sapiens cùm ait,[f] *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum*; id eſt prauum quodque, ſed in primis quod ſpe-

c Pſal.15.8.

Præſens eſt nobis Deus vt diſcretas noſtras attentè inſpiciat cogitationes ſingulas.

d Prou.8.12.

Cogitationibus noſtris prauis, quantum in nobis eſt, Deum fugamus qui præſens illas attendit.

d Epheſ.4.30.

e Sap.1.5.

A ciem habet boni; *& auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*, id eſt, quæ ſine intellectu diſcernente, & conſultante promuntur, adeóque vt iniquæ ad iniquitatem ſpectant: vnde & ſubditur, *& corripietur*, id eſt, arguetur ſpiritus, ſc. ipſe ſanctus *à ſuperueniente iniquitate*, ſeu vt bene exponit Ianſenius, veluti victus, & improperio affectus ſuperueniente iniquitate is cum mœrore decedet.

Ianſenius Annotat. ad lib. Sap.

11

Prauè cogitantibus, & agentibus præſens adſtat Dei filius vt iudex omniū.

At tametſi hac ratione vt bonus à prauis cogitationibus diſcedat Deus, adeoq; & diſcedere ſue dicatur Spiritus ſanctus, cui vt tertiæ ſanctiſſimæ B Trinitatis perſonæ per appropriationem tribuitur bonitas: Reuerà tamen haud omnino Deus ipſe diſcedit, adſtante & iis qui praua vel agunt, vel cogitant, filio, cui vt Sapientiæ Dei omnium competit inſpectio: [g] *cui & pater omne dedit iudicium*, vt dicitur in Euangelio, cuius denique verbo, & ſermone omnis erit ſententia damnationis, aut præmiationis, adeo vt propterea appelletur Dei ſermo, & verbum. Quo nomine ipſum nuncupans Apoſtolus, id totum ad vnguē explicat, quod dicendum mihi eſſet hoc loco, quando in epiſtola ad Hebræos hæc habet.[h] *Viuus eſt enim ſermo Dei*, (ſeu vt legit Ambroſius li. C 4. de fide cap. 3. *Viuum eſt verbum Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti*,) id eſt, acutiſſimè & profundiſſimè vndequaque quicquid in homine eſt penetrans, prout meliùs per ſubſequentia exprimitur, *Et pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus*, id eſt, inferioris partis, quæ & animalis dicitur, atque partis ſuperioris, quâ actiones promuntur ſpirituales: examinat quippe motus quoſcumque, ſiue animales ij ſint, ſiue ſpirituales: *Compagum quoque ac medullarum*, quæ vel intra carnem ſunt, vel etiam intra oſſa D ſcilicet inſpector. Vnde clariùs adiicitur, id quod maximè ad rem noſtram facit, *& diſcretor cogitationum cordis*, Id eſt, ita pertingit ad diuiſionē, &c. Ita omnia etiam abditiſſima & intima videt, penetrat, & examinat, vt iure non cogitationum duntaxat quarumcúmque, ſed & intentionum finiumque præfixionum, & animi conceptionum diſcretor, Græcè κριτικὸς propriè Iudex iudicio valens, & ſeuerè, more Cenſorum vnaquæque examinans, & vel minima reprehendens ac damnās. Ac ſi dicatur; ſemper adſtat, cogitationeſque, ac intentiones cordis intuetur, & ſingillatim diſcutit, vt rigidus & exactus Iudex. Quid dico vt E rigidus Iudex, audeo & dicere, vt inimicus, quo nullum rigidiorem reperire eſt obſeruatorem. Non auderem autem id ipſe aſſerere, niſi id ab Iſaia didiciſſem eiuſdem Dei Propheta,[i] *Ipſi, inquit ille ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerūt Spiritum ſanctum eius*, ſcil. Dei, *& conuerſus eſt*, nempe Deus *in inimicum*.

g Ioan.5.22.

h Hebr.4.12 Ambroſius.

Præſens & impiis adſtat Deus vt rigidus Iudex, & vt inimicus obſeruator cogitationū, & actionum eorum.

i Iſai.63.10.

12

Impij inſurgūt in præliū aduerſus Deū ipſis adſtantē vt attēdat & auſcultet.

Quidni verò in inimicū obduratis conuerſus ſit peccatoribus? Quidni nedū vt rigidus iudex, ſed & vt inimicus præſens illis aſſiſtat, quē è benigniſſimo patre, fratre, ſpōſo, ſuis ipſi ſceleribus F ſibi reddiderunt inimicum? Et contra quem attentiùs eorum inſpicientem actiones ſingulas in prælium inſurrexerunt, vehementi in ipſum irruentes impetu? *(Attendi)* inquit, & cogitationes internas & externas eorum actiones, ſicut *(Et auſcultaui)* ipſorum ſermones, hac enim triplici ratione peccata admitti notam. Sicut autem, & auſcultans nil boni ex eorum ore prolatum accepi, cùm quicquid loquerentur prauum eſſet: & ſicut attendens ad internas ipſorū cogitationes, animique conceptiones

nil in eis percepi quod vel tantillũ præ se ferret pœnitentiæ: Ita demum & attendēs ad externos eorum motus, & opera, ecce id vidi, *(Omnes cõuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.)* Impij in præliando aduersùs Deũ eum seruare videntur morē, quo Maurorum equites in Africa contra Christianos dimicare solitos accepi, auertendo nimirum equi cursum à fidelibus, eumque ad sua conuertentes, & in aduerso istiusmodi cursu suo tantâ agilitate, eaque dexteritate in eos cum quibus prælium inire contorquent iacula, vt illos offendant quàm maximè. Auersos, & auersione contentiosâ auersos à se mox dixerat Dominus, de iisdem loquens impiis, en quomodo & cum ipso ij sic auersi prælientur describens ait.

Impij pugnãt contra Deũ ab illo auersi Maurorum more.

13 *Omnes conuersi sunt ad cursum suum.*

Duo autem in his sunt quæ perpendamus, Primum, verbum *(conuersi sunt:)* Secundum verò adiectum nomen, *(ad cursum suum.)* Enimuerò vnus quisque fidelium duplicem habet cursum quem peragat, amboque ipsius dicuntur cursus, sed cũ aliquo discrimine: alter quippe per conuersionē est ad ea quæ retro sunt, totus ipsius est, adeòque & eius naturæ vitiatæ magis proprius: alter qui ad anteriora fit, ipsius quidem est, vtpote liberè ab eo appræhensus, & factus, sed impellentis, & mouentis ac adiuuantis per gratiā Christi Iesu is magis est Dei. Ita vt propterea idē Paulus, qui de hoc suo agens cursu aliquando dixit,[a] *Non facio animam meam preciosiorem quàm me, dummodo consumem cursũ meũ.* Alibi ait,[b] *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Exemplo hæc probare possumus duorũ motuum, quos in fune inspicimus illo, qui cũ situlis in trochlea ad hauriendã putei aquam inseruit, motu quippe trochleæ recto & ad anteriora is cùm mouetur vt aquam efferat, non à suomet mouetur situlæ impetu & pondere, sed à trahentis manibus: cùm è contra motu eiusdē trochleæ aduerso quando retrorsum idem magno currit impetu, suæmet situlæ pondere, ipsum deprimente absque vlla ruat vtilitate, imò & magno sæpius cum detrimento proprij id efficiat cursus.

Cursus duo hominis, alter proprius naturæ vitiatæ illius, alter eius quidem, sed magis Dei.

a Act. 20. 24.

b Rom. 9. 16.

Duo hominis cursus explicati exemplo duorum cursuum funis putei.

14 De primo hominis cursu ait Sapiens,[c] *Ipse* sc. Dominus, *rectos faciet cursus tuos,* Et vt noueris, & ex istiusmodi rectis cursibus vtilē hauriri aquã, sicut ex recto prædicti funis cursu, subiicit: *Itinera autem tua in pace producet,* per hypallagem pro *in*, seu ex *itineribus tuis pacem producet,* id est, efficiet vt in cursibus hisce tuis rectis aquam haurias veræ sapientiæ, veræque fœlicitatis pacisque perpetuæ, & vt ita currendo brauium attingas, & consequaris pacis. Quæ omnia peregregiè Paulus explicat, suũmet exponens istiusmodi cursum, ac dicens,[d] *Vnum autē* sc. ago: *Quæ quidē retrò sunt obliuiscens,* id est, mundana, quæ post habenda decreui, præteritamque vitam, quam superioribus temporibus transegi, etiam è mea delere satagens memoria. *Ad ea verò quæ sunt priora,* ad cælestia nimirum quæ sunt à fronte, & ad quæ cursus est rectus, *extendens me ipsum,* manu videlicet, totoque corporis conatu, & omnibus animæ viribus celeri cursu. *Ad destinatum prosequor.* Græcè κατὰ σκοπὸν διώκω, id est, *versus scopũ totus feror,* seu, vt Tertullianus lib. de Resurrect. carnis, *Secundùm scopum prosequor ad Palmã,* aut, vt legit Augustinus enarrat. in Psal. 3. *Secundum intentionem feror,* quod meliùs declaratur per adiũctum id, *Ad brauium vocationis Dei.* Et vt intelligeremus cursum istum suum, non tam sibi quàm impellenti, atque trahenti adscribendum diuinæ gratiæ, totam cursus eius descriptionem sic concludit, *In Christo Iesu,* sc. ad destinatum prosequor, &c. hoc est, sic curro, non ego, sed Iesus Christus mecum: non meis, sed gratiæ viribus.

a Prou. 4. 27.

Cursus rectus hominis est ad anteriora.

b Philip. 3. 14.

Tertullian.

Augustinus.

15 Iuxta id quod expressiùs re ipsâ apud Ezechielem in sanctis quatuor animalibus designatum obseruare est, quando de illis dicitur.[e] *Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat:* En cursus ad ea quæ sunt ante, *Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* En quomodo is eorum cursus ipsorum quidem erat, sed magis impellētis Spiritus sancti: Bene autem adiectum ibi est, *Nec reuertebantur cùm ambularent:* vt alter omnino cursus excludatur ab eis qui sancti reuerà sunt, quem proprium diximus vitiatæ naturæ auersorum à Deo, & conuersorũ ad ea quæ retro sunt, ad creaturas, ad mũdana, atque ad carnalia, quique vt proprius hoc loco apud Ieremiam impiis tribuitur, cùm à Deo dicitur.

Iustorũ cursus vnus solummodo est ad anteriora.

e Ezec. 1. 12.

16 *Omnes conuersi,* seu vt ex Hebr. rectè vertitur, *reuersi sunt ad cursum suum.* Vt autem id pariter pro certo habeas, quòd in hoc cursu vt prauus moraliter est, nullam Deus habet partem, sed totus à pondere est vitiosæ eorumdem iniquorum concupiscentiæ. Audi id apertè profitentem Iacobum Apostolum,[f] *Nemo cùm tentatur* tentatione videlicet impellente ad peccatum, *dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est,* non impellit ad mala: *Vnus quisque verò tentatur,* ad cursum promouetur in mala, *à concupiscentia sua abstractus, & illectus:* Ita vt concupiscentia sit instar situlæ impetu magno funem retrahenti, vt cursu ruat aduerso & retrogrado. Quòd si & damna non minus funi, quàm impiis ex istiusmodi cursu prouenientia explicari velles. Audi quæ idem addit Apostolus,[g] *Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatũ verò cum consummatum fuerit, generat mortē.* Quæ certè mors id homini est, quod funi est ob impetum illum fractura: Audi & Salomonem ostendentem quomodo & à pondere cuiuslibet terrenæ & mundanæ creaturæ ad prauũ huic impiorum cursum abstrahi possimus ingenti cum animæ nostræ detrimento.[h] *Ne abstrahatur,* inquit, *in viis illius mulieris,* scilicet fornicariæ, de qua sermo ei erat, *mens tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea.*

Cursus impiorũ retrorsum non à Deo, sed ab illis est, & cũ magno ipsorũ damno.

f Iacob. 1. 13.

g Iacob. 1. 15.

h Prou. 7. 25.

17 *(Quasi equus impetu vadens ad prælium.)* Quamuis equi euntis ad prælium in bonum sensum nonnumquam in Sacris literis accipi soleat similitudo, pro sanctis Apostolis, proque Apostolicis viris designandis, prout quando apud Zachariam dicitur,[i] *& posuit* scilicet *Dominus eos quasi equum gloriæ suæ in bello,* prout & fusiùs in cap. 39. libri Iob, vbi sub eleganti istiusmodi equi descriptione eorumdem Apostolicorum virorum promuntur gesta, teste Gregorio Papa in lib. 31. Moralium à cap. 19. quo loco fusiùs hanc pertractat materiam. Nihilominus in malum quoque sensum eamdem similitudinem frequenter vsurpatam reperire est. Vnde in lib. Deuteronom.[k] prohibuit Deus Iudæis, ne multiplicarent sibi equos. Et Iosuē[l] mandauit, vt Gentium equos præliantes subneruaret, & in lib. Prouerb. dicitur,[m] *Equus paratus ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit,* iuxta illud Psalmi,[n] *fallax equus ad salutem.* Et in Cantico Deboræ.[o] *Vngulæ equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis*

Equi similitudo sæpe in bonũ sensum vsurpata.

i Zach. 10. 3.

Greg. Papa.

Equi similitudo vsurpata frequenter in malũ sensum.

k Deut. 17. 16.

l Iosu. 11. 6.

m Prou. 21. 31.

n Psal. 32. 17

o Iudi. 5. 22.

Impij instar equi prælian-tur cum Deo ab illo auersi & per ea quæ sunt retrorsum.

tissimis hostium. Quibus in verbis ad viuum tota exprimitur ratio similitudinis equi impetu currentis in prælium, & impiorum, de quibus mox dictum hic vidimus, (*Omnes conuersi sunt ad cursum suum: & quare auersus est populus iste auersione contentiosâ? seu forti.*) Quotquot impios esse contigerit, fortissimi sanè sunt, sed in eo potissimùm sunt fortissimi, quòd vt hostes Dei forti & contentiosâ ab illo auersi sunt auersione, quâ & ab eodem fugere se simulant; vt quemadmodum supra dictum est, ad ea quæ retro sunt conuersi, præcipitique in mundana suo currentes cursu, ruant quidem in præceps, sed eodem tempore quasi equus contra Deum impetu vadunt in prælium; à tergo nimirum & à parte retro dũ illum fugiunt, contra ipsum per eamet quæ retro sunt, acriter dimicantes; quamuis in hac pugna sibi potiùs, affectibus, rebusque suis quibus excidere plerumque contingit, damnum inferant, quod per id significatur, quod in præcitato Cantico dicebatur. *Vngulæ equorum ceciderunt.*

18 Constat enim, acriorem equorum pugnam eã esse, quàm calcibus à tergo faciunt: prout certè à quolibet fit impiorũ mundanorum, teste Moyse, qui in suo item Cantico, *Incrassatus est*, inquit, *dilectus, & recalcitrauit*, id est, Cùm Iudaicus populus, quem Deus præ cæteris dilexit nationibus, mundanarum rerum copiâ incrassatus esset, quãdo ad ipsa conuersus est quæ retro sunt, calcibus egit, & iisdem præliatus est aduersùs Deũ; Audi & modum, [c] *Dereliquit Deum factorem suum & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in diis alienis*, calcibus eum petierunt per creaturas, quas vti Deos adorauerunt, eidemque obiecerunt: *Et in abominationibus*, sceleribusque suis *ad iracundiã eum prouocauerũt.* Audi quid & ad impios quoque filios Heli afferat Deus ipse, [d] *Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo?* Calcibus itaque Deum impetunt, quotquot ea abiiciunt, quæ illi mandauit in lege, quotquot pro rebus sæculi huius, & per vehementes affectuum suorum impetus diuinã dilacerant legem. Vnde ibidem bene ad Heli Sacerdotem, subiicitur, *Et magis honorasti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei.* Quodque per abiectionem Dei retrorsum significauit Isaias cùm diceret, [e] *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filiis sceleratis: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* Hoc idem met Dominus in Psalmo 49. per proiectionem legis retrorsum explicans ait, [f] *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum: Si videbas furem currebas cum eo*, &c.

Calcibus vt equi, pugnant impij contra Deum, quaue ratione id fiat.

b Deut. 32. 15.
c Deut. 32. 16.
d 1. Reg. 2. 29.
e Isai. 1. 4.
f Psa. 49. 17.

VVLGATÆ.

Vers. 6] Attendi, & auscultaui, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Ἐνωτίσασθε δή, καὶ ἀκούσατε. οὐχ οὕτω λαλήσουσιν; οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ μετανοῶν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, λέγων, τί ἐποίησα; διέλιπεν ὁ τρέχων ἀπὸ τοῦ δρόμου αὐτοῦ, ὡς ἵππος καθιδρῶν ἐν χρεμετισμῷ αὐτοῦ.

A *Vers.* 6.] Auribus percipite nunc, & audite. Nonne sic loquentur, non est homo qui pœnitentiam agat à peccato suo, dicẽs, quid feci? Defecit currens à cursu suo, quasi equus defessus in hinnitu suo.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Auscultaui, & manifestum est coram me, quia non rectè lo-* 1
B *quuntur, non est vir qui conuertatur à malitia sua dicens: Quid feci? Omnes multiplicant voluntatem animæ suæ, sicut equus qui confligit.*

Vers. 6. (*Attendi, & auscultaui*, &c.) Hieronym. *Reuocati ad pœnitentiã audire contemnunt, nec sufficit eis cõtra Dominũ deliquisse, & locutos esse blasphemiã: Sed omnes instar equorum, & feruido cursu ruentiũ ad prælium non recogitant super peccato suo, nec dicunt, (Quid feci?) Per quæ intelligimus, vel de omni genere humano ista dici, quod pronũ sit ad vitia: vel de tẽpore Saluatoris, quãdo [a] omnes declinauerunt, simul inutiles*
C *facti sunt: non fuit qui faceret bonũ, non fuit vsque ad vnum. Vnde & ipse mysticè clamat: [b] Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus: Sin autem hæc ita se habeant, vbi sunt qui in nostra dicunt positũ esse voluntate, omni carere peccato? Nemo inquit quod bonum est loquitur, quia etiam pro otioso verbo reddituri simus rationem in die iudicij.*

Hieronym. *Ad peccatum quã procliues sint homines.*
a Psal. 13. 3.
b Psal. 11. 2.

Theodoritus. *Accusat animum impœnitentẽ. Dicunt enim, ait, (Non est homo, qui pœnitentiam agat de malitia sua, dicẽs, Quid feci?) Talis cogitatio causa fuit pertinacis nequitiæ, quod clarum est ex sequentibus: (Currens defecit à cursu suo, vel vt equus defessus in*
D *hinnitu suo.) Quod Syrus ita interpretatus est. (Aguntur omnes sensu suo quasi equus impetu vadẽs ad prælium.) Relictâ enim lege diuinâ, suas ipsorum sequuntur cogitationes. Voce tamen Græcâ intelligendũ, Nullum esse tempus, aut satietatem cursus: Nam equus impetu vtens, & hinnitu, exhausto labore sudat: hi verò nullam malorum capiunt satietatem.*

Theodorit. *Obstinatorũ verba, & facta.*
Peccandi insatiabilitas.

Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos antè finem. Ita hanc refert sententiam. (*Omnes recesserũt ab eo: Nullus est qui loquatur bona, & agat pœnitentiam de peccatis suis. Sequuntur proprias voluntates, quasi equus promptus ad prælium.*) 2

Hieronym. *Volũtati propriæ quomodo addicti sint impij.*

E Gregorius Papa ad finem homil. 33. in Euang. *Quanto nos amore conditor noster expectat, insinuat, cum per Prophetã dicit: (Attendi & auscultaui: Nemo quod bonũ est loquitur, non est qui recogitet in corde suo & dicat, quid feci?) Certè nũquã cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta noluimus, ecce adhuc sustinet, vt recogitemus. Vide tantæ pietatis sinum. Considerate apertũ vobis misericordiæ gremium. Quos malè cogitationes perdit, bene recogitantes quærit.*

Greg. PP. *Ad pœnitentiam quanto amore Deus expectet.*

D. Thom. *Ostendit vniuersalẽ negligentiã quantùm ad bona agenda, (Attendi) loquitur & multò minus agit, Psal. 13. [c] Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et vniuersalẽ impœnitentiam de malis commissis, (Nullus est,) Rom. 2. [d] Tu autẽ secundùm duritiã tuã, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Et irrefrænatam concupiscẽtiam (omnes conuersi sunt,) Eccl. 30. [e] Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Iob. 25. [f] Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.*

D. Thomas. *Negligentia ad bonum quanta insit nobis.*
c Psa. 13. 3.
d Rom. 2. 5.
e Eccl. 30. 8.
f Iob. 25. 26.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΥΚ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ μετανοῶν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ.]

Vers. 6. NON *est homo qui pœnitentiam agat à peccato suo.)*

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγει οὐ μετενόησαν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. ἑτέρα πάλιν ὑπερβολή. τὸ μὲν μὴ ἀναστῆναι, χαλεπὸν, ἀλλ' οὐχ οὕτως. τὸ δὲ πάντας κεῖσθαι τοῦτο πολλῷ χαλεπώτερον. οὐ μόνον οὐ μεταβάλλεται, ἀλλ' οὐδὲ κατηγορεῖ τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ. A

|| Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ λέγετε φησὶν, οὐκ ἔστιν μετάνοια. ἔστι γάρ.||

[Λέγων τί ἐποίησας]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸ δὲ τί ἐποίησα; μεταβαλλομένου || φωνή. καὶ ὢ τί ἐποίησα, λέγοντος. ἢ ἀνθισταμένου, καὶ λέγοντος, τί γὰρ ἐποίησα; τοῦτο δέ φησιν, οὐκ ἔστι μετανοοῦντος, δίκαιος γὰρ κατήγορος αὐτοῦ ἐν πρωτολογίᾳ. κατὰ γὰρ τὸν Ἡσαΐαν, λέγε σὺ πρῶτος ἀνομίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. B

(|| ἄλ. μεταμελομένου.)

[Διέλιπεν ὁ τρέχων ἀπὸ τοῦ δρόμου αὐτοῦ ὡς ἵππος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλὰ πάντων μὲν ἐστὶ πέρας, φησὶν, οὗτοι δὲ ἁμαρτάνουσι μόνοι ἀθάνατα, καὶ κόρον οὐκ ἔχουσι τῶν κακῶν. καίτοιγε τῶν κατὰ φύσιν. οὐ || καιρός ἐστι τῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ, καμνούσης τῆς φύσεως, καὶ οὐκ ἐθελούσης λοιπὸν ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἀναπαύσασθαι βουλομένης). ὑμεῖς δὲ οὐχί. οὐκ ἔστιν ἵππων φίλον τὸ τρέχειν, ἀλλὰ ζητοῦσι ποτὲ καὶ ἀνάπαυσιν. πάντα μεταβολὴν οἴδων, ὑμεῖς δὲ οὐχὶ, τὰ κακὰ πράττοντες. C

(|| ἴσ. κόρος οὐκ ἔστι καὶ τῶν ἐν ἐπιθ. || ἄλ. βουλομένης.)

[Ὡς ἵππος κάθιδρος ἐν χρεμετισμῷ αὐτοῦ.]

Θεοδωρήτου.] τοῦτ' ἔστι καὶ γὰρ ἵππος ὁρμῇ χρώμενος καὶ χρεμετισμοῦ μετὰ τὸν κόπον ἱδροῖ. οὗτοι δὲ κόρον οὐκ ἔλαβον τῶν κακῶν. ἢ ὅτι τὰ μὲν ἄλογα τῇ φύσει πείθεται, ἄνθρωποι δὲ ἀπειθοῦσι τῷ θεῷ, χείρους ἐν τούτῳ ἐκείνων γινόμενοι. D

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵππος ἐν μακροδίᾳ || τρέχει, καὶ χρεμετίζει. σημαίνων τὸν κόπον. καὶ ἵππος μὲν διαλιμπάνει τρέχων, οὗτοι δὲ ἀμεταστρεπτὶ || τὴν κακίαν ἐργάζονται.

(|| ἄλ. μακροδρομίᾳ. || ἄλ. ἀμεταστρεπτί.)

Chrysostomi.] *Non dicit, Non pœnituit eos, sed quòd non est homo. Nouus iterum excessus. Graue equidem non resurgere; At non ita graue: Omnes verò iacere, hoc multò grauius. Non modo non mutatur, sed nec peccata quidem sua accusat,*

(*Chrysost. Obstinati peccatoris triplex excessus, cadere, non resurgere, & iacere.*)

|| Olympiodori.] *Ne dicatis, non est pœnitentia: Est enim.* ||

(*Olympiod. Pœnitẽtia in hac vita semper est locus.*)

(Dicens: quid feci?)

Incerti.] *Illud verò; (Quid feci,) pœnitentiâ tacti vox est, & oh quid feci dicentis; vel obsistentis, & dicentis. Quid enim feci? hoc porrò ait, non est pœnitentis. Iustus* [a] *enim accusator sui ipsius in primo orationis ingressu iuxta enim Isaiã,* [b] *dic tu priùs iniquitates tuas, vt iustus fias.*

(*Incertus. Pœnitens, & non pœnitens iisdem vocibus, diuerso tamen sensu vti potest, ille excusans, ille accusans.* a Prou. 18.17. b Isai. 43. 26.)

(Defecit currens à cursu suo quasi equus defessus in hinnitu suo.)

4

Chrysostomi.] *Sed omnibus ait finis præscriptus, his verò solis peccatum sine fine est: nec vllâ peccandi satietate explentur, quamquam natura satiatur & appetitus deficiente naturâ, & nolente de cætero operari, sed quiete frui volente. Vos autem nequaquam. Equis currere non semper amicum, sed quærunt quandoque, & requiem omnia vicissitudinem norunt, vos verò numquam, iniquè agentes.*

(*Chrysost. Peccandi insatiabilitas impiis.*)

(Quasi equus defessus in hinnitu suo.)

Theodoriti.] *Hoc est, etenim equus impetu hinnituque superbiens post laborem sudat, hi verò malorum saturitatẽ non receperunt. Vel quòd rationis expertia natura cedunt; homines verò, in hoc illis peiores, Deo non obtemperant.*

(*Theodorit.*)

Olympiodori.] *Equus in via longa currit & hinnit, laborem significans; tandemque cursui parcit, hi verò sine vlla cessatione mala perpetrant.*

Vers. 7.] Miluus in cælo cognouit tẽpus suum. Turtur & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AVES [a] *norunt, & custodiunt vernum tempus, quo remeent, & Iudaicus populus nullam habet rationem misericordiæ Domini, nec illius agnoscit ingenium ad miserandum procliue, quod veluti sibi aptissimum obseruare deberet tempus ad resipiscentiam redeundi.*

(*a Miluus (seu Erodius) in cælo cognouit tempus suum Turtur, & Hirundo (seu, Grus, aut Cicada) & Ciconia custodierunt tẽpus aduentus sui. (seu tempora ingressuum suorũ) Populus autẽ meus non cognouit iudicium Domini.*)

2 *Quidni eisdem imprudentiorem eum dixerim auibus cùm ista tametsi rationis expertes, norunt nihilominus, & obseruant tempus, quo in apricas venientes regiones sibi perniciosos fugiant æstus: Et ille negligit considerare ea quæ ipsi imminent iudicia Domini, eiusdémque supplicia, nec propterea vt ea deuitet, prout par esset, per conuersionem satagit.*

2 *Aues insipientes sapientiam tamen præ se ferunt in dignoscendis, seduloque seruandis commodorum sibi temporum qualitatibus: Neque solum quæ mites sunt, Turtur, & Hirundo, & Ciconia cognoscunt, & infallibiliter obseruant tempus, quod opportunum sit, vt illi temperatum aliquod adueniant solum: Sed & quæ infestæ sunt, & feræ: Nam & Miluus rapacissimus, & crudelissimus, tametsi in altum volans per aëra, ex alto nihilominus ætheris cognoscit quid sibi aduersus prædam agendum sit, & modos, & gyros seruat, quò opportuno tempore totum id impleat. Et passeres quoque agri, & Erodius, & vilissima quoq; Cicada opportunum norunt, obseruantque tempus, quo vnumquodque agendum eis sit, vel quoad nidulationem; vel quoad situs, locique mutationem: vel quoad cibos, somnumque alicubi capiẽdum, vel etiam quoad cantandum. Quidni ergo insipientiorem auibus hisce dixerim populum istum meum, qui nec meam nouit, & custodit legem, secundùm quam iustè iudicandus est: nec præsentis rationem habet temporis, satagens, vt opportunè mandata mea impleat & iudicia, cùm rationis sit compos, & diuinorum particeps auxiliorum quibus percipere innumera eorum posset commoda.* E F

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

MILVVS *in cælo cognouit tempus suum, &c.)* Quod in Hebraicis rerum vocabulis maxima sit obscuritas, tametsi vel ab ipsis Hebræorum doctoribus asseratur sæpius, ex hac vna tamen sententia fit certissimum, cùm in singulorum

(1 *Varia lectiones ob Hebræorũ vocabulorum obscuritatem.*)

gulorum quæ in ea recenſentur auium vocabu- A lorum interpretatione tanta reperiatur varietas, quanta ferè eſt Interpretum. In re itaque tam obſcura, & dubia, in qua & noſter quoque Interpres varius frequenter eſt in vnius, eiuſdemque vocabuli interpretatione, haud immorabor diutiùs, ſingulas duntaxat breuiter recenſebo, quas reperi verſiones, vltra lectionem noſtram. Sept. iuxta lectionem Complutenſ. & Regij Codicis, (*Erodius*;) iuxta Codicem verò Vaticanum aliosque correctiores, vt notat etiam Hieronymus, (*Et Aſida in cælo cognouit tempus ſuum. Turtur & Hirundo agri paſſeres cuſtodierunt tempora* B *aduentus ſui*, ſeu *ingreſſuum ſuorum*,) vt codex Vaticanus, Sanctes-Pagninus, Regia, Petrus Galatinus loco ſupra citato in explicatione verſ. 4. & ferè communiter quotquot ex noſtris Hebraicam referunt lectionem. (*Etiam Ciconia in cælo cognouit tempora ſua, & Turtur, & Grus, & Hirundo cuſtodiunt tempus aduentus ſui.*) Vatablus (*Equidem Ciconia, quæ volat in aëra, nouit ſua ſtatuta tempora. Turtur, Grus, & Hirundo obſeruant tempus profectionis ſuæ,*) Iſidorus Clarius in Scholiis, *Alius*, inquit, *pro his auibus tranſtulit, Ciconiã, Gruem, Turdum, Hirundinem, quòd Ciconiæ æſtatis,* C *Grues hyemis aduenæ ſint inter maiores aues: inter minores Turdi hyemis, Hirundines æſtatis nunciæ.* Symmachus his multò antiquior, Hebraicam vocem סוס *ſus*, ſeu סיס *ſis* quam præallati poſteriores omnes Gruem reddunt, interpretatur *Cicadam*. Hæc quoad lectiones.

2 *Peccatores inſipientiores auibus dum non redeũt ad pœnitentiam, & ad miſericordiam Dei promerendã.* Ioan. Mald.

Quoad ſenſum, qui Hebraicæ adhærent lectioni omnes, & plerique etiam eorum qui noſtram exponere profitentur Vulgatam, aſſerunt de vna duntaxat hîc auium quæ hîc nominãtur agi cognitione, quâ naturali inſtinctu norũt opportuna tempora, quibus vnumquodque eorum D genus à noſtris regionibus diuertere, ad eaſdemque debeat remeare. Quod præ omnibus ita explicat Ioannes Maldonatus, pro Miluo Ciconiã ex Hebræo legens, *Etiam Ciconia*, inquit, *in cælo, id eſt, ex cælo, ex cæli temperatione, & qualitate cognouit tempus ſuum, quo redire debeat ad nidum ſuũ, & Hirundo. Hebr. Grus. Et Ciconia, Hebr. & Hirundo: Hæc omnia auium genera hyeme ingruente è locis frigidioribus recedunt, ineunte autem vere ad nidos ſuos redeunt. Miluus id non facit. Comparat Deus Iudæos auibus: peccata hyemi: miſericordiam* E *ſuam veri. Docetque imprudentiores eſſe quàm aues illas, quæ quamuis diſcedant: tamen ſtatis temporibus redeunt, quaſi nos doceant agere pœnitentiam. Nam & Plinius lib. 8. cap. 26. & 27. doceri ait homines à beſtiis, & Tertullianus lib. de Pœnitentia ſub finem, ab iiſdem pœnitentiã didiciſſe.* Hæc Maldonatus, ſat certè bene, ni à noſtra diſcederet Vulgata quoad primam auem, dicens, Miluo, non competere, ſicut aliis quæ hîc nominantũr auibus, vt ineunte verè ad ſuum reuertatur nidum, manifeſtiuſque fiat, vt de nouo adueniens, qui ſicut illæ, hyberno tempore aliò abiiſſet. Hoc enim pace tanti viri, ex Plinio facile eſt improbari, qui in F lib. 10. cap. 10. hæc habet, *Milui & ipſi hybernis menſibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes.* Quamobrem melius quod de Miluo hîc dicitur, ab Hugone Cardinali ita exponitur. Miluus qui eſt in aëre cognouit tempus ſuum, ſcil. coëundi, & ad alias regiones veniendi, & intemperiem aëris declinandi, ſcil. quando debet eſſe frigidum tẽpus, vel tempeſtuoſum. Nicolaus de Lyra refert hæc ad cognitionem temporis pullificandi, & nidificandi, quem ſequitur & Andreas Cappella.

Peccata cõparata hyemi, & diuina miſericordia veri.

Plinius. Tertullian.

Miluus redit verno tempore ſicut & multæ aliæ aues.

Plinius. Hug. Card. Nic. de Lyra. And. Cappel.

Vt dicam & ipſe quid ſentiam, de duabus diſtinctis cognitionibus, & de duplici auium genere quoad cognitionem temporum ſibi opportunorum agi hîc crediderim, vt exinde patet, quòd diuerſimodè primum de cognitione temporis, ſeu temporum ſuorum genericè, cùm de Miluo ſermo eſt, dicitur, (*Miluus in cælo cognouit tempus ſuum,*) tum quando de cæterarũ auium agitur cognitione, ſpecificatur de quorum temporum, ſeu potiùs de cuius temporis ipſarum notitia ſit ſermo, ita enim ſubiicitur. (*Turtur, & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui,*) vt haud obſcurè ſubindicari videatur, in ſecundo ſolummodo iſtius ſententiæ membro de iis agi volucribus, quę ſtatis temporibus mutant ſolum. Quare nec id probo, quod ab aliquibus pro defẽſione Vulgatæ aſſeritur, Milui nomine, iuxta ſententiam R. Dauid hîc nequaquam noſtratem, ſed Miluum album ſignificari, qui cibos captos ſociis impertit, quaſi è Ciconiarũ genere, quibus & miſericordia adſcribitur in nutriendis parentibus.

3 *Auctoris ſententia. Auium duplex genus quoad cognitionem temporum ſibi opportunorũ.*

Omnino enim arbitror, primò noſtrum Interpretem rectè Hebraicum vocabulũ חסידה *haſida*, quomodo & Symmachus, & Chaldæus, vertiſſe Miluum, & de noſtrate Miluo intellexiſſe, ſic nuncupato non à miſericordia, aut à pietate, quæ nulla in ipſo eſt, quin potiùs ab immiſericordia, & crudelitate, quæ ei naturaliter ineſt, vt rapaciſſimæ; quandoquidem nomen חסד *heſed*, vnde id deriuatur, iuxta Hebræorum ſententiam, exceſſum deſignat boni, & mali, duóque contraria ſignificat, & Miſericordiam, & crudelitatem.

Miluus in Hebr. lingua nomen ſumpſit à crudelitate.

Secundò arbitror primi huius membri, (*Miluus in cælo cognouit tempus ſuum*, ſeu, *tempora ſua*,) vt habent Hebræa, proprium ſenſum optimè ex verbis Plinij cùm de Miluo agit colligi. Is quippe lib. 10. cap. 10. hæc habet. *Milui ex accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his rapaciſſimam, & famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento. Iidem videntur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus, in cælo monſtrante naturâ, quid opus eſſet in profundo.* Ex quibus duo deducuntur, quòd Miluus nedum rapaciſſimus ſit, ſed & cæterarum rapacium auium crudeliſſimus, vtpote qui viuentibus ſemper inſidietur, eoſque diſcerpere ſatagat, vt eorum ſe alat carnibus, quos ipſemet raptos diſcerpſerit pullos, ideóque & infeſtiſſimus, qui domeſticis hominũ gallinaceis potiſſimùm pullis ſtruat inſidias. Et quòd in cælo naturali inſtinctu tempus opportunum cognoſcat, quo ad prædam, quam in terra conſpexit, gyrans, ac regyrans ſeſe tandem deiiciat, vt hoc modo iſtud Domini formandum ſit argumentum, Aues inſipientes, rationiſque expertes, prudentes tamen ſunt in dignoſcendis ſibi aptorum temporum qualitatibus. Neque ſolùm quæ mites ſunt, Turtur, & Hirundo, & Ciconia cognoſcunt, & infallibiliter obſeruant tempus, quod ipſis opportunum eſt, vt in aliquod adueniant ſolum. Sed & quæ ferociores ſunt; nam & Miluus rapaciſſimus, infeſtiſſimus, & crudeliſſimus tametſi in altum volans per aëra, ex alto nihilominus cæli & ætheris, quid ſibi in prædam agendum ſit, & modos, & gyros obſeruat, quò opportuno tempore id impleat.

4 Plinius.

Milui natura qualis.

Aues omnes prudentes in cognoſcenda temporũ opportunitate.

5 Quam argumentandi rationem manifestè nobis suggerit Hebraica particula גם *gam, etiam*, vel, vt eam vertère Sept. *Et*, quæ in principio istius versus reperitur. Sunt autem hæc tamquã propositio maior, vt logici dicerent syllogismi: post quam subiicitur minor, *(Populus autem meus non cognouit iudicium Domini,)* quam mox perpendam, & explicabo. Ex quibus duabus propositionibus maiori, & minori, sequitur conclusio, ergo Iudaicus populus insipientior, & imprudentior est istis auibus rationis expertibus, peiorisque conditionis quàm vel aues rapacissimæ. Quæ conclusio omittitur, cùm manifestè ex iis inferatur præmissis, præsertim cùm illico subiiciatur, *Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est?* Sed antequam ad minoris procedamus examinationem: Notandum, cùm in maiori propositione de duabus iuxta nostram Vulgatæ lectionem distinctis agatur cognitionibus, & de duobus (vt dictum est) auiũ generibus, valde efficaciter duo opponi verba, (*cognoscit*, & *custodiunt*:) ita tamen vt vnumquodque eorum in altero includatur: quo significetur, omnes aues prædictas ita cognoscere tẽpora sibi opportuna, vt sollicitæ pariter sint in iisdem custodiendis, id est, in seruandis, & implendis quæ temporibus iis in suummet commodum cognoscunt facienda. Dictum est verò aliàs à nobis, cognoscendi verbum vt plurimùm in Sacris literis in oratione affirmatiua, vltra cognitionem notare & affectum quemdam, & curam; sicut è contra in negatiua neglectum, atque contemptum, qualem profectò in Iudaico populo significatum dicemus, cùm in minori subiicitur, *Populus autem meus non cognouit*, &c. Et custodiendi verbum frequentissimum in Sacris item literis vsurpatur pro seruare, implere, exequi, & facere quod faciendum agnoscitur; sic millies custodire legem, mandãta atque iudicia Dei; prout & in libr. Deuteronomij exponit Moyses, dicens:[a] *Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie, vt mandetis ea filiis vestris custodire, & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis huius.* Sic reperimus dictum, Custodire vias Domini, pro, tamquam demonstrata Domini vestigia nosse, eaque prosequi, prout apertè declaratur in libro Iob, vbi dicitur,[b] *Vestigia eius secutus est pes meus; viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.*

Cognoscere & custodire tẽpus aliquod, est facere quod eo tempore faciendũ agnoscitur.

Cognoscere sæpe in scriptura dicit & affectum, & curam, sicut nõ cognoscere dicit & neglectum.

a Deut. 32. 46.

b Iob. 23 11.

6 Id modò superest circa hanc ipsam maiorem argumenti propositionem explicemus, quem sensum ea habeat, iuxta versionem Sept. nam de lectione quam dicunt Hebraicam, satis dictum existimo, cùm relata sunt verba Ioannis Maldonati. Lectionem autem Sept. duplicem, vt supra quoque notatum est reperio. Alteram codicum correctiorum, quæ & Hieronymi nititur auctoritati, (*Et Asida in cælo cognouit tempus suũ, Turtur, & Hyrundo, agri passeres custodierunt tempora ingressuum suorum, at populus*, &c.) Alteram Codicum Complutensis, & Regij. (*Erodius in cælo*, &c. *passeres custodierunt tempora aduentus sui, at populus*, &c.) Et quidem nil est quod dicam de Asida: quamuis enim Olympiodorus asserat, Asidam esse genus auis Indicæ: melius tamen cum Hieronymo affirmandum, Sept. sicut & Theodotionem Hebraicam & in Græca versione retulisse vocem חסידה *hasidah*, adeóque eamdem apud ipsos positam auem, quæ & in textu ipso est Hebraico. Cæterùm per id quod iuxta alteram lectionem pro *Asida*, habetur, *Erodius*,

Explicatur versio Sept.

Asida quid sibi velit.

Aues exactissima in obseruandis tẽporibus, quibus quodque agendum eis sit.

A crediderim sat commodè eorũ quæ hîc dicuntur sensum colligi ex iis posse, quæ legimus in Psal. 103.[c] *Saturabuntur ligna cãpi, & Cedri Libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Erodij domus dux est eorũ*; præsertim cùm & hîc quoque de passeribus fiat mẽtio. Per quæ valde ad rem nostram secundùm Genebrardũ significatur, Erodiũ præesse passeribus, ducendo passeres, similésque auiculas ad illum locum, ad Cedrorum celsitudinem, viæque esse illis indicem: Vel iuxta Chrysostomum, & Euthymium, viam ad nidulandum ostendere, quia auium prima nidum struit, B eúmque (vt alij dicunt) altiorem. Sic argumentum huius nostræ sententiæ non in ea sola cognitione nitetur, quã aues norunt, & obseruant tempus sibi aptum ad soli mutationem: Sed & in eo quòd opportunum quodque in æthere, per quod volant, & norunt, & exactè obseruant tempus, quo vel nidulare debent, vel solum mutare, vel ad diuersa loca, diuersas arbores, diuersósque situs celsiores, aut demissiores tendant, in quibus æstate, vel hyeme dormiant. In passeribus certè domesticis nostris hanc ego per annos plurimos animaduerti exactissimam tem- C porum cognitionem, & obseruationem: quippe quos æstiuo tempore in celsioribus Cupressis sedem sibi figere conspexi; tempore verò hyemali in humilioribus arborum malorum aurantiarum, in mediis temporibus veris, & autumni, in arboribus Lauri, & iis quæ nec celsæ admodum sint, nec nimis humiles. Pro quo sensu facit lectio quæ in plurali habet (*custodierunt tempora ingressuum suorum*,) siue scil. ad manducandum; siue ad nidulandum, siue ad apricandum, siue ad cauendum, siue denique ad quiescendum. Secundùm quem sensum nec aliena ab hoc loco D est cicadæ commemoratio, iuxta versionem Symmachi, quam & Hieronymus refert. Nouimus enim, Cicadas quoque nosse suum ad canendum tempus æstiuorum calorum, idque sollicitudine maximâ & custodire. Illud denique est quod notemus in iis, *(Erodius in cælo cognouit tempus suum.)* Si Erodij nomine ea significetur auis, quæ communiori vocabulo dicitur Ardeola (vt plerique sentiunt) rectè illi vni id appositum, *(In cælo)* quãdoquidem auis ista altissimè volet, vnde & nomen apud Latinos inuenit Ardeæ quod significare voluisse Poëtam apud eos egregium putãt, E cùm lib. 1. Georgic. dixit, *notasque paludes deserit, atque altam supra volat Ardea nubem.* De specialibus autem singularum quæ hîc recensentur auiũ naturis, non est vt hoc loco aliud dicamus. Si plura quis aueat ad eos confugiat qui de iis physicè tractant.

c Psl. 103. 17

Genebrard.

Chrysost. Euthymius.

Passeres exactissimè obseruant tempus quod, ne in iis quæ agunt.

Erodius auis illa quæ dicitur & Ardeola.

(Populus autem meus non cognouit iudicium Domini.) Huius propositionis, quam minorem dixi esse eius quod à Domino hîc fit argumenti, varius potest esse sensus iuxta variam significationem nominis, *(Iudicij Domini.)* Potest namque per id designari Dei misericordia, seu Dei ingenium F ad misericordiam procliue, vt ait Maldonatus ex eo quòd infra per Ieremiam dicitur,[d] *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio.* Vt sensus sit: Aues norunt, & custodiunt vernum tempus, quo remeent, & Iudaicus populus nullam habuit rationem misericordiæ Domini, quam aptissimum sibi obseruare debuisset tẽpus veris, quoad resipiscentiam rediret. Potest insuper eodem iudicij Dei nomine significari damnationis, & supplicij iudicium: idque vel condemnationis nouissimorum, mortis, aut iudicij finalis, prout ait Hugo Cardi 7

Iudicij Domini vocabulo significata Domini misericordia.

d Ier. 10. 24.

Iudicij Dei nomine significatum iudiciũ damnationis, & suppliciorum.

a Eccl.7.40.

Cardinalis, de quibus dictum nouimus, [a] *Recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Vt sensus sit, Aues norunt, & custodiunt tempus, quo in apricas venientes regiones sibi perniciosos fugiant æstus, & populus meus negligit considerationem suppliciorum Dei, quâ vel detineretur, ne à Deo recederet; vel iam ab illo auersus, vt ad eum per pœnitentiam rediret, promoueretur. Parémque sensum eadem habet, si iudicij Dei nomine, intelligatur supplicium à Deo definitum per Nabuchodonosor, vt inquit Christophorus à Castro.

Iudicij Dei vocabulo designata lex Dei.

8 Aptiùs tamen ipse cum aliis dicendum crediderim, iudicij Dei vocabulo ipsam Dei significatam legem, sic appellatam, vel quia per illius transgressionem Deus iudicabit, damnabitque, sicut & pro eiusdem obseruatione recto iudicio conferet & præmia: Vel potiùs quia in illa, ac per illam præscriptum est à Deo, quid iustum, rectumque sit; quid agendum, quid iure omittendum. Sic frequentissimè mandata Domini iudicia illius nuncupantur in Sacris literis, prout & hoc loco in versione Sept. iuxta correctiorum Codicum lectionem. (*Populus autem meus hic non cognouit iudicia Domini.*) Sed dicet fortassè aliquis, Quid hoc istius minoris propositionis prædicatum, (*non cognouit legem Domini*) cum prædicato maioris propositionis, (*cognouerunt, & custodierunt tempus suum, & tempus aduentus sui, seu ingressuum suorum.* Imò verò multùm: nam sicut aues cognoscere, & custodire tempus, est temporis cuiusque opportunitatem nosse, & eniti, sic illam seruare, vt faciant, impleantque totum id quod eo tempore in ipsarummet faciendum sit commodum, prout iam explicatum est. Ita & cognosci à populo iudicium legémque Domini, & cognosci opereque impleri legem Domini, cuius ita nunc opportunum est tempus, vt fortasse non abs re sit, si legem ipsam Dei tempus pariter appellari posse dicamus, têpusque nostrum, ingressuumque ac itinerum nostrorum, sicut & sæpius via nuncupatur. Ita vt non incongruè ad rem nostrâ id exponere liceat Psalmi 118.[a] *Tempus faciendi Domino dissipauerunt legem tuam,* ac si dicatur Impij non cognoscentes iudicium legemque tuam, adeóque neque illam custodientes, dissipauerunt eam, quam certè custodire debuissent, vt tempus faciendi Domino, custodientes tempus aduentus, ingressuumque suorum ad Dominum, illam implentes propter Domini quidem honorem, sed in vtilitatem propriam. Et quid sibi vult quod in libro dicitur Ecclesiast.[b] *Fili conserua tempus, & deuita à malo?* nisi, dum tempus faciendi Domino est, & legis implendæ opportunum, cognosce, & custodi illud, ipsam conseruans Domini legem; sic quippe deuitabis malum & culpæ, & pœnæ. At hæc subtiliora cuipiam videantur, quàm quæ literalis requirit expositio, in qua modo versamur. Expendentur exactiùs in expositione Morali, vbi ostendam quomodo lex Domini, & ver sit iucundissimum, & nidus, & locus apricandi, comedendi, quiescendi ac similium.

Cognoscere legê Domini est obseruare legê Dei prout nunc eius opportunum est tempus.

Lex Dei appellata tempus nostrum.

a Psal. 118. 126.

b Eccl.4.23.

Lex Dei quomodo dicitur & nostra.

In versione Sept. iuxta Codices Complutensem, & Regium, ita hæc habentur, (*Populus autem meus non cognouit,* τὰ κρίματα αὐτοῦ, *iudicia sua,*) reciprocè. Quod & de lege item Domini, iudiciisque, & mandatis eiusdem intelligi potest, quæ dicantur iudicia ipsius populi, quia secundùm illa iudicandus is sit, & ad præmium, & ad pœnam: & quia in ipsius emolumentum præscripta sunt, in ipsiusque vtilitatem redundant. Et de iudiciis, atque suppliciis accipi potest, quæ eidem populo præparata erant, vt iudicia eius passiuè dicta sint.

Vers. 7.] Miluus in cælo cognouit tempus suum.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

OPTIMVM est morale, quod manifestum ex ipsa præsentis sententiæ est litera, secundùm quam arguit, & exinde complures fidelium Deus, quòd irrationabilibus stolidiores tempus sibi ad salutem propriam operandam exhibitum ignorant, exactiùs autem istam ipsam expendentes sententiam & alia ex ea eruere est, quæ pro moribus æquè sint. Enimuerò circa primum illius membrum, (*Miluus in cælum cognouit tempus suum,*) cùm Miluus duobus hîc accipi queat modis, & propriè, & typicè. Si propriè pro volucre apud nos noto sumatur. Etiam ab illo tametsi nigerrimo, rapaci, crudeli, atque infesto subindicat Dominus debere fideles ediscere, quantam attentionem vel à longe adhibere debeant ad intelligenda quæ diuinæ legis sunt, quantamque & diligentiam in suis dirigendis affectibus, vt eiusdem legis, vt prædæ compotes fiant quam & aliis per doctrinam, ac per exempla communicent, prout fortem illam mulierem facere solitam contestatus est Salomon, cùm diceret, [a] *Deditque prædam domesticis suis.* Sicut enim Miluus, prædâ ex æthere inspectâ, ad illam inhiat, omnemque suum in id aptat motum, vt illâ potiatur, adeóque & cùm opportunum esse nouerit tempus, totum sese in eam proripit: Ita & fidelis quisque perspectâ lege perfectâ libertatis, ad illam sic inhiet, vt dicere cum Propheta queat, [b] *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes. Quando consolaberis me?* tu sc. eloquium Dei, & diuina eiusdê lex: quando te captâ, ipse perfundar consolatione. [c] *Oculi tui rectâ videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur, Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram,* ait Sapiens, edocens quâ ratione & omnia nostra itinera ad diuinæ legis, & sapientiæ prædam dirigere opus sit. Audi & quod totum proiicere te in eam debeas, vt illam rapias. *In* [d] *omni animo tuo accede ad illam,* dicitur in lib. Ecclesiast. *Et in omni virtute tua conserua vias eius,* & Salomon in lib. Prouerb. [e] *Principium,* id est caput præcipuum *sapientiæ posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam,* id est, praxim legis, quam theoricè possides: *arripe illam, & exaltabit te.* Miluus prædam arripiens exaltat illam, vt ipsam dilaceret: at si tu arripueris legem Dei, exaltabit te, vt te decoret. Vnde bene addit Sapiens, *Glorificaberis ab ea, cùm eam fueris amplexatus.* 9

Ex Miluo discendû quâto studio inhiãdum, & furagendum nobis sit, vt diuinæ legis prædæ compotes fiamus.

a Prou. 31. 15.

Simile.

b Ps.118.82.

c Prou 5.25.

d Eccl.6.27.

e Prou.5.7.

Si typicè idem Milui nomen hîc sumptum velimus, vt Diaboli videlicet typus ob nigredinem, ob rapacitatem, & crudelitatem, ob gyros in aëre ad pullorum lanienam, prout idem sumptum videtur apud Isaiam in descriptione miserrimi peccatricis animæ status, vbi dicitur.[f] *Illuc congregati sunt Milui alter ad alterum,* Dæmones scil. & aëreæ potestates tenebrarum harum, Iure 10

Miluus typus Diaboli.

f Isai.34.15.

Negligentia arguitur peccatoris per summā Diaboli diligentiam.

a Matth. 23. 37.

Iure conqueritur Dominus, quòd Diabolus tam A exactus sit opportuni temporis obseruator, quo pusillos fide, ac meritis rapiat, gyrans propterea in Ecclesiæ militantis æthere: Cùm è vestigio plerique fidelium ignari sint iudicij legisque eius diuinæ, quâ à rapaci eo se eripere possent Milluo, dicente Iesu in Euangelio, [a] *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas*, id est, sub legis meæ iudiciis, atque mandatis *& noluisti?*

Ad diuinæ legis cognitionem, & obseruationem excitant nos & aues & bruta.

11 (*Turtur, & Hirundo, & Ciconia, & passeres agri, & Cicada & Grus custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.*) B Norunt aues, obseruantque ex naturali duntaxat instinctu vernum tempus, & quando, & vbi quoquo tempore tendere debeant ad ea facienda quæ sibi expediant, vt explicatum est in litera. Et tu Christianæ rationis, diuinæque gratiæ illustratus lumine non intelliges quod ait Apostolus,[b] *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, Et, [c] *Dum tempus habemus, operemur bonum?* Non intelliges, Euangelicam legem esse tibi maximè opportunum tempus vernum cùm iam Deum audieris dicentem, [d] *Iam hyems transiit* veteris legis, *imber* terroris, & horroris illius *abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis*, seu, vt alia habet lectio, *tempus cantillationis aduenit, vox Turturis audita est in terra nostra*, &c. *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ?* Beatus qui ita Euangelicam nouit, custoditque legem, vt obseruet quid vnoquoque tempore sibi sit agendum: Ad ipsam enim veniet, vt niduletur, pariatque, & foueat conceptiones mentis suæ, iuxta illud Psalmi, [e] *In lege Domini meditabitur die ac nocte.* Ad ipsam confugiet, vt requiescat in ramis eius, vt ad arborem Euangelicam, [f] è minimo grano Sinapis in altum excrescentem. Ad ipsam volabit, vt voluptatem capiat, cùm de ea dictum reperiat.[g] *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.* Ad ipsam se conferet, vel vt cibo se reficiat, vel vt limpido se recreet fonte, dicente Salomone, [h] *Lex Sapientis fons vitæ*, & subinferente qui plusquam Salomon est, [i] *Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælis est.* [k] Eaque est cibus ille in tempore qui à fideli, & prudenti seruo datur familiæ Domini: Ad ipsam lassus redibit vt dormiat, quiescatque in ea, [l] *Custodi* enim *legem, atque consilium*, ait Sapiens, *& erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis: Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget: si dormieris, non timebis; quiesces, & suauis erit somnus tuus.* In ipsa & tempus obseruabit cantionis, dicens cum Dauid, [m] *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Ad ipsam denique aduolabit, vt à rapacibus Diaboli se abscondat, & eripiat vnguibus, vt ad absconditum illud faciei Domini, de quo in Psalmo legit, [n] *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum*, bene absconditum faciei Domini, quia facies ipsa, & persona Domini custodias iis agit, qui in legis ipsius se abdunt obseruatione. Vnde eamdem legem custodienti ait Salomon, [o] *Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.*

b 2. Cor. 6. 2.
c Gal 6. 10.
Lex Dei est nobis vernū tempus.
d Cant. 2. 11.
Lex Dei nidus.
e Psal. 1. 2.
Lex Dei arbor ad quiescendum.
f Matth. 13. 32.
g Psal. 18. 9.
Lex Dei locus voluptatis.
Lex Dei cibus & potus.
h Prou. 13. 14.
i Ioan. 4. 34.
K Matth. 24. 45.
Lex Dei aptissima in qua dormiatur.
l Prou. 3. 21.
Lex Dei cantionibus aptissima.
m Psal. 118. 54.
Lex Dei tutissimum congium.
n Psalm. 30. 21.
o Prou. 3. 25.

Ad amplificandum istud Domini argumentum pro moribus. Vide duo Plutarchi opuscula in tomo 3. Opusculorum eius, alterum quod inscribitur. Quod bruta animalia ratione vtantur: Alterum inscriptum, vtrum animantium plus A rationis habeant terrestria, an aquatica.

VVLGATÆ.

Vers. 7.] Miluus in cælo cognouit tēpus suum, &c.

SEPTVAGINTA.

7. Καὶ ἡ ἀσίδα ἐν τῷ οὐρανῷ ἔγνω τὸν καιρὸν αὐτῆς. τρυγὼν, καὶ χελιδὼν ἀγροῦ, στρουθία ἐφύλαξαν καιροὺς εἰσόδων ἑαυτῶν, ὁ δὲ λαός μου οὗτος οὐκ ἔγνω τὰ κρίματα κυρίου.

Vers. 7.] Et Asida in cælo cognouit tempus suum: Turtur, & Hirundo, agri passeres custodierunt tempora ingressuum suorum: populus autem meus hic non cognouit iudicia Domini.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

C PARAPHRASIS Chaldaica. *Etiam Ciconia in cælo nouit tempus suum, & Turtur & Grus, & Hirundo custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus nescierunt facere iudicium Domini.*

Vers. 7. *Miluus in cælo*, &c. Hieronymus. *Vnus atque idem sensus est, qui & in Isaiæ principio ponitur*, [a] *Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Quòd etiam paruæ aues sua norint tempora, & sciant quando ad calida festinantes loca rigorem hyemis debeant declinare, & rursus* D *veris principio ad solitas venire regiones. Cælum autem hic pro aëre qui supra est, debemus accipere.*

Hieronym.
a Isa. 1. 3.
Animalibus brutis homines impij sūt insipientiores.

Augustinus in Dialogo altercationis Ecclesiæ cum Synagoga tom. 6. Ita hunc locum de Synagoga dictum refert. (*Miluus cognouit tempus suum: Turtur, & Hirundo, Grues, passeres custodierunt tempora introitus sui: populus autem meus me non cognouit.*)

Augustin.

Ioannes Chrysostomus homil. in Psal. 49. citat hanc sententiam isto modo, (*Turtur, & Hirundo, agri passeres cognouerunt tempora ingressus sui: populus autem meus non cognouit iudicia mea.*

Io. Chrysost.

E Idemque Chrysostomus homil. de Turture, seu de virtute quæ habetur tom. 5. *Turturis*, inquit, *Ieremias mentionem fecit, dicens:* (*Turtur & Hirundo & Cicada, agri passeres cognouerunt tempus aduentus sui*) *Turturem dicit omnem castam Ecclesiam, Hirundinem verò Ioannem hominum amatorem; Cicadam autem eloquentissimum Paulum, Ecclesiæ organum.*

Idem.
Ecclesia dicta Turtur.
Ioānes dictus Hirundo.
Paulus dictus Cicada.

Theodoritus. (*Et Miluus in cælo cognouit tempus suum. Turtur, Cicada, Hirundo, & agrestes auiculæ custodierunt tempora aduentus sui: populus autem meus non cognouit verba Domini,*) *Ab irrationabi-* F *libus, inquit, auget accusationem. Etenim norunt volucres varietatem temporum, & nunc huc, nunc illuc transuolantes, repererunt naturâ quæ sibi sunt vsui: isti verò licet rationis participes, fructum legis non decerpunt. Verum ἡ ἀσίδα, id est, miluus, est auis, quam nonnulli aiunt ἴκτινον vocari.*

Theodorit.

S. Paschasius Ratbertus lib. 2. in Matth. cap. 2. De tribus agens Magis ingressis Ierusalem, & sciscitantibus vbi natus esset Rex Iudæorum. *Nouerat*, inquit, *quòd ex Vaticinio Magistri quem sectabantur, perceperant, & ignorabant penitus locum,* quem

Paschasius.
Magi Iudæis tempus prædicant aduētus Christi, Iudæis tēpu

id comprehendere non valentibus, locũ tamen indicantibus.

quem alibi per Prophetã Spiritus sanctus declarabat. Hinc sanè fit inter Iudæos, & Gentes mira doctrinarum vicissim commutatio. Illi locum insinuant, qui tēpus aduentus Domini non recognoscunt. Quippe quia scriptum est, quod (Miluus, & hirundo, & Ciconia custodierunt tempus suum. Populus autem Domini non custodierit iudicium Dei sui, neque tempus visitationis cognouerit,) Isti verò è contra tempus prædicant, qui nascendi locum ex disciplina artis suæ nequeunt A *comprehendere.*

D. Thomas. *(Miluus in cælo) id est, in aëre, tempus aptum operibus suis: (aduentus) quia transeunt in hyeme ad loca calida, & redeunt in vere, & hoc instinctu naturalis æstimationis. Iob. 12.* [a] *interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli & indicabunt tibi. Tum ponit populi ignorantiam, (populus) (iudicium) sibi superuenturæ propitiationis. Isai. 1.* [b] *Israel autem me non cognouit.*

D. Thomas. *Ab animalibus multa docentur.* a Iob. 12. 7.

b Isai. 1. 3.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἡ ἀσίδα ἐν τῷ οὐρανῷ ἔγνω τὸν καιρὸν αὐτῆς.] B

Βίκτορος.] τοιαύτη, φησὶν, ἡ ἀσίδα. ἣν ὁ Ἀκύλας ἐρωδιὸν ἐξέδωκεν, ἄλλοι δὲ ἰκτῖνον. συνᾴδει δὲ καὶ Ἡσαΐας εἰπών. ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω. οὐρανὸν δὲ νῦν τὸν ἀέρα φησὶν, ὡς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. [καὶ ἡ ἀσίδα]

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] τινὲς ὄρνιθα φασίν. τινὲς δὲ ἄστρον.||

C

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀκύλας μὲν τὸν ἐρωδιὸν ἐκδέδωκεν. ἰνδικὸν δέ ἐστιν γένος ὀρνέου ἡ ἀσίδα.

Τρυγὼν καὶ χελιδὼν ἀγροῦ στρουθία ἐφύλαξαν καιρούς.]

Ὠριγένους.] τρυγὼν καὶ χελιδὼν ἀγροῦ στρουθία, οἱ συνετοὶ ἀκροαταὶ, καὶ οἱ εἰς τὸ λέγειν τὰ κρείττονα ἱκανοὶ, ἐφύλαξαν ἐν καιρῷ ποιεῖσθαι τὰς ἰδίας εἰσόδους, ὥστε τὸ λεγόμενον καθικνεῖσθαι τῶν ἀκουόντων, συντρεχούσης τῆς εἰσόδου τῆς χελιδόνος τῇ εἰσόδῳ τῆς τρυγόνος.

Vers. 7. *Et asida in cælo cognouit tempus suum, &c.)* 3

Victoris.] *Talis ait Asida, quam Aquila Erodion vertit, alij verò Miluum. Confirmat autem hæc & Isaias,* [a] *Cognouit bos possessorem, & Asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit. Cælum autem nunc aëra vocat, secundùm illud volatilia cæli. (Et Asida.)*

Victor. a Isai. 1. 3.

|| Chrysostomi.] *Quidam autem, quidam stellam interpretantur.* ||

Chrysost. *Asida secundum aliquos stella.*

Olympiodori.] *Aquila quidem Erodion exposuit. Asida verò est species Indicæ auis.*

Turtur & Hirundo agri passeres custodierunt, &c.

Origenis.] *Turtur, & Hirundo pulli agri; Prudentes auditores, & ad bona quæque explicanda idonei custodierunt tempus opportunum aduentus sui, vt dictum pungat audientes, aduentu Turturis, cum aduentu Hirundinis concurrente.*

Origenis. *Temporis opportunitas obseruãda & doctoribus, & auditoribus.*

Vers. 8.] Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

An [a] *non erubescitis ad ea quæ dixi, volucribus rationis expertibus insipientiores vos esse, iudicium legémque Domini ignorantes inaniter, ac superbè respondere, asserentes è contra vos Sapientes, cum legem ipsam Domini habeatis, in qua summa est sapientia? Profectò si vos ô Iudæi sapientes estis, & legem Domini, vt asseritis, calletis, ita vt & vobiscum illam esse ex vestris appareat operibus: qui ipsam, vt à Deo dictata est, exscribunt, mendaci stylo, mendacique calamo mendacium exscripserint operæprecium est; quandoquidem opera ipsa penitus cõtraria sunt ei quæ ab illis exscribitur legi Dei.* [b]

a *Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscũ est? verè mendacium operatus est stylus mẽdax Scribarum.*

2 *Quinimò si lex Domini vobiscum est, adeòque & sapientes existitis, cùm nihil eius legis opere impleatis: dicendum sanè est, nedum vos illam ignorare: Sed & in vanum illos qui ipsam describunt laborare: & per id quod contraria potiùs agitis, falsitatis crimen sancto inuritis Moysi, sanctisque Prophetis, qui Spiritu sancto in spirati illam scripserunt.* [c]

b *Vere ecce in vanũ stylus, falsitas Scribæ.*

3 *Et quod vix mente excogitari potest humanâ, prauis iisdem operibus scelestissimè contestamini, apud vos Deum quoque mendacem haberi, quasi is stylo digiti sui mendacium in lapideis scripserit tabulis, atque adeo* D *& frustra laborare, qui talia exscribunt scribæ.* [d]

c *Vere ecce mendaciũ facit stylus frustra sunt scribæ.*

4 *Neque est quòd vos contra me indignemini qui Scribarum, & Magistrorum munus exercetis, quòd toti populo in extrema vos aggregarim ignorantia: Sicque excandescentes dicatis, Sapientes nos sumus, & Scribæ legem Domini, vel te renitente, optimè callemus, nostrumque est illam & scribere, & interpretari, & populo enarrare. Quâ enim ratione tam insolenter talia audetis proferre? Cùm contrarium vestris contestemini operibus: quibus certè profitemini, mendaciter ea, vos scribere quæ lege præcipiuntur, & tractatus quoque ipsos, quos super eamdem legem ad* E *populi eruditionem conscripsistis, mendaciorum libros esse testemini.* [e]

d *Quomodo dicitis, &c.*

5 *Quo pacto hæc vobis falsò tribuistis, vt & Sapientes, & Scribas vos iactitatis; & quòd apud vos legis Domini sit intelligentia: cùm & in hoc mendaces sitis, sicut mendaces & in scribendo estis, & in docendo, Sacras deprauantes literas, iniquas describentes Maiorum traditiones, ac eidem Dei legi contraria condentes statuta, sicque ignarum decipientes populum.* [f]

e *Quomodo dicitis, &c.*

6 *An non insipientissimos in eo pariter vos exhibuistis, & diuinæ item legis penitus ignaros, quòd pacem, fœlicemque statum populo huic peruersissimè erga Deũ sese habenti, etiã scripto denunciastis: frustra pro men-* F *daci eidem promittenda fœlicitate vestra ipsa promulgantes scripta, vestras huc illucque mittentes & literas. Cùm exploratum vobis esse deberet, diuinam legem per singulas ferè paginas clades, innumerasque calamitates Iudaico minari populo, si Deum suis ille offenderit sceleribus.*

f *Quomodo dicitis.*

E X

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 QVOMODO dicitis,&c.) Quamuis communiter hæc sumantur vt dicta ad Scribas,& legis peritos,qui & Sapientes apud Hebræos vocabantur, vt Rabbini, atque Magistri, quorum munus erat & exscribere, & interpretari Dei legem. Ipse nihilominus crediderim duobus modis accipi ista posse, & iuxta hanc communem Expositorum sententiam,& vt directa ad totum ipsum Iudaicum populum. Et quidem si hoc secundo modo ista sumamus,cum iis quæ mox à Domino dicta fuere in vers.7. *Miluus in cælo cognouit tempus suum;Turtur,&c.populus autem meus non cognouit iudicium Domini*, optimè hęc cohærebunt, (*Quomodo dicitis*, &c.) Vt hac vnâ breui sententiâ, & Iudæorum proponat responsionem ad superiora, & eamdem efficacissimè confutet. Pro intelligenda autem Iudæorum responsione supponendum, id semper in more illis extitisse, vt se solos & arbitrarentur, & pronunciarent Sapientes respectu Gentium aliarũ ex eo quòd legem Domini haberent, in qua & gloriabantur, vt videre est & in Euangelio Ioannis, quando ad illuminatum à Christo cæcum natum dixère, [a] *Nos Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus*, & de hac inani eorumdem gloriatione eos arguens Apostolus in epistola ad Romanos ait, [b] *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras*. Cùm ergo Propheta hæc habet. (*Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est,*) duo subindicat quæ respondere illi potuissent; Et quod falsissimum esset, ipsos esse auibus insipiétiores, vt ex præallata inferebatur propositione, *Miluus*,&c. cùm ipsi sapientes essent : & quòd in propositione quoque altera falsum assumebatur, cùm diceretur, *Populus autem meus non cognouit iudicium Domini* : cùm legem Domini haberent,eamque optimè callerent.

1. Sensus.

Iudæi solos se Sapientes putabant, quia legem Dei habebant.

a Ioan.9.28.

b Rom.2.23.

2 Ambo autem hæc ita per Prophetam reiiciũtur, quomodo & Christus Iesus similem itẽ Iudæorum gloriationem in lege reiecisse visus est in Euangelio Ioannis, quando,[c] docente ipso in templo, mirantibusque ipsis Iudæis, & dicentibus: *Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit*. Respondit eis, *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea,vtrum ex Deo sit,an ego à me ipso loquar*. Nota, cognitionem de doctrina, legisque diuinæ notitiam tunc planè haberi, cùm impletur, & per operis executionem ea Domini perficitur voluntas, quæ doctrinâ exhibetur, & lege ipsius. Audi quomodo melius sese explicet. *Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit*, prout certè hoc loco apud Ieremiam iidẽ faciũt Iudæi, cùm aiunt, (*Sapientes nos sumus & lex Domini nobiscum est.*)[d] *Qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, verax est, & iniustitia in eo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? quid me quæritis interficere?* Ac si dicat; Quid tantum de diuina gloriamini lege, vt audeatis & dicere, (*Sapientes nos sumus,& lex Domini nobiscum est,*) cùm apertè contrarium vestris ipsis contestemini factis? siquidem quærẽtes me interficere veracem, & in quo nullam reperire est iniustitiam, profitemini, legem Domini quæ per Moysem tradita est, neutiquam vobiscum esse, imò & penitus ignaros vos esse illius, quâ in libro Exodi sic præcipitur, [e] *Mendacium fu-* A *gies: insontem, & iustum non occides, quia auersor impium.*

In lege Dei is solus gloriari potest qui illam obseruat.

c Ioan.7.14.

Legis Dei notitia tũc haberi rectè dicitur, cùm ea impletur.

d Ioan.7.18.

e Exod.23.7.

3 Similia itaque hoc loco & Prophetam, iuxta hunc primum sensum sibi velle opinor, tametsi aliâ phrasi, eaque maximè & argutâ, & efficaci dicendo, (*Vere mendacium operatus est stylus mendax Scribarum.*) Pro quorum intelligentia suppono, Scribarum nomine eos hîc designari, qui in id suam nauabant operam, vt legem exscriberent, vel in membranis, vel in ceratis tabulis; quomodo idipsum sumitur in Psalmo 44. [f] *Lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis.* Vbi pro calamo in Hebræo eadem quæ & hîc est vox B עט *ngheth*, & calamum ipsum designans,& stylum, quo in ceratis antiquitùs describebatur tabulis. Hoc supposito : quod hîc dicitur tale est. Si per id Sapientes estis,quòd legis peritiam vestris profitemini operibus, certè mendaces dicantur necesse est, qui Mosis legem stylo exscripsère mendaci. Vt per ludibrium hæc dicta sint: quandoquidem Iudæi operibus ipsis suis scriptæ legi Dei penitus contraria exhibebant:ita vt mẽdacij illam arguere viderentur, eamque re ipsâ veram Domini legem contestarentur, quæ apud C ipsos seruabatur, cùm à minimo vsque ad maximum (vt mox dicetur in vers.10.) omnes auaritiam,propriam concupiscentiam,suasque sequerentur cupiditates. Ac si mendacium exscripsérint Scribæ in eo quòd illud in lege scripsère Dei præceptum, [g] *Non concupisces domum proximi tui : nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem,non asinum, non omnia quæ illius sunt.*

Scribarũ nomine designati ij qui legẽ exscribebant.

f Psal.44.2.

Operantibus contra legem lex ipsa scripta mendacium esse videtur.

g Exod. 20.17.

4 Clariùs sensum istum exprimunt Hebræa, quæ ad verbum ita hæc habent. (*Quomodo dicitis sapientes nos,& lex Domini nobiscum:Verè ecce in* D *vanum facit stylus, falsitas Scribæ.*) sic ea vertit interpres Regiæ, vt confutatio ipsa sit bimembris. Nimirum, quòd si lex Domini cum ipsis est, adeóque & sapientes ipsi existunt, cùm nihil eiusdem legis opere impleant, dicendum profectò sit, non modò ipsos illam ignorare,sed & in vanum eos,qui eam exscribunt laborare:Quinimò cùm contraria potiùs agant, secundùm blasphemam eorum opinionẽ asserendum,falsitatem ab eius exscriptam Scribis, ita vt falsi crimẽ sancto inuratur Moysi & Prophetis, qui illam, di- E ctante Deo, descripserunt. Quem eumdem sensum habet & versio Pagnini,(*Verè ecce mendacium fecit stylus, frustra sunt Scribæ.*) Quamquam multò efficacius ita hæc explicari queant : vt significetur, impios Iudæos prauis ipsis operibus suis scelestissimè contestari,se mendacij crimen Deo quoque inurere, quasi is stylo digiti sui mendacium in lapideis scripserit tabulis : adeoque & frustra laborare qui talia exscribunt Scribæ.Quo loco Notandum duas huic confutationi in Hebraico textu præpositas particulas אכן *acben*, (*Verè*) affirmandi aduerbium, quod & à nostro Interprete positum est, & הנה *hinneh*, (*Ecce,*) F quâ particulâ (vt dixi sæpius) significatur dici quid admirandi,quid noui,quidve inauditi,qualia certè hæc sunt quæ hîc asseruntur.

Operãtes contra Dei legẽ vanitatis, & falsitatis crimina inurũt Moysi,& Prophetis.

Operantes cõtra scriptam legem Iudæi mendacij crimen Deo inurunt.

5 Haud ita efficax iste est sensus, iuxta versionẽ Vatabli, quam & plerique recentiorum secuti sunt:(*Profectò ecce vanè fecit frustraneus stylus Scribarum.*)Seu vt idem habet in Scholiis(*frustra fecit stylum, frustra Scribæ.*) Seu, iuxta Ioannem Maldonatum, (*frustra fecit stylus, frustra fecerunt Scribæ.*) Quæ ita ipse explicat, *Quid refert, quam legem apud vos scriptam habeatis, si non seruatis illam? frustra*

Legem scriptam habere, si ea non seruetur nihil prodest.

Io. Maldon.

Vatablus. *frustra vtique calamus, frustra Scribæ in lege scribēda laborarunt, cùm eam minimè seruetis.* Certè (ait Vatablus) *qui calamum instruit, vt legem inscriberet, frustra operam insumpsit: frustra sunt Scribæ qui sacros libros describunt, cùm nullus sit, qui ad illam componat vitam suam, illamque legat.*

Versio Sept. sic habens. (*Quomodo dicetis quia sapientes sumus nos, & lex Domini nobiscū est, frustra factus est iūcus.*) id est, calamus (vt asseritur in Annotat. Bibliæ Sept. Vaticanæ) (mēdax Scribis) cōfutationem pariter bimembrē facere videtur, eo ferè modo quem prosecuti sumus in explicatione lectionis Hebraicæ iuxta versionem Regiæ. B Tota varietas lectionum ex repetita est vna Hebraica voce שקר *sceker*, quæ, vt aliàs quoque notaui, multiplicis est significationis, & mendacium designat, & falsitatem, & fallaciam, & falsum, & aduerbialiter significat falsò, & in vanum, & gratis & frustra.

6
2. Sensus. Si communē prosequi velimus exponendi rationem, vt hæc ad legis peritos, eosque qui apud Iudæos sapientiā, legisque iactabant peritiā directa potissimùm sint, multò certè diuersum à superiori afferamus operę precium est sensum, tum Vulgatæ, tum Hebraicæ lectionis, tum etiā versionis Sept. Et Scribarum quoque nomen in alio sumendum est significatu, pro eodē nimirū, quod & nomen sonat Sapientis, aut Rabbini, Magistri, Doctoris, eā penitus ratione, quā & apud nos qui diuinorum sciētiā periti de diuinis tractatus cōponunt, Sacrasque literas interpretantur, scriptores nūcupantur Ecclesiastici, quorum Cathalogū reliquit B. Hieronymus. Quomodo & in lib. Esdræ dicitur,[a] *Et ipse Esdras Scriba velox*, i. perspicacissimus, *in lege Moysi*. Et sæpius in Euangeliis præsertim Matt. 13.[b] vbi, *Ideo*, ait Iesus, *omnis Scriba doctus similis est patrifamiliàs, qui profert de thesauro suo noua, & vetera*: & nouas videlicet, & antiquas aliorū Sapientium referēs diuinæ legis interpretationes. Appellatur Scriba Hebr. ספר *sopher*, à voce ספר *sepher*. i. litera, vel scriptura, vnde bene Isaiæ 33. idem nomē vertitur literatus: quo loco peregregiè ipsorum scribarum promuntur munera: sic quippe dicitur,[c] *Vbi est literatus? Vbi legis verba ponderans? vbi Doctor paruulorum?*

Scribarū nomine apud Hebræos appellati i, quos nos Sapiētes, Magistros, & Doctores nūcupamus.

a 1. Esdr. 7. 6.
b Matth. 13. 52.
c Isai. 33. 18.

7
Scribarū munia antiquitus quænam essent. Quem Isaiæ locum retulit & Apostolus, trāspositis tamen nominibus, cùm in 1. epist. ad Cor. ait,[d] *Scriptum est enim, Perdā sapientiam Sapientiū, & prudentiā prudentium reprobabo*, quod habetur[e] Isai. 29.[f] *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi?* Sapientis vocabulo id exprimēs quod apud Isaiam dicitur, *Legis verba ponderans*. Sicut & pro *Doctore paruulorū*, posuit *Conquisitorem huius sæculi*, i. qui de omni re, quæ in hoc sæculo accidat, causas conquirens, & de omni re controuersā disputans ignaros edocet. Dominus quoque noster in Euangelio ista eorumdē munia subindicasse mihi videtur, quando in Matth. Euangelio Iudæis hæc habuit,[g] *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapiētes, & scribas, & ex illis occidetis*, &c.) significans, se illis missurum Apostolos, qui plenè omnia scribarum exerceāt munia: alludens, vt opinor, ad præcitatū Isaiæ locum, transpositis nominibus, ordineque transuerso, ab vltimo exordiens, & Prophetarum vocabulo eos appellans, quos Isaias doctores nūcuparat paruulorum, cùm ignorantes docere & exhortari proprium sit Prophetarū munus, iuxta illud Apostoli,[h] *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.* Noster interpres Hebraicam vocem Sopherim, Scribas reddit, secutus Sept. qui eamdem inter-

d 1. Cor. 1. 19.
e Isai. 29. 14.
f 1. Cor. 1. 20.
g Matth. 23. 33.
Prophetarum munus præcipuum est docere ignorantes.
h 1. Cor. 14. 3.

A pretari solent γραμματεῖς, quòd illorum officium esset Sacram Scripturam incorruptā seruare correctę eius descriptioni inuigilare, illam interpretari, & scripto, & voce, & inde responsa conscribere, & enarrare, vt videre licet apud Epiphanium, hæresi 16.

8
His suppositis, quod hîc dicitur tribus modis exponi potest, Primò, vt hæc sententia, (*Quomodo dicitis sapientes nos sumus*) ad superiorem spectet, vt quasi pro eo indignati sint qui sapiētiores in Iudaico populo erant, & Scribarū exercebant munus, quòd vna cum toto populo volucribus insipientiores dicti fuissent, ex eo potissimùm quòd B legem Domini minimè nossent, Sicque indignati hæc habuerint, *Sapientes nos sumus*, & Scribæ, legemque Domini, vel te inuito, & renitēte, Italicè *Al tuo dispetto*, optimè callemus; quippe quæ nobiscum est, nostrumque est illam & scribere, & interpretari, & eādē toti enarrare populo. Quos breuiter, sed magna cū efficacia ita cōfutat Propheta, Quā ratione tam insolenter dicere hæc audetis? Cùm *verè mendacium operatus sit stylus mendax scribarum*, id est, Cum contrarium vestris cōtestemini operibus, quibus certè profitemini, mēC daciter scribere quæ, &c. vt in Paraphrasi num. 4. Quem exponendi modum facile est & cæteris adaptare lectionibus Hebr. & Sept. quæ supra relatæ sunt in explicatione primi sensus.

Prædicatores & Theologi prauè viuentes suis operibus profitētur esse mendacia quæ prædicāt, & quæ scribunt legis diuinæ.

9
3. Sensus. Meliùs tamen hæc ipsa sumi arbitror, vt neutiquam ad superiorē sententiam pertinentia; vt videlicet more suo Propheta in præsenti suo Vaticinio ad Scribas, Sapientes, iurisque peritos suam cōuertens orationem, grauissimè ipsos in primis arguat. Quæ redargutio duplicem habere potest intellectum, per quos & duo alij suggerūtur modi ista exponendi. Alter, qui & communior, is D est. Vt exinde iidem arguantur, quòd & Sacras literas deprauarent, quòd iniquas, falsasque cōscriberent; Maiorum traditiones ac diuinæ legi contraria conderent statuta: ita vt propterea meritò ipsos obiurgare necesse sit, quòd insigni se decoros iactitarent & nomine, & munere Sapiētum, quódque ipsorum esset, legem Domini, & scribere, & enarrare, cùm in eo ipso falsissimi essent. (*Verè mendacium*) id est, populi deceptionem (*operatus est stylus mendax Scribarum*) *iactatis vos*, ait Hugo Card. *de legis notitia, & tamen scribitis iniquitates, & mendacia, & sic subuertitis populum per expositiones, & traditiones vestras, & pauperes opprimitis per statuta vestra.*

Scribæ deprauantes diuinam legem falsis traditionibus statutisque legi Dei aduersis dicti mendaces & sapientia expertes.

Hugo Card.

10
E Quod & apud Isaiam legimus,[i] *Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt: Vt opprimerent in iudicio pauperes*, &c. Quem locum optimè interpretatur Forerius, de impiis Scribarum interpretationibus, & additionibus, quas ad diuinam addebant legem, peruersè illam interpretantes, cuiusmodi, inquit, erat illa tēpore Christi circa præceptum de honorandis parentibus. Lege cap. 23.[k] Matth. plurésque similes enumeratas reperies, de quibus meritò sui temporis Scribas arguit idemmet Christus. Est autē ponF derāda Hebraica vox quā Isaias vsus ibi est, cùm ait, *Væ qui condunt leges* seu statuta און *auen*: ea siquidem, vt bene ibidē ipse notat Forerius, est à verbo אוה *auah*, affectare, desiderare, & concupiscere, adeóque propriè vox ea significat affectū illum prauum, & naturæ vim, quā quispiam alteri dolorem, & vim infert, aut ipse afficitur, quem certè affectum expressiùs mox explicat & Propheta noster, cùm in vers. 10. & 11. subiicit, *Quia à minimo vsque ad maximū omnes auaritiā sequuntur:*

i Isai. 10. 1.
Scribæ cōdebāt leges iuxta proprios affectus, & ad eosdem deprauabāt Sacras literas.
K Matth. 23. 1.

à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium, istiusmodi nimirũ peruersas diuinæ legis interpretationes, de quibus nũc in vers. isto 8. ait, *(Verè mẽdacium operatus est stylus mẽdax Scribarũ.)*

Pet. Galat. *Sacras Scripturas deprauatas à Iudæis.*

Petrus Galatinus lib. 1. de Arcanis Cath. veritatis cap. 8. probans quòd Iudæi Sacras deprauarint Scripturas, hoc potissimùm vtitur Ieremiæ loco, *Aduersus*, ait, *Iudæos Scripturas deprauantes ita loquitur Ieremias, (Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Dei nobiscum est: sed ecce ad mendaciũ egit stylus falsus Scribarũ,) Quale autem mendaciũ, & falsitatem acturus is esset, alibi exprimit, dicens,*[a] *& peruertistis verba Deorum viuentium, Domini exercituũ Dei nostri, & iterum:*[b] *Veritatem non loquentur, docuerunt linguam suam loqui mendacium, iniquè agẽdo lassati sunt.* Hæc Galatinus. Eodemque sensu hæc intellexit & Paraphrasis Chaldaica, ita legens, *(Ecce frustra fecit Scriba calamũ mendacij ad falsandas scripturas,)* Vide de istiusmodi stylo mendaci Scribarum lib. 1. Victoriæ aduersùs Hebræos.

a Ierem. 23. 36.

b Ierem. 9. 5.

11 4. Sensus. *Scribæ denũciantes pacẽ, & fœlicem statum Iudæis impiè viuentibus, ignaros in eo se contestabantur diuinæ legis, ac mendaces,*

Vltimo denique modo exponi hæc possunt, & quidem admodũ consequentibus aptè vt exinde potissimùm iidẽ arguantur Scribæ, quòd Sapientes se populo venditarẽt, & diuinæ legis peritissimos, cùm è vestigio insipientissimos, eiusdẽque Dei legis penitus se exhiberent ignaros, quæ per singulas (vt ita dicã) paginas contritionẽ, clades, calamitatesque Iudaico minatur populo, si iniquitatem is fecerit, etsi Deum suis offenderit sceleribus; pacẽ nihilominus eidẽ populo peruersissimè erga Deum sese habenti, etiã scripto denunciantes, & securitatẽ, vitãque fœlicem, idq; mendaciter. Quod apertiùs dicet, postmodũ in vers. 11. *Et sanabant contritionẽ populi mei ad ignominiã, dicentes, Pax, pax, cùm non esset pax.* Quam ipsorum in istiusmodi mendacio ignominiã, de hisce ipsis se dicentibus sapiẽtes, immediatè post verba ista, *(Verè mẽdacium operatus est stylus mendax Scribarũ.)* subiicit in vers. 9. Propheta, dicens, *Confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt*, &c. Congruitque & sensus iste tam versioni Sept. *(frustra factus est iuncus*, id est, calamus, *mẽdax Scribarum;)* quàm lectioni Hebraicæ, *(Verè ecce ad mendacium*, seu *in vanũ fecit stylus, falsitas Scribæ,)* id est, Scribæ sunt ipsamet falsitas, & vt vertit Vatablus, *(Profectò ecce vanè fecit frustraneus stylus Scribarum;)* quia videlicet iniqui Scribæ illi inanem salutis populo præberent fiduciam, & frustra pro mendaci promittenda fœlicitate suã promulgarent scripta, suas & huc illucque ea de re mitterent literas.

Vers 8.] Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

12 a Luc. 10. 26. *Libros spirituales semper præ manibus habentes, & nihil boni facientes arguuntur.*

FACIT locus iste pro eo Euangelij, quo Legisperito ipsum tentanti, dixit Iesus,[a] *In lege quid scriptum est? quomodo legis?* Et in illorum redargutionem, qui, cùm semper præ manibus & Sacras literas, & libros habeant spirituales, adeò vt propterea rerum diuinarum sese iactitent sapientes: Quoad opus tamen ita sese exhibent insipientes, vt cũ prædicto Legisperito id quoque se ignorare patefaciant. Quid facto opus sit, vt vitã possideant æternam. At non verè mendaciũ operatus est stylus Scribarum, quando, vt in eodẽ habes[b] Euangelio, & Sacerdos, & Leuita ambo in lege docti, & quos ad proximi dilectionẽ cæteros promouere oportuisset, viso illo qui in me-

b Luc. 10.

A dia via semiuiuus, nudus, vulneribusque confossus relictus fuerat à latronibus, immisericordes, absque vlla dilectionis exhibitione, & nullo præstito miserationis actu, præteriere.

Quã in re plerosque habent & nostrorum Ecclesiast. imitatores. Quos si monueris aliquãdo, eos multò magis quàm sæculares teneri ad opera exhibenda misericordiæ, tum quia ad istam, quæ præcipua est Euangelij doctrinam de dilectione erga proximũ, & de misericordiæ operibus, exẽplo promouere alios debent; tum quia redditus possident beneficiorũ Ecclesiasticorũ, quæ Christi pauperum sunt bona, imò eiusdẽ sanguis sunt 13 *Ecclesiastici arguuntur de immisericordia, & de male expensis censibus, beneficiorum.*

B Christi, ita vt cùm istiusmodi census in prauos consumat vsus, in crapulam, in meretrices, in ludos, atque in vanos sæculi luxus, Christi sanguine in his abuti existimare se debeant, & pauperũ illius dilapidare patrimonium, prout constãs est Sanctorum Patrum, veterumque Theologorum sentẽtia: Audias frequenter, audacter eos sese tibi opponẽtes, elatoque animo talia inferẽtes, haud tot criticis egemus doctoribus, Sapiẽtes nos quoque sumus, & iuris vtriusque periti, lex Domini nobiscum est, ius canonicum optimè callemus, &

C quid in hac beneficiorum materia etiã ex Theologorũ doctrina tenendum sit, scimus. Quibus tu rectè his Prophetæ respondeas verbis, *Quomodo*, tã malè vos habẽtes in Ecclesiasticis expẽdendis censibus, dicere nihilominus audetis, *(Sapientes, & Doctores nos sumus, & lex Domini nobiscũ est?)* in pectoribus nostris, quasi in tot arcis diuinam conditam habemus legem. Profectò si res ita se habeat, dicamus operæpretium est Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Sanctos Patres vniuersos, D. Thomam, Scotum, & quoquot de hoc argumento superioribus scripsêre temporibus

D mendaci calamo mẽdaciorum edidisse tractatus. Quod certè fidelium quorũlibet horrent aures.

Possunt hæc ipsa in redargutionem eorum quoque deseruire Christianorum omnium, quibus cùm exploratum sit, Euangelij legem totam de mortificatione esse passionum; de mundi mundanorumque contemptu, de Cruce post Christum tollenda; Ita nihilominus deliciis indulgent, & studio addicti sunt voluptatum, propriorumque commodorum, ac si & Christus mendacia prædicarit, & Euangelistæ mendacio- 14 *Mũdo & voluptatibus addicti arguuntur quòd mẽdacij quodammodo arguendũ significant Christum, & Apostoles mortificationẽ prædicantes, & vitam asperam.*

E rum Euangelia conscripserint. Iuxta illud Isaiæ istorum prænunciantis errorem, cùm dixit,[b] *Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa*, quando scilicet qui iam à sæculo Dominus Deus erat cælestium exercituum, per Incarnationem & Deus fiet exercituum terrestrium innumerabilis multitudinis Christianorum: Ad quid vocabit? *Ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci*, id est, ad pœnitentiam, ad victum planctui consentaneum, ad cilicia, & ad alia mortificationis genera: *Et ecce gaudium & lætitia*, id est, Et ecce, æquè ac si mendacium operatus esset mendax stylus eorum qui hæc Dei nomine, & voce, & scriptis denunciauerunt, plerique fidelium è contra gaudio, & læ-

b Isai. 22. 12

F titiæ, ac vitæ se dedêre voluptuosæ: *Occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus*, inquiunt, *& bibamus, cras enim moriemur.* Ac si & id tacitè dicant, atque etiam subintelligi velint, quod hîc iuxta eorum prauam opinionem in Hebraico textu asserit Propheta, *(Verè ecce mendacium fecit stylus,)* de obtinenda æterna fœlicitate per pœnitentiam, per mortificationes, & per victus asperita

asperitatem, Scribæ qui talia scripsère sunt ipsamet falsitas, cùm hoc certũ sit quod citò moriemur, & [a] *Quis nouit si spiritus filiorũ Adã ascendat sursum, & si spiritus iumentorũ descendat deorsum?* vt impij in libro aiunt Ecclesi. Clariusque in lib. Sapiẽtiæ c. 2. 1. vbi hæc legimus, [b] *Dixerunt cogitates apud se non rectè exiguum, & cum tædio est tẽpus vitæ nostræ, & non est refrigeriũ in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tamquam non fuerimus, &c. Venite ergo fruamur bonis*, &c. Experientiã autem compertum est, similia ab iis potissimùm Christianorum & fieri, & blasphemo ore saltem apud ipsos proferri, qui mundi profitentur sapientiã, quos vulgò politicos nuncupamus. Sapiẽtes quidem sese iactitantes, & Christianos, adeóque & legem Domini secum habentes: Cùm tamen re verâ stulti sint, & infideles, ac athei; & quibus iure optimo hæc referantur. *(Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus: & lex Domini nobiscum est:)* Cùm & factis & nonnumquam etiam verbis contestemini. *(Verè mendacium, &c.)* vt sup.

a Eccl 3. 21.

b Sap. 2. 1.

Politici, & Sapiẽtes mũdi stultos se ostendũt, cùm contra Christi doctrinam operantur.

15 Si illã item ex Hebræo sequamur lectionẽ, quæ in Bibliis est Regiis, *(Verè ecce in vanũ fecit stylus, frustra sunt Scribæ.)* Congruet peroptimè totũ id quod hic dicitur, plerisque Religiosorũ prauorũ, qui tametsi quãdo arctũ arripuere regularis vitæ institutũ, vt Euangelicę indulgerent perfectioni, & Sapiẽtes reuerâ dici poterant, & cum ipsis esse Domini legẽ, ne dũ quoad præcepta, sed & quoad consilia. Cùm tamen per vitã prauam vel animo saltẽ ad sæculũ, atque ad carnis illecebras, vt canes reuertũtur ad vomitum, & nedum à regulari deficiunt disciplina, verũ etiam nullã præceptorũ Dei habent rationẽ: digni profectò sunt qui hisce arguantur. *(Quomodo dicitis Sapientes nos sumus?)* Quomodo Religiosos vos nuncupatis, & regulares? Quomodo & de eo specialiùs gloriamini, quòd lex Domini vobiscum sit, &c. Verè quoad vos, & mirabile certè est quod dico, vobis stylus Euangelicus in vanum fecit, in vanum scripta est lex Euangelica: & Scribæ, Sãctique illi viri Religionũ institutores, qui regulas conscripserunt, & regularis vitæ constitutiones, frustra certè in patres religiosorum dati sunt, & in exemplum.

Religiosi superbè primũ relinquentes arctioris obseruantiæ institutum arguũtur, quod quoad ipsos in vanũ scripta sint regulæ.

16 Si de iis, & ad eos iuxta literã sermo fit, qui in deprauãdis, prauèque exponẽdis Sac. literis similes antiquis sunt Iudæorũ Scribis, eximius est locus iste cõtra nostri præsertim tẽporis hæreticos, qui canino dente contra Sanctos oblatrãtes Patres, sapiẽtissimorũ rectam, & Orthodoxã Sacræ Script. reiiciunt exponendi rationẽ. Ac si ipsi soli sint sapientes, & apud ipsos solos sit germanus Sacr. Lit. intellectus, reuerâ tamẽ in tota illorũ & inanis, & falsa est sapientia, vt mendaci calamo mendaciũ operẽtur, vt falsis quas in scriptis suis disseminant Sacr. literarũ expositionibus, in quibus frequenter & textum deprauant, & sentẽtias ad erroneum suũ detorquent sensum, mendaciũ operentur, & hæreticæ suæ sectæ opus fabricent, & ædificium. Mendacium sanè operari calamum quempiam tunc dicimus, mendacẽque eum iure appellamus: vel quando id quod per illũ descriptum est, non consonat cũ prototypo, & exẽplari Originali, è quo desumptum ipsum est: vel etiam quando contingit, vt calamus malè aptatus, vel pilum aliquẽ intra se habens Scripturã ita faciat atramento deturpatã, adeoque malè delineatã, vt mẽdaces potiùs, quàm veros referat characteres. Quid verò faciunt hæretici, quãdo Sacras exponunt Scripturas, nisi quod cũ intellectu malè aptato, interiectumque pilum intra se habẽte passionis, affectusque carnalis, & illas deturpant, & mendacem nõ certè earum sed proprium ipsorũ referunt sensum? An non eorumdem scripta ab exemplari Scripturæ Sacræ omnino discordant? cùm in illis voluptati relaxentur habenæ, libertati carnis, & crapulæ, quodque hæresũm omniũ commune est, ab obedientia Christiani retrahãtur Apostolicæ Sedis: Euangelio è cõtra Petri sedem caput Ecclesiæ totius denunciãte, à terrenis voluptatibus deterrente, ieiunia, puritatem, carnis mortificationes, & perfectam Apostolicis Prælatis suadente obedientiam.

Hæretici arguũtur quòd Sacras deprauent Scripturas.

Hæreticorum scripta quomodo mendacia.

17 Facit nihilominus maximè ad rẽ nostrã quod iuxta versionem Sept. cùm de prædictis hæreticis est sermo, ita hæc leguntur. *(Quomodo dicitis, quia Sapientes sumus nos, & lex Domini nobiscũ est. frustra factus est iuncus, seu calamus mẽdax Scribis.)* In quibus, cui per tẽpus liceat, expẽdere potest, particulam, *Quia* quæ cum sit caussalis indicare videtur, id quod ab istis hæreticis dicitur, *(Quia sapientes sumus nos,)* dici pro ratione, Cur Veterẽ Sanctorũ Patrum reiiciant Sac. literarum exponendi rationem, Quia sc. illi nec Sapientes fuere, neque cum illis lex extitit Domini, eiusq; intellectus bonus, vtpote qui apud ipsos his potissimùm tẽporibus est, *(Quia Sapientes*, inquiunt, *sumus nos.)* Quibus nihilominus cum Propheta rectè hæc respõdeas licet, *(frustra factus est calamus mendax Scribis.)* Quantumcúmque enim scripto in deprauandis, & extorquendis Sac. literis desudent, inanis omnino & frustraneus vniuersus ipsorum depræhẽdetur labor, quia [c] *veritas Domini manet in æternũ*, & [d] *facilius est*, vt ait Iesus, *cælum & terrã præterire, quàm de lege vnũ apicem cadere.* Quin imò id illis continget insuper, quod mendaci, & ei qui aptari non potest euenire nonnũquam solet calamo, vt cũ sæpius atramenti maculas super scripto effundat, discissus tandẽ extra proiiciatur: Sic enim & ipsi non sinentes intellectũ suum in obsequiũ fidei Catholicę aptari, adeoque attramẽto quolibet turpioribus Script. Sacram suis prauis conspurcantes expositionibus, tetrasque vitiorũ maculas in illã iniicientes, & virtutum monita ex illa diminuentes, ne dũ extra Ecclesiam à reliquis fidelibus discissi, sed & extra regnum cælorum à Catholicis segregati in ignem proiicietur æternum, iuxta illud Ioãnis, [e] *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta.* Quæ nedum de lib. Apocalypsis intelligẽda sunt, sed & de toto Sacrarum literarum volumine, dicente Domino, [f] *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ præcipio vobis.*

Hæreticorum superbia tãta, vt præ Sanctis Patribus, se solos verum Sacræ Scripturæ intellectum habere iactitẽt.

Hæreticorum frustraneus labor in scribendis mendaciis circa doctrinam sacram.

c Psa 116. 2.
d Luc. 16. 17.

Hæretici quã acriter à Deo puniendi ex eo quod sacras scripturas deprauẽt.

e Apoc. 22. 18.

f Deut 4. 2.

18 Aptissimus denique est locus iste pro eo Euangelij quo Dominus ait, [g] *Super Cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: Omnia ergo quæcũque dixerint vobis seruate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt* aduersùs eos Theologorum, qui rectè quidem, ac Catholicè & scripto docent, & verbo, tũ quæ ad fidem, tum quæ ad mores spectant: Sed cùm prauè viuendo factis omnino contraria præstent, iure optimo vt indigni Sapientum doctorum Ecclesiasticorum, & Prædicatorum nominis arguuntur, *(Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus:)* Et vt falsarij, vt pote qui & de eo se iactitẽt, quòd lex Domini cum ipsis sit, quam nullatenus seruant. Et quia legem Domini apud se esse ex iis probare possent,

Prædicatores, & Doctores bene prædicãtes, & bene scribentes, sed malè viuentes arguũtur, vt falsarij.

g Matth. 23. 2.

possent, quæ de illa vel scribunt, vel prædicant; Et id quoque reiicies per hæc quæ addit Propheta, (*Verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum,*) id est, Stylus ipse, & calamus quo de Dei lege scripsistis, médaces vos proclamat, cùm & mendax ipse extiterit literis consignando, quæ manus cum eo scribentium nequaquam essent operaturæ, adeoque & reuera scriptura ipsa sua mendacium operando.

19 *Prædicatorũ malorũ stylus & modus quo prædicant id quod non faciunt arguitur mendacij.*

Stylus nõ solũ significat instrumentũ scriptorũ: Sed etiam formã, & modũ quo aliquid certâ ratione, agi consueuit.

Dicet autem hoc loco fortasse aliquis: Valeát hæc contra Theologos, qui sciptis rectè docent, at vitam iis quæ benè scripserint omnino contrariam ducunt. Quid ad Prædicatores prauè viuentes, qui nec stylo, nec calamo, sed linguâ do- B cent, & diuinum enarrant verbum? Imò verò cõtra hos potissimùm hæc faciunt, si styli vocabulũ eo pacto & hîc vsurpatum sumamus, quo passim vti eo consueuimus pro designãdo modo & forma, quo aliqui quidpiam tractant, & certâ peragunt ratione, sicut cùm dicimus, Hic est stylus Romanæ Curiæ; iste est stylus aulicorum: hunc stylum seruare solent, qui causas in foro agunt, & similia; sicut & in alio sensu idem styli vocabulum non tam pro instrumento scriptorio, de quo egimus in prima literæ expositione, quàm pro ipso modo, & forma scribendi vsurpauit C Isaias Propheta, seu potiùs apud Isaiã Deus, vbi ei dixit.[a] *Sume tibi librũ grandem, & scribe in eo stylo hominis,* id est, non formâ & modo scribendi obscuro, & ænigmatico, qualis mihi solet esse frequẽtissimus; sed qui communior est hominibus, & quem, vt vulgò consuetum, intelligãt omnes. Si in hunc ergo sensum id styli nomen & hîc sumpserimus: Quod hîc in prauorum prædicatorum redargutioné dicitur, tale erit, Profectò vester agendi stylus, & modus mendax, instar antiquorum Scribarũ, & Pharisæorum, operibus ipsis D vestrum contestatus est mendacium, quo asseritis legem Domini vobiscum esse.

a Isai.8.1.

Prædicatorũ prauorum mendax stylus describitur.

b Mat.23.3.

m Rom. 2. 17.

Si mendacis huius eorum styli descriptionem aues: habes illã à Christo Iesu in præcitatis verbis breuiter exhibitam.[b] *Dicunt & nõ faciunt.* Quorũ duorum verborum egregium Commentariũ ex verbis colligere licet Apostoli, quibus in epistola ad Romanos, ita Iudæũ alloquitur. [c] *Si tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege,* id est, & gloriaris quòd sis Sapiens, iurisperitus, & lex Domini tecum sit, in qua conquiescis; vnde benè subdit, *Et* E *gloriaris in Deo, & nosti voluntatẽ eius, & probas vtiliora, instructus per legem: confidis te ipsum esse ducẽ cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege,* id est, formulam agendorum, & credendorum, & regulam edocendi legem tam quoad ea quæ spectant ad fidem, quã quoad ea quæ de moribus sunt bene efformandis. Vide quot epithetis descriptos habeas verbi Dei prædicatores. Et audi eorũ mendacem stylũ, qui totam prædicandi artem in externa præexpositorum gloriatione constituunt, *Qui ergo aliũ doces, te ipsum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis nõ mœchandum, mœcharis: qui abo-* F *minaris idola, sacrilegium facis,* Sacra nimirum prophanans. *Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras.* Quid clarius de mendaci dici dici potest talium prædicatorũ stylo operante mendacium? Sed & aliter quoque mendaci suo stylo iidem in eo operantur mendaciũ, quòd sæcularibus, & idiotis plerisque prauã ingerũt opinioné, quòd mendacia sint & ea quæ verbo prædicant blasphemantes intra se, quòd mendacia in

A lege sint Dei, *Nomen enim,* inquit, *Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.*

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 9.

Vers. 9.] Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt, verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TUNC[a] certè, cùm hostilis Chaldæorũ aduenerit exercitus, cùm omnia vndique operientur cladibus cõfusione repleti, animóque conseruati, ac stupidi falsos, ac mendaces vos deprehensos in vestris mendaciis hisce animaduertetis: audientes populum vniuersum dicentem vobis, Haccine est pax, quam nobis pollicebamini? a *Confusi sũt sapiẽtes, perterriti, & capti sunt.*

2 *Tunc*[b] *non solùm populus, quique de plebe sunt idiotæ, ob impudentem sapientiæ gloriationem ignominiâ afficientur, & qui audaciores exinde se exhibent, quòd legem Domini secum habeant, quâ munitissimâ veluti arce tutos se iactitant, animo consternati, & in stuporẽ adacti ab hostibus ipsis suis in captiuitatem ducentur, & meritò, quia maximo cum contemptu, atque fastidio descriptum in lege proiecerunt verbum Domini, quodammodo fatẽtes mendaci id stylo à Scribis exscriptũ; adeóque & Sapientiæ omnis, quæ in practica diuinæ legis obseruatione sita est, se exhibentes expertes.* b *Cõfusi sunt &c. Verbum, (seu legem) Domini proiecerunt: & sapiẽtia nulla est in eis, (seu & quid sapientia eis?)*

3 *Sed & ij ipsi qui sapientiam in populo profitentur, Scribarum, & Magistrorum nomine gloriosi pari certè ratione & cõfusionis, & animi cõsternationis, & captiuitatis adibunt pœnas, quòd diuinam quam & scripto, & verbo prædicant legem minimè illam seruantes, vt inutilem, & fallacem reiecerint.*

4 *Quodque mendaci stylo mendacium scripserint pessimarum traditionum suarum, & iniquorum statutorum legi Dei aduersorum. Quid tunc eis illorum inanis proderit sapientia? Tunc intelligent, nil in ipsis vera extitisse sapientiæ, cùm ea quam profitentur, quatenus diuino aduersa est verbo, falsi nominis dicenda sit sapientia, cùmque sapientia vera in eo constituatur, vt lex Dei ita sit in intellectu, vt & resplendeat in operatione.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

CONFVSI *sunt sapientes,* &c. Si primum superioris sententiæ sequamur sensum, secundùm quem ad vniuersum illa directa est Iudaicum populum, qui se aduersùs Prophetæ increpationem sapientem iactitabat præ nationibus cæteris, quia legem haberet Domini, cuius tamen practicæ omnino expertes erant cognitionis. Iuxta id quod & apud Isaiam scriptum est, [c] *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.* Meritò & Ieremias quid Iudæis ipsis in hunc modum sapientibus mali, & quale Væ euenturum esset clariùs exponit; tria autem potissimùm enumerat, confusionem, animi consternationem, & captiuitatem. (*Confusi sunt*) (præteritum pro futuro, consueto Prophetarum more) digna certè pœna impudentis ipsorũ gloriationis: (*Perterriti*) animoque consternati: qui audaciores ex eo se exhibebant, quòd legem Domini secum haberent: Hæc autẽ per aduẽtum illis cõtingent Hostilis Chaldæorum exercitus: Quando

1 *1. Sensus. Gloriantibus inaniter de sapiẽtia tria mala Dei inflicta.*

c Isai. 5.21.

A Quando & vi Chaldæorum capientur, qui ſolâ inani ſapientiæ, diuinæque legis elatione munitiſſimâ veluti arca tutos ſe iactitabant, capti primùm à Deo propter ipſam eorum ſuperbiã, quã graui delicto, ſuperboque ſermone dixere, *Sapiẽtes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt*, iuxta illud Iob,[a] *Propter ſuperbiam quaſi Leænã capies me*, bene quaſi Leænam, quæ inter animantia cætera ſuperbiſſimum eſt, cùm tamen fœmina ſit, nec maſculeo prædita ſit robore. Quam eorumdem capturam prædixiſſe viſus eſt Vates Regius, cùm dixit,[b] *Depone eos.* (De Iudæis loquens) *protector meus Domine: Delictum oris eorum, & ſermonẽ labiorum ipſorum, & comprehendantur in ſuperbia ſua*, id id eſt, Ipſos depone, & deiice, deiiciendo elatos eorum ſermones, quibus grauiter ſuo deliquerũt ore, dicentes propterea quòd legem tuã haberẽt, ſapientes ſe eſſe; in ipſa eorum ſuperbia veluti in pedica, propter quam deiicientur, capies illos, maximis videlicet difficultatibus in bello quod contra Chaldæos agent; & in ſuperba reſiſtentia, quã iiſdem contradicent, eos obligando, vnde extricare nullã ſe queãt ratione. Ita vt propterea ab illis in captiuitatem ducantur.

Superbi quomodo propter eorũ elationem capi dicãtur à Deo.
a Iob. 10. 16.
b Pſal. 58. 12.

2 *Captiuitatis Babylonicæ primaria cauſa fuit inobſeruantia, & contemptus legis Dei.*

C Noſter tamen Propheta hoc loco iſtorũ omnium haud iſtam inanis elationis, & ſuperbiæ affert rationem, quæ ſecundaria eſt, tametſi & illam in præcedenti tetigerit verſ. 8. Sed rationem aſſignat primariam, quam priùs & ab Iſaia traditam accepit, quando is de toto eodem agẽs populo, qui ventri & voluptatibus indulgens carnis, nec diuinam reſpiciens legem, quæ præcipuum eſt eius opus, neque iudiciorum opera manuum ipſius conſiderans, ait,[c] *Cithara, & Lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Propterea captiuus ductus eſt populus, quia non habuit ſcientiam*, practicam nimirum diuinæ legis ſapientiam, quæ in illius ſita eſt obſeruatione. Sic igitur & Propheta noſter, *(Capti ſunt*, inquit; *Verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.)* In verſione Sept. tametſi Codices Complutenſis, & Regius habeant, *(Verbum Domini reprobauerunt*, iuxta correctiores tamen Codices alios, & præcipuè Vaticanum legitur, *(Legem Domini reprobauerunt,)* Vt exinde colligere liceat quid & in noſtra Vulgata, & in Hebraico textu verbi Domini deſignetur vocabulo, nempe illud quod in Domini deſcriptum eſt lege, de qua inani gloriatione dicebant, *Lex Domini nobiſcum eſt.* Aptiſſimè autem verbum Domini hîc nuncupata ea lex eſt, in antitheſim eius, quod iuxta prauorum opinionem mendacium, mendaciterque ſcriptum mox dicta ea fuerat. *Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum*, vt in eodem primo ſenſu explicatum ibi fuit à nobis.

c Iſai. 5. 12.

Lex Moſis quàm aptè dicta ſit verbum Domini.

3 *Iudæi quã ratione legem Domini proiecerunt.*

Vnde & arguitur vis verborum tum lectionis Hebraicæ, tum verſionis Sept. tum denique & noſtræ Vulgatæ. Hebraicum ſiquidem verbum מאס *maas*, prout ſæpius notatum eſt, reiectionem ſignificat cum faſtidio, cum nauſea, & cum contemptu, & Græcum verbum ἀποδοκιμάζω, *apokodimazo*, reiectionem item ſignificat rei, aut dicti, vel ſcripti alicuius, quod quodammodo probatum ſit mendax, & falſum; ſicut ſupra ſub falſi argenti metaphora de Iudæis ipſis vidimus dictum,[d] *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos*: Ex quibus & noſtræ lectionis verus apparet intellectus, vt cùm dicitur, *(Verbum enim Domini proiecerunt,)* F ſignificetur, Iudæos magno cum contemptu, & cum faſtidio deſcriptum in lege proieciſſe verbum Domini; quodammodo fatentes, mendaci id ſtylo a Scribis exſcriptum, mendaciumque id ab eis prolatum; & re ipſa, cùm nullam obſeruationis illius rationem habentes, ea potius perpetrarint quæ eidem contraria eſſent, & ſermone quoque, illud nimirum dicentes, quod apud Malachiam dixiſſe reperimus:[e] *Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum*: Porrò cùm hac ratione verbum legemque Domini proiecerint, manifeſtè conſequitur, in ipſis nullam eſſe ſapientiam, cùm & ipſi eatenus ſapientes ſeſe iactaſſent (vt viſum eſt) quatenus legis Dei compotes eſſent: Vnde bene & hîc ſubditur, *(Et ſapientia nulla eſt in eis,)* efficaciuſque iuxta verſionem Sept. *(Et ſapientia quæ in eis?)* per interrogationem, quaſi dicat. Nulla profectò; vt appareat meritò in præcedenti verſ. iis redargutos verbis, *Quomodo dicitis, Sapientes nos ſumus*, &c.

d Iere. 6. 30. *Verbũ Domini peſſimã ratione proiectũ à Iudæis.*

e Malach. 3. 14.

Si iuxta ſecundùm præcedentis verſ. 8. ſenſum & hæc pariter non tam de toto Iudæorum populo, quam de illius ſermo ſit Scribis, literatis, Sapientibus, iuriſque peritis, duobus modis exponi hæc poſſunt. Primò, vt ij confuſi, perterriti, captique dicantur, prout in mox allato explicatum eſt ſenſu, ſicut & quæ affertur ratio prædictorum. *(Verbum enim Domini proiecerunt.)* eodem quoque modo intelligitur, quòd diuinam quam & ſcripto, & verbo prædicabant legem, minimè eam ſeruando, vt inutilem, & fallacem reiecerint, Vnde & id conſecutum eſt, vt nulla iam in eis reliqua fuerit ſapientia, cùm vera ſapientia in eo ſita ſit, vt Dei lex ita ſit in D intellectu, vt & reſplendeat in operatione. In Hebraico textu eſt particula interrogans מה *meh*, quam diuerſimodè hîc reddunt interpretes, Noſter ſecutus Sept. *(Et ſapientia quæ eſt in eis)* abſque interrogatione, ſenſu eodem ſic vertit. *(Et ſapientia nulla eſt in eis.)* Sanctes verò Pagninus, & Regia vertunt, *(Et ſapientia quid eſt eis?)* Supple vtilitatis, quid illi profuit quòd ij ſapientes, & Scribæ nuncuparentur? quandoquidem & cum reliquo populo confuſi ſint perterriti, & capti, qui ſimul pariter vitam à E diuina lege alienam egerint. Eumdémque ſenſum habet quod alij ſic vertunt, *(Et ſapientia cuius in eis?)* id eſt, cuius vtilitatis eis extitit? Vatablus tamen eamdem proſequens lectionem, ſic illam explicat, *Et ſcientia cuiuſnam rei eſt illis*: ſenſu nimirùm noſtræ Vulgatæ. Quomodo & iuxta verſionem Sept. Hebræa item aliter ita reddit. *(Quæ ergo illis ſapientia?)* reliqua eſſe poterit.

4 2. Senſus.

Sapiẽtia vera in quo ſita ſit.

Sapiẽtiæ nomen, & ſcientia nihil vtilitatis eſſere impys.

Pari modo totam hanc explicabis ſententiam, ſi de iiſdem ſermo ſit Scribis mendaci ſtylo mendacium ſcribentibus peſſimarum traditionum ſuarum, & iniquorum ſtatutorum, reiectã Domini lege. In quibus dicitur ſapientia nulla eſſe, quia ea ipſa quam profitentur, cùm veræ aduerſa eſſet ſapientiæ, quæ diuino nititur verbo, eius profectò dicenda erat generis, cuius meminit aliquando Apoſtolus,[f] vocans illam falſi nominis ſcientiam. Quod egregiè per Hebræam deſignatur lectionem, ſi eam ita vertas. *(Et ſapientia qualis eis?)* vt ſignificetur, aliqualem quidem in illis apparuiſſe ſapientiam, ſed quæ falſa eſſet, & mendax.

5 3. Senſus. *Scripturas ſacras deprauãtes ſapientia falſi nominis dicuntur ſapientes.*

f 1. Timoth. 6. 20.

6 *Sensus. Sapiẽtes mũdi quomodo confundũtur & capiantur in sapientia sua.*

Cæterùm si de illis sermo sit Iudæorũ Scribis, A & Sapientibus, qui proiecto diuino verbo, quod per Prophetas habebatur, imminentem Chaldæorum minitans cladem, & captiuitatem, nisi per pœnitentiam Dei obsistatur furori, mendaci stylo mendacia dissseminabant in populo, salutem, pacem, & fœlicitatem nihilominus promittentes. Quod dicitur, (*Confusi sunt, perterriti, & capti sunt,*) intelligendum de confusione, & animi consternatione, quæ ex depræhensis ipsorum mendaciis reuexêre in ipso hostilis exercitus aduentu, multóque magis in clade, & captiuitate ipsa, vt capti asserantur, eo modo, quo & in libro Iob de mundi Sapientibus dicitur. [a] *Qui apprehendit*, seu, vt legit Paulus, [b] *comprehendit ὁ δρασσόμενος, Qui manu iniectâ capit sapientes in astutia eorum*: mendaces nimirum ipsissimet eorum declaratos mendaciis: tunc certè cõfundentur, inquit, & perterriti, stupidique ipsum audiẽt populum vniuersum dicentem, Hæccine pax, quam nobis pollicebamini? ita vt iisdem, & ea aptari possint, quibus alius Propheta ait, [c] *Confusi sunt, & erubuerunt omnes, simul abierunt in confusionem omnes fabricatores errorum.* Vnde factum est, vt & sapientum amiserint nomen, omnibus simul fatentibus, nullam in eis esse sapientiam.

a Iob.5.13.
b 1.Cor.3.19.
c Isai.45.16.

Vers. 9]Confusi sunt Sapientes, perterriti, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *In mortis articulo quanã contingant iis qui vera non studuerint sapientia.*

CONTIGIT quidem totum istud quod hîc dicitur compluribus ex iis sapientum generibus, quæ mox in præallatis præcedentis sententiæ sensibus allata fuêre, quando ij in mortis extitêre articulo, cùm verbum Domini proiecisse conuicti, incredibi præcedente confusione, maximisque concussi terroribus capti sunt à Dæmonibus, nullâ iam existente in illis sapientiâ, quâ cauere ea quiuerint. Cùm enim nullam adhibuerint curam, vt veræ compotes essent sapientiæ Christianæ, quæ & in humilitate sita est, & in obseruatione legis Dei, dicente Salomone, [d] *Vbi est humilitas, ibi est sapientia*, & Moyse item asserente, [e] *Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in terra, quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis.* Iure optimo dici de singulis eorum debet. *Et sapientia nulla est in eis.*

Sapientia Christiana sita est in humilitate, & in legis Dei obseruatione.
d Prou.11.2.
e Deut.4.5.

8 *Politici relictâ Dei lege, totam suam sapientiam constituũt in eo quod dictat ratio status.*

Ad duo tamen præcipuè sapientum Christianorum genera moraliter hæc ipse aptarim, ad prauos verbi Dei Prædicatores, atque ad eos mundi sapientes quos politicos nuncupare solemus. Siquidem politicorum istorum peculiare id est, vt verbo, legéque Domini proiectâ, in F eo vniuersam suam colliment sapientiam, quod ipsa exposcere videtur mundi sapientia, quam vulgo rationem appellant status. Sapientes istos tria hæc frequentissimè comitari consueuêre, quæ hoc loco enumerat Propheta, confusio, terror, atque captura, quatenus vt plurimùm in suismet consiliis veluti retibus ab ipsismet in suam fabrefactis perniciem, comprænhenduntur iusto Dei iudicio, & illaqueantur, iuxta illud Iob, [f] *Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ.* Terror, quia vel minimis quibusque aduersorum suspicionibus, pessimorum perterrentur euentuum timore, proùt Iudæorum illi ex hoc sapientum genere contestati sunt, qui dixêre, [g] *Si dimittimus eum*, scil. Christum *sic, venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem.* Quibus id optimè congruit, quo in Psalmo 13. dicitur, [h] *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Quis verò explicet mentis ipsorum confusionem in eorum quæ agenda sint, electione: cùm nec veræ sapientiæ, nec diuinæ legis regulam tutam habeát, B secundùm quam sua dirigant consilia: sed amorem proprium ducem sequantur, qui in tot perplexos eos distrahit deliberandi modos, quot sibi insunt affectus? Et quid maioris confusionis, & ignominiæ gloriosis de sapientiæ titulo obuenire eo potest, quàm vt ex ipsismet eorum consiliis pateat, re vera nullam in illis esse sapientiam? Hocque illud est quod & hîc dicitur, (*Et Sapientia nulla est in eis,*) & apud Isaiã non minus apertè sic asseritur, [i] *Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens.* [k] *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt*, vt ait Apostolus,

Politicos tria comitari solent, confusio, terror, atque captura in suismet consiliis.
f Iob.5.13.
g Ioã.11.48.
h Psal.13.4.
Politicorum confusio qualis & quãta.
i Isai 19.11.
k Rom.1.21.

9 *Prædicatorũ prauorũ quãta erit cõfusio, & terror, cùm aduertẽt nil in se retinuisse sapientia quã aliis prædicarunt.*

C Prauis autem concionatoribus benè prædicãtibus, at malè operantibus ex eo ipso quod ab auditoribus capti sunt, qui per illius prædicationem profecerunt sapientiâ, & virtutibus, confusionem profectò propriæ retulerunt insipientiæ, & commeritæ pœnæ terrorem. Quia exhibitas à Deo sapientiæ aquas ita in alios effuderunt, vt earum nihil in se retinuerint. (*Verbum enim Domini proiecerunt*) ait Propheta scil. in alios, (*Et sapientia nulla est in eis,*) id est, ita vt in eis nulla reliqua sit sapientia. Præclarè Bernardus serm. 18. in Cant. ad istiusmodi Prædicatores hæc habet. D *Vitâ atque salute, quam alteri das, te fraudas, dum sanâ vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & lethali apostemate turgens interis. Quamobrẽ si sapis concham te exhibebit, & non canalem. Hic penè simul & recepit & refundit: Illa verò donec impleatur expectat, & sic quod superabundat sine suo damno communicat, Sciẽs maledictum qui partem suam facit deteriorem. Et ne meum consilium contemptibile ducas, audi sapientiorem me,* [l] *Stultus ait Salomon, profert totum suum spiritum simul, sapiens reseruat in posterum. Verùm canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas verò* E *perpaucas. Tantæ charitatis sunt per quos nobis fluenta cælestia emanant, vt ante effundere, quàm infundi velint, loqui, quàm audire paratiores; & prompti docere, quod non didicerunt; & aliis præesse gestientes, qui se ipsos regere nesciunt.*

Bernardus.
Prædicator bonus studeat priùs esse concha, quàm canalis.
l Prouer.29.11.

VVLGATÆ.

Vers 8.] Quomodo dicitis, &c.

Vers. 9.]Confusi sunt sapientes, &c.

SEPTVAGINTA.

8. Πῶς ἐρεῖτε ὅτι σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστι; εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν.

9. Ἠσχύνθησαν σοφοὶ ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν, ὅτι τὸν νόμον κυρίου ἀπεδοκίμασαν. σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς;

Vers. 8.] Quomo dicetis, quia sapientes sumus nos, & lex Domini nobiscum est?

eſt? fruſtra factus eſt iuncus mendax Scribis.

Verſ. 9.] Confuſi ſunt ſapientes, & perterriti, & capti ſunt: quia legem Domini reprobauerunt. Sapientia quæ eſt in eis?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quomodo dicitis, Sapientes ſumus, & in lege Domini nos confidimus? Ecce igitur fruſtra fecit Scriba calamum mendacij ad falſandam Scripturam.* Verſ. 9. *Confuſi ſunt ſapientes, & contriti ſunt, & apprahenſi ſunt: Ecce verbum Domini deteſtati ſunt, & nulla pars eſt eis in ſapientia.*

Hieron. *Doctores Eccleſiaſt. fruſtra iactant ſe ſapientes, ſi bene non operentur.*

Verſ. 8. & 9. (*Quomodo dicitis*, &c.) Hieronymus. *Ad Scribas loquitur & Phariſæos, qui legis iactant notitiam, & ſcribentes ſcribunt iniquitatem. Quodque, ait, (Confuſi ſunt ſapientes, perterriti, & capti ſunt,) Non quò ſapientes ſint qui iſta faciunt: ſed ſapientes vocat, vt ſuo iudicio condemnentur, & è contrario ſapientia eorum conuincatur ſtultitiâ, dicente Paulo Apoſtolo,* [a] *Qui doces alium, te ipſum non doces? Et quia verbum Domini proiecerunt, ideo nulla ſapientia eſt in eis, fruſtra igitur iactant legis ſcientiam, qui doctrinam operibus deſtruunt.*

a Rom. 2. 21.

Cyprian.

Cyprianus lib. 1. teſtim. aduersùs Iudæos ad Quirinum cap. 3. Ita hæc citat. (*Quomodo dicetis, Sapientes ſumus, &c.) Incaſſum facta eſt metatura falſa, Scribæ confuſi ſunt, ſapientes trepidauerunt, & capti ſunt, quia verbum Domini reprobauerunt.* Vide ibi Annotationes Pamelij num. 17. vbi explicatur metaturæ nomen, vt tantumdem ſit ac menſura, cùm & Græcum vocabulum σχοῖνος non ſolùm ſignificet iuncum, prout ferè communiter hîc accipitur, ſed etiam funem, nec non & menſuram per funem, quod probat ex Herodoto, & Plinio.

2 Cyril. Alex. *Legis veteris rationem habentes, repudiatâ Chriſti doctrinâ, arguuntur.*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 3. de Adoratione in Spir. & Verit. pag. 56. *Aduersùs eos qui ſola quæ per Moyſem tradita ſunt, adhuc magna putarent, perfectionemque eam quæ acquiritur per Chriſti doctrinã, repudiarent, dicebat Propheta Ieremias, (Quomodo dicetis, quòd Sapientes ſumus nos, & lex Dei nobiſcũ? fruſtra factus eſt iuncus mendax ſcribis: Confuſi ſunt ſapientes, perterriti ſunt, & capti ſunt. Sapientia quæ eſt in ipſis? quia verbum Domini reprobauerunt.)*

Cyrillus. *Iudæi Chriſti proiicientes Verbum Dei confuſi ſunt.*

Idem verò Cyrillus homiliâ quintâ Paſchali. *Ignorauerunt*, inquit, *Iudæi Dei verbum, quod noſtrâ causâ naturam humanam aſſumpſit. Quapropter eos Ieremias Propheta haud mediocriter increpat, clamãs. (Quomodo dicitis Sapientes nos ſumus verè mendaciũ operatus eſt ſtylus mendax Scribarum. Confuſi ſunt* πτωχοὶ *ptochi. i. pauperes, ſeu mendici* (nota hanc lectionem nouam) *perterriti & capti ſunt. Verbũ enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.) Proiecerunt ſiquidem re verâ Vnigenitum Dei verbum, ſed quantumuis reclamantibus Iudæis, in caput anguli factum eſt.*

Theodoret. *Legis Moſaica doctrina nil ad celeſtẽ confert hereditatem.*

Theodoritus. (*Quomodo dicitis*, &c.) *Extrema dementia eſt, imprudentiam ſuam nõ ſentire, & iniquè agentes non agnóſcere peccatum. (Superfluus affectus, eſt funiculus mendax Scribarum.) Hereditatem ſæpe vocat funem, & funiculum: quam ait literis legis nihil adiutam: quia dilexerunt mendacium. Qua de cauſa dicit confuſos eſſe qui ſe ipſos ſapientes nominabant.*

3 Saluianus. *Chriſtianorũ nomine gloriantes ſine Chriſtianorũ factis arguũtur.*

Saluianus lib. 7. de vero Dei iudicio, & Prouidentia pag. 69. *Quid prodeſſe nobis prærogatiua illa religioſi nominis poteſt, quòd nos Catholicos eſſe dicimus; quòd fideles eſſe iactamus; quòd Gothos, ac Vuandalos heretici nominis exprobratione deſpicimus: cùm ipſi hæreticâ prauitate viuamus? Itaque rectiſſimè nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit ſermo diuinus: (quomodo dicitis, Sapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt?)*

Saluianus. *Habere nomẽ ſolũ Chriſtianitatis, cui facta contradicant, & de eo gloriari, ſumma eſt ſtultitia.*

Idem Saluianus ad principium lib. 4. item de vero Dei iud. & Prouid. *Cur Iudæis nomen Populi Dei nihil profuerit ſine meritis, imò quòd & illud perdiderint, teſtatur Deus per Prophetam, (Verbum Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.) Quod quidem timeo, ne non magis de eis dici potuerit, quam de nobis nunc dici poſſit: quia nec verbis Dominicis obtemperamus: & qui verbis Domini non obſequimur, ſapientiam profectò in nobis non habemus, niſi fortaſſe credimus, ſapienter nos Deum ſpernere: & hoc ipſum quòd Chriſti mandata contemnimus, ſummam prudentiam iudicamus. Et quidem cauſa eſt, cur hoc exiſtimare credamur: nam tanto conſenſu omnes peccata ſequimur, quaſi ſummi conſilij conſpiratione peccemus. Quæ cùm ita ſint, quæ ratio eſt, vt ipſi nos falsâ opinione fallamus, exiſtimantes ſcilicet, quia Chriſtiani eſſe dicamur, quòd opitulari nobis inter mala quæ agimus nomen bonum poſſit: Cùm Spiritus ſanctus nec fidem quidem dicat hominibus Chriſtianis ſine operibus prodeſſe poſſe? Et vtique multò plus eſt habere fidem, quàm nomen: quia nomen eſt vocabulum hominis, fides autem eſt fructus mentis.*

Si fides ſine operibus, nil prodeſt multò minus proderit nomen Chriſtiani ſine operibus.

4 Vigilius. *Hæreſiarcharum ſtylus mendax.*

Vigilius epiſtolâ ad Valentinianum Epiſcopũ de Tomis, quæ habetur confeſſione 7. Quintæ Synodi Conſtantinopolitanæ ad hæreſiarchas hæc referens ait. *Quibus hæc conantibus Prophetæ dicta conſonanter aptantur, dicentis, (Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum. Verbum enim Domini proiecerunt.)*

Io. Damaſc.

Ioan. Damaſcenus, lib. 3. Parallellorum cap. 64. præſentem ſententiam aduersùs illos refert qui ſapientes mundanâ ſunt ſapientiâ.

Hildephonſ. *Verbum Dei proiectũ à Iudæis, ideo nec Sapiẽtia Dei eſt in illis.*

Hildephonſus lib. de Virgin. ſanctæ Mariæ, cap. 4. Contra Iudæorum perfidiam hæc referens. (*Quomodo dicitis, &c. Confuſi ſunt, &c. Verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.) Quod verbum? inquit, Hoc vtique de hac Virgine carnem factum. Et quam ſapientiam? Hanc ſcilicet Dei patris, quæ Gentibus ſtultitia eſt.*

D. Thom. *Iudæi ſuperbiſſimè iactãtes ſapientiã.*

D. Thomas. *Hic oſtendit Iudæorũ ſuperbiam ex iactantia ſapiẽtiæ. Et circa hoc tria, primò ponit iactãtiam, (Sapientes nos ſumus) Iſai. 5.* [a]. *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Secundò oſtendit iniuſtitiam, (Verè mendacium) Vel malè Scripturas exponendo, vel iniquas leges condendo. Iſai. 10.* [b] *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, &c. Tertiò ponit pœnam, (Confuſi ſunt) præteritum pro futuro Iob 12.* [c] *Adducã conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem. Et reſumit cauſam, (Verbum Domini)* [d] *Eccl. fons ſapiẽtiæ Verbum Domini in excelſis. Iſai. 5.* [e] *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.*

a Iſai. 5. 21.
b Iſai. 10. 1.
c Iob. 12. 17.
d Eccl. 1. 5.
e Iſai. 5. 13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΩΣ ἐρεῖτε, ὅτι σοφοὶ ἐσμὲν ἡμεῖς;]

Verſ. 8. QVOMODO *dicitis, quia ſapientes ſumus nos? &c.)*

A Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔνθα γὰρ κενοδοξῆσαι ἔδει, καὶ σοφοὺς ὡμολόγουν εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ τοῦ θεοῦ τὸν νόμον ἔχειν. ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀρκεῖ ὁμολογία, ἀλλὰ τῆς δι' ἔργων ἐπιδείξεως χρεία; καὶ σοφοὶ οἴκοθεν, καὶ σοφίαν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ἔχοντες.

|| Βίκτωρος.] σοφοὶ οὐχὶ οἱ ἀκροαταὶ μόνον νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταί. εἰδὲ μὴ, καθά φησιν ὁ Δαβὶδ, ἐμελέτησα κενά. καὶ Παῦλος δέ φησιν. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις: τὰ κατὰ τὸν νόμον ἄρα μάταια πάντα, μὴ B παρούσης τῆς πρὸς θεὸν οἰκειώσεως, δι' ἣν ἐκεῖνα νενομοθέτηται. ||

[Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος, ψευδὴς γραμματεῦσιν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰκῆ φησι κληρονομίαν ἔλαβον, καὶ προεδρίᾳ ἁπλῶς ἐτιμήθησαν. οὔτε ἑαυτοὺς, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐσόφισαν. ὄνομα μόνον ἐστὶν ἡ διδασκαλία παρ' αὐτοῖς.

[Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος, ψευδὴς γραμματεῦσιν.]

C Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ σχοῖνος φησί. τουτέστιν ὁ κλῆρος τῶν γραμματέων, ὃν ἔλαχον ἐπὶ τὸ διδάσκειν, μάταιος γέγονε, διὰ τὸ ἰδικήν τινα σοφίαν ἐπιτηδεύειν, καὶ παρεξηγεῖσθαι τὰ θεῖα νόμιμα. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, σοφία τίς ἐν αὐτοῖς;

[Ἠσχυνθήσαν σοφοί.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν.] προσήκαντο μὲν γὰρ οὐδαμῶς τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διὰ Μωσέως τετιμήκασι νόμον. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Σωτήρ. εἰ ἐπι- D στεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος εἴρηκεν. πεπλημμελήκασι τοίνυν κατὰ ἄμφω, καὶ ἀπεδοκίμασαν οἱ δείλαιοι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον. μήτε τὰς διὰ νόμου προσαγορεύσεις ὡς ἀληθεῖς δεχόμενοι, μήτε τὸν σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν ἐπαινέσαντες λόγον.

[Ἠσχυνθήσαν σοφοί.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] σοφοὺς ἔοικεν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τοὺς τῶν ἑλλήνων λογάδας, ποιητάς τε, καὶ συγγραφέας. οἱ γλῶτταν μὲν ἔχουσιν E εὐφυᾶ, καὶ περιεπτισμένην, || ἐν ταῖς τῶν λόγων κομψείαις ἐξησκημένην εἰς τὸ ἐπίχαρι. φρονήσεως δὲ τῆς ἀληθοῦς ἀμέτοχοι || τὴν καρδίαν. ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος. ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος || αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. καὶ ἑξῆς. οὐκοῦν σοφοὶ μὲν, τό γε ἧκον εἰς φωνὴν, καὶ γλῶτταν. ἄσοφοι δὲ εἰς τὴν καρδίαν. ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστὶ, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

F [Σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς;]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐδεμία γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις σοφία. κακίας δὲ μόνον παρουσία τελευτῶσα || εἰς ἄνοιαν.

|| ἴσ. περιεσπασμένην.
|| ἀλ. ἀμέτοχοι.
|| ἀλ. ἄνους.
|| ἀλ. ἀεὶ.

Chrysostomi.] *Vbi inani gloriâ fastúque inflari opus erat, se & sapientes esse, legémque Dei habere fatebantur. Vides quòd confeßio non sufficiat, sed opus est exhibitio operum? & per se ipsos sapientes scientiam quæ ex lege gignitur poßidentes.*

Chrysost. *Scientia inflat.* *Sapiētia vera in operum exhibitione.*

Victoris.] *Sapientes non qui tantùm legem audiunt, sed & qui operantur. Alioquin, vt refert Dauid* [a] *Meditati sunt inania, & Paulus ait,* [b] *Tu qui alium doces, te ipsum non doces. Omnia igitur legis vana sunt, Si non adsit pia affectio erga Deū, propter quā lex illa præcepit.* ||

Victor. *Sapiēs verus cui adsit pia in Deum affectio.* a Psal. 2. 1. b Rom. 2. 21.

(Frustra factus est iuncus, seu funiculus mendax.)

6 Chrysost. *Doctoratus insignibus frustra quidā decorati.*

Chrysostomi.] *Frustra ait receperunt hæreditatem, præsidentiaque tantùm honorati, nec sibi, nec aliis sapientiam compararunt, nomine tantùm præ se ferunt doctrinam.*

Frustra factus est iuncus, seu funiculus mendax Scribis.

Olympiodori.] *Funiculus inquit, hoc est Scribarum sors, quam in docendi prouincia sortiti sunt, frustra fuit; propriam enim scientiam profitebantur, diuinasque leges perperam exponebant hoc enim significat illud; Quæ Sapientia in ipsis?*

Olympiod.

Vers. 9. *(Confusi sunt sapientes, &c.)*

7 Sanct. Cyril. *Iudæi Christū reiicientes proiecerunt, & Moysi legem.* c Ioan. 5. 46.

Sancti Cyrilli ex Commentariis in Isaiam.] *Namque Euangelicam prædicationem omnino respuerunt, sed & legem à Moyse latam non obseruarunt, sicut enim ipse Saluator dixit,* [c] *Si crederetis Moysi, vtique & mihi crederetis; de me enim ille locutus est.* In vtrisque *igitur deliquerunt, & reiecerunt, infœlices Dei verbum, neque legis prædictiones vti veras recipientes, neque salutarem & Euangelicum sermonem audientes.*

Confusi sunt sapientes, &c.

Sancti Cyrilli.] *Sapientes videtur significare in his præstantißimos Græcorum Poëtas & scriptores, linguæ quidem aptitudine, & ad proferendum versatilis, & ad lepidam sermonis elegantiam accommodatæ pollentes, sed cor habentes verè prudentiæ expers: sicut enim omni scientia præditus Paulus ait.* [d] *Euanuerunt in cogitationibus suis, & insipiens eorum cor obtenebratum est asserentes se esse sapientes stulti effecti sunt, & reliqua. Sapientes igitur, quod attinet ad linguam & vocem: corde verò insipientes.* [e] *Sapientia enim huius mundi stultitia, vt ex Scripturis habemus, apud Deum est.*

Sanct. Cyril. *Sapiētia vana profanorū scriptorū confusionem illis affert.* d Rom. 1. e 1. Cor. 3. 19.

Sapientia quæ est in eis?

Olympiodori.] *Nulla enim in talibus sapientia; solùm abundans nequitia in stultitiam desinens.*

Olympiod.

Vers. 10.] Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorū hæredibus: quia à minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur: à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium.

Vers. 11.] Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax,

Pax, pax, cùm non eſſet pax.

Verſ.12.]Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt, quinimò confuſione nõ ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitationis ſuæ corruent dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ, Verſ. 10.

a Propterea dabo mulieres eorum exteris.
b Agros eorũ hæredibus.

TVNC [a] *temporis dabo, ait Dominus Iudæorum vxores exteris, idque meritò, cùm & ipſi à legitimo meo receſſerint cultu, quo mihi vti ſuo iuncti erant legitimo ſponſo.* [b] *Et ſicut illis in hæreditatem tradidi vniuerſam promiſſionis terram fluentem lacte, & melle propter ſcelera earum quæ illam poſſidebant nationum, cùm è contra ipſi mihi inſeruirent, & obſequerentur: Ita nunc iis in nationum earum ſcelera prolapſis, & à meo alienatis obſequio, ipſorum agros, totamque ipſorum terram Chaldæis, qui mihi in eoſdem deuaſtando obſequentur, eâ ratione dabo in hæreditatem, vt poſt poſſidentium Iudæorum necem, pacificè eos tamquam iure hæreditario & ipſi poſſideant, & ad filios quoque ſuos in legitimam relinquant hæreditatem.* [c] *Propterea autem potiſſimùm hæc ipſis faciam Iudæis, quia omnes quotquot in illo ſunt, ſiue minimæ ſint vel ætatis, vel cõditionis, ſiue maximæ, auaritiam, concupiſcentiam, inordinatumque appetitum, qui ad libidines, ad ſæculi voluptates, & ad terrenarum rerum excitat deſideria, ita ſequuntur, vt ipſum vnum pro duce elegerint in præſentis vitæ itinere; illius omnino obſeruantes veſtigia; pro face ſua illum habentes, proque magiſtro, pro domino, & quod omnium eſt maximè horrendum, etiam pro ſuo eum obtinentes Deo.* [d] *Sed & qui inter eos & doctrinâ, & exemplo aliis prodeſſe deberent Prophetæ, & Sacerdotes multò exiſtunt peiores; cuncti enim mendaciis ita ſunt addicti, vt ex ipſa mendaciorum ſuorum prolatione ſemper perpetrati aliquid reliquum velint operis, vel decepti populi per falſa dogmata; vel inductæ, aut confirmatæ idololatriæ, vel ſcriptæ compoſitionis; vel inanis in exterorum auxiliis confidentiæ, vel denique mentitæ pacis, futurique fœlicis ſtatus pollicitationis.*

c Quia à minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur.
d A Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciũt mendacium.

PARAPHRASIS LITERÆ. Verſ. 11.

MEDICOS [e] *profectò & falsò ſe venditantes: falſis quippe medicamentis curare obnixi ſunt omnem cladis comminationem, quâ Iudaicum populum in ſcelerum ſuorum pœnam conterendum ſancti vaticinabantur Prophetæ: atque omnem pariter eiuſdem populi tremorem, & afflictionem, quâ ob talia vaticinia contritione afficiebantur acerrimâ, miſerum ipſum populum ad ignominiam deducentes, & ad ignominioſam infœlicitatem, ei penitus contrariam fœlici ſtatui, & paci, quam ij pollicebantur, ſemper ea repetentes, pax, pax.*

e Et ſanabãt contritionem filia populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cùm non eſſet pax.

PARAPHRASIS LITERÆ. Verſ. 12.

SANE [f] *per id quod admiſère abominandũ, hac ratione inanibus populũ fallentes pacis, ac proſperitatis promiſſionibus, multum tandem retulerũt confuſionis. Tametſi eò deuenerint inſenſibilitatis, ac peruerſitatis, vt tantam minimè perceperint confuſionem: ita vt nec vel ob propriam ignominiam norint erubeſcere. Quin & ſinguli item Iudæorũ confuſi ſunt propter abominationem quam fecerunt, ſanctos abominantes Prophetas, Eorumque monita, & vaticinia, imò & Dei verbum contemptui habentes;*

f Cõfuſi ſũt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione nõ ſunt confuſi: & erubeſcere neſcierunt.

A *cùm ab ea exciderint ſpe, quam inaniter ex pſeudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum dictis conceperat proſperorum, & pacis: & nihilominus bono, maximéque eis vtili erubeſcere noluerunt pudore de abominabili iniquitate ſua, facti nimirum ad iſtiuſmodi erubeſcentiam inſenſibiles.* [g] *Quamobrem vniuerſi tam iſti, quàm illi quando hoſtilis cladis ſuperueniet ruina, cadent interfecti: propriiſque oculis videbunt ingentem populi multitudinem gladio ruentem aduerſariorũ: & inter illos occumbent pariter & ipſi. Tunc* [h] *ſanè temporis, cùm mendaciorum, doli, atque abominationis reddentes rationem pœnas pro illis dabunt.*

g Quamobrẽ cadent inter viuentes.
h In tempore viſitationis ſuæ corruent dicit Dominus.

B

Verſ. 10. 11. & 12. EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ALTERNATIM in his Propheta loquitur, modò de populo vniuerſo: modò de illius doctoribus, quales Prophetæ erant, & Sacerdotes. In verſ. autem 12. de omnibus ſimul, & doctoribus, ſcil. & diſcipulis, qui illorum inhæsêre erroribus, [i] *Cæcus* enim *ſi cæco ducatum præſtet, ambo*, vt dicitur in Euangelio, *in foueam cadunt*. Non eſt autem quòd in iſtorum expoſitione detineamur, cùm ferè omnia ad verbum eadem habita, & explicata videri queant ſupra in explicatione verſ. 12. 13. 14. & 15. capitis ſexti. Illa duntaxat expendenda, in quibus aliquid ineſſe videatur diuerſitatis. Ac primum quod hîc in verſ. 10. Iudæorum agros daturum ſe ait Dominus hæredibus, quatuor deſignat; primum, quòd non ſolùm hoſtili incurſione durante ipſorum agri more belli ab hoſtibus occupabuntur, ſed & ita ad illos transferentur, vt & filiis quoque ſuis eos relicturi ſint in hæreditatem, vt ly, (*hæredibus*) referatur ad exteros, de quibus mox dictum fuerat, (*Propterea dabo mulieres eorum exteris*) ac ſi dicatur, agrorum eorum hæredibus eorumdem exterorum hæredibus, quod Ieremias item deplorans in ſuis Lamẽtationibus ait, [l] *Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos.* Secundò, quod iidemmet exteri, & Chaldæi, quibus agri illi cedent, pacificè eos tamquam iure hæreditario poſſidebunt. Tertiò, cùm hæreditas tranſire ad hæredes non ſoleat, niſi poſt poſſidentis mortem. Hoc hæredum vocabulo, id pariter hîc ſubindicatur, Iudæos ipſos agrorum poſſeſſores & morte à Domino plectẽdos. Quartò demum, eadem hæredum appellatione ſignificatur, quòd ſicut ipſis Iudæis in hæreditatem à Deo vniuerſa data eſt promiſſionis terra fluens lacte, & melle, propter ſcelera nationum illarum, quæ eam poſſidebant, Iudæis è contra eidem Domino inſeruientibus, & obſequentibus: Ita poſtmodum illis in nationum earum ſcelera prolapſis, & à Dei alienatis obſequio, ipſorum agri, totaque eorum terra ab eodem Domino in hæreditatem dati ſunt Chaldæis, quaſi ij illis fuerint iuſtiores; idque vel ob id quòd Deo obſequentiſſimi fuerint in rebellibus interficiendis Iudæis, & in eorumdem iuxta Domini præceptum deuaſtanda regione, in quibus & ſupra ſanctificaſſe bellum, & infra Dei dicuntur ſerui. Quamobrem hac vnâ hæredum voce hoc loco videtur mihi Deus Iudæorũ, quos alloquebatur, & tacitè in memoriam reduxiſſe, quæ aliàs ad eorum habuit Maiores, cùm in lib. Leuitici dixit, [m] *Cuſtodite leges meas, atque iudicia, & facite ea, ne & vos euomat terra, quam intraturi eſtis, & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos.*

Hæredes agrorũ Iudæorum quatuor ob rationes dicti ſunt Chaldæi qui illos occuparunt.

i Matth. 15. 14.
l Thren. 5. 2.
m Leuit 20. 22.

Omnia

Omnia enim hæc fecerunt (quæ sc. mox enumerata sunt scelera) *& abominatus sum eas. Vobis autem loquor* ; *Possidete terram, quam ego dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Sicut Iudæi fornicati sunt*, ait Andreas Cappella, *& à legitimo Dei cultu recesserunt, sic legitimæ eorum vxores auferentur : & vt ipsi alienati sunt à Deo, cuius hæreditas erant, sic eorum agri ab aliis vt ab hæredibus possidebuntur.*

Andr. Capp.

Quoad reliqua quæ in præallatis tribus versibus 10.11.& 12. hîc habentur Hebraico quidem in textu consona, & eademmet verba sunt, cum iis quæ citata fuêre ex cap. 6. In textu tamen nostro nonnihil in aliquo verbo reperitur ab iis diuersi, quod æquum est vt modò perpendamus.

2 Primum, pro quod in cap. 6. dicebatur, (*A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student* ;) hîc in vers. 10. habetur, (*A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur.*) Idque multò est efficacius, non solùm propter adhibita superlatiua minimi, & maximi, inter quæ Iudæi vniuersi includuntur. At multò magis propter speciale verbum *(sequuntur.)* Enimuerò cùm Iudæi omnes sequi dicuntur auaritiam, seu concupiscentiam, & inordinatum appetitum (id enim auaritiæ vocabulo in his designari ostensum est in præcitato vers. 13. capitis sexti, quod prauè homines ad libidines excitat, & ad sæculi voluptates, atque ad terrenarum rerum desideria) profectò significatur, illos ita ei studere, vt ipsam vnam & pro duce elegerint in præsentis vitæ itinere : & quòd omnino illius obseruarint vestigia : & quòd pro face sua eam habuerint, proque magistro, pro domino, & quod omnium est maximè horrendum, eamdem pro suo obtinuerint Deo. Ad hæc quippe potissimùm referri solet ipsum sequendi verbum. Et quidem non erit abs re, neque à literæ expositione alienum, si & id probemus, quòd auaritiæ, & concupiscentiæ prædicta omnia meritò adscribantur munia, ita vt & Iudæi, & quotquot illam sequuntur, propter eas omnes rationes illam sequi intelligendi sint.

Auaritiæ nomine designatus omnis appetitus inordinatus.

Sequi aliquid quotupliciter sumatur.

3 Ecquis autem eorum qui terræ, ac voluptatibus sunt addicti, in lata vitæ præsentis via quæ ducit ad perditionem, dux est, nisi ipsa illorum concupiscentia, & auaritia ? dicente Ezechiele,[a] *Auaritiam suam sequitur cor eorum*, alióque Prophetâ,[b] *Omnes in viam suam declinauerunt*, quam scil. ipsis eorum intimus indicaret dux, ad quem vnum respiciunt, quam & sequuntur, vnde bene idem Propheta subiicit : *Vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.* Quapropter Sapiens ille cuique saluberrimi id dat consilij, vt nullatenus talem sequatur ducem, aliquando dicens,[c] *Ne sequaris in fortitudine tua*, id est, fortibus gressibus tuis, *concupiscentiam cordis tui.* Aliquando verò apertius inquiens,[d] *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate*, id est, à libidine, & cupiditate, auaritiaque *tua auertere. Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius*, id est, si ducem sequaris concupiscentiam, *faciet te in gaudium inimicis tuis*, in perditionem nimirum te ducens.

Mundani sequūtur auaritiam, & cōcupiscentiam vt ipsorū ducem.

a Ezech. 33. 31.
b Isai. 56. 11.
c Eccl. 5. 2.
d Eccl. 18. 30.

Porrò sicut iusti non solùm sequuntur Deum, vt itineris sui tutissimum ducem, sed & illius omnino inhærere nituntur vestigiis, iuxta illud Iob,[e] *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.* Ita & Iudæi ducis suæ concupiscentiæ sequi dicuntur vestigia, iuxta cuiuscumque impij morem illum, quem animæ sese minimè cognoscenti cælestis indicat sponsus, quando ipsam arguens sic affatur,[f] *Si ignoras te, egredere*, scil. à recto meo tramite, per quem ipse te ducebam, *& abi post vestigia gregum*, sequens pro tuo duce bestiales concupiscentias, illorúmque inhærens vestigiis, sicque *pasce hædos tuos*, effrænibus satisfaciens appetitibus tuis.

Mundani sequuntur vestigia suarū concupiscentiarum.

e Iob 23. 11.
f Cant. 1. 8.

Qui boni aliquando fuêre Iudæorum legis Domini lumen prosequi obnixi sunt semper, cū sancto dicentes Dauid,[g] *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* At Ieremiæ tempore Iudæi omnes auaritiam, & concupiscentiam impiorum lucernam secuti asseruntur. Et bene ; Nam & Zacharias Propheta[h] ad hanc vnam veluti ad lucidam impietatis amphoram Iudæos vniuersos vndecúmque suos coniectos habuisse inquit, & per Salomonem apertè asseritur. Lucernam omnis peccati, id est quâ iter peragitur iniquitatis, ipsam esse concupiscentiam vel celsitudinis, vel rerum terrenarum, ac voluptatum, iuxta illud Ioannis.[i] *Quicquid est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Sic namque in libro Prouerbiorum, pro eo quod in Vulgata legimus,[k] *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis : lucerna impiorum peccatum*, iuxta Hebraicum textum ait Sapiens, *Exaltatio oculorū, & dilatatio cordis lucerna impiorum peccatum*, quo loco per exaltationem oculorum id intelligit sapiens, quod Ioannes superbiam dicit vitæ : per dilatationem cordis auaritiam designat & insatiabilem vel carnis, vel oculorum concupiscentiam, iuxta illud Psalmi,[l] *Superbo oculo, & insatiabili corde*, Hebraicè *& lato corde*, id est, qui amplè, & latè multa animo complectitur, quique latiùs extensam suam habet auaritiam, suas & concupiscentias. Vt verborum Sapientis sensus sit, Superbia vitæ, & concupiscentia, quæ sunt lucerna impiorum, peccatum scil. sunt, aut causant ; vt *lucerna* sit appositum duorum prædictorum, & appositiuè sumatur : atque peccati nomen ita sit sine verbo, vt vtrumque subintelligatur & quòd superbia, & auaritia, seu concupiscentia, & cupiditas sint ex natura sua peccatum maximum, & quod tale sint peccatum, vt illis quasi lucerna impiorum pedibus reliquorū peccatorum itinera perficiantur, ita vt peccata causent vniuersa, iuxta illud,[m] *Initium omnis peccati superbia*, & illud,[n] *Radix malorum omnium cupiditas.* Et quem verò magistrum, cui magis addicti sint, auari sequuntur, & concupiscentes malorum, nisi auaritiā ipsam, & concupiscentiā suam ? ociosi tanti magisteriū malitiæ tribuit auctor lib. Eccl. dicens,[o] *Multam malitiam docuit ociositas* : Sed & in libro Iob idem magisterij munus iniquitati adscriptum reperio, vbi Eliphaz ait,[p] *Docuit te iniquitas tua.* Si cui verò speciali id tribuendum est iniquitati, ei certè est dandū, de qua Dominus apud Isaiam inquit,[q] *Propter iniquitatem auaritiæ eius*, scil. Iudaici populi, *iratus sum & percussi eum : abscondi à te faciem meam, & indignatus sum : & abiit vagus in via cordis*, id est huc, illucque per multiplicia oberrās scelera, in sæculi huius via concupiscentiam cordis sui secutus est ducem, ac præceptorem suum. Et profectò si practico hoc loco agere liceret discursu, admirabiles considerandæ obuenirent subtilitates inuentionum, documentorum, & machinamentorum, quibus ab ipsa sua auaritia absque alio præceptore, & à sola concupiscentia & auari instruuntur, & malorum concupiscentes.

4 *Mundani sequūtur auaritiam, & cōcupiscentiam vt facem & lucernam suam.*

g Psal. 118. 104.
h Zach. 5. 6.

Concupiscentia dicta à Salomone lucerna omnis peccati.

i Ioan. 2. 16.
K Prou. 21. 4.
l Psal. 100. 5.

Superbia & cupiditas sūt peccata maxima, omniūque peccatorum causa.

m Eccl. 10. 15.
n 1. Timot. 6. 10.

Mundani sequuntur vt magistrum suum auaritiam & concupiscētiam.

o Eccl. 33. 29.
p Iob. 15. 5.

Magisterium malitiæ omnis rectè & ociositati, & auaritiæ, atque concupiscentiæ tribuitur.

q Isai. 57. 17.

5 Quid verò est, in omnibus auaritiæ illos obedire,

Mundani sequūtur auaritiam & cōcupiscentiam vt serui ac mācipia Dominum suū.

a Rom.6.16.

dire, & concupiscentiæ, nisi vt seruos, atque vt earum mancipia eas sequi, & post ipsas ire?[a] *An nescitis*, dicit Apostolus, *quoniam qui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?* Ire autem cùm dicimus auaros, & concupiscentes, & sequi vt seruos post concupiscentiam, intellige; sic eos post concupiscentiam ire, vt violenter ab illa tractos, instar mancipiorum suorum, [b] *Iniquitates enim suæ capiunt impium*, ait Salomon, *& funibus peccatorum suorum constringitur*, & de concupiscentia in particulari ait Paulus,[c] *Video aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*, Clariusque Iacobus dicit,[d] *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus*, (nota, *& illectus*. Quod exemplo libidinosi iuuenis hisce explicat Salomon, [e] *Statim eam*, quam sc. cōcupiuit mulierem *sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur.*

b Prou. 5. 22.

c Rom.7.23.

d Iacob.1. 14.

e Prou.7.22.

6 *Sequi Deum inter omnia maximè præcipuum, quidque id sit.*

Denique cùm inter septem sapientum dicta illud recenseatur præcipuum, *Sequere Deum*. Iudæi qui aliàs Dominum Deum sequentes gloriosissimi apud vniuersas extiterant nationes, quia, vt in libro asseritur Eccles. [f] *Gloria magna est sequi Dominum*, illum, vt Deum suum diligendo, atque colendo, & illius inhærendo mandatis. Ieremiæ tempore secuti dicuntur auaritiam, & concupiscentiam, illam videlicet pro suo colentes Deo, eaque vniuersa vt suos sequentes Deos, quæ ab ipsa suggerentur; ob id quippe sapientem illum dixisse crediderim,[g] *Auaro nihil est scelestius*; cùm exploratum omnibus sit, nil vel excogitari posse scelestius, quàm eos sequi Deos, quos colit auarus, & cupidus, cùm auari idololatræ ab Apostolo nuncupentur; vbi enim in Vulgata legimus,[h] *Aut auarus quod est idolorum seruitus*, in textu Græco legitur, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, id est, *qui est idololatra*, atque *idolorum seruus*, Quam rem præclarè explicat Theophilactus super eū Apostoli locum, dicens, *Quod Dauid Psal.113. dixit, Simulachra* [i] *Gentium argentum, & aurum: hoc magnâ sapientiâ conuertit Paulus, dicens: Argentum, & aurum sunt simulachra, & idola auarorum.* Tametsi (vt verum fatear) si aliunde dicendum sit id sumpsisse Apostolus, quòd auarus sit idololatra, auro vti suo sacrificans Deo: ex eo potiùs illud accepisse crediderim, quod in lib. Ecclesiast. legit, [k] *Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis qui sectantur illud*, id est, Aurum quod possident hi qui illi sacrificant, illud pro suo colentes Deo, est illis offensioni, iuxta illud idolorum nomen, quo supra Ieremias ea appellauit, offendicula. Quem sensum clariùs sic habent Græca, *Lignum offensionis est sacrificantibus illi.*

f Ecc.23.18.

Mundani sequūtur auaritiam, & cōcupiscentiam vt Deum suum.

g Eccl.10.9.

Auari sunt idololatra.

h Ephes.5.5.

Theophilactus.

i Psalm.113. 12.

k Eccl. 31.7.

7 In eodem vers. 10. istius cap. 8. pro eo quod supra in vers. 13. capitis sexti verterat, *Et à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum*, alio modo sic legit noster Interpres (*à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium.*) Neque verò frustra hanc esse crediderim diuersitatem; sed maius quid & detestabilius hoc loco significatum opinor, præsertim cùm haud dictum sit, (*cuncti dicunt*, vel *loquuntur mendacium*, sed, *cuncti faciunt mendacium.*) Quid sit autem facere mendacium ex libro Iob facile est colligere, vbi Sāctus ille ad amicos suos ait, [l] *Priùs vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.* Quibus in verbis significatur, eos qui cul- **A** tores sunt peruersorum dogmatum, esse & mendacij fabricatores, & è conuerso fabricatores mendacij esse cultores peruersorum dogmatum. Quid sit esse cultores peruersorum dogmatum per id intelligitur, quod apud Hoseam legimus, *Arastis* [m] *impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij*: Peruersa dogmata sunt fruges mendacij; quæ à Iudæorum Scribis, Prophetis, & Sacerdotibus prauis colebantur: colebantur autem arando, & seminando (seminatio enim est finis arationis, vnde ad verbum *Arastis*, subaudiendum, *Et seminastis*) *impietatem*, **B** terram videlicet impiorum cordium operando, in eaque semen iaciendo doctrinæ prauæ: nec non & metendo iniquitatem, iniquos nimirum fructus colligendo in iniquis, quos fecerint doctrinæ suæ discipulis: ita vt postmodùm summa cum voluptate ipsas peruersorum dōgmatum iā perfectas comederint fruges mendacij Quibus propterea & id aptari potest, quod per Salomonem in lib. Prouerb. dicitur, [n] *Suauis est homini panis mendacij*; quemadmodum & quod ibidem mox subiicitur, *& postea implebitur os eius calculo*, id est, lapillis minutioribus iuxta Iansenij adaptationē ad hæreticos, **C** quibus suauis est, inquit panis mendacij, hoc est falsa doctrina, quam pro vero pane Euangelico gaudent populo ministrare, at postea sentire coguntur, non esse verè panem, quod porrigunt, dum suam doctrinam defendere non possunt, sed eam euomere, & abiicere adiguntur.

Mendacium facere, est esse cultorē peruersorum dogmatum.

l Iob.13.4.

m Hose.10. 13.

Dogmatum peruersorū esse cultores quid sit.

n Prou. 20. 17.

Hæreticis suauis panis mēdacij, sed postmodùm coguntur fateri doctrinam suā non panē, sed lapides esse.

Porrò sicut Apostolus Paulus de fideli Corinthiorum agens Ecclesia duabus ita illos alloquitur metaphoris, *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis*: tametsi non abnuat, & se quoque, & Apollo in id aliquid contulisse, vel excolendo, vel æ- **D** dificando doctrinâ, & prædicatione suâ. Ita è contra dum praui Iudæorum Prophetæ, ac Sacerdotes fecisse dicuntur mendacium, iuxta allatam B. Iob sententiam, duo prædicta operum genera illos sibi facienda assumpsisse significatum crediderim. Et quidem de primo agriculturæ opere iam actum est, in eo quòd dicti sunt cultores peruersorum dogmatum. In lib. Eccles. dicitur, [o] *filij, & ædificator ciuitatis confirmabit nomen.* Hoc illi apud Iudæos studebant, vt peruersâ, falsaque doctrinâ, quomodo & apud Christianos hæresiarchæ ædificatione filiorum, ac **E** discipulorum, & ciuitatis, ac Synagogæ Sathanæ suum in hoc mundo confirmarent nomen. Idcirco admodum ad rem nostram talibus id cōpetere dicemus, vt & fabricatores dicantur mēdacij. Quibus ita Propheta loquitur Michæas. [p] *Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium*, id est, Dei legem, *& omnia recta peruertitis*, cultores videlicet peruersorum dogmatum. *Qui ædificatis Sion in sanguinibus*, id est, in animarum interfectione: quod meliùs declarat, addens, *Et Ierusalem in iniquitate*, quam scil. in illius ciuium cordibus peruersis **F** vestris impressistis dogmatibus.

8 *Hæresiarchæ prauique doctores duo sibi vsurpant opera quæ sūt Dei, agriculturam, & ædificationem animarum.*

o Eccles.40. 19.

Hæresiarchæ dicendi fabricatores mendacij.

p Mich.3.9.

9 Quamquam simpliciùs iidem Prophetæ, & Sacerdotes fecisse, & fabricasse mendacium dici ob id potuêre, quòd idola, mendacium sæpius (vt supra ostensum est) nuncupari solita vel fabricauerunt, vel ab artificibus fabrefacta Iudæis colenda proposuêre, iuxta Moysi prædictionem illam, quâ in lib. Deuteronom. dixerat, [q] *Seruietis Diis, qui hominum manibus fabricati sunt, ligno, & lapidi*, &c. Nec est nouum in Scriptura, vt per hanc phrasim, *facere mendacium* idolola-

Iudæorū Sacerdotes, & pseudoprophetæ fabricatores mendacij ob inductā & confirmatam ab ipsis idololatriam.

q Deut. 4. 28.

triæ

triæ significatur studiũ, cùm & Ioãnes eam vsurparit in Apocalypsi, dicens,[a] *Non intrabit in eam,* ciuitatem scil. Ierusalem cælestem *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium.* Omnino per phrasim istam, prolationem designatam sumere possumus mendacij eam omnẽ, cuius reliquum remaneat opus aliquod, vel decepti populi per falsa dogmata, vel inductæ, aut confirmatæ idololatriæ, vel scriptæ compositionis, de qua mox vers.8. dicebatur, *Verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum*: Vel damnorum omnium, quæ ex prolatis resultant mendaciis, tam corporalium, quàm spiritualium. Quo sensu & id intelligendum est, quod sanctus ille vir Deo gratias agens ait, [b] *Liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium.* Quódque apud Hoseam legimus:[c] *Cùm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ: quia operati sunt mendacium.*

a Apoc.21. 27.

Mendacium facere est, cũ exploratu mendaciis aliquid reliquum est operis praui.

b Eccl.51.3.

c Hose.7.1.

10 Vers. 11. *(Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam.)* Quod supra in vers. 14. capitis sexti dicebatur, *Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia.* Crediderim autem diuersum quid hoc loco significatum per hoc: Iudaicus populus à pseudoprophetis, & prauis Sacerdotibus sanari dicitur, non iam *(cum ignominia)* solùm, sed & *(ad ignominiam,)* Sicut enim in cap. 6. significabatur ignominia in eos resultans, qui prauè, falsóque curabant, ita vt curationem ignominia ipsorum comitaretur curantium, vt ibi explicatum est. Sic & hoc loco ea designatur ignominia, ad quam contritum populum deducebant, qui illius sanare contendebant contritionem, deiectionem, statumque miserrimum. Quid verò ea futura esset ignominia, Id indicat quod mox subiicitur. *(Dicentes: Pax, pax, cùm non esset pax.)* Ignominiosa nimirum infœlicitas, ei penitus contraria fœlicitati, quæ ipsi ab illis promittebatur. Ostensum est enim aliàs, pacis nomine Hebraicâ phrasi designatam fœlicitatem, statúmque beatum. Vt quod hîc dicitur ei sit simile, quod aliis verbis apud Isaiam legimus. [d] *Et erunt qui beatificant populum istum, seducentes: & qui beatificantur: præcipitati,* vt per beatificationem ipsam ad ignominiosam deducti præcipitationem, in statum calamitosissimum, qualis certè eorum is fuit, quando vastatâ vniuersâ Iudeæ terrâ in opprobriosam ducti fuêre captiuitatem. Adeo vt & illis competere id possit, quod per Salomonem dictum est:[e] *Stultorum exaltatio*, quâ scil. per adulationem glorificantur, & in altum eleuantur fœlicitatis statum, *ignominia*, scilicet est.

Adulatoria verba deducũt adulatos ad ignominiam.

d Isai.9.16.

e Prou.3.35.

Antequam ad vlteriora procedamus Notandum, superiores tres versus 10.11.& 12. In Codice Vaticano, sicut & in plerisque correctioribus Codicibus versionis Sept. non haberi. Quamuis in eiusdem Vaticani Codicis Annotationibus dicatur, reperta in vno peruetusto Codice quæ sunt in cap. 6. à verbis illis, *A paruo enim, &c. vsque ad illa, & in tempore visitationis peribunt, dicit Dominus,* quæ innuuntur à Theodorito. In Codicibus certè Complutensi, & Regio eiusdem versionis, habentur omnino cuncta, vt in nostra Vulgata.

Vers. 10.] Propterea dabo mulieres eorum, &c.

Vers. 11.] Et sanabant contritionem, &c.

A *Vers.* 12.] Confusi sunt quia, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

VTINAM non esset quòd hæc in multis Prouinciis & literaliter, & mysticè impleta deploraremus. Quid enim istorum in iis non factum est terris, quæ per totam ferè Asiam, & Africam, maximamque Europæ partem à Turcis occupatæ sunt, atque à Saracenis? B An non pleræque Borealium Prouinciarum propter deprauatos Ecclesiasticorum mores, Prælatorum Catholicorum sponsas exteris datæ sunt? cùm videamus iam Ecclesiam vnius Prouinciæ datam Luthero, aliam Prouinciæ alterius Caluino, &c. ita vt iam agri Catholicorum, tum terreni, quibus Ecclesiastici census ditissimi ad Catholicos proueniebant beneficiarios: tum & spirituales quas Catholici excolere debuissent Prælati disseminantes verbum Dei, & sancta dignè administrantes Sacramenta, digno Dei iudicio, vt hæreditario iure possiderentur, & successoribus relinquerentur vel Principibus dati C sunt, fidei, & Apostolicæ sedis perduellionibus, vel hæresiarchis, spinas, vepresque hæresũm suarum eos totos opplentes. Hæc verò propterea à Deo permissa sunt, quia ibi, [a] *(A minimo vsque ad maximum auaritiam sequerentur,)* vniuersi in primis Ecclesiastici, iuxta illud Apostoli, *Omnes quæ sua sunt,* scil. lucra, & commoda *quærunt, non quæ Iesu Christi.* Vnde in prædictorum declarationem additum hîc est, *(A Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium)* vtpote qui charitatis professores sese iactarent, de qua Paulus, [b] *Charitas patiens est, benigna est: Charitas non* D *æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt,* &c. Cùm tamen in istorum singulis mendaciũ perpetrarent, impatientes, in alios seueri, æmulationibus ad inuicem cõtendentes: malitiosè peruersèque in omnibus sese habentes, superbi, ambitiosi, suaque duntaxat in singulis quærentes (vt dictum est) lucra, & commoda.

11 *Christianorũ terræ, & bona cur magna ex parte Turcis, & infidelibus datæ sint.*

Ecclesiasticorum peccatis hæreses dominium in multis prouinciis obtinuere.

a Phil.2.21.

b 1.Cor.13. 4.

Et sanabant contritionem, &c. Confusi sunt, &c. Vide quæ diximus supra in Expositione secunda vers. 13.14. & 15. capitis sexti.

VVLGATÆ.

E *Vers.* 10] Propterea dabo mulieres eorum, &c.

Vers. 11.] Et sanabant, &c.

Vers. 12.] Confusi sunt quia abominationem, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Διὰ τοῦτο δώσω τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἑτέροις, F καὶ τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν τοῖς κληρονόμοις, καὶ συνάξουσι τὰ γεννήματα αὐτῶν, λέγει κύριος.

Vers. 10.] Propterea dabo vxores eorum aliis, & agros eorũ hæredibus, & colligent genimina eorum, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea dabo vxores eorum aliis, & agros eorum hæredibus:*

dibus: quia à minimo vſque ad maximum omnes violenter accipiunt pecunias: & à Scriba vſque ad Sacerdotem omnes faciunt mendacium. Verſ. 11. Et ſanabant contritionem cœtus populi mei verbis mendacibus, dicentes pax, pax, & non erat pax. Verſ. 12. Confundi debuerant, quia abominationem fecerunt; tamen confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco proiicientur occiſi; in tempore quo viſitauero ſuper eos peccata ſua, corruent, dicit Dominus.

Hieronym. Verſ. 10. (Propterea dabo, &c.) Hieronymus. Receperunt mercedem operum ſuorum: vt qui verbum Domini proiecerunt, ipſi abiicerentur ab eo. Vxores, inquit, eorum, & poſſeſſiones tradam hoſtibus. Et ne mea crudelis putetur eſſe ſententia, cauſas auditor agnoſcat: (A minimo vſque ad maximum, omnes auaritiæ ſtudent.) Radix eſt enim omnium malorum auaritia. A Propheta vſque ad Sacerdotem, qui alios peccātes prohibere deberent, primi ſceleribus ſubiacent, & cuncti vel iniqua faciunt, dum aliena diripiunt: vel certè mendacium, vt non ſit veritas in ore eorum.

Theodorit. Theodoritus. (Et dabo mulieres eorum exteris, & agros eorum hæredibus,) Hæredes appellauit hoſtes, vt pote ſucceſſuros in dominium poſſeſſionum ad eos pertinentium. Idque dicit ſe facturum propter communem omnium Sacerdotū, ſeu pſeudoprophetarum iniquitatē.

2 D. Thom. *Eccleſiaſticorum praua arguitur vitæ.* D. Thomas. (Hæredibus,) id eſt, qui fortiter, & securè quaſi hæreditatem propriam tenent.

Hieronym. Verſ 11. (Et ſanabant, &c.) Hieronymus. Iidem Prophetæ, & Sacerdotes poſt prædicta, quaſi boni medici aliena vulnera verbis ſanare cupiebant, qui ipſi erāt omnium flagitiorum confoſſi vulneribus. Hæc quotidie in noſtro quoque populo cernimus, dicente B. Paulo Apoſtolo,[a] Qui prædicas non furandum, furaris & reliqua. Qui cum peccatores, & diuites viderint, ſanare cupiunt contritionem filiæ populi Dei, hoc eſt Eccleſiæ: (ad ignominiam,) vel eorum qui decipiuntur, vel aliorum qui alios decipiunt: vt dicāt omni facinore coopertis pax, pax, cùm nulla ſit pax, & bellum eis immineat peccatorum.

a Rom. 2. 21.

Auguſtinus. *Prædicatores ſicut & Apoſtoli prædicāt pacem, quam habent.* Auguſtinus ſerm. 1. de Apoſtolis ad finē. Apoſtoli non ore ſolùm dicunt, quo pleni ſunt, fundant; prædicant pacem, & habent pacem. Non ſunt tales, de quibus dictū eſt, (Pax, pax, & nō eſt pax.) Quid eſt Pax, pax, & non eſt pax? Prædicantes non habent, laudat, & amant, dicunt, & non faciunt. Sed tamen tu accipe pacem, ſiue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuncietur.

Theodor. Theodoritus. Sacerdotes & Pſeudoprophetæ promittentes pacem, impediebant ne populus ageret pœnitentiam.

D. Thomas. D. Thomas in iſtorum declarationem affert cum Ezech. 13.[b] Viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum propter pugillum hordei, & fragmen panis vt interficerent animos, quæ non moriuntur, &c. b Ezech. 13. 19.

3 Hieronym. *Prædicatorū Eccleſiaſticorū obſtinatio, & impudentia quem finē habeat.* Verſ. 12. Confuſi ſunt, &c. Hieronym. ἐρωτηματικῶς, id eſt, Interrogatiuè hoc eſt legendum, vt ſit ſenſus. Erubuerunt in ſceleribus ſuis: intellexerunt abominationes quas operati ſunt? Nequaquam: ſed in tantam erupêre amentiam, vt nec confuſione cuperent emēdare vitia, nec ſpe veniæ ſua ſcelera confiteri. (Idcirco cadent, &c.) Hæc ſunt præmia eorum qui erubeſcere neſcierunt, vt quorum dignitas erat excelſior populis, ruinis populi miſcerentur. Viſitationis autem tempus propinqua captiuitas eſt.

D. Thomas. D. Thom. Hic oſtendit inuerecundiā. Et primò verecundiæ cauſam, (Confuſi ſunt) q. d. pœnas patientur, quibus confundi deberent, [c] Eccl. 4. Eſt confuſio adducens peccatum. Secundò oſtendit inuerecundiam, (à minimo) ſupra 3.[d] frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Tertiò pœnam, (Idcirco) vt ſupra 6. Thren. 1.[e] Cum caderet populus in manu.

c Eccl. 4. 25.
d Ierem 3. 3.
e Thre. 1. 7.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΑ' τοῦτο δώσω τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἑτέροις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὃ πάντων κτῆμα ἐστὶ τιμιώτερον. [καὶ τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν τοῖς κληρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] κληρονόμους τοὺς πολεμίους καλεῖ. καθάπερ οἱ κληρονομήσαντες ἀσφαλῶς κατέχουσι, καὶ βεβαίως, οὕτως καὶ οὗτοι. τί οὖν ἐκείνοις δίδως; δι' εὐσέβειαν; οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς τούτοις || κόλασιν, καὶ τιμωρίαν. ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν παίδων τοῦτο ποιοῦμεν πολλάκις, ἐκείνους ἀτιμάσαντες, ἑτέρους ἐν τοῖς ἐκείνων τόποις δείκνυμεν. ἵνα μὴ τῇ στερήσει μόνον τῶν οἰκείων καλῶν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἄλλων ἐπιμελείᾳ δάκνωνται, καὶ λυπῶνται.

|| ἴσ. τῶν τέτοις.

Verſ. 10. PROPTEREA dabo vxores eorum alijs, &c.)

Chryſoſt. *Vxores dari alienis quàm cuique graue.* Chryſoſtomi.] Quo nihil in rerum natura æſtimabilius. Et agros hæredibus.

Chryſoſt. *Hoſtibus noſtris data bona noſtra in hæreditatem quā ſit graue.* Chryſoſtomi.] Hæredes hoſtes appellat. Sicut enim qui hæreditate potiti ſunt, ita & hi ſecurè, nullóque cum diſcrimine, tenent & perfruūtur. Cur itaque illis præbes? propter pietatem? minimè; ſed vt iſti maioribus pœnis afficiātur, Quod & in liberis multoties agi videmus; illis enim probro affectis, alios in eorum ſedibus collocamus; ne priuatione ſolùm propriorū bonorū, ſed & impensâ in externos curâ pungantur & crucientur.

Verſ. 13.] Congregans congregabo eos, ait Dominus; non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Congregans congregabo, (ſeu, conſumendo conſumam) ait Dominus.* ADueniente[a] hoſtium exercitu dabo tunc operā, dicit Dominus, vt vndequáque Iudæi ſimul in munitiora conueniant loca, & munitiſſima, in primis magno concurſu congregentur in Ieruſalem.

2 Quò facilius obſidione ſuperati ſimul conſumantur vniuerſi, certiſſimè enim eos perdere ſtatui. In obſidione diuturniori videbunt obſeſſi pertranſiſſe ver, æſtatem, atque autumnum, quin & hyemem, quando & folia ex arboribus defluxère; dicentque Tranſierunt quatuor anni tempora, & adhuc durat obſidio.[c]

b *Nō eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea: folium defluxit.*
c *Et dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.*

1 Nec ſolùm ob id dolebunt quòd fructuum, & foliorum tempora obſidionis diuturnitate præterierint: Sed & quòd Chaldæis ipſos obſidentibus fructuum omnia, quæ prætergreſſa erunt dederim comedenda.

2 Tunc certè & ſummâ cōtabeſcēt fame, ita vt nec in vitibus quidquam reperturi ſint vuæ, nec in ficulneis ficus, imò nec in arboribus folia. Siquidem Chaldæi non ſolùm primo incurſu vniuerſas diripient fruges, vaſtabuntque

buntque & arbores, sed & iterum iterúmque ad istiusmodi redibunt direptionem, eis namque & ea dedi, quæ primùm ab ipsis fuerant prætergressa.

3 *Quin & ex ipsa terræ sterilitate maximos obsessorum fames sumet accessus: Nam nedũ nulli erũt prouenientes è terra fructus, ac etiam præ ariditate folia defluent arborum: Sed & insuper quæ superioris anni prætergressa sunt frugum, & in horreis, cellariisque recondita, eisdem dedi Chaldæis, vt acerbior sit obsessorum angustia.*

4 *Quibus, si furtim aliquando egredientur, à fame ipsa sua expulsi, illa duntaxat dedi, vt ad comedẽdum sumerent, quæ ab obsidentibus relicta essent vt inutilia.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 *Congregandi verbo significatur & colligere in vnũ, & consumere, tollere, atque perdere.*

CONGREGANS *congregabo eos*, &c.) Congregandi verbum duplicem hoc loco habere potest significatum, alterum proprium, in quo cõmuniter apud Latinos vsurpari id solet, pro colligere in locum vnum; alterum non ita quidem Latinis proprium, sed Sacræ Scripturæ admodum frequentem, eique quod ei respondet Hebraico verbo magis proprium, pro consumere, tollere, perdere, & similia, vt paulò post ostẽdam; Si prius hæc iuxta primum explicauero significatum. Hostium namque aduẽtum, obsidionemque, & cladẽ per Chaldæos Iudæis mox inferendam describens Propheta, Deum proponit loquentem, qui omni animi contẽtione effecturus sit, vt vndequaque Iudæi simul in munitiora cõueniant loca, & munitissima in primis magno concursu congregentur in Ierusalem, arbitrantes illi quidem tutius hostiles ibi effugere posse impetus: ipso autem idipsum disponente Deo, vt facilius obsidione superari possent, simulque occidi, prout & in Romanorum obsidione, & clade in Ierusalem per Titum facta contigisse narrat Ioseph Hebræus. Quo sensu supra in cap. 4. Iudæi a Ierem. 4. 5. dixère.[a] *Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas*: quod & hic pariter in sequenti vers. 14. replicant, *Quare sedetis? Conuenite & ingrediamur ciuitatẽ munitam*. Dominum quoque in bonum senb Mich. 2. 12. sum apud Michæam ita locutum reperimus,[b] *Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnũ conducam reliquias Israel*: Cùm in malum sensum eidem Domino infra Ieremias dicat,[c] *Congrega eos quasi gregem ad victimam*.

Congregandi verbum sumitur & in bonum, & in malum.

c Iere. 12. 3.

2 Iuxta secundum tamen significatũ aptiùs idem congregandi verbũ hoc loco accipiendum, communior est Expositorum sententia nostrorum, in primisque & Hebræorũ, & eorũ qui ex Hebræo, nouas cuderunt versiones; cùm quod in Hebræo est verbũ אסף *asaph*, seu סף *Suph*. propriè significet finire, deficere, consumere, auferre, & tollere, ac remouere, vnde & per translationẽ designat & congregare, atque colligere, quia quod cõgregatur, & quæ colliguntur, tolluntur, & auferũtur ex diuersis in vnum locum: sic, tametsi interpres Regiæ hæc iuxta Vulgatã verterit, *(Colligendo colligam eos)* Sanctes tamen Pagninus eadem vertit, *(Consumendo consumã eos,)* Vatablus, *(Perdendo perdam vos:)* Isidorus Clarius, *(Auferens auferam eos,)* Alij vt & Chaldæus, *(Vastãdo vastabo eos.* Quo sẽsu alias frequẽtissimè & à nostro quoque interprete idem congregandi verbum vsurpatum multis probari posset exẽplis; sed duo duntaxat sat erũt clariora, alterũ ex Hoseæ[d] 4. Vbi terræ, marisque cõsũptio sic describitur, *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli, sed & pisces maris congregabuntur.* Quod apertiùs explicarunt Sept. vertẽtes, *Sed & pisces maris deficient*, id est, interibunt. Alterum ex Sophoniæ 1. vbi eadẽ quæ & hic geminatã phrasi idemmet ait Dominus,[e] *Congregans congregabo omnia à facie terræ, congregans hominem & pecus: cõgregans volatilia cæli, & pisces maris*, id est, Omnia vastabo & perdam. Quod expressère Sept. vertẽtes, *Deficiat homo, & iumenta. Deficiant volucres cæli, & pisces maris.*

Congregandi verbum sæpe vsurpatur in scripturis pro consumere, tollere, finire, & perdere.

d Hose. 4. 3.

e Sophon. 1. 2.

3 Cuius significatus istius verbi congregãdi, seu colligendi rationem hanc affert Franc. Ribera in præcitatum Hoseæ locum. Quia qui extinguuntur, plurimis, id est, mortuis aggregantur. Inde ait, pro eodem dicit Scriptura, Apponi ad populũ suum, Colligi, seu, congregari ad patres suos. Alteramque rationem affert idem in citatã Sophoniæ sententiam. Quòd cùm Hebraicum verbum sæpe significet tollere, & auferre, quoniam morientes tolluntur de medio viuentium conuictu, & ad multitudinem mortuorum, quasi in vnum locum adiunguntur, aggregãtur: inde cõgregari, inquit, siue colligi significat perire. Genes. 49.[f] *Ego congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis*, & Deut. 32.[g] *Quem conscendens iungẽris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis.* Porrò quod hic cum geminatione dicitur, *(Congregans congregabo:)* & certitudinem, & intensionem designat actus, prout sæpius notatum est. Quocũque autem amborum significatuum congregandi accipias verbum, sententia in idem recidit, ad certam designandam Iudæorum consumptionem, eamque eò faciliorem, quò in vnum collecti sint ad occisionem.

Frãc. Ribera. Congregandi verbo cur designetur consumi, & perire.

f Gen. 49. 29.

g Deut. 32. 50.

Sept. admodum diuersimodè ita hæc habent, ϗ συνάξουσι τὰ γενήματα αὐτῶν. Quæ diuerso quoque sensu Latinè reddita reperio: nam in Codicibus Complutensi, & Regio sic vertuntur, *(Et congregabunt fruges suas, dicit Dominus,)* vt sermo sit de Iudæis, quos Dominus dicat facturos quidem fructuum collectionem, cùm tamen nil eorum in arboribus reperturi sint, iuxta id quod subiicitur, *Non est vua in vineis*, &c. In Latino verò Codice Vaticano ad Chaldæos potius eadem sic referuntur, *(Et colligent genimina eorum)* scil. Iudæorum.

4 *(Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit.)* Tria per hæc designata accipi queunt. Vel diuturnam congregatorum in Ierusalem obsidionem, quam duobus annis perdurasse legimus. Vt tantumdem sit, *(Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea.)* Ac, videbunt obsessi pertransisse ver, æstatem, atque autumnum: Quin & hyemem adesse, quod per id indicatur, *(Et folium defluxit.)* Dicent, Transierunt annalia tempora, & adhuc durat obsidio. Vel eorumdem obsessorum famem, obsidentiumque Chaldæorum deuorationem fructuum omnium, arborumque deuastationem, iuxta id quod & supra cap. 5. dictum de iisdem fuit,[h] *Comedent vineam tuam, & ficum tuam*, & Isai. 1.[i] *Regionem vestram alieni comedent coram vobis.* Vel tertiò, maximam terræ sterilitatem iuxta illud Habakuk,[k] *ficus enim non florebit, & nõ erit germen in vineis.* Quam sterilitatem ipsa arborum folia ante tempus defluentia auxère, cùm id & magna proueniat ex siccitate, & pomis quoque, si nata aliqua apparẽt, fit noxiũ. In Hebr. & in Græco particula, *(Et)* dicitur, *(Et folium defluxit*, seu, *Et folia defluxerunt*, vbi particula illa non tam est coniunctionis, quàm accretionis: Vnde bene à Vatablo sic ex Hebræo vertitur,

h Ierem. 5. 17.

i Isai. 1. 7.

K Habac. 3. 17.

Quinimò

(*Quinimò etiam folium ipsum defluet.*)

(*Et dedi eis quæ prætergressa sunt.*) Locus iste est valde difficilis, eóque difficilior, quòd & in versione Sept. nil eius habetur, & in Hebr. oratio adeo est Eclyptica, vt nil ex illa haberi queat lucis pro intellectu nostræ lectionis. Tripliciter ipse hæc explicarem iuxta triplicē intellectum, quem præcedētia, *Non est vua in vitibus*, &c. habere posse ostēdimus; Si enim per ea designetur diuturna congregatorum in Ierusalem obsidio facta per Chaldæos, primus istorum sensus erit, Non solùm ob id obsessi dolebunt, quòd fructuum, & foliorum tempora diuturnitate obsidionis præterierunt; sed & quòd Chaldæis ipsis qui illos obsidebunt, fructuum omnia quæ prætergressa erunt comedenda dederim. Vel meliùs, vt relatiuū referatur ad ipsosmet obsessos, sensusque sit; & illa dūtaxat, si quando furtim egressi essent, aut egredientur, dedi eis quò comedere, seu accipere ad comedendū possent, quæ ab obsidentibus Chaldæis vt inutilia prætergressa essēt. Quòd si acerrima potiùs fames per superiora significata sit, quæ per Chaldæorum exercitū in Iudæa sit causanda: Horum sensus erit. Non solùm primo incursu vniuersas diripient fruges, sed & iterum, iterúmque ad talem redibunt direptionem; dedi enim eis quæ primò ab ipsis fuerant prætergressa. Si de anni sterilitate intelligantur præcedentia: Quod hîc dicitur tale est, Non solùm nulli erunt prouenientes è terra fructus, ac etiam præ ariditate arborum defluent folia: Sed & insuper, quæ superioris anni prætergressa sunt frugum, & in horreis, cellariisque recondita, eis dedi Chaldæis, vt acerbior sit obsessorum angustia.

1. Sensus. 2. Sensus. 3. Sensus. 4. Sensus.

6 Hæc habui quæ dicerem circa nostræ Vulgatæ lectionem. Referam modò quæ ab aliis reperi in eiusdem explicationem dicta: Tum & quæ afferuntur circa lect. Hebraicam.

Ioan. Mald. Ioan. Mald. *Ordo*, inquit, *inuersus, & præteritum pro futuro, id est, Quæ dabo eis prætergredientur. q. d. Non erūt fructus in arboribus, & si quos fructus dabo, eos non illi comedent, sed hostes, iuxta illud Isaia,*[a] *& deserta in vbertatem conuersa aduenæ comedent.*

a Isai. 5. 17.

Andr. Capp. Andreas Cappella, *Possunt hæc accipi, vt dicta captiuitate; Sæpius Chaldæi, & Ægyptij captiuos duxerunt ex Iudæis, tandem qui remanserant etiam captiui ducti sunt, vt sit idem quod supra cap. 6.*[b] *Vsque ad racemū colligent te quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manum*, &c. Totam hanc sententiam, (*Nō est vua*, &c. *& dedi eis*, &c. vt parœmialem sumendam arbitratus Gaspar Sanctius. *Videtur*, inquit, *hac dicendi figurâ, vt reor, parœmiali, significari & stragem ciuium, & vrbis direptionem. Nam dum à vitibus vua, & à ficulnea ficus abesse dicitur, significatur iam peracta vindemia, vindemiam vero pro vastitate sumi, satis compertum est, vt supra vsque ad racemum, &c. Significatur igitur strages per Chaldæos edita, ad quos ex illa vindemia racemi, ac ficus, id est, Iudæorum opes transierunt.*

b Ierem. 6. 9. Gasp. Sanct.

Hugo Card. Meliùs Hugo Cardinalis. *Et dedi eis Iudæis ad videndum quæ præterierunt ab eis, id est, dedi ipsos videre quomodo hæc præterierint ab eis, & darentur eorum inimicis, quod erat eis maximus dolor, cernere scil. bona sua, vnde nil capere auderent, sed transire ea in manus hostium. Vel, Quæ dedi aliis annis, iam præterierunt, quia iam omnia comederunt, & expenderunt, ita quod in obsidione nihil habebunt ad comedendum nec de præteritis annis, nec de futuro, quia agros, & vineas eorum demetent hostes.*

7 Hebræa ad verbum sic habent, vt vertit & Regia, (*Et dedi eis, transibunt eis,*) Quæ magis

A dilucidantur à Pagnino sic eadem reddente, (*Et dedi eis fructus, qui transierunt ab eis.*) Vatablus, (*Et quæ dederam eis transibunt ab eis,*) id est, Spoliabuntur bonis quæ dederam eis, Isidorus Clarius, (*Et dedi eis qui transierunt per illa,*) nempe hostes. Alius inquit, vertit, (*& quæ dedi eis migrabunt ab eis.*) Vt sit sensus. Non solùm amittent fructus. qui adhuc hærent in arboribus, sed & quos iam condiderunt auferent hostes, alius apud Castrum. (*Et dedi eis Iudæis quæ transibunt eos.*) Chaldæos. Hoc est, Tantùm concessi miseris Iudæis furtim colligere prætergressa, & relicta à Chaldæis.

B Hebræorum plerique vt R. Salomon, & R. Dauid, particulam, *Et* pro rationali particula *quia*, quod frequens est in Sacra Scriptura, accipientes, hæc diuersissimo exponunt modo, quasi hîc afferatur ratio superiorum malorum, sensusque sit, Quia dedi eis legem in monte Sinai, & transgressi sunt eam. Cui sensui consona est, & Paraphrasis Chaldaica.

Vers. 13.] Congregans congregabo eos,
C &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

TAMETSI de impiis quibusque rectè exponi hæc possint, quos vt consumat, & perdat congregaturus in die iudicij est Dominus: quando, vt in Euangelio legimus,[a] veniente filio hominis in maiestate sua, congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, bonos
D quidem statuens à dextris, impios verò ipsos à sinistris: & cùm in eis nil iudex reperturus fructuum sit operum misericordiæ, quibus vel refecerint pauperes, vel consolati sint afflictos; vel operuerint nudos: illa profectò ipsis dabit, quæ, cùm in hoc sæculo vitam agerent, prætergressa eis fuêre: dolores nimirum, & cruciatus in æternum, quos tanto studio illi abhorruêre, quodlibet fugientes compunctionis, mortificationisque genus. Prauis nihilominus hæc aptanda censeo Religiosis; qui in Regularium con-
E gregationibus colliguntur, vt maiori plectantur damnatione, quò amplioribus à Deo cumulati sunt beneficiis. Quo loco nota duplicem eorumdem verborum versionem, (*Congregans congregabo eos:*) & (*Consumens, seu Perdens consumam, seu Perdam eos.*) Vt intelligas, duplici ratione in eorum vocatione ad Religionē Deum sese habere, alterâ quidem ipsius propriâ, vt per regularem disciplinam tutiùs faciliusque ea ad quæ procliues ij sunt, euitare possent scelera: alterâ, quæ haud ita propria illius est, nec iuxta primariam eius est intentionem, sed iuxta intentionem secundariam, quâ consideratis omnibus
F vocatorum circunstantiis, & quòd ipsa abusuri essent vocatione prædictâ, & quòd scelestiora in religione quàm si fuissent in sæculo, essent patraturi, in iisdémque essent perseueraturi, voluntate, quam Theologi consequentem appellant, eò ipso quod illos in regularē colligit congregationem, vocando, & colligendo ipsos consumit & perdit, atque congregando cōgregat eos, vt maiori illos damnet damnatione. Id quod ex iis ipsis est, super quorum indisciplinata peruersitate secundaria ista fundata est Dei intentio,

8 *In die iudicij impiis cōgregatis ante ipsum quid daturus sit Iudex.*

a Matth. 25. 31.

Religiosi praui quomodo dicantur cōgregati à Deo in Religione, vt ī maiori plectantur damnatione. In vocatione prauorū Religiosorum ad religionem Deus duplici ratione se habet quarum altera eos cōgregat, alterâ verò eos perdit.

iuxta id quod apud Hosæam idem significauit A
a Hose. 13. 9. Dominus, cùm diceret, [a] *Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum*, id est, Perditionis, & condemnationis tuæ ad pœnas æternas tumet auctor es, nō ipse, qui iuxta bonitatis meæ intentionem primam opem tantummodo ferre tibi volui, teque ad salutem adducere: Si congregatio in perditionem tibi est, & in consumptionem, tuis id imputes flagitiis, quæ nedum contra regularem obseruantiam, sed & contra legem meam admittis, & quibus me quasi inuitum vt hanc tuam velim perditionem excitas.

9 (*Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit.*) Duobus modis accipi hæc possunt, vel vt dicta à Domino; vel, quod magis literæ est consonum, vt eorum verba, quos à se congregandos, & consumendos mox dixit Deus. Vtrolibet autem sumantur modo, optimè per ea id confirmatur, quod de prauis religiosis congregandis simul, ac consumendis iam dicebatur: Si enim ipsi sint qui loquantur, suismet sese condemnant verbis, asserentes, in propaginatis vitibus intra religionis vineā, atque in claustralibus exercitiis mortificationis à se neutiquā reperiri vuam, & spiritales consolationes, ex quibus vinum exprimere possint compūctionis, deuotionis, atque dilectionis; Nec in ipsa Religionis ficulnea suaues aliquos percipi ficus, & spiritualium exercitiorum fructus. Imò comperisse, folium pariter eiusdem Religionis defluxisse, deficientibus etiam externis iis obseruantiis, quibus & vitæ regularis patefit vigor, & ipsæ decoræ esse solent religiones quæque. Quapropter rediisse se ad sæcularium studia, atque ad sæculi voluptates, quæ prætergressa iam ipsis erant, quasque iam reliquerant. Hocque illud est quod ait Dominus, (*Et dedi eis quæ prætergressa sunt,*) seu, vt legit Pagninus, (*Et dedi eis fructus qui transierunt ab eis,*) id est, Permisi, vt iis sese iterum dederent, quæ reliquerant.

Vnde fiat vt plerique Religiosi post Nouitiatum ad pristina redeant sæculi vitia, & studia.

10 Si verò Dei verba ista, (*Non est vua, &c.*) esse velimus, quod iuxta moralem sensum magis mihi placet. Peregregiè in his exponet Dominus quod mox dixerat; & quomodo ex parte sua in talium Religiosorum bonum in religione eos congregauit, quamquā propter eorumdem culpā ex eadē vocatione consecutū sit, vt in perditionem deuenerint. Vide illius bonitatem, & beneficia quæ in illos contulit, cùm eos in Religiosorum collegit congregationem, segregauit ipsos à sæcularibus, plantans in speciali, maximéque sibi dilecta Religionis vinea, ne, vt in lib. Iudicum [b] dicitur, inter cætera sæculi ligna promouerentur, plantauit, vt & veluti vites fructificarent vinum lætificans Deum & homines: & veluti ficulneæ dulcedinem proferrent spiritualis conuersationis, fructusque suauissimos virtutum multiplicium. At intuere è vestigio, quomodo per ipsos factum est, vt congregati sint in suam perditionem, (*Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea.*) [c] *Omnis arbor*, ait Iesus in Euangelio, *quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Religiosus certè bonus, & qui diuinæ respondet vocationi, atque collectioni, [d] *tamquam lignum* esse dicitur, *quod plantatum est secus decursus aquarum* diuinæ gratiæ, *quod fructum suum dabit in tempore suo: Et folium eius non defluet*: vt pote qui omni animi contentione studet, vt folium verbumque quod tunc protulit, quando professionem secundùm regulam trium votorum, & cæterarum religionis suæ obseruantiarum emisit, & viride seruet, & fructuosum, iuxta id quod per Prophetam nostrum infra de eodem dicitur, [e] *Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.*

In Religione vocans quāta bona conferat Deus.

b Iud. 9. 11.

c Matth. 7. 19.

Religiosus sua respondēs vocationi similis arbori maximè fructifera.

d Psal. 1. 3.

e Ierem. 17. 8.

11 E contra verò de prauis religiosis istis, hìc dicitur, eos nec vuam dedisse, nec ficus, quæ proprij ipsorum debuissent esse fructus, quos Paulus, [f] *fructus spiritus* appellat, *charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, patientiam, bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem*, &c. Vtinam autem fructus non dedissent à regulari vita alienos, spinas, & tribulos ab eodem Apostolo, [g] vt opera B carnis enumeratos; tametsi iuxta Euangelicum dictum, [h] *Numquid colligent de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* non minùs & hoc vix fieri posse videatur, vt de vitibus spinæ proferantur, & de ficulnea tribuli.

f Gal. 5. 22.

g Gal. 5. 19.

Religiosi praui sunt arbores, sed sine bonis fructibus, & etiam sine foliis.

h Mat 6. 16.

Quòd si in Euangelio item legimus, Christum [i] Iesum visā fici arbore sine fructibus quidem, folia tamen habente, maledixisse illi, vt numquam ex ipsa fructus nasceretur in sempiternum, eamdémque propterea aruisse illicò. Quid facturum credendum est Deum erga ficulneam, in qua nedum ficus, sed nec folium inuenerit? C Si religiosis iis non parcit, qui etsi fructus spiritus non habeant in tempore suo, foliis tamen decori sunt bonorum verborum, externarumque obseruantiarum, quibus adhuc viridem saltem extrinsecus se seruare præ se ferunt quam emiserant professionem. An non consumet & perdet eos prauorum item Regulariū, de quibus hìc sermo habetur, cùm dicitur, (*Non est vua in vitibus, nec ficus in ficulnea, & id est, quinimo folium defluxit,*) vt explicatum est?

i Matt. 21. 19.

Religiosorum prauorum cōdemnatio quā erit iusta.

12 (*Et dedi quæ prætergressa sunt.*) Hugo Cardinalis in Morali istorum verborum explicatione D rationem in his afferri inquit, cur defluxerint folia spiritualia, nempe quia superuenit temporalium abundantia, quæ est prætergresio, quia in transitu est tota. Ac si dicatur, Dedi eis hæc temporalia, transitoria, quæ non esse præsentia, sed præterita dici debent. Quæ admodum ad præexpositum faciunt sensum eorum, quæ de prauis dicta sunt religiosis. Præcipua enim, & potissima totius regularis vitæ peruersitatis ratio à vitio proprietatis, quo temporalium abundantiæ studetur, à quo & originem habet, & augmentum, E prout constans est eorum sententia, qui tractatus de destruentibus religiones conscripserunt. Sic quod hìc dicitur tale est, Nec fructus autem suos habent, nec folium, quia permisi vt redirent ad propria possidenda ea ipsa quæ eis prætergressa iam fuerāt. Vel meliùs, quia & iis in primis abusi sunt, quæ eis in communi viuentibus bona dedi temporalia, & transitoria.

Hugo Card.

Bona tēporalia in trāsitu sunt semper.

Proprietatis vitiū est præcipuū ex destruentibus religionem.

13 Aptiùs nihilominus crediderim in his ipsis significari, eosdē prauos religiosos in profundum tandem deuenisse malorum, quod meritò & profunda consequitur perditio: Nosse si aueas, quid F sit deuenire in profundum malorum, lege Apostolum Paulum in 1. cap. epistolæ ad Rom. vbi hæc de Gentium Sapientibus ait, [k] *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorū, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Et paulò post, *Et* [m] *sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitiā, fornicatione, auaritiā, plenos inuidiā, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones*, &c. quæ ibi fusè enume

Religiosi praui finiuntur tandem ruere in profundum malorū quāue ratione.

K Rom. 1. 24.

l Rom. 1. 28.

ènumerata & in prauis iſtis aduertuntur religioſis. Hoc ergo malorum profundum deſignat hîc Dominus, cùm ait, (*Et dedi eis quæ prætergreſſa ſunt*) vt iis nimirum intenderent ſenſu ſuo reprobo, quæ vix cùm attingerentur ab ipſis, prætergreſſa ſunt, qualia & temporalia omnia exiterunt, quibus addicti fuêre: qualia & actus quorumcumque ſcelerum, quos perpetrarunt; quales & voluptates illecebræque vniuerſæ, in quas ſeſe proiecerunt. Prout impij illi fatentur qui in lib. Sapientiæ aiunt.[a] *Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquã nuncius percurrens, & tamquam nauis*, &c. quæ pulcherrimis ſimilitudinibus ad idem probandum adducunt.

a Sap. 5. 8.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Congregans congregabo, &c.

13. Οὐκ ἔστι σταφυλὴ ἐν ταῖς ἀμπέλοις, καὶ οὐκ ἔστι σῦκα ἐν ταῖς συκαῖς, καὶ τὰ φύλλα κατερρύηκεν.

SEPTVAGINTA.

Verſ. 13.] Non eſt vua in vitibus: & non ſunt ficus in ficis, & folia defluxerunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Perdendo perdam eos, dicit Dominus: & deficient, ſicut deficiunt vua de vite, & ſicut ficus defluens de ficulnea, & ſicut folium ab arbore: eò quòd dedi eis legem meam ex Synai, & tranſgreſſi ſunt eam.* 1

Verſ. 13. Congregans, &c. Hieronymus. *Quòd ſit tempus viſitationis, in quo corruent, manifeſtius docet, dicens, (Congregans congregabo eos,) Haud dubium quin in Ieruſalem, vt obſideantur à Chaldæis lõgo tempore, & famis ſuſtineant mala. Cùm inquit, tẽpora prætereant, & æstati ſuccedat autumnus, & hyeme* B *arborum cadant folia, videbitis cuncta de longe, & ex his non capietis cibos. (Non eſt enim vua in vitibus) vobis, qui fructus vitium non ſumitis: (non ſunt ficus in ficulnea) obſeſſo populo, qui ſuarum arborum poma cernit ab hoſtibus deuorari, folia, inquit, defluent, æſtate, autumnóque tranſactis. Dedi enim eis quæ præterire cernerent: vt maiori dolore amitterent rerum omnium abundantiam, quam eis tangere non licebat.*

Hieronym. *Iudæorũ obſidio, & fames à Chaldæis futura prædicitur.*

Theodoritus. *Minatur eis ſterilitatem terræ, formidinem & fugam.* Theodor.

D. Thomas. *Hic ponit pœnam ſupra pœnam prædictam ſimul. Et primò ponit ſententiam quantum ad* C *hominum afflictionem, (Congregabo) in Ieruſalem, obſidendo. Infra*[a] *12. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. Et quantùm ad fructuum direptionem, (Non eſt vua) vobis, ſed hoſtibus, qui veſtra vobis videntibus comedent (prætergreſſa) ab eis in manus hoſtium Habac. 3.*[b] *ficus enim florebit, & non erit germen in vineis.*

D. Thom. a Iere. 12. 3. b Habac. 3. 17.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὐκ ἔστι σταφυλὴ ἐν ταῖς ἀμπέλοις.] D

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν γὰρ ἀμπελῶνα γεωργοῖς ἑτέροις ἐξέδωκεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι τοῦτο; ἤτοι τῶν πολεμίων λαβόντων. ἢ καὶ ἀφορίας γενομένης τάχα || ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ πληγῆς. ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς πολεμοῦντες ἐγύμνουν τὴν γῆν, ταῦτα συνέβαινεν. ἐγένετο δὲ ἵνα παιδεύωνται ἐν τοῖς καρποῖς.

Verſ. 13. NO N eſt vua in vitibus.) Olympiodori.] *Vineam enim aliis agricolis locauit.* 2

Chryſoſtomi.] *Quid hoc eſt? vel quòd direpta ab hoſtibus, vel ob ſterilitatem forſitan diuinitus inflictam. Nam quia bellum continuò gerentes, terram ſpoliabant, hæc eueniebant: idque factum, vt punirentur in fructibus.*

Chryſoſt. *Iudæi caſtigati à Deo in fructibus.*

Verſ. 14.] Quare ſedemus? conuenite, & ingrdiamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilêre nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VIDEOR[a] *mihi, ait Propheta, iam ipſos Iudæos audito Chaldæorum aduentu, hiſce ſeſe inuicem alloquentes. Quid moramur? & quare deſidemus? Confugiamus omnes in munitas ciuitates; ingrediamur ſimul collecti fortiſſimam ciuitatem Ieruſalem.*

a *Quare ſedemus? conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam.*

1 *Ibique conuicti, atque confuſi ſileamus, cùm Dominus ita nos reddiderit ſtupidos, in eamque adduxerit confuſionem, vt ne verbum quidem hiſcere audeamus.*

2 *Inſuper & ærumnis ibidem angamur, quoniam is, quem vt Dominum Deum noſtrum colimus, fecit vt doloribus, & anguſtiis vndequaque conficiamur.*

b *Et ſileamus ibi (ſeu, & deficiamus ibi) quia Dominus Deus noſter ſilere (ſeu, deficere) nos fecit.*

E 3 *Tandémque ibi pereamus vniuerſi; quandoquidem is in tantas nos iniecit miſerias, vt mortem oppetamus. Proiiciamur ibi vt ſtercora, tamquam à Domino abiecti.*[c]

1 *Per quem nobis ſumma exhibita eſt animi, mœroriſque amaritudo, quia contra ipſum deliquimus.*

2 *Zelum ſuum aduersùm nos in eum patefecit modum, quo & zelotypi viri in coniugem, quam de admiſſo adulterio ſuſpectam habent, crudeliores amariſſimas maledictionum in potum illi dant aquas, per quas epotatas eius dirumpatur vterus: ſic quippe cùm ei peccauerimus, qui zelotes & æmulator eſt, potum dedit nobis aquas fellis, aquas amariſſimas, aquas male-* F *dictionum, vt inflati & ipſi cruciaremur, ac diſrumperemur.*

c *Potũ dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

QVARE *ſedemus?* &c.) Proponit Propheta Iudæorum verba, quibus ad Chaldæorum aduentum ſeſe inuicem excitabunt ad confugiendum in loca tutiora, (*Ciuitatem,*) 1

tem munitam,) vel vt munitissimam Ierusalem designaret, posuit noster Interpres, vel vt munitam quamlibet significaret ciuitatem, singulare vsurpans pro plurali; pluraliter enim habent originalia Hebr. & Græca, (*In ciuitates munitas*, seu *munitionis* :) quomodo & supra in cap. 4. in simili mutua excitatione, [a] *Clamate fortiter & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas.* In Hebræo pro, (*Quare sedemus*) est על־מה אנחנו ישבים *ngal mah anahnu ioscie-bim.* Quod Pagninus vertit, (*Propter quid nos manemus?*) Regia, (*Propter quid nos sedentes?*) Vatablus, (*Ad quid sedemus, seu desidemus nos?*) Potestque etiam verti, (*Cur nos moramur?*) Italicè diceremus, *Che stiam' à fare?*

d Ierem. 4. 5.

2 (*Et sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*) Silendi verbum hoc loco æquiuocum est, sicut & verbum Hebraicum. Vnde factum est, vt & diuersimodè lectio nostra exponeretur, & diuersimodè pariter lectio vertatur Hebraica. Pagninus enim vertit. (*Et deficiemus ibi, quia Deus noster deficere fecit nos.*) Regia. (*Et silebimus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*) Vatablus, (*Et illic taciti simus*, vel *quiescamus, quia Dominus Deus noster compescuit nos, seu deleturus est nos.*) Isidorus Clarius. (*Et pereamus ibi, quia*, &c.) Quem sensum secuti videntur Sept. cùm verterint, (*Et proiiciamur ibi, quia Dominus abiecit nos.*)

Silendi verbũ æquiuocum in scripturis.

Si iuxta propriam eius vim, & significationem id in nostra Vulgata sumere quis velit verbum silendi. Quod hic dicitur exponat, vel, vt Ioan. Maldonatus, Nihil moliamur ibi, non prouocemus hostem, non resistamus illis, tantùm defendamur muris, vt fœminæ solent facere obsessâ vrbe, quia Dominus silere nos fecit, id est, imbecilles, ac timidos reddidit.

Io. Maldon.

Vel, vt Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, & alij, Sileamus sicut obsessi in ciuitatibus de die solent, vt audiant ex qua parte sit insultus, & illuc currant, de nocte autem clamant, ne dormiant, & vt videantur non timere hostes.

Hug. Card. Lyra.

Vel, vt alij, sumat hæc vt dicta ab aliquibus Iudæorum bonis, vel à Propheta sub omnium persona id quod dicere debuissent: (*Sileamus ibi,*) nullas aduersùs Deum emittentes querelas, cùm nihil habeamus quod respondeamus; quandodem digna factis recipimus, peccauimus enim Domino: Sileamus, cùm nec aduersùs iustè punientem habeamus murmurandi licentiam, silere enim nos Deus ipse fecit, nostram confringens arrogantiam. Vel demum de silentio hæc intelligens orationis, expone, aut sicut Hugo Cardinalis, vt dicta in bonum item sensum. (*Sileamus ibi,*) id est, non præsumamus voce apertâ orare Deum; sed silenter in corde peccata nostra ibi cogitemus. Aut, vt in malum sensum, & per desperationem prolata, prout arbitrati sunt alij. Silentium nobis deprecandi Deum imponamus, quia tot nobis intulit flagella, vt iam nulla nobis suppetat ipsum exorandi fiducia.

Hugo Card.

3 Mihi non probatur, à iustis hæc prolata, & ab iis qui inter Iudæos essent boni. Quamuis enim sat habeam exploratum, frequenter in Sacris literis silétium in exemplum adductũ, quod iusti ac sancti viri in maximis ærumnis obseruare consueuerunt, iuxta illud Isaiæ, [b] *In silentio & in spe erit fortitudo vestra* : & illud Prophetæ nostri. [c] *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.* Hoc tamen loco totum Iudaicum populum ad silentium semet inuicem per desperationẽ quādam excitare crediderim : idque tripliciter : Vel

Silentiũ obseruant sancti in ærũnis.

b Isai. 30. 15.
f Thren. 3. 25.

Ad silentium excitant se aliquãdo impij ex desperatione.

A ingruentem maximam deplorantem confusionem : Vel ad ineuitabiles desperatũ in accurrentem ærumnas, atque dolores. Vel paratam, & certam intra munitas quoque ciuitates mutuò sese cum animi exacerbatione promouentem ad mortem : Ita vt tres æquè bonos eorum quæ hic dicuntur censeam sensus.

4 Et quidem quoad primum, frequens est & in sacris, & in prophanis literis, vt impiis cõuictis, atque confusis silentium tribuatur ad magnam confusionem ipsam suam contestandam, vtpote qui stupidi remaneant, nec præ confusione audeant hiscere, iuxta illud Psalmi. [d] *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Sic Micheæ 7. de impiis Gẽtibus dicitur, [e] *Videbunt Gentes & confundentur, ponent manum suam super os suum*, vt silentio scil. propriam testentur confusionem, Sic apud Hoseam idipsum significans, quod hic Iudæi asserunt, (*Quia Dominus silere nos fecit*,) [f] *Nocte inquit, Deus tacere feci matrem tuam.* Confusam sc. & conuictam, prout bene sic eadem reddit Chaldæus. *Et confusione induam congregationem vestram.* Sicut & id quod ibidem mox subiicitur, [g] *Conticuit populus meus eò quòd non habuerit scientiam*, id est, Conuictus & confusus tacuit, nesciens quid responderet Chaldæus, *Insipiens factus est populus meus*, id est, Nihil respondere potuit more insipientis qui non habet quid loquatur. Per quod bene Franciscus Ribera ibidem notat optimè intelligi quod Lucæ 6. dicitur, [h] *Ipsi autem repleti sunt insipientiâ*, id est, Nihil omnino illi respondere potuerunt. Sic iuxta hunc primum sensum locus iste, (*Et sileamus ibi*, &c.) alteri omnino erit similis, quo in fine capitis tertij iidem Iudæi dixêre, [i] *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra : quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri.*

Silentiũ sæpe tribui solitũ impiis conuictis atque cõfusis.
d Psal. 106. 42.
e Mich. 7. 17.
f Hose. 4. 5.
g Hose. 4. 6.
Frãc. Ribera.
h Luc. 6. 9.
i Iere. 3. 25.

5 Porrò quòd silere, iuxta secundum sensum in Sacris quoq; literis maximas designet ærumnas, eorúmque sit, qui vehementi dolore anguntur, ita vt nec lachrymis, nec vocibus locum cedant, patet, tum ex eo quod in libro Iob [k] tres illius amici dicuntur sedisse cum eo septem diebus, & septem noctibus in terra, nullo prolato verbo: tum clariùs ex eo quod in nostri Prophetæ Threnis dicitur, [l] *Sederunt in terra, conticuêre senes filiæ Sion, consperserunt cinere capita sua*, sic quod hic dicitur, Tale erit, Conueniamus in munitas ciuitates, ibique ærumnis angamur, quoniam Dominus Deus noster fecit, vt doloribus, & angustiis vndequaque conficiamur. Quod magis per id explicant, quod ad idem significandum addunt, (*Et potum dedit nobis aquam fellis*,) vt mox declarabo. Denique quòd idem silendi verbum tertio sumi soleat significatu, sat sit vel ex ipso probari Ieremia, qui infra tum in cap. 49. ait, [m] *Ideo cadent iuuenes eius in plateis, & omnes viri prælij conticescent in die illa*, tum in cap. 50. eadem repetit, & in cap. 25. [n] *Quia vastauit Dominus pascua eorum, & conticuerunt*, id est, defecerunt aut perierunt *arua pacis.* Sic igitur hoc tertio sensu asserunt ex desperatione, (Ingrediamur ciuitatem, & ibi pereamus:) Siquidem Dominus Deus noster in has nos iniecit angustias, vt mortem oppetamus; vt locus iste ei sit similis quo in Euangelio Ioannis secundùm aliquorum sententiam. Thomas Apostolus pariter ex desperati animi excandescentia dixit. [o] *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Habet autem maiorem vim pro hac re significanda verbum silendi, quàm deficiendi, & pereundi, vt bene notat Ribera

Silere in scriptura significat maximas ærumnas.
k Iob. 2. 13.
l Thren. 2. 10.
Silere pro perire, & mori.
m Iere. 49. 26.
Ierem. 50. 30.
n Ier. 25. 37.
o Ioan. 11. 16.
Silere habere maiorẽ vim quàm deficere.

Fr. Ribera. Ribera in primum caput Sophoniæ, nam cùm dicitur *Sileamus* triste quoddam, & horrendum silentium intelligitur, quod vel misericordiam, vel admirationem maximam excitat, quòd in celebri, & munitissima ciuitate ne vnus quidem reliquus futurus sit, cuius vox audiatur; Quod
a Thren.1.1. noster deplorauit Ieremias, cùm dixit,[a] *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium?* Multò maiorem vim in eodem sensu lectio habet Sept. (*& proiiciamur ibi, quia Dominus abiecit nos,*) id est, Proiiciamur quasi stercora tamquam à Deo abiecti.

6 *Et potum dedit nobis aquā fellis: peccauimus enim*
Hug.Card. *Domino.* Hugo Cardinalis, de aquis amaris hæc intelligit, & putridis. Ac si dicatur, & aquas amaras dedit nobis in obsidione & putridas. Quia verò in Hebr. est vox ראש *rosc*, quæ & fel significat, & venenum, prout eam & noster interpres vertit vbi in Cantico Deuteronomij dicitur, *Et*
b Deut. 32. 33. *venenum* [b] *Aspidum insanabile*, cùm eodem in
c Deut. 32. 32. Cantico aliàs verterit, [c] *Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi, ferunt*, inquit Isidorus Clarius,
Isid.Clarius. *esse lethiferum venenum, quod ex herba quadam exprimatur, eoque succum illum aquam nominat.* Ideo
Christoph. à Castro. Christophorus à Castro, per hæc ait Iudæos significare iam mortem ipsis imminere: cùm ad eum statum hostium timore deducti essent, ac qui venenum bibissent lethiferum.

7 Verùm stando in nostra Vulgatæ lectione,
Fellis aquā potari significat summā affici amaritudine animi. quæ est & Sept. & versionum quoque recentiorum ex Hebræo, Pagnini, Regiæ, nec non & Vatabli, qui vertit, (*Et potum dedit nobis aquam fellitam*) seu (*succum fellis.*) Id pro certo supponendum, hanc peculiarem esse Prophetæ nostri phrasim, ab ipso & infra vsurpatam in capitulo sequenti vers. 15. & in cap. 23. vers. 15. quā significatur, summam exhibitam esse animi, mœrorisque amaritudinem, illudque ipsum, quod aliis metaphoris Dauid contestatus est in Psal-
d Psal.59.5. mis, vel cùm dixit,[d] *Ostendisti populo tuo dura, po-*
e Psal.76.6. *tasti nos vino compunctionis:* Vel cùm ait, [e] *Cibauit nos pane lachrymarum, & potum dedit nobis in lachrymis in mensura.* Sic & Habacuc. 2. de Nabuchodonosor, qui & in amicos Reges, & natio-
f Habac. 2. 15. nes furoris sui effudit amaritudinem dicitur, [f] *Væ qui potum dat amico suo, mittens in eum fel.*

Andr. Capp. Conriti animi verba egregia. Andreas Cappella hæc veluti à contrito Iudæorum animo in hunc modum censet prolata, Amaritudine nos repleuit, mœrore, angustiā: vt experientiā discamus, malum & amarū esse dereliquisse Dominum, & timorem eius abiecisse. Dulcem Deum in amaritudinem conuertimus, & ideo dat nobis potum aquam fellis, id est, amarissimam.

8 Cæterùm quamuis hoc ipsum & à plerisque
Confessio peccatorū facta ex desperatione nihil prodest. aliis asseratur expositorum. Adhuc nihilominus in mea ipse persisto sententia; vt sicut paulò ante affirmaui, totus hic, atque etiam subsequens versus 15. à Propheta habiti sint ex persona impiorum Iudæorum, ex desperatione potiùs quàm ex animo contrito Deū suis exacerbasse peccatis confitentium, vt quòd vltimò hìc adiecêre, (*Peccauimus enim Domino*) seu, vt legunt Sept. (*ante Dominum*, aut *coram Domino*,) ad totam illorum referatur orationem, (*Quare sedemus, Conuenite,* &c.) Sicque locutio conuictorum quidem, haud tamen pœnitentium. Vnde nec misericordiam quam, si eos pœniteret, sæpe per Prophetam Dei nomine promissam vidimus, meruêre vt ab imminentibus eruerentur cladibus, prout mox subdunt, *Expectauimus pacem & non erat bonum: tem-*

A *pus medela & ecce formido.*

Vt hæc illorum oratio ei omnino similis sit, 9
quam in lib. 1. Mach. ab impio Rege Antiocho habitam legimus; quando à Dei ira percussus, mortique proximus dixit,[f] *Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem,* &c. *Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magnâ in terra aliena.* De qua illius oratione in lib. 2. item Machab. dicitur, [g] *Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* Idque duplicem ob causam, primò, quia illius quem in sua oratione protestatus est, dolor de peccatis, non propter Deum extitit,
B aut propter aliquid æterni, sed propter affectum vitæ temporalis, & propter proprium commodum, vt ab iis liberaretur cruciatibus, quibus pro ipsis peccatis opprimi se fatebatur: Et secūdo, quia de Dei quoque miseratione desperans ea protulit, prout colligi posse videtur ex iis quæ eodē capite legūtur.[h] *Sed non cessantibus doloribus* (*superuenerat enim in eum iustum Dei iudiciū*) *desperans scripsit ad Iudæos in modū deprecationis epistolā.*

Antiochi Regis oratio, & confessio peccatorum cur Deo non fuerit accepta.
f 1. Mach. 6.12.
g 2. Mach. 9. 13.
Dolor de peccatis ob rem temporalem inefficax.
Dolor de peccatis ex desperatione est inefficax.
h 2. Mach 9. 18.

Liceat mihi post præexpositos allatos sensus 10
& nouum addere literę pariter valde congruum,
C secundùm quem vltima ista verba, (*Peccauimus enim Domino,*) sint ratio eius quod immediatè asseritur, (*Et potum dedit nobis aquam fellis.*) Vt sit allusio ad illas zelotypiæ aquas, de quibus in lib. Numer.[i] *Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsâ suspicione appetitur, adducet eam ad Sacerdotem,* &c. *Ipse* [k] *autem* scil. Sacerdos *tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, & dicet. Si non dormiuit vir alienus tecum,* &c. *Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiace-*
D *bis,* &c. *Et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur; eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.* Recolamus quæ dicta sunt supra in principio capitis tertij ad Iudaicum populum.[l] *Si dimiserit vir vxorem suam,* &c. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis,* &c. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis,* &c. Hoc igitur iuxta hūc sensum hoc loco asserere videntur, quòd cùm
E ex Dei benignitate desponsati illi fuissent, ac per idololatriam, aliaque scelera adulterij contra eum admiserint crimen, propter peccata ipsa sua instar vxoris adulteræ ab illo qui Deus æmulator est & zelotes. aquæ in potum datæ sunt zelotypiæ amarissimæ, ac maledictionum, vt inflati & ipsi cruciarentur, ac disrumperentur. Pro quo sensu facit Paraphrasis Chaldaica, legens, (*Et potauit nos aquā maledictionis pessimæ tamquam capitibus seu venenis serpentum, quia peccauimus coram Domino.*) Bene autem fellis nomine summam prædictarum aquarum designant amaritudinem, iuxta Scripturarum morem, quo & Deuteronom.
F dicitur,[m] *Radix germinās fel, & amaritudinem,* vbi per additum, *Et amaritudinem* exponitur id quod præcesserat. Et Actorum 8. [n] *fel* dicitur *amaritudinis*, pro felle amarissimo.

Zelotypiæ aquis potatur à Deo anima, quæ per peccata adulterium commiserint spirituale.
i Num 5.14.
K Num. 5. 18.
l Ierem. 3. 1.
Fellis nomine designata summa amaritudo.
m Deut. 29. 18.
n Act. 8. 22.

Vers 14.] Quare sedemus? conuenite, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CONSEQVENTER iis quæ dicta sunt mox de prauorum Religiosorum vocatio- 11

ne

Religiosi in primo ingressu feruores quales. ne prauaque vita, & perditione, exponit in eorumdem confirmationem idem Dominus, qualiter illi sese habuerint primo conuersionis tempore, quando inspirati fuere, vt relicto sæculo intra religionem congregarentur. Tum & id addit in versi. sequenti quod ex regulari vita retulère. Vide amabò primos feruores, (*Quare sedemus?*) inquiunt, concisè quidem, sed multa significantes, *Religiosus bonus quanta detestari debeat.* detestationem nimirum voluptatum sensibilium, in quibus eousque sederant, quomodo & Iudaicus populus quando in idololatriam prolapsus est, a *Sedit manducare, & bibere:* quomodo & de muliere illa meretrice legimus, quia b *sedebat in foribus domus suæ*: detestationem cupiditatis rerum temporalium, & negociorum circa ima ista terrena, in qua cupiditate eousque sedisse se animaduertere, æquè ac seniores illi, de quibus 1. lib. Machab. dicitur, quod c *in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant*: detestationem vanarum sæculi dignitatum, atque honorum, quibus tamdiu inhiauit, vt sederet d in concilio vanitatis, atque e in pestilentiæ cathedra: detestationem commerciorum, quibus in transacta vita sedisse se comperit cum f impiis & detestationem denique mundi, in quo quamdiu perstitit sedisse se g agnoscit in tenebris, & vmbra mortis, dicente Ioanne, h *Mundus eum*, scil. Deum venientem in terras *non cognouit, & tenebræ* i *eum nõ comprehenderunt*. Hæc igitur vniuersa detestantes, ista secum inuicẽ dixerũt. (*Quare sedemus?*) & quemadmodum apud Prophetam alium vnus item ex iis, qui è sæculo ad Religionem vocatus à Deo fuit, ea ad suammet habuit carnem, quam per totam vitam maximè experta fuerat inimicam. k *Ne læteris inimica mea, quia cecidi*, in innumera nimirum scelera, *consurgam cùm sederò in tenebris*. Ita & isti qui hic loquuntur, detestantes quod in mundi tenebris sederint, addunt.

a Exod. 32. 6.
b Prou. 9. 14.
c 1. Machab. 14. 9.
d Psal. 25. 4.
e Psal. 1. 1.
f Psal. 25. 5.
g Psal. 106. 10.
h Ioan. 1. 10.
i Ioan. 1. 5.
k Mich. 7. 8.

12 *Religionẽ ingressurus surgat prius operæpretium est.* (*Surgite & ingrediamur ciuitatem munitam.*) Recolentes profectò & sanctissimum illud Regij Vatis consilium, l *Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris*, per reminiscentiam transactorum delictorum, ac per eorumdem compunctionem. Surgit quippe qui sæculo valedicturus est, quando ab omnibus quibus in mundo præpediebatur, certâ animi deliberatione expeditus accinctum se exhibet, vt religiosum arripiat statum: Arripit autem illum, cùm in claustralem admittitur religionem. Porrò *Religiosorum insultus, & tentationes.* tunc ingredi dicitur ciuitatem munitam, quia multos, magnosque tunc potissimùm temporis contra ipsum consurgunt hostium insultus, iuxta id Ecclesiastici, m *Fili accedens ad seruitutẽ Dei sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem*. Describit præclarè Bernardus istiusmodi insultus, cùm in sermone de Sancto Clemente Papa, hæc ad suos habet Monachos, *Vestrum certamen quale est fratres mei? Quotidie vobis suggeritur in cordibus vestris, frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissiùs, infirmitatem simula, responde ei qui fortè duriùs locutus est, vt satisfacias desiderio tuo.* Quibus adde consanguineorum aggressiones, de quibus in Euangelio, n *Inimici hominis domestici eius*.

l Psal. 126. 2.
m Eccl. 2. 1.
Bernardus.
n Matth. 10. 36.

13 *Religiosorum congregatio est ciuitas munita.* An non ciuitas contra vniuersos piarum animarum hostes, munita est quælibet Religiosorum congregatio? o *Frater qui adiuuatur à fratre*, prout certè in istiusmodi fit congregatione, *quasi ciuitas firma*, ait in lib. Prouerb. Salomon. firma certè ciuitas ista est, vtpote firmata, & fundata super perfectionis monte, de quia Dominus. p *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*. Munita ciuitas eadem est: quandoquidem nil ei deest, quod ad munimen requiritur ciuitatis cuiusque: Non situs celsitudo, vt mox dictum est: Non robur aggerum simul, atque murorum validissimorum; Cùm Iesus ipse totius humani generis Saluator, & dux Religiosorũ potissimũ, qui abnegantes semetipsos, suamque tollentes crucem illum sequuntur, positus in ea sit murus, & ante murale, iuxtà Isaiæ vaticinium: q vltra præfortia nedum externorum claustrorum, sed claustralis internæ obseruantiæ mœnia: Non turres excelsæ studij obedientiæ, & humilitatis demississimæ, atque celsissimæ, quas assimilatas aliàs ostendimus r fortissimæ illi turri Dauid, quę ædificata est cum propugnaculis.

o Prou. 18. 19.
p Matt. 5. 14.
q Isai. 26. 1.
r Cant. 4. 4.

14 *In Religione vt in ciuitate bene munita est copia armorũ omnium spiritualium.* Non quorumcumque armorum copia, cùm & mille clypei pendeant ex ea multiplicium exercitiorum spiritualium: Et omnis armatura fortium, quam describens Apostolus, dicit, f *Propterea accipite πανοπλίαν panoplian, omnem armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare*, id est, in omnibus hostium incursibus tuti in munita perfectionis ciuitate persistere. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate*; studentes, vt verè & non ad oculum duntaxat vitæ indulgeatis regulari, *& induti loricam iustitiæ*, iustitiâ, & sanctitate veluti æneâ loricâ indutum cuicumque sese obiicienti difficultati vestrum opponentes pectus: *& calceati pedes in preparatione Euangelij pacis*. Ita nimirum affectuum pedes præparatione Euangelicæ perfectionis, quæ summam, & externam cum fratribus, & internam cum Deo, atque cum semetipsis confert pacem, constrictos, ac munitos habentes; vt per Euangelicorum & præceptorum, & consiliorum viam ita inoffenso ambuletis pede, vt progressibus ipsis vestris in sancta conuersatione, & alios quoque ad eamdem incundam viam alliciatis. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*: In omni tentatione, & opere fidem pro clypeo gestantes, quo immissas diaboli sagittas, & suggestiones & excipiatis, & retũdatis. *Et galeam salutis assumite*, Mentem armantes vestram, in qua, vt in spirituali capite & cogitationes quæque resident, & fines, & intentiones vniuersæ; pro galea eam illi superimponentes salutem, quæ in futura vobis parata est vita, ad quam & semper intendatis, vnde idem Apostolus alibi non tam t salutem simpliciter, quàm spem salutis esse hanc asserit galeam. *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei*, illud certè in primis; quod in orationibus, & psalmodia quotidie profertis. Quod idem declarat Paulus mox adiiciens. u *Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione.*

f Ephe. 6. 13.
Religiosorum arma quæ.
t 1. Thess. 5. 8.
Religiosorum oratio & gladius spiritus.
u Ephes. 6. 18.

15 *In Religione vt in ciuitate munita ingẽs copia armorum missilium, & ciborum.* Non desunt præterea in hac, de qua loquimur, munita Religionis ciuitate, arma quoque missilia, ingens earum precum copia, quas iaculatorias appellatas frequentissimas certum est bonis quibusque esse Religiosis. Non ordinatissima, & insuperabilis militum acies, quæ summo charitatis instructa est fratrum ordine, de quo legimus, x *Ordinauit in me charitatem*, seu, iuxta aliam literam, *Instruxit in me aciem charitatis*: Milites charitate connexos fortes y certè ex fortissimis Israel: omnesque tenentes gladios, & ad bella doctissimos. Non deest maxima ciborum copia,

x Cant. 2. 4.
y Cant. 3. 7.

copia, sine quibus vel munimina cætera munitissimæ cuiq; prosunt ciuitati;[a] *Introduxit me Rex in cellaria sua*, dicebat aliquando anima religiosa, de cellariis iis loquens, quæ in Religionem ingressa omni ciborum genere, & in abundantia maxima reperit plena, non solùm eorum ciborum, quibus vbertim reficiuntur religiosi in meditationis studio: Sed & pane, quo in studio pascuntur Sacrarum literarum, cuius meminit in Euangelio Iesus, dicens,[b] *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*: Et vino, & carne in Sacramentorum, quæ ibi habetur frequentia, de quibus idem Dominus,[c] *Caro mea*, inquit, *verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Et oleo iugis quam quotidie experiuntur miserationis; Et aqua diuinarum consolationum, quam qui bene potauerit,[d] *non sitiet in æternum.* Et fluminibus illis veræ sapientiæ, quæ promissa eis potissimùm legimus, qui hanc ingrediuntur ciuitatem munitam, dicente Domino,[e] *Si quis sitit veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ.* Quin & cuiuscumque speciei fructu in singularum virtutum operationibus, de quibus pia illa anima Deo dicebat,[f] *Omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi.*

a Cant. 1. 4.
b Matt. 4. 4.
c Ioan. 6. 55.
d Ioan. 4. 14.
e Ioan. 7. 37.
f Cant. 7. 13.

16
Religionē ingressi studeant in primis silentiū se tueri munimine.

(*Et sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*) Munitissimam certè ciuitatem iure optimo sanctam ostensum est appellatam religionem quamque, propter ea omnia, quæ iam enumerata sunt munimina: Verùm isti qui munitam hanc ciuitatem ingredi se velle hic asserût, vnius duntaxat, præexpositis omissis vniuersis, meminêre huius muniminis, (*Ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi,*) adduntque eius potissimùm & ob id præ omnibus rationem habere debuisse, quia illud & Dominus præ cæteris eis commendasset, (*Quia Dominus Deus noster silere nos fecit,*) iubens videlicet, vt silentium in religionem ingressi pro viribus seruare obniteremur illæsum, & meritò: quia id est præstantissima, & tutissima munitæ huius ciuitatis custodia, iuxta illud Isaiæ,[g] *Cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum*: quod non incongruè ita exponi potest, vt significetur, silentium nedum esse omnem iustitiæ, ac religionis perfectionis ornatum, apparatumque; At esse insuper & sempiternam eiusdem religionis securitatem, dicente apud eumdem Prophetam Domino.[h] *Si reuertamini, & quiescatis salui eritis*, id est, Si per veram conuersionem à sæculo recedentes ad me reuertamini, Religionem ingredientes, & ibi perseueretis quiescentes, atque silentes, à quocumque spiritalium hostium insultu veluti in munitissima salui eritis ciuitate. Additque tutissimæ eius rationem:[i] *In silentio, & in spe erit fortitudo vestra.* Quæ peroptimè Iacobus confirmat Apostolus, dicens, *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum*, quasi scilicet aliis muniminibus, absque silentio sibi persuadens tutam seruari posse munitā Religionis ciuitatem: *huius vana est religio*, id est, frustra vigilat, vt dictam custodiat ciuitatem, iuxta illud Psalmi,[k] *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam*: Custodire namque illam Deum silentij munimine, noster aliàs contestatus est Ieremias, cùm diceret,[l] *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.*

Silentium est tutissima religionis custodia.
g Isai. 32. 17.
h Isa. 30. 15.
i Iacob 1. 26.
k Psa. 126. 1.
l Thren. 3. 26.

17
Silētio triplici in Religione silendum.

Bene igitur ipsam ingrediētes hoc sibi in primis proponentes dicunt, (*Ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia*, &c.) Triplici autem
A potissimùm silentio in Religione silendū asserit Bern. Serm. in Natiuit. B. Mariæ, dicens, *Bonum silentium à iactantia, bonum à blasphemia. bonum à murmure, & detractione. Alius enim ob laboris magnitudinem, & pondus diei exasperatus animo murmurat, diiudicat eos qui pro anima sua peruigilant, tamquam reddituri vtique rationem. Clamor est, sed supra omne silentium clamor iste animi obdurati silere facit, quam audire non patitur vocem verbi. Alius pusillanimitatis spiritus in expectatione deficit, pessimumque hoc. Verbum blasphemiæ est, quod nec in hoc*
B *sæculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat, & in mirabilibus super se, dicens, Manus nostra excelsa, putans se aliquid esse, cùm nihil sit*, &c.

Bernardus.

(*Et potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.*) Ingredientes denique Religionem rationem afferunt, & sui istius ingressus, & detestationis eorum quæ explicauimus. Ratio autem ista biceps est, quiddam ex parte ipsorū habens, quiddam verò ex parte Dei: quod ex parte sua afferunt, est, (*Peccauimus enim Domino,*) cognoscentes quippe, se in sæculo suis Deum offendisse peccatis, æquum sibi visum asserunt, ea omnia detestari, in quibus, & per quæ in sæculo
C degentes Deo peccarunt. Ad hanc autem suorū peccatorum cognitionem, & confessionem nequaquam à semetipsis peruenisse asseuerant: sed quia à Deo amarissimā potati sunt aquā contritionis, (*Et potum dedit nobis aquam fellis.*) Quod aliis verbis ille Deum ipsum alloquens fatetur in Psalmis, dicens.[m] *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* Quid peccatis durius, quæ à duro corde, & ænea admittuntur fronte? Primùm ergo Deus dura peccatoribus ostendit, quando cognitionem eis ingerit suorum peccatorum: Tum amaritudinē sen-
D tire illos faciens eorumdem peccatorum, potum eis dat aquam fellis, amarissimumque de eis dolorem iis impertiens, potat illos vino compunctionis, & contritionis. Tertiò, ipsis iam Dei timore concussis dat idemmet Deus significationem, haud certè aliam quàm illam, quæ in eius thesauris adseruatur, & in Religionum claustris, thesaurorū illius cellariis certè ditissimis: significationem inquam regularis disciplinæ, de qua in lib. Eccles. dicitur,[n] *In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ.* Ad hoc autem istam dat significationem, & regularis disciplinæ notitiam ipsis
E iam de peccatis suis compunctis, atque contritis, & eum metuentibus Deus confert, vt à facie arcus vindictæ iudicij iam imminentis fugiant in abdita claustrorum, sanctam aliquam ingredientes Religionem. Quod hoc loco à se factum indicant qui hîc loquuntur.

18
Ingressus in Religionem motiua, & ratio.
m Psa. 59. 5.
Vocationis peccatoris ad conuersionē, & Religionē quem ordinē seruet Deus.
n Eccl. 7. 31.

19
Hæc quidem si bono sensu quæ hoc vers. 14. habentur sumamus, prout communiori sententiā ab expositoribus accipi ostensum est in prima literæ expositione. Cæterùm quia probabiliùs ibidem tenendum asseruimus, ista iuxta literam neutiquam bono sensu, sed ex desperatione à Iu-
F dæorum impiis prolata, cùm vndique hostili se oppressos viderēt Chaldæorum exercitu. Aptiùs fortasse ea prauis iis tribues Religiosorum, de quibus & in præcedenti vers. 13. Deum locutum vidimus: Qui & rectè ibi à Deo in perditionem congregandi dicebantur, & in Religiosorum congregatione adsciscendi, vt damnatione consumerentur æternâ. Quia scilicet permissurus Deus esset, vt illi haud vero & sincero corde ad ipsum conuersi, vt peccatorum suorum pœnitentiam

Religionem ingrediētes ex desperatione quid secum in tali loquātur determinatione.

A tentiam agant, perfectionisque studio indulgeát, sed quòd mundi res haud prosperè erga eos se haberent, quódque aliquid ipsorum non responderit votis, vel etiam quòd variis calamitatibus hinc inde concuti se in sæculo ferre diutiùs nequeant, quadam animi desperatione ad religionem aliquam confugere decernunt, tutam se in illa vitam, & à laboribus, & calamitatibus liberam ducturos existimantes. Istorum ergo quæ sibimet loquuntur, hoc versu proposita sunt verba in hunc sensum. (*Quare sedemus?*) id est, Quid moramur: (*Surgite,*) à sæculo discedentes, (*Et*
B *ingrediamur ciuitatem munitam*) Curemus, vt in Religionem admittamur, vt in ea veluti in munita Ciuitate tuti iam viuamus à tantis, quibus premimur, angustiis, & vberi, tutoque degamus victu, atque vestitu. (*Et sileamus ibi*) quieti absque negociorum, laborumque fastidio, (*Quia Dominus Deus noster silere nos fecit,*) id est, quandoquidem sic illi placuit, sicque per illum factũ est, quem pro Domino Deo nostro colimus: qui innumeris, quibus nos persecutus est calamitatibus, affecit, vt ab iis, quibus hucusque in mundo dabamus operam, cessaremus. (*Et potum dedit nobis aquam fellis,*) vndequaque amarissimis nos
C replens ærumnis, (*peccauimus enim Domino.*) Ac si dicant, Hæc autem à Domino facta sunt, quia se à nobis offensum is censuit.

20
Silendi & tacendi verbis vtitur Scriptura pro cessatione à locutione, & à quocumque opere.

Quo in sensu vnum duntaxat superest quod declaretur, cætera enim ex literæ expositione petenda sunt: Id autem est, quòd verbis silendi, & tacendi sæpe in Sacris literis præter cessationem à locutione significatur pariter & cessatio à reliquis operibus. Sic in lib. Exodi filiis Israel ait Moyses. [a] *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis,* id est, nihil facturi laboraturi estis. Sic lib. 2.
D Reg. sibimet filij Israel, [b] *Absalon,* inquiunt, *quē vnximus super nos, mortuus est in bello, vsquequò siletis, & non reducitis Regem?* Vbi per id quod addidère, *& non reducitis Regem,* declararunt, quid præcedenti intellexerint verbo, *Siletis,* sic Psalm. 38. Dauid cùm dixisset, [c] *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas,* subiicit, [d] *Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei,* id est, Ne detrectes, mihi opem ferre: Ne cesses ab auxiliis, quæ mihi præstare soles, vt aduenæ & peregrino in hoc mundo. Eodemque sensu idem
E in principio Psalm. 27. [e] *Ad te Domine, ait, clamabo Deus meus, ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum,* id est, Si nihil in me facis, si mihi non auxiliaris, similis ero morientibus. Sic denique & in innumeris aliis locis.

a Exod. 14. 14.
b 2. Reg. 19. 10.
c Psa. 38. 14.
d Psa. 38. 25.
e Psal. 27. 1.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 15.

Vers. 15.] Expectauimus pacem, & non erat
F bonum: tempus medelæ, & ecce formido.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Expectauimus (seu, expectare, aut expecta pacē, & non erat bonum tēpus medelæ, & ecce formido (seu terror.)

SVSTINENTIAM, [a] *& patientiam hucusque habuimus, vt à Domino pax nobis aliquando daretur, & fœlicitas, nec vllum apparuit boni vestigium.*

2 *Quid iam tantum patientiæ? quid tantum expectare pacem, cùm nullum sit nobis bonum? Expectauimus & auiditate, ac sollicitudine maximâ tempus medelæ contritionis, afflictionisque nostræ sæpius per Prophetas ab eodem Domino promissum, & ecce omnia potius erroribus plena probamus.*

3 *Quid ni & contra vos pseudoprophetas, & Sacerdotes excandescamus? Quid toties à vobis repetitum, expecta pacem?*

b Congregati sumus ad pacem, & non fuerũt bona: in tēpus medelæ, & ecce festinatio.

4 *Congregati* [b] *aliàs sumus ad pacem ipsam, & fœlicitatem iuxta vestras pollicitationes obtinendam, nihilque reperimus bonorum: In id quod promittebatis medelæ calamitatum nostrarum tempus intendimus animum, & ecce nunc festinationem potiùs ad fugam experimur, & trepidatione concutimur vndequaque.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1
Credulitatis prauæ serò frequēter pœnitet deceptos.

EXPECTAVIMVS *pacem,* &c. Communiter hæc sumuntur vt dicta à Iudæis in detestationem nimiæ credulitatis, quam falsis exhibuissent Prophetis, prauisque Sacerdotibus; vt sicut in præcedenti versu Ieremias verba proposuit eorum qui vel calamitatibus oppressi admissa detestarentur peccata: Ita & eorumdem hîc explicet prædictæ suæ prauæ credulitatis confessionem, ac detestationem. Ac si dicant, Expectauimus pacem falsis credẽtes illius denunciatoribus, dicentibus Pax, pax, nec quidquam vidimus boni. Promittebant illi quidem, quòd etsi Chaldæi venirent, Aegyptij nobis auxilium ferrent, sed nullum ab Ægyptiis habuimus auxilium: Quinimò tempore quo recessit Nabuchodonosor à terra Iuda in Aegyptũ, credidimus, medelam priori exhibendam afflictioni nostræ, sed re ipsâ contrarium contigit; quandoquidem formidinis omnia experti sumus plena, cùm ille ex Aegypto iterum in nostram deuenerit terram.

2
Peccatorum detestatio aliquando ex desperatione, & propter interesse temporale, eaque est inutilis ad illorum remissionem.

Ipse tamen opinor, hæc esse eorumdem verba, quos in præcedenti versu ex desperatione, & cum animi exacerbatione locutos ostendi. Ita vt per ista ipsum suam magis patefaciant desperationem, & rationem, propter quam potissimùm sua detestari videbantur peccata, proprij nimirum commodi, & interesse, vt & de Rege Antiocho diximus. Pro cuius sensus intelligentia supponendum *pacis* nomine (vt sæpius dictum est) significatum quietum, fœlicémque statum, nec non & fœlicitatem, ac temporalium bonorum cumulum: & verbo (*expectauimus*) haud simplicem designari expectationem, sed auidam, intentam, sollicitam cum quadam oculorum, & animi inclinatione in rem desideratam, & expectatam, cum ardore, & anxietate: hanc nempe vim habet Hebraicum, quod hîc est verbum קוה *kauah.* Quamobrem istiusmodi expectatio verti nonnumquam solet sustinentia, vel patientia. Itaque cùm dicunt Iudæi. (*Expectauimus pacem, & non erat bonum*) quamdam in se commotam designant impatientiam, & desperationem, animique exacerbationem: æquè est enim ac si dicant, Sustinentiam, & patientiam hucusque habuimus, vt à Domino pax nobis aliquando daretur, & fœlicitas, nec vllum apparuit boni vestigium. Ita vt sic loquentibus id optimè dici posset, quod falsò contra sanctũ Iob protulit Eliphaz Themanites. [d] *Nunc venit super te plaga, & defecisti, tetigit te, & conturbatus es. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua?* d Iob 4. 5.

Expectare pacem quid sibi velit.

Hunc

3 *Deſperati animi verba peſſima.*

Hunc ſenſum magis exprimunt Hebræa, quæ propriè in infinitiuo ſic habent, (*Expectare ad pacem, & non bonum*) q. d. Quid iam tantum patientiæ ad expectandam pacem, cùm nullum ſit nobis bonum? Quid tantum expectare? Vt ſit quiddam ei ſimile, quo apud Iſaiam Iudæi item ſanctos irridebant Prophetas, ad ſuſtinentiam illos exhortantes, & ad expectandas diuinas futuræ pacis promiſſiones dicentes. [a] *Expecta, reexpecta.* Sicut & id quod hoc loco ſubiicitur, (*Tēpus medelæ & ecce formido*) ſeu, vt ad verbum eſt in Hebr. (*At tempus medelæ & ecce terror,*) ei ſimile eſt, quod ibidem apud Iſaiam illi addebant, B *Modicum ibi, modicum ibi.* Dicunt autem ſe expectaſſe tempus medelæ contritionis nimirum, & afflictionis ipſorum, quia ſæpe per Prophetas eis ex ore Domini iſtiuſmodi promiſſam recolerent curationem, ſicut per Hoſeam, [b] *Sanabo contritiones eorum, diligā eos ſpontaneè, quia auerſus eſt furor meus ab eis.* Bene autē ſanationi cōtritionis, id eſt, animi afflictionibus cōtuſi timorem opponunt, & terrorem, quia per terrorem exacerbatio potiùs fieret, quàm curatio contritionum, & afflictionum, quod meliùs Hebræa explicat vox, בעתה *bangathah*, quæ eum ſignificat timorem C qui hominem exagitat, & quaſi extra ſe conſtituit. Quo loco notanda in eodem Hebraico textu egregia paranomaſia temporis עת *ngheth*, & terroris בעתה *bangathah*.

a Iſai. 28. 10.

b Hoſe. 14. 5.

4 *In deſperatione ſæpe homines conuertūt iracundiam ſuam contra adulatores, & mendaciis ipſos decipiētes.*

Poſſet autem idem ſenſus ad alteram explicādi rationem aptari, & meliùs. Vt ex impatientia quidem, & deſperatione prolata hæc ſint; ſed magis contra eos, de quibus ſupra dictum vidimus, *A Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium: Et ſanabant contritionem filiæ populi mei, dicentes pax, pax: cùm non eſſet pax.* Pro quo ſenſu faceret verbum Hebraicum קוה D *kaueh*, quod & infinitum poteſt eſſe, & imperatiuum: ſi vertatur, (*Expecta pacem & non bonum, tempus medelæ, & ecce exagitatio,* ſeu *terror,*) quo vel ex Chaldæorum aduentu concutiebantur: Vel ex illorummet qui pacem, & medelam promiſerant verbis, quibus in præcedenti verſ. 14. exagitarant, terruerantque vniuerſos, dicentes, *Quare ſedemus? Conuenite*, &c. Facitque pro hac explicandi ratione verſio Sept. quæ Hebraicum verbum קוה in alio illius accipiens ſignificatu ſic habet. *Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona, in tempus medelæ, & ecce* σπουδὴ *ſpoudi,* E *trepidatio* iuxta Vaticanum Codicem Latinum, ſeu *feſtinatio*, iuxta Codices Complutenſem, & Regium. Vt hæc ab exacerbato Iudæorum animo prolata, ad mox dicta, *Conuenite & ingrediamur ciuitates munitas*, reſpondeant ſenſuſque ſit, Congregati aliàs ſumus ad pacem, & fœlicitatē iuxta veſtras pollicationes obtinendam, nihilque reperimus bonorum; In medelæ calamitatum noſtrarum, quod promittebatis tempus animum intendimus, & ecce nunc feſtinationem experimur ad fugam, & trepidatione concutimur vndequaque.

F

Verſ. 15.]Expectauimus pacem, & non erat bonum.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 Pravis & hæc tribuenda ſunt Religioſis, tam iis qui bono propoſito religionis habitum ſumpsēre, feruentes quidem ſpiritu in A principio conuerſionis ſuæ, ſed poſtea tepidi, refrigeſcente in eis charitate, primiſque euaneſcentibus feruoribus, in peſſima quæque dilapſi ſunt, quos in præcedenti verſu locutos vidimus, iuxta primum quē ibi attulimus ſenſum: Quàm aliis quos in ſecundo ſenſu eorumdem verborum. *Quare ſedemus?* &c. vel etiam in principio, maliſque initiis ex deſperatione Religionē adiēre. Sed diuerſimodè ab vtriſque hæc proferuntur, diuerſumque habent ſenſum, cùm à primis, atque cùm à ſecundis dicta ſumuntur.

Siquidem ſi primis ea tribuantur, eorum ſenſus hic eſt. Religionem ingreſſi vt in ciuitatem munitam, deteſtantes mundum, & omnia quæ in illo ſunt, expectauimus diu pacem internam à tantis, quibus concutimur hoſtium inſidiis, paſſionumque noſtrarum inſultibus, quibus iugiter cōflictamur vehemētiſſimis: Nec adhuc quidquā experti ſumus in vita iſta regulari, quod bonum re verâ nobis extiterit iucundum atque ſuaue, quale id pollicetur Euangelij, quo Dominus ait, [c] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, &, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Idque Pſalmi, [d] *Ecce quàm bonum,* C *& quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Inhiātes expectauimus, vt ſaltem temporis diuturnitate medela noſtris, quos è ſæculo nobiſcum tulimus, prauorum habituum morbis adueniret aliqua: Et ecce pro ſpe curationis, in maximam deuenimus formidinem; fieri ſcil. non poſſe, vt hac ratione vitam degeremus. Ex quo factum intellige, vt miſeri ij habenas (vt dici ſolet) ſenſui relaxarint, & carni, & in profundum deuenerint malorum, vt dictum eſt ſupra in verſ. 13.

Religioſi à primis feruoribus deficiētes, quò tandem delabantur tadij eius vitæ regularis.

c Matth. 11. 28.

d Pſal. 132. 1.

6 *Religioſi praui qui ex deſperatione illam ingreſſi ſunt quò tādem delabantur peruerſitatis, atque miſeriarum.*

Quod ſi iis hæc tribuamus, qui ex deſperatione in Religionem ingreſſi ſint, adeóque & peſſimam in ea agunt vitam, nec Religioſi verè D exiſtentes, nec ſæculares. Quod in his ſibi ij volunt, tale eſt. Expectauimus, quam nobis in mēte præfixeramus vitam in Religione habituros quietam, ſine vllo labore, ſine mœrore, ſine ærumnis, fœlicemque, ac delicioſum ſtatum (hæc enim omnia Hebræâ phraſi de qua egimus ſæpius, pacis ſignificantur vocabulo) & cùm in nouitiatu detineremur, nil in Religione ipſa reperimus, quod bonū nobis eſſet, & in rem noſtrā: quodque aliquid præ ſe ferret læti, (boni enim nomine hæc ſignificantur,) Et qui diligebamus, dies aliquando videre bonos, lætoſque, expecta- E uimus nouitiatus finem, ad illudque inhiauimus tempus, quod medelæ arbitrabamur adeo arctioris vitæ generis, & tantarum miſeriarum, anguſtiarumque noſtrarum. Et ecce vt primum tunc temporis laxius arripuimus viuendi genus, vt vel aliquando læti aliquid, & ſenſibilium voluptatum attingeremus, formidinis omnia comperimus plena, ne vel impediremur, vel pœna afficeremur aliqua. Peregregiè formidinem hanc, Græcum quod hîc adhibuēre Sept. explicat vocabulum σπουδὴ *ſpondi*, quod iuxta varias quas in expoſitione Literæ attulimus Latinas præſentis F ſententiæ verſiones, & feſtinationem ſignificat, & trepidationem. Quod certè illud eſt, quod peſſimi iſti Religioſorum patiuntur miſerrimum: vt cùm aliquod perpetrant ſcelus eorū quæ patrabant in ſæculo, formidātes ne detegātur, sūma id & cum feſtinatione peragant, & cum trepidatione. Ita vt illa eos attigiſſe videatur maledictio, quam in Iudaicum populum intulit Moyſes. [e] *Dabit tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore.*

Religioſi praui in iis quæ malè agere tentant ſemper ſunt in tremore, & feſtinatione.

e Deut. 28. 65.

VVL

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Quare ſedemus? &c.

Verſ. 15.] Expectauimus pacem, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα; συνάχθητε, καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς, καὶ ἀπορριφῶμεν ἐκεῖ, ὅτι ὁ θεὸς ἀπέρριψεν ἡμᾶς, καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς ὕδωρ χολῆς, ὅτι ἡμάρτομεν ἐναντίον αὐτοῦ. B

15. Συνήχθημεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά, εἰς καιρὸν ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ σπουδή.

Verſ 14.] Quare nos ſedemus? Conuenite, & ingrediamur in ciuitates munitas, & proiiciamur ibi: quoniam Deus proiecit nos, & potum dedit nobis aquam fellis: quia peccauimus coram eo.

Verſ. 15.] Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona, ad tempus medelæ, & ecce trepidatio.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quare nos ſedemus? Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter adduxit ſuper nos contritionem, & pudefecit nos: & potauit nos calice maledictionis peſſimæ, tamquam capitibus ſerpentum: quia peccauimus coram Domino.* Verſ. 15. *Expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus propitiationis peccatorum, & ecce vindicta delictorum.*

Hieronym. Confitentium peccata ſua voces.

Verſ. 14. & 15. (*Quare ſedemus, &c.*) Hieronymus. *Vox populi reſpondentis inducitur, & ſua vitia confitentis, & cohortantis ſe mutuò, vt ciuitates in-* A *grediantur munitas, ſiue vnam ciuitatem Ieruſalem, iam enim cæteræ captæ fuerant. (Et ſileamus, inquit, ibi, quia Dominus noſter ſilere nos fecit:) non enim habemus fiduciam deprecandi, ſiue (abiiciamur ibi) ſiue (proiiciamur) inſtar ſtercoris. Ipſe (potauit nos aquâ fellis:) quia dulcem in amaritudinem conuertimus Deum; Et vt tales biberemus aquas, cauſa perſpicua eſt. Peccauimus enim Domino. Et expectauimus pacẽ qui nihil boni operis feceramus: putabamuſque nobis tempus adeſſe medicinæ, cùm formidine, atque terrore omnia complerentur. Perſonarum mutatio, & maximè in Prophetis, difficilem intellectum facit: quæ ſi* B *ſuis locis, & cauſis, temporibuſque reddantur, plana fient quæ videbantur obſcura.*

Dulcē Deum in amaritudinem nobis conuertimus peccatis noſtris.

Perſonarum mutatio difficilem reddit Prophetarum intellectum.

2 D. Thomas.

D. Thomas. *Ponit populi miſeriam, (Quare ſedemus?) Vel ponit eorum præparationem, ponens mutuã exhortationem, (Quare ſedemus) in locis vrbium quaſi quieti? (Sileamus) quaſi ſtupentes, vel à tumultu belli ſup.* 4. [a] *Congregamini & ingrediamur, & exhortationum rationem, dum præuident pœnam, (Quia Dominus Deus noſter ſilere) ſtupore Thren.* 3. [b] *Repleuit me amaritudine, inebriauit me Abſynthio. Et confitentium culpam, (peccauimus) Pſalm.* [c] *Peccauimus* C *cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Et recognoſcunt expectationis ſtultitiam, expectauimus ſecundùm dicta pſeudoprophetarum, bonum, meritum pacis. Prouerb.* 10. [d] *Expectatio iuſtorum lætitia, ſpes autem impiorum peribit.* Ad finem huius capitis, *Nota*, inquit, D. Thomas, *quòd multiplex eſt ſilentium ſcil. ſtuporis, Hamos* 8. [e] *In omni loco proiicietur ſilentium. Securitatis, Iſai.* 32. [f] *Eritque opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternũ. Longanimitatis. Thren.* 3. [g] *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini. Et quietis Eccleſiaſt.* 8. [h] *Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Item nota quod* D *fugienda eſt ſocietas malorum, quia alliciunt verbis, 1. Corinth.* 15. [i] *Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Trahunt exemplis, Pſalm.* 17. [k] *Cum viro innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerteris. Afficiunt quantũ ad famam Eccl.* 13. [l] *Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Inuoluunt quantũ ad pœna, Num.* 16. [m] *Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ.*

a Ierem. 4. 5.
b Thren. 3. 15.
c Pſal. 105. 6.
d Prou. 10. 28.
Silentium multiplex.
e Hamos 8. 3.
f Iſai. 32. 17.
g Thren. 3. 26
h Eccleſ. 12. 11.
Conſortium malorum fugiendum.
i 1. Cor. 15. 33.
k Pſa. 17. 28.
l Eccl. 13. 1.
m Num. 16. 26.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα;] Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ ἐγεώργουν τὰ κατὰ θεόν. καὶ τί πλέον ἀσφαλείας γένοιτο ἄν, ὅταν ὁ θεὸς ὁ πάντα πᾶσι παρέχων τὴν ἀσφάλειαν προδίδωσι; δέον εἰπεῖν καταφύγωμεν ἐπὶ τὸν θεόν, ἔτι κάτω κεῖνται. ὁ τῆς φύσεως κρατῶν, καὶ ἄγονα τὰ δένδρα ποιῶν, οὐ πολλῷ μᾶλλον τὰ τείχη; [εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ἱστορίαν εἰς αἴγυπτον ἔφυγον ὕστερον. πρὸς δὲ διάνοιαν εἰς τὰς ἐκκλησίας παραινεῖ φυγεῖν.

Θεοδωρήτου.] προφητικῶς ὁρᾷ πάντας ἐπὶ τὰς τειχήρεις καταφεύγοντας πόλεις, καὶ τούτου μόλις λαμβάνοντας τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ καταλείψεως αἴσθησιν. καὶ διασύρει τούτων τὸ μάταιον. τίς γὰρ ἀσφάλεια προστατευομένου τοῦ θεοῦ; φησὶ γάρ, εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς. δέον εἰπεῖν ἐπὶ θεὸν καταφύγωμεν. [καὶ ἀπορριφθῶμεν ἐκεῖ.]

Ὀλυμ-

E Verſ. 14. QVARE *ſedemus? conuenite, &c.)* Olympiodori.] *Nec enim quæ Dei erant colebant. Et quid erit tutum, Dum Deus qui omnibus præſtat omnia, ſecuritatem negat? Cùm dicendum eſſet confugiamus ad Deum, iacent adhuc humi, Qui natura dominatur, arboreſque ad fructum ineptas facit. Quantò magis ipſa mœnia? Ingrediamur ciuitates munitas.)*

3 Olympiod. *Securitas nulla vbi illam Deus denegat. Confugiũ tutiſſimũ nobis ad Deum.*

F Olympiodori.] *Hiſtoricè ad Aegyptum tandem confugerunt; myſticè verò ad Eccleſias confugere cohortatur.*

Olympiod. *Confugiũ optimum ſunt Eccl ſiæ.*

Theodoreti.] *Prophetico ſpiritu videt omnes ad munitas cũfugere vrbes, & tũc vix adhuc ſe à Deo ſentire deſertos, Ideóque vanitatem ipſorum deludit, quæ abſque Dei ope ſecuritas? Ingrediamur vrbes munitas, dicendum erat confugiamus ad Deum.*

Theodoret. *Cõfugia pecatoris minimè tuta. Confugiũ nobis tutum ſit Deus.*

(*Et proiiciamur ibi.*)

Olym-

Ὀλυμπιοδώρου.] καθὸ τὸ, ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ.

[Καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς ὕδωρ χολῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅσον ἀγαθὸν ἡ θλίψις, ὕδωρ δὲ χολῆς ποῖον ἂν γένοιτο; τὴν ἔκβασιν || μαρτυρουμένην. ἃ ἔμελλον ἐρεῖν προλαβὼν ὁ προφήτης λέγει.

|| Videtur deesse verbũ (λέγει, aut simile.

[Συνήχθημεν εἰς εἰρήνην καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά.]

Θεοδωρήτου.] διό φησι. συνήχθημεν εἰς τὰς πόλεις, ὡς εἰρήνης, καὶ ἀσφαλείας τὸ βέβαιον ἕξοντες. καὶ σπουδὴν ἔσχον ἰάσεως, καὶ πλεῖον τῆς σπουδῆς γέγονεν αὐτοῖς οὐδέν. ἐσπούδασαν γὰρ μόνον, καὶ τοῦ σπουδαζομένου διήμαρτον. εἰ μὴ ἄρα τῆς αὐτῶν σπουδῆς ὀξυτέρους λέγει τοὺς πολεμίους, ἐπελθόντας σπουδῇ. τοιγαροῦν ἐπάγει. ἐκ Δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων. ὡς μὴ ψιλὸν αὐτῶν ἐφίστασθαι τὸν χρεμετισμόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐδόξαμεν φησι διὰ τοῦ νόμου καταλλαττεσθαι τῷ θεῷ. καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὐχ εὕρομεν ἀγαθά.

A Olympiodori.] Quò facit illud [a] Elegi deiici in domo Dei

Olympiod. a Psa.38.11.

(Et potum dedit nobis aquam fellis.)

Chrysostomi.] Vides quantum sit bonum tribulatio? Aqua verò fellis quæ fuerit? exitus fide firmatus: Quæ illi dicturi erant præueniens Propheta effatur.

Chrysost. Tribulationes conferunt ad peccatoris cõuersionem.

Vers. 15. (Congregati sumus ad pacem, & non fuerunt bona, &c.) 4

B Theodoreti.] Propter quod ait; congregati sumus in ciuitates, vt pacis, securitatisque firmitatem haberemus, & medicamen sibi parare studuerunt, sed è studio illo nihil consecuti sunt. Tãtum enim adhibuerunt studium, sed optatæ rei Compotes non facti sunt. Nisi fortè studio illorũ Perniciores dicat inimicos, qui celeriter aduenerũt. Itaque subdit, A Dan audiemus vocem impetus equorũ vt non nudus illorũ fremitus immineret.

Theodor. Mundanorũ inania securitatis studia.

Olympiod.] Viri sumus, inquit, per legem, nobis Deum conciliare, & cùm potentiam ipsius non intellexerimus bona non inuenimus.

Vers. 16.] A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a A Dã auditus est fremitus equorũ eius: A voce hinnituũ pugnatorũ eius commota est omnis terra, & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius.

EN [a] à ciuitate Dan, ait Dominus, quæ à parte Aquilonis vltimus est Iudææ terminus, & quam primò adibunt è Babylone in Iudæã venietes Chaldæi, auditus est fremitus equorum, quorũ numero maximo potentissimus est Chaldæorum exercitus: Tantusque erit hinnituum eorumdẽ equorum sonus, vt nedum Iudææ Regio, sed & terra vniuersa per illum commota videatur. Iam ferè venerunt hostium phalanges, agrosque omnes, & quicquid in terra repererint frugum, fructuum, & herbarum non comederunt modò, sed & deuorauerunt; Quin & vrbem quamlibet deuastabunt consumptis eius habitatoribus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 A Dan auditus est, &c. Iuxta versionem Sept. hæc eorumdem sunt verba, quorũ & quæ mox præcesserunt. Sic quippe legit. (A Dan audiemus vocem fremitus equorum eius. A voce hinnitus equitatus equorum eius mota est omnis terra, & veniet, & deuorabit terram, &c.) Magis tamen congruenter cum subsequentibus eadem iungi crediderim, vt illius sint quæ mox addet, Quia ecce ego mitto vobis Serpentes regulos, &c. Vulgatæ consentit, & lectio Hebraica. Non est autem quod in his explicandis diutiùs detineamur. Quæ enim dicenda forent de auditione hostilis exercitus Chaldæorũ, è Babylone in Iudææ regionẽ introeuntium per ciuitatẽ Dan, quæ à parte Aquilonis eiusdem erat regionis terminus, iã supra enarrata videri possunt in Exposit. vers. 15. cap. 4 Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolũ de mõte Ephraim. Quòd Chaldæorum exercitus equitatu in primis potentissimus esset, ostensum est eodẽ

C cap. 4. cum exponerentur verba illa vers. 13. Velociores Aquilis equi illius. Quòd (à voce hinnituũ pugnatorũ) seu, vt propriè est in Hebræo, (robustorum, seu fortium,) sc. equorum eius exercitus, aut Regis Nabuchodonosor commota dicatur omnis terra, intellige Scripturarum phrasi per hyperbolem dictum, prout eodem cap. 4. vers. 24. dictum obseruauimus. Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt. Quamquam istud quod de voce hinnituum pugnatorum dicitur, & de

Hinnituum vocabulo designati & festiui hominũ clamores.

D clamore optimè intelliges militum Chaldaici exercitus, cum iubilo ingredientium in ciuitates, quos festiuos clamores optimè hinnituum vocabulo expressos dices, quomodo Isai. 24. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, &c. hinniẽt de mari. Quem significatum est Græcum verbũ χρεμετίζω, vsurpatum videre est Aristophani in Pluto. Quòd deuorasse dicitur terram, intellige prout cap. 2. explicauimus, quod dicebatur, [b] Sanctus Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorãt eum delinquant. Quod additur, (Et plenitudinem eius,) intellige de frugibus, de fructibus, de her-

b Ierem. 2. 3.

E bis, denique vniuersis quibus Iudææ terra plena erat, vel ad hominum, vel ad aliorum animantiũ cibum deseruientia. Per (vrbem) intellige eiusdem terræ Metropolim Ierusalem. Hebræa sic vertũt totam sententiam istam Pagninus, (A Dan auditus est fremitus equorum eius, à sonitu hinnituũ equorũ fortium eius tremuit terra: & venerunt, & deuorauerunt terram, &c.) Vt in Vulgata. Quomodo & Regia, nisi quod in eo variat, (A voce hinnituum fortium eius.) Vatablus autem sic. (A Dan audietur ronchus equorum eius à voce hinnituum fortium, seu Caballorum eius mouebit, seu intremiscet vniuersa ter-

F ra: Venerunt, & deuorauerunt terram, & quicquid in ea est, ciuitatem, & qui habitant in ea.)

In his denique nota primò, relatiuum (eius) positum sine antecedente, phrasi Hebraicã, quæ & frequentissima est in Sacris literis. Nota secundò, rectè fremitus vocabulo redditam vocem Hebræã נחרת nahrath, quæ propriè significat sonitum, qui egreditur è naribus equi currẽtis. & sternutãtis, de quo iuxta nostrũ interpretem Iob 39. dicitur, [c] Gloria narium eius, sc. equi terror. Nota tertiò, vocem אביר abir, quam noster interpres

Relatiua sæpe poni in Scriptura sine antecedẽte.

c Iob. 39. 20.

vertit (*pugnatorum*) propriè significare robustum, potentem, fortem, ac validum, & tribui solitam Deo, Angelis, hominibus, tauris, & equis, prout hoc loco. Nota quartò, omnis terræ nomine, Iudææ potissimùm designatam terram, prout alibi sæpiùs. Denique & id nota, per hæc omnia ad viuum expressam ferocitatem Chaldæorũ exercitus.

Verſ. 16.] A Dan auditus est fremitus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA sensvs Morales.

2 *Vnde sit, vt fidelium multitudo quæ in Paschate & cõfessionis, & Eucharistiæ Sacramentis renouata est, illico in pristinã delapsa conspiciatur vitam improbam.*

QVi Sacrosanctæ Paschatis solemnitatis diebus multitudinem in templis intuetur fidelium, & peccata sua confitentium, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumentium, dicat fortasse intra se, fœlicem esse Christi Ecclesiã, quæ filios in se contineat tantos è Diaboli erutos potestate, adeóque & facilè ipsam ab hostilibus Dæmonum incursibus liberam prædicabit. Cùm tamen vel primo eiusdem solemnitatis die res ipsa contrarium doceat. Quandoquidem sæpe sæpius contingit, vt sacro illo tẽpore maiora à Diabolo, quàm vnquam aliàs Ecclesia sustineat damna. Istorum damnorũ, totiusque istius rei seriem, & rationẽ hoc loco prosequitur Dominus. (*A Dan auditus est fremitus equorum eius*, &c.) Dan, vt dictum est in litera, primus erat Iudææ locus, ad quem deueniebatur à parte Aquilonis, eratque propterea ad Aquilonarium Gentium fines, & in eodem erectum ab impio Rege Ieroboam seruabatur, & colebatur vituli idolum, de quo in 3.ª lib. Regum; Eos idcirco admodum aptè significat moraliter, qui in Iudæam quæ confessio interpretatur, deueniunt ab Aquilone, quem vt primo diximus capite, peccati cõstat esse typum. Eos inquam qui mox à peccatis ad salutarem quidem conuersi sint pœnitẽtiam, scelera confessi sint quæ admiserant vniuersa; sanctissimoque sese refecerint sacramento. Sed tamen ab ipsis peccati finibus elongati minimè sunt, prout operæ precium fuisset; à vita deliciosa, à præteritorum recogitatione peccatorũ, à sermonibus vanis; à prauis consuetudinibus, à periculosa negociatione, & cæteris similibus, quæ rectè peccati dixeris fines. Et quod multò in pœnitẽtibus hisce est peius, idolum tametsi confessi sint, seruarunt intra se, quod & colunt, prout in Dan colebatur vitulus aureus, adhuc res alienas apud se sine certa animi illas restituendi deliberatione retinentes, concubinam domi cohabitare sinentes, mulieris fornicariæ munuscula habentes, illicito negocio inhærentes, & similia, quæ nedum peccatis occasiones, sed & actus potiùs appellaueris idololatriæ cuiusdam prosequentes. Vnde nil mirum si à spiritali isto Dan auditus dicatur, (*fremitus equorũ eius.*) scilicet Diaboli (ponitur relatiuum sine antecedente, ne abominandi Diaboli nominis fiat cõmemoratio) nec non & (*hinnituum pugnatorum illius.*)

a 3.Reg.12.29.
Confessio nil prodest ei qui non elõgatur à peccati finibus.

3 *Equi Dæmonum sunt nostræ concupiscentiæ, & carnalia desideria.*

Porrò Diaboli quibus intra miseram nostram animam pugnatur, equi concupiscentiæ nostræ sunt, de quibus Iacobus Apostolus, [b] *Vnde bella*, inquit, *& lites vobis? Nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris*: nostræ item carnis desideria sunt, de quibus Petrus item Apostolus, [c] *Obsecro vos*, ait, *tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.* Nota discrimen duorum sonituum, seu vocum istis tributarum equis, fremitus, atque hinnitus. Cùm enim duæ sint præcipuæ animarum partes, irascibilis altera, altera verò concupiscibilis, prædictis Diaboli equis vtrinque pugnari significatur: fremitum emittunt, quatenus ad peccata impellunt irascibilis: Siquidem fremitus commoti, & indignantis est affectus, adeóque tunc potissimùm temporis equo tribuitur in lib. Iob, cùm indignatus describitur expectare buccinæ sonitum in prælium, [d] *feruens, & fremens sorbet terram nec reputat*, id est, & *diffidit tuba sonare clangorem.* Et de peccatore in quo istiusmodi equi fremitus ediderint, & victoriam reuexerint, legimus in Psalmo, [e] *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet* præ indignatione: *desiderium peccatoris peribit.* At verò hinnitus præ se fert potiùs affectum libidinis, quem carnalia ingerunt desideria, prout supra vidimus, cùm in cap. 5. diceretur. [f] *Equi amatores, & emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.*

b Iacob 4.1.
c 1.Pet.2.11.

Fremitus indignationis sonus.

d Iob.39.24.

e Psal. 111.10.
Hinnitus libidinis affectum præ se fert.
f Ierem. 5.8.

4 *Duorum affectuum, indignationis, & libidinis tentationibus animas perturbant Dæmones.*

Et nota, quòd istorum duorum duntaxat fit commemoratio excitationis affectuum, quia duobus his potissimùm omnis ex Ecclesia, & quies tollitur, & sanctimonia. Quod subindicasse visus est Paulus Apostolus cùm in epistola ad Hebræos: [g] *Pacem*, inquit, *sequimini cum omnibus*, id est, Nulli indignatos vos exhibentes, *& sanctimoniam*, id est, puritatem à libidine omni, vnde subdit, *Sine qua*, scilicet sanctimonia *nemo videbit Deum.* Totum autem hoc mox declarans, addit, [h] *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat & per illam inquinentur multi*, de primo loquens affectu indignationis: tum & de libidinis altero subdit, *Ne quis fornicator aut prophanus*, &c. Clariusque idem Apostolus alibi eadem de re agens ait, [i] *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum.* Sic de affectu libidinis: Audi & de affectu indignationis. *Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus.*

g Hebr. 12.13.
h Hebr. 12.15.
i 1.Thessal. 4.3.

5 *Libidinis tentationibus Dæmones efficaciùs pugnant contra quoscumque fideles.*

Et nota, quod quamuis iure optimo, vt diximus, horum duorum affectuũ meminerit hoc loco Propheta metaphorâ fremitus, & hinnituum equorum Diaboli: de secundo tamen multò loquens efficaciùs ait, *A voce hinnituũ pugnatorum eius commota est vniuersa terra.* Omnis nimirum fidelium Ecclesia. Cuius motus, & perturbationis rationem subindicasse mihi visus est Paulus, cùm post præallata, subiicit: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationẽ.* Quia sc. Christianismus est professio castitatis, & detestatio libidinis cuiuscumque illicitæ. Prout sese explicat magis in epistola ad Ephesios, dicens. [k] *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata.* Et hæc fortasse est ratio, cur hoc secundo loco cùm sub equorum item metaphora de carnalibus agitur desideriis, non equi simpliciter, sed pugnatores Diaboli ea nominãtur, (*A voce hinnituũ pugnatorũ eius*

Christianismus est professio castitatis, & puritatis.

K Ephes. 5.25.

eius commota est omnis terra,) quia his frequentiùs, acerbiùs, tutiusque Dæmones suas perficiút pugnas. Nec suo vacat mysterio, quòd non (*terra*) simpliciter per pugnatores istos cómota dicitur, sed (*omnis terra:*) quia contra omnes cuiuscumque generis, siue iuuenes sint, siue senes, cuiuscúque dignitatis pugna habetur pugnatoribus istis, & vix fidelium reperire sit aliquem, qui à voce hinnituum ipsorum commoueri se non sentiat aliquando.

6 (*Et venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius.*) Venerunt morales prædicti equi, cócupiscentiæ, & desideria præexpositorum affectuu indignationis, atque libidinis, equites suos insidentes spiritales nequitias habentes, cú vniuerso multiplicium vitiorum comitatu, quæ sub eorú militant vexillis. Primò sonos emisêre fremitus, atque hinnituum prauarum suggestionum suarum. At post earum suggestionum auditú primum in Dan, vt explicatu est, tum & in reliquis ferè omnis Ecclesiæ fidelibus, Veniút, in singulos quos irrúpentes, & possessionem quodammodo ipsorum adeuntes: non vt solummodo transeant; quomodo veniunt plerumque in iustos primis in cogitationibus, qui & propterea ea vsurpare queunt verba, quæ, in alio tamé sensu, à Christo Domino prolata fuêre.[a] Venit Princeps huius mundi in nos inequitans cósuetos suos prauarú cogitationum, & desideriorum equos, attamé in nobis nó habet quidquá possessionis. Quomodo autem venientes, possessionémque capientes se gesserint. Audi (*Et deuorauerunt terrá,*) Cùm de equis sermo sit, deuorandi verbo consumptio significatur terræ, quæ conculcatione, & euersione fit bonorú omniú, quibus aliòquin terra repleta erat, atque decora, gratiæ nimirú Dei, herbæ salutaris spei, foliorum sanctorum verború, frugú diuinorú Sacramentorú, vini charitatis, diuinarumque consolationum, fructuú virtutú multarum. Ista horum equorum deuoratio rectè deuorationi ignis potiùs quàm hominis, vel oris animalium assimilatur. Vnde de vno eorum equorú genere, quod est circa libidinis affectum in lib. Iob dicitur,[b] *Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.*

Dæmones quẽ modú, & ordinem seruẽt in debellãdis fidelibus.

a Ioã. 14. 31.

Dæmones quo modo deuorare dicantur spiritalẽ animarum terram.

b Iob. 31. 12.

Libidinis ignis quomodo in anima omnia cósumat.

Quæ autem de affectu isto dicuntur libidinis, haud dubium quin & de altero quoque affectu dicantur iracundiæ, quam vt supra sæpe ostésum est, ignis naturá, & effectus in Sacr. quoque literis sortiri nouimus; vnde de ira sua Dominus.[c] *Ignis* inquit, *Succēsus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terrá cum germine suo.* Neque verò est quòd miretur quisquá, deuorationé animæ, & omnium genimінú, quæ duobus iam expositis ignibus, iræ, ac libidinis fit, tributá equis Diaboli, cùm & in lib. Apocalypsis de talibus equis legatur,[d] *Et de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.* haud dubium quin sulphur intelligatur ignitum, per quod ea designátur, quę ad libidinis spectant affectum, cum flamma, & fœtoré quoque emittentia teterrimum: sicut & per ignem simplicé ea signantur, quæ ad effectú pertinent iræ. Quibus meritò & fumus additur in medio, per quem certum est superbiá, inanemque gloriam significari, quæ semper & iracúdiæ, & libidinis comes est: adeo vt ita per duo, quorú hîc fit apud Ieremiam mentio, facta intelligi debeat deuoratio, de qua loquimur, vt simul adsit & tertium, quod ad superbiam attinet. Prout apertè mox in libro item Apocalypsis sic explicatur.[e] *Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars*

7 *Ira est ignis omnia in anima deuorans.*

c Deut. 32. 22.

Libidine, iracundiá, atque superbiá Dæmones deuorãt omne animæ bonum.

d Apoc. 9. 17.

Libido designata per sulphur.

Superbia significata per fumú est semper comes libidinis, & iracundiæ.

f Apoc. 9. 18.

A *hominum, de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum,* sc. equorum, in Dæmonum videlicet suggestionibus.

(*Vrbem & habitatores eius.*) Per hoc quòd vt à 8
superioribus distincta hæc adduntur, distincta quædá à prædictis Diaboli equis facta significari videtur deuoratio. Adeoque vt duplex intelligatur ab iis facta deuoratio: quod mox dictum est. (*Et deuorauerunt terra, & plenitudiné eius,*) aliter ac exposuimus, potest explicari, vt terræ nomine Mundus intelligatur, in quo terrena dútaxat sunt in pretio & terræ, terrenisque studetur: plenitu-
B dinis verò eius terræ, & mundi, homines designétur sæculares, atque mundani, aptè sanè isto appellati plenitudinis terræ vocabulo, qui præ malitia, & inutilitate ad vera capessenda bona, quasi ad id solummodo nati videantur, vt terram impleant, Quomodo ij apud Horatium lib. 1. epist. epistolá 2. de semetipsis dixêre, *Nos numerus sumus, & fruges cósumere nati.* Quomodo & apud Homerum Iliad 18. Achylles, quod Græcos nihil iuuaret, *sed sedeo,* inquit, *apud naues inutile pondus terræ.* Vnde Prouerbiú, vt istiusmodi inutiliú hominú genus terræ pondus dicantur. Sic de similibus a-
C pud Ezech. quoque legimus dicentem Dominú,[g] *Et dissipabo terrá, & plenitudinem eius in manus alienorum.* Porrò cùm per vrbem literaliter hîc significetur totius Iudææ Metropolis Ierusalem, aliàs Ciuitas sancti appellata, quòd in ea specialiùs resideret Deus in téplo sancto suo; in ea Sacerdotú exercerentur officia, in ea sacrificia offerrétur, & victimæ, ad quam & in præcipuis solemnitatibus vniuersus Dei confluebat populus: Quá & supra vers. 14. Ciuitatem munitá vidimus nuncupatá: Rectè vrbis nomine & Ecclesiasticorum, & Reli-
D giosorum designantur status, quatenus religio, & vita regularis, ciuitas munita iá dicta est. Istius autem Vrbis, seu ciuitatis munitæ habitatores viri ipsi sunt & Ecclesiastici, & Religiosi, quique vel claustra incolunt Religionis alicuius, vel beneficiorum quibus opulenti sunt, Ecclesiarú habitant domos, palatia, & oppida. Hocque illud est quod & summam vnicuique ingerit admirationem, & summum impassibili ité Deo, vt ipsemet paulò post explicabit vers. 18. infert doloré: quòd prædictis Diaboli equis concupiscentiarum, & carnalium desideriorum ignem spumantibus, ne-
E dum Mundus mundanique, ac sæculares, & terreni homines deuorantur, verùm & qui præstátiores in Christianitate sunt, Ecclesiasticus, & Regularis status, virique Ecclesiastici, Clerici, beneficiarij, & Sacerdotes, necnó & Religiosi eorumdem plerumque subeunt deuorationem.

Mundani appellati plenitudo terræ, sicut & pondus terræ.

Horatius.

Homerus.

g Ezech. 30. 12.

Ecclesiasticorum & Religiosorum deuoratio facta à Dæmonum equis concupiscentiis, & desideriis carnalibus summam excitat admiratioñé.

Quæ iá diu præsignificata videre est in lib. Iob, 9
vbi de spiritali Behemoth Diabolo hæc habétur, *Absorbebit* [g]*fluuiú, & non mirabitur: & habet fiduciá, quod influat Iordanis in os eius.* In quorum declarationé non erit abs re, si verba afferamus Gregorij Papæ in lib. 33. Moral. c. 8. dicentis. *Qui fidem iam veritatis agnouerunt, sed viuere fideliter negligunt, re-*
F *ctè fluuius dici possunt, quia videlicet deorsum fluunt. Iordanis verò Hebræo vocabulo descensio eorú dicitur. Et sunt nonnulli qui viam veritatis appetentes semetipsos abiiciunt: atque à vita veteris elatione descédunt, cùmque æterna cupiunt, valde se ab hoc mundo alienos reddunt, dum nó solùm aliena non appetút, sed etiá sua derelinquunt, & non solú in eo gloriam non quærút sed hãc cum se obtulerit, etiam contemnunt. Hinc est enim quòd voce veritatis dicitur.*[h] *Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Semetipsum abnegat, qui calcato typho superbiæ ante Dei oculos esse se à se alienum*

g Iob. 40. 18.

Diabolus haud cótentus est ex Mundanorú perditione, sed satagit & Ecclesiast. & Religiosos superare.

Greg. PP.

h Luc. 9. 23.

a Psal.41.7.

demonstrat. Hinc Psalmista ait,[a] *Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim. Iordanis quippe, vt dixi, descensio. Hieronim autem Anathema, id est, alienatio interpretatur. De terra igitur Iordanis, & Hermoniim Dei reminiscitur, qui in eo quòd semetipsum deiicit, atque à se alienus existit, ad conditoris sui memoriam reuocatur. Sed antiquus hostis pro magno non habet, quod sub iugo suæ tyrannidis terrena quærentes. Propheta quippe attestante cognouimus, quia Esca*[b] *eius electa. Sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis iungi iam cælestibus contemplatur. Eosque insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ à præsentis vitæ gloria semetipsos deiicere agnoscit. Et habet fiduciam quod in os eius, & Iordanis influat: quia nonnumquam calliditatis suæ insidiis eos etiam qui iam electi putantur, necat.* Hæc Gregorius.

b Habac.1.16.

VVLGATÆ.

Verſ. 16.] A Dan auditus est, &c.

SEPTVAGINTA.

C

16. Ἐκ δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ. ἀπὸ φωνῆς χρεμετισμοῦ ἱππασίας ἵππων αὐτοῦ ἐσείσθη πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἥξει, καὶ καταφάγεται τὴν γῆν, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, πόλιν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ.

Verſ. 16.] E Dan audiemus vocem fremitus equorum eius: & voce hinnitus equitatus equorum eius commota est omnis terra: & veniet, & deuorabit terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitantes in ea.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Pro eo quòd coluerunt vitulum qui est in Dan. Rex cum exercitu suo ascendet super eos, & trans-*

A *migrare eos faciet: à voce conculcationis fortium suorum commouebuntur omnes habitatores terræ: & venient, & deprædabuntur terram, & plenitudinem eius, ciuitates, & habitantes in eis.*

Verſ. 11. (*A Dan auditus est, &c.*) Hyppolitus Martyr. lib. de Consummatione mundi qui habetur inter opera Iustini Martyris. *De Anti-Christo prædictum apud Ieremiam his verbis, (E Dan audiemus vocem acutissimam equorum eius.)*

Anti-Christus à Dan. Hyppolitus Mart.

Irenæus quoq; Mart. lib. 5. aduersus hæres. c. 30. *Ieremias non solùm subitaneum Anti-Christi aduentũ,*

B *sed & tribũ, ex qua veniet manifestauit dicẽs, Ex Dã audiemus vocem velocitatis equorum eius, à voce hinnitus decursionis equorum commouebitur tota terra, & veniet, & manducabit terram, & plenitudinem eius, & ciuitatem, & qui inhabitant in ea. Et propter hoc non adnumeratur tribus hæc in Apocalypsi cum his quæ saluantur.*

Irenæus. *Anti-Christus è tribu Dan, & ideo ea tribus non numeratur in Apocalypsi inter saluandos.*

Hieronym. (*A Dan auditus, &c. Non igitur vt* 2
supra Sept. transtulerunt, dixit populus. Ingrediamur ciuitates munitas, sed ciuitatem munitam, vt significet Ierusalem. Denique & nunc infert: vrbem & habitatores eius. Describitur autem à Dan per Phœnicem veniens cum exercitu Nabuchodonosor, in quo loco fluuius Iordanis oritur: Et quæ Sept. futura, Hebraicum pro veritate rei iam facta commemorat.

Hieronym.

Gregorius Papa lib. 1. Expos. in 1. li. Regũ super ea capitis secundi verba.[a] *Quare facitis res huiusmodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo. Tatò, inquit, peius delinquitis, quantò fœdius vniuersum populum vestro crimine maculatis. Simile etiam aliquid per prophetã dicitur, (A Dan, inquit, auditus est fremitus curruum, & equorũ eius.) In quo nimirum loco non est intelligendum, quòd à Dan auditum sonitum referat: Sed quòd ipse curribus, & equis sæuiens eumdem sonitum qui audiatur agat.*

Greg. PP. *Exẽplis malis præsertim Ecclesiasticorum maculatur vniuersus populus.* a 1.Reg.2.

D D. Thomas. *Ponit hostium persecutionem, & famam, (A Dan) sup. 4.*[b] *Vox annunciantis. Ponit etiam effectum famæ, (A voce) hyperbolicè, vel Metonymycè, Psal.*[c] *commota est, & contremuit terra, & etiam inflictam per eos pœnam, (& venerunt, &c.) (plenitudinem) scil. fructus Psal.*[d] *Comederunt Iacob.*

D.Thom. b Ierc. 4.15. c Psal.17.8. d Psal.78.6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΚ δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐν ταῖς τιμωρίαις ὁ θεὸς ἀεὶ μείζονα τῆς κολάσεως τὴν ὄψιν δείκνυσιν. ἐκ προοιμίων αὐτὴν φοβερὰν εἶναι ποιεῖ, ἵνα τοῦτο γένηται διόρθωσις. ἐπαίρει τοῖς λόγοις, ἐπαίρει τοῖς ἔργοις, καὶ τὰ προοίμια δείκνυσι χαλεπά, ἵνα φοβηθέντες, καὶ σωφρονισθέντες, μηκέτι εἰς πεῖραν ἔλθωσι τῶν δεινῶν.

E Verſ. 16. E *Dan audiemus vocem fremitus equorum, &c.*) 3

Chrysostomi.] *In pœnis infligendis Deus semper ipsam pœnam maiorẽ apparere vult. Ipso in exordio horrificam ostendit illam, vt emendationis causa fiat. Extollit verbis, extollit operibus, & graue præmium obiicit, vt perterrefacti, & ad bonam frugem deinceps fugiant malorum experimentum.*

Chrysost. *Pœnas inferens Deus in peccatores ipsas in principio maiores apparere facit, vt maiorem itẽ ex eis capiat fructũ è peccatorũ conuersione.*

a *Quia ecce ego mittã vobis Serpentes regulos, quibus nõ est incantatio, (seu à quibus non est euellere) & mordebũt vos, ait Dominus (seu & mordebũt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.*

Verſ. 17.] Quia ecce ego mittam vobis Serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IPSOS[a] *ecce ego Dominus in vos mitto Chaldæos ita terribiles, ita crudeles, & immisericordes, vt meritò pessimis quibusque comparari queant le-*

F *thiferis serpentibus, quibus nil auferre quis possit veneni, & virium, atque sæuitiei, vel si quascũque adhibuerit incantationes: quique adeo veloces sunt, vt nec euadere illos, nec resistere illis quis valeat: Et qui ita arctè instar hirudinis ore, dentibusque, ac totius corporis nexibus homini affiguntur, vt ab illis sese euellere nemo valeat. Et tam acerbè isti vos mordebunt Serpentes, vt præ illorum morsuum cruciatu vnusquisque vestrûm desperans dicturus sit, Dolor iste quo hisce crucior morsibus, omnem alium superat dolorem; talis certè is est, vt meum quoque transfigat cor.*

EX

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Quia particula sem. so- lita sæpe vt redundans & ornatus causâ.*

QVIA *ecce ego mittam*, &c.) Particula (*quia*) efficit vt tribus modis ea quæ in hac sententia dicuntur accipi queant. Si enim illa sumatur posita vt redundans, prout sæpius præsertim in principio orationis Hebraicâ phrasi adhiberi solitam ostensum est aliâs, quomodo apud Latinos enimuero, verùm enimuero, quæ in principio sententiæ ornatus duntaxa causâ adhibentur, profectò hæc noua erit oratio, à superiori minimè dependens, eiusdem tamen argumenti crudelitatis, & ferocitatis Chaldæorum. Qua ratione absque dubio sumi ea debet in versione Sept. Secundùm quam in vers. præcedenti locuti sunt Iudæi, & in hoc, atque in vers. 18. ad ipsos Iudæos loquitur Deus, vt suo loco patefaciam.

Cæterùm si eamdem particulam (*Quia*) iuxta eius proprietatem vt causalem isti præpositâ velimus sententiæ: Tunc duobus modis ea quæ hîc dicuntur accipi queunt, vel vt iuncta cum præcedentibus, prout in illorum expositione dixi, vt ista adiecta sint in rationem confirmantem ea, quæ mox prædicta fuerant de exercitus Chaldæorum ferocitate. Vel vt iuncta cum subsequentibus, vt specialis hic afferatur ratio eius quod in vers. 18. dicitur, *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mærens.*

2 Ait igitur Dominus, (*Quia ecce ego mittam*,) celeritatem futuri euentus designans particula (*Ecce*,) quæ & rei præsentis indicatiua est, & rem significat nouam, atque admirationem, & stuporem causantem. Neque suâ caret vi adiectum pronomen (*Ego*,) vt intelligamus, Deum quodammodo immediatè singulos Chaldæorum militum in Iudæos immisisse. Appellat autem eosdem Chaldæos (*Serpentes regulos*) quòd istiusmodi serpentum genus vel visu interficiat, fortasse vt designet etiam horrorem ferocis aspectus illorum, quo terrore concussis plurimis mortem allaturi ij sint. Quamquam fortasse meliùs dixerimus, haud speciales serpentes illos, quos vulgo Basiliscos nuncupamus, regulorum nomine hic designatos, sed indefinitè serpentes pessimos, eosque qui inter lethiferos præcipuum & quasi regium obtinent locum. Vnde Hebraicum nomen צִפְעֹנִים *tziphngonim* quod nec apud Hebræos constat quale propriè significet serpentis genus, aliis censentibus significare regulos, & Basiliscos, prout sæpius à nostro verti solet interprete, aliis Viperas, aliisque Aspidem, sicut id & noster vertit interpres Isai. 59. [a] (*Oua Aspidum ruperunt*: bene à Sapientibus Senioribus Sept. redditum est, ὄφεις θανατοῦντας (*Serpentes lethiferos*.) Quin etiam id quod mox subiicitur, (*Et mordebunt vos*) palàm facit, non tam de iis hic agi serpentibus, qui oculis, visuque, quàm de iis qui morsu interficiunt.

Serpentes reguli dicti qui sunt serpentium pessimi, & specialiter Basilisci.

a Isai. 59. 5.

3 (*Quibus non est incantatio.*) Ita pariter & in textu Hebraico, & in versione Sept. iuxta Codicé Vaticanum, & plerosque alios sic legentes, οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾶσαι. (*Quibus non est incantare*,) seu *incantatio*:). Quãquam iuxta alios Codices, in primisque Complutensem, & Regium aliter sic legatur οἷς οὐκ ἔστιν ἐκσπᾶσαι, (*A quibus non est euellere.*) Quam lectionem, duobus modis explicat Martinus del Rio, tomo primo Adagiorum, Adagio 831. Primò, à quibus non est euellere, id est, quos non potest quis magico carmine sopire, & veneno exarmare, ne noceant. Secundò: Qui adeo veloces erunt, (vtpote alati) & sæui, & lethales, ac terribiles, vt nec euadere illos, nec resistere illis, aut eripere vos queatis. Aliter tamen ipse verbum acciperem (*Euellere*:) Vt nimirum per illud significentur eius naturæ serpentes, qui ita arctè instar hirudinum ore suo, dentibusque ac totius corporis nexibus hominibus affigantur, vt ab illis sese euellere valeat nemo: Quicquid verò sit de versione Sept. Redeamus ad lectionem nostram.

A Serpẽtibus pessimis nõ est euellere, quid significet.

Martinus Del Rio.

4 (*Quibus non est incantatio*,) id est, Quibus nil abstuleris veneni, & virium, atque sæuitiei, si quaslibet magicas adhibueris incantationes; vt sit allusio ad vulgarem veneficorum morem, qui ex pacto cũ Dæmonibus inito carminibus quibusdam prolatis serpentes vel ad destinatum pertrahunt locum, vel impotentes reddunt, vel absque veneno, Dæmonibus nimirum ea omnia in ipsis operantibus serpentibus, in quibus (vt bene notat Augustinus lib. 11. de Genes. ad litt. cap. 28.) postquam in Serpentis specie Euam decepit, magis quàm in animalibus cæteris suas exercent operationes. Porrò mos est Sacrarum literarũ, vti phrasi istâ, *Non admittendi incantationes*, tamquam proprio vtatur epitheto pessimorum, & lethiferorum Serpentum, quorum venenatos morsus euadere nemo queat. Sic in Psal. 57. [b] *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas: Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Sic & in lib. Ecclesiast. vbi Vulgata legit, [c] *Si mordeat Serpens in silentio*, In Hebræo. & in versione Sept. habetur, *Si mordeat serpens sine incantatione*, id est, non admittens incantationem. Ita autem hoc loco apud Ieremiam istâ Dominus vsus est phrasi, vt & ineuitabilem serpentum in similitudinem assumptorum significaret malitiam, sæuitiamque pessimam: & crudelissimam ac implacabilem aduenientium Chaldæorum designaret naturam, vtpote qui adeo feri erant, & barbari, vt nullis precibus, nullaque ratione ad misericordiam flecterentur. Id quod alio pacto expressit sup. in cap. 5. cùm diceret. [d] *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, &c. gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.*

Serpẽtum incantatio fit ex pacto inito cum dæmone.

1 Augustinus.

Incãtationes non admittere, vt proprio epitheto pessimorũ Serpẽtum vtitur Sacra Scriptura.

b Psal. 57. 5.

c Eccles. 10. 11.

d Iere. 5. 15.

5 (*Et mordebunt vos*, Vers. 18. *dolor meus super dolorem, in me cor meum mærens.*) Sept. iunctim ita hæc legunt, (*Et mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.*) Ad sensum potiùs quàm ad verba respicientes Hebraici textus. Ad quem sensum referri potest, & quod in Hebr. & in nostra Vulgata primum dicitur, (*Et mordebunt vos, ait Dominus*, tum distincto Versu subiicitur. (*Dolor meus super dolorem*,) Si illorum sequamur sententiam, secundùm quam quod dicitur, (*Dolor meus*, &c.) ab eodem quidem asseritur Domino, de quo mox dictum est, (*ait Dominus*,) sed asseritur, vt eloquium Iudæorum, quos Serpentes momorderint, per Mimesim nimirum ipso referente, quæ illi in tantis, quibus per Chaldæos prementur calamitatibus, dicturi sint, & quâ ratione suos & dolores expressuri sint, & cruciatus. Vt sensus sit, Et tam acerbè mordebunt vos, vt præ eorum morsuum cruciatu vnusquisque vestrùm dicturus sit, (*Dolor meus super dolorem*,) id est, Dolor iste, quo morsibus talium serpentum crucior, omnem alium superat dolorem. (*In me cor meum mærens*,) id est, talis is certe est, vt meum ipsum transfigat cor.

tem munitam,) vel vt munitissimam Ierusalem designaret, posuit noster Interpres, vel vt munitam quamlibet significaret ciuitatem, singulare vsurpans pro plurali; pluraliter enim habent originalia Hebr. & Græca, (*In ciuitates munitas*, seu *munitionis*:) quomodo & supra in cap. 4. in simili mutua excitatione, [a] *Clamate fortiter & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas.* In Hebræo pro, (*Quare sedemus*) est על־מה אנחנו ישבים *ngal mah anahnu iosciebim.* Quod Pagninus vertit, (*Propter quid nos manemus?*) Regia, (*Propter quid nos sedentes?*) Vatablus, (*Ad quid sedemus*, seu *desidemus nos?*) Potestque etiam verti, (*Cur nos moramur?*) Italicè diceremus, *Che stiam' à fare?*

d Ierem. 4. 5.

2 *Silendi verbũ æquiuocum in scripturis.*

(*Et sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*) Silendi verbum hoc loco æquiuocum est, sicut & verbum Hebraicum. Vnde factum est, vt & diuersimodè lectio nostra exponeretur, & diuersimodè pariter lectio vertatur Hebraica. Pagninus enim vertit. (*Et deficiemus ibi, quia Deus noster deficere fecit nos.*) Regia. (*Et silebimus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*) Vatablus, (*Et illic taciti simus*, vel *quiescamus, quia Dominus Deus noster compescuit nos, seu deleturus est nos.*) Isidorus Clarius. (*Et pereamus ibi, quia*, &c.) Quem sensum secuti videntur Sept. cùm verterint, (*Et proiiciamur ibi, quia Dominus abiecit nos.*)

Si iuxta propriam eius vim, & significationem id in nostra Vulgata sumere quis velit verbum silendi. Quod hic dicitur exponat, vel, vt

Io. Maldon. Ioan. Maldonatus, Nihil moliamur ibi, non prouocemus hostem, non resistamus illis, tantùm defendamur muris, vt fœminæ solent facere obsessâ vrbe, quia Dominus silere nos fecit, id est, imbecilles, ac timidos reddidit.

Hug. Card. Lyra. Vel, vt Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, & alij, Sileamus sicut obsessi in ciuitatibus de die solent, vt audiant ex qua parte sit insultus, & illuc currant, de nocte autem clamant, ne dormiant, & vt videantur non timere hostes.

Vel, vt alij, sumat hæc vt dicta ab aliquibus Iudæorum bonis, vel à Propheta sub omnium persona id quod dicere debuissent: (*Sileamus ibi,*) nullas aduersùs Deum emittentes querelas, cùm nihil habeamus quod respondeamus; quandodem digna factis recipimus, peccauimus enim Domino: Sileamus, cùm nec aduersùs iustè punientem habeamus murmurandi licentiam, silere enim nos Deus ipse fecit, nostram confringens arrogantiam. Vel demum de silentio hæc

Hugo Card. intelligens orationis, expone, aut sicut Hugo Cardinalis, vt dicta in bonum item sensum. (*Sileamus ibi,*) id est, non præsumamus voce apertâ orare Deum; sed silenter in corde peccata nostra ibi cogitemus. Aut, vt in malum sensum, & per desperationem prolata, prout arbitrati sunt alij. Silentium nobis deprecandi Deum imponamus, quia tot nobis intulit flagella, vt iam nulla nobis suppetat ipsum exorandi fiducia.

3 *Silentiũ obseruant sancti in ærũnis.*

Mihi non probatur, à iustis hæc prolata, & ab iis qui inter Iudæos essent boni. Quamuis enim sat habeam exploratum, frequenter in Sacris literis silẽtium in exemplum adductũ, quod iusti ac sancti viri in maximis ærumnis obseruare consueuerunt, iuxta illud Isaiæ, [b] *In silentio & in spe erit fortitudo vestra*: & illud Prophetæ nostri. [c] *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.* Hoc tamen loco totum Iudaicum populum ad silentium semet inuicem per desperationẽ quãdam excitare crediderim: idque tripliciter: Vel

b Isai. 30. 15. f Thren. 3. 25.

Ad silentium excitant se aliquãdo impij ex desperatione.

A ingruentem maximam deplorantem confusionem: Vel ad ineuitabiles desperatu in accurrentem ærumnas, atque dolores. Vel paratam, & certam intra munitas quoque ciuitates mutuò sese cum animi exacerbatione promouentem ad mortem: Ita vt tres æquè bonos eorum quæ hîc dicuntur censeam sensus.

Et quidem quoad primum, frequens est & in sacris, & in prophanis literis, vt impiis cõuictis, atque confusis silentium tribuatur ad magnam confusionem ipsam suam contestandam, vtpote qui stupidi remaneant, nec præ confusione audeant hiscere, iuxta illud Psalmi. [d] *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Sic Micheæ 7. de impiis Gẽtibus dicitur, [e] *Videbunt Gentes & confundentur, ponent manum suam super os suum*, vt silentio scil. propriam testentur confusionem, Sic apud Hoseam idipsum significans, quod hîc Iudæi asserunt, (*Quia Dominus silere nos fecit,*) [f] *Noctè inquit, Deus tacere feci matrem tuam.* Confusam sc. & conuictam, prout bene sic eadem reddit Chaldæus. *Et confusione induam congregationem vestram.* Sicut & id quod ibidem mox subiicitur, [g] *Conticuit populus meus eò quòd non habuerit scientiam*, id est, Conuictus & confusus tacuit, nesciens quid responderet Chaldæus, *Insipiens factus est populus meus*, id est, Nihil respondere potuit more insipientis qui non habet quid loquatur. Per quod bene Franciscus Ribera ibidem notat optimè intelligi quod Lucæ 6. dicitur, [h] *Ipsi autem repleti sunt insipientiâ*, id est, Nihil omnino illi respondere potuerunt. Sic iuxta hunc primum sensum locus iste, (*Et sileamus ibi*, &c.) alteri omnino erit similis, quo in fine capitis tertij iidem Iudæi dixère, [i] *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri.*

4 *Silentiũ sæpe tribui solitũ impiis conuictis atque cõfusis.*

d Psal. 106. 42.

e Mich. 7. 17.

f Hose. 4. 5.

g Hose. 4. 6.

Frãc. Ribera. h Luc. 6. 9.

i Iere. 3. 25.

Porrò quòd silere, iuxta secundum sensum in Sacris quoq; literis maximas designet ærumnas, eorúmque sit, qui vehementi dolore anguntur, ita vt nec lachrymis, nec vocibus locum cedant, patet, tum ex eo quod in libro Iob [k] tres illius amici dicuntur sedisse cum eo septem diebus, & septem noctibus in terra, nullo prolato verbo: tum clariùs ex eo quod in nostri Prophetæ Threnis dicitur, [l] *Sederunt in terra, conticuère senes filiæ Sion, consperserunt cinere capita sua*, sic quod hîc dicitur, Tale erit, Conueniamus in munitas ciuitates, ibique ærumnis angamur, quoniam Dominus Deus noster fecit, vt doloribus, & angustiis vndequaque conficiamur. Quod magis per id explicant, quod ad idem significandum addunt, (*Et potum dedit nobis aquam fellis,*) vt mox declarabo. Denique quòd idem silendi verbum tertio sumi soleat significatu, sat sit vel ex ipso probari Ieremia, qui infra tum in cap. 49. ait, [m] *Ideo cadent iuuenes eius in plateis, & omnes viri prælij conticescent in die illa*, tum in cap. 50. eadem repetit, & in cap. 25. [n] *Quia vastauit Dominus pascua eorum, & conticuerunt*, id est, defecerunt aut perierunt *arua pacis.* Sic igitur hoc tertio sensu asserunt ex desperatione, (Ingrediamur ciuitatem, & ibi pereamus:) Siquidem Dominus Deus noster in has nos iniecit angustias, vt mortem oppetamus; vt locus iste ei sit similis quo in Euangelio Ioannis secundùm aliquorum sententiam. Thomas Apostolus pariter ex desperati animi excandescentia dixit. [o] *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Habet autem maiorem vim pro hac re significanda verbum silendi, quàm deficiendi, & pereundi, vt bene notat Ribera

5 *Silere in scriptura significat maximas ærumnas.*

k Iob. 2. 13.

l Thren. 2. 10.

Silere pro perire, & mori.

m Thre. 49. 26. Ierem. 50. 3. n Ier. 25. 37

o Ioan. 11. 16. *Silere habere maiorẽ vim quàm deficere.*

Fr. Ribera. Ribera in primum caput Sophoniæ, nam cùm dicitur *Sileamus* triste quoddam, & horrendum ſilentium intelligitur, quod vel miſericordiam, vel admirationem maximam excitat, quòd in celebri, & munitiſſima ciuitate ne vnus quidem reliquus futurus ſit, cuius vox audiatur; Quod a Thren.1.1. noſter deplorauit Ieremias, cùm dixit,[a] *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina gentium?* Multò maiorem vim in eodem ſenſu lectio habet Sept. *(& proiiciamur ibi, quia Dominus abiecit nos,)* id eſt, Proiiciamur quaſi ſtercora tamquam à Deo abiecti.

6 Hug. Card. *Et potum dedit nobis aquã fellis: peccauimus enim Domino.* Hugo Cardinalis, de aquis amaris hæc intelligit, & putridis. Ac ſi dicatur, & aquas amaras dedit nobis in obſidione & putridas. Quia verò in Hebr. eſt vox ראש *roſc*, quæ & fel ſignificat, & venenum, prout eam & noſter interpres vertit vbi in Cantico Deuteronomij dicitur, *Et* b Deut. 32. 33. *venenum* [b] *Aſpidum inſanabile*, cùm eodem in c Deut. 32. 32. Cantico aliàs verterit, [c] *Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi, ferunt*, inquit Iſidorus Clarius, Iſid. Clarius. *eſſe lethiferum venenum, quod ex herba quadam exprimatur, eoque ſuccum illum aquam nominat.* Ideo Chriſtoph. à Caſtro. Chriſtophorus à Caſtro, per hæc ait Iudæos ſignificare iam mortem ipſis imminere: cùm ad eum ſtatum hoſtium timore deducti eſſent, ac qui venenum bibiſſent lethiferum.

7 *Fellis aquã potari ſignificat ſummã affici amaritudine animi.* Verùm ſtando in noſtra Vulgatæ lectione, quæ eſt & Sept. & verſionum quoque recentiorum ex Hebræo, Pagnini, Regiæ, nec non & Vatabli, qui vertit, *(Et potum dedit nobis aquam fellitam)* ſeu *(ſuccum fellis.)* Id pro certo ſupponendum, hanc peculiarem eſſe Prophetæ noſtri phraſim, ab ipſo & infra vſurpatam in capitulo ſequenti verſ. 15. & in cap. 23. verſ. 15. quã ſignificatur, ſummam exhibitam eſſe animi, mœroriſque amaritudinem, illudque ipſum, quod aliis metaphoris Dauid conteſtatus eſt in Pſald Pſal. 59. 5. mis, vel cùm dixit,[d] *Oſtendiſti populo tuo dura, po-* e Pſal. 76. 6. *taſti nos vino compunctionis:* Vel cùm ait, [e] *Cibauit nos pane lachrymarum, & potum dedit nobis in lachrymis in menſura.* Sic & Habacuc. 2. de Nabuchodonoſor, qui & in amicos Reges, & natiof Habac. 2. 15. nes furoris ſui effudit amaritudinem dicitur, [f] *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens in eum fel.*

Andr. Capp. *Contriti animi verba egregia.* Andreas Cappella hæc veluti à contrito Iudæorum animo in hunc modum cenſet prolata, Amaritudine nos repleuit, mœrore, anguſtiâ: vt experientiâ diſcamus, malum & amarũ eſſe dereliquiſſe Dominum, & timorem eius abieciſſe. Dulcem Deum in amaritudinem conuertimus, & ideo dat nobis potum aquam fellis, id eſt, amariſſimam.

8 *Confeſſio peccatorũ facta ex deſperatione nihil prodeſt.* Cæterùm quamuis hoc ipſum & à pleriſque aliis aſſeratur expoſitorum. Adhuc nihilominus in mea ipſe perſiſto ſententia; vt ſicut paulò ante affirmaui, totus hic, atque etiam ſubſequens verſus 15. à Propheta habiti ſint ex perſona impiorum Iudæorum, ex deſperatione potiùs quàm ex animo contrito Deũ ſuis exacerbaſſe peccatis confitentium, vt quòd vltimò hîc adiecère, *(Peccauimus enim Domino)* ſeu, vt legunt Sept. *(ante Dominum*, aut *coram Domino,)* ad totam illorum referatur orationem, *(Quare ſedemus, Conuenite, &c.)* Sitque locutio conuictorum quidem, haud tamen pœnitentium. Vnde nec miſericordiam quam, ſi eos pœniteret, ſæpe per Prophetam Dei nomine promiſſam vidimus, meruère vt ab imminentibus eruerentur cladibus, prout mox ſubdunt, *Expectauimus pacem & non erat bonum: tempus medelæ & ecce formido.*

Vt hæc illorum oratio ei omnino ſimilis ſit, 9 quam in lib. 1. Mach. ab impio Rege Antiocho *Antiochi Regis oratio, & confeſſio peccatorum cur Deo non fuerit accepta.* habitam legimus; quando à Dei ira percuſſus, mortique proximus dixit.[f] *Nunc reminiſcor malorum, quæ feci in Ieruſalem, &c. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta, & ecce pereo triſtitiâ magnâ in terra aliena.* De qua illius oratione f 1. Mach. 6. 12. in lib. 2. item Machab. dicitur, [g] *Orabat autem* g 2. Mach. 9. 13. *hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Idque duplicem ob cauſam, primò, *Dolor de peccatis ob rem temporalem ineffícax.* quia illius quem in ſua oratione proteſtatus eſt, dolor de peccatis, non propter Deum extitit, aut propter aliquid æterni, ſed propter affectum vitæ temporalis, & propter proprium commodum, vt ab iis liberaretur cruciatibus, quibus *Dolor de peccatis ex deſperatione eſt ineffícax.* pro ipſis peccatis opprimi ſe fatebatur: Et ſecũdo, quia de Dei quoque miſeratione deſperans ea protulit, prout colligi poſſe videtur ex iis quæ eodẽ capite legũtur.[h] *Sed non ceſſantibus doloribus* h 2. Mach. 9. 18. *(ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudiciũ) deſperans ſcripſit ad Iudæos in modũ deprecationis epiſtolã.*

Liceat mihi poſt præexpoſitos allatos ſenſus 10 & nouum addere literę pariter valde congruum, *Zelotypiæ aquis potatur à Deo anima, quæ per peccata adulterium commiſerint ſpirituale.* ſecundùm quem vltima iſta verba, *(Peccauimus enim Domino,)* ſint ratio eius quod immediate aſſeritur, *(Et potum dedit nobis aquam fellis.)* Vt ſit alluſio ad illas zelotypiæ aquas, de quibus in lib. Numer.[i] *Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum* i Num 5. 14. *contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falsâ ſu-* K Num. 5. 18. *ſpicione appetitur, adducet eam ad Sacerdotem, &c. Ipſe* [k] *autem* ſcil. Sacerdos *tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, & dicet. Si non dormiuit vir alienus tecum, &c. Sin autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubiacebis, &c. Et ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur; eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.* Recolamus quæ dicta ſunt ſupra in principio capitis tertij ad Iudaicum populum.[l] *Si dimiſerit vir* l Ierem. 3. 1. *vxorem ſuam, &c. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, &c. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non proſtrata ſis, &c.* Hoc igitur iuxta hũc ſenſum hoc loco aſſerere videntur, quòd cùm ex Dei benignitate deſponſati illi fuiſſent, ac per idololatriam, aliaque ſcelera adulterij contra eum admiſerint crimen, propter peccata ipſa ſua inſtar vxoris adulteræ ab illo qui Deus æmulator eſt & zelotes, aquæ in potum datæ ſunt zelotypiæ amariſſimæ, ac maledictionum, vt inflati & ipſi cruciarentur, ac diſrumperentur. Pro quo ſenſu facit Paraphraſis Chaldaica, legens, *(Et potauit nos aquã maledictionis peſſimæ tamquam capitibus ſeu venenis ſerpentum, quia peccauimus coram Domino.)* Bene autem fellis nomine ſummam *Fellis nomine deſignata ſũma amaritudo.* prædictarum aquarum deſignant amaritudinem, iuxta Scripturarum morem, quo & Deuteronom. dicitur,[m] *Radix germinãs fel, & amaritudinem*, vbi m Deut. 29. 18. per additum, *Et amaritudinem* exponitur id quod præceſſerat. Et Actorum 8. [n] *fel* dicitur *amaritudinis*, pro felle amariſſimo. n Act. 8. 22.

Verſ 14.] Quare ſedemus? conuenite, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CONSEQVENTER iis quæ dicta ſunt 11 mox de prauorum Religioſorum vocatione

Religiosi in primo ingressu feruores quales.

ne prauaque vita, & perditione, exponit in eorumdem confirmationem idem Dominus, qualiter illi sese habuerint primo conuersionis tempore, quando inspirati fuère, vt relicto sæculo intra religionem congregarentur. Tum & id addit in vers. sequenti quod ex regulari vita retulère. Vide amabò primos feruores, (*Quare sedemus?*) inquiunt, concisè quidem, sed multa significantes, detestationem nimirum voluptatum sensibilium, in quibus eousque sederant, quomodo & Iudaicus populus quando in idololatriam prolapsus est, [a] *Sedit manducare, & bibere*: quomodo & de muliere illa meretrice legimus, quia [b] *sedebat in foribus domus suæ*: detestationem cupiditatis rerum temporalium, & negociorum circa ima ista terrena, in qua cupiditate eousque sedisse se animaduertere, æquè ac seniores illi, de quibus 1. lib. Machab. dicitur, quod [c] *in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant*: detestationem vanarum sæculi dignitatum, atque honorum, quibus tamdiu inhiauit, vt sederet [d] in concilio vanitatis, atque [e] in pestilentiæ cathedra: detestationem commerciorum, quibus in transacta vita sedisse se comperit cum [f] impiis & detestationem denique mundi, in quo quamdiu perstitit sedisse se [g] agnoscit in tenebris, & vmbra mortis, dicente Ioanne, [h] *Mundus eum*, scil. Deum venientem in terras *non cognouit, & tenebræ* [i] *eum nō comprehenderunt*. Hæc igitur vniuersa detestantes, ista secum inuicè dixerūt. (*Quare sedemus?*) & quemadmodum apud Prophetam alium vnus item ex iis, qui è sæculo ad Religionem vocatus à Deo fuit, ea ad suammet habuit carnem, quam per totam vitam maximè experta fuerat inimicam. [k] *Ne læteris inimica mea, quia cecidi*, in innumera nimirum scelera, *consurgam cum sederō in tenebris*. Ita & isti qui hic loquuntur, detestantes quod in mundi tenebris sederint, addunt.

Religiosus bonus quanta detestari debeat.

a Exod. 32. 6. b Prou. 9. 14. c 1. Machab. 14. 9. d Psal. 25. 4. e Psal. 1. 1. f Psal. 25. 5. g Psal. 106. 10. h Ioan. 1. 10. i Ioan. 1. 5. k Mich. 7. 8.

12 *Religionē ingressurus surgat prius oportet ... est.* l Psal. 126. 2.

(*Surgite & ingrediamur ciuitatem munitam.*) Recolentes profectò & sanctissimum illud Regij Vatis consilium, [l] *Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris*, per reminiscentiam transactorum delictorum, ac per eorumdem compunctionem. Surgit quippe qui sæculo valedicturus est, quando ab omnibus quibus in mundo præpediebatur, certâ animi deliberatione expeditus accinctum se exhibet, vt religiosum arripiat statum: Arripit autem illum, cùm in claustralem admittitur religionem. Porrò tunc ingredi dicitur ciuitatem munitam, quia multos, magnosque tunc potissimùm temporis contra ipsum consurgunt hostium insultus, iuxta id Ecclesiastici, [m] *Fili accedens ad seruitutē Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*. Describit præclarè Bernardus istiusmodi insultus, cùm in sermone de Sancto Clemente Papa, hæc ad suos habet Monachos, *Vestrum certamen quale est fratres mei? Quotidie vobis suggeritur in cordibus vestris, frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissiùs, infirmitatem simula, responde ei qui fortè duriùs locutus est, vt satisfacias desiderio tuo.* Quibus adde consanguineorum aggressiones, de quibus in Euangelio, [n] *Inimici hominis domestici eius.*

Religiosorum insultus, & tentationes. m Eccl. 2. 1. Bernardus. n Matth. 10. 36.

13 *Religiosorum congregatio est ciuitas munita.* o Prou. 18. 19.

An non ciuitas contra vniuersos piarum animarum hostes, munita est quælibet Religiosorum congregatio? [o] *Frater qui adiuuatur à fratre*, prout certè in istiusmodi fit congregatione, *quasi ciuitas firma*, ait in lib. Prouerb. Salomon. firma certè ciuitas ista est, vtpote firmata, & fundata super perfectionis monte, de quo Dominus. [p] *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Munita ciuitas eadem est: quandoquidem nil ei deest, quod ad munimen requiritur ciuitatis cuiusque: Non situs celsitudo, vt mox dictum est: Non robur aggerum simul, atque murorum validissimorum; Cùm Iesus ipse totius humani generis Saluator, & dux Religiosorū potissimū, qui abnegantes semetipsos, suamque tollentes crucem illum sequuntur, positus in ea sit murus, & ante murale, iuxtà Isaiæ vaticinium: [q] vltra præfortia nedum externorum claustrorum, sed claustralis internæ obseruantiæ mœnia: Non turres excelsæ studij obedientiæ, & humilitatis demississimæ, atque celsissimæ, quas assimilatas aliàs ostendimus [r] fortissimæ illi turri Dauid, quę ædificata est cum propugnaculis.

p Matt. 5. 14. q Isai. 26. 1. r Cant. 4. 4.

14 *In Religione vt in ciuitate bene munita est copia armorū omnium spiritualium.* s Ephe. 6. 13. *Religiosorum arma quæ.*

Non quorumcumque armorum copia, cùm & mille clypei pendeant ex ea multiplicium exercitiorum spiritualium: Et omnis armatura fortium, quam describens Apostolus, dicit, [s] *Propterea accipite* πανοπλίαν *panopliam, omnem armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare*, id est, in omnibus hostium incursibus tuti in munita perfectionis ciuitate persistere. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate*; studentes, vt verè & non ad oculum duntaxat vitæ indulgeatis regulari, *& induti loricam iustitiæ*, iustitiâ, & sanctitate veluti æneâ loricâ indutum cuicumque sese obiicienti difficultati vestrum opponentes pectus: *& calceati pedes in præparatione Euangelij pacis*. Ita nimirum affectuum pedes præparatione Euangelicæ perfectionis, quæ summam, & externam cum fratribus, & internam cum Deo, atque cum semetipsis confert pacem, constrictos, ac munitos habentes; vt per Euangelicorum & præceptorum, & consiliorum viam ita inoffenso ambuletis pede, vt progressibus ipsis vestris in sancta conuersatione, & alios quoque ad eamdem incundam viam alliciatis. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*: In omni tentatione, & opere fidem pro clypeo gestantes, quo immissas diaboli sagittas, & suggestiones & excipiatis, & retūdatis. *Et galeam salutis assumite*, Mentem armantes vestram, in quà, vt in spiritali capite & cogitationes quæque resident, & fines, & intentiones vniuersæ; pro galea eam illi superimponentes salutem, quæ in futura vobis parata est vita, ad quam & semper intendatis, vnde idem Apostolus alibi non tam [t] salutem simpliciter, quàm spem salutis esse hanc asserit galeam. *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei*, illud certè in primis; quod in orationibus, & psalmodia quotidie profertis. Quod idem declarat Paulus mox adiiciens. [u] *Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione.*

t 1. Thess. 5. 8. *Religiosorum oratio & psalmodia* u Ephes. 6. 18.

15 *In Religione vt in ciuitate munita ingēs copia armorum missilium & militum, & ciborum.*

Non desunt præterea in hac, de qua loquimur, munita Religionis ciuitate, arma quoque missilia, ingens earum precum copia, quas iaculatorias appellatas frequentissimas certum est bonis quibusque esse Religiosis. Non ordinatissima, & insuperabilis militum acies, quæ summo charitatis instructa est fratrum ordine, de quo legimus, [x] *Ordinauit in me charitatem*, seu, iuxta aliam literam, *Instruxit in me aciem charitatis*: Milites charitate connexos fortes [y] certè ex fortissimis Israel: omnesque tenentes gladios, & ad bella doctissimos. Non deest maxima ciborum copia,

x Cant. 2. 4. y Cant. 3. 7.

copia, ſine quibus vel munimina cætera muni- A
a Cant.1.4. tiſſimæ cuiq; proſunt ciuitati;[a] *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, dicebat aliquando anima religioſa, de cellariis iis loquens, quæ in Religionem ingreſſa omni ciborum genere, & in abundantia maxima reperit plena, non ſolùm eorum ciborum, quibus vbertim reficiuntur religioſi in meditationis ſtudio: Sed & pane, quo in ſtudio paſcuntur Sacrarum literarum, cuius meminit
b Matt.4.4. in Euangelio Ieſus, dicens, [b] *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei:* Et vino, & carne in Sacramentorum, quæ ibi habetur frequentia, de quibus idem Dominus,[c] B
c Ioan.6.55. *Caro mea*, inquit, *verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Et oleo iugis quam quotidie experiuntur miſerationis; Et aqua diuinarum conſo-
d Ioan.4.14. lationum, quam qui bene potauerit, [d] *non ſitiet in æternum.* Et fluminibus illis veræ ſapientiæ, quæ promiſſa eis potiſſimùm legimus, qui hanc ingrediuntur ciuitatem munitam, dicente Do-
e Ioan.7.37. mino, [e] *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ.* Quin & cuiuſcumque ſpeciei fructu in ſingularum virtutum operationibus, de quibus pia illa anima Deo di-
f Cant 7.13. cebat, [f] *Omnia poma noua, & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.*

16 *Religionē ingreſſus ſtudeat in primis ſilentiȳ ſeruari munimini.*

(Et ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit.) Munitiſſimam certè ciuitatem iure optimo ſanctam oſtenſum eſt appellatam religionem quamque, propter ea omnia, quæ iam enumerata ſunt munimina: Verùm iſti qui munitam hanc ciuitatem ingredi ſe velle hîc aſſerût, vnius duntaxat, præexpoſitis omiſſis vniuerſis, meminère huius muniminis, *(Ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi,)* adduntque eius potiſſimùm & ob id præ omnibus rationem habere debuiſſe, quia illud & Dominus præ cæteris eis commendaſſet, *(Quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit,)* iubens videlicet, vt ſilentium in religionem ingreſſi pro viribus ſeruare obniteremur illæſum, & meritò: quia id eſt præſtantiſſima, & tutiſſima munitæ huius ciuitatis cuſtodia, iuxta illud Iſaiæ, [g] *Cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum:* quod non incongruè ita exponi poteſt, vt ſignificetur, ſilentium nedum eſſe omnem iuſtitiæ, ac religionis perfectionis ornatum, apparatumque; At eſſe inſuper & ſempiternam eiuſdem religionis ſecuritatem, dicente apud eumdem Prophetam Domino.[h] *Si reuertamini, & quieſcatis ſalui eritis*, id eſt, Si per veram conuerſionem à ſæculo recedentes ad me reuertamini, Religionem ingredientes, & ibi perſeueretis quieſcentes, atque ſilentes, à quocumque ſpiritalium hoſtium inſultu veluti in munitiſsima ſalui eritis ciuitate. Additque tutiſſimæ eius rationem: [i] *In ſilentio, & in ſpe erit fortitudo veſtra.* Quæ peroptimè Iacobus confirmat Apoſtolus, dicens, *Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum*, quaſi ſcilicet aliis muniminibus, abſque ſilentio ſibi perſuadens tutam ſeruari poſſe munitâ Religionis ciuitatem: *huius vana eſt religio*, id eſt, fruſtra vigilat, vt dictam cuſtodiat ciuitatem, iuxta illud Pſalmi, [k] *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam:* Cuſtodire namque illam Deum ſilentij munimine, noſter aliàs conteſtatus eſt Ieremias, cùm diceret, [l] *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.*

Silentium eſt tutiſſima religionis cuſtodia.

g Iſai.32.17. h Iſa.30.15. i Iacob 1.26. k Pſa.126.1. l Thren. 3. 26.

17 *Silētio triplici in Religione ſilendum.*

Bene igitur ipſam ingrediētes hoc ſibi in primis proponentes dicunt, *(Ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi, quia, &c.)* Triplici autem potiſſimùm ſilentio in Religione ſilendū aſſerit Bern. Serm. in Natiuit. B. Mariæ, dicens, *Bonum ſilentium à iactantia, bonum à blaſphemia. bonum à murmure, & detractione. Alius enim ob laboris magnitudinem, & pondus diei exaſperatus animo murmurat, diiudicat eos qui pro anima ſua peruigilant, tamquam reddituri vtique rationem. Clamor eſt, ſed ſupra omne ſilentium clamor iſte animi obdurati ſilere facit, quam audire non patitur vocem verbi. Alius puſillanimitatis ſpiritus in expectatione deficit, peſſimumque hoc. Verbum blaſphemiæ eſt, quod nec in hoc ſæculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat, & in mirabilibus ſuper ſe, dicens, Manus noſtra excelſa, putans ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit*, &c. Bernardus.

(Et potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.) Ingredientes denique Religionem rationem afferunt, & ſui iſtius ingreſſus, & deteſtationis eorum quæ explicauimus. Ratio autem iſta biceps eſt, quiddam ex parte ipſorū habens, quiddam verò ex parte Dei: quod ex parte ſua afferunt, eſt, *(Peccauimus enim Domino,)* cognoſcentes quippe, ſe in ſæculo ſuis Deum offendiſſe peccatis, æquum ſibi viſum aſſerunt, ea omnia deteſtari, in quibus, & per quæ in ſæculo C degentes Deo peccarunt. Ad hanc autem ſuorū peccatorum cognitionem, & confeſſionem nequaquam à ſemetipſis perueniſſe aſſeuerant: ſed quia à Deo amariſsimâ potati ſunt aquâ contritionis, *(Et potum dedit nobis aquam fellis.)* Quod aliis verbis ille Deum ipſum alloquens fatetur in Pſalmis, dicens.[m] *Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Quid peccatis durius, quæ à duro corde, & ænea admittuntur fronte? Primùm ergo Deus dura peccatoribus oſtendit, quando cognitionem eis ingerit ſuorum peccatorum: Tum amaritudinē ſentire illos faciens eorumdem peccatorum, potum eis dat aquam fellis, amariſsimumque de eis dolorem iis impertiens, potat illos vino compunctionis, & contritionis. Tertiò, ipſis iam Dei timore concuſsis dat idemmet Deus ſignificationem, haud certè aliam quàm illam, quæ in eius theſauris adſeruatur, & in Religionum clauſtris, theſaurorū illius cellariis certè ditiſsimis: ſignificationem inquam regularis diſciplinæ, de qua in lib. Eccleſ. dicitur, [n] *In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ.* Ad hoc autem iſtam dat ſignificationem, & regularis diſciplinæ notitiam ipſis iam de peccatis ſuis compunctis, atque contritis, & eum metuentibus Deus confert, vt à facie arcus vindictæ iudicij iam imminentis fugiant in abdita clauſtrorum, ſanctam aliquam ingredientes Religionem. Quod hoc loco à ſe factum indicant qui hîc loquuntur.

18 *Ingreſſus in Religionem motiua, & ratio.*

m Pſa.59.5. *Vocationis peccatorū ad conuerſionē, & Religionē quem ordinē ſeruet Deus.*

n Eccl.7.31.

Hæc quidem ſi bono ſenſu quæ hoc verſ. 14. habentur ſumamus, prout communiori ſententiâ ab expoſitoribus accipi oſtenſum eſt in prima literæ expoſitione. Cæterùm quia probabiliùs ibidem tenendum aſſeruimus, iſta iuxta literam neutiquam bono ſenſu, ſed ex deſperatione à Iudæorum impiis prolata, cùm vndique hoſtili ſe F oppreſſos videret Chaldæorum exercitu. Aptiùs fortaſſe ea prauis iis tribues Religioſorum, de quibus & in præcedenti verſ. 13. Deum locutum vidimus: Qui & rectè ibi à Deo in perditionem congregandi dicebantur, & in Religioſorum congregatione adſciſcendi, vt damnatione conſumerentur æternâ. Quia ſcilicet permiſſurus Deus eſſet, vt illi haud vero & ſincero corde ad ipſum conuerſi, vt peccatorum ſuorum pœnitentiam 19

Religionem ingrediētes ex deſperatione quid ſecum in tali loquātur determinatione.

tentiam agant, perfectionisque studio indulgeãt, sed quòd mundi res haud prosperè erga eos se haberent, quódque aliquid ipsorum non responderit votis, vel etiam quòd variis calamitatibus hinc inde concuti se in sæculo ferre diutiùs nequeant, quadam animi desperatione ad religionem aliquam confugere decernunt, tutam se in illa vitam, & à laboribus, & calamitatibus liberam ducturos existimantes. Istorum ergo quæ sibimet loquuntur, hoc versu proposita sunt verba in hunc sensum. (*Quare sedemus?*) id est, Quid moramur? (*Surgite*,) à sæculo discedentes, (*Et ingrediamur ciuitatem munitam*) Curemus, vt in Religionem admittamur, vt in ea veluti in munita Ciuitate tuti iam viuamus à tantis, quibus premimur, angustiis, & vberi, tutoque degamus victu, atque vestitu. (*Et sileamus ibi*) quieti absque negociorum, laborumque fastidio, (*Quia Dominus Deus noster silere nos fecit*,) id est, quandoquidem sic illi placuit, sicque per illum factũ est, quem pro Domino Deo nostro colimus: qui innumeris, quibus nos persecutus est calamitatibus, affecit, vt ab iis, quibus hucusque in mundo dabamus operam, cessaremus. (*Et potum dedit nobis aquam fellis*,) vndequaque amarissimis nos replens ærumnis, (*peccauimus enim Domino.*) Ac si dicant, Hæc autem à Domino facta sunt, quia se à nobis offensum is censuit.

10

Silẽdi & tacendi verbis vtitur Scriptura pro cessatione à locutione, & à quocumque opere.

Quo in sensu vnum duntaxat superest quod declaretur, cætera enim ex literæ expositione petenda sunt: Id autem est, quòd verbis silendi, & tacendi sæpe in Sacris literis præter cessationem à locutione significatur pariter & cessatio à reliquis operibus. Sic in lib. Exodi filiis Israel ait Moyses. [a] *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*, id est, nihil facturi laboraturi estis. Sic lib. 2. Reg. sibimet filij Israel, [b] *Absalon*, inquiunt, *quẽ vnximus super nos, mortuus est in bello, vsquequò siletis, & non reducitis Regem?* Vbi per id quod addidère, *& non reducitis Regem*, declararunt, quid præcedenti intellexerint verbo, *Siletis*, sic Psalm. 38. Dauid cùm dixisset, [c] *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas*, subiicit, [d] *Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei*, id est, Ne detrectes, mihi opem ferre: Ne cesses ab auxiliis, quæ mihi præstare soles, vt aduenæ & peregrino in hoc mundo. Eodemque sensu idem in principio Psalm. 27. [e] *Ad te Domine, ait, clamabo Deus meus, ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum*, id est, Si nihil in me facis, si mihi non auxiliaris, similis ero morientibus. Sic denique & in innumeris aliis locis.

a Exod. 14. 14.
b 2. Reg. 19. 10.
c Psa. 38. 14.
d Psa. 38. 15.
e Psal. 27. 1.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 15.

Vers. 15.] Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Expectauimus (seu, expectare, aut expecta pacẽ, & non erat bonum tẽpus medelæ, & ecce formido (seu terror.)

SVSTINENTIAM, [a] *& patientiam hucusque habuimus, vt à Domino pax nobis aliquando daretur, & fœlicitas, nec vllum apparuit boni vestigium.*

2 *Quid iam tantum patientia? quid tantum expe*- A *ctare pacem, cùm nullum sit nobis bonum? Expectauimus & auiditate, ac sollicitudine maximâ tempus medelæ contritionis, afflictionisque nostræ sæpius per Prophetas ab eodem Domino promissum, & ecce omnia potius erroribus plena probamus.*

3 *Quid ni & contra vos pseudoprophetas, & Sacerdotes excandescamus? Quid toties à vobis repetitum, expecta pacem?*

4 *Congregati* [b] *aliàs sumus ad pacem ipsam, & fœlicitatem iuxta vestras pollicitationes obtinendam, nihilque reperimus bonorum: In id quod promittebatis medelæ calamitatum nostrarum tempus intendimus* B *animum, & ecce nunc festinationem potiùs ad fugam experimur, & trepidatione concutimur vndequàque.*

b Congregati sumus ad pacem, & non fuerũt bona: in tẽpus medelæ, & ecce festinatio.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Credulitatis praua serò frequẽter pœnitet deceptos.

EXPECTAVIMVS *pacem*, &c. Communiter hæc sumuntur vt dicta à Iudæis in detestationem nimiæ credulitatis, quam falsis exhibuissent Prophetis, prauisque Sacerdotibus; vt sicut in præcedenti versu Ieremias verba proposuit eorum qui vel calamitatibus C oppressi admissa detestarentur peccata: Ita & eorumdem hìc explicet prædictæ suæ prauæ credulitatis confessionem, ac detestationem. Ac si dicant, Expectauimus pacem falsis credẽtes illius denunciatoribus, dicentibus Pax, pax, nec quidquam vidimus boni. Promittebant illi quidem, quòd etsi Chaldæi venirent, Aegyptij nobis auxilium ferrent, sed nullum ab Ægyptiis habuimus auxilium: Quinimò tempore quo recessit Nabuchodonosor à terra Iuda in Aegyptũ, credidimus, medelam priori exhibendam afflictioni nostræ, sed re ipsâ contrarium contigit; quan- D doquidem formidinis omnia experti sumus plena, cùm ille ex Aegypto iterum in nostram deuenerit terram.

2

Peccatorum detestatio aliquando ex desperatione, & propter interesse temporale, eaque est inutilis ad illorum remissionem.

Expectare pacem quid sibi velit.

Ipse tamen opinor, hæc esse eorumdem verba, quos in præcedenti versu ex desperatione, & cum animi exacerbatione locutos ostendi. Ita vt per ista ipsam suam magis patefaciant desperationem, & rationem, propter quam potissimùm sua detestari videbantur peccata, proprij nimirum commodi, & interesse, vt ab opprimentibus eruerẽtur calamitatibus, vt & de Rege Antiocho diximus. Pro cuius sensus intelligentia E supponendum *pacis* nomine (vt sæpius dictum est) significatum quietum, fœlicémque statum, nec non & fœlicitatem, ac temporalium bonorum cumulum: & verbo (*expectauimus*) haud simplicem designari expectationem, sed auidam, intentam, sollicitam cum quadam oculorum, & animi inclinatione in rem desideratam, & expectatam, cum ardore, & anxietate: hanc nempe vim habet Hebraicum, quod hìc est verbum קִוָּה *kauah*. Quamobrem istiusmodi expectatio verti nonnumquam solet sustinentia, vel patientia. Itaque cùm dicunt Iudæi. (*Expectauimus pacem, & non erat bonum*) quamdam in se F commotam designant impatientiam, & desperationem, animique exacerbationem: æquè est enim ac si dicant, Sustinentiam, & patientiam hucusque habuimus, vt à Domino pax nobis aliquando daretur, & fœlicitas, nec vllum apparuit boni vestigium. Ita vt sic loquentibus id optimè dici posset, quod falsò contra sanctũ Iob protulit Eliphaz Themanites. [d] *Nunc venit super te plaga, & defecisti, tetigit te, & conturbatus es. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua?*

d Iob 4. 5.

Hunc

3 *Deſperati animi verba peſſima.* Hunc ſenſum magis exprimunt Hebræa, quæ propriè in infinitiuo ſic habent, (*Expectare ad pacem, & non bonum*) q. d. Quid iam tantum patientiæ ad expectandam pacem, cùm nullum ſit nobis bonum? Quid tantum expectare? Vt ſit quiddam ei ſimile, quo apud Iſaiam Iudæi item ſanctos irridebant Prophetas, ad ſuſtinentiam illos exhortantes, & ad expectandas diuinas futuræ pacis promiſſiones dicentes. [a] *Expecta, reexpecta.* Sicut & id quod hoc loco ſubiicitur, (*Tēpus medelæ & ecce formido*) ſeu, vt ad verbum eſt in Hebr. (*At tempus medelæ & ecce terror,*) ei ſimile eſt, quod ibidem apud Iſaiam illi addebant, *Modicum ibi, modicum ibi.* Dicunt autem ſe expectaſſe tempus medelæ contritionis nimirum, & afflictionis ipſorum, quia ſæpe per Prophetas eis ex ore Domini iſtiuſmodi promiſſam recolerent curationem, ſicut per Hoſeam,[b] *Sanabo contritiones eorum, diligā eos ſpontaneè, quia auerſus eſt furor meus ab eis.* Bene autē ſanationi cōtritionis, id eſt, animi afflictionibus cōtuſi timorem opponunt, & terrorem, quia per terrorem exacerbatio potiùs fieret, quàm curatio contritionum, & afflictionum, quod meliùs Hebræa explicat vox, בעתה *bangathah*, quæ cum ſignificat timorem qui hominem exagitat, & quaſi extra ſe conſtituit. Quo loco notanda in eodem Hebraico textu egregia paranomaſia temporis עת *ngheth*, & terroris בעתה *bangathah*.

a Iſai. 28. 10.

b Hoſe. 14. 5.

4 *In deſperatione ſæpe homines conuertūt iracundiam ſuam contra adulatores, & mendaciis ipſis decipiētes.* Poſſet autem idem ſenſus ad alteram explicādi rationem aptari, & meliùs. Vt ex impatientia quidem, & deſperatione prolata hæc ſint; ſed magis contra eos, de quibus ſupra dictum vidimus, *A Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium: Et ſanabant contritionem filiæ populi mei, dicentes pax, pax: cùm non eſſet pax.* Pro quo ſenſu faceret verbum Hebraicum קוה *kaueh*, quod & infinitum poteſt eſſe, & imperatiuum: ſi vertatur, (*Expecta pacem & non bonum, tempus medelæ, & ecce exagitatio, ſeu terror,*) quo vel ex Chaldæorum aduentu concutiebantur: Vel ex illorummet qui pacem, & medelam promiſerant verbis, quibus in præcedenti verſ. 14. exagitarant, terruerantque vniuerſos, dicentes, *Quare ſedemus? Conuenite,* &c. Facitque pro hac explicandi ratione verſio Sept. quæ Hebraicum verbum קוה in alio illius accipiens ſignificatu ſic habet. *Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona, in tempus medelæ, & ecce* σπουδὴ *ſpoudi, trepidatio* iuxta Vaticanum Codicem Latinum, ſeu *feſtinatio*, iuxta Codices Complutenſem, & Regium. Vt hæc ab exacerbato Iudæorum animo prolata, ad mox dicta, *Conuenite & ingrediamur ciuitates munitas,* reſpondeant ſenſuſque ſit, Congregati aliàs ſumus ad pacem, & fœlicitatē iuxta veſtras pollicationes obtinendam, nihilque reperimus bonorum; In medelæ calamitatum noſtrarum, quod promittebatis tempus animum intendimus, & ecce nunc feſtinationem experimur ad fugam, & trepidatione concutimur vndequaque.

Verſ. 15.] Expectauimus pacem, & non erat bonum.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 Gravis & hæc tribuenda ſunt Religioſis, tam iis qui bono propoſito religionis habitum ſumpſēre, feruentes quidem ſpiritu in principio conuerſionis ſuæ, ſed poſtea tepidi, refrigeſcente in eis charitate, primiſque euaneſcentibus feruoribus, in peſſima quæque dilapſi ſunt, quos in præcedenti verſu locutos vidimus, iuxta primum quē ibi attulimus ſenſum: Quàm aliis quos in ſecundo ſenſu eorumdem verborum. *Quare ſedemus?* &c. vel etiam in principio, maliſque initiis ex deſperatione Religionē adiēre. Sed diuerſimodè ab vtriſque hæc proferuntur, diuerſumque habent ſenſum, cùm à primis, atque cùm à ſecundis dicta ſumuntur.

Siquidem ſi primis ea tribuantur, eorum ſenſus hic eſt. Religionem ingreſſi vt in ciuitatem munitam, deteſtantes mundum, & omnia quæ in illo ſunt, expectauimus diu pacem internam à tantis, quibus concutimur hoſtium inſidiis, paſſionumque noſtrarum inſultibus, quibus iugiter cōflictamur vehemētiſſimis: Nec adhuc quidquā experti ſumus in vita iſta regulari, quod bonum re verâ nobis extiterit iucundum atque ſuaue, quale id pollicetur Euangelij, quo Dominus ait, [c] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos,* &, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Idque Pſalmi, [d] *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Inhiātes expectauimus, vt ſaltem temporis diuturnitate medela noſtris, quos è ſæculo nobiſcum tulimus, prauorum habituum morbis adueniret aliqua: Et ecce pro ſpe curationis, in maximam deuenimus formidinem; fieri ſcil. non poſſe, vt hac ratione vitam degeremus. Ex quo factum intellige, vt miſeri ij habenas (vt dici ſolet) ſenſui relaxarint, & carni, & in profundum deuenerint malorum, vt dictum eſt ſupra in verſ. 13.

Religioſi à primis feruoribus deficiētes, quò tandem delabantur tædy eiuſ vitæ regularis.

c Matth. 11. 28.

d Pſal. 132. 1.

6 *Religioſi praui qui ex deſperatione illam ingreſſi ſunt quò tādem delabantur peruerſitatis, atque miſeriarum.*

Quod ſi iis hæc tribuamus, qui ex deſperatione in Religionem ingreſſi ſint, adeóque & peſſimam in ea agunt vitam, nec Religioſi verè exiſtentes, nec ſæculares. Quod in his ſibi ij volunt, tale eſt. Expectauimus, quam nobis in mēte præfixeramus vitam in Religione habituros quietam, ſine vllo labore, ſine mœrore, ſine ærumnis, fœlicemque, ac delicioſum ſtatum (hæc enim omnia Hebræâ phraſi de qua egimus ſæpius, pacis ſignificantur vocabulo) & cùm in nouitiatu detineremur, nil in Religione ipſa reperimus, quod bonū nobis eſſet, & in rem noſtrā: quodque aliquid præ ſe ferret læti, (boni enim nomine hæc ſignificantur,) Et qui diligebamus, dies aliquando videre bonos, lætoſque, expectauimus nouitiatus finem, ad illudque inhiauimus tempus, quod medelæ arbitrabamur adeo arctioris vitæ generis, & tantarum miſeriarum, anguſtiarumque noſtrarum. Et ecce vt primum tunc temporis laxius arripuimus viuendi genus, vt vel aliquando læti aliquid, & ſenſibilium voluptatum attingeremus, formidinis omnia comperimus plena, ne vel impediremur, vel pœna afficeremur aliqua. Peregregiè formidinem hanc, Græcum quod hîc adhibuēre Sept. explicat vocabulum σπουδὴ *ſpoudi*, quod iuxta varias quas in expoſitione Literæ attulimus Latinas præſentis ſententiæ verſiones, & feſtinationem ſignificat, & trepidationem. Quod certè illud eſt, quod peſſimi iſti Religioſorum patiuntur miſerrimum: vt cùm aliquod perpetrant ſcelus corū quæ patrabant in ſæculo, formidātes ne detegātur, ſūma id & cum feſtinatione peragant, & cum trepidatione. Ita vt illa eos attigiſſe videatur maledictio, quam in Iudaicum populum intulit Moyſes. [e] *Dabit tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore.*

Religioſi praui in iis quæ malè agere tentant ſemper ſunt in tremore, & feſtinatione.

e Deut. 28. 65.

VVL.

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Quare ſedemus? &c.

*Verſ.*15.]Expectauimus pacem,&c.

SEPTVAGINTA.

14. Ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα; συνάχθητε, καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς, καὶ ἀπορριφῶμεν ἐκεῖ, ὅτι ὁ θεὸς ἀπέρριψεν ἡμᾶς, καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς ὕδωρ χολῆς, ὅτι ἡμάρτομεν B ἐναντίον αὐτοῦ.

15. Συνήχθημεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά, εἰς καιρὸν ἰάσεως, καὶ ἰδοὺ σπουδή.

Verſ 14.] Quare nos ſedemus? Conuenite, & ingrediamur in ciuitates munitas, & proiiciamur ibi: quoniam Deus proiecit nos, & potum dedit nobis aquam fellis: quia peccauimus coram eo.

Verſ. 15.] Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona, ad tempus medelæ, & ecce trepidatio.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quare nos ſedemus? Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter adduxit ſuper nos contritionem, & pudefecit nos: & potauit nos calice maledictionis peſſimæ, tamquam capitibus ſerpentum: quia peccauimus coram Domino.* Verſ. 15. *Expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus propitiationis peccatorum, & ecce vindicta delictorum.*

Hieronym. *Confitentium peccata ſua voces.*

Verſ. 14. & 15. (*Quare ſedemus,&c.*) Hieronymus. *Vox populi reſpondentis inducitur, & ſua vitia confitentis, & cohortantis ſe mutuò, vt ciuitates in-* A *grediantur munitas, ſiue vnam ciuitatem Ieruſalem, iam enim cæteræ captæ fuerant. (Et ſileamus, inquit, ibi, quia Dominus noſter ſilere nos fecit:) non enim habemus fiduciam deprecandi, ſiue (abiiciamur ibi) ſiue (proiiciamur) inſtar ſtercoris. Ipſe (potauit nos aquâ fellis:) quia dulcem in amaritudinem conuertimus Deum; Et vt tales biberemus aquas, cauſa perſpicua eſt. Peccauimus enim Domino, Et expectauimus pacē qui nihil boni operis feceramus: putabamuſque nobis tempus adeſſe medicinæ, cùm formidine, atque terrore omnia complerentur. Perſonarum mutatio, & maximè in Prophetis, difficilem intellectum facit: quæ ſi* B *ſuis locis, & cauſis, temporibuſque reddantur, plana fient quæ videbantur obſcura.*

Dulcē Deum in amaritudinem nobis conuertimus peccatis noſtris.

Perſonarum mutatio difficilem reddit Prophetarum intellectum.

2 D. Thomas.

D.Thomas. *Ponit populi miſeriam, (Quare ſedemus?) Vel ponit eorum præparationem, ponens mutuā exhortationem, (Quare ſedemus) in locis vrbium quaſi quieti? (Sileamus) quaſi ſtupentes, vel à tumultu belli ſup. 4.* [a] *Congregamini & ingrediamur, & exhortationum rationem, dum prauident pœnam, (Quia Dominus Deus noſter ſilere) ſtupore Thren.3.* [b] *Repleuit me amaritudine, inebriauit me Abſynthio.* Et *confitentium culpam, (peccauimus) Pſalm.* [c] *Peccauimus* C *cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Et recognoſcunt expectationis ſtultitiam, expectauimus ſecundum dicta pſeudoprophetarum, bonum, meritum pacis. Prouerb. 10.* [d] *Expectatio iuſtorum lætitia, ſpes autem impiorum peribit.* Ad finem huius capitis, *Nota*, inquit, D. Thomas, *quòd multiplex eſt ſilentium ſcil. ſtuporis, Hamos 8.* [e] *In omni loco proiicietur ſilentium. Securitatis, Iſai. 32.* [f] *Eritque opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternū. Longanimitatis. Thren. 3.* [g] *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini. Et quietis* Eccleſiaſt. *8.* [h] *Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Item nota quod* D *fugienda eſt ſocietas malorum, quia alliciunt verbis, 1. Corinth. 15.* [i] *Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Trahunt exemplis, Pſalm. 17.* [k] *Cum viro innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerteris. Afficiunt quantū ad famam* Eccl. 13. [l] *Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Inuoluunt quantū ad pœnā, Num. 16.* [m] *Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorū.*

a Ierem. 4. 5.
b Thren. 3. 15.
c Pſal. 105. 6.
d Prou. 10. 28.
Silentium multiplex.
e Hamos 8. 3.
f Iſai. 32. 17.
g Thren. 3. 26
h Eccleſ. 12. 11.
Conſortium malorum fugiendum.
i 1. Cor. 15. 33.
k Pſa. 17. 26.
l Eccl. 13. 1.
m Num. 16. 26.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα;]

E Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ ἐγεώργουν τὰ κατὰ θεόν. καὶ τί πλέον ἀσφαλείας γένοιτο ἄν, ὅταν ὁ θεὸς ὁ πάντα πᾶσι παρέχων τὴν ἀσφάλειαν προδίδωσι; δέον εἰπεῖν καταφύγωμεν ἐπὶ τὸν θεόν, ἔτι κάτω κεῖνται. ὁ τῆς φύσεως κρατῶν, καὶ ἀγόνους δένδρα ποιῶν, οὐ πολλῷ μᾶλλον τὰ τείχη; [εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ἱστορίαν εἰς αἴγυπτον ἔφυγον ὕστερον. πρὸς δὲ διάνοιαν εἰς τὰς ἐκ- F κλησίας παραινεῖ φυγεῖν.

Θεοδωρήτου.] προφητικῶς ὁρᾷ πάντας ἐπὶ τὰς τειχήρεις καταφεύγοντας πόλεις, καὶ τότε μόλις λαμβάνοντας τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ καταλήψεως αἴσθησιν. καὶ διασύρει τούτων τὸ μάταιον. τίς γὰρ ἀσφάλεια προστατοῦντος τοῦ θεοῦ; φησὶ γάρ, εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυράς. δέον εἰπεῖν ἐπὶ θεὸν καταφύγωμεν. [καὶ ἀπορριφθῶμεν ἐκεῖ.]

Ὀλυμ

E Verſ. 14. QVARE *ſedemus? conuenite, &c.)* 3

Olympiodori.] *Nec enim quæ Dei erant colebant. Et quid erit tutum, Dum Deus qui omnibus præſtat omnia, ſecuritatem negat? Cùm dicendum eſſet confugiamus ad Deum, iacent adhuc humi, Qui naturæ dominatur, arboreſque ad fructum ineptas facit. Quantò magis ipſa mœnia? Ingrediamur ciuitates munitas.)*

Olympiod. *Securitas nulla vbi illam Deus denegat. Confugiū tutiſſimū nobis ad Deum.*

Olympiodori.] *Hiſtoricè ad Aegyptum tan-* F *dem confugerunt; myſticè verò ad Eccleſias confugere cohortatur.*

Olympiod. *Confugiū optimum ſunt Eccleſiæ.*

Theodoreti.] *Prophetico ſpiritu videt omnes ad munitas cōfugere vrbes, & tūc vix adhuc ſe à Deo ſentire deſertos, Ideóque vanitatem ipſorum deludit, quæ abſque Dei ope ſecuritas? Ingrediamur vrbes munitas, dicendum erat confugiamus ad Deum.*

Theodoret. *Cōfugia peccatorū minimè tuta.*

Confugiū vrbis tutum ſit Deus.

(Et proiiciamur ibi.)

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] καθὰ τὸ, ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ.

[Καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς ὕδωρ χολῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅσον ἀγαθὸν ἡ θλῖψις, ὕδωρ δὲ χολῆς ποῖον ἂν γένοιτο; τὴν ἔκβασιν || μαρτυρουμένην. ἃ ἔμελλον ἐρεῖν προλαβὼν ὁ προφήτης λέγει.

|| Videtur deesse verbū (λέγει, ὁ προφήτης) aut simile.

[Συνήχθημεν εἰς εἰρήνην καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά.]

Θεοδωρήτου.] διό φησι. συνήχθημεν εἰς τὰς πόλεις, ὡς εἰρήνης, καὶ ἀσφαλείας τὸ βέβαιον ἔξοντες. καὶ σπουδὴν ἔσχον ἰᾶσθαι, καὶ πλέον τῆς σπουδῆς γέγονεν αὐτοῖς οὐδέν. ἐπεδέδαστο γὰρ μόνον, καὶ τοῦ σπουδαζομένου διήμαρτον. εἰ μὴ ἄρα τῶν αὐτῶν σπουδῆς ὀξυτέρους λέγει τοὺς πολεμίους, ἐπελθόντας σπουδῇ. τοιγαροῦν ἐπάγει. ἐκ Δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων. ὡς μὴ ψιλὸν αὐτῶν ἐφιστᾶσθαι τὸν χρεμετισμόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐδόξαμέν φησι διὰ τοῦ νόμου καταλλάττεσθαι τῷ θεῷ. καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὐκ εὕρομεν ἀγαθά.

Olympiodori.] Quò facit illud [a] Elegi deiici in domo Dei

Olympiod. a Psa. 38. 11.

(Et potum aedit nobis aquam fellis.)

Chrysostomi.] Vides quantum sit bonum tribulatio? A qua verò fellis quæ fuerit? exitus fide firmatus: Quæ illi dictur, erant præueniens Propheta effatur.

Chrysost. Tribulationes conferunt ad peccatoris cōuersionem.

Vers. 15. (Congregati sumus ad pacem, & non fuerunt bona, &c.) 4

Theodoreti.] Propter quod ait; congregati sumus in ciuitates, vt pacis, securitatisque firmitatem haberemus, & medicamen sibi parare studuerunt, sed è studio illo nihil consecuti sunt. Tātum enim adhibuerunt studium, sed optatæ rei compotes non facti sunt. Nisi fortè studio illorū perniciores dicat inimicos, qui celeriter aduenerūt. Itaque subdit, A Dan audiemus vocem impetus equorū vt non nudus illorū fremitus immineret.

Theodor. Mundanorū inania securitatis studia.

Olympiod.] Viri sumus, inquit, per legem, nobis Deum conciliare, & cùm potentiam ipsius non intellexerimus bona non inuenimus.

Vers. 16.] A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

En [a] à ciuitate Dan, ait Dominus, quæ à parte Aquilonis vltimus est Iudææ terminus, & quam primo adibunt è Babylone in Iudæā venietes Chaldæi, auditus est fremitus equorum, quorū numero maximo potentissimus est Chaldæorum exercitus: Tantusque erit hinnituum eorumdē equorum sonus, vt nedum Iudæa Regio, sed & terra vniuersa per illum commota videatur. Iam ferè venerunt hostium phalanges, agrosque omnes, & quicquid in terra repererint frugum, fructuum, & herbarum non comederunt modò, sed & deuorauerunt; Quin & vrbem quamlibet deuastabunt consumptis eius habitatoribus.

a A Dā auditus est fremitus equorū eius: A voce hinnituū pugnatorū eius commota est omnis terra, & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *A Dan auditus est*, &c. Iuxta versionem Sept. hæc eorumdem sunt verba, quorū & quæ mox præcesserunt. Sic quippe legit. *(A Dan audiemus vocem fremitus equorum eius. A voce hinnitus equitatus equorum eius mota est omnis terra, & veniet, & deuorabit terram*, &c.) Magis tamen congruenter cum subsequentibus eadem iungi crediderim, vt illius sint qui mox addet, *Quia ecce ego mitto vobis Serpentes regulos*, &c. Vulgatæ consentit, & lectio Hebraica. Non est autem quod in his explicandis diutiùs detineamur. Quæ enim dicenda forent de auditione hostilis exercitus Chaldæorū, è Babylone in Iudææ regionē introeuntium per ciuitatē Dan, quæ à parte Aquilonis eiusdem erat regionis terminus, iā supra enarrata videri possunt in Exposit. vers. 15. cap. 4 *Vox enim annunciantis à Dan, & notum facientis idolū de mōte Ephraim*. Quòd Chaldæorum exercitus equitatu in primis potentissimus esset, ostensum est eodē cap. 4. cum exponerentur verba illa vers. 13. *Velociores Aquilis equi illius.* Quòd (*à voce hinnituū pugnatorū*) seu, vt propriè est in Hebræo, *(robustorum*, seu *fortium*,) sc. equorum eius exercitus, aut Regis Nabuchodonosor commota dicatur omnis terra, intellige Scripturarum phrasi per hyperbolem dictum, prout eodem cap. 4. vers. 24. dictum obseruauimus. *Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt.* Quamquam istud quod de voce hinnituum pugnatorum dicitur, & de clamore optimè intelliges militum Chaldaici exercitus, cum iubilo ingredientium in ciuitates, quos festiuos clamores optimè hinnituum vocabulo expressos dices, quomodo Isai. 24. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, &c. hinniēt de mari. Quem significatum est Græcum verbū χρεματίζω, vsurpatum videre est Aristophani in Pluto. Quòd deuorasse dicitur terram, intellige prout cap. 2. explicauimus, quod dicebatur, [b] *Sanctus Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorāt eum delinquant.* Quod additur, (*Et plenitudinem eius*,) intellige de frugibus, de fructibus, de herbis, denique vniuersis quibus Iudææ terra plena erat, vel ad hominum, vel ad aliorum animantiū cibum deseruientia. Per *(vrbem)* intellige eiusdem terræ Metropolim Ierusalem. Hebræa sic vertūt totam sententiam istam Pagninus, *(A Dan auditus est fremitus equorum eius, à sonitu hinnituū equorū fortium eius tremuit terra: & venerunt, & deuorauerunt terram*, &c.) Vt in Vulgata. Quomodo & Regia, nisi quod in eo variat, *(A voce hinnituum fortium eius.)* Vatablus autem sic. (*A Dan audietur ronchus equorum eius à voce hinnituum fortium*, seu *Caballorum eius mouebit, seu intremiscet vniuersa terra: Venerunt, & deuorauerunt terram, & quicquid in ea est, ciuitatem, & qui habitant in ea.*)

Hinnituum vocabulo designati & festiui hominū clamores.

b Ierem. 2. 3.

In his denique nota primò, relatiuum (*eius*) positum sine antecedente, phrasi Hebraicâ, quæ & frequentissima est in Sacris literis. Nota secundò, rectè fremitus vocabulo redditam vocem Hebræā נחרה *nahrath*, quæ propriè significat sonitum, qui egreditur è naribus equi currētis, & sternutātis, de quo iuxta nostrū interpretem Iob 39. dicitur, [c] *Gloria narium eius, sc. equi terror.* Nota tertiò, vocem אביר *abir*, quam noster interpres vertit

Relatiuū sæpe poni in Scriptura sine antecedēte.

c Iob. 39. 20.

vertit (*pugnatorum*) propriè significare robustum, potentem, fortem, ac validum, & tribui solitam Deo, Angelis, hominibus, tauris, & equis, prout hoc loco. Nota quartò, omnis terræ nomine, Iudææ potissimùm designatam terram, prout alibi sæpiùs. Denique & id nota. per hæc omnia ad viuum expressam ferocitatem Chaldæorũ exercitus.

Vers. 16.] A Dan auditus est fremitus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2
Vnde sit, vt fidelium multitudo quæ in Paschate & cõfessionis, & Eucharistiæ Sacramentis renouata est, illico in pristinã delapsa conspiciatur vitam improbam.

QVI Sacrosanctæ Paschatis solemnitatis diebus multitudinem in templis intuetur fidelium, & peccata sua confitentium, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumentium, dicat fortasse intra se, fœlicem esse Christi Ecclesiã, quæ filios in se contineat tantos è Diaboli erutos potestate, adeóque & facile ipsam ab hostilibus Dæmonum incursibus liberam prædicabit. Cùm tamen vel primo eiusdem solemnitatis die res ipsa contrarium doceat. Quandoquidem sæpe sæpius contingit, vt sacro illo tẽpore maiora à Diabolo, quàm vnquam aliàs Ecclesia sustineat damna. Istorum damnorũ, totiusque istius rei seriem, & rationẽ hoc loco prosequitur Dominus. (*A Dan auditus est fremitus equorum eius*, &c.) Dan, vt dictum est in litera, primus erat Iudææ locus, ad quem deueniebatur à parte Aquilonis, eratque propterea ad Aquilonarium Gentium fines, & in eodem erectum ab impio Rege Ieroboam seruabatur, & colebatur vituli idolum, de quo in 3.ª lib. Regum; Eos idcirco admodum aptè significat moraliter, qui in Iudæam quæ confessio interpretatur, deueniunt ab Aquilone, quem vt primo diximus capite, peccati cõstat esse typum. Eos inquam qui mox à peccatis ad salutarem quidem conuersi sint pœnitẽtiam, scelera confessi sint quæ admiserant vniuersa; sanctissimoque sese refecerint sacramento. Sed tamen ab ipsis peccati finibus elongati minimè sunt, prout operæ precium fuisset; à vita deliciosa, à præteritorum recogitatione peccatorũ, à sermonibus vanis; à prauis consuetudinibus, à periculosa negociatione, & cæteris similibus, quæ rectè peccati dixeris fines. Et quod multò in pœnitẽtibus hisce est peius, idolum tametsi confessi sint. seruarunt intra se, quod & colunt, prout in Dan colebatur vitulus aureus, adhuc res alienas apud se sine certa animi illas restituendi deliberatione retinentes. concubinam domi cohabitare sinentes, mulieris fornicariæ munuscula habentes, illicito negocio inhærentes, & similia, quæ nedum peccatis occasiones, sed & actus potiùs appellaueris idololatriæ cuiusdam prosequentes. Vnde nil mirum si à spiritali isto Dan auditus dicatur, (*fremitus equorũ eius.*) scilicet Diaboli (ponitur relatiuum sine antecedente, ne abominandi Diaboli nominis fiat cõmemoratio) nec non & (*hinnituum pugnatorum illius.*)

a 3. Reg. 12. 29.
Confessio nil prodest ei qui non elõgatur à peccati finibus.

3
Equi Dæmonum sunt nostræ concupiscentiæ, & carnalia desideria.

Porrò Diaboli quibus intra miseram nostram animam pugnatur, equi concupiscentiæ nostræ sunt, de quibus Iacobus Apostolus, [b] *Vnde bella*, inquit, *& lites vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris:* nostræ item carnis desideria sunt, de quibus Petrus item Apostolus, [c] *Obsecro vos*, ait, *tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersùs animam.* Nota discrimen duorum sonituum, seu vocum istis tributarum equis, fremitus, atque hinnitus. Cùm enim duæ sint præcipuæ animarum partes, irascibilis altera, altera verò concupiscibilis, prædictis Diaboli equis vtrinque pugnari significatur: fremitum emittunt, quatenus ad peccata impellunt irascibilis: Siquidem fremitus commoti, & indignantis est affectus, adeóque tunc potissimùm temporis equo tribuitur in lib. Iob, cùm indignatus describitur expectare buccinæ sonitum in prælium, [d] *feruens, & fremens sorbet terram nec reputat*, id est, & *diffidit tuba sonare clangorem.* Et de peccatore in quo istiusmodi equi fremitus ediderint, & victoriam reuexerint, legimus in Psalmo, [e] *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet* præ indignatione: *desiderium peccatoris peribit.* At verò hinnitus præ se fert potiùs affectum libidinis, quem carnalia ingerunt desideria, prout supra vidimus, cùm in cap. 5. diceretur. [f] *Equi amatores, & emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.*

b Iacob 4. 1.
c 1. Pet. 2. 11.
Fremitus indignationis sonus.
d Iob. 39. 24.
e Psal. 111. 10.
Hinnitus libidinis affectum præ se fert.
f Ierem. 5. 8.

4
Duorum affectuum, indignationis, & libidinis tentationibus animas perturbant Dæmones.

Et nota, quòd istorum duorum duntaxat fit commemoratio excitationis affectuum, quia duobus his potissimùm omnis ex Ecclesia, & quies tollitur, & sanctimonia. Quod subindicasse visus est Paulus Apostolus cùm in epistola ad Hebræos: [g] *Pacem*, inquit, *sequimini cum omnibus*, id est, Nulli indignatos vos exhibentes, *& sanctimoniam*, id est, puritatem à libidine omni, vnde subdit, *Sine qua*, scilicet sanctimonia *nemo videbit Deum.* Totum autem hoc mox declarans, addit, [h] *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat & per illam inquinentur multi*, de primo loquens affectu indignationis: tum & de libidinis altero subdit, *Ne quis fornicator aut prophanus*, &c. Clariusque idem Apostolus alibi eadem de re agens ait, [i] *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum.* Sic de affectu libidinis: Audi & de affectu indignationis. *Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus.*

g Hebr. 12. 13.
h Hebr. 12. 15.
i 1. Thessal. 4. 3.

5
Libidinis tentationibus Dæmones efficaciùs pugnant contra quoscumque fideles.

Et nota, quod quamuis iure optimo, vt diximus, horum duorum affectuũ meminerit hoc loco Propheta metaphorâ fremitus, & hinnituum equorum Diaboli: de secundo tamen multò loquens efficaciùs ait, *A voce hinnituũ pugnatorum eius commota est vniuersa terra.* Omnis nimirum fidelium Ecclesia. Cuius motus, & perturbationis rationem subindicasse mihi visus est Paulus, cùm post præallata, subiicit: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationẽ.* Quia sc. Christianismus est professio castitatis, & detestatio libidinis cuiuscumque illicitæ. Prout sese explicat magis in epistola ad Ephesios, dicens. [k] *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata.* Et hæc fortasse est ratio, cur hoc secundo loco cùm sub equorum item metaphora de carnalibus agitur desideriis, non equi simpliciter, sed pugnatores Diaboli ea nominãtur, (*A voce hinnituũ pugnatorũ eius*

Christianismus est professio castitatis, & puritatis.
k Ephes. 5. 25.

eius commota eſt omnis terra,)quia his frequentiùs, A pacerbiùs, tutiuſque Dæmones ſuas perficiũt pugnas. Nec ſuo vacat myſterio, quòd non*(terra)* ſimpliciter per pugnatores iſtos cõmota dicitur, ſed*(omnis terra:)*quia contra omnes cuiuſcumque generis,ſiue iuuenes ſint,ſiue ſenes, cuiuſcũque dignitatis pugna habetur pugnatoribus iſtis, & vix fidelium reperire ſit aliquem, qui à voce hinnituum ipſorum commoueri ſe non ſentiat aliquando.

6 *Dæmones quẽ modũ, & ordinem ſeruẽt in debellãdis fidelibus.*

(*Et venerunt,& deuorauerunt terram,& plenitudinem eius.*) Venerunt morales prædicti equi, cõcupiſcentiæ, & deſideria præpoſitorum affe- B ctuu indignationis,atque libidinis, equites ſuos inſidentes ſpiritales nequitias habentes, cũ vniuerſo multiplicium vitiorum comitatu,quæ ſub eorũ militant vexillis. Primò ſonos emiſere fremitus,atque hinnituum prauarum ſuggeſtionum ſuarum.At poſt earum ſuggeſtionum auditũ primum in Dan,vt explicatu eſt, tum & in reliquis fere omnis Eccleſiæ fidelibus, Veniũt,in ſingulos quos irrũpentes, & poſſeſſionem quodammodo ipſorum adeuntes:non vt ſolummodo tranſeant; quomodo veniunt plerumque in iuſtos primis in cogitationibus, qui & propterea ea vſurpare C queunt verba,quæ, in alio tamẽ ſenſu,à Chriſto Domino prolata fuere. [a] Venit Princeps huius mundi in nos inequitans cõſuetos ſuos prauarũ cogitationum,& deſideriorum equos, attamẽ in nobis nõ habet quidquã poſſeſſionis. Quomodo autem venientes, poſſeſſionémque capientes ſe geſſerint. Audi(*Et deuorauerunt terrã,*) Cùm de equis ſermo ſit,deuorandi verbo conſumptio ſignificatur terræ,quæ conculcatione,& euerſione ſit bonorũ omniũ,quibus aliòquin terra repleta erat, atque decora,gratiæ nimirũ Dei, herbæ ſalutaris ſpei, foliorum ſanctorum verborũ, frugũ D diuinorũ Sacramentorũ, vini charitatis,diuinarumque conſolationum, fructuũ virtutũ multarum. Iſta horum equorum deuoratio rectè deuorationi ignis potiùs quàm hominis,vel oris animalium aſſimilatur.Vnde de vno eorum equorũ genere, quod eſt circa libidinis affectum in lib. Iob dicitur,[b] *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.*

a Ioã.14.31.

Dæmones quomodo deuorare dicantur ſpiritalẽ animarum terram.

b Iob.31.12. Libidinis ignis quomodo in anima omnia cõſumat,

7 *Ira eſt ignis omnia in anima deuorans.*

c Deut. 32. 22.

Quæ autem de affectu iſto dicuntur libidinis, haud dubium quin & de altero quoque affectu dicantur iracundiæ,quam vt ſupra ſæpe oſtẽſum eſt,ignis naturã,&effectus in Sacr.quoque literis E ſortiri nouimus;vnde de ira ſua Dominus.[c] *Ignis* inquit,*Succẽſus eſt in furore meo,& ardebit vſque ad inferni nouiſſima,deuorabitque terrã cum germine ſuo.* Neque verò eſt quòd miretur quiſquã, deuoratione animæ,& omnium genimimũ, quæ duobus iam expoſitis ignibus,iræ,ac libidinis ſit, tributã equis Diaboli,cùm & in lib.Apocalypſis de talibus equis legatur, [d] *Et de ore eorum procedit ignis, & fumus,& ſulphur.* haud dubium quin ſulphur intelligatur ignitum,per quod ea deſignãtur,quę ad libidinis ſpectant affectum, cum flamma, & F fœtorẽ quoque emittentia teterrimum: ſicut & per ignem ſimplicẽ ea ſignantur, quæ ad effectũ pertinent iræ. Quibus meritò & fumus additur in medio,per quem certum eſt ſuperbiã,inanemque gloriam ſignificari,quæ ſemper & iracũdiæ, & libidinis comes eſt:adeo vt ita per duo, quorũ hic ſit apud Ieremiam mentio,facta intelligi debeat deuoratio,de qua loquimur, vt ſimul adſit & tertium, quod ad ſuperbiam attinet. Prout apertè mox in libro item Apocalypſis ſic explicatur. [e] *Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars*

Libidine,iracundiã,atque ſuperbiã Dæmones deuorãt omne animæ bonum.

d Apoc.9.17. Libido deſignata per Sulphur.

Superbia ſignificata per fumũ eſt ſemper comes libidinis, & iracundiæ.

e Apoc.9.18.

*hominum, de igne,& de fumo,& ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum,*ſc. equorum, in Dæmonum videlicet ſuggeſtionibus.

(*Vrbem & habitatores eius.*) Per hoc quòd vt à 8 ſuperioribus diſtincta hæc adduntur, diſtincta quædã à prædictis Diaboli equis facta ſignificari videtur deuoratio.Adeoque vt duplex intelligatur ab iis facta deuoratio:quod mox dictum eſt. (*Et deuorauerunt terrã,& plenitudinẽ eius,*) aliter ac expoſuimus, poteſt explicari, vt terræ nomine Mundus intelligatur,in quo terrena dũtaxat ſunt in pretio & terræ,terreniſque ſtudetur: plenitudinis verò eius terræ,& mundi,homines deſignẽtur ſæculares, atque mundani,aptè ſanè iſto appellati plenitudinis terræ vocabulo,qui præ malitia,& inutilitate ad vera capeſſenda bona,quaſi ad id ſolummodo nati videantur, vt terram impleant,Quomodo ij apud Horatium lib.1. epiſt. epiſtolã 2.de ſemetipſis dixère,*Nos numerus ſumus, & fruges cõſumere nati.*Quomodo & apud Homerum Iliad 18.Achylles, quod Græcos nihil iuuaret,*ſed ſedeo,*inquit,*apud naues inutile pondus terræ.* Vnde Prouerbiũ, vt iſtiuſmodi inutiliũ hominũ genus terræ pondus dicantur. Sic de ſimilibus apud Ezech.quoque legimus dicentem Dominũ,[f] *Et diſſipabo terrã,& plenitudinem eius in manus alienorum.*Porrò cùm per vrbem literaliter hîc ſignificetur totius Iudææ Metropolis Ieruſalem, aliàs Ciuitas ſancti appellata,quòd in ea ſpecialiùs reſideret Deus in tẽplo ſancto ſuo;in ea Sacerdotũ exercerentur officia,in ea ſacrificia offerrẽtur, & victimæ,ad quam & in præcipuis ſolemnitatibus vniuerſus Dei confluebat populus:Quã & ſupra verſ.14. Ciuitatem munitã vidimus nuncupatã: Rectè vrbis nomine & Eccleſiaſticorum,& Religioſorum deſignantur ſtatus,quatenus religio, & vita regularis, ciuitas munita iã dicta eſt. Iſtius autem Vrbis,ſeu ciuitatis munitæ habitatores viri ipſi ſunt & Eccleſiaſtici ,& Religioſi , quique vel clauſtra incolunt Religionis alicuius,vel beneficiorum quibus opulenti ſunt,Eccleſiarũ habitant domos,palatia,& oppida.Hocque illud eſt quod & ſummam vniciuique ingerit admirationem,& ſummum impaſſibili itẽ Deo, vt ipſemet paulò poſt explicabit verſ.18.infert dolorẽ:quòd prædictis Diaboli equis concupiſcentiarum , & carnalium deſideriorum ignem ſpumantibus,nedum Mundus mundanique,ac ſæculares,& terreni homines deuorantur,verùm & qui præſtãtiores in Chriſtianitate ſunt,Eccleſiaſticus , & Regularis ſtatus,virique Eccleſiaſtici,Clerici,beneficiarij,& Sacerdotes,necnõ & Religioſi eorumdem plerumque ſubeunt deuorationem.

Mundani appellati plenitudo terræ, ſicut & pondus terræ. Horatius.

Homerus.

f Ezech. 30. 12.

Eccleſiaſticorum & Religioſorum deuoratio facta à Dæmonum equis concupiſcentiis, & deſideriis carnalibus ſummam excitat admirationẽ.

Quæ iã diu præſignificata videre eſt in lib.Iob, 9 vbi de ſpiritali Behemoth Diabolo hæc habẽtur, *Abſorbebit* [g]*fluuiũ,& non mirabitur:& habet fiducia, quòd influat Iordanis in os eius.* In quorum declaratione non erit abs re,ſi verba afferamus Gregorij Papæ in lib.33.Moral.c.8.dicentis. *Qui fidem iam veritatis agnouerunt,ſed viuere fideliter negligunt, rectè fluuius dici poſſunt,quia videlicet deorſum fluunt. Iordanis verò Hebræo vocabulo deſcenſio eorũ dicitur. Et ſunt nonnulli qui viam veritatis appetentes ſemetipſos abiiciunt:atque à vita veteris elatione deſcẽdunt, cùmque æterna cupiunt, valde ſe ab hoc mundo alienos reddunt,dum nõ ſolùm aliena non appetũt,ſed etiã ſua derelinquant,& non ſolũ in eo gloriam non quærũt,ſed hãc cùm ſe obtulerit,etiam contemnunt. Hinc eſt enim quòd voce veritatis dicitur.*[h] *Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. Semetipſum abnegat,qui calcato typho ſuperbiæ ante Dei oculos eſſe ſe à ſe alienum*

g Iob.40.18. Diabolus haud cõtentus eſt ex Mundanorũ perditione,ſed ſatagit & Eccleſiaſt. & Religioſos ſuperare. Greg.PP.

h Luc. 9.23.

a Psal.41.7. *demonstrat. Hinc Psalmista ait,* [a] *Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim. Iordanis quippe, vt dixi, descensio. Hieronim autem Anathema, id est, alienatio interpretatur. De terra igitur Iordanis, & Hermoniim Dei reminiscitur, qui in eo quòd semetipsum deiicit, atque à se alienus existit, ad conditoris sui memoriam reuocatur. Sed antiquus hostis pro magno non habet, quod sub iugo suæ tyrannidis terrena quærentes. Propheta quippe attestante cognouimus, quia Esca* [b] *eius electa. Sed illos magnopere rapere nititur,* a Habac.1.16. *quos despectis terrenis studiis iungi iam cælestibus contemplatur. Eosque insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ à præsentis vitæ gloria semetipsos deiicere agnoscit. Et habet fiduciam quòd in os eius, & Iordanis influat: quia nonnumquam calliditatis suæ insidiis eos etiam qui iam electi putantur, necat.* Hæc Gregorius.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] A Dan auditus est, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Ἐκ δαν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ. ἀπὸ φωνῆς χρεμετισμοῦ ἱππασίας ἵππων αὐτοῦ ἐσείσθη πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἥξει, καὶ καταφάγεται τὴν γῆν, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, πόλιν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ.

Vers. 16.] E Dan audiemus vocem fremitus equorum eius: & voce hinnitus equitatus equorum eius commota est omnis terra: & veniet, & deuorabit terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitantes in ea.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Pro eo quòd coluerunt vitulum qui est in Dan. Rex cum exercitu suo ascendet super eos, & transmigrare eos faciet: à voce conculcationis fortium suorum commouebuntur omnes habitatores terræ: & venient, & deprædabuntur terram, & plenitudinem eius, ciuitates, & habitantes in eis.*

Vers. 11. (*A Dan auditus est,* &c.) Hyppolitus Martyr. lib. de Consummatione mundi qui habetur inter opera Iustini Martyris. *De Anti-Christo prædictum apud Ieremiam his verbis, (E Dan audiemus vocem acutissimam equorum eius.)* Anti-Christus à Dan. Hyppolitus Mart.

Irenæus quoq; Mart. lib. 5. aduersùs hęres. c. 30. *Ieremias non solùm subitaneum Anti-Christi aduentū, sed & tribū, ex qua veniet manifestauit dicēs, Ex Dā audiemus vocem velocitatis equorum eius, à voce hinnitus decursionis equorum commouebitur tota terra, & veniet, & manducabit terram, & plenitudinem eius, & ciuitatem, & qui inhabitant in ea. Et propter hoc non adnumeratur tribus hæc in Apocalypsi cum his quæ saluantur.* Irenæus. Anti-Christus è tribu Dan, & ideo ea tribus non numeratur in Apocalypsi inter saluandos.

Hieronym. (*A Dan auditus,* &c. *Non igitur vt supra Sept. transtulerunt, dixit populus. Ingrediamur ciuitates munitas, sed ciuitatem munitam, vt significet Ierusalem. Denique & nunc infert: vrbem & habitatores eius. Describitur autem à Dan per Phœnicem veniens cum exercitu Nabuchodonosor, in quo loco fluuius Iordanis oritur: Et quæ Sept. futura, Hebraicum pro veritate rei iam facta commemorat.* 2 Hieronym.

Gregorius Papa lib. 1. Expos. in 1. li. Regū super ea capitis secundi verba. [a] *Quare facitis res huiusmodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo. Tatò, inquit, peius delinquitis, quantò fœdius vniuersum populum vestro crimine maculatis. Simile etiam aliquid per prophetā dicitur, (A Dan, inquit, auditus est fremitus curruum, & equorū eius.) In quo nimirum loco non est intelligendum, quòd à Dan auditum sonitum referat: Sed quòd ipse curribus, & equis sæuiens eumdem sonitum qui audiatur agat.* Greg. PP. Exẽplis maxime prælatorum Ecclesiasticorum maculatur vniuersus populus. a 1. Reg. 2.

D. Thomas. *Ponit hostium persecutionem, & famam, (A Dan) sup. 4.* [b] *Vox annunciantis. Ponit etiam effectum famæ, (A voce) hyperbolicè, vel Metonimycè, Psal.* [c] *commota est, & contremuit terra, & etiam inflictam per eos pœnam, (& venerunt, &c.) (plenitudinem) scil. fructus Psal.* [d] *Comederunt Iacob.* D. Thom. b Iere. 4.15. c Psal. 17.8. d Psal. 78.6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΚ δαν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐν ταῖς τιμωρίαις ὁ θεὸς ἀεὶ μείζονα τῆς κολάσεως τὴν ὄψιν δείκνυσιν. ἐκ προοιμίων αὐτὴν φοβερὰν εἶναι ποιεῖ, ἵνα τοῦτο γένηται διόρθωσις. ἐπαίρει τοῖς λόγοις, ἐπαίρει τοῖς ἔργοις, καὶ τὰ προοίμια δείκνυσι χαλεπὰ, ἵνα φοβηθέντες, καὶ σωφρονισθέντες, μηκέτι εἰς πεῖραν ἔλθωσι τῶν δεινῶν.

3 Vers. 16. E Dan *audiemus vocem fremitus equorum,* &c.)

Chrysostomi.] *In pœnis infligendis Deus semper ipsam pœnam maiorē apparere vult. Ipso in exordio horrificam ostendit illam, vt emendationis causa fiat. Extollit verbis, extollit operibus, & graue præmium obiicit, vt perterrefacti, & ad bonam frugem deinceps fugiant malorum experimentum.* Chrysost. Pœnas infligens Deus in peccatores ipsas in principio maiores apparere facit, vt maiorem itē ex eis capiat fructū à peccatorū conuersione.

---

a Quia ecce ego mittā vobis Serpentes regulos, quibus nō est incantatio, (seu à quibus non est euellere) & mordebūt vos, ait Dominus (seu & mordebūt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.

Vers. 17.] Quia ecce ego mittam vobis Serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IPSOS [a] *ecce ego Dominus in vos mitto Chaldæos ita terribiles, ita crudeles, & immisericordes, vt meritò pessimis quibusque comparari queant lethiferis serpentibus, quibus nil auferre quis possit veneni, & virium, atque sæuitiei, vel si quascūque adhibuerit incantationes: quique adeo veloces sunt, vt nec euadere illos, nec resistere illis quis valeat: Et qui ita arctè instar hirudinū ore, dentibusque, ac totius corporis nexibus homini affiguntur, vt ab illis sese euellere nemo valeat. Et tam acerbè isti vos mordebunt Serpentes, vt præ illorum morsuum cruciatu vnusquisque vestrûm desperans dicturus sit, Dolor iste quo hisce crucior morsibus, omnem alium superat dolorem; talis certè is est, vt meum quoque transfigat cor.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Quia particula pene solita sæpe vt redundans & ornatus causâ.*

QVIA *ecce ego mittam*,&c.) Particula (*quia*) efficit vt tribus modis ea quæ in hac sententia dicuntur accipi queant. Si enim illa sumatur posita vt redundans, prout sæpius præsertim in principio orationis Hebraicâ phrasi adhiberi solitam ostensum est alias, quomodo apud Latinos enimuero, verùm enimuero, quæ in principio sententiæ ornatus duntaxa causâ adhibentur, profectò hæc noua erit oratio, à superiori minimè dependens, eiusdem tamen argu- B menti crudelitatis, & ferocitatis Chaldæorum. Quâ ratione absque dubio sumi ea debet in versione Sept. Secundùm quam in vers. præcedenti locuti sunt Iudæi, & in hoc, atque in vers. 18. ad ipsos Iudæos loquitur Deus, vt suo loco patefaciam.

Cæterùm si eamdem particulam (*Quia*) iuxta eius proprietatem vt causalem isti præpositâ velimus sententiæ: Tunc duobus modis ea quæ hic dicuntur accipi queunt, vel vt iuncta cum præcedentibus, prout in illorum expositione dixi, vt ista adiecta sint in rationem confirmantem ea, C quæ mox prædicta fuerant de exercitus Chaldæorum ferocitate. Vel vt iuncta cum subsequentibus, vt specialis hîc afferatur ratio eius quod in vers. 18. dicitur, *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mærens.*

2 Ait igitur Dominus, (*Quia ecce ego mittam*,) celeritatem futuri euentus designans particula (*Ecce*,) quæ & rei præsentis indicatiua est, & rem significat nouam, atque admirationem, & stuporem causantem. Neque suâ caret vi adiectum pronomen (*Ego*,) vt intelligamus, Deum quodammodo immediatè singulos Chaldæorum mi- D litum in Iudæos immisisse. Appellat autem eosdem Chaldæos (*Serpentes regulos*) quòd istiusmodi serpentum genus vel visu interficiat, fortasse vt designet etiam horrorem ferocis aspectus illorum, quo terrore concussis plurimis mortem allaturi ij sint. Quamquam fortasse meliùs dixerimus, haud speciales serpentes illos, quos vulgo Basiliscos nuncupamus, regulorum nomine hîc designatos, sed indefinitè serpentes pessimos, eosque qui inter lethiferos præcipuum & quasi regium obtinent locum. Vnde Hebraicum nomen [illegible] צִפְעֹנִים *tziphngonim* quod nec a- E pud Hebræos constat quale propriè significet serpentis genus, aliis censentibus significare regulos, & Basiliscos, prout sæpius à nostro verti solet interprete, aliis Viperas, aliisque Aspidem, sicut id & noster vertit interpres Isai. 59. [a] *Oua Aspidum ruperunt*: bene à Sapientibus Senioribus Sept. redditum est, ὄφεις θανατοῦντας (*Serpentes lethiferos.*) Quin etiam id quod mox subiicitur, (*Et mordebunt vos*) palàm facit, non tam de iis hîc agi serpentibus, qui oculis, visuque, quàm de iis qui morsu interficiunt.

Serpentes reguli dicti qui sunt serpentium pessimi, & specialiter Basilisci.

a Isai. 59. 5.

3 (*Quibus non est incantatio.*) Ita pariter & in textu Hebraico, & in versione Sept. iuxta Codicé Va- F ticanum, & plerosque alios sic legentes, οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾶσαι. (*Quibus non est incantare*,) seu *incantatio*:). Quâquam iuxta alios Codices, in primisque Complutensem, & Regium aliter sic legatur οἷς οὐκ ἔστιν ἐκσπᾶσαι, (*A quibus non est euellere.*) Quam lectionem, duobus modis explicat Martinus del Rio, tomo primo Adagiorum, Adagio 831. Primò, à quibus non est euellere, id est, quos non potest quis magico carmine sopire, & veneno exar- A mare, ne noceant. Secundò: Qui adeo veloces erunt, (vtpote alati) & sæui, & lethales, ac terribiles, vt nec euadere illos, nec resistere illis, aut eripere vos queatis. Aliter tamen ipse verbum acciperem (*Euellere*:) Vt nimirum per illud significentur eius naturæ serpentes, qui ita arctè instar hirudinum ore suo, dentibusque ac totius corporis nexibus hominibus affigantur, vt ab illis sese euellere valeat nemo: Quicquid verò sit de versione Sept. Redeamus ad lectionem nostram.

A Serpetibus pessimus nõ est euellere, quid significet.

Martinus Del Rio.

(*Quibus non est incantatio*,) id est, Quibus nil B abstuleris veneni, & virium, atque sæuitiei, si quaslibet magicas adhibueris incantationes; vt sit allusio ad vulgarem veneficorum morem, qui ex pacto cũ Dæmonibus inito carminibus quibusdam prolatis serpentes vel ad destinatum pertrahunt locum, vel impotentes reddunt, vel absque veneno, Dæmonibus nimirum ea omnia in ipsis operantibus serpentibus, in quibus (vt bene notat Augustinus lib. 11. de Genes. ad litt. cap. 28.) postquam in Serpentis specie Euam decepit, magis quàm in animalibus cæteris suas exercent operationes. Porrò mos est Sacrarum C literarũ, vti phrasi istâ, *Non admittendi incantationes*, tamquam proprio vtatur epitheto pessimorum, & lethiferorum Serpentum, quorum venenatos morsus euadere nemo queat. Sic in Psal. 57. [b] *Furor illis secundum similitudinem serpentis sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas: Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Sic & in lib. Ecclesiast. vbi Vulgata legit, [c] *Si mordeat Serpens in silentio*, In Hebræo. & in versione Sept. habetur, *Si mordeat serpens sine incantatione*, id est, non admittens in- D cantationem. Ita autem hoc loco apud Ieremiam istâ Dominus vsus est phrasi, vt & ineuitabilem serpentum in similitudinem assumptorum significaret malitiam, sæuitiamque pessimam: & crudelissimam ac implacabilem aduenientium Chaldæorum designaret naturam, vtpote qui adeo feri erant, & barbari, vt nullis precibus, nullaque ratione ad misericordiam flecterentur. Id quod alio pacto expressit sup. in cap. 5. cùm diceret. [d] *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, &c. gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.*

4 *Serpẽtum incantatio fit ex pacto inito cum dæmone.*

Augustinus.

Incãtationes non admittere, vt proprio epitheto pessimorũ Serpẽtum vtitur Sacra Scriptura.

b Psal. 57. 5.

c Ecclesi. 10. 11.

d Iere. 5. 15.

(*Et mordebunt vos*, Vers. 18. *dolor meus super dolorem, in me cor meum mærens.*) Sept. iunctim ita 5 E hæc legunt, (*Et mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.*) Ad sensum potiùs quàm ad verba respicientes Hebraici textus. Ad quem sensum referri potest, & quod in Hebr. & in nostra Vulgata primum dicitur, (*Et mordebunt vos, ait Dominus*, tum distincto Versu subiicitur. (*Dolor meus super dolorem*,) Si illorum sequamur sententiam, secundùm quam quod dicitur, (*Dolor meus, &c.*) ab eodem quidem asseritur Domino, de quo mox dictum est, (*ait Dominus*,) sed asseritur, vt eloquium Iudæorum, quos F Serpentes momorderint, per Mimesim nimirum ipso referente, quæ illi in tantis, quibus per Chaldæos prementur calamitatibus, dicturi sint, & quâ ratione suos & dolores expressuri sint, & cruciatus. Vt sensus sit, Et tam acerbè mordebunt vos, vt præ eorum morsuum cruciatu vnusquisque vestrûm dicturus sit, (*Dolor meus super dolorem*,) id est, Dolor iste, quo morsibus talium serpentum crucior, omnem alium superat dolorem. (*In me cor meum mærens*,) id est, talis is certè est, vt meum ipsum transfigat cor.

*Verſ.*15.] Quia ecce ego mittam vobis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

Ob Sacramẽtorũ abuſum Dæmonibus maxima in infidelibus poteſtas.

a Matth.21.33. b Eccl.10.8. c Apoc. 12.9. d Iſai.27.1.

NIHIL eſt quo maior ex Dei permiſſione Dæmonibus contra fideles conferatur poteſtas, quàm eorumdem fidelium abuſus Sacramentorum, quibus fortiſſima Eccleſiaſticæ vineæ compacta eſt ſepes illa, de qua in Euangelio legimus, [a] *Et ſepem circumdedit ei.* [b] *Qui* enim hanc *diſſipat ſepem*, vt in libro dicitur Eccleſiaſtes, *mordebit eum Coluber*, Serpens nimirum ille, quem Ioannes, [c] *Antiquum* dicit, & vocari *Diabolum, & Sathanam, ac ſeducere vniuerſum Orbem in terrã proiectum*: Coluber, quem Iſaias [d] *Leuiathan* appellat *ſerpentem vectem, Leuiathan ſerpentem tortuoſum*, tortuoſum ob multiplicia deceptionum, quæ in nos exercet genera, vectem ob obſtinationem, quâ potentiarum noſtrarum portas fortiter obſeratas Deo tenere nos facit. Viſum eſt in præcedenti verſu 16. in maximam commotionem deueniſſe vniuerſam Eccleſiæ terram, & cuiuſcumque ſtatus fideles plurimos à Diaboli equis deuoratos fuiſſe, quia à Dan auditus eſt fremitus, & hinnitus eorum equorum, ab iis nimirum qui Paſchatis præſertim tempore ſacramentis ſe munière confeſſionis, atque communionis. Nunc eamdem Dominus Moralem proſequens materiam, idipſum & in poſterum quoque impœnitentibus vt eueniat, & grauiora ſe permiſſurum ſignificat; idque non iam per duo illa duntaxat Diaboli equorum genera, iracundiam, atque libidinem: Sed per Diabolum, & Dæmones vniuerſos, omne vitiorum genus vt equos inequitantes, omnes principes, & poteſtates tenebrarum, ſerpentes nominatim regulos ob ipſam regiam quam in ſceleſtos habituri ſunt poteſtatem.

7

e Apoc.9.19. *Dæmonũ potẽtia quemodo in ore ſuggeſtionum, ſed multò maior in caudis, & in vitiorum quem afferũt finem.*

Dæmonum in caudis poteſtas Regia quãdo ita illius admittũtur ſuggeſtiones, vt ſuum aſſequantur finem.

f Rom.6.12.

De qua ipſorum ſerpentum poteſtate maxima & in lib. Apocalypſis, vbi de Dæmonum equis actum vidimus ſupra, hæc habentur, [e] *Poteſtas equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum*: nam *caudæ eorum ſimiles ſerpentibus habentes capita: & in his nocent.* Potentes quidem Dæmonũ ſunt equi in ore, quo per ſuggeſtiones (vt dictum eſt) deuorant: Sed multò maior eorumdem poteſtas eſt in caudis, quæ bene ſimiles dicuntur ſerpentibus. Quandoquidem ſuggeſtionum, & deuorationis ſpiritualis quam per iracundiæ, & libidinis tentationes fieri vidimus is vt plurimùm ſolet eſſe finis, caudæ metaphorâ deſignatus, vt Dæmones, ſerpentium congruenti nomine appellati omnem ſuam in miſeras animas exerceant poteſtatem planè regiam, quam fortaſſe indicare voluit Paulus cùm diceret, [f] *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius*, quas concupiſcentias iam vidimus dictas eorumdem Dæmonum equos. Et benè nota, quòd in præcitato Apocalypſis loco, vbi dictum eſt, *Nam caudæ eorum*, ſcil. equorum, *Similes ſerpentibus*, nequaquam dicitur *habentibus capita*, ſed, *habentes capita*, vt capita caudis tribuantur potiùs quàm Serpentibus, vt nouerimus, ipſam ſerpentium, Dæmonumque poteſtatem Regiã, quam in capite potiſſimùm habent, quo morſu mordent lethifero, eſſe à caudis prædictorum equorum, & ex eo quòd infœlices animæ eorum Dæmonum ac vitiorum ita in ſe admittant ſug-

A geſtiones, ac tentationes, vt eæ ſuum aſſequantur finem, peccati regnantis, vt ait Paulus [g] in mortem. g Rom.5.21.

8

h Rom.6.20. *Dæmones quomodo ſerpentes lethiferi, & Reguli.*

(*Ecce ego mittam vobis ſerpentes lethiferos.*) Legunt Sept. ob iſtiuſmodi finem, quem poſt conſenſum afferunt peccata, dicente Apoſtolo, [h] *Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.* Sed & quod noſter interpres legit, *Serpentes regulos*, admodum hoc loco congruit, cùm apud Iſaiam legamus, [i] *De radice Colubri egredietur regulus, &*

i Iſai.14.29. *Dæmonum in ſuperandis fidelibus ratio.*

B *ſemen eius abſorbens volucrem.* De radicibus ſiquidem Colubrorum, id eſt, de extremis prauis vitiorum cogitationibus, quas in lib. Apocalyp: equorum Diaboli caudas ſimiles ſerpentibus dictas vidimus, egreditur regulus conſenſus interioris in peccatum: ex quo conſenſu actus peccatorum gignuntur externi, bene propterea reguli ſemen appellati. Regulorum ſerpentium, ac Dæmonum poteſtatem habentes, & vires, quæ profectò tales, tantæque ſunt, vt non ſolùm homines illos qui terrenis addicti ſunt, quique inſtar aquatilium animalium in mundi huius mari

C magno immerſi ſeſe inuicem comedunt: Sed & viros Eccleſiaſticos, ac Religioſos, qui inſtar volucrum conuerſationem habere deberent in cælis, ſuo peſſimo, ac venenato abſorbeant halitu. Quod & ſupra aliis verbis ſignificatum eſt, cum iis, *Et deuorauerunt terram, & plenitudinem eius*, adiectum eſt. *Vrbem & habitatores eius.*

9

Dæmones ſerpentes reguli alati volant alis ſuperbiæ, & vanæ gloriæ ad quoſcumque ſpirituales.

K Iſai. 30.6.

Neque ſolùm à longe reguli iſti, ac Dæmones quas ſuæ peruerſitatis infecerint halitu miſeras abſorbent animas, ſed & de propinquo vel etiam volucribus, quos iam diximus, ſpiritualibus affliguntur mordicùs, alas quippe regulis

D tributas apud Iſaiam [k] nouimus: & alis duabus ad quaſcumque vel celſiſſimè volantes celerrimo Dæmones ſe proripiunt volatu, ſuperbiâ, & vanâ gloriâ. Væ autem illis qui eos ſibi affigi ſiuerint per prauam in peccatis conſuetudinem. Ita enim mordicus eis hærent, vt meritò hirudinibus aſſimilentur, iuxta Bedæ aliorumque expoſitionem eius loci libri Prouerbiorum, vbi dicitur, [l] *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes*, id eſt, duo ſunt ora dicentia, *Affer, Affer.* Sicut enim ſanguiſuga duo habet ora, quibus ob ſanguinis inſatiabilem ſitim, & cuti ita hæret arctè, & ſan-

Dæmones affiguntur inſtar hirudinis inſatiabiles noſtri damni.

l Prou.30.15.

E guinem vtrinque exugit, vt auelli minimè queat cùm ſugit. Ita Diabolus, ac dæmones inſatiabiliter humanum ſanguinem, ac damnum iugiter ſitientes, ita miſeris affigi ſatagunt animabus, vt auelli vix magno Dei queant auxilio. Hocque eã ſignificatur Sept. Interpretum lectione, quã hîc à Domino dicitur.

10

A Dæmonibus & vitioſis habitibus quàm difficilè nos auellere poſſimus.

(*Ecce ego mittam vobis ſerpentes lethiferos, à quibus non eſt euellere;*) prout explicatum eſt in litera. Circa quam lectionem eſt quod nunc ſpecialiter perpendamus, Haudquaquam dictũ, (*Quos non eſt euellere,*) prout dicendum, iuxta aſſum-

F ptam ſimilitudinem videbatur; Sed multò rationabilibus dictum, (*A quibus non eſt euellere,*) Quã loquendi formulâ ſignificatur, ſi Dæmonum, & quorumcumque vitiorum habitum peruerſa cõſideretur natura, fieri quidem non poſſe, vt cùm per prauam conſuetudinem cuipiam eo modo quem diximus, affixi ſint animæ, euelli ſe, quantùm ex parte ſua eſt, ſinant; quia numquam exaturati comperiuntur; ſicut propterea de illo, cui Dæmon affixus ſit auaritiæ dicitur, [m] *Auarus non implebitur pecuniâ*: de illo quem tenuerit m Eccl.5.9.

Dæmon

a Eccles. 23. 24. Dæmon libidinis: [a] *Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur transgrediens vsque in finem*, de illo cui Dæmon hæserit gulæ, [b] *Comedent & non saturabuntur*: b Hose 4. 10 de illo quem Dæmon apprehenderit curiositatis, [c] *Non saturatur oculus visu, nec auris auditu*: c Eccl. 1. 8. & sic de cæteris, quibus aliorum vitiorum inhæserint spiritus. *Euulsio à Dæmonibus & à vitiosis habitibus quomodo à nobis, & à Deo.* Verumtamen omnem istiusmodi euulsionem ab insatiabilibus hirudinum istarum spiritualium oribus in eo significatur sitam esse rationem, vt anima ex illis extrahatur euulsa, quod ab ipsamet faciendum est, libero arbitrio suo diuinis bene vtente auxiliis. Vt ex iis manifestè colligitur, quibus de verè pœnitente dicitur, d Iob 33. 28. [d] *Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret*, diuinarum scil. in se miserationum. Vis autem quâ ista fit euulsio, cordis contriti est, & pœnitentiæ ex omnibus animæ viribus prouenientis. Prout ibidem is ipse significarat pœnitens, cùm dixerit in vers. præcedenti coram omnibus, e Iob 33. 27. [e] *Peccaui & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.* Quamquam & pœnitentia, & dicta animæ euulsio, ac liberatio, & visio diuinæ lucis, à Deo primum sint, teste Eliu eodem cap. vbi post præallata ait, f Iob 33. 29. *Ecce* [f] *hæc omnia operatur Deus tribus vicibus*, tres nimirum prædictas actiones, *per singulos*, sc. pœnitentiam. *Vt reuocet animas eorum à corruptione*, quam ex venenata Dæmonum, vitiorumque inhæsione subierant: *& illuminet luce viuentium.*

11 (*Quibus non est incantatio.*) Sic legit noster Interpres iuxta Hebraicam, & versionis Sept. lectionem. Per quod & ea quæ mox diximus, & alia quoque de infernalibus designantur serpentibus, quos Deus in impœnitentes immissurum se ait. *Dæmones quantum ex parte sua est, numquam à nostris destituri essent damnis. Incãtari propriè nequeũt Dæmones.* Ac primum quòd ex parte ipsorum implacabiles sunt, nec vnquam à veneno peruersitatis suæ diffundendo destituti, numquam humano sanguine, hominumque damnis saturi. Si enim incantatio, vt in litera explicatum est, est veneficium, quo ex pacto cum dæmonibus inito carminibus quibusdam prolatis serpentes præ animalibus cæteris vel in vnum colliguntur locum, vel exarmantur, vel sopiuntur, vel etiam necantur, dæmonibus in iis hæc, & similia operantibus. Manifesta est veritas dicti istius, (*Quibus,*) scil. serpentibus spiritalibus (*non est incantatio,*) g Matth. 12. 25. dicente Domino in Euangelio, [g] *Omne regnum diuisum contra se desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit, Et si Satanas Satanam eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo* h Luc. 11. 18. *stabit Regnum eius?* Additurque apud Lucam, [h] *Quia dicitis in Beelzebub eiicere me dæmonia.* Quibus pro certo statuitur, fieri non posse, vt aliorũ dæmonum ope dæmones ab animarum arceantur damnis. Tametsi enim contingat aliquando, dæmonem superiorem magicis carminibus inuocatũ inferiorem alium dæmonẽ alicunde eiicere, vt quando maleficiũ alio curatur maleficio; id tamen fieri dicendũ est ambobus dæmonibus illis in idem conuenientibus, quo magis lethiferum suum animabus inferant venenum.

12 *Dæmones quã ratione incãtare possimus.* Cæterùm quantùm ad fideles spectat, minimè ambigendum, posse illos Dei gratiâ adiutos, & fusis ad Deum precibus, & verbis contrito corde prolatis, & exorcizatione Dæmones ipsos impropriâ quidem voce incantare, sed re verâ omnes erga eos causare effectus, qui per veram incantationem fieri in serpentibus consueuêre, i Marc. 16. 17. iuxta illud Euangelij, [i] *In nomine meo dæmonia eiicient: serpentes tollent, & si mortiferum quid bibant, non eis nocebit*, & illud, K Luc. 10. 19. [k] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* An non veneno dæmones exarmatos à se Dauid repulit, à quibus in adulterium, & in homicidium fuerat impulsus, cùm illa duo duntaxat contriti cordis, & pœnitentiæ protulit verba, [l] *Peccaui Domino?* l 2. Reg. 12. 13. Nonne sanctorum coniugum Tobiæ, [m] & Saræ m Tob. 8. 2. precibus ad Deum fusis, & combustione partis iecoris piscis Dæmonium illud quod eò vsque septem occiderat eiusdem Saræ sponsos, apprehensum, ac religatum in deserto superiore Aegypti dicitur in lib. Tobiæ? Nonne ad ea Pauli verba, [n] *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea*, exiit illico Spiritus Pythonis à puella? n Act. 16. 18.

Quapropter dicens de Serpentibus hisce Dominus, (*Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio:*) subindicat, Inde dæmones impœnitentes lethiferum suum effusuros peruersitatis, obstinationisque venenum, eosdemque morte interfecturos æternâ, quia per ipsos nulla eis adhibita sit incantatio, nulla contriti cordis emissa verba, nullæ in spiritu humilitatis prolatæ preces. 13 *Quod Dæmones lethifero fidelem aliquem conficiant veneno ex fideli ipso est, qui illos non repellit.* Ita vt propterea nulla digni sint compassione, præsertim Ecclesi[...]ci, & Religiosi, iuxta illud Ecclesiastici, [o] *Quis miserebitur incantatori*, id est, ei qui potest (non deficiẽte ei diuinâ ope) & cuius est munus incantare, id est sopitos, & exarmatos reddere serpentes, *à serpẽte percusso?* o Eccles. 12. 13. Miseretur nihilominus ipsis Deus; & si particeps esse posset doloris, summo illis compateretur doloris affectu, vt in sequenti videbimus vers. 18. Quamquam ita diuino eius exposcente iudicio, ipsemet quos animaduertit surdas sibi præbere aures, & sibi rebelles, Dæmonum traditurus sit potestati, quibus non sit incantatio.

14 *Descriptio modi quem seruant Dæmones in facienda animarum strage.* (*Et mordebunt vos,*) addunt Sept. (*Insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.*) In eximia ista prælij, ac stragis fidelium à Dæmonibus perpetratæ, quam Dominus hîc apud Ieremiam prosecutus est descriptione, Vidimus primùm ab iis fremitu, & hinnitibus equorum suorum, suggestionibus iracundiæ, atque libidinis maximas & in cuiuscumque peccatoris anima, & in plerisque cuiuscumque Ecclesiæ status excitatas commotiones: tum equis ipsis suis concupiscentiis terrenorum, desideriisque carnalibus, ignis instar eorumdem vnumquemque deuorasse, eos suo inflammantes igne: Tum tertiò ipsosmet per eorum in scelesta desideria consensum in illos ex Dei permissione irruisse, atque vt serpentes lethiferos semet iisdem implicasse: Quin & vt regulos item serpentes per prauam in peccatis consuetudinem, regiam in eis suam exercuisse potestatem, venenato peruersitatis halitu illos absorbentes: Quodque omnium prædictorum est pessimum, & in finalem eos deduxisse impœnitentiam, & obstinationem; Ita vt propterea serpentibus ipsis infernalibus non sit incantatio. Post tot, tantaque mala, ad quid iam eorum serpentum fit commemoratio morsuum, (*Et mordebunt vos?*) Vt oratio, & assumpta descriptio etiam in hoc sit excrescens, Dicendum duo per hæc superioribus addi mala, quæ miseris peccatoribus inferunt Dæmones, alterum vitæ præsentis, alterum verò vitæ futuræ.

15 *Conscientiæ stimulis Dæmones mordent in hac vita impœnitentes.* Siquidem in hac vita peccatores mordent, conscientiæ stimulis eos atrocissimè dilaniantes, vnde & istud cruciatuum genus vulgato nomine remorsus dicitur conscientiæ. Eòque remorsus iste est atrocior, quòd, iuxta versionem Sept.

insanabiliter. & cum dolore cordis deficientis.

fieri dicitur (*insanabiliter, & cum dolore cordis deficientis.*) Insanabiliter mordent Dæmones conscientiæ admissorum scelerum stimulis impœnitentes peccatores, vt in baratrum eos propellant desperationis. Quod doctrinæ consonat Philosophi, qui lib.9. Ethic. cap. 4. hæc habet, *Quibus multa sunt opera, & dura, & propter malitiam odio habentur, fugiunt viuere, & interimunt semetipsos, atque fugiunt*: Quæ quasi commentario his explicasse visus est Plutarchus lib. de Sera Numinis vindicta, *Praui homines malitiam in se suam contemplantes ob voluptatem vanam statim gratiam habentem, inueniunt spem inanem esse, eamdemque semper abundare metu, dolore, memoriâ tristi, & de præsenti statu diffidentia, de futuro sinistrarum suspicionum plenam esse. Quippe somnia, & spectra diuturna, oracula, de cælo seruationes, & quicquid aliud diuinitus obiici videtur, tempestatibus, terroribus percellit malè sibi conscios.* Vide hæc multò meliùs sacro sermone exposita in lib. Sapientiæ cap. 17. vers. 10. & sequentibus quæ aliàs perpendisse me recolo.

Aristoteles.

Plutarchus.

16. Aptissimè autem & quod dicitur Morsus iste esse [illegible] dolore cordis deficientis, sancta illa expre[illegible]isse visa est mulier Abigail, quando inter alia quæ Dauidi occurrens sapientissimè protulit, hæc quoque habuit, [a] *Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris.* Admissorum criminum remorsum conscientiæ duobus exprimens nominibus, singulti, & scrupuli cordis. Singulti siquidem vocabulo, non solùm causatos ab huiusmodi remorsu significat eiulatus, qui cum singultibus emittuntur; Sed & maximam cum cardialgia, & plerúmque etiam cum defectu cordis, quodamque animi deliquio conuulsionem in ventriculo, cuius ventriculi oris dolorem, cordis dolorem nuncupant Medici. Singultus enim est conuulsionis species, quæ fit vel nimiâ spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repressionem inordinatam, vel ob erosionem ab acrioribus in ventriculo humoribus, adeóque cùm dicti expelluntur spiritus, aut humores noxij extrinsecus quidem cietur sonitus vulgò singultus appellatus, intrinsecus conuulsio (vt dictum est) fit in ventriculo. Hancque in primis memoria peccatorum in conscientiæ remorsu, tum ob suppressionem spiritus, tum ob inanitionem gratiæ, tum ob inordinatam affectuum bonorum repressionem, tum maximè ob erosionem ab acrioribus in conscientiæ ventriculo humorum stimulis percipere est conuulsionem, atque singultũ cum dolore cordis deficientis. Quem sanè dolorem, quos conscientiæ morsus cum dolore cordis deficientis, & alterum non minus exprimit nomen scrupuli cordis. Quamuis enim scrupuli iustorum plerum timoratas ad ipsorum meritum affligere soleant conscientias; ij tamen scrupuli cordis nequaquam sunt, quia non sunt à morsu cum dolore cordis præ desperatione deficientis: At verò scrupuli quibus scelestos homines conscientiæ remorsibus conficiunt, cruciantque Dæmones, scrupuli re vera sunt cordis, vnde bene à Sapiente quodam, laniena diaboli, & laniena cordis appellati sunt, à qua auertat nos Deus, in qua ita miserum laniatur peccatoris cor, vt & ab omni veniæ deficiat spe.

Conscientiæ stimulus quã recte comparatus singultui.

a 1.Reg.25. 31.

Singultus quid sit.

Conscientiæ stimulus quo impœnitentes mordent Dæmones quàm aptè dictus scrupulus cordis.

Scrupuli iniquorum appellati laniena Diaboli.

17 Cæterùm qui tanto cum dolore peccatorum cor mordent in præsenti sæculo, iidem certè serpentes infernales multò acriùs illos impœnitentes in alia mordebunt vita, cum dolore quidem cordis deficientis, numquam tamen morientis. Inferni pœnas fabulosè scribentes Gentilium sapientes cuiusdam Titij iecur perpetuis morsibus insanabiliter à Vulture dilaniari fingunt, nec vnquam consumi, vt & æternus sit cruciatus, vnde Latinus Poëta lib.6. Aeneid. ait, *Rostroque immanis Vultur obunco. Immortale iecur tondens, fæcundaque pœnis Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.* At non figmenta hic apud Prophetam referuntur, Deus est qui loquitur. (*Et mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis deficientis.*) Mordebunt certè impios in inferno serpentes reguli, quibus non est incantatio, & vidimus per Sapientem dictum.[b] *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso? Peccatum illius*: sic scilicet à serpente absque pœnitentiæ incantatione percussi, *vsque ad inferos*, dicit sanctus Iob, [c] de extrema eius loquens impœnitentia: ideoque bene subdit, *obliuiscatur illius misericordia*, id est, nullius ad eum perueniat misericordia, absque vlla miseratione in æternum cruciabitur, imò illius & Dei quoque obliuiscetur compassio; quamuis aliàs de ea dictum sit per Prophetam, [d] *Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas*: Et vt noueris quales isti inferno futuri sint perpetui cruciatus, addit, [e] *Dulcedo illius vermes*, id est, Ex voluptuosis quibus dum hîc viueret fruitus est studiis, id tandem referet, vt iusto Dei iudicio dulcedo transacta conuersa in corrodentes sit vermes, haud certè alios quàm Dæmones, quos hîc Dominus Serpentes appellauit regulos, & de quibus dicit. (*Et mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis deficientis.*) Quamquã & id quoque verum sit, quod de verme dicitur conscientiæ. [f] *Et vermis eorum non morietur.*

Dæmonum morsus in inferno æterni.

Virgilius.

Inferni cruciatus acerbissimi, & æterni à Dæmonibus infligẽtur damnatis.

b Eccles.12. 13.

c Iob.24.19.

d Psalm.76. 10.

e Iob.24.20.

f Mat.9.45.

18 De vermibus, serpentibusque hisce, & de eorum morsibus, atque dentibus, insigne est illud item Domini per Moysem cõtra impios Iudæorum. [g] *Deuorabunt eos aues morsu amarissimo*, recole iam ex Isaia probatum,[h] serpentes regulos, instar auium alatos adeoque rectè auium designari potuisse vocabulo. Deuoratio auiditatem maximam denotat, quâ Dæmones miseros dilaniabunt homines; morsus verò eorumdem designat rabiem in ea dilaniatione; & dicitur is illorum morsus amarissimus, ad differentiam morsus amari, quo eosdem mordent in peccati perpetratione; nec non & alterius morsus amarioris, de quo mox egimus, cùm de remorsu tractauimus conscientiæ. Atque vt istius amarissimi morsus vim intelligeremus & penetrationem, adiecta est eorum descriptio dentium,[i] *Dentes bestiarum immittam in eos*, vt significetur, ipsos Dæmonum morsus esse amarissimos, quia dentes illorum id omne terrifici habent, quod ferocissimarũ quarumcumque formidolosi dentes habent bestiarum, Vrsorum Leonum, Tygrium, Luporum, Aprorum, vel etiam Behemoth illius horribilis, de quo in lib. Iob dicitur, [k] *Per gyrum dentium eius formido.* Bene autem additum & id pariter est, *Cum furore trahentium super terram atque Serpentium*: Quibus duo præcipua Dæmonum, prout in inferno mordebunt, ea explicata sunt nomina, de quibus paulò ante loquebamur, Vermium nempe, atque serpentium. Vermes quippe sunt qui se ore trahunt, sicque super terram ambulant; sicut super eamdem serpendo, & vi costarum se rapiendo ambulant Colubri, & Angues, ideo serpentes appellati, Quorum tam vermium, quàm

Dæmones in inferno mordebũt more amarissimo, & vt vermes, & vt serpentes.

g Deut. 32. 24.

h Isai 30. 6.

Dæmonum in inferno mordentiũ dentes quales sint.

i Deut. 32. 24.

K Iob. 41. 5.

ideo ſerpentes appellati, Quorum tam vermium, A quàm ſerpentium acerrima per id indicatur rabies, quòd cum furore ij, & vt vermes ſe trahent, & vt ſerpentes ſerpent, quando ad miſeros dentibus ſuis mordendos ſeſe proripient. Iuxta illud Habacuc Prophetæ, [a] *Numquid non repentè conſurgent qui mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis.*

a Habac. 2. 7.

19

Detractorum linguis in maximam pœnã à Deo ſubiiciũtur impij.

Ingentia quidem, & aſperrima hæc, quæ hucuſque expoſuimus mala ſunt. Sed & alter eſt iſtorum verborum, (*Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos*, &c.) ſenſus, ſecundùm quem & alia ſignificantur quæ ſceleſtis mala Dei contin- B gunt permiſſione. Quorum primum id eſt, vt detractorum ſubiiciantur linguis, Nam [b] *qui relinquunt Deum*, ait libri Eccleſiaſt. auctor, *incidet in illam*, ſcil. detractionis linguam. Et vt iſtius mali, noueris grauitatem, ſubdit, *Et exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi Leo, & quaſi Pardus lædet illos.* An non tibi videtur malum vnum iſtud præexpoſitis omnibus quamtumlibet amariſſimis æquiparatum? Ignis eſt, Leo eſt, Pardus eſt detractor, Ignis, quia, vt Iacob inquit Apoſtolus, [c] *Lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis*, quia maximas ſuſcitat indigna- C tionis flammas, ſed in primis quia inextinguibiliter id omne, inſtar ignis conſumit, quod boni in iis eſſe contingat, quibus dètrahit: Leo eſt, quia ſuâ nulli parcit ferociâ: Pardus eſt maculoſus, quia variis, diuerſiſque nocet rationibus. Sed multò & efficaciùs, & propriùs ſerpentes regulos illos hîc nominans Dominus & mali iſtius exprimit grauitatem, & detractorum explicat naturam, (*Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos*:) Quòd detractores, vti proprio, hoc inſigniantur Serpentum nomine, frequens indicat quæ in ſacris Literis inter illos atque Serpentes fieri ſo- D let ſimilitudo, vt Eccleſiaſt. 10. [d] *Si mordeat Serpens in ſilentio, nihil minus habet qui occultè detrahit.* Pſalm. 139. *Acuerunt* [e] *linguas ſuas ſicut ſerpentis.* Pſalm. 57. [f] *Locuti ſunt falſa, furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut Aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas*, &c. Et in Euangelio Ieſus ſibi iugiter detrahentes Scribas, & Phariſæos, Serpentes nuncupans ait, [g] *Serpentes, genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ?*

b Eccl. 28. 27.

Detractor eſt ignis, Leo, & Pardus.

c Iacob. 3. 6.

Detractores dicti ſerpẽtes reguli.

d Eccl. 10. 11.

e Pſa. 139. 4.

f Pſal. 57. 4.

g Matth. 23. 33.

20

Detractoribus ita eſt ſimilitudo cum ſerpentibus ſicut eſt cum Dæmonibus.

Ita autem detractoribus ſimilitudo & cum ſerpentibus, ſicut & cum dæmonibus, quos infernales mox oſtendimus eſſe ſerpentes. Vnde iure E optimo id illis tribuitur nomen, quia & ipſis ea competunt omnia, quæ & contra Serpentem, & contra Dæmonem ſimul à Deo prolata reperimus in lib. Geneſis. [h] *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus tuum gradièris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Quòd enim & detractori maledicti competat epithetum, teſtis eſt Sapiens ille qui ait, [i] *Suſurro, & bilinguis*, id eſt, bifidam F inſtar ſerpentis habens, quâ detrahat linguam, *maledictus, multos enim turbabit pacem habentes.* Super pectus ambulare infernales ſerpentes, ait Hieronymus lib. Quæſt. Hebraicarum in Geneſ. quia omnes eorum greſſus nequitiæ ſint, atque fraudes: ſed quamuis in hoc quoque dæmonibus ſimiles ſint detractores, quorum itinera omnia, quæ pectore peragunt cogitationum ſuarũ, nequitiæ, doluſque ſunt, iuxta illud Pſalmi, [k] *Totâ die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum.* In eo tamen & ſerpentum inſtar ſuper pectus ſuum gradiuntur, quòd omnem animi ſui impetum, quem in pectore eſſe conſtat, ad ima deiectum tenentes ita itinera huius gradiuntur vitæ, vt ipſorum ſtudium vniuerſum circa ea vniuſcuiuſque verſetur ima, & imperfecta, quibus obloqui poſſint, iuxta illud præcitati Pſalmi 51. ad detractorem Doeg. [l] *Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem*, quo loco ſubſtantiua *malitia*, &c. quamuis propriùs ſecundùm literam intranſitiuè ſumenda ſint, pro malitia, &c. ipſius detractoris, nil tamen prohibet quin & tranſitiuè accipi queant pro malitia, &c. eorum, quibus is detraxit. Vt ſenſus ſit, Cùm haberes, quam admirarèris Abimelech Sacerdotis in Dauid benignitatẽ, tuum potiùs ſtudium omni animi impetu in id direxiſti, quod malitioſè factum interpretatus peruersè es. Adeoque & cæterorum detractorum more, relicto eo quod boni, & æqui in ſancto extiterat Sacerdote, id loqui te delectauit, quod in eodem iniquum malo tuo definieras animo.

h Gen. 3. 14.

Detractor dicitur maledictus.

i Eccl. 28. 15.

Hieronym.

Detractor quomodo dicatur ambulare ſuper pectus ſuum ſicut ſerpens, & ſicut Dæmones.

k Pſal. 51. 2.

Detractores animum ſuũ ſemper coiiciunt in ima & in defectus hominum.

l Pſal. 51. 5.

21

Detractores comedũt, & ſe nutriunt terrâ imperfectionum proximi.

Portò ſicut ſerpentes pectore ventreque ſuper terram gradientes è terra pariter ſuum capiunt cibum, iuxta id quod in Geneſi dicebatur, *Et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*, adeo vt propterea Ambroſius lib. de Paradiſo cap. 15. pro vno eodemque ſumere hæc duo viſus ſit ſecundùm allegoriam, dicens, *Bene delectationi quæ cibis intenta terram videtur manducare, Supra pectus tuũ, & in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ*, & paulò infra, *Bene, Dauid perſonam ſuſcipiens Adæ*, [m] *Humiliata eſt in puluere anima mea, adhæſit in terra venter meus. Adhæſit enim dum configuratur ſerpenti, qui paſcitur iniquitate terrenâ.* In eumdem certè modum & detractores circa ima, & imperfectiones hominum qui in terra degunt verſantes, Ex imperfectionibus iis ſeſe nutriunt, panem ex eorum furfure qualis oblatrantibus dari ſolet canibus ſibi conficientes, quo ipſorum in prauitate ſua cor confirment, iuxta Iſaiæ, [n] *Serpenti puluis panis eius*: bene puluis, quia ad hunc ſuum faciendum panem ea eligunt hominum, quæ inſtar pulueris ſicca, aridaque ſunt omni gratiæ cooperatione; ea quæ leuia, & inſtabilia comprobant; ea quæ ſine charitate incõpacta reperiunt, quæque ſterilia ſunt, & infructuoſa: Bene puluis, quia ſicut impius quiſque iuxta Prophetæ vaticinium, [o] *Eſt tamquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ*: Ita & à detractoribus impietatis opera vndecumque ſparſa colliguntur, vt è puluere ſerpentinus ipſis conficiatur panis. Vnde deductum crediderim quod vulgò dicitur, Aulicorum panem eſſe murmurationem, & detractionem.

Ambroſius.

m Pſ. 43. 25.

Detractores faciunt ſibi panẽ è puluere imperfectionum proximi.

n Iſai. 65. 25.

o Pſal. 1. 4.

Aulicorũ panis murmuratio, & detractio.

22

Aulicis contingit ſæpe vt propter detractiones ſuas proturbentur ex ædibus, in quibus detrahunt.

Fitque vt plurimùm, vt ex iſtius panis comeſtione aulici, detractores ex eius, in qua degunt, aulæ contubernio proturbentur. Quod indicatum non incõgruè dixerim apud Michæam Prophetam, vbi dicebatur. [p] *Lingent puluerem ſicut ſerpentes. Velut reptibilia terræ proturbabuntur de ædibus ſuis.* Id enim vſu eis venire ſolet, quod & plerumque contingit ſerpentibus, vt æde ſibi in terra factâ, cùm circumcirca illã puluerem pro pane, ciboque lingunt, ex æde proturbentur, ſuſdéque illâ reuolutâ. Quorum apertam fortaſſe declarationem ex ſæpius citato Pſalmo 51. colligere licet, cùm ibi ad detractorem hæc habeantur. [q] *Dilexiſti verba præcipitationis*, ſeu vt alia ex Hebræo habet litera, *deglutionis*, aut *deuorationis, lingua doloſa.* Quid tum? *Propterea Deus deſtruet*

p Mich. 7. 7.

q Pſal. 51. 6.

struet te, & euellet te de tabernaculo tuo.

23 *Detractor est hominũ inimicus, sicut Diabolus, & serpens.* Quod quartò serpenti à Domino dicebatur de iugi inter ipsũ atque homines inimicitia, id sicut propriùs & Dæmoni competit, ita non minùs congruit & detractori, dicente Salomone. [a] *Abominatio hominum detractor*, clariùs id alio sic explicante Sapiente.[b] *Super furem est confusio, & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autẽ odium, & inimicitia, & contumelia*, digna, aptaque sanè comparationi detractori ad furem, cùm & detractor furetur & ipse, alienam auferens famam, quæ quacumque preciosior est diuitiarum substantiâ, iuxta illud, [c] *Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ*, exprimens quàm pessimæ, & odibilis ipsa sit detractionis conditio. Quandoquidem furem quidem alterius substantiæ sequitur frequenter confusio, & pœnitentia; adeóque & veniâ sæpe dignus is est, dicente Salomone, [d] *Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim, vt esurientem impleat animam.* At detractori grauis competit damnatio, & vituperatio absque vlla venia: talisque est conditionis, vt omnes odio illum meritò prosequãtur, & inimicitiâ, & verbis quoque proscindant calumniosis. Hocque illud esse crediderim, in quo idem detractor conuenit cum serpente in eo quod quinto loco dictum in Genesi vidimus, *Ipsa*,[e] seu, vt notat Hieronymus lib. de Quæst. seu tradition. Hebraicis in Genesim, ex Hebræo, *Ipse conteret caput tuum.* Ipsa siquidem anima, seu ipse homo cui detractum sit, id cùm sciuerit, cũ alia ratione vindicare se nequit, vel id obnititur vt prolatis in illum, calumniis pessimam eius conterat mentem: sicque calumniosè cum ipso agat, ac si reuera eius conculcaret caput, quo nihil ignominiosius contingere cuiquam potest.

a Prou. 24. 9. *b Eccl. 5. 17.* *Detractoru cum fure proportio.* *c Eccl. 7. 2.* *d Prou. 6. 30.* *Detractori quomodo sicut serpenti ab eo côteratur caput, cui is detraxerit.* *e Gen. 3. 15. Hieronym.*

24 *Detractores quomodo instar serpẽtis, ac Dæmonis semper insidiẽtur calcaneo hominis.* Denique & in sexto quoque similis est Serpenti, Dæmonique detractor. Nam si serpenti dictum est, [f] *Et tu insidiaberis calcaneo illius.* Et de detractoribus suis Vates dicebat Regius, [g] *Ipsi calcaneum meum obseruabant*, insidiosè nimirum meos quosque obseruantes gressus, mea & vestigia, si quid vel tantillum à recta deflecterem via, insidias struentes quò aliquid cui obgarriant, in me reperiant iniquitatis, de quo alibi idem Propheta,[h] *Iniquitas*, inquit, *calcanei mei circundabit me.* Hoc enim erat quod vnum sibi maximè is censebat timendum, ne iniquitas gressuum, & peccatorum suorum reatus ipsum aliquando obsideret. Istiusmodi iniquitatum, calcaneis insidiãtur detractores, id tantummodo quod malum est speculantes.

f Gen. 3. 13. *g Psal. 55. 5.* *h Psal. 48. 5.*

25 *Detractores sunt serpẽtes reguli, & speculatores oculis suis interimentes.* Quod & hoc pariter loco apud Ieremiam cõtestatũ aduertere est, cùm dicens dominus. *(Quia ecce ego mittam vobis serpentes,)* adiecit, *(Regulos)* pro quo Aquila in secunda editione, prout hic in suis Comment. notat Hieronymus, legens *(Speculatores)* exprimere coactus est peculiarem serpentis reguli ac Basilisci proprietatem à Basilio super cap. 3. Isaiæ, & ab Ambrosio serm. 10. in Psalm. 118. relatam, quâ coniectis in quempiam oculis, ex iis tale in eumdem inijcit venenum, vt ipsum interimat: quamquam nec desint illi dentes, prout mox videbimus. Et quidem de detractorum oculis potissimùm ea proferri debent, quibus in lib. Ecclesiast. dicitur, [i] *Oculus malus ad mala.* Et [k] *nequius oculo quid creatum est?* Vim talium serpentum speculatorum sitam in oculis sibi expertam significasse videtur Iob, cùm ait, [l] *Hostis meus terribilibus oculis*, seu efficaciùs iuxta

Basilius. Ambrosius. *i Eccl. 14. 15.* *k Eccles. 31. 15.* *l Iob. 16. 10.*

A originalinalia, *inflammatorum oculorum acumine me intuitus est*, id est, in me priùs ardentissimum oculorum suorum iniecit venenum, quo mea speculans studia, in prauum sensum mea conuertit opera, sicque per visum me primùm intra se interemit; Tum & morsu quoque extrinsecus suis me impetiit detractionibus: Vnde sanctus illico adiecit, *Aperuerunt super me ora sua.* Scribas, & Pharisæos & sæpe tales serpẽtes expertus est Dominus Iesus regulos, & suarum actionum speculatores, & detractores vnde in Euangeliis frequenter reperire est, ipsum ab illis obseruatũ, vt B apud Lucam, [m] *Cùm intraret domũ cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.* Et apud Marcum. [n] *Quando introiuit iterum in Synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum, vt accusarent illum.*

m Luc. 14. 1. *n Marc. 3. 1.*

26 *Detractionis vitium curari vix potest.* *(Quibus non est incantatio,)* Si furandi naturalis in plerisque tanta est inclinatio, isque habitus malus, vt nullis auerti ferè queant benignis monitis, efficacibusque persuasionibus: sed nec grauibus quas pro simili crimine aliàs subiêre, pœnas; nec metu certi quod eos tandem propterea C manet suspendium. Multò sanè difficilius est, vt vel precibus, vel monitis, vel minis, vel arte quaque detractor, quem furi mox vidimus comparatum, à detractionis amoueatur scelere, cùm bene illius os propterea lubricum appellatum sit à Sapiente; [o] quia quantò arctiùs eius constringere niteris talia loquentem linguam, tantò magis instar lubrici Anguis in præhensas delabitur detractiones. Ita vt iure optimo Anguis dici is queat, cui non sit incantatio, quem ars nulla valeat detinere, internoque exarmare excogitatæ detrahendi malitiæ veneno. Eóque D difficilius, & ferè id redditur impossibile, quòd ex retento istiusmodi verbi veneno disrumpi se causatur, cui excusationi satisfacit Sapiens ille, ei dicens, [p] *Audisti verbum aduersùm proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.* Adde, quod cùm in corde retentum veluti sagittam carni suæ infixam reputet, quam necessariò educere operæ precium sit, egregiis eam honestare obnititur detractorij sermonis prolatione, prout ibidem auctor testatur Eccles. subiiciens.[q] *A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis: Sagitta infixa femori carnis: sic verbum in corde stulti.* Quæ ita ad rem nostram E Hugo exponit Cardinalis. Sicut mulier parturiens cum dolore emittit partum: ita detractor dicit se cum dolore referre, quod audiuit. Ait enim, Doleo quod dico, sed non possum continere. Vide Bernardum Sermon. 24. in Cant. circa medium, istiusmodi detractorum describentem dolorem contestantia verba, ac gestus.

Detractor lubricus instar anguis. *o Prouer. 26. 28.* *p Ecc. 19. 10.* *Detractor pessimus dicit se cum dolore ea referre, quibus detraxit.* *q Eccles. 19. 11.* *Hugo Card.* *Bernardus.*

27 *Peccatores acerrimè mordent.* *(Et mordebunt vos insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.)* Sic Sept. Quod detractores detrahendo mordeant, clarus est Apostoli locus ad Galat. 5. [r] *Si inuicem mordetis, & comeditis*, seu F vt legit Ambrosius, *& criminatis, videte ne ab inuicem consumamini.* Quibus dentibus prædíti iidem sint, sanctus patefacit Dauid, cùm ait, [s] *Dentes eorum arma & sagitta*, quia etsi cætera animantia eos mordeant duntaxat quos proximos habent; detractores tamen, cùm & iis detrahent quos à longe sibi esse contigerit, & iis quos sibi vident præsentes, dentibus semper rabidis mordere dicuntur, habent enim dentes, quibus veluti sagittis à longe conficiant, & quibus veluti iis vtantur armis, quæ de propinquo confodiunt.

r Gal. 5. 16. *s Psal. 56. 5.* *Detractoris dentes & propriè & à longè mordent.*

Peculia

Detractoris morſus ſimilis morſui ſerpētis lethiferi. Peculiariter autem hoc loco detractio ei comparatur morſui, qui à lethifero fiat ſerpente. In quo quatuor ſunt quæ conſiderentur, vulnus dentibus inflictum; venenum intra vulnus immiſſum; dolor ex ambobus hiſce in vulnerato cauſatus, & mors quæ iſta conſequitur, quæ omnia eò ſunt grauiora, quo ſingula ſunt & inſanabilia. An non vulnus, & plaga turpiſſima in *Detractor vulnere ſuo deturpat faciem.* facie ingenui hominis ignominia per detractionem illata?

An non plaga inſanabilis, quam quantò quis curare nititur magis, tantò amplificet latiùs? Immittit ſanè cum vulnere detractor in eum, cui detrahit, & venenum quo is in inſanabiles exardet *Detractor mordens immittit venenum odij.* aduersùs ipſum inimicitias, [a] *Ad amicum & ſi produxeris gladium, non deſperes*, dicitur in lib. Eccleſiaſt. *eſt enim regreſſus; Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas, eſt enim concordatio, excepto conuicio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plagâ doloſâ: In his omnibus effugiet amicus.* Quo loco nota quinque à detractoribus in ſuis admitti ſolita detractionibus. Quid dicam de dolore per detractionis morſum illato? ſatis eſt dicere eſſe inſanabilem dolorem cordis, quo nullus certè in humano corpore maior. [b] *Pungens oculum deducit lachrymas*, ait Sapiens quidam, *& qui pungit cor, profert ſenſum.* Qui enim detractionis vulnere illato cor pungit cuiuſpiam, efficit vt is & extrinſecus ſummi ſui exhibeat doloris ſigna, ſicut oculus læſus declarat doloris ſui ſenſum lachrymarum profuſione. Quòd ſi inter vehementes dolores & is cenſetur maximus, qui in oſſium toleratur contritione, & aduſtione: Vnde in ſuis Lamentationibus Propheta noſter, cùm dolorem ſuum iis exaggeraſſet verbis, [c] *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*: Subiecit illico ad vehementiam eius doloris exprimendam, [d] *Miſit ignem in oſſibus meis.* Idemque infra, *Contriuit*, inquit, *oſſa mea & circumdedit me felle, & labore.* Profectò & exinde quoque dolorem acerrimum per detractionem inferri patet: quòd circa oſſa, & in ipſis eſt animæ oſſibus, cùm legamus in lib. Prouerb. [e] *fama bona impinguat oſſa*, Ideoque in lib. Eccleſiaſt. dicitur, [f] *flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa.*

Detractor mordendo infert dolores maximos.

a Ecc. 28. 16.
b Eccleſ. 22. 24.
c Thr. 1. 12.
d Thr. 3. 4.
e Prouer. 15. 30.
f Eccleſ. 28. 21.

29 Tantum dolorem mortem ſequi operæ pretiū eſt, ideo benè hîc dicitur, *(Mordebunt vos cum dolore cordis veſtri deficientis:)* deficiente etenim corde, deficit pariter & vita. Porrò cùm triplex homini contingere queat mors, ciuilis, ſpiritualis, & corporalis. Morte ſanè ciuili ſeu morali vnuſquiſque detractoris morſu necatur, cùm per detractionē fama ei aufertur, in qua multò præſtantior vita eſt moralis, quàm ea quæ in ſubſtātia eſt bonorum temporalium, iuxta id quod & ſupra retulimus, [g] *Meliùs eſt nomen bonum quàm diuitiæ multæ*; dictumque nouimus. [h] *Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.* Vnde & Sapiens honorem, cum vitæ annis coniungens, [i] *Ne des*, inquit, *alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.* Et in lib. Sapiētiæ, qui ſine honore vitam tranſigunt, peiùs, quā mortui cenſentur. [k] *Et ſi quidem longa vita erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum.* Clariuſque in lib. Eccleſiaſt. cap. 28. vbi pluribus agitur de damnis, quæ per detractoris inferuntur linguam, dicitur, [l] *Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierūt per linguam*, ſcil. detrahentis (neque enim in Græco eſt quod in Latinis codicibus legimus pronomen *ſuam*,) Sed & mortem quoque ſpiritualem ſerpētinus detractoris infert morſus per multa quę eius cui detrahit in anima cauſat mortalia peccata, furoris, odij, inimicitiarum, vindicandi affectus, ac ſimilium. Adeoque in capite ſæpius citato lib. Eccleſiaſt. dicitur, [m] *Mors illius*, ſcil. linguæ detrahentis, & quam lingua infert detractoris, *mors nequiſſima*: cùm re vera nequiſſima iſta mors ſit ſpiritualis, reſpectu mortis moralis, quæ nequior quidem dici poteſt reſpectu mortis corporalis, quam in prædictarum comparatione nequam iure appellabis, prout ex ſubſequentibus prædicti loci Eccleſiaſt. colligitur verbis, *Et vtilis potius infernus quàm illa*, ſcil. lingua detrahens: quo loco inferni nomine Scripturarum more corporalis deſignatur mors, ſeu mortuorū ſtatus: vt ſenſus ſit, meliùs eſſe, atque vtiliùs morte mori corporeâ, quàm alterutrâ interfici morte, ſpirituali, aut morali, aut ambabus ſimul à detrahentis linguæ lethifero morſu. Amplificare potes hunc locum de detractorum damnis per hæc quæ habet Plin. lib. 8. cap. 21. de Baſiliſco. *Sibilo omnes fugat ſerpentes, nec flexu multiplici vt reliqua, corpus impellit, ſed celſus & rectus à medio incedens. Necat frutices, non contactos modò, verùm & afflatos: exurit herbas, rūpit ſaxa.* Quibus adde ex Solino cap. 30. *Ipſas etiam corrumpit auras, ita vt in aëra nulla alitum impunè tranſuolet infectum ſpiritu peſtilenti.*

Detractor morſu ſuo morte afficit.
Detractoris morſus necat morte ciuili, ac morali.

g Eccl. 7. 2.
h Eccleſ. 34. 25.
i Prou. 4. 9.
K Sap. 3. 17.
l Eccleſ. 28. 22.

Detractoris morſus morte infert ſpiritualem.

m Eccle. 28. 25.

Mors corporalis minus malū quàm mors ſpiritualis, vel etiam moralis.

Detractoris damna per comparationē ad Baſiliſcū.

Plinius.

Solinus.

A B C D E F

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Quia ecce ego mittam vobis, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω εἰς ὑμᾶς ὄφεις θανατοῦντας, οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾷσαι, καὶ δήξονται ὑμᾶς ἀνίατα.

Verſ. 17.] Quia ecce ego mitto in vos ſerpentes mortiferos, quibus non eſt incantatio: Et mordebunt vos inſanabiliter.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quoniam ecce ego excito in vos populos occidentes ſicut ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & occident vos, dicit Dominus.* 1

Verſ. 17. (*Quia ecce ego mittam vobis, &c.*) Hieronymus. *Qui ſint illi qui veniunt à Dan, & quorum auditus eſt fremitus, & qui terram omnem ad ſolitudinem redegerunt, ſub alia figura idem prophetalis ſermo demonſtrat: (Serpentes) eos appellant (peſſimos,) ſiue (mortiferos) & vt Aquila tranſlulit, (regulos) qui appellantur Hebraicè* צפעני *tziphgonim: pro quo quid ſibi voluerit ſecunda eius editio, vt (ſpeculatores) diceret, non intelligo, niſi fortè ob verbi ſimilitudinem, (Quibus non eſt ait incantatio.)* Fruſtra enim ad Deum preces fundunt aduersùs Serpentem antiquum Colubrum tortuoſum, qui Dei præcepta contempſerint. Vtamur hoc loco aduersùs eos qui Saluatoris eloquia contemnentes traduntur aduerſariis poteſtatibus.

Hieronym.

Dæmonibus traduntur qui Dei præcepta contemnunt.

Fruſtra Deū cōtra Dæmones inuocat qui illius præcepta cōtemnit.

Gregorius Papa lib. 34. Moral. cap. 5. quod à Hieronymo tactum eſt explicans in illud cap. 41. lib. Iob. [a] *Num fugabit eum vir ſagittarius. Quia,*

Greg. PP.

a Iob. 41. 19.

Diabolus cum cuiuspiā animā arripuerit non admittit verba prædicantiū.

Quia, inquit, *Leuiathan iste scil. Diabolus verba prædicantium despicit, & cùm reproborū mentes malè suadendo momorderit, durius inter iacula omnimodo eas non relinquit, rectè dicitur, Non fugabit eum sagittarius. Vnde bene peccatis præcedentibus irascens, de his quos in manu antiqui hostis deserit. Dominus per Prophetam dicit, (Immittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, (Ac si diceret: Iusto iudicio talibus vos immundis spiritibus tradam, qui à vobis excuti exhortatione prædicantium, quasi incantantium sermone non valeant.*

Theodorit.

Theodoritus. *Serpentes mortiferos vocat ipsos hostes, qui incantari nequeunt, ait, quia nostris adhortationibus non obtemperant.*

2 Ioa. Cassian. *Inuidia difficiliùs curatur quàm cætera vitia.*

Ioannes Cassianus Collat. 18. cap. 17. *Sciendum sanè est, inuidiæ morbum difficilius ad medelam quàm cætera vitia perduci. Nam eum quem semel veneni sui peste corruperit, penè dixerim carere remedio. Ipsa namque est lues, de qua figuraliter dicitur per Prophetam, (Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos,) Rectè igitur à Propheta mortiferi Basilisci veneni morsus inuidiæ comparatur, quâ primus ille venenorum omnium auctor, & princeps & periit, & peremit. Nam ante suus, quàm eius cui inuiderat interemptor, priusquàm in hominem mortis virus effunderet, ipse se perdidit;* [a] *Inuidia enim Diaboli mors introiuit in Orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Sicut enim ille qui primus eiusdem mali peste corruptus est, nec medelam pœnitentiæ, nec fomentum alicuius curationis admisit: Ita & hi qui iisdem se percutiendos morsibus tradiderunt, omnem opem sancti incantatoris excludunt: quia tùm vtique non culpâ eorum quibus liuent, sed prosperitate crucientur, erubescentes ipsam prodere cæcitatem, extrinsecus sibi quasdam superfluas, & ineptas causas offensionis inquirunt. Quarum quia omnimodis falsæ sunt, vana curatio est, cùm illud mortiferum virus, quod nolunt prodere, lateat in medullis. De quibus alibi Sapientissimus ille competenter expressit.* [b] *Si momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori. Isti enim taciti morsus, quibus solis Sapientium medicina non subuenit. Nam vsque adeo incurabilis est ista pernicies, vt blandimentis exasperetur, infletur obsequiis, muneribus, irritetur*, quia, vt idem Salomō ait, [c] *Nihil sustinet zelus.* Et post aliqua.

Inuidia quā aptè comparata serpentibus regulis, & Basilisco.

a Sap. 2. 24.

Inuidia vitiū ferè incurabile, sicut peccatum Diaboli.

b Ecc. 10. 11. iux. Sept.

c Prou. 27. 4. iux. Sept.

3 *Inuidia eò insanabilior, quò minùs illius vulnus percipitur.*

Cætera venena serpentum, id est carnalia peccata, vel vitia, quibus, vt citò inuoluitur, ita facilè expurgatur humana fragilitas, habent aliqua vulnerum suorum in carne vestigia, quibus quamuis terrenū corpus perniciosissimè contumescat, tamen si theriaca remedium aut illam salutarium verborum medelam aliquis peritissimus carminum diuinorum incantator admouerit, ad perpetuam animæ mortem pernicies virulenta non peruenit. Inuidiæ autem quasi à Regulo serpente virus effusum vitam ipsam religionis, ac fidei priusquàm vulnus in corpore sentiatur, excludit. Non enim aduersùs hominem, sed planè aduersùs Deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud, nisi bonum meritum carpens, non hominis culpam, sed Dei tantum iudicia reprehendit: [d] *Hæc ergo est illa sursum germinans amaritudinis radix, quæ se erigens ad superna, in contumeliam ipsius qui bona homini cōfert, tendit auctoris. Nec quemquam moueat, quòd Deus missurum se Serpentes regulos, qui eos quorum criminibus offenditur, mordeant, comminatur. Nam licet certum sit, Deum auctorem inuidiæ esse non posse: æquum tamen, & diuino dignum iudicio est, vt dum bona data humilibus conferuntur, & superbis, ac reprobis denegantur, eos qui secundùm Apostolum* [e] *tradi in reprobum sensum merentur, quasi ab ipso missa percutiat, & consumat inuidia, secundùm illud, Ipsi* [f] *me ad æmulationem irritauerunt in non Deo, & ego ad æmulationem inducam eos in non gente.*

Inuidia nō est contra hominē, sed contra Deum.

d Hebr. 12. 15.

Inuidia vitiū quàm rectè immitti dicatur à Deo.

e Rom. 1. 28.

f Deuter. 32. 21. iux. Sept.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΟΤΙ ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω εἰς ὑμᾶς ὄφεις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀναμιμνήσκει τῶν ἐπὶ τῆς ἐρήμου συμβάντων αὐτοῖς. οὐ γὰρ δὴ ὄφεις ἔμελλεν ἐπιπέμπειν, ἀλλὰ τοὺς Πέρσας οὕτω καλεῖ, καὶ τοὺς βαρβάρους.

Βίκτορος.] τὸ πικρὸν, καὶ θηριῶδες τῶν πολεμίων, οἱ θανατοῦντες ὄφεις σημαίνουσιν, ἀναμιμνήσκοντες ἅμα τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ κακῶν, καί φησιν, ὡς ἔσται βοήθεια, οὐδὲ ταλαιπωρουμένοις παραψυχή. τότε καὶ μεγάλη πόλις ἐπὶ θρήνοις ἠχήσει βοῶν. αὐτὴν γὰρ λέγει θυγατέρα λαοῦ. αὐτοὶ γὰρ αὐτὴν ᾠκοδόμησαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς πολεμίους αἰσθητοὺς, ἢ καὶ νοητούς. ||

[Οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾶσαι. καὶ δήξονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅθεν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τινὰ παραμυθίαν τῆς ἀῤῥωστίας. ῥᾴδιον γὰρ ἡμεροῦται θηρίον, ἢ θυμὸς βαρβαρικός.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ γὰρ χρηματίζονται τὴν εὐσέβειαν οἱ δηχθέντες, καὶ παραινέσεσιν οὐ πείθονται, νομίζοντες εὐσεβεῖν. οὕτως εἰσὶ πικρὰ τῆς πανουργίας τὰ δίκτυα.

Vers. 17. *QVIA ecce ego mitto in vos serpentes, &c.)* 4

Chrysostomi.] *Quæ illis in deserto contigerant in memoriam reducit, nec enim serpentes immissurus erat, sed Persicas, Barbarasque gentes ita vocat.*

Chrysost. *Gētes barbaræ, & sæuæ serpentiū metaphorā designata.*

Victoris.] *Sæuitiam & feritatem hostium mortiferi serpentes significant, malorúmque quæ in deserto passi erant, memoriam renouant, & ait, quòd non erit subsidium, nec afflictis solatiū. Tunc & magna vrbs lugens clamabit, hanc enim dicit filiam populi, ipsi enim eam ædificarunt.*

Victor. *Filia populi appellata ciuitas à quo ædificata.*

Olympiodori.] *Hostes sensiles vel intellectuales.* ||

Olympiod. *Hostes nostri dicti serpētes.*

(Quibus non est incantatio, & mordebunt vos insanabiliter.)

Chrysostomi.] *Vnde nullam morbi habebūt consolationem: faciliùs quippe Bellua, quàm barbarus furor mansuefit.*

Chrysost. *Sæuiores feris sunt homines barbari.*

Olympiod.] *Cùm enim morsi pietatē fingāt, cohortationibus non cedunt, Deum à se bene coli putantes: adeo sunt amara iniquitatis retia.*

Olympiod. *Peccati retia quàm amara & difficilia vt euadātur.*

Vers 18.]

Verſ. 18.] Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 NEQVE [a] *verò eſt quòd contra me vt crudelem excādeſcamini. Cùm ob hoc ipſum quòd in vos propter ſcelera veſtra Chaldæos immitto inſtar peſſimorum ſerpentium ſæuiſſimos, qui nullâ ratione, precibuſque nullis ad miſericordiam flectantur, tam acriter & ipſe conficiar, vt dolor ipſe meus incredibilis ſit, & ſuper omnem quem lingua exprimere queat dolorem.*

a Dolor meus ſuper dolorē, in me cor meū mœrens, (ſeu ſuper me cor meum infirmum, aut mœrens.)

2 *Atque ſicut ſuper vos multiplices inferam calamitates, ita & in me dolor dolorem ſequetur, dolori alium ſuperuenire ſentiam dolorem, adeo vt & cor meum intra me totum ſit mœrore oppreſſum; animuſque meus ſit mœrens plus quàm ferre poſſim.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 DOLOR *meus ſuper dolorem*, &c.) Haud quidem inter Expoſitores conſtat, cuiuſnam hæc ſint verba, aliquibus ea tribuentibus Iudaico populo, per Mimeſim tamen relata vel à Deo, vt mox explicaui: vel à Propheta: Aliis exiſtimantibus, illa eſſe Prophetæ eidem populo in tantis condolentis afflictionibus: Quibuſdam aſſerentibus, primam quidem iſtius verſ. 18. partem eſſe verba Dei, ſecundam verò Prophetæ. Aliis vt Dei verba totam ſententiam iſtam deſumentibus: Quod mihi magis arridet, vt per hæc prout & aliàs quoque feciſſe reperimus, inexplicabilem ſuum erga afflictum Iudaicum populum quoquo modo patefaciat commiſerationis & compaſſionis affectum. Et quidem ingenti cum energia id peragit, vt ex præallata intelliges iſtorum Paraphraſi. Humano more Antropopathôs in hunc modum ita loquens, prout aliàs ſæpiſſime.

Dei compaſſio & commiſeratio quanta erga Iudaicū populū quando in illum ſæuiſſimos immiſit Chaldæos.

2 Quia in Hebræo eſt vox מבליגיתי *mabligithi*, valde ambigui à verbo בלג *balag* Roborare, & confortare, aliique vt Verbum illam accipiunt; alij verò vt nomen verbale, roborationem, & confortationem deſignans; & alij cum B. Hieronymo, vt nomen propriè ſignificans rictum, qui eſt oris diſtenſio dolore contracti ad ſimilitudinem ridentium. Inde factum eſt, vt admodum diuerſâ ratione prima iſta huius verſ. pars ex Hebræo à recentioribus reddita reperiatur. Pagninus quippe ſic eam vertit, (*Cùm volo confortari ſuper dolorem meum, non poſſum.*) Similique ferè modo Ioan. Maldonatus, (*Et ſi coner dolorem meum vincere, non poſſum,*) Regia, (*Confortatio mea ſuper mœrorem.*) Simili ratione in Theſauro Mercerius, (*Roboratio ſeu Refocillatio, Refrigerium ſuper dolorem,*) id eſt, cùm voluero roborare me, & refrigerari, nequeo, (*quia in me cor meum mœrens*) vt exponit R. Dauid, ſeu vt ait Andreas Cappella, (*Confortatio ſuper dolorem meum,*) id eſt roboratus, & auctus eſt dolor meus ſuper dolorem, idem cum eo quod nos in Vulgata legimus. Vatablus (*Rictum flendo deduxi propter mœrorem,*) id eſt, Dolor meus ore oſtenſus, eſt ob dolorem internum, Alioque modo in Annotationibus ſic, (*In conſolatione mea,*) id eſt, cùm darem operam, vt mœrore depoſito reſpirarem & ſolarer me, animus meus à conſolatione fuit alienus. Iſidorus eodem ſenſu Hebræus inquit, poteſt verti, (*Roborari cupiebam contra mœrorem, ſed cor meum in me dolore affectum eſt,*) Secundùm quam poſtremam verſionem, aliaſque ſimiles ſecunda iſtius ſententiæ pars non eſt quid ſeiunctum à prima parte, quam modò exponimus. Qua ratione ſi ſumenda hæc ſint & in noſtra Vulgata, aptiùs ea tribues Prophetæ vnà cum populo calamitatem toleranti, eidemque Populo compatienti.

3 (*In me cor meum mœrens.*) Per epitaſim hæc à Deo adiiciuntur ſuperioribus, eò ferè modo, quo in capite quarto ab eodem Propheta ſiue in perſona propria, ſiue in perſona Domini ei quod primo dixerat, [b] *Ventrem meum, ventrem meum doleo*, adiectum & id fuit, *Senſus cordis mei turbati ſunt in me*, id eſt, Senſibiliter cordis dolore affectus conturbatus ſum. Efficaciuſque iuxta verſionem Sept. *Me premit anima mea*, ſeu, *fluctuat anima mea*, *Dilaceratur cor meum.* Hebræa ad verbum ſic habent, (*Super me cor meum infirmum*, ſeu *mœrens*, quòd rectè hunc habere poteſt ſenſum, Cor meum infirmum eſt, meuſque animus eſt mœrens pluſquàm ferre poſſim, eo ferè modo, quo & apud Iſaiam idem Dominus ait, [c] *Laboraui ſuſtinens.*

b Iere. 4. 19.

c Iſai. 1. 14.

Si dolenti in calamitatibus populo hæc tribuantur, vel Prophetæ eidem populo condolenti, duabus iſtius ſententiæ partibus duplex dolorum genus expreſſum dices, alterum externum ſeu externis in fletibus, internum alterum. Quomodo idem met Propheta in ſuis Lamentationibus in perſona eiuſdem populi bimembri item oratione fecit, vbi dixit, [d] *Multi gemitus mei*, En primum genus, *Et cor meum mœrens*: En ſecundum: Pro quo facit verſio Vatabli quoad primam partem, (*Rictum flendo deduxi propter mœrorem.*)

d Thren. 1. 22.

Hugo Cardinalis totam ſententiam in hunc modum Ieremiæ tribuit, Iudæorum captiuitatē deploranti, *Dolor meus de deſtructione duarum tribuum accumulatus eſt ſuper dolorem de deſtructione decem tribuum. In me cor meum mœrens, id eſt, Mente doleo pro deſtructione populi mei.*

Hugo Card.

Verſ. 18.] Dolor meus ſuper dolorem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 VT noſtræ quoque huic lectioni conueniant quæ de lethiferi, ac doloriferi ſerpentini detractorum morſus effectibus moraliter in præcedenti verſu 17. iuxta verſionem Sept. à nobis dicta fuêre, aſſerendum, hæc à Deo per Mimeſim relata vt verba eorum, quibus ſerpentes ſuos detractionis infixerint morſus. Ac ſi ita habeantur, *Et mordebunt vos*, & vnuſquiſque veſtrûm dicet, *Dolor meus ſuper dolorem*, &c. vt ſupra. Pro quo ſenſu facit conſideratio moralis potiùs quàm Literalis, quam videre potes apud Gaſparem Sanctium, in Comment. ſuper hunc locum, innixam ſuper Hieronymi expenſionem Hebraici nominis, quod ipſe dolorem reddiderat, cùm tamen propriùs interpretandum aſſerat rictum oris dolore contracti, & habentis riſus ſimilitudinem. Vt ſignificetur, impiorum dolorem ex intempeſtiuo eſſe eiuſdem riſu, & gaudio, iuxta illud Prouerb. 14. 13. [a] *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat*: vtpote quem iurè Sardonicum appelles riſum,

Gaudium mūdanorum, & impiorum parit dolores.

a Prou. 14. 13.

risum, seu phrenesi laborantium.

Cæterùm sicut visum est in Expositione literę, aptiùs Deo hæc tribuuntur, qui de semet loquatur, humano more significans, adeo sibi innatam miserationem, vt vel etiam quando, suâ id exposcente iustitiâ, firmiter in peccatores inferre statuit supplicia, si dolorum capax esse posset, summo afficiendus esset dolore, necnon & aliorum omnium maximo conficiendus cordis dolore, prout fusiùs explicatum videre potes in expositione literæ. Sed quid? Contrarius ne sibi est Deus? Contrarij ne eidem Deo sancti sunt eius Prophetæ? In lib. enim Prouerb. Sapientia increata, quæ Deus ipse est, his omnino aduersantia sic rebelles alloquitur impios. [a] *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia.* Sanctus verò Iob, *Si* [b] *flagellat*, inquit, *occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.* Vates quoque Regius Psalm. 2. ait, [c] *Qui habitat in cælis irridebit eos* scil. impios, *& Dominus subsannabit eos*, quibus sc. locuturus est in ira sua, & quos cõturbaturus est in furore suo. Et Psal. 36. [d] *Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius*, quo damnationis scil. subeat supplicium.

Deus in suppliciis peccatorum quomodo & summo dolore dicat se angi, & ridere, ac subsannare.

a Prou. 1. 26.

b Iob. 9. 23.

c Psal. 2. 4.

d Psa. 36. 12.

6 Verumtamen quamuis si de homine hæc proferrentur, omnino ea essent sibi inuicem opposita: pro vna-met re eodem tempore & dolère vehementiùs, & magnâ ridere subsannatione: quia duobus distinctis actibus, iisque inuicem contrariis, distinctisque ea exhiberi operæ precium sit potentiis. In Deo tamen, in quo nulla est potentiarum distinctio, sed in vnica essentia vniuersæ eminenter sunt perfectiones, & in cuius vnico actu omnes quarumcúmque earumdem perfectionum promuntur actus; hæc duo nequaquam sibi inuicem aduersantur, sed cùm simul in vna essentia & iustitia identificentur, & misericordia, iuxta illud, [e] *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt*, simul quoque & iuxta misericordiam, si doloris capax esset, cùm castigare cogitur, doleret quàm maximè: & iuxta iustitiam, si affectus ipsum attingere posset gaudij, in ipsamet eorundem castigatione altiùs rideret.

e Psa. 34. 11.

7 Et quia isti humani affectus in Deo non sunt nisi secundùm effectus, & actiones, ridere eatenus is dicitur, & subsannare in peccatorum suppliciis, quatenus in sua sibi complacet iustitia, secundùm quam & illorum deridere videtur intempestiuas preces, à quibus derisus prius fuerat, cùm ipsius neglexere mandata: illos importunè ipsum inuocantes minimè exaudiens, qui suas primùm respuêre vocationes: & eorumdem stultos irridere conatus, quibus ei sese opponere non erubuêre. Ita vt iste iustitiæ, risus-

In Deo affectus non sunt nisi secũdùm effectus. Ridere, & irridere quomodo competat Deo.

A que effectus id potiùs denotet, quod ex ipsis est peccatoribus, & quibus id omne tribuendum est opus, quod propterea idemmet Deus opus quidẽ suum, sed alienum apud Isaiam [f] appellat. Simul autem in eisdem quæ peccatoribus infert suppliciis summo se affici inquit dolore, cordisque mœrore, vt promptitudinem designet exhibendi, quantùm ex parte sua est, bonitatis effectus & misericordiæ innatæ naturæ suæ proprios. Quòd si adhuc quis contra hæc ex præallato vrgeat loco Iob, quo asserebatur, & de pœnis innocentum Deum ridere, [g] respondendum, nec id repugnare ei quod hîc dicit. Ibi quippe significa-
B tur, aliquando Deum cum iustis se habere instar irridentis, & subsannantis, cùm contemnere videatur illorum preces opem ab ipso postulantiũ, iuxta illud Dauid. *Vt quid Domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* Sed irrisio ista non habet adiunctum in eodem dolorem (humano more loquendo) cùm misericordiæ, & bonitatis sit effectus, ad eorumdem innocentum vtilitatem quam ex patienter toleratis tribulationibus collecturos Deus agnoscit.

f Isai. 28. 21.

g Iob. 9. 23.

h Psal. 9. 22.

C

VVLGATÆ.

Vers. 18.] Dolor meus super dolorem, &c.

SEPTVAGINTA.

18. Μετ' ὀδυνῆς καρδίας ὑμῶν ἀπορουμένης.

Vers. 18.] Cum dolore cordis vestri deficientis.

APPENDIX EXPOSITIONVM

ex Antiquis Patribus collecta.

D PARAPHRASIS Chaldaica. *Pro eo quod subsannauerunt contra Prophetas, qui prophetabant eis, adducam eis dolorem, & gemitum propter peccata eorum super eos dicit Propheta, cor meum dolet.* 1

Vers. 18. (*Dolor meus*, &c.) Hieronymus. *Pro quo Sept. superiori sententiæ quæ dicta sunt copularunt, vt ponerent, (Et mordebunt vos, ait Dominus, insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientis.) In Hebraico autem non tam dolor est, qui Græcè dicitur ὀδύνη*
E *odini, quàm μεδιαμα, mediama, quod nos interpretari possumus rictum oris dolore contracti, & habentem risus similitudinem. ἐμφατικῶς (Emphaticôs) autem hæc ex persona Dei legenda sunt, plangentis euersionem Ierusalem & eius miserias non ferentis.*

Hieronym. *Deus plangit euersionem Ierusalem.*

D. Thomas. *Ponit compatientis misericordiam, & primò super populi afflictionem ponens compassionem, (Dolor) ex persona Domini, & est Antropopathos, vel ex persona Prophetæ. Thren. 1.* [a] *O vos omnes qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor similis sicut dolor meus.*

D. Thomas.

a Thren. 1. 12.

CATENA VETERVM PATRVM

GRÆCORVM.

MET' ὀδυνῆς καρδίας ὑμῶν ἀπορουμένης.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ ἐνδέχεται μὴ νύττεσθαι ὑπὸ τῆς συνειδήσεως.

F Vers. 18. CVM *dolore cordis vestri deficientis.)*

Olympiod.

Olympiodori.] *Haud enim fieri potest quin pungantur à conscientia.*

Vers. 19.

Verſ. 19.] Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: Numquid Dominus non eſt in Sion, aut Rex eius nō eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiã concitauerunt in ſculptilibus ſuis & in vanitatibus alienis?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua.

b Numquid Dominus non eſt in Sion? aut Rex eius non eſt in ea?

ECCE [a] ad Chaldæorum aduentum tales à populo meo emittentur eiulatus, qui vel in remotiſſimis audiantur terris, metu duntaxat eorum, qui è maximè diſſitis veniunt regionibus. [b]

1 *Ac ſi me non habeant Dominum defenſorem Sion, & rectorem ipſorum aduersùs hoſtes.*

2 *Dixerunt quidem illi intra ſe obmurmurantes contra me, Numquid non Dominus colitur in Sion vt Deus? numquid non idem in ea venerationi habetur vt Rex? Cur ergo ipſam is non defendit, quin potiùs in hoſtium iſtorum eam tradidit manus?*

3 *Quibus multò veriùs inferam ego. Numquid non ipſe ſum Deus eorum, quem coluêre in Sion? Numquid non ipſe potentiſſimus ſum in eadem Sion regnans eorum Rex, qui illos, ipſamque Ieruſalem ab omnibus eruere poſſum calamitatibus?* [c] *Cur igitur quaſi ipſe nec ſim ampliùs in Sion, nec illius curam geram, de me diffidentes, imò ad iracundiam me prouocantes Idololatriæ ſeſe dedidêre, ritibuſque inanibus alienarũ Gentium opem, & ab alienis diis, & ab alienis quoque Gentibus quæſiêre, in primiſque ab alieno Ægypti Rege?*

c Quare ergo me ad iracũdiam cõcitauerũt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis (ſeu alienigenæ)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ECCE *vox clamoris filiæ*, &c.) Quamuis & Prophetæ, & Dei verba hæc eſſe queant. Aptiùs nihilominus Deo ipſa tribui arbitror, ſicut & cætera, quæ hoc verſu 19. continentur. Duobus autem modis prima iſta pars poteſt exponi. Primò, vt ob oculos Deus ipſe proponat Iudaicum populum ſuum tantis eiulatibus in captiuitatem ductum, vt illius clamores vel maximè à longè audirentur. Vel ſecundò vt eumdem populum repræſentet ad Chaldæorum aduentum clamoribus eiulantem talibus, qui etiã in maximè diſtanti terra percipiantur. Quem ſenſum meliùs exprimit Hebræa, in qua pro præpoſitione *de* eſt litera מ *mem*, quæ & *de* ſignificat, & *A*, ita vt verti commodiùs queat, *(A terra longinqua)* ſeu propriùs, *(A terra diſtantiarũ.* Quamquam ſi hoc pacto vertatur, & eo ſenſu hæc ſumi queant, vt dicta præpoſitio *A* Hebraicâ phraſi ſtet pro alia præpoſitione *Propter*, ac ſi dicatur, Propter terram remotiſſimam, id eſt, ob homines terræ remotiſſimæ, vt in ſuis Scholiis explicat Vatablus. Quod ita declarat Ioan. Maldonatus. Hebr. *(Propter terram longinquorum)* Hebraiſmus, & Enallage: Propter eos, aut metu eorum, qui veniunt de terra longinqua. Quem ſenſum noſtræ quoque aptare eſt lectioni, ſi per præpoſitionem *de* non locum, ſed materiam, & rationem eiulatuum deſignari dixerimus. Quod tetigit Hugo Cardinalis dicens, *(de terra longinqua,) quia materia, ſiue occaſio clamoris, vel cauſa fletus eius fuerunt Chaldæi venientes de terra lõginqua.*

Vatablus. Ioan. Mald.

Hugo Card.

2 *(Numquid Dominus non eſt in Sion, aut Rex eius non eſt in ea?)* In ſecunda iſtius ſententiæ parte reperio in Codicibus verſionis Sept. varietatem, quam hoc loco notem operæ precium eſt. Quã-

A uis enim Codex Vaticanus aliique correctiores iuxta lectiones Hebr. & Vulgatam habeant *ἢ βασιλεὺς, (aut Rex non eſt ibi.)* Codices tamen Complutenſis & Regius aliter ſic legunt *ἢ ἰατρὸς (aut medicus non eſt ibi?)* quod in verſ. 22. haberi videbimus.

Plerique expoſitorum aſſerunt in his, & quæ ſubiiciuntur, fieri inter Deum, ac populum dialogiſmum quemdam: adeoque arbitrantur, hæc eſſe verba populi, quæ in ipſiſmet clamoribus, & eiulatibus ſuis protulerit deſperans, Deique prouidentiam erga ipſum denegans. Vt ſenſus ſit, B Numquid nō Dominus colitur in Sion vt Deus: Numquid non idem veneratur in ea, vt illius Rex? q.d. Cur ergo ipſam non defendit, quin potiùs in hoſtium eam tradidit manus? Cui ſenſui fauet lectio Hebraica, quæ ad verbum ſic habet, *(Numquid Dominus non in Sion? An Rex eius non in ea?)* Intrinſecus ſimilia inferentes iis, quæ in lib. Iob ſuperbi illi impiè protulêre, [d] *Quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum?* Cenſent alij, hæc potiùs eſſe verba Prophetæ, qualia certè & à Prophetis cæteris in ſimilibus proferri ſolent euentibus, prout apud Michæam talia eidem populo dixiſſe legi- C mus. [e] *Nunc quare mœrore conſumêris? numquid Rex non eſt ibi? aut conſiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor ſicut parturientem.* Vt eorum quæ hîc dicuntur ſenſus ſit, Quomodo fieri potuit, vt Sion in hoſtium traderetur manus, cùm Deum haberet cuſtodem, & Regem? ſeu, Cur in has Iudæi incident anguſtias? Nonne Deum habent, qui ipſos defendat? Aut, Quomodo factum eſt, vt neque Deus, neque Rex potuerit Sion ab hoſtibus defendere?

Deſperãtium de Dei prouidẽtia verba.

d Iob. 21. 15.

e Mich. 4. 9.

D Aptiùs eidemmet Deo, quem in ſuperioribus locutum diximus, & iſta tribuemus, vel hoc ſenſu, quem proſequitur Hugo Cardinalis. Quaſi non habeant Dominum defenſorem, aut eorum rectorem contra hoſtes: imò receſſit ab eis, & pro nihilo confidunt de liberatione, cùm ſine me nõ poſſint ſe defendere. Vel, vt hæc cum ſubſequẽtibus eo iungantur ſenſu, quo & in 1. cap. lib. 4. Regum. Ochoziæ Regi Iſrael nuncios mittenti ad interrogandum Beelzebub Deum Accaron, vtrum viuere poſſet de infirmitate ſua, per Eliam Prophetam ea dicenda mandauit Deus. [f] *Numquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum* E *Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris.* Sic ergo hîc addens.

Hugo Card.

f 4. Reg. 1. 3.

3 *(Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis?)* Iudæorum redarguit diffidentiam ſimul ac peruerſitatem, quibus factum eſt, vb ab ipſomet in hoſtium manus, nemine illos tueri valente, traditi ſint: Cùm nimirum idololatriæ operam dedêre, ritibuſque inanibus alienarum Gentium opem & ab alienis Diis, & ab alienis quoque F Gentibus quæſiêre ab exteris Regibus Ægypti; quaſi in Ieruſalem non eſſet Deus, neque Rex. Quâ ratione & ſup. in cap. 2. iis eoſdem arguit, [g] *Numquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?*

g Iere. 2. 17.

Pro eo quod in Vulgata, & in verſione Sept. legimus, *(Et in vanitatibus alienis,)* in Hebræo ſic habetur ſine coniunctionis particula בהבלי נכר *behable nechar*, Quæ Pagn. vertit, *(Vanitatibus Dei alieni)*

alieni Regia, (*In vanitatibus alienigenæ,*) Vatabl. A *Vanitatibus exteris.*) Porrò vanitatum nomine ipsamet designari possunt idola, prout sæpè alias supra: vt significetur, Iudæos Deum irritasse quòd & sua, & alienarum gentium coluerint idola. Vel, quòd & sculptilia coluerint, & Deum suum vanis alienigenarum gentium ritibus venerati sint. Vel quòd vana alienæ gentis exquisierint auxilia, in quibus suam omnem collocarint fiduciam.

Vers. 19.] Numquid Dominus non est in Sion, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

TVTVS de præsentanea Dei ope Isaias in persona omnium incolarũ Sion hæc aliquando protulit,[a] *Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.* Vtinã non contingeret temporibus hisce nostris, vt in cõplurium Christianorum persona dicendũ potiùs sit, *Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus Rex noster: ipse damnabit nos*: Ita enim viuitur ac si Dominus in Ecclesia non esset, quem tamen certum est nobiscũ in illa mansurũ vsque ad consummationem sæculi. Huc referas rectè quod hîc dicitur, (*Numquid Dominus,* &c.) prout facilè ponderatis tribus iis nominibus, iudicis, legiferi, ac Regis amplificare id poteris, expensis præsertim & his, quæ subsequuntur, (*Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis.*) Quod hîc dicitur, (*Me ad iracundiam concitauerũt in sculptilibus suis,*) Efficaciùs in Psalm.77. sic explicatur, [b] *In sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.* Sculptilia prauorum Christianorum ea sunt, quæ scalpello intellectus sui in mundi huius rebus sibi in Deos quodãmodo sculpunt, quæque plusquàm Deũ amore prosequuntur; In his sculptilibus ad iracundiam concitant Deum, quando illi quem & Dominum, & Regem esse in Ecclesia norunt, has, quas intellectu exculpserint, affectuque quasi poliendo elegerint, in eius quodammodo contemptum præferunt creaturas, sicque ad earum æmulationem ipsum, quantùm in eis est, prouocant præsentem.

4 *Christianorũ plerique ita prauè viuũt ac si Deus in Ecclesia non esset iudex, legifer, & Rex.*
a Isai.33.22.

Christiani plerique nimio creaturarum amore Deum prouocãt ad æmulationem in sculptilibus suis.
b Psa.77.58.

5 Porrò ea quibus item ad iracundiam Deum concitant peccata vanitates nũcupat alienas, seu alienigenarum, quia alienarum potiùs Gentium, & idololatrarum sint quàm Christianorũ, prout per ea explicari posse videtur, quæ fidelibus dicta fuere Ephesiis.[c] *Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui*, id est, vt non conuersemini, eaque agatis qualia fieri solent à Gentibus, quarum id est, vt iuxta sensum sensualiter conuersentur; seu sensus nomine mentem prout in Græco est, intelligendo, vt quia mente vana dũtaxat tractare assuetæ sunt, in vanis totas sese occupent pecatorum studiis, *Tenebris obscuratum habentes intellectum*, id est, quarum vanitas studiorũ ex errore in illis prouenit intellectus. Vnde bene subdit, *Alienati*, scilicet ipsi Gentiles *à vita Dei*, id est, à viuendi modo, quem Deus instituit, *per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum.* Exponensque vana ipsa eorum studia addit, *Qui desperantes*, scilicet salutem, viamque virtutis, ac beatitudinis, *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam*, duplex indicans peccatorum genus, ad quæ reliqua omnia quæ sensus sunt, referuntur; alterum spectans ad concupiscentiam carnis, alterum ad concupiscentiam oculorum. *Vos autem non ita didicistis Christum*, id est, non ista edocti estis in Christianismo, non ista vana studia quasi Christianorum tradita habuistis in Christi doctrina.

Christianorũ peccata quomodo dicãtur vanitates aliena, seu alienigenarũ.
c Ephes.4.17.

Possumus etiam vanitatum alienarum nomine ea peculiariter designata accipere delicta, 6
quæ per vanam animi elationem, per superbiam peccatorum omnium maximum, & caput, at- B que originem, ac per contemptum admittuntur, de quibus in Psalmo 18. dicitur,[d] *Et ab alienis parce seruo tuo*, quo loco, *Alienis* reddidère Sept. quod in Hebraico, prout vertit & Hieronymus, & Aquila, est *A superbis*, scilicet actibus qui bene alieni appellantur, quia aliena sunt ab eo qui re verá seruus Dei esse velit, & ab omni Christiano, qui à Christo audiuit, [e] *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Adde quòd superbiæ potissimùm peccata alieni illius peculiariter dici debent, qui in cælo superbiam vt C propriam sibi arrogauit, Luciferi inquam, vnde bene alia lectio habet, *Et in vanitatibus alieni*, in genitiuo.

Superbia & inanis gloria peccata appellata vanitates alienæ, seu alieni, & cur.
d Psa.18.13.
e Matth.11.29.
Superbia censenda maximè aliena à Christianismo.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Ecce vox clamoris, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Ἰδοὺ φωνὴ κραυγῆς θυγατρὸς λαοῦ μου ἀπὸ γῆς μακρόθεν. μὴ κύριος οὐκ ἔστιν ἐν Σιών; ἢ βασιλεὺς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ; διότι παρώργισάν με D ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐν ματαίοις ἀλλοτρίοις.

Vers. 19.] Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Numquid Dominus non est in Sion? aut Rex non est ibi? Quoniam ad iracundiam concitauerunt me in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

E PARAPHRASIS Chaldaica. *Ecce vox clamoris cœtus populi mei de terra longinqua. Tu Propheta, increpa eos (dicens,) Numquid maiestas Domini non est in Sion? aut Rex eius non est in ea? quare irritant me simulacris suis, & cultu idolorum?* 1

Vers.19. (*Ecce vox clamoris,* &c.) Hieronymus. *fletum describit, & vlulatum vrbis Ierusalem ingressis hostibus. (Numquid Dominus, &c.) Siue Dominus ipse est Rex. Aut certè Dominus ad Patrem, Rex refertur ad filium, iuxta illud quod sub nomine Salomonis scribitur, Deus* [a] *iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Vt autem vox clamoris sit in Ierusalem & clamor ipse veniat de terra longinqua causa manifesta est, quòd Dominus non sit in ea, & Rex illius recesserit ab illa, (Quare ergo, &c.) Recessi autem, inquit Dominus, ab eis, quia me qui Dominus & Rex illorum eram, idolorum cultu ad iracundiam prouocarunt.* F

Hieronym.
a Psal.71.1.

Theodoritus. *Prædicit captiuitatẽ, (Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua,). Tum per interro*

Theodorit.

interrogationem,(Numquid Dominus non est in Sion? aut Rex eius non est in ea?) Vbique inquit, *adest Deus omnium. Quam igitur ob causam tradidit eam hostibus? (quia me concitauerunt ad iracundiam in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis,) Horum* inquit, *vobis malorum causa fuit, conuersatio legi contraria, & impia idolorum adoratio.*

D. Thom. D. Thomas. *Ponit populi afflictionem, (Ecce* A *vox) hostium,(de terra longinqua) vel populi contra eosdem hostes. Vel de terra captiuitatis supra.* [a] *Vocem quasi parturientis audiui. Et afflictionis rationem. (Numquid Dominus.) Imò ipse Deus posset dare & consilia, & auxilia,& responsa. Vnde nullam causam habetis alios Deos quærendi. 4. Reg. 1. Numquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron?*

a Thren. 4. 31.

b 4. Reg. 1. 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἰδοὺ κραυγὴ φωνῆς θυγατρὸς λαοῦ μου.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ προφήτης ἀκούει πάλιν ὀδυρομένων αὐτῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας.

[Ἢ βασιλεὺς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ;]

|| ἀλ. τοῦ Χρυσοστόμου.) Ὀλυμπιοδώρου.] || μὴ ἀναρχία τίς ἐστι παρ' αὐτοῖς; πόθεν προεδόθησαν; καὶ τὸν θεὸν εἶχον. καὶ τὸν βασιλέα τὸν στρατηγοῦντα τῆς πόλεως. τί ἐστι, βασιλεὺς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ; συνεχῶς τοῦτο δείκνυσι, τὸν θεὸν ὑπὲρ βασιλέας εἶναι. ἰδοὺ φησὶ πᾶσα ἀφῄρηται πρόφασις ὑμῖν. ἔδωκα καὶ βασιλέα. τί γεγονεν, ὅτι τὰ ἔθνη ἐμιμήσασθε, καὶ ἐλέγετε, καὶ ἐσόμεθα ὡς τὰ λοιπὰ ἔθνη ἔχοντες βασιλέα; βασιλέα ἐλάβετε. τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐμείνατε ἐπὶ τῶν οἰκείων νομίμων, ἀλλ' ἠσεβήσατε;

Vers. 19. *Ecce vox clamoris filiæ populi mei.*] 1

Chrysostomi.] *Iterum vlulantes ipsos à captiuitate Propheta audit. Aut Rex non est ibi?* Chrysost.

Chrysostomi.] *Nũ apud eos non erat principatus? Quare sunt traditi? & Deum habebant, & Regem in vrbe ducem exercitus. Quid est Rex non est ibi? frequenter hoc docet, Deum supra Reges esse. Ecce vobis ait sublatus omnis prætextus, Dedi & Regem; Cur Gentes æmulati dixistis,* [b] *& erimus sicut reliquæ gentes Regem habentes: Regem accepistis; quare in vestris legibus non perstitistis, sed ad impietatem lapsi estis?* Chrysost.

b 1. Reg. 8. 5.

Vers. 20.] Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Trãsiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus.

AVDIRE [a] *& ipse mihi videor, ait Propheta, eosdem Iudæos in obsidione conclusos, absque vllo eorum in quibus confidebant auxilio, hisce secummet colloquẽtes, expectauimus diu idolorum quos coluimus, opem, nec non & Ægypti auxilia, in quibus totam nostram collocauimus spem; sed nobis inaniter expectantibus, anni euolutus est circulus, neque tamen ab obsidione liberati sumus, nec vllas eorum experti sumus suppetias.*

2 *Transiit messis tempus, transiit & æstas quando & fruges colliguntur, & fructus, & adhuc nos fame perimus; neque iuxta Prophetarum, & Sacerdotum pollicitationes vllum vel transacto iam longo tempore specimen apparet salutis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 TRANSIIT *messis, &c.*) Confirmat Propheta quæ mox à Deo retulit prolata, enarrãs quæ ab obsessis Iudæis dicerentur, cùm expectatus non superueniret Aegypti Rex, qui ipsos ab hostili erueret Chaldæorum exercitu, in quo suam collocarant spem; nec vllam ex Idolorum cultu adeptam viderent opem: neque iuxta pseudoprophetarum, & prauorum Sacerdotum pollicitationes vllum vel transacto iam longo tempore specimẽ appareret salutis. Potest autem istorum quę hîc dicuntur esse idem sensus ac eorum quæ sup. vers. 12. vidimus à Domino dicta. *Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit,* quibus diuturnitatem obsidionis absque vllo auxilio designatam diximus. Sic quod hic inquiunt tale est. Diu expectauimus auxilium ab Aegyptiis, sed nobis expectantibus periit tempus, & opem illorum non sumus experti. Ita Vatablus: vt hac loquendi formulâ, (*Transiit messis, finita est æstas,*) significetur plurimũ transiisse tẽporis genericè. Quod aptiùs ad præsentem locum dici crediderim, quàm quod asserit Gaspar Sanctius, per eamdem significari, transiisse plures annos; tametsi non abnuam, verissimum esse, æstatis messisque vocabulis annos designari solitos sacris, profanisque literis, quod egregiè ab ipso probatur. Mutata sunt tempora ait Andreas Cappella, & anni circulus euolutus est, neque tamen liberati sumus ab obsidione. D Peculiariter autem duorum anni meminère tẽporum, Messis, atque æstatis, vel quia in illis fruges colligerentur, & fructus; vt famem quâ in obsidione peribant deplorandam significarẽt. Vel quia putarant, aliquando post messem Aegyptios venturos sibi in auxilium mense Aprili, quando homines minùs sunt occupati, & non venerunt: Deinde putarãt post æstatem vẽturos, collectis iam fructibus, factisque vindemiis, neque tunc venerant, vt ait Maldonatus, vel vt ad similitudinem duntaxat ea prolata sint, vt ait Isidorus Clarius, vt sensus sit, Præteriit nobis omnis spes, tamquam æstate exactâ, & colligendorũ E fructuum tempore. Bene autem hîc notat Nicolaus de Lyra, ex confidentia Regis Aegypti rebellasse à Chaldæis Sedeciam Regem Iuda, & ex hoc secutam destructionem ciuitatis Ierusalem, totiusque Iudææ, vt patet ex lib. 4. Reg. cap. 24. & ex cap. 37. nostri Prophetæ.

Vatablus.

Æstatis messisque vocabulis designati anni.

Andr. Capp.

Ioan. Mald.

Isid. Clarius.

Lyranus.

Quod dicitur, (*Et nos saluati non sumus:*) contra pseudoprophetas dictum inquit Hugo Cardinalis, Ac si dicatur, Nos ab obsidione liberati non sumus, sicut promiserant pseudoprophetæ.

Vers. 20.] Trãsiit messis, finita est æstas, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 VERISSIMA sanè illa est Salomonis sententia, [a] *Qui congregat in messe filius sapiens est, qui autem stertit æstate filius confusionis est.* Siquidem qui præsentis vitæ tempore, quod Apostolus [b] *tempus* vocat *acceptabile, & diem salutis*, meritorum fructus, & bonorum operum fruges colligere non satagunt pro salute, operæ precium est vt transacto vitæ huius curriculo summam reuehant confusionem: quam tunc ingemiscent, quando nil ampliùs afferri poterit remedij, hæc dicentes, *(Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus.)* Enititur sanè idem Salomon ab imminenti hoc fidelium vnumquemque auertere confusione, dicens, [c] *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.* Argumentemur modò nos, quanta mortis tempore, & in die iudicij prauorũ Christianorum erit confusio, cùm transactâ messe, & finitâ æstate, & Deus, & Diabolus duo hæc illis obiicent; formica sine duce, sine præceptore, sine principe ea nihilominus vsa est sapientiâ, vt in messe, & in æstate cibos congregaret, quibus suam seruaret in hyeme vitam: *Numquid Dominus non in Sion, aut Rex eius non est in ea?* & talem vos habentes ducem, ac præceptorem, & principem, permisistis vt transierit messis, finitaque sit æstas nihil collectorum fructuum habentes salutis.

a Prou. 10. 5. *Tempore præsentis vitæ procuranda merita salutis æternæ.*
b 2. Cor. 6. 2.
c Prou. 6. 6. *Socordiâ suâ maximâ confusionem, & à Deo, & à Diabolo in mortis articulo, & in die iudicij referẽt praui Christiani.*

3 Quasi de re quæ vix contingere queat admirabundus dixit aliquando Paulus, [d] *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?* Idemque alibi, [e] *Quæ seminauerit homo hæc & metet.* Nec vllâ ratione in messione, & collectione fructuum, meritorúmque salutis ea admittenda est sententia, quam in parabola Euangelica seruus ille nequã ad dominum suum, quem & propterea hominẽ durum appellauit, iis habuit verbis, [f] *Metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti.* Ex quibus triplex colligitur ratio, cur sæpius hoc & fidelibus eueniat, vt transeat messis, & æstas, & non saluentur, nullo nimirum collecto salutis fructu vitâ istâ defuncti. Id enim exinde prouenit, vel quia non seminarunt bona opera, quorum merita metere quiuerint, idque negligentibus accidit, & in propria curanda salute socordibus, quos Sapiens pigros appellasse vidimus, & dormientes, ac stertentes, ita ipsos alloquens. [g] *Vsquequò piger dormies? quando consurges à somno tuo? Paululum dormies, & paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormias: & veniet tibi quasi viator, egestas, & paupertas quasi vir armatus*, id est, quam superare, & effugere nequeas, quin ab ipsa consumaris. Vnde ad fideles ipsos ab istiusmodi eos auertens negligentia Apostolus ait, [h] *Fratres hora est iam de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus.* Magisque ad rem nostram post prællata addit Salomon. *Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te.* Quo loco bene notat Hugo Cardinalis, Messem impigri rectè comparatam indeficienti fonti, ad differentiam copiæ bonorum temporalium quæ non fonti, sed torrenti, vel cisternæ assimilanda sunt, quia deficiunt in æstate, quando est aquarum inopia maior; Cùm è contra bona spiritualia, eorumque messis, & copia indeficienter reficiant, iuxta id Ioannis, [i] *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum: Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.*

d 1. Cor 9. 7. *Triplex ratio cur fideles ad finẽ vitæ non habeant quæ collegerint merita salutis.*
e Gal. 6. 7.
f Matth. 25. 24.
Ex negligentia plerũque contingit, vt nõ seminemus in hac vita quæ postea metamus merita salutis.
g Prou. 6. 9.
h Rom. 13. 11. *Iustorũ messis cõparata fonti indeficienti, quia est meritorũ salutis æternæ.*
Hugo Card.
i Ioan. 4. 13.

4 Prouenit idipsum secundò, quia tametsi fideles diligentiores sint in satione, quæ tamen seruêre, aut plantauêre in vita ista, haud talia sunt, quibus fructus proferantur salutis, ita vt messis ex iis fieri queat, & collectio meritorum vitæ æternæ; sed segetes potiùs mendacij, qualia sunt multiplicium vitiorum studia, quæ mendacem præ se ferunt voluptatem, ac beatitudinem, & fructus mortis æternæ. Verissima est enim Saluatoris nostri sententia, [k] *Non colligunt de spinis vuas, neque de tribulis ficus*, & iuxta Salomonis dictum, [l] *Qui seminat iniquitatem metet mala*, scil. æterna. Vnde per Hoseam Prophetam id salubre datur consilij, [m] *Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ*, id est, Si messis, æstatisque tempore transacto cum plenis segetum æternarum manipulis, & cum copia fructuum meritorum vitæ cælestis vos reperire vultis, & salui esse, Dum tempus habetis, seminate vobis opera in iustitia, & secundùm virtutem; operemini ad iustitiam, & ad vitæ probitatem; Sanè enim contestor, quòd meritorum manipulos metetis abûdantissimè iuxta os misericordiæ, scil. Dei, id est, iuxta sententiam cælestis Iudicis, quæ ore profertur misericordiæ præmiantis vltra condignũ. Vt videlicet & vobis conueniat quod dicitur in Psalmo. [n] *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Vel *& metite in ore misericordiæ*, sc. vestræ, ad messionem nimirum pro falce operibus vtentes misericordiæ, vt *in ore* positum sit pro *in acie*, prout sæpius in Scriptura dici solet, *In ore gladij* pro *in acie gladij*, prout ex Græco interpretatus noster Interpres ad Hebr. 11. [o] *Effugerunt aciem gladij.* Vt sit allusio ad id Euangelij, quo meritum, & præmium vitæ æternæ ex misericordiæ operibus esse significat Dominus, dicens, [p] *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui*, &c.

Impiis ex ipsorũ malitia contingit vt non metant merita salutis, cùm seminauerint fruges mendacij & fructus mortis.
K Matth. 7. 16.
l Prou. 22. 8. *Seminandæ virtutes, vt æterna metãtur præmia.*
m Hose. 10. 12.
n Psa. 125. 6. *Iuxta opera misericordiæ fit messis fructuum salutis.*
o Hebr. 11. 34.
p Matth. 25. 34.

Et vt intelligeremus, non solùm de seminatione segetum, earumque messione, quæ messis tempore fit à Propheta fieri sermonem; sed & de satione fructuum quorum collectio circa æstatis fit tempus, aptissimè à Sept. hæc ipsa sic reddita fuêre, *Seminate vobis ad iustitiam, vindemiate ad fructum vitæ.* Vt scil. non sit vobis postea dicendum, *(Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus.)*

5 Tertiò denique & ob id contingit plerumque, vt fideles in Ecclesiæ agro, & in vinea Domini laborantes mortis tamen tempore, seu vitâ istâ defuncti sine meritis reperiantur ad salutem, & præexposita eiulantes dicere cogantur verba, *(Transiit messis, &c.)* quòd vitam quidem, dum viuerent, professi sunt perfectionis, semina iacientes virtutũ in iis quæ prosequebantur studiis, perfectæque iustitiæ plãtantes plantationes extrinsecus operum secundùm sanctitatis perfectionem sese exhibuêre cultores. Sed cùm ea omnia ob inanem gloriam potiùs quàm propter Dei honorem præstiterint, haud aliud exinde collegêre, quàm amaritudinem tempore collectionis fructuum, & messis tempore omni se vacuos reperêre messione meritorũ æternæ hæreditatis. Quæ peregregiè apud Isaiam explicata mihi videntur, [q] *Quia oblita es Dei saluatoris tui,* &

Ex hypocrisi fit vt quæ seminata videntur opera bona, haud pariant fructus salutis.
q Isai. 17. 10.

Hypocritæ similes ei qui vineam ex optimis, & aliunde aduectis vitibus plantare satagit, ex quibus tamé nil boni colligit.

a Iere.2.21.

A *& fortis adiutoris tui non es recordata*, in perfectionis scil. studio, quod ex hypocrisi arripuisti. *Propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.* Alludit ad id quod ab iis fieri solet, qui in vineis optimas plantare satagunt vites, easque etiam ab alienis, & ex aliis regionibus deuectas: atque idipsum in serendis frugibus student: vt nomine *plantationis fidelis*, vitis significetur frugifera, qualem supra cap. 2. appellauit vineam, [a] seu ex Hebr. vitem electam & omne semen verum. Nomine vero *germinis alieni*, idipsum significetur tam de vite, quàm de semine quoque optimo aliunde aduectis, vt seminentur, aut inserantur. Quæ recte his de quibus loquimur congruunt hypocritis, qui (vt dictum est) perfecta in vno quoque virtutis studio in hominum oculis præ se ferre satagunt, imò & quæ in aliis eximia esse contigerit, æmulari, quos & propterea, vt videantur hominibus humiles, cernere est alienis frequentiùs se commendare precibus, aliorumque expiscari sanctitatis monita. Quæ tamen omnia cùm ficte ab iis fiant ad humanam dumtaxat captandam gloriolam, etsi plantationes, & seminum germina præ se ferant fidelia; Re verà tamen infidelia sunt, prout bene expresserunt Sept. hæc ipsa sic vertentes. *Plantabis plantationem infidelem, & germen infidele.* Quod & earumdem plantationum, ac seminum fructus contestantur, eorumdemque studiorum perfectionis manifestant effectus. Pro quibus designandis, subdit Propheta, *In die plantationis tuæ labrusca*, id est, eodem certè tempore, quo his per hypocrisim te dederis studiis, pro salutis meritorum fructibus immaturas, & acerbas proferent, quas colligas vuas mercedis humanæ gloriolæ, iuxta illud Domini, [b] *Cùm facis eleemosynam noli tubâ canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem suá.* Quam inanis gloriæ apud homines mercedem, florem ad modicum temporis perdurantem appellasse visus est Propheta cùm immediatè subiecit, *Et manè semen tuum florebit*, vt & id Psalmi ei aptari queat, [c] *Manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.* Quid ergo mirum, si tales ad vitæ suæ finem gementes dicturi asseruntur, (*Transiit messis, finita est æstas & nos saluati non sumus,*) id est, nihil collectorum nobis est fructuum meritorum salutis æternæ? Concludit enim & Isaias præexpositam sententiam, *Ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter.* In die siquidem, quo cælestem adituri ij essent hæreditatem, ablatam sibi videbunt opportunitatem colligendi ampliùs meritorum manipulos, quibus illatis illam adire quiuissent cum exultatione: dolebuntque propterea grauiter, & irreparabiliter, [d] *comedentes*, vt in libro dicitur Prouerbiorum, *Fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur*, in infernalium cruciatuum æternitate. Omittendum hic non censeo quod asserit hoc loco Dionysius Carthusianus fidelibus tempus messis esse tempus quadragesimale. Quo supposito aptam quisque per semet ex his ipsis educere poterit moralitatem aduersùs eos, quibus nihil collectum sit bonorum operum, ac meritorum, vel in ipsis diebus Paschalibus.

Hypocritarũ opera quantumlibet bona videãtur amaritudinis sunt, & mortis æternæ.

b Matt. 6 2.

Hypocritarũ gloria inanis similis flori illico decidẽti.

c Psal.89.6.

d Prou.1.31.

Quadragesimale tempus est tẽpus messionis meritorum bonorũ.

Dionysius Carthus.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 21.

Vers. 21.] Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PARTICEPS [a] *sanè & ipse fui calamitatis quâ Ierusalem, & vniuersus conterebatur populus meus: ac præ dolore ob eiusmodi calamitates concepto eidem compatiens populo, & corpore maceratus sum, contritis quodammodo visceribus, atque ossibus: & animo ita mœrore confectus sum, vt præ* B *tristitia in iugi extiterim squalore, & luctu: adeo vt mente ipsâ meâ vndique mœroris obseptâ tenebris anxius hærerem quasi inops consilij, ac perplexus quid cogitarem, quidve efficerem,* [b] *Apprehenditque me, & mordicùs tenuit stupor ingens in tanto dolore, atque mœrore ob id quòd in tantis calamitatibus nullus è populo esset, qui ad vera pœnitentiæ confugeret remedia; remansi in desolatione magna, quòd non viderem quemquam ad Deum conuerti vnicum talis contritionis medicum.*

a Super contritione filiæ populi mei cõtritus sum, & cõtristatus sum (seu obtenebratus sum in atoria.

b Stupor (seu desolatio) obtinuit me.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

C SVPER *contritione filiæ populi mei*, &c.) 1
Sunt qui putant hæc esse verba Dei iis similia, quibus & supra vers. 18. dictum vidimus, *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.* Aptiùs cum aliis censeo, ea cum præcedentibus, & subsequentibus à Sancto habita Propheta in persona propria, qui similia mox in persona habuerat Dei, vt & ex hoc ipso exploratum fiat, quàm cum Deo conueniant Sancti in affectibus Charitatis, & commiserationis erga peccatores, quos flagella attingant. D

Sancti quàm cõformes sint Deo in affectibus charitatis, & commiserationis.

Præostensâ igitur in superiori vers. 20. relatione verborum quæ Iudæi proferebant in obsidione, quòd de eo duntaxat quererentur, quòd omni frustrati spe auxilij vel idolorum, vel Ægypti, adhuc saluati minimè fuissent, sed in longa perseuerarent obsidione, & contritione, nullum habentes verbum de sua ad Deum conuersione, nullumque pœnitentiæ exhibentes signum. Participem se esse ait Propheta contritionis, calamitatisque eorum, quos Scripturarum phrasi filiam appellat populum suum, cuius nimirum curam gerebat, & de quo ipse quoque E erat. Quanquam dici possit vocem *filia* non redundare, sed adiectum ad designandam ciuitatem Ierusalem metropolim eiusdẽ populi, quod & in Sacris literis fieri obseruatum est aliàs.

Habet autem magnam vim verbum (*contritus sum*) iunctum cum altero verbo, (*Et contristatus.*) 2
Neque enim solum significat, Prophetam participem fuisse calamitatis, quâ & ciuitas Ierusalem, & vniuersus conterebatur ipsius populus: Sed & quòd præ dolore ob eiusmodi calamitates concepto populo suo compatiens, atque cõmiserans & corpore maceratus sit contusis quo- F dammodo & contritis visceribus, necnon & ossibus, iuxta illud Sapientis. [c] *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Et animo ita mœrore sit confectus, vt præ tristitia in iugi extiterit squalore, & luctu, ita vt ipsius mente vndique mœroris obseptâ tenebris anxius hæreret quasi inops consilij, atque perplexus quid cogitaret, quidve efficeret. Quæ magis exprimuntur in lectione Hebraica per secundum quod in ea habetur verbum קדרתי *kadarthi*, à Regia quidem redditum *denigratus sum*,

c Prou. 17. 22.

A & ipsius scilicet mœstitiæ nigrore, & pullis indutus vestibus: magis tamen ad rem nostram redditum à Pagnino *obtenebratus sum*, & à Vatablo, *obscuratus sum*, id est, præ mœrore tenebris, & obscuritate vndique offusus. Efficaciùs id exprimente versione Sept. quæ sententiam istam sic legit, *Super contritione populi mei obtenebratus sum, ἐν ἀπορίᾳ, in afflictione*, vertunt interpretes Latinorum Codicum Vaticani, Complutensis, & Regij, propriùs reddendum, *In aporia*, Græco nomine relicto, quod & in Latinis Codicibus vsurpatum reperitur in lib. Ecclesiast. [a] quomodo in 2. ad Corinth. [b] & Græcum item verbum *aporiamur* relictum est à Latino interprete, quia illius vis, & significatus vnico exprimi nequirent verbo Latino, sicut nec vnum reperitur Latinum nomen totam vim exprimens Græci vocabuli Aporiæ, quod egestatem significat & inopiam, dubitationem, & perplexitatem.

Aporia quid sit.

a Eccl. 37. 5. b 2. Cor. 4. 8.

B

3 (*Stupor obtinuit me.*) Admodum diuersimodè ita hæc legunt Sept. (*Obtinuerunt me dolores quasi parturientis.*) Existimantes stuporis nomen hic positum simpliciter, vt effectum vehementissimi doloris sui ad vehementiam duntaxat exprimendam à Propheta adhibitum: adeoque vt efficaciùs idem contestarentur consuetam Sacrarum literarum adhibuère similitudinem dolorũ parientis, quibus vix reperiuntur vehementiores: qua de re egimus supra ad finem cap. 4. vbi dicebatur. [c] *Vocem enim quasi parturientis audiui angustias vt puerperæ.*

c Iere. 4. 31.

C

Cæterùm ne dum ob doloris vehementiam stupore se affectum Propheta significare voluit, sed & ob id quòd in tantis calamitatibus nullus esset qui ad vera pœnitentiæ confugeret remedia eius contritionis, & ad vnicum conuerteretur medicum, salutisque largitorem Deũ. Quod clariùs in sequenti explicat vers. subiiciens, *Numquid resina*, &c.

D

4 In textu Hebraico duo sunt quæ in his perpendamus: Primum, verbum חזק *hazak*, quod significat ita appræhendere, vt quod appræhensum sit mordicùs, & fortissimè teneatur, quo sensu & nostrum hoc loco sumendum est Latinum verbum *obtinuit*; Secundum, pro stupore hic haberi nomen שמה *sciamah*, quod & admirationem magnam significat cum stupore, & desolationem. Vt intelligamus ex stupore ipso maximè auctum Prophetæ mœrorem, ita vt & desolatio quædam ipsum obtinuerit, quæ omnium pessimus est tristitiæ effectus; vtpote per quem mens ita redditur stupida, vt omni desolata sit consilio; & animus in quamdam deueniat remedij desperationem, ita vt iure optimo omni desolatus dici debeat consolatione. Quam desolationem vnà cum stupore sanctum Ieremiã eatenus obtinuisse intelligendum, quatenus ex parte Iudaici populi desperatam agnoscebat illius plagam, & contritionem, super qua is tanto conficiebatur mœrore. Quomodo sibi contigisse alius testatur Propheta dicens. [d] *Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus, & nudus: faciam planctum velut Draconum, & luctum quasi Struthionum, Quia desperata est plaga eius*, scilicet Israel.

Desolatio est omnium pessimus tristitiæ effectus.

E

F

d Mich. 1. 9.

Vers. 21.] Super contritione filiæ populi mei, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

TRIBVI hæc aptè possunt cuique viro probo, qui cùm quempiam eorum quo mox diximus perfectionis studio per hypocrisim profitentes, iusto Dei iudicio impœnitentes diem obire perceperint, de eius quem alioqui sanctum in Dei populo iurasset, acerbissimè doleat perditione, totusque conturbetur, & de tam pessimo eius euentu obstupefactus extra se propemodum remaneat. 5

Hypocritã sæpe pessimo audito obstupescunt maximéque dolent iusti quique.

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Transiit messis, finita est æstas, &c.

Vers. 21.] Super contritione filiæ populi mei, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Διῆλθε θέρος, παρῆλθεν ἀμητὸς, καὶ ἡμεῖς οὐ διεσώθημεν.

21. Ἐπὶ συντρίμματι θυγατρὸς λαοῦ μου ἐσκοτώθην, ἐν ἀπορίᾳ, κατίσχυσάν με ὠδῖνες ὡς τικτούσης.

Vers. 20.] Transiit æstas, præteriit messis: & nos saluati non sumus.

Vers. 21.] Super contritione filiæ populi mei obtenebratus sum, in afflictione tenuerunt me dolores quasi parientis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Dicit cœtus Israel, Transiuit tempus, impletus est finis, & nos non sumus saluati.* Vers. 21. *Dixit Ierusalem, Super contritionem cœtus populi mei contremui, operta sunt facies mea nigredine, atra quasi olla, id est stupor obtinuit me.*

Vers. 20. (*Transiit messis*, &c.) Hieronymus. *Rursum populus loquitur qui in Ierusalem diuturnã obsidione conclusus est, quod mutata sint tempora, & anni circulus euolutus sit, & omnis eorum spes irrita fuerit, atque transierit.* 1 Hieronym.

Theodoritus. *Ex his declarauit tempus obsidionis diuturnum, & septuaginta annorum seruitutem.* Theodorit.

D. Thomas. *Ponit compassionem super diuturnitatem, (Transiit messis. Saluati non sumus) à famis periculo, quia fructum non recollegimus: ex persona populi sui. Sic 4.* [a] *Reg. 6. Vnde saluare te possum.* D. Thomas.

a 4. Reg. 6. 27.

D. Bonauentura, tom. 1. Opusc. Dietæ salut. tit. 10. cap. 1. Damnatis in inferno hæc tribuit verba, (*Transiit æstas, & facta est messis, & non saluati sumus*) dolentibus quia tempus perdiderunt. *Damnati enim*, inquit, *darent libenter totum mundum pro vno momento temporis, si possent habere ad pœnitendum.* D. Bonauent.

In inferno quàm dolebunt damnati ob transactum omne pœnitentiæ tempus.

Vers. 21. (*Super contritione*, &c.) Hieronymus. *Respondit Deus quòd in afflictione Ierusalem ipse videatur afflictus, & in humanam similitudinem stupore conteratur.* 2 Hieronym.

Deus affligi se ait in afflictione Ierusalem.

Theodoritus. (*Super contritione filiæ populi mei contritus sum. Obtenebratus sum ego ob imperitiam, obtinuerunt me dolores vt parturientis.*) *Plangit Propheta commissas à populo iniquitates, & earum causa inuectas calamitates recenset. Vrbem vocat filiam populi, quoniam ipsam illi ædificauerant. Contritus sum autem* Theodorit.

autem plagâ ex peccato contractâ.

D. Thomas. a Iſai. 63. 8.

D. Thomas. (*Super contritione,*) *Ex perſona Domini vt ſupra Iſai.* [a] 63. *factus eſt eis Saluator in om-* A *ni tribulatione eorum. Vel ex perſona Prophetæ Thren.* 2. [b] *Conturbata ſunt viſcera mea.*

b Thren. 2. 11.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΗΛΘΕ θέρος, παρῆλθεν ἀμητός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν εὐδίας φησὶ καιρῷ, ὅτε καιρὸς ἦν τῆς μετανοίας, οὐ μετενοήσαμεν.

[Ἐπὶ συντρίμματι θυγατρὸς λαοῦ μου ἐσκοτίσθην.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ διὰ τὰς τιμωρίας μόνον ἐθρήνει ὁ προφήτης, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀδιόρθωτον. καὶ καλῶς ἀπορίαν εἶπεν. ὅταν γὰρ ὁ κάμνων οὐ προσίεται τὰ φάρμακα, τί πλέον ἐστὶ λοιπόν; οὐκ ἐπαύσατο ἰατρεύων ὁ ἰατρός, ἀλλ' οὐδὲν ἐγένετο πλέον.

B Verſ. 20. TRANSIIT *æſtas, præteriit meſſis,* &c.) 3

Olympiod. *Temporis pœnitentiæ iactura quanti facienda.*

Olympiodori.] *Serenitatis ait tempore, cùm tempus erat pœnitentiæ, nos non pœnituit.*

Verſ. 21. (*Super contritione filiæ populi mei obtenebratus ſum,* &c.)

Chryſoſt. *Incorrigibilitas auditorũ, & ſubditorũ quantũ mœroris afferat ſanctis Prælatis ac Prædicatoribus.*

Chryſoſtomi.] *Nõ ſolùm propter pœnas Propheta plorabat, ſed quòd incorrigibiles eſſent, & rectè inopem ſe conſilij dixit; dum enim morbo laborans medicamenta reſpuit, quæ ſpes eſt ampliùs? Medicus curare non deſtitit, ſed nihil profecit.*

Verſ. 22.] Numquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1

a *Numquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? Quare igitur nõ eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?*

CVR [a] *verò omni deſolatus conſolatione ob id non obſtupeſcerem, quòd cùm in Ieruſalem tanta ſit pharmacorum copia ſpiritalium, & Sacerdotum, ac Prophetarum in tota Iudæa ingens fuerit numerus, incurata nihilominus populi adhuc perdurent vulnera: quia nec medicos, nec medicamina admittere is voluit,* D *& ſi quem aliquando ſuſcepit, fruſtra certè in adhibendis medicamentis in eo laboraſſe repertus ille eſt?*

2 *Neque enim vllam prætendere is poteſt excuſationem: Cum ſicut fieri non poteſt, vt in regione Galaad deficiat reſina aptiſſimum ad curanda vulnera medicamentum, aut chirurgus curandorum vulnerum peritus: Ita nec cogitari quidem poteſt, vt in Ieruſalem pro ſpiritualibus curandis vulneribus ſpiritalia vnquam deficiant remedia.*

3 *Dicite amabò, qui à Deo alienati id ſolùm curatis, vt à temporali eruamini contritione præſentium calamitatum; An in Ægypto defuêre militares copiæ? aut Rex potentiſſimus in eo non eſt, qui vobis præſidium, & opem afferre queat, cùm in iis veſtram omnem conieceritis ſpem? Cur ergo iſta curata non eſt plaga veſtra? cur à præſentibus eruti non eſtis calamitatibus? Niſi quia Domini ſolius eſt ſalus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1

NVMQVID *reſina non eſt in Galaad,* &c.) Qui præcedẽtia Dei fuiſſe arbitrati ſunt, & hæc pariter ab eodem dicta aſſeuerant. Aptiùs tamen ſicut illa, ita & iſta nos cum expoſitoribus aliis Prophetæ tribuimus. Et quidem quoad iſtorum explicationem conueniunt omnes, in eis fieri locutionem parabolicam, & metaphoricam, nec non conciſam, & diminutam. Non detinebor in explicandis vocibus reſinæ, & Galaad: quid enim ſit Galaad per id intelligitur quod Propheta noſter infra cap. 22. ait [b] *Galaad tu mihi caput*, id eſt principium *Libani*, eſt

Galaad quid. b Ierc. 22. 6.

C enim regio, & mons, qui eſt initium Libani, adeoque & amœniſſimus, & arboribus plenus, iiſque in primis quæ varia proferunt aromata ad medicamina, inter quæ reſina erat, quæ ex exciſis arboribus, & ex Terebintho in primis magna copia ibi colligebatur, vt patet ex cap. 37. Geneſis 25. Ierem. 46. 11. & 51. 8. Nec non & Ezech. 27. 17. Ex quo loco Ezechielis colligitur, quanto in errore verſentur, qui Hebraicam vocem צרי *tzori* Balſamum, ſeu Opobalſamum ſignificatum aſſerunt, cùm ibi & Balſami quidem fiat mentio, ſed vocabulo פנג *panag*, & reſinæ hoc ipſo quod hîc eſt vocabulo צרי *tzori*. Non improbarem, ſi quis diceret reſinæ nomen generice, & hîc & alibi vſurpatum, ſicut & prædictũ nomen Hebraicum, pro humore ex arboribus defluente iiſdemque tenaciùs inſidente, id eſt, non ſolũ Terebinthino, ſed & Pineo, & alio quocumque ad varia inſeruiente medicamẽta, prout communiter apud Latinos id vſurpatur reſinæ vocabulum, quamquam inter reſinas ex Plinio, Theophraſto, & aliis conſtet, Terebinthinam primas tenere quoad vſum in medicamentis præſertim vulnerum, atque vlcerum, quorum hoc loco meminit Propheta.

Reſinæ nomine quid ſignificetur.

E Ioannes Maldonatus adductus fortaſſe ex Paraphraſi Chaldaica, quæ (vt in appendice videre eſt) ad Eliam Prophetam, qui fuit de Galaad hæc retulit: eam ob cauſam nominatum ſpecialiter hoc loco ait Galaad, quia ibi Elias, aliique Prophetæ habitaſſent, vt patet ex 3. Reg. 17. Vt ſenſus ſit, An defuerunt in Galaad Prophetæ, & Sacerdotes, qui verbo Dei tamquam optimo medicamento vulnera, id eſt, peccata populi curare poſſent? q. d. Non: Quare igitur non eſt obducta cicatrix? ſub. Quia curari noluit; quia noluit recipere diſciplinam, vt ſæpius ſupra: Mihi F cum communi aliorum expoſitorum ſententia id pro certo ſtatuendum, non ob aliud nominatam hîc eſſe Galaad, niſi quia in ea regione & reſinæ (vt iam dictum eſt) & chirurgorum reſinæ ipſa ad medicamina vtentium ingens eſſet copia; Medici enim vocabulum non tam hic ſumitur pro eo quem vulgo dicimus Phyſicum, quàm pro eo qui vulnera, vlceraque ſapienti curat manu, & experientiâ, & appellatur chirurgus.

2 Ioan. Mald. *Galaad habitatio Eliæ aliorumque Prophetarũ.*

gus. Sicque optimè omnia vel in similitudinem, vel in parabolam assumuntur. Tribus enim modis hæc explicari posse opinor, Vno modo, vt sit argumentum à simili. Duobus verò modis, vt sit locutio parabolica.

3
1. Sensus. Peccatorum medicos & medicamenta non defuisse in Iudæa.
a Iere. 18. 13.

Primus itaque sensus, vt Propheta maximo, quem mox exposuit, mœrore, ac stupore oppressus pro contritione, & calamitate populi, admirans, & obstupescēs à simili, atque ab impossibili simul argumētetur, quomodo fecit & infra cap. 18. vbi Dominum ita inducit loquentem.[a] *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel? Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erūpentes frigidæ, & defluentes? Quia oblitus est mei populus meus*, &c. id est, Tam impossibile existimari deberet, populum meum à me deficere, quàm impossibile est, niuem deficere à monte Libani. Quî ergo fieri potuit, vt ille à me defecerit? Eadem ratione hoc loco in hunc modum argumentatur. Sicut fieri non potest, vt in regione Galaad deficiat resina medicamentorum aptissimum ad curanda vulnera, aut chirurgus in vulneribus curandis peritus: Ita nec existimandum contingere posse, vt in ciuitate sancta Ierusalem, in qua templum est, Sacerdotes, & sacrificia, vel etiam in tota Iudææ terra, quam Dominus hæreditatem suam nuncupauit, medicamenta defecerint, & chirurgi, medicique spirituales Prophetæ, aliique viri sancti ad scelerū vulnera curanda aptissimi. Quî ergo factum est, vt non sit obducta, & curata cicatrix populi mei? Subaudi, Quia ille medicorum admittere renuit medicamina, medicosque ipsos à se expulit.

4
2. Sensus. Iudæorum obstinatione factum est, vt nec medici, nec medicamenta spiritualia, quorū ingens in eorū terra erat copia, illis profecerint.

Quòd si omnia hæc allegoricè, & parabolicè dicta velimus, vt moris est Sacrarum literarum, vt sub allegoria Galaad Iudææ designetur terra, in primisque illius Metropolis vrbs Ierusalem, sicut & alibi propter peruersitatis similitudinem allegoria designata & Sodomæ: sub resinæ medicorūque allegoriis Sacerdotes significētur, Prophetæ, virique sancti, & verè sapientes, qui exhortando, arguendo, increpando, & obsecrando medicamina adhibeant orationis ad Deum, pœnitentiæ, obseruationis præceptorum Dei, conuersionis ad Deum, veræque in eum confidentiæ; quibus ea fiat curatio vulnerum, quæ in eodem Iudaico populo incurata ante Prophetam nostrum iis Isaias deplorauit verbis, [b] *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Tunc manifestus est eorum quæ hîc dicuntur sensus, vt ob id potissimùm Ieremias obstupescat, suoque in stupore deploret, quòd in tota Iudæa feracissima aliàs, & abundans viris sanctis, ac sapientibus, nec non & Prophetis, Sacerdotibusque, nullus repertus sit, qui per spiritalia medicamenta spiritalia curarit eius populi vulnera. Vt locus iste quoquo modo sit similis, quo supra in principio capitis 5. dicebat Dominus. [c] *Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem?*

b Isai. 1. 6.
c Iere. 5. 1.

Vel meliùs, quòd cùm in Ierusalem tanta sit copia pharmacorum spiritalium, Sacerdotumque, & Prophetarum Dei ingens in tota Iudæa fuerit numerus, incurata nihilominus eius populi adhuc perdurarent vulnera: quia nec medicos, nec medicamina admittere voluit, & si quē vnquam suscepit, frustra certè is in adhibendis medicamentis in illo laborasse compertus est.

Vatablus.

Vatablus ita hoc ipso sensu ista explicat, vt æque sit ac si dicatur. Non miror quomodo cicatrix vulneris populi mei non sit obducta: Miror quòd non inueniatur in hac regione, quæ dicit se Deum colere, pius aliquis, qui precibus malo populi mei medeatur.

And. Cappel.

Meliùs Andreas Cappella cum aliis. Quare populus hic non curauit vulnera peccatorum pœnitentiā auferre, sacrificiis in lege statutis, & orationibus peccata expiare? Numquid nullus fuit Propheta, aut Sacerdos qui populum ad pœnitentiam induceret? q. d. fuerunt certè qui veluti medici, & chirurgi peritissimi resinam vulneribus populi huius adhibuerūt reprehendendo, hortando, comminando, promissionibus alliciendo: quare ergo nulla secuta est emendatio? Obstinatio Iudæorum id effecit, noluit sanari, frustra laborauit medicus.

Martinus del Rio.
Ad pœnitentiam exhortatio.

Iuxta hunc quoque sensum Martinus del Rio tom. 1. Adagiorum, Adagio 832. Seruire ait hoc adagium, (*Numquid resina*, &c.) contra desperationem, & acediam, vt exhortemur peccatores ad pœnitentiam.

5
3. Sensus.

Cæterùm allegoricè item hæc dicta sumentes. Tertio eadem explicare est sensu, quem præ omnibus iuxta literam probo, vt ab ipsomet Ieremia subministratum: vt allegoriæ sint à præexpositis valde diuersæ, vtpote quibus per populi cicatricem illius designetur obsidio, & calamitas, quam mox vt contritionem eius deploratam vidimus, per resinam, & medicum, auxilia & rationes quibus ab opem ferentibus ex ea is erui quiuisset calamitate. Et quidem Christophorus à Castro hunc prosequens sensum, quem & Cappella quoque attingit, per Galaad Iudæā intelligit, in primisque Ierusalem; per resinam consilia, & præsidia, quibus ipsimet se tuerentur Iudæi: per medicos, principes, & Sacerdotes, qui suis consiliis, & auxiliis videbantur posse tueri. Vt sensus sit, Nonne vos gloriabamini, quòd copias haberetis, quibus tueremini? vbi nam verò modò sunt? Vel, quid querimini popule mi? nonne immeritò quereretur vulneratus aliquis, quòd vulnus non esset sanatum in Galaad, vbi tanta affluit medicamentorum copia? Sic etiam immeritò querimini de Deo, quòd non eripiamini à malo imminenti, cùm vos gloriemini, quòd habeatis sapientes, prudentesque homines, & fortes, qui suis consiliis, & auxiliis à tantis malis eripiant. Quæ idem auctor confirmat ex Abdia dicente, [d] *Non est prudentia in eo*, scil. Edom. *Numquid non illâ die, dicit Dominus, perdam Sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau.* Et iis Isaiæ verbis, [e] *Ecce ego addam, vt admirationē faciam populo huic, miraculo & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur.*

Christoph. à Castro.
Andr. Capp.
Iudæi nimiū in semet confidētes arguūtur.
d Abd. 1. 8.
e Isai. 29. 14.

6
Iudæi arguūtur quòd nimis in externis auxiliis suam collocauint fiduciā.

Verùm cùm id sit Prophetæ studium in hac oratione, quam in persona propria habet, post illam quam retulit in persona Dei; vt se quoque Deo omnino exhibeat, conformem, sicut mox in vers. præcedenti conformem se illi ostendit quoad commiserationem, & compassionem erga populum suum contritione maxima detentum obsidionis, captiuitatis, & calamitatis multiplicis: Ita & in his pari ratione in eo se eidem exhibeat conformem; quòd sicut is Iudaicum ipsum populum admiranter de nimia redarguit confidentia quam in tantis calamitatibus in externis habuerant auxiliis vel falsorum Deorum, quos coluerant, vel alienarum Gentium, præcipuèque

Ægyptio

Ægyptiorum. *Numquid Dominus non est in Sion?* A &c. vt ibi explicatum videri potest. In eumdem ferè modum,eumdem ipse hoc loco redarguens, obstupescit, Quomodo illi externa omnia defecerint auxilia, Ægypti præsertim, in quem is suam collocarat spem, incuratâ remanente plagâ Chaldaicæ calamitatis: hæcque ista locutionis habet forma, vt inanis eius confidentiæ illi ingerat confusionem.

Medici & medicamentũ allegoriâ designata militaria præsidia & auxilia.

7 Quomodo apertiùs in cap. 51. agens de contritione,& calamitate, quæ & ciuitati superuentura erat Babyloniæ eadem vtens allegoriâ hæc ait:[a] *Subitò cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam,* (loquitur ad externas gentes, quæ illi in auxilium venerant) B *tollite resinam ad dolorem eius,* id est, ferte opem illi exercitu vestro, *si fortè sanetur,* id est,si fortè vestris iis auxiliis à tanta eruatur vastatione. Cúmque externa auxilia vniuersa ad hoc irrita fuerint, bene Gentes ipsas inducit Propheta sub eadem allegoria ita loquẽtes, *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eat vnusquisque in terram suam,* id est, fecimus quod potuimus, opem pro viribus illi tulimus; at nullum auxilium nostrum potuit eam defendere: quapropter discedamus C singuli in regiones nostras. *Quoniam peruenit vsque ad cælum iudicium eius,* &c. Vt ibi Deo dante videbimus. Sic igitur & hîc per allegoriam medici Propheta Regem designat Aegypti; per resinam illius auxilia; per Galaad ipsum Aegypti regnum, ita militum, armorum, & bellicorum præsidiorum omnium copia redundans,quomodo regio Galaad resina vberrimè est affluens. Quam omnino similem allegoriam ab eodem Propheta vsurpatam reperio in cap. 46. vbi ad ipsum Aegypti exercitum, qui ad Euphratem, debellatus fuerat à Nabuchodonosor Rege Ba- D bylonis, ironicè hæc habet,[b] *Ascende in Galaad,* id est, redi in Aegyptum, *& tolle resinam virgo filia Ægypti,* id est,& iam Aegypti populus tolle inde noua militum præsidia; *frustra multiplicas medicamina,* id est,auxilia, *sanitas non erit tibi,* id est,nihil tuæ proderit calamitati.

a Iere.51.8.

Medici allegoriâ significatus Rex.

b Ier 46.11.

8 Quoad lectionum varietatem circa hanc primam istius vers. 22. partem, in versione Sept.nil est quod notetur, omnino enim ea conuenit cũ vulgata. Hebraicam lectionem sic vertunt, Pagninus, (*Numquid theriaca non in Galaad? num* E *medicus non est ibi?*) Regia (*Numquid resina non in Galaad? num medicus non ibi?*) Vatablus: (*Num resina nulla est in Galaad? num medicus non est hic?*) Idemque in scholiis, (*fieri potest, vt in Galaad non inueniatur Opobalsamus, & chirurgus?*) Isidorus Clarius, *ferunt,* inquit, *in Galaad Quercus,& Pinus esse, vnde resina colligitur. Vel intelligitur theriaca, aut aliud præsens pharmacum contra desperatos morbos.* Tota varietas in vna est voce צרי *tzori* in cuius significatu asserendo, sicut ferè & in aliarum rerum propriis nominibus, Hebræi varij sunt in summa talium nominum ignoratione versantes.

9 (*Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?*) F Adhuc in assumpta persistitur allegoria,patetque ex prædictis,quid in his sibi velit Propheta, siue sermo sit de cicatrice spirituali,quæ per innumera scelera Iudaico causata est populo, de qua loco supra citato Isaias dicebat, [c] *Vulnus & liuor, & plaga tumens,*&c. Siue, quod magis iuxta literam probo, de eiusdem populi ea sermo sit cicatrice,quæ mox alio nomine contritio fuerat appellata, & omnino de obsidione, & calamitate, quâ per Chaldæos oppressus is erat: obductionis quippe cicatricis allegoriâ designatur liberatio ab opprimente calamitate.

c Isai. 1.7.

Porrò cùm oratio ista nedum allegorica sit,sed & concisa (vt notatum est in principio expositionis vers. huius 22.) vtpote à Propheta quasi extra se existente præ mœrore, ac stupore habita. Proposito interrogatorio ingenti cum admiratione,finis & orationi imponitur,& toti capiti. Vt per figuram quam Græci ἀποσιώπησιν, *aposiopisin,* nos reticentiam appellamus,Propheta ipse subindicet quid & interrogatorio respõdendum sit. Nempe, vel id quod Gentes illæ, quæ vt supra retulimus, cum suis auxiliis nequiuerint Babylonem ab euersione eruere, dixerũt, *Quoniam* [d] *peruenit vsque ad cælos iudicium,* scil.scelerum *eius,& eleuatum est vsque ad nubes.* Vel quòd inania vniuersa essent vel Idolorum, vel externarum Gentium auxilia; cùm à Domino solo istiusmodi fieri queat curatio,& liberatio,prout ipsemet infra pollicetur populo eidem, dicens,[e] *Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te.*

d Iere. 51.9.

e Ier.30 17.

Est autem maximè difficile istam sententiæ huius allegoricæ partem rectè explicare quoad sensum, quem aliàs in nostris commentariis super Cant. soni literæ nuncupauimus,sensum nimirum grammaticalem, & vocum, super quo verus qui allatus est fundatur literæ sensus: & difficultas est in explicatione tam Vulgatæ,quàm lectionis Hebraicæ, & versionis Sept. In vulgata verbum *(Obducta est,)* & nomen *(Cicatrix,)* diuersimodè accipi posse videntur. Cicatricis quippe vocabulo propriè id apud Latinos designatur, quod ex vulnere, seu Vlcere remanet signũ: adeoque supponere videtur vulnus, vlcusque sanatum: obducendi verò verbum propriè cooperire significat. Quapropter cùm dicitur, (*Quare non est obducta cicatrix filiæ populi mei.*) admodum lenem habebit sensum,Cur videlicet sanato vulnere contritionis & calamitatis, quæ primò Iudæis illata fuit, quando tempore Ioakim ascendit primùm Nabuchodonosor in Ierusalem, & facto eius Rege tributario discessit, vt legimus in principio capitis 24. lib.4. Regum. Vel etiam quando, vt eodem dicitur cap. iterum serui Nabuchodonosor ascenderunt in Ierusalem, & cùm ipsam circumdedissent munitionibus, & translato eius Rege Ioachin cum multis aliis Iudæorũ abscedentes integram ipsam reliquerunt vrbem, integrumque & eius populi regnum, constituto in Regem Matthania patruo Ioachin. Hoc igitur, dicet fortasse aliquis, hoc loco quæri, Cur ab externorum auxiliorum fiducia,atque ope nõ sit sublatum quicquid è præteritis calamitatibus residuum supererat, tributi nimirum, ingentisque timoris, eo modo quo periti medici curatione post vulneris sanationem, & illius quoque operitur cicatrix, vt nihil eius appareat. Et huic sensui fauere censeat fortasse aliquis versionem Sept. διότι οὐκ ἀνέβη ἴασις, præsertim, vt Latinè ea in Codicibus Complutensi, & Regio, sic vertitur, (*Quare non aucta est sanatio, filiæ populi mei?*) Necnon & versio illa ex Hebræo, (*Cur non est curata sanitas filiæ populi mei,*) quæ ex doctrina R. Dauid. in lib. Radicum affertur in Thesauro. 10

Cicatricis nomen strictè vsurpatum significat sanati vulneris signum.

Verùm multò vehementiori sensu hæc iuxta nostram Vulgatæ lectionem sumenda existimo, vtpote in qua cicatricis nomen latiùs sumptum est, pro vulnere, plaga contritionis, atque contusionis, 11

Cicatricẽ obducere pro sanare vulnus, & plagam.

tusionis, quomodo & apud prophanos auctores idem non rarò vsurpatur, pro quo vnus sat sit Tullij locus lib. 3. de lege Agraria, vbi simili quâ & Propheta noster vtens allegoriâ, hæc habet, Ne refricare obductam iam Reipub. cicatricem viderer, Vnde & colligere est, quid sit, *(Non est obducta cicatrix,)* nempe, Non est sanata plaga, & vulnus. Prout apertè infra apud Ieremiam declaratum videbimus in cap. 30. Vbi cùm dixisset Dominus,[a] *Obducam cicatricem tibi*: id statim explicans subdit, *Et à vulneribus tuis sanabo te.* Est itaque hoc loco sermo de extrema, summaque Iudaici populi contritione, & calamitate, quæ tertiò facta est per Chaldæos, quando rebellante Rege Sedecia à Rege Babylonis ob inanem quam in Aegyptiis habebat confidentiam, & Ierusalem, & templum euersa fuêre, & vniuersus populus ductus est in captiuitatem, vt habes in vltimo cap. libri 4. Regum.

a Ierem. 30. 17.

12 In explicatione lectionis Hebraicæ longè maior est difficultas, variissimè enim à diuersis ea redditur: Sanctes-Pagninus, *(Sed cur non est curata medicina filiæ populi mei,)* Regia *(Sed cur non conscendit cicatrix, &c.)* Vatablus, *(Cur ergo non obducitur cicatrix, &c.)* Alij *(Cur non est curata sanitas filiæ populi mei.)* Siquidem vox ארכה *aruchah*, quam noster interpres ferè semper cicatricem vertere solet, sicut & hîc, teste R. Dauid, quem cæteri ferè sequuntur, sanitatem significat & medicinam, In quo significatu illam sumpsêre & Sept. eam vertentes vel ἴασις sanatio, & curatio, vel ἰάματα medicamenta quin & noster quoque Interpres Isai. 58. vertens,[b] *Et sanitas tua citius orietur.*

b Isai. 58. 8.

13 His tamen non obstantibus crediderim dictam vocem, vt deriuatam ab Hebraico item verbo ארך *arach* prolongare, seu ab alio verbali nomine ארך *erech* longum, aut longitudo, propriè significare percussionem oblongam, eamque propriissimè, quam nos Italicè appellamus *sfresio*. Vnde & per similitudinem, ac per metaphoram eodem vocabulo vocatæ reperiuntur rimæ, & fissuræ oblongæ in muro existentes vt cap. 24. lib. 2. Paralipom. vbi noster Interpres eadem quâ & hîc vtens phrasi sic legit.[c] *Et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum.* Similiterque lib. 2. Esdræ cap. 4.[d] *Factum est autem cùm audissent, quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem.* Vide Hieronymum Oleastrum in Annotationibus suis ad literam super cap. 25. libri Exodi pag. 122. col. 1. Vbi doctè de isto huius Hebraicæ vocis proprio significatu agens, concludit, impropriè dici curare sanitatem alicui, sed rectè curare plagam, aut vulnus, prout series ipsa indicat textus, non solùm hoc loco, sed & infra cap. 30. vers. 17. & cap. 33. vers. 7. Non abnuo tamè, quod ipse negat Oleaster, eamdem Hebraicam vocem & alios quoque pro locorum diuersitate habere significatus, sanitatis, & curationis, ac medicinæ, & medicaminum, ab eiusdem verbi ארך *arach* pro longare significatu, quia per medicamenta, atque per sanitatem vita producitur, & prolongatur. Neque enim æquum censeo Hebraicarum vocum ignaros asserere Sept. eius linguæ peritissimos, & B. Hieronymum qui vt sup. notatum est, in significatu sanitatis Isaiæ 58. hanc interpretatus est vocem.

Cicatricis vocabulo designata muri rima.

c 2. Par. 24. 13.

d 2. Esdr. 4. 7.

Hieronymus Oleast.

Quicquid tamen sit de proprietate vocis, hoc certum est, in re conuenire versiones omnes istius sententiæ. *(Quare ergo nō est obducta cicatrix?)* Nam quod vel iuxta versionem Sept. dicitur *(cur non ascendit sanatio;)* vel iuxta versionem Pagnini *(Cur non est curata medicina,)* seu *(Sanitas)* secundùm alios, in idem recidit, nempe, Cur non adhibita sunt medicamenta, per quæ sanatio excresceret, & sanitas procuraretur: Idipsum quod neganter dictum est apud Isaiam.[e] *Non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Et quod iuxta propriam vim Hebraici verbi עלתה *ngalethah*, Ascendit dicitur in versione Regiæ, *(Cur non conscendit cicatrix,)* idipsum est, ac quod in Vulgata, *(Quare igitur non est obducta cicatrix?)* quandoquidem cùm vulnera sanantur, noua caro, & noua cutis in locum plagæ ascêdit. Adeoque & eodem pacto explicare licet & versionem Sept. *(Cur non ascendit sanatio.)*

e Isai. 1. 6.

Vers. 22.] Numquid resina non est in Galaad? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

14 NON est quod in his moraliter exponendis diutiùs detineamur, quæ enim in prima Literæ Expositione de Iudæis dicta fuêre, deque Synagoga, & de copia spiritualium adiumentorum, quæ iisdem Iudæis erant in ciuitate sancta Ierusalem: multò sanè veriùs de nobis dici queunt, & de Ecclesia, in qua immensam nemo est qui dubitet, esse pro peccatorum vulneribus remediorum copiam verbi Dei, efficacissimorum sacramentorum, orationum, Episcoporum, Sacerdotum, Religiosorum, concionatorum, atque doctorum qui, instar bonorum chirurgorum, prout plagæ cuiusque requirit necessitas, & mollem adhibeant obsecrationum resinam, & ferrum redargutionis, & ignem quoque increpationis, iuxta illud Apostoli,[a] *Argue, obsecra, increpa.* Vnde meritò est quod vnà cum Propheta admiremur, tam magnam nihilominus fidelium multitudinem diutiùs in peccatis perseuerare.

Peccatorum magna perseuerantia in peccatis, ingentem cuique ingerit stuporê, cùm tanta in Ecclesia sit & medicorū, & remediorum copia.

a 2. Timot. 4. 2.

15 Non pigeat tamen aliqua ex Hugone Cardinali referre digna quæ hic notentur. Rectè per Galaad, quæ interpretatur Aceruus testimonij; Ecclesiam designari in qua est aceruus testimoniorum veteris, & noui testamenti: & aceruus testium scil. Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, iuxta illud Pauli.[b] *Habentes itaque impositam nubem testium, deponentes omne pôdus, & circundans nos peccatum per patientiam curramus,* &c. Per resinam verò, quæ ex Terebintho potissimùm ad vulnerum curationem profluit optima, sancta significari sacramenta, quæ à Christo profluxerunt cruci affixo, qui de semetipso aliquando dixerat,[c] *Ego quasi Terebinthus expandi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.* Et nouimus,[d] Terebinthum, sub qua Iacob idola abscondit, crucem significasse, sub qua nostra abscondere debeamus peccata. Sed & quamuis in Ecclesia esse hîc dicatur medicorum copia, vt explicatum est, Dolendum tamen quàm maximè est, quòd eorum plerique dicere id potiùs queunt, quod apud Isaiam dicendum reperimus.[e] *Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum.* Vnde fit, vt per eos contritio filiæ populi fidelis minimè curetur, quin potiùs id eorum singulis competat, quod in Euangelio dicitur,[f] *Medice cura te ipsum.*

Hugo Card. *Ecclesia dicta Galaad, quia ipsa est testimoniorū aceruus.*

b Hebr. 12. 1.

Sacramenta esse optimam resinam, quia à Christo crucifixo.

c Eccles. 24. 22.

d Gen 35. 4.

Medicorum spiritualium causa fit plerumque vt peccatorum vulnera non sanentur.

e Isai. 3. 7.

f Luc. 4. 24.

VVL

VVLGATÆ.

Vers. 22.] Numquid resina non est in Galaad?

SEPTVAGINTA.

22. Καὶ μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ, ἢ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ; διατί οὐκ ἀνέβη ἴασις θυγατρὸς λαοῦ μου;

Vers. 22.] Et numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? quare non ascendit sanatio filiæ populi mei?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Dixit Ieremias Propheta: fortè nō sūt mihi opera bona ad deprecādum pro domo Israel, desiderabam vtique doctrinam Eliæ Prophetæ, qui fuit de Galaad: cuius verba erant medicina: quia pro eo quòd non sunt conuersi, ideo non creuit medicina plagæ cœtus populi mei.*

Basilius. *Monita salutaria sunt resina vulnerum peccatorum.*

Vers. 22. (*Numquid resina*, &c.) Basilius regul. fusiùs disputatarum. Interrogatione 55. *Eos qui salutaribus monitis, & increpationibus emendati non erant Propheta hisce arguit.* (*Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare igitur non est restituta sanitas filiæ populi mei?*)

Ambros. *Pœnitentia vnicum & necessarium peccatorum medicamentum.* a Ezech. 33.

Ambrosius lib. ad Virginem lapsam cap. 8. *Ego secundùm diuinam sententiam dabo consilium. Solum enim, & vnicum tentandum est remedium illud, quod diuina vox per Ezechielem miseris porrigit.* [a] *Nolo inquit mortem peccatoris, sed tantùm conuertatur, & viuat. Et iterum post hæc, inquit, dixi: Conuertere ad me.* (*Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? quare non ascendit sanitas filiæ populi mei?*) *Hæc vtique dicta pœnitentiam sapiunt: Hæ sententiæ Dei vocant ad pœnitentiam peccatores. Pœnitudo enim necessaria est, sicut vulneratis necessaria sunt medicamina.*

2 Hieronym. *Pœnitentia designata per resinam Galaad.*

Hieronymus. *Non solùm in præsenti loco, sed & in multis aliis testimoniis Scripturarum inuenimus resinam Galaad pro pœnitentia poni, atque medicamine: mirarique nunc Deum quare vulnera Ierusalem nequaquam curata sint, & nec dum cicatrices obduxerint cutem, eò quòd non sint Prophetæ, nec Sacerdotes, quorum debeant curari medicamine.*

Theodorit. *Doctrina spiritalis designata per resinam Sacerdotes esse medicos.*

Theodoritus. (*Numquid resina non est in Galaad? aut medici non sunt illic? Quare non ascendit curatio filiæ populi mei?*) *Medicos appellat Sacerdotes, & doctrinam spiritalem figuratè resinam. Galaad autem vrbs erat Sacerdotibus destinata. Conqueritur*

A *ergo quòd ciuitas perseuerauerit in delicto, nec pœnitētiam receperit, cùm tamen non deessent Sacerdotes, & præcepta legis.*

Anton. Abb. *Medicus verus nostrorū criminum Christus Vnigenitus Patris.* *Propheta omnes Deū pro curatione humanorū vulnerum supplicarunt.* b Ierem. 51. 9.

Epistolarum Antonij Abbatis, quæ habentur tom. 3. Biblioth. Vet. Patrum epist. 6. *Cuncti Prophetæ spiritum in se gerentes præuiderunt plagam hominum, quòd insanabilis esset, & quia per nullam creaturarum curari posset, nisi per Vnigenitum, qui sensus est Patris, & imago eius existit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta est creatura. Agnoscentes liquidò quod hic Saluator & Medicus existeret magnus, collecti sunt in idipsum omnes, & retulerunt orationes*
B *pro commembris suis, qui sumus nos, proclamātes ac dicentes.* (*Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non ascendit sanitas filiæ populi mei,* [b] *quia curauimus eam, & non est sanata?*) *Nunc ergo ibimus ab ipsis. At ipse Deus adfuit nobis, & proprio filio non pepercit, cuius liuore sanati sumus.* Et cætera quæ ibi habentur in hanc materiam.

3 Baschiarius tom. 3. Bibl. Vet. Patrum. *In Sacr. Scripturarū canone, vt in Galaad aceruo testimoniorū inuenitur Christus verus Medicus.* *Continentia virtus est resina.*

Baschiarius sancti Augustini contemporaneus epistolâ ad Ianuarium de recipiendis lapsis. *Absit hoc à fide mea, vt aliquam dicam plagam esse quæ non habeat consolationem, cùm mihi Propheta proclamat. (Numquid medicus non est in Galaad, aut resina non*
C *illic? Quare non ascendit sanitas filiæ plebis meæ? Galaad interpretatur aceruus testis: & hunc aceruum testem totum canonem diuinorum testimoniorum, velut quidam congestus est lapidum: in quo cumulo verus medicus noster Dominus Iesus Christus, si quæsitus fuerit inuenitur. Resina autem quid est, nisi continentiæ virtus, quæ dissoluta coniungit, & scissa conglutinat? Quod nos scientes non dubitamus ad consolationem ipsius plagæ, quæ contigit, oris nostri lamenta miscere.*

Antiochus Abbas. *Pœnitentiæ innitendum præsidio.* c Ierem. 8. 4. d Ierem. 8. 5.

Antiochus Abbas homil. 27. *Certatim contendamus præsidio subnixi pœnitentiæ exorabilem placare Deum, qui mala omnia obliuione interlinet. Id fa-*
D *cto nobis opus, Ne illud Ieremiæ audire contingat,* [c] (*Numquid cadens non resurgit, aut conuertens non conuertetur?*) *Rursus* (*Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?*) [d] *quia auersus est populus hic auersione impudenti? Itaque fratres cùm habeamus prouidum curatorem Deum, ad omnia ipsi accolemur glutino charitatis, non item vt refugæ à tam benigno desciscamus.*

D. Thom. *Resina est pœnitentia vel diuina sapientia.* e Isai. 1. 6.

D. Thomas. *Assignat diuturnitatis rationem: quia scil. à peccato curari noluerunt,* (*Numquid resina,*) *per quam medicina pœnitentiæ contra culpam, vel diuina sapientia.* (*Medicus*) *Propheta, vel Sacer-*
E *dos,* (*In Galaad*) *vbi vigebat medicina studium.* (*Quare igitur obducta*) *curata* (*cicatrix*) peccati Isai. 1. *Vulnus,* [e] *& liuor, & plaga tumens non est circumligata,* &c.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

4 Victor. a 2. Reg. 19. 32. *Galaad nomine significata tota Iudæa.* *Prædicatorū, & Doctorum efficacium ad fructū penuria, quā ingēs in Ecclesia malum.*

ΜΗ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ.]

Βίκτωρ.] ἡ Γαλαὰδ τῆς Ἰουδαίας χώρας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, δασεῖα, καὶ σκιόδενδρος, καὶ ποώδης. ὅθεν ἦν Βερζελλὶ, τῷ Δαβὶδ φεύγοντι τὸν υἱὸν Ἀβεσαλὼμ ὁ προσενεγκὼν δῶρα, καὶ ξένια. διὰ ταύτης οὖν ὡς ἐκ μέρους τὴν πᾶσαν Ἰουδαίαν δηλοῖ, καὶ φησί. μὴ προφῆται οὐκ ἦσαν ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ διδάσκαλοι, νοσοῦντα τὸν λαὸν ἰάσασθαι δυνάμενοι; ἀλλ' οὐκ ἦν ἐκεῖ λόγος

τῆς

F Vers. 22. NVmquid resina non est in Galaad, &c.)

Victoris.] *Galaad Iudaicæ regionis trās Iordanem; crebris arboribus consita, herbaque abundans, patria* [a] *Berzelli, qui Dauid fugienti filium Absalō munera obtulit: per hāc ergo quasi ex parte totā Iudæam intelligit & dicit. Num Prophetæ à Hierusalē aberant, præceptoresque qui populū morbo oppressum curare valerent? sed non erat ibi ser-*

 mo,

τὰς κατὰ τοῦ θεοῦ φλεγομένας ἐπάρσεις καταστεῖλαι δυνάμενος. ὃν ἄνωθεν ῥέοντα παρὰ θεοῦ, καθάπερ ἐκ δένδρου ῥητίνην, λαμβάνοντες οἱ διδάσκαλοι, θεραπεύουσι. πᾶσα γὰρ δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ Γαλαὰδ ὄρος πολλὰς ἔχει κέδρους, ἐξ ὧν ἡ ῥητίνη εἰς πολλὰ πεποιημένη πάθη. ἡ δὲ πόλις ἡ γαλαὰδ, πόλις τυγχάνουσα τοῦ Ἰορδάνου, εἴδωλα ἔπλαττεν. οὐκ εἶχον οὖν τοὺς θεραπεύοντας προφήτας, ὅτι οὕτως ἡμάρτανον.

[Διατί οὐκ ἀνέβη ἴασις θυγατρὸς λαοῦ μου;]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ τραύματα κοῖλα τυγχάνουσι. διατί οὖν φησιν ἔχοντες τοὺς θεραπεύοντας, οὐκ ἀνήνεγκαν ἴασιν; τουτέστιν οὐκ ἴσωσαν ἑαυτῶν τὰ τραύματα, οὐ συνούλωσαν;

A *mo, qui superbiam contra Deum exardescentem comprimere posset; quem desuper à Deo, sicut ex arbore resinam defluentem recipientes Doctores curant, fouentque.* [a] *Omne enim donum perfectum, & omnis gratia perfecta desuper descendit à patre luminum.* (a Iacob. 1. 17.)

Olympiodori.] *Galaad mons multas habet Cedros, ex quibus fluit resina ad multos morbos accommodata. Vrbs autem Galaad, cùm vrbs esset Iordanis, Idola fingebat, Non habebant igitur Prophetas, qui curarent quòd sic delinquebāt.* (Olympiod. *Resina è Cedro fluens. Galaad idola fingebat.*)

Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei?

Olympiodori.] *Vulnera ciuitatem habent. Cur itaque habentes, inquit, qui curarent, non attulerunt medicinam? hoc est æquarunt eorum vulnera, non cicatrices obduxerunt.* (Olympiod. *Vulnera perfectè sanāda à bono medico.*)

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ VIII. B CAPVT VIII.

* Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, λέγει κύριος, ἐξοίσουσι τὰ ὀστᾶ τῶν βασιλέων Ἰούδα, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. [εἶτα μετ' ὀλίγα] καὶ ψύξουσι πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς τὴν σελήνην, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἀστέρας.] τουτέστιν ὑπ' ὄψεσι τούτων. οὐ γὰρ μόνον οὐδὲ μίαν τοῖς ἀποθανοῦσι παρέξουσι τιμὴν οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἤδη τεθνηκότων, καὶ τιμῆς ἀξιωθέντων, καὶ τούτων ἀνορύξουσι τὰ ὀστᾶ. ὡς ἂν γνοίεν, ὡς οὐδὲν ὄφελός ἐστιν ἡ τῶν ξοάνων τούτων. θεραπεία καὶ ἱερεῖς πρὸς αὐτούς.

* Τάδε λέγει κύριος, μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει;] μέμφεται αὐτοὺς, ὡς ἀμεταμέλητα πταίουσιν.

* Ἐνωτίσασθε δὴ, καὶ ἀκούσατε. οὐχ οὕτως λαλοῦσι.] καθ' ὑπόκρισιν ἀναγνωστέον. ἔστι γὰρ ἡ ἔννοια αὕτη, τουτέστι περὶ τούτων, καὶ διαλέγονται τῶν κακῶν. ἐπάγει γοῦν.

Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος μετανοῶν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, λέγων τί ἐποίησα; ἢ οὕτω νοητέον, οὐχ οὕτως λαλήσουσι, τουτέστιν, ὥστε ἐπιστρέψαι. ἐν ἑκατέρῳ γὰρ συνέστηκεν ἡ αὐτὴ ἔννοια.

Διέλιπεν ὁ τρέχων ἀπὸ τοῦ δρόμου αὐτοῦ, ὡς ἵππος κάθιδρος ἐν χρεμετισμῷ αὐτοῦ.] παρείκασεν αὐτοὺς ἵππῳ εἰς ὀχείαν ἀποτεταγμένῳ· ὁ μὲν γάρ φησι κάμνει ἐπιβαίνων, καὶ ἵσταται τοῦ ἔργου. οἱ δὲ οὐ διέλιπον τῆς παρανομίας. ἢ οὕτω νοητέον. ὅτι ὥσπερ ὁ ἵππος ἀρξῃ εἰς ὀχείαν ἀφεθεὶς μαινόμενος ἐπιβαίνει ταῖς θηλείαις; οὐ δωρεὰν ἑαυτὸν ἀνιεὶς τοῦ πράγματος. οὕτω καὶ οὗτοι τοσαύτην σπουδὴν ἐνεδείξαντο περὶ τὸ κακὸν, καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐ διαλιμπάνει ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τρέχων, οὕτω καὶ οὗτοι, ἵνα εἴπη, οὐ διέκοψαν τὴν περὶ τὸ κακὸν προθυμίαν.

* Καὶ ἡ ἀσίδα ἐν τῷ οὐρανῷ ἔγνω τὸν καιρὸν αὐτῆς. τρυγὼν, καὶ τέττιξ, καὶ χελιδὼν ἀγροῦ στρουθία ἐφύλαξαν καιροὺς εἰς ὅδον αὐτῶν.] τῇ πρὸς τὰ ἄλογα παραθέσει καθάπτεται αὐτῶν, ἀσίδαν μὲν λέγει τὸν πελαργόν. τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν,

* Vers. 1. IN *tempore illo, dicit Dominus, efferent ossa regum Iuda, & ossa principum eius.* Et paucis interiectis. Vers. 2. *Et torrebunt ea ad Solem, & Lunam, & ad omnia sidera.* Hoc est ante oculos horū ponentur. Tantum enim abest, vt aliquē hostes vitâ functis honorem præstent; vt eorum qui iam decesserūt, & honore debito C humati sunt, ossa effodiant, vt planè intelligerent; Delubrorum obseruantiam, nullum afferre emolumentum. (Chrysost. Vers. 1. Vers. 2. *In mortuorū ossa hostium crudelitas.*)

* Vers. 4. *Et dices ad eos. Hæc dicit Dominus. Numquid, qui cadit non resurgit? aut qui auertit se, non reuertitur?* succenset illis qui rerum malè gestarum pœnitentiam non agunt. (Chrysost. Vers. 4.)

* Vers. 6. *Auribus percipite nunc, & audite. Nōne sic loquentur?* Locus hic ac si simulatè loqueretur legendus. Sicque est accipiēdus, & sermonem habent de his malis. Infert D igitur. *Non est homo qui pœnitentiā agat à peccato suo, dicens, quid feci?* Vel sic intelligēdus. *Non sic loquentur,* hoc est, vt cōuertantur, in vtraque autem expositione bene se habet sententia. *Defecit currēs à cursu suo, quasi equus defessus in hinnitu suo.* Contulit eos cū equo in admissurā destinato. Hic nāque, inquit, admissurâ defatigatur, finemque dat operi: at hi non intermiserunt iniquitatē, vel sic accipe. Quemadmodū equus dudū ad E coitum admissus insaniens fœminas ascēdit non frustra semet ipsum ad tale opus accingens, sic & hi tantum circa malū impendunt studij. Ac sicut ille tunc currens non deficit, pari ratione & hi: quasi diceret, non interscindūt propensionē in malū. (Vers. 6. *Impiorum quanta sit propensio ad malum.*)

Vers. 7. *Et Asida in cælo cognouit tempus suum: Turtur & Cicada, & Hirundo agri, Passeres custodierunt tempora in viam suam.* Cōparatione eorū quæ ratione carēt, eos redarguit. Asidam vocat Ciconiā. Textus Hebræus (Chrysost. Vers. 7. *Peccatores animalibus irrationabilibus deteriores.*)

A τέτιγα, οὐκ ἔχει. ἀντὶ δὲ τοῦ τέτιγα, γέρανον, ἔχει. ἔλαβεν οὖν τὰ μὲν ἐν θέρει, τὰ δὲ ἐν χειμῶνι φαινόμενα. χελιδὼν δὲ καὶ πελαργὸς ἐν θέρει εἰώθασι δείκνυσθαι, τρυγὼν δὲ καὶ γέρανος ἐν χειμῶνι. ὃ τοίνυν βούλεται εἰπεῖν τοῦτό ἐστιν. ὅτι τὰ μὲν ἄλογα τὴν ἑαυτῶν ὠφέλειαν μεταδιώκει, καὶ τοὺς ἐπιτηδείους τόπους, ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἀμείβει.

Ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἔγνω τὰ κρίματα κυρίου. τὸ δὲ ὠφελὲς ἑαυτῷ ὁ λαὸς οὐ μετεδίωξε. τουτέστι τὴν ἐμὴν λατρείαν. εἶτα μετ' ὀλίγον.

B * Πῶς ἐρεῖτε, ὅτι σοφοὶ ἐσμὲν ἡμεῖς, καὶ νόμος κυρίου ἐστὶ μεθ' ἡμῶν.] τουτέστιν οὐ μόνον τῶν ἀλόγων ἑαυτοὺς ὑπερτίθετε, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν, διὰ τὴν τοῦ νόμου παιδαγωγίαν. οἵγε οὐδὲ πρὸς τὰ ἄλογα συγκρίνεσθαι δύνασθε.

Διὰ τοῦτο εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν.] σχοῖνον μὲν πολλαχοῦ καλεῖ τῆς γῆς τὴν διαμέτρησιν, ἵνα τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησαν μηνύσῃ, ὡς ὅταν λέγῃ, σχοινία ἐπέπεσόν μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου.

C βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι εἰς μάταιον ὑμῖν ἐγένετο, καὶ ἡμῖν τοῖς διδάσκουσιν ἡ κληρονομία τῆς γῆς. τουτέστιν, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ἀπολαυεῖν τῶν παρ' ἐμοῦ καλῶν ἀμείνους γεγόνατε. ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτω φησὶν, εἰς μάτην ὑμῖν ἐγένετο ἡ διδασκαλία τοῖς γραμματεῦσι. τουτέστιν, οὐδὲν ὠφελήθητε ἑτέρους διδάσκοντες.

* Καὶ ἰάσαντο τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου ἐπ' ἀτιμίᾳ, λέγοντες, εἰρήνη, εἰρήνη, ποῦ δὲ εἴη;] τὸ, ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦτό ἐστιν, ἐπὶ ματαιότητι. ἵνα εἴπῃ, ἐπ' οὐδεμιᾷ ὠφε-

D λείᾳ, ἐπὶ βλάβῃ μὲν οὖν, καὶ ἱκανὴ ἀτιμία ἐπάγειν τοὺς πειθομένους.

* Οὐκ ἔστι σταφυλὴ ἐν ταῖς ἀμπέλοις, καὶ οὐκ ἔστι σῦκα ἐν ταῖς συκαῖς, καὶ τὰ φύλλα κατερρύηκε. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ παρῆλθεν αὐτούς.] τὸ παρατεταγμένον τοῦ πολέμου ἔδειξεν. ἀνωτέρω γὰρ ἔφη. ἡ φαρέτρα αὐτοῦ, ὡς τάφος ἀνεῳγμένος. πάντες ἰσχυροὶ, καὶ κατέδονται τὸν θερισμὸν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἄρτους ὑμῶν τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκεψίας μηνύων. τοῦτο

E τοίνυν βούλεται εἰπεῖν, ὅτι τοσοῦτος χρόνος παρῆλθεν, ὥστε καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ἐπιστῆναι ὥραν, καὶ οὐδὲν βέλτιον διετέθημεν. τὸ γὰρ, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, τουτέστι, τοῖς ἐχθροῖς ὁ θεὸς παρέσχε τὰ ἡμέτερα ἀγαθά. τὸ δὲ, καὶ παρῆλθεν αὐτοὺς, τουτέστι, τῶν μὲν ἀπήλαυσαν, τὰ δὲ διέφθειραν.

* Ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα;] τουτέστιν, οὐδὲν προσδοκῶμεν τῶν τῆς γῆς καρπῶν.

Συνάχθητε, καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς, καὶ ἀπορριφθῶμεν ἐκεῖ.] τουτέ-

F στιν λείπεται εἰς πόλιν γενομένους σώζεσθαι, πάντων τῶν ἔξωθεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντων.

* Συνήχθημεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά.] τουτέστι, καταφύγομεν εἰς πόλιν, ὡς ἐκεῖ μέλλον

A bræus Cicadam non habet, ſed loco illius Gruem ponit. Sumpſit itaque partim eorum quæ æſtate, partim quæ in hyeme apparent: Hirundo quippe, & Ciconia æſtate: Turtur verò & Grus hyeme videndas ſeſe nobis ſolent exhibere. Quod itaque ſibi vult, iſtud eſt. Quæ ratione carent, propriam conquirunt vtilitatem, & opportunos commutatione ſibi eligũt locos. *Populus autem meus non cognouit iudicia Domini.* Quod verò ei expediret populus

B non exquiſiuit meum, nempe cultum. Deinde poſt pauca.

* Verſ. 8. *Quomodo dicetis, quia ſapientes ſumus nos, & Lex Domini nobiſcum eſt.* Vos ne dum ea quæ ratione non ducuntur, ſuperare affirmatis, ſed & omnes gentes propter legis inſtitutionem, qui neque cum irrationabilibus poteſtis comparari. *Propterea fruſtra factus eſt funiculus mendax Scribis.* Funiculum plurimis in locis terræ di-

Chryſoſt. Verſ. 8. *Iudæorũ ſuperbia.*

C menſionem appellat vt terram, quam in hæreditate acceperunt inſinuet, ſicut cùm dicit, [a] *Funes ceciderunt mihi in validiſsimis meis.* Intentio autem illius eſt. Fruſtra vobis, etiam docentibus hæreditas terræ facta eſt, id eſt, nec poſt accepta à me bona, meliores effecti eſtis. Hebræus tamen legit. *Fruſtra vobis factum eſt magiſterium Scribis*, hoc eſt, alios docentes, vobis vtilitati non fuiſtis.

Funiculus pro dimenſa terra.

a Pſal. 15. 6.

Ingratitudo magna in Deum, cùm ex illius beneficiis non proficimus in vita emẽdationem.

Doctrina parũ prodeſt, ſi eã docẽti non ſit proficua.

* Verſ. 11. *Et ſanauerunt contritionem fi-*

D *liæ populi mei ad ignominiam, dicentes, Pax, Pax, & vbi erit?* Ad ignominiam, hoc eſt, Ad Vanitatem: quaſi diceret, ad nullam vtilitatem, quin ad perniciem: ſanè magna eſt ignominia perſuaſos abducere.

Chryſoſt. Verſ. 11.

Doctorũ prauorum ignominioſa inſtructio.

* Verſ. 13. *Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficis, & folia defluxerunt, & dedi eis, & Tranſierunt ab eis.* Inſtructam aciem oſtendit: Superiùs namque dixerat, [b] *Pharetra eius ſicut ſepulchrum apertum. Omnes*

Chryſoſt. Verſ. 13.

b Ier. 5. 16.

E *fortes, & comedent meſſem veſtram, & panes veſtros*, tempus innuens animaduerſionis, hoc igitur dicere intendit. Tantum elapſum eſt temporis, vt & hyems aduenerit, nec aliquid in melius profecimus, illud quippe, *& dedit eis*, hoſtibus ſcilicet Deus veſtra tradidit bona, at illud, *Tranſierunt ab eis*, id eſt, ea quæ ipſorum vſui & commodis ſuperfuêre, diſſipata ſunt ab illis.

* Verſ. 14. *Propter quid nos ſedemus?* Hoc eſt, Nihil terræ fructuum expectamus.

Chryſoſt. Verſ. 14.

F *Conuenite, & ingrediamur in Ciuitates munitas, & proiiciamur ibi*, id eſt, Vna ſolummodo ſolus eſt nobis reliqua, ſi ciuitatem ingrediamur, cùm omnia quæ foris erant, hoſtes in ſuam poteſtatem vindicarint.

Chryſoſt. Verſ. 15.

* Verſ. 15. *Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona.* In Ciuitatem ſcilicet confugimus,

μέλλοντες ἐν εἰρήνῃ διάγειν, κἀκεῖ ἔνδεια κατέλαβεν εἰς καιρὸν ἰάσεως.] τουτέστιν, ὥστε ἀπαλλαγῆναι τῶν πολεμίων: καὶ ἰδοὺ σπουδή.] αὐτὶ τοῦ, χεῖρον ἡ ἐντεῦθεν ταραχὴ, τῶν ἔξωθεν. τούτοις μὲν γὰρ καὶ ἐνῆν. οἱ δὲ εἰς ἀμήχανον πολιορκίαν ἐπιπτον.

* Ἀπὸ φωνῆς χρεμετισμοῦ ἱππασίας ἵππων αὐτοῦ. ἐσείσθη πᾶσα ἡ γῆ.] τουτέστι εἰς φυγὴν ἐτράπη.

* Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω εἰς ὑμᾶς ὄφεις θανατοῦντας, οἷς οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐπᾶσαι.] καί τοι θηρίων ἔφοδον μηνύει, ὡς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἢ τῶν πολεμίων τὸ πικρὸν παρίστησι διὰ τοῦ παραδείγματος, ὅτι δὲ τὸ παρατεταγμένον τῶν συμφορῶν διὰ τῶν προπλεχθέντων ἐμήνυσε, σαφῶς δηλοῖ. περιϊὼν γὰρ φησί.

* Διῆλθε θέρος, καὶ παρῆλθεν ἀμητὸς, καὶ ἡμεῖς οὐ διεσώθημεν.

* Μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ. ἢ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ;] καὶ Γαλαὰδ πόλις ἦν τῶν ἱερέων, καὶ ἔστι, τοῦτο σαφῶς ἰδεῖν ἐκ τῶν παραλειπομένων. φησὶ γὰρ οὕτως, τοῖς υἱοῖς Μεραρὶ τοῖς καταλελειμμένοις ἀπὸ φυλῆς Ζαβουλὼν ἀφώρισαν τὴν Ῥεμμὸν καὶ τὰ περιπόλια αὐτῆς. εἶτα φησὶ, καὶ ἐκ τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ, Ἱεριχὼ, καὶ φήσας ἀπὸ τῆς φυλῆς Ῥουβὴν φανερὰς πόλεις. ἐπάγει, καὶ ἀπὸ φυλῆς Γὰδ τὴν Ῥαμὼθ Γαλαάδ. τοῦτο τοίνυν βούλεται εἰπεῖν μὴ, οὐκ ἦσαν ἀρχιερεῖς οἱ παιδεύειν δυνάμενοι. ἢ λόγους ἐπωφελεῖς προσάγειν τῷ λαῷ δυνάμενοι; ῥητίνη γὰρ οἱονεὶ τὸ φάρμακον τὸ ἐπὶ θεραπείᾳ διδόμενον λέγει. ἰατρὸν δὲ τὸν ἱερέα αὐτὸν, καὶ διὰ τῆς νουθεσίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν πρεσβείας ἰᾶσθαι τὰ ἁμαρτήματα δυνάμενον, ἵνα εἴπῃ, ὅτι τῶν μὲν παρὰ σοῦ ὀφειλόντων γενέσθαι ἔλειψεν οὐδέν. οἱ δὲ οὐδὲ ὑπὸ τῆς παραινέσεως ἀμείνους ἐγένοντο.

mus, quasi ibi in pace vitam traducere fas esset, & ibi nos inopia oppressit. *Ad tempus medelæ*, id est, vt seruaremur ab hostibus. *Et ecce turbatio*, pro eo quod est, Peior iis certè est turbatio qui intra, quàm iis qui extra ciuitatem, His quippe & subsidium adesse poterat; At illi cingebantur obsidione, à qua se eximere non valebant.

* Vers. 16. *A voce hinnitus equitatus equorum eius commota est omnis terra.* Hoc est in fugam versa est. Chrysost. Vers. 16.

* Vers. 17. *Quia ecce ego mitto in vos serpentes mortiferos, quibus non est incantatio.* Vel ferarum inuasionem adstruit, qualis fuit in deserto. Vel hostium atrocitatem exéplo hoc patefecit ordinem: porrò calamitatum per ea quæ iam dixerat, indicasse manifestè ostendit: subdens enim ait. Chrysost. Vers. 17.

* Vers. 20. *Transiit æstas, & præteriit messis, & nos saluati non sumus.* Chrysost. Vers. 20.

* Vers. 22. *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?* Galaad Ciuitas erat Sacerdotum, quod ex Paralipomenis manifestum est, ait enim sic. [a] *Filiis Merari residuis, ex Tribu Zabulon dederunt Rhemon, & suburbana eius*, quibus addit: & Trans flumē Iericho, & explicatis ex Tribu Ruben certas Ciuitates, infert, *& ex Tribu Gad Rhamoth Galaad*, hoc igitur sibi vult, Numquid non erant Sacerdotes, qui instruere possent? vel sermones vtiles apud populum habere? Resinam enim medicamētum, quod sanitatis gratiâ exhibetur, intelligit. Medicum verò, Sacerdotem ipsum, qui & admonitione, & precibus ad Deum peccata curare potest, diceret: Quod tui erat, nihil eis defuit: Attamen ipsi nec ex adhortatione profecerunt quicquam.

Chrysost. Vers. 22. — a 1. Paral. 6. 77. — Sermo admonitorius optima resina. — Sacerdos medicus spiritualis.

CAPVT NONVM.

1 QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?

2 Quis dabit me in solitudine, diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum.

3 Et extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij, & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

4 Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudolenter incedet.

5 Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.

6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

7 Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?

8 Sagitta vulnerans lingua eorū, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.

9 Num

9 Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gente huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?

10 Super montes aſſumam fletum, ac lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctum: quoniam incenſa ſunt, eò quòd non ſit vir pertranſiens, & non audierunt vocem poſſidentis: à volucre cæli vſque ad pecora tranſmigrauerunt, & receſſerunt.

11 Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia Draconum: & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eò quòd non ſit habitator.

12 Quis eſt vir ſapiẽs qui intelligit hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet iſtud, quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertum, eò quòd non ſit qui pertranſeat?

13 Et dixit Dominus, quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea.

14 Et abierunt poſt prauitatem cordis ſui, poſt Baalim: quod didicerunt à Patribus ſuis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: Ecce ego cibabo populũ iſtũ Abſynthio, & potum dabo eis aquã fellis.

16 Et diſpergã eos in gentibus quas non nouerunt ipſi, & patres eorum: & mittam poſt eos gladium donec conſumantur.

17 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent.

18 Feſtinent & aſſumant ſuper nos lamentum: deducant oculi noſtri lachrymas, palpebræ noſtræ defluant aquis.

19 Quia vox lamẽtationis audita eſt de Sion: Quomodo vaſtati ſumus, & confuſi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta ſunt tabernacula noſtra.

20 Audite ergo mulieres verbũ Domini, & aſſumant aures veſtræ ſermonem oris eius, & docete filias veſtras lamentum: & vnaquæque proximam ſuam planctum.

21 Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.

22 Loquere, hæc dicit Dominus: & cadet morticinum hominis: quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.

23 Hæc dicit Dominus: Non glorietur Sapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis.

24 Sed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iudicium, &

A iuſtitiam in terra, hæc enim placent mihi, ait Dominus.

25 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium.

26 Super Ægyptum, & ſuper Iuda, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moab, & ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam, habitantes in deſerto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autẽ domus Iſrael incircũciſi ſunt corde.

B

Verſ. 1.] Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

EA[a] eſt mæroris, & doloris mei vehementia ſuper cõtritione (vt mox dicebam) filiæ populi mei, & pro eo quòd in maxima remediorũ copia adhuc minimè curatam videam eiuſdem cicatricem, vt nec in lachrymas ab ipſa profluere ſinar, quibus forſitan refocil-
C *larer aliquantulum. Moriar certè eo ipſo oppreſſus dolore, ni lachrymer, meo iam capite ab euaporationibus acerrimis à mœrore maximo ad ipſum tranſmiſſis, tenebris offuſo, & morti proximo in ſtuporem redacto. Ne igitur ita obtenebratus ſtupiduſque peream, id vnum quàm maximè opto, vt in fletus iam queam prorũpere, & lachrymas vberrimas.*

a Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ (ſeu caput meum aquas, & oculos meos venã lachrymarũ) & plorabo die ac nocte interfectos (ſeu vulneratos) filiæ populi mei.

2 *Vtinam reſolutis iis quæ dolor ſuſcitat euaporationibus, capiti meo tantum aquei eſſet humoris, vt oculi mei è quibus defluere is ſolet, ex iugi illius fluxu dici*
D *poſſint lachrymarum fontes.*

3 *O vtinam caput ipſum meum totum vertatur in aquas; ô vtinam cerebrum meum in aquas funderetur, & oculi mei verterentur in indeficientem lachrymarũ venam. Tantæ ſunt enim quas in ſpiritu video calamitates, totque intueor & corpore à Chaldæis, & anima à lethalibus ſceleribus continuè & vulnerari, & interfici, vt perenni ſubminiſtrata materia, & perenni egeam lachrymarum fonte.*

4 *Si enim totus vertar in lachrymas, vix dignè deflere potero vulneratos, ac interfectos vnius Ciuitatis, Ieruſalem filiæ populi mei.*

E

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Q*VIS dabit capiti meo aquam,* &c.) Hebræorum Maſoretæ totam hanc ſententiam ad finem reiiciũt præcedentis capitis octaui, exordiumque præſentis capitis noni à ſubſequẽti deſumũt verſ. ob id fortaſſe, quia hæc in exaggerationem dicta cẽſuerint eiuſdem compaſſionis, doloris, mœroriſque ſui quæ mox iis Propheta ſignificarat, *Super contritione filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit me.* Vel
F ob id potiùs, vt qualitatem opinarentur in his eius cicatricis explicari, cuius neglectam curam admirabũdus idem indoluerat Propheta in verſ. præcedenti, *Numquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?* Ac ſi dicat, Quæ certè cicatrix ita minimè obducta mortem plurimarum cauſauit animarum, adeo vt totus reſolui vellem in lachrymas, quo hac ratione interfectos deplorarem. Vt interfectio intelligatur animarum, ex

peccati proueniens cicatrice, ac vulnere, quod resina curatum non sit pœnitentiæ.

2 Quicquid tamẽ sit de Hebræorum distinctione, Noster certè interpres, sicut & Codices versionis Sept. ab his, (*Quis dabit capiti meo*, &c.) nouum exordiuntur caput. Neque hoc repugnat, quin dici queat, adhuc eamdem præcedentis capitis continuari orationẽ, cùm & supra idipsum factum viderimus, fiatque id sæpius. Tametsi & nouum quoque possit esse vaticinium. Aquarum exhibitionem in caput optatam forsitan censeat aliquis à Propheta, vt signo hoc externo is patefieret acerbissimus ipsius dolor, quo angebatur intrinsecus, cuius & perennes lachrymas testes esse auebat. Vt sensus sit. Vtinam aquas exhibeat mihi quisquam quas meo superiniiciam capiti. Quem sanè sensum haud omnino improbarem, si id moris alibi in Sacris literis reperiretur, vel apud aliquam saltem gentem seruatum illud legerim antiquis temporibus, vt ad vehementiã contestandam doloris aquæ iniicerentur capiti sicut constat, & cineres, & puluerem Iudæis conspergere capitibus solitos, quod & [a] Arabes sancti Iob amicos fecisse Sacræ narrant paginæ, & Aegyptios lutum quoque capitibus ob idipsum iniicere consueuisse asserit Herodotus. [b] Cæterùm quia nec nouis inuentis, seu potiùs figmentis vnquam adhærere mihi placuit, nec congruum videtur tanto cum affectu vnius rei desiderium à Propheta expressum, cuius vndequaque magnam haurire ei licuisset copiam. Idcirco non puto vllatenus æquum, vt à communi recedam intellectu, secundùm quem aquæ nomine is accipitur humor qui intra caput è cerebro expressus extrinsecus quasi per canales è cisterna deriuatos per oculorum meatus profluit in lachrymas. Verbum autem dandi haud aliquam hoc loco designet exhibitionem, seu (vt ita dicam) dationem, cùm certum sit, huiusmodi humorem neutiquã ab aliquo dari capiti alterius posse, qui intra ipsum producitur caput. Sed iuxta Hebræorum phrasim qui optatiuis carent, ad optatiuum ipsum designandum adhibitum est, vt tantumdem sit, (*Quis dabit*,) ac si nostro Idiomate dicatur, ô si, seu Vtinam. Sensusque sit, Vtinam capiti meo tantum aquei esset humoris, vt oculi mei ex quibus defluere is solet, ex iugi eius fluxu dici meritò queant fons lachrymarum perennis, & tunc absque intermissione vlla diu noctuque, prout res ipsa postulat, plorem &c. Quæ efficaciùs ad verbum sic in Originali habentur Hebræo. (*Quis det caput meũ aquas*) seu, vt vertit Vatablus (*ô vtinam caput meum aqua esset, & oculus meus vena lachrymæ*,) id est, ô vtinam caput meum totum conuertatur in aquas. Vtinam cerebrum meum in aquas funderetur, & oculi mei verterentur in fontem lachrymarum indeficientem, & diu noctuque incessanter plorabo, &c. Quæ quidem communiter censentur per exaggerationem dicta imminentis Ierosolymitanæ calamitatis. Ac si dicatur, Tanta sunt mala, totque in spiritu video interfectos, in Ierusalem, & in terra Iudaici populi mei, vt dolorem omnem sui superent acerbitate: Si totus vertar in fletum, & nequaquam guttæ sint lachrymarum, sed abundantia perennis fontis, vix dignè deflere ea potero.

Ad dolorem luctúmque contestãdum capiti superiniici antiquitùs solita cinerem, puluerem, & lutũ. De aqua nil apud quemquam scriptũ reperiri.

a Iob. 2. 12.

b Lib. 1.

Aquarũ nomine designata magna lachrymarum copia quæ ex aqueo profluunt humore in cerebro enascente.

Optatiuis cũ careant Hebræi eos exprimunt hac phrasi, Quis det.

3 Ipse tamen opinor in exaggerationem sui potiùs doloris à Propheta hæc primò habita, quãquam ex ipsa doloris sui vehementia, & acerbitatem eius mirum in modum amplificet calami-

A tatis, quã talis tantusque ipso causatur dolor. Vt autem quæ hîc dicuntur iuxta sensum istum percipiantur, duo afferam Sanctorum Patrum fundamenta, alterum Basilij Magni, Gregorij item Magni alterum. Siquidem Gregorius Papa lib. 9. Moralium cap. 44. super iis B. Iob [c] verbis, *Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum*, hæc habet, *Sicut moderata afflictio lachrymas exprimit, ita immoderata subducit, quã mœror ipse quasi sine mœrore fit, qui afflicti mentem deuorans sensum doloris tollit.* Basilius verò fusiùs hac de re agens in homilia de Gratiarum actione, *Lachrymari*, inquit, *contingit cùm particulæ cerebri concaua euaporationibus ex tristitia collectis, quasi per elices quosdam canalesue, per meatus oculorum pondus eius collectitij, humoris egerunt. Vnde & post rerum minùs lætarum inopinam, nec expectatam delationem mox se in aures insinuant sonitus quidam, & vertiginosæ reuolutiones, tenebrarumque ob oculos effusio, ac proinde caput obuerti videtur vi vaporum, quos sursum versùs remittit calor, qui se in imas partes retraxit. Ad hoc, ita equidẽ reor, quia quemadmodum nubibus aër, & addensatur in guttarum aspergines, sic & vaporum crassamentum in lachrymas resoluitur: hinc quoque mœrentibus, & in luctu constitutis clam repens nonnihil lætitiæ & iucunditatis oboritur, per fletum exinanito, eò quòd degrauabat caput. Huius meæ rationis veritatem confirmabit rerum quæ fiunt doctrix experientia. Ipsi enim nouimus non paucos calamitatibus deploratis vtique nec curabilibus obuallatos vi, ne distillarent lachrymis sibi temperasse. Hi quidem in varios, & immedicabiles inciderunt morbos, ceu sunt Apoplexia, & Paralysis. Alij verò in mortem prorsus collapsi sunt, ac si fulcimento quopiam debili niterentur subtritis eorum viribus, & diffractis immodico pondere tristitiæ. Namque quod cernere possis, in flamma, quæ introclusione suffocatur proprij fumi, qui cùm liberè egredi non queat implexam flammam suo opprimit ambitu. Haud secus isti contingere asseuerant in ea facultate, quæ in animali dispensat vitalem actionem, ac moderatur nimirum intabescere, & extingui vehementiori acrimonia doloris, nullâ illi ad exteriora perspiratione concessã.* Hæc Basilius.

Greg. PP. c *Iob. 10. 20.*

Lachrymæ subducuntur ab immoderato mœrore, sicut eadem exprimuntur à mœrore moderato.

Lachrymæ quomodo physicè gignantur & prodeant.

Lachrymarũ effusio nonnihil læti affert, earũque violenta retentio maximè perniciosa.

Lachrymarũ violenta detentio similis violentæ suffocationi ignis retento fumo ne exeat.

4 Quæ cùm ita sint, vt duo isti asserunt Patres, dicendum sanctum Prophetam cùm hîc ait, (*Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo*, &c.) primùm significare, vehementissimum adeo suum esse dolorẽ, de quo ad finem præcedentis capitis dixerat, *Super contritione filij populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me*, vt iuxta Gregorij regulam, præ eius vehementia in lachrymas non sinatur prorũpere; adeoque tenebris se offusum esse maximis, ac veluti extra se positum, ac stupidũ, prout iuxta lectionem Hebraicam, & versionem Sept. apertè mox dixerat, *Super contritione*, &c. & *obtenebratus sum afflictione, stupor*, seu *desolatio obtinuit me*, vt certam de repente, iuxta Basilij dictũ ob eiusdem doloris acrimoniam expectandã sibi censeat mortẽ, ni detur, vt in lachrymas is quoquo modo prodeat: Propterea igitur ait, (*Quis dabit capiti meo aquam*, &c. & *plorabo*, &c. Nõ dicit autem simpliciter, (*quis mihi det vt tanto mœrore confectus in lachrymas profundar, & plorem.*) Sed maxima cum emphasi, Quis mihi det, vt caput meum resoluatur in aquas, & oculi mei instar venæ viuas scaturientis aquas iuges scaturiant, emittantque lachrymas. Vt per id quod primò ait, tantum suũ esse significet cordis dolorem, vt ex euaporationibus per illum ad superiora transmissis totum suum repletum sit caput, ideoque id sibi esse in optatis,

Dolor sanctorum pro proximi peccatis quã magnus.

optatis,vt euaporationibus illis acerrimis resolutis, caput ipsum aquâ sit plenum, Per id verò quod adiecit,(*Et oculis meis fontem*,seu *venam lachrymarum*,) perennitatem designet causæ tanti doloris sui, iugis nimirum perseuerantiæ populi sui in peccatis,atque in contritione & calamitate;quam per septuaginta annorũ spatium subire cogetur in Babylonia, prout apertiùs id explicabit in Threnis,dicens,[a] *Diuisiones*,seu *Riuos aquarũ deduxit oculus meus super contritione filiæ populi mei.* Hanc & doloris sui,& eiusdem causæ perennitatem meliùs & hîc quoque explicans addit.

a Thr. 3.48.

5

Sanctorũ plorantium pro peccatis proximi quã nũ maximè affligant animum.

(*Et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.*) pro quo Sept. (*Et plorabo populum hunc,*) Sic Codices Complutens.& Regius,seu (*populum meum hunc*)vt correctiores alij,in primisque Vaticanus, (*die ac nocte vulneratos filiæ populi mei,*) vt nouerimus,duo extitisse quæ Prophetæ cruciabant animũ absque intermissione vlla,& continuã totius populi sui obstinationem in impietate,quã paulò post enarrabit;Et eorũ in primis nedũ corporis, sed & animæ mortem, qui in sancta ciuitate Ierusalem eiusdem populi metropoli & peribant quotidie,& interficiendi,variisque calamitatibus opprimendi erant à Chaldæis. Ita vt filiæ appellatione consuetã Hebræorum phrasi Ciuitatem designet.Porrò quod noster interpres(*interfectos*) vertit, rectè Sept. necnon & interpres Regiæ ex Hebræo, (*Vulneratos* seu *saucios*) reddidère, quia mors,& interfectio animarum, quæ tantùm cor affligebãt Prophetæ,ipsa est peccati cicatrix,quã in fine præcedentis capitis doluit non esse obductam,& quælibet peccatorũ mortalium vulnera, Hebraicum verbũ חלל *halal* vtrumque significat & interficere,&vulnerare,quin-imò & cõturbare,prophanare,& quamlibet vim inferre.Vnde & bene die ac nocte plorandi sibi materiã subministrari subindicat,nedum ab interfectione,& vulneratione tot animarum,sed & ab innumeris calamitatum generibus quibus ciues ipsos Ierusalem premendos intelligebat, Non est autẽ nouum in Scriptura, vt vulneratorum vocabulo ij designentur qui lethaliter saucij ex ipsis mortui sunt vulneribus, ita vt tantumdem sit vulnerati, ac interfecti,cùm & in Psalmo 87.legamus, *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris.* Illud denique hîc nota, non incongruè ab aliquibus quæ hîc dicuntur & Deo tribui.

Peccato mortali irretiti dicuntur & vulnerati,& interfecti.

Vulneratorũ vocabulo significati interfecti.

Psal. 87. 6.

Dei erga peccatores compassio quãta.

Vers. 1.] Quis dabit capiti meo aquam,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

Prælati quibus modis,& artibus animarum salutem debeant procurare.

TRIA sunt quæ moraliter circa hanc expendere possumus sententiã,duo,quæ explicata habes hoc ipso loco apud Andreã Cappellã,quot scilicet modis,& artibus, quibus precibus, & fletibus qui animarũ curam gerunt ad imitationem Prophetæ sancti illarũ procurare debeant salutem:quaue cõpassione erga earum singulas debeant esse affecti. Tum & quibus lachrymis vnusquisq; nostrûm deflêre Christi debeat passionem. Si enim Ieremias tantam expetiit aquarum copiam,& lachrymarum fontes, vt interfectos ploraret inimicosDei,& ipsi infestos, Quisnam fidelium multò rationabilius hæc Prophetæ verba sæpius non repetat,passionem meditans Christi. (*Quis dabit capiti meo aquam , & oculis meis fontem lachrymarum , & plorabo*) interfectum filium Dei, & pro meis sceleribus crucifixum Patrem,& Saluatorem meum?Sed quid? [b] *filiæ Ierusalem nolite flere super me*, ait idẽmet Iesus in Euangelio,*sed super vos ipsas flete*.Bonæ sunt lachrymæ in passionis Christi meditatione vbertim profusæ: At multò eidem Christo eæ sunt iucundiores, quas pro nobis ipsis fuderimus,nostra deplorantes peccata; & idcirco illi iucũdiores hæ sunt, quia nobis vtiliores. Æquum igitur est;vt si Propheta,& iusti quique pro aliorũ peccatis, quibus & vulnerantur animæ, & interficiuntur, largissimos fundunt lachrymarũ riuos: & vnusquisque nostrûm suamet recogitans delicta, hæc ipsa sibi Ieremiæ vsurpet verba, (*Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum,& plorabo die,ac nocte vulneratam, ac interfectam animam meam?*) Benè (*Quis dabit,*) inquit, peccator,contritionis lachrymas;quia cùm mortuus in peccato sit, nil à se habere potest quod sit viuificum,quales istiusmodi sunt lachrymæ,quas à Deo habeat operæ precium est.Bene etiã istas à Deo exposcens non vt lachrymas simpliciter petit, sed vt aquas, & vt aquas capiti datas; tales nimirum, quæ, instar aquarum abluendi vim habeant, & instar aquarum Baptismalium quæ super caput iniectæ mortuam viuificãt animam;vt sit allusio ad commune illud affatum ex D. Hieronymo desumptum, quo asseritur, pœnitentiam iure secundum appellari Baptismum.

In Passionis Christi meditatione quàm expetenda lachryma.

b Luc. 23.28

Lachrymæ cõpunctionis abluunt.

Lachrymæ cõpunctionis similes aquæ baptismali.

Pœnitentia est secundus Baptismus.

7

Lachrymarũ Baptismus in quo differat à Baptismo regenerationis.

Sed si pœnitentia alter est Baptismus, & per compunctionis, & contritionis lachrymas, & abluuntur peccatorum vulnera, & viuificantur quæ per ea vulnera interfectæ erant animæ,Cur dicet aliquis, post efflagitatas capiti suo aquas, perenniter eas fluentem tanto desiderio optare se ait fontem? assignat ipsamet anima eius petitionis suæ rationem. (*Et plorabo die ac nocte.*) Neque enim pœnitentiæ Baptismus lachrymarum in eo similis est Baptismo regenerationis per aquam, vt æquè ac ille nequeat iterari. Imò propterea quod impossibile sit, vt qui per illum abluti sunt semel, per eumdem iterum renouentur, Ideo ex summa Dei benignitate alter hic Ecclesiæ exhibitus est Baptismus lachrymarum, vt qui quotidie per noua peccatorum vulnera interfecti essent, perennem haberent fontem, quo toties quoties opus esset, renouari, & viuificari per pœnitentiam possent. Quinimò, ô quæ verè pœnitens est anima, tametsi noua non superaddita sint vulnera, petit nihilominus lachrymarum fontem, easque vt ploret die ac nocte vulnera, & interfectionem suam. Ad quid? [c] *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum non recordabor amplius*, ait Dominus. Nomen ipsum fontis subindicat ad quid? nempe ad diuinos oblectandos oculos, quibus veluti insignis, iucundusque fons istiusmodi proponuntur lachrymæ, iuxta illud pœnitentis Dauid, *Deus* [d] *vitam meam annunciaui tibi*, per admissorum peccatorum recogitationem, & confessionem, *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Quod & idemmet Dominus contestatus est, quando dicente Ezechiã Rege, [e] *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, adeoque & flente fletu magno, *Vidi*, [f] inquit, *lachrymas tuas.*

Lachrymæ compũctionis instar insignis fontis oblectant Dei oculos.

c Ezech. 33. 16.

d Psal. 55.9.

e Isai. 38.15.

f Isai. 38.5.

Audierat à Propheta Nathan Rex Dauid, [g] 8

Dominus transtulit peccatum tuum à te. Et beatos Dauid ipse [h] prædicarat,quorum remissæ essent iniquitates, & quorum tecta essent peccata, idem

g 2. Reg. 12. 13.

h Psal. 33.1.

idemque nihilominus de lachrymis loquens compunctionis suæ, ait, [a] *Laboraui in gemitu meo*, id est, Nequaquam meum vnquam dimisi gemitum, sed vt illum continue prosequerer nulli peperci labori. *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo*, id est, Etiam cùm conscientiam ita pacatam habeam, vt in ea testimonium ipsamet mihi perhibente, veluti in lecto quiescere queam in præsentis sæculi nocte: iugiter tamen cæptum prosequar gemitum pro vulnerū cicatricibus quasi in ipsa conspicio conscientia mea. Vis nosse ad quid? vt eamdem conscientiam meam lauem, eamdēque & irrigem. Si sanata iam sunt vulnera, reuixitque anima quæ per illa fuerat interfecta: iteratis nihilominus lachrymis compunctionis eorum abluuntur cicatrices, ne quid in eis reliquum sit putredinis, quò per recidiuum eadem renouari contingat aliquando.

a Psal. 6. 7.

Lachrymæ compūctionis post peccatorū remissionem deseruiūt ad abluendas eorumdem reliquias.

9 Sed & ob id, tametsi nil istiusmodi sit reliquiarum, iugiter ea abluantur his lachrymis, vt frequenti ablutionis istius iteratione in ipsis præteritorum vulnerum cicatricibus, prout in lapidibus euenire conspicimus, splendor emicans reddatur gloriæ Dei, de qua per Apostolum dicitur, [b] *Omnes peccauerunt, & egent gloriâ Dei*, id est, gloriosâ, & munificâ gratiâ Dei, illustrique eiusdem misericordiâ, cuius fulgorem compunctione suâ magnâ è peccatis suis idem emicare fecit Paulus, cùm diceret, [c] *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* (Nota humilem ipsius compunctionem) primum, maximumque se asserit cæterorum peccatorum omnium. Audi ex peccatis ipsis suis iteratione eiusdem compunctionis splendores educentem misericordiæ, & patientiæ, ac longanimitatis Dei: [d] *Sed ideo, inquit misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam*, seu, vt est in Græco, *totam longanimitatem ad informationem*, seu (vt legit Ambrosius) ad exemplum eorum *qui credituri essent illi in vitam æternam*, id est, Vt in me, quasi in primo & maximo peccatore daret viuū exemplar diuinæ suæ clementiæ.

Lachrymæ cō. punctionis deseruiunt ad educendum splendorē misericordiæ & patientiæ Dei erga nos.

b Rom. 3. 23.

c 1. Cor. 1. 15.

d 1. Cor. 1. 16.

10 An non & id obseruamus frequenter, vt quæ sanata sunt vulnera aquis lauentur odorosis, ita vt ex quibus fœtor priùs emanabat, postmodùm per huiusmodi ablutionem suauissimus vndequaque diffundatur odor? Sanata certè erāt fœdissima Pauli vulnera peccatorum quæ admiserat, cùm persequeretur Ecclesiam spirans minarum, & cædis; cùm conseruaret & vestes eorum qui sanctum lapidauerunt Stephanum: sanata, & abluta ea fuerant & per Baptismum regenerationis, & per lachrymas compunctionis; addebat nihilominus sæpius, compunctionis lachrymis denuò eadem & abluere, & refricare quasi odoratis quibusdam aquis, ita vt dicere iure posset, [e] *Christi bonus odor sumus in omni loco.* Hinc in epistola ad Corinth. istiusmodi ablutionem adhibens compunctionis, [f] *Ego inquit, sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Audi odoris diffusionem. *Gratiâ autem Dei sum id quod sum.* Eandemque iterans in epistola ad Galatas. *Audistis*, [g] ait *conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modū persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illā*, &c. Audi odorem: *Cùm autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam*

Lachrymis compūctionis quasi odoratis aquis sancti suam lauant conscientiam.

e 2. Cor. 2. 15.

f 1. Cor. 15. 9.

g Gal. 15. 9.

A *suam, vt reuelaret filium suum in me*, &c. Et in epistola ad Ephesios magis ea refricans, *Et nos*, [h] inquit, *aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum: & eramus naturâ filij iræ, sicut & cæteri.* Audi odorem, *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam quâ dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, vt ostenderet*, &c.

h Ephes. 2. 3.

11 *Aspersi cubile meum myrrhâ, & aloë & cinnamomo*, [i] dicebat in lib. Prouerb. mulier illa impudica, vt ex commemoratione aromaticæ eius aspersionis impudici ipsius cubilis, suæque impudicitiæ longe lateque diffunderet fœtorem; efflagitet à Deo quæ verè pœnitens est anima odoratæ fontem aquæ lachrymarum, dicens, (*Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum*,) vt plorans die ac nocte vulnera delictorum suorum, & cum Dauid insigni pœnitentiæ exemplari dicere queat, *Lauabo* [k] *per singulas noctes lectum meum*, seu, vt ex Hebræo legit Hieronymus, *Natare faciam totâ nocte lectum meum* conscientiam meam copiâ lachrymarum decidentium è genis, quæ præ pœnitentia factæ sunt sicut phialæ [l] aromatum, quales descriptas in mystico Christi corpore iuxta versionem Sept. legimus in Cant. Tametsi & quod in nostra Vulgata ibidem habemus, *Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis*: non minùs eidem animæ competat pœnitenti, quæ cùm ad id quod tantopere optarat, dono peruenerit Dei, vt oculi ipsius perennis facti sint fons lachrymarum, Et id pariter cum eodem Dauid verissimè proferre potest. [m] *Lachrymis meis stratum meum rigabo*, viuificâ nimirum, & indeficienti lachrymarum venâ conscientiæ suæ stratum, quasi plantationum irrigans hortum, vt tantumdem sit. *Lachrymis meis stratum meum rigabo*, ac id quod & in lib. Ecclesi. ait Sapientia, [n] *Dixi rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo*, id est, copiosiùs iterum iterumque plorans die ac nocte vulnera animæ meæ, irrigabo *prati mei fructum*, quem videlicet ex deploratione præteritorum delictorum in mea ipsa conscientia colligam, humilitatis, cognitionis propriæ miseriæ, subiectionis erga Deum, similiumque virtutum.

i Prou. 7. 17.

Lachrymæ compūctionis à Deo petendæ vt aquæ odoratæ.

k Psal. 6. 7.

l Cant. 5. 13.

Lachrymæ compūctionis è maxillis defluunt vt è phialis aromatum.

Lachrymis compūctionis irrigant sancti genas, & conscientiam suam, vt hortum quemdā fructiferum.

m Psal. 6. 7.

n Ecclesi. 24. 42.

12 Sed & externam simul suam veterem deflens conuersationem, quam per genas designari aliàs ostendimus, ipso qui per istiusmodi genas defluet lachrymarū fonte illam vti areolam aromatū irrigatam suauissimos proferre faciet aromaticos multiplicium virtutū fructus, eosque in primis qui gratitudinis in Deum referunt odorē, & gratiarū actionis fragrantiam. Simul namque coire solent istiusmodi lachrymarum irrigatio, aromaticique fructus prolatio cum suauitate fragrantiæ. Quādoquidem & in Euangelio in descriptione insignis pœnitentiæ, & compunctionis Magdalenæ, cuius præstantissimum illud est Domini elogiū, *Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum*, ambo hæc simul legimus, [o] *Lachrymis cæpit rigare pedes eius, & vnguento vngebat.* Rigādo etenim lachrymis stratū conscientiæ suæ, vt peccatrix exciterat, actu illo externo ostendit, se & diuinos in tali fletu illos rigasse Christi Domini pedes, quibus magna & mirabilia eius in semet cōtēplabatur facta itinera, & de quibus per Prophetam dictum acceperat. [p] *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas requirētibus testamentū eius*, per verā sc. con-

uersio

Lachrymis compūctionis irrigāt sancti genas externæ conuersationis suæ vt areolas aromatum, vt proferre ex ea faciant aromaticos virtutū fructus.

Lachrymæ compūctionis simul coire solent cum prolatione aromatici fructus, & suauitate fragrantiæ.

o Luc. 7. 38.

p Psal. 24. 10.

uerſionem, & teſtimonia eius per veram iuſtificationem. Simulque eodem ſuauiſſimo vnxiſſe pedes vnguento gratiarũ actionis pro iis ipſis, quæ facta in ſe animaduertebat, cùm tantis onuſta eſſet peccatis, dicens, [a] Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, ipſum ſc. peccatum meum, & multum eſt, quod pedibus tuis miſericordiâ, & veritate propter me, & in me feciſti itineris.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Quis dabit capiti meo aquam, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Τὶς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; καὶ κλαύσομαι τὸν λαόν μου τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτὸς τοὺς τετραυματισμένους θυγατρὸς λαοῦ μου.

Verſ. 1.] Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo populum meum hunc die, ac nocte, interfectos filiæ populi mei.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quis dabit caput meum quaſi torrentem aquarum, & oculos meos quaſi fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte ſuper interfectos cœtus populi mei.*

Baſilius. a Rom. 12. 15. *Deflens aliorum peccata purget ſemetipſum.*

Verſ. 1. (*Quis dabit capiti meo aquam*, &c.) Baſilius homiliâ in martyrem Iulittam, paulò ante finem de eo loquens Apoſtoli, [a] *Flere cũ flentibus, flendum*, inquit, *nobis eſt cum flentibus. Tu enim ſimul atque videris fratrem ob eorum quæ admiſit, pœnitentiam ſe proluentem lachrymis, huic collugeto, & condole: ita enim tecum fiet, vt ex alienis malis caſtiges proprium. Qui enim pro peccato proximi lachrymis ſtillat præferuidis, hoc ipſo quòd lapſum deflet fratris, ſuummet à ſe profligat morbum. Flebat Paulus inimicos Crucis Chriſti: flebat & Ieremias internecionem pereuntis populi, qui ſanè quòd lachrymæ ſuapte naturâ profluentes non ſatis illi eſſent ad planctus magnitudinem, cupidè expetebat ſibi infundi lachrymarum fontem, & extremum ſolitudinis diuerſorium*, dicens: (*Et ſedebo & plorabo populum hunc dies multos, eos qui pereunt.*)

Baſilius. *Luctus qualis habendus pro peccatis, & animarũ morte. Virginis Deo dicatæ ſtuprũ quantas excitare fidelibus debeat lachrymas.*

Idem Baſilius epiſtolâ ad Virginem lapſam in principio. *Nunc eſt tempus exclamandi propheticum illud*, (*Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deplorabo contritionem populi mei?*) *Nam etiam ſi hos profundum ſilentiũ tegit, & iacent ſemel malo ſtupefacti, & ex lethali plaga etiam ipſo afflictionis ſenſu iam priuati: tamen, non oportet nos hunc caſum citra lachrymas prætermittere. Si enim Ieremias eos quorum corpora in bello percuſſa erant, infinitis lachrymis dignos iudicauit, quidnam dixerit quis ad tantam animarum calamitatem? Vulnerati tui inquit, non ſunt vulnerati gladio, & mortui tui non ſunt mortui in bello, ſed aculeum veræ mortis graue peccatum deploro, & ignita maligni illius ſpicula, quæ animas ſimul cum corporibus barbaricè, ac crudeliter combuſſerunt. Equidem arbitror Dei leges magna ſuſpiria duxiſſe, dum tantum ſcelus in terra conſpexerunt*, intellige de conſtupratione virginis.

2 Greg. Naz.

Gregorius Nazianzenus oratione 3. de Pace, Eccleſiæ diſſidia deflens, *Idcirco ego ploro* (ait, *Ieremias in Lamentationibus*) *atque oculis meis lachrymarum fontes huic calamitati* (diſſidij ſcil. inter fideles) *pares quæro.*

Flendum pro Eccleſiæ diſſidiis.

Ephrem Syr. *Flendum potiùs quã ridendum in hac vita.*

Ephrem Syrus tom. 1. in Conſilio de vita ſpirituali, agens quòd non ſit ridendum, ſed lugendum potiùs. *Væ mihi*, inquit, *quid faciam: quomodo comminationes impiorum qui tormentis præſunt Angelorum ſubterfugiam, quoniam horrendi ſunt, & abſque miſericordia*, (*Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt ſedens fleam dies, ac noctes.*) Deumque cuius prouocaui iram placatum reddam.

3 Io. Chryſoſt. *Lachrymarũ compũctionis vis, & vtilitas.*

Ioannes Chryſoſtomus ſermone de pœnitentia, qui habetur tom. 5. poſt homil. 10. item de Pœnitent. ad compunctionis lachrymas hæc referens, *Quid times*, ait, pœnitentiam, *ò homo, ſine qua non eſt viuere, nec Deo placere? Clamat Ieremias compunctus pro populo,* (*Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & flebo vulnera populi mei?*) *Sciebat enim quòd lachrymæ iuuarent populum transmigratum: ſciebat quòd eius fletibus ſubueniret: ſciebat quòd Deus contritionem quærit, & fletibus flectitur: ſciebat quòd Deus lugentes lætificat, & pœnitentibus præſtò eſt. Ideo prophetandi locum quærebat remotum, vt vſque ad vallem pertingeret lachrymarum, quam Deus amat, quam Chriſtus amplectitur. Vallis eſt remotis fletibus diſcreta, quæ dicitur Ioſaphat, in qua iudex cæleſtis populos diſcutit, & omnes gentes examinat.* [b] *Diſpoſuit in conualle fletus. Eſt enim vallis hæc propter iudicium quidem metuenda, ſed propter pœnitentiam exoptanda. Publica enim & ſecreta eſt. Publica eſt ad futuri iudicij pœnam, ſecreta eſt propter ſalubres pœnitentiæ lachrymas. Magnus profectus eſt lachrymarum, vt plorando ſeruus propitietur dominum, filius lachrymis mitiget patrem, & aſperam matrem plorans paruulus mulceat. Ita ergo & peccator profuſis lachrymis remouet iram Dei, reformatur in ipſo. Lachrymæ ſunt quæ radunt rudera, & ſanant vulnera: Lachrymæ ſunt quæ pœnitentiam armant, & indulgentiam prouocant: Lachrymæ ſunt quæ cælum pulſantes crimina delent, & conſcientiam degrauant. Sonant in ore pœnitentiæ verba, & mouent in peccatore pietatis veniam. Et impletur caput aquâ, tumeſcunt oculi, rigantur genæ, decurrunt riuuli, & Deus indulgentiæ mentem exhilarat. Lachrymæ ſunt quæ reconciliant Deo, à peccatis redimunt animum, & ſanant languores eius. Sordentem animæ veſtem lachrymæ lauant, & dant illi remiſſionis candorem.*

Lachrymarũ vallis quanã.

b Pſal. 83. 7.

Lachrymarũ cõmoda multiplicia.

4 Rich. Victor. *Compunctio eſt lapis ex quo fons lachrymarum.*

Ad compunctionis item lachrymas eadem referens Richardus de ſancto Victore parte 1. Tract. tertij, De exterminatione mali, & promotione boni cap. 8. hæc habet. *Sed & ſecundum lapidem, qui dictus eſt grauitas compunctionis, apud Ieremiam puto poſſe reperiri, qui petiuit capiti ſuo aquas, vt lugeat interfectos populi ſui: & datum ei non dubito ab eo qui conuertit petram in ſtagna aquarum, Hanc eamdem petram apud Petrum puto inueniri poſſe, eo quòd tactus dolore cordis intrinſecus egreſſus* [c] *ſit foras, & fleuit amarè, percutiens* [d] *bis ſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, & factum eſt irriguũ ſuperiùs, & irriguum* [e] *inferiùs.*

c Matth. 26. 75.
d Num. 20. 11
e Ioſu. 15. 19.

Hieronym. *Dei compaſſio in peccatores quanta.*

Hieronymus. (Quis dabit, &c.) *Si totus, inquit, vertar in fletum, & nequaquam guttæ lachrymarum ſed abundantia fluminis, tamen interfectos filiæ populi mei dignè flere non potero. Tanta enim ſunt mala, vt omnẽ dolorem ſui vincant magnitudine. Hoc autem tam ex Prophetæ, quàm ex Domini perſona intelligi poteſt.*

Auguſtinus.

Auguſtinus ſerm. 111. de tempore qui eſt fer. 5. poſt Dominicam Paſſionis ad deflendas hæc referens

ferens

Ecclesiæ, & Christianorũ calamitates ab infidelibus quantas iustè excutiant lachrymas.

ferens Romani Imperij calamitates, quæ per Barbaros tunc temporis contigerant. *Quis, ait, ista audiens, videnſque non doleat? Vnde cum Propheta dicere poſſumus. (Quis dabit capiti meo aquã, aut oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?) Non ſolùm mortem corporum, verùm etiam animarum. Christianis loquimur. Multos cognouimus in iſta vaſtatione ſine Sacramento Baptiſmi ex ipſa vita fuiſſe ereptos, atque inter vaſa iræ relictos. Quis luctus idonior? quis planctus celſior inueniri poteſt, quando ſic exarſit ira omnipotentis Dei, vt repelleret etiam tabernaculum ſuum in quo habitauit in hominibus? Et ille etiam, qui vnico filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, nec precium tanti ſanguinis attenderit, nulli Eccleſiæ, nulli Clero, nulli ſacratæ Virgini, nulli parcere ciuitati.*

5 Siricius Pap. *Clericorum contemptus maximè in Eccleſia deflendus*

Siricius Papa Epiſtolâ 1. ad Himerium Tarraconenſem, quæ habetur tom. 1. Conciliorum cap. 7. *Veniamus nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorum, quos in veneranda religionis iniuriam ita per veſtras prouincias calcatos, atque confuſos, charitate tuâ inſinuante reperimus, vt Ieremiæ nobis dicendum ſit voce. (Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte?) Si ergo beatus Propheta ad lugenda populi peccata non ſibi ait lachrymas poſſe ſufficere: quantò nos poſſumus dolore percelli, cum eorum qui in noſtro ſunt corpore compellimur facinora deplorare?*

Tomo autem 2. Conciliorum in epiſtola aliquorum Epiſcoporum ad Leonem Imperatorem pro Concilio Calcedonenſe ita hæc citantur. (*Propterea inquit Ieremias, ego defleo in Lamentationibus, & quæro oculis meis fontem lachrymarum.*) Tomo verò 3. Concilio Aquiſgranenſi cap. 36. dicitur. *Boni paſtores populi debent peccata deflere, & totos ſe planctibus tradere, imitantes Ieremiam Prophetam, dicentem, (Quis dabit aquam,* &c. *Tamquam propria igitur delicta plebis peccata Sacerdos flere debet, ſed affectu compatiendi, non actione commiſſi.* — *Sacerdotes deflere debet peccata populi.*

Theodoritus. *Poſtulat Propheta diuinus lachrymarum fontem dolori ſufficientem, vt diu noctuque contribulium peccata deflere poſſit.* — Theodorit.

S. Paſchaſius lib. in cap. 5. Matthæi. *Aliorum delicta Ieremias in Lamentationibus, vt ſua luget. Vnde ait. (Quis dabit capiti meo aquam, &c.) Ex quo patet, quod ſi membra ſumus corporis, aliorum vulnera quaſi noſtra curare debemus.* — S. Paſchaſius.

D. Thomas. *Primò ponitur Prophetæ compaſſio quantùm ad pœnam. (Quis dabit) q. dicat, Triſtitiæ & compaſſioni non ſufficit humor qui eſt materia lachrymarũ, (aquam,) quantùm ad abundantiam, (fontem,) quantùm ad indeficientiam.* — D. Thom.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχω, φησὶν, ἐν τῇ φύσει δακρύων πλῆθος ἀρκοῦν πρὸς μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ἦν τοῖς προαιρουμένοις πενθεῖν, καὶ καταποιμίζειν τὸ πλέον τῆς ἀθυμίας || διὰ τῶν θρήνων, ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς φησὶ πλέον τι τῆς φύσεως ἀναλαβεῖν, ὥστε ἀποκεῖσθαι μοι τὸ ὕδωρ, καὶ φέρεσθαι ἀνεμποδίστως. οὐδὲν γὰρ λοιπὸν ὄφελος ἦν τοῦ κλαίειν, φησίν. — || ἄλ. συμφορᾶς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὕδωρ αἰτεῖ λαβεῖν ὁ προφήτης ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἵνα γένωνται αὐτῷ πηγαὶ δακρύων, καὶ ἐπαξίως κλαύσῃ, τοὺς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τετραυματισμένους. ἀριθμεῖται δὲ αὐτῶν τὰ πλημμελήματα, γεγενημένα μὲν καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ προφήτου καιρῶν, τολμηθέντα δὲ παρ' αὐτῶν καὶ κατὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. λέγει δὲ καὶ κατὰ μισαδελφίας, καὶ κατὰ τοκιζόντων, προλέγει δὲ καὶ τὴν παντελῆ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐρήμωσιν.

[Τοὺς τετραυματισμένους θυγατρὸς λαοῦ μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί λέγεις; τούτους κλαίειν δέον τοὺς τῇ κακίᾳ ἐνεχομένους; ναί φησιν τούτους ὀδύρομαι. τίνος ἕνεκεν; ὅτι ἐπὶ τοιαύτῃ προφάσει. οὐχ ὅτι τιμωροῦνται, ἀλλ' ὅτι πᾶσα λοιπὸν ἀνῄρηται διόρθωσις.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων. ἢ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. [Θυγατρὸς λαοῦ μου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων.

Verſ. 1. QVIS dabit capiti meo aquã, &c.) Chryſoſt.] *Non habeo inquit, à natura lachrymarũ copiam, quæ magnitudini calamitatis reſpondeat. Nam quia moris erat lugere volentibus, & maiorem mæſtitiæ partẽ luctu conſopire, vellem ait, & ipſe maiores à natura fletus, vt aqua mihi adeſſet, & abſque impedimento deflueret, Nullum enim inquit eſſet deinceps, & lachrymis commodum.* — Chryſoſt. *Fletu magno cõſopitur dolor magnus.*

Olympiodori.] *Aquam ſuo capiti petit Propheta, vt fontes illi ſcaturirent lachrymarum, dignoque fletu deploraret vulneratos à peccatis, enumerat verò eorum facinora, & quæ Prophetæ tẽporibus commiſſa, & quæ ab ipſis aduersùs Chriſtum Dominũ iniquiſſimis auſibus patrata ſunt. Differit item de odio in fratres, deque fœneratoribus. Vaticinatur & extremam Hieruſalem deſolationem.* — Olympiod.

(*Vulneratos filiæ populi mei.*)

Chryſoſtomi.] *Quid ais? hi ne deflendi qui ſunt nequitiæ rei? Ita ait, hos defleo. Propter quid? non quod exulcerati ſunt, ſed quia cauſa eiuſmodi eſt; non quòd pœnâ plectantur, ſed quia correctionis ſpes omnis euanuit.* — Chryſoſt. *Deflendi peccatores, non tã quia puniuntur, quã quia peccata admiſerint, maximè ſi ſint incorrigibiles.*

Chryſoſtomi.] *Vel ab hoſtibus, vel à peccato. (Filiæ populi mei.)* — Chryſoſt.

Olympiodori.] *Synagoga Iudæorum.* — Olympiod.

Verſ. 2.] Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorũ, & derelinquã populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt cœtus præuaricatorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SED [a] quid? Cùm iugiter in ea excreſcant ſceleſtiora facinora, excreſcit profectò ſemper magis

[a] *Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum (ſeu Manſionem muſſitantium.)*

gis magiſque mihi, dum ea intueor, immedicabilis dolor: id potius ſanè optarim, vt mihi liceret tendere in ſolitudinem, ibique ſolitarium, ac remotiſſimum incolere diuerſorium, vt vel non videns haud tanto continuè conficerer dolore. Melius quippe eſſet in extremo habitare deſerti, quàm inter tot commorari ſcelera.

2 *Quis me adduceret potiùs in viatorum diuerſorium in ſolitudine ſitum, vbi continuus eſt ad eum declinantium tumultus? vt ibi potiùs habitarem, quàm in Iuda, & Ieruſalem, nec viderem tot culpæ pœnæque mala, quæ in ea iugiter cernere cogor, profectò derelinquerem libenter populum meum.*

3 *Tantoque id efficerem libentiùs, ſi Gentibus prædicare fas mihi eſſet. O vtinam mihi daretur, vt in gentilitatis ſolitudine eſſem ipſe inſtar diuerſorij viatorum: vt ad me Gentes ipſæ in ignorantiæ nocte conſtitutæ declinarent, quò meâ reficerentur doctrinâ, ipſiuſque ignorantiæ ſuæ tenebras, & pericula per me deuitarēt.*[a] *Relicto ſanè populo iſto meo ad quem miſſus ſum, ab eis abſcederem. Siquidem Gentilibus ipſis multo ij ſunt peiores, nam & in idololatria haud ſimpliciter fornicarij, vt illi, ſed omnes ſunt adulteri, vt pote qui relicto veri Dei, cui deſponſati erant, cultu falſis adhæſerint Diis. Imò cœtus, & collectio ſunt rebellium ſceleſtiſſimorum, aſpernantium & repellentium Deum, legémque illius, & quotquot recta eis ſuadere tentarint.*

a Et derelinquam populū meum, & recedam ab eis: quia omnes adulteri sūt, cœtus præuaricatorū (ſeu aſpernantiū.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVIS *dabit me in ſolitudine*, &c. Proſequitur Propheta oſtendere quantum ſibi ſit rationis præexpoſiti ſui vehementis deſiderij indeficientium lachrymarum: ſimulque declarat quid interfectorum, ſeu vulneratorum intellexerit vocabulis, eos nempe qui plurium mortalium ſcelerum vulneribus confoſſi iugem ipſi materiam ſuggerebant fletuum. (*Quia omnes adulteri*, &c.) Cæterùm tametſi ex lachrymarum effuſione non modicum, vt dictum eſt, vehementia leniri ſoleat doloris, & quoddam exhiberi refrigerium dolenti, prout ſignificauit Iob cùm pro eo quod in Vulgata legimus,[b] *Dimitte me ergo vt plangam paululum dolorem meum*, iuxta Hebraicam lectionem dixit, *Dimitte me vt refrigerer paululùm*, eo videlicet refrigerio, quod ſitibundus ab aquis accipit, quas epotauerit; quoque dolore æſtuans lachrymarum refrigeratur riuis, quibus vim ſui reſtinguit ardoris. Haud tamen vel perennes, quos propterea optauit lachrymarum fontes, ad hoc ſat eſſe intelligens, vt acerbiſſimi doloris ſui mitigēt æſtus, nouis ſemper exhibitis fomentorum acceſſionibus: His ſaltem proſpicere optans acceſſionibus, alterum hîc ſibi ineſſe inquit deſiderium, vt liceat ſibi, à ſceleſti eo populo quàm longiſſimè abſcedere, ne vel eorum videat vulnera, & peruerſiſſimam conuerſandi rationem. Optanter autem potiùs quàm firmo loquens animo ait, (*Quis dabit me in ſolitudine*, &c.) quia optimè ſibi erat exploratum, fieri id ab ipſo minimè poſſe, quem Deus peculiari legationis munere ad ſceleſtum hunc deſtinarat populum, prædicto eo, quod cum illo iugiter habiturus eſſet prælio.

Lachrymarū profuſio refrigerat, lenitque dolorem.
b Iob. 10. 20.

2 *Senſus Cōmunis. Iuſti deſiderant ſibi concedi vt ſaltē non videant mala quibus offenditur Deus.*

Facilis igitur, qui & communis, iſtorum eſt ſenſus. Vtinam mihi fineretur habere diuerſorium remotum in deſerto, quò recederem fugiens populum iſtum meum, ne vel videns, tantis eius offenderer criminibus. Quem ſenſum clariùs verſio exprimit Sept. (*Quis mihi det*

A *in eremo manſionem nouiſſimam*, &c. id eſt, Remotiſſimum locum aliquem, in quo deliteſcerem; Meliùs quippe eſſet in extrema habitare ſolitudine, quam inter tot multiplicia populi huius ſcelera commorari. Nec huic ſenſui repugnat quod in noſtra Vulgata non dicitur, (*Quis dabit mihi*, ſed *Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum*, &c.) id enim grammaticaliter hoc ſenſu ita expones, Quis dabit, me ſcilicet habitare diuerſorium viatorum ſitum in ſolitudine. Aut dicendum pronomen *me* eſſe paragogicum Hebraicâ phraſi illâ de qua pluribus egimus in Comment. noſtris ſuper illa capitis 1.
B Cantic. *Si ignoras te*, &c. Pro, *ſi ignoras*, ac ſi & hic aſſeratur. *Quis dabit in ſolitudine diuerſorium*, &c. Vnde apparet prauam eam eſſe lectionem, quam Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, & alij habent. (*Quis dabit me in ſolitudinem diuerſoriū viatorum*,) id eſt, per quam tranſeunt viatores qui veniunt ex diuerſis partibus.

Cæterùm quia (*diuerſorij*) nomen non quamcumque deſignat manſionem, ſed id potiſſimum hoſpitij, in quod viatores ad ſe reficiendum, & pernoctandum ſe conferunt, & Hebraica vox מלון *malon*, ex vi verbi à quo deriuatur, lo-
C cum ſignificat pernoctationis, in quem iter habentes diuertunt vt pernoctent. Italicè appellatum *hoſteria*. Quod & adiectum confirmat, (*Viatorum*) Hebraicè ארחים *orchim*, iter habentiū: non erit abs re duos alios huic ſententiæ addere ſenſus, Alterum, quem attingit in ſuis Annotationibus ſuper Ieremiam Petrus à Figueira, vt optet potiùs Propheta in medio tumultuantium viatorum commorari in hoſpitio, quod cùm vnum, ſolúmque reperiatur in ſolitudine diuer-
D ſarum gentium aduenientium, & iumentorum ſtrepitu, & hominum clamoribus perturbetur iugiter operæ precium eſt. Ac ſi dicat. Quis me adduceret potiùs in diuerſorium viatorum, vbi continuus in ſolitudine eſt tumultus, vt ibi potiùs habitarem, quàm in Iuda, & in Ieruſalem, nec viderem tot mala & culpæ, & pœnæ, quæ in ea intueri cogor, certè derelinquerem populum ipſum meum libenter, &c.

3 *Ieruſalem Ieremiæ tēpore peioris conditionis, quàm tumultuoſum diuerſorium viatorum.*

Pe. Figueira. 2. Senſus.

Alterum, vt Ieremias non tam ſe optare ſignificet commorationem ſemotam in ſolitudine, ne videat mala populi ſui, prout commu-
E nem eſſe diximus ſenſum, quàm vt ipſemet ſit inſtar diuerſorij in ſolitudine, ad quod diuerſarum nationum viatores confugiunt, vt & cibis refocillentur, & noctis euadentes tenebras, atque pericula quieti ibi ſeſe dedant. Vt nimirum in gentium ſolitudine vaticinandi exercere ſibi potiùs quàm in Iudæa liceret munus, quoad ipſum vndique ex variis nationibus viatores ambulantes in tenebris, & vmbra mortis pro ciborum confugerent doctrina, quoque ignorantiæ deuitandis tenebris, & idololatriæ periculis, in iis quieſcentes quæ ipſis prædicarent.
F Quem ſenſum clarè noſtra referre videtur lectio Vulgatæ, (*Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum.*) Imò & lectio Hebræa, in qua non dicitur מי יתן לי *mi iitthen li*, (*Quis det mihi*) prout in eo Pſalmi,[c] (*Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ*,) ſed מי יתנני *mi iitthenenni*. (*Quis dabit me*,) pronomine in accuſatiuo, vt ſit eadem met phraſis, ſimiliſque ei locutioni, quâ in præcedenti verſ. dictum fuerat, *Quis dabit caput meum aquas? Quis dabit me diuerſorium in ſolitudine?* Et ſermo qui frequentiſſimus eſſe ſolet Prophetis, ſit metaphoricus; neque enim noua eſt

4 3. Senſus. *Gētibus prædicandi quāto deſiderio teneretur Ieremias.*

c Pſal. 54. 7.

ſolitu

solitudinis metaphora ad Gentilitatem, gentilesque designandas nationes lege caput 35. Isaiç, *Lætabitur* [a] *deserta & inuia, & exultabit solitudo*, &c. & bene; quia erant tamquam desertum & solitudo, quam non incolerent homines, sed bestiæ ac feræ, absque vllo morum ornatu, de quibus aliàs commodiùs agemus.

a Isai. 35. 1.

5 (*Et derelinquam populum meum, & recedam ab eis.*) Eo hæc dicit sensu, quo & Apostoli item ad Iudæos dixêre, [b] *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad Gentes, sic enim præcepit nobis Dominus.* Simile quid se facturum significat Propheta, si ei liceret, idque vt daretur vehementer optare; tum vt fructum aliquem vel in Gentibus colligeret prædicationis suæ; tum vt non continuè scelesto cruciaretur populi sui consortio, quos & multò peius quàm Gentes idololatriæ videret pertinaciter addictos, atque insuper & diuinæ legis experiretur præuaricatores, & diuinorum contemptores verborum. Hæc enim sibi vult, cùm pro sui desiderij ratione assignanda addit, (*Quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum.*) Neque enim tam de carnali loquitur adulterio, quàm de spirituali, quod iuxta frequentissimum Sacrarum literarum morem per Idololatriam à Iudaico potissimùm populo admitti dicitur, vt apertè habuimus ad principium capitis tertij; Cùm idololatria Gentium fornicatio potiùs dicenda esset, vtpote minus peccatum quàm adulterium, quod ab vno admitti dicebatur Iudaico populo, de quo, [c] *Pars autem Domini populus eius*, & cui in cap. 2. dictum vidimus. [d] *Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto.*

b Act. 13. 46. *Gẽtibus prædicare magis, quàm peruersissimis Iudæis desiderat Ieremias.*

Idololatria Iudæorum dicta adulterium, cũ idololatria Gentium diceretur fornicatio.

c Deut. 32. 9.
d Ierem. 2. 2.

6 Aptè autem ad vitia omnia quæ in eodem exuberabant, strictim indicanda, ait, ipsum esse (*cœtum præuaricatorum,*) id est, collectionem iniquitatum omnium. Vide quæ dicta sunt supra de vi significationis & verbi præuaricari cap. 2. vers. 8. & nominis præuaricatoris, seu præuaricatricis cap. 3. vers. 7. Sept. pro (*Cœtus præuaricatorum,*) habent σύνοδ☉ ἀθετούντων, (*Synodus, seu collectio, & congregatio aspernantium, seu reiicientium & repellentium,*) scil. verbum Domini, & eos qui id prædicant, quod consonum est ei, quod ab Apostolis dictum retulimus. *Repellitis verbum Dei*, efficaciusque in Hebræo עצרת בגדים *ngatzereth boghedim*, quod R. Ioseph interpretatur, (*Regnum præuaricatorum.*) Regia, (*Retentio præuaricatorum,*) Alij (*Cœtus præuaricatorum.*) Italicè diceremus, *Vn redutto de Sciagurati*, In qua Hebraica lectione vtrumque nomen multò maiorem habet vim, quàm præexpositæ exprimunt interpretationes. Si quidem vox עצרת *ngatzereth* ita cœtum significat, vt simul indicet violentam quamdam retentionem, coactionem, & coarctationem, qualis certè in impiorum est cœtibus, in quibus vi magnâ, Et à prauorum consortio, & ab ipsamet iniquitate quasi vinculis arctissimè constricti qui collecti sunt detinentur, & coërcentur, iuxta id Prouerbiorum, [e] *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Et id Eccles. [f] *Qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est,* (pondera vim huius verbi) *peccatis. Vnâ horâ tecum permanebit: Si autem declinaueris non supportabit.*

Ierusalẽ Ieremiæ tẽpore eò peruersitatis venerat, vt diceretur cœtus præuaricatorum.

Impiorũ cætus quomodo violenti.

e Prou. 5. 22.
f Eccles. 12. 13.

7 Sed ad rem nostram, optimus is est Isaiæ locus, quo pro eo quod noster Interpres legit, [g] *Iniqui sunt cœtus vestri*, in Hebræo sic habetur לא אוכל

g Isai. 1. 13.

A און ועצרה *lo vchal auen vangatzarah*, id est, *Non potero iniquitatem, & cœtum*, scilicet ferre, vbi cùm iniquitas iuncta ponitur cum cœtu, ipsa significatur iniquitatis vis, quâ impiorum cœtus cogitur, quaue qui in iniquorum collecti sunt cœtu, ab iniquitate ipsa violenter in illo retinentur quod & idipsum, quo hîc vtitur Ieremias ad cœtum designandum confirmat nomen עצרה *ngatzarah*, de quo supra: & iniquitatis appellatio Hebraica און *auen*, quæ secundùm eos qui illam deducunt à verbo אוה *auah* propriè effrænem significat concupiscentiam, eiusdemque B violentiam. De altera voce בגדים *boghedim*, à verbo בגד *bagad*, Præuaricari, transgredi, fallere, fraudibus, doloque decipere, & perfidè agere, egimus aliàs præsertim in vers. 7. capitis 3.

Cœtus impiorum collectus ab iniquitate, ab eademque violẽter conseruatus.

Vers. 2.] Quis dabit me in solitudine, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 CONGRVVNT hæc moraliter singulis eorum, qui malignitatis, & peruersitatis mundi huius facti compotes, C gratiam & oportunitatem exhiberi sibi optant, ab illo per ingressum seiungi Religionis. Quam religionem diuersorium appellant, & diuersorium viatorum, & diuersorium in solitudine; Enimuerò quamuis non omnes religiones eremiticam profiteantur vitam, adeòque nec in solitudinem, atque in deserta diuertendum sit, quibus adeundæ eæ sunt, prout Anachoretis antiquitùs in vsu fuisse exploratum est: fieri D tamen non potest vt religiosorum collectio aliqua nomen re vera mereatur religionis, quæ eã non profiteatur vitam, vt propter segregationem à mundo, eiusque vitiis, & à mundana conuersatione, diuersorium dici debeat in solitudine; hanc quippe segregationem fugam, & elongationem in solitudinem Vates Regius appellauit, quando consentientia iis quæ hoc loco à Ieremia asseruntur, pertractans ait. [h] *Timor, & tremor venerunt super me*, cùm scil. mundi implicatus essem retinaculis, *Et contexerunt me tenebræ*, quæ Dominum Iesum compræhendere me non sinebant, Et dixi, *Quis dabit mihi pennas sicut co-* E *lumbæ*, Vtinam duabus Spiritus sancti alis, timore non iam seruili, sed filiali, & amore essem præditus, *Et volabo & requiescam, ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*: Volarem certè elongans me è mundana conuersatione, fugiens mũdum, & quicquid sæculi est derelinquens: Et requiescerem, mansionem meam figens in solitudine, atque in religione. Bene autem istam in solitudine, & in religione mansionem *diuersorium* Ieremias appellat, & ex vi Hebraicæ vocis *pernoctatorium*, quia tametsi optima in religione habeatur quies, tutaque in illa sit commoratio, F nec in ipsa deficiant quæ necessaria sunt & ad spiritualem, & ad corporalem vitam, talia tamen vniuersa hæc eius sunt, qualia & diuersorij peregrinorum. *Scientes*, [i] ait Apostolus, *quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem, audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.* In diuersorio quies potissimũ est noctis, & præsentis vitæ noctis quies est religionis, *donec* scilicet *aspiret dies* æternæ, & vsquequaque æternæ fœlicitatis,

Religionis desiderium ingens iis qui mundum agnoscunt.

Religio omnis dici debet solitudo.

h Psal. 54. 6.

Religio est diuersorium peregrinantium.

i 2. Cor. 5. 6.

Religio est diuersorium pro quiete noctis.
[k] Cãt. 2. 17.

citatis, *& inclinentur*, deficiantque vmbræ quæ A in hac vita ad religiosos præsertim per quasdam felicitatis illius cum religione ipsa similitudines deriuant.

9 *In religione ea tantùm quærẽda quæ necessaria sunt ad victum, nõ quæ sint voluptati.*

In diuersorio eo in primis quod sit in solitudine, non exposcuntur quæ voluptati sint, sed quæ dumtaxat corporis necessaria sint sustentationi. Caueat ergo religiosus quisque superflua, & quæ voluptati inseruiant in monasterio exquirere, ne inter illos adnumeretur, quos Paulus asserit [a] esse, *existimantes quæstum esse pietatem*, vtpote pietate abutentes ad quæstũ, & putantes (vt ait Augustinus epistola 79. ad Hilarium) sibi B ad augendas opes, & ad multiplicanda delectamenta religionem suffragari debere Christianã: Ita vt & ipse dicendus sit existimans quæstum esse Religionem & Monasterium. Cùm re verà, vt ibidem subdit Apostolus, sit [b] *quæstus magnus pietas*, & religio *cum sufficientia*. i. in qua religiosis ea sufficiant quæ necessaria sunt, prout per eam declarat, quæ adiicit, [c] *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Quibus ob maximum quæstum istum & id item tribuas Pauli, [d] *tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.* In diuersorium denique recipiunt C quidem se peregrini, vt tutiùs ibi quiescant. Si tamen id sit in solitudine, haud ita est tutum, vt propter multa pericula, multùm in eo non sit timoris, multaque non opus habeat custodiã: Quod & Religioni, diuersorio item in solitudine optimè congruit, iuxta illud Ecclesiastici [e], *Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ.* Ita vt propterea necesse sit, vt Religiosorum [f] vniuscuiusque ensis verbi Dei, & orationis sit super femur suum propter timores nocturnos. Porrò di- D uersorium istud peculiariter viatorum, & viatorũ in solitudine: propterea dicitur, quia quotquot in Religione commorantur, & veluti in diuersorio conquiescunt, viatores sint operæ precium est, & in iugis progressus itinere: iuxta illud Theologorum affatum, quo dicitur, Religionis proprium id esse, vt in ea tendatur ad perfectionem.

a 1. Timot. 6.5. — August. — b 1. Timot. 6.6. — c 1. Timot. 6.8. — d 2. Cor. 10. — *In Religione necessaria magna custodia & sollicitudo.* — e Eccl. 2.1. — f Cant. 3 8. — *Religio dicta diuersorium viatorũ, quia in ea iugiter tenditur ad perfectionem.*

10 *Mundanorũ conuersatio inficit.*

(*Quia omnes adulteri, & cœtus præuaricatorum.*) Optima certè ratio ad sæculi fugam pium quemque impellens. Quotquot enim in mundo sunt, ita scelesti sunt, & peruersi, vt & alios inficiant. Istiusmodi autem scelestos duobus ap- E pellat nominibus, *Præuaricatorum, & adulterorum*: præuaricatorum quoad effectum, quatenus peccantes nouis semper rationibus præuaricantur Dei legem, ita vt propterea de mundanis ipsis dixerit Propheta, [g] *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.* Adulterorum, quoad affectum, quo dum vero relicto scelesti sponso cui in Baptismo fuerant despõsati, mundum diligunt, & concupiscentias eius adulteri esse comprobantur, & Dei inimici, iuxta illud Iacobi [h], *Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei. Quicumque ergo voluerit esse amicus sæculi hu-* F *ius, inimicus Dei constituitur.* Porrò & quia præuaricatorum cœtus est mundus, fugiendus is est; & quia in eo omnes (vt explicatum est) adulteri sunt, ne prauorum consortio ita quis corrumpatur, vt vix ab impertita erui queat malitia. Quod & Hebraicâ voce cœtum designante cum violentia, & coarctatione (vt in prima literæ expositione explicatum est) significatur, ita vt tantumdem censendum sit esse in cœtu præuaricatorum, atque id quod in primo Psalmo dicitur, [i] *In cathedra pestilentiæ sedere.* Et id ipsum adulterorum subindicatur vocabulo: dicente Hosæa, [k] *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Vbi & mundi malitiam fermento assimilat, quomodo & Apostolus Paulus dicens. [l] *Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit?* [m] *Et non in fermento malitiæ, & nequitiæ.* Et Dominus Iesus in Euangelio [n] frequenter cauendum monet à fermento Pharisæorum. Et eos qui mundum diligunt adulterantes pariter vocans, clibano comparat succenso à coquente, cui nimirum quotquot appropinquant, vel igne adurantur, vel nigrore saltem deturpentur operæ precium est.

Mundani cur dicti præuaricatores. — g Psal. 118. 119. — *Mundanis quàm competat nomen adulterorum.* — h Iacob. 4. 4. — *Mundus fugiẽdus ne ex prauorum consortio inficiamur.* — i Psal. 1. 1. — k Hose. 7. 4. — l 1. Cor 5. 6. — m 1. Cor. 5. 8. — n Mat. 16. 6. 11. 12.

Facit hæc sententia (*Quis dabit me in solitudine diuersorium*) &c. pro eo Euangelij. [o] *Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu*, &c. Sicut enim tunc à spiritu sancto Iesus ductus est in desertũ, cùm ab aquis ascendit Iordanis, cúmque Baptismum suscepit. Ita & pœnitens quisque post Baptismum lachrymarum, id potissimùm à Deo eflagitare debet, vt spiritu sancto duce à mundo elongatus in solitudinem cum Christo tendat, & in diuersorio viatorum vt hospes, & peregrinus vitam agat à sæculi vitiis liberam, & in vita semota indeficiẽti lachrymarum se reficiat fontibus. Quod verò additur, *Quia omnes adulteri*, &c. facit pro alio Euangelij; quo Iesus ad Iudæos ait, [p] *Generatio praua, & adultera signum quærit*, &c. Matt. 12. 39.

o Mar. 4. 1. *Post pœnitentia Baptismũ à mundo elongandum in solitudine, quáue ratione.* — p Mat. 12. 39.

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Quis dabit me in solitudine, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Τίς δώσῃ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον, καὶ καταλείψω τὸν λαόν μου, καὶ ἀπελεύσομαι ἀπ' αὐτῶν, ὅτι πάντες μοιχῶνται, σύνοδος ἀθετούντων.

Vers. 2. Quis det mihi in solitudine man- E sionem nouissimam, & relinquam populum meum, & recedam ab eis? Quia omnes mœchantur cœtus præuaricatorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quis dabit me in solitudine domum mansionis viatorum, & relinquam cœtum populi mei, & ibo* F *ab eis? Quia omnes sunt fornicatores, & turba falsariorum.*

Vers. 2. (*Quis dabit me in solitudine,*) &c. Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 42. mysticè de Ecclesia hæc sumens ait. *Disseminauerunt sermonem de Christo Patriarchæ, & Prophetæ: demessa est autem Ecclesia, hoc est fructum percepit. Propter hoc & ipsi orant habere tabernaculum in ea, Ieremiâ dicente, (Quis dabit mihi in deserto habitationem nouissimam) vt & qui seminat, & qui metit simul gaudeant in Christi regno.*

Irenæus. *Ecclesia dicta habitaculum nouissimũ in solitudine.*

Hieronym. *Melius habitare in solitudine quàm inter multiplicia hominũ scelera.* a Mat. 17. 16. b Amos. 5. 13. Sec. Sept.

Hieronymus. Sept. (*Quis det mihi in solitudine mansionem nouissimam, relinquam*) & c. *Melius inquit est habitare in extrema solitudine, quàm inter tanta hominum scelera commorari. Vnde & Saluator in Euangelio loquebatur.*[a] *Vsquequò sustinebo vos? Et in alio loco scriptum est.*[b] *In tempore illo qui intelligit, sedebit, & tacebit quoniam tempus pessimum est.*

2 Ioan. Chrysostom. *Sanctis quantum afflictionis inferat iniquitas eorum, qui ipsos malè tractát.*

Ioannes Chrysostomus lib. 3. de Prouidentia Tom. 5. *Sancti*, inquit, *Propheta eam quoque mœroris adiectionem cæteris omnibus acerbiorem habuêre, quod illorum nequitiam qui ipsos pessimè tractabant, semper ad deteriora progredi intuerentur. qua ex re longè plusquàm ex incommodis, ac pressuris suis angebantur.* Et post aliorum Prophetarum allata exempla. *Ieremiæ*, ait *Lamentationes & seorsum conscriptas, & per omnem Prophetæ textum dispersas partim de seipso cõpositas quis possit sine lachrymis legere? Nam tunc quidem dicebat, (Quis dabit capiti meo aquam) & c. nunc autem (Quis dabit mihi in deserto mansionem extremam, & derelinquam populum istum & recedam ab eis: omnes enim sunt adulteri.)*

Cyril. Alex. *Propheta se adnumerabát Iudaico populo.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in principium cap. 5. Isaiæ citat hunc locum ad probandum prophetas se adnumerare solitos in Iudaico populo, adeoque populum suum eum vocasse. Nam & Ieremias (*Quis mihi inquit, det in solitudine tugurium vltimum, & deseram populum meum, & discedam ab illis.*

3 Theodorit. *Solitudo desideranda ne videantur multiplicia scelera.*

Theodoritus *Postulat secessum quemdam interiorem in finibus deserti, vbi viuere desiderat, ne audiat perpetrata à populo facinora; omnes enim, inquit, effodiunt inuicem nuptias, & est collectio omnimodam committens iniquitatem. Hoc enim vult, (cœtus præuaricatorum.)*

Isidor. Hisp. *Ecclesia diuersorium in solitudine gẽtium.*

Isidorus Hispalensis lib. de Gentium vocatione cap. 7. (*Quis dabit me in solitudine diuersorium*) &c. *Vox Christi est, qui in solitudine Gentium diuersorium. i. Ecclesiam constituit, in qua conuerterentur errantes derelinquens populum Iudæorum.*

D. Thom.

D. Thomas *Ponitur Ieremiæ compassio quantùm ad culpam,* (Quis dabit) *q. d. Mallem in solitudine habitare, quàm peccata ipsorum videre: (diuersorum viatorum.) i. in qua quamuis nullus habitet, diuersi tamen transeunt: vel in solitudine de diuersis viatoribus, per quam s. vel nullus, vel rarus transit. Secundò describitur populi conditio (quia omnes) primò ponit peccatum quod est ex violatione alieni thori: tum quod ex transgressione pacti humani, vel diuini, cœtus præuaricatorum. q. d. Ad hoc coniurauerunt.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

C

Τίς δώσει μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τούτους καταλιμπάνεις καὶ ἀπέρχῃ; ναί φησιν. εἰ μὲν ἦν τις ὁ προσέχων τοῖς λεγομένοις, εἰ καὶ ἦν εἷς, οὐκ ἂν ἀπεπήδησα. νῦν δὲ συνόδος ἀθετούντων.

[Καὶ καταλείψω τὸν λαόν μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὡς γὰρ εἷς ὑπάρχων τοῦ λαοῦ, λαὸν ἑαυτοῦ φησι τοὺς καθ' αἷμα τε, καὶ γένος οἰκείους.

[Πάντες μοιχῶνται.]

E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μοιχείαν ἐνταῦθα, ποίαν φησίν; ἢ δηλονότι τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; μοιχεία γὰρ αὕτη χαλεπὴ καὶ παράνομος, καὶ χαλεπωτέρα ἐκείνης, ὅσῳ καὶ ὁ ὑβριζόμενος μείζων, καὶ αἱ συνθῆκαι ἐπιπλείοσι, καὶ πίστεις γεγένηνται.]

[Συνόδος ἀθετούντων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀεὶ συμφωνούντων εἰς τὸ κακὸν, ὡς καὶ κατὰ Χριστοῦ.

4

Vers. 2. *QVIS mihi det in solitudine mansionem nouissimam*, &c.

Chrysostom. *Prædicatores sancti deserũt populum, vbi nihil sit spei fructus.*

Chrysostomi.] *Hos deseris, & abis? ita inquit; nam si quis, & si vnus is esset, aures accommodaret sermonibus, non resilirem: nunc autem congregatio est cœtus præuaricatorum. Et relinquam populum meum*).

Chrysostom. *Propheta sancti tamquam de reliquo populo se censebant.*

Chrysostomi.] *Vtpote vnus de populo populum suum appellat genere, sanguinéque sibi coniunctos.*

(*Omnes adulterantur*)

Chrysostom. *Adulterium illud grauius quod in Deũ fit.*

Chrysostomi.] *Adulterium hic quodnam vocat? an verò illud sanè quod Deo fit? Nam adulterium hoc graue & iniquum, illoque perniciosius, quanto & qui probro afficitur maior, & fides data de pluribus.*

(*Cœtus aspernantium.*)

Chrysostom.

Chrysostomi.] *Semper ad malum conspirantium, vt etiam contra Christum.*

Vers. 3.] Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

1 c *Et extenderunt linguam suam quasi arcũ mẽdacij, & non veritatis. (seu arcum suum mendacem, & non veritatem.)*

PARAPHRASIS EXPOSITIOLIS LITERÆ.

QVOD[c] *vel vnâ suâ pessimâ contestantur linguâ, quâ & in Deum, & in proximum mendaces, ac infideles exploratum fecerunt vniuersis, instar mendacis arcus illam se extendisse,*

F

tum quia diligere se dicentes Deum cor è vestigio non habuerunt rectum cum eo, quasi profectò ex infideli arcu distortè fabrefacto ex infideli item ore suo mendacia emittentes confessionis Dei verba. Atque in humana conuersatione instar mendacis item arcus & contra proximum pariter eandem suam vel in eo extendentes linguam, quod semper in locutione à veritatis aberrarunt scopo, numquam vera proferentes, vel in eo quòd vafrè incautos ijs offenderunt sermonibus, quos aliò primum directos censebant quique.

2 *An non & mendacem arcum istam eorum dixerim linguam? An non mendacem linguam vt suum extenderunt arcum?*

3 *Extenderunt certè illam quasi arcũ quando multis*

tis vsi sunt sermonum ambagibus, vt mendacia persuaderent.

4 *Quando & ad hanc ipsam mendaciorum persuasionem suos omnes intenderunt neruos.*

5 *Quando vniuersas potentiarum suarum vires ad obseruanda, & notanda contulerunt quæ proximi ima & terrena, atque imperfectionis erant, vt contra ea obloquentes, Et in hoc linguam extenderent quasi arcum, qui propterea gestu corporis in terram inclinati viribus, quibus potest intenditur maioribus, quia ambæ illius partes hinc & inde terram versùs per violentam eam flectuntur extensionem.*

6 *Ecquid quando mendacia loquentes sermonem semper ad sua trahere niterentur lucra, & commoda: quando & blanda loquentes è duplici corde dolis suis atriùs alios, nec non & detractionibus confecerunt, nonne extenderunt linguam suam sicut arcum, quem tunc sibi approximat arcifer cùm intendere eum vult vehementiùs: quemve cùm validiùs certiusque vult eiaculare, ita idem suo approximat cordi, vt è corde ipso sagittam emittere videatur?*

a Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me nō cognouerunt, dicit Dominus.

1 *Exinde* [a] *quod numquam in eorum ore reperiebatur veritas, sed semper mendacia proferebant: per eam quam fecerunt linguæ suæ extensionem quasi arcus mēdacis, in terra mendaciis ipsis suis corroborati sunt, diuites, potentesque in illa effecti; Eòque excreuère peruersitatis, vt de malo in malum egressi, nec mei, nec meæ rationem vllam habuerint legis.*

2 *Et dum viderent sibi licere impunes è scelere vno egredi in aliud, omniaque sibi ex voto succedere, studium suum in eo collocarunt vniuersum, vt artibus quibuscumque firmiores radices in mundo, terrenisque ponerent, ac magis in malitia firmarent robur, obdurati quotidie magis in iniquitate contra proximum, & in impietate contra Deum, quem æquè ac si numquam nouissent, neglectui vnà cum eius lege habuerunt.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *extenderunt linguam suam*, &c. Peruersissimam Iudaici populi, quæ præuaricatorum cœtum esse dixerat, descripturus viuendi, agendique rationem, à prauitate exorditur linguæ, quam Iacobus Apostolus, [b] *vniuersitatem iniquitatis*, appellauit; loquitur autem Propheta in persona Domini, vt patet ex vltima istius versus parte, *Et me non cognouerunt*, vt planè omnibus sit exploratum, quicquid in hac habetur descriptione, ab omni mendacij suspicione censendum esse alienum, vtpote ab ipsius veritatis ore progrediens: Porrò frequens cùm sit Sacrarum literarum mos, vt ad linguæ ingentia explicanda damna, quibus tam præsentibus, quàm absentibus diuersimodè ea officit, diuersis armorum generibus comparetur, eorumdemque armorum ei tribuantur nomina, vt vel ex vna Prouerbiorum constare potest sententia, quâ dicitur, [c] *Iaculum & gladius, & sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* Optima tamen cùm de illius dolosa agitur prauitate arcus est similitudo, & arcus extensi, quam & Dauid vsurpauit, tum in Psalmo eo, dicens, [d] *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde*; tum in Psal. 63. [e] *Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* Hac ergo vtens Ieremias, (*Et extenderunt, inquit, linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis.*)

b Iacob. 3. 6.

Lingua diuersis armorū generibus comparata ob multiplices ipsius effectus.

c Prou. 25. 18.

d Psal. 10. 2.

e Psal. 63. 5.

Lingua mala cur comparata arcui.

2 Rationem si quis quærat huius similitudinis, atque metaphoræ, quam communiter afferunt A expositores ea est, quòd ex ore, & per linguam ita emittantur ad vulnera infligenda verba mendacia, vt è neruo, & chorda, atque per arcum iaciuntur sagittæ, ita vt lingua sit veluti arcus quidam, & eiusmodi verba sint instar sagittarum. Sed si ob istam duntaxat rationem hæc adhibita hîc esset metaphora, aptiùs dicendum fuisset. *Et eiaculari fecerunt linguam suam quasi arcum*, prout ex Hebræo vertit Regiæ Interpres, (*Et eiaculari fecerunt linguam suam, arcum suum mendacium.*)

3 Cæterùm cùm & Græca sicut & nostra Vulgata habeant, (*Et extenderunt*,) & communi B Hebræorum consensu verbum pariter Hebraicum וידרכו *vaiadrechu*, eiusdem sit significationis, quam & Sanctes-Pagninus, & Vatablus in suis seruarunt versionibus, id mihi operæ precium censeo, vt enitar congruentiam assignare aliquam extensionis linguæ mendacis cum extensione arcus. Hanc autem quadruplicem dixerim, præsertim cùm sermo est de lingua proferente mendacia. Primam ex vi ipsius verbi extendendi deriuatam. Id siquidem in more est linguæ cuiusque mendacis, vt quò menda- C cia ipsa persuadeat, suum extendat sermonem, idque instar arcus, vel verba extorquendo, vel quas profert sententias hinc inde flectendo, vt circulum quemdam per longas facere videatur ambages; cùm è contra ad persuadendam veritatem, haud istiusmodi necessaria sit verborum extensio, veritate ipsâ sese propalante. Hanc congruentiam circumuentionem appellasse visus est Apostolus, cùm diceret, [f] *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negocio fratrem suum*, iuxta Anselmi diffinitiones quibus in Comment. super eum locum asserit, *Super-* D *gressio est, vbi pro minori precio illud quod maioris precij est, elicitur: circumuentio autem, vbi per dolum frater in ipsa venditione, vel emptione decipitur.*

Lingua mēdacis cōgruētia cū extensione arcus.

Lingua mendax extendit sermones falsitatis, vt extenditur arcus.

f 1. Thessal. 4. 6.

4 Secunda congruentiæ ratio est, quòd sicut cùm extenditur arcus, pro ea extensione omnes intendantur operæprecium est extendentis nerui, omnes & corporis vires. Ita pariter & lingua mendax, seu homo potiùs mendax quando mendacium proferre suâ velit lingua, vt vim ea in illo habeat persuadendo, & quò certum faciat ictum, omne in id suum adhibet stu- E dium, vniuersasque intendit & animi vires, & corporis gestuum robur: prout ex eo colligi potest Psalmi, [g] *Os tuum abundauit malitiâ*, En omne adhibitum studium, *& lingua tua concinnabat dolos*, En animi vires: Quod exhibeatur ad id ipsum, & corporis robur, ex hoc ipso Ieremiæ loco deduci posse non ambigo cùm illico subiiciatur. *Confortati*, seu *roborati sunt in terra*, extendentes scilicet linguam suam quasi arcum mendacij, bene *in terra*, vt aptior sit similitudinis congruentia, cùm & qui materialem intendit arcum, terram versus corpus inflectat, suosque F intendat neruos, & gestus. In quo tertiam constituo præexpositæ congruentiæ rationē, exinde amplificatā, quòd sicut propterea gestu corporis in terram inclinati maioribus quibus potest viribus intenditur arcus, quia arcus ipse, eiusque partes hinc & inde terram versùs per violentā eam intentionem flectuntur: ita & in terra mēdax homo robur adhibeat operæprecium est, & terrenarum imperfectionum polleat viribus, qui mēdacem intendit linguæ suæ arcum, quandoquidem per istiusmodi extensionem, linguam ipsam

Lingua extēditur arcus instar, cùm homo intēdit omnes suas vires ad persuadendum mendacia.

g Psa. 49. 19.

Lingua mendacis extensio terram versùs, sicut & intensio arcus.

ad ima, & terrena, atque imperfectiora proximi flectit, à quibus & maledicendi, & detrahendi, & conuiciandi, ac decipiendi habeat anſam, qua de re egimus pluribus in expoſitione ſecunda verſ. 17. capitis 8. cùm de detractoribus ſermo eſſet deſignatis per Serpentes regulos.

5

Lingua mēdax loquens quæ ſui ſunt lucri, & blāditiis proximos decipiens extēdit quodammodo arcum illum ad ſemet trahē-do, & è corde ſuo illum eiaculando.

Quarta demum ſupereſt congruentiæ inter arcus & linguæ mendacis extenſionem ratio, eaque eſt, quòd quemadmodum arcus cùm intenditur, erga eum attrahitur qui illum intendit, & quando magis extenditur, vt ex eo eiaculetur ſagitta extendéris, ita approximatur cordi, vt ex ipſo iacientis corde iaculum videatur emiſſum. In eumdem ferè modum mendacem extendens linguam, haud dubium quin ad ſemet illam attrahat, ad ſui videlicet commoda, & lucra quæcumque mendaciter locuturus eſt aptās. Et quando doloſè locuturus eſt, adeóque & magis linguæ ſuæ extenſurus eſt arcum, vt fraudis in proximum iaciat ſagittam, tunc profectò ita linguam ſuo approximat cordi, vt ex corde inſignia blandiens præ ſe ferre videatur amoris indicia, cùm tamen ſagittam potiùs vulnerantem ex corde ipſo, quod duplex, & fictum eſt, in ſuos deferat fratres. Quæ omnia ad amuſſim hoc ipſo capite explicata videbimus: magiſque ad hanc quam præ manibus habemus congruentiæ rationem conteſtandam facit quod in

a Pſal. 11.2.

Pſalmo 11. dicitur, [a] *Diminutæ ſunt veritates à filiis hominum*, quia nimirum eorum linguæ factæ ſunt quaſi arcus mendacij, & non veritatis. *Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximū ſuū*, quia linguā ipſam ſuam quaſi arcum extendentes, proximo ſuo ſinguli ea locuti ſunt, quæ vanis ſuis conducerent lucris: *Labia doloſa*, ſeu (vt alij ex Hebræo legunt,) *labia blanditiarum*, ſcil. ſunt; quando enim magis, vt ictum faciant, extendunt arcum linguæ, magis quoque ad ſuum approximare eum ſatagunt cor, blandè loquentes, leuia, & amorem præ ſe ferentes ſermones, qui tamen doloſi ſunt, vt & arcus mendacij eſt: Et è doloſo, duplicique corde per linguæ arcum ipſum mēdacij, fraudis, contumeliæ, & detractionis emittunt ſagittas; quod egregiè exprimit Pſalmus, ſubdens, *In corde & corde*, id eſt, duplici ficto, ac ſimulato *locuti ſūt*. Seu, vt legit Symmachus, *In corde alio, & alio locuti ſunt*, prout ſeſe obtulit occaſio, ſemper tamen verba quibus alios confoderent.

6

Lingua peruerſa quomodo dicatur extenſa ſicut arcus mēdax.

Hæc quidem rectè, ſi cùm dicitur, (*Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & nō veritatis*,) vltima hæc ſubſtantiua *(mendacij, & veritatis)* ad linguam referantur, Cæterùm ſi referātur potiùs ad arcum cui adiungi videntur, dicendum iuxta Hebraicam phraſim quā genitiua ſubſtantiuorū pro adiectiuis ponuntur, vt Deus veritatis, pro vero, vas electionis, pro vaſe electo, fruges mendacij, pro frugibus mendacibus, & hîc pariter peruerſorum Iudæorum linguam extenſam dici ſicut arcum mendacem, & non verum. Quod triplicem habere poteſt ſenſum. Primum, quòd ita

Lingua peruerſa numquam dicit veritatem.

ſuam extenderunt linguā quando loqui voluêre, vt inſtar mendacis arcus, qui non collimat, ſed aberrat à ſcopo, & ipſa à ſcopo aberrarit veritatis, quia nullum verum emittebat verbum. Secū-

Lingua peruerſa ſemper in dolo loquēs eſt, vt arcus doloſè aliò intēſus, & aliò eiaculatus

dum, vt lingua eorumdem ei comparetur arcui mendaci, quem ſagittarius vafer, cùm aliò ſe intendere ſagittam ſimulet, ſubitò conuertit, & alium nec opinantem ferit, quomodo certè pleroſque videas facere detractorum, quos cùm linguam ſuam contra impij cuiuſpiam crimina notoria intendere videantur, ex improuiſò, adeo vt auditores fallant, eamdem in occultos alterius defectus conuertunt, ita vt ictum doloſè aliò quā ſimularant iaciant. Sic alios inſpicere eſt ita in negociis pertractandis vafros, vt cùm putes illos vna de re loqui, & de vno tractare negocio ad quod arcus ſui linguam directam habere ſe ſimulant, ſtatim fraudulentum aliud in proximi ſui detrimentum concludere animaduertas: quales erga Deum ſe eoſdem habuiſſe Iudæos B. Auguſt. Auguſt.
ex eo probat Pſalmi 77. *Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum, conuerſi ſunt in arcum prauū*. Tertio demum ſenſu, Iudæorum quos mox cœtum præuaricatorum appellarat, linguam ei per Prophetam Dominus mendaci, & infideli comparat arcui, qui diſtortè fabrefactus cùm extenſus ſit, rectā numquam iacit ſagittā eò quò intenſus eſt, vt de infidelitate ſermo ſit eorūdem erga ipſum, eiuſque legem, de qua in præcitato Pſal. 77. dicitur, [c] *Et dilexerunt eum in ore ſuo, & linguā ſuā mentiti ſunt ei. Cor autē eorum nō erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius*, quod eadē quā & hîc metaphorā expreſſit Hoſeas Propheta, dicens, *Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo*, ſeu, vt legunt Sept. [d] *Conuerſi ſunt in vanum, facti ſunt quaſi arcus doloſus*, quemadmodum & per ſubſequentia clariùs id ipſum hic confirmatur, cùm ſubiicitur.

b Pſa. 77. 57. Lingua peruerſa infidelis erga Deū eſt ſicut arcus diſtortè fabrefactus.

c Pſalm. 77. 36.

d Hoſe. 7. 16.

7

1. Senſus.

Lingua peruerſa homines infideles Deo, terrenis rebus inhærēt fortiter, ſemperque in peiora delabuntur.

Confuſi ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Quod enim hîc dicitur, (*Confortati ſunt in terra*) idipſum eſt ac quod per Hoſæam aſſerebatur, *Reuerſi ſunt vt eſſent, abſque iugo*, id eſt, terrenis in rebus ſuum conſtituentes robur ſubiici renuerūt iugo diuinæ legis, ſeu (*conuerſi ſunt in vanum*) id eſt vanis terræ, & ſæculi bonis fortiter inhæſerunt. Quod verò Hoſæas ait, *facti ſunt quaſi arcus doloſus*, hoc loco per id exprimitur, (*De malo ad malum egreſſi ſunt*,) ſemper à recto aberrantes magis ac magis: Et vt noueris ex eorum infidelitate hæc proueniſſe vniuerſa, additur, (*Et me non cognouerunt*.) quod Dauid expreſſiùs iis ſignificarat, *Nec fideles habiti ſunt in teſtamēto*, id eſt in cultu, legeque *eius*. Quem ſenſum confirmat verſio Sept. quæ ita hunc legit locum, (*Et extenderunt linguam ſuam quaſi arcum, mendacium, & non fides præualuit in terra, quia de malis*, &c.) Quam verſionem aptiùs ad rem noſtram Lucifer Calaritanus vt habes in Appendice, ita refert, (*Extendit linguā ſuam ſicut arcum in falſo, & fides non inualuit ſuper terram, quia*, &c.) Pro voce enim veritatis quæ in Vulgata eſt, In Hebr. textu eſt dictio אמונה *emunah*, quæ & veritatem ſignificat, & fidē, prout ipſummet noſtrum Interpretem fidem illam vertiſſe vidimus ſupra, tum in cap. 5. [f] *An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem*, Et *oculi Domini* [g] *reſpiciunt fidem*: tum in cap. 7. [g] *Periit fides, & ablata eſt de ore eorum*.

e Pſa. 77. 37.

Lucifer Calaritanus.

f Ierem. 5. 1. & 3.

g Ier. 7. 28.

8

Lingua peruerſa mendaciis, maliſque artibus corroboratur in terra adeptis opibus, & dignitatibus.

2. Senſus.

Temporalia impij acquirunt ſæpe per mendacia, & fraudes.

Cæterùm ſi non tam de ea hîc agi velimus infidelitate, quæ fidei oppoſita eſt virtuti Theologicæ, quàm de humana, moralique infidelitate, vt infidelem, mendacéque loquendi, agendique cū hominibus deſignat rationem, prout in præexpoſitis eam accepimus ſenſibus. Tunc quod dicitur. (*Confortati ſunt in terra*) ſumi dupliciter poteſt, vel vt iunctum cum præcedentibus, vel vt ad ſubſequentia relatum. Si primo modo, eorū ſenſus hic erit, ob hoc ipſum, per eam quam fecêre linguæ ſuæ extenſionem quaſi arcus mendacis, exinde quòd numquam in eorum ore reperiebatur veritas, ſed mendacia ſemper proferebant, mendaciis ipſis ſuis corroborati ſunt in terra, diuites,

diuites, potenteſque effecti. Quod quotidie & in mercatoribus, & in aulicis, & ſæpe etiam in Eccleſiaſticis videmus & ingemiſcimus. Sic Hugo Card. *Multiplicati ſunt*, inquit, *in terrenis per linguam mendacij, ſicut mercatores, & doloſè auari, ſæpe enim peiores magis proficiunt in temporalibus*, prout fusè apud Deum ea de re querelas noſter habet Propheta infra in principio capitis 12. Hūc ſenſum clariùs habent Hebrǽa iuxta diſtinctionem, quæ modo & in Hebraicis eſt Codicibus, quam & recentiores ſeruant interpretes, ſic ea reddētes, (*Tendere, ſeu eiaculari fecerunt* aut, *intenderunt linguam ſuam, arcum ſuum mendacium*,) ſeu vt Vatablus, (*mendacem*,) & coma adhibita ſubdentes, (*Et non ad veritatem roborauerunt ſe*, aut *praualent in terra*.) Quæ ita exponit Vatablus, *obtinuerunt dignitates in terra, at nō per veritates ſed per Sycophātias*. Tametſi Rabbi Dauid multò aliter ſic eadē exponat, *Non ob, vel ſecundum veritatem fortes facti ſunt in terra*, id eſt, non vt pauperes, & imbecilles iuſtè iudicent, ſed vt calumnientur & opprimant. Aliter Lyranus, *Confortati ſunt*, *ait*, *in malitia, procedentes de malo ad peius*.

Hugo Card.

Vatablus.

R. Dauid. *Dignitates ad quid quærant impij.*

Lyranus.

9 Tu primum ſequere ſenſum, & Hebr. & Vulgatæ communem. Qui & ei eſt conſonus quod per Vatem Regium de ſimili hominū genere ita ad Deum dicitur, *Veruntamen propter dolos poſuiſti eis*, id eſt propter mendacia, & propter doloſos, vafroſque ſermones, quos extensā inſtar arcus linguā ſuā in proximorum iecerunt damna, *poſuiſti eis*. Quid? ea ipſa de quibus tantum ſcandalum ſe ſumpſiſſe profeſſus is fuerat, vt ſui penè moti ſint pedes, quia zelauit ſuper iniquos, peccatorum intuens pacem, proſperitatem, fœlicemque in hoc ſæculo ſtatum bona inquam temporalia, opes, dignitates, voluptates, robur, ſanitatem, & ſimilia, quorum iam factus erat catalogus. Cur verò non ait, *Dediſti*, ſed potiùs, *Poſuiſti eis*? Vt intelligeremus, quòd dans eis iſtiuſmodi bona, & propter dolos dans, dando poſuit illamet iiſdem doloſis in laqueos, & in retia, in quæ offendentes in peſſima quæque deiicerentur tam culpæ, quàm pœnæ mala, Vnde bene adiecit illico, *Deieciſti eos dum alleuarentur*, id eſt, per ea ipſa, per quæ alleuabantur & opibus, & honoribus ſuperbis; & cùm magis confortati viderentur in terra, deieciſti eos in peſſima ſcilicet quæque. Quod & hîc quoque apud Ieremiam per id expreſſum eſt, quod mox ſubiicitur, (*Quia de malo ad malum egreſſi ſunt*,) ſi particula, (*Quia*) haud rationaliter ſumatur, ſed aſſeueranter dumtaxat, iuxta frequentem Sacrarum literarum morem, de quo ſæpius egiſſe me recolo.

a Pſa. 72. 18. *Temporalia Deus dat impiis, & doloſis aliquando in pœnam, vt in iis ipſis illos vt in rete captos deiiciat in peſſima quæque.*

10 Quamquam hæc nedum multiplici de pœnæ malo intelligantur, quandoquidem cùm de calamitate vna Iudæ egrederentur, in aliam incidiſſe peiorem ex 4. lib. Reg. colligere licet, ex malo obſidionis, ad malum euerſionis, & exuſtionis, ex malo euerſionis, ad malum captiuitatis, vnde bene Sept. (*De malis in mala egreſſi ſunt*.) Sed & quod multò eſt peius, de malis intelligitur culpæ; Sicut enim de iiſdem Iudæis cùm adhærerent Deo dicitur alibi, [b] *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion*. Ita è contra cùm totos mendaciis ſeſe addixiſſent, atque dolis, per quos corroborati ſunt in terra, Deo id eis in ipſorum permittente ruinam, de in iniquitate in iniquitatem, ſemper in deteriora progreſſi ſunt, ita vt nec cognouerint Deum, nec vllam cultus, legis illius ha-

b Pſal. 83. 8. *Mendaciis, doliſque bonis temporalibus aucti, de malo in peius progrediūtur vſque ad Dei, legiſque illius cōtemptum.*

A buerint rationem. Hoc eſt enim quod vltimò hîc adiectum eſt, (*Et non cognouerunt me, dicit Dominus*.) Quæ omnia clariùs ab eodem Domino ſupra vidimus explicata, cùm cap. 5. diceret, [c] *Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plena dolo, ideo magnificati ſunt, & ditati; incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè*. Vide ibi plura.

c Iere. 5. 27.

11 At verò ſi quod dicitur, (*Confortati ſunt in terra*, non ad præcedentia referatur, ſed ad ſubſequentia, (*Quia de malo ad malum egreſſi ſunt*,) in quibus particula, *Quia* iuxta proprium ſuum B ſignificatum ſumatur vt rationalis, quæ noſtræ magis conſona ſunt Vulgatæ lectioni. Tunc dicendum, duos peſſimos hîc aſſignari effectus, qui exinde in Iudaico populo conſecuti ſunt, quòd mendaciis doliſque addicti, de malo ad malum egreſſi ſunt, alterum quòd confortati ſunt in terra, alterùm quòd non cognouerunt Deum. Ac ſi dicatur. Quia de malo ad malum egreſsi ſunt, ideo confortati ſunt in terra, & non cognouerunt me. Senſuſque ſit. Dum viderunt liberè ſibi licere egredi è ſcelere vno in aliud, & progredi ad crimen quodcumque ſuus eis dictaret affectus: omniaque ſibi ex voto C ſuccedere: mala in dies perpetrarunt maiora, & ſtudium ſuum in eo collocarunt vniuerſum, vt quibuſcumque artibus roborarentur in terra, diuitiis, & dignitatibus, maiuſque in malitia ipſa ſua firmarent robur, obdurati quotidie magis in iniquitate, & impietate: vt ita & eò peruenerint, vt æquè ac ſi nullam mei vnquam habuiſſent notitiam, & me, & legem meam poſt terga iecerint, iuxta illud Eſdræ, [d] *Comederunt & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt*, D *& abundauerunt deliciis in bonitate tua magna: prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & proiecerunt legem tuam poſt terga ſua*. Quod & in præcitato Pſalmo 72. conteſtatus eſt Dauid, dicens, [e] *In labore hominum non ſunt & cum hominibus non flagellabuntur: Ideo tenuit eos ſuperbia*; & iuxta Hebraici verbi vim *ſuperbia veluti inſigni elati, ſunt torque*. Chaldæus, *Propterea coronauit eos ſuperbia coronā quam imponunt capitibus ſuis è rapina ſua. Operti ſunt iniquitate, & impietate ſuā*, iniquitate ſcelerum in proximos, & impietate criminum aduerſùs Deum, E veluti ampliſsimo obuoluti ſunt habitu.

3. Senſus. *Impij mendaciis doliſque addicti, & liberè in ſcelera proruētes terrenorum ſtudio totos ſe dedunt, nullamque Dei habent rationem.*

d 2. Eſdr. 9. 25.

e Pſal. 72. 5.

Verſ. 3.] Et extenderunt linguam ſuam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

12 PRÆTER ea quæ in expoſitione Literæ dicta ſunt ad mores pariter pertinentia. Duo ſunt quæ circa hanc F ſententiam expendi poſſunt. Primùm, quòd Garrulorum conuerſatio fugienda ſemper ſit; quandoquidem id vnum iugiter eorum eſt ſtudium, vt contendant belligerantes, vtque verbis ſuis omni quā poſſunt ratione vulnerent, & interficiant. Neque enim intenditur arcus niſi vel in bellum, vel in venationem, vel in proditoriam incauti alicuius percuſsionem. Alterum; quàm benè hæc duo ſimul iungantur, (*Et extenderunt linguam ſuam*, &c.) Et, (*Quia de malo ad malum egreſſi ſunt*,) quæ in vno quoque aduertere eſt, peccatore, vt

Garrulorum conſortium quàm fugiendum.

Garrulus ſimul & inſtabilis eſt vnuſquiſque peccator.

& garruli sint, & instabiles, prout de praua illa A
a Prou. 7. 10. muliere in lib. Prouerb. contestatus est Sapiens,[a] *Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens,* &c. Habetque vim peculiarem quòd ad vagationem exprimendam, dicitur. (*De malo ad malum egressi sunt:*) cùm alioqui dici quiuisset, (*De malo ad malum ingressi sunt:*) Egrediendi enim verbum sollicitudinem in nouis sceleribus perpetrandis designat, & quietis in eo quod primò aggressus quis fuerat, impatientiâ.

25 Bene autem post prædicta adiecit Dominus, (*Et me non cognouerunt.* Vt & suam erga istiusmodi peccatores notam faceret bonitatem, & illorum è vestigio omnibus exploratam redderet erga tam eximiam bonitatem peruersissimam agendi B rationem. Vide Dei bonitatem: iis ipsis qui, eo derelicto, totos sese ad vana, terrenaque dederunt: imò & tunc quoque temporis, quum extendentes linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis, fraudibus, ac dolis, opibus, ac honoribus corroborari obniterentur in terra, in multis contra eum delinquentes: illis benignissimè ipse adfuit, variisque modis intra eorum conscientiam eos & per remorsus corripuit, & per interna monuit consilia, & per inspirationes à cæptis auertere studuit, iuxta illud,[b] *Conuertimini ad correptionem meam, En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Vocaui & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.* Quomodo verò despexerunt, & neglexerunt? In peruersissima ea agendi ratione quam hîc explicat ipse Dominus apud Ieremiam, dicens, (*De malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt,*) illis scil. adstantem: tantaque cum celeritate, alacrique egressi sunt promptitudine, & sollicitudine, vt conscientiæ remorsus, internasque meas conculcantes inspirationes, me pariter, quantum in ipsis extitit, conculcarint.

Dei in peccatores bonitas quanta.

b Prou. 1. 23.

Peccatores quàm malè respondeant bonitati Dei.

VVLGATÆ.

Vers. 3.] Et extenderunt linguam suam, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Καὶ ἐνέτειναν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν, ὡς τόξον. E
ψεῦδος, καὶ οὐ πίστις ἐνίσχυσεν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι
ἐκ κακῶν εἰς κακὰ ἐξήλθοσαν, καὶ ἐμὲ οὐκ ἔγ-
νωσαν φησὶ κύριος.

Vers. 3.] Et intenderunt linguam suam quasi arcum: mendacium, & non fides inualuit super terram: quia de malis in mala egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et docuerunt linguas suas verba mendacij, similes sunt arcui doloso: & non in fide confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & scientiam timoris mei non didicerunt, dicit Dominus.* 1

Vers. 3. (*Et extenderunt linguam suam,* &c.) Lucifer Calaritanus libr. 2. ad Constantium pro sancto Athanasio. *Noluimus ad falsas suggestiones tuas dare contra virum iustum sententiam, ne & nos perenteret tecum, & cum Iudæis ista Domini increpatio, (Extendit linguam suam sicut arcum in falso, & fides non inualuit super terram, quia de malis mala exierunt, & me nescierunt.)*

Lucifer Calaritanus.

Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos paulò ante finem, ita hæc refert. (*Intendunt linguam suam quasi arcum: mentiuntur omnia, & non est in eis veritas.*) Idem in Comment. (*De malo in malum transeunt peccatores, quando idolum mutant idolo, & de peccatis ad peccata transcendunt. Vel certè, de obsidionis malo transeunt ad captiuitatem. Et de sanctis quidem dicitur, Ibunt*[b] *de virtute in virtutem, De peccatoribus verò, (De malo in malum egressi sunt.) Causaque omnium miseriarum, quòd non cognouerunt Dominum, cœtusque præuaricantium, & armantium linguam suam instar extenti arcus in blasphemiam: confortatique sunt* C *in terra, vt mereantur audire,*[c] *Terra es, & in terram ibis.*

Hieronym.

Iudæi impij quomodo dicti, de malo ad malum egressi.

b Psal. 83. 8.

c Gen. 3. 19.

Theodoritus. (*Intenderunt vt arcum linguam suam*) *struentes dolum, calumniam texentes, insidiantes proximo. Hoc enim dicere vult hæc clausula, (Mendacium, & non fides præualuit super terram, quia ex malis mala egressa sunt.) Declarat ex his conuersatione carentem nequitiam, quoniam mala malis succedunt. Horum autem causa est rerum diuinarum neglectus, cùm statim adiiciet, (Et non cognouerunt me dicit Dominus.)* 2

Theodorit. *Progressus impietatis qualis.*

D D. Thomas. (*Extenderunt linguam suam quasi arcum*) *ex quo sagitta dolosi verbi. Hose. 7. Reuersi*[d] *sunt, vt essent absque iugo, facti sunt vt arcus dolosus. (Confortati sunt in terra,) id est, in terrenis peccatis, vel in terrenis bonis, priuati cælestibus, (De malo) peccatum peccato addentes. Hose. 4.*[e] *Maledictum & mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium, & sanguis sanguinem tetigit.*

D. Thom.

d Hose. 7. 16.

e Hose. 4. 2.

D. Bonauentura expositione in cap. Ioannis, in illud, (*In veritate non stetit. Nota,* ait, *quòd est mendacium multiplex, est enim mendacium falsæ meditationis.* Iob. 27.[f] (*Nec lingua mea meditabitur* E *mendacium.*) Ibique Gregorius, (lib. 18. Moralium cap. 2.) *Nonnunquam peius est mendacium meditari, quàm loqui, quia istud aliquando est præcipitationis, illud studiosæ prauitatis. Item est mendacium peruersæ locutionis, Ierem. 9.*[g] *(Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij) Item est mendacium præuaricatæ actionis, quando sc. actio non est talis, qualis ostenditur. Ierem. 8.*[h] *(Mendacium operatus est stylus mendax, & sequitur, (cuncti faciunt mendacium,) & maius est mendacium operis, quàm locutionis, inquit Anselmus. Item est mendacium vitæ vel conuersationis, quando vitâ vel fingit se esse talem qualis non est, & propter ista mendacia dicitur, (Noli mentiri omne mendacium,)* Ecclef. 7. 14.[i]

D. Bonauent. *Mendacium multiplex.*

f Iob. 27.

g Ierem. 9.

h Ierem. 8.

i Eccl. 7. 14.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ ἐνέτειναν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν ὡς τόξον.] F

Vers. 3. ET extenderunt linguam suam vt arcum.) 5

Τοῦ

Chry

Τοῦ χρυσοστόμου.] τὸ πολεμικὸν αὐτῶν φησι, καὶ τὸ ἀμετάθετον.

Ὀλυμπιοδώρου.] μηδὲ μικρὸν χαλῶντες, ἀλλ' ἀνενδότως διὰ τῆς γλώττης ἁμαρτάνοντες, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸν σωτῆρα λοιδορίαις πλύνοντες.

Chryſoſtomi.] *Pugnax ipſorum & immutabile ingenium ait.*

Olympiodori.] *Nec minimum quidem laxantes, ſed perpetuò linguâ peccantes, quemadmodum videlicet & Saluatorem contumeliis onerantes.*

Chryſoſt. Iniquorum ingenium pugnax.

Olympiod. Impij lingua ſemper exerta.

Verſ. 4.] Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudolenter incedet.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam.

b Quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit.

c Et omnis amicus fraudulenter, (ſiue vt mercator, aut delator) incedet.

ADEO [a] *commune vniuerſale iſtud eſt in hoc populo mendacis linguæ vitium, vt meritò ſimpliciores admonendos cenſeam quoſque, vt ſibi à ſuo penitus caueant proximo, nec vel fratri fidat germano: Toti* [b] *enim eorum ſinguli in eo ſunt, vt quodammodo cum ſuis luctentur proximis, ita vt vnuſquiſque per mendacia, per fraudes, atque per dolos coniunctiſſimum calce, vel id quod ſibi conducens ſit intorquere, vel ab eo quod ſibi obſtare videatur deiicere obnitatur, fraudulenter profectò cum quolibet arctiſſimè ſibi vel neceſſitudine, vel conſanguinitate deuincto more ſe habentes doloſi mercatoris, negociatoris, delatoriſque & rerum, & verborum.*

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL AC MORALIS.

1

Hugo Card. Læſa dilectionis proximi maiorē Deus habere videtur rationem, quàm læſa dilectionis erga ipſum.

VNVSQVISQVE *ſe à proximo ſuo, &c.)* Cenſuit Hugo Cardinalis hæc à Propheta dicta, quaſi in eius confirmationem, quod vltimò mox à Domino aſſerebatur, *Et non cognouerunt me. Hoc dicit*, inquit, *quia quilibet fratrem ſuum ad idololatriam inuitabat, & proximus proximum ad alia mala.* Meliùs dices, conſuetum & hoc loco ſeruatum à Deo morem, quem ſæpius ſupra obſeruauimus, vt quaſi maiorem rationem habens de offenſa charitate in proximum, quàm de læſione ſuimet, vel cognitionis, vel cultus, vel dilectionis, hac omiſſa, de illa potiſſimùm habeat ſermonem, eiuſque ſeriem proſequatur, quam præcedenti cœperat verſiculo, vbi dixerat, Iudæorum id præcipuum extitiſſe tunc temporis ſtudij, vt nunquam veritatem, ſed mendacium ſuâ ſemper proferrent linguâ. A mendaciis ergo iſtis quaſi ſimpliciores admonens, vt ſibi caueant, nec cuiquam vel blandè linguam inſtar arcus extendenti fidant, peregregiè & ſumma cum efficacia oſtendit, adeo commune & vniuerſale id eo in populo mentiendi eſſe ſtudium, vt neque proximus, amicuſque arctâ iunctus neceſſitudine tutus vllo pacto eſſe queat; quin à ſuo fallatur vel vicino, vel ſocio, atque amico: Neque frater fidere poſſit fratri: Quod enim ait. *(Et in omni fratre non)* phraſi Hebraicâ tantumdem eſt, ac *in nullo fratre*, vel cùm loquitur ſcilicet, vel cùm negocium aliquod cum ipſo habere contigerit, *(habeat fiduciam.)* Hebr. *(Vir*, id eſt, vnuſquiſque*) à ſocio, ſeu proximo*, aut *amico ſuo cauete, & ſuper omni fratre ne fidatis.*) Vatablus *(Cuique à proximo ſuo cauendum eſt, & fratri ſuo nullus tutò fidit)* Sept. *Vnuſquiſque à proximo ſuo cuſtodimini, & ſuper fratribus veſtris non confidatis.*)

Mentiēdi ſtudium quàm commune, & vniuerſale ſit in Mundo.

2

(Quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.) Iam ſemet explicat clariùs, vniuerſale, quod mox dicebam, exponens ſtudium mendacia proferendi, doloſéque & fraudulenter cum vnoquoque vel arctiſſimâ neceſſitudine, aut conſanguinitate coniuncto ſe habendi. Quod enim ſecundò adiectum eſt, *(fraudulenter*, ſeu *doloſè* vt habent Sept. *incedet)* epexegeſis, & explicatio eius eſt, quod prædicitur, *(Supplantans ſupplantabit.)* Quamquam cùm vnum ſit declaratiuum alterius, vnũquodque tamen propriam & peculiarem vim habeat in iis quibus exprimuntur metaphoris. Enimuerò ſupplantandi verbum ita inſidiari, & decipere ſignificat, vt propriâ tamen id eâ deſignet metaphorâ, quâ luctatores callidè ſe inuicem intorquere, & deiicere ſolent calce; Quâ metaphorâ ſubindicatum non ineptè hoc loco crediderim, Iudæorum viuendi rationem tunc temporis ita ſe habuiſſe, vt toti in luctis agendis cum proximis eſſent, ita vt vnuſquiſque per mendacia, per fraudes, atque per dolos coniunctiſſimum calce, vel ad id quod ſibi conducens ſit intorquere, vel ab eo quod quoquo modo ſibi obſtare videatur deiicere obnitatur. Quam calcis calliditatem, ſupplantationem rectè dixeris, prout bene hîc vertunt Sept. *(Quia omnis frater ſupplantatione ſupplantabit,)* πτέρνῃ πτερνιεῖ, ſeu propriùs *(Calcaneo ſupplantabit,)* Prout peregregiè in Euangelio à Chriſto Domino de Iuda proditore dicente, [d] *Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum ſuum*, id explicatum fuit, quod iamdiu per Dauidem dictum recenſetur in Pſalmo 40. [e] *Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Quod abſque metaphora explicatum videre eſt apud Abdiam Prophetam, vbi ait, [f] *Emiſerunt te omnes viri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ, qui comedent tecum ponent inſidias ſubter te.*

Supplantandi verbum decipere ſignificat ſub metaphora callidi luctatoris calce ſocium intorquentis, ac deiicientis.

d Ioan. 13. 18.

e Pſa. 40. 10.

f Abd. 1. 7.

3

In ſecunda parte, *(Et omnis amicus fraudulenter incedet,)* in Hebræo pro *(fraudulenter*, eſt vox רכיל *rachil*, quæ cùm & mercatorem, & negociatorem, & aromatarium, & delatorem ſiue mercium, ſiue verborum, & detractorem ſignificet: ad metaphoras iſtas omnes hîc alluſum dici poteſt. Vide quæ in iſtius phraſis explicatione dicenda eſſent, iam à nobis explicata in expoſitione 1. verſ. 28. capitis 6. *Omnes iſti principes declinantes, ambulantes fraudulenter.* Hebr. *rachil* Vatablus certè hîc in Annotat. vertens, *(Et omnis proximus mercator incedet.)* Hebræa ait, vox mercator aut negociator propriè eſt, & ſumitur pro fraudulento, & impoſtore, quòd ferè negociatores dolis, & fraude agant, & proximi iacturâ ſuum negocium conficiunt. Similem Iudæorum viuendi, agendique rationis deſcriptionem proſequitur, & Michæa Propheta in cap. 7. dicens, [h] *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam. & inimici hominis domeſtici eius.* Quo

Fraudulēter incedere eſt loqui, & tractare inſtar mercatoris, delatoris, aromatarÿ, & detractoris.

In mundo cōmunis eſt proditoria viuēdi ratio.

h Mich 7. 5.

loco de proditoria propriè ſermo eſt agendi ratione. Iuxta quē ſenſum arbitratus eſt Nicolaus de Lyra & ea, quæ hîc dicuntur intelligẽda eſſe, *Quia vicini*, inquit, *atque propinqui nituntur prodere ſe ad inuicem.*

Lyra.

4 Sunt qui putent hîc verba fieri de ea agendi ratione, quâ Iudæi totum in id ſuum ſtudium collimabant, vt quomodolibet aliena caperent, vt quod dicitur, *(Supplantando, ſupplantabit)* eo ſumendum ſit ſenſu, quo Eſau Gen. 27. dixit, [a] *Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob.* (Hebraicè *iangakob*, eadem omnino vox, quâ hîc ſignificatur, *(Supplantabit) Supplantauit enim me alterâ vice: primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam.* Ex iis tamen quæ in ſubſequenti ſubiiciuntur verſ. *Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquetur*, &c. meliùs dices, totam iſtam Ieremiæ orationem pertinere ad deſcriptionem defectuum, qui à Iudæis vel in conuerſatione, vel in contractibus mendaci admittebantur linguâ. Porrò quod replicatione dicitur, *(Supplantando ſupplantabit*,&c.) intenſionem, & certitudinem deſignat eius actus, ſicut eiuſdem continuatio per id ſignificata eſt, quod in futuro eſt dictum. *(Supplantabit,)(Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia*,&c.) Faciunt hæc in confirmationem eorum quæ à Domino dicuntur in Euangelio. [b] *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes & morte eos afficient.* [c] *Et inimici hominis domeſtici eius.* Vide Hugonem Cardinalem ſuper hunc locum.

Rem proximi capere commune in mũdo eſt.
a Gen. 27. 36.
Lingua mendacis defectus.
b Matth. 10. 21.
c Matth. 10. 36.

VVLGATÆ.

Verſ. 4.] Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Ἕκαστος ἀπὸ τοῦ πλησίον αὐτοῦ φυλάξασθε, καὶ ἐπ' ἀδελφοῖς αὐτῶν μὴ πεποίθατε, ὅτι πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ, καὶ πᾶς φίλος δολίως πορεύσεται.

Verſ. 4.] Vnuſquiſque à proximo ſuo vos cuſtodite, & ſuper fratribus ſuis habeatis fiduciam, quia omnis frater ſupplantatione ſupplãtabit: & omnis amicus doloſè incedet.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Vnuſquiſque cuſtodiat ſe à ſocio ſuo, & in omni fratre nolite confidere: quia omnis frater inſidiando inſidiatur: & omnis amicus in dolo ambulat.* 1

Verſ. 4. *Vnuſquiſque*, &c. Hieronymus. *Hoc loco vtendum eſt in tempore perſecutionis, & anguſtia, quando aut rara, aut nulla fides eſt: quando nec fratri, nec proximo credendum eſt, & inimici [a] hominis domeſtici eius. Quando iuxta Euangelium tradet [b] pater filium, & filius patrem, & diuidentur duo in tres, & tres in duo.*

Hieron.
Ærumnarũ tempore rara aut nulla fides inter homines.
a Matth. 10. 36.
b Matth. 10. 21.

Gregorius Nyſſenus lib. de Vita Moſis, pag. 126. *Haud bonum tantum, ſed etiam prauum fratrem nominamus, Fratres [c] enim, inquit Scriptura, ſint in neceſſitatibus vtiles, in meliorem partem hîc fratris nomen accipiens. In peiorem autem accipit, cùm dicit, (Omnis frater calcaneo ſupplantabit.)*

Greg. Nyſſ.
Fratres appellantur in Scriptura, & boni & mali.
c Prou. 17. 17

Idemque Nyſſenus homil. 8. in Eccleſ. *Qui prætextu amicitiæ, & beneuolentiæ eum cui perſuadetur, attrahunt ad peccati exitium, ij ſunt, qui in via inſidiantur, laudatores voluptatis, & qui deducunt ad theatra, qui mali indicant facilitatem, & per ea quæ faciunt, prouocant ad imitationem, ſe fratres, ac ſorores nominãtes ad perniciem eorum qui intereũt, de quibus ſcriptum eſt, (Omnis frater calcaneo ſupplantabit, & omnis amicus in dolo ambulabit.*

Nyſſenus.
Fratres, ac ſorores ſeſe impij nominant, vt facilius ad mala pertrahant.

Citat hanc ſententiam Ioannes Damaſcenus lib. 2. Parallell. cap. 57. ad probandum, quòd in nemine ſit confidendum. Quod cõfirmat Theodoritus dicens: *Et vt clariorem reddat malitiam in eis vrgentem, ſuadet, ne quis fidat amico, imò nec fratri: cum vtrique inſidiis, & dolis vtantur veritate priuati.* 2

Io. Damaſc.
Fideliũ nulli hominum.
Theodorit.

D. Thomas Conſulit cautelam. (*Vnuſquiſque ſe à proximo*) *qui coniungitur aliquà ciuili, vel ſpirituali communicatione,* (*fratre*) *qui coniungitur naturali fœdere. Mich. 7.* [d] *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Tum ponit fraudis peccatum: Quia omnis frater ſupplantans, Alienam rem iniuſtè ſubripiens. Gen. 27.* [e] *Supplantauit me en alterà vice. Et omnis amicus. Iſai. 32.* [f] *fraudulenti vaſa peſſima ſunt.*

D. Thom.
Quanta cum cautela conuerſandũ ſit cum hominibus.
d Mich. 7. 5.
e Gene. 27. 36.
f Iſai. 32. 7.

Rabanus Maurus exponit hæc inſigni Gregorij Papæ ſententiâ, quâ ait, *Callidus aduerſarius cùm à bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos qui ab illis valde diliguntur exquirit, & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus cæteris amantur, vt dum vis amoris cor perforat, facilè perſuaſionis eius gladius ad intima rectitudinis eius munimina irrumpat.*

Raban. Maurus.
Diabolus ſeducit ſæpe nos per illos quos magis diligimus.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΚΑΣΤΟΣ ἀπὸ τοῦ πλησίον αὐτοῦ φυλάξασθε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς συντετελεσμένην κακίαν, ὅταν μηδὲ τοῖς πλησίον θαῤῥῶσιν; ὅταν διῳκισμένοι τύχωσιν; τοῦτο τέλος τῆς τοῦ διαβόλου πονηρίας, διαστῆσαι τὰ μέλη. ὅταν μήτε ἀδελφὸς, μήτε φίλος, μήτε ἄλλος τις πιστεύηται.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.] οὐκ ἂν οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ φαρισαῖοι τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων πολὺ τὸ οὐαὶ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐκληρονόμη

Verſ. 4. VNVSQVISQVE à proximo ſuo vos cuſtodite, &c.) 3

Chryſoſtomi.] *Vides malitiam conſummatam, quando nec proximis fidant, & locis ab inuicem ſeiuncti ſint? Hic diabolicæ nequitiei ſcopus, membra diuellere, vt nec fratri, nec amico, nec alij cuipiam fides habeatur.*

Chryſoſt.
Cùm mutua fides à cõuerſatione oblata ſit, malitia eſt cõſũmata. Diaboli præcipuũ ſtudiũ eſt, vt mutuã fiduciã auferat ab hominum conuerſatione.

Sancti Gregorij Thaumaturgi.] *Nunquam Scribæ, & Phariſæi Iudaici populi multum væ à Saluatore hæreditatis loco habuiſſent, niſi* propter

Greg. Thaumaturgus.
Hypocriſis cauſa maximorum malorum.

ρονόμησαν, εἰ μὴ διὰ τὴν ὑπόκρισιν. ἐν γὰρ τοῖς ἐλέγχοις τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐκ ἐπαύσατο κατὰ πᾶσαν αἰτίαν προλέγων ὁ κύριος. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, κεκονιαμένους τάφους ἀποκαλῶν αὐτούς. οἱ ἔξωθεν μὲν φαίνονται τοῖς ἀνθρώποις ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

[Καὶ ἐπ' ἀδελφοῖς αὐτῶν μὴ πεποιθέτε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, ἐπὶ μηδενὶ πεποίθατε, ὅπερ ὁ Χριστὸς φησίν. ὅταν πληθυνθῇ ἡ ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη. ἐνταῦθα οὐ φιλίας ἀναίρεσις, ἀλλὰ φιλίας ὑπόκρισις.

A *propter hypocrisim, Nam dum redargueret peccata eorum singulis de caussis adiecit semper Dominus,* [a] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, sepulchra dealbata, eos vocans, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiâ.*

a Matth. 23. 27.

(Et super fratribus suis non habentes fiduciam.)

Chrysostomi.] *Hoc est in nemine habeatis fiduciam, quod ait Christus* [b] *Cùm iniquitas abundarit, refrigescet Charitas. Hic non euersio sed simulatio amicitiæ.*

Chrysost. b Matth. 24. 12.

Vers. 5.] Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et vir fratrem suũ deridebit. b Et veritatem non loquentur. c Docuerunt enim linguã suam loqui mendacium. d Vt iniquè agerent laborauerunt (vsque ad lassitudinem.)

Enimuero [a] *vnusquisque fallacibus artibus vel etiam fratri mentiendo illudet, & illudendo mentietur, deridensque illum decipiet.* [b] *Tanta quippe pessima eorum est prospensio ad mendacia, vt ad illa componenda haud alio eguerint magistro quàm semetipsis; ex iugi siquidem habitu doctissimos ad ea se reddidère proferenda.* [d]

1 *Quin & quas intra se moliti sint fraudes, ita colorare ementitis consueuerunt sermonibus, vt planè appareat, maximum in id ipsos intendisse studium, multisque insudare laboribus, vt sophisticis rationibus, verbisque fallacibus falsa pro veris persuadeant.*

2 *Simulque in scelerum patrandorum studium ita operam, ingeniumque suum contulerunt vniuersum, vt nec magnis quæ propterea subeunda essent, pepercerint molestiis, vel animi & corporis ægritudinibus: Imò vel etiam lassi, & defatigati in eo ipso duriùs perstiterint.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 Hugo Card. *Peccatorum tria genera, oris, operis, & cogitationis.*

Et vir fratrem suum deridebit, &c.) Hugo Cardinalis existimat hic ea describi Iudæorum crimina, quæ in dolosa agendi ratione oris admittebant locutione, cum in præcedenti versu primò exposita ea fuissent, quæ iidem externo patrabant opere, vbi dicebatur, *Supplantando supplantabit*, &c. tum & illa tacta essent, quæ cogitatione perpetrabant, sub metaphora fraudulenti incessus.

Petr. Galat.

Petrus verò Galatinus lib. 1. de Arcanis Cath. veritatis cap. 28. quod in hoc vers. dicitur refert ad Iudæos sacras deprauantes Scripturas. Omnino dicendum, vnam eamdemque materiam & hic pertractari quæ cepta est in vers. 3. de fallaci Iudæorum agendi ratione per linguam mendacem. Adeoque quod in propositis verbis secundò dicitur, *(Et veritatem non loquentur,)* vt per expexegesim adiectum accipi debet, & in declarationem eius, quod prædictum est.

In mũdo homines sibi inuicem mentiendo illudunt, & illudendo mentiuntur.

(Et vir fratrem suum deridebit.) Hebr. phrasi, id est, Et vnusquisque fratrem suum mentiendo deludet. Quod enim non de quacumque simplici sermo fit derisione, sed de ea potissimum quæ in agendo mendacibus aduersùs proximum admittitur verbis, qualis potissimum à fallacibus exerceri solet negociatoribus, à procuratoribus, & aduocatis, nec non & ab iniquis iudicibus, ex Hebraico colligitur verbo התל hathal, cuius significatio est mentiri, fallere, decipere, illudere; id est, mentiri deridendo, seu illudendo mentiri.

Deridere mẽdaciis proximum est commune in mũdo & negociatoribus, & causidicis, & iudicibus.

Sic quod eodem verbo in lib. Iob de Deo dicitur, [e] *Aut illudetur*, seu, vt in Vulgata, *Aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentiis*, ad illam decipiendi rationem refert Caietanus, quâ suis clientibus illudere aduocati solent, suadentes, illorum causam iustam esse, quamuis iniqua ea sit, quod sibi lucro, clientibus autem dispendio est.

e Iob. 13. 9.

Caietanus.

C Ad illam Philippus, quâ iudices à fraudolentis aduocatorum persuasionibus decepti iniquam ferre solent sententiã. Alij verò ad eam quâ plerumque mendacibus adulationibus suis incautos decipiunt adulatores quique, sicque decipiunt, vt & ipsi illos derideant, & deridendos cæteris exhibeant. Sunt qui idem Hebraicum verbum eo pariter accipiũt significatu. Promissis fratris animum suspendere, dum quis in eum falsò, & fallaciter incedit, vt affine aliis verbis תלה thalah, תלל thalal, suspendere,

Philippus.

Adulatores deridẽt fratres mendaciis suis. Promissis mẽdacibus proximũ suspendentes illum deridere dicuntur.

D ex Hebræo itaque sic hæc vertunt Pagninus, *(Vnusquisque amicum suum circumueniet)* Regia. *(In socium suum vtetur fallaciâ, & veritatem non loquentur)* Vatablus. *(Quisque proximo suo illudet, seu imponere solet, & verum non dicunt.)* Sept. *(Vnusquisque contra amicum suum illudet, & veritatem non loquetur.)*

2 *Docere pro assuefacere.*

(Docuerunt enim linguam suam loqui mendaciũ.) Quamuis docendi verbum inter transitiua adnumeretur, hoc tamen loco intransitiuè vsurpatum est pro alio verbo. Assuefacere, prout & Cant. 3. [f] *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*, Hebr. *Et docti bello*, & Hose 10. *Ephraim* [g] E *vitula docta*, id est, assueta diligere trituram.

f Cant. 3. 8. g Hose. 10. 11.

Tanta inquit est illorum procliuitas, & propensio ad mendacia, vt ad ea componenda haud indiguerint magistro alio, quàm semetipsis; ex iugi siquidem habitu doctissimos se reddidère ad ea proferenda. Quin & quas intra se moliti sint fraudes, ita prolatis colorare consueuerunt mẽdaciis, vt planè appareat, maximum in id ipsos intendisse studium, vt per innatam vafriciem, perque sophisticè agendi consuetudinẽ mendacium loquendi suam docerent linguam, ita vt pro veritate ea quæ composuissent summâ arte F suâ persuaderent mendacia. Sept. *(Didicit lingua eorum loqui mendacia.)* Vatablus *(Assuefecerunt linguas suas loqui mendacium.)*

Habitus malus ad mendacia est optimus eius vitij magister.

3 *Mendacia omnibus persuadere vt vera est maximi laboris & difficultatis.*

(Vt iniquè agerent laborauerunt.) Possunt hæc quoque referri ad eius quod mox dictum est explicationem, vt significetur, maximo labore in eo insudasse, vt doctâ linguâ, & assuetâ ad loquendum mendacium iniquè agerent dictorum suorum cooperientes falsitatem, veritatisque colorem suis superinducere satagentes fallaciis, atque adeo & iniqua persuadentes, quæ certè tanti

tanti plerumque sunt laboris, vt vel acutissimis A sudadum sit ingeniis, Quem laborem maximum vsque ad sudorem, atque ad lassitudinem significasse peregregiis metaphoris visus est Salomō, cùm in lib. Prouerb. dicit, [a] *Qui nititur mendaciis hic pascit*, id est, instar pastoris assequi obnititur *ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes.* Et tanti laboris ratio est, quia difficillimum est obducere tenebras veritati; quæ per se lucida est, & patens; ac facillimum cuique prudenti est mendacium qualibet expositum arte dignoscere, iuxta illud Ecclesiast. [b] *Fauces contingunt cibū feræ, & cor sensatum verba mendacia*, id est, Prudens ita agnoscit mendacia vt primum ea quacumque ratione exposita audierit, sicut fauces, & guttur sanum statim cognoscunt, cibum quempiam ferarum potiùs quàm hominum esse, cùm illum vel modicum attigerint. Vulgareque est apud nos Italos Prouerbium, *S'arriua più presto vn bugiardo che vn zoppo.*

a Prou. 10. 4. *Medacia facilè à prudēte dignoscuntur.*

b Ecclef. 36. 21.

4 Communiter tamen generaliùs hæc dicta sumuntur de omni Iudæorum iniqua agendi ratione, tam in componendis, proferendisque mendaciis, quàm in multimodis texendis fraudibus, atque in omnigenis admittendis sceleribus, in quorum omnium patrandorum studium ita operam, ingeniumque suum contulêre vniuersum, vt nec magnis, quæ propterea subeundæ essent, pepercerint molestiis, & ægritudinibus: imò vsque ad lassitudinem, vel etiam lassi & defatigati in eo ipso laborantes perstiterint, vt quod hîc dicitur ei sit simile, quod eidem populo iniquè agenti per Isaiam dictum aliàs fuit. [c] *In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti, Quiescam.* Quibus Isaiæ verbis magis consonat versio Sept. quæ hîc ita legit, *(Iniquè egerunt, & non defecerunt, vt converterentur.)* Quam lectionem ita citat Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos, vt habes in Appendice, *(Et proni feruntur ad iniustitiam,)* aliterque Lucifer Calaritanus lib. 2. contra Constantium pro Athanasio sic, *(Reuerti noluerunt.)* Ex Hebr. autem Vatablus in Annotat. vertit. *(Ad prauè agendum ad lassitudinem vsque laborant.* Porrò Hebraicum quod hîc est verbum לאה *laah*, non solùm laborem designat, ac defatigationem, sed & fastidium etiam molestissimum, & teste R. Dauid refertur tam ad fatigationē cogitationum in rebus, quas quis fastidit, quàm ad fatigationem actionum. Celebrisque est eorumdemmet impiorum hac de re confessio illa, [d] *Lassati sumus in via iniquitatis*, & de molestissimis in via iniquitatis fastidiis, quibus iniquè agentium conficiuntur animi, manifesta est Dei sententia apud Hoseam. [e] *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprahendet eos, & quæret, & non inueniet.* De quibus aliàs.

Peccatorum viuendi ratio laboribus, molestiisque plena.

c Isai. 57. 10.

Hieron.

Lucifer Calaritanus.

d S p 5. 7.

e Hose. 2. 6.

Vers. 5.] Et vir fratrem suum deridebit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 VIDE in Litera. *Docuerunt enim linguam suā loqui mendacium. Vt iniquè agerent laborauerunt.* Quamuis scelestibus omnibus hæc competant prout in Litera explicatum est. Duobus tamen potissimùm iniquorum generibus ea congruere certum est magis. Diuitias nimirum per fas & nefas (vt dici solet) procurantibus, & detractoribus: Diuitum siquidem illorū id præcipuum est studij, vt scholam sibimet aperiant, in qua se ipsos doceant, in re qualibet vbi vel minimum sit ipsorum lucri, & (vt dicunt) proprij interesse, mentiri. Vtque sic iniquè negocia pertractantes in iugi sint labore. Quid de falsò detrahentium dicam versutia, & artibus emētitas colorandi detractiones, quas nec à Dæmonibus (vt opinor) edoceri quiuissent? Quid de eorumdem laboribus in suis ipsis defendendis B mendaciis.

Diuitum auarorum studium & labores.

Detractorum studium, & labores.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 6.

Vers. 6.] Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

C 1 HABITARE [a] *in te, ô Ierusalem, iam in medio doli incolere est: Quæ enim locus eras veritatis, dolosorum hominum plena in doli conuersa est habitationem.*

a *Habitatio tua in medio doli.*

2 *Vosque qui ciuitatem talem incolitis nil præterquàm dolos in vestris meditamini sedibus:* [b] *Atque huic viuendi assuefacti rationi iam quasi sic iacetis in dolis, vt resurgere nequeatis.* [c]

b (*Habitare tuum, seu sedere tuum, in medio doli.*)

c (*Vsura super vsuram, dolus super dolum.*)

d *In dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.*

3 *Sanè tibi compatior desideranti diuersorium in* D *quod relicta ciuitate hac abscedere posses in solitudinem, cùm habitatio ista tua in Ierusalem sit in medio doli, in medio dolosorum ibi commorans, qui peccata peccatis addentes, vsuram vsuræ, dolóque nouos semper adiiciunt dolos.* [d]

1 *Vsque adeo in dolis ipsis atque in fraudibus excreuêre, vt iam renuant scire me, legemque meam talia prohibentem. Et si quando metuere quiuissent, ne de hisce à quoquam per meam arguerentur legem dolosè mei, mandatorūmque meorum se fingunt non habere cognitionem.* 2

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL AC MORALIS.

E HABITATIO *tua in medio doli*, &c. Sententia ista admodum est anceps; neque enim constat quisnam in ea loquatur, vel ad quem verba fiant. Et quidem æquè bene & Deo tribui ea possunt, & Prophetæ. Si Dei esse illa velis, facilis est sensus, vt Deus ipse cùm ingens audisset Ieremiæ desiderium, quod ad principium huius capitis ille exposuerat dicens. *Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam*, &c. quasi eidem compatiens, & admo- F dum rationabile desiderium illud asseuerans, confirmet breuissimè id totum quod is prosecutus fuerat in descriptione pessimæ, & in primis dolosæ viuendi rationis totius Iudaici populi, & ciuitatis præsertim Ierusalem, in qua is habitabat, vt impositum expleret vaticinandi munus. Vt locus iste ei sit similis, quo de semet Isaias aliquando dixit, [e] *In medio populi polluta labia habentis ego habito.* Et alteri, quoad Ezechielem dixit Dominus, *Increduli,* [f] *& subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Hebræa sic vertunt, Pagninus, *(Habitatio tua est inter dolosos.)* Regia,

1 *1. Sensus. Iustorum habitatio in hoc mundo est in medio doli.*

e Isai. 6. 5.

f Ezech. 2. 6.

Secundus ſenſus.

Regia, (*ſedere tuum in medio doli.*) Vatablus quoque (*ſedere, vel habitare tuum in medio doli.*) ſ. eſt. Aitque idem in Annotat. eſſe verba Dei ad Ieremiam, *O Ieremia habitas in medio hominum doli, i. inter fraudolentos.* Notum eſt autem & in ſacris, & in profanis literis vim maximam orationi per id addi, quod abſtracta ponuntur pro concretis. Sicut & illud quoque eſt exploratum, quod in Scriptura ſacra eſt frequentiſſimum, vt pro præpoſitionibus *In*, ſeu *Inter* adhibeatur, *In medio*, vt vox medium ſit redundans.

Abſtracta poſita pro cõcretis augent orationem. *In medio poſitum pro iñ, ſeu pro inter.*

2 *Ieruſalem ob incolentium peruerſitatẽ appellata habitatio doli.*

Quod ſi Prophetæ potiùs hæc eſſe velimus: tunc dici poteſt, ea ab illo habita vel ad Ciuitatem Ieruſalem, quam per proſopopeiam, prout aliàs ſæpe alloquatur: vel ad populum ipſum ſuum, de quo hucuſque fuerat locutus. Si ad Ieruſalem, *Habitationis* nomen tranſitiuè, ſeu paſſiuè ſumendum eſt, ſicut & pronomen *tua*, non reciprocè, aut intranſitiuè pro loco habitationis qui in ipſa eſt, ac ſi dicatur, Habitare in te, quomodo idem habitationis vocabulum ſumpsère viri Iericunthini, dicentes ad Eliſæum [a]. *Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu Domine perſpicis: ſed aqua peſſima ſunt, & terra ſterilis*, quomodo & Iſaias de eadem ciuitate Ieruſalem cum Deo loquens ait [b]. *Oculi tui videbunt Ieruſalem habitationem opulentam.* Sic quod hìc dicitur ei erit ſimile quod de ipſa item Ieruſalem per alium dictum eſt prophetam [c]. *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Vt ſenſus ſit. Habitare in te ô Ieruſalem iam eſt habitare in medio doli, cùm doloſorum plena, doloſorum & habitatio euaſeris, Cui aliàs dictum fuit. [d] *Exulta & lauda* habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

a 4. Reg. 2. 19.
b Iſai. 33. 20.
c Iſai. 1. 21.
d Iſai. 12. 6.

3 Tertius ſenſus.

Cæterùm ſi ad Iudaicum populum ab eodem Propheta habita hæc ſint, prout communior eſt expoſitorum ſententia, & ex Chaldaica colligitur Paraphraſi. Tunc ſimili cum ſuperiori ſenſu, quod dicitur, tale erit. Habitatio tua (intranſitiuè, & actiuè) i. Habitas in medio doli, locus quem incolis doloſorum plenus eſt. Quod idem eſt ac illud quo ſuprà dicebatur, *Cœtus præuaricatorum.* Duobus aliis modis hæc ipſa expoſita reperio: ſed qui non tam lectioni vulgatæ, quàm lectioni conueniunt Hebraicæ. (*Sedere tuum in medio doli.*) Referam illos, ſumat quiſque quem libuerit. Primus eſt Nicolai de Lyra, vt æquè id ſit ac dicatur. Dum quieſcis, nihil aliud in tua meditaris ſede, in domibus veſtris nil præterquam dolos meditamini, iuxta illud Pſalmi. [e] *Et dolos totâ die meditabantur.* Alter habetur apud Chriſtophorum de Caſtro. Sedent in medio doli, quia huic viuendi rationi aſſuefacti, iam quaſi iacent in dolo, vt reſurgere non poſſint. Vt Pſalm. 2. [f] *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Et Zachar. 5. [g] *Oſtenſa eſt mulier ſedens in medio amphoræ.*

Impiorum ſtudium iuge eſt meditari dolos.
Lyra.
e Pſal. 37. 11.
Chriſt. Caſt. *Sedẽt in vitiis impij, ex praua conſuetudine.*
f Pſal. 1. 1.
g Zach. 5. 7.

4 Senſus verſ. Sept.

Sept. in hoc Verſ. 6. ita habent τοῦ ἐπιστρέψαι, τόκος ἐπὶ τόκῳ, καὶ δόλος ἐπὶ δόλῳ. *Vt conuerterentur, vſura ſuper vſuram, dolus ſuper dolum.* Primum verbum iuxta communem ſenſum ad præcedentia referentes, *Et non defecerunt vt conuerterentur*, ſeu vt eandem verſionem refert Hieronymus, *Iniquè egerunt, & non intermiſerunt, vt conuerterentur.* Quamquam Lucifer Calaritanus in ſæpe citato lib. 2. pro Athanaſio, idem ad ſubſequentia referens ſic iſta legat, *Et non obreliquerunt vſuram ſuper vſuram, dolum ſuper dolum.* Certè ſapientiſſimi illi ſeniores, Hebraicam primam rationem huius verſus vocem שבתך *ſcebteha* non à verbo ישב *iaſciab*, habitare, ſedere deductam ſumpſerunt, prout & noſter interpres & Hebræi, quique illos ex noſtris ſequuti ſunt, communiter accipiunt: ſed à verbo שוב reuerti, & conuerti. Porrò dictionem aliam ſubſequentem בתוך *betoch*, quam omnes, vt in noſtra vulgata, interpretantur (*In medio*) iidem verterunt (*ſuper vſuram*) & quod putarunt ſubintelligi, de ſuo addidère legentes (*vſura ſuper vſuram*) vt reſpondeat ei quod ſequitur (*Dolus ſuper dolum*) (*Super vſuram*) autẽ prædictam verterunt dictionem, cùm תוך *toch* & apud Hebræos vſuram ſignificet, ſicut ferè eadem voce τόκος tokos Græcè ea nũcupatur; notũ eſt autem literã ב *beth* poſitã eſſe pro præpoſitione *In* aut *ſuper.* In eo denique quod verterũt (*Dolus ſuper dolum*) id effecère coniungentes cum prima voce (*Dolus,*) & ſecundam (*In dolo*) quam & Hebræi, & ferè Latini omnes ad ſubſequentia referunt. Quamquam in hoc habeant & Hieronymum, qui ipſos imitatus, in ſuis Commentariis tam in textu, quàm in Commento ita hæc legit, (*Habitatio tua in medio doli in dolo*) Senſus autem iſtius verſionis Sept. per ſe patet; per eam namque ingens ſignificatur progreſſus, quem in eo fecerunt ſtudio, quo didicerunt (vt mox dicebatur) *& docuerunt linguam ſuam loqui mendacia*: ſemper enim veteribus nouas addidère & vſuras, & dolos.

Hieronym.
Lucif. Calar.
Mendaces ſemper nouas addunt vſuras, & dolos.

5

(*In dolo renuerunt ſcire me dicit Dominus.*) Mirum in modũ per hæc amplificatur quod mox dictum fuerat. *Habitatio tua, ſedere tuum in medio doli*, quocumque ex præpoſitis exſumantur ſenſu. Ita autem hæc exponit Vatablus. Ob dolum, & alia flagitia, quibus dediti ſunt, non eſt illis curæ operibus bonis teſtari, ſe noſſe leges meas. Sed efficaciora per ea ſignificantur, nempe vſque adeo in dolis, ac fraudibus exercuère, vt iam renuant ſcire me, & legem meam, dolos ipſos, ac fraudem omnem prohibentem; ſi non verbis, ſaltem re ipſa cum ſuperbis impiis dicentes quæ in libro Iob. [h] *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus*: [i] Nolebant enim intelligere, vt bene agerent. Quin & ſi quando metuere quiuiſſent, ne de dolis, fraudibuſque ſuis à quoquam per meam arguerentur legem, doloſè & fraudulenter fingebant, ſe mei, meæque legis non habere cognitionem. In quo apparet, ſceleſtiſſimè eos illã deliquiſſe ſolitos ignorantiã, quam affectatam Scholaſtici appellant; & omnino quæ comitem maximam habeat malitiam.

Doloſorum hominũ peruerſitas tanta, vt renuãt ſcire Deum, eiuſque legem.
h Iob. 21. 14.
i Pſal. 35. 4.

VVLGATÆ.

Verſ. 5. Et vir fratrem ſuum deridebit, &c.

Verſ. 6. Habitatio tua in medio doli, &c.

SEPTVAGINTA.

5. Ἕκαστος κατὰ τοῦ φίλου αὐτοῦ καταπαίζεται, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσωσι. μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν ψευδῆ, ἠδίκησαν, καὶ οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι.

6. τόκος ἐπὶ τόκῳ, καὶ δόλος ἐπὶ δόλῳ, οὐκ ἤθελον εἰδέναι με, φησὶ κύριος.

Verſ. 5.] Vnuſquiſque contra fratrem ſuum

suum illudet: veritatem non loquentur. Didicit lingua eorum loqui mendacia: iniquè egerunt: & non intermiserunt, vt conuerterentur.

Vers. 6.] Vsura super vsuram, & dolus super dolum: noluerunt scire me, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et vnusquisque fratri suo mentientur, & veritatem non loquuntur: docuerunt linguam suam verba mendacij: insipientes facti sunt, & errauerunt.* Vers. 6. *Sedent in domo congregationis suæ, & narrant super iniquitates suas in dolis: renuunt scire timorem mei, dicit Dominus.*

1 Lucifer. Calar. *Vsurarum & fraudum copia maxima in mundo.*

Vers. 5.) *Et vir fratrem suum deridebit*, &c. Vers. 6. *(Habitatio tua,)* &c. Lucifer Calaritanus lib. 2. ad Constantium pro sancto Athanasio ita hæc refert. *(Veritatem non loquentur, didicit lingua eorum loqui mendacium, reuerti noluerunt. Et non obreliquerunt vsuram super vsuram, dolum super dolum, noluerunt me nosse dicit Dominus.)*

Hieron. *Ex propria voluntate nō ex natura sunt peccata.*

Hieronymus lib. 2. aduersùs Pelagianos paulò antè finem. *(Docuerunt linguam suam mendacium, & proni feruntur ad iniustitiam.) Vt intelligatur, id non fieri in eis naturæ malo, sed propriâ voluntate.*

Idem. *Mentiendi consuetudo vertitur quodammodo in naturam.*

Idem in Comment. *Quod infert, (Docuerunt linguam suam loqui mendacium) siue, (Didicit lingua eorum loqui mendacium:) ostendit consuetudinem mentiendi quodammodo in naturam verti: studioséque eos agere vt agant iniqua. Quodque sequitur, (Habitatio tua in medio doli) propriè ad Prophetam sermo dirigitur, quod habitet in medio populi mentientis. Siue, vt Sept. transtulerunt (Vsura super vsuram, & dolus super dolum:) Et quod quotidie augeant scelera, & nequaquam eos prioris facti pœniteat, sed nouis præterita cumulent. Hac facientes omni agunt studio, vt nesciant Dominum, qui hæc non facienda præcepit.*

2 August. *Mendacia loqui est laboriosissimū cùm è contra facillimū sit veritatem loqui.*

Augustinus enarrat. in Psalmum 139. *Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem totâ facilitate loquerentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit: nam qui verum vult dicere, non laborat. Ipsa enim veritas sine labore loquitur. Ipsum mendacium hominum est labor labiorum ipsorum,* [a] *Ecce parturiuit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. In omni enim opere malo labor est, & omne opus malum cogitatum mendacium ducem habet. Non enim est veritas, nisi in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in mendacio veritas quid clamauit?* [b] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ipsa est vox clamans ad laborantes in alio loco* [c], *filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Apertè autem alibi labor est in mendacio. (Docuerunt linguas suas loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt.)*

a Psal. 7. 15. b Mat. 11. 28. c Psal. 4. 3.

3 Greg. Papa. *Quam laboriosum praue agere & loqui.*

Gregorius Papa lib. 12. Moral. cap. 20. *In omni quod iniquus agit, tribulatione & angustiâ vallatur, quia cor eius anxietate, & suspicione confunditur. Alius occultè appetit aliena diripere, qui laborat in cogitationibus, ne deprahendi valeat. Alius relictâ veritate mentiri deliberat, vt audientium animum fallat: sed quantus labor est sollicitus custodire, ne ipsa eius fallacia deprehendi queat? Ponit quippe ante oculos quid sibi à veritatem scientibus responderi possit, & cum magno cogitatu pertractat, quomodo per argumenta falsitatis documenta veritatis exsuperet. Hinc inde se circumtegit, & contra hoc vbi deprahendi poterit, veritate similem responsionem quærit: qui si velit verum dicere, vtique sine labore potuisset. Plana quippe veritatis via, & graue est iter mendacij. Vnde & per Prophetam dicitur. (Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt.) Et bene de eodem dicitur.* [d] *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum: quia apud semetipsum in labore timoris deficit qui securitatis sociam viam veritatis reliquit.* Vide eundem Gregorium tertiâ parte Pastoralis. Admonitione 12. similia Augustino afferentem, hacque sententiâ contra eos qui duplicitate verborū se tueri, & excusare obnituntur, confirmantem id quod dicitur in Psalmo 139. [e] *Labor labiorum ipsorum operiet eos.*

Mentiri quanti sit laboris. *Veritatis via plana.* d Iob 15. 24. e Psal. 139. 10.

4 Ioan. Cass. *Impij vt iniquè agant nulli parcūt labori.*

Ioannes Cassianus Collat. 23. De velle bonum, &c. cap. 1. *Iniquos Ieremias non solùm non nolentes, nec cum requie corporis flagitiorum crimina perpetrare, verùm etiam in tantum eos asserit laboriosis conatibus, vt ad effectum eorum perueniant, desudare; vt à lethali scelerum appetitu, nec obsistentibus arduis difficultatibus reuocentur, dicens, (Vt iniquè agerent laborauerunt.)*

Theodorit.

Theodoritus (*Accusationi adiungit vsuram, vt quæ contra legem exerceatur. (Vsura super vsuram, dolus super dolum.) Recolit item horum contemptum. (Noluerunt, ait, scire me, dicit Dominus.)*

Vigilius.

Vigilius epistolâ ad Valentinianum Episcopum de Tomis, quæ habetur in quinta Synodo confessione 7. ad Hæresiarchas hæc referens ait. *Quibus hæc conatibus, Prophetæ dictum consonanter aptatur, dicentis, (Docuerunt linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.*

D. Thomas.

D. Thomas *(Et vir fratrem) Iob 12. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: futurum tempus vocat perseuerantiam. Tum assignat rationem: quia assueti ad mendacia, (docuerunt,) per consuetudinem: & studiosi ad mala opera, (laborauerunt) Prouerb. 4.* [f] *Non enim dormiunt, nisi malefecerint, & non colligitur somnus ab eis, nisi supplantauerint.* Sap. 5. [g] *Lassati sumus in via iniquitatis, &c. (Habitatio tua) ô Ieremia, vel ô Ierusalem (doli) i. dolosi populi.*

f Prou. 4. 16. g Sap. 5. 7.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ ἕκαστος κατὰ τοῦ φίλου αὐτοῦ, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσωσι.

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅταν πανταχοῦ ἡ κακία,

5 Vers. 5. *VNVSQVISQVE contra fratrem suum illudet, & veritatem non loquetur.*

Chrysost.

Chrysostomi.] *Quando passim regnat iniqui*

|| *ἀλ. ἀλήθειας.* ὅταν μηδὲ μικρὸν τὸ ὑγιαῖνον μέρος || ἀληθείας ἔχῃ.

[Καταπαίξεται.]

Ολυμπιοδώρου.] δόλῳ ὑποσκελίζει.

[Ἠδίκησαν, καὶ οὐ διέλιπον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς; οὐχὶ φυσικὰ τὰ κακά. ὅρα πῶς διαφόρως, ποτὲ μὲν τὰ εἰς τὸν πλησίον ἐγκαλεῖ. ἠδίκησαν καὶ οὐχὶ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι. ποτὲ δὲ πανταχοῦ τοῦτο ἐγκαλεῖ, ὅτι ἀμετάβλητα αὐτῶν τὰ κακά.

[Μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν ψευδῆ.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐδὲν γὰρ οὕτως κακίας εἶδος μισητὸν ὡς τοῦτο. ὅταν ἑτέρα μὲν ἡ ὄψις. ἑτέρα δὲ ἡ γλῶσσα ᾖ.

[Τόκος ἐπὶ τόκῳ. δόλος ἐπὶ δόλῳ.]

Βίκτωρος.] σημειωτέον ὡς συνῆψε τῷ ψεύδει, καὶ τῷ δόλῳ, καὶ τῇ ἀδικίᾳ τοὺς τόκους.

A iniquitas, quando ne pars quidem ſanior vllam veritatis habet portionem. *Iniquitas totius vniuerſitatis qualis.*

(*Illudet.*)

Olympiodori.] *Dolo agit & fraude.* Olympiod.

(*Iniquè egerunt, & non intermiſerunt,*&c.)

Chryſoſtomi.] *Vides malum non ineſt à natura. Vide vt non vno modo, nunc quidem crimina in proximum obiicit,(iniquè egerunt, nec deſtiterunt vt conuertentur.) Nunc verò vbique eos incuſat, quòd in malis omnino perſeuerent.* Chryſoſt. *Malum nõ eſt à natura.*

(*Didicit lingua eorum loqui mendacium.*)

B Eiuſdem.] *Nullum enim malitiæ genus ita exoſum eſt, ſicut hoc cùm vultui lingua non reſpondet.* Chryſoſt. *Mendacium quã odioſum.*

Verſ.6. (*Vſura ſuper vſuram, & dolus ſuper dolum, &c.*)

Victoris] *Notandum vt mendacio, dolo, iniuſtitiæ, fœnerationes quoque coniunxerit.* Victor. *Mendacij comites.*

Verſ. 7.] Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego conflabo, & probabo eos : quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego cõflabo, & probabo eos.

PROPTER a *hac vniuerſa, ecce tempus adeſt quo & ipſos, & ciuitatem Ieruſalem per Chaldæos acriter puniam, hanc igne ſuccendens, illoſque multiplicium probans calamitatũ conflatione, vt vel ſic manifeſti fiant, ſi qui inter ipſos recti ſint. Propter attritam populi mei huius frontem ita agere debeo.* b

b Quid enim aliud (ſeu, Quia quomodo facerem) à facie (malitia) filiæ populi mei.

1 *Quâ enim ratione aliud faciam, cùm tanta ſint illius flagitia, nec vllum exhibeant pœnitentiæ, & conuerſionis ſpecimen?*

2 *Quid ampliùs faciam in gratiam Ieruſalem filiæ populi mei, quàm vt illam ſic caſtigem, vt probem?*

3 *Certè impunitam eam relinquere nec paternus meus fert animus: relinquam ne incaſtigatam, cùm non ceſſet à peccatis?*

4 *Quo alio cum eius incolis me geram affectu, quàm patris in filios contumaces.*

EXPOSITIO LITERALS SIMVL ET MORALIS.

1 Caſtigat Deus impios, vt illos ſuppliciorũ igne cõflet, & probet.

PROPTEREA *hac dicit Dominus exercituum*, &c.) Quia (vt dictum eſt in immediatè præcedentibus) dolus eò in Iudaico exereuerat populo, vt & ſe immiſcuerit in cognitione, & neglectu Dei, legiſque ipſius. Comminans iam idemmet Deus pro tanta illum ſe caſtigaturum malitia, Supplicia quibus id effecturus eſt, conflationem appellat & probationem, tum quia per ignem deuaſtaturus ipſum erat, quo & Ieruſalem, & templum, & vniuerſa Iudææ per Chaldæos exuſta eſt regio: tum quia iis quas immiſſurus erat calamitatibus, id primò intendit, vt omnem ab illo auferret doli, malitiæque ſcoriam: tum denique vt ſeligeret quinam in tanto populo abſque fictione, & dolo ex ſuis eſſent, iuxta id quod & apud Malachiam aliàs de eodem Deo dictum eſt. c *Ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentũ.* Quamuis enim experimento ſupra in fine cap.

c Malac. 3. 2. Dei amor in Iudæos quantus.

ſexti conſtare dixerit, inania eoúſque cum tali populo extitiſſe iſtiuſmodi conflationis, & purgationis remedia, & fruſtra conflaſſe conflatorẽ, malitiaſque eorum non fuiſſe conſumptas, atque adeo argentum reprobum eſſe vocandos, quos ipſe vt æs, & ferrum proiecerit. Ob paternum nihilominus erga eoſdem amorem idipſum denuò, ſed validiori igne cum eis ſe tentaturum hîc aſſerit. Vide quæ hîc dicenda eſſent plura in in præcitati loci capitis ſexti verſ. 27. 28. 29. & 30. expoſitione noſtra & Literali, & Morali.

C

(*Quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?*) Sunt qui putant in malum ſenſum hæc ſumenda, in deteſtationem demeritorum ciuitatis Ieruſalem appellatæ filiæ populi Dei, vt ſæpius, ac D ſi afferat in hiſceDeus rationem, cur adeo ſeuerè illam igne deuaſtaturũ ſe dixerat, Iudaicumque populum conſumpturum. Ac ſi diceretur. Propter attritam frontem filiæ populi mei ita agere debeo. Quâ enim ratione aliud faciam propter Ieruſalem ſceleribus plenam? Vel vt ly *filiæ* ſit redundans. Cùm tanta ſint populi mei flagitia, nec vllâ ratione induci ad pœnitentiam queat? Cui ſenſui fauet Paraphraſis Chaldaica ſic legens. *Quomodo faciam à facie peccatorum cœtus populi?* Quodque multò maioris eſt momenti, huc quoque ſpectat verſio Sept. (*Quid faciam à facie malitiæ populi mei?*) Sic legunt Codices E Complutenſis, & Regius, quin & B. Hieronymus. Multóque ad idipſum probandũ quod ſumma cum ratione, & merito extremam tandẽ immiſſurus Deus eſſet punitionem, & deuaſtationẽ populo eidem, altera item Sept. facit lectio correctiorum Codicum in primiſque Vaticani, ὅτι ποιήσω ἀπὸ προσώπου πονηρίας θυγατρὸς λαοῦ μου. (*Quia faciã à facie malitiæ populi mei.*) Quã lectionẽ ſecutus eſt & antiquiſſimus Lucifer Calaritanus hæc in lib. 2. contra Conſtant. pro Athanaſio, ita referens. (*Ecce ego comburo, & probabo eos, quia ſic faciam à facie malignitatis filiæ populi mei.*) F

2 Impiorum regiones grauiſſimis calamitatibus premere cogi ſe ait Dominus.

Lucifer Calaritanus.

Congruentiùs nihilominus iuxta expoſitionem præcedentibus allatam, mitiori hæc ſumes ſenſu. Ac ſi dicatur. Quid ampliùs faciam in gratiam filiæ populi mei, quàm vt illam ſic caſtigem vt probem? Certè impunitam eam relinquere, in qua nullum apparet pœnitentiæ veſtigium, nec paternus meus fert animus. Hebræa ad verbum ſic habent, (*Quia quomodo faciam à facie filiæ populi mei?*) Quæ Pagninus ita interpreta

3 Dei erga fideles paternus affectus etiã in ſupplicijs.

pretatur. (*Quomodo enim faciam, vt non fundam eos propter filiam populi mei?*) Vatablus. (*Quomodo enim alicui facerem, propter filiam*, &c.) Isidorus Clarius, (*Quomodo aliter faciam, si vocari velit filia populi mei?*) Seu, (*Cum sit filia populi mei?*) Quasi consultet Deus, & dicat. Ostendat mihi quis aliam viam, relinquámne incastigatam, cùm non cesset à peccatis? Quo alio affectu cum eis me geram, quàm cùm filiis, vt vel per ignem ij probati fiant qui inter illos absque dolo cognoscunt me.

VVLGATÆ.

Vers. 7.] Propterea hæc dicit Dominus exercituum, &c.

SEPTVAGINTA.

7. *Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ πυρώσω αὐτοὺς, καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς, ὅτι ποιήσω ἀπὸ προσώπου πονηρίας θυγατρὸς λαοῦ μου.*

Vers. 7.] Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego igne examinabo eos, & probabo eos. Quia faciam à facie malitiæ C filiæ populi mei?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego inducam super eos angustiam, & conflabo eos, & probabo eos. Quomodo enim faciam à facie peccatorum cœtus populi mei?*

Vers. 7. *Propterea hæc dicit Dominus*, &c. Hieronymus. *Quotiescumque angustiis subiacemus, mala recipimus à Deo, & examinamur persecutionibus: quicquid in nobis adulterinæ materiæ est, tribulationum, & miseriarum exuratur ardoribus:* [a] *Argentum enim Domini igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* Hieron. Calamitatũ igne purgare nos nititur Deus. a Psal. 11.7.

Lucifer Calaritanus loco sæpius citato, ita hæc refert. (*Propter hæc hoc dicit Dominus: Ecce* B *ego comburo, & probabo eos, quia sic faciam à facie malignitatis filiæ populi mei.*) Lucifer Calaritanus.

Theodoritus. (*Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego igne examinabo eos, & probabo illos.*) *Bellum & quæ ex eo nascuntur, appellauit igneam examinationem, & probationem. Hunc in modum & Dauid ex persona eorum qui erant in Babylone ait,* [b] *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Sed illa piorum statum enunciarunt, qui per ignem examinati apparuerunt probi. At hic ignea examinatio declarat quod est reprobum.* Theodorit. b Psalm 65. 10.

D. Thomas. *Hic ponitur conditio populi miseranda. Et primò ponit sententiam, (Conflabo) sicut aurum igne: vel sic, vt saltem mundentur. Secundò ostendit sententiæ iustitiam. (Quid enim) q. d. non restat aliud, nisi vt puniam, omnibus aliis viis expertis, Isai.* [c] *Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?* D. Thomas. c Isai. 5.4.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΑ τοῦτο. ἰδοὺ ἐγὼ πυρώσω αὐτοὺς, καὶ δοκιμῶ αὐτούς.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἡ δοκιμὴ οὐκ ἀπειρίας ἐστίν. οἶδε γὰρ αὐτοὺς πονηροὺς ὄντας. ἀλλὰ δοκιμῶ, ποιῆσαι δοκίμους βούλομαι, μὴ τοίνυν φεύγωμεν κόλασιν, ἀλλὰ φεύγωμεν ἁμαρτίαν. ἡ μὲν γὰρ ἀδοκίμους, ἡ δὲ δοκίμους ποιεῖ.

|| Εὐσεβίου Καισαρείας.] ἡ πύρωσις ἐλέγχει τὸ κίβδηλον, ὥσπερ ἐπὶ τὸ τῶν κρειττόνων ἀποκριθῆναι, ||ἴν. ἰσ. ὡς ἂν δίκην χρυσοῦ πᾶσαν ἀλλοτρίαν ὕλην ἀποβεβληκότος ἐκλάμψωσιν. ταῦτα ὡς ἀγαθὸς Θεὸς ποιεῖν ἐπηγγείλατο διὰ τῆς ἐπαχθησαμένης E αὐτῆς βασάνου. τὴν δὲ πύρωσιν ἀπὸ προσώπου πονηρίας θυγατρὸς λαοῦ αὐτοῦ ποιήσειν φησίν. ||

Θεοδωρήτου.] πύρωσιν κακῶν, καὶ δοκιμασίαν τὸν πόλεμον, καὶ τὰ ἐκ τούτου κακὰ λέγων. τοιγαροῦν καὶ Δαβὶδ ἐκ προσώπου τῶν Βαβυλωνίων φησίν. ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, ἀλλ' ἐκεῖνα τῶν εὐσεβῶν ἔφη τὸ τάγμα. ἐνταῦθα δὲ ἡ πύρωσις ἐλέγχει τὸ κίβδηλον.

2 Vers. 7. PROPTEREA, &c. *Ecce ego igne examinabo eos*, &c.)

Chrysostomi.] *Probatio non inexperti est; norat enim illos esse malos; sed probabo inquit, hoc est probatos facere volo. Ne igitur animaduersiones, sed peccatum fugiamus; hoc enim reprobos, illa probatos reddit.* Chrysost. Probat nos Deus probatos exhibens. Peccatũ fugiendum, non peccati castigatio.

|| Eusebij Cæsariensis.] *Vstio adulterinum demonstrat, quod est à melioribus secerni, vt instar auri ab omni aliena materie immunes resplendeant, Hæc vti Deus bonus per cruciatus illis impingendos agere promisit. Vstionem autem à facie iniquitatis filiæ populi sui facturum se inquit.* || Euseb. Cæs.

Theodoriti.] *Malorum examen & probationem dicit bellum, & quæ fluunt ex eo mala. Igitur & Dauid nomine Babyloniorum ait,* [a] *Probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Sed illa pioru agmen dixerat, hic verò ignis examinatio probat subesse adulterinum.* Theodorit. a Psa. 65.10.

Vers. 8.] Sagitta vulnerans lingua eorum, F dolum locuta est: in ore suo pacem cũ amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.

Vers. 9.] Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VNVM [a] *sat sit eorum iterum commemorare lingua vitiũ, quod & omnium vitiorũ est pessimum, & in quo cætera pariter subintelligi volo. Ipsorum profectò lingua talis est; vt meritò acutissimis quibusque comparanda sit sagittis; in* [b] *dolo namque, & fraudulenter loquendo, & vulnerat simul, & interficit.* a Sagitta vulnerãs lingua eorum.

interficit. Quando enim blandè, & amicabiliter loquitur, tunc occultè sauciat, interimitque insidiis, & operibus quæ ab inimico eius proueniunt animo. A

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Linguæ dolosæ scelus pessimum sceleribus omnibus quæ in hominum admittuntur cõuersatione. Et in ipso cætera significantur.*

SAGITTA *vulnerans lingua eorum*, &c.) Declarat quod in principio præcedentis vers. dixerat, *Propterea*: Simulque reddit rationem eius, quod mox à Domino dictum fuit, *Quid enim aliud faciam*, &c. Ad contestandam autem scelerum & multitudinem, & grauitatem, propter quæ aliud facere Deus quodammodo nequibat, nisi vt Iudæos ipsos puniendo conflaret, vnum duntaxat exponit scelus linguæ dolosæ, tum quia in ipso & cæterarum malitiam explicatam censeret, iuxta id Iacobi, [a] *Lingua ignis est, & vniuersitas iniquitatis*: tum quia eo nullum in proximi conuersatione arbitraretur reperiri peius. Quod & Dauid peregregie asseruit cùm diceret, [b] *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* id est, Quid tibi ò quisquis es, superadiici potest peius, quam lingua dolosa, quæ est *sagitta potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis?* Quæ est instar carbonum, desolationem quocumque attigerint inferentium; & instar acutissimarum sagittarum, quæ tutò lethale vulnus infligunt, cùm à robusta iaciuntur manu. Eadem profectò metaphorà, quà & hoc quoque loco noster vsus est Propheta, dicens, (*Sagitta vulnerans lingua eorum.*) Hebraica vox שוחט *sciahuth*, quam noster Interpres secutus Sept. (*Vulnerans*) reddidit, cùm sit à verbo שחט *sciahath*, occidere, trahere, extendere, diuersimodè interpretata ab aliis reperitur. Siquidem Pagninus, & Regia ita hæc legunt. (*Sagitta extensa lingua eorum.*) Vatablus. (*Lingua eorum est sagitta acuta.*) Rabbi Dauid, (*Sagitta tracta*) scilicet super cotem ad acuendum eam, ac si dicat, Tersa, ac limata. R. Salomon. (*Sagitta acuta*) vt Chald. seu (*Sagitta tracta*) id est, protracta, seu diducta, vel etiam eiaculata. R. Ioseph, (*Sagitta occidens,*) omnia tamen in idem recidunt.

a Iacob. 3. 6.

b Psa. 119. 3. *Linguæ dolosæ qualis dicatur sagitta.*

2 *Linguæ dolosæ vitiũ propriè quidnam sit?*

(*In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.*) Magis explicat quidnam propriè pessimum istud sit vitium loquendi dolum, seu, vt legunt Sept. (*dolosorum verborum.*) Id autem potissimùm in eo situm esse ait, quòd lingua amicabilia, & blanda loquitur, quibus contraria futura sunt, quæ fient opera, ei penitus inimicitiæ consona quam intrinsecus latentem seruant in corde. Quod meliùs exprimunt Sept. legentes, (*Proximo suo loquitur pacifica, & in se ipso habet inimicitiam.*) Quod in Vulgata dicitur. (*Et occultè*) Hebraicè בקרבו *bekirbo*, quod verti potest, (*In itimo eius*, seu, *in visceribus, & in corde*, atque etiam, *In mente*, & *in cogitatione sua*. Vatablus, (*Sed intus concinnat insidias suas.*) Quo certè in vitio & Dauid in Psalmo 27. vniuersam constituisse visus est iniquitatis operationem, nam cùm à Domino efflagitasset, ne simul cum peccatoribus ipsum colligeret, neue eum plecteret cum operantibus iniquitatem, dicens, [d] *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul trahas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me*, adiecit illico. *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.*

Loqui aliter ac habeatur in corde quã grande sit malum.

d Psal. 27. 2.

Vers. 9. PARAPHRASIS LITERÆ.

TALIBVS [c] *cùm in dies magis magisque in ista offendar ciuitate, atque ab hoc prouocer populo, Numquid ipse qui sapientissimus, ac iustissimus sum, super his visitationem instituere, inquirere, rationémque exigere non debeo? Æquum certè est, vt primò mendacem, rebellemque populum in animo mea cruciem visitatione, vlturus postmodùm de illo & ea quam meretur vindicta. Vlciscar, vlciscar de hac gente Gentilibus peiori, & animi indignatione commotus vlciscar.*

c Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmodi nõ vlciscetur anima mea?

Vers. 9. EXPOSITIO LITERÆ. B

3 NVMQVID *super his non visitabo*, &c. Cõfirmat quæ mox dixerat, *Ecce ego conflabo*, &c. *Et quid aliud faciam à facie filiæ populi mei?* Ideo hæc dicit, ait Hugo, vt ostendat, eos se iustè punire, meritis eorum exigentibus, & notatur magnitudo scelerum ipsorum, quæ requirunt exquisitionem, ac studium tormentorum. Quæ hic dicenda essent vide supra in Expositione nostra Capitis quinti vers. pariter nono, vbi hæc ipsa habetur sententia. Illud vnum hic nota in confirmationem eius quod dicebamus explicantes præcedentem vers. 8. in vno linguæ dolosæ vitio reliqua vniuersa Iudæorum scelera ibi à Domino significata, ob idipsum quippe cùm dicere nunc debuisset, *Numquid super hoc*, dicit potiùs in plurali. *Numquid super his non visitabo*, &c. C

Vers. 8.] Sagitta vulnerans, &c.

Vers. 9.] Numquid super his, &c. D

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Detractorum lingua quàm aptè dicta sagitta vulnerans.*

CONGRVIT hæc sentẽtia linguæ in primis detractorum quæ per antonomasiam sagitta vulnerans dici debet: cùm vel vno detractionis verbo & eum vulneret cui detrahit, & semet conficiat detrahentem, & præsentibus pariter vulnus infligat, qui aures detractioni porrigunt. Bene sagitta, cui alas aptatas nouimus, vt ad vulnerandos etiam absentes volet. E *Omnis qui detrahit*, ait Bernardus serm. 24. in Cant. *primùm quidem se ipsum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis apud quos detrahit? ferit ergo charitatem in omnibus qui se audiunt, lingua maledica, & quantùm in se est, necat funditùs, & extinguit: Non solùm autem, sed & in absentibus vniuersis, ad quos volans verbum forte per eos qui præsentes sunt, peruenire contigerit. Vides quàm facilè, & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiæ huius inficere possit.* Bene F quoque sagittæ vulnerantis nomen istiusmodi inditum est linguæ, quia inter vniuersa instrumenta bellica nullum est quod insanabiliori percutiat ictu, cùm illius ita fabrefactum sit ferrum, vt è vulnere extrahi nequeat quin nouũ efficiatur vulnus per dilatationem eius quod per illam inflictum fuerat. Sic quippe & detrahentis linguæ vulnus maximè est insanabile: Enimuerò cùm vel à detrahente, vel ab alio quopiam cura adhibetur, vt quæ iam per detractionem inflicta est, tollatur infamia, vt plurimũ & ea ampliatur magis,

Detractoris lingua vulnus ferè insanabile.

magis, & noua insuper causatur. Quòd si hostiũ quorundam ita vulnerantes aliquando sunt sagittæ, vt vulnere ipso suo certam inferant mortem, quia veneno infectæ. Haud dubium quin & detrahentium lingua, quos hostium omnium censere debemus pessimos, & infensissimos, sagitta vulnerans dici debeat, & veneno infecta, adeóque & certam vulnere suo moralem inferẽs mortem, iuxta illud Psalmi. [a] *Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolosè agebant, venenum Aspidum sub labiis eorum.*

Detractoris lingua instar sagittæ venenatæ, adeóq; & lethale vulnus, & mortem infligentis.

a Psal. 13. 4.

VVLGATÆ.

Vers. 8.] Sagitta vulnerans linguá eorũ, &c.

Vers. 9.] Numquid super his non visitabo? &c.

SEPTVAGINTA.

8. Βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν, δόλια τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτῶν. τῷ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικὰ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν.

9. Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, λέγει κύριος, ἢ ἐν λαῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου;

Vers. 8.] Sagitta vulnerans lingua eorum: dolosa verba oris eorum: proximo suo loquitur pacifica, & in se ipso habet inimicitiam.

Vers. 9.] Numquid super his non visitabo dicit Dominus? aut in populo huiuscemodi non vlciscetur anima mea?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Sicut sagitta acuta lingua eorum dolos agitat: in ore suo pacem vnusquisque loquitur cum proximo suo, & in visceribus suis ponit insidias suas.*

Vers. 9. *Numquid propter hæc non visitabo, vt adducam super eos mala: dicit Dominus? aut de populo cuius opera talia sunt, non sumam vindictam iuxta voluntatem meam?*

Vers. 8. (*Sagitta vulnerans*, &c.) Hieronymus. *Omnis hæreticus, qui corda vulnerat audien-*

1 Hieron.

A *tium & nescientium scriptum,* [a] *omni custodia serua cor tuum; sagittam possidet vulnerantem, & in dolo loquitur. Cumque ore suo pacem proximo repromittat, occultè tendit insidias.*

a Prou. 4. 23.

Hæretici lingua sagitta vulnerans.

In eumdem sensum & Epiphanius hæresi 73. *Hæreticorum*, inquit, *malignitatem redarguens Propheta dicit*, (*Cum proximo suo loquitur pacifica, in corde verò suo habet inimicitiam, siue malitiam.*)

Epiphanius.

Hæreticorum loquendi, & agendi ratio fraudolenta.

Et Cyrillus item Alexandrinus lib. 2. Dialogorum cum Hermia, in principio, *Hæretici*, inquit, *inæqualem & non cohærentem animum habent,* B *& sermonem quem in cordibus tenent, sursum mittunt.* (*Sagitta enim vulnerans lingua eius est, vt Scriptura dicit, dolosa verba oris eorum proximo suo loquitur pacifica, & intra se gerit inimicitias.*) *Simulãt enim quasi nullo modo gloriæ Christi obluctentur; vulnerant autem sicut iaculum acutum, verba molesta, & blasphemiæ linguæ illorum verba.*

Cyril. Alex.

Eodem sensu hæc sententia aptatur hæreticis ab Episcopo *Deus dedit*, in Concilio Lateranensi 1. Consultat. tertia.

Theodoritus. *Decursus etiam improbitatis generibus linguam confert cum plumbo, plenosque dolo dicit esse sermones.* (*Loquuntur enim*, inquit, *pacifica, sed dolosa cogitant.*) C

Theodorit.

Beda lib. 1. in cap. 16. Iob Quod dicitur, (*Sagitta vulnerans lingua eorum*,) intelligit de Iudæis Christum passionis tempore blasphemis linguis suis sagittantibus, cùm dicerent, [b] *Reus est mortis:* [c] *Crucifige, crucifige eum*, & similia.

Beda.

Passionis Christi tempore Iudæorũ lingua sagitta vulnerãs.

D. Thomas. *Proponit culpam.* (*Sagitta*) *quæ à longe percutit, & vsque ad intima penetrat.* Prou. 26. [d] *Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis.*

D. Thom.

b Mat 26. 6.

c Luc. 23. 21.

d Prou. 26. 22.

Vers. 9. (*Numquid super his non visitabo*, &c.)

2

D Lucifer Calaritanus loco supra citato ita hæc refert. (*Numquid in his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente tali non vindicabit anima mea?*)

Lucifer Calaritanus.

Hieronymus. *Crebrò in hoc Propheta abutitur, vt cùm singula malorum operum enumerarit, inferat se iustè facere quod facit.*

Hieronym.

Theodoritus. (*Numquid*; &c.) *Absurdum siquidem esset, talem iudicem inultam relinquere tantam nequitiam. Visitationem porrò vocauit vltionem. Istud autem,* (*Anima mea*) *posuit humano more: cùm numen diuinum non constet anima & corpore, sed simplex sit, incompositum, & informe. Loquitur itaque pro nostra audiendi facultate.*

Theodorit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΒΟΛΙΣ τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς δύναται γλῶσσα τρῶσαι ποτέ; βέλους παντὸς χαλεπώτερον τιτρώσκει ἡ γλῶσσα. οὐ σώματι δίδωσι πληγὴν, ἀλλ᾽ αὐτῆς καθικνεῖται τῆς ψυχῆς.

[Δόλια τὰ ῥήματα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο πάντες ἐγκαλοῦσι, τὸν δόλον, τὴν ὑπόκρισιν. [τῷ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικὰ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν.]

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ.] ἐὰν γάρ τι εἰς τὸν πλησίον ἀγαθὸν ἐργασώμεθα διὰ τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης ἀκουόμεθα παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων ἐμοὶ ἐποιήσατε. οὕτω δὲ

καὶ

E Vers. 8. SAGITTA *vulnerans lingua eorum*, &c.)

Chrysostomi.] *Quomodo vnquam poterit lingua vulnerare? Sagittâ omni asperiùs vulnerat lingua, non corpori plagam infligit, sed ad ipsam penetrat animam.*

Chrysost.

Lingua vulnerat peius quàm omnis sagitta vulnerat.

(*Dolosa verba eorum.*)

Chrysostomi.] *Hoc omnes conqueruntur, dolum, simulationem.* (*Proximo suo loquitur pacifica: & in se ipso habet inimicitiam.*)

Chrysost.

S. Gregorij Thaumaturgi.] *Si quid enim in proximum charitate non fictâ cõtulerimus, audiemus à Seruatore,* [a] *Quidquid fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis, eadẽ ratione*

Gregorius Thaumaturgus.

Simulatio quàm ingens sit malum.

a Matth. 25. 40.

& si

καὶ εἴ τι φαῦλον διὰ τῆς ἀπατηλῆς καὶ μιαρᾶς A ὑποκρίσεως, ἢ καὶ διὰ ὁποιασοῦν ἑτέρας ἁμαρτίας εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐνδειξώμεθα ὁμοίως ἁμαρτάνομεν εἰς τὸν θεόν. δεινὸν οὖν ἡ ὑπόκρισις, ἀδελφοί, καὶ πολέμιον, καὶ κεκρυμμένος ἐν τῇ καρδίᾳ δόλος εἰς ἀπάτην τῶν ἁπλῶς φερομένων, τοῖς ἀγάπην κεκτημένοις, ἄλλα μὲν ἐκ στόματος λαλοῦσα, ἄλλα δὲ ἐν στέρνοις φέρουσα, δελεάζει.

Θεοδωρήτου.] ἔξωθεν γὰρ ὄντες δῆθεν χρηστοὶ ἔσωθεν ἦσαν λύκοι ἅρπαγες, κατὰ τὸ, ἡπαλιώθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες, καὶ τὸ ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. B

[Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψωμαι;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] κατ' ἐρώτησιν προάγει τὸν λόγον, μονονουχὶ δικαστὰς καθιζῶν αὐτοὺς τῶν γεγονότων. ταῦτα περιιδεῖν φησι δίκαιον; τοῖς οὕτως φανεροῖς πράγμασι δεῖ μὴ ἀμύνασθαι; καὶ τίς ἂν εἴποι τοῦτο;

& ſi quid mali, fucatâ, fraudolentáque ſimulatione: vel quocumque alio peccato, fratri intulerimus, ſimiliter in Deum delinquemus. Graue igitur eſt ſimulatio, fratres, & hoſtile; abſconditúſque in corde dolus ad decipiendos ſimpliciter res ſuas agentes charitatem habentibus ore alia proferens, alia pectore recondens fallit.

Theodoriti.] *Cùm exteriùs probi in ſpecie eſſent, interius erant lupi rapaces, dicitur enim,*[a] *Molliti ſunt ſermones ipſorum ſupra oleum, ipſique ſunt iacula, & illud,* [b] *Interimes omnes loquentes mendacium.*

Theodoret. *Simulationis vitium deſcriptum.* a Pſa. 54. 22. b Pſal. 5. 7.

Verſ. 9. (*Nûquid ſuper his non viſitabo?* &c.)

Chryſoſtomi.] *Interrogando ſermonem profert, tantum non iudices eos rerum geſtarum conſtituens, hæc non animaduertere ait æquum? his rebus ita patentibus non erit animaduertendum? & quis hoc diceret?*

Chryſoſt. *Iudiciũ Dei quàm iuſtũ.*

Verſ. 10.] Super montes aſſumam fletum, ac lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctum: quoniam incenſa ſunt, eò C quòd non ſit vir pertranſiens, & non audierunt vocem poſſidentis: à volucre cæli vſque ad pecora transmigrauerunt, & receſſerunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIOLIS LITERÆ.

Vlciſcetur [a] *certè in gente huiuſcemodi anima mea, ait Dominus, At vltio ipſa, & me, ſi doloris particeps eſſe poſſem, non minus quam illos angeret; Adeò quippe erga eum affectus ſum popu-* D *lum, vt inſtar boni patris filium caſtigantis, cumque filio ipſo lachrymas fundentis, ſuppliciis eum conterens, quaſi fletuum, & lugubrium lamentationum me illi & ſocium exhibiturus ſim, & præceptorem. Aſſumere enim, & in altum tollere illos faciens fletum, aſſumam quodammodo & ipſe, eleuabo mox & gemitus, & lamenta ſuper omnem eorum ſus deque euerſam amœnitatem, tam quæ in delicioſiſſimis vndequaque Iudeæ ſpectatur montibus, quàm quæ ſpecioſis mirum in modum oculos oblectat in planis Ieroſolymitani, & Iudaici agri pratis, pecorumque paſcuis, nec non & omnibus, quæ in illis conſpiciuntur Villis, foraneiſ-* E *que habitationibus & paſtorum, & animalium. Lugebo & ſuper eorumdem agrorũ ſemitas, tum quia agris ipſis deuaſtatis non erit amplius in illis intueri, longiſſimas pecudum ſeries, armentorumque greges: tum quia nec apparebit in eis ea hominum frequentia, quæ eſſe in eis conſueuit, iter habentium in Ieruſalem ad ſolemnitates eius.*[b] *Siquidem talis tantaque facienda eſt deuaſtatio & in montibus, & in planis, vt vniuerſa in eis igne abſumpta videantur. Quin & tanta in iiſdem futura eſt deſolatio, vt nec quiſquam reliquus futurus ſit vir, qui per ea tranſeat, vel vt ipſa excolat, vel vt pecudum in illis paſcat armen-* F *ta.*[c] *Nec ſi contigerit forſan, vt per ea tranſeant aliqui, cuiuſpiam audient vocem vel paſtoris locupletis ex magna pecudum poſſeſſione; vel paſcentis pecudis, cuius apud Iudæos maxima eſſe ſolet ſubſtantia.*[d] *Deficientibus namque hominibus qui terram colant, & pecora paſcant, deficient & pecora non habentia qui ipſa deducat, & cæli pariter volucres, enatas non reperientes quibus ſe nutriant ſegetes.*

a Super montes aſſumam fletum, ac lamentum, & ſuper ſpecioſa, (ſeu ſuper habitationes, aut ſuper ſemitas) deſerti planctum.

b Quoniã incenſa ſunt, eò quòd non ſit vir pertranſiens.

c Et non audierunt vocẽ poſſidẽtis (ſeu pecoris, aut ſubſtantia.)

d A volucre cæli vſque ad pecora tranſmigrauerunt (ſeu vagati ſunt) & receſſerunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

SVPER *montes aſſumam fletum*, &c.) Cum & in præcedenti verſ. & in ſubſequenti pariter Deus apertè loquatur, haud ambigo, & ea quæ hîc habentur eidem tribuenda, vt vna continuata ſit illius oratio vſque ad verſ. 12. Et quidem cùm mox dixiſſet, fieri non poſſe, vt tanta quæ admittebantur ſcelera, non viſitaret & non puniret, vt in Iudaico populo diuina non vlciſceretur iuſtitia, admodum conſequenter vltionis ipſius ſuæ modò idem calamitoſiſsimos exponit effectus. Et quia eius vltio iſtiuſmodi nequaquam ex odio, quin potiùs ex paterno in eumdem populum affectu prouentura erat, peregregio & affectuoſo tropo rem totam iſtam enarrat, dicens, (*Super montes aſſumam fletum*, &c.) Quod ad prædicta explicanda multò eſt efficacius, quàm quod iuxta verſionem Sept. legitur. (*Super montes aſſumite fletum*, &c.) quo ſenſu exponunt aliqui & quod in Vulgata, atque in Hebraico textu dicitur, Vt tantumdem ſit, Aſſumam fletum, ac aſſumere faciam ipſos ſcilicet Iudæos, vel etiam quotquot tam horrenda viſuri, aut audituri ſunt, fletum, vt verba tranſitiuè hic ſumantur. Cum tamen aptiùs intranſitiuè eadem accipienda videantur, vt per ea paternus Dei innoteſcat affectus, quo in ipſis Iudæorum ſuppliciis ea is intrinſecus erga illum afficiebatur compaſsione, eoque cruciabatur dolore, vt & fletibus, & eiulatibus, & lamentationibus extrinſecus pariter manifeſtare ea coactus ſit. More humano hæc loquens, prout aliàs ſæpiſsimè per Antropopathôs. (*Aſſumam*) autem inquit (*fletum*, &c.) quaſi præcentor vnâ cum ipſo populo: iureque præcentorem in tali ſe exhibiturum aſſerit fletu, cum præ iiſdẽ Iudæis ob futuras angendus ſit calamitates. Quod præcentoris in funebri carmine munus hoc loco deſignatum, meliùs expreſsit Verſio Vatabli ex Hebræo, (*Propter montes fletum ordiar, & eiulatum.*) Quamquam ex vi ipſius Hebraici verbi אשא *eſſa* propriùs verterint alij, (*Super mõtes tollam, & eleuabo fletũ, atque lamentũ,*) vt magnitudo exprimatur fletus, in quo eiulatuũ, & querelarum voces in altũ tollantur.

1 *Paternus Dei erga nos affectus talis, vt noſtrorũ ſuppliciorũ participem ſe eſſe ſignificet, adeoque & nobiſcum in iis deflere, humano more loquens.*

Deus quodãmodo præcentorem ſe nobis exhibet fletuũ in noſtris calamitatibus.

Non tamen propterea id probo, vt propter hãc ipſam fletus deſignandam magnitudinẽ dictum ſit,

sit, (*super montes tollam fletum*) tam videlicet magnum qui vel in celsissimis audiatur montibus, prout censuère nonnulli. Nam re vera propositio (*super*) causam hîc indicat motiuam, idémque significat, ac si diceretur (*ob, seu montes assumam fletum*) & benè adiectum est, (*& lamentum*) vt ipsa exprimatur luctus vehementia, vtpote in quo ad lachrymarum copiam, & quæruli accesserint eiulatus, ac lamentationum clamores. Porrò cum Iudææ regionis, ciuitatisque Ierusalem amœnitas & in amœnissimis eius spectaretur montibus, & in vberrimis vallium pratis, vt totius terræ eius deflendam significaret deuastationem cùm dixisset (*Super montes assumam fletum ac lamentum,*) Iudeæ enim, & Ierosolymitana potissimùm regio montana est, adiecit (*Et super speciosa deserti planctum,*) Recole quod aliàs obseruauimus deserti appellatione Hebraica phrasi foraneum omnem designari agrum. Mos verò est Scripturarum, vt speciosa deserti incultos appellent campos, & prata pascuis inseruientia pecorum, ob herbarum diuersitatem, florumque varietatem speciosa.

Deserti nomine Hebraicâ linguâ appellatus omnis ager foraneus.

3 Pro hac voce *speciosa* in textu Hebraico est נאות *neoth*, quod nomen deducunt aliqui à verbo נאה *naah*, seu אוה *auah*, pulchrum esse, quo sensu & id nostrum interpretem, & Sept. desumpsisse reperiuntur sæpissimè. Communiori tamen Hebræorum consensu ab alio id deducitur verbo נוה *nauah*, Habitare, adeóque pro habitaculo, & habitatione sumitur. Sic Sanctes-Pagninus hîc vertit, (*Et super habitacula deserti planctum,*) Vatablus (*& super casas pastoritias*) Idemque aliter (*Et propter amœna loca deserti*) vtramque deriuationem complectens, quomodo & Regiæ interpres, (*Et super amœna pascua deserti*) In idem tamen hæc omnia recidunt. Diuersum quid versio potiùs continet: Sept. (*Et super semitas deserti lamentum*) s. assumite. Quod ita explicat Maldonatus, quia desertum adeo vastatum est, vt nec homo, nec bestia per eius semitas transeat: quo sensu & Hebraicam pariter explicauit lectionem (*Et propter habitationes deserti*) i. propter bestiarum latibula, quæ fugatis bestiis vacua sunt. Meliùs per deserti semitas foraneas intelliges itinerantium vias, quibus magnâ hominum frequentiâ in ciuitatē veniebatur Ierusalē ad eius solemnitates, iuxta illud Threnorum, [a] *Via Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem.* Vel vt id ipsum significetur quod & in Vulgata, lugendum super agrorum semitas, quia agris ipsis, amœnisque pratis deuastatis, non sit ampliùs in illis intueri longissimas pecudum series, gregésque armētorum, vt mox explicatur apertè.

a Thren. 1. 4.

4 (*Quoniam incensa sunt, eò quòd non sit vir pertransiens.*) Explicat in his præexpositi fletus rationem, quia nimirum ita quidquid vel in montibus, vel in campis esset amœni propediem deuastandum erat, vt vniuersa in eis igne absumpta videantur; Quin & tanta in iisdem futura fuerat desolatio, vt nec quisquam reliquus futurus sit vir, qui per ea transeat, vel vt illa colat, vel vt pecudum in illis pascat armenta. Quod & per Nabuchodonosor factum legimus, quando succensâ Ierusalem, omnique deuastatâ regione, de pauperibus quidem terræ reliquit vinitores & agricolas, sed qui nec ibi perstiterint, sed in Aegyptum confugerint, vt videre est in vltimo cap. lib. 4. Regum. In textu Hebraico, pro (*incensa sunt*) est verbum נצתו *nitzethu* à

A יצת *iatzath*, succendere & desolare. Vnde plerique Hebræorum id interpretantur (*Desolata sunt*) Sic & Vatablus ita hæc reddit, (*Quoniam exusta sunt, seu desolata sunt, vt nemo pertranseat.* Pagninus tamē ac Regia iuxta Vulgatæ sensum, (*Quoniam incensa sunt, vt non sit quisquam qui transeat*) seu ad verbum, vt Regia, (*à non viro transeunte.*) Sept. referentes hæc ad semitas, de quibus mox dictum fuerat, (*Et super semitas deserti lamentum,*) ita ea reddunt, (*Quoniam defecerunt, eò quòd non sint homines;*) sat quippe constat, deficientibus hominibus qui semitas calcent, & ipsas pariter semitas præsertim agrorum necessariò deficere vepribus & dumetis opertas.

B

5 (*Et non audierunt vocem possidentis*) Nicolaus de Lyra de Dei voce non audita hæc intelligēs, (*possidentis*) inquit, s. Dei, qui est Dominus totius terræ, & præcipuè terræ promissionis. At & hæc sunt eiusdem quod mox dictum fuerat maior explicatio, & (*possidentis*) vocabulo opulentus significatur agricola, qui pecorum præsertim copiâ sit locuples, cùm veteres suas in eo potissimùm collocatas rectè censerēt opes, si pecoris multùm possiderent, vnde & apud Latinos peculium, & pecuniæ nomen deriuatum est, vt tantundem sit, (*Et non audierunt vocem possidentis:*) Ac si dicatur, ita deuastauerunt vndequaque vniuersa, vt nec cuiuspiam ampliùs audituri sint vocē pastoris ex iis qui locupletes magnâ ibi pascunt armentorum possessione. Quem sensum optimum esse patet ex originalibus, nam cùm in Hebræo pro (*possidentis*) sit vox מקנה *mikneh*, quæ & pecus significat, & possessionem in pecoribus (vt dictum est) præcipuè sitam. Rectè à Pagnino ita hæc vertuntur, (*Et non audierunt vocem pecudum.*) A Regia, (*Et non audierunt vocem pecoris:*) quomodo & à Vatablo, (*Nec vox pecoris audiatur*) vt per solitudinem, & desolationem montium, & pascuorum intelligatur fore, vt cum hominibus pecora omnia abducantur in Chaldæam.

Lyra.

Possidētis vocabulo designatus locuples pecorum possessione.

C

Peculiū vnde dictum.

D

Quin & versio quoque Sept. eodem spectat legens quippe, (*Et non audierunt vocem ὑπάρξεως substantiæ*) vocem intelligit pecudum, in quibus antiquitùs (vt dictum est) opes reputabantur, quas substantiæ designant nomine, sicut & apud nostrum pariter interpretem idem vsurpatum videre est in principio capitis 32. lib. Num. vbi legimus, [b] *Filij autem Ruben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia.*

Substantiæ nomine significata opes ex pecoribus.

E

b Num. 32. 1.

6 (*A volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerūt, & recesserunt,*) Simile quid & supra in cap. 4. [c] *Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile recessit.* Deficientibus enim hominibus, qui terram colant, & pecora pascant, deficiant operæprecium est & aues, quæ nec enatas quibus sese nutriant, reperiunt segetes; nec arbores in quibus nidificent; & pecora, non habentia qui ibi ipsa deducat ad pascua. Quod meliùs in textu Hebraico exprimitur, in quo ipsa animalium absque pastore designatur deuagatio, præsertim iuxta versionem, Regiæ, (*A volatili cæli vsque ad iumentum sunt vagati, abierunt.*) Quamquam & per hyperbolem rectè hæc dicta sumemus, prout sensisse videntur Sept. vertentes. (*A volucribus cæli vsque ad pecora obstupuerunt, recesserunt.*) Quibus consona est, & versio Vatabli, (*Tam volucres cæli, quàm iumenta emigrarunt, abierunt.*)

c Iere. 4. 25.

F

Vers. 10.

Verſ. 10.] Super montes aſſumam fletum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Prælatorum & Religioſorum bonorum vita maxima vtilitatis, & lætitiæ eſt Eccleſiæ, & è contra ſi praui ſint, maximi damni, ac mæroris.*

a Pſa.64.14.

SICVT nihil eſt quod in Eccleſia maioris ſit & vtilitatis, & gaudij, quàm recta viuendi ratio Prælatorum, & Religioſorum, quando & de his id verificatur Pſalmi,[a] *Pingueſcent ſpecioſa deſerti*: Ita nihil pariter eſt quod eidem Eccleſiæ maius inferat damnum, B maioremque gemitus præbeat materiam, quàm praua eorumdem vitæ inſtitutio. Montes eſſe Eccleſiæ Prælatos celſitudo teſtatur, quâ gradus aliis eminent dignitate; exultatione autem accincti, & ob diuinæ gratiæ radios, quibus præ cæteris illuſtrari par eſt, & ob multiplicium ſpiritualium germinum virtutûque copiam, quibus exhilarari, & paſci vnuſquiſque poteſt ſubditorum, exultationem è ſe & in alios diffundunt. Quid verò ſpectari in tota poteſt Eccleſia ſpecioſius, quàm in Religionum deſerto pinguedinem intueri in aquarum ſapientiæ fontibus, in planorum, humiliumque vbertate, atque in florum, virtutúmque inſigni varietate? Vtinam & temporibus hiſce noſtris ſanctus quiſque occaſionem non haberet & flendi, & lamentandi ſuper ſpiritales, & myſticos iſtos montes, nec non & ſuper ſpecioſa iſta deſerti. Deflente, lamentaque ſuper illis tollente & Deo, quem certum eſt omnis expertem eſſe paſſionis. (*Super montes,* inquit, *aſſumam fletum, & lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctum*) affertque ratione, (*Quoniam incenſa ſunt.*) Quoniam libidinis, & concupiſcentiæ igne omnis, quo priùs diuini oblectabantur oculi: conſumptus eſt decor eorum, factis nimirum iis,[b] *quaſi clibanus igne ſuccenſus*; vt per Prophetam alium dicitur. Non eſt autem abs re quòd non dicit, (*Super ſpecioſos deſerti,*) prout dicendum videbatur, cùm de Religioſis ſermo eſſet: (*Sed ſuper ſpecioſa deſerti.*) Vt exploratum nobis fieret, non duos, tres, aut aliquos tantùm prauos regulares tam magnum Deo excitare planctum; Sed ipſa Religioſorum Monaſteria, quorum pleraque omnis expertia regularis diſciplinæ reddita ſunt, concupiſcentiæ igne vniuerſa in illis conſumente quæ decora eſſent, & quæ proficua.[c] *Ad te Domine clamabo*, dicebat ſanctus ille, *quia ignis comedit ſpecioſa deſerti*. Idque confirmat Hebraica vox, quæ hoc loco & ſpecioſa ſignificat, & habitacula, vt explicatum eſt in Expoſitione literæ.

Super Prælatorum, & Religioſorũ vitã quàm deflendum noſtris temporibus, libidinis igne omnia in illis conſumente bonorum.

b Hoſe.7.7. *Super pleraque Religioſorum monaſteria integra deflendũ plerumque propter communem inobſeruantiam quæ in eis eſt.*

c Ioel. 1.19.

8 *Deflendum quàm maximè in Eccleſia quod vix reperiatur Prælatus aut religioſus qui nõ ſit defixus fæcibus mũdi huius.*

(*Eò quòd non ſit vir pertranſiens.*) Præter duo præexpoſita, tria inſuper adiiciuntur fletus argumenta, quibus & ſibi pariter planctum commotum fateri non dedignatur Deus, (*eò quòd non ſit vir pertranſiens.*) En eorum vnum. Quòd vix quiſpiam reperitur, qui viri ob id mereatur nomen, quia cum[d] Chriſto pertranſeat benefaciendo; & ex hoc mundo tranſeat ad Patrem: peccato vniuerſis affixis, mundóque defixis, & mundi rebus; quos & propterea,[f] *defixos in fæcibus ſuis*, appellauit Sophonias; noſterque Propheta, cùm infra dicet,[g] *fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fæcibus.* A quibus fæcibus ſe erutum ſanctus ille gaudebat Vates, cùm diceret,[h] *Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.*

d Act.10.38.
e Ioan.13.1.
f Sophon.1.12.
g Ierem.48.11.
h Pſal.39.3.

9 (*Et non audierunt vocem poſſidentis*, ſeu, *vocem* A *ſubſtantiæ*) vt legunt Sept. En aliud, quod planctum Deo commouet. Per poſſidentis vocem Hugo Cardinalis moraliter vocẽ intelligit Dei, *Admonitionem*, inquit, *Dei contempſerunt, reuocantis eos, & poſt tergum monentis.* Magis literæ, quæ baſis eſt moralitatis, id conſonum erit, ſi dixerimus, per hæc ſignificari mœrorem, quem quãtùm ex parte ſua eſt, diuites huius mundi eidem ingerunt Deo: vel quia non auditur à quoquam vox eorum, quâ pro opibus quas poſſident, earum gratias agant largitori. Sicut enim iucũdiſſimum, humano more loquendo, id Deo eſt, cùm ab eo qui multa poſſidet grates ſibi inferri percipit, iuxta illud Eccleſiaſt.[i] *Et Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam*: Ita è veſtigio luctuoſum eidem, cùm non auditur vox poſſidentis. Præſertim ſi nec pauperes iſtiuſmodi poſſidentis & locupletis vocem audierint, eleemoſynarum largitione ipſorum mendicantium poſtulationibus reſpondentem, iuxta Sapientis illius conſilium.[k] *Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacifica in manſuetudine.* Quem ſenſum clariùs exprimit alia lectio, (*Et non audierunt vocem ſubſtantiæ*) per eleemoſynam ſcil. *elargitæ*: vocem C autem habere eleemoſynam, nemini dubium eſſe poteſt, ſi recolamus & in Actibus Apoſtolorum illam[l] ita cum oratione coniungi, vt quaſi vnum cùm ipſa ante Deum aſcendiſſe dicatur. Quod apertè in libro Eccl. confirmatur,[m] *Concludе eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.*

Hug. Card. *Ingratitudo diuitum luctum excitat Deo.*

i Eccl.3.34. *Diuites auari eleemoſynas non largientes luctũ Deo excitãt.*

k Eccl.4.8.

Eleemoſyna habet vocem ſuam.

l Act.10.4.

m Eccleſ.29.15.

10 *A volucre cæli vſque ad pecora tranſmigrauerunt, & receſſerunt.*) Hoc eſt, quod vltimo loco ſibi deflendum Deus commemorat. Receſsio Chriſtianorum ab ipſo. Duo in Eccleſia perſonarum D ſunt genera, alterum idiotarum, atque ſimplicium, qui inſtar pecorum ibi paſtum deſumunt, vbi à ſuo deducti fuerint paſtore, de quibus in Euangelio Ieſus,[n] *Oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.*[o] *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ*: Alterum eorum qui intellectu perſpicaciores, inſtar volucrum mente ad altiſsima quæque volare contendunt. Pro vtroque iſtarum perſonarum genere planctum ſe aſſumpturum ait Dominus, quia tranſmigrauerunt, vagando videlicet circa peſsima mundi huius paſcua, & receſſerunt ab amœniſsimis & vberrimis legis ſuæ pratis. Et bene primò inquit, E (*A volucribus cæli*) tum ſubdit, (*vſque ad pecora*;) quia è prauo eorum qui ſapientiores videntur, exemplo fit vt plurimùm, vt & qui ſimpliciores exiſtunt vagationi ſe dedant, & à Chriſto ſuo bono recedant paſtore.

Chriſtianorũ receſſio ab ipſo luctũ Deo excitat.

n Ioan.10.4.
o Ioa.10.14. *Idiotæ ſunt velut oues Chriſti.*

Chriſtiani Sapientiores appellati volucres cæli.

Idiotæ ſequũtur exempla Sapientiorũ.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem 2. Verſ. 11.

Verſ. 11.] Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia Draconum: & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eò F quòd non ſit habitator.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NON[a] parcam nobiliſſimis, vel etiam minutiſſimis eiuſdem regionis vrbibus. Sed & Ieruſalem totius Regni Metropolim ita deſtruendam curabo, vt ex reliquis eius ruderibus aceruі duntaxat

a Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum.

taxat videndi sint draconum, serpentiumque latibula. Et [a] *cæteras ciuitates Iuda in id ex demolitione deducam desolationis, vt non sint qui illas habitent, nec ad hominum habitationem ipsæ sint amplius aptæ.*

a Et Ciuitates Iuda dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET dabo Ierusalem in aceruos arenæ, &c. Expositâ deuastatione amœnissimorum locorum quæ vel in montibus, vel in planis Iudææ essent extra ciuitates, deuenit modò Dominus ad deuastationem & vrbium; ac primum de Metropoli Ierusalem, ait, illam solo æquandam, & ex illius ruinis rudera duntaxat quædam remansura, quæ in aceruos elata serpentibus commoda in foraminibus præbeant latibula. Tum & de reliquis subdens addit, *(Et ciuitates Iuda dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator.)* Ita nimirum iis demolitis, vt non sint ampliùs ad hominum habitationem aptæ. Hebræa ita hanc totam habent sententiam, *(Et dabo Ierusalem in aceruos, habitaculum draconum)* seu, vt legit Pagninus, *(draconis, & ciuitates Iuda dabo in desolationem absque habitatore,)* Vatablus, *(Quin & ipsam Ierusalem in aceruos redigam,* (scil. lapidum) *& lustra draconum: sed & ciuitates Iuda desertas reddam vt sint sine habitatore)* Sept. *(Et dabo Ierusalem in transmigrationem,* (seu *in transgressionem* (vt est in Codicibus Complutensi, & Regio) *& in habitaculum draconum, & ciuitates Iuda in desolationem ponam, eò quòd,* seu, *vt non habitentur.)*

Vers. 11.] Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 INTERPRETATVR ista moraliter Hugo Cardinalis, de Ecclesia, quæ data dicatur in aceruos arenæ, id est, in multiplicationem temporalium, & redditυum, quæ qui multiplicat, arenam sibi coaceruat. *Temporalia enim*, inquit, *sunt quasi arena, quia sunt labilia, & ad casum impellentia, & sterilia, id est, sterilem facientia, & incompactum. (Et cubilia draconum,) id est spirituum malignorum, qui hodie quiescunt in Ecclesia propter temporalium abundantiam. (Et ciuitates Iuda,) id est, claustralium conuersationes, (In desolationem) scil. spiritualium. (Eo quòd non sit habitator) claustrorum. Licet enim in claustro sint corpore, non tamen mente. Vel habitator Deus, scil. qui Leuit.* [b] *26. Inhabitabo ait, & ambulabo in eis, & ero illorum Deus.* Hæc Hugo. Animæ potiùs fideli ipse totam hanc aptarim sententiam, cùm fidelibus ab Apostolo dictum recolam, [c] *Dei ædificatio estis*; & de vnaquaque pia anima ab increata dictum sit sapientia, [d] *Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.* Et de pacifica item anima legimus in Psalmo, [e] *Et factus est in pace*, siue iuxta Hebraicam vocem *in Salem*; quæ ipsa est Ierusalem, *locus eius*; sicut & de eadem vt speculatiua est, ibidem subiectum videmus, *Et habitatio eius in Sion.*

Hugo Card. *Bonorũ temporaliũ abundantia quantum damni inferat Ecclesiæ, & præcipuè Religiosis.*

a Leuit. 26. 12.

Anima fidelis appellata ciuitas Ierusalem.

c 1. Cor. 3. 9.

d Eccles. 24. 15.

e Psal. 75. 3.

3 Ciuitas, si nominis spectemus etymologiam, à ciuium dicta est vnione. Et certè in pia quaque anima tanta est ciuium vnio, quantam nec mens concipere potest humana; Est siquidem illa, quâ nulla est maior, vnio trium personarum diuinarum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quas non incongruè eiusdem animæ dicere est ciues quatenus eius sunt incolæ, [f] *Nescitis*, ait Paulus fidelibus Corinthiis, *quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis?* Et de Patre, ac Filio dicit in Euangelio Iesus, [g] *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et vt noueris istorum diuinorum ciuiũ vnionem in ipsa animæ inhabitatione, audi dilectum Christi discipulum Ioannem explicantem, quomodo Pater, & filius vniti habitant, & manent, & vniti in Spiritu sancto; sic enim in sua ait episto, [h] *In hoc scimus quoniam manet in nobis.* Deus scil. Pater, & Filius, *de Spiritu quem dedit nobis*, ex eo nimirum quòd coniicimus, & intelligimus, Spiritum sanctum in nobis manere, iuxta doctrinam Apostoli hoc ipsum in epistola ad Romanos ita declarantis, [i] *Vos in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quòd si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.* Quibus in verbis nota, eumdem Spiritum in pia anima manentem dici & Dei Patris, & Christi pariter Dei filij.

Ciuitas est ciuium vnio, & quomodo id competat piæ animæ.

In pia anima habitat tota Trinitas, tres personæ, vt Ciuitatis ciues in summa vnione.

f 1. Cor. 3. 16.

g Ioa. 14. 23.

h Ioan 3. 24.

i Rom. 8. 9.

4 Ciuitatis cuiusque ædificium ex multis certè est lapidibus, quorum tamen nulla consurgeret, staretque ædificatio, nisi aptati ij simul connecterentur, nisi & connexi inuicem colligarentur, colligantur autem calce. Piæ animæ, vt vrbs Ierusalem est, & prædictorum incolarum ciuitas, ædificium ex multis est virtutibus, quas sub metaphora diuersorum lapidum preciosorum designauit idemmet qui talem ædificat ciuitatem Deus apud Isaiam, cùm diceret, [k] *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos: & fundabo te in Sapphiris: & ponam Iaspidem propugnacula tua & portas tuas lapides sculptos: & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Vt in hoc & ciuitati nouæ Ierusalem cælesti quodammodo sit similis, de cuius ædificio in sua Apocalypsi ait Ioannes. [l] *Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata; fundamentum primum Iaspis*, &c. circa quæ, multa profectò essent quæ dicerem, ni ad alia properarem, quæ magis ad rem de qua agimus, faciunt. In piæ animæ & spiritalis huius ciuitatis Ierusalem ædificio qui ædificati sunt virtutum lapides ita profectò aptati sunt, vt & simul connexi sint, prout & quę singularum virtutum sunt Domini præcepta, [m] *iustificata* apud Prophetam dicuntur *in semetipsis*: Sed vltra earum adaptationem ad inuicem, quâ prædicta fit ipsarum connexio, tenacissima insupèr simul colligatæ sunt charitatis calce, quam propterea Apostolus [n] *vinculum* appellat *perfectionis*: quia colligando ipsam perficit virtutum cæterarum connexionem. Sicut & ex iis colligere est Petri verbis. [o] *Vos autem curam omnem subinferentes*, adaptantes videlicet instar sculptorum, & fabricatorum lapides virtutum, *ministrate*, illas adaptatas ad inuicem, nempe *in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis*; & post quasi præexpositarum connexionem perficientem

Anima pia est ædificium ex multis virtutibus, tamquam lapidibus preciosis constructum.

k Isai. 54. 11.

l Apoc. 21. 18.

In pia animæ ædificio est virtutũ omniũ adaptatio ad inuicẽ, & colligatio earumdem per calcem charitatis.

m Psal. 18. 10.

n Coloss. 3. 14.

o 2. Pet. 1. 5.

tem vltimò nominat charitatem dicens, *in amore autem fraternitatis charitatem.*

5 *Anima ſceleſta, & obſtinata qualis ſit ædificij virtutum deſtructio.*

At ò miſeram eamdem animam, quando peccato ſit contaminata mortali, multoque infœliciorem, quando multis repleta ſit ſceleribus, in iiſdem per prauos habitus obſirmata, & per obſtinationem indurata! Aduersùs hanc quippe aſperrimam hanc Dominus pronunciat ſententiam. (*Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ.*) Lego aliàs eumdē Dominum ciuitatibus comminatū, eas redditurum in aceruum lapidum, prout apud Iſaiam [a] Damaſco, & Samariæ [b] apud Michæā, nec non & ipſi Ieruſalē apud eūdem [c] Michæam.

a Iſai. 17. 1. b Mich. 1. 6. c Mich. 3. 18.

B At quòd ciuitatē aliquā daturus is ſit in aceruos arenæ, nuſquam alibi legiſſe me recolo: niſi ad eumdem ſenſum interpretanda ea ſint Christi verba, quibus in Euangelio eidem Ieruſalē prædixit, [d] *Et ad terram proſternent te, & filios tuos, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.* Quando ſic aliqua deſtruitur ciuitas vt remaneat aceruus lapidum eius, & nil constructi eius ſuperſit ædificij: quia ablato calcis nexu, diſſoluti ab inuicem ſunt lapides, qui & propterea conciderūt vnus ſuper alium inutilem in aceruum: fieri nihilominus poteſt, euenitque id frequenter, vt calce iterum adhibitā ex lapidibus iiſdem ciuitatis facilè conſurgat ædificium; ſecus verò eſt, quando ædificij tanta facta ſit ruina, vt lapidum nil relictum ſit integrum, iis vſque ad arenam, & puluerem redactis.

d Luc. 19. 44.

C

Qualis ſit ruina ædificij animæ quam ſimplex peccatum mortale efficit.

Contingit ſane frequenter & ædificio ſpiritali animæ, vt per peccatum mortale vniuerſa virtutum, quibus illa, vt ciuitas ædificata erat, diſſoluatur ſtructura, deficiente, quæ per peccatum ipſum tollitur, calce item ſpiritali, & charitate perfectionis vinculo: remanent tamen vt plurimum in iſtiuſmodi ruina vel diſſolutæ ipſæ eius virtutes, virtutúmque præcedentes operationes, quaſi aceruus lapidum, mortificatæ quidē, emortuæ, & inutiles, quoadusque in peccati ſtatu anima ipſa perſeuerer, extra gratiam, & abſque charitate: at reconciliata illa Deo per pœnitentiam, & iuſtificata per gratiam, reuiuiſcantur per charitatem, per quam & inſtar viuorum lapidum inuicem iterum colligatę in priſtinū conſurgunt ædificium. Accedēte enim charitate fit illico ex iis ædificatio: quia, ait Paulus, [e] *Charitas eſt quæ ædificat.* Et Christus eodem Apoſtolo teſte, [f] *augmentum* Eccleſiaſtici *corporis*, & cuiuſcumque animæ ædificij, *facit in ædificationem ſui in charitate.*

D

e 1. Cor 8. 1. f Epheſ. 4. 16.

6 *Ruina ædificij ſpiritualis animæ quæ in contemptum malorum venerit, qualis ſit.*

Cæterùm quando infœlix anima eadem ita à charitate exciderit in multiplicia delapſa ſcelera, vt in profundum venerit malorum, & Deum, & Dei legem, & quæ iuxta Dei legem virtutum aliàs operata eſt contemnens: Tunc certè data, vt ait Apoſtolus, [g] à Deo ipſo in reprobum ſenſum, datur pariter ab eodem in aceruos arenæ, tametſi aliàs ciuitas ea extiterit Ieruſalem, & ciuitas ſancti: (*Et dabo*, inquit, *Ieruſalem in aceruos arenæ.*) Permittens, illam in talem omnis ſpiritualis ædificij ſui corruere ruinam, deſperatā plagā ipſius, vt nihil iam ſuperſtite ſit præcedētium virtutum lapidum, vtpote quos in puluerē, arenamque contriuerint, & earumdem contemptus, & qui de nouo in ea excreuère mali habitus virtutibus iis planè oppoſiti.

E

g Rom. 1. 28.

F

Explicata hæc iſta omnia peregregiè videre mihi videor ab eodem Domino apud Iſaiam. Vbi poſt ſceleſtiſſimam Iudaici populi vitæ inſtitutionem iis enarratam verbis. [h] *Populus ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus. Nolite videre; & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia: videte nobis errores. Auferte à me viam: declinate à me ſemitam*, id eſt, Ne viam legis Domini, & viuendi ſecundùm illam nobis ampliùs proponatis. *Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael*, cuius toties nobis ingeminatis nomen. Subditur, [i] *Propterea hæc dicit*, vel vobis eius nomen audire nolentibus, *Sanctus Iſrael. Pro eo quod reprobaſtis verbum hoc, & ſperaſtis in calumnia, & in tumultu, & innixi eſtis ſuper eo.* Seu magis ad verbum ex Hebræo, *Eò quod abhorruiſtis a verbo hoc*, id eſt, ab eo omni, quod mox veſtro reprobaſtis ore. *Et confidiſtis in fraude, & peruerſitate, & innixi eſtis ſuper eis*, iſta illis, & mihi tam indignè præferentes. Quid tum? [k] *Propterea erit vobis iniquitas hæc, ſicut interruptio cadens*, id eſt, caſum & ruinam minitans, *& requiſita*, id eſt, modica calcis illinitione extrinſecus reſarcita, quod & vulgo requirere, & requiri dicitur, *in muro excelſo, quoniam ſubitò, dum non ſperatur, veniet contritio eius.* Ac ſi dicatur, Propter hanc iniquitatem, & iniquiſſimam iſtam veſtram viuendi, & delinquendi rationem, Singulorum veſtrorum animæ ædificio id continget, quod muro excelſo ob eam quæ in illo eſt rupturam, ruinam minitanti habet euenire. Sicut enim illico is cadit, atque conteritur: Ita & id corruet, & conteretur, animā ipſā in profundum deueniente malorum contemptum eius omnis quod recti virtutiſque ſit. Et vt noſſemus iſtam eius ruinam futuram & deſperatam, adiectum eſt, [l] *Et comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ: & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.* q. d. Tam peruersè corruetis, talis tàntaque totius ædificij animæ veſtræ ruina erit, atque contritio, vt nihil eorum ex quibus conſtabat, reliquum futurum ſit ad boni quidpiam vtile. Quod efficaciùs hìc apud Ieremiam idem ſignificat Dominus, dicens, (*Et dabo Ieruſalem in aceruos*) non iam lapidum, vt ſupra explicatum eſt: nec terræ, è qua iacta ſaltem progerminare poſſent ſemina diuinorum verborum, priſtinas eiuſdem animæ in memoriam ei reuocantium virtutum operationes: nec pulueris ſimpliciter, quæ illico euaneſceret, adeóque ſi non quid vtile, certè nec quid cauſaret inutile: Sed *arenæ* aridæ quidem, & grauis in cuius aceruis latibula infernales habeant ſerpentes. Hocque illud eſt quo hiſce, (*Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ*) adiicitur.

h Iſai 30. 9.

i Iſai. 30. 12.

k Iſai 30. 13.

l Iſai. 30. 14.

7 *Anima per obſtinationē in peccatis, è ciuitate Ieruſalem, conuerſa eſt in Ciuitatē Babylon, & in Dæmonij habitationem.*

(*Et cubilia draconum.*) Enimuerò anima illa fidelis quæ Deum inhabitantem habebat, vt ſupra explicatum eſt, quando, virtutum ædificio in ea perſiſtente, ciuitas erat Ieruſalem, ſedes excelſi, & cubile ſuper quod requieſcebat Spiritus ſanctus: In id tandem propter ſua deuenit ſcelera, vt è ciuitate Ieruſalem in ciuitatem conuerſa ſit Babylon; à ſumma quam & intra ſe, & cum Deo, & cum proximo fruebatur pace, in extremam vndequaque deuoluta confuſionem: Dirutoque omni virtutum ſuarum ædificio, ex Dei habitaculo, diuinā ſic permittente iuſtitiā, in cubilia conuerſa eſt dæmonum multorum, iuxta illud Euangelij: [m] *Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Cui id non incongruè aptare licet, quod in libro Apocalypſis ab Angelo dictū legimus. [n] *Cecidit, cecidit Babylon magna.* Cecidit, quando in peccatum

m Luc. 11. 26.

Ruina animæ obſtinatæ in peccato quanta.

n Apoc. 18. 2.

peccatum corruens mortale, & ipsius pariter decidit bonarum operationum ædificium, data in aceruos lapidum, vt paulò ante explicaui: Sed multò deteriori eadem misera anima cecidit ruinâ, quando in profundum deuenit malorum, data in reprobum sensum, & in aceruos arenæ, vt pariter exposui: Adeòque sicut hîc dicitur, (*Et cubilia draconum.*) Ita ibi adiecit Angelus, *Et facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda.* Cui Angelico dicto simile quid multò ante prædictum sub eadem Babylonis allegoria legimus apud Isaiam ad vnguem totam

a Isai 13.19. hanc explicantem rem, de qua sermo hîc est,[a] *Et erit*, inquit, *Babylon illa gloriosa in regnis inclyta, superbia Chaldæorum*, id est, dæmonum: *sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham. Non habitabitur*, scil. à Spiritu sancto, *vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem in generationem.* Quia nimirum culpâ suâ in peccatis indurata persistet. *Nec ponet ibi tentatoria Arabs*, seu, *Mercator, nec pastores requiescent ibi.* Sanctis ab illa elongatis Angelis, qui administratorij spiritus sunt salutis nostræ, merces diuinorum nobis exhibentes, & ad salutaria nos deducentes. *Sed requiescent ibi*, veluti scil. in stratis cubilibus, *bestiæ: & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi*, &c. de quibus non est modò dicendum per singula: cùm variis nominibus, à diuersisque effectibus iidem nuncupentur dæmones, quos vnico vocabulo draconum expressos hîc videmus.

8 (*Et ciuitates Iuda dabo in desolationem,*) In vno

Fidelis quisque est Dei regnum. Regno non vna duntaxat est vrbs, sed plures certum est esse ciuitates, ex quibus gloria resultat eius, qui illis omnibus imperat Regis. Regnum Dei fidelem quemque esse nemini venire debet in dubium, cùm in Apocalypsi Ioannis

b Apoc.1.6. legamus, [b] *Et fecit nos*, scil. Christus princeps Regum terræ, *regnum, & sacerdotes Deo, & Patri suo, ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Quod & Paulus quoque significare forsitan voluit, cùm fidelibus Thessalonicensibus

c 1.Thess.2.12. diceret, [c] *Testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum, & gloriâ*, id est, qui vocatione suâ sanctâ quâ in numerum vos adscripsit fidelium, effecit, vt eius essetis & regnum, & gloria; regnum, in quo regiam exer-

d Rom.5.21 ceret potestatem, [d] *regnante in nobis gratiâ per iustitiam in vitam æternã per Iesum Christum Dominũ nostrum*: sicut antea regiã item potestatem exercuerat Diabolus, regnante in nobis peccato in mortem, vt idem ait Apostolus: gloriâ; vtpote in quorum singulis, vti in nobilissimo regno gloriaretur, prout ipsemet fatetur apud Isaiam

e Isai 49.3. dicens, [e] *Seruus meus es tu Israel, quia*, id est, certè in te gloriabor.

9 Istius regni Dei vrbs regia, totiusque regni

Potentiæ animæ sunt veluti ciuitates regni Dei, regnante Deo in pio homine, & in singulis eius potentiis. metropolis est fidelis, & iusti cuiusque anima, meritò in præcedentibus metropoli Iudaici regni ciuitati assimilata Ierusalem, eiusdem autem regni ciuitates rectè eiusdem fidelis animæ potentias dixeris, in quibus regnat Deus, cùm in ipsarum regnat metropoli. Quid est enim [f] *redigi intellectum in obsequium Christi*, quod inquit

f 2. Cor.10.5. Apostolus, nisi intellectiuam potentiã in Christo subiici, vt ipsam is regat super eam regnans?

g 2.Thess.1.11. Quid est, [g] *Orare Deum, vt dignetur aliquem vocatione suâ, & impleat omnem voluntatem bonitatis*, vt idem ait Apostolus, nisi Deum orare, vt illius animam ita sibi faciat regnum, vt & in potentia voluntatis eius regiam pariter exercens potestatem efficiat, vt omnis in illa, & per illam impleatur, perficiaturque bonitas? De potentia vitali, cuius sedes in corde est, quòd Dei regno iustus illam subiecerit, testis est Vates Regius; cùm propterea ipsum, cuius ea de re vehementissimum est desiderium, vt per Sapientem iis significatum est verbis, [h] *Fili præbe mihi cor tuum.* h Prou. 23.26.
Deum [i] *cordis sui* appellauit. Sicut & potentiam i Psa.72.26.
pariter motiuam eidem in regnum præstitisse significarat, cùm diceret, [k] *Vt iumentum factus* k Psalm.72.23.
sum apud te, & ego semper tecum, Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Ad quid tantam custodiam is suo adhibuit ori, qui dicebat, [l] *Dixi custodiam vias meas, vt non de-* l Psal.38.2.
linquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersùm me, Nisi vt potentiam suam locutiuam sub regno conseruaret Dei, cuius, vt in lib. Prouerb. dicitur, [m] *est gubernare* m Prou.16.1.
linguam? Et quia sub eiusdem regno perseuerare optabat & potentiam suam visiuam, idcirco idem aliquando dicebat, [n] *Auerte oculos meos ne* n Psal.118.37.
videant vanitatem: aliquando, [o] *Illumina oculos* o Psal. 12.4.
meos, ne vnquam obdormiam in morte: aliàs [p] *Reuela* p Psal. 118.18.
oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, q.d. regiam & in hac mea potentia exerce potestatẽ, tu illam Rege, tu guberna. Ad quid eius sapientis consilium [q] *Sepi aures tuas spinis*, nisi vt po- q Eccles.28.28.
tentia quoque auditus regnum eidem Deo seruetur? Denique vt & de cuiuscumque membri potentia idipsum fiat, suadet Apostolus, dicens, [r] r Rom.6.19.
Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibête membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cæterùm quemadmodum cùm cõtingit metropolim terreni alicuius regni deuastari ab hostibus, ac desolari, deuastatio, & desolatio reliquas pariter eiusdem regni ciuitates attingere solet. Ita & cùm de Metropoli spiritualis huius regni Dei iam dictum fuisset, (*Dabo Ierusalem in aceruos arenæ,*) admodum consequenter adiectum est. (*Et ciuitates Iuda in desolationem*) de potentiis illius qui priùs fuerat iustus, ciuitates appellatis Iuda, quod confessionem, Deique sonat laudem. Rationem autem tantæ desolationis, quæ subsequuntur, indicant verba, (*Eò quòd non sit habitator.*) Quia nimirum in iisdem potentiis, sicut & in anima fidelis illius iam non habitat ampliùs Spiritus sanctus.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Super montes assumam fletum, &c.

Vers. 11.] Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Ἐπὶ τὰ ὄρη λάβετε κοπετὸν, καὶ ἐπὶ τὰς τρίβους τῆς ἐρήμου θρῆνον, ὅτι ἐξέλιπον παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους. οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως ἀπὸ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἕως κτηνῶν, ἐξέστησαν, ὤλοντο.

11. Καὶ δώσω τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰς μετοικίαν, καὶ εἰς κατοικητήριον δρακόντων, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα εἰς ἀφανισμὸν θήσομαι, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι.

Vers. 10.

Verſ. 10.] Super montes aſſumite planctum, & ſuper ſemitas deſerti lamentationem: quoniam defecerunt, eò quòd non ſint homines. Non audierunt vocem ſubſtantiæ: à volucribus cæli, & vſque ad pecora, obſtupuerunt, receſſerunt.

Verſ. 11.] Et dabo Ieruſalem in traſmigrationem, & in habitaculum draconum: & ciuitates Iuda ponam in deſolationem, eò quòd non habitentur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Super montes ego attollo vocem, & fletum, & clamorem, & ſuper habitacula deſerti lamentationem: quia deſerta facta ſunt abſque homine tranſeunte, nec auditur vox pecoris in terra eorum: à volucre cæli vſque ad pecora mota ſunt, & tranſmigrauerunt.* Verſ. 11. *Et dabo Ieruſalem in aceruos, habitaculum draconum; & ciuitates domus Iuda dabo in ſolitudinem, ita vt non ſit habitator.*

Hieronym.

Verſ. 10. *Super montes*, &c. Hieronymus. *Superueniente Babylonio exercitu, & cuncta vaſtante ſolitudo prouinciæ prophetatur, quòd planctus in montibus, fletus in deſerto, ſiue in ſemitis ſolitudinis, quòd vniuerſa defecerint, atque ſucceſa ſint, & nullus ſit qui terram gradiatur, cæſis omnibus, nihilque remanſerit quod ſpirare poſſit, & viuere. Vnde pro (poſſidente) Sept. tranſtulerunt (ſubſtantia) quæ Hebraicè dicitur* מקנה *mikneh. Et (Subſtantia) hîc non pro* οὐσία*, hoc eſt eſſentia accipitur, ſed pro opibus, atque diuitiis. Quodque infert, (A volucre cæli vſque ad pecus receſſerunt, & abierunt,) Hoc oſtendit quod ſæpe diximus, iram Dei vniuerſa ſentire, & non ſolum aues aëris, ſed & piſces aquæ deficere. Iuxta tropologiam fletus aſſumitur ſuper montes, & lamentatio ſuper ſpecioſa deſerti, quando principes peccant Eccleſiæ, & nihil inuenitur in ea ſubſtantiæ Dei, nec auditur vox Domini Eccleſiam poſſidentis per ſanctos, & Apoſtolicos viros, (Et à volucre cæli vſque ad pecora,) Ab his videlicet, qui poſſunt in ſublime aſcendere, vſque ad irrationabiles, & ſimpliciores quoque receſſerint, à conciliabulo Dei.*

Subſtantia vox pro opibus.

Flendũ quãdo ſit in Eccleſia.

2 A pleriſque Sanctorum Patrum contra ſententiam Hieronymi quod Sept. verterunt (*Subſtantiæ*) pro diuina eſſentia accipitur, affertur que propterea locus iſte contra hæreticos.

Athanaſius.

Subſtantia & eſſentia Dei vnitatem in tribus perſonis non intelligunt ſuperba mundi poteſtates, Iudai, Haretici, & Gentiles.

Athanaſius lib. de vnita ac ſempiterna ſubſtantia Trinitatis, qui eſt liber quintus eorum qui ſcripti ſunt ad Theophilum. Ad interrogationem ſibi ab Hæretico factam, *Si vnita eſt ſubſtantia diuinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti de auctoritate Scripturarum id indices. Audi*, inquit, *Spiritum ſanctum per Ieremiam Prophetam teſtantem. Vel imò hæreticos per hæc auctoritatis Iura increpantem. (Super montes accipite planctum, & ſuper ſemitas deſerti luctum, quia defecerunt, eò quòd non ſint homines, non audierunt vocem ſubſtantiæ, A volatilibus cæli vſque ad pecora,)* Et ſic proſecutus eſt.) *Quis homo ſapiens & intelliget?) Hic vt intelligi datur, montes, & colles in ſuperbia elatas poteſtates huius mundi eſſe. Et ſemitæ deſerti, Iudæi ſunt, qui ſemper errantes Chriſtum Deum verum de ſubſtantia Patris ante cuncta ſæcula natum non cognouerunt: Volatilia autem cæli, hæretici ſunt qui omni vento doctrinæ huc, atque illuc ſicut aues circumferuntur, & vnitam iuſſionis vocem ſubſtantiæ Patris, & Filij, & Spiritusſancti ſpiritus eſſe non confitentur. Pecora adæquè Gentiles ſunt, qui Deum factorem ſuum non cognouerunt, Verè nemo ex his arbitrandus eſt ſapiens, qui non intelligunt hanc vnitam eſſe ſubſtantiam Trinitatis.* Tum affert & duo alia loca Ieremiæ item ſecundùm verſionem Sept. de quibus infra cap. 23.

3 Ambroſius lib. 3. de fide cap. 7. in eumdem ſenſum ad probandum in vſu ſacrarum Scripturarum hanc eſſe vocem ſubſtantiæ pro diuina ſubſtantia, & eſſentia ita hæc refert. Ieremias quoque dicit, (*Super montes accipite luctum, & ſuper ſemitas deſertas planctum, quia defecerunt, eò quòd non ſint homines, non acceperunt vocem ſubſtantiæ, à volatilibus vſque ad iumenta expauerunt, & perierunt.*)

Ambroſius. Subſtantia vox pro eſſentia Dei.

Idacius Clarius lib. 3. aduersùs Varimundum tom. 4. Bibliot. Vet. Patrum. *Si dixerint*, inquit, *filium non de paterna ſubſtantia natum, ſed de alia ſubſtantia generatum. Reſp. Nos quoque qui vnius ſubſtantiæ Patrem, & Filium confitemur, de ſubſtantia Dei Patris Filium eſſe, diuinâ auctoritate docuimus, Ieremiâ Prophetâ dicente. Super omnes.* (Credo mendum eſſe, & legendum, *Super montes*) *accipite planctum, & ſuper ſemitas deſerti lamentationem, quia defecerunt, eò quòd non ſint homines, quia audire noluerunt vocem ſubſtantiæ meæ.* (nota hanc lectionem) *à volucribus cæli vſque ad iumenta mente exciderunt.*)

Idacius. Filium cum Patre eſſe vnius ſubſtantiæ, ſignificatum apud Ieremiam.

Victor Vticenſis lib. de Catholica fide, tom. 7. Biblioth. Vet. Patrum. *Deus pariter incredulorum perfidiam obiurgans, qui prædicantis per Prophetas filij vocem in ſua ſubſtantia manentem audire noluerunt, dixit, (Non audierunt vocem ſubſtantiæ.) Quam vocem ſubſtantiæ cùm tam terribili inteſtatione increpans ad eumdem Prophetam loquitur, dicens: (Super montes accipe planctum, & ſuper ſemitas deſerti luctum, quia defecerunt, eò quòd non ſint homines, non audierunt vocem ſubſtantiæ, à volucribus cæli vſque ad pecora.)*

Victor Vticenſis. Iudæi nõ audierũt Chriſtum in Dei ſubſtantia manentem.

Theodoritus ſuper hunc locum. Poſt hæc hortatur eos, vt lugeant deſertionem viarum, & montium tamquam nedum hominibus, ſed & pecoribus & volatilibus carentium. Pecora enim libentur verſantur in locis quæ incoluntur: in deſertis autem raro inueniuntur. 4

Theodorit.

D. Thomas. Ponit vaſtationem terrarum, & primò determinat vaſtationem terræ quantùm ad poſſeſſiones, deſignans combuſtionem, (*Quoniam incenſa. Poſſidentis*) quia iam non ibat illuc.

D. Thom.

D. Bonauentura Expoſitione in titulum lib. Threnorum, (*Super montes aſſumam fletum*, &c.) *Hoc dicit ad literam Ieremias de vaſtatione Synagogæ facta per Chaldæos, quod poteſt intelligi verius de vaſtatione Eccleſiæ facta per homines immundos, qui ſicut Synagoga aduerſitate, ſic aduerſi ſunt proſperitate. Montes, id eſt, viri Eccleſiaſtici ſpecioſa deſerti, id eſt, religioſi: volucres, id eſt Clerici: pecora, id eſt Laici. Vnde Gloſa ibi: (Super montes fletus aſſumitur, & lamentatio ſuper ſpecioſa deſerti) dum peccant principes Eccleſiæ, & nihil in ea inuenitur ſubſtantiæ Dei, nec auditur vox Chriſti Eccleſiam poſſidentis.*

D. Bonauẽt. Eccleſiæ vaſtatio deflenda.

Verſ. 11. (*Et dabo Ieruſalem*, &c.) Hieronymus, (*Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, ſiue in tranſmigrationem, Et in, &c.) Cùm Eccleſiaſtici viri doctores quique defecerint, tunc datur Ieruſalem in tranſmigrationem ſiue in aceruos arenæ: vt hæreticus in ea ſermo præualeat, & efficiatur cubile draconum, & ciuitates illius redigantur in ſolitudinem: nec ſit in ea diuini ſermonis habitatio, & ille qui dicit*, [a] *Inhabitabo* 5

Ad Doctorũ Eccleſiaſticorum defectũ quãta in Eccleſia ſequãtur mala.

a Leuit. 26. 12.

a 2. Cor 6. 16.

bitabo & inambulabo in eis, & ero Deus eorum. A *draconum: cùm eius generis animalia continuâ hominum præsentiâ tollantur: absentiâ verò augeantur, & multiplicentur.*

Theodorit. Theodoritus. *Minatur quoque captiuitatem, & desertam iri vrbem: quam dicit futuram habitaculum*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπὶ τὰ ὄρη λάβετε κοπετόν. ὅτι ἐξέλιπον.] B

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Οὐκέτι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰ ὄρη, ἃ τῆς ἀσεβείας || ὑπόθεσις ἦν, καὶ ἐπὶ τὰς τρίβους θρηνεῖτε φησίν. ὅρα πῶς πανταχόθεν ἐλεεινὸν τὸν λόγον ποιεῖ, ὅταν μὴ μόνον ἄνθρωποι ἀπολοῦνται, ἀλλὰ καὶ γῆ δι᾽ αὐτούς, καὶ ἔρημος, καὶ οἰκουμένη, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

|| in. ancasa.

|| Βίκτωρος.] Διαφόρως αὐτοῖς τὴν ἐρημίαν ἀπειλεῖ. νῦν δὲ ἔλεγεν, ὡς ἔοικεν ὄρη, ἐν οἷς ἐτόλμων τὴν εἰδωλολατρείαν, καὶ τρίβους τὰς ἐπὶ ταῦτα φερούσας ὁδούς. καὶ τὴν ὄντως ἐρημίαν Θεοῦ. C πετεινὰ δὲ καὶ κτήνη φησίν, τὰ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιτρέχοντα παρουσίᾳ, τῷ τῆς ἐρημίας ἐξιστάμενα φόβῳ. θηρία δὲ ταῦτα, καὶ ἑρπετὰ διὰ τὴν ἐρημίαν αὐτῇ ἐναχθήσεται. καὶ ἄλλως δὲ γυμνωθέντες Θεοῦ, κατοικητήριον δαιμόνων ἐγένοντο, οὓς τῷ δικαίῳ καθυποτάττων φησί, καταπατήσεις λέοντα, καὶ δράκοντα. καὶ ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. ταῦτα δὲ γέγονεν ἀφανισθείσης αὐτοῖς τῆς κατὰ δύναμιν πολιτείας, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι οἰκεῖν τινα ἐν αὐτῇ μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν. || D

[Φωνὴν ὑπάρξεως.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Οὐκ ἠθέλησαν ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς κυρίου τῆς χαριζομένης αὐτοῖς τὴν εἰσαεὶ ὕπαρξιν, ὅ ἐστι τὴν ἀθανασίαν.

[Ἀπὸ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἕως κτηνῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Καὶ οἱ ὑψηλοί φησι κατ᾽ ἀρετήν, καὶ οἱ κτηνώδεις ἐξέκλιναν εἰς τὸ κακόν. σημαίνεται δὲ καὶ τὴν παντελῆ τοῦ τόπου ἐρήμωσιν.

Vers. 10. *SVPER montes assumite planctū, &c. Quoniam defecerunt, &c.* 6

Chrysostomi.] *Non amplius ad homines, sed ad montes qui impietatis erant occasio, & ad semitas, plorandum dicit. Vide vt omni ex parte sermone commiserationem moueat, cùm non modò perituri sint homines, sed & terra eorum causa, siue deserta, siue inhabitata, & reliqui omnes.*

Chrysost. Ad fletū excitantur, & insensibilia quæ nobis peccati præbuerint occasionem. Propter hominis peccata & terra desolatur.

|| Victoris.] *Variè illis futuram desolationem minatur. Nunc verò vt videtur montes dicebat, in quibus idola colere audebant; & semitas, quæ ad hæc conducerent, vias; & veram à Deo solitudinem. Volatilia verò & iumenta ait, quæ præsentiam hominum amant, solitudinis timore exanimata, belluæ verò his, reptiliaque propter solitudinem succedent. Aliâ quoque ratione Deo expoliati Dæmonum effecti sunt habitaculum, quos viro iusto subiiciens.* [a] *Conculcabis inquit leonē, & draconem. Et* [b] *ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici, hæc verò omnia obuenerunt, deletâ eorum, in qua pollebabt Republicâ, ex eo quòd nemo post Christi aduentum possit in ea habitare.* || (*Vocem substantiæ.*)

Victor.

Peccans expoliatus Deo fit dæmonum habitaculū. a Psa. 90.13. b Luc. 10.19.

Olympiodori.] *Noluerunt audire vocem Dei, quæ illis vt semper sint, hoc est immortalitatem elargitur, neglexerunt.*

Olympiod. Peccator negligit vocem Dei quæ illi immortalitatē elargitur.

(*A volucribus cæli vsque ad pecora.*)

Olympiodori.] *Sublimes ait virtute, & qui pecudes vitiis sunt, declinauerunt ad malum: significat verò & omnimodam loci vastationem.*

Olympiod. Ecclesiæ vastatio qualis.

Vers. 12.] Quis est vir sapiēs qui intelligat E hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eò quòd non sit qui pertranseat?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TALIA, [a] *ac tanta hæc sunt inquit Propheta, quæ circa hanc Iudææ deuastationem, & circa illius causam dicenda essent, vt ipse eam* F *exprimere posse diffidam, imparemque me profitear. Vtinam quis adeo reperiatur Sapiens, qui ad hæc sit Idoneus, & cui Deus intellectum eorum, & verba quasi è diuino suo ore manantia indat talia,* [b] *quibus efficaciter primariam annunciet causam eius deuastationis quâ quicquid in terra erat ita perierit, vt ab igne videatur absumptum: sicque nullo superstite qui pertranseat, terra ipsa redacta sit in solitudinem, & instar deserti.*

a Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbū oris Domini fiet, vt annūciet istud. b Quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVIS *est vir sapiens*, &c. Isidorus Clarius in suis scholiis quasi asseueranter hæc dicta in hunc modum accipit. Ille qui est vir sapiens facilè agnoscet causam tantæ depopulationis, & quòd Propheta ad quem locutū est os Domini, prædicit illam tanquā veniat. Efficaciùs tamen quid per hæc Prophetam sibi velle crediderim, nimirum talia, ac tanta hęc esse, quæ circa hāc Iudææ deuastationē, & circa ipsius deuastationis causam dicēda essent, vt quasi ipse de sua ad hoc sufficientia diffidens magno aliquem quærat desiderio, qui ita re verâ sit sapiens, vt hoc totum intelligat, & cui Deus verba indat, quibus efficaciter id enunciet, quare perierit terra, &c. Hebr. (*Quis vir sapiens, & intelliget hoc? & ad quem locutum est os Domini ad eum & annunciabit illud,*) Vatablus, (*Qui sapiens est intelligat istud?* &c. Sept. (*Quis est homo intelligens, & intelligat hoc? & cui verbum oris Domini ad eum, annūciet vobis.*) 1

Isid. Clar.

Ieremias insufficientē se reputat ad explicandas futuras Iudeæ clades.

Quis, relatiuum sæpe indicat difficultatem in eo quòd dicitur.
a Hoseæ 14. 10.
b Psal. 106. 43.

vobis.) Similia habemus & ad finem prophetiæ Hoseæ. ᵃ *Quis sapiens & intelliget ista? intelligens & sciet hæc? quia recta via Domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.* Sic & in fine Psalmi 106. ᵇ *Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini?* Quâ loquendi phrasi suum exprimunt Prophetæ desiderium, eius cuius vix compotes se fieri posse agnoscunt ob difficultatem inueniendi istiusmodi sapientem.

(*Quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eò quòd non sit qui pertranseat.*) Hoc illud est quod potissimum intelligi, & efficaciter ab aliquo enunciari optat Propheta, causam primariam tantæ deuastationis, quâ quicquid in terra erat, ita periit, vt ab igne absumptum videatur: sicque nullo superstite qui pertranseat, terra ipsa redacta sit in solitudinem, & instar deserti. Pagninus, (*Super quid periit terra, exusta est veluti desertum, vt non sit transiens.*) Vatablus, (*Ob quam causam terra ipsa perierit & exusto deserto similis sit, vt nemo pertranseat,*) seu, (*Desolata est instar deserti absque transeunte*) id est, vt per eam nullus iter facturus sit. Sept. omnino vt Vulgata.

Vers. 12.] Quis est vir sapiens qui intelligat, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2
Calamitatū à Deo immissarū propter peccata non colligimus vtile, quia ea tribuuntur causis humanis, & naturalibus, non Deo & peccatis nostris.

TRIA hîc notantur propter quæ fieri vt plurimùm solet, vt ex communibus calamitatibus fideles eum non referant fructum, quem per illas cælestis intendit pater. Primum est, quòd frequenter non inuenitur inter eos quisquam in eo vir sapiens, vt veram calamitatum earum cognoscat causam; tametsi non desint sapientes secundùm Mūdi sapientiam, qui causis humanis, quas politica eis suggerit scientia, & ratio (vt dicunt) status, illas adscribunt, vel tribuunt naturalibus. Cùm tamen sapientia id potiùs doceat, vt ad peccata tamquam ad præcipuam illæ referendæ sint causam, iuxta id eius Sapientis, ᵃ *In Synagoga peccantium exardebit ignis: & in gente incredibili*, id est, incredula *exardescit ira*, scil. Dei, quâ ipsæ immittuntur calamitates. Secundum est, quòd tametsi fortasse aliquis in populo sit quoad hoc sapiens, exploratū speculatiuè habens, calamitates sæpè ob peccata contingere: qualem certè sapientiam in Euangelio iactasse visi sunt Apostoli, quando de cæco à natiuitate eam Christo fecerunt interrogationem. ᵇ *Rabbi quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* qualem & omnes habere profitemur. Cùm tamen vix sit ex Sapientibus his, qui intelligat, iure optimo hîc dicitur. (*Quis est vir sapiens qui intelligat hoc?*) & ratio istius interrogationis est, quòd istiusmodi homines insipientes planè appellandi sunt, & stulti, iuxta illud Psalmi, ᶜ *Vir insipiens non cognoscet*, etiam si speculatiuè cognoscat, dum non cognoscit, & practicè; Vnde bene subditur, *Et stultus non intelliget hæc.*

a Eccl. 16. 7.
Quāuis plures speculatiuè sciant, calamitates euenire propter peccata vix tamē est aliquis qui id practicè consideret.
b Ioan. 9. 2.
c Psal. 91. 7.

3
Intelligere adiunctū verbo sciēdi aut nominibus scientiæ, sa-

Intelligere in Scriptura sacra quando adiungitur verbo sciendi, seu nominibus scientiæ, sapientiæ, & sapientis, vt sæpe sæpius inuenire est, vltra speculatiuam cognitionem, significat & considerationem ac animaduersionem practi-

A cam rei eius. Ex verbis Domini, modóque loquendi, quo vsus is est apud Isaiam id apertè colligitur, vbi dicens, ᵈ *Vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter*, breuiter explicatur quid sit scire, id nimirum quod & videre, ac speculatiuè cognoscere: quidque intelligere, nempe recogitare, quod ad practicam spectat considerationem. Nec minus clarè idipsum quoad eadem verba negatiua apud eumdem Isaiam explicatur, cùm dicitur, ᵉ *Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt ne videant oculi eorum*, En quid sit nescire, non co-

pientiæ, & sapientis vltra speculatiuam cognitionem, significat cōsiderationem practicam.
d Isai. 41. 20.

B gnoscere speculatiuè: Audi de practica inconsideratione, quam designat verbum Nescire, sic enim additur, *Et ne intelligant corde suo*, practico nimirum intellectu, atque affectu rē ipsam perpendentes. Quod magis probant subsequentia. *Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicunt: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes, coxi carnes, & comedi & de reliquo eius*, scil. ligni *idolum faciam? ante truncum ligni procidam?* In hunc modum sapiētem inueniri optat Ieremias, qui tantas considerās, quibus premimur, calamitates, ita id intelligat pro-

e Isai. 44. 18.

Calamitates etiā vniuersales vnusquisque cogitare debet esse fructus pro priorum peccatorum.

C pter quod eæ immissæ à Deo sint; perpēdens cuius seminis eæ sint fructus; vt animaduertat ex peccatis illis, & illis, quæ tamquam semina in hoc mundo in terram iacta sunt, & in carnē, illas prouenire, suaque potissimùm recogitet scelera, detesteturque per pœnitentiam, illud memoriā versans, quod in libro dicitur Eccles. ᶠ *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & nō metes ea in septuplum*, id est, multipliciter. ᵍ *Noli facere mala, & non te apprehendent. Discede ab iniquo, & recedent mala abs te.*

f Eccl. 7. 3.
g Eccl. 7. 1.

4
Specialia peccata populi ac principum arguere, & denūtiare calamitates deuenire ex peccatis iis, vix est qui audeat.

Cæterùm quia quosdam fortasse reperire est,
D qui ita & sapientes sint, & prout explicatum est, intelligant hoc, non tamen ex sapientia, & intelligentia ista sua id referunt fructus, quod ex calamitatum immissione Deus in populo intendit fideli, communis pœnitentiæ, & emendationis vitæ; cùm illud quod ipsi sciunt, & intelligunt, docere alios vel negligunt, vel non audēt; ne si id prædicēt, quod ex iis & iis peccatis calamitatum præsentium sint Dei supplicia, persecutiones, ærumnas, cruciatus, ipsamque subeant mortem, prout sanctis contigit Prophetis, prout & Christo pariter euenisse Euangelica testatur historia. Idcirco bene duobus
E præexpositis tertium hoc loco addit Ieremias. (*Et ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare perierit terra*, &c.) Exploratum etenim habet quò istiusmodi fiat annunciatio, & prædicatio, operæ precium esse, vt verbum fiat oris Domini, tum ex parte annunciantis, tū ex parte eorum quibus annunciandum id est, Enimuerò ad hoc, vt cum aliquo fructu id denuncietur, eaque denunciatione persuasi reddantur qui in peccatorum resident consuetudine, fieri non posse, vt non pereat terra exusta quasi deser-
F tum, ni peccare desistant, & peccasse eos pœniteat, vnde ea toti terræ deuenēre Dei flagella, haud par est cuiuspiam hominis eloquentia, at necesse est, vt verbis ex ipsiusmet Dei ore prouenientibus id fiat, de quibus idemmet Deus infra dicet, ʰ *Numquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram.* Et fieri pariter non posse, vt cui factum est verbum ex ore Domini vt annunciet istud, implere id renuat, ex eo quod sibi contigisse ipsemet narrat Ieremias, fit manifestum. ⁱ *Quia iam olim loquor,* in

Vt peccata cū fructu redarguantur oportet vt prædicatores loquantur ex ore Domini.
h Ier. 23. 29.
i Iere. 20. 8.

inquit in cap. 20. *vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum totâ die, & dixi: Non recordabor eius*, id est, Humano affectu impulsus intrà me dixi, Non faciam ampliùs de Deo mentionem: *neque loquar vltra in nomine illius*, id est, Non dicam, illum mihi hæc, & hæc locutum: non referam illius verba ampliùs. Subditque illicò. *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens*, quin scil. illud annunciarem. Quod & in Actibus Apostolorum Petrus, & Ioannes confirmarunt, dicentes, [a] *Non possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui.*

a Act. 4. 20.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 14.

Vers. 13.] Et dixit Dominus, quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dixit Dominus: quia dereliquerunt legẽ meam, quam dedi eis, & non audierũt vocem meã, & non ambulauerunt in ea.

AT[a] *nullo ad hæc idoneo comparente hominum, Deus ipse id sibi assumens muneris, hæc ait: Ratio prædictarum calamitatum omnium, peccata sunt Iudæorum, tum ea quibus me per omissionem prouocarunt, tum ea quæ per commissionem admiserunt. Peccauerunt per omissionem abiicientes cum contemptu legem meam, nec aures meis præbendo inspirationibus, salubribusque recta monentium consiliis, neque iuxta legem, vocemque meam suam instituentes viuendi rationem, suasque dirigentes operationes.*

EXPOSITIO LITERALS SIMVL AC MORALIS.

1 Calamitatũ causa sunt peccata.

ET *dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam*, &c.) Explicatâ suâ insufficientiâ, suoque desiderio, cuius neutiquam compotem se fieri animaduertit, Deum ipsum Propheta sanctus inducit, qui plenè id expleat muneris sapientis, intelligentis, & ex Dei reuelatione annunciantis prædictorum rationem. Ratio autem quam pronunciat duplicis generis cõtinet Iudæorum peccata, omissionis scilicet, & commissionis: omissionis quidem peccata in hoc vers. 13. ad tria reducit capita, (*Quia dereliquerunt legem meam,*) En primum, ac maximum ob contemptum quem habet annexum eius præsertim legis, quam singulari priuilegio à Deo sibi nouerant datam. Quod meliùs exprimunt originalia: Hebræa enim, legunt, (*quam dedi ad facies eorum*) seu (vt vertit Pagninus) (*coram eis,*) sic & Sept. (*quam dedi ante faciem eorum.*) Alterum est, (*Et non audierunt vocem meam*,) nec interna sc. Dei monita, nec sanctorum Prophetarum attendentes doctrinam, atque consilia. Tertium, (*Et non ambulauerunt in ea*,) scil. voce mea, seu etiam lege mea, iuxta illam suam instituentes viuendi rationem, suasque vniuersas exhibentes operationes egimus de his aliàs. Sept. non habent hoc tertium.

Omissionis peccata triplicis generis.

Lex Dei dicitur data Iudæis ante eorum facies.

Vers. 14.] Et abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim: quod didicerunt à Patribus suis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PECCAVERVNT[a] *& per commissionem, tum quia in omnium scelerũ genera proruerunt abeuntes post prauam cordis sui habitudinem, postque praua desideria, & quæ sensui placita erant, mente suâ in hoc ipso durissimè obstinati: tum quia totos se cultui dedidêre Baalim, falsorũque Deorum, quos à pessimis suis didicêre maioribus, A quibus & id omne edocti sunt, quod deliquisse significaui, vel per omissionem, vel per commissionem.*

a Et abierũt post prauitatẽ cordis sui, & post Baalim, quod didicerũt à patribus suis.

EXPOSITIO LITERALIS SIMVL AC MORALIS.

ET *abierunt post prauitatem cordis sui*, &c.) En peccata commissionis. Et quidem per vltima verba, (*Quod didicerunt*, &c.) videtur significari, vnum duntaxat designatum istiusmodi peccatorum videlicet Idololatria, vt idipsum sit, abire post Baalim, & abire post prauitatem cordis sui, prout explicatum est supra à nobis in Expositione prima vers. 17. capitis tertij. Meliùs tamen crediderim, in primo membro, (*abierunt post prauitatem cordis*) genericè vniuersa complexa huiusmodi commissionis peccata, prout exploratum fiet legenti; quæ in præcitato loco scripsimus: In secundo verò membro, (*Et post Baalim*) singillatim positũ scelus idololatriæ eorum omnium pessimum, vt quod dicitur, (*Quod didicerunt*, &c.) tantumdem sit ac si dicatur, quod totum omne, & id scilicet quòd dereliquerunt committendo, & id quod peccarunt omittendo, didicerunt, &c. iuxta illud, [b] *A sæculo confregisti iugum meum*, &c. In originalibus ad peccatum idololatriæ solum, & ad Baalim vltima hæc referuntur. Ex Hebræo enim ita hæc vertunt Pagninus, (*Et abierunt post duritiem*,) Regia (*post obstinationem cordis sui, & post Baalim, quos docuerunt eos patres eorum*) Vatablus, (*Sed secuti sunt peruersam libidinem cordis sui, & post Baalim*, seu *post Deos alienos, quos*, &c.) Sept. (*Sed ambulauerũt*) ὀπίσω τῶν ἀρεστῶν, (*post desideria cordis eorum mali, & post idola quæ docuerunt patres eorum eos.*) De voce Baal, & Baalim quomodo idola significet, diximus aliàs sæpe.

2 Commissionis peccata duplicis generis.

b Ier. 2. 20.

VVLGATÆ.

Vers. 12.] Quis est vir Sapiens, &c.
Vers. 13.] Et dixit Dominus, &c.
Vers. 14.] Et abierunt post prauitatem, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Τίς ἄνθρωπος ὁ συνετὸς, καὶ συνέτω τοῦτο; καὶ ᾧ λόγος στόματος κυρίου πρὸς αὐτὸν, ἀναγγειλάτω ὑμῖν, ἕνεκεν τίνος ἀπώλετο ἡ γῆ, ἀνήφθη, ὡς ἔρημος, παρὰ τὸ μὴ διοδεύεσθαι αὐτήν;

13. καὶ εἶπε κύριος πρός με, διὰ τὸ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς τὸν νόμον μου ὃν ἔδωκα πρὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς μου.

14. Ἀλλ' ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ἀρεστῶν τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς κακῆς, καὶ ὀπίσω τῶν εἰδώλων ἃ ἐδίδαξαν αὐτοὺς, οἱ πατέρες αὐτῶν.

Vers. 12.] Quis est homo intelligẽs, & intelligat hoc? Et cui sermo oris Domini

ad

ad eum annunciet vobis, quare periit terra, exuſta eſt quaſi deſertum, eò quòd non ſit qui pertranſeat eam?

Verſ. 13.] Et dicit Dominus ad me: Quia ipſi dereliquerunt legem meam, quam dedi ante faciem eorum, & non audierunt vocem meam:

Verſ. 14.] Sed iuerunt poſt placita cordis ſui mali, & poſt idola, quæ docuerunt eos patres eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quis eſt vir ſapiens, & intelligat hoc? & cum quo locutus eſt Dominus, & annunciet illud, quare deſolata ſit terra, & deſerta ſit ſicut ſolitudo abſque tranſeunte.* Verſ. 13. *Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam quam dedi coram eis, & non obedierunt verbo meo, & non ambulauerunt in ea.* Verſ. 14. *Sed abierunt poſt cogitationem cordis ſui, & poſt Baalim quæ docuerunt eos patres eorum.*

1 Hieron. *Sapientium virorum inopia.*

Verſ. 12. 13. & 14. *Quis eſt vir ſapiens,* &c. Hieronymus. *Interrogat Propheta ſi quem ſapientium in Ieruſalem valeat reperire, & eorum, ad quos fiat ſermo Dei, & qui poſſint annunciare Domini voluntatem, & cauſas reddere, cur Iudæa redacta ſit in ſolitudinem, & omnibus interfectis nullus remanſerit qui per eam tranſeat. Et inducit Dominum reſpondẽtem, cauſaſque rendentem. (Quia dereliquerint legem eius, quam dederat eis: nec audierint vocem eius, nec fecerint quæ præcepta ſint, ſed abierint poſt prauitatem cordis ſui.) Ergo non in noſtra voluntate, ſed in Domino confidendum eſt.* [a] *Prauum enim cor in omnibus,* [b] *& de corde noſtro exeunt peſſimæ cogitationes. (Et poſt Baalim inquit, abierunt, quos didicerunt à patribus ſuis.) Baal idolum Sidoniorum eſt, & eſt numeri ſingularis, Baalim verò pluralis numeri. Ergo nec parentum, nec maiorum error ſequendus eſt, ſed auctoritas Scripturarum, & Dei docentis imperium.*

a Iere. 17. 9.

b Matth. 15. 18. *Non in voluntate noſtra ſed in Domino confidendum.*

Theodoritus. *Iubet increpare eos qui adepti erant gratiam diuinam, & docere cauſas ſolitudinis. Quin etiam ipſe id facit: ac dicit, eos reliquiſſe legem, ſalutis cauſâ datam; vtentes vanis cogitationibus: & idolorum cultum prætuliſſe.* Theodorit.

2 Rabanus. *Scriptura ſacra ad quid pãdat peccatorũ & virtutũ ſpecies.*

Rabanus Maurus. *Nunc ſciſcitando quærit Propheta de populo ſuo intelligẽtem auditorem, cui loquatur inſtruendo quid cauere debeant, ne contra ſe Domini excitent furorem. Ad hoc enim Scriptura ſacra manifeſtat hominibus præuaricationum ſpecies, panditque virtutum ſeriem, vt ſciant cauere mala, & facere bona, quatenus iram Domini effugere, & gratiam eius inuenire mereãtur. Quis eſt vir ſapiens,* qui, &c.

D. Thomas, Ponitur quæſtio, (*Quis eſt vir, qui intelligat per ſe:* (*ad quem verbum,*) *vt per reuelationẽ cognoſcat,* Iſai. 42. [c] (*Quis eſt in vobis, qui audiat hoc, attendat, & auſcultet futura.*) *Secundo ponitur reſpõſio.* (*Et dixit Dominus:*) *quantùm ad auerſionem:* (*quia dereliquerunt:*) *quaſi non aſſidui ad meditandum:* (*non audierunt,*) *quaſi prompti ad obediendum:* (*non ambulauerunt,*) *quaſi efficaces ad implendum,* Machab. 1. [d] *Multi de populo Iſrael definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis, & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt. Et quantùm ad conuerſionem noluerunt, id eſt, ſecuti ſunt praua deſideria ſua. (Baalim) pluralis numeri, & maſculini generis,* Eccl. 18. [e] *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.*

D. Thom.

c Iſai. 42. 23.

d 1. Machab. 1. 65.

e Eccl. 18. 30.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τίς ἄνθρωπος ὁ συνετός.]

Θεοδωρήτου.] ζητεῖ θεοφόρον ἄνθρωπον ὁ προφήτης, τὴν τῶν αἰτίαν τῶν κακῶν ἀπαγγεῖλαι δυνάμενον. οὐχ ὡς αὐτὸς μὴ προειπών, διαφόρως δὲ τὸν λόγον ὑφαίνων. ᾧ καὶ Θεὸς ὁ μονοειδῶς ἀποκρίνεται διὰ τὴν τοῦ νόμου κατάληψιν, ὃν ἔθηκα πρὸ προσώπου αὐτῶν, ἐν τῷ εἶναι, τουτέστι παρόντων αὐτοῦ, καὶ μαρτυρούντων ἐπαινούντων τε τὰ λεγόμενα. ἄλλως γὰρ οὐ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἀκοῆς. διὸ ἐπήγαγε, καὶ οὐκ ἤκουσε τῆς φωνῆς μου.

[Ἀνήφθη ὡς ἔρημος παρὰ τὸ μὴ διοδεύεσθαι αὐτήν.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ μηδένα φησὶν ἔχειν ὁδεύοντα ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου γέγονεν ἔρημος.

[Καὶ εἶπε κύριος. διὰ τὸ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς τὸν νόμον μου, ὃν ἔδωκα πρὸ προσώπου αὐτῶν.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὐχ ἁπλῶς φησι. τοῦ προσώπου αὐτῶν, ἀλλ᾽ αὐτῶν παρόντων, μαρτυρούντων, ἐπαινούντων τὰ λεγόμενα. ἐπαναμιμνήσκει αὐτοὺς τῶν ἐν τῷ || σινᾶ ὄρει θαυμάτων.

|| ἐν σιναίῳ.

Verſ. 12. QVIS eſt homo intelligens, &c.) Theodoriti.] *Deo plenũ hominem Propheta quærit, qui cauſam malorum denunciare valeat: non quòd ipſe non dixerit; ſed variè dilatat ſermonem: cui etiam Deus, qui ſolus norat, reſpondet, eò quòd acceperint legem, Quam poſui in conſpectu eorũ, cùm eſſent, id eſt præſentibus ipſis, & atteſtantibus, dictaque laudantibus, alioquin non in conſpectu eorum, ſed ante aures, Quare & adiunxit,* (*Et non audiuit vocẽ meã.*)

3 Theodorit. *Homo Deo plenus aptus eſt ad denunciandas malorũ cauſas. Lex Dei dicitur data in conſpectu populi, ipſo illã approbante.*

(*Exuſta eſt quaſi deſertũ, eò quòd non ſit qui pertranſeat eam.*)

Olympiodori.] *Eo quòd nullũ haberet, qui in viis Domini ambularet, deſerta inquit effecta eſt.*

Olympiod. *Deſerta ea dicitur terra, in qua nullus ambulet in viis Domini.*

Verſ. 13. (*Et dixit Dominus,* &c. *dereliquerunt legem meam, quam dedi ante faciem eorũ.*)

Chryſoſtomi.] *Non ſimpliciter ait, in conſpectu ipſorum; ſed iis præſentibus, teſtantibus, dictaque approbantibus. Miracula quæ in Sina monte patrata ſunt reducit in memoriam.*

4 Chryſoſt.

Verſ. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: Ecce ego cibabo populum iſtum Abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVapropter [a] *tãtis ab illis irritatus facinoribus, qui erga ipſos peculiari ratione affectus eſt Deus Iſrael, quique vel minimo nutu delere eos poſſet*

a *Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: Ecce ego cibabo (ſeu cibans) populũ iſtum Abſinthio, & potũ dabo eis aquã fellis.*

ſet Dominus exercituum, Ecce, inquit, rem certè mirandam, & contra ingenitam naturæ meæ benignitatem, amariſſimis illos cumulare aggreſſus ſum, vt proſequar calamitatibus, quas effugere nequibunt, ſicut effugere haud poſſunt quin edant, & bibant: inſtar cibi enim & potus ærumnas eis exhibeo, & amaritudines multarum calamitatum, cibans quodammodo Abſinthio, & fellitis potans eos aquis. A

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 PROPTER *IDCIRCO hæc dicit Dominus*, &c.) De peculiari hac Ieremiæ phraſi, quæ ſub ciborum, & potus rerum amariſſimarum metaphora maximarum deſignare ſolet calamitatum & ærumnarum immiſſionem, egimus ſupra in expoſitione prima, verſ. 14. capitis octaui. Vide ibi: Id tantùm hoc loco eſt quod notetur, efficaciùs idipſum à Domino hîc eſſe prænunciatum, quàm ibi; cùm ad potum aquarum fellis, hîc adiectus ſit & cibus Abſinthij. Abſinthij autem nomine ſummam deſignari ſolitam amaritudinem, vel ex vno loco Amos colligere licet, in quo dicitur, [b] *Qui conuertitis in Abſinthium iudicium*: quod poſtmodùm in ſequenti capite clariùs ita exprimitur, [c] *Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium*, id eſt, Quoniam iudicium quod alioquin cùm rectum eſt, res dulcis eſt, & ſuauis, vos iniquis veſtris ſententiis, quibus miſeros per iniuriam damnaſtis, in amariſſimum oppreſſis conuertiſtis Abſinthium. Quam metaphoram apertè ipſemet Ieremias explicans in Threnis ait, [d] *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me Abſinthio.* Imò & hoc pariter loco eamdem explicarunt Sept. vertentes, (*Ecce ego cibabo eos anguſtiis*) quo loco notandum, ſapientes illos ſeniores Hebraicam vocem לענה *langanah*, non pro nomine לענה *langanah* quod Abſinthium propriè ſignificat; ſed vt nomen illam ſumpſiſſe deriuatum à verbo ענה *gnanah*, affligere, anguſtiare, cui ל *lamed*, præfixum ſit, vt ſignum ſeptimi caſus. Notant demum aliqui, meritò ad ipſas anguſtias deſignandas metaphoram hîc aſſumptam Abſinthij, quod purgatiuum, & pinguefactiuum, adeóque & maximè ſalubre aſſerunt quotquot de herbarũ agunt medicamentis; vt exinde intelligi queat, tribulationum, & à Deo immiſſarum calamitatum ſalubritas, quamquam hæc ad moralem magis pertineant ſenſum. Vnum hoc loco non cenſeo prætereundum: in textu Hebraico primam quidem partem in præſenti ſic habere, (*Ecce ego cibans*, ſeu, *cibo populum iſtum Abſinthio*:) partem verò alteram in futuro, vt in Vulgata, quâ temporis varietate ſignificatur, anguſtias, & amatitudines iam exhiberi cæptas, poſtmodùm & augendas. In Codicibus verſionis Sept. quoad hanc temporis obſeruationem reperitur varietas, In Complutenſi enim, & Regio ambæ partes verba præſentis temporis habent, in Correctioribus autem Vaticano, & aliis temporis eæ habent futuri. Quomodo & verſio habet Vatabli ex Hebræo.

Abſinthij nomine deſignata ſumma amaritudo.

b Amos 5.7.

c Amos 6. 13.

d Thren.3. 14.

Tribulationũ ſalubritas.

B

C

D

Verſ. 15.] Ecce ego cibabo populum iſtum Abſinthio.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

MEDICI quidem ſtuſtium id eſſe debet, vt vnam habens ægroti ſanitatem in intentione nil eorum omittat, quæ ad eam conferre intellexerit. Sed profectò irrita omnis eius eſt diligentia, vana ſunt illius & pharmaca, & inciſiones, & exuſtiones ſi cõtra illa delinquat ægrotus. Medici munus Deo tribui ſolitum vniuerſæ Sacrarum literarum conteſtantur paginæ. Hoc tamen loco haud obſcurè indicatur & quibus vti ipſe conſueuerit medicamentis in curandis populorum ægritudinibus, quæ ad tria reducuntur genera, exuſtionis, pharmacorum, atque ſectionis, de exuſtione in verſ. 12. egit ibi, *& exuſta ſit quaſi deſertum*; de ſectione in ſubſequenti aget verſ. 16. *Et diſpergam eos in gentibus*, &c. *& mittam poſt eos gladium, donec conſumantur*, quæ ſc. putrida ſunt mẽbra: de pharmacis agit hoc verſ. 15. Sunt autem amaræ tribulationum potiones, amari & ærumnarum boli: Quòd ſi impij his frequenter non ſanantur medicamentis, illorum certè adſcribendum eſt delictis, quæ aduersùs medicamenta ipſa ab eis admittuntur. 2

Medici munus Deo tributũ: & quibus ille vti ſoleat medicamentorum generibus.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem Literalem, Verſ. 16.

Verſ. 16.] Et diſpergã eos in gentibus quas non nouerunt ipſi, & patres eorum: & mittam poſt eos gladium, donec conſumantur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

E Sua [a] *illos eiiciens terra in Babylonicam eos traducam captiuitatem, diſpergens profectò eos, diſiungenſque ab inuicem, ne vel chariſſimorum mutuâ foueantur ſocietate: deſpertiam illos in varias gentes Babylonico imperio ſubiectas, quarum nec apud ipſos, nec apud ipſorum parentes aliquid fuit notitiæ, ita vt nec quidpiã ab eis ſperare queant benignitatis.* [b] *Quin & dum in captiuitatẽ ducentur, & in captiuitate ipſa efficiam, vt & perſecutionibus conterantur, & vulneribus confodiantur, & multiplici miſerè mortis interimantur genere:* [c] *Quoadusque quotquot propter ſua puniendi ſunt peccata, conſumantur: & donec præ ſuperſtitum prauitate ferè omnes videantur conſumpti.*

a *Et diſpergã eos in Gentibus, quas non nouerunt ipſi, & patres eorum.*

b *Et mittam poſt eos gladium.*

c *Donec conſumantur.*

EXPOSITIO IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET *diſpergam eos in Gentibus*, &c.) Deuenit ad ſpecialium calamitatum denunciationem: quarum quæ vniuerſaliter totum attinget Iudaicum populum, ipſa erit captiuitas Babylonica, in qua, ſeu per quam diſperſurum ſe ait Deus Iudæos in Gentibus multis, quæ Chaldæorum, & Regis Nabuchodonoſor ſubiectæ eſſent imperio, quarum nulla vel apud ipſos, vel apud eorum maiores extitit notitia, ita vt apud illos, & cum illis aliquid intercedere potuerit ſocietatis. 3

(*Et mittam poſt eos gladiũ.*) Præpoſitio (*poſt*) ſubindicare videtur, hîc deſcribi interfectionis calamitatẽ quæ fugitiuos conſecuta eſt. Vnde Hugo Card. Nicolaus de Lyra, & alij aſſerunt hoc factũ eſſe, quando Iudæorum reliquiæ fugerunt in Ægyptum, eoſque ibi Chaldæorum interfecit exercitus. Meliùs dices, per hæc ſignificari variæ miſeræ mortis genera, perſecutiones multiplices, & vulnerationes, quæ iiſdẽ Iudæis, vel dũ in captiuitatẽ ducerentur, vel in eadẽ captiuitate conſtitutis obtigêre: frequens eſt enim in Scriptura ſacra, vt gladij vocabulo hæc omnia deſignentur. Quod

E

F

Hugo Car. Nicolaus de Lyra.

Gladij nomine ſignificata omnia miſeræ mortis, aliarumque calamitatum genera.

Hieronym.

A Quod B. Hieronymus in ſuis Comment. ſuper cap. 13. Zachariæ ex eo probat Amos 9. quò dicitur, [a] *In gladio morientur omnes peccatores terræ*, dicens, Id iuxta literam ſtare non poſſe. Multi enim peccatores naufragio pereunt, alij veneno, hi aquis ſuffocantur, illos conſumit incendium, Et de vulneratione, ac perſecutione per linguam Christo exhibitam legimus, [b] *Erue à framea Deus animam meam*, clariúſque ex eo Zachariæ loco id totum patet, quod in cap. 11. hæc habentur, [c] *Gladius ſuper brachium eius*, id eſt, ſuper robur eius, *& ſuper oculum eius dextrum: brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.* In verſione Sept. non B eſt præpoſitio *poſt*, (*Et mittam poſt eos*, Sed *& immittam ἐπ' αὐτοὺς*, id eſt, *in*, ſeu *ſuper eos gladium.*)

a Amos 9. 10.

b Pſal. 21. 21.

c Zach. 11. 17.

4 (*Donec conſumantur.*) In Hebræo ad verbum ſic eſt, (*Vſque ad conſumere me*,) Seu, vt legit Pagninus, (*Donec conſumem*,) Sicque habent & Sept. (*Donec conſumam eos in eo*) ſcil. gladio. Ex quibus inſurgit illicò difficultas, cùm ſibimet aduerſus in his videatur Deus, vtpote qui ſupra & in cap. 4. verſ. 27. & in cap. 5. verſ. 10. apertè contrarium proteſtatus ſit, dicens, *Veruntamen conſummationem non faciam*: Et, *conſummationem autem nolite facere.* Cui nihilominus dif- C ficultati tripliciter ſatisfacies omnem in Dei verbis tollens contradictionem: dicens primò, quòd hic Deus comminatur hyperbolicâ expreſſum locutione, quia Iudæorum plurimi conſumendi eſſent, ita vt penè conſumpti omnes videantur præ ſuperſtitum paucitate.

Conſumatio Iudæorũ quomodo à Deo & facienda, & non facienda dicatur.

Vel ſecundò, quod etſi de toto Iudæorum genere verè dictum ſit, non faciendam conſummationem; fuit tamen pariter verum quod hic ait ſingulis eorum qui propter ſua puniendi erãt peccata: Supra enim promiſit, ſe non abolitu- D rum, nec permiſſurum vt conſumeretur omne Iudæorum genus, vt reliquiæ ſaluæ fierent: hic verò minatur eos, quos propter ipſorum ſcelera puniturus eſt, perſecuturum ſe fore donec conſumantur, id eſt, vſque ad mortem.

Vel tertiò, vt quod hic dicitur verum ſit, quia illi qui tunc erant Iudæorum, conſumendi eſſent gladio, aliiſque incommodis mortui, aut in captiuitate defuncti. Et nihilominus id quoque ſit verum, quòd conſummationem Deus non fecerit, quoniam eorum remanſerunt filij, qui poſtea ex captiuitate reuerſi ſunt, & Ieruſa- E lem, templúmque illius reædificauerunt.

VVLGATÆ.

Verſ. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus, &c.
Verſ. 16.] Et diſpergam eos, &c.

SEPTVAGINTA.

15. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. ἰδοὺ ἐγὼ ψωμιῶ αὐτοὺς ἀνάγκας, καὶ ποτιῶ αὐτοὺς ὕδωρ χολῆς.

16. Καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εἰς οὓς οὐκ ἐγίνωσκον αὐτοὶ, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ ἐξαποστελῶ ἐπ' αὐτοὺς τὴν μάχαιραν, ἕως τοῦ ἐξαναλῶσαι αὐτοὺς ἐν αὐτῇ.

Verſ. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Ecce ego cibabo eos anguſtiis, & potum dabo eis aquam fellis.

Verſ. 16.] Et diſpergam eos in Gentibus, quas non nouerunt ipſi, & patres eorum: & immittam ſuper eos gladium, donec ipſi conſumantur in eo.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego adducam tribulationem ſuper populum iſtum amaram quaſi Abſinthium, & potum dabo eis calicem maledictionis peſſimæ, quaſi capita ſerpentum.* 1

Verſ. 16. *Et diſpergam eos inter populos, quos non cognouerunt ipſi, & patres eorum; & immittam poſt eos occiſores gladio, donec conſumam eos.*

Verſ. 15. (*Idcirco hæc dicit Dominus*, &c. Hieronymus. *Poteſt & de vicino tempore prophetari, quando capti ſunt à Chaldæis: & propriè de hoc tempore, quando diſperſi ſunt in Gentibus, quas non nouerant ipſi, & patres eorum, & in toto Orbe diuiſi, cibatique ſunt Abſinthio, ſiue neceſſitatibus, & anguſtiis. Et acceperunt potum aquam fellis, quod aut malorum ſignificat magnitudinem, & ſempiternum captiuitatis iugum: aut certè per ignorantiam legis Dei pro Chriſto Anti-Chriſtum ſuſcepturi ſunt. Mittitur autem gladius poſt eos, vt vſque ad interitum conſumantur. Vel certe gladius qui eos diuidat, & non patiatur in malum habere conſenſum, vt diſpereant in eo quòd mali ſunt.*

Hieron. *De Iudaica euerſione & captiuitate facta per Romanos.*

Gladius mitti dicitur poſt aliquem ad illum diuidendum à malo.

Theodoritus. (*Propterea ego cibabo eos pane anguſtiæ, & potabo illos aquâ fellis.*) *Per hæc declarat amaram, & acerbam vitam. Et diſpergam eos in gentes, quas ipſi non nouerunt nec patres eorum, & mittam ſuper eos gladium, donec conſumam illos in eo. Ex his pœnam duplicem indicat, tum cædem bellicam, tum vitam in captiuitate ducendam. Nam hos abduxerunt captiuos, qui bellum effugerant.*

Theodorit.

D. Thomas. *Comminatur pœnam ad ipſos homines. Et primò determinat pœnam quantùm ad afflictionem* (*Cibabo Abſinthio*) *anguſtiis, quas à Chaldæis perpeſſi ſunt,* (*potum*) *quia auxilium Ægyptiorum verteretur eis in amaritudinem, quo tribulationes ſe euadere credebant: ſicut potu cibus facilè traducitur. & quantùm ad captiuitatem,* (*Diſpergam,*) *& quantùm ad occiſionem,* (*& mittam*) *prius* Ezech. 5. [a] *Tertiam partem diſperges in ventum & gladium nudabis poſt eos.*

D. Thomas.

a Ezech 5. 2.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΑ τοῦτο τάδε λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τάδε λέγει κύριος. οὐκ εἶπεν. τάδε ποιεῖ. τάδε λέγει. τέως ῥήματά ἐστι, καὶ ἐὰν ὑμεῖς βούλησθε, διὰ παντὸς ἔσται ῥήματα. εἰ γὰρ

F Verſ. 15. IDCIRCO *hæc dicit Dominus*, &c. Chryſoſtomi.] *Hæc dicit Dominus non dixit, Hæc facit. Hæc dicit: Adhuc verba ſunt, & ſi volueritis, verba ſemper erunt. Si enim* 2

Chryſoſt. *Ira, & mina Dei cõtrà nos non ab illo, ſed à nobis.*

εἰ γὰρ δι᾽ αἰτίαν τινὰ λέγει, ἄνελε τὴν αἰτίαν. εἰ μὲν γὰρ πάθος ἦν ὁ θυμὸς, εἰκότως ἐφοβοῦ. εἰ δὲ διὰ τοῦτο λέγει, ἄνελε τοῦτο, καὶ οὐκ ἐρεῖ. ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ. οὐκ ἔστιν ἀλλότριος, οὐκ ἔστιν ὠμὸς, οὐκ ἔστιν ἀπάνθρωπος. ἀναμνήσθητι τοῦ χρόνου, πόθεν ἐκλήθη Ἰσραήλ.

A enim ob causam aliquam dicit, tolle causam. Etenim si affectio esset ira, meritò pertimesceres; Sed si propter hoc dicit, tolle hoc, & non dicet. Deus Israel non est alienus, non crudelis non inhumanus, Recense animo tempus, cur sit vocatus Israel.

[Ἰδοὺ ψωμίζω αὐτοὺς ἀνάγκας, καὶ ποτιῶ αὐτοὺς ὕδωρ χολῆς.]

(Ecce ego cibabo eos angustiis & potum dabo eis aquam fellis.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] κατάπικρον αὐτῶν τὸν βίον ἐργάσομαι, τὰ γὰρ σιτία τῆς ψυχῆς ἀθυμούσης μεταβάλλει τὴν φύσιν. καθάπερ ὀφθαλμοὶ τὸ φῶς σκότος ὁρῶσιν, οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα τὰ ἥδιστα ὡς πικρότατα ἀπογεύεται, ὅταν τὸ κεφάλαιον ᾖ διεφθαρμένον, οὐ τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος μεταβάλλει, ἀλλὰ τοσαύτην φησὶ κατασκεδάσω τὴν ἀθυμίαν, ὡς καὶ τὰ στοιχεῖα μένοντα ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως, ἕτερα αὐτοῖς εἶναι δόξειν. καθάπερ γὰρ τοῖς νοσοῦσι, καὶ τὰ γλυκέα πικρὰ φαίνονται, οὕτω καὶ τοῖς ἀθυμοῦσι, καὶ τούτοις πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐκείνοις.

Chrysostomi.] *Vitam ipsorum amarulentam efficiam: cibi enim animo mærenti naturam* B *commutant. Sicuti oculis lumen tenebrescit, ita & lingua dulcißima vti amaritudine plena degustat, cùm quod caput est, laborat. Non hoc igitur ait, quod aqua naturam immutet; Sed tantam, ait, offundam animi ægritudinem, vt vel elementa ipsa nullam passa naturæ mutationem, videantur illis alia. Sicut enim ægrotis dulcia quoque videntur amara, sic & versantibus in mærore; atque his multò magis quàm illis.* Chrysost. Amaritudine cibat Deus peccatorē faciens illū in omnibus percipere amaritudinem.

[Καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν εἰς οὕς.] C

Vers. 16. *(Et dispergam eos in Gentibus, quas, &c.)* 3

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ τὸ παντελῶς ἀφανισθῆναι λέγων, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τούτοις, τοὺς δὲ ἐν ἐκείνοις. ἔδει γὰρ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας, μὴ τῇ αἰχμαλωσίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἀναιρουμένων ἀπωλείᾳ γενέσθαι σωφρονεστέρους.

Chrysostomi.] *Non omnino perituros ait, sed dispergendos hos in his, illos in illis, dicebat enim in captiuitatem adductos non solâ captiuitate, sed & peremptorū interitu cautiores euadere.* Chrysost.

|| Θεοδωρήτου.] τὰς ἐπωδύνους λέγων, καὶ πικρὰς τιμωρίας, καὶ τὴν εἰς τὰ ἔθνη διασποράν, καὶ τότε γινομένην, καὶ νῦν ἔτι μειζόνως. καλεῖ δὲ Θεὸν Ἰσραὴλ ἑαυτόν, δεικνὺς ὡς οὐκ ἀλλότριός ἐστιν, οὐκ ὠμός. ἀναμιμνήσκων δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς αἰτίας, δι᾽ ἣν Ἰσραὴλ οὕτως ἐκλήθη. ||

Theodoreti.] *Dolorificans dicens amaritudinéque plenas punitiones, & in Gentes dispersionem, & tunc executioni demandata, & nunc adhuc amplius: se ipsum autem Deum Israel vocat, ostendens quòd non est externus, non crudelis:* D *in memoriam quoque temporis reuocans & causæ ob quam Israel vocatus est.* || Theodorit. Deum Israel cur se nuncupet Dominus loquens cum Iudæis.

[Καὶ ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς τὴν μάχαιραν.]

(Et immittam super eos gladium.) Gladij nomine significata rigida vltio.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν ἀπότομον ἐκδίκησιν.

Olympiodori.] *Rigidam vltionem.* Olympiod.

Vers. 17.] Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel: Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Contēplamini. b Et vocate lamētatrices, & veniant.

NE [a] parui ista, quæ à Domino vobis prædicuntur, faciatis. *Audite eumdem & Dominum exercituum, & Deum Israel; Hac enim ait, Considerate quæ imminent, animumque ad ea quæ mox dixi, appellite.* [b] *Haud certè continere vos poteritis à lachrymis, in tantis calamitatibus, & in tanta internecione, iuxta consuetum morem ad excitandos maiores fletus vocate quas vicinas habere contigerit, mulieres nænias, & lugubria carmina canentes; studete, vt relicto omni particulari funere, vocatæ ad vos veniāt.* [c] *Et quia in maxima ista luctus occasione impares fortasse illæ erunt, curate vt & à longe vndequaque accersantur quæ in eo lamentandi studio peritiores sunt, easque sollicitate vt properent.*

c Et ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 Consideratio maximè necessaria, vt vel minæ, vel monita nobis sint proficua.

HÆC *dicit Dominus exercituum*, &c.) Omni quo potest artificio horrendas, easque iam instantes Propheta Iudaico populo exaggerare obnitens calamitates: inanem animaduertens futurum laborem istum, omnem suum fructúsque expertem, ni eorumdem Iudæorum iis quæ dicebantur appelleretur animus: Proponit nunc Deum id illis imperantem: vtque efficacius apud eosdem istud sit Dei imperium, illius E ob eorum oculos ponit & potentiam, & specialem erga ipsos affectum, duobus eum appellans nominibus, (*Dominum exercituum*,) adeóque & omnipotentem, & (*Deum Israel*,) Israeliticum Iudaicúmque populum speciali prosequentem affectu. (*Contemplamini*) autem cùm dicitur, intenta animi præcipitur consideratio eorum quæ præexposita erant: quod meliùs exprimit Hebraicum verbum התבוננו *hithbonenu*, in coniugatione *Hythpahel*, in qua dictum verbum diligentiam, & conatum propriè innuit, ac studiosam obseruationem, animique propensio- F nem. In versione Sept. verbum istud omnium est.

(*Et vocate lamentatrices & veniant.*) De vetustissimo agendum hîc esset nedum Iudæorum, sed & multarum aliarum Gentium more, quo in charorum obitu, & in qualibet magni luctus occasione, in primisque vehementibus in calamitatibus ad vberiores excitandos in adstantibus fletus mulieres accersebantur, quarum id erat operis, vt lachrymabili voce, & gestu lamentationum canerent carmina, quæ à Latinis 2

2 De more inducendi mulieres lamentatrices, & præficas.

Næniæ

Næniæ dicebantur. Sed quia tam apertè mos iſte hoc loco expreſſus eſt, haud operæ precium cenſeo de illo validius afferre teſtimonium, & probationem aliam. Si quis plura illius velit, legat Andream Tiraquellum ſuper cap. 7. lib. 3. Genialium dierum Alexandri ab Alexandro; & ex Sacris videat Ioannem Pinedam in Comment. ſuper verſ. 8. capitis tertij Iob num. 3. Id duntaxat hoc loco ponderandum arbitror, quantâ ſollicitudine iſtarum mulierum procurandæ mandentur lamentationes. Primùm dicitur, (*Vocate lamentatrices,*) eas ſcil. quas in vicinia habetis: Tum additur, (*Et veniant,*) quaſi dicatur, ſtudete, ne illæ moras trahant, ſed vt quantocyùs veniant. Cæterùm quia occaſio luctus eſt maxima, nec ad eum pares fortaſſe fuiſſent ex quæ in vicinia, vel etiam in Vrbe tunc temporis eſſent: iubetur, vt & à longe, vel ex aliis quoque locis peritiſſimæ quæque in eo lamentandi ſtudio aduocentur, citiùſque deducantur, ideo adiectum eſt, (*Et ad eas quæ ſapientes ſunt, mittite & properent.*

Verſ. 17.] Contemplamini, & vocate lamentatrices, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Anima pœnitens quomodo ſe habere, & quæ agere debeat.

De confugio peccatorum hominum ad opem ſanctorum virorum, qui pro eis, proque ipſorum peccatis ad Dominum & preces, & gemitus promant, interpretantur hæc aliqui moraliter. Crediderim ipſe, modum hîc exhiberi, quo habere ſe debeant pœnitentes. Primùm ſiquidem contemplationi ſe addicant operæ precium eſt, ſuamet recogitantes peccata, eorumdémque perpendentes turpitudinem; meditantes in quem miſerum per ea deducti ſint ſtatum; quantùm Deo creatori, redemptorique ſuo iis intulerint offenſionis; quibus obnoxij facti ſint pœnis. At cauendum illis eſt, ne ita in ſpeculatiua prædictorum ſeſe detineant contemplatione, vt non exinde affectum prouocent ſibi contritionis, atque compunctionis (*Contemplamini,*) En primum: Sed (*Et vocate lamentatrices,*) En ſecundum: Quas vocare debent lamentatrices ipſæ ſunt ipſorum potentiæ, in primiſque cor, os, atque oculi, His enim potiſſimùm potentiis iſtiuſmodi gemebunda pro peccatis tribuitur in Scriptura ſacra lamentatio. Nam de oculis propterea legimus,[a] *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam*, Et [b] *non taceat pupilla oculi tui.* De ore, [c] *A voce gemitus mei*, quem ſcilicet ore meo fuſiſſimè protuli, *adhæſit os meum carni meæ*, id eſt, Præ gemebundo clamore meo factum eſt, vt oſſa mea pelli adhæſerint. De corde, *Afflictus* [d] *ſum & humiliatus ſum, nimis rugiebam à gemitu cordis mei. Et ad eas quæ ſapientes ſunt mittite.* Lamentatrices pœnitentis animæ ſapientes duas præcipuas cenſeo appellatas eiuſdem potentias, quæ rationales ſunt, intellectus nimirum, atque voluntas, quæ peritiſſimæ in hoc ipſo ſunt, vt variis rationibus multiplicique affectu, lachrymas gemituſque excitent, & vehementia promoueant lamenta.

Pœnitentiæ ſunt lamentatrices animæ pœnitentis.

a Pſal. 118. 1. b Thren 2. 18. c Pſa. 101. 6. d Pſal. 37. 9.

Intellectus & volũtas ſunt animæ pœnitentis lamentatrices ſapientes.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem 1. Verſ. 19.

Verſ. 18.] Feſtinent & aſſumant ſuper nos lamentum: deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Neque [a] *verò moras vllatenus trahant, ſed lugubria ſuper nos dicite vos ipſi, & lamentationis concinant carmina.*

1 *Aſſumptoque* [b] *ſuper vos à peritis illis mulieribus lamento, ita vnà cum illis deflete, vt voſmet inuicem prouocantes dicatis, Demittant oculi noſtri lachrymas tantas, vt & palpebra noſtræ aquarum magnam defluant copiam,*

2 *Si doloris particeps eſſe poſſem qui impaſſibilis ſum: Ita & ipſe vobiſcum plorarem, vt dicerem & vobiſcum. Defluant in lachrymas oculi noſtri quaſi liquefacti ad earum fœminarum lamenta, & eorumdem oculorum noſtrorum palpebræ quaſi ſtillatorium vas aquas ſtillent euaporatas,*

a Feſtinẽt & aſſumant ſuper nos lamẽtum. b Deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis, (ſeu, defluant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ deſtillent aquas.)

EXPOSITIO IVXTA SENSVM LITERÆ.

Festinent *& aſſumant*, &c.) Quid clarius de prædicto more? Ne verò cenſerent, hæc facienda ad extremam dumtaxat cæremoniam quamdam, additur, (*Deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.*) Quod duobus modis accipi poteſt, vt ab eodemnet dictum. Vel vt Deus ea referat, quæ à Iudæis per lamentatrices mulieres ad fletum commotis habebuntur. Ac ſi dicatur, Aſſumpto ſuper vos à peritis illis mulieribus lamento, ita & cum illis deflete & vos, & voſmet inuicem prouocantes dicatis, Deducant, & demittant oculi noſtri lachrymas tantas, vt & palpebræ noſtræ aquarum magnam defluant copiam. Et huic ſenſui fauet verſio Sept. ſic legens. (*Et aſſumant ſuper vos lamentum, & deducant occuli veſtri lachrymas, & palpebræ veſtræ fluãt aquam.* Vel ſecundo, vt idem Deus coniungat ſe fletibus in populo per lamentationes excitatis, idque compaſſione, per quam humano more loquendo, ita is ſe habere ſignificet, ac ſi particeps & ipſe futurus eſſet calamitatum earu, quibus adeo dilectus premendus erat populus. Iuxta quem ſenſum congruentiùs eadem Sancto tribues Prophetæ, quem & in principio huius capitis ob idipſum ea protuliſſe vidimus, *Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum*, &c. Nota Vatabli lectionem ex Hebr. (*Proſpicite vt vocetis præficas, vt veniant, & mittite ad mulieres ſapientes (peritas artis lamentandi) vt & iſtæ veniant; vt accelerent, & ſumant ſuper nos lugubre carmen: defluant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ ſtillent aquas.*) Secundùm quam lectionem deſignari videtur oculos ipſos quaſi lamentationibus peritarum liquefactos lachrymando defluere, & palpebras eorumdem oculorum quaſi vas quoddam ſtillatorium aquas liquefactorum oculorum è ſe ſtillare. Pro (palpebræ noſtræ) R. Dauid legit, (*Pupilla noſtra.*)

4

1. Senſus.

2. Senſus. *Deus quaſi noſtrarũ particeps calamitatum fletibus noſtris ſe admiſcet.*

Verſ. 19.] Quia vox lamentationis audita eſt de Sion: Quomodo vaſtati ſumus, & confuſi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta ſunt tabernacula noſtra.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quia vox lamētationis audita est de Sion.
b Quomodo vastati sumus,& cōfusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniā deiecta sunt (seu, proiecerunt nos) tabernacula nostra.

SI quidem [a] eiulatus vel à longe è Sion auditi sunt: In Ierusalem voces increbuêre querelarum, ac de eiusdem Sion vastatione lamentationum vox audita est istiusmodi, [b] Quomodo deuastatá Ierusalem, vastati sumus & omnes, atque ex vniuersali deuastatione in vehementissimam deuenimus confusionem, pudore vndequaque cooperti: quoniam deiectis, soloque æquatis habitationibus nostris, in miseram decidimus captiuitatem: nostram reliquimus terram, & quasi nos à se eiicere visa sunt nobis tabernacula nostra.

EXPOSITIO IVXTA SENSVM LITERÆ.

5 *QVIA vox lamentationis audita est de Sion, &c.)* Rationalis particula, (*Quia*) duobus modis hæc superioribus connecti posse subindicat, vel vt subiecta in his sit ratio, cur tanta cum sollicitudine accersendæ quantocyùs essent peritæ lamentatrices: Vel vt in rationem hæc à Deo, vel à Propheta eius allata sint, quod mox dicebatur, *Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.* Porrò cùm dicitur, (*Vox lamentationis audita de Sion*) præpositio (*De*) tripliciter accipi potest, vel vt denotet locum in quo: prout clarè eam sumpsêre Sept. vertentes, (*Quia vox miseriæ audita est in Sion:*) vel vt significet locum à quo, Ac si dicatur, Quia vox querimoniæ à Sion, & ex Sion audita est eorum qui vel à longe lamentabantur. Iuxta quem sensum rectè vertes Hebr. (*Quia vox lamentationis audita est.* מציון *mitzion, Ex Sion,* seu *A Sion*) vndequaque diffusa est vox, &c. Vel tertiò, vt designet lamenti materiam, sensusque sit, Quia increbuit fama de clade Sion: seu quia audita est vox querentis de Clade Sion.

6 (*Quomodo vastati sumus, & confusi vehementer?*) Hæc est vox lamentationis, quam auditam mox dixit de Sion, seu ex Sion, aut in Sion. Captâ enim Ierusalem, ait Petrus à Figueira, nulla reliqua fuit spes salutis instaurandæ, & destructas terras reædificandi, vt fuit tempore Sennacherib. Ideo ex ea, & in ea præcipuè planctus audiri dicitur. Porrò ex vastatione magna vehemētissimam in Iudæorum singulis commotam deflet confusionem. Exponitur autem de quo potissimùm tantam reuexerint confusionem.

Petr. à Figueira.

(*Quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra,*) id est, quoniam deiectis, solóque æquatis habitaculis nostris in miseram deducti sumus captiuitatem. Iuxta quem sensum bene ædes, & palatia nomine appellata sunt tabernaculorum, vt & id subindicaretur quàm facilè ea deiecta fuerint, nempe quàm facilè deiiciuntur tentoria. Sept. alium habent sensum, sic enim legunt, (*Quomodo miserè vexati sumus, confusi sumus valde? quia dereliquimus terram, & abiecimus tabernacula nostra,*) ob ingentes nimirum clades, omniumque rerum inopiam. Hebræa ad verbum sic habent, (*Quia derelinquimus terram, quia proiecerunt habitacula nostra,*) quæ tametsi sensum lectionis nostræ præ se ferant, alio tamē sensu à recentioribus interpretantur, sic quippe ea vertit Pagninus, (*Quomodo vastati sumus, pudore affecti sumus vehementer? quia dereliquimus terram, & quia proiecerunt nos, habitacula nostra.* Similique ratione Vatablus, (*Quomodo vastati su-*

A *mus, quàm miserè confusi? quoniam terram reliquimus, & eiecerunt nos (à se) tabernacula nostra,*) id est, visa sunt nobis quasi nos eiicere, & expellere à se tabernacula nostra.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Hæc dicit Dominus exercituum, &c.

Vers. 18.] Festinent & assumant, &c.

B *Vers.* 19.] Quia vox lamentationis, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Τάδε λέγει κύριος. καλέσατε τὰς θρηνούσας, καὶ ἐλθέτωσαν, καὶ πρὸς τὰς σοφὰς ἀποστείλατε.

18. Καὶ φθεγξάσθωσαν, καὶ λαβέτωσαν ἐφ᾽ ὑμᾶς θρῆνον, καὶ καταγαγέτωσαν. οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν δάκρυα, καὶ τὰ βλέφαρα ὑμῶν ῥείτω ὕδωρ.

C 19. Ὅτι φωνὴ οἴκτρου ἠκούσθη ἐν Σιών. πῶς ἐταλαιπωρήσαμεν, κατῃσχύνθημεν σφόδρα, ὅτι ἐγκατελίπομεν τὴν γῆν, καὶ ἀπερρίψαμεν τὰ σκηνώματα ἡμῶν;

Vers. 17.] Hæc dicit Dominus: vocate lamentatrices; & veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt mittite.

D *Vers.* 18.] Et loquantur: & assumant super vos lamentum: & deducant oculi vestri lachrymas: & palpebræ vestrę fluant aquam.

Vers. 19.] Quoniam vox lamentationis audita est in Sion: Quomodo miserè vexati sumus confusi sumus vehementer? quia dereliquimus terram, & abiecimus tabernacula nostra.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

E PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus exercituum: Contemplamini, & vocate lamentatrices & veniant: & ad eas quæ sapientes sunt mittite, vt veniant.* Vers. 18. *Et festinent, & assumant super nos lamentum: & defluant oculi nostri lachrymis, & palpebræ oculorum nostrorum decurrant aquis.* 1

Vers. 19. *Quia vox lamentationis audita est ex Sion: Quomodo vastati sumus, confusi sumus vehementer, quia deserta est terra, quia desolata sunt palatia nostra.*

F Vers. 17. & 18. (*Hæc dicit Dominus, &c.*) (*Contemplamini, &c.*) Quòd de vocandis lamentatricibus ad fletum excitandum hîc dicitur aptat Gregorius Nazianzenus oratione tertiâ de Pace, ad exprimendas, & deflendas calamitates dissidiorum Ecclesiasticorum. *Sapientes, ait, mulieres voco, vt luctum excitent aut certè adiuuent.*

Flendum ob Ecclesiasticorum dissidia. Greg. Naz.

Gregorius quoque Nyssenus oratione de Magno Meletio Episcopo Antiochiæ, (*Vocate lamentatrices, inquit Ieremias. Non enim aliter cor ardens præ dolore intumescens leniri, ac mitigari potest, nisi*

Greg. Nyss. *Cor mœrens sine gemitibus leniri nequit.*

nisi gemitibus, & lachrymis subleuetur.

Hieronym. *Lamentatricum vocandarum in funeribus mos apud Iudaos.*

Hieronymus. *Propter futuram captiuitatem, & euersionem Ierusalem lamentatrices vocari iubet, quæ solent, in luctu voce flebili, & lacertos manibus verberantes, ad lachrymas populum prouocare. Hic enim mos vsque hodie permanet in Iudæa, vt mulieres sparsis crinibus, nudisque pectoribus, voce modulatâ omnes ad fletum concitent. Se autem iungit Deus compatientis affectu, siue Propheta: vt quicquid populus sustinet, ipsum sustinere, & sentire se dicat.*

2 Basilius Seleuciensis. *Lamentatricum nomine appellari oppressi à diuitibus impiis.*

Basilius Seleuciẽsis orat. 42. per lamentatrices sapientes intelligere visus est illos qui ab impiis diuitibus damna passi sint, ait quippe. *Lamẽtis vt vacemus reliquum est, & lachrymis & gemitibus. Quàm opportunè nunc dicemus, (Vocate lamentatrices & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & loquatur.) Hac fortè ratione ex eorum animis, qui splendidas exædificant ædes, qui agros ex rapina acquirunt, ægritudinem exturbare poterimus. Lugendi nunc tempus est: Sed vos iniuriam passi me adiuuate, vos fortunis exuti adeste, adiuuate, lugete, deducite lachrymas: nec tam nostram, quàm illorum sortem lugeamus: nec enim tam nobis iniurij fuerunt, quàm se ipsos malè perdiderunt.*

Theodorit. *Lamentatricum mos antiquus apud Iudæos.*

Theodoritus. *Auget eis scil. Iudæis formidinem, iubetque vt aduocentur lamentatrices, quæ lachrymarum fontes emittant.*

D.Thom.

D. Thomas. *Inuitat ad planctus tristitiam. (Hæc dicit Dominus) & primò inuitat lamentatrices secundùm consuetudinem Iudæorum, vt ad fletum prouo-* A *cet, (Vocate lamentatrices,) Qui mos tangitur infra 22.* [a] *Non concrepabunt ei, Vah Domine, & Vah inclyte.* Luc. 23. [b] *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Secundò ponit præceptum flendi, primò ad populum indicens præsentem luctum, (Deducant.)* Thren. 2. [c] *Deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

a Ier. 22. 18. b Luc. 23. 28. c Thren. 2. 18.

3 Hieronym. *Ecclesia calamitates vũ de causentur.*

Vers. 19. (*Quia vox lamentationis*, &c.) Hieronymus. *Quod infert, (Quia vox lamentationis audita est de Sion,) statim sequitur quæ ista sit vox. (Quomodo vastati sumus, & confusi vehemẽter, &c.)* B *Vox ista est lamentantium Sion: (quomodo vastati sumus, & confusi vehementer?) Statimque sibi ipsi respondent, & causas suæ vastationis exponunt, dicentes: (Quia dereliquimus terram) nostro vitio, atque peccato, (& deiecta sunt tabernacula nostra:) quæ quasi prætereuntes quondam possidebant. Dicant hoc & in persecutione quondam credentium turba: quoniam idcirco vastata sunt, atque confusa, quia dereliquerint terram Domini, & deseruerint tabernacula sua.*

In tabernaculis vt prætereuntes habitamus in hac vita.

D. Thom.

D. Thomas. *Prædicens futurum, quod est quasi materia præsentis, (Quin vox audita est) spiritu prophetiæ. Vel ponit præteritum pro futuro.* [d] *Infra 31. Vox in excelso audita est. Et assignat causam, (Quo-* C *modo) vox plangentium in Sion: (vastati) quantum ad vastationem regionis: (confusi,) quantum ad seruitutem, (Dereliquimus) quantum ad captiuitatem supra 4. Vah* [e] *nobis quoniam vastati sumus.*

d Ierem. 31. 15. e Ier. 4. 13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΤΑ'ΔΕ λέγει κύριος. καλέσατε τὰς θρηνέσας.]

Τȣ̃ Χρυσοςόμȣ.] τί λέγεις; θρηνητρίας κελεύει πανταχόθεν γυναῖκας καλεῖν, καὶ σοφὰς αὐτὰς λέγει; τί δή ποτε; κατὰ τὴν ἔξωθεν αὐτῶν ὑπόνοιαν σοφὰς τὴν οἰκείαν ἐπιςήμην. τὸν γὰρ εἰδότα τι, σοφὸν εἴωθε καλεῖν. ὡς ὅταν λέγῃ. φαρμακȣ̃ται φαρμακευομένη παρὰ σοφȣ̃: καὶ πȣ̃ εἰσὶν οἱ σοφοὶ τάνεως; τίνος οὖν ἕνεκεν παρακελεύεται τοῦτο ποιεῖν; ὥστε αὐτȣ̀ς εἰς πίςιν ἀγαγεῖν, καὶ διόρθωσιν. οὐχ ἵνα τοῦτο γένηται. οὐδὲ γὰρ D E βούλεται θρηνεῖν ἁπλῶς, ἐν ἐκκλησίαις γὰρ κυρίȣ μὴ κλαίετε δάκρυσι, φησίν. ἀλλ' ἀξιοπιςίας ἕνεκεν, καὶ τοῦ πληροφορηθῆναι ἑαυτȣ̀ς, ὑπὲρ τῶν ἐσομένων.

[καὶ πρὸς τὰς σοφὰς ἀποςείλατε.]

Ολυμπιοδώρȣ.] τὰς ἐκκλησίας, ἢ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς, ἃς σοφὰς καλεῖ, αὗται γὰρ θρηνȣ̃σι τȣ̀ς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρημένȣς, ὡς ὁ Παῦλος φησί. καὶ πενθήσω πολλȣ̀ς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων.

[καὶ λαβέτωσαν ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον.] F

Θεοδωρήτȣ.] προορᾷ λοιπὸν ὁ προφήτης, τȣ̀ς ἐσομένȣς αὐτοῖς ὀδυρμȣ̀ς, ὅπερ ἔμελλον ποιεῖν, προςακτικῶς αὐτοῖς ἐπαγγέλλει, τοῦ μιχαίȣ διηγηματικῶς εἰπόντος. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ληφθήσεται ἐφ' ὑμᾶς παραβολὴ, καὶ θρηνηθήσεται θρῆνος ἐν μέλει. νῦν οἶκτον φησί.

[Καταγαγέτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν δάκρυα.]

Ο'λυμπιοδώρȣ.] τὸ τῆς μετανοίας δάκρυον.

Ἐγκα

4 Vers. 17. HAEC dicit Dominus: Vocate lamentatrices, &c.)

Chrysost. *Sapientis nomen in scriptura tribui solitum gnaro cuiuscumque rei.*

Chrysostomi.] *Quid ais? lamentatrices omni ex parte iubet conuocari, easque sapientes nominat? Quorsùm? de vulgi sententia sapientes in arte sua: Nam eum qui cuiúsve rei sit gnarus, Sapientem appellat, sicut cùm ait,* [a] *Veneficans veneficatur à sapiente, &* [b] *vbi sunt sapientes Taneos, quid ergo hoc agere præcipit? vt eos ad fidem sibi adhibendam induceret, & ad vitæ emendationem: non vt hoc fieret: nec enim fletus per se ipsi probatur, in Ecclesiis enim ait,* [c] *Domini ne eiuletis lachrymis; Sed vt verbis fidem faceret, & illi de futuris non ambigerent.*

a Psal. 57. 6. b Isai. 19. 12. *Luctus non commẽdatur per se.* c Mich. 1. 10.

(*Et ad eas quæ sapientes sunt mittite,*)

Olympiod. *Lamentatricum nomine appellata Ecclesia, & animæ, quæ deplorant fideles impœnitentes.*

Olympiodori.] *Ecclesias, vel Sanctorum animas; quas sapientes vocat: hæ enim vitiis confectos deplorant, vt ait Paulus:* [d] *& plorabo multos qui antea peccauerunt, nec pœnitentiâ ducti sunt.*

d 2. Cor. 12. 21.

Vers. 18. (*Et assumant super vos lamentum.*)

5 Theodorit.

Theodoreti.] *Igitur futuros illis luctus Propheta imperando prænuntiat, cùm Michæas narrando dixerit,* [e] *Die illâ arripietur à vobis Parabola, & plorabitur planctus cum suauitate, lamentationem nunc vocat.*

e Mich. 2. 4.

(*Defluant oculi vestri lachrymas.*)

Olympiodori.] *Pœnitentiæ lachrymam.* Olympiod.

Vers. 19.

[Ἐγκατελίπομεν τὴν γῆν.] A
Ὀλυμπιοδώρου.] τῆς εὐσεβείας τὴν γνῶσιν.
[Καὶ ἀπερρίψαμεν τὰ σκηνώματα ἡμῶν.]
Τοῦ αὐτοῦ.] αὐτοὶ ἑαυτοῖς τῆς αἰχμαλωσίας αἴτιοι γεγόναμεν.

Vers. 19. (*Dereliquimus terram.*)
Olympiodori.] *Pietatis cognitionem.* — Olympiod.
(*Et abiecimus tabernacula nostra.*)
Eiusdem.] *Ipsi nobis ipsis captiuitatem comparauimus.* — Idem. *Mala ipsi nobis comparamus.*

Vers. 20.] Audite ergo mulieres verbum Domini, & assumant aures vestræ sermonem oris eius, & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum. B

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 — a *Audite ergo (seu, iam, vel, autem) mulieres verbum Domini: & assumant aures vestra sermonē oris eius: & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum.*

VIR [a] *cùm non reperiatur qui intelligere Dei velit verbum, illudque & cæteris annunciare Iudæorum, quid reliquum est, nisi vt ad mulieres tandem me conuertam, quò ipsæ, vt naturaliter ad planctum propensæ iis aures porrigant, quæ à Deo prædicuntur lugubria, quodque à Domino didicerint lamentationis, suas & filias doceant, & vicinas.*

2 *Cùm ergo veneritis celeritate maximâ accersite vos ipsæ mulieres lamentatrices, nec pares vos esse cognoscetis ad promendas pro tantis calamitatibus lamētationes: audite quod ad hoc vobis suggeret Dominus, accipite quæ ex illius ore vobis subministrabuntur, & quæ acceperitis docete filias, vnà cum proximis, vicinisque vestris; vt saltem eiulantium fœminarum multitudine lamenta ipsa vestra aliquid proportionis cum præsenti habeant miseria.* C

3 *Audite amabò vos Domini verbum, quæque enūciaturus sum, & ex Dei ore manantia arrectis percipite auribus: atque vnà cum vestris tam filiabus, quàm proximis quibusque & vicinis lamenta peragite, & planctum, vt præcentrices: hoc vnum earum singulas docentes, non iam nere, & suere, sed lugubria promere carmina, & perennes edere gemitus.* D

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 — *Mulieres vt teneriores a ploret sunt ad plangēdas mundi miserias.*

AVDITE *ergo*, &c.) Referunt hæc expositores omnes ad superiora, sed dissentiunt in modo, & in explicando sensu istorum quæ hoc in vers. 20. dicuntur, (*Audite ergo mulieres verbum Domini, & assumant*, &c.) Plerique enim ad ea quæ habita sunt in vers. 12. *Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, vt annunciet istud, quare*, &c. in hunc modum ista connectunt: vt cum Propheta neminem inuenisset virorum, in primisque sapientum, qui Domini ita perciperet verbum ad Iudaicam spectans deuastationem, vt & aliis id pariter enunciaret. Ad mulieres se conuertat, suadens illis, vt vel id ipsæ Domini percipiant verbum; quod planctus sit, & ad lamenta promoueat, quæ cùm tenerioris sint sexus, ad hæc sunt etiam aptiores: Quodque à Domino didicerunt, doceant & filias, & proximas quasque suas, Et quidem quam in Vulgata habemus particula, (*Ergo*) huic fauet sensui. Ad ea potiùs ista referunt alij, quæ mox dicta fuêre in vers. 17. & 18. *Vocate lamentatrices*, &c. *festinent*, &c. vt ad mulieres illas, quas accersendas mandarat Dominus, & quibus tanta iniecta est lamentandi sollicitudo, & Propheta nunc se cōuertat, remque ipsam magis amplificans quid tale illis dicat. Cùm ergo veneritis, nec pares futuræ sitis ad tales promendas lamentationes, audite quod ad hoc vobis suggeret Dominus; accipite quæ ex illius ore vobis subministrabuntur: & quæ acceperitis docete filias, docete proximas, docete & vicinas vestras, vt omnes simul, vos scilicet, atque illæ tale faciatis lamentum, quale præsentes exposcunt calamitates. E

2 Crediderim ipse aptiùs hæc referri ad sequētia, *Quia ascendit mors*, &c. vt particula, (*Ergo*) nec illatiua sit, nec aduersatiua: sed vel continuatiua duntaxat, vel inceptiua, prout sæpius in vsu esse reperitur in Sacris literis. Inceptiua iuxta sensum versionis Sept. ἀκούσατε δὴ, (*Audite nunc*, seu, *Audite iam mulieres verbum Domini*,) vt nouum sit vaticinium seu saltem noua sententia, qua maximæ quæ futura erat cladis noua ex Dei reuelatione allaturus argumenta, maxima item deploranda, mulieres potissimùm Propheta alloquatur, quarum corda vehementiùs oppressurus erat dolor, quæque ob ipsius doloris vehementiam & ploratus editurae erant signa plura, atque maiora, vtpote teneriores quàm viri, ideóque & ad gemitus viris pariter excitandos aptissimæ. Duo in hac sententia illis persuadet, Primum, vt id quod ipse mox narraturus erat, audirent Dei verbum, narrationémque suam vniuersam tamquam ex ore Domini deriuatam susciperent: tum, vt omissis iis quæ aliàs suas docere solitæ essent filias, nere, filare, & acupingere, eas duntaxat illas docerent quæ ad lamenta peragenda spectarent, Quod & vnaquæque cum sua faceret proxima. *Quia mors*, &c.

Cæterùm si eadem particula, (*Ergo*) vt continuatiua adhibita sit, optimus istorum sensus erit, vt cùm mox dictum fuisset, *Quia vox lamentationis audita est de Sion*: *Quomodo vastati sumus*: Eiusdem vastationis prosequens Propheta amplificare narrationem, quò exaggeraret magis repentinam, & ineuitabilem internecionem, quæ per Chaldæos vniuersis cuiuscumque inferenda erat & sexus, & ætatis, Quia mors ingressura esset per fenestras, &c. mulieres aduocarit lamentatrices illas, quas supra sapientes nuncupauit, & quasi præsentes ita alloquatur. Audite amabò vos mulieres Domini verbum, quæque enunciaturus sum vt ex Dei ore manantia attentis vestris percipite auribus, atque vnà cum filiabus, proximis, vicinisque vestris vt præcentrices lamenta peragite & planctū. *Quia ascendit mors*, &c. Pro cuius sensus intelligentia duo supponenda sunt: primum, Quamuis id moris extitisse Iudæorum ex sacris constet paginis, vt nedum mulieres, sed & viri ei indulgerent studio, vt in funeribus mortuorum, & in magnarum calamitatum luctu lamentatorum, & lamentatricum munere fungerentur, iuxta illud 2. Paralipom. [b] *Cantores atque cantatrices lamentationes super Iosiam replicant.* Et de hominibus apud Amos legimus, [c] *Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere.* Et in Euangelio vbi describitur funus filiæ principis, dicitur, [d] *Et cùm venisset Iesus in domum Principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem dicebat*, &c. Hoc tamen loco quò maximam luctus — 3 *Lamētatores & lamentatrices in vsu fuisse antiquitùs in funeribus, & in calamitatibus.* F

b 2. Paral. 35. 25.
c Amos 5. 16.
d Matth. 9. 23.

ctus neceſſitatem Propheta ſignificaret, mulieres potiſſimùm compellauit, quarum vehementiores eſſe ſolent eiulatus, magiſque proprij ad infortunium quodlibet gemitus. In eo autem quod dicit, (*Et docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum.*) ſupponendum, inter mulieres lamentatrices, luctuſque facientes, eas in maximis quibuſque funeribus acceſſiri ſolitas, quæ eo in ſtudio peritiores edocerent alias, materiam & modum illis exhibentes flebiles cantus, carminumque lugubrium, quas idcirco Præficas ab Antiquis appellatas, quia præficerentur mulieribus alijs quemadmodum lamentarentur, ait Cladius apud Varronem lib. 6.

Præficarum nomen quid, & vnde?

4 Varro.

Circa lectionum varietatem, quoad Hebraicam, vnum ſolummodo in hoc verſ. 20. eſt notandum, pro particula (*Ergo*) eſſe particulam כי *chi*, quæ etſi & à Pagnino, & in Regia, & à Vatablo vt aduerſatiua hîc ſumatur, cùm verterint, (*Sed audite mulieres*, &c.) Nil tamen prohibet, prout alias frequentiſſimè in principio reperitur, & hoc quoque loco vt redundanter, & ad venuſtatem duntaxat locutionis poſitam eam dicere quemadmodum & quæ à Sept. pro ea adhibita eſt particula δὴ, & quam adhibuit noſter interpres *Ergo*. Poſſetque eadem commodiſſimè verti, Quanquam, & quamuis vt hæc ſententia eſſet accreſcens, ſuperiori ſubiecta, hoc ſenſu, Quia vox lamentationis audita eſt de Siô, &c. Quamquam veſtrarum lamentationum maiorem habens rationem, vos compellor mulieres, audite, &c. Quem ſenſum reddere poteſt & particula aduerſatiua (*Sed.*)

In verſione quoque Sept. vnum item eſt notandum, pro voce (*lamentum*) illos Græcam adhibuiſſe dictionem οἶκτον quæ & lamentum, & miſericordiam ſignificat. Ideo tametſi Latina eorum verſio Vaticana, habeat ſicut noſtra Vulgata; quæ tamen in Codicibus Complutenſi, atque Regio eſt, aliter ſic legit, (*Et docete filias veſtras miſericordiam*) Secundum quam lectionem ſignificatur, planctum in tanta calamitate nedum ob propria infortunia à mulieribus faciendum, ſed & multò magis ob aliorum miſerias acerbiſſimas quarum miſericordia intrinſecus quam maximè commouerentur.

Verſ. 20.] Audite ergo mulieres, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Mulieribus deuotis prædicet qui nullum percipit fructum cùm prædicat hominibus audire nolentibus.*

POSSVNT hæc moraliter vſurpari à Concionatoribus iis, qui inani ſe conſumi animaduertunt labore, dum ſine vllo fructu conciones habent ad populum non credentem, & contradicentem; ad mulieres quippe conuerſi, in id ſuum intendunt ſtudium, vt in deuoto fœmineo ſexu ſuis aliquid proficiât concionibus, Excitantes illas primùm vt libenter ſe eis exhibeant auditrices verbum auditura non tam ipſorum quàm Dei, cuius ſe profitentur deuotas. Habet autem peculiarem vim quod deuotis iis mulieribus à prædictis adiicitur prædicatoribus, (*Et aſſumant aures veſtræ ſermonem oris eius*,) quando verbo auribus congruentiori, magiſque conſueto, & proprio dicere poſſent, (*Et percipite auribus*, &c.) Enimuerò cum aſſumendi verbum quamdam denotet eleuationem ipsâ facitam ſumptione, & acceptione, ſubindicare eis videntur, Sermonem quem ij in ſuis habent concionibus, eſſe veluti ſaluberrimam aquam, quæ ex vitæ fonte oris profluxit Dei: ſed cùm ab hominibus deſpectus inaniter defluat in terra, æquum eſſe, vt ipſæ tamquam rem precioſam è terra eleuatam accipiant, non tam manibus, quàm vaſibus, è quibus minimè ea depereat, nêpe auribus, & (*auribus*, inquiunt, *veſtris*) deuotis, & magnificentibus, adeoque & conſeruantibus Domini quodcumque verbum,

Verbum Dei quàm gratè & cum fructu aſſumatur à deuotis mulieribus.

(*Et docete filias veſtras lamentum.*) Aſſerit quidê Paulus, [a] *Docere mulieri non permitto.* Sed id eo intelligendum eſt ſenſu, quo idem Apoſtolus alibi dixit: [b] *Mulieres in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe*: Vel etiam, vt præallato ipſomet loco declarat ſubdens, *Neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Duplex enim docendi miniſterium interdictum fœminis eſt, & id quod in templis exercetur à Sacerdotibus, & doctoribus: vbi ad audiendum duntaxat alliciendæ ſunt: & alterum, quo vel etiam domi tamquam magiſtræ, & auctoritatem habentes ſuos docere præſumunt viros, quibus ſubditas eas eſſe oportet. Non tamen propterea cenſendum, omnino illis vetitum eſſe vt doceant, imò id ex officio eis competit, vt domi & filias doceant, & proximas quaſque, eas in primis, quæ cùm adoleſcetulæ ſint, intra domeſticos parietes decens eſt, vt detineantur, iuxta eiuſdem Pauli ſententiam, quâ in epiſtola ad Titum ait, [c] *Anus bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas.* *Bene docentes*, inquit, Græcè καλοδιδασκάλους, id eſt, *honeſtè docentes*, vt exinde colligatur, duo eſſe quæ potiſſimùm mulieres docere domi debent, honeſtatem, & prudentiam; honeſtatem in conuerſatione, in habitu, ac in inceſſu: Et prudentiam in dirigendis actionibus, in moderandis paſsionibus, & in orationum aſſiduitate, ac vigilantia, cui primas prudentiæ dediſſe viſus eſt Petrus, cùm diceret, [d] *Eſtote prudentes & vigilate in orationibus.* Hocque illud eſt, quod à Concionatoribus ſuadendum iis eſt mulieribus, quibus conciones habent. (*Et docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum*,) lamentum doceant matres filias ſuas, de modo illas inſtruentes, quo ſuper huius mundi miſeriis iuges ad Deum emittant lamentationes: doceant & proximas quaſque ſuas planctum, quo & propria & totius humani generis defleât peccata: erudiantque illas de ratione quâ cum gemitu & lachrymis Ieſu Chriſti meditari debeant paſſionem. Iſta eas doceant, non quæ à mundanis docentur matribus, & proximis, feſcennina concinere carmina, meretriciis modulis muſica pulſare organa, vel ad feſtiua gaudia artificioſas agere choreas; non denique & ementitis fucorû coloribus pulchras ſe reddere, totoſque in ſe ornandis conſumere dies.

6 *Mulieribus quomodo interdictum docere.*

a 1. Timoth. 2.12.

b 1. Cor. 14. 34.

Mulieres vbi, quas perſonas, & quid docere debeât?

c Tit. 2.3.

Mulieres doceât filias, & proximas adoleſcêtulas, honeſtatê, & prudentiam.

d 1. Pet. 4.7.

VVLGATÆ.

Verſ. 20.] Audite ergo mulieres, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Ἀκούσατε δὴ γυναῖκες λόγον θεοῦ, καὶ δεξάσθω τὰ ὦτα ὑμῶν λόγους στόματος αὐτοῦ, καὶ διδάξατε τὰς θυγατέρας ὑμῶν οἶκτον καὶ γυνὴ τὴν πλησίον αὐτῆς θρῆνον.

Verſ. 20.

Verſ. 20.] Audite nunc mulieres verbum Dei: & aſſumant aures veſtræ ſermonem oris eius: & docete filias veſtras lamentum: & mulier proximam ſuam planctum. A

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Audite enim mulieres verbum Domini, & auſcultet auris veſtra verba Prophetarum eius, & docete filias veſtras lamentum, & vnaquaque proximam ſuam planctum.* B

Hieronym. Verſ. 20. *(Audite ergo mulieres, &c.)* Hieronymus. *In ſuperiori capitulo dixerat, Vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas quæ ſapientes ſunt mittite, & properent: Nunc quaſi præſentibus loquitur in condemnationem Sacerdotum, atque doctorum, & virorum omnium: vt illis ceſſantibus à doctrina, iſtæ audiant verbum Domini, & aſſumant ſermones oris eius, doceantque filias & proximas ſuas planctum, cauſaſque lachrymarum. Quia aſcendit mors, &c.*

Theodoritus. *Denunciat mulieribus, nullum habere locum lætitiæ, lugentes filias introducit, explicatâ lamentationum cauſa.* Theodorit.

Concilij Chalcedonenſis, parte tertiâ Epiſtolâ Epiſcoporum Epyri ad Leonem Imperatorem Epiſcopi illi ad id quod hoc verſ. 20. dicitur de filiabus, & ad ſubſequens verſ. 21. de morte per feneſtras aſcendēte, alludentes. *Dei fide* inquiūt, *noſtros obturantes auditus, vt ita Sirenarum mortiferum peccatum, ſiue earum (ſecundum Ieremiam) filiarum mortem tranſeuntes, per ipſum pelagus vitæ tecum ſobriè veniamus.* Conc. Chalced. *Lamentatricum nomine ſignificatæ mulieres peccatum ſuadētes.*

Paſchaſius Ratbertus lib. 1. in Lamentat. Ieremiæ. *(Docete inquit filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum.) Hinc liquet, quod moneamur omnes affectiones animarum noſtrarum lachrymis abluere, & quaſi filias vt doleant, & pœniteant, ad planctum aſſueſcere, propriaſque corporis noſtri operationes, lamentationibus quaſi proximas emundare: vt qui ſumus humiliati noſtris ex culpis, caſtificemur per eum qui amator eſt pœnitentium, & caſtitatis.* Paſchaſius Ratbertus. *Lachrymandum omnibus animæ affectibus pro peccatis.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΚΟΥΣΑΤΕ δὴ γυναῖκες.] Θεοδωρήτου.] ταῖς γυναιξὶ προσφωνεῖ, ὡς μᾶλλον ἐπικαμπτομέναις διὰ τὸν φόβον. καὶ συμπαθέστερον δὲ τὸ γένος ἐστί. καὶ μεῖζον αὐτὸ φορτίον τῆς ἀθυμίας ἐπέθηκεν αὐτῇ ὁ Θεὸς εἰπών, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου. καὶ ὅρα πῶς τὴν ἀθυμίαν συνέζευξεν, ἔνθα τῆς καυχήσεως ἡ ὑπόθεσις. (|| ἴσ. πτηρί.) φρονεῖς, ὅτι μήτηρ εἶ, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα ποιεῖς; || ἀλλὰ δέχου χαλινὸν τῆς εὐθυμίας τὰς ὠδῖνας. καὶ οἶδε ἀπὸ γυναικὸς ἡ ἀρχὴ τῆς ἁμαρτίας. Ἀδὰμ γὰρ οὐκ ἠπατήθη. ὁ δὲ λόγος φησὶν οὐκ εὐκαταφρόνητος. οὐ γὰρ ἐμός, ἀλλὰ τοῦ κυρίου.

C Verſ. 20. *AVDITE nunc mulieres, &c.)* Theoriti.] *Mulieres alloquitur, vt quæ faciliùs terrore flectantur; Nam & ſexus eſt ad condolendum promptior, maiuſque ipſi triſtitiæ pondus impoſuit Deus, dicens,*[a] *In mœroribus parturies filios, & ad virum tuum conuerſio tua, & vide vbi triſtitiam adiunxerit, vbi faſtus materia. Superbis, quòd mater es, & in virum efferris? fræna huius elationis accipe doloris partus, & quòd à fœmina peccatū duxerit originem.*[b] *Adam enim non eſt illuſus. Sermo autem ait hic non contemnendus, cùm non meus, ſed Domini ſit.* 2 Theodorit. *Mulier ad timorem, & compaſſionem facilè flectitur. Mulieris ſuperbiam compeſcuit Deus dolorum pondere* a Gen. 3. 16. b 1. Tim. 2. 14.

Verſ. 21.] Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. D

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quia aſcēdit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. ENIMVERO[a] *inſenſiſſimi, fortiſſimique ſimul, atque celerrimi Chaldæi miſerrimam vndequaque facturi ſunt cuiuſque ætatis, & ſexus ſtragem; Ac ne vel paruulis foras in oppidorum vicis colludentibus, vel iuuenibus cœtus in ciuitatum plateis agentibus id ſuperſit confugij, vt intra domos, celſaque ſe recipiant palatia, magno hoſtes ij robore, ſummaque celeritate per feneſtras, inſtar furum ex improuiſò in ædes, & in palatia quæque irrumpent, vt intra illa mulierum ſenumque ac infantium internecione factâ, & paruulos pariter tutò confodiant de foris, & in plateis iuuenes, quò ſe recipiant iam minimè habentes*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 QVIA *aſcendit mors per feneſtras noſtras, &c.* E celeberrimus eſt locus iſte apud Veteres Patres, de ſpiritali morte, quæ in animam per externos irrepit ſenſus, ipſum interpretantes. De quo tamen ſenſu, cùm moralis potiùs ſit, quàm literalis, in ſecunda agemus expoſitione, & in Appendice ex Patribus. Quoad literam duo ſunt in his certa, rationem hic afferri lamenti, ac planctus, quæ tanto ſtudio, tantaque cum diligentia à peritis mulieribus in præcedenti verſ. 20. vidimus inſtruenda, & mortis vocabulo hoſtē ſeu hoſtes deſignatos, Chaldæos mortem crudeliter illaturos. Difficilia explicatu duo pariter in iiſdem ſunt: primum, quarumnam feneſtrarum meminerit Propheta, mœniúmne vrbis, turriumque & arcium quæ in illis ſunt; An verò & quarumcumque in genere. E Secundum, ad quid adiectum id ſit *(diſperdere paruulos de foris, &c.)* vt videlicet quid ex præcedentibus conſequens, & quaſi finis, ſeu etiam effectus ingreſſus hoſtium per feneſtras. *Mortis vocabulo ſignificati hoſtes mortem inferentes.*

Quoad primum; communiori ferè omnium expoſitorum ſententiâ feneſtrarum nomē indefinitè hîc ſumitur, & vniuerſaliter, quamquam in dictorum ſenſu afferendo diſcrepent. Exiſtimantibus quibuſdam hæc habita ad ſignificandam hoſtium fortitudinem, & velocitatem præliandi, ac expugnandi, vt & etiam foribus clauſis per feneſtras ſcandentes domos quaſque penetrent. 2

Vatablus. netrent. *Indicat*, inquit Vatablus, *vehementiam expugnationis, cùm dicit, hoſtes non per portas ingreſſuros in palatia, & arces, ſed per feneſtras q.d. Ne in arcibus quidem noſtris tuti erimus, aut in palatiis.* Ad inopinatam eorumdem hoſtium irruptionẽ
Iſidorus. in ædes referunt hæc alij. Ita Iſidorus Clarius, vel vt ſit locutio metaphorica, ac ſi dicatur, ſubitò, & nemine præuidente accidit hæc afflictio, & vrbis noſtræ ſubuerſio, vt videatur mors ipſa clanculum per feneſtras irrepſiſſe. Vel vt locutio ipſa ſit propria, & alludatur ad ſitum Ieruſalem altum, ſenſuſque ſit. Securè degebamus, vt ij qui alta loca habitantes apertis feneſtris ſecurè dormiunt, ſed imprudentibus nobis inuaſit nos afflictio. Quamquam & hunc quoque
R. Dauid. ſenſum ad parabolam referat Rabbi Dauid, dicens, feneſtræ magnarum, & celſarum ædium claudi non ſolent, quia non timetur per eas ingreſſus hoſtium: Ideo, inquit, ingreſſa eſt mors per feneſtras noſtras in ædes noſtras, id eſt, ſubitò venit ſuper nos calamitas, & vaſtitas, dum nihil tale timeremus. Aptiùs eodem ſenſu Ioan.
Ioan. Mald. Maldonatus. *Hoſtes ait, in nos nec opinantes irruerunt, & quâ minimè putabamus: non enim ſolet hoſtis per feneſtras aſcendere, ſed per ianuam ingredi.*

3 Ex allatis his ſenſibus non tollitur quæ ſecundo loco allata eſt difficultas, circa rationem ſubiectorum, (*Diſperdere paruulos de foris*:) quam nec attingunt Expoſitores prædicti, vno excepto Maldonato, qui ait, *Diſperdere paruulos de foris*, id eſt, *Poſtquam hoſtes in plateis filios noſtros occiderunt in domos noſtras perrumpunt, vt nos quoque occidant.* Quod, pace tanti dixerim viri, eſt vim literæ inferre, cùm primùm accipiat pro effectu conſequente ſecundum, cuius contrarium in noſtra litera apparet ex infinito (*diſperdere*,) clariúſque ex eodem vt in Hebraico textu eſt, (*Ad diſperdendum*,) Cuius vim nec perpendiſſe
Cornelius à Lapide. videtur Cornelius à Lapide ad finem Comment. ſuorum in primum caput primæ epiſtolæ Pauli ad Corinthios vbi ait, in his ſignificari, facturum Deum Iudæis, vt mors id eſt, Chaldæus hoſtis mortem inferens aſcendat per feneſtras, vt per eas in domodos penetrans, paruulos, omneſque trucidet.

4 Propter hanc difficultatem non de feneſtris
Chriſtoph. à Caſtro. quarumcúmque domorum hæc intelligenda aſſerit Chriſtophorus à Caſtro, ſed ex Vatablo, inquit, de feneſtris arcium, palatiorum, ac turrium, quæ ad muros erant ædificatæ: Neque enim in priuatas domos penetrarent Chaldæi, vt pueros, & iuuenes offenderent in vicis, & plateis; quin-imò in eos colludentes priùs inciderent, quàm domos conſcenderent.

Et quidem huic ſententiæ fauet verſio Sept. ita hæc legens, *Quia aſcendit mors per feneſtras veſtras, ingreſſa eſt in terram veſtram*, τοῦ ἐκτρῖψαι, *diſperdere*, ſeu propriùs *conterere, comminuere, conſumere paruulos de foris, & iuuenes ex plateis.* Noſtræ tamen Vulgatæ haud conſona eſt, quæ generaliter habet, *Ingreſſa eſt domos noſtras.* Eamdemque & ob id minùs probo, quòd vt ex antecedentibus patet, ſermo hic eſt ad mulieres. Propter quam rationem idem alterum addens ſenſum ait, *Quòd ſi de priuatis domibus loquatur, quia cum mulieribus loquitur, quæ domibus concluſæ ſe effugere vim Chaldæorum putabant, nec hac ratione inquit, mortem effugietis, quia Chaldæi ſi per fores ingredi non valuerint, per feneſtras proſilient, & domos penetrabunt, & paruulos veſtros, ac iuuenes coram vobis occident, vt nullus ſuperſit qui verſetur in vicis, aut plateis, vt ſolebant.* Sed & in hoc pariter ſenſu noſtrę is vim infert lectioni, primùm, ſicut & cæteri ſuperiùs citati, quoad explicationem eorum, *diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis*, quod intra ipſas domos faciendum intelligit, cùm diſperſio illa de foris potiùs, & in plateis faciẽda ſignificetur ex ipſa locutionis phraſi, quâ & ſupra in cap. 6. dictum eſt, *Effunde ſuper paruulum foris, & ſuper conſilium iuuenum ſimul.* Tum quod reſtringit ſermonem ad domos ipſarum mulierum, ac ſi in ſecunda eſſet perſona, feneſtras veſtras, domos veſtras, prout habere vidimus Sept. cùm Vulgata iuxta Hebr. legat. *feneſtras noſtras, & domos noſtras*, in generali.

Ipſe itaque crediderim, hæc quæ toto hoc 5 Auctoris Senſus.
verſ. 21. continentur pro vna allata eſſe ratione à Propheta ad mulieres præficas, atque etiam ad alias quaſque regionis Iudaicæ incolas, propter quam ea facere deberent lamenta, eos & planctus, ad quæ illas excitauit. Vis autem rationis iſtius in eo ſitam arbitror, quòd ab hoſtibus mortis illatoribus miſerrima vndequaque facienda de repente ſit ſtrages hominum cuiuſcumque ætatis, cuiuſcúmque & ſexus. Ac ne vel paruulis foras in vicis ludentibus, vel iuuenibus in plateis cœtus agentibus id ſupereſſit confugij vt intra domos, & intra magna, & alta ſua ſeſe recipiant palatia, ſummâ celeritate, & ex improuiſo per feneſtras vt fures ædes, & palatia quæque penetraturos, vt factâ intra illa mulierum, ſenumque internecione, abſque vlla confugij ſpe quos foras vel in vicis ludentes repererint paruulos, vel in plateis cœtus agentes inuenerint iuuenes occidant & perdant. Quam vniuerſalem in viis ipſis, atque in plateis ſtragem mox explicat Propheta meliùs in ſequenti verſ. 22. Domino id ei præcipiente.

Pro huius autem ſenſus intelligentia duo 6
ſunt quæ notentur; primum, quò per domus intelligeremus hîc ſignificatum tutum paruulorum, iuuenumque & multò magis mulierum, ac ſenum confugium, in Hebræo eas hîc deſignatas vocabulo ædium propriè magnarum, & altarum. Vnde recentiores ita hæc vertunt, (*Intrauit in palatia noſtra.*) Secundum: Verbo, (*Diſperdere*) non tam ſignificari diſperſionem ſimplicem quàm perditionem, occiſionem, atque conſumptionem, vt colligitur & ex Hebr. verbo כרת charath, ſuccidere, excindere, ac ſecare, (*Ad ſuccidendum paruulos de platea, iuuenes de plateis*) legit Regia, (*Ad excindendum infantes de vicis, & adoleſcentes de plateis*) vertit Vatablus: & ex verbo item Græco ἐκτρίβειν, conterere, & conſumere, vt notatum eſt ſupra. His adde in allati ſenſus confirmationem ſimilia apud Ioelem item de Chaldæis præexpoſitam ſtragem facturis, quo in cap. 2. Verſ. 9. dicitur, *Vrbem ingredientur, in muro current, domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur*,) ex quibus cùm hæc ſcripſiſſem, Ioel. 2. 9.
reperi Gaſparem Sanctium, ipſummet quem ipſe Gaſp. Sanct.
attulerã deduxiſſe ſenſum cæteris præferendum.

Verſ. 21.] Quia mors aſcendit per feneſtras, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

NON eſt quòd ad iſtius ſententiæ moralitatem à Communi Patrum recedamus ſenſu, quem & in prima indicauimus

Expositione, & in Appendice prosequemur fusiùs; Id tamen hoc loco enitendum mihi videor necessarium, vt in eiusdem sensus explicatione singula expendantur verba, singularumque rerum per ea significatarum rationes. Ac primò supponendum, de vnoquoque hîc agi fideli homine, vt domum primò habet, atque etiam domus, in qua domo, & in quibus domibus & ostium sit, & fenestræ, & inhabitans, operansque intra ipsarum domorum abdita.

Domus animæ est illius corpus viuũ. — a 2 Cor. 5. 1.

Domus animæ cuiusque fidelis in præsenti sæculo ipsum est eius corpus viuum, de quo Apostolus, *Scimus,*[a] inquit, *quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam æternam in cælis.*

Potentiæ animæ sunt plures illius domus, & palatia. — b Cant. 1. 17.

De pluribus autem vnius animæ domibus apertus est ille Canticorum locus capitis primi, vbi Christi sponsa ait, [b] *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cipressina;* suntque domus istæ, in quibus speciali ratione ea habitat, & operatur, potentiæ nimirum internæ & quæ sensitiuæ sunt, & quæ rationales, sensus communis, phantasia, seu imaginatiua, cogitatiua, memoria, ac reminiscentia; nobiliora verò eiusdem palatia, & celsiora tres eæ sunt, quæ rationales nuncupantur, intellectus, voluntas, atque memoria, ostium domorum istarum omniũ ille est qui in Euãgelio ait,[c] *Ego sum ostiũ,* Christus Iesus.

c Ioan. 10. 7. — *Ostiũ domorum animæ est Christus, per quẽ illa ingreditur, & egreditur.* — d Coloss. 3. 17. — e Rom. 12. 2.

Per hoc ostium ingreditur, & egredietur pia anima, quæ iuxta Apostoli [d] consilium omnia quæcumque facit, in nomine Domini Iesu Christi facta sint studet: quæ non arbitratur se scire aliud quàm Christum crucifixũ; quæ nihil velle profitetur præter quàm quod per Christum sibi liceat velle: quæ demum [e] reformari obnititur in nouitate sensus, vt probet quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens.

Fenestræ domuũ animæ sunt exteriores sensus.

In domibus quibuscumque extrinsecus esse solent fenestræ, ad duo inseruientes, vt ex ipsis videantur quæ extra domum sunt ab iis qui intra domum per eas prospiciunt; vtque cæli lux per illas in eamdem domum admittatur. Sed & in animæ domo, proque eiusdem palatiis fenestras artificiosissimè ædificauit qui hominem condidit Deus, exteriores sensus: per quos anima vniuersa quæ extra ipsam sunt perciperet, & in internas suas admitteret potentias: per quos & diuinæ legis luce eædem illuminarentur potentiæ, legendo, audiendo, loquendo, &c.

8 *In animæ domus intrant duo Spiritus. Spiritus sanctus, & spiritus Sathanæ, Diabolus. Sed diuersimodè multipliciter.* — f Ioan. 6. 63. — g Iob. 18. 13. — h Apoc. 9. 11.

Porrò duo sunt spiritus qui animas adire in præexpositis solent earum domibus, diuinus, & diabolicus; Spiritus sanctus, & Diabolus: iste vt mortem eis inferat, ille vt vitam conferat; [f] *Spiritus est qui viuificat*, de illo dicitur; & Diabolus ab effectu mors, appellatur, non hoc solùm loco, sed & in libro Iob, vbi dicitur, [g] *Consumat brachia illius,* sc. impij *primogenita mors,* vtpote per quem primùm mors intrauit in Orbem terrarum, clariùsque in lib. Apocalypsis, vbi de eodem, vt Angelo abyssi, dictum est, [h] *cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen exterminans*: Spiritus sanctus deferens quæ ad salutem sunt, & ad vitam, vt verus Paracletus per ostium ingreditur; & ex ostio ea quæ defert immittit in animarum domus, atque potentias, quod idemmet significauit Christus, qui & ostium est, tum quando dixit, [i] *Cùm venerit Paraclitus quem ego mittam vobis,* (Nota) *à Patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*: tum quando hæc habuit: [k] *Cùm venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semet ipso, sed quæcumque audiet loquetur: & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.*

i Ioa. 15. 26. — k Ioa. 16. 13. — Greg. Naz. Didymus. — Cyrill Alex.

Quod ita exponunt Gregorius Nazianzenus oratione de fide, & Didymus lib. 2. de Spiritu sancto. Ille optimè me, meáque vobis annunciabit, meæque clarificator apud vos erit diuinitatis, qui eamdem mecum, & à me habet. Magisque ad rem nostram Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Ioannem cap. 1. & lib. 13. Thesauri cap. 4. Non alia annunciabit, quàm ea, quæ ego volui, & docui, quia eadem est voluntas, & doctrina, & scientia mea, & ipsius.

9 *Spirituum discernendorum ratio optima.* — l Ioan. 4. 1.

Istáque est tutissima probandorum spirituum regula, & discernendi inspirationes, cogitationes, & opiniones, quas in potentiarum nostrarum domus ingressas animaduertimus, siue ad fidem spectent, siue ad mores, ad rectam vitæ institutionem, an à sancto sint Spiritu, si per ostium delata ea sint, à spiritu qui per ostium, & per Christum ingreditur, si dictis & operibus ea consona sint Christi: Quam regulam tradidisse visus est Ioannes cùm in prima sua Catholica ea habuit. [l] *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur, Iesum Christum in carne venisse,* ex Deo est: *& omnis spiritus qui soluit Iesum,* ex Deo non est.

Spiritus sanctus in animã veniens descendere dicitur, & quæ defert de sursum deferre. — m Matth. 3. 16. — n Act. 1. 8. — o Act. 10. 44. — p Iacob. 1. 17.

Est & aliud insigne distinctiuum istius spiritus, qui per ostium ad animam ingreditur, & eorum quæ eidem animæ ab illo deferuntur: quòd Spiritus sanctus cùm de cælis sit, de sursum veniat operæ precium est, & de sursum pariter sint quæ defert. Hinc Euangelistæ omnes cùm illius primum describunt manifestum aduentum, [m] qui in Iordane super Christum factus est, descendisse illum inquiunt, & ad Apostolos, [n] *Accipietis,* inquit Iesus, *virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos.* Et loquente Petro in domo Cornelij, [o] cecidisse dicitur Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Sic & de iis quæ ab hoc Spiritu deferuntur ait Iacobus, [p] *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.*

10 — q Ioan. 10. 1. — r Ioa. 10. 10. — *Diabolus intrans ad animam per sensuũ fenestras illam peccati morte interficit.* — s Ioan. 8. 44.

Cæterùm ex tribus quæ hîc apud Ieremiam legimus verbis, (*Quia ascendit mors per fenestras nostras,*) præcedentibus omnino contraria colligere est signa aduẽtus ad animam fidelem spiritus Sathanæ, dicente Iesu, [q] *Amen Amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Et paulò pòst:[r] *fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* Quòd Diabolus per sensuum fenestras ascendẽs mactet, & perdat, apertè ex modo quo locutus est Propheta, (*Mors ascendit per fenestras,*) colligere est, præsertim si ea addantur, quæ de illo ab eodem Iesu dicta aliàs legimus, *Ille* scil. Diabolus, *homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Et vtinam quotidie de istiusmodi eius mactatione animarum ingemiscendum non esset, quã per sensuum fenestras in potẽtiarum domos penetrans morte illas interficit peccati.

Diabolus intrans ad animam per sensus quomodo ingredi dicatur, vt furetur, cùm potiùs defert ad illam species rerum sensibilium.

At quanam ratione sic ille, instar furis per fenestras ingrediens, ingredi dicitur vt furetur? cùm planè constet, eum per ipsos sensus deferre potiùs ad animam quam adit; defert enim in eius potentias sensibilium rerum species? Defert, verum est, sed ea defert, quibus vti queat ad prædam, furtúmque admittendum; Sicut & fur domum per fenestras scandens apta secum defert instrumenta,

inſtrumenta, quibus, vbi opus ſit, muros effo- A
Speciebus rerum ſenſibilium vtitur Dæmon vt inſtrumentis ad furta admittenda ex animabus.
diat, & feras, peſſuloſque referet, vt quæ clauſa ſeruabantur in arcarum abditis queat deprædari. Et certè mundanarum rerum ſenſibiles ſpecies inſtrumenta ſunt, quibus Diabolus precioſa quæque deprædatur animarum, & gratiam illis auferens, & quicquid cæleſtis in eis repererit theſauri. Quod Ieremias noſter aliàs ſignificaſſe videtur, vbi dixit, [a] *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, deſignans, Diabolum per oculi feneſtram in domos aſcendentem potentiarū ipſius, ſecúmque carnalium, & mundanarum deferentem ſpecies, ingentem ſenſibilibus ſpeciebus illis de anima ſua feciſſe prædam, nil in ea relinquendo meritorij cæleſtis gloriæ, quod furatus non ſit.

a Thren. 3. 51.

11 *Diabolus per ſenſuum feneſtras intrās ad animam cur dicatur aſcendere. Spiritus ſanctus qua ratione in animam veniat, quidque efficiat.*

Ponderandum eſt autem verbum, quo iſtius furis furantis, atque mactantis explicatur huiuſmodi acceſſus per feneſtras noſtras; aſcendere enim dicitur, (*Mors aſcendit*, &c.) quia ex inferni deuenit abyſſo: quia vnâ cum iis, quas ſecum defert terrenarum, infimarumque rerum ſpeciebus, venit: Et quia quaſi per ſcalæ gradus quoſdam, vt mors eſt, per ipſas ſcandit ſenſuum noſtrorum feneſtras: quod neutiquam à Sancto fieri ſpiritu ex eo colligitur, quod pia illa anima Chriſti ſponſa illius deſcribens aduentum ait,[b] *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnuloque Ceruorū: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Venit enim Spiritus ſanctus in animam ſaliens in montibus potentiarum eius, tranſiliens colles quorumlibet obſtantium impedimentorum: venitque celerrimè, prout celerrimè, pernicique curſu, & ſaltibus currere conſpicimus & Capreas, & Ceruorum hinnulos, veniénſque ſtat poſt carnis noſtræ parietem, in noſtro commorans corpore, in cuius & membris operatur: & per feneſtras, cancelloſque eiuſdem corporis reſpicit, ac proſpiciens efficit, vt nos noſtris bene vtamur ſenſibus, ſiue cùm inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpicimus, vnà cum ſempiterna eiuſdem virtute, & diuinitate, vt ait Apoſtolus.[c] Siue cùm in lege Domini meditantes diuinis ſermonibus oblectamur, aliosque diuinas Scripturas interpretantes, ac de Deo diſſerentes ſtudioſè audimus, prout ſuper eum Cantic. locum ait Theodoritus.

b Cant. 2. 8.

c Rom. 1. 20.

Theodorit.

12 *Diabolus qua ratione per ſenſuum noſtrorum feneſtras aſcēdere dicatur quibuſdā veluti ſcalæ gradibus vt animam interficiat.*

Porrò praxis ipſa edocet, quanam ratione Diabolus, morſque quaſi quibuſdam ſcalæ gradibus per ſenſuum feneſtras ad animam aſcendat interficiendam. Primò enim iuuenem excitat v.g. vt ob ſimplicem curioſitatem oculos in obuiam conijciat mulierem, En primus ſcalæ gradus: ex gradu iſto aſcendit poſtea in alium, inſpectæ mulieris intrinſecus illi commendās ſpeciem: tum & tertium, & quartum, & quintum, & alios aſcendit gradus, cùm eamdem promouet, vt illam & tertiò, & quartò, & pluries attentiùs reſpiciat, & tunc demum in vltimo gradu aſcendit vt mors, quando dat operam, vt illam concupiſcat eo modo, quo in Euangelio ait Dominus,[d] *Qui viderit mulierem ad concupiſcendā eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Graduum iſtorum aſcenſio indicatur in lib. Eccleſiaſt. vbi dicitur,[e] *Auerte faciem tuam à muliere compta*, (en gradum vnum) *& ne circumſpicias ſpeciem alienam*, (en gradum alium,) *propter ſpeciem mulieris multi perierunt* (en gradum tertium) quando per ipſum mulieris aſpectum amore in illam deperimus, &

d Matth. 5. 28.

e Eccl. 9. 8.

ex hoc, quòd ſcil. quis deperit, *concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.* En peccati mortem. Idipſum & in iis quæ circa alios contingunt ſenſus, animaduertere eſt, quòd ſpiritus Sathanæ paulatim aſcendat.

(*Ingreſſa eſt domos noſtras.*) Haud ſat ſpiritui Sathanæ eſt, vt vltimum attingens gradum ſcalæ, quâ per feneſtras aſcendit atque per ſenſus, mortem animæ inferat lethalis concupiſcentiæ, vt in practico oſtenſum eſt exemplo. Verùm & id inſuper obnititur, vt per eaſdem ſenſuum feneſtras domos penetret ſingularum eius animæ B potentiarum, & regiam in illis, adeoque & in toto eiuſdem animæ corpore, & in omnibus membris illius obtineat poſſeſſionem ad ingem nouorum peccatorum mortem. Domum animæ eſſe eius corpus, domoſque eſſe illius potentias iam probatum eſt: Ingrediendi ſeu introëundi verbo ſignificari adire, & capere poſſeſſionem, atque dominium, patet tum ex lege imperiali l. 3. ff. de acquirenda poſſeſſione, vbi Paulus ait, *Adipiſcimur poſſeſſionem corpore, & animo. Sed non ita, vt qui fundum poſſidere velit, omnes glebas circumambulet, ſed ſufficit quamlibet partem eius fundi* C *introire*, tum ex Euangelio, vbi deſcribitur ipſius Diaboli cum ſuis inferni ſpiritibus aditio poſſeſſionis de miſero homine, ſic enim dicitur,[f] *Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus*, obtentâ nimirum à Sathana regij dominij ſuper eum, & quicquid illius eſt, poſſeſſione, vnde conſecutum eſt, vt ipſo in illius corpore, atque potentiis regnante Diabolo,[g] regnauerit pariter in iiſdem & peccatum in mortem, quando infœlix ille homo per ea quæ exterioribus ſēſibus perceperit, mor- D taliter & potentiis ſuis ſingulis peccat, & vniuerſis pariter ſuis delinquit membris. A quibus vt caueamus omnibus neruis nobis elaborādum ſuadens Apoſtolus ait,[h] *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.*

13 *Diabolus per ſenſuum feneſtras in animam penetrans obnititur regiam adire poſſeſſionem in omnia corporis eius membra, & in omnes potentias illius.*

Ingredi pro adire poſſeſſionem.

f Luc. 11. 26.

g Rom. 5. 21.

h Rom. 6. 12.

Proponit circa hæc, (*Ingreſſa eſt domos noſtras*) ſcilicet vires animæ. Hugo Cardinalis iſtiuſmodi obiectionem. Matth. 15. dicitur,[i] *De corde exeunt cogitationes malæ*: ergo peccatum exiit de corde ad ſenſus, & non è conuerſo. Ita autem E iſtam ſoluit obiectionem. *Mors ait, id eſt, mortis occaſio ingreditur per ſenſus ad animam: Sed ipſum peccatum de cogitatione exit in opus per membra, Ideo dicitur Iob 31.*[i] *Si ſecutus eſt oculus meus cor meum. Vnde de ſanctis dicitur Iſaiæ. 60.*[k] *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, id eſt, à terrenis contagiis ſe ſubleuant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, ſcil. conuertentur, non egredientes videre vanitates exteriores, ſecundùm illud Pſalmi,*[l] *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.*

14 Hug. Card. i Matth. 15. 18. *Peccati mors quomodo & de corde egredi dicatur & ingredi in cor.*

i Iob. 31. 7.

k Iſai. 60. 8.

l Pſalm. 118. 37.

(*Diſperdere paruulos de foris, & iuuenes de plateis.*) Illos, inquit idemmet Hugo, diſperdit F peccatum qui ſunt [m] paruuli ſenſu non malitiâ, vt dicitur 1. Cor. 14. Et qui de foris quærentes forinſeca: Vel qui ſunt extra aliorū conuictū, vt ſunt ſuperbi, & ſingulares, vel extra Eccleſiā, extra quam qui eſt, diſperditur, (*De plateis*:) Hi ſunt qui ambulant ſpacioſam viam huius mundi quæ ducit ad mortem, vt dicitur Matth. 7.[m] Aptiùs tamen dices, hiſce tertium eorum explicari, quæ à Diabolo in animam admittuntur, inſtar furis per ſenſuum feneſtras in illius domos aſcendente, iuxta allatam Saluatoris ſententiam.

15 Hug. Card. *Quos paruulos, & iuuenes diſperdat Diabolus intrans per ſenſuū feneſtras.*

m 1. Cor. 14. 20.

b Matth. 7. 13.

Opera bona omnia diſperdūtur à Diabolo intrante

Per sensuũ fenestras, & mactãte, atque deprædãte animam.
a Ioa. 10. 10.

tiam. [a] *Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat.* Vidimus quo modo is furetur, explicatũ est quã ratione idem vt mors mactet: exponitur modò quid item per illum perdatur eiusdem animæ. Enimuerò mactatã per mortale peccatum animã, & gratiæ vitã priuatã, id pariter mors efficit, quæ per fenestras ascendit sensuum, vt opera bona vniuersa, quæ extrinsecus eadem operata fuerat anima, disperdantur, ita nimirum mortificata (vt inquiunt Scholastici) vt iam nullius sint ad vitam æternam meriti, quoad vsque mors præexposita in ipso regnans est homine. Quia vero opera ipsa bona duplicis sunt generis, præsertim in iis qui adhuc perfectionis non attigerint gradum, de quibus sermo hîc est, incipientium, atque proficientium, id est, quæ egit quis cùm in gradu esset incipientium, & prouectiorum, quæ ab eodem facta fuêre, cùm in gradu esset proficientium. Hæc iuuenum in plateis explicata sunt metaphorã, sicut illa paruulorum (*deforis*) designata fuêre allegoriã. Meminit autem Propheta istorum duorum (*de foris, & in plateis,*) quia & in libro Prouerbiorum cùm ad exhibenda extrinsecus, vti proprios filios, bona opera sub aquarum metaphora Sapiens hortaretur, eorumdem pariter duorum mentionem fecit, vbi dixit, [b] *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.*

b Prou. 5. 16.

16 Cæterùm quia vox (*de foris*) videtur posita ad designanda loca contradistincta à plateis, nempe vnius eiusdemque ciuitatis vias arctas, quas vicos nuncupamus, prout & iuxta vim Hebraici nominis hîc vertit Vatablus, legens, (*Ad excindendum infantes de vicis, & adolescentes de plateis,*) fortasse in his ea designantur mala, quæ in alios quoque operatur Sathanas, dum per sensus in mortalia nos prolabi facit peccata: Ea verò duo in primis sunt, scandalum pusillorum, de quo in Euangelio ait Dominus, [c] *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur in collo eius mola asinaria, & demergatur in profundum maris,* & malum exemplum adolescentum, siue murmurandi occasio, quæ iisdem exhibetur, cœtus in plateis agentibus. A quibus duobus malorum generibus, per quæ Sathan disperdit illos, vt explicatum est, deterrêre crediderim Sapientem illum, qui in lib. Eccl. dicebat, [d] *Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.*

Viã animã mortaliter peccãte. Diabolus ingerit exinde scandalum pusilli & occasionem murmurandi iuueni. bus in plateis.
c Matt. 18. 6.
d Eccl. 9. 7.

VVLGATÆ.

Vers. 21.] Quia ascendit mors per fenestras, &c.

SEPTVAGINTA.

21. ὅτι ἀνέβη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων ὑμῶν, εἴσηλθεν εἰς τὴν γῆν ὑμῶν, τοῦ ἐκτρεῖψαι νήπια ἔξωθεν, καὶ νεανίσκους ἀπὸ τῶν πλατειῶν.

Vers. 21.] Quia ascendit mors per fenestras vestras: ingressa est in terram vestram, disperdere paruulos de foris, & iuuenes de plateis.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia ascendit mors per fenestras nostras: ingressa est*

A *palatia nostra, vt consumat infantes de vico.*

Vers. 21. *Quia ascendit mors per fenestras nostras,* &c. Origenes ad finem homil. 3. in Cant. ex quatuor. *Possumus sensus corporeos intelligere fenestras, per quas aut mors, aut vita intrat ad animam. Sic enim designat Ieremias Propheta, cùm de peccatoribus loquitur dicens, (Ascendit mors per fenestras vestras.) Quomodo ascendit mors per fenestras? Si oculi peccatoris videant mulierem, & mœchentur eam in corde suo, sic mors ingressa est ad animã per fenestras oculorum. Sed & cùm recipit quis auditum vanum, & præcipuè falsa scientiæ dogmatum peruersorum: tũc*
B *per aurium fenestras mors intrat in animam. Si verò anima intuens ornatum mundi, & ex pulchritudine creaturarum conditorem omnium intelligat Deum, & opera eius miretur, laudétque operum creatorem, ad animam hanc vita ingreditur per fenestras oculorum. Sed & cùm auditum inclinat ad verbum Dei, & rationibus sapientiæ, ac scientiæ eius delectatur, hinc per aurium fenestras ad animam sapientiæ lumen ingreditur.*

Origenes.
Per sensuum fenestras quomodo ascẽdat mors, & vita.

Gregorius Nazianzenus, oratione ad Gregorium Nyssenum. *Auribus nostris ianuas apponamus, quæ tempestiuè claudantur, & aperiantur:*
C *oculis frænum iniiciamus: tactum rabie laborantem, & gustum vellicantem coërceamus: ne alioqui mors per fenestras nostras ascendat, (hoc enim nomine sensuum sedes vocant existimo.)*

Greg. Naz.
Sensuum custodia necessitas.

Idipsum indicat potiùs, quàm explicat idem Nazianzenus, oratione in Pascha dicitus, *quinque sensus peccati aculeũ admittere, & circa illos præliũ committi.* Super quæ Nicetas, *Iam verò,* inquit, *Agnus in quintum diem asseruatur, hoc est à decima vsque ad decimam quartam, fortassis quia Christus victima nostra quinque externos sensus purgat. Hæ enim domus animæ fenestræ sunt, de quibus ait Iere-*
D *mias, (Ascendit mors per fenestras:) hoc est, per sensus, A quibus peccatum proficiscitur, non vt ab efficientibus causis, sed vt adiuuantibus, & circa quos bellum committitur, peccati sagittam extrinsecus incidentem admittentes.*

Greg. Naz.
Sẽsus sũt causa peccati, quia admittunt in animam peccati sagittam.
Nicetas.
Sensus nostros purgat Christus.
A sensibus quomodo proficisci dicatur peccatum.

Ambrosius lib. 3. de Virginibus post dimidium. *Quæ est fenestra nostra, nisi per quam opera Christi videmus, oculus scil. animi, & mentis obtutus, & ideo Virgo per fenestram tuam Christus introeat, Christus manum suam mittat per fenestram, tibi veniat verbi, non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam manum mittit Dei verbum, vide quẽ-*
E *admodum fenestras tuas præpares: vide quemadmodum ab omni puluere delictorum detergere debeas. Nihil tetrum habeat, nihil adulterinum fenestra Virginis. Procul stibium, & cæteras affectati nugas decoris: procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium causa est: quibus non suspendenda onera, non figenda vulnera, sed vnus ornatus est, audire quod prosit. Ianuam quoque tuam disce temporibus obserare nocturnis, non facilè quisquam patentem reperiat. Sponsus ipse vult clausam esse, cùm pulsat, (& post pauca.) Si Eua clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata Serpenti*
F *(introiuit mors per fenestram) hoc est per Euæ ostium. Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postremo si vbi non oportet, loquaris.*

2
Ambrosius.
Per oculos Virginis quomodo ingrediatur Christus.
Aures virginis debẽt esse fenestræ per quas ingrediatur Christus.
Per oris ianuam & fenestrã ingreditur mors. Et ideo clausum seruetur à Virgine.

Idem lib. de Esau, siue de fuga sæculi cap. 1. *Quis inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius sæculi tutum atque intemeratum seruare potest vestigium? Respexit oculus, & sensum mentis euertit: audiuit auris, & intentionem inflexit: inhalauit odor, & cogitationem impediuit: os libauit, & crimen retulit: tactus contigit, & ignem adoleuit,*

Ambrosius.
Per sensuum fenestras quã facilè intrat mors.

(Intrauit

(*Intrauit mors per fenestram dixit Propheta: fenestra tua est oculus tuus. Si videris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors: si audias sermones meretricios, intrauit mors: Si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors.*

3
Ambrosius. *Mors ingreditur à fenestra oculorum mulieris per fenestras oculorum nostrorum.*

Idem Apologiâ secundâ Dauid aliquantò post initium. *Vnde debeas cauere meretricem Propheta te docuit: vt à fenestra caueas eius ingressus. A fenestra enim domus sua intrat, fenestra eius est oculus. Et ideo ad omnes irreuerentes oculos caue, ne per fenestram introeat amor, libido penetret.* Etenim *mulier fornicaria illicit visu amatorem: & nisi petulantem obtutum mentis, animique compescas, mors ingreditur per fenestram.*

Ambrosius. *Per oculorum fenestras quomodò intret mors.*

Elegantiùs idem Ambrosius serm. 5. in Psalmum 118. super ea verba, *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Post enumerata ea quæ intueri debeamus, hæc ait, *Vide & non introibit mors per fenestras oculorum tuorum. Si videris mulierem ad concupiscendum eam, intrauit mors per fenestram: Si videris possessionem minoris, aut viduæ, & concupieris diripere eam, intrauit mors per fenestram: Si videris aliena monilia, aurum, argentum, & concupieris vt extorqueas, intrauit mors per fenestrã: claude ergo hanc fenestram, cùm videris alienæ mulieris pulchritudinem, ne mors possit intrare: oculi tui ne videant aliena, nec lingua peruersum loquatur. Tuam ergo fenestram claude, ne morti pateat intranti. Sed etiam alienam fenestram caue: A fenestra enim domus suæ intrat fornicaria. A fenestra intrat, cùm aliquem petulantis oculi tentat lasciuia. Exclude igitur hanc fenestram verbi ostio, ne capiaris oculis meretricis, & abripiaris palpebris. Sed non est vna fenestra, per quam mors consueuit intrare. Est & fenestra verborum, per quam sermones commeant meretricis: Et ideo te ab aliena vxore custodi, ne te sermonibus gratiosis adoriatur. A fenestra enim domus suæ intrat. Intrat mors per oscula; & ideo caue ne te laqueis labiorum suorum alliget. Intrat mors si citò acquiescas loquenti. Intrat mors si loquaris: Intrat mors si multum loquaris.* [b] *Multiloquio enim peccatum incurritur: Intrat mors etiam si non loquaris, & Christum timeas confiteri;* [c] *Ore enim confessio fit ad salutem: Intrat mors etiam per cauernas aurium, & ideo aures sunt spinis* [d] *sepiendæ, vt illecebras meretricij sermonis excludas.*

a Eccl. 26. 14. *A mulieris oculis, & sermonibus, & tactu cauendum.*

Ex ore quomodo intret mors.

b Prou. 10. 19.

c Rom. 10. 10. *Aures custodiendæ ne per eas intret mors.*

d Eccles. 28. 29.

Ambrosius. *Ex oculis quomodo intret vita.*

Idem denique Ambrosius sermon. 6. item in Psalm. 118. post multa ferè eadem cum illis quæ mox ex ipso relata sunt, hæc subiicit. *Sicut ergo per hæc intrat mors, intrat & vita. Si decorem puellæ aspiciens sacræ, venereris Dominum Iesum, quòd in teneros annos venerit ætas senectutis, vita immaculata. & ipse filiam tuam offeras, vt pio consecretur velamine. Si possessionem minoris non tamquam sollicitus inuasor aspicias, sed quasi parens sedulus religioso tuearis affectu, per has* [e] *fenestras prospicit Christus, vt vocet sponsam eminens super retia.*

e Cant. 2. 9.

4
Hieron.

Hieronymus in Comment. super hunc locum, *Quamquam spiritaliter possit hoc intelligi, (Quin ascendit mors, &c.) Eò quod per omnes sensus ad animæ interitum mors introeat peccatorum: tamen & de Babyloniorum impetu intelligi potest: quòd tanta sit fortitudo, & velocitas præliandi, vt non expectent reserare fores, sed per fenestras tecta conscendant, vt domos vastent Ierusalem. Pereunt autem paruuli qui foris sunt, & egrediuntur de Ierusalem, & iuuenes ad quos scribit, & Ioannes* [f] *qui non ingrediuntur per arctam & angustam viam, quæ ducit ad vitam, sed ambulant per plateas, de quibus scriptum est,* [g] *Quàm lata, & spaciosa via, quæ ducit ad mortem.*

f 1. Ioa. 2. 13.

g Matt. 7. 13.

Hieronym.

Idem Hieronymus Comment. in cap. 2. Ioëlis,

A super iis verbis, (*Per fenestras intrabunt quasi fur,* [h] *Hæ, inquit, sunt fenestræ, de quibus Ieremias dicit, (Mors intrabit per fenestras nostras:) per omnes enim sensus nostros ingredi hostes desiderant, & capere vrbem bonæ conscientiæ, & per nostra munimenta discurrere: domosque quas nobis operibus ædificauimus, destruere: Omnia autem faciunt introeuntes per fenestras, quasi fur, liberè enim non ingrediuntur, vt* [i] *sagittent in obscuro rectos corde.*

h Ioel 2. 9. *Dæmones quomodo intrant per sensuum nostrorum fenestras vt fures.*

i Psal. 10. 3.

Idem Comment. in Abdiam super iis verbis, *Et* [k] *extranei ingrediebantur portas eius. Possumus, ait, extraneos ingredientes portas Ierusalem λογισμοὺς,*
B *id est, cogitationes pessimas dicere, portasque Ierusalem, id est, animæ quiescentis, & videntis Deum, quinque sensus interpretari, per quos introeant hostes, & spolia diuidant Ierusalem. Si viderimus mulierem ad concupiscendum, mors ingressa est per fenestras nostras: si susceperimus per aures mendacium, ac iudicium sanguinis, per aliam portam hostis ingressus est,* &c.

Hieronym. k Abd. 1. 11. *Cogitationes malæ ingrediuntur per sẽsus nostros.*

Fusiùs demum idem Hieronymus Comment. in cap. 3. Nahum. super iis verbis, [l] *Inimicis tuis adapertione pandentur portæ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos, Hoc,* inquit, *intelligere poteris, assumens de Ieremia testimonium, in quo scriptum est, (Ascendit*
C *mors per fenestras vestras,)* (Sic legunt Sept.) *Quodque per Ieremiam in fenestris, hic in portis asseres demonstrari, & has ipsas ad sensus referes. Sciens enim sermo diuinus duplices esse sensus, ad distinctionem malorum sensuum, & in Prouerbiis ait: Sensum diuinum inuenies. Sensum autem hic non accipias pro animo & mente quæ Græcè νοῦς dicitur, sed pro αἰσθήσει, à qua & quinque sensus nuncupati sunt, visus, odoratus, &c. Porta itaque terræ Niniue, corporales sensus intelligũtur, portæ autem Ierusalem cælestis omnis sensus diuinus, & de supernis veniens. Has portas Niniue aperit populus eius per visum, & auditum, & omnes re-*
D *liquos sensus, quasi per latam, & spaciosam viam quæ ducit ad mortem, corporales quærens capere voluptates: quibus claudunt homines Dei portas suas, obturantes aures, ne audiant iudicium sanguinis: claudentes oculos, ne videant iniquitatem: obturantes nares, ne vnguenta prima in effœminationem animæ suæ odore suscipiant: claudentes os gulæ, & ventri auido, & à tactu molli retrahentes manus suas, ne ad libidinem venter exæstuans in fœmineos ardentem animam cogat amplexus, Qui autem homines Dei sunt aperiunt sensus suos, id est, portas cælestis Ierusalem, vt ad eos ingrediatur sermo Dei.*

5
Hieronym. l Nahum. 3. 13. *Sensus ser-tas, atque fenestras impij aperiunt inimicis suis nẽpe voluptatibus.*

Sensus quomodo claudãt & aperiant iusti.

E August. lib. de honestate mulierum cap. 4. to. 9. *Iterum atque iterum rogo, vt diligentius consideremus, & quantum possumus timeamus illud, quod Dominus in Euangelio dicit,* [m] *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Pro qua re non solùm ab extraneis mulieribus, sed etiam à vicinis, & domesticis, & ancillis nostris refrænanda est, & secreta familiaritas, & oculorum incauta fragilitas, ne illud eueniat nobis, quod Dominus per Prophetam terribiliter clamat, dicens, (Mors intrauit ad animas nostras per fenestras nostras) Per quas? Per visum oculorum, & auditum*
F *aurium. Si per linguam tuam, amico tuo, aut famulo tuo iusseris, vt ad te meretrix adducatur, aut tu ipse cum meretrice locutus fueris, per os tuum ad animam tuam gladius æternæ mortis ingreditur: Si autem malum, vel sordidum consilium libenter audieris, si detrahentem, aut luxuriosè loquentem, aut cantica turpia proferentem non respuis, per aurium tuarum fenestras mors intrauit ad animam tuam. Et quia Dominus dixit, Qui viderit mulierem, &c. voluntas prona faciendi reputatur pro opere facti. Ac si dum aliquis* libi

6
Augustin. *Oculi refrenandi à quibuscumque mulieribus.* m Matth. 5. 28.

Per sensus quomodo ingrediatur mors.

Cogitatio praua occidit animam etiam si non sequatur opus.

libidinoso oculo considerat, per fenestras corporis sui in secretum mentis venenum mortis instillat. Talis enim cogitatio & si aliquando impeditur casu, vt non impleat voluntatem suam, nihilominus tamen actionis crimine condemnatur à Domino: ac si illa casta est, cum qua libidinis malum voluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde.

Augustinus. *Virginitas animæ corrumpitur in his quæ subrepūt per quinque sensus.*

Idem lib. 50. Homiliarum homil. 35. tom. 10. *Quicquid pulchrescit visu, quicquid dulcescit gustu, quicquid blanditur auditu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid mollescit attactu: in his omnibus si incauti fuerimus, subrepentibus concupiscentiis malis anima virginitatem corrumpi permittimus: & impletur in nobis illud quod per Prophetam dictum est, (Intrauit mors per fenestras vestras.) Per hos enim quinque sensus quasi per quasdam Ianuas aut mors, aut vita animam nostram ingreditur.*

7 Ioan. Chrys. *Spectaculis & comœdiis interesse perniciosissimum.*

Ioannes Chrysostomus homil. 1. in Psalmum 50. tom. 1. *Audiant curiosi qui pulchritudines considerant alienas, audiant qui ex spectaculis insaniunt theatralibus, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicunt, Spectamus quidem, sed nihil nocemur. Dauid talis, ac tantus læsus est, & tu putas non posse lædi: ille nocumentum accepit, qui tantam habebat spiritus gratiam, & tibi quomodo credere potero, quod sine vulnere euaseris? Et ille quidem non vidit meretricem, sed in solario* [a] *domus suæ: Tu autem in Theatro, vbi & locus cōdemnat animam sapientis. Ibi enim non solum vides res infaustas, sed etiam audis spurciloquia, & ipso incessu meretricis, habituque molliris: vbi & auditu, & cantu diabolico læduntur aures, & vndique percutitur mens tua, visus de eo quod vides, auditus de eo quod audis, & reliqui læduntur sensus, dicente Prophetâ (Mors intrauit per fenestras nostras.) Quia oculi nostri tamquam fenestræ sunt animæ.*

a 2. Reg. 11. 2.

8 Io. Chrysost. *Sensibus nostris quàm diligēs adhibenda sit custodia.*

Idem Chrysostomus hom. 51. operis imperfecti in Matthæum super ea verba cap. 24. [b] *Illud autem scitote, quia si sciret pater familiàs, quâ hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam. Pater familiàs est*, inquit, *vnusquisque secundùm animam in domo patris sui, fur autem diabolus est, domus autem, nostra corpora: ianuæ sunt os, & aures: fenestræ autem oculi. Sicut ergo per ianuas, & fenestras citò ingreditur latro, & spoliat patrem familiàs: sic per os, & aures, & oculos hominis facilè inuenit diabolus occasionem ad animam, & facit eam captiuam. Sicut & in Ieremia tale aliquid scriptum est, (Quia mors intrauit per fenestras nostras,) Si vis ergo esse securus, pone seram ianuæ tuæ, id est, legem diuini timoris ori tuo, vt dicas cum Propheta.* [c] *Dixi custodiam vias meas, vt nōn delinquam in lingua mea, Posui ori meo custodiam. Item sapientia docet,* [d] *obstrue aures tuas spinis, ne audias verba maligna. Sed quoniam fragiles sunt nostræ seræ, nisi Deus illas seruauerit, quia* [e] *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat qui custodit eam, rogemus Deum pariter cum Propheta,* [f] *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ. Pone seras super fenestras oculorum tuorum, vt dicas cum castissimo Iob,* [g] *Posui fœdus cum oculis meis, vt non sentirem in Virginem. Item si concupiui agrum proximi mei, ego seminem & alij metent. Item* [h] *quia fragiles sunt seræ fenestrarum nostrarum, Dominū innocemus, cum Propheta dicentes,* [i] *Inclina cor meum in testimonia, & non in auaritiam. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Quid ergo? Nescit anima quando per istos introitus fur ingreditur super eam? Verè nescit, & quidem, quando ducitur ad peccatum scit, quando autem ingreditur nescit. Ideo vigilare debet,*

b Matth. 24. 43.
c Psal. 38.
d Eccles. 28. 29.
e Psa. 126. 1.
f Psal. 140. 3.
g Iob. 31. 1.
h Iob. 31. 7. Sec. Sept.
i Psalm. 118. 36.

Vigilantia quāta sit necessaria ne fur Diabolus per nostros ingrediatur.

A *& claudere omnes istos introitus, os quidem narrationibus sanctis: aures auditoribus piis: oculos consideratione mirandorum operum Dei, mentem cogitationibus occupare debet calestibus. Non enim sufficit, vt non loquatur, vel audiat, vel videat, vel cogitet mala. Qui enim hæc agit, clausit introitus suos, & impleuit, & oppilauit malis aduersùs bona, vt ne locum habeat introeundi bonus spiritus. Qui autem mala quidem deponit ab eis, bona autem non suscipit, ille dicitur apertos habere introitus. Propterea vacantes eos repe-riens inimicus, intrat ad animam.* (Et post aliqua.)

Sensuum introitus quomodo claudēdi Diabolo.

Intrans autem non statim ducit eam ad peccandum,
B *sed primùm delectat eum in malis, & sensum desideriis carnalibus alligat, & postea ducit ad peccatum, quando iam etsi intelligit malum esse quod facit, non potest resistere contra malum. Si ergo te negligente domum corporis hoc modo seruare, ingressus fuerit fur diabolus, & furatus fuerit vestimenta iustitiarum, quibus te renatum in Baptismo induit Deus: Si furatus fuerit aurum intellectus tui: si diuinorum eloquiorum argentum, quod forsitan cum multo fabricasti labore: si linteamina gratiarum, quæ tibi dedit Deus, cùm te adoptaret in filium, cæterasque diuitias spirituales tollens, te dormiente, feceritque te mendicum, & nudum*
C *sicut serpens Adā, Quid facies? Quomodo nudus ante conspectum Domini tui accedes?*

Diabolus intrans per sensus nostros vt fur quænam furetur nobis.

9 Epiphanius. *Per sensus ingreditur mors cùm per ipsos peccamus.*

Epiphanius lib. contra hæres. Hæresi. 9. *Si præterierit mortuus, dicit Lex, claudite fores, ac fenestras vestras, vt ne inquinetur domus. Sicut dixit de auditu peccati. Si audieris vocem peccati, aut speciem delicti videris, claude oculos tuos à concupiscentia, & os à vanitate verborum, & aures à sono prauo, vt ne mortificetur tota domus, hoc est, anima, & corpus. Quapropter etiam Propheta dixit, (Si ascenderit mors per fenestras:) & non penitus de his fenestris dicit, alioqui occlusis fenestris numquam moreremur: fenestræ verò*
D *nobis corporis sensus, per quos mors ingreditur, si per ipsos peccamus.*

Theodorit. *Fenestræ animæ sunt erroris commētationes per quas infligitur plaga, & quinque corporis sensus.*

Theodoritus. *Explicat lamentationum causam, (Quia mors ascendit per fenestras vestras, ingressa est in terram vestram: vt conterat pueros de foris, & iuuenes, de plateis.) Fenestras vocat erroris commentationes, per quas errorem susceperunt, & illius ergo inflicta est plaga. Nec errauerit quisquam si sensus corporis appellauerit fenestras animæ. Verbi gratiâ, visum, gustum, olfactum, auditum, & tactum. Per hos enim vita & mors ingredi possunt. Nam qui temperanter intuetur, consequitur vitam: qui autem in-*
E *temperanter, decerpit mortem. Et lingua verax comparat animæ salutem, quæ autem mentitur, interitum procurat. Et de reliquis sensibus idem dicere perfacile est.*

10 Greg. PP. *Sensus corporei sunt quasi quædam viæ mentis.*

Gregor. Papa lib. 21. Moralium cap. 21. *Cùm sit inuisibilis anima nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, nisi quòd inhærens corpori, quasi quædam egrediendi foramina eiusdem corporis sensus habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quasi quædam viæ mentis sunt, quibus foras veniat, & ea quæ extra eius sunt substantiam concupiscat. Per hos etenim corporis sensus quasi per fenestras*
F *quasdam exteriora quæque anima respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Ieremias ait (Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras.) Mors quippe per fenestras ascendit & domum ingreditur, cùm per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum intrat mentis. Quo contra hoc quod iam sæpe diximus, de Iustis per Isaiam dicitur.* [k] *Qui sunt hi, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Iusti námque volare vt nubes dicti sunt, quia à terrenis contagiis subleuantur: & quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quæque*

Mors per sensus intrat cū per illos intrat concupiscētia in mētem.

k Isai 60. 6.

Sensibus corporeis quàm diuersimodè vtātur iusti, ac improbi.

quæque intentione non reſpiciunt rapacitatis, eoſque foras non rapit concupiſcentia carnalis. Quiſquis verò per has corporis feneſtras incautè exterius reſpicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens cadit, atque obligatus deſideriis, incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima dum ante non prouidet, ne incautè videat quod concupiſcat, cæca poſt incipit deſiderare quod vidit.

11 Idem Gregorius Papa in Pſalmum quintum pœnitentialem, ſuper illa verba, [a] *A voce gemitus mei, &c. Sicut Adæ peccatum ſubſecuta eſt mors, ſic & peccato conſentiens moritur anima, quia à vita ſua; quæ Deus eſt, ſeparatur. Mortui enim ſumus quando implemur oſſibus mortuorum. Mortuus eſt ſermo malus qui ex ore procedit; Scriptum namque eſt, Sepulchrum* [b] *patens eſt guttur eorum. Habemus autem portas, per quas mortui efferimur, corporis videlicet ſenſus, de quibus ait Propheta.* [c] *Qui exaltas me de portis mortis. Hæ ſunt enim portæ, per quas mors ingreditur, & per quas mortuus effertur. Nam quòd per illas mors ingrediatur teſtatur alius Propheta, qui ait, (Intrauit mors per feneſtras noſtras.) Qui enim vidit mulierem ad concupiſcendam eam, mortem per oculorum feneſtras admiſit: Qui verò ſeminat inter fratres diſcordias, & iniquitatem in excelſo loquitur, per oris portam mortuus effertur.*

Greg. Pap. a Pſal. 101 6. *Moritur anima per ſeparationem à Deo.*

b Pſal. 5. 10.

c Pſal. 9. 14. *Senſus ſunt portæ, & feneſtræ per quas ingreditur peccati mors in animam.*

Aponius lib. 4. Super Cant. tom. 1. Biblioth. Vet. Patrum, *Sæpenumerò variis immiſſionibus circumdatur anima, cupiditatis, auaritiæ, ebrietatis, commeſſationis, impudicitiæ, iræ, blaſphemiæ, contentionis, hæreſis, inuidiæ, & multarum aliarũ his ſimilibus, eo vtique tempore quando his circundatur, quaſi carcere retruſa continetur. Ad quam ſermo Dei pœnitentiæ, orationúmque vocibus reuocatus venit, & aſpicit per feneſtras; ſenſus eius quibus corporeas peragit cogitationes: ſi non ſunt polluti ſordibus laſciuæ delectationis auditus, ſi non concupiſcentiæ viſus, ſi non meretricum odoribus delectatur odoratus, ſi non turpiloquiis, & quæ Deo contraria ſunt labia inquinata, ſi non ſceleratis operibus pollutæ ſint manus, de quibus dicit Propheta, (Intrauit mors per feneſtras.)* Aponius.

Per ſenſuum noſtrorum feneſtras reſpicit nos Deus, ſi ij non ſint polluti.

Bernardus ſerm. 24. in Cant. ante medium, *Iuxta Prophetam intrat mors per feneſtras noſtras, prurientes auribus, & oribus lethale poculum detractionis inuicem nobis miniſtrare contendimus.* Bernardus. *In detractione intrat mors per feneſtras.*

D. Thomas. *(Quia aſcendit mors,) id eſt, Chaldæus mortem inferens: in quo deſignatur velocitas ipſorum, & fortitudo, qui non contenti intrare per oſtia, per tecta, & feneſtras conſcendebant. Ioel 2. Domos* [d] *conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur.* D. Thom.

d Ioel. 2. 9.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὅτι ἀνέβη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων ὑμῶν.

Σεβήρου ἀπὸ λόγ. ιε.] αἱ θυρίδες εἰσὶν αἱ πέντε αἰσθήσεις, δι᾽ ὧν πᾶσα ἡδονὴ πληροῦται, πρὸς θάνατον ἄγουσα τοὺς ἀκολάστως ταύταις χρωμένους.

Ὀλυμπιοδώρου.] καθόλου μὲν διὰ τῶν διδασκάλων τῶν δοκούντων τὰ κεκρυμμένα ἑρμηνεύειν. αἱ γὰρ θυρίδες φανεροποιοῦσι τὰ ἐντὸς ἑνὸς ἑκάστου διὰ τῶν αἰσθητηρίων, συνέβη δὲ ἴσως τοῦτο καθ᾽ ἱστορίαν, διὰ τῶν πολεμίων. θυρίδες εἰσὶν αἱ τῆς πλάνης ἐπίνοιαι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἐκ τῶν παρατάξεων, οὐδὲ ἐκ τῆς μάχης, καὶ τοῦ πολέμου.

12 Verſ. 22. *Quia aſcendit mors per feneſtras veſtras, &c.)*

Seueri ex oratione 15.] *Feneſtræ ſunt quinque ſenſus, per quos omnis completur voluptas, ad mortem ducens eos, qui illis intemperanter vtuntur.* Seuerus. *Senſus noſtri ſunt feneſtræ per quos ingreditur mors.*

Olympiodori.] *In vniuerſum quidem per Magiſtros, qui abſcondita videntur exponere. Feneſtræ enim quæ in vnoquoque abdita ſunt patefaciunt, Per ſenſoria, Hoc autem forſan hiſtoricè per hoſtes factum eſt. Feneſtræ ſunt cogitationes erroris.* Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Non per inſtructos exercitus, non per bellum & conflictum.* Chryſoſt.

Verſ. 22.] Loquere, hæc dicit Dominus: & cadet morticinum hominis: quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

STRAGEM [a] *iſtam maximè deplorandam à Domino vobis denunciandam accepi, Qui & inſuper me impulit, vt loquerer conteſtans hac ab ipſo habita, in ea quæ à Chaldæis paſſim fiet internecione, tanta erunt hominum cadauera, vt nemine exiſtente qui ea colligat, ſepeliátque quaſi ſtercus futura ſub dio ſint, quaſi res fœtida, turpis & abominabilis, quam omnes auerſentur: & in ſuperficie terræ cunctis expoſita oſtentui erunt, vt exemplum infelicis exitus, & iuſti iudicij Dei erga rebelles. Eueniétque quod fœno euenire ei ſolet, quod à metente defectum non colligitur: Et quod inutilium herbarum, aut ſtipularum defectis contingit manipulis, qui in agris relicti, corruptique ad fimum inſeruiunt.*

a *Loquere: hæc dicit Dominus: Et cadet morticinũ hominis quaſi ſtercus, (ſeu, in exemplũ) ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum (ſeu manipulus) poſt tergũ metentis, & non eſt qui colligat.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *LOQVERE, hæc dicit Dominus.)* In Codicibus, quoſcumque videre mihi licuit, verſionis Septuaginta horum nihil reperi: quamquam apud Theodoritum ad præcedentem potiùs ſententiam adiunctum ſit, τάδε λέγει κύριος, *(Hæc autem dicit Dominus,)* Notat tamen hoc loco Hieronymus, Verbum Hebraicum quod tribus literis ſcribitur דבר vocales in medio non habens, pro conſequentia, & legentis arbitrio ſi legatur דבר *dabar*, ſermonem ſignificare, ſi דבר *deber*, mortem: ſi דבר *dabber*, loquere. Vnde & Sept. & Theodotio iunxerunt, inquit, illud præterito capitulo, vt dicerent, *Diſperdent paruulos de foris, iuuenes de plateis morte.* Aquila verò & Symmachus tranſtulerunt λάλησον, id eſt *(loquere,)* vt imperet Deus Prophetæ loqui quæ ſequuntur. *(Hæc dicit Dominus, &c.)*

2 *(Et cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis.)* Hæc ſunt quæ ex ore Domini mulieribus percipienda dixit ſupra in verſ. 20.

A Quibus & id confirmatur quod in præcedenti, verſ. 21. de ſtrage paſſim à Chaldæis per vias, pérque plateas facienda dicebatur. Quid ſit autem (*cadere morticinum hominis quaſi ſtercus*) ſeu, vt legunt Sept. (*In exemplum ſuper faciem regionis*, aut *campi*, & *agri*, *& non eſſe qui ea colligat*,) iam ſupra explicatum à nobis fuit ſuper verſ. 2. capitis octaui, vbi dicebatur, *Non colligentur & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt*. Vide ibi.

Mortis ſimulacro cur detur in manibus falx fœni meſſorum.

Et quaſi fœnum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.) Aptiſſimâ certè metaphorâ, elegantique ſimilitudine idipſum quod mox dictum B fuerat explicat. Et ex hoc loco opinor deſumptum, vt in picturis, & ſculpturis morti falx detur in manibus ea potiſſimùm, quæ in vſu eſt fœni meſſoribus. Hanc ipſam metaphoram hîc ſeruarunt & Sept. legentes. (*Et erunt mortui*, ſeu *morticina hominum in exemplum ſuper faciem campi terræ veſtræ, & quaſi fœnum poſt metentem, & non erit qui colligat.*) In qua verſione vltima verba, (*& non erit qui colligat*) non tam ad fœnum, quàm ad cadauera videntur referri. Vatablus tamen in ſua verſione ad fœnum ea refert, legens, (*Et ſicut fœnum poſt metentem, quod nemo colligit.*) In textu C Hebraico vox עמיר *ngnamir*, quam & hîc, & alibi ſæpe noſter interpres ſecutus Sept. fœnum reddit, iuxta Hebræorum ſententiam à pleriſque pro manipulo accipitur. Vnde ita hæc vertunt. Pagninus, (*Et veluti manipulus poſt metentẽ, & non erit qui colligat.*) Regia, (*Et veluti manipulus à poſt metentem, & non colligens.*) Ioan. Maldonatus. (*Quaſi manipulus à tergo metentis.*) In quo alia eſt metaphora, quam Vatablus breuiter ſic explicat. Vt multi manipuli cadunt opere meſſoris, ita multi ex Iſraelitis corruent cædentibus D Chaldæis. Aptiùs alij, Cùm eſt magna copia non curat meſſor, ſi fortè relinquatur vnus manipulus in agro, Sed relinquit illum: vel etiam per obliuionem relinquitur, & ibi computreſcit. Sic horum cadauera præ multitudine iacebunt, nullique curæ erit, vt ea ſæpeliantur.

3 Cæterùm cùm moris id eſſe ſciamus, vt poſt eos qui ſegetes metunt mulieres eant vt cadentes vel ſpicas colligant, vel manipulos, quod

a Ruth. 2. 8.
b Deut. 24. 19.

& apud Iudæos in vſu fuiſſe patet ex cap. 2.[a] lib. Ruth cumque in lib. Deuteronom. dicatur, [b] E *Quando meſſueris ſegetes in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum, ſed aduenam & pupillum, & viduam auferre patieris.* Nullatenus puto allatam hoc loco ſimilitudinẽ de manipulo intelligendam, aut manipulis ſegetum. Sed de manipulis potiùs inutilium herbarum, quas paruâ falce frequenter inſtar tritici meti videre eſt; aut etiam de manipulis metentium reliquam è ſegetibus ſtipulam, ac paleam, vt ſimilitudo iſta Hebraici textus conueniat ferè cum ſimilitudine lectionis vulgatæ, & F Sept. In quam exinde confirmor ſententiã, quòd & fœni manipulos inuenio in Pſalmo, vbi dici-

c Pſa. 128. 6.

tur, [c] *Et ſicut fænum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum ſuam qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.* Imò & in hoc pariter ſenſu Vulgatæ lectionem ſumpſiſ-

Hugo Card.

ſe videtur Hugo Cardinalis dicens, *Et quaſi fœnum poſt tergum metentis*, &c id eſt, *Sicut ſtipula quæ poſt tergum metentium dimittitur, nec erit qui eos colligat*, id eſt, *Sepeliat. Vel ſicut qui metit vel colligit fænum, vno abſciſſo non reſpicit illud, ſed procedit ad aliud: Si c præ auiditate Chaldæi vnum Iudæum occidentes non reſpiciebant eum, ſed procedebant ad occidendum alios.*

Verſ. 22.] Loquere, hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

IN magnam ſancto cuique prædicatori verba iſta deſeruire poſſunt conſolationem, maximúmque animi robur ex illorum commemoratione capere queunt, quotquot ex Dei impulſu prædicare ea debent contra vitia, quorum auditionem moleſtam fore veretur. 4

Morticinum humanum duplex.

a Num. 19. 13.

Morticinum humanæ animæ eſt corpus mortuum.

Morticinum hominis eſt anima mortua per peccatum.

(*Et cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis.*) Humanum morticinum duplex in Sacris reperio literis, alterum humanæ animæ, alterum hominis, de quo hîc fit mentio; cum de primo illo legamus in lib. Numer.[a] *Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael.* Morticinum humanæ animæ corpus hominis eſt, quod ſicut viuens erat, cùm in ipſo anima eſſet, quâ informabatur, ita eadem ab eo recedente animâ, morticinum illius dicitur, taléque morticinum, vt antiquitùs eius duntaxat contactus immundũ redderet attingentem, ex quo conſequebatur, vt id & omnibus eſſet abominationi. Morticinum verò hominis, quod multò vniuerſis eſt abominabilius, vtpote (*quaſi ſtercus*, (vt hîc dicitur) *ſuper faciem regionis*,) ipſa eſt anima, quæ vitâ priuata ſit gratiæ, per quam gratiam eidem animæ inhærentem & ipſa anima, & homo viuens priùs erat vita iuſtitiæ, ac ſpiritus.

Quid priùs cõtingat, priuatio diuinæ gratiæ, an peccati admiſſio. 5

Hoc ſuppoſito, magnam mihi ingerit difficultatem quod hîc adhibitum eſt cadendi verbum cum morticino hominis, (*Et cadet morticinum hominis.*) Nam ſi ex caſu arguendum eſt eius morticini quod videmus, & cadaueris, quod humanæ animæ morticinum appellatum vidimus, cùm id primùm vitâ priuetur, ex qua priuatione fit morticinum, tum cadit factum iam morticinum: Significari hoc loco videtur, priùs hominem diuina priuari priuari gratiâ, ſicque illius animam fieri morticinum ipſius: Et poſtmodùm eamdem animam ita mortuam in peccatum cadere: Quod tamen nullatenus ſecundùm veram admittendum eſt Theologiam, iuxta quam veriſſimum eſt id commune effatum, *Non deſerit quem Deus, niſi priùs deſeratur.*

In peccati actu tria conſiderari poſſunt.

Pro huius tamen difficultatis ſolutione ſciendum, tria in actu conſiderari poſſe peccatoris, & peccati cuiuſlibet mortalis, Auerſionem à Dei lege, rectaque ratione; priuationem habitus infuſi ſupernaturalis gratiæ; & cadere à Dei gratia, fierique Deo ingratum, & inimicum. Ratio eſſentialis peccati ipſa eſt auerſio, & per hanc potiſſimùm quæ peccato mortali peccat anima, ipſo facto morticinum fit hominis, rectitudinis expers reddita diuinæ legis, quæ illius eſt vita, & per quem viuificabatur, iuxta illud, [b] *Eloquium tuum viuificabit me.* Et id Salomonis, [c] *Tene diſciplinam ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua.* Hanc auerſionem comitatur & priuatio habitus gratiæ, quæ tamen (vt ſcholaſticè loquar) poſterior natura eſt ipſâ auerſione: priuationem verò eius habitus ſequitur cadere à grato, & fauorabili Dei animo, & à gratia illius.

Peccati ratio eſſentialis eſt auerſio à rectitudine diuinæ legis.

Lege Dei viuificatur anima noſtra.

b Pſal. 118. 50.
c Prou. 4. 13.

Cadere à gratia Dei eſt peſſimũ, quod propter peccatum mortale contingit animæ.

illius. Sic ergo moraliter de peccatore quolibet A rectè hæc dicuntur, (*Et cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis,*) ad id deſignandum quod propter admiſſum mortale peccatum illi contingit peſſimum, cadere à Dei gratia, fierique illi, & per conſequens toti mundo abominabile, & quaſi ſtercus, dicente Salomone,[a] *Abominabile Domino cor prauum,* & Vate item regio aſſerente,[b] *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.* Benè autem peccator, cuius anima morticinum facta eſt hominis, expers effectus gratiæ Dei cadere dicitur quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, cum propterea & ab omnibus, vt res conculcetur deteſtanda, iuxta B illud Eccleſ.[c] *Omnis mulier fornicaria, quaſi ſtercus conculcabitur in via,* & vndique omnium peſſimus eius diffundatur fœtor, de quo apud Ioelem dicitur,[d] *Et aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbè egit:* Et fœtore ipſo ſuo vniuerſam inficit regionem.[e] *Propter immunditiam eius,* ait Michæas, *corrumpetur,* ſcil. terra putredine peſſimâ.

a Prou. 11. 20.
b Pſal. 13. 1.
Peccator quaſi ſtercus in via.
c Eccleſ. 9. 10.
d Ioel 2. 20.
e Mich. 2. 10.

6 (*Et quaſi fœnum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.*) Ad retundendam peccatoris ſuperbiã, qui antequam à Dei excideret gratiâ, auſus eſt tergũ ad Deum vertere, vt dictum eſt ſupra in cap. 2. bene[f] poſtquam de caſu morticini illius C quaſi ſtercoris ſuper faciem regionis actum eſt, ſubindicatur ſuperbiæ ipſius qualitas, & finis: Qualitas, vtpote quæ in altum exorienti ſimilis ſit fœno, iuxta illud Pſalmi,[g] *Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum, & apparuerint,* id eſt, & viridi, ac florido prodierint germine, *Omnes qui operantur iniquitatem.* Noſſe vis finem? *Vt intereant in ſæculum ſæculi,* dicitur codẽ Pſalmo, quod peregregiè noſter hoc loco explicat Propheta, dicens, (*Et quaſi fœnum poſt tergum metentis.*) Quis eſt enim metens iſte, niſi is de quo in libro Apocalypſis,[h] *Et vidi, & ecce nubem candidam; & ſuper nubem ſedentem ſimilem filiq hominis, habentem* D *in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam:* Ieſus Chriſtus ad iudicium veniens, iudiciariamque habens poteſtatem ſuperbientes in die iudicij hos demetens ſibi terga vertentes peccatores, inſtar fœni ad æternam corruptionem poſt tergum ſuum illos abiiciet, vt in æternum faciem ipſius videre nequeant. (*Et non eſt qui colligat,*) quia in inferno nulla eſt redemptio.

Superbi peccatores ſimiles fœno.
f Iere. 2. 27.
g Pſal 91. 8.
Superbia peccatoris qualis tandem ſit finis.
h Apoc. 14. 14.

VVLGATÆ.

Verſ. 22.] Loquere, hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

22. Καὶ ἔσονται οἱ νεκροὶ τῶν ἀνθρώπων εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου τῆς γῆς ὑμῶν, ὡς χόρτος ὀπίσω θερίζοντος, καὶ οὐκ ἔσται ὁ συνάγων.

Verſ. 22.] Et erunt morticina hominum in exemplum ſuper faciem campi terræ veſtræ: quaſi fœnum poſt metentem: & non eſt, qui colligat.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Vaticinare hæc dicit Dominus: & proiicietur cadauer hominis quaſi ſtercus diſperſum ſuper faciem agri, & ſicut manipulus poſt meſſorem, & non erit qui colligat.* 1

Verſ. 22. (*Loquere, hæc dicit Dominus, &c.*) Hieronymus. Omiſſis, quæ circa locorum varietatem quoad verbum (*Loquere*) ex ipſo notata ſunt in prima literæ expoſitione. *Iſtorum,* inquit, *eſt ſenſus, cùm aſcenderit mors per feneſtras noſtras, & ingreſſa fuerit domos Ieruſalem, & paruuli, iuueneſque de foris perierint in plateis: tunc erit morticinum eorum, ſiue cadauera mortuorum quaſi ſterquilinium ſuper faciem terræ, & quaſi ſtipula, quæ poſt tergum metentium dimittitur, & vt inutilis non colligitur. Per quæ oſtendere vult, tantam in Ieruſalem, & circa vrbem cædem futuram, vt nullus ſit qui ſepeliat corruentes.* Hieronym.

Theodoritus. (*Hæc autem dicit Dominus, & mortui ex hominibus erunt exemplum ſuper faciem agri terræ veſtræ, & ſicut fœnum à tergo metentis, & non erit qui colligat.*) *Quæ vobis contingent, vtilitatis non modicæ præbebunt occaſionem; hoc enim ſibi vult (exemplum) Iſtud verò (ſicut fœnum à tergo metentis) indicibilem mortuorum declarat multitudinem.* Theodorit. *Calamitates non modicæ ſunt vtilitatis.*

D. Thomas. *Hic ponit pœnam quantùm ad ipſa cadauera quæ remanſerunt inhumata (quaſi fœnum,) quod à metente quaſi vile quoddam negligitur. Iſai.*[a] *5. Facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearum.* D.Thom. a Iſai. 5. 25.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

E ΚΑὶ ἔσονται οἱ νεκροὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] οἱ νεκροὶ ἔσονται ἄταφοι. καὶ πάλιν καὶ τοῦτο μέγιστον ἐδόκει εἶναι μύσος. τὸ μὴ ὄντος τοῦ θάπτοντος τοῦτο συνέβαινεν.

Verſ. 22. ET *erunt morticina hominum in exemplum ſuper faciem cãpi, &c.*) 2

Chryſoſtomi.] *Mortui inſepulti iacebunt: Ingens & hæc abominatio: eueniebat porrò hoc quod non eſſet qui ſepeliret.* Chryſoſt.

Verſ. 23.] Hæc dicit Dominus: Non glorietur Sapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis.

a Non glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NON[a] *eſt quod Iudæorum aliqui maxima iactẽt præſidia, vel ſapientia in bellicis conſiliis, præ-* F *liandique arte; vel fortitudinis in munitiſſimis arcibus, celſiſque mœniis, in armorum, militũmque robore, atque in cibariorum copia: vel diuitiarum quibus hæc omnia augere, & ſi ſors ferret, etiam ſe redimere poſſent.*

2 *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, quia confuſi tunc temporis erunt ſapientes iſtiuſmodi omnes, nil in eorum conſiliis exiſtente, vel apparente quod profuturum ſit contra mortem: Nec glorietur in fortitudine ſua fortis, quia multiplex ſuum iactabunt robur, eo*

omni

omni euanescente tunc vehementissimo perterriti erũt bellicosissimi hostis pauore. Nec est quod diues in suis glorietur diuitiis; locupletes enim vniuersi tunc vnà cum suis capientur opibus, omnesque indiscriminatim corruent.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 HÆC *dicit Dominus*, &c.) Ad eamdem orationem quæ mox habebatur & hæc pertinere censet Andreas Cappella, ac si dicatur, Nihil proderit sapientia, neque diuitiæ, neque potentia, omnes indiscriminatim corruent. Aptiùs dixerim, Prophetam expleta oratione, quam ad mulieres habuit, ad lamenta, & planctum illas promouens, nunc iterum ad vniuersum populum, in primisque ad ciues Ierusalem suum cõuertere sermonem. Cùm enim nullum in toto illo repererit populo, qui verè & sapiens, & intelligens esset, vt visum est supra, cùm exponeremus, Vers. 12. *Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc*, &c. Et Nilominus plurimos in eodem populo animaduerterit esse secundùm mundum sapientes, quibus nil timoris Dei incuterent minæ, in præsidiis confidentibus humanis. Singillatim inanem trium præcipuorum præsidiorum istorum omnem eis retundit gloriationem, omnémque eorumdem, seu in eisdem eneruare obnititur confidentiam: quâ & idiotis mirum in modum nocebant. Præsidia quæ iactabant, hæc erant, sapientia in consiliis, bellandique arte; robur mœnium, aggerum, arcium, ipsiusque ciuitatis Ierusalem situs, necnon & fortissimorum militum; opes denique ingentes in eadem ciuitate regia congestæ, quibus & munitiones augere, & externum militē mercede conducere, vt aduersariis diutiùs possent obsistere, & etiam, si sors id tulisset, ab insurgentium se redimere manibus: sic cùm ait, *(Non glorietur sapiens in sapientia sua*, &c.) idipsum ferè sibi sanctus velle videtur Propheta, ac quod in præcedenti cap. 8. dixit,[b] *Confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt: verbum enim Domini proiecerunt. & sapientia nulla est in eis.* (*Non glorietur enim*, ait, *Sapiens in sapientia sua*,) quia confusi calamitatis huis tempore erunt sapientes isti omnes, nil in eorum consiliis existente aut apparente quod veram præ se ferat sapientiam. (*Et non glorietur fortis in fortitudine sua*) quia qui multiplex suum iactabant robur, eo omni euanescente, vilissimo iam perterriti sunt timore, (*Et non glorietur diues in diuitiis suis*) quia iisdem cum suis vniuersis capti sunt opibus.

Præsidia humana nil nobis proderunt contra Deũ. And. Cappel.

Præsidia validiora cuiuslibet regni tria, sapiẽtia, fortitudo, & opes. Sed hæc inania contra Deum.

b Ierem. 8. 9.

2 Quoad lectionum varietatem nil solidi est quod notetur præsertim in versione Sept. Hebraici verbi הלל *balal*, maior est vis, quam verbi nostri *Gloriari*, propriè enim significat eleuare vocem cum gloriatione, fulgore, ac splendore, ita vt hæc quamdam præ se ferant insaniã. Et quia idem verbum laudare significat, ad Dei laudem, quæ in oratione exhibetur, retulit ista Benedictus Arias Montanus, in hunc modum ea referens in suis Commentariis super cap. 7. Zachariæ pag. 828. numero 25. *Non oret sapiens in sapientia sua, & non oret fortis in fortitudine sua, & non oret diues in diuitiis suis. Sed in hoc oret qui orat, scire, & nosse me*, &c. Quæ sanè lectio apta potiùs pro morali est sensu quàm pro literali.

Arias Mont.

Vers. 23.] Hæc dicit Dominus, &c.

A

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CVM superbiam duobus similitudinibus, stercoris, ac fœni post tergum metentis iam Dominus retuderit peccatori, admodum consequenter tria ea patefacit, per quæ in superbiam erigi is solet, sapientiam, fortitudinem, atque diuitias; subindicans, ob ea minimè superbiendum, nec in illis gloriandum, quia & ipsa, sicut peccator qui de iis gloriatur, stercus tandem sunt, & fœnum arefactum, atque corruptum. Siquidem & hoc vt clamaret Isaiæ præceptum fuit. [a] *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos agri, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus*, &c. Vt quid ergo glorietur quis in fortitudine carnis, cùm vix quidpiam fœno reperiatur debilius? Vtquid carnis iactabit sapientiam, quæ fœtidissimum stercus est, iuxta illud Mathathiæ, [b] *Et à verbis* sapienter scilicet, superbéque prolatis, *viri peccatoris ne timueritis; quia gloria eius*, quâ scilicet in sua superbit sapientia in consiliis, & machinamentis suis, *stercus & vermis est*, stercus ob stultitiæ fœtorem, quia [c] *stultam fecit Dominus sapientiam sapientum*; vermis corrodens eum ipsum peccatorem, qui in illa gloriatur.[d] *Eò quod in multa sapientia*, scil. istiusmodi, *multa est indignatio*, vt dicitur in lib. Ecclesiast. *& qui addit scientiam, addit & laborem.* Quæ peroptimè declarantur per ea quæ Iacobus dixit Apostolus. [e] *Si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem: Non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis diabolica.* Sed & fœtidam cùm esse oporteat gloriationem, quæ in diuitiis est, cùm & ipsæ sterquilinium quoddam sint, dicente Ezechiele Prophetâ, [f] *Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit.* 3

a Isai. 40. 6. *Fortitudo hominis est fœno debilior.*

b 1. Machab. 2. 61. *Sapientia humana est fœtidissimum stercus.*

c 1. Cor. 1. 20.

d Eccles. 1. 1. 18.

e Iacob. 3. 14.

Diuitiæ terrena sũt sterquilinium.
f Ezech. 7. 19.

B C D

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 24.

Vers. 24.] Sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium, & iustitiã in terra, hæc enim placent mihi, ait Dominus.

E

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VTINAM tutiora oculos coniectos haberent in præsidia veræ sapientiæ, inuincibilisque fortitudinis, & incorruptibilium diuitiarum; Sapientiæ munimen tutissimum, in quo æquum esset vt gloriarentur, id esset, ait Dominus, vt me, ne dum speculatiuã, sed & practicã affectiuã, & effectiuã cognoscerent notitiã. Glorientur, [b] *si velint, de ea, quam ex me habere queunt fortitudine, intelligentes, quia ego sum omnium Dominus, & pro meorum defensione validissimis decerto instructus armis misericordiæ, iudicij, atque iustitiæ: faciens in terra misericordiam, dum misericorditer illis robur exhibeo meum, quo confirmentur insurgentibus minimè cedentes calamitatibus; faciens iudicium, dum damnationis iudicium in illos exerceo, qui eos hostiliter insequuntur; faciens denique*

F

a *Sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me.*

b *Quia ego sum Dominus, qui facio misericordiã, & iudicium, & iustiam in terra.*

denique & iuſtitiam, dum exemplar me ipſis exhibeo perfectæ iuſtitiæ, & ſanctitatis. Sed etſi in diuitiis gloriari eis libeat, in veris, & inæſtimabilibus glorientur diuitiis, quæ hæc ipſa ſunt, in quibus maximè complaceo, & in quæ, vt in precioſiſſimos theſauros, meus coniectus eſt animus, facere miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam, facere iudicium erga ſe ipſos, iudicando vnumquemque ſemet, & per pœnitentiam, ac mortificationem damnando, & puniendo quæ in ſe repererit malè actorum, facere miſericordiam erga proximum, piè, miſericorditerque ſe erga illum gerendo; atque erga me Deum ſuum iuſtitiam facere, in ſanctitate viam percurrendo mandatorum meorum, ſicque iuſtitiam omnem implendo.

a *Hæc enim placent mihi, ait Dominus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

4 *Præſidia optima, & tutiſſima Ciuitatũ ac regnorum quæ?*

SED *in hoc glorietur*, &c.) Reiectis tribus humanis præſidiis, nimiaque fiduciâ, & inani gloriatione in vanis mundanæ ſapientiæ conſiliis, in humana fortitudine, atque in terrenarum opum diuitiis, Tria alia eorum vice Iudaico populo diuina, & tutiſſima Dominus per Prophetam proponit præſidia, veræ nimirum ſapientiæ, fortitudinis inuictæ, & incorruptibilium diuitiarum, ac opum precioſiſſimarum. Ei enim quod dictum fuit, (*Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua,*) Opponit (*Sed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me,* ſicut & ei, (*Et non glorietur fortis in fortitudine ſua,*) opponit, (*Sed in hoc glorietur qui gloriatur, quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra,*) Denique & ei quod tertiò dicebatur, (*Et non glorietur diues in diuitiis ſuis*, vltimò id opponit. (*Hæc enim placent mihi.*) Explicemus breuiter ſingula. (*Non glorietur*, inquit, *ſapiens in ſapientia ſua, ſed in hoc glorietur qui gloriatur*, ſcil. de ſapientia, *ſcire & noſſe me.*) Ac ſi dicat, ſi de tuto gloriari velint præſidio ſapientiæ, ſtudeant, vt ſciant me notitiâ intellectiuâ, noſcantque ſimul cognitione practicâ affectiuâ, & effectiuâ. Hæc eſt enim vera ſapientia, cuius conſilia à morte liberant, cuius & machinamenta, ac opera tutos ab omni nos ſeruant malo, iuxta illud Sapientiæ, [a] *Noſſe Deum iuſtitia eſt conſummata: & ſcire iuſtitiam, & virtutem ſuam radix eſt immortalitatis.* Vide circa hanc materiam plura, quæ dicta à nobis fuère ſupra in Expoſitione prima eorum verborum capitis quarti. [b] *Quia ſtultus populus meus me non cognouit, filij inſipientes ſunt & Vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt.*

Sapiẽtia vera eſt optimũ præſidium, & quænam illa ſit?

a Sap. 15. 4.

b Iere. 4. 22.

5 *Fortitudo vera, & tutiſſima quænam ſit?*

Bene autem quibus dictum fuerat, (*& non glorietur fortis in fortitudine ſua,*) vera, tutaque proponitur fortitudo, in qua gloriari ſi velint, gloriarentur. Vt autem intelligatur, quàm aptè ad iſtam deſignandam fortitudinem dictum ſit, (*Quia ego Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra,*) ad ea confugiendum; quæ idemmet Dominus apud Iſaiam dixit. [c] *Et vidit, quia non eſt vir*, qui ſcilicet verâ præditus eſſet virtute, veraque fortitudine: *Et aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat*, id eſt, & animo extitit anxio, atque perplexo (de Deo humano loquitur more) cùm inter homines neminem repererit, qui verâ eâ validus eſſet fortitudine, vt & ipſi occurrere poſſet irato in populũ ſuum, & illis obſiſtere, qui eumdem è medio tollere obnituntur. *Et ſaluauit ſibi brachium ſuum*) id eſt, & robur ei impertiit, quo ſalutem adipiſceretur, robur ipſum ſuum, fortitudinem brachij, dexteræque ſuæ; vt pronomen *ſibi* redundet conſuetâ, & frequentiſſima Hebræorum phraſi, de qua egi pluribus in meis Comment. ſuper ea verba primi cap. Cantic. [d] *Si ignoras te*, Hebr. *tibi ô pulcherrima inter mulieres*, vt ſenſus ſit, Et brachium roburque ſuum ſaluauit, prout & in Pſalmo 97. [e] *Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius, Notum fecit Dominus ſalutare ſuum.* Vt autem & rationem intelligeremus, quâ fortitudinem hanc exhibuit, ſuam adiectum eſt, *Et iuſtitia eius ipſa confirmauit eum*, ſcil. populum, iuſtitiæ nomine miſericordia deſignata, prout benè aſſerit ſuper eum locũ Hieronymus, quod & manifeſtum fit ex verſione Sept. quæ ita eadem legit. *Et vltus eſt eos brachio ſuo, & miſericordia ſuſtinuit.* Quod hîc apud Ieremiam dicit, (*Quia ego Dominus, qui facio miſericordiam,*) miſericorditer ſcilicet robur illis exhibens meum, quo confirmari; ſuſtineri, defendique poſſent aduersùs inſurgentes hoſtes.

c Iſai. 59. 16.

Sibi, redundanter poni ſolitũ phraſi Hebraicâ.

d Cant. 1. 8.

e Pſal. 97. 1.

Fortitudinem ſuam quâ ratione exhibeat Deus.

Hieron.

6 *Fortitudinis præſidio ſuos munit Deus faciendo iudiciũ, & iuſtitiam.*

Sed & id pariter ad idem explicandum robur, adiecit, *Et iudicium & iuſtitiam in terra.*) Quod apertiùs explicatum vbi ſupra eſt apud Iſaiam, cùm ſubdatur, [f] *Indutus eſt iuſtitiâ vt loricâ, & galea ſalutis in capite illius: indutus eſt veſtimentis vltionis & opertus eſt quaſi pallio Zeli*, fortiſſimum ſe exhibens faciendo iudicium maximam Deus confert iis fortitudinem, quando validiſſimis opertus vltionis, zelique armis damnationis iudicium, ſententiamque in illos exercet, qui hoſtiliter eos impugnant. Sed & robur pariter maximum eiſdem ſe præbet, faciendo iuſtitiam, omnimodâ ſe ipſis exhibens munitum iuſtitiæ ſanctitatiſque loricâ, tot fabricatâ è fortiſſimis ſibi inuicem cohærẽtibus ſquamis, quot ſibi inuicem cohærentes ad perfectam concurrunt Dei iuſtitiam, quæ plenam ſanctitatem conſtituunt, virtutes. Lege caput quintum lib. Sapientiæ, & hanc exhibendam Dei fortitudinem ferè iſdem verbis deſcriptam videbis, [g] *Accipiet armaturam zelus illius, induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem.* Quo loco vnum duntaxat pro nunc adnoto, in tam inſigni, quæ deſcribitur Dei fortitudine, & armatura eorum in primis mentionem fieri armorum, quæ ad corporis inſeruiunt defenſionem, vt exinde exploratum vnicuique fiat, vniuerſam quæ ad extra eſt Dei fortitudinem, in defenſionem myſtici corporis ipſius, populique ſui exhibitam, & exhibendam eſſe; in exhibitione nimirum diuinæ miſericordiæ, iudicij, atque iuſtitiæ. Quam fortitudinis exhibitionem efflagitabat ille qui dicebat, [h] *Iudica me Deus*, faciens ſcilicet iudicium, *& diſcerne cauſam meam de gente non ſancta*, faciens iuſtitiam iuxta ſanctitatis tuæ æquitatẽ: *Ab homine iniquo, & doloſo erue me*, in miſericordiæ tuæ præforti tuo me ſaluans brachio. *Quia tu es Deus fortitudo mea.* Et vt iuxta præſtitam hoc loco regulam, vt glorians in fortitudine in eo glorietur, quòd experimẽto probarit, quia Deus ſit Dominus, qui facit miſericordiam, iudiciũ & iuſtitiam, in alio Pſalmo idemmet ait Dauid, [i] *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*, id eſt, tibi acceptam referam, *quia Deus ſuſceptor*, id eſt, ſuſtentator, & fulcrum meum es, faciens iudiciũ, & iuſtitiam ſed & faciens miſericordiam, *Deus meus, miſericordia eius præueniet me.*

f Iſai. 59. 17.

Fortitudo Dei vniuerſa exhibetur in defenſione corporis ipſius myſtici.

g Sap. 5. 19.

h Pſal. 42. 1.

Fortitudinem ſuam Deus exhibet faciẽdo miſericordiam, & iudicium & iuſtitiam.

i Pſal. 58. 10.

7 *In quibus diuitiis gloriari debeamus.*

Sicut pro fallacibus gloriationibus in inani mundi ſapientia, & in imbecilli hominum fortitudine

titudine duplicem Iudaico populo, totique & hominum generi proposuit Deus gloriationem in sapientia vera, atque in fortitudine solita, prout iam explicauimus, Ita & tertiam optimam proponit gloriationem in incorruptibilibus diuitiis: vt non glorietur diues secundùm sæculum istum in diuitiis suis terrenis; Sed in eo glorietur, quòd *hæc placent mihi, ait Dominus.* Quæ hæc? facere misericordiam, & iudicium, & iustitiam. Quâ ratione placent? vt & in iis ipsis qui gloriantur hæc videam, in quibus queant & illi gloriari. [a] *Indicabo tibi*, seu, iuxta Hebr. lectionem, *Indicauit tibi*, scil. Deus ait Michæas Propheta in horum declarationem, *Indicabo tibi homo, quid sit bonum*, simpliciter, quod appetere debeant vniuersi, & in quo veræ sint diuitiæ appetendæ. *Et quid Deus requirat à te*, & quæ sint quæ Deo placeant, quasque in te velit, & à te exposcat opes: *Vtique facere iudicium*, iudicando vnumquemque seipsum, & per pœnitentiam, ac mortificationem damnando, & puniendo quæ in semet repererit malè actorum. *Et diligere misericordiam*, ex charitatis affectu misericorditer se gerendo erga proximum, & hilariter misericordiam illi exhibendo: *Et sollicitum ambulare cum Deo tuo*, cum sollicitudine viam mandatorum Dei percurrendo, illique in impigro legis eius itinere inseruiendo, iuxta illud Apostoli.[b] *Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes.*

a Mich. 6. 8.
Diuitiæ fidelium sunt virtutum studia, & opera.
b Rom. 12. 11.

8 Porrò quòd istæ sint veræ, & in quibus gloriandum sit diuitiæ, testis est Isaias Propheta, cùm ait, [c] *Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius*, cùm paulò ante dixisset, *Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso; impleuit Sion in iudicio & iustitia.* Testis est & ipsa sapientia in lib. Prouerb. dicens,[d] *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ*, id est, de quibus sanctè superbire, & gloriari æquum est, *& iustitia; Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo: In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.* Meritò igitur de his loquens diuitiis idemmet Deus qui est sapientia increata, hic apud Ieremiã, ait (*Hæc enim placent mihi,*) verbo *placent* significans suam & propensionem, & voluntatem, & desiderium, & vt de Deo dici potest, affectum omnem ad hæc esse, iuxta vim Hebraici verbi חפץ *hhaphaz*, de quo aliàs sæpe. Vnde & Sept. verterunt. (*Quia in istis voluntas mea.*) Pagninus. (*Hæc enim volo,*) Sic & Regia, (*Quia in illis volui.*) Vatablus, (*Quapropter & in his vnicè delector.*)

Virtutes esse veras diuitias, & thesaurum.
c Isai. 33. 6.
d Prou. 8. 18.
Virtutũ studia quàm grata sint Deo.

Hunc sensum huic sententiæ, (*Sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire*, &c. valde congruentem è meo attuli penu. Et quidem non ambigo, aliquibus eum placiturum, aliisque non ita, prout in similibus euenire solet. Propterea vt & iis quibus is non placeat, quantùm meæ possunt vires, satisfaciam, referam quæ in eandem dicta ab expositoribus reperi.

9 Andreas Capella, *Cùm ait*, inquit, (*In hoc glorietur scire & nosse me*) *de illa scientia, & cognitione loquitur, quâ Deum cognoscimus, & operibus cognoscere illum demonstramus; nam qui dicunt, se nosse Deum, factis negant, maiorem sibi damnationem acquirunt.* Iuxta quem sensum citat hunc Ieremiæ locum & Franciscus Ribera in princip. cap. 4. Hoseæ, & Gaspar Sanctius super hunc locum. *Sed & gloriandum in his est*, subdit Cappella, *quatenus Dei donis, vt illi gratias agamus quod nos suis*

Andr. Capp.
Cognitio Dei adiuncta habere debet & opera.
Franc. Rib.
Gasp. Sanct.

A *donis ditat, & gloriosos reddit.*[e] *Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Porrò misericordiam facit Deus, dum patienter expectat, excitat ad conuersionem, inuitat ad pœnitentiam, veniam promittit, ignoscit pœnitentibus: Iudicium facit, dum discernit inter bonos, & malos; mala opera esse nostra, quibus illum offendimus demonstrat: Iustitiam facit, dum punit. Et vt nos similia faciamus, hoc illi placet. Inter misericordiam, iudicium, & iustitiam, hoc discrimen esse volunt*, dicit Isidorus Clarius, *vt misericordia non respiciat meritum: iudicium grauatos ab aliorum calumniis liberet, puniens impios, &*
B *nocentes: iustitia, cum bonos, qui hic oppressi sunt, refocillat bonis, & remunerat.*

e 2. Cor. 10. 17.
Gloriandũ in bonis nostris vt in Dei donis.
Deus quam faciat misericordiam, & iudicium, & iustitiam.
Isid. Clar.

10 Cornelius à Lapide in suis Cõment. super ea verba cap. primi epistolæ 1. ad Corinth. [f] *Vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* Quæ ex hoc Ieremiæ loco desumpta sunt. Ita hæc exponit, *Iudæi gloriantur in consiliis suorum sapientium, &c. vt sup. sed errant: Vera enim gloriatio, est scire, & nosse Deum, id est, Dei prouidentiam, quódque ipse solus est qui facit misericordiam, & quos vult misericorditer liberat, non autem homo sapiens, diues, aut fortis: quodque ipse solus iustam pœnam infert, cui vult: à quo*
C *nemo sapiens, fortis, aut diues liberare potest: Sicut vobis ô Iudæi inferet. (Hæc enim placent mihi,)* dici, inquit Hugo Cardinalis, *Scilicet misericordia, iudicium, & iustitia: vt hæc hominibus faciam, & hæc mihi exhibeant scilic. misericordiam in corde, iudicium veritatis in ore, & iustitiam in operatione. Vel misericordiam ad proximum, iudicium ad seipsum, iustitiam per rectitudinem operum ad Deum.*

Cornel. à Lapid.
Gloriatio vera quæ esse debeat.
f 1. Cor. 1. 31.
Hug. Card.
Misericordiã facere, & iudicium, & iustitiã, quid.

Christophorus à Castro significari in hac sententia inquit, Non esse quòd Iudæi de prædictis
D in præcedenti vers. se iactent; sed de eo tantùm, quòd sciant, & noscant Deum. *Scire autem, & nosse Deum aliquando absolutè*, ait, *capitur pro scire, & nosse voluntatem Dei in diuina eius lege expressam, vt dixit Moyses, Deuter. 4. post tradita mandata:*[h] *Hæc est enim sapientia vera, & intellectus. Et Sap. 6.*[i] *Cogitare de illa sensus est consummatus. Et Sap. 15.*[k] *Nosse Deum iustitia est consummata, & scire iustitiam, & virtutem suam radix est immortalitatis. At hoc loco sumitur pro nosse Deum, quòd sit Dominus faciens misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra, quòd cuius vult miseretur, & quem*
E *vult indurat, quòd ipse solus est qui liberat suâ misericordiâ, non sapiens, fortis, aut diues, & ipse qui supplicium infert, nihil contra facientibus hominum sapientiâ, fortitudine, aut diuitiis: & qui vtrumque facit iustè, & ex æquitate, contra quam nemo est qui meritò conqueratur.*

Christoph. à Castro.
h Deut. 4. 6.
i Sap. 6. 16.
K Sap. 15. 3.
Gloriandum quòd cognoscatur Deus vt faciẽs misericordiam, & iudicium, & iustitiam.

Quem sensum rectiùs versioni aptabis Sept. quàm nostræ Vulgatæ, quæ lectioni consona est Hebraicæ: In correctioribus quippe Codicibus Sept. necnon & ferè apud omnes qui illorum versione vsi sunt Patres, vt videre est in nostra Appendice, ita hæc habentur: (*Sed in hoc glorie-*
F *tur qui gloriatur, intelligere & nosse, quia ego sum Dominus, qui facio*, &c.) Codices tamen Complutensis, & Regius, habent pronomen *me*.

Petrus à Figueira, *Tria prædicta, quæ apud homines magni fiunt*, inquit, *sapientiam, fortitudinem, & diuitias docet nihil esse sine notitia, & cultu Dei. Ideòque gloriandum. Scire Hebr.* השכל *haschel, id est, intelligere vt refertur ad speculationem, nempe scire, & cognoscere, ipsum esse vnum, æternum, incorporeum, creatorem, & prouisorem omnium superiorum, & inferiorum, &c. Nosse* ידוע *iadoang. Quantùm ad notitiam practicam, id est, ambulare*

Figueira.
Deũ nosse est ambulare in viis eius benè operando.

bulare in viis eius faciendo misericordiam, & iudiciū, & iustitiā erga proximos, quia sic facit erga nos Deus. (In terra.) Quasi dicat, erga homines qui morantur in terra. Hoc est enim nosse Deum, vnde infra cap. 22. A

a Ier. 22. 15. *vers. 15. iuxta Hebraicum dicitur,* [a] *Pater tuus nonne comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam, tunc bene erat ei: quando iudicauit iudicium pauperis & inopis, tunc erat ei. Nonne id est nosse me, dicit Dominus? Ecce quod facere iudicium, & iustitiam, est nosse Deum. Et hac ratione liberati sunt Daniel & socij eius ab ignominia exilij, quoniam etiam ibi erant in honore, propterea quòd erant pij, & iusti, & cognoscebant hoc modo Deum. (Hæc enim placent mihi.) Absolutè & in omni tempore: & hæc sunt quæ liberant à captiuitate & angustia.* B

Verſ. 24.] Sed in hoc gloriatur qui gloriatur, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *Gloriandum in eo quòd digni habiti simus qui seruiamus Deo.*

SI in humanis in id vnum complures suam collimant gloriam, vt magni alicuius Principis vel familiares sint, vel ministri etiam subditi. Imò si vel simplicem illius eam habeant cognitionem, vt ad eum accedere liceat aliquando. Multò certè æquius est, vt in eo gloriemur fideles, quòd sciamus, noscamusque, Deum esse eum, cui vt nostro per illius gratiam præstitum est seruiamus Domino. [a] *Quis enim sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra? Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat?* C

a Psal. 112. 5.

Vt Dei serui ac subditi studeant fideles se conformare illi vt Domino qui facit misericordiam, & iudicium, & iustitiam.

(*Qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: Hæc enim placent mihi ait Dominus.*) Ita in more est subditorum, vt quoad fieri potest, suis se conforment principibus, & in indumentorum, habituumque modis, & in actionibus, ita vt admodum sapienter dictum feratur, subditos, suos sequi principes æquè ac naturaliter vmbra corpus, vnde in lib. Ecclesiast. dicitur. [b] *Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Si cum terrenis principibus ita sese gerunt homines, cur non & fideles quique cælesti suo conformare se studeant Regi? cur non & ea agere obnitantur, quæ Deo placita esse norint? cur non iis ornari se conentur indumentis, quibus ille indutum, se exhibet gloriosum? [c] *Facere misericordiam, & iudicium, magis placet Domino, quàm victima,* ait Salomon in lib. Prouerb. & sanctus Iob. [d] *Iustitia,* inquit, *indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo: Pater eram pauperum.* Faciens nimirum misericordiam, & iudicium, & iustitiam. Misericordiam in adiuuandis iis qui eius indigerent ope: iudicium in singulis quæ sibi tractanda obuenissent suum perfectè cum omnibus explere satagens munus: & iustitiam, in virtutum omnium prosequens studio, vtpote qui gloriaretur, scire, & nosse, Deum esse Dominum qui facit misericordiam & iudicium, & iustitiam, & hæc placita sunt illi. D E F

b Eccles. 10. 2.

c Prou. 21. 3.

d Iob. 29. 14.

VVLGATÆ.

Verſ. 23.] Hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 24.] Sed in hoc glorietur, &c.

SEPTVAGINTA.

23. Τάδε λέγει κύριος. μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ.

24. Ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω, ὁ καυχώμενος συνιεῖν, καὶ γινώσκειν, ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος, ὁ ποιῶν ἔλεος, καὶ κρίμα, καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι ἐν τούτοις τὸ θέλημά μου, λέγει κύριος.

Verſ. 23.] Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur diues in diuitiis suis.

Verſ. 24.] Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere, & nosse, quia ego sum Dominus faciens misericordiam, & iudicium, & iustitiam super terram: quia in istis est voluntas mea, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus: Ne sibi placeat Salomon filius Dauid in Sapientia sua, nec sibi placeat Samson filius Manue in fortitudine sua, nec sibi placeat Achab filius Amri in diuitiis suis.* Vers. 24. *Sed in hoc sibi bene placeat qui sibi placet, quòd sapiens sit, & didicerit scire timorem mei. Quia ego sum Dominus faciens misericordiam, & iudicium verum, & iustitiam in terra, quia in his est voluntas coram me, dicit Dominus.* 1

Vers. 23. & 24. (*Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens, &c.*) (*Sed in hoc glorietur qui gloriatur, &c.*) Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 10. *In Deum solum fidendum, & in ipso gloriandum esse apud Ieremiam, (Non glorietur Sapiens in sapientia sua, &c. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & nosse quoniam ego sum Dominus, qui facio misericordiam, &c. quoniam in his est voluntas mea, dicit Dominus.)*

Fidendum in Deum solum.

Cyprianus.

Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 15. *Per Ieremiam edicit, (Non glorietur diues in diuitiis suis, & qui gloriatur, scilicet in Deo glorietur.*

Tertullian.

Lucifer Calaritanus lib. 2. ad Constantium pro Athanasio. *Noli gloriari Constanti de caduca tua dignitate: Considera te mortalem, quia aliter non possis consequi immortalitatem, nisi Deum agnoueris, & eius feceris voluntatem, sicut scriptum est, (Non glorietur sapiens in sua sapientia, &c. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, inquirere, & intelligere, & scire in Deum gloriari, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, &c. quia in his est voluntas mea, dicit Dominus.)*

Lucifer Calaritanus. *Non gloriandum de caduca dignitate.*

Gregorius Nazianzenus, oratione de pauperum amore, (*Non glorietur inquit ille sapiens in sapientia sua, nec diues in opibus suis, nec fortis in viribus suis,*) *nisi ad summum quidem, partim sapientiæ, partim diuitiarum, partim potentiæ peruenerint. Ego verò ea, quæ his consentanea sunt, adiiciam, Nec clarus & celebris in gloria, nominisque splendore: nec qui incolumi valetudine est, in sanitate: nec pulcher in forma præstantia, nec iuuenis in iuuenili ætate: nec* 2

Greg. Naz. *Non gloriandum ob temporalia.*

(vt rem vno verbo complectar) in vlla alia re ex iis, quæ apud mortales laudi ducuntur, is qui ex ea intumescit. Verùm qui gloriatur, hac vna in re glorietur, quòd Deum cognoscat, ac requirat, & calamitosorum vicem doleat, atque ad futuram vitam boni quidpiam sibi recondat. Cætera enim omnia fluxa, & fragilia sunt, ac velut in calculorum ludo aliàs ad alios iactantur, & transferuntur: nec quidquam est possidentis proprium, quod non vel temporis tractu finem capiat, vel liuore ad alios traducatur. Hæc verò certa, & fixa sunt, nec vnquam recedunt, ac dilabuntur, nec spes eorum qui in illis fiduciam collocarunt frustrantur.

Gloriandum quand in re?

Mundana iactantur vt fit in calculorū ludo.

Basilius. *Quæ intelligentia sit à Deo petenda.*

Basilius in Regulis breuioribus Interrogatione 218. *Docens quam intelligentiam à Domino petere debeamus, ait. Quid intelligentia sit, ipse nos docet per Prophetam, cùm dicit. (Non glorietur Sapiens, &c. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere, & nosse Dominum.)*

3 Hilarius. *Gloriatio quænam sit bona, quæ verò mala.*

Hilarius enarratione, in Psalm. 51. super iis verbis. *Quid gloriaris in malitia*, &c. *Querelam, ait, facit Propheta gloriari eum in iniquitate totâ die, qui in malitia potens est. Et hæc quidem gloria iniquitatis arguitur. Cæterùm est gloria & expetenda, & confitenda, & affectu quodam exultantis gaudij eloquenda: quod vtrúmque sub iisdem dictis alius Propheta demonstrat, dicens: (Non glorietur sapiens in sapientia sua*, &c. *(Sed qui gloriatur, in Domino glorietur.) Vetitis enim primum improbabilis gloriæ causis, causam rursus gloriæ competentis ostendit. Quo exemplo Apostolus scit, in nullo sibi nisi in vno tantum esse gloriandum, cùm ait.*[a] *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

a Galat. 6. 14.

Hieronym. *Non gloriandū de iis quæ superbiam ingerunt sed de rectâ Dei cognitione.*

Hieronymus in Comment. *Omnis hominum aufertur superbia, dum & sapientia, & fortitudo, & opes eorum reputantur in nihilum, & ista sola gloriatio, vt sciat, & intelligat, quòd ipse sit Dominus: qui facit misericordiam, & iudicium, & iustitiam super terram: quòd omnia Dei prouidentiâ, & iustitiâ gubernentur, & quæ nobis videntur non habere rationē, iustitia plena sunt, atque rationis. Hæc enim sola placent Deo, & in his voluntas illius est. Vbi sunt ergo qui dicunt, hominem proprio regi posse arbitrio, & sic datam liberi arbitrij potestatem, vt Dei misericordia tollatur, atque iustitia? Vnde & Apostolus assumens hoc testimonium, ponit exemplum.*[b] *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Liberum arbitrium solū non esse sufficiens ad bene operandum.

b 1. Cor. 10. 17.

4 August. *Scit Dominū qui intelligit id sibi à Domino datum, vt ipsū sciat Dominum.*

Augustinus lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 4. *(Non glorietur prudens in prudentia sua, & non glorietur potens in potentia sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & scire Dominum, & facere iudicium & iustitiam in medio terræ,) Non parua ex parte intelligit, & scit Dominum, qui intelligit, & scit, hoc à Domino sibi dari, vt intelligat & sciat Dominum. Quid enim habes, ait Apostolus, quod non accepisti? Si autem & accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? quasi à te ipso tibi sit, vnde gloriaris, facit autem iudicium, & iustitiam, qui rectè viuit: Rectè autem viuit qui obtemperat præcipienti Deo, & finis præcepti, id est, ad quod refertur præceptum,*[d] *charitas est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Porrò ista charitas, sicut Ioannes Apostolus*[e] *testantur, ex Deo est, facere igitur iudicium, & iustitiam ex Deo est. Sed quid est (in medio terræ.) Neque enim non debent facere iudicium, & iustitiam qui habitant in extremis terræ, quis hoc dixerit? Cur ergo additum est, (In medio terræ?) Quod si non adderetur, & tantummodò diceret, (facere iudicium & iustitiam) magis hoc præceptum ad vtrosque homines pertineret, mediterra-*

c 1. Cor. 4. 7.

Facere iudicium, & iustitiam est rectè viuere.

d 1. Tim. 1. 5.

e 1. Ioan. 4. 7.

Benefaciendū in hac vita dum sumus in corpore.

A *neos, & maritimos. Sed ne quisquam putaret post finem vitæ, quæ in hoc agitur corpore, superesse tempus iudicium iustitiámque faciendi, quam cùm esset in carne non fecit, & sic diuinum euadi posse iudicium, (in medio terræ) mihi videtur dictum, cùm quisque viuit in corpore. In hac quippe vita suam terrā quisque circumfert, quam moriente homine recipit terra communis, resurgenti vtique reddituræ. Proinde (in medio terræ,) id est cùm anima nostra isto terreno clauditur corpore, faciendum est iudicium, & iustitia, quod nobis prosit in posterum, quando recipiet quisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue*
B *malum.*

Hæc Augustinus referens istam, quam præ manibus habemus Ieremiæ sententiam, vt habitam ab Anna Samuelis matre. Cùm re verâ in versione Sept. eadem habeatur in Cantico Annæ 1. lib. Regum, eo ipso modo quo citat illam Augustinus.

Idem lib. de bono perseuerantiæ cap. 14. tom. 7. *Qui fideliter & obedienter viuit, non de ipsa obedientia, tamquam de suo non accepto bono extollatur: (Sed qui gloriatur, in Domino glorietur:) In vllo enim gloriandum, quando nostrum nihil sit.*

Augustin. *In Deo solo gloriandum, quando nostrū nihil est.*

Idem lib. de Pastoribus cap. 13. tom. 9. *Glorian-*
C *tur pastores. (Sed qui gloriatur, in Domino glorietur,) Hoc est Christum pascere, hoc est Christo pascere, in Christo pascere, præter Christum sibi non pascere.*

Augustin. *Quid sit Pastorē gloriari in Domino.*

Theodoritus. *Cùm quidam Iudæorum superbirent ob diuitias, alij propter sapientiam, alij ob robur corporis, suadet non esse de ijs gloriandum: sed de notitia Dei, & iustis operationibus.* 5 Theodoret.

Saluianus lib. 7. de iudicio, & prouidentia Dei pag. 68. *Confidebamus in sapientia nostra, & fortitudine contra* Dei *mandata, dicentis, (Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine*
D *sua: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum* Dominus.) *Non immeritò itaque victi sumus: Ad meliora se Vuandali subsidia contulêre, quàm nostri. Nam tùm armis nos, atque auxilijs superbiremus: à parte hostium nobis liber diuinæ legis occurrit: Ad hanc enim præcipuè opem timor, & perturbatio tunc Vuandala confugit, vt feriem nobis cælestis eloquij opponeret, & aduersus aduenientes æmulos suos sacri voluminis scripta ipsa quasi quodammodo diuinitatis ora reseraret.*

Saluianus. *Non confidendū in humanarum rerum præsidiis, sed in Deo.*

Anselmus Comment. ad finem cap. 1. p. ep. ad Corinth. *Vt qui gloriatur, in Domino glorietur,*
E *sicut scriptum est,* In Ieremia: *(Non glorietur sapiens in sapientia sua*, &c. *Sed in hoc glorietur*, &c. *Videte quemadmodum abstulit nobis gloriam, vt daret gloriam: abstulit nostram, vt daret suam: abstulit inanem, vt daret plenam: abstulit nutantem, vt daret solidam. Quantò enim gloria nostra fortior & firmior quæ in* Deo *est, quàm quæ in nobis? Non ergo glorietur quisquam in sapientia sua, vel in fortitudine, vel in diuitiis, aut huiusmodi rebus: sed si gloriari voluerit, glorietur in* Domino, *qui facit misericordiam, iudicium, & iustitiam.*

Anselmus. *Gloriatio in rebus humanis quàm diuersa à gloriatione in Deo.*

D. Thomas. *Hic excludit euasionis falsam fidu-* 6
F *ciam, (Non glorietur) quasi per hoc credens se liberari, (in sapientia) quæ præcipua est inter humana bona animæ, (fortitudine) præcipuâ inter humana bona corporis, (diuitijs) quæ præcipua sunt in bonis exterioribus. Nota quòd homo non debet gloriari in sapientia, quia transitoria.* Isai. 29.[f] *Peribit sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur,* Ecclesiast. 8.[g] *Intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub Sole. Quia nociua.*[h] 1. Cor. 8.

D. Thom. *Non gloriandum in humana sapientia.*

f Isai. 29. 14.

g Eccle. 8. 7.

h 1. Cor. 8.

Scientia

Scientia inflat, charitas verò ædificat: Quia laborioſa: Eccleſiaſt. 1.[a] *In multa ſapientia multa eſt indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. Item non debet gloriari in fortitudine, quia fragilis*, Iob. 6.[b] *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt: Quia frequenter inutilis.* Eccleſ. 9.[c] *Vidi ſub Sole nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam ſecundùm tempus, caſumque in omnibus: Quia non Domino acceptabilis*, Pſalm. 146.[d] *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei: Quia peccati occaſio*, Sap. 2.[e] *Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ; quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur. Item non debet gloriari in diuitiis, quia tranſitoriæ*, Iacob. 5.[g] *Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt: Quia inſufficiens*,[h] Prou. 16. *Quid prodeſt ſtulto habere diuitias cùm ſapientiam emere non poſſit? Quia verbum* Dei *impedientes.* Matth. 13.[i] *Fallacia diuitiarum ſuffocat verbum & ſine fructu efficitur: Quia nociuæ*, Eccleſ. 5.[k] *Diuitiæ congregatæ in malum Domini ſui. (Sed in hoc ſcire) per cognitionem in intellectu: & noſſe per experientiam dulcedinis in affectu*, Pſalm. 61.[l] *In Deo ſalutare meum, gloria mea, & ſpes mea in Deo eſt.* 2. Corinth. 10.[m] *Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et aſſignat cauſam, Quia ego: (miſericordiam) vt vos liberem (iudicium) vt hoſtes opprimam: (iuſtitiam,) vt ſit æqualitas, (placent) in vobis.* Micheæ 6.[n] *Indicabo tibi, &c.*

a 1. Eccleſ. 1. 18. — Non gloriandum in humana fortitudine. — b Iob. 6. 12. — c Eccl. 9. 11. — d Pſal. 146. 10. — e Sap. 2. 11. — Non gloriandum in diuitiis. — g Iacob. 5. 2. — h Prou. 17. 16. — i Matth. 13. 22. — K Eccl. 5. 12. — l Pſal. 61. 8. — m 2. Cor. 10. 17. — n Mich. 6. 8.

D. Bonauentura lib. Centiloquij ſect. 18. *Habet inanis gloria tres differentias materiales, quæ ponuntur in Ieremia, vbi dicit. (Non glorietur Sapiẽs, &c.) Cùm gloria ſit Beatiſſimæ Trinitatis propria, nõ eſt gloriandum in ſapientia, quæ attribuitur filio: nec in fortitudine, quæ attribuitur Patri: nec in diuitiis, tam temporalibus, quàm ſpiritualibus, quæ attribuitur Spiritui ſancto.*

D Bonau. — Gloria vana habet tres differentias materiales. — Gloria vana toti opponitur vanitati.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ καυχάσθω ὁ σοφός. ἀλλ' ἐν τούτῳ καυχάσθω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς τρέπει τὸν λόγον. ἐπειδὴ εἰκὸς ἐξ ὑμῶν εἶναί τινας φησίν, ἰσχυροὺς, πλουσίους, σοφοὺς, οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει τοῦτο φησίν. ὅρα φιλοσοφίας διδάγματα μεγάλα, καὶ θαυμαστὰ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄξιον καυχήματος. ἀπόντος γὰρ τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ, τὸ μὲν πενία, τὸ δὲ τιμωρία, τὸ δὲ ἀσθένεια δείκνυται. ἐὰν γάρ τις φησὶ τέλειος ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων, ἡ || δὲ παρά σου σοφία ἀπῇ, εἰς οὐδὲν λογισθήσεται.

|| ἄλ. τῆς παρὰ σοῦ σοφίας ἀπούσης.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.] οὐκ ἀγαθὸν ἡ ὑπερηφανία, ψευδοδοξίαν ἔχουσα πολλήν. δῆλον γὰρ δῆλον, ὡς πᾶν ἀγαθὸν τέλειον θεόθεν ἔρχεται. καὶ οὐκ ἔστι ληπτὸν ἄλλως ἀνθρώπῳ ὡς ὄντως ἀληθέστατον εἶναι πάντων τὸ εἰρημένον, ὅτι δέοι τὸν αὐχοῦντα ἐπί τινι, τούτῳ μόνῳ σεμνύνεσθαι, ἐπὶ τῷ συνιέναι, καὶ γινώσκειν, ὅτι κύριος αὐτός ἐστιν ὁ ποιῶν ἔλεος, καὶ κρίμα, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐν τούτῳ ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. ἀρέσκεται γὰρ τὸ θεῖον τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ. μόνιμά τε, καὶ βέβαια φέρει διὰ παντὸς τὰ ἀγαθὰ, ὅταν τούτῳ τὴν αἰτίαν ἀποδιδῷ τῶν παρόντων ἀγαθῶν τῷ ὄντως αἰτιωτάτῳ. ᾧ τὴν αἰτίαν ἀναφέρειν δεῖ, καὶ τοῦ μένειν τὰ ἀγαθά.

|| Θεοδωρήτου.] ἀνεῖλεν σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ πλοῦτον, ἅπερ εἰκὸς ἐμποδὼν γίνεσθαι τοῦ θαρρεῖν τῷ Θεῷ. ὥσπερ οὖν καὶ τὰς θυσίας ἀνεῖλε, καὶ τὰ λοιπά.

Βίκτωρος.] τριῶν ὄντων τῶν ἐν ἀνθρώποις, ψυχῆς ἐν ᾗ σοφία. σώματος ἐν ᾧπερ ἰσχύς. τὰ ἐκτὸς ἐν οἷς ὁ πλοῦτος. ἐπ' οὐδενὶ τούτων φροντιστέον, ἀλλ' ἐπὶ μόνῳ Θεῷ ἐροῦντας μετὰ Δαβίδ. ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε. ἔλεον γὰρ θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.

[Ἀλλ' ἐν τούτῳ καυχάσθω συνιεῖν, καὶ γινώσκειν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] παραινεῖ ὁ λόγος ἐν μηδενὶ καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ συνιέναι, καὶ γινώσκειν τὸν κύριον.

Vers. 23. & 24.

7 NON glorietur Sapiens, &c. Sed in hoc glorietur, &c.)

Chryſoſtomi.] *Vide quò vertat orationem? Quandoquidem par eſt apud vos eſſe quoſdam robore, diuitiis, ſapientiâ potentes, ea nulli, inquit erunt vobis emolumento. Vide Philoſophicas præceptiones omni admiratione dignas, quia Non eſt in quo gloriemini. Si enim timor Dei abſit, hoc quidem egeſtas, illud pœna, illud infirmitas oſtenditur.*[a] *Nam ſi quis ait perfectus ſit inter filios hominum, tua verò ſapientia non adſit, pro nihilo reputabitur.*

Chryſoſt. — Gloriatio omnis ſine Dei timore eſt inanis. — a Sap. 9. 6.

Sancti Gregorij Thaumaturgi.] *Haud bonum ſuperbia cùm multã falſi nominis vanitatem contineat. Perſpicuum enim planè eſt quòd*[b] *omne bonum perfectum de Deo venit, nec haberi aliter ab homine poteſt; ita vt omniũ veriſſimè ſit dictum, quòd deceat in aliquo gloriantem, in hoc ſolo laudem quærere, quòd intelligat, & cognoſcat Deum eſſe qui facit miſericordiã, iudicium, & iuſtitiã, & in hoc eſt voluntas Dei, hoc enim homine Deus ſibi complacet; perpetuaque, & firma ſemper poſſidet bona, ſi in ipſum qui verè ſumma cauſſa eſt, & præſentium auctor bonorũ, cauſam referat, in quem etiam referendũ eſt quòd bona perdurent.*

Greg. Thaumat. — Superbia nititur multa falſi nominis vanitati. — b Iacob. 1. 17. — Gloria omnis referenda in Deum vt auctorem, & cõſeruatorem omnium.

8 || Theodoriti.] *Suſtulit ſapientiam, robur, & diuitias, quæ ne in Deo ſpes ſuas figerent poterant eſſe impedimento, vt etiam immolationes, cæteraque alia ſuſtulit.*

Theodorit. — Fiducia in nulla re præter quàm in Deo collocanda.

Victoris.] *Cùm in homine tria ſint, Animus in quo ſapientia; corpus, in quo robur; & exteriora, in quibus diuitiæ; nulli horum, ſed ſolùm Deo fidendum nobis cum Dauid dicentibus.*[c] *Miſericordiam & iudicium canam tibi Domine,*[d] *Miſericordiam enim volo, & non ſacrificium.*

Victor. — Gloriandum non eſt vlla in re ſiue animi, ſiue corporis, ſiue exteriorum noſtrorum. — c Pſal. 100. 1. — d Oſe. 6. 7.

Sed in hoc glorietur, &c. Intelligere, & noſſe me.

Olympiodori.] *In nullo iactare admonet præter quàm in perceptione, & cognitione Domini,*

Olympiod.

κύριον. κ὚ ὅπ τὸ θέλημα τȣ̃ Θεȣ̃ ἐσί. τὸ ἔλεος, κ὚ A
τὸ κρίμα, κ὚ ἡ δικαιοσύνη. ||

[Συνιεῖν κ὚ γινώσκειν.]

Τȣ̃ Χρυσοστόμȣ.] τί ἐστι τὸ εἰδέναι τὸν Θεὸν, ἢ βίȣ ἐπιμελείας θαυμαστȣ̃.

mini, & quòd voluntas Dei est, Misericordia & iudicium, & iustitia. ||

(*Intelligere, & nosse me.*)

Chrysostomi.] *Vitam degere quæ admirationem pariat, est Deum ipsum cognoscere.*

Chrysost. Cognoscere Deum est benè viuere.

Vers. 25.] Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

B

a Ecce dies veniũt, dicit Dominus, & visitabo super omnẽ qui circũcisum habet præputiũ.

A T[a] *væ Iudæis ipsis miseris, qui non solùm in tribus inanibus iam enumeratis gloriãtur præsidiis mundanæ sapientiæ, humanæ fortitudinis, terrenarũque diuitiarum, sed insuper, & multò magis de sua carnali gloriantur circuncisione, quæ certè nihil eis proderit corde à me alienis. Vt quid de istiusmodi gloriantur circuncisione, quam communem cum plerisque aliis habent nationibus, quibus nil ex illa aut gloriæ prouenit, aut præsidij? futurum enim quantocyùs, vt diligenti inquisitione factâ, æquè omnes qui circuncisum hac ratione habent carnis solius præputium visitando puniam per eosdem Chaldæos.* C

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 E *CCE dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnem qui circuncisum*, &c.) Hæc est vera bonaque lectio, Legunt enim aliqui, *Super omnẽ qui incircũcisum habent præputiũ.* Complutens. Sic in textu postillarum D. Thomæ: sic & in margine Hugonis Cardinalis. Sic denique & Nicolaus de Lyra. *Ecce dies venient*, inquiens, *de propinquo, & visitabo, per punitionem, super omnem qui incircuncisum habet præputium, siue sit præputium carnis, siue præputium cordis.* D

Iudæorũ inanem gloriationẽ refellit Dominus.

Consequenter autem postquam inanem gloriationem in humana sapientia, fortitudine, ac diuitiis, vanamque in iisdem confidentiam repulit, postquam & id Iudæis proposuit in quo gloriandum eis esset, vt mox explicatum est, aliã Deus ab iisdem refellit gloriationem eò cæteris perniciosiorem, quòd speciem habet iustitiæ, & bonitatis, cultui innixa ipsius Dei, & traditæ ab eo legis. Nemo est enim qui nesciat, quàm antiquum, & consuetum semper eisdem fuerit Iudæis, vt de sua carnis gloriarentur circuncisione, ita vt propterea in aliarum gentium contemptum incircuncisas illas nuncuparent. Cùm tamen firmum id quoque semper extiterit, quod asserit Apostolus,[b] *Circuncisio quidem prodest*, vt bona scil. antiquo populo, & sancta, *Si legem obserues; si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.* Lege aduersùs inanem gloriationem istam epistolas Pauli ad Romanos, & ad Galatas in quibus fusè aduersùs illam agit. Quod ergo hîc ait Dominus, breuiter id est. Neque tutum Iudæis fore quod circuncisionis signo sub Dei protectione se esse gloriarentur, si corde essent incircuncisi, &c. vt in Paraphrasi. Hugo Cardinalis duas alias eorum quæ hîc dicuntur, affert rationes, *Hic ad consolationem*, inquit, *gentis suæ comminationem infert, & destructionem aliarum Gentium; Solatium enim est afflictorum participes habere suarum pressurarum, scilicet, quia similes fuerunt in culpa: & maximè illarum Gentium quæ fuerunt inimicæ Iudæis, & lætatæ sunt in destructione ipsorum. In hoc etiam tollit confidentiam Iudæorum, quòd scil. non poterunt imminente captiuitate suâ confugere ad auxilium vicinarum Gentium, quia destruentur.*

b Rom. 2. 25.

Hug. Card.

2 Circa Hebraici textus lectionem varietas nõ exigua est apud Interpretes. Quamuis enim ad verbum sic ea habeat. (*Et visitabo super omnem circuncisum in præputio*) prout benè vertunt & Regia, & Vatablus in suo textu. Idem Vatabl. tamen in Scholiis sequens R. Dauid legit. (*Visitabo super omnem circuncisum, & eum qui est in præputio.*) Quomodo & Sanctes-Pagninus legens, (*& visitabo omnem circuncisum, & habentem præputium.*) Et Isidorus Clarius in Annotationibus, dicens, *Alius sic distinguit, (Visitabo omnem qui est circuncisus) qualis est Israel (& omnem qui adhuc est in præputio,) vt sunt Gentes.* Meliùs tamen iuxta eumdem Isidorum vnico tantùm membro hæc & in Hebræo accipienda sunt, (*Et visitabo super omnem circuncisum integro præputio.*) Iudæum sc. qui circuncisus carne præputium integrum cordis gerit. Et omnino eumdem omnino puto optimum Hebraici textus sensum, qui est & nostræ Vulgatæ, & versionis Sept. quæ sic pariter habet, (*Et visitabo super omnes qui circuncisa habent præputia sua.*) Pro indubitato enim tenendũ, sermonem esse vniuersalem aduersùs & Iudæos, & Gentes alias, quæ carnis circuncidebantur præputio, quales plerasque antiquitùs extitisse & nobilissimas nedum hoc loco Hieronymus asserunt, & Theodoritus, sed & iis antiquior Philo Iudæus in lib. de Circuncisione, & Iustinus Martyr in colloquio cum Tryphone Iudæo pag. 63. vt habes in Appendice, & Origenes lib. 5. contra Celsum.

Circũcisionis vsum antiquitùs nõ solùm apud Iudæos, sed & apud plerasque alias Gẽtes extitisse.
Hieronym.
Theodorit.
Philo Iud.
Iust. Martyr.
Origenes.

Vide Expositionem Moralem & Appendicem Patrum post expositionem primam, Vers. 26.

E

Vers. 26.] Super Ægyptum, & super Iuda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autẽ domus Israel incircuncisi sunt corde.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Super Ægyptũ, & super Iuda, & super filios Ammõ, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comã, habitantes in deserto.

d Quia omnes Gẽtes habent præputium, omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde.

V *ISITABO*[c] *hos in primis quibus in vsu ipsa est circuncisio, Ægyptios, in quos Iudæi* F *suam coniectam habent fiduciam, Iudæos ipsos, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, atque Arabes, & Cedarenos, qui extra Ciuitates in tabernaculis degunt in deserto, peculiariq́ ratione circa faciem in rotundum comâ attonsi sunt ad tempora.*[d] *Imò verò ob hoc ipsum acriùs eosdem puniam Iudæos, quòd carne circuncisi, corde tamen incircuncisi de eo gloriantur, de quo confundi par esset, de præuaricatione diuinæ legis, quam præuaricationem in Gentilibus non esse constat, quæ & corde incircuncisi sunt, & corpore, circuncisionis præcepto ad id minimè deuinctæ.*

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

3 *Circuncisio apud quos populos esset in vsu.*

SVPER Ægyptum, & super Iuda, &c.) Vniuersalem quam in præcedēti vers. 25. posuit propositionem, (*Visitabo super omnem qui circuncisum habet præputium*) explicat in hoc vers. Dominus, eos in particulari nominans populos, qui tunc temporis circuncidebantur carnaliter, inter quos populos & Iudaicum recenset: neque in hoc ordine primum ei tribuit locum, vt magis eius de istiusmodi circuncisione manem retunderet gloriationem: præfert enim illi Ægyptios: vel quia illi istius circuncidendi moris seduli essent obseruatores magis quàm Iudæi ipsi, à quibus aliquando eum omitti solitum colligere est, tum ex eo quod cap. 4. Exodi[a] legimus, Dominum voluisse Moysen interficere in diuersorio vbi communis ferè patrum sententia est, vt id illi contigerit, quia omiserat circuncidere filium: vnde in textu dicitur, dimissum eum fuisse postquam Sephora illius coniux puerum illico circuncidisset: tum ex eo quòd Iosuë quinto asseritur, [b] populum qui natus est in deserto per 40. annos itineris non fuisse circuncisum. Quod ex inobedientia præcepti huius factum asserit Augustinus quæst. 6. in Iosuë, & Rupertus Abbas lib. in Iosuë cap. 15. probans id ex Amos quinto. Tametsi eius omissionis aliam ipse censeam extitisse causam minimè culpabilem & id factum ex ἐπιεικείᾳ, & æquitate, ne iis qui circuncisi tunc fuissent vitæ subeundum esset periculum, cùm incertum esset semper perfectionis tempus, quam causam assignat D. Thomas 3. part. q. 70. art. 40. Abulensis q. 20. 57. & 59. in Iosuë. Masius in eum locum, & alij. Et vero simile videtur, eosdem Iudæos, cùm ad Gentium declinarent cultum, quod frequentissimè ante captiuitatem Babylonicam illis factum, Scripturarum omnes contestantur paginæ, & in hoc pariter illas quæ non circunciderentur, secutos, vt & ipsi circuncisionis contempto præcepto filiorum præputia sinerent incircuncisa, prout Machabæorum tempore accidit, id quippe Hieronymum secutus in Comment. super cap. 52. Isaiæ, per ea significatum crediderim quæ in 1. cap. lib. 1. sic habentur, [c] *Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secūdum leges Nationum. Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus*, vt per hoc, *Et fecerunt sibi præputia*, significetur, reliquisse illos præputia incircuncisa in filiis qui sibi nascebantur. Quamquam non ignorem, aliter ab aliis ea verba solere exponi: Et confirmor in prædicto sensu, per ea quæ in eodem cap. subiiciuntur. [d] *Et mulieres quæ circuncidebant filios suos trucidabant secundum iussum Regis Antiochi. Et suspendebant pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum: & eos qui circunciderant illos trucidabant.*

Aegyptios cur Iudæis præferat in enumeratione populorū qui circuncidebātur.

Circuncisionem ab aliquibus Iudæorum aliquādo omitti solitam.

a Exod. 4. 24.

b Iosu. 5. 6. *Circuncisio cur omissa à Iudæis in deserto per 40. annos.*

Augustinus. Rup. Abbas.

D. Thom. Abulensis. Andr. Masius.

c 1. Mach. 1. 15.

d 1. Mach. 1. 63.

4 *An Circūcisionis vsus fuerit prius apud Aegyptios, quàm apud Hebræos.*

Dicat fortasse aliquis, inter Gentes quæ circuncidebantur primum locum hic à Domino tributum Ægyptiis, in eoque & Iudæis eosdem præpositos, quia mos circuncidendi præputia antiquior fuerit Ægypto, quàm cuicumque alij Genti, vel etiam Iuda, ab Abraham tempore illam ex Dei præcepto obseruanti, quando primū in Scriptura istiusmodi circūcisionis recensetur institutio in cap. 17. lib. Genesis. Pro cuius dicti euidentia, quod tamen affirmare nec audeo, nec volo, nō censui abs re si id exactiùs hoc loco pertractem, cùm problematicè quæstionem hanc disputari posse nō ambigā. Primò igitur pro parte affirmante suppono aliqua mihi certa, aliqua dubia. Certum mihi est, Circuncisionis vsum antiquum extitisse apud Ægyptios, prout supra ex Hieronymo probaui, & ex Philone Iudæo, qui ad principium sui libelli de Circumcisione hæc habet. *Ridetur maiorum nostrorum circuncisio, quamuis in non mediocri honore habita etiam apud Gentes alias, præsertim Aegyptiam præcellentem hominum tam frequentiā, quam sapientiā.* Certum pariter apud me est, ex hoc Ieremiæ loco, morem istum circuncidendi apud eosdem Aegyptios extitisse tempore eiusdem Prophetæ, & ante captiuitatem Babylonicam. Denique & id certum est, potuisse Ægyptios etiam ante institutionem quam in lib. Genesis legimus tempore Abraham factam circuncisionis, eam in vsum habere vel munditiæ gratiā pluris facientes se mundos esse quàm decoros, vt ait Herodotus lib. 2. vel ob Physicam aliquam rationem, cuiusmodi sunt quatuor illæ, quas in citato libello à maioribus suis traditas affert Philo: vel ob aliquam tropicā, arcanāque rationem, quos multa, iuxta arcanam suam sapientiam in hunc modum fecisse, & hieroglyphicis designasse solitos exploratum est: vel ob quid superstitionis; cùm illos Gentibus vniuersis superstitiosiores extitisse constans sit omnium sententia. Vnde Origenes lib. 2. Comment. in cap. 2. epist. ad Rom. aliquantò ante finem libri. *Apud Aegyptios*, inquit, *qui in superstitionibus vetustissimi, & eruditissimi habebantur, & à quibus cæteri prope omnes ritum sacrorū, & cæremonias mutuati sunt, nullus aut Geometriæ, aut Astrologiæ studebat, aut Geneseôs secreta rimabatur, nisi circuncisus esset*, & prosequitur idipsum asserens de Sacerdotibus, de Aruspicibus, de Hierophantis, &c.

Aegyptios antiquitus circuncidi solitos.

Hieronym. Philo Iudæus.

Aegyptij Circuncisionem in vsu extitisse ante captiuitatem Babylonicā. Aegyptij potuerunt habere vsū Circuncisionis ante quàm ea daretur Abrahæ à Deo in signū.

Origen.

Incertum autem mihi est primùm, an solis Sacerdotibus in vsu fuerit apud Ægyptios, vt à prophanis secernerentur, vt asserit Pierius Valerianus lib. 6. Hieroglyphicorum cap. de Cynocephalo pag. 48. An verò cōmune id toti esset populo, quod magis probo, & magis præsenti Ieremiæ congruit loco, in quo Iudæis, Idumæis, &c. quoad morē istum Aegyptus æquiparatur, quorum non est ambigendum communem eā fuisse & vniuersalem circuncidendi consuetudinem, & institutum. Incertum est insuper & tempus quando id moris apud Aegyptios cæperit, si post Abraham id factum sit; Nam quod à recentiorum quibusdam asseritur, à Iudæis eam cæremoniam propter Ioseph quādo scil. ille in Aegypto dominabatur, Aegyptios desumpsisse, eamdemque postea retinuisse, mihi omnino non probatur, tum quia id voluntariè dicitur; tum quia persuadere mihi nequeo, si in gratiam Ioseph accepissent, postea retinuerint, cùm optimè illis perspectum esset, eam esse Dei Hebræorum institutionem, quem detestabantur; & propriam Iudæorum cæremoniam, cùm in principio lib. Exodi sic scriptum relictum sit. [e] *Oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis*, hoc ipso forsitan Circūcisionis ludibrio, quo & à cæteris quoque Nationibus passim ipsos derideri, & exprobrari solitos ex prophanorum auctorum constat libris.

5 *Aegyptiis an Circūcisio in vsu fuerit communiter omnibus.*

Pier. Valer.

Aegyptiis quando cæperit Circuncisionis vsus incertum est.

e Exod. 1. 13.

Demum & id incertum est, quod in quæstionē hic vertitur, quod Aegyptij ante ipsos quoque Iudæos, & ante Abraham eorum patrem ipsius vsum

6 *Aegyptiis in vsu fuisse Circuncisionem antequā Hebræis asserūt Herodotus, & alij auctores prophani.*

vsum habuerint Circūcisionis: Tametsi pro hac assertione tres antiquissimos habeam auctores Herodotum, Diodorum Siculum, & Strabonem. Siquidem Herodotus lib. 2. nuncupato Euterpe non solùm n. 65. & pag. 116. hæc simpliciter ait, *Aegyptij circuncidunt*. Sed & in eodem lib. 2. infra pag. 143. hæc habet. *Præterea quòd soli omniū hominum Colchi, & Aegyptij, & Aethiopes ab initio statim pudenda circuncidunt. Nam & Phœnices, & Syrij qui sunt in Palestina didicisse id ab Aegyptiis & ipsi confitentur*, paulò post verò subdit. *Aegyptij atque Aethiopes non queo dicere vtri ab vtris didicerint, nā videtur esse perantiquum. Sed quòd ex Aegypto, cum illic commercium haberent, didicerint, magnum mihi sit testimonium hoc, quod hi Phœnices qui cum Græcis commercium habent, non ampliùs circa virilia imitātur Aegyptios, nec eorum qui nascuntur, virilia circuncidunt*. Diodorus Siculus lib. 1. rerum Antiquarum cap. 2. *Ferunt*, inquit, *etiam Danaum ex Aegypto profectum antiquissimam ferè vrbiū Græciæ Argos condidisse Colchorum quoque gentem, qui in Ponto sunt: Iudæos insuper, qui Arabiam inter Syriamq; consedere, ab ipsis testantur transmigrasse. Quapropter & apud has nationes antiquo more circuncidi pueros, ab Aegypto eā consuetudine traductā*. Sed & Strabo lib. 17. de Situ Orbis pag. 781. *Hoc quoque peculiare apud Aegyptios est, ait, omnes filios educare, & circuncidere, & fœminas excidere, quod Iudæi ex lege habent, qui ab antiquo sunt Aegyptij*. Incertum autē mihi id nihilominus est, si priùs quàm Iudæis Aegyptiis, fuerit Circuncisio. Nam nemo est qui nesciat, apud prædictos tres auctores plurima in ipsorum historiis narrari fabulosa, quale absque dubio est, quòd Iudæi ab Aegyptiis Circūcisionem desumpserint; quòd iidē Iudæi fuerint Aegyptij: cùm ex Sacris literis habeamus, Abraham Iudæorum parentem nil cognationis habuisse cum Aegyptiis, eumdemque primum ex Dei institutione circuncisum esse, & eam cæremoniam in suos traduxisse posteros, iuxta eiusdem Dei præceptum.

Herodotus. *Diodorus Siculus.* *Strabo.*

7 Pro parte negante, quam apertè asserit Origenes lib. 1. Contra Celsum. Et ex recentioribus Pierius Valerianus loco sup. citato lib. 6. suorum Hieroglyphicorum, & Nicolaus Serarius quæst. 11. in cap. 5. Iosuē. Duo in primis faciunt argumenta: duoque sacræ Scripturæ testimonia, quæ cùm nihilominus facilè soluantur non videntur mihi rem ipsam ita probare, vt meum conuincant intellectum, adeòque & vim excedant sententiæ admodum probabilis: Argumentum primum est, quòd non videtur humano concipi posse intellectu, nec tantæ rei consonum esse, vt initurus Deus pactum cum Abraham, & cū eius successoribus: eiusdemque pacti exhibiturus signum, quo illi diuino eius cultui se profiterētur obstrictos, & quod maioris momenti est, in eodē signo Sacramentū instituturus, quo iidē à culpa purgarentur originali, circūcisionem eidē Abrahæ mandarit, in eaque cæremonia id præstiterit signū, quæ iam apud Ægyptios idololatras in vsu esset; præsertim cùm istius Ægyptiaci circuncisionis ritus optimè conscius ipse potuerit esse Abraham, quem antequam in Circuncisionis à Deo habuerit præceptum, de quo in cap. 17. lib. Genes. in Ægyptum tetendisse, ibidemque commoratum legimus eodem in libr. Genes. cap. 13. Sed his facilè est satisfieri, cùm id in Dei more esse videamus, vt cum hominibus agens, in iis vt plurimùm cum eis agat, ineat fœdera, exhibeat signa, instituatque Sacramenta, quæ illis perspe-

Origenes. Pierius Valerianus. N. Serarius. Argumenta probātia Ægyptios non habuisse vsū Circūcisionis ante Abrahā. An dedecens extitisset Circuncisionem à Deo dari in signum fœderis, & in Sacramētum, si prius illa in vsu fuisset Ægyptiis.

Signa & sacramenta instituit, & exhibere solet Deus vt plurimùm in iis quæ hominibus sūt in vsu.

A ēta, vel etiā quoquomodo in vsu esse cognoscit. Sic Noe tempore iniens cum humano genere fœdus, vt non perderet vltra terrā diluuij aquis, *Hoc*,[a] inquit *signū fœderis quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ vobiscum est in generationes sempiternas, Arcum meū ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram*, &c. Et tamen haud ambigendum, iuxta naturæ ordinem etiam ante diluuium apparuisse eumdē arcum, sicut nemo est qui ambigat & pluisse. Sed is quem Deus posuerat in naturale pluuiæ signū, quemque propterea homines obseruabant, postB modùm ab eodem Deo positus, statutusque fuit in signum supernaturale ex beneplacito non futuri ampliùs diluuij. Nonne & Sacramentorum nouæ legis signa in iis à Christo instituta sunt actionibus, quæ frequentiori in vsu essent hominibus? Quid magis in vsu est quàm comestio, & potus? quàm ablutio sordiū cum aqua? quàm matrimonialis cōtractus ad humani generis propagationem? Et, vt maximam Dei admiraremur, & celebraremus bonitatem, in actu ciuilis contractus Sacramentum instituit matrimonij: in signum externæ ablutionis Sacramentum Baptismi, atque in esu potúque Sacramentorum C omnium præstantissimum exhibuit Eucharistiam. An non & Ecclesia vestigia illius prosequens ex Gentilium ritibus in eorumdem actionibus aliqua instituit sacramentalia, vt aquæ benedictæ aspersionem, ex Gentilitia aquæ lustratione, & similia?

a Gen. 9. 12.

Secundum argumentum, quod certè pro eadem parte negante multò maioris est roboris, exinde sumitur, quòd veluti communi afflatu asseritur, Circuncisionem ob id Abrahæ, eiusque D semini in signum à Deo exhibitam, quo à cæteris distinguerentur Nationibus: eā denique fuisse veluti tesseram, & notam, quæ à Gentibus cæteris Iudæos discriminaret, quod apertè dicit Hieronymus sub finem lib. 1. Comment. in cap. 3. epist. ad Galat. Theodoritus quæst. 67. in Genes. & qu. 2. in Iosuē. Ioannes Damascenus lib. 4. de fide cap. 26. & ante hos Philo, Iosephus, Iustinus Martyr, Tertullianus, Origenes, & alij: Quis autē non videat, si Ægyptiis tūc mos extitisset circuncidendi, ineptum à Deo istiusmodi distinctionis signum Abrahæ, & Hebræis traditum: E adeóque & inscitiæ, & imprudentiæ notā eidem per opinionem quæ id affirmet, Deo inuri? 8

An Circuncisio data fuerit Abrahæ, vt ea signo Iudæi distinguerentur, & dignoscerentur, à cæteris Gentibus.

Cæterùm nec argumentum istud conuincens est; nititur enim fundamento, quod non omnino est certum. Cùm reuera haud is Dei extiterit finis in instituenda in populo circuncisione; quia, si notam distinctionis à reliquis populis vel ex tunc Iudæis exhibere voluisset, in parte aliqua facilè conspicua par erat vt Deus illam institueret, in fronte, in vultu, in pectore, in brachiis, nō in ea parte quam vel verbo retegere insitus à natura vetat pudor. Et vt benè ait Abulensis qu. F 56. in ca. 5. lib. Iosuē quando opus fuit, vt ad hūc distinctionis effectum eis exhiberetur nota, in externo illam, idemmet Deus mandauit adhiberi pallio, in cuius quatuor angulis appositæ essēt vittæ hyacinthinæ, vt patet ex cap. 15. Num. vers. 38. & ex cap. 22. Deut. vers. 12. Quamquam vera quæ internosci à Gentilibus deberent nota præcipuus, & specialis eorum esset vnius veri Dei cultus: Hicque est proprius talis institutionis finis à Deo intentus, atque eidem Abrahæ iis significatus verbis.[b] *Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis* 9

Abulensis.

Circuncisio data Abrahæ in signū veri Dei cultus per quem Iudæi à Gentilibus distinguēdi erant.

b Gen. 17. 7.

suis fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus, & seminis A
a Gen. 17. 9. *tui post te.* Et paulò post:[a] *Et tu ergo custodi pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis: Hoc est pactum meum, quod conseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te: Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos,* id est, vt sit diuini vestri cultus, & obedientiæ symbolum ac signum. Tametsi id alij censeant intelligendum de signo fœderis, quod ipsemet Deus pepigerat, cum Abraham, vt in semine eius, id est, Christo benedicendæ essent omnes Gentes.

10 *Circuncisio quomodo ab Apostolo dicatur data Abrahæ in signum iustitiæ.*
Paulus certè in epistola ad Rom. signum dicit ipsam circuncisionem, at non meminit fœderis, sed signum eam nuncupat iustitiæ. Loquens enim de iustitia Abrahæ quæ ei reputata est non in Circuncisione, sed in Præputio, quando ante Circuncisionis institutionem reputata est illi fides ad iustitiam, & per fidem iustificatus est, ait,[b] *Et signum accepit Circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in Præputio,* id est, ad hoc vt ipsa Circuncisio esset signum iustitiæ quā per fidem priùs habuerat in prępputio. Sed quamuis hac ratione in signum iustitiæ, seu in signaculum, & sigillum Abrahæ tradita dicatur Circuncisio, qua scilicet Deus veluti signaculo testificari voluit, illius iustitiam iam in præputio adeptam certam esse, ac legitimam, vt super hunc Apostoli locum dicit Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus, lib. 4. in Ioannem cap. 51. In posteris tamen eiusdem Abrahæ Circuncisio item in signum iustitiæ data eatenus dicenda est, quatenus signaculum fuit iustitiæ in ipsa Circuncisione accipiendæ per fidem in Christum. Hicque & alius præcipuus extitit finis in ipsa instituenda Circuncisione, vt in illa remitterentur peccata tam originale, quàm actualia, & gratia donaretur iustificans, quod sanctus Augustinus, lib. 16. de Ciuitate Dei, cap. 27. & lib. 2. contra Pelagium, & Celestium, atque etiam lib. de Nuptiis, & Concupiscentia, ca. 11. ex iis colligit eiusdem cap. 17. Genes. verbis, *Masculus[c] cuius præputij caro incircuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.* Et quamuis reuera locus ille allatus ab Augustino sensum iuxta literam non patiatur, cùm verba illa literaliter ex communi Expositorum sententia de pœna intelligenda sint mortis corporeæ, designata per phrasim illam in Sacris literis frequentissimam, *Deleri de populo suo.* De re ipsa nihilominus dubitare fas non est cuiquam fidelium, vt bene probat D. Thomas 3. part. qu. 70. id confirmans, tum auctoritate Sanctorum Patrum, tum Theologorum consensu.

a Rom 4. 11. — B

Chrysost. Cyril. Alex. *Circūcisione remittebātur peccata & dabatur gratia, & quomodo propterea dici quiuerit signum iustitiæ.* — C

Augustinus. — D

b Genes. 17. 13. — E

11 *Moysem vnde cognouerit filia Pharaonis esse è sobole Hebræorum.*
Primus sacræ Scripturæ locus, quo vno pro hac ipsa parte negante tamquam, vt dici solet, Achille vtuntur Pierius Valerianus loco supra citato, & Nicolaus Serarius vbi supra, is est in 2. cap. lib. Exodi, vbi[d] hæc habentur. *Quæ,* scil. filia Pharaonis, *cum vidisset fiscellam in Papyrione misit vnam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensque in ea paruulum* nempe Moysem, *vagientem, miserta eius ait, De infantibus Hebræorum est hic.* Quo loco, iuxta sententiam Theodoriti quæst. 6. in lib. Exodi, ex Circuncisione cognouit filia Pharaonis Moysem esse sobolem Hebræorum, quod neutiquam dignoscere potuisset, si tunc & Ægyptij Circuncisionem in vsu habuissent. At locus iste tametsi iuxta Theodoriti expositionem conuincens esset, alterum habere po-

c Exod. 2. 5. — F

Theodorit.

test sensum, & fortasse congruentiorem, si dicatur, cognouisse quidem filiam Pharaonis, Moysem ex aquis eductum esse ex filiis Hebræorum, at id non tam ex Circuncisione, quàm quia illum proiectum reperit in flumen. iuxta Pharaonis imperium de quo in 1. capite dicitur.[e] *Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit,* scilicet Hebræis, *in flumen proiicite: quicquid fœmini reseruate.* e Exod. 1. 22.

12 *Ægypti opprobrium an intelligēdum sit Præputiū, & incircuncisio.*
Locus alter, qui apud me multò maioris est roboris, ex cap. 5. lib. Iosuë desumitur, vbi postquam transacto Iordane ex Dei præcepto vniuersus Iudæorum circuncisus est populus, hæc habentur.[f] *Dixitque Dominus ad Iosuë: Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis.* Nempe Præputium, vt ait Hugo Cardinalis, Abulensis quæst. 65. in præcitatum cap. Iosuë, & alij: Quod Gentilibus exprobrare Iudæi consueuerunt, vt patet ex lib. 1. Reg. cap. 14.[g] vbi Ionathas Philisthæis, & cap 17. vbi Dauid Goliæ[h] id exprobrauit. Ægypti autem præcipuè opprobriū eo loci id Deus appellasse visus propterea est, quia Iudæi quos alloquebatur, tunc temporis Ægyptios inter quos commorati fuerant, maximè norant incircuncisos. Sed nec locus iste conuincens est, cùm multi sint qui non de incircuncisione, atque Præputio id intelligendum putent, quod ibi de Ægypti opprobrio ablato dicitur; sed vel de seruitute quæ Iudæis eò vsque exprobrata fuit, seu exprobrari potuit ab Ægyptiis; vel de diuerso alio opprobriorum genere, quorum multiplex enarratio videri potest apud Nicolaum Serarium quæst. 11. super cap. 5. Iosuë, vbi multorum prosequitur dictæ sententiæ expositiones. Vide & Theodoritum quæst. 3. & Andream Masium super eumdem locum. In primisque Origenem ad finem lib. 2. in epist. ad Rom.

f Iosu. 5. 9. g 1. Reg. 14. 6. h 1. Reg. 17. 26. Nic. Serarius Theodorit. Andr. Masius. Origenes.

13 *Dicere Ægyptios Circūcisionē in vsu habuisse antequam Deus illā Abrahæ præceperit, est admodū periculosum, & parum à temeritate, & errore id abest.*
His probabiliter ad vtramque partem circa hanc quæstionem disputatis, vt tandem ingenuè fatear quid ipse sentiam; quamuis neutrum de fide esse profitear, ad negantem tamen partem ita propędeo, vt affirmantem parum à temeritate, & errore abesse existimem: tum quia constans apud Catholicos id reperio assertum, Circuncisionis primam institutionem eam extitisse, quam Abrahæ à Deo præceptam legimus, in libro Genesis; tum quia id inter Iuliani Apostatæ adnumeratur errores, quippe qui apud Cyrillū Alexandrinum, lib. 10. contra Iulianum, hæc habet. *Adorans Deum Abraham, & Isaac, & Iacob, qui Chaldai ex sacro genere sacerdotali existentes, Circuncisionem qui didicerint Ægyptiorum facti hospites.* Tum quia dicere quòd Circuncisio priùs apud Ægyptios fuerit quàm apud Hebræos, ei fauet errori, quem plerique prosecuti sunt Gentilium scriptorum, asserentium, Iudæos ex Ægyptiis oriundos Ægypti retinuisse superstitiones, vt videre est apud Strabonem lib. 17. Geographiæ, apud Tacitum, & alios. Parcat mihi amabò lector, si longior fuerim in hac quæstione, ita enim de ea re agendum operæ precium censui, quam hoc loco à nullo Expositorum vidi tactam: nec vsquam à quopiam exactè reperi pertractatam.

In Versione Sept. iuxta correctiores Codices, Vaticanum, Aldinum & alios, in quibus legitur, (*Super Aegyptum, super Idumaam, super Edom,* &c.) non esset necessaria ista quæstio, cùm Ægyptij præferantur tantùm Gentibus iis

quæ circuncidebantur, non autem Iudæis, quorum nulla ibi fit mentio. Verùm iuxta alios Codices Complutensem, ac Regium in eadem versione legitur sicut in nostra Vulgata, & vt est in textu Hebraico, *Super Ægyptum, super Iuda*, Sicque legendum crediderim, alioquin bis vnamet gens recēseretur, cùm eadē sit Idumæa, & Edom, quæ mox subiicitur. Et ita legisse, Theodoritum, ipsoque multò antiquiorem videre est in Appendice nostra Iustinū Martyrem.

14 *Loth Circuncisionem sumpsisse ab Abraham, eandemque & filiis suis reliquisse.*

(*Super Edom, & super filios Ammon, & super Moab.*) Circuncisionem & populos istos in vsu habuisse, non est mirum, cùm oriundi essent vel ab Abraham, vt Idumæi descendentes ab Esau filio Isaac filij ipsius Abrahæ: vel à Loth eiusdem Abrahæ consanguinei, vt Ammonitæ, & Moabitæ. Quapropter cùm à progenitoribus suis Moab, & Ammon filiis istum circuncidendi ritum illi habuisse videantur, id hoc loco obseruari debere censeo, absque dubio Sanctum Loth à patruo suo Abraham ipsam accepisse Circuncisionem, cuius & sequebatur fidem, rectúmque veri Dei cultum: quamuis prædicti duo illius filij ab hoc deuiarint, carnalem quidem retinentes Circuncisionem, non tamen Abrahæ, & Loth fidem: Sicut & ab Esau seu Edom factum est, & ab Ismaële, atque ab aliis filiis Abrahæ filiis ex Cethura.

Quamquam dici & id quoque posset, vniuersas Gentes istas à Iudæorum populo eum desumptisse ritum, cui finitimi erant, postquam promissionis terram is adiit, sicut & Ægyptij quando cum illo conuersati sunt demorantibus Hebræis inter ipsos in Ægypto. Non contendo tamen ex hoc loco inferre, ita apud recensitas Gentilium nationes ipsam in vsu fuisse Circuncisionem, vt abnuam & plures apud illas minimè circuncidi solitos: vtque & aliquando earum aliquæ ritum istiusmodi non potuerint dimittere. Cùm & Iudæis, quibus is diuini erat præcepti, pro aliquo tempore & aliquibus particularibus dimissus, aut saltem prorogatus reperiatur. Et de Achior Ammonitarum principe constet ex libro Iudith 14. 16. incircuncisum fuisse, antequam Iudaicæ nomen daret religioni: Sicut & ex Iosepho lib. 13. Antiq. cap. 17. manifestè habetur, Idumæos Hircani tempore id moris non habuisse, vtpote quos Hircanus ipse coëgerit circuncidi, & ad Iudaicas reliquas adstrinxerit obseruantias. Illud vnum mihi sat est ex hoc loco probatum Ieremiæ tempore apud numeratas nationes saltem quoquomodo vsum fuisse Circuncisionis. Vnde Prophetæ seu potius Dei assumptum est eorum quæ hic dicuntur argumentum.

Iudith. 14. 16.

15 *Attōsi in comam quinam vocentur populi.*

a Leuit. 19. 27.

(*Et super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto.*) Ex illo Domini præcepto quod in cap. 19. lib. Leuitici Iudæis sic datum lego: [a] *Neque in rotundum attondebitis comam*, in eam deuenirem sententiam, vt per (*omnes qui attonsi sunt comam*:) seu, vt legunt Sept. (*Super omnem attonsum circa faciem suam*,) aut, (*Super omnem circumtonsa habentem ea quæ circa faciem sunt*,) reliquas designatas censerem Gentes eisdem Iudæis finitimas, quæ tametsi non circuncidercnt Præputia, sicut gentes præexpositæ, circunciderent tamen capillos circa faciem. Cæterùm quia per id quod adiectum hic est, (*Habitantes in deserto*) ij specialiter indicari videntur, quorum commoratio in deserto esse solet, & extra vrbes: quales certè sunt Arabes,

Arabes habitantes extra Ciuitates.

A appellati & Agareni, & Ismaëlitæ, habitantes in tentoriis, & tabernaculis, iuxta illud Cantic. [b] *Nigra sum, filiæ Ierusalem sicut tabernacula Cedar*: Vnde & Cedareni alio nomine nuncupantur à Cedar loco deserto, quem incolebant, vel à parente suo Cedar filio secundo Ismaëlis, à quo & Circuncisionem habuisse credendum est, propter quem se circuncidendi ritum hoc loco inter alias enumerati sint Gentes, quæ eumdem seruabant; quasque simul cum Iudæis per Chaldæos visitaturum, ac puniturum se asserit Dominus. Moris

b Cant. 1. 5. Cedarenorum nomen Arabibus vnde.

B autem Ieremiæ est, vt Arabes istos in deserto habitantes hac describat phrasi, (*Qui attonsi sunt in comam*) vt & infra videbimus cap. 25. vbi de eadem agitur eorum populorum vastatione facienda per Regē Nabuchodonosor, clariusque iisdem nominantur Arabes, cùm enim dictum esset, [c] *Et vniuersis qui attonsi sunt in comam*, subiectum est illico, *Et cunctis Regibus Arabiæ, & cunctis Regibus Orientis qui habitant in deserto.* Similiter & in cap. 49.[d] Et quidem etiam apud Herodotum scriptorem antiquissimum de iisdem Arabibus hæc habentur ad principium

Arabes appellati à Ieremia Attonsi in comam, seu circumtōsi circa facië, quod ij in rotundem tōderentur, tēpora subradentes.

c Iere. 25. 23.

d Ier. 49. 32.

Herodotus.

C lib. 3. pag. 285. *Tondentur in rotundum tempora subradentes.* Idipsum ferè quod Deus præallato Leuitici loco inhibuit Hebræis, iuxta Rabbinorum sententiam, qui Hebræa verba ibi interpretantur, [e] *Non circuntondebitis extremum*, seu *angulum capitis vestri*, cùm vox Hebr. פאה *peah*, propriè non comam, sed extremum significet, & angulum. Vnde quod hîc dicitur ועל־כל־ קצוצי פאה *vengal chol ketzutze peah*, Pagninus vertit, (*Et super habitantes in extremo angulo mundi.*) Magisque ad verbum. Regia & Vatablus, *Et super omnes extremificatos anguli, habitantes in deserto*,) id est, & cunctos qui in extremis oris habitāt

d Leuit. 19. 27.

D in deserto. Alij, (*Et super omnes angulatos anguli*,) id est, super remotissimas quasque Gentes, quæ in angulis terræ habitant, vt statim explicat, dicens (*habitantes in deserto*:) Optimè tamen Hieronymus sumens verbum קצץ *katzatz* in significatu præcidendi, & resecandi id vt explicatum est, vertit, (*Qui attonsi sunt*,) in quo secutus est Sept. ita vertentes, καὶ ἐπὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, (*Et super omnem qui circuntonsus est iuxta faciem*, quo sensu Hebræa pariter sic in Thesauro reddūtur, (*Et super omnes attonsos comā*:)

E magisque ad verbum, (*Et super omnes præcisos angulo*,) scil. Comæ, aut faciei, id est, ad tempora quòd Arabes, vt quidam inquiunt, secūdùm aures comam attonderent, prout nostris hisce temporibus Polonis, & Hungaris in more esse conspicimus. Nicolaus de Lyra legens ex Hebr. (*super omnem angulatum angulo*,) ait secundùm R. Salomonem, per hoc intelligi populum habitantem in deserto iuxta angulum Iudeæ.

(*Quia omnes Gentes habent Præputium, omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde*) Particula, 16

Iudæi gloriātes de corporis Circuncisione cùm essent incircuncisi corde gloriabantur de eo quo confūdi debuissent, esse peiores quàm Gētiles penitus incircuncisi.

(*Quia*,) rationalis cùm sit, designat alicuius rei hîc

F afferri rationem; Ratio autem ista duplex ad duo est, siquidem ad id in primis hæc spectant, quod in tota hac oratione, quæ cæpta fuit à vers. 23. intendit Dominus; vt inanem Iudæorum retundat gloriationem, eam præsertim quā circuncisionē suā iactabant: & efficacissima ista ad hoc est ratio: Æquè est enim ac si dicatur. Esto, Iudæi circūcisi sunt corpore, nō est tamen quòd propterea supra cæteras glorientur gentes, quia de eo gloriātur, de quo potiùs confundi deberent, quòd circūcisi corpore, incircūcisique corde de sua gloriantur

diuinæ

diuinæ legis præuaricatione, quam certè præuaricationem in Gentibus non eſſe conſtat, quæ & corde, & corpore incircumciſæ ſunt, Circumciſionis lege ad id minimè deuinctæ: Sic per ly (*Omnes gentes*) hoc loco vniuerſi, indeffinitè, & vniuerſaliter deſignantur Gentiles, qui non circumcidebantur, vt hæc ratio addita præcedenti ſit vt ab illa ad ipſum diſtincta, in qua eadem inanis gloriatio redarguta fuit ex eo quòd non ſolùm ipſi Iudæi, ſed & alij quoque reperirentur populi, quibus Præputij Circumciſio in vſu eſſet, ſimul etiam cum illis pœnas daturi (*Omnes*) igitur inquit, (*gentes*) præter eas ſcilicet quæ enumeratæ ſunt.

Sed & eius inſuper in his affertur ratio, cur grauiſſimas in Dei viſitatione Iudæi daturi eſſent pœnas, Quia in eo ipſo quod corpore circuncidebantur corde incircuncisi, multò peius in Deum delinquentes quàm Gentiles ſe exhibebant, vt pote præuaricatores legis, quam Gentiles non acceperant.

Verſ. 25.] Ecce dies veniunt, &c.

Verſ. 26.] Super Ægyptum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

17 *In mortificationibus tantùm externis vitæ ſpiritualis præſidium ſtatuẽtes caſtigandi cum infidelibus.*

APTVS eſt locus iſte aduersùs fideles eos, qui toti ſunt in ieiuniis, & externis quibuſdam corporis mortificationibus, ex propria voluntate aſſumptis, in iis omne ſuum ſitum arbitrantes præſidium, Deique obſequium, quos tamen à Deo caſtigandos vnà cum infidelibus, quorum plerique ſimilibus ſe ex inani gloria affligunt mortificationibus, & ſæpe etiam maioribus, reſcindentes à ſe omnem vini, carnium, & cæterorum delectabilium vſum.

Hugo Card. *Religioſi cur attonſi vſque ad aures, & raſi in capitis vertice.*

(*Et ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam, habitantes in deſerto.*) Moraliter hi ſunt religioſi inquit Hugo Cardinalis, habitantes in Clauſtro, *qui ſunt attonſi vſque ad aures, & deſuper in ſignum quòd aurem obedientiæ debent habere expeditam, & deſuper raſi, & attonſi ſunt, in ſignum quòd voluntatem, & mentis intentionem ad præmia cæleſtia nudã habere debent, & immediatè coniunctam: non perplexam, & inuolutam capillis voluptatum, vel temporalium. Sed hodie iſti multùm indigent viſitatione correctionis, ideo hic dicitur, (Ecce ego viſitabo ſuper omnes, &c.)* & Pſalm. 88. [a] *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed heu viſitatores eorum non viſitant eos in virga ad corripiendum, ſed in lingua ad comedendum. Non enim veniunt, niſi vt comedant, cùm tamen dicatur* Iſai. 60. [b] *Ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſtitiam.* Hæc Hugo, quibus pro nunc nihil eſt quod addam, plura de tonſione ſpirituali dixiſſe me recolo ſup. verſ. 29. capitis 7. Vide ibi. Sicut & quæ ſuper vltimis iis verbis, (*Omnis autem domus Iſrael incircuncisi ſunt corde,*) de Circunciſione cordis dicenda forent, vide iam dicta ſupra in verſ. 4. capitis 4. Vide & locum ſupra citatum aliquantò ante finem lib. 2. Origenis Comment. in epiſtolam ad Romanos. Vbi plura de Circunciſione & literaliter, & moraliter pertractantur.

a Pſa. 88. 33. *Viſitatores plerique Religioſorum arguuntur.*

b Iſai. 60. 17.

VVLGATÆ.

Verſ. 25.] Ecce dies veniunt, &c.

A *Verſ.* 26.] Super Ægyptum, &c.

SEPTVAGINTA.

25. Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας.

26. Ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ Ἰδουμαίαν, καὶ ἐπὶ Ἐδώμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Ἀμμών, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωάβ, καὶ ἐπὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκί, καὶ πᾶς οἶκος
B Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίας αὐτῶν.

Verſ. 25.] Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes, qui circunciſa habent Præputia ſua.

Verſ. 26.] Super Ægyptum, & ſuper Idumæam, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper filios Moab, & ſuper omnem attõſum circa faciem ſuã,
C habitantes in deſerto: quia omnes gentes incircunciſæ carne: & omnis domus Iſrael, incircunciſi cordibus ſuis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASTIS Chaldaica. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes populos incircunciſos.* Verſ. 26. *Super Ægyptios, & ſuper Iuda, & ſuper Idumæos, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moabitas, & ſuper omnes attonſos comâ, qui morantur in habitaculis in deſerto, quia omnes populi incircuncisi ſunt in carne ſua,*
D *& omnis domus Iſrael incircuncisi ſunt in corde ſuo.* 1

Verſ. 25. & 26. (*Ecce dies veniunt dicit Dominus,* &c. *Super Ægyptum,* &c.) Iuſtinus Martyr lib. Colloquij cum Tryphone Iudæo, cordis probans Circunciſionem ita hæc affert. (*Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo omnes Circunciſos in Ægypto, Iudæa, Idumæa, terraque Moabitarum: Quoniam Gentes omnes incircunciſæ ſunt, & tota domus Iſrael incircunciſum cor habet.*) *Videtis non hanc Circunciſionem, quæ in ſignum data eſt, Deum requirere? nã nec Aegyptiis prodeſt, nec Moa-*
E *bitis, nec Idumæis. Sed ſit vel Scytha quis, vel Perſa, modo habeat notitiam Dei, & Chriſti eius, nec ius illud æternum violet, circunciſus eſt Circunciſione optimâ, vtiliſſimáque, & vt amicus Dei donis fruitur, viciſſim illi offerens.*

Iuſt. Martyr. *Non requirit Deus Circũciſionem manufactã, ſed Circumciſionem cordis.*

Hieronymus. *Multarum ex quadam parte Gentium, & maximè quæ Iudeæ, Paleſtinæque confines ſunt, vſque hodie populi circunciduntur, & præcipuè Aegyptij, & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Saracenorum, quæ habitat in ſolitudine, de quibus dicitur, (ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam, habitantes in deſerto,) Non igitur glo-*
F *riari debet Iuda, qui miſtus eſt cum gentibus ſupra ſcriptis, eò quòd Præputium non habeat: Sed ex lege Dei circunciſus ſit: cum & alij hæc faciant, qui legis mandata non ſeruant, & ignorant Deum Iſrael. Nec prodeſt Circunciſio quæ in ſignum data eſt, niſi mandata Domini compleantur: Sicut & Coma quæ gentem ſignificant, non roborant corpora, & fortitudinem pugnatorum. Quodque ſequitur, (omnes gentes habent Præputium: Omnis autem domus Iſrael incircuncisi ſunt corde: hunc habet ſenſum, Cum præter Aegyptios,*

Hieron. *Iudæorũ gloria in Circũciſione carnali quàm vana, cùm & aliæ gentes ſine lege Dei eamdem in vſu haberent Circumciſionem.*

ptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, & Ismaelitas in solitudine commorantes, (quorum pleraque pars circumcisa est) omnes aliæ nationes in toto Orbe incircumcisæ sint carne: omnis domus Israel incircumcisa est corde, non carne: quæ incircumcisio inducit ad mortem Illa enim carnis, hæc spiritus est.

2 Clem. Alex. Citant postrema verba in hunc modum, Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 9. (*Incircumcisæ omnes Gentes: hic autem populus est incircumcisus corde) quoniam populus est inobediens: filij, inquit, quibus non est fides.*

Cyril. Alex. *Circumcisio cordis quæ*

Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. contra Iulianum, *Dubitauerit nullus, quod si quis omnino à cordis affectionibus liber fuerit, talis rectè Deo potius, & non solâ carne circunciditur, quod facere nolêtes Israelitas acriter redarguit Deus, dicens, (Omnes Gentes incircumcisæ carne, & omnis domus Israel incircumcisa corde suo.)*

Theodoret. *Circumcisionis gloriatio arguitur, cũ non tantum Iudæi, sed & pleraque aliæ gentes eamdẽ Circumcisionem communem cum Iudæis habuerint.*

Theodoritus in Comment. *Cùm etiam propter Circuncisionem extolleret sese, arrogantiam eorum reprimens docet, pleráſque alias, Gentes circuncidi: quas etiam vocandas esse prædicit, & saluandas. (Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnes circuncisos Præputia eorum, super Aegyptum, super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super filios Moab, & super omnes Attonsos in faciẽ suã, qui habitant in deserto) Idumæi quidem durentes genus ab Esau circuncidebantur, iuxta legem Abrahæ datam: Ammonitæ vero, & Moabitæ, vt vicinitate iuncti, æmulati sunt cognationem. Qui autem ab Ismaele, & Cethura descenderunt, lege maiorum circuncidebantur. Hos ergo vocat (circuntonsos faciẽ) quia pilos genarum auellere consueuerunt. At Aegyptios incolæ populi docuerunt Circuncisionẽ. Coniunxit autem his Iudam, vt reprimeret audaciam. Verum in sequentibus grauiorem reddit eorum accusationem, (Quia omnes Gentes carne incircuncisæ: omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde,) Igitur veteres etiam scripturæ docent fructum Circun-*

Iudæi incircumcisi corde sunt peiores quàm Gentiles incircumcisi & corpore.

A *cisionis spiritualis, & corporei Præputij turpitudinem. Non enim Gentes incircuncisas accusat: sed Iudæos corpore quidem circuncisos, habentes autem cor incircuncisum.*

Idem Theodoritus, quæst. 3. in lib. Exodi.[a] *Vnde sciebat filia Pharaonis puerum esse Hebræum? Ex Circuncisione cognouit illud. Vnde constat, quod Aegyptij temporibus illis minimè circuncidebantur: postea vero Hebræos imitati (circuncisionis legem amplexi sunt. Ob id etiam Dominus omnium per Ieremiam ait, (Visitabo super omnes circuncisum Præputium illorum, super Aegyptum, & super filios Edom,* B *& quæ sequuntur.)* 3 Theodorit. a Exod 2. 6. *Circumcisionem non habuerunt Aegyptij quando natus est Moyses.*

D. Thomas. *Excludit fiduciam legalium cæremoniarum, & Circuncisionis specialiter, quæ præcipua est, quæ etiam ex patribus est: quia est imperfecta, ex carne tantùm, & non in corde, vnde simul cum incircuncisis puniuntur (Ecce dies veniunt,) Actuum 7. Durâ[b] ceruice, & incircuncisi auribus, & cordibus.* D. Thom. *Gloriatio Iudæorum in legalibus cæremoniis arguitur.* b Act. 7. 51.

D. Bonauentura, serm. 3. in festo Circuncisionis Domini, (*Visitabo omnem qui incircuncisum habet præputium: super Aegyptum) quod interpretatur tenebræ, id est, super traditores, & impudicos, & super alios in enormibus vitiis, & tenebris latentes: (& super Iudam) quod interpretatur glorificans,* C *id est, superbos, & glorificantes se ipsos: (& super filios Edom) quod interpretatur sanguineus, & significat occisores, sanguinem indebitè effundentes. (Et super filios Ammon) quod interpretatur populus murmurationis, & significat seminatores discordiæ, & detractores: (& super Moab) quod interpretatur ex Patre, & significat eos qui malas patrum vias, neque paterna bona iniustè acquisita relinquunt: (& super omnes qui attonsi sunt in coma,) id est, super omnes clericos, & claustrales habitantes in deserto religionis, &c. In Visitatione incircuncisorum istorum iniunget pœnitentiam, non panis, neque aquæ, sed ignis æterni.* Sup. 4. (*Circuncidimini Domino, &c.*) (*Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, &c.*) D. Bonauẽt. *Ob incircumcisionem cordis quos potissimũ Deus castigaturus sit.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἸΔΟΥ ἡμέραι ἔρχονται.

Ἐπ' Αἴγυπτον.]

Θεοδωρήτου.] εἰκότως καὶ περὶ τῆς περιτομῆς ἐπενήνοχεν, ἐφ' ἧ πάνυ μέγα ἐφρόνουν ὡς ἀνακείμενοι τῷ Θεῷ. περιτομῆς δὲ νόμον μὴ φυλαττούσης ὄφελος οὐδὲν, ἐπεὶ καιρὸς καὶ τοῖς ἔθνεσιν, ἅπερ περιτεμνόμενα. καταλέγει, μεγάλα φρονεῖν. καί τοι περιδήλως ἐστὶν ἀσεβῆ καθάπερ ὑμεῖς. διὸ καὶ μετ' αὐτῶν ὑμᾶς ὡς οὐδὲν διαφέροντας ἐπισκέψομαι. ἀλλ' οὐδὲν τῶν ἀπεριτμήτων ἐθνῶν διαφέρετε. εἰ γὰρ καὶ τὴν σάρκα περιτέμνεσθε, ἀλλ' ἀπερίτμητον ἔχετε τὴν καρδίαν. ὡς ἄχρηστον ὑμῖν τὸ τῆς περιτομῆς ἐπικεῖσθαι σημεῖον, μὴ οὐ σημαινομένου παρόντος. εἰ γὰρ μέγα καθ' ἑαυτὸ τὸ σημεῖον εἶναι νομίζεται, καὶ ἡ τῶν τριχῶν περιτομὴ μέγιστον ἂν εἴη σημεῖον, ὥσπερ εἰσέτι χρῶνται σαρακηνοί, Ἰδουμαῖοί τε, καὶ ἐξ Ἡσαῦ.

[Ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.) Αἰγύπτιοι οἱ βάρβαροι καλοῦνται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. Ἰδουμαῖοί τε, οἱ καὶ

D Vers. 25. ECCE dies veniunt, &c.) 4

Vers. 26. (*Super Aegyptum, &c.*)

Theodoreti.] *Rectè & de Circuncisione subintulit, de qua sese iactabant quasi Deo addicti. Circumcisio verò legem non obseruans nil prodest. Alioquin & gentibus, quas vti Circumcisione vtentes recenset, liceret superbire & tamen ipsæ æquè ac vos impiæ sunt. Quocirca & vos cùm nullum possit assignari discrimen, visitabo. Sed nihil à non circumcisis gentibus differtis; etsi enim carne circumcidimini, tamen cor incircumcisum* E *habetis. Ita vt frustra signum Circumcisionis geratis, cùm id quod significatur non adsit, signaculum vobis adiaceat. Nam si signum per se tâquam excellens quid habetur, vtique excellentissimum esset & capillorum abrasio, quâ vtuntur ad hæc vsque tempora Sarraceni, & Idumæi, quique ab Esau originem ducunt.* Theodorit. *Circumcisio legẽ non seruanti nihil proderat.* *Signum Circumcisionis cum nõ adesset id quod per illud significabatur, nil proderat.*

Vers. 26. (*Super Aegyptũ, & super Idumæã, &c.* Olympiod.

Olympiodori.] *Aegyptij, Barbari vocantur in sacra Scriptura. Idumæi, qui & Edomitæ*

καὶ ἐδωμῖται πόρνοι, καὶ βέβηλοι, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἠσαῦ. οἱ δὲ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται διὰ τὸν τρόπον κελεύονται, μὴ εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν θεοῦ. τὸν Ἰουδαίων οὖν τὸν τρόπον, διὰ τῶν ἐθνῶν τούτων ἐχαρακτήρισε, τούτοις αὐτοὺς καλέσας τοῖς ὀνόμασι.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.] πῶς περιτετμημένους ὀνομάσας ὁ λόγος. εἶτα οὐκ Ἰουδαίους μόνον ὀνομάζει, οὐδὲ ἰσραηλίτας, οὐδὲ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, οὐδὲ αὐτὸ τὸ κείμενον ὄνομα τὸ οἰκεῖον, Ἰούδα, ἀλλ' ἐγκαταλέγει τούτοις καὶ Αἴγυπτον, καὶ Ἐδὼμ, καὶ υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ υἱοὺς Μωὰβ, ὡς πάντας ἀπεριτμήτους καρδίας αὐτῶν ἄρα γὰρ τοιοῦτόν τι θέλει εἰπεῖν ὁ λόγος; ὅτι δὴ δοκοῦσι μὲν ἔχειν τὸν νόμον τὸν τῆς περιτομῆς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐδὲν δὲ διαφέρουσι τῶν λοιπῶν ἐθνῶν τῶν ἀπεριτμήτων, ἀπερίτμητοι ὄντες τὰς καρδίας αὐτῶν, οὐκ ἀποτετμημένοι τὰς κακίας. ἄρα φημὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν βούλεται ὁ λόγος; ὅτι ἔχουσι μὲν τὸν λόγον τὸν τῆς περιτομῆς, καὶ τὰ λοιπὰ λόγια τοῦ θεοῦ υἱοὶ Ἰούδα, οὐδὲν μέντοι διαφέρουσι τῶν οὐκ ἐχόντων τὸν νόμον τοῦ θεοῦ Αἰγυπτίου, καὶ Ἐδὼμ, υἱῶν Ἀμμὼν, καὶ υἱῶν Μωάβ. ἢ μή ποτε πάντας ὁμοῦ περιτετμημένους καλεῖ. οὐ μόνον τοὺς Ἰσραηλίτας, καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὡς δηλοῖ τὰ ἀναγινωσκόμενα γράμματα. πάντας γὰρ ἐκάλεσε περιτετμημένους. καθυπέταξεν Αἴγυπτον, καὶ Ἰούδαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη. καὶ πῶς ἐστι παραστῆσαι, πάντας αὐτοὺς εἰπεῖν περιτετμημένους; πάντα τὰ ὀνομασθέντα ταῦτα ἔθνη τὰ προκείμενα, εἴπερ τις ἄνωθεν συλλογίζοιτο, εὕροι ἂν ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ περιετμήθη ὢν ἐτῶν ἐννέα, καὶ ἐνενήκοντα αὐτὸς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ Ἰσμαὴλ, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ οἱ οἰκογενεῖς, καὶ οἱ ἀργυρώνητοι οἱ ἐξ ἀλλογενῶν ἐθνῶν περιέτεμεν αὐτούς. ταῦτα γὰρ ἐπὶ λέξεως τὰ ἀναγεγραμμένα ἐν τῇ γενέσει. πῶς οὖν ἐπ' Αἰγυπτίους καταβιβάζει, καὶ ἐπ' Ἐδὼμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωὰβ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Ἀμμὼν τὴν περιτομήν; περιτέτμηται μὲν ὁ Ἰσμαὴλ, ὡς ἔφην κατὰ νόμον τρισκαιδεκαέτης που ὢν, οἷα δὴ υἱὸς ὢν τοῦ Ἀβραὰμ ἐκ τῆς ἄγαρ τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας. [καὶ μετ' ὀλίγα.] καὶ κατῳκίσθη φησὶν Ἰσμαὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐγένετο τοξότης, καὶ ᾤκησεν τὴν ἔρημον. καὶ ἠγάγετο αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ γυναῖκα Αἰγυπτίαν. τίνος ἕνεκέν μοι ταῦτα πάντα μεμυθολογεῖσθαι δοκεῖ; ζητῶ τοὺς περιτετμημένους κατὰ Αἴγυπτον, καὶ ζητῶ τοὺς περιτετμημένους τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ πάντας οὓς ἀναγράφει ὁ λόγος. ἐοίκασιν οὖν ἐκ τοῦ γένους εἶναι τοῦ Ἰσμαὴλ, ὃς ᾤκησε μὲν τὴν ἔρημον, ἠγάγετο δὲ τὴν Αἰγυπτίαν γυναῖκα, καὶ οὐκέτι ἀμφιβάλλω τούτους που εἶναι, ἢ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ περιτετμημένους, καὶ τοὺς περικειρομένους κατὰ πρόσωπον, καὶ κατοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ. εἰκὸς γὰρ τὸν Ἰσμαὴλ παραλαβόντα τὸν πατρῷον νόμον τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς θεοφιλοῦς πατρὸς ὄντα, καὶ ἀναχωρήσαντα τῆς οἰκίας, ἅπερ ἐνόμιζεν αὐτῷ εἶναι ἀσφαλέστατα πατροπαράδοτα ὄντα, ταῦτα ποιεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς || συγγόνοις τοῖς ἑαυτοῦ. οὕτως δὲ μέντοι περιτετμημένους ἔστιν εὑρεῖν Αἰγυπτίους, ἢ τοὺς

|| ἴσ. ἐγγόνοις.

A mitæ fornicatores, & prophani quippe vt Esau nati: Moabitis verò &, Ammanitis propter mores præcipitur ne Dei Ecclesiam ingrediantur. Mores itaque Iudæorum per has gentes, eorum nominibus appellando expressit.

Iudæorũ praui mores significati enumeratione improbarũ Gentium.

Sancti Gregorij Thaumaturgi.] Quomodo cùm circumcisos illos vocasset, non deinde Iudæos solùm, non Israelitas, non domum Iacob, non denique nomine eorum familiari B Iudam appellat, sed his annumerat, & Aegyptum, & Edom, & filios Ammon, & filios Moab, vt omnes incircumcisos corde? Num hoc sermoni propositum? Quòd legem quidem circumcisionis videntur habere filij Israel, nihil autem differunt à cæteris gentibus non circumcisis corde ipsi incircumcisi; & Num inquam non circumcisa nequitia, hic orationi scopus? Quò habent quidem filij Iuda Circumcisionis præceptum cæteraque Dei oracula, non tamen distant à Dei legem non habentibus C Aegypto & Edom filiis Ammon, & filiis Moab. An verò omnes simul circuncisos nominat, non solùm Israelitas, & Iudæos, sed & reliquas gentes, vt ex literis quas legimus videre est: omnes enim circumcisos vocauit, subiecit Aegyptum, ac Iudam, cæterasque nationes. Et quomodo quis probabit, omnes iam dictos fuisse circumcisos? Omnes prædictas nationes, si quis ab antiqua origine colligat, è se- D mine Abrahæ ortas inueniet. Abraham [a] circuncisus est nonaginta nouem annos natus, ipse, & filij eius, Ismael, omnesque viri domus eius, quique dominati, quique empti pretio ex alienis nationibus, circumcidit eos, hæc enim apertis verbis leguntur in Genesi. Quomodo igitur ad Aegyptios deducit, & ad Edom, & ad filios Moab, & ad filios Ammon Circumcisionem? Circumcisus sanè Ismael, vt dixi, annum circiter agens tertium decimum, E vt Abrahæ filius ex Ancilla Aegyptia Agar. [Et paucis interpositis.] Et habitauit ait [b] Ismael in solitudine, & factus est sagittarius, & habitauit desertum, & illi mater eius mulierem Aegyptiam in matrimonio coniunxit, quanam de causa omnia hæc effata est scriptura? Circumcisos Aegypti quæro, quosque sermo describit omnes in deserto circumcisos diligenti indagatione disquiro, generis enim exordia ex Ismaele qui & desertum habitauerat, F vxoremque Aegyptiam duxerat, sumere hi videntur; nec adhuc animo hæreo hos esse vel qui in Aegypto circuncisi sunt, vel qui ante faciem comam tondunt, desertúmque incolunt. Ismaelem enim vti pio genitum Patre patriam amplexatum legem, cùm domo secederet, quæ sibi tutiora tamquam à maioribus recepta esse existimabat, hæc & facere, suisque successoribus peragenda tradere congruum erat, ita igitur Aegyptios, vel habitato

Gregorius Thaumaturgus

Incircuncisi corde nil differebãt Iudæi à Gentilibus incircumcisis & corpore.

a Gen. 17. 23.

b Genes. 21. 20.

6

Circumcisione veteres nationes apud Ieremiã enumeratæ traxisse originẽ ab Abraham, cui datum est Circumcisionis mandatum. Aegyptij circumcidi soliti vt quoquo modo ex genere Abrahã.

σὺν τὴν ἔρημον οἰκοῦντας. πῶς δὲ καὶ τὸν Ἐδώμ; ὁ Ἐδὼμ οὗτος καταβαίνει καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραάμ. τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐγένετο μὲν παῖς Ἰσμαὴλ ἐκ τῆς Ἄγαρ, ἐγένετο δὲ καὶ ὁ Ἰσαὰκ ἐκ τῆς Σάῤῥας. τῷ δὲ Ἰσαὰκ πάλιν παῖδες δύο, ὅτε Ἠσαῦ, καὶ ὁ Ἰακώβ, καὶ ὁ μὲν Ἰακὼβ οὐκ ἠγάγετο γυναῖκα αἵματος ξένου, οὐδὲ τῶν Χαναναίων, ταῦτα ἐπισκήψαντος τοῦ πατρός. ὁ μέντοι Ἠσαῦ ἠγάγετο γυναῖκα τὴν θυγατέρα Ἰσραήλ, ἀδελφὴν τοῦ Ναβεώθ, ἀνεψιὰν δήπουθεν ἀγόμενος ἑαυτοῦ γυναῖκα πρὸς πατρός, ξένην δὲ πρὸς μητρός. καὶ γίνεται παίδων πολλῶν πατήρ. πρωτότοκος δὲ αὐτοῦ ὁ Ἐδώμ. καὶ μαρτυρήσει μοι τὸ ἱερὸν, λόγιον λέγον. αὗται δὲ αἱ Γενέσεις, Ἐδὼμ πρὸς Ἠσαῦ. οὐκοῦν ἅπερ ἐλέγετο μικροῦ πρόσθεν περὶ τοῦ Ἰσμαήλ, ὅτι δὴ παραλαβὼν νόμον πατρόθεν τὸν τῆς περιτομῆς, παρεδίδου ἐγγόνοις τοῖς ἑαυτοῦ, ταῦτα λέγειν ἡμῖν ἔξεστι περὶ τοῦ Ἠσαῦ, ὅτι ὢν παῖς Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ, ὃν παρέλαβε νόμον παρά τε τοῦ πάππου, παρά τε τοῦ πατρὸς ἥκοντα εἰς αὐτὸν, παρεδίδου καὶ τοῖς παισί. καπεριέτεμεν που καὶ αὐτὸς τὸν Ἐδώμ. οὐκέτι οὖν ἀσαφές. πῶς δὲ καὶ υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ υἱοὶ Μωάβ; τούτους γινώσκουσί που οἱ φιλοπονώτεροι εἶναι τοὺς υἱοὺς Λὼτ τοῦ ἀδελφιδοῦ Ἀβραάμ [καὶ μετ' ὀλίγα] ἐτέχθη οὖν ἐκ τοῦ Λώτ, ὅ τε Ἀμμὼν, καὶ ὁ Μωάβ, ἑκάτερος ἐκ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ὁπηνίκα ὑπονοήσασαι ἔρημον εἶναι τὴν γῆν, οὕτω διασώσασθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἠβουλήθησαν αἱ θυγατέρες Λώτ. ἐτέχθη γὰρ τῇ μὲν πρεσβυτέρᾳ ὁ Μωὰβ ἑρμηνευόμενος ἐκ πατρός, καὶ τῇ δευτέρᾳ Ἀμμὼν ἑρμηνευόμενος ὁ υἱὸς τοῦ γένους ταῦτα πάντα εἰρημένα οὐκέτι δυσκόλως ἡμᾶς

|| Ier. πάθ. συγκατατίθεσθαι παρὰ || πάντας σὺν περιτετμημένους, οὕτω καλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ λόγου μαρτυροῦντας αὐτοῦ Ἱερεμίου, καὶ περὶ τῶν υἱῶν Μωάβ, καὶ περὶ τῶν υἱῶν Ἀμμὼν, ὅτι ἐν τοῖς περιτετμημένοις κατέλεξε καὶ τούτους. [καὶ μετ' ὀλίγα.] εἰ δὲ καὶ ὠφελείας τινὰς ἡμῖν προσγίνεσθαι δεῖ ἐκ τῶν εἰρημένων τούτων οὕτως ἄν τις ὀρθῶς εἴποι. ὡς τὰ πολλὰ γένη τῶν ἀνθρώπων προσποίησιν μὲν ἔχει δικαιοσύνης, καὶ τινὰ μὲν ἴχνη φέρει νόμου θεοῦ, καὶ σχηματίζεταί πως, καὶ πλάσσεται ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς, μέχρι μέντοι σχήματος αὐτοῖς ἵσταται τὰ τῆς προαιρέσεως, μέχρι προσποιήσεως, καὶ τοῦ καθυποκρίνεσθαι. οὐ μέντοι γε τέλεον ἐσπουδάσαμεν τὴν κακίαν ἐκκόπτειν ἐξ ἡμῶν, καὶ τὰ ὀνείδη. [Ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι κἂν περιτομὴν ἔχωσιν, ἀπερίτμητοι εἰσὶ τῇ σαρκί. οὐ γὰρ δὴ κατὰ νόμον τοῦτο ποιοῦσιν. καὶ γὰρ λέγονται περιτέμνεσθαι καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ οἱ λοιποί. ὅσῳ δὲ καρδία βελτίων, τοσούτῳ χεῖρον τὸ ἀπερίτμητον τοῦτο. τινὲς δὲ φασὶν, ὅτι οἱ Αἰγύπτιοι περιετέμνοντο καὶ τοῦτο Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. ||

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐμοὶ δοκεῖ σὺν Σαῤῥακηνούς. τί λέγεις; ἀπερίτμητοι εἰσίν. οὐκοῦν πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς τῇ καρδίᾳ. ἀλλὰ περιτέμνονται; ὥσπερ οὖν ἐκείνους οὐδὲν ὠφέλησε τὸ πρᾶγμα, οὕτως οὐδὲ ὑμᾶς, ὑμεῖς ἐκείνων χείρους ἐστέ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς τὸ φαινόμενον καλλωπίζοντας. λέγει δὲ τοὺς μόρφωσιν ἔχοντας εὐσεβείας τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένους.

bitatores deserti circumcisos esse reperimus. Quomodo autem & Edom? Edom hic & ipse ex semine Abraham ortum ducit, natus enim Ismael, ex Agat Abraham, cui Isaac ex Sarra auctus fuerit, Isaac quoque duo nascuntur filij Esau & Iacob. Porro Iacob non duxit vxorem externam, nec Chananæam, præceptis obediens patris. Esau verò Ismaelis filiam Nabeothis sororem cognatione patruelem, etsi matre alienâ genitam sibi iunxit matrimonio, fitque pater multorum filiorum; primogenitus autem illi fuit Edom. Verborum meorum fides penes diuina effata quibus asseritur. [a] *Hæ verò generationes Edom ad Esau. Quæ igitur paulò ante de Ismaele dicebant, legem nempe Circuncisionis receptam à Patre posteris suis seruandam tradidisse, hæc eadem de Esau nato Isaac filio Abraham affirmamus, legem videlicet ab auo patréque susceptam propriòque in corpore executioni demandatam filiis suis tradidisse, & forsan dicere possumus Edom ab eodem circuncisum: tenebras ergo huic loco offusas explicando fugauimus. Quomodo autem & filij Ammon, & filij Moab? Hos his in rebus exercitatiores filios Lot ex sorore Abrahæ sat sciunt,* [& post pauca] *Genitus est igitur ex Lot Ammon, & Moab, vterque ex eius filiabus, quando terram ex hominibus desolatam existimassent, sic genus humanum resarcire hac ratione constituerunt, ortus enim est seniori filiæ Moab qui interpretatur ex Patre, secundæ verò Ammon qui filius generis. His vocari à sacro sermone, ipso item Ieremiâ teste & de filiis Moab, & filiis Ammon, cùm illos inter circumcisos enumerarit.* [Et iterum post pauca.] *si quod verò lucrum ex iam dictis comparare nobis velimus, sic rectè quis dixerit, plurima nempe hominum genera specie quidem iustitiam colere, quædamque legis Dei vestigia præ se ferre, & quodammodo se accommodare, virtutisque curam fictè gerere; voluntatem tamen illis solum esse, ad speciem tantùm & fictionem, simulationémque, haud tamen nequitiam omnino opprobriaque à nobis extirpare studuimus.*

Idumæi circunci di soliti vt ex Abraham genere.

Gen. 28 9.

Ammonitæ, & Moabitæ circuncidi soliti vt ex Abrahæ genere.

7 Hypocritæ similes Gentilibus.

(*Super Aegyptum, super Idumaam,* &c.)

Chrysostomi.] *Quòd licet Circuncisionem habeant, incircuncisi sunt carne; non enim hoc agunt secundùm legem: quippe & Idumæi, cæterique circumcidere se dicuntur: quantò autem cor nobilius, eò illius incircumcisio deterior. Quidam asserunt, & Herodotus hoc narrat, Aegyptios circumcidi solitos.* ||

Chrysostomi.] *Mihi videtur Sarracenos. Quid ais? Circumcisi non sunt: igitur multò magis vos corde. At circumciduntur? sicut igitur illis nil profuit hæc res, ita nec vobis, vos illis peiores estis. (Et super omnẽ attonsum circa faciẽ suam.*

Olympiodori.] *Id quod apparet ornantes. notat autem eos, qui speciem pietatis habent, sed vim pietatis negant.*

Chrysost. *Circumcidistes se Gẽtes, censebantur tamen incircuncisa.* *Incircumcisio cordis quàm peior incircũcisione carnis.*

Chrysost. *Iudæi incircumcisi corde multò peiores quàm gentes.*

Olympiod. *Pietatis speciẽ duntaxat habentes arguuntur.*

KE CAPVT

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ

A

* Τίς δώσει μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον, καὶ καταλείψω τὸν λαόν μου, καὶ ἀπελεύσομαι ἐπ' αὐτῶν.] ὁ προφήτης εἴθε, φησὶν, εἴην ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἰκῆσαι. ὅτι πάντες μοιχῶνται. σύνοδος ἀθετούντων] τουτέστι συμφωνίαν ἔχουσι περὶ τὸ κακὸν, ὥστε μηδὲ δύνασθαι ἱκετεῦσαι τὸν θεὸν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων.

* Ψεῦδος, καὶ οὐ πίστις ἐνίσχυσεν ἐπὶ τῆς γῆς.] τουτέστιν, ὑποκρίσεως εἰσὶ πεπληρωμένοι.

Βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν.] ὁ Ἑβραῖος, ἀναιροῦσα, ἔχει.

B

Ἐπὶ τὰ ὄρη λάβετε κοπετὸν, καὶ μέλος, καὶ ἐπὶ τὰς τρίβους τῆς ἐρήμου θρῆνον.] ὡς ἐκεῖ ἁλωσομένων τῶν φευγόντων, διὰ τὸ κατὰ τὸν φόβον τῶν πολεμίων ἐξελθεῖν τὴν πόλιν.

* Καὶ διδάξατε τὰς θυγατέρας ὑμῶν οἶκτον, καὶ γυνὴ τὴν πλησίον αὐτῆς θρῆνον.] ἀνωτέρω φήσας, καλέσατε τὰς θρηνούσας, καὶ ἐλθέτωσαν, ἐπήγαγε ταῦτα, οὕτω λέγων, ὅτι μάτην φησὶν ἑτέρας καλεῖτε εἰς τὸ τὸν θρῆνον λέγειν. ἄμεινον ὑμᾶς αὐτοὺς ταῦτα μαθεῖν ὡς οὐκ ἀρκούντων ἐκείνων ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναιρουμένων.

C

* Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίαν αὐτῶν. ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπ' Ἰούδαν, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Ἀμμών.] μέχρι μὲν οὖν τούτων πρὸς τοὺς ἐπὶ τῇ προφάσει τοῦ ναοῦ μὴ προσδοκῶντας αἰχμαλωσίαν ἔφη. ἐπειδὴ δὲ τὴν περιτομὴν προεβάλλοντο σημεῖον τῆς πρὸς θεὸν οἰκειώσεως λέγει ὁ θεὸς, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη τὰ περιτετμημένα ἐπάξω τὴν τιμωρίαν. οὐ γὰρ ἡ περιτομὴ τὴν πρὸς ἐμὲ οἰκείωσιν σημαίνει, ἀλλὰ τὸν τρόπον ζητῶ, εἶτα κἀκείνων χείρους ἀποφαίνων Ἰουδαίους, ἐπάγει.

D

Ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίαις αὐτῶν.] τὸ δὲ, καὶ ἐπὶ πάντα περικειρόμενον τὸ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ.] περὶ τῶν Σαρακηνῶν λέγει, οἳ τὴν κόμην κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος ἐῶντες, μόνον ἀποκείρονται τὸ μέρος τὸ ἐπὶ τὸ μέτωπον, κοσμοῦντες τὴν τρίχα, οἵ εἰσιν οἱ νῦν λεγόμενοι γεντίλιοι. φήσας δὲ ἀπεριτμήτους αὐτοὺς εἶναι τὴν καρδίαν ὑπὲρ πάντα τὰ ἔθνη, δεικνὺς, ὡς οὐ λοιδορία ψιλὴ τὸ λεχθὲν, ἐπάγει.

CAPVT IX.

Verſ. 2. *QVIS det mihi in ſolitudine manſionem nouiſſimam, & relinquam populum meum, & recedam ab eis?* Propheta vtinam, ait, liceat habitare in ſolitudine. *Quia omnes mœchantur cætus præuaricatorum.* Hoc eſt cōcordes erant in malū, ita vt pro peccatis Deū exorare nullatenus poſſent. Chryſoſt. Verſ. 2.

* Verſ. 3. *Mendaciū & non fides inualuit ſuper terram.* Hoc eſt, ſimulatione pleni ſunt. Chryſoſt. Verſ. 3.

Verſ. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Hebræus *interimens*, legit. Verſ. 8.

Verſ. 10. *Super montes aſſumite planctum, & cantum, & ſuper ſemitas deſerti lamentationem,* quaſi ibi eſſent capiēdi qui effugerāt, etenim propter hoſtium timorem, è ciuitate egreſſi erant. Chryſoſt. Verſ. 10.

* Verſ. 20. *Et docete filias veſtras lamentū, & mulier proximam ſuam planctum,* cū ſuperius dixiſſet,[a] *Vocate lamētatrices, & veniāt,* addit hæc, ſic inquiens, fruſtra alias ad planctum vocatis: melius eſt, voſmet hæc addiſcere, quaſi illæ non ſufficerent ob multitudinem eorum qui interficiebantur. Chryſoſt. Verſ. 20. a Ierc. 9. 17.

* Verſ. 25. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes, qui circumciſa habent præputia ſua ſuper Aegyptum, & ſuper Iudā, & ſuper filios Ammon.* Locutus eſt huc uſque ad eos qui fidentes in templi ſanctitate captiuitatem non expectabant. Cum autem circunciſionem proferrent ſignum neceſſitudinis eorum cum Deo, ait Deus, & ad cæteras Gentes circumciſas inferam pœnam. Neque enim circumciſio neceſſitudinem erga me ſignificat, ſed morum expoſco probitatem. Deinceps & illis peiores Iudæos demonſtrans, addit. Chryſoſt. Verſ. 25.

Verſ. 26. *Quia omnes Gentes incircūciſæ carne, & omnis domus Iſrael incircumciſi cordibus ſuis.* Illud autē, *& ſuper omnē attonſum circa faciem ſuam.* De Saracenis intelligitur, qui comā in poſteriori parte nutrientes, partē circa frontem tantū abradunt, ornātes capillos, iique ſunt, qui nūc afferuntur Gētiles. Cū autem inſinuaſſet, eos corde ſuper omnes gētes eſſe incircūciſos, oſtendens, quod dicebatur non eſſe nudā obiurgationem, addit. Saraceni vocati attonſi circa faciem.

CAPVT DECIMVM.

1 AVDITE verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſrael.
2 Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentiū nolite diſcere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ
E timent Gentes.
3 Quia leges populorum vanæ ſunt: quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia.
4 Argento, & auro decorauit illud: clauis, & malleis compegit, vt non diſſoluatur.
5 In ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt,

ſunt, & non loquentur, portata tollentur,
quia incedere non valent, nolite ergo ti-
mere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec
bene.
6 Non eſt ſimilis tui Domine: magnus
es tu, & magnum nomen tuum in forti-
tudine.
7 Quis non timebit te, ô Rex gentium?
tuum eſt enim decus: inter cunctos ſa-
pientes gentium, & in vniuerſis regnis eo-
rum non eſt ſimilis tui.
8 Pariter inſipientes & fatui probabun-
tur, doctrina vanitatis eorum lignum
eſt.
9 Argentum inuolutum de Tharſis af-
fertur, & aurum, & ophaz, opus artifi-
cis, & manus ærarij: hyacinthus, & pur-
pura indumentum eorum, opus artificum
vniuerſa hæc.
10 Dominus autē Deus eſt: ipſe Deus
viuens, & Rex ſempiternus, ab indi-
gnatione eius commouebitur terra, &
non ſuſtinebunt gentes comminationem
eius.
11 Sic ergo dicetis eis: Dij qui cælos,
& terram non fecerunt pereāt de terra, &
de his quæ ſub cælo ſunt.
12 Qui facit terram in fortitudine ſua,
præparat Orbem in ſapientia, & pruden-
tia ſua extendit cælos.
13 Ad vocem ſuam dat multitudinem
aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab
extremitatibus terræ, fulgura in plu-
uiam facit, & educit ventum de theſau-
ris ſuis.
14 Stultus factus eſt omnis homo à
ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in
ſculptili: quoniam falſum eſt quod con-
flauit, & non eſt ſpiritus in eis.
15 Vana ſunt, & opus riſu dignum: in
tempore, viſitationis ſuæ peribunt.
16 Non eſt his pars Iacob: qui enim
formauit omnia, ipſe eſt: & Iſrael virga
hæreditas eius: Dominus exercituum no-
men illi.
17 Congrega de terra confuſionē tuā,
quæ habitas in obſidione.
18 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego
longè proiiciam habitatores terræ, in hac
vice: & tribulabo eos, ita vt non inue-
niantur.
19 Væ mihi ſuper contritione mea, peſ-
ſima plaga mea: Ego autem dixi: Planè
hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.
20 Tabernaculum meum vaſtatum eſt,
omnes funiculi mei dirupti ſunt, filij mei
exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt
qui extendat vltra tentorium meum, &
erigat pelles meas.
21 Quia ſtultè egerunt paſtores, & Do-
A minum non quæſierunt: propterea non
intellexerunt, & omnis grex eorum diſ-
perſus eſt.
22 Vox auditionis ecce venit, & com-
motio magna de terra Aquilonis vt po-
nat ciuitates Iuda ſolitudinem, & habita-
culum Draconum.
23 Scio Domine quia non eſt hominis
via eius: nec viri eſt vt ambulet, & dirigat
greſſus ſuos.
B 24 Corripe me Domine, verumtamen
in iudicio: & non in furore tuo, ne fortè
ad nihilum redigas me.
25 Effunde indignationem tuam ſu-
per gentes quæ non cognouerunt te, &
ſuper prouincias, quæ nomen tuum non
inuocauerunt: quia comederunt Iacob,
& deuorauerunt, & cōſumpſerunt illum,
& decus eius diſſipauerunt.

C

Verſ. 1.] Audite verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſrael.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

INTENDITE *aures ô Iudæi domus & familia, progenieſque Sancti, æternæque memoriæ patris noſtri Iſrael. Quamuis ipſe vos alloqui videar, Deus tamen eiuſdem patris noſtri Iſrael eſt qui in me loquitur, is vobis aſtantibus hæc mihi ſubminiſtrauit, æquum eſt, vt in me loquente illum potiùs ad vos ſermonem habentem audiatis de vobis, rebuſque veſtris agentem, ad vos, & contra eos veſtrum pertinentem, qui in idololatriam propenſi ſunt.*

D

a Audite verbum quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſrael.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

AVDITE.) Ieremiæ epiſtolam hæc aſſerunt aliqui ſcriptam ad Iudæos illos, qui iam in captiuitatem cum Iechonia Rege in Babylonem ducti fuerant, vt ibi eos vnà cum Gentilibus ad idololatriam promouentibus commorantes, hiſce communicet, & ab idolis auertens, & ab omni idololatrarum deterrens imitatione, quin & verba quoque eiſdem ſuggerens, quibus malè ſuadentibus poſſent reſpondere, vt patet ex verſ. vndecimo. Idcirco Christophorus à Caſtro Chronotaxi prophetiarum Ieremiæ, iis quæ hoc cap. 10. habentur tribuit locum capitis 32. affirmans ea ſcripta anno 4. Sedeciæ Regis Iuda, vt epiſtolam quam Ieremias miſit tranſmigratis, admonens eos, vt caueant idololatriam. Cæterùm quamuis de iis quæ præcitato verſ. 11. habentur id forſan concedi poſſet, prout maniféſtè aſſerit Chaldaicus Paraphraſtes, quem ſecuti ſunt R. Salomon, Nicolaus de Lyra, & Iſidorus Clarius, vt in eorum videbimus expoſitione, cùm ſola Chaldaico ea ſcripta ſint ſermone. Neutiquam tamen id affirmarim de reliquis, quæ toto hoc ipſo capite continentur, maximè cùm manifeſtum ſit, in poſteriori illius

E F

1 *An quæ in toto hoc capite habentur ſint epiſtola Ieremiæ miſſa ad tranſmigratos in Babylonem.*

Chriſtoph. à Caſtr.

lius parte agi cum ciuibus Ieruſalem, & cum iis qui adhuc terram incolebant Iudææ, quibus & aduentus prænunciatur Regis Nabuchodonoſor, & captiuitas, & terræ deuaſtatio, quæ per illum erat facienda. *Vox auditionis, ecce venit*, &c.

2 Idcirco non puto à communi Expoſitorum recedendum ſententia, aſſerente prophetiam iſtã à Ieremia ad præſentes habitam in Ieruſalẽ, ſicut & præcedentes in capitibus ſuperioribus, quamquam de tempore quo is illam protulerit, reuera nil audeam affirmare, non habens ex textu vnde coniicere id queam.

Præpoſitio ſuper variis modis ſũpta. Idque videtur, & ex modo loquendi confirmari, quo in hoc primo verſu ſic dicitur, (*Audite verbum quod locutus eſt Dominus ſuper vos,*) Sumendo præpoſitionem, (*Super*) in ſignificatu proprio, æquè eſt enim ac ſi dicatur. Quamuis ipſe loqui vobis videar, Deus tamen eſt qui in me loquitur: is ſuper vos adſtantes hæc mihi ſuggeſſit, æquum eſt vt illum potiùs vos alloquentem audiatis. Sept. eodem modo, (*Super vos*) legunt: at ex Hebræo Vatablus vertit, (*Audite ſermonem quem locutus eſt Dominus ad vos,*) eodem ſenſu: ſeu (*de vobis,*) ſenſu diuerſo, nempe de vobis, rebuſque veſtris agentem, cuius argumentum vos ipſi eſtis, ad vos pertinentem. Sanè Hebraica præpoſitio עַל ngal, hæc omnia ſignificat, quin & cùm frequenter pro contra, & aduerſus, vſurpari ſoleat, & hic ita accipi poteſt, (*Audite verbum quod locutus eſt Dominus contra vos.*) Vnde Hugo Cardinalis. *Super vos,* inquit, *contra vos, in veſtram ignominiam, qui colitis idola.* Nomine autem (*Domus Iſrael,*) non Iſraelitas ſignificat, & decem tribus, quibus appropriatum id fuerat, ſed Iudæos qui alias ad diſtinctionem 10. tribuum proprio vocabulo domus Iuda appellabantur: ſublatâ enim diſtinctionis ratione, cùm iam regnum defecerit Iſrael tranſlatis in Aſſyriam decem tribubus, indifferenter iis qui in Iudæa remanſerant Hebræorum, & communia tribuuntur nomina domus Iacob, & domus Iſrael, ſicut & aliàs ſupra.

Nomẽ domus Iſrael tributũ & duabus tribubus.

Verſ. 1.] Audite verbum, quod, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Auditorum verbi Dei vel à concionatoribus vel à Prælato ſuo, duo vitia.*

INTER alia quibus delinquere ſolent qui concionibus adſtant audiendis, duo in primis eæ ſunt quibus plerúmque peccant & illi qui vitam profitentur ſpiritualem, cùm à Prælato familiares habentur ſermones. Vel enim quæ dicuntur in vitiorum deteſtationem, non ſibi, ſed aliis applicant; vel ſi ea ſibi applicant, non vt à Deo in eorum vtilitatem, ſed vt ab homine ob humani aliquid contra ipſos prolata deſumunt. Sic & propterea euenit, vt nedum vllus ex verbo Dei percipiatur fructus, ſed in venenum potiùs conuertatur, quod in antidotum exhibetur. Aduerſus hæc ambo munit Propheta quotquot ad domum Iſrael ſpectantes ſunt, Deúmque videre peroptant, cùm ait, (*Audite verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos.*) Ne illud accipiatis quaſi aliquid in me offenſi erga vos ſit animi Deus, Deus eſt qui hæc mihi ſuggerit contra vos, vitiaque veſtra, at in veſtram vtilitatem. Super te eſt quod in me loquitur Deus, de te Domini eſt ſermo, quem audis: Non in alias eum referas, ſed tibimet ipſum ſumito, iuxta illud cuiuſdam Poëtæ, De te fabula narratur.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem 2. Verſ. 2.

Verſ. 2.] Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentium nolite diſcere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentium nolite diſcere.*

QVOD[a] ille ait, iſtud eſt, Gentilium mores nolite proſequi, corúmque ritus ne imitemini, cauete ne talibus aſſueſcatis.

2 *Ne verò in ſimilia iis prolabamini, nolite inanibus eorumdem Gentilium operam nauare diſciplinis, quæ de ipſorum agunt legibus, & ſuperſtitionibus.*

3 *Eaſque in primis cauete, quæ ad iudiciariæ Aſtrologiæ pertinent futiles obſeruationes.*

b Et à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.

1 *Studete[b] ne id vobis contingat, quod contigit gentibus, vt aſtrorum quæ in cælo in ſigna poſita fuère diei, ac noctis, varietatiſque temporum, intuentes pulchritudinem, vt Deos illa colatis, ac timeatis.*

2 *Neve illorum ſimulacra effingentes diuinum illis impertiatis honorem, eorumdémque ſimulacrorum inanem concipiatis metum, quo concuti Gentiles conſueuère, idola ſibi irata formidantes.*

3 *Ne paueatis figuras illas, quas Gentium Aſtrologi in cælo conſtituunt.*

4 *Ne timeatis ſyderum, aſtrorúmque conſtellationes, aſpectus, poſitiones, quaſi ea ſigna ſint, & cauſæ omnium quæ in inferiori iſto fiunt mundo; quia ſi talem admiſeritis timorem, & idololatriam pariter erga ea admittetis, qualis patratur à Gentilibus, quæ ſacrificiis aſtra ipſa placare obnituntur, ne malis ſignis, & conſtellationibus ea quæ timent per illa ipſis contingat euenire.*

5 *Sanè haud æquum eſt, vt vos qui populus Dei eſtis, & quibus exploratum eſt, vnum eſſe Deum terræ, cælique, & omnium quæ in cælo ſunt conditorem, cuius prouidentiâ reguntur vniuerſa; in iſtiuſmodi aſtrorum metu, & cultu ſimiles Gentibus ſitis, quæ Deum qui aſtra fecit ignorant, aſtraque ipſa cenſent animata, & diuinam habere potentiam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Gentiliũ mores Iudæis nõ addiſcendi.*

HÆC *dicit Dominus*, &c.) Communiter omne idololatriæ ſtudium Iudæis hic prohiberi aſſerunt expoſitores, idque in primis quod à Gentibus ſignis exhiberi ſolitum eſſet cæleſtibus, Syderibus, & aſtris, vt tantumdem ſit, (*Iuxta vias Gentium nolite diſcere,*) ac Gentium mores nolite ſequi, Gentium ritus ne imitemini, iiſdemque ne aſſueſcatis. Cæterùm ex dicendi verbo, quod & Hebraicus textus, & verſiones hîc habent omnes, in eam ipſe adducor ſententiam, vt diſciplinas potiſſimùm Gentium Iudæis interdictas hîc velit Dominus, eas quæ ad inane Aſtrologiæ ſpectarent ſtu-

Diſciplinarũ Gentium Iudæis interdictum ſtudium.

studium, quæque de eorumdem agerent legibus, ritibus, & superstitionibus. Quod optimè ex iis intelligitur quæ in primo cap. libri Machab. sic legimus.[a] *Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis inuenerunt nos multa mala, & destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad Regem, & dedit illis potestatem, vt facerent iustitiam Gentium. Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundùm leges nationum.* Quo loco hæc duo distincta mihi videntur, prosequi mores, ritusque Gentium, quod iis significatum est, *facere iustitiam Gentium*: & disciplinis earumdem se addicere, omisso eo in quod vnum Iudæi intendere debuissent studio diuinæ legis, gymnasiumque in quo iuxta Dei mandata diuinis operam dare soliti essent literis in Ierusalem, in gymnasium conuertere gentilitium disciplinarum: Hocque postremum est, quod hîc prohibetur, quod enim dicitur, (*Nolite discere*,) per id explicatur, *Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis*, omne nimirum adhibuère studium, vt disciplinis daretur opera, in iisdemque sese exercerent præsertim iuuenes: Et quod hîc est, (*Iuxta vias Gentium*,) clariùs ibi sic exprimitur, *Secundùm leges nationum*, vt in ædificata nimirum schola addiscerentur, & docerentur disciplinæ secundùm inanes, superstitiososque gentilium ritus, ac leges, de quibus in versu sequenti hæc loco subiicitur: *Quia leges populorum vanæ sunt.* Sept. hæc ita legunt. (*Secundùm vias Gentium ne discatis.*) Hebræa Pagninus, & Vatablus, (*Viam Gentium ne discatis*) Regia, (*In viam Gentium*) potestque præpositio אל *el* commodiùs verti Ad, (*Ad viam gentium ne discatis.*)

a Mach. 1. 12.

2 *Signa cæli secundùm aliquos sunt prodigia apparentia in aëre.* Vatablus.

(*Et à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.*) Cùm signorum nomen tria hic designare queat, triplici quoque ratione explicari locus iste potest. Censuit Vatablus ex Hebraica voce colligi, de iis sermonem hîc esse, quæ in aëre apparent portentis, atque prodigiis, vt sunt Cometæ Dracones, & similia, vnde in Annotationibus ita hæc vertit. (*Et à prodigiis cæli ne formidetis*,) Sed nec ex Hebræo id deducitur cùm Hebraicum nomen אות *oth* non prodigium, portentúmque solùm, at & nudum significet signum: nec veritati id congruit sententiæ, cùm planè contrarium ex sacris doceamur literis, immitti videlicet plerúmque prodigia à Deo in aëre ad timorem hominibus incutiendum, quò ad pœnitentiam conuertantur, prout cap. quinto 2. lib. Machab. contigisse[b] legimus, & in Euangelio ante[c] iudicij diem terrores de cælo futuros, & signa magna, asserit Dominus. Quapropter cæli nomine propriè sumpto pro toto cælorum corpore plures continente orbes, per cæli signa, ea simpliciter intelligi possunt, de quibus in libro Genesis dicitur,[d] *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos*: Sol nimirum, & Luna, ac stellæ, quorum pulchritudinem admirantes, non tam eorum factorem, quàm illa ipsa vti Deos ad Gentium imitationem & Iudæi venerati sunt, quod in lib. Deuteronomij cauendum iis significauit Moyses dicens:[e] *Ne fortè eleuatis oculis ad cælum videas Solem & Lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt.* Iuxta quem

b 2. Match. 5. 2.
c Luc. 21. 11.
Signa cæli appellata astra & sydera cæli.
d Genes. 1. 14.

Signorum cæli ac astrorũ, syderumque cultus cauendus.
e Deut. 4. 19.

A significatum verba metuendi, & timendi ad religionis cultum designandum posita hîc asserendum, prout sæpius timere Dominum legimus pro illum colere, & timorem Dei, pro eius cultu. Tametsi quod in Hebræo est verbum, istum non admittat sensum חתת *hhathoth*, quippe contritionem, & depressionem corporis designat animi, quæ per pauorem fiunt ac metum, vires, animúmque consternentem.

Possunt secundò per signa cæli non tam astra ipsa, quàm illorum signa & simulacra B designata hîc sumi, duoque in his redargui, quòd Iudæi ex Gentilium didicerant disciplinis, idolorum fabricationem in honorem Solis, Lunæ, cæterorúmque astrorum, qualia à Gentibus fabrefieri solita nouimus Phæbo, Dianæ, Ioui, Veneri, Marti, &c. Vnde in sequenti vers. 3. dicitur, *Quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit, opus manus artificis in ascia*, &c. & inanem quem de iis quæ sibi fecissent idolis, concipere consueuerant metum, vtpote qui ipsasmet imagines iratas C maximè sibi obfuturas formidarent, Vnde in vers. 5. dicitur, *Nolite ergo timere ea*, scilicet simulacra, & idola, *quia nec malè possunt facere, nec bene.* Cui sensui fauere videtur versio Sept. quæ etsi in Codicibus Complutensi, & Regio & nostræ Vulgatæ, & Hebraico textui consona habeat, (*Quia timent ea Gentes*) in correctioribus tamen Codicibus, Vaticano, Aldino, & aliis legit, ὅτι φοβοῦνται αὐτὰ τοῖς προσώποις αὐτῶν, quod dupliciter Latinè verti potest, (*Quia timent ea faciebus suis*,) seu, *Quia ea timentur faciebus suis*,) vt significetur, Non me- D tuendum ab iis cælestium astrorum simulacris, quòd ipsorum simulacrorum faciebus timor incutiatur: & quia qui ea colunt idola propter ipsorum facies sculptas, aut depictas illa timere solent. Quamquam per facies signorum cæli rectiùs intellexeris Planetarum concursum, variosque astrorum aspectus positiones, & appositiones.

3 *Signorum cæli & astrorum simulacra manufacta non metuenda.*

Cœli facies dictæ astrorum positiones.

Hunceque & in nostra etiam, Hebraicaque litera in hac sententia magis propriè intentum à Spiritu sancto crediderim sensum, vt pessimum Astrologiæ iudiciariæ gentilitium disciplinarum repræhendatur studium, è quo E & metus, & cultus astrorum ortum habuit. Existimantes enim, ex Syderum constellationibus variisque astrorum aspectibus, quos hîc signa cæli appellat Dominus, vniuersa inferiora hæc prouenire, ne ab iis mala causarentur iugi concutiebantur pauore, ideóque diuinos & syderibus ipsis, & eorum signis impertiebant honores, nullâ diuinæ prouidentiæ, nullâ eiusdemmet Dei habitâ ratione, à quo omnes sunt cælestium orbium, Syderumque ordo, conuersiones, commutationesque vniuersæ, per quas opportunitas est tempo- F rum serendi, metendi, & colligendi fructus.[f] *Qui fecit Solem in potestatem diei, Lunam, & stellas in potestatem noctis.* Vnde ipsosmet Iudæos Ieremiæ hoc contestatos videbimus infra in cap. 44. cùm dicent,[g] *Ex eo tempore quo cessauimus sacrificare Reginæ cæli*, id est, Lunæ, *Et libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.* Neque enim naturalia duntaxat stellarum adscribebant influentiis, sed & contingentia, & dominiũ in homines, vtpote per quas hostes cõtra se excitatos arbitrabãtur. Et in quarto

4 *Astrologia iudiciaria prohibitum studium quod ad idololatriam deducat.*

f Psal. 135. 8.

g Ierem. 44. 18.

a 4. Reg. 23. 5.

quarto lib. Regum, legimus,[a] Ioſiam deleſſe eos qui adolebant incenſum Soli, & Lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cæli.

A

Ponderandus eſt autem modus loquendi, quo hoc loco vſus eſt Dominus, neque enim ſimpliciter dixit, (*Et ab aſtris nolite metuere*, vel ſimpliciùs, *Et cælos eorũque aſtra nolite colere, quæ colũt Gẽtes*,) prout eumdem locutũ vidimus in lib. Deut. Sed, (*A ſignis cæli nolite metuere, quæ timẽt Gentes:*) hac enim loquendi ratione tria efficit, primùm, Iudæos à ſtudio deterret gẽtilitię diſciplinæ circa Aſtrologiam, vt dictum eſt, iudiciariam, explicans id quod mox dixerat, (*Iuxta vias Gentium nolite diſcere*) ſignorum cęli vocabulo ſigna denotans, quæ ab Aſtrologis per prædictam diſciplinam, & figuras, quæ per aſtrorum poſitiones eſſe, & obſeruari docentur in cælis. Secundò, ab idololatria eoſdem arcet, & cultu ipſorum aſtrorum, dicens ea ipſis non metuenda quæ timent Gentes. Quod magis exprimunt Hebræa, ſiue ea vertantur vt vertit Pagninus, (*& à ſignis cæli ne metuatis, ſed metuant Gentes ab eis;*) aut, vt Regia, (*Et à ſignis cælorum ne cõſternemini, ſed conſternantur Gentes ab eis:*) ſiue legãtur vt vertit Vatablus, (*Et à cæli ſignis ne formidetis, nam Gentes ab illis formidant*) Quod eſt conſonum & verſioni Sept. iuxta Codices Cõplutenſem & Regium, (*Et à ſignis cæli ne timeatis, quia timent ea Gentes:*) duplex quipper per id quod ſecundo loco adiectũ eſt. (*Quæ timent Gentes*, ſubindicatur ratio, cur metuere à ſignis cæli ipſis prohibeatur Iudæis; prima, quia ſi talem admiſerint timorem, & idololatriã erga ea ſigna, pariter admittent, qualis patratur à Gẽtibus, quæ ſacrificiis aſtra ipſa placare obnituntur, ne malis ſignis, & conſtellationibus ea quæ timent per illa ſi contingant euenire; Secunda, Quia haud æquum ſit vt Iudæi in iſtiuſmodi aſtrorum metu, & cultu ſimiles ſe exhibeant Gẽtibus; cùm ipſis optimè exploratum ſit, vnum eſſe Deum terræ, cælique, & omnium quæ in cælo ſunt, conditorem, è cuius nutu pendent vniuerſa; Gentibus è veſtigio & Deum qui aſtra fecit ignorantibus, & aſtra ipſa eſſe animata, rationémque & diuinam potentiam habere cenſentibus.

Signa cæli appellata figura Aſtrologorum.

B

Aſtra metuẽs facilè in idololatriam labitur.

C

Fideles aſtra metuere non debent cùm norint ea à Dei voluntate pendere.

D

6

Aſtrorũ conſtellationes ſecundùm aliquos nõ eſſe quidẽ cauſas, ſed ſigna futurorũ euentuum.

Sed & vocabulo quo vtitur ſignorum cæli efficaciſſimam Dominus ſuggerere videtur rationem, qua à tali aſtrorum & metu auerti debeant, & cultu. Vtpote, ſi rem ipſam bene perpendentes intelligant, aſtrorum conſtellationes aſpectus, & oppoſitiones non tam certas eſſe futurorum euentuum cauſas, quàm ſigna. Enimuerò ſi naturales conſiderentur effectus, quos magis ex aſtris coniectare licitum eſt, quã ratione certæ illorum aſſerentur cauſæ planetarum concurſus, vel aliorum aſtrorum aſpectus, cùm effectus iſtiuſmodi non ſolùm à cauſis pendeant cœleſtibus, verùm etiam ab inferioribus; nec ſolùm ab efficientibus, ſed & à materialibus, vt à diſpoſitione aëris, aquæ, & terræ? Quod multò magis & de iis aſſerendum effectibus, qui ex eorumdem aſtrorum conſtellationibus in obſeruatione, natiuitatis pueri coniectantur circa illius temperamentũ, futuramque naturalem propenſionem ad iram, vel manſuetudinem, & ad iſta vel illa virtutis, aut vitij ſtudia, quandoquidem qualitates, & conditiones rei generandæ magis pendent ex diſpoſitionibus materiæ ex qua producenda eſt, & ex efficacia proximæ virtutis actiuæ, quàm ex cælorum influentia. Hanc rationem afferunt Gloſſa in cap. Non li-

E

F

Gloſſa.

A

cet 26. quæſt. 5. & Abbas in cap. 2. de Sortileg. num. 7. dicentes, poſſe prædictos effectus prædici ab Aſtrologis, non tamẽ vt habentes neceſſitatem, quia corpora cæleſtia ſunt rerum ſigna non cauſæ.

Abbas.

7

Aſtrorũ conſtellationes non debẽt dici eſſe ſigna futurorum euentuum naturalium, ſed cauſa etſi nõ totales nec primariæ.

Quamquam, vt verum fatear, nec rationem iſtam admittendam, nec vllo modo aſſerendum cenſeam, aſtra, eorúmque conſtellationes, & oppoſitiones ab iis qui ſanæ mentis ſint, futurorum in mundo iſto inferiori exiſtimanda ſigna, futurorum inquam naturalium effectuum, & multò minus contingentium, & eorum quæ à libera vel hominis, vel Dei pendent voluntate. Nam re verã ea effectuum naturalium cauſæ, non ſigna dicenda ſunt, tametſi nec totales ſint illorum cauſæ, nec neceſſariæ, quia Deo ſubiecta ſunt qui prima eorumdem eſt cauſa: effectuum verò contingentium, & liberorum, neque cauſa vllatenus ſunt, neque ſigna, cùm omnino à voluntate ſint libera, quam certum ſecundùm Catholicam fidem eſt, neceſſitari (vt ita dicam) non poſſe, prout aſſerendum profectò eſſet, ſi aſtra vel ſigna effectuum ſimilium certa eſſent, ſignificarent enim effectus neceſſariò prouenturos à voluntate neceſſariò ad illos determinata, quod aſſerebant Gentiles arbitrantes, vniuerſa à fato ita pendere, vt ob id aſtra dicerentur cæli ſigna, quia ipſum ſignificarent cuiuſcúmque rei fatum, cuius neceſſitati & homines ſubiecti eſſent, & Dij iuxta id quod Herodotus lib. 1. refert reſponſum Pythiæ ad Crœſum, *Sortem fato deſtinatam defugere Deo quoque eſt impoſſibile.*

Aſtra nec cauſæ, nec ſigna dicenda ſunt euentuũ futurorũ contingẽtium, & liberorum.

Herodotus.

8

Fato homines non eſſe ſubiectos.

Contra quem errorem hoc loco agit Dominus, & cùm ſignorum cæli vſurpat vocabulum, Gentilium conſuetã vtitur voce, non tam vt re verã ea certa, tutaque aſſerat ſigna euentuum ex aſtrorum vi, quàm vt illorum ſignorum oſtendat vanitatem, quod patet ex ſequentibus, Verſ. 3. *Quia leges populorum vanæ ſunt*, vbi legum nomine ea deſignata videntur quæ à populorum, Gentiúmque peritis tradita fuêre Aſtrologiæ præſcripta circa prædictorum cæli obſeruationem ſignorum, vt cùm dicitur, (*Et à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes*,) ſignificetur, Iudæis haud eã ratione ab aſtris metuendum, quomodo timetur à Gentilibus, nec obſeruandas eorum conſtellationes quaſi eæ ſint cæli ſigna, dato enim quòd ſigna eſſent, prout ab iis, qui illa timent, aſſeruntur, vana ſanè æquum eſt vt illa reputent ipſi, cùm vanæ ſint & leges quæ in iis obſeruandis deſcriptæ varij habent populi. Poſſumus & per leges populorum ipſamet deſignata accipere cæli ſigna quæ à Gentibus timeri prædictum fuerat, vt ſignificetur, vana & ſigna illa cæli eſſe vt à populis obſeruantur, atque timentur tamquam coactiuæ futurorum omnium euentuum leges. Eſt enim in Hebraico textu ad leges iſtas deſignandas hoc loco vox חקות *hukoth*, quam & cælo tributam in libro Iob reperio, vbi ad ſanctum Iob in cap. 38. ait Dominus,[a] *Numquid noſti ordinem cæli?* Hebraicè, Numquid noſti חקות *hukoth*, id eſt iura, legéſque cæli quibus ſcilicet parent inferiora quod in eorum quæ hîc dicuntur facere poteſt confirmationem, vt & ibi Dominus ſignificet, vana eſſe cælorum ſigna in ſenſu quo à Gentilibus ea timeptur, cùm & nemo ſit qui certò ſciat quo pacto illa in futuros tam naturales, quàm contin-

Aſtrologia iudiciaria leges vanæ nec illis adhibenda à fidelibus fides.

Signa cæli quæ plerique leges eſſe cenſent futurorũ euentuũ inanes & vanas eſſe leges.

Aſtra & cæli ſigna quemodo dicenda leges inferiorũ, & dominium in ea habere.

a Iob. 38. 33.

gentes, voluntariosque effectus iura, & leges sint cœli. Ita vt meritò obiurgandi sint, qui astrorum positiones, aspectus, & oppositiones id in omnibus quæ subtus cælum fiunt habere aiunt dominij, quod ex inspectis eorum signis arguūt astrologi: Vnde bene ibidem subiicitur, *Et pones rationem.* Hebr. vt & Pagninus, & Regia, & Vatablus vertunt, *Et pones dominium eius*, scilicet cæli *in terra?* Quasi dicere Deus voluerit, non hominum est, vt definiant quâ ratione astra cæli signa sint metuenda; quas leges inferioribus eadem præscribant, & quod dominium, quamue agendi in terra ea habeant vim. Meum, meum id omne est, qui eorum illâ signa esse volo leges agendi, quiescendi, ac mouendi, quas inferioribus expedire intellexerim: quique iuxta voluntatis meæ placitum id ei super terram præsto dominij, quod & temporum, & rerum conuenire nouerim opportunitati. Ex quibus colligere est, ex hoc quod hîc dicitur, (*A signis cæli nolite metuere*, &c. non inferendum, cæli astra nullatenus cæli signa vnquam censenda, sed tantùm eâ ratione, vt ea metuantur, quomodo timentur à Gentibus: neque enim negādum, ea plerumque esse signa voluntatis Dei, & eorum quæ à Deo facienda sint, vt in morali ostendam expositione.

Astra quomodo non dicēda, nec metuenda vt signa cæli.

Verſ. 2.] Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentium, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 PRÆCLARE Gregorius Nyssenus libro de vita Mosis circa medium, [a] *Hebræi, inquit, ab Aegyptiis mutuò capiunt pretiosa quæque auri & argenti, quæ secum ferentes apud se retinent. Cùm enim indigni possessores auri, & argenti essent Aegyptij decipiuntur ab Hebræis mutuò petentibus quæ reddituri non erant, vt quæ Dei sunt ab indignis auferant, ipsi Deo postea ad constructionem tabernaculi oblaturi. Quo Hebræorum facto nos monemur, non esse negligendas doctrinarum diuitias, quas Gentes possident, Moralem, naturalemque Philosophiam, Astronomiam, Geometriam, Musicam, cæterasque scientias, quibus alieni ab Ecclesia florent, accipere ab illis, ac illis abutentes priuare, si possibile est, & in meliores vsus transferre iubemur.* Hæc Nyssenus. Quibus contraria videntur, quæ à Hieronymo epistolâ 146. ad Damasum paulò ante medium sic habentur. *Dæmonum cibus est carmina Poëtarum, sæcularis sapientia, Rethoricorum pompa verborum. Hæc suâ omnes suauitate delectant, & dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt: verùm vbi cùm summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud nisi inanem sonū, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt: nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio reperitur iustitiæ: studiosi earum in fame veri, & virtutum penuria perseuerant.*

Greg. Nyss.
a Exod. 11. 2.
Disciplinæ Gentilium ab illis auferēdæ vt à prauis possessoribus earum, iisque fideles vti debent in Dei seruitium.

Disciplinæ sæcularis eloquentiæ, & carminum ab Ecclesia reiiciendæ secundùm Hieronymum.
Hieron.

Quid ista Hieronymi contra Nyssenum refero? verba ipsa Ieremiæ quæ præ manibus habemus contra eumdem facere videntur. Ecquæ enim sunt viæ, quas Gentes discendo, docendóque suo discurrebant intellectu, nisi eæ ipsæ disciplinæ, quas humanæ sapientiæ studio iugi quasi terebant itinere? de viis istis cùm hoc loco dicat fidelibus interdictum, prædictarum disciplinarum studium, cui nihilominus indulgendum eisdem aiebat Nyssenus, & Nysseno in hoc continuus Ecclesiæ consonus est vsus. Cæterùm si hæc bene perpendantur nec literaliter, nec moraliter tale simpliciter ab Ecclesia arcetur studium. Enimuerò non dicitur, (*Vias Gentium nolite discere*: Sed, (*Iuxta vias Gentium nolite discere.*) Quod prohibetur id est, vt non discatur quomodo discitur à Gentibus: vt non tam ipsæ Gētium disciplinæ, quàm modus quo à Gentilibus discebantur, docebantur, & exercebantur, cuique hîc interdicatur fidelium. Sicut & iisdem moraliter per hæc ipsa modus prohibetur quo mundani scientiis operam dant.

Disciplinæ gētium dictæ viæ earum.

Disciplinarū Gentiū fidelibus prohibitus est non studiū simpliciter, sed modus quo iis indulgebant, & vtebantur Gētiles.

10 Modus quo humanas disciplinas discebant Gētes, est, quòd illas addiscentes ita se, suúmque subiici sinebant intellectum, vt per illas & lumē veræ rectæque cognitionis amitterent, & virtutum destituerentur diuitiis. Hoc enim illarum est proprium, vt nisi debito addiscantur modo, dominium in homine obtineant tale, & captiuā factâ illius ratione prædas: in illo faciant eorum quæ dixi. Prout de earum vna significauit Apostolus, cùm de Philosophia fidelibus loquens Collossensibus, [b] *Videte*, inquit, *ne quis vos decipiat* Græcè συλαγωγῶν *deprædetur, per philosophiam & inanem fallaciam*: ac si dicat, per philosophiam inquam illam, quæ est inanis fallacia, & Gentilis superstitio. Vnde bene subdit, *secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum*, id est, de ea loquor philosophia, quæ hominum erroribus plena est, vanisque confictionibus adornata, quæ secundùm falsa rudimenta, ac principia mundanæ est sapientiæ, & non secundùm Christum, id est, & non secundùm veritatem, Christus namque veritas est. Quòd si de Gentium philosophia ita loquitur Paulus, quid de eorumdem dicemus Astronomia? quid de Poëtica? quid de Rethorica? quid de cæteris eorumdem disciplinis? quidque in primis de eorum Theologia? quid inquam dicendum de ratione & modo, quo illarum se profitebantur studiosi, & quo iuxta illas suo ratiocinabantur discursu, fastu, superbiaque maxima eas iactantes.

Disciplinis quomodo vacabant, & vtebantur Gētiles.

b Coloss. 2. 8.

11 Non sic, non sic eæ addiscendæ Christianis, vt rationi dominentur, vt deprædentur, vt superbæ inseruiant ostentationi: Quin potiùs is est qui apud fideles in vsu esse debet ipsas discendi modus, vt humilitati subiectæ, & rectæ rationis, & fidei habeantur captiuæ. Quem modum subindicauit Apostolus, clariúsque expressit Hieronymus. In secunda quippe epistola eum indicat Paulus, cùm ait, [c] *In carne ambulantes*, discentes nimirum vias Gentium, *non secundùm carnem militemus*, quod idem est, ac quod hîc dicitur, (*Iuxta vias Gentium nolite discere.*) Vbi nota, carnem appellare Gentium disciplinas, quatenus humanam spectant ad sapientiam, & ad carnis prudentiam: duobus vtitur verbis ambulandi, & militandi, dum de earum discendarum agit studio, ambulandi, quia discursu; militandi, quia disputationis eæ discuntur contentione. Additque, *Nam arma militiæ nostræ*, argumenta scil. quibus disputamus, *non carnalia sunt*, & tota humanæ nixa sapientiæ, *sed potentia Deo ad destructionem munitionum*, id est, rationum, sophismatum, ac eloquentiæ Gentilium, *consilia*, seu (vt legit Theophilactus) syllogismos, & humanas philosophorum rationes *destruentes*, scil. sumus, *Et omnem altitudinem*, superbam nempe huma

Disciplinis gentium quomodo indulgere & vti debeāt Christiani.

c 2. Cor. 10. 3.

humanæ sapientiæ celsitudinem, *extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem.* (Nota ad rem nostram) *redigentes omnem intellectũ*: Græcè πᾶν νόημα, quod rectè vertes *omne inuentum*, cuiuscúmque scilicet Gentium disciplinæ *in obsequium fidei*.

Disciplinis sæcularibus vtantur fideles resecatis inutilibus & superfluis earum.

Hieronym.

a Deut. 21. 12.

Intelligemus hæc meliùs per ea quæ in præcitata epistola 146. ad Damasum allatá explicat allegoriá Hieronymus, dicens, *Huius sapientiæ, scil. sæcularis typus & in Deuteronomio sub mulieris captiua figura describitur, de qua diuina vox præcipit, vt si Israelites* [a] *eam habere voluerit vxorẽ, caluitium ei faciat, vngues præsecet, & pilos auferat, & cùm munda fuerit effecta, & tunc transeat in victoris amplexus. Itaque & nos facere solemus, quando Philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientiæ sæcularis: si quid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus; si quid vero superfluum de idolis, de amore, de cura sæcularium rerum, hæc radimus, his caluitium ducimus, hæc in vnguium morem ferro acutissimo desecamus.*

12

Bernardus.

Scientiarum studiis quàm diuersâ ratione vacent fideles boni, ac mundani.

Alio pacto ex doctrina Bernardi intelligi potest quod hîc prohibetur fidelibus, ne discant, scientiisque vacent eo modo quo iisdem indulgent Gentes, atque homines mundi. Is quippe sermone 36. in Cant. ante medium. *Mitto*, inquit, *vos ad Magistrum*, (Paulum intelligit,) *Non est enim nostra ista sententia, sed illius, imò & nostra, quoniam veritatis.* [b] *Qui se*, ait, *putat aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire. Vides quoniam non probat multa scientem, si sciendi modum nescierit? Vides inquam quomodo fructum, & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit modum sciendi? Quid? nisi vt scias quo ordine, quo studio, quo fine quæque nosse oporteat? Quo ordine? vt id prius quod maturius ad salutem. Quo studio? vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantùm ad ædificationem tuam, vel proximi: Sunt namque qui scire volunt eo fine tantùm vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profectò non euadent satyricum, & ei qui eiusmodi est decantantem. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est. Sed sunt quoque qui scire volunt vt ædificent, & charitas est. Et item qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. Horum omnium soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benefaciant. Denique* [c] *intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Hæc Bernardus.

b 1. Cor 8. 2.

In scientiarũ studio seruãdi sunt bonus ordo, bonusque finis.

Persius Satyra 1.

c Psal. 110. 10.

13

Scientia mundi, & scientia carnis sunt duæ disciplinæ gentium quæ spiritualibus prohibentur.

Et ne à Bernardo tam citò recedamus, possumus aliud documentum morale ex his colligere verbis, (*Iuxta vias Gentium nolite discere*,) duas in primis cauendum spirituali cuique ne discat scientias, quæ iuxta Gentilium vias dicuntur, cùm in earum studio vniuersa vitæ præsentis itinera ij perfecerint, prout & temporibus hisce nostris faciunt & homines mundani, atque carnales, scientiam mundi, & scientiam carnis, quarum peruersitatem ita ipse Bernardus patefacit sermone de verbis Sapientiæ, [d] *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, &c. Alia est scientia mundi, quæ docet vanitatem, & alia scientia carnis, quæ docet voluptatem. Illa tamquam pater, ista tamquam mater nobis est. Sicut enim mater filio suo semper optat quietem, & omnem prorsus laborem claudit à filio suo; sic caro incrassata, impinguata, dilatata recalcitrat, nec minimis saltem digitis patitur se contingi.*

Bernardus.

d Sap. 10. 10.

A *Et sicut pater vult filium suum huc illucque discurrere, vt addiscat vnde aliquando magnificetur: sic & mundus vult hominem multis laboribus intricari, vt habeat vnde superbiat, vnde infletur, & desipiat de vanitate in idipsum.* [e] *Sanguisugæ, id est, propriæ voluntati: quæ quasi radix est, duæ sunt filiæ, vanitas, & voluptas clamantes, affer, affer. Hæ numquam saturantur, numquam dicunt sufficit. Si quis has plenè in se contriuerit, non immeritò sibi illam vocem poterit coaptare,* [f] *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

e Prou. 30. 15.

f Psal. 26. 15.

14

Scientiæ vanitatis, & voluptatis quàm bene appellatæ sint viæ gentium, iuxta quas ambulare prohibitum est fidelibus.

B Dum à duabus his addiscendis arcemur scientiis, vanitatis, & voluptatis, bene viarum nomine eæ hîc designantur, cùm dicitur, (*Iuxta vias Gentium nolite discere*,) quandoquidem non tam speculatiuæ illæ sunt, quàm practicæ; nemo est autem qui nesciat, quàm frequens Sacris in literis sit, viuendi rationem praxisque varia studia vias nuncupare, verboque ambulandi id significari, cum illis intenditur. Estque iste Ieremiæ locus hoc sensu explicatus ei simile, quod Paulus cum obtestatione per Dominum fidelibus dicit Ephesiis, [g] *vt iam non ambulent sicut &*
C *Gentes ambulant in vanitate sensus sui*, (en primam scientiam, quam mundi, & vanitatis dictam à Bernardo vidimus) cuius principia, progressus, effectusque enarrans subdit. *Tenebris obscuratum habentes intellectum*, ob superbiæ nimirum in altum elatos vapores, quibus densæ conficiuntur nubes infidelitatis, nimiæ præsumptionis, & ignorantiæ Dei. Vnde fit, vt ita in hac vanitatis proficiant scientia, vt per ignorantiam quæ est in illis, viam ambulent alienam à Dei via, *alienati à via Dei*, aliam prosequentes ab ea quã Deus instituit viuendi rationem, *Propter cæcita-*
D *tem*, vt seu legit Ambrosius, *propter duritiã cordis ipsorum.* Neque enim tantùm in scientia vanitatis profecissent, tantúmque itineris in illius progressi essent via, nisi iisdem vanæ superbiæ vaporibus nedum intellectum, sed & cor, affectúmque suum obscurari, & excæcari siuissent in mala obdurati eius praxis consuetudine. A tantis autem in scientia vanitatis progressibus, ad alteram se contulêre viam, alterique se dedidêre scientiæ voluptatis, *Nam desperantes*, ait Apostolus, aliam scil. post mortem esse vitam: seu, vt legunt Græc. ἀπηλγηκότες, id est, *dolorem omnem deponentes*, & abhorrentes, vt in scien-
E tia ipsa voluptatis maximos facerẽt progressus, *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam*, seu in immoderatam concupiscentiam vt interpretatur Theophilactus, prædictarum scil. voluptatum atque libidinum.

g Eph. 4. 17.

15

Mundanorũ conuersatio quomodo vitanda spiritualibus.

Ex hoc ipso Ieremiæ loco aliud deduci potest morale de vitanda conuersatione, & consortio improborum, instar Gentilium in mundo ambulantium, peruersámque vitam agentium, Duo autem in his, (*Iuxta vias Gentium nolite discere*,) sunt quæ ad hunc sensum ponderemus. Primũ,
F quòd non dicitur, (*In viis Gentium*, sed *iuxta vias Gentium*:) quo significatur, homini probo, & ei qui vitam profitetur spiritualem non solùm cauendum, ne cum prædictis in mundi viis ambulet, negocia cum illis peragens, conuersatiónemque cum iisdem habens, Quis enim ambigat, tunc futurum, vt & ipse illorum discat vitia, & in viis illis, atque in iis agendi rationibus frequentia repertturus sit offendicula, plurimasque habiturus sit occasiones, per quas impingens in varia decidat vitia? dicente Dauid,

Cõsortia praua quàm damnosa.

a Psal. 105. 35. *Et [a] commixti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.* Et Salomone pariter id sic cuique contestante, [b] *Ne ambules cum viro furioso: Ne fortè discas semitas eius, & sumat scandalum animam tuam.* Sed & id quoque eidem studendum deuitet: ne iuxta illorum ambulet vias, ne ea peragat negocia sæculi, quæ ab illis exerceri solent in mundo, neve vllâ ratione sit spectator eorum, quæ ab eis fieri viderit, si iuxta eorum vias ambularit, dicente Isaiâ. [c] *Recedite, recedite, exite inde,* E Babylone scilicet è mundo, & ex illius viis: *pollutum nolite tangere*, nec scil. viarum eius attingentes oram: *Exite de medio eius, mundamini,* id est, mundos vos exhibete, mundas vias ambulantes, *qui fertis vasa Domini*, quorum & munus est Domino ministrare, Deique obire seruitia.

b Prou. 22. 24.
Spirituali cauendum, & ne ea peragat negotia, quæ à mundanis exercentur, & ne illorum sit spectator.
c Isai. 52. 11.

16 Alterum quod ponderandum dicebam, est, quòd nec dicitur, *(Iuxta vias Gentium nolite ambulare,)* sed, *(Nolite discere,)* Enimuero qui naturalem ad aliquam artem habet propensionem, adeo illam addiscit facilè, vt vel solo exemplaris alicuius conspectu eius compos fiat disciplinæ: Et cui per reminiscentiam addiscendū quid sit, exiguo pariter eius intuitu, atque contactu id denuò in illius mente imprimi nouimus. Quis autem ignorat, quantùm post naturam corruptam vnusquisque nostrûm propensionis habeat ad malum? & ad praua quæque agenda? & quis dubitet, quòd illicò mundanorum addiscemus vitia, si iuxta eorum ambulauerimus vias, ipsúmque istiusmodi ambulare ipsum sit & discere, iis præsertim, quibus tale discere non sit aliud quàm reminisci? qui aliàs in iis mundi viis & ambulauerunt, & per prauam steterunt consuetudinem, antequàm mundo valedicentes vitæ se addicerent spirituali. Nec in viis tantummodo positi reperiuntur laquei atque in conuersatione cum mundanis, ac improbis sumitur scandalum, vt mox per Sapientem moniti fuimus: Sed & iuxta & ipsa mundi vias, eodem Sapiente teste qui de praua agens muliere, non solùm dicit, [d] *Nunc foris, nunc in plateis,* sed & addit, *Nunc iuxta angulos insidiatur:* cui consonum est quod & Vates Regius ait, [e] *Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum.* Vbi? In media via, in medio itinere? Non: [f] *Iuxta iter scandalum,* inquit, *posuerunt mihi.* Et dum à Domino obiurgatur anima, quæ ignorat semetipsam, in reprobum tradita sensum, vt vehementes, & inordinatos suos pascat appetitus, non dicitur, *Pasce hædos tuos in tabernaculis*, sed, *iuxta tabernacula pastorum.*

Spiritualibus quàm facile sit mundanorū vitia addiscere, si eos non omnino effugiant.
d Prou. 7. 12.
e Psa. 139. 6.
f Cant. 1. 8.

17 Denique si in rigore literæ persistere velimus, vt *(iuxta vias Gentium discere,)* sit Gentes imitari, illarúmque prosequi mores, aptissimus erit locus iste, *(Iuxta vias Gentium nolite discere)* ad id Euangelij, quo Dominus ait, [g] *Nolite solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? hæc enim omnia Gentes inquirunt*, vt & per hæc à nimio rerum temporalium, vel etiā earum quæ ad victum, vestitumque necessaria sunt deterreamur studio, & sollicitudine, ne videamur Gentiles imitari, quibus, cùm nec verus Deus, eiusque nota esset prouidentia, quā & bruta pascit, & lilia agri operit: nec meliora, ac veriora perspecta essent bona, totum id erat studij, vt variis artibus temporalia ista inquirerent.

Sollicitudo nimia pro tēporalibus etiā necessariis prohibetur fidelibus.
g Matth. 16. 31.

A Quòd si Gentium vocabulo moraliter eos significatos sumpserimus Christianorum, qui in mundo vitam degunt gentilium: vel sæculares quosque à quibus segregati sunt Religiosi, & quotquot per Clericatus ordinem in Dei adscripti sunt sortem, congruentissimè hæc ad istos dicta sumere possumus, quibus potissimùm quæ à Domino in præcitato Euangelij loco subiecta sunt, congruunt verba, [h] *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis*, iuxta Caietani expositionem, vt ly, *Primùm* purè negatiuè accipiatur, nec referatur ad secū- B dum, quomodo primogenitus dicitur antequam nemo est genitus, etiam si nullus sit secundo genitus: & significetur, nec primariò, nec secundariò quærenda cum sollicitudine temporalia vel etiam necessaria, sed omne studium in id conferendum, vt pura, & sancta in Dei seruitio agatur vita, quæ Dei regnum meritò dicitur, iuxta affatum illud commune, *Seruire Deo regnare est*: idque, per eiusdem Dei iustitiam, quā coram illo iusti sumus per fidem, & dilectionem in mandatorum eius exhibitam obseruatione. Si his ergo Clericis, ac Religiosis hæc quæ ait Ie- C remias, dicta velimus, quibus & id Psalmi tribuitur. [i] *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* Magnam profectò vim iste habet loquendi modus, *(Iuxta vias Gentium nolite discere.)* Quod enim rationes agendi & studia, quibus mundani, & sæculares temporalibus congerendis vacant, viæ dicuntur Gentium, iugem designat eorum in illis sollicitudinem, vtpote qui propterea numquam consistant, huc illucque discurrentes per vias ciuitatis; ex hac apotheca, in apothecam aliam; ex foro in principis curiam; è domo hu- D ius iudicis in domum iudicis alterius; per vias agrorum, ex vinea in agrum satum; ex olineto in pecuaria; per multiplices demum & maris semitas.

Clericis & Religiosis prohibita sollicitudo, in negociis sæcularibus & in procurandis tēporalibus.
h Matth. 16. 33.
Caietanus.
i Psal 15. 5.
Mundanorū studia in negociis quàm rectè appellātur viæ.

Vel etiam per vias istorum adeo sollicitorum, ex potissimùm designentur artes, in quas pro temporalibus acquirendis sæculares totum suum coniiciunt studium, quales sunt artes mechanicæ; varia negocia; eæque aptiùs intelligi possunt disciplinæ quas vulgo de pane lucrādo appellant, iuris ciuilis, medicinæ, & similium Quapropter & verbum quoque discendi hoc loco E maximam vim habet, per id enim significatur, Clericis ita omnem sæcularem lucri prohibitam esse sollicitudinem, multóque magis Religiosis claustralibus, vt non permittatur illis, quidpiam præexpositorum nedum exercere, sed nec addiscere, intellige ad lucrum. In quorum confirmationem vide caput 1. Totúmque titulum, *Ne Clerici, vel Monachi sæcularibus negociis se immisceant*, vbi plures habentur Canones similia iisdem prohibentes. Quamquam cùm non dicatur simpliciter. *(Vias Gentium nolite discere:)* Sed, *(Iuxta vias Gentium nolite discere,)* modum pecu- F liariter hoc loco Ecclesiasticis ne discant prohibetur, quo prædicta à sæcularibus exercentur: is verò modus in nimia situs est sollicitudine, in perfidia, in dolis, in fraudibus, in mendaciis, in propriis solius commodi studio, & similibus. Quæ necessariò addiscuntur ab iis qui prædictis se immisceant sæcularibus. 18

Clericis & Religiosis prohibita artes mechanica, & disciplina quæ dicuntur de pane lucrando, vt medicina, iuris, &c. Sæcularia exercere, vel etiam addiscere prohibitum Clericis, & Religiosis.

(Et à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes:) Contra hæc videntur ea facere, quibus Vates Regius in enumeratione mirabiliū Dei operum id reponit maximè insigne, quo per signa cæli, 19

cæli, perque siderum, stellarúmque ortus ille & metum, & oblectationem, gaudiúmque cunctis infert Gentibus, [a] *Turbabuntur*, inquit, *Gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis*, id est, Ab astris quæ in signa condidisti temporum, quæve multarum rerum exhibes signa, Gentes vniuersæ, cùm tu volueris, turbabuntur præ metu eorum quæ per illa sibi significata intelligent: ab iisdemque, te sic disponente, timebunt etiam ij qui Orbis terrarum incolunt terminos, Orientem, Occidentem, Meridiem, ac Septentrionem. Sed & per ortus eorumdem astrorum siue solis matutino tempore, siue stellarum vespertino pariter eosdem delectabis, gaudium, & voluptatem per ea illis præstans, vt te laudent, & benedicant: exitus quippe vocabulo ortus designatur syderum, prout & aliàs sæpe, & cùm sit accusatiui casus, prout patet ex Græco, subintelligenda est præpositio *Per*, ac si dicatur *Per exitus* ortus matutini, & vesperæ, ambo in genitiuo, id est, per ortum Solis qui fit in matutino, & per ortum stellarum qui vespertino est tempore. Nec nouum est, vt præpositiones subintelligantur, imò & frequenter id in Sacris reperiri literis probat Pagninus in lib. 1. Instit. Hebr. cap. 25.

a Psal. 64. 9.

Exitus vocabulo significatus ortus astrorum.

Præpositiones sæpe subintelligi solitas in Scriptura.

20 Verùm haudquaquam duo ista, & quod ait Ieremias, & quod asserit Dauid sibi inuicem sunt contraria: quin potiùs ex ambobus simul iunctis totum id colligitur, quod circa astrorum obseruationē dici moraliter potest. Ex eo enim quod hîc dicitur, (*A signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes,*) omnis ille nobis prohibitus significatur astrorum metus, qui gentilitiā sapit insipientiam in eorumdem vel cultu, vel scientia, propter quam duplicem insipientiam è medio tollendi dicuntur, [a] *Omnes qui super tecta adorant militiam cæli.* Neque enim ij soli adorare cæli militiam, & signa censendi, qui illis sacrificia offerunt, prout eos fecisse vidimus supra, [b] qui placentas, & libamina offerebant Reginæ cæli id est, Lunæ, seu militiæ cæli, vt legunt Sept. vel eadem externo aliquo adorationis gestu prosequuntur: quomodo ab iis item Iudæorum factum legimus apud Ezechielem, [c] *qui dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientē adorabant contra ortum Solis. Et applicabant ramum ad nares suas.* Super quem locum Hieronymus, *Applicabant*, inquit, *ramos ad nares suas, haud dubium quin Palmarum, vt per hoc eos idola adorare significet.* [d] Denique & Iob inter cæteras virtutes etiam hoc habuisse dicit, quòd numquam aspiciens cælum, & Solem, & Lunam, & astra fulgentia osculatus sit manum suam, id est, adorauerit creaturas. Sed & illi qui eadem astra magis quàm Deum timent, idque & alios docent, omnia ex illorum influxu pendère arbitrantes, & asserentes; quique toti sunt in obseruandis eorum positionibus, & motibus, vt superstitiosis erroribus omnia impleant. De quibus Hieronymus in præcitatum Sophoniæ locum. *Adorantes*, inquit, *super tecta militiam cæli, Qui eleuantur aduersus scientiam Dei, & omne quod geritur in sæculo, fictam sibi scientiam pollicentes, referunt ad ortus stellarum, & occubitus, & Mathematicorum sequuntur errores.* Vide quæ de hac materia dicta fuêre in prima literæ expositione. Super hunc ipsum locum.

Astrorum is prohibetur metus omnis qui gentilitiā sapit insipientiam.

a Soph. 1. 5.

b Ier. 7. 18.

c Ezech. 8. 16.

Hieronym.

d Iob. 31. 26.

Metus illatus per Astrologiā Iudiciariam improbatur.

21 Cæterùm ex præallata Psalmi 64. sententia optimus significatur is esse eorumdem astrorum A metus, qui nedum nihil habeat Gentilitiæ insipientiæ, & vanitatis; sed ad sanctum nos referat, deducatque timorem Dei, qui & propterea ea in signa exhibet, vt per metuendorum significationem ad eum eleuemur timendum, à quo, ni conuertamur, ea immittenda, & efficienda sunt quæ futura significantur. Sicut & propterea eadem in signa præbet eorū quæ futura sunt nobis vtilia, vt exinde & voluptas excitetur in nobis, & occasio porrigatur, vt in ipsius prorumpamus laudes. Vnde quod in Vulgata dicitur, *Exitus matutini, & vespere delectabis*: *legit ex* B *Hebræo Hieronymus, egressus matutini, & vesperi laudantes facies*, scilicet Deum vt sensus sit, Per ortum Solis in mane perque Stellarum ortus in vespera eam hominibus dabis delectationem, eaque significabis iucunda, vt per eosdem ortus simul ad te laudandum illos promoueas. Constans est enim apud Theologos, sicut & apud Physicos, ex obseruatione aspectuum Stellarum inter se, positionum, & oppositionum haberi futurorum naturalium euentuum indiciū, quòd v. g. ariditas futura sit eo tempore; quòd imbrium nimia tempore alio existet copia, quòd C vehementiores æstus; quòd frigora maxima; quòd tempestates commouendæ sint nimbosissimæ, quòd in humanis corporibus dominaturus sit biliosus humor, adeóque & furor, & indignatio, quódque propterea graues immineant huic vel illi regioni calamitates bellorum, penuriæ, intemperiei aëris, multipliciúmque morborum. ex qua astrorum significatione ad id præmonemur, vt per pœnitentiam Deum placare studeamus, eumdémque vt ea impediat supplices exoremus, cuius astra ipsa & Stellæ vniuersæ sunt exercitus, quo rebelles, cùm sibi libuerit, pu- D niat, & quem, cùm voluerit impediat, teneatque, ne obsit, iuxta illud Ecclesiast. [e] *Vas castrorum in excelsis in firmamento cæli resplendens gloriosè*, id est, Stellæ resplendentes gloriosè in firmamento cæli sunt in excelsis veluti apparatus militaris, & exercitus Domini, Vnde subditur, [f] *Species cæli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis Dominus*, id est, claritas stellarum est cæli pulchritudo, per quam Dominus in excelsis mundum vniuersum illuminat. [g] *In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigiliis suis.* Stant quippe instar militum paratæ, vt ad sancti E Dei iussiones iudicium pœnamque in homines inferant: Nec periculum est, vt vel tantillum ab illius deficiant verbis, aut defatigentur in officiis sibi veluti excubiis ab eo delegatis.

Astrorū metus qui commendatur. Quomodo dici possit astra data hominibus in signa futurorum, ob eorumdē bonum.

Ex Astrorum positionibus haberi indicia futurorū euētuum naturalium.

Astra & stellæ sunt Dei exercitus, quo is suos puniat rebelles.

e Eccl. 43. 9.

f Eccles. 43. 10.

g Eccles. 43. 11.

22 Et quis prohibet, quin de his quoque cæli signis metum istum bonum in iis causaturis qui ante extremum iudicij diem conuertentur ad Dominum, id intelligere possimus Euangelij, quo dicitur, [h] *Erunt signa, in Sole, Luna, & Stellis*, tametsi aptiùs ibi signorum nomen pro portentis sumatur, atque prodigiis illis quæ alius explicans Euangelista ait, [i] *Sol obscurabitur, &* F *Luna non dabit lumen suum, & stella cadent de cælo.* An non rectè & sanctè tunc quoque vnusquisque à signis cæli timebit, quando per ortus sui astrorum constellationem quæ absque dubio multùm virium in eius corpus, sensus, ac passiones habet, ad hoc vel illud propensum se esse intelligens, atque ad tale, vel tale scelus patrandum inclinari, seu etiam magno alicui subesse vitæ discrimini: Ita eorumdem signorum admittit metum, vt in sua viuendi ratione, propterea caueat, ne sensum rationi præesse sinat, néve

Ante iudicij diem Deus daturus est signa in astris vt per eorum metū aliqui cōuertantur.

h Luc. 21. 25.

i Matth. 24. 29.

Astrorū constellatio in ortu nostro potest causare in nobis bonum, vtilèque timorem.

néve à vehementibus passionibus suam compelli permittat voluntatem, [a] *videns* (vt ait Apostolus) *quomodo cautè ambulet*; vt & de ipso id verificetur, quod & Astrologi asserunt veri, *Sapiens dominabitur astris.* Sed id pariter ex eodem signorum cæli metu, colligit boni, vt Deum magis paueat illorum signorum exhibitorem, & dominum, [b] *In timore & tremore suam operans salutem*, iugesque ob id ipsum eidem Deo porrigens preces.

a Eph. 5. 15.
b Philip. 2. 12.

VVLGATÆ.

Vers. 1.] Audite verbum quod, &c.

Vers. 2.] Hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ἀκούσατε τὸν λόγον κυρίου ὃν ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς οἶκος Ἰσραήλ.

2. Τάδε λέγει κύριος. κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε. καὶ ἀπὸ τῶν σημείων, τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε, ὅτι φοβοῦνται αὐτὰ τοῖς προσώποις αὐτῶν.

Vers. 1.] Audite verbum Domini, quod loquutus est super vos domus Israel.

Vers. 2.] Hæc dicit Dominus: Iuxta vias gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere: quia timent ea faciebus suis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Suscipite verbũ istud, quod loquitur super vos domus Israel.* Vers. 2. *Hæc dicit Dominus: De viis Gentium nolite discere, & de signis quæ posita sunt in cælis, ne conterreamini, à quibus populi conterrentur.*

Vers. 1. & 2. Hieronymus. *Propriè aduersùs eos loquitur qui venerantur cælestia, & quæ in signa sunt posita annorum, temporum, mensium, & dierum, ab his æstimant regi humanum genus, & ex causis cælestium terrena moderari.*

Hieron. *Cotra Astrologos.*

In hunc pariter sensum contra Astrologos hæc accipit & Diodorus Tharsensis lib. aduersùs fatum cap. 51. vt in sua Biblioth. refert Photius.

Diodorus Thars.

Cyprianus lib. 3. testim. ad Quirinum cap. 34. *Fidelem gentiliter viuere non oportère apud Ieremiam: (Hæc dicit Dominus: Secundùm viam Gentilium ne ambulaueritis.)*

Cyprian. *Gentiliter nõ viuendum.*

Eusebius Cæsariensis lib. 6. de Præparatione Euangelica, cap. vlt. ex Origene, cùm ostendisset posse forsan concedi astra non causas, sed signa esse futurorum euentuum, afferens in eius dicti confirmationem, & quod in oratione Ioseph à Iacob sic dictum fuit, *Legi enim in tabulis cæli quæcumque contingent vobis, & filiis vestris:* Et quod apud Isaiam dicitur, [a] *Complicabuntur cæli vt liber*, cúmque concludens hæc habuisset. *Hoc modo in signa secundùm scripturæ vocem stellas factas arbitramur. In contrarium subiicit, Ieremias autem vt homines ad se ipsum conuertat, vtque formidinem quæ à signis impendet, auferat, ac vt omnem forsan huiusmodi opinionem ab hominum animo eiiciat, (A signis inquit, cæli non timeatis.* Cæterùm in his Eusebij, seu Origenis verbis notandum, locum illum quem affert orationis Ioseph à Iacob nullius esse auctoritatis, nec esse canonicum, eamque orationem Ioseph, seu Iacob vt apocrypham reiici ab Athanasio in Synopsi aliquantò ante finem. Alterum verò Isaiæ locum, [b] non tam significare quòd in cælis veluti in libro descripta, & designata habeantur, quæcumque euentura cuilibet sunt. Quàm quòd in die iudicij cessabit eorum motus, vsusque quem nunc in illis obseruamus, prout clariùs idipsum explicatur lib. Apoc. vbi dicitur, [c] *Et cælũ recessit, vt liber inuolutus*, est enim allusio ad librum qui antiquitùs apud Hebræos erat vnius paginæ longæ, quæ cùm illius vsus esset, in longum explicabatur, cùm verò eiusdem vsus cessaret, circa axem in multas voluebatur reuolutiones, vnde voluminis vocabulum. Nec quisquam veterum Patrum, aut recentiorum expositorum eo sensu dictum Isaiæ explicat locum.

Euseb. Cæs. Origenes. *Astra posse dici exhibita à Deo in signa futurorũ euentuũ censuit Origenes.*

a Isai. 34. 4.

Oratio Ioseph est apocrypha.

b Isai. 34. 4. *Cæli quomodo complicãdi dicantur sicut liber.*

c Apoc. 6. 14. *Libri quemodo antiquitùs fierent, & complicarentur.*

2 Cyrillus Alexand. hom. 14. Paschalium. *Licet illos* (Prophetas) *audias indubiè tamquam funestam eiicientes mendacem, & argenti illicem præstigiatricem Astrologiam (ita namque nominibus quoque ingeniosè excogitatis artem hanc appellandam esse autumo) sic ergo aiunt. (Hæc dicit Dominus, iuxta vias gentiũ nolite discere, & à signis cæli ne timeatis, quia timent ea sibi, quia leges populorum vanæ sunt) facta sunt quidem illuminando Orbi, ac notandis temporibus sydera, quæ mirâ varietate disposita cælum exornant, aptéque inter se temperato coronant splendore. Sed parent ipsa legibus conditoris sui, tempestatúmque commutationes terræ cultoribus indicant, dum alia atque alia vicissim oriuntur & occidunt. Non illorum sacrilegæ scurrillitati, sed diuino afflatu loquentium vocibus auscultandum est, supremamq; gloriam concedamus Deo, non astrorum largiamur naturæ.*

Cyrill Alex. *Astrologia damnata.*

Theodoritus. *Vias gentium appellat veterem errorem, alioqui Astronomiam, & Astrologiam non vocauit signa cælestia, quæ sequi non concedit, sed Domino cæli credendum.* Similia ferè.

Theodorit. *Astrorum cultus damnatus.*

D. Thomas. *Proponit præceptum, vt non flectantur ad idololatriam, & neque gentium imitatione, (Iuxta vias) neque cælestium magnitudine. (A signis cæli) ita scil. quod in eis diuinitatem credatis, vel quod necessitatem habeant super ea quæ dependent ex libero arbitrio.*

D. Thomas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΤΑ'ΔΕ λέγει κύριος, κατὰ ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε.]

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.] τί δὲ μανθά-

3 Vers. 2. HAEC dicit Dominus, *Iuxta vias Gentium nolite discere*, &c.)

Sancti Gregorij Thaumaturgi.] *Quid est*

Greg. Thau. *Lex Dei discenda.*

μανθάνετε; νόμον μανθάνετε Θεοῦ, τὸν λέγοντα. A
οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ.

[Καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε, ὅτι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰς ἡλιακὰς φησὶν ἀνακυκλώσεις ὁρῶντες, καὶ σελήνην φθίνουσαν, καὶ αὐξανομένην, καὶ ἀστέρων σχέσιν, καὶ ἀπόστασιν, καὶ τὰς κατὰ καιρὸν αὐτῶν ἐκφάνσεις, καὶ ἀποκρύψεις, καὶ τὴν εὐάρμοστον, αὐτῶν κίνησιν, μὴ φοβηθεῖτε αὐτὰ ὡς θεοὺς, ἀλλὰ τὸν ταῦτα ποιήσαντα. B

eſt quod diſcere debetis? Legē diſcit Dei, quæ ait, Non [a] *erunt tibi Dÿ alieni præter me,* [b] *Dÿ qui cælum, terrámque non fecerunt pereant à facie terræ, & ſub cælo.* a Exod. 20. 3. b Ierem. 10. 11.

(*Et à ſignis cæli nolite metuere, quia*, &c)

Olympiodori.] *Solares inquit circuitus videntes, Lunæque defectum, incrementúmque, & ſtellarum aſpectum, atque diſtantias, & ſtatis temporibus ipſarum apparitiones, occultationeſque, ac tandem concinnum ipſarum motum, ne timueritis eas vti Deos, ſed eum qui illas creauit.*

Olympiod. *Aſtra nō timenda, ſed eorum timēdus creator Deus.*

Verſ. 3.] Quia leges populorum vanæ ſunt: quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Quia leges populorū vanæ ſunt.*

DATO [a] *quòd ſigna eſſent futurorum, prout ab iis qui ea timent, aſſeruntur, vana nihilominus vos talia deputate ſigna, cùm vana ſint & leges, quæ in iis obſeruandis deſcriptæ ab Aſtrologorum peritiſſimis varÿ habent populi. Neque enim hominū eſt, vt definiàt quā ratione ipſa aſtra ſigna ſint metuenda, quas leges inferioribus & præſcribant; & quod dominium, quámve agendi in terra habeant vim. Neque vllatenus vt certum hominibus illorum timendum eſt fatum.* C

2 *Fugite, vel etiam noſſe quæcumque ab iiſdem inſtar legum obſeruantur quoad diuini numinis cultum, & metum.* [b] *Quod enim ea omnia quæ de ritibus, cæremoniis, & religione præſcripta habentur, quæque vim legum apud eos obtinuêre, & vana ſint, & ipſamet vanitas, vel exinde colligetis facilè, quòd vaniſſima ſunt, & vanitas idola ipſa, quæ vt ſua venerantur legitima, quorum & diuinitatis cultum legibus ſtatutum ſeruant. Ad ea facienda de ſylua manibus ſuis ipſimet præcidunt arbores, aptant ad idolum conſtruendum lignum, artificis opere id dolantes aſciâ.* D

b *Quia lignū de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Diſciplinæ leges: ritus moreſque Gētiliū & vanæ erant, & vanitas ipſa.*

QVIA leges populorum vanæ ſunt, &c.) Rationalis particula, (*Quia*) planè teſtatur rei alicuius in his afferri rationem: Et quidem ſi ratio quæ affertur ad id ſpectet quod in immediatè præcedentibus, dictum fuerat, *Et à ſignis cæli nolite metuere quæ timēt Gentes*, quid ſenſus ea habeat explicatum iam eſt. Cùm autem aptiùs in eorum rationem quibus dicebatur, *iuxta vias Gentium nolite diſcere*, habita hæc videantur, ipſorum intellectus ex eo deſumendus eſt, quod in libro Leuitici ab eodem Domino Iudæis item ſic dicitur, [c] *Nolite ambulare in legitimis*, (Hebraicè eadem vox quæ & hìc) *nationum quas ego expulſurus ſum ante vos, omnia enim hæc fecerunt, abominatus ſum eos*, vbi phraſi illâ *ambulare in legitimis*, ſubindicatur eadem eſſe legitima, legeſque nationum, & earumdem vias, ita vt rectè quæ hoc loco priùs appellatæ fuerant, (*Viæ Gentium*,) nunc (*leges* dicantur *populorum:*) Tum in eo quod ibi ſubiicitur, *Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus ſum eos*, ſignificantur quænam iſtæ eſſent populorum leges, & quibus de rebus, de iis nimirum quæ eo vſque enarrata in eodem fuerant capite, de idololatria; de adhæſione ad Magos, atque ad Ariolos, de abominandis vitiis multiplicibus, deque fœdiſſimis cuiuſcúmque generis libidinis actibus: talium enim erant legitima, legéſque & diſciplinæ gentilium populorum, circa quorum ſtudium iuxta Apoſtoli dictum miſeri illi, [d] *Euanuerunt in cogitationibus ſuis*, ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, *vani facti ſunt in diſcurſibus*, & *diſquiſitionibus ſuis*, quibus ſcilicet vanorum vanas ſtatuère, & ſcrutati ſunt diſciplinas, leges, rituſque ac cæremonias, de quibus hìc ſermo eſt. (*Quia leges populorum vanæ ſunt*, ſeu, vt legunt Sept. (*Quia legitima gentium vana ſunt*,) efficaciúſque iuxta Hebraicam lectionem, (*Quia ſtatuta populorum vanitas ipſa*,) ſcil. ſunt, vt vertunt Pagninus, & Regia, ſeu, vt vertit Vatablus, (*Siquidem cæremoniæ Gentium vanitas ſunt.*)

c Leuit. 20. 23.

d Rom. 1. 21.

(*Quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia.*) Cùm ex idolorum cultu vitiorum omnium, & multiplicis præſertim impudicitiæ ſtatuta, ac leges vim apud Gentiles obtinuiſſe certum ſit, rectè rationem vanitatis earum legum, rituum, ac cæremoniarum exinde colligit Dominus, quòd gentiles manufacta colerent idola, quæ & ſupra vanitatem vidimus appellata. Incipit autem in his qualitatem, & facturam deſcribere eorum quæ colebant idolorum, & quamuis ex fortiori quoque, & nobiliori haberentur materia lapidis, æris, argenti, atque auri, ea potiſſimùm deſcribit, aſſumitque in exemplum, quæ ex ligno fabrefacta eſſent, tum quia eorum maior eſſet copia, tum quia ex materiæ vilitate magis eorumdem vanitas, & illorum qui ipſis diuinum tribuendum putarent cultum mentis probaretur ſtultitia. Quam ſtultitiam eleganter pluribus proſequitur Iſaias præſertim in ca. 44. dicens, [e] *Succidit Cedros, tulit Ilicē, & Quercum, quæ ſteterant inter ligna ſaltus: plantauit Pinum, quam pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt: & ſuccendit & coxit panes: de reliquo autem operatus eſt Deum, & adorauit: fecit ſculptile, & incuruatus eſt ante illud. Medium eius combuſſit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & ſaturatus eſt, & calefactus eſt, & dixit: Vah, calefactus ſum, vidi focum. Reliquum autem eius deum fecit, & ſculptile ſibi, curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. Neſcierunt, neque intellexerunt: obliti enim ſunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo*, &c. Ex quibus colligitur communis Gentilium omnium ſtultitia, quòd vano, vilique idolo quid diuinitatis ineſſe arbitrarentur. Dixi ſtultitiam communem, quia & vulgus quidem putabat ipſa idola eſſe re verâ Deos, & ſapientiores ac philoſophi, quamuis ſcirent, illa non

2 *Idololatria vitia & impudicitiæ apud Gentiles vim obtinuerunt legum.* D

Idololatrarū ſtultitia quæ lis, & quanta. E

e Iſai. 44. 14.

F

Philoſophi Gentiles erga Idolorū cultum & ipſi ſtulti.

non esse re verà Deos, sed sibi in iis Deos repræsentari, diuinitatis nihilominus aliquid iis illis inesse censentes, ipsa vti Deos adorabant: existimantes idolum esse Dei corpus, aut simulacrũ, Deúmque idolo esse similem, similiaque habere & membra, aut esse locum, & sedem Dei, cui naturaliter præsens adhæreret Deus, & omnino aliquid habere diuini numinis, cùm viderent illa responsa referre. Quin & ij ipsi qui inter Gentiles ipsos erant sapientissimi, tametsi non ex animo illa colerent, colebant nihilominus ea, vt Deos, vel quia leges ita iuberent Gentium, prout ex Platone probat Eusebius Cæsariensis lib. 13. de præparatione Euangelica cap. 8. & 11. & vt eadem ob politicarum legum metum colenda asserit Tullius lib. 1. de natura Deorum.

Euseb. Cæsa. Tullius.

3 *Idola dicta vanas leges Gentilium.*

Sept. ita hæc legentes, (*Quia legitima Gentium vana sunt, lignum est de sylua excisum opus artificis, & conflatio*,) videntur intellexisse significatum, idola ipsa extitisse vanas Gentilium leges, quod eo intelligendum est sensu, quem libro Sapientiæ explicatũ videre est, vbi dicitur,[a] *Initium fornicationis est exquisitio Idolorum, & adinuentio illorum, corruptio vitæ est.*[b] *Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tempore, conualescente iniquâ consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est.* Hebræa tamen, sicut & nostra Vulgata particulam rationalem, (*Quia*) præfixam his habent. Vnde ita ea vertunt Pagninus, & Regia, (*Quia lignum de Sylua præcidit illud, opus manuum artificis in ascia.*) Clariúsque Vatablus, (*Quia arborem quis de sylua excindit opus manuum artificis asciâ*) scil. fit: & in suis Annotationibus, (*Quia lignum quod excidit de Sylua statuarius est opus manuum artificis dolatum asciâ.*) Quod eloquentiùs in præcitato cap. 44. exposuit Isaias dicens.[c] *Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.* Vide de hoc ipso argumento, quòd Gentium idola ab artificibus in Deos fabrefacta sint, apud eumdem Isaiam cap. 40. & 41. & lib. Sap. cap. 13. & 15. fusiúsque Baruch cap. vltimo.

a Sap. 14. 12. b Sap. 14. 15. c Isai. 44. 13.

Vers. 3.] Quia leges populorum vanæ sunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Iuris ciuilis studium cur prohibitum Clericis, & Religiosis, rationes quatuor.*

QVIA *leges populorum vanæ sunt*, seu ex Hebr. (*Vanitas ipsa*) scil. leges. Vt noueris non sine causa in præcedenti vers. à Domino clericis, ac Religiosis prohibita studia sæcularium disciplinarum, in primisque earum quæ totæ ad lucrum, & ad interesse spectant humanum, quale est studium iuris ciuilis, eiusque praxis, quod & per summos Pontifices eisdem vidimus interdictum. Quadruplicem ex paucis istis verbis colligere potes eius prohitionis rationem, Quia sunt *leges*; quia *populorum*; quia sunt *vanæ*; & quia sunt ipsamet *vanitas*.

Clericis prohibitum studium legum ciuilium, quia tenentur intendere vni legi Dei, & fugere turbas sæculi.

Prima ergo ratio est, quia studium illud de multis est legibus, cum Clericorum statui vna proposita sit Dei lex, quam meditetur, cuius studio totâ animi propensione sit addictus, iuxta illud,[a] *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*: quam & aliis sapienter debet enarrare, dicente Malachiâ Prophetâ,[b] *Lex veritatis fuit in ore eius.*[c] *Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* Notum est autem quod in Euangelio legimus,[d] vbi plurima, ibi & turbationem; quod verò necessarium est ad salutem, & ad congruentiam status clericorum qui optimam elegerunt partem, vt adscriberentur in sortem Domini, esse vnum. Et, si Sacerdos Angelus Domini exercituum est, haud dubium, quòd multis fidelium exercitibus, qui in diuersis, longéque ab inuicem dissitis Prouinciis sub vno Dei militant imperio, ex vno illius ore vnam Deus ipse denunciat legem.

a Psal. 1. 2. b Malac. 2. 6. c & 7. d Luc. 10. 41.

5 *Lex Dei est vna.*

Porrò vnam duntaxat istam esse legem, cui quietè vacare Clericis opus est, breuiter exinde probare est, quòd vnum habet auctorẽ, vnum obiectum, vnúmque & finem. Vnum habeat auctorem Deum, qui prima illius rudimenta iecit in ea quam appellamus legem naturæ, eamdemque dilatauit, explicauitque magis in lege, quã ab eius ministro legem dicimus Moysi, iuxta illud Deuteronomij,[e] *In dextera eius*, scilicet Dei, *ignea lex*, & paulò post,[f] *Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob*: Ac demum per Iesum Christum filium suum illam Euangelio perfectam reddidit, prout contestatus is est,[g] *Non veni soluere legem, sed adimplere.*

Lex Dei vna, vt ab vno auctore. e Deut. 33. 2. f Deut. 33. 4. g Mat. 5. 17.

Lex Dei est vna, cuius & vnum est obiectum.

Obiectum huius legis Dei vnum efficit, vt tametsi multa sint in illa mandata, vna nihilominus ea dicatur lex. Quod & Dauid significare voluisse in Psalmo visus est 118. qui totus de eiusdem legis est laudibus, commodis, & vtilitatibus, quamuis enim ibi frequentissimè pluralibus vtatur nominibus ad eius designanda mandata, nunc vias, nunc præcepta, nunc iudicia, nunc iustificationes nunc testimonia, aliàs verba & eloquia Dei ipsa appellans: semper tamen quando isto legis vocabulo eorumdem meminit, singulariter vt de vna loquitur lege. Ita in ipso longissimi Psalmi vestibulo exordium sumens,[h] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, sicque ferè trigesies idipsum obseruat. Nosse vis quodnam sit vnum istud vnius huius legis Dei obiectum? Audi Apostolum,[i] *Plenitudo legis est dilectio.*

h Psal. 118. 1. *Legis Dei obiectum vnum est dilectio.* i Rom. 13. 10.

6 *Lex Dei est ob vnum finem.* k Sap. 6. 19. *Legis Dei finis est vita æterna.*

Nosse vis & vnitatem eiusdem legis ex vno legum seu præceptorum ipsius omnium fine, quisve sit vnus iste studij disciplinæ illius finis? Audi Sapientem:[k] *Cura disciplinæ dilectio est: & dilectio custodia legum illius est: custoditio autem legum consummatio incorruptionis est: Incorruptio autem facit esse proximum Deo: Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.* Finis ergo studij disciplinæ huius legis Dei, in qua perfecta est sapientia, vita, regnumque æternum, est, vt ex hac sapientis colligitur insigni gradatione. Quod enim ait, *Cura disciplinæ*, studium istud diligenter huic disciplinæ exhibitum designat: Quod studium ex obiecto nomen desumit dilectionis: quæ dilectio sita est in exacta custodia, & obseruatione præceptorum eius sc. legis Dei, ipsiusque disciplinæ: quandoquidem *perfectio dilectionis exhibitio est operis*, vt ait Gregorius Papa, ex qua legis obseruatione fit, vt quis Deo euadat proximus per incorruptionem consummatam, atque perfectam, quæ ipsa est vita æterna. De qua in Euangelio, cùm quidam legis

Greg. PP.

legis

a Luc. 10. 28.

A legiſperitus Dominum interrogaſſet, [a] *Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* id ab illo accepit reſpóſi ſimul ac interrogationis, *In lege quid ſcriptum eſt, quomodo legis?* id eſt, An ignoras quòd vita æterna eſt finis legis? Neſcis quod ſit legis obiectum, de quo tota illa agit, & per cuius exhibitionem ad prædictum deducit finem? Quidnã in ea potiſſimum ſcriptum eſt? Reſpondente autem illo, *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. *Et proximum tuum ſicut te ipſum*, ſubintulit Ieſus, *Rectè reſpondiſti, hoc fac & viues.* q. d. Rectè de legis obiecto reſpondiſti, legem ipſam imple, cuius plenitudo hoc obiectum, & dilectio eſt, ſicque & illius aſſequèris finem vitam æternam.

7
Clericis interdictũ ſtudium iuris ciuilis, quia id plures eſt leges vt practicè ſumitur.

B Sed quid? Nonne & Ius ciuile vnum eſt ab vna recta ratione ſancitum, ſanctio ſancta & participatio legis diuinæ? Nonne & vnum eſt illius obiectum, iuſtitia vnicuique quod ſuum eſt largiens? Nonne & vnus eiuſdẽ finis, tranquillitas, & quies politica? Vnum certè & illud ius eſt, vna & lex, ſi ſpeculatiuè ſpectetur, & hac ratione ſi quis ob id eius ſtudio aliquid daret operis nedum ſimplex clericus, ſed & religioſus, vt ſpeculatiuè dũtaxat eius notitiam haberet diſciplinæ, haud certè damnandus is eſſet. Ob id namque C per Conſtitutiones Pontificias clericali ordini prohibitũ illud eſt, quòd & praxeôs eſt, & in praxim vniuerſum eius dirigi ſolet ſtudiũ. Hæcque eſt ratio quæ aſſignatur, &c. *Non magnopere. Ne cleri. vel Mona.* Ne occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mũdanis actionibus rurſus inuoluãtur. Porrò ſi hoc pacto idem conſideratur, & vt ſcholaſtici dicerent, in actu exercito: propterea interdictum Clericis illud eſt, quibus dictum fuit, *Iuxta vias Gentium nolite diſcere*, quia iam id non vna eſt, ſed plures leges. (*Quia leges populorum*) plures inquã ratione plurium auctorum, & ratione obiecti, finiſque multiplicis. D Enimuerò ſi praxim ſpectes politicæ quietis, & tranquillitatis, quis nõ videat quàm multipliciter pro fine legum definiatur à Principibus? aſſerente vnoquoque id demum ad Reipublicæ ſpectare tranquillitatem, quod ſuomet conſonum ſit commodo, quodque ſibi intellexerit expedire. Hinc & pluralitatem eſt obſeruare: Et in nouis quæ ab eorum ſingulis conduntur ſtatutis, & in extortis antiquarum legum interpretationibus, iuxta illud Iſaiæ.

Leges ciuiles multæ, & ratione auctorũ, & ratione obiectorũ, & ratione finiũ.

Ius ciuile quomodo multiplex.

8
b Iſai. 10. 1.
Procuratores aduocati, & iudices praui dicũtur ſcribentes iniuſtitiam.

Væ [b] *qui condunt leges iniquas.* Hebr. eodem quo & hîc apud Ieremiam nomine, *hukoth*, propriè, E *ſtatuta iniqua, & ſcribentes iniuſtitiã ſcripſerunt.* Quinam ſunt ij iuriſperitæ qui ſcribẽtes iniuſtitiam ſcribunt? Procuratores, aduocati, & iudices, qui iuſtitiam, quæ vnum eſt iuris obiectum, ita multiplicẽ reddũt, vt & propterea ius, quod alioquin vnum eſt, multas efficiant leges multiplicibus gloſſis, annotationibus, ampliationibus, limitationibus; & ſublimitationibus, variiſq; vniuſmet textus, extortiſque interpretationibus: diuerſóque modo legem eamdẽ & pro vna parte, & pro contraria in conſiliis ſuis afferentes, quæ pro diuerſis ſcribere eos contigerit clientibus. F Quòd ſi id verum eſt, vt certè eſt veriſſimũ quod Ariſtoteles lib. 5. Ethicorum cap. 4. ait. *Ad iudicium ire, eſt ire ad ius ipſum: quippe cùm iudex nihil aliud ſit quàm ius quoddam animatũ.* Cùm plerúmque (vtinam non ſit vt plurimum) contingat, vt iudex in definienda iuſtitia vniuſmet, vt dicitur, pũcti iuris. in diuerſos ſe commutet, & diuerſiſſimè penituſque cõtrarias ſcribat deciſiones, inſtar polypi diuerſos eorum quibus adhæſerit referẽtis colores: Quis iam ambigat, per illum effici, vt & ius

Ariſtotelis.

A ciuile per ipſum multiplex reddatur, iuxta eumdem quidem textum aliter in cauſa decidentem diuitis, ac potentis, aliterque in cauſa pauperis, pupilli, ac viduæ: Vnde bene in præcitato Iſaiæ loco de illis ſubiicitur, [c] *Vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei:* Seueriſſimis nimirum, & extortis iuris quod pro illis faceret, interpretationibus.

c Iſai. 10. 2.

Quis verò ignoret infinitã penè eſſe multiplicitatẽ ſtatutorum, legúmque municipalium, non ſolùm populo quoque, ſed & quacúmque ciuitate, quocúmque ferè & oppidulo peculiares ſuas habentibus conſuetudines, cõſtitutiones, ſtatuta, B quæ eam vim habent legũ, vt imperiali, iurique communi & præferãtur, & exceptiones faciãt: adeóque, & qui ius ciuile callere velit, & earũ notitiã habeat neceſſe ſit, cùm ſæpius huc illucque tendere ſibi cõtingat, & in variis ciuitatibus cõuerſari, & negocia agere. Adde quòd in præcipuis regiiſque vrbibus diuerſarum Gentiũ cauſæ tractandæ obueniunt. Quæ certè turbationem erga plurima abſque dubio afferũt, idcirco bene vt & hæc turbationis innuatur ratio propter quam Clericis iuri ciuili non ſit danda opera, hîc nedum C dicitur, (*quia leges ſunt,*) ſed (*Quia ſunt leges populorum.*)

9
Ius ciuile dicitur multas eſſe leges ob innumera ſtatuta municipalia.

Quamquã vox ipſa populi, multóque magis populorum inter ſe diſtinctorũ aliam deſignet & efficaciorem rationem, quod videlicet multam nimis iuris ciuilis, legúmque ſtudiũ ſecũ afferat turbationẽ, quòd illius praxis exercenda ſit apud populum, & cum populis: & certè ipſum populi nomen turbationem præ ſe fert, & proprium turbationis obiectum populus eſt, qui & propterea aquarũ deſignatur metaphorâ iuxta id Apocalypſis, [d] *Aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt.* Imò & turbato aſſimilatur mari, Iſai. [e] D 17. *Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarum ſicut ſonitus aquarum multarum. Nullum fretum*, inquit Tullius, orat. pro Muræna, *nullus Euripus tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuũ, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorũ*, ſc. populi. Neque verò abs re factũ crediderim, vt cùm dici hîc debuiſſet, (*Quia leges gentium*) ſicut mox dictũ fuerat, *Iuxta vias gentium nolite diſcere*, & *à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes*, non iam gentium, ſed populorũ adhibitum eſt vocabulũ Hebraicè עמים *ngammim*, quod tametſi fre- E quẽter indefinitè vſurpetur pro ciuibus vniuerſis, & diuerſorum graduũ, eodémque ſignificatu, quo & vocabulum gẽtium; propriè tamen viliores ſignificat hominũ, obſcurámque plebis multitudinem, à verbo עמם *ngamam*, obſcurare, & operire, ſiue quia præ multitudine operiat terrã, ſiue quia ad nil inſeruiat, niſi vt terrã multitudinis numero tegat, iuxta illud Horatij, *Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati*; ſiue quia vilitate obſcurus ſit, Vnde noſter Interpres cap. 17. lib. Iob, idem Hebr. vocabulum Vulgus, reddidit, [f] *Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi*, id eſt, turbæ, F & plebis infimæ, & per accommodationem vilibus, exiguiſque tribuitur animalibus, Locuſtis. Ioel 2. 2. [g] *Populus multus, & fortis*: formicis. Prouerb. 30. [h] *Formica populus infirmus.* Et lepuſculis. Prouerb. 30. [i] *Lepuſculus plebs inualida.* Hebr. *Cuniculi populus non fortis.* Præclarè autem qualitates populorum, ſeu populi hoc ſenſu accepti explicat Plato in Axiocho, dicens, *Populus ingratus eſt, leuiter alicuius rei ſatur, mutabilis, crudelis inuidus, ineruditus, vt pote ex plebis*

10
Ius ciuile prohibitũ clericis quia illius praxis eſt eum populis, ideóque multam habet turbationem.

d Apoc. 10. 15.
e Iſai. 17. 12.
Populus eſt turbationis obiectum.
Populus cũ aquis & mari aſſimilatur.
Tullius.

Populi vocabulum quid propriè ſignificet.

f Iob. 17. 6.
Populi vocabulum tributum animalculis.
g Ioel. 2. 2.
h Prou. 30. 25.
Populi qualitates deſcripta.
i Prou. 30. 26.
Plato.

colluuie, & violentius nugatoribus collectus: & qui in A *huius societatem se adiungit multò miserior est.* Et

Tullius. Tullius oratione pro domo sua, *In imperita,* ait, *multitudine est varietas, & inconstantia, & crebra tamquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.*

11 *Clericis interdictũ studium legum ciuiliũ quia illa, vt in praxi exercẽtur vana sũt, vt à vanis hominibus.*

Est & tertia ratio cur Clericis, & Religiosis interdictum sit studio, & praxi operam dare legum ciuilium: Quòd leges ipsæ eo modo, quo in praxi quotidie eas apud plurimos exerceri videmus, vanæ sunt, vtpote quæ & ab hominibus vanis, vtinam non & mendacibus; & vanis, mendacibusque glossematũm, sophismatum, & fraudum practicantur (vt ita dicam) technis, [a] *Vani enim filij hominum,* ait Vates Regius, vani in cogitatione iuxta illud. [b] *Dominus scit cogitationes hominum quoniam vana sunt;* Vani in affectione, iuxta illud, [c] *Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt;* Vani in scientia humanarum, & temporalium legum solummodo, dicente Sapiente, [d] *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei:* Vani in locutione, [e] *Vana enim locuti sunt vnusquisque ad proximum suum;* Vani in ipsa sua iurisperitiæ praxi, vanas, iuxta Isaiæ dictum, texentes aranearum telas, quibus eos duntaxat irretiant, qui imbecilles sunt pauperes, viduas, atque pupillos, quique parui sint sensu. Sed & ob id potissimum vani, quia mendaces; sic quippe quod vanos dixit, exponit psaltes, [g] *Vani filij hominum, mendaces filij hominum:* Nec tam mendaces in verbis ij sunt, quàm in ipsa (vt dictum est) legum humanarum praxi, *Mendaces* namque ait, *in stateris.* Quæ-nam istæ sunt stateræ, nisi forenses actus ad iudicia causarum spectantes? nisi ipsa iudicia?

a Psalm. 61. 10.
b Psal 93. 11.
c Ierem. 2. 5.
d Sap. 13. 10.
e Psal. 11. 3.
f Isai. 59. 5.
g Psalm. 61. 10.
Iurisperita in praxi vt plurimum & vani sunt, & mendaces.

12 *Pondus* [h], *& statera iudicia Domini,* ait Salomon, *& opera eius omnes lapides sacculi.* Ac si dicat, Iudicia quæ in vnumquemque hominum Deus vt iudex iustus profert, adeo sunt æqua, & iusta in omnes & singulos, vt vna duntaxat statera, vnoque eodem pondere iusto habita non dubites. In quo vt ipsum imitentur & iudicia, negotiaque inter homines exercentes exposcit in lib. Leuitici, dicens. [i] *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera.* Quid verò sibi vult, *Et opera eius omnes lapides sacculi?* Nomine lapidum sacculi significantur ponderum genera, quæ lapidibus antiquitùs distinguebantur, atque in sacculis seruabantur, vt ex illo patet Deuteronom. [k] *Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera.* Quod ergo dicebat Salomon. Quòd de prolatis Dei iudiciis in summa æquitate vno pondere, vnaque statera, & pari ratione cum singulis, ita verum est, vt haud operæ pretium sit ad ea expendenda, librandaque aliqua adhibeantur ponderum genera, ipsa enim sibimet sunt pondera omnia, iuxta illud Psalmi, [l] *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsis.* Neque enim apud illum acceptio personarum, vel studium est proprij commodi, aut lucri, & vt vulgò dicunt, interesse. Propter quæ in hominum causidicis varia frequenter aduertere est legum pondera, & diuersissimas contra omnem æquitatem iudiciorum stateras, prout idem significauit Salomõ, cùm diceret, [m] *Abominatio est apud Dominum pondus, & pondus: statera dolosa non est bona.* Vnde & in loco Psalmi 61. quẽ tractabamus, *Mendaces* hi dicebantur vt *filij hominum,* & mendaces *in stateris,* mendaces inquam in stateris vt explicatũ est, idque vt filij hominum cõtentiosi eo sensu quo, hominum vocabulum vsurpauit Apostolus Corinthiis dicens, [n] *Cùm sit inter vos zelus, & contentio nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis: Cùm enim quis dicat, ego sum Pauli: alius autem, ego Apollo, none homines estis?* filij hominum propriũ semper ob oculos habentes interesse de quibus Psal. 4. dicitur, [o] *filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quorum in causis agendis, litibusque pertractandis id vnum est studij, *vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Vt ipsi se inuicem decipiãt de rebus propter quas lites fiunt, atque etiam de legibus ab eis allegatis, & extortis.

h Prou. 16. 11.
Iudiciorum forenses actus dicti statera.
i Leuit. 19. 35.
Lapides sacculi erãt antiquitùs pondera.
k Deut. 25. 13.
l Psal. 18. 10.
m Prou. 20. 22.
Psal. 61. 10.
n 1. Cor. 3. 3.
o Psal. 4. 3.

13 *Clericis interdictũ studiũ, & praxis iuris ciuilis, quia earum legum finis est vanitas.*

Et hæc est quarta ratio, quam hìc apud Ieremiã assignari dicebã, ne Clerici studio vacarent Iuris ciuilis, eiusque praxi. Cùm enim dicitur, (*Quia leges, seu statuta populorũ vanitas ipsa*) vt est in Hebræo; significatur, prædictas leges nedum vanas, sed & ipsam vanitatem: Quod ex earum patet & fine, & materia, circa quam versantur. Enimuerò humanarum legũ vt sic haud aliud est finis, quàm humana trãquillitas, & pax, quod exinde fit perspicuũ, quia non punit nisi ea, quæ huic contraria sint paci inter homines conseruãdę, eaq; absque prohibitione permittit, quæ ad eamdem cõferant, tametsi secundùm rei veritatem eorum pleraque mala sint, iuxta illud Augustini id Eusebij dictum lib. 1. de libero arb. cap. 5. qui habetur in tom. 1. approbantis, *Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa cocedit, & impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam puniuntur.* Quis verò ignorat quod in Psalmo 38. apertissimè dicitur, [p] *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens?* id est, omnis homo qui in præsenti permanet vita, profectò est plena, summáque vanitas, & quædam totius vanitatis epitome, quæ in cæteris reperitur creaturis.

Augustinus.
p Psal. 38. 6.

14 *Legum ciuilium materia omnis est vanitas.*

Si materiam spectes vniuersam, de qua eædem agunt humanæ leges, & propter quam omnes in mundo sunt lites, omnisque exercetur ipsarũ legum praxis, terrena sunt, temporalia sunt, mundana sunt: Et exploratissimum est quod asserit Ecclesiastes, [r] *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quapropter non incongruè ad istud iuris ciuilis studium, eiusque praxim illud aptari posse videtur, quod ab eodem Ecclesiaste sic dicitur. [s] *Proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole,* ab hominibus scilicet lites in foro habentibus, & à causidicis, & iudicibus in studio & praxi iuris humani. *Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Vidi omnia quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.*

r Eccl. 1. 2.
s Eccl. 1. 12.

Legis vocabulum imaginẽ designat apud Hebræos.

Liceat mihi subtiliùs vim Hebraici nominis perpendenti hoc ipsum totũ hìc apud Ieremiam per vnum id vocabulũ subindicatũ asserere. Cùm enim pro (*leges*) in Hebræo sit nomen חקות *hukoth,* quod est à verbo חקק *hakak* quod imaginẽ imprimere designat, vnde & legis, statutique appellatio, quia ea quædam sit vitæ impressa imago. Quis prohibet, ne idcirco eam vocem hìc vsurpatam dicamus, vt ad id alludatur Psalmi, quod dicitur, [t] *Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra cõturbatur.* Pertrãsire siquidem hominem in imagine, & hoc quoque non ineptè designat, quòd homo qui totus legi defixus esse deberet æternæ, vt per illius adhæsionẽ immotam, & finis compos esset vitæ æternæ, post peccatũ legi humanæ operam dare coactus, quã instar imaginis ab hominibus exhibitã accepit, vt finẽ attingeret temporalis, humanæque pacis, in

Legis ciuilis praxim exercentes dicuntur pertransire in imagine, & in vanitate.
t Psal. 38. 7.

in prædicta iugiter pertranſeat imagine, in eius legis praxi iugibus gradiens negotiis: vnde ſequitur, *& fruſtra conturbatur:* turbatur circa plurima, & fruſtra, inaniterque turbatur, quia & plurima illa propter quæ in imagine & praxi humanæ legis pertranſit, & de quibus vniuerſa ſunt illius negotia, inania, vanaque ſunt, vt ex Eccleſiaſte probatum eſt: & ipſa quoque mundi, & humana pax vana tandē res eſt, cùm mundi, hominis ſit, vt in præſenti ſæculo vanus eſt, & vanitas. Vnde & vt vanam à Chriſto Ieſu exiſtimatam exinde colligimus, quod in Euangelio di-
a Matth. 10. 34. xit. [a] *Non veni pacem mittere, ſed gladium, &* [b] *Pa-*
b Ioan. 14. 27. *cem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

15 *Iuris Ciuilis ſtudium non improbandū quia prohibitum Clericis, & praue à pleriſque exercetur illius praxis.*

Hæc pro iſtorum verborum, (*Iuxta vias Gentiū nolite diſcere, quia leges populorum vanæ, ſeu vanitas ſunt,*) moraliter dixerim pro Clericis & Religioſis, quibus iuris ciuilis ſtudium meritò interdictum oſtendi. Non tamen ex his inferendū, humanas leges, vel quæ in corpore iuris continentur, vel quæ municipalium ſunt, vel quæ à Principibus legitimè de nouo conduntur, aut prauas cenſendas, aut earum ſtudium, vſum, praximque omittendam. Abſit enim, vt quid ſimilium proferre auſim, cùm ſat mihi conſtet, illas pariter à Deo deriuatas, ideóque C. de præſcri. longi tēpo. §. fi. dictas *per ora Principum diuinitus promulgatas; & leges ſacratiſſimas* appellatas. de legibus l. leges ſacratiſſimæ. Et in Euangelio Dominus de humanis Scribarum, & Phariſæorum legibus verba
c Matth. 23. 2. faciens ait. [c] *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite: Secundum verò opera eorū nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.* In quibus ipſum humanarum legum vſum, & praxim ne dum commendatam, ſed & mandatam apparet; tametſi leges ipſæ graues ſint, tametſi & iudices praui: Neque quia vt plurimùm procuratores, & aduocati male eorum exercent praxim propterea ab iis addiſcendis, & ab illarum exercitio deterrendi ſunt ſæculares; ſicut nec deterrendi à militia iidem ſunt, vt à re mala, tametſi ea & Clericis prohibita ſit, & à ſæcularibus vt
d Prou. 8. 15. plurimùm id ſtudij praue exerceatur. [d] *Per me enim Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*, increata ait Sapientia. Et Ioannes in
e Luc. 3. 14. Euangelio [e] oſtendit, & militiam à militibus ſanctè poſſe exerceri, dummodo neminem concutiant, neque calumniam faciant, & ſuis contenti ſint ſtipendiis.

16 *Legum politicarum, & rationis ſtatus ſtudium fidelibus quibuſque interdictum ob rationes quatuor.*

Pro omnibus, & Clericis, & ſæcularibus vniuerſaliter ex hoc ipſo Ieremiæ loco id deduci poteſt morale, vt per ea quæ hîc dicuntur fideles quique à peſſimo, veréque gentilitio arceantur ſtudio, & praxi earum mundi legum, quas politicas appellamus, & rationis ſtatus, & illarum quas Italicè dicimus, *Caualleresche*, reuera diabolicarum potiùs quàm humanarum, rationes autē quibus ab eis deterremur, eæ ipſæ quatuor ſunt, multóque & veriùs, & propriùs, quæ mox expenſæ fuēre, quia leges ab vnitate diuinæ legis alienæ: quia populorum inſtabilium, & iugibus fluctuantium contentionibus: quia vanæ, vtpote à vanis hominibus, & (vt ita dicam) ventoſis, ac propriæ exiſtimationis vanâ inflatis opinione & inuentæ, & celebratæ, & aſſidua praxi propagatæ: Et quarto, quia ſunt ipſamet vanitas, quatenus totæ de punctis honoris ſunt, de proprio cu-

A iuſcumque particularis intereſſe, & de ſimilibus quæ vanitas ſunt, & in vanitatem reſoluuntur. Vnde de iuſto dicitur, [f] *Qui non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas*, & de conſultatione iſta- f Pſal. 39. 5.
rum vanitatis legum ait Dauid, [g] *Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerētibus non introibo. Odiui Eccleſiam malignantium.* g Pſal. 25. 4.

17 *De Prælato prauo à prauis electoribus malè electo.* Hug. Card.

(*Quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artificis in aſcia*) Hugo Cardinalis totum hunc locum ad Eccleſiaſticos in hunc refert modum, vt arbores infructuoſæ in ſaltu ſint Canonici in Capitulis, in quibus vix reperiatur vnus bonus. *Tūc de hoc, inquit, ſaltu præciditur lignum, quando de ta-*
B *li infructuoſa cōgregatione aliquis ad Prælaturam eligitur*, Iudic. 9. [h] *Ierunt ligna vt eligerent ſuper ſe re-* g Iudic. 9. 8.
gem: Verè enim Regem eligunt, non patrem, aut Prælatum: quia noſtri Prælati in omnibus ſe gerunt ac ſi domini, & reges eſſent. Iſai [i] 44. *Succidit Cedros, tu-* i Iſai 44. 14.
lit Ilicem, & Quercum quæ ſteterat inter ligna ſaltus, Iſtæ duæ arbores cibum portant beſtiis, & porcis vtilē. Vnde ſi quæreretur à porcis quem Regem vellent ſibi eligere, non eligerent niſi Quercum, vel Ilicem. Tales ſunt qui non eligunt aliquem, niſi quia ille benè eos paſcit. In eo quod dicitur, (Præcidit) notatur quod ta-
C *les quando electi ſunt peiores fiunt. Sicut calliditas, & doloſitas eos eligentium, ſignificatur in eo, (opus manus artificis,) Multi enim electi non ſunt niſi opere hominum, & non Dei voluntate. Quod additur. (In aſcia) indicat litigationem, in qua eliguntur.* Hæc Hugo, & ferè eadem Nicolaus de Lyra, & Dionyſius Carthuſianus in ſenſu morali.

18 *Prælati Eccleſiaſtici appellati paſtores, & ligna ſaltus, & idola.*

Et quidem quoad hoc quod de praua Prælatorum electione moraliter hîc agatur, cum illis conuenio, diſſentio tamen ab iiſdem in modo quo de ipſa agi putant electione, adeóque & in particularium quæ hîc indicantur eius electionis conditionum explicatione. Conue-
D nio in primo, quia & aliàs apud Zachariam Prophetam, populi paſtores ligna ſaltus, nec non & idola appellata reperio: Idola, ibi: [k] *ô* k Zach. 10. 17.
paſtor, & idolum derelinquens gregem: Ligna verò ſaltus, vbi cùm dictum eſſet, [l] *Vlula Abies,* l Zach. 10. 2.
quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt: Vlulate Quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus. Subiicitur illicò in eorum explicationem, *Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum.* Porrò per ſaltus metaphoram mundum ſignificatum crediderim, inſtar ſaltus præ condenſis arborum frondibus tene-
E bris offuſi: [m] *Erat*, inquit Ioannes, *Lux vera* m Ioan. 1. 9.
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: In mundo erat, & mundus eum non cognouit; & tenebræ eum non comprǣhenderunt. Mundanorum vanitates, & luxuriantes delitiarum frondes condenſum ita reddunt hunc mundi ſaltum, vt diuini ſolis radios illius tenebræ non comprǣhendant, vnde querelæ illæ *Mundus ſignificatus metaphorâ ſaltus, & Siluæ.*
in libro Sapientiæ, [n] *Et Sol intelligentiæ non ortus eſt nobis.* An non ſaltus ferarum habitaculum mundus tantis opertus tenebris? [o] *Poſui-* n Sap. 5. 6. o Pſal. 103. 20.
F *ſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ Siluæ*, ait Dauid. Quid enim ſunt mundani omnes, niſi variæ ferarum ſpecies, & beſtiæ Siluæ. Sed ob id in primis mundus dicendus eſt ſaltus, quia ſicut ſaltus & Siluæ totæ arboribus cōſitæ ſunt infructuoſis, quæ vel latiùs ſolummodo in folia luxuriant, vel in altū excelſæ fulminum probantur eſſe obiectū, quæve ſi quando quid ferunt fructus, porcorum is omnis eſt, ac beſtiarum, quæ demum, ſi ad quid hominibus deſeruituræ ſint, neceſſe eſt, vt præci

præcidantur. In eumdem modum & mundus, de quo Ioannes, [a] *Mundus in maligno totus positus est*, iis plenus est hominibus, qui in illo radices defixas habentes in externæ, apparentisque voluptatis frondes luxuriant; in superbiæ eleuantur celsitudinem; & nil fructus afferunt operum, quibus vel homines ratione vtentes, vel Angelos, Deúmque reficiant, sed glandes duntaxat, & siliquas è se emittunt pessimorum scelerum, exemplorum, & documentorum ad eorum cibum qui bestialem, porcorúmque in mundo ipso degunt vitam.

a 1. Ioan. 6. 19.

19 Cæterùm sicut lignorum saltus multiplex ad hominum commoda, quin & ad Dei quoque ministeria vsus est, si tamen ex ipso præcidantur saltu, idipsum & de mundanis dicendum est hominibus. Quid ergo hic arguitur per Ieremiam mali, cùm dicitur, *(Quia lignum de saltu præcidit opus, &c.)* Id quod frequenter in Ecclesia deplorandum fieri à Principibus & sæcularibus, & Ecclesiasticis solet; vt cùm de animarum pastore cuipiam pingui prouidendum est Ecclesiæ, è medio mundi quem sibi libuerit eligant virum mundanum, quoad Ecclesiastica Siluestrem, statimque ac illum è saltu præciderint factum clericum, absque vlla experientia ad prælaturam euehunt, vtinam non & vitiosum.

Principes eu-hunt in Episcopos frequẽter homines merè sæculares, & mundanos, quod maximè est deplorandum.

20 Contra quem perniciosissimi erroris abusum egregiè inuehitur Gregorius Papa lib. 7. Epistolarum epist. 110. quæ est ad Siagrium, Betherium, Virgilium, & Desiderium Episcopos, post dimidium, dicens, *Apta ædificationibus de Siluis ligna succiduntur, nec tamen adhuc virilibus ædificij pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccauerit, & apta ad necessarium vsum effecerit. Quæ obseruantia si fortè negligitur, citiùs super imposita mole franguntur: & gignit ruinam ad auxilium res prouisa.* (Et paulò superiùs) *Necesse est*, inquit, *vt quamuis inculpati quisque sit meriti: ante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officiis, videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat, vt postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonstrare. Diu religiosâ meditatione poliatur vt placeat, & sic lucerna super candelabrum posita luceat, vt aduersa ventorum vis irruens conceptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat: Nam cùm scriptum sit, vt prius quis probetur, & sic ministret, multò amplius ante probandus est qui populi intercessor assumitur, ne fiant causa ruinæ populi Sacerdotes mali. Ordinatè ergo ad ordines accedendum est: nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Et cùm* [b] *Apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum: manum non esse cuiquam citiùs imponendam, quid hoc celerius, quidve præcipitantius, quàm vt exoriatur à summitate principium, & ante esse incipiat Episcopus quàm Minister.* Hæc Gregorius.

Greg. PP. In Episcopos è mundo eligi sæculares quàm sit Ecclesiæ perniciosum.

g 1. Timot. 5. 22.

21 *(Opus artificis.)* Consonum id est communi illi locutionis formæ, quâ de talibus præexpositâ ratione ad Prælaturas Principum opera euectis dici consueuit, iste est creatura Principis talis; ille alterius Regis, Ducis & similium, qui & bene artifices in tali opere asseruntur, quandoquidem cùm eos quos elegerint Summo repræsentant Pontifici, nil omittunt artificij, quo expolitos ipsos repræsentent, probos, doctos, aptosque ad id quod exquiritur dignitatis. Vnde benè hîc apponitur instrumentum, quo in primis vtuntur, cùm adiicitur. *(In ascia)* Cùm etenim exploratum habeant, illico à Pontifice de præsentato obiiciendum, haud decere, vt qui de sæculo mox præcisus est, mundanisque adhuc respersus est inquinamentis, quique rerum Ecclesiasticarum inexpertus est, & diuinorum ignarus sapientiæ, tam citò in pastorali constituatur Cathedra. Hæc præuenientes; primò omni quâ possunt contentione omnem ab illo amouere obnituntur similium defectuum imperfectionem, omnémque excessum; artificio id probantes vel ex bono nomine quod eius esse dicunt, vel ex illius qualitatibus sat sibi expertis, vel etiam ex nuncupatorũ testium auctoritate. Ascia quippe ad hoc artifici inseruit, vt abscindendo, auferendoque opus è ligno perficiat, expoliatque. Nec est abs re quòd non dicitur simpliciter *(Opus artificis in ascia:)* sed, *(opus manus artificis in ascia.* Tria enim adhibent in tali repræsentatione; artificia verborum, ac rationum, excusationes, & diminutiones excessuum, ac imperfectionum, quæ, vt dictum est, aduersùs repræsentatum obiici possunt, & tertiò munera quibus multò meliùs quàm verborum ascia in promotorum mentibus prædictos ablatos exhibet excessus, vitiaque omnia quæ alioquin ab illis magnificabantur, idque designat manus metaphora, prout & supra. [c] *Sacerdotes applaudebant manibus.*

Principum modus descriptus, quo repræsentant Pontifici quos ad Episcopatus nuncupauerint è medio sæculi præcisos.

c Iere. 5. 31.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 5.

Vers. 4.] Argento & auro decorauit illud: clauis, & malleis compegit, vt non dissoluatur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Et [a] *quò aliquid habeat pulchritudinis, quâ intuentium alliciantur, fallantúrque oculi, præfulgido extrinsecus id decorant argento, & auro. Tantùm abest, vt quid illud habeat, exhibeatque roboris, vt operæ precium fuerit clauorum perforationibus, malleorúmque percussionibus ab ipso compingeretur fabro lignario, ne dissolutum decideret.*

a Argento & auro decorauit illud.
b Clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

Argento, *& auro*, &c.) Inter alia quibus idololatriæ studium apud Gentiles promoueri solitum erat, insignem simulacrorum, elaboratam speciem adnumerat libri Sapientiæ auctor, dicens, [c] *Prouexit autem ad horum culturam & hoc quod ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte suâ, vt similitudinem in melius figuraret.* Hoc illud est, quod & per argenti ac auri illinitionem ligneo simulacro adhibitam ab artifice intentum hoc loco significatur. Simulque ostenditur, quàm longè à vera pulchritudine, quâ præditus Deus est, falsi ij abessent dij, cùm externa opus haberent, quâ eorum turpitudo operiretur illinitione, & id quod speciei præ se ferrent, exiguum quid esset eorum externi.

1 Idololatria permota per artificum peritiam industriam in faciendis, ornãdisque idolis.
c Sap. 14. 18.

(Clauis, & malleis cõpegit, vt non dissoluatur.) Sicut id duntaxat exigui habent speciei quod ab artifice

2 Idola firmitatis robur habent à fabro.

artifice extrinſecus inditum eis ſit: Ita & cùm A in ſe nil habeant roboris, vt vel conſiſtere queant, id ſolummodo habent ſoliditatis, quod idem eis tribuerit artifex, & clauorum perforationibus, & malleorum percuſſionibus. Hebr. Quoad primam partẽ ſimili ferè ratione vertunt Pagn. & Regia. *(In clauis, & in malleis confortauerunt illa.)* Nec non & Vatablus, *(Clauis & malleis firmant illud.)* In ſecunda parte eſt verbum יפיק *iaphik*, quod diuerſimodè interpretatum hîc reperitur, Pagninus. *(Et non egredietur a loco ſuo.)* Regia, *(Et non prodibit)* Vatab. *(Ne vacillet)* Hebræi, *(Et non cadet.)* Non egredietur à ſua diſpoſitione, & non cadet, id exponit R. B Dauid in Comment. Quæ omnia aptè vnico Interpretis noſtri verbo, *(Vt non diſſoluatur)* exprimuntur. In verſione Sept. prima pars ita habètur, *(In malleis, & clauis firmauerunt ea.)* In ſecunda parte variant Codices: licet enim Complutenſis, & Regius ſimpliciter habeant, καὶ οὐ κινηθήσονται. *(Et non mouebuntur,)* Correctiores tamen Vaticanus, Aldinus, & alij legunt, θήσουσιν αὐτά, καὶ οὐ κινηθήσονται, *) collabunt ea, & non mouebuntur.)*

C *Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem 1. Verſ. 5.*

Verſ. 5.] In ſimilitudinem Palmæ fabricata ſunt, & non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent, nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec bene.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a In ſimilitudinem Palmæ fabricata ſunt.

IN [a] *indita ſibi apparenti extrinſecus pulchritudine, immobile perſiſtit, rectum, rigidumque, adeo vt rectè fabrefactum dicas in ſimilitudinẽ erectæ Palmæ, quæ & pulchram refert ſpeciem, & ita obdurata in ſua rectitudine eſt, & rigiditate ac immobilitate, vt nec à validiſſimis tantillum dimoueri queat ventis.* [b] *Quod ſi ex idolis aliquibus etiam ligneis reſponſa habeantur, non ipſa, ſed Dæmones in ipſis ſunt qui humanarum vocum, humanæq; locutionis ad idololatrarum deceptionem ſonos efformant. Ea certè cùm inanimata ſint; adeoque & immobilia, & inſenſibilia, loqui nullatenus queunt.* [c] *Quinimò ita immobilia ſunt, & inſtar arboris Palmæ rigida, vt ſi quando in pompam exhibenda ex vno in alium ſint locum, cum labore ab hominibus in humeros ſublata portentur neceſſe ſit: alioquin enim numquam incedẽt, quia nec pedem quidem mouere ad ambulandum poſſunt.* [d] *Quamobrem non eſt quod præ illorum metu quidpiam in eorum faciatis cultum, cùm profectò nihil exhibere valeant mali vel boni.*

b Et non loquentur.

c Portata tollẽtur, quia incedere non valent.

d Nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec bene.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

3 IN *ſimilitudinem Palmæ, &c.)* Quia diuerſimodè & allata Palmæ ſimilitudo, & vnius Hebraicæ vocis מקשה *mikſciah*, intellectus accipitur, ita vt vix certo definiri poſſit quid ſibi Dominus hac velit ſententiâ, dicam breuiter primò quid ipſe ſentiam: tum aliorum & expoſitiones referam noſtræ Vulgatæ, & verſiones ex Originalibus, Hebr. & Græc. Sept. quidque & earum vnaquæque habeat intellectus.

Senſus Auctoris.

Facilem, maximéque & antecedentibus congruũ lectionis noſtræ hunc crediderim eſſe ſenſum: vt cum mox dictum ſit, lignea idola ab artifice argento, auroque decorata clauis, malleiſq; compacta, & confirmata, ac conſolidata, ne diſſoluta è ſuo caderent loco: Nunc ſubdatur, illa vt inanimata in illa ſua externa pulchritudine, & immobilitate perſiſtere recta, rigidaque, adeo vt rectè fabricata videatur in ſimilitudinem erectæ Palmæ, quæ & pulchram refert ſpeciem, & ita obdurata in ſua eſt rectitudine, & rigiditate, ac immobilitate, vt nec vel a validiſſimis tantillum dimoueatur ventis. Rigiditatem autem iſtam in iiſdem idolis probat ex eo quòd nec loquantur, nec per ſe incedere queãt, tametſi portata ab hoB minibus, ſeu à iumentis tollantur. Et huic ſenſui fauere mihi videtur ex Hebr. quæ vt in ſimilitudinem adductæ Palmæ adiectum poſita eſt vox מקשה *mikſciah* à verbo קשה obdurare, & durum eſſe, vt vel duritiem, ſi ſubſtantiuè ſumatur, vel duram ſignificet, ſi accipiatur adiectiuè, ſicque ipſa Hebraica lectio vertatur, *(Sicut Palma duritiei, ſeu dura ipſa idola,)* ſc. ſunt ſeu fabricata ſunt. Ioannes Maldonatus Hebraicam ipſam vocem ſumens vt ſignificet æquabile, & rotundum, iuxta lectionem Hebræam quam ſic legit, *(In ſi-* C *militudinem Palmæ æquabilia ſunt, & rotunda,)* & quod in Vulgata dicitur ita exponit. *Palma arbor eſt rotunda, & teres, ei ergo comparat idola, q. d. Nihil aliud ſunt quàm ligna bene dolata. Aut cõparat Palmæ propter pulchritudinem q. d. Sicut Palma eſt pulcherrima, & comata, ita & idola pulchra quidem ſunt, ſed neque loqui poſſunt, neque incedere.*

Idola perſiſtere à ſe ipſis immobilia recta & rigida inſtar arboris Palmæ.

Maldonatus. *Idola aſſimilata Palmæ ob rotunditatem & pulchritudinem.*

Communiori tamen ſenſu non tam veræ Palmæ arbori quàm ei quæ artificis ope fabrefacta ſit, vel ex auro, argẽtóve opere ductili, vel pictæ, ſicut aſſerit Hugo Card. vt ſimilitudinis in eo ſita ſit vis, quòd ſicut Palma affabrè, pulchréque conſtructa nihil affert fructus, nihil emolumẽti: D ita idola fabrefacta artificum arte nihil habeant in ſe fructus, nil eximij præter quàm externum quid decoris, & pulchritudinis adiectæ. cùm neque loquantur, neque incedant. *Sunt*, dici inquit Petrus à Figueira, *ſeu ſtãt idola recta in morẽ Palmæ & leuia in morem ductilis auri. Et videtur cõparare idola Palmæ ductili, quæ quamuis pulchra ſit, tamen nullum fructum fert.* Et huic ſenſui conſona videtur Hebr. lectio ſi prædicta vox quæ vt adiectũ poſita eſt Palmæ, in ſignificatu accipiatur ductilis, prout frequenter ſumi ſolet & à noſtro interprete quomodo & hîc plerique accipiunt HeE bræorum, & Paraphraſtes Chaldæus legens, *(Opere ductili eriguntur.)* 4

Hug. Card. *Idola aſſimilata Palmæ ſculptæ, ſeu ductili, aut pictæ ex eo quòd nil præter externam pulchritudinẽ habeant.*

Figueira.

Quin & eidem ſenſui fauet verſio Sept. quamquam ea iuxta varios Codices & in hoc, & in tribus ſubſequẽtibus verſiculis ſit valde perplexa, iuxta Codices quippe Complutenſem ac Regium ita verſ. iſte habetur. *(Argentũ tornatile ſunt: non loquuntur, portata tollentur, quia non incedent. Ne timeas ea, quia non malè facient & bonum non eſt in eis.)* In Vaticano, Aldino, cæteriſque correctioribus ſic legitur, *Argentum tornatile eſt: non ibunt: argentũ productum è Tharſis: veniet aurum Mophaz* F *& manus artificum: opera artificum omnia: hyacintho, & purpurâ induent ea: portata tollentur, quia non conſcendent. Ne timeatis ea, quia non malè facient, & bonum non eſt in eis.)*

Quoad verſiones ex Hebræo quia multiplicis ſignificationis, vt iam tactum fuit, ea eſt vox מקשה *mikſciah*, ita vt & Hebræorum doctores vix ſcire videantur quid illa hîc ſignificet, æquale ne, an æqualitatem, an criſpitudinem, & perplexitatem, an verò planum, & ductile:

Ideo & recẽtiores interpretes in his Latinè reddendis varij sunt. Siquidem Pagninus vertit. (*Sicut Palma æqualis est*,) scilicet lignum & idolum æqualiter fabrefactum, de quo supra. Regia, (*Sicut Palma æquabilitatis ipsa*,) scilicet idola sunt. Vatab. (*Instar Palmæ rigent ipsa.*) In suis verò Annotationibus ait, Hebræa, *Æquabilitatis* vel *rectitudinis*,) id est, æquabilia & recta sunt idola, construuntur è lignis rectis, & æquabilibus, imitantur proceritate Palmam arborem. Isidorus Clarius, (*In similitudinem Palmæ*, quæ scilicet recta in altum succreuit flecti nescia: Sic imagines eorum stant erectæ in modum corporis humani.

5 *An de idolis dici potuerit quòd aliquãdo loquerentur.*

(*Et non loquentur.*) Si de idolis, & falsorum Deorum simulacris omnibus dicta hæc sint, prout asserendum est, Contrarium multiplicia in toto terrarum Orbe celeberrimáque Gentiũ oracula contestari visa sunt, in quibus simulacra Apollinis, aliorúmque Deorum confluentibus vndequaque qui postulata eis præbebant, responsa dabant; & Zacharias Propheta apertè illis locutionem tribuit in cap. 10. dicens,[a] *Quia simulacra locuta sunt inutile.* Ad hæc autem dicendum, Dominum hoc loco sermonem facere de locutione propriè sumpta, quæ ab animato solùm, & viuente homine, ex intrinseco principio mouente organicaque potentiâ vocem debito modo articulante proferri per viuentia potest organa. Quam certè nullâ ratione lignea emittere poterant, vel alterius materiæ simulacra, quibus nec vita erat, nec anima, nec vllus ab intrinseco motus. Quòd si Zacharias locuta ea asserit, id iuxta communem vulgi dixit opinionem, consentibus illa in oraculis Deorum suorum loqui. Cùm re verâ Dæmones essent qui istiusmodi in simulacris iis darent responsa, vt & hac ratione, sicut ait Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 24. Gentes magis deciperent, persuasas eas reddentes, vt Idola ipsa viuentia tenerent, animata, & diuinitatem habentia. At quemadmodum clamante homine intra domũ, clamare haud domum dicimus, sed hominem: & sicut qui domum loqui tunc diceret, impropriè id assereret. Pari ratione qui ait simulacra locuta, impropriè id dicit. Vnde ne vel ob id fortasse in hoc erraremus, quia illa simulacra hominis speciem referentia os locutionis organum habebant, in Psalmo 113. dictum est, *Os habent & non loquentur.* An verò cùm Dæmones intra simulacra, seu in simulacris responsa dabant, verè loqui dici deberent, dubitaret fortasse aliquis, quandoquidem certum esset, illos nequaquam per organa loqui locutionis: & certum quoque esset, vbique & ab omnibus locutos eos dici. Ex doctrina tamen S. Thomæ 1. p. q. 51. art. 3. ad 4. patet, voces quas illi proferebant, haud prolatas ab iis per assumpta corpora, & organa; sed formatione solummodo sonorum in aëre similium vocibus humanis, adeoque dicendas aliquid simile locutioni, non autem locutionem propriè. Sicut si quis hominum digitorum ope in musico organo aliquo sonum emitti faceret humanis verborum vocibus similem.

a Zach. 10. 2. *Locutio cui propriè competat.*

August.

b Psal. 113. 13 *Dæmones quomodo locuti in idolis.*

D. Thom.

6 *Idolorũ impotentia.*

(*Portata tollentur, quia incedere non valent.*) Hebr. (*Portata portabuntur, quia non incedunt*,) q. d. Adeo rigida, & immobilia sunt, vt si aliquando in pompam exhibenda ex vno in alium sint locum, operæprecium sit, vt cùm labore ab hominibus portentur, alioquin enim non incedent

A vnquam, quia nec pedem quidem mouere ad ambulandum possunt,[b] *Pedes habent, & non ambulabunt*, ait Dauid. Ac si dicat, Quomodo igitur ad hominibus opẽ ferendum accurrent. Ideo subditur. (*Nolite ergo timere ea quia nec malè possunt facere nec bene.*) Hebr. (*Quia non malefacient, & etiam benefacere non eis, seu.* vt Pagninus, *& benefaciendi non est in eo facultas*, aut vt Vatab. *Quin & benefacere eorum non est.*) Ad eorum confusionem, qui colenda ea dicebant, vt bene facerent, prout Trismegistum apud Gentes sapientissimum asseruisse, inquit Augustinus lib. 8. de

b Psal. 113. 15.

B Ciuit. Dei cap. 23. Quique propter eorumdem metum, ne sibi mali quidpiam contingeret eò insipientiæ deuenêre, vt & febrim vti Deam coluerint, vt idem asserit Augustinus lib. de Ciuit. cap. 12. Audi quàm bellè apud Isaiam de his omnibus eadem illudantur.[c] *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos: bene quoque aut malè si potestis facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est.*

August.

c Isai. 41. 24.

C *Vers.* 4.] Argento & auro, &c.

Vers. 5.] In similitudinem Palmæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

VT præexpositam sæcularis, & mundani præsentationem ratam (vt dictum est) faciant à Pontifice, atque à promotoribus: Principes iidem id insuper addunt, vt & dignissimum talis Episcopatus, & alterius dignitatis esse asseuerent, decorum illum perhibentes, & pura instar argenti vitæ innocentiæ, & insigni charitate, ac sapientiâ, quæ spirituale sunt aurum. Atque his omnibus rationibus quasi clauis, ac malleis fortiter compactum lignum, Et, vt verius dicam, ligneum idolum quod non dissoluatur stabilem, firmúmque illum efficiunt Episcopum, ratam & confirmatam eius reddentes præsentationem, vtinã non & electionem. Hocque id est quod ea significant quæ subiiciuntur. 7

D

(*Clauis, & malleis compegit, vt non dissoluatur.*)

E Quanquam non absurdè in toto hoc vers. 4. id designetur, quod plerúmque talium electionum indebitæ confirmationis est causa potissima, simoniacæ nimirum largitionis argentum, & aurum: quibus omnia in electo redduntur decora.

8 Vers. 5.

In similitudinem Palmæ, &c.) Prosequitur idem argumentum Propheta de electionibus mundanorum hominum ad Ecclesiasticas Prælaturas, quæ maximo cũ Ecclesiæ detrimento fieri & videmus, & dolemus. Explicauit in præcedẽtibus, quòd illos vti ligna è saltu præciderunt Princi-

F pes, polierunt, & decorauerunt, vt factam à se illorum electionem & confirmatam à promotoribus, & à Põtifice roboratam redderent. Vtinã autem vel præcisa istiusmodi ligna mũdi saltus in id adaptata essent operis, vt Ecclesiarum quibus præficiũtur fulcirent domos, quod est præcipuum Episcoporum munus, ita vt propterea de eorum quibusdam Catholica cum sponso suo loquens glorietur Ecclesia.[a] *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cipressina.* At ô rem deplorandam, erigunt illos in idola, quibus vide

Prælati à sæculo assumpti in Episcopos à Principibus. Erecti dicuntur ab illis in idola.

a Cant. 1. 17.

videlicet tamquam diis à populo honos habeatur, cùm nil re vera in iis exiſtat Epiſcopale, & boni paſtoris, præterquàm externum Epiſcopi ſimulacrum, & externa paſtoris imago, cùm alioquin iuxta Petri dictum,[a] *forma facti* eſſe deberent *gregis*, non extrinſecus tantùm, velut in ligneo ſimulacro apparens, Sed, *ex animo*, è quo opera proueniunt, quæ veri Epiſcopi ſunt, veríque paſtoris. Cùm Epiſcopum ita in populo eminère oporteat, vt inſtar Palmæ & per iuſtitiam floreat; & oneribus multiplicium non cedat functionum, ac perſecutionum; Et fructus proferat doctrinæ, quibus ſubiectum reficiat populum, & tamquam ſolis hieroglyphicum ſic luceat [c] lux eius coram hominibus, vt videant eius opera, Deumque glorificent.

a 1.Pet.5.3.

Prælati eminere in populo debent, & eſſe inſtar Palmæ.

c Mat 5.16.

Prælati iſti ſicut bonorum Epiſcoporum à Principibus qui eos euexerunt, fabricati ſunt ſimulacra, ita & in ſimilitudinem fabricati dicuntur Palmæ, vt videlicet in populo excelſiores & glorioſi, & vitæ iuſtitiam extrinſecus quidem præ ſe ferrent, & doctrinæ fructus, & indefeſſa bonorum operum ſtudia, & inflexibilitatem polliceri viderentur in iis quæ iuxta officium ſuum ſibi agenda eſſent. Cùm tamen nihil iſtorum eſſent præſtituri. Vnde ſubditur.

9 (*Et non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent.*) Quid fructus ab iis expectes doctrinæ: neque ex ſcientia, neque ex experientia quod loquantur habent. Quid viſitationis, & vigilantiæ ab illis exquiras itinera, & munia? Qui vt primùm Epiſcopalem occuparunt cathedram excuſationes prætendunt, quòd nequeant iter habere: tantúmque id efficiunt motus quãtùm in curribus inſtar ligneorum truncorum portati deferuntur. Neque expectandum ab iis, vt Principibus qui ipſos fabricati ſunt, vel verbis, vel greſſibus obſiſtatur, cùm ij quidpiam contra Eccleſiaſticam moliuntur libertatem, aut aliud quid admittunt praui. Nam (*non loquentur*) [c] *canes muti* iuxta Iſaiæ vaticinium, *non valentes latrare*, Infœlices nec quidquam motus, nec quidpiam aggredi poſſunt vel itineris, vel operis, niſi quantùm à Principibus ipſis, qui & Eccleſiaſticarum rerum, ac negociorum adminiſtratores eſſe volunt, portati tolluntur, & quocúmque eis libuerit, deferuntur. Quapropter bene adiicitur.

Prælati à Principibus è ſæculo aſſumptis quàm malè ſe gerãt in officio ſuo.

c Iſai.56.10.

10 (*Nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere nec bene.*) Quid enim ex intrinſeco faciant Epiſcopalis vigoris principio, quibus vix quidquam Epiſcopalis relictum eſt præterquàm vt ſint veluti lignea Epiſcopi ſimulacra, veluti idola, & à Principibus ipſis in veneratione extrinſecus habiti ob hoc ipſum, vt Eccleſiaſticam bene, vel malè faciendi auctoritatem ſibimet vindicatam conſeruent. Vtinam autem penitus nec loquerentur, nec incederent, nec malè facerent. Contingit enim plerúmque, vt ſicut antiquitùs in Gentium idolis loquebantur Dæmones, emittebanturque oracula, quibus deciperentur populi; ita ex talium Epiſcoporum ore ſua Principes praua confirment ſtudia, & falſa quæ tuentur loquantur dogmata, quò faciliùs veluti Epiſcopalibus oraculis ſeducant populos, cuius tragœdiæ plena ſunt & veterum, & recentiorum temporum monumenta. Et continuus eorumdem Epiſcoporum in Principum curiam egreſſus obſeruatur magno cum plebis ſcandalo, & regreſſus: Currunt in venationibus, velocéſque ſunt pedes eorum vt multipli- A cia perpetrent ſcelera. Quis verò id explicet, quantùm malè ſubditis faciant, vel per id vnum, quòd ab eis non timentur, (*quia nec malè poſſunt facere: nec bene,*) [c] *Nemo te contemnat*, ait Paulus ad Titum Epiſcopum, vbi Hieronymus vim verbi Græci περιφρονείν, eam eſſe aſſerit, Nemo te deſpiciat quaſi infra ſe poſitum. Ac ſi dixerit, auctoritatem tuam, oſtende, & exerce poteſtatem tuam, ne quis te deſpicere audeat quaſi ipſo inferiorem. Norat enim Apoſtolus quantum exinde prouenire potuerit mali, ſi Epiſcopi contemptui haberetur auctoritas. B

Prælatorum à ſe aſſũptorum è ſæculo Principes ſibi vſurpãt auctoritatẽ omnem.

Prælati è ſæculo aſſumpti à Principibus quantũ damni inferant populis.

Epiſcopus quãtùm ſubditis inferat mali, cùm contemnitur ſine auctoritate, quam Principes ſæculares ſibi vſurparunt.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Quia leges populorum, &c.

Verſ. 4.] Argento & auro, &c.

Verſ. 5.] In ſimilitudinem, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Ὅτι τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν μάταια, ξύλον ἐστὶν ἐκ τοῦ δρυμοῦ ἐκκεκομμένον, ἔργον τέκτονος, καὶ χώνευμα. C

4. Ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ κεκαλλωπισμένα, ἐν σφύραις, καὶ ἥλοις ἐστερέωσαν αὐτά, καὶ οὐ κινηθήσονται.

Verſ. 3.] Quia legitima Gẽtium vana ſunt, lignum eſt de ſaltu præciſum, opus artificis, & conflatio.

Verſ. 4.) Argento & auro decorata: in malleis, & clauis firmauerunt illas, collocabunt ea, & non mouebuntur. D

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. Verſ. 3. *Quia decreta populorum vana ſunt, quia lignum de ſilua præciditur ei: opus manuum fabri lignarij in aſcia.* Verſ. 4. *Argento, & auro cooperit illud, clauis, & malleis corroborat illud, vt non inclinetur.* Verſ. 5. *Opere ductili eriguntur ea, & non loquentur, portando portantur, quia non habent ſpiritum ad ambulandum. Ne timeatis ab eis, quia non malefaciunt, nec ſciunt benefacere.* E

Verſ. 3. 4. & 5. (*Quia leges populorum*, &c.) Hieronymus. *Quod ait (Leges, ſiue legitima populorum vana ſunt) omnem humanam ſapientiam futilem eſſe demonſtrat, & nullam in ſe habere vtilitatem.*

Hieron. *Sapientia humana vanitas.*

(*Quia lignum de ſaltu præcidit*, &c.) *Deſcriptio idolorum, quæ venerantur Gentes (lignum inquit, de ſaltu præcidit.) Materia ergo idolorum vilis, atque corruptibilis: (Opus manuum artificis.) cùm artifex mortalis ſit, mortalia ergo & illa quæ fabricatur. (Argento & auro decorauit illud) vt fulgore vtriuſque materiæ decipiat ſimplices, Qui quidem error ad nos vſque tranſiuit, vt religionem in diuitiis arbitremur. (Clauis, & malleis cõpegit, vt non diſſoluatur, ſiue, vt non moueatur.) Quanta idolorum potentia, quæ ſtare per ſe nequeunt, niſi clauis, & malleis compingantur? In ſimilitudinem Palmæ fabricata) habent pulchritudinem metallorum, & picturæ arte decorata ſunt: ſed vtilitatem non poſſident quã præbeant aliquos fructus artifici. (Et non loquentur.) Nihil enim in ſe vitale habent. De quibus ſcriptum eſt, Os [a] habent, & non* F

Idolorũ Gentiũ deſcriptio.

a Pſ.113.13.

loquentur : aures habent , & non audient. (Portata tollentur) fortior ille qui portat , quàm illa quæ portantur , imò in illo sensus est , in hoc figura sine sensu. (Nolite ergo timere ea , quia nec benè facere possunt, nec malè,) Solent enim plerique Gentilium dæmones colere ne noceant , & alios exorare , vt præstent beneficia. Vnde illud Virgilianum est. Nigram hyemi pecudem : Zephyris felicibus albam. Quicquid de idolis diximus ad omnia dogmata , quæ sunt contraria veritati referri potest. Et ipsi enim ingentia pollicentur & simulacrum vani cultus de suo corde confingunt. Iactant grandia , & ad decipiendos simplices quosque, quasi aureis sensibus, & eloquiis argenti splendore fulgentibus , imperitorum obstringunt aciem , & à suis inuentoribus sublimantur : in quibus nulla est vtilitas, & quorum cultura propriè gentium est, & eorum qui ignorant Deum.

Dogmata falsa similia idolis Gentiū.

Theodorit.

Theodoritus. *Perstringit etiam idolorum structuram , & ait illa ex ligno construi , ac subsidio egêre, clauis & aliis instrumentis, necnon artificio , & deinceps manibus stabilientibus.*

D. Thomas. *Idolorum vanitas descripta.*

D. Thomas. *Proponit idolorum vanitatem (leges populorum) quibus ad idololatriam se obligant, (Vana) quia inutiles , & sine veritate diuinæ scientiæ. Sap. 13.* [a] *Vani sunt omnes homines , in quibus non subest scientia Dei, & hanc vanitatem probat ex substantiæ vilitate quantum ad materiam. (Quia lignum :) quantum ad causam efficientem principalem (opus manus) & instrumentalem, (in ascia) Quantum ad formam decoris (argento) Baruch* [b] *vltimo. Ligna eorum polita à fabro , ipsa etiam inaurata , & inargentata : falsa sunt, & non possunt loqui. Et compositionis , (clauis, & malleis) Isai. 41.* [c] *Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis , dicens glutino bonum est , & confortauit eũ clauis, vt non moueretur. Probat etiam ex operis infirmitate , quia non habent operationem sensitiuam , nec intellectiuam , (In similitudinem Palmæ,) quæ neque intelligit quamuis decora sit, (Et non loquentur,) quãtum ad actum rationis (portata) scil. ab aliis quantum ad operationem sensitiuæ animæ. Concludit demũ intentum, (Nolite ergo timere,) Quædam enim celebrantur vt benefacerent , quædam ne malè, Isai.* [d] *41. Bene quoque aut malè si potestis facite: & loquemur, & videamus simul.*

a Sap. 13. 10.
b Baruc. 6. 7.
c Isai. 41. 7.
d Isai. 41. 23.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν μάταια.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὰ ἔθνη || σέβεσθε, λέγω μὴ σέβεσθε; ἀλλ' ἐπειδὴ μάταια ἐστὶ νόμιμα ἐνταῦθα τὴν θρησκείαν φησίν. [Ξύλον ἐστὶν ἐκ τοῦ δρυμοῦ.]

|| ἴσ. σέβεται.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου.] ἐννόησον αὐτοῦ τὴν ἐπιείκειαν. μὴ τὴν ὄψιν θεάσῃ, ἐπὶ τὴν ὕλην ἐλθὲ , τὸ ἄμορφον ἐκείνης λόγισαι. ξύλον || ἔνθα πολλάκις ἐκ τοῦ δρυμοῦ , οὐδὲ καρποφόρον ἀλλ' ἄκαρπον. πρὸς καῦσιν ἐπιτήδειον. οὐδὲ ζῶν , καὶ αὐξανόμενον , ἀλλὰ νεκρὸν ἐκτμηθέν.

|| ἴσ. ἐλθὸν.

[Ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ κεκαλλωπισμένα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλὰ χρυσὸν ἔξωθεν περίκειται πάλιν ἡ γῆ, πάλιν ἀνθρωπίνη τέχνη.

Ἐν σφύραις , καὶ ἥλοις ἐστερέωσαν αὐτά.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀλλ' ἕστηκεν. ἀλλὰ τοῦτο ἐλάττωμα, οὐ γὰρ οἴκοθεν ἔχει τὴν στάσιν , ὅθεν οὐδὲ μεταβαίνειν δύναται. τί βούλονται οἱ ἧλοι ; τίς ἑαυτῷ κατασκευάζει θεόν ; ὅταν ἴδῃς ἑστῶς , ἐννόησον τοὺς κατέχοντας ἥλους , οὓς ἂν ἀφέλῃς , ἐπὶ πρόσωπον πεσεῖται. ὅταν ἴδῃς λαμπρὸν τῷ χρυσῷ, ἐννόησον τοὺς χωνεύσαντας , ὅταν ἴδῃς περιβεβλημένον , ἐννόησον τὸ ξύλον τὸ γυμνὸν , ὡς οὐδὲν οἴκοθεν ἔχει, οὐδὲ φυσικὸν κάλλος. ὅταν ἴδῃς φερόμενον , ἐννόησον ὅτι ἀσθενείας ἐστί.

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] δικαίως δείκνυσιν αὐτοὺς ἀπεικασθέντας τοῖς ἔθνεσιν , ὅτι καὶ τὰ ἐκείνων ἐζήλουν , σημεῖα οὐρανοῦ φυλαττόμενοι. εἴη δ' ἂν ἀστρολογία , καὶ ἀστροσκοπία , εἰ δὲ καὶ τὸν ἀέρα λέγομεν, οὐρανὸν, καὶ οἰωνοσκοπία, πρὸς ἃ τοῖς προσώποις ἀνανεύουσιν ἐκπληττόμενοι. τὸ δὲ ἐν τοῖς εἰδώλοις διαβάλλει σαθρὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, ὅτι φθαρτή. ἀπὸ τοῦ τεχνίτου , ὅτι θνητὸς , ἀπὸ τοῦ πάσης ἐστερεῖσθαι ζωῆς , καὶ κινήσεως. τοιγαροῦν ἀνενέργητα καλῶν ἐστι καὶ κακῶν. οὐδὲ τοὺς ἐν αὐτοῖς δὲ δαίμονας

Vers. 3. QVIA legitima gentiũ vana sunt.)

3 Chrysost. *Leges nomine significata religio.*

Chrysostomi.] *Num quia gentes colunt, idcirco dico ne colatis? sed quia vana sunt. Per legem hîc religionem intelligit.*

(*Lignum est de saltu præcisum.*)

S. Ioannes. *Idolorum vanitas , & vilitas ex materia.*

Sancti Ioannis.] *Considera æquitatẽ ipsius, ne inspicias quod apparet , accede ad materiem, vide, informémque illius specularé naturam ; lignum multoties è nemore importatum non fructuosum ; aptum igni ad comburendum, non viuens, non crescens , sed mortuum excisum.*

Vers. 4. (*Argento & auro decorata.*)

4 Chrysost. *In id. hu mana industria spectabitur.*

Chrysostomi.] *Sed rursus auro deforis terra circumuestitur, rursus humanæ industriæ opus.*

(*In malleis & clauis firmauerunt illa, &c.*)

Idolorum infirmitas.

Eiusdem.] *At dices, stat; & hoc imbecillitas: non enim quòd stet ex se habet; quare nec deambulare valet. Quid sibi volunt claui illi? Quis sibi Deum construit? Cùm videris stans , clauos illum sustinentes considera , quos si abstuleris, pronum cadet , tùm videris auro nitens, subueniant tibi qui conflarint: cùm vestibus circumdatum, lignum considera nudum ex se nihil habens, nec inditam à natura pulchritudinẽ, cùm ferri illud videris, tum animo tuo cogita, hoc esse imbecillitatis.*

5 Incertus. *Iudæi facti similes Gentibus. Idolorũ vanitas, & vilitas probata ex eorũ materia.*

|| Incerti.] *Iure eos similes gentibus effectos ostendit; cùm & mores eorum æmularentur, signa cæli obseruantes, quod est astrorum notitia, & obseruatio, si verò & aërem cælum vocemus, addito & auguria , ad quæ conuertunt faciem admiratione commoti : porrò vt inane quid & futile repræhendit idola à materia , quòd corruptioni obnoxia, quòd ab artifice; quòd mortalis, ex eo quòd omnis vita, omnis motus in illis desideretur. Nihil igitur aut boni, aut mali agere possũt, nec quisquam*

μονας φοβεῖται τις τῷ Θεῷ τεθαῤῥηκώς. ἀπὸ γὰρ τῶν εἰκόνων, ἡ τῶν πρωτοτύπων γνωρίζεται φύσις. ἦν γὰρ ἄν τις, καὶ τῶν εἰκόνων δύναμις, εἴπερ ἦσαν θεῶν. ὅπου καὶ τῶν βασιλέων αἱ εἰκόνες ἰσχύουσι διὰ τῆς προσούσης τιμῆς, ἐφ' ὧν ἔξωθεν ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν τὸ κράτος. ||

A *quam eos qui in illis habitant Dæmones timet, dum Deo fidat. Ex imaginibus enim Prototyporum natura cognoscitur. Etenim esset & in ipsis imaginibus virtus quædam, si Deorum essent imagines, cùm & regũ imagines vim habeant ob honorem qui præstatur; in quibus externum non ex ipsa natura inest robur.* ||

Ex imaginibus cognoscitur natura prototyporũ.

Vers. 6.] Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum B in fortitudine.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Non est similis tui Domine.

b Magnus es tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine.

NON [a] *erubescunt nihilominus plerique hominum istiusmodi simulacra tibi Domine assimilare, & præferre. At nec similem tui quemquam reperire est Deorum, cùm non sit alius Deus præter te.* [b] *Tu magnus solus non corporeâ quantitate, sed magnitudine perfectionis; sed magnitudine potentiæ, & prouidentiæ; sed magnitudine laudabilitatis; magnum nomen tuum, & laudabile nimis, magnificentiâ fortium operum tuorum. Celebrantes potentiam tuam, tuam sanè celebrant magnitudinem, quæ magni est nominis in fortitudine.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

1 NON *est similis tui Domine.*) Conuertit se ad Dominum Propheta, ex occasione præexpositæ falsorum Deorum idolorúmque impotentiæ, illius è vestigio celebrans diuinam potentiam. Imitatus Vatem D regium qui & ipse in eadem ferè prorumpens Psalmo 85. dixit, [c] *Non est similis tui in diis Domine, & non est secundùm opera tua:* Cui tamen optimè erat exploratum, non modò similem ei reperiri in diis non posse quoad potentiam in operibus, sed nec esse alium Deum aliquem præter ipsum, vnde aliàs dixerat, [d] *Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?* Et quidem hoc ipsum est, quod & Ieremias hìc asserit iuxta lectionem Hebraicam, in qua sic habetur. (*Non sicut tu Domine,*) seu, vt vertit Pagninus, (*Non est sicut tu Domine,*) & Vatabl. (*Re verâ ô Domine non est sicut tu,*) Iuxta nostram E Vulgatam, cui consona est, & versio Sept. in Codicibus Complutensi, & Regio, quamuis correctiores Codices, Vaticanus & alij nihil istius habeant versiculi, Deorum subintelligendum est nomen cui adiectum competat similis, cùm singularis fortitudinis Deus laudatur, vt idololatrarum impudens retundatur peruersitas, qui fortes Dæmonum simulacra Deósque appellabant, ita vt propterea in eorum exprobrationẽ Moyses cecinerit, [e] *Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui.* Et iisdem Deum qui vnus est, assimilabant, pro vt is ea de re conquerens F apud Isaiam contestatus est dicens. [f] *Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem? Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis conducentes aurificem, vt faciat Deum, & procidunt, & adorant. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebitur, sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos.*

c Psal. 85. 8.

d Psa. 17. 32.

e Exod. 15. 11.

f Isai. 46. 5.

2 (*Magnus es tu.*) De Dei magnitudine agens Sophar in lib. Iob eamdémque extollens quoad omnes quantitatis dimensiones, laudem tandem vniuersam non tam in illius confert magnitudinem quantitatis, quàm immensam esse sat norat, quam magnitudinem potentiæ, prouidentiæ, & sapientiæ, [g] *Excelsior,* inquit, *cælo est,* vtpote qui iuxta Amos Prophetæ sententiam, [h] *Ædificat in cælo ascensionem suam,* sedem nimirum suam super cælos eleuans: super quam sedens manifestum faciat quàm ipsis excelsior sit cælis, Et, vt nossemus non de corporea se agere celsitudine, quæ in Deo nulla est, sed de altissima illius prouidentia, & potentia quæ intra terminos C vniuersi Orbis circumscribi nequit, bene adiecit, *& quid facies?* quò scilicet eam queas attingere. Sicut & de eiusdem profunditate subdit, *profundior inferno, & vnde cognosces?* & de longitudine latitudinéque, *Longior terrâ mensura,* id est, dimensio *eius, & latior mari.* Ita vt propterea horum conscius Dauid in illa aliquando ad Deum ipsum proruperit verba, [i] *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo,* vt instar diluculi vniuersam aëris latitudinem volitem in instanti: *Et habitauero in extremis maris,* totâ illius longitudine peragratâ. Quid tum? Magnitudinem cogor celebrem potentiæ & prouidentiæ inquit tuæ; *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.*

Dei magnitudo qualis & quanta.

g Iob. 11. 8.

h Amos 9. 6.

i Psal. 138. 8.

3 Cæterùm quia quod magnitudine aliquâ eximium est, id eo ipso quòd magnum prædicatur, magnificari dicitur, magnique & nominis celebratur: Hinc factum, vt cùm magnum Deum in Scripturis plerique appellant Sanctorum, laude summâ dignissimum eum significare velint, magnique & laudabilis eum celebrare intendant nominis. Prout hoc loco patefacit Ieremias dum dicens, (*Magnus es tu*) vt intelligeremus quid uoce intendat magni, adiecit.

Magnum pro laudabili.

(*Et magnum nomen tuum.*) Ad nomen quippe potissimùm laudabilis spectat fama, eiusdemque celebritas, præsertim in Deo, cuius nomen ipsa est eius essentia. Quorum egregiam explicationem in Psalmo 144. aduertere est: vbi laudes in Deum collaturus Dauid, nomen certè illius celebraturum se ait, laudem autem hanc quam verbis prosequi nemo potest, in magnitudine illius constituit, & in inexplicabili eius laudabilitate. [k] *Exaltabo,* inquit, *te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in sæculum & in sæculum sæculi,* replicatque idipsum. *Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in sæculum & in sæculum sæculi,* Quænam verò ista est Dei: illiusque nominis laus? audi: [l] *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis:* laudabilis nimis, quia magnitudinis eius non est finis: Magnus in infinita magnitudine laudis, quâ illius nomen magnum est, & laudabile, & gloriosum in sæcula.

Cùm Deus laudatur magnificatur illius nomen.

k Psa. 144. 1.

l Psa. 144. 3.

(*In fortitudine*) autem adeo magnum, & laudabile Dei nomen, ait Ieremias, id est, ob fortia quæ

Laudatur à nobis Deus magnitudinis cùm celebratur illius potentia elucēs in operibus ipsius. quæ per suam Deus egit potentiam. Quod clarius post præallata expressit Dauid subiiciens, *Generatio, & generatio laudabit opera tua, potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabūt. Et virtutem terribilium tuorum dicent. Et magnitudinem tuam narrabunt.* q.d. celebrantes potentiam tuam, operúmque tuorum fortitudinem, tuam profectò celebrabunt & magnitudinem, quæ magni est nominis tui in fortitudine. Vt vel ex hoc confusionem referre debeat qui idolo eum audeant assimilare, quod propterea non timendum à quoquam dictum est, quia nec benefacere potest, nec malefacere.

Vide Appendicem Patrum post expositionem Literalem & Moralem, Vers 10.

Vers. 7.] Quis non timebit te, ô Rex gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regnis eorum non est similis tui.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quis non timebit te ô Rex Gētium. b Tuum est enim decus, (seu tibi venit, aut conuenit.)

IDOLA [a] *metuenda non sunt, quia nihil in se habent virium, nihil potestatis, nihil dominij: Te Regem Gentium vniuersarum timeant necesse est omnes, & venerentur:* [b] *Tuum iure omni & regnū est, & regia maiestas, atque potestas, qualia Regem decent totius terrarum Orbis. Tibi conuenit quicquid est honoris, gloriæ, maiestatis, & magnificentiæ. Regem esse gentium tibi venit, tibi soli debetur, & non alij: Tua nedum potentia, sed & sapientia præ omnibus eximia.* [c] *Ita vt non solùm inter falsos Deos qui non sunt, non sit qui similis sit tibi: sed nec inter homines qui & sunt, & regna obtinent, & præditi sunt sapientiâ.*

c Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

4 *Deus metuēdus ab omnibus vt omnium Rex.*

QVIS *non timebit te,* &c.) Factâ mentione magnitudinis, & fortitudinis Dei, in antithesim exiguitatis, vilitatis, & imbecillitatis idolorum, meritò infert Propheta, ab omnibus eum nedum Iudæis, sed & Gentilibus metuendum, Metuendum inquam vt vniuersæ terræ Regem, cui nemo sit hominum, vel Sapientum, vel potentium qui valeat comparari, facilem igitur Vulgatæ nostræ in his hunc coniicio esse sensum. Cùm dicitur, *(Tuum est decus)* decoris nomine regiam significatam arbitror maiestatem, & fortitudinem: quod ex eo colligo Psalmi 92. quo dicitur. [d] *Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Regem quippe se exhibens vniuersarum Gentium, regiam sibi vt proprium indumentum inesse patefacit Deus maiestatem, qualem certè se decet; si quæras quid ea tandem sit maiestas, quid decus: ipsa est illius fortitudo, quam in ipsius elucentem operibus, æquum est vt timeant omnes.

Regnum Dei eiusque maiestas cur appellata decus.

d Psal. 92. 1.

Dei regnum, & fortitudo iunctam habent sapientiam summā.

Quia verò Dei regnum, regiaque maiestas, ac fortitudo perfectissima sunt, eius nimirum perfectionis qualem & Deum, & talem Regem decet, rectè & decus appellata ea sunt, & quo summam quoque sapientiam qualem exposcunt quæ vsquequaque decentia sunt, adnexam illis intelligeremus, rectè adiectum hîc est, *(Inter* A *cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.)* Quæ iis sunt consona, quibus Eliu in lib. Iob aiebat, [e] *Ecce Deus excelsus,* scil. Rex super omnes Reges *in fortitudine sua,* quæ illius regium est decus, *& nullus ei similis in Legislatoribus,* seu ex Hebr. *inter Doctores,* qui scilicet sapientiam inter Gentes profitentes, & leges illis condunt, & ipsam eos docent sapientiam.

e Iob 36. 22.

Bene autem Ieremias noster, & opportunè postquam in præcedenti versu dixerat, *Non est similis tui Domine,* omnem reiiciens idolorum, 5
B falsorúmque Deorum ad verum Deum similitudinem, in vers. præsenti comparationem, assimilationémque reprobat vniuersam, quam quo quomodo rationalibus ad eumdem Deum habere videntur hominum ij, qui & sapientia inter Gentes præditi sunt, & potentia, quorum plerosque propter sapientiam, regiamque potentiam ipsam suam in Deos à populis relatos narrant historiæ. Ponderandum est autem relatiuū *(eorum,)* Neque enim dicitur, *(Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum)* scil. Gentium sed *(& in vniuersis regnis eorum)* sc. sapientum nullus est similis tui, per hoc quippe
C alluditur ad antiquum multarum Gentium morem. Secundùm quem nullus erat qui regnum obtinere posset, qui sapientiâ non esset apprimè instructus, vt de Persis asserit Tullius lib. 1. de Diuinat. & lib. 5. de finibus, neminem in Regem assumi solitum, qui Magorum imbutus non esset disciplinis.

Reges nō fiebāt nisi essent sapientes.

Si iuxta optimam illam sacræ Scripturæ exponendæ rationem prosequamur, quâ scriptura ex scriptura interpretatur, ex cap. 15. libri Apocalypsis alterum eorum quæ hîc dicuntur colligere est sensum, vt spiritu prophetico prædicta 6
D in his sint à Ieremia, quæ futuris temporibus euentura essent quoad veri Dei glorificationem, etiam à Gentilibus in vniuerso terrarum Orbe illi exhibendam. Siquidem quasi in eorum quæ hîc dicuntur commentum ab iis qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, hæc habentur. [f] *Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens:* quæ iis consona sunt, quæ Ieremias in præcedenti versu dicebat, *(Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine,) Iustæ & veræ sunt viæ tuæ Rex sæculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius*
E *es.* Quod hîc dicitur, *(Tuum est decus,) Quoniam omnes Gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.* Iuxta quæ de gloria Christi ex Gentibus hæc accipit Nicolaus de Lyra, & ante ipsum Theodoritus, vt videre est in Appendice nostra.

A Gentilibus Deum glorificandum.

f Apoc. 15. 3.

Pro eo quod in Vulgata legimus, *(Tuum enim est decus,)* In Hebraico textu est. *(Quia tibi)* יאתה *iaathah,* futurum verbi אתה *athah* quod propriè significat venire, ita vt vertendum hîc sit, *(Veniet)* seu, vt futurum positum sit pro præterito. *(Tibi venit)* vt reddatur ratio eius quod 7
F mox dictum fuerat. *(Quis non timebit te ô Rex Gentium?)* Et sensus sit, Quia te esse Regem Gentium tibi venit, tibi soli debetur, & nulli alij. Quem sensum constare inquit Christophorus à Castro, ex sequentibus: *(Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.) Alludit enim,* ait, *ad Gentium consuetudinem ex Magis, aut Sapientibus Reges eligentium. Nam Ægyptij ex Philosophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus probatissimum creabant Regem, vt* ait

Regnum Gētium Deo iure obuenit vt omnium Sapientissimo.

ait Plato lib. de Regno, post medium. Vnde Trismegistus ter maximus dictus est, quod esset Philosophus, Sacerdos, & Rex maximus.

Deo competit omne regnum omnis honos, gloria, & magnificentia.

Communiter tamen idem Hebraicum verbũ non tam pro venire, quàm pro conuenire accipitur & pro decere: in quo significatu & noster interpres id sumpsisse videtur cùm vertit, (*Tuum est enim decus,*) Quomodo & in sua versione Vatablus, legens, (*Quia tibi est decor,*) Quamquam idem in Annotationibus legat sicut Pagninus, Regia, aliique (*Quia tibi conuenit,*) scil. regnum, aut Monarchia. Quin & versio Sept. siue potiùs Theodotionis, quæ in textu Sept. hoc loco habetur in Codicibus Complutensi, & Regio eodem significatu habet, σοὶ γὰρ πρέπει. (*Te enim decet, tibi conuenit,*) scil. regnum Chald. (*Tuum est enim regnum.*)

Andr. Capp.

Andreas Cappella. Emphasim inquit habet in reticentia quod in Hebr. dicitur, (*Tibi conuenit*) significat enim ei conuenire quicquid est honoris, gloriæ, maiestatis, & magnificentiæ.

8

Vera Dei cognitio, & cultus apud nullos Gentiliũ sapientes, sed apud Iudæos erat antiquitùs.

Quod dicitur, (*Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui*) seu, vt ad verbum est in Hebr. (*Quia in omnibus sapientibus Gentium, & in omni regno eorum non sicut tu,*) scil. est Petrus à Figueira Iudaico populo dictum censet, vt significetur. Apud nullas Gentes coli, aut agnosci Deum verum veróque cultu.

Figueira.

a Rom. 1. 21.

Nam neque Socrates, neque Plato veri fuerunt Dei cultores ad Rom.[a] 1. vt sensus sit, Apud nullas Gentes, vel etiam eas quæ fuerunt ingenij cultu florentes extitisse notitiam veri Dei, & verum cultum, nisi in Israel ex doctrina legis, & Prophetarum, iuxta illud Psalmi 75.[b] *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.*

b Psal. 75. 1.

Communiter tamen Expositores omnes ad eundẽ Deum dicta hæc volunt, ad quem & præcedentia.

Hugo Card.

Deus excedit sapientiâ, & fortitudine omnes.

Hugo Cardinalis iuncta ea sic accipit cum mox præcedentibus, (*Tuum est decus*) id est, Super omnes habes honorem sapientiæ, siue omnes excedis sapientiâ: & in vniuersis regnis, &c. quia omnes excedis in fortitudine, & sapientia, omnes inquam Reges, & omnia regna.

Lyra.

Deus cognitus à Sapientibus Gentiũ.

Nicolaus de Lyra. Hæc dicta inquit, quia apud omnes Gentes sapientes, & philosophi posuerunt vnam causam primam hominibus præsidentem, & illam dixerunt esse Deum Deorum, & præ cæteris honorarunt: licet cum populo, vt communiter adorabant idola.

R. Dauid.

Quem sensum ex Hebræis Lyra desumpsit: nam & Rabbi Dauid in Comment. suis ita hæc exponit, Quia inter omnes Sapientes Gentium, & in omni regno dicunt, nullum esse similem tui, neque colunt astra, nisi vt intercedant, & veluti proxenetæ sint inter te, & ipsos. Et ait, inquit, (*Sapientes*) quia hi sciunt sculptilia nihil esse, neque stellas, nisi quia sunt in ministerio tuo, vt pro ipsis intercedant. Vulgus autem putat sculptilia ipsa bene, & malè facere.

Sapientes Gentilium idola colentes insipiẽtes se exhibuerunt, Deũ verum non glorificantes.

Sed hæc haud bene dici patet ex iis quæ mox in subsequenti versu subiiciuntur, *Pariter insipiẽtes, & fatui probabuntur,* id est, deprehendẽtur ipsi, scil. sapientes Gentium: siquidem, *doctrina vanitatis eorum lignum est*, id est, ex eo insipientes ij deprehenduntur, quia vanâ doctrinâ ligneâ adorare docent idola; quibus consona sunt quæ Paulus in paulò ante citato cap. 1. epistolæ ad Rom.[c] de iisdem sic profert, *Cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ.*

c Rom. 1. 21.

Meliúsque se declarans addit, *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quam ob rem his omissis istorum expositionibus verborum quæ præ manibus habemus, (*Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.*) Tu quem tibi magis libuerit ipsorum tene sensum ex iis quos in principio attuli expositionis versus istius septimi.

Vers. 8.] Pariter insipientes & fatui probabuntur, doctrina vanitatis eorum lignum est.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

OMNES[a] simul sapientes Regesque in hac re vna, quòd idololatræ sunt, re ipsâ id probante deprehendentur instar brutorum insipientes, insipienti ardore idololatriam prosequi, suamque in ea potissimùm patefacere fatuitatem, quod in ipso idololatriæ studio inconstantissimi existunt, quandoquidem per sapientiam agnoscentes, in idolis deitatem minimè esse, haud tamen sibi constant, cùm nihilominus propter humanos respectus ea & colant, & colere alios doceant vti Deos, nouos insuper addentes quos colendos exponant,[b] Et in eo suam faciunt vanitatem, quod doctrina vana materiale & ligneum vilissimum idolum vti Deum docent adorandum, ita vt lignum ipsum quàm vani sint, quámque vana & eorum sit sapientia doceat.

a Pariter insipientes, & fatui probabuntur, (seu in vno brutescent, & insanient.)

b Doctrina vanitatis eorum lignum est.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

PARITER *insipientes*, &c.) Faciunt hæc in prædictorum amplificationem. 9

Cùm enim Propheta exinde Dominum celebrasset, quòd meritò ab omnibus metuendus esset, vtpote cui & vniuersale regnum, & quicquid esse potest decoris, gloriæ, & maiestatis iure conueniat, cùm nec inter Gentium sapientes regesque comparari quisquam ei possit, sicut nec inter falsos Deos, corúmque simulacra ac ipsum nulla esse potest similitudo. Confirmat modo vtrúmque, & ab idolorum, ac eius quæ de illius est doctrinæ vanitate; & ab eorum sapientum stultitia vnum ex altero probans. Quod ait, (*pariter*) significat & vniuersalitatem, & simultatem, Ac si dicat. Omnes simul ij scil. Gentium sapientes, regésque. Quod è suo noster Interpres adiecit verbum (*probabuntur*) eam vim habet ac si dicatur, re ipsâ id probante deprehendentur.

Sapientes Gentium ex studio idololatriæ deprehẽsi insipientes & fatui.

Sept. in codicibus Complutensi, & Regio, nam in correctioribus Vaticano, & aliis hæc non habentur, verbum est substantiuum, (*Pariter insipientes, & fatui sunt.*) Vnde apparet, non rectè id explicatum vel ab Hugone Card. (*probabuntur*) id est, examinabuntur à Deo: vel à Lyra, (*probabuntur,*) id est, reprobabuntur. Optimè Ioannes Maldonatus, (*Probabuntur*) id est facile est probare eos esse stultos, & fatuos.

In Hebraico textu duo sunt verba peculiarem, efficacémque vim hoc loco habentia יבערו *ibngaru* ויכסלו *veichsalu.* Et quidem primum *ibngaru* deduci potest à nomine בעיר *benghir* iumentum, pecus, brutúmque designans animal, vt & verbum ab ipso deriuatum significet insipientem, stolidumque fieri, aut esse instar brutorum, 10

Idololatria reddidit sapientes Gentium instar brutorum stolidos.

torum, prout hoc loco Vatablus id vertit, (*brutescunt:*) prout & infra vers. 14. recentiores omnes interpretes similiter illud reddunt. *Brutescit omnis homo à*, seu *præ scientia:* & benè id congruit sapientibus iis, qui in eo potissimùm stulti facti, deprahensique sunt quòd idololatriam docuerunt, mutantes, vt dicebat Apostolus, gloriam [a] incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilium, & insipientium quoque brutorum, iuxta illud Psalmi. [b] *Homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis.* Cæterùm verbū ipsum vt à radice בער *bangar* ardère, exardère propriè vertēdum hîc esset. (*Exarserunt*) vt significet magnum in ipso idololatriæ studio, eiusdemque in insipientia ardorem: Notantque circa eius verbi cùm Hebraicæ linguæ periti, id dici de igne per sese, etsi eius actio in alium non transeat; quem in idololatriæ insipientia ardorem, peregregiè expressit Hoseas Propheta, cùm dixit, [c] *Omnes adulterantes*, spiritali scil. idololatriæ adulterio, *quasi clibanus à coquente succensus*: clibanus quippe intra semet ardet, ardoreque suo se deturpat. Alterum quod hîc est verbum כסל *Chasal* propriè eum significat stultitiæ gradum, quæ cum mutatione sit, & inconstantia, ac instabilitate, quam & ad viuum expressit Sapiens, cùm & in libro Prouerbiorum dixit, [d] *Imprudentia stultorum errans*, & in lib. Ecclesiastici ait, [e] *Stultus vt Luna mutatur*, vnde per id quòd Gentium Sapientes stultè egisse, seu fatui effecti dicuntur, hoc verbo *veichselu*, significari potest, & quòd haud sibi constiterunt, & quòd inconstantes extiterunt: Enim verò fatui in eo deprahensi primùm ij sunt, quòd cùm exploratum haberent per philosophiam ipsam suam, insensibilia idola neutiquam esse Deos, adeoque nec diuinum illis deberi cultum, ob metum tamen legum ciuilium, aliasque ob rationes humanas, vt in lib. 1. de Natura Deorum asserit Tullius, & ipsi illa colebant, & quò populum in Deorum metu continerent, eadem vt colerentur docebant. Tum & in eo pariter quòd inconstantes tam in eorum cultu, quàm in eorum erant doctrina, vtpote qui nouorum Deorum in dies noua facienda, colendaque adinueniebant simulacra. Qua de re vide Augustinum lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 10. & 11.

[a] Rom. 1. 23.

[b] Psa. 48. 10.

Idololatria quàm ardens fuerit studiū in Sapiētibus Gentium.

[c] Hose. 7. 4.

Idololatria in studio Sapiētes Gentium ex iugi inconstantia, & instabilitate fatui.

[d] Prou. 14. 8.

[e] Eccl. 27. 11.

Tullius.

August.

Pro eo quod noster Interpres legit cum Sept. seu Theodotione, (*Pariter*) in Hebr. est באחת *beehhath* particula designans vnum cum præpositione *in*, Et quidem rectè reddi potest, (*In vnū*) sensu Vulgatæ, seu (*Simul*,) vt eam reddit Pagninus, ita hæc legens. *Et simul desipient, & stultè agent.* Alij tamen eamdem significare putant, (*In vno.*) Sic Regia, (*Et in vno desipient, & stultè agent:*) Sic & Vatabl. (*Et hoc vno*, vel *in vna hac re*) (nempe idololatria *brutescunt*, vel *desipiunt planè, & stulti fiunt*) quod, &c.

11 (*Doctrina vanitatis eorum lignum est.*) Hebr. concisè sic habent ad verbum, (*Doctrina vanitatum lignum ipsum,*) scil. *est* Vatabl. (*Quòd disciplina vanitatum lignum*, seu, *Eruditio vana lignum est.*) Per lignum, ait Vatabl. intelligit omnem materiam è qua idola construi solent. Ac si dicatur, Qui docent adoranda simulacra planè desipiunt. Quod nunc in Hebraico textu habetur הבלים *habalim, (Vanitatum,)* noster interpres secutus Sept. seu Theodotionem legit הבליהם *hablehem*, (*Vanitatem eorum.*) Porrò cùm Hebræum nomen מוסר *musar*, genericè & pro omni institutione, ac disciplina, & pro doctrina vsurpari soleat, hinc factum, vt diuersimodè hæc exponantur, sumentibus aliquibus illud pro doctrina quæ docetur, quod nostræ literæ magis est consonum, vt sensus sit, vana est doctrina eorum, quâ materiale idolum vti Deū docent adorandum. Seu, in eo omnis eorum versatur scientia, vt doceant lignum, ac idolum adorandum, quod est vanissimum. Aut, Lignum ipsum, ex quo Deum manibus suis construunt, docet eorum vanitatem. Ioannes tamen Maldonatus pro doctrina id sumit, & disciplina quæ discitur, vt sensus sit. *Ex ligno ex quo Deos suos faciunt, possumus eorum discere vanitatem. Vel omnes homines vani discunt fabrilem artem faciendis ex ligno diis: sicut prouerbio dicitur, in barba stulti tonsores artem suam discere.* Hæc Maldonatus, quæ quātùm ad rem hoc loco sint videant alij. Mihi certè primus qui allatus est sensus videtur aptior. Illud non est extra rem quod notat Petrus à Figueira, lignum peculiariter hîc nominatum per contemptum q. d. Res infimi gradus. *Triplex enim est*, inquit, *corporearum rerum gradus, alia sensitiua, alia vegetatiua, alia prorsus sine anima, vt lignum de quo fit idolum, ex quo patet Philosophorum fatuitas.*

Idololatrarū studiū quàm vanum.

Maldonatus.

Figueira.

Vers. 9.] Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz, opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus, & purpura indumentum eorum, opus artificum vuiuersa hæc.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VIDETE [f] *amabò insipientem eorum vanitatem, quò magis idolorum persuadeant cultum, ligneum omni quo potest studio, speciosum reddi satagunt simulacrum, ideoque perfectissimum quod è Tharsis in laminis productum, & inuolutum affertur argentum, optimumque quod ex Ophaz prouenit aurum in artificis exhiberi curant opus, quo metallorum faber atque conflator ligneum idolum illud iis vbi aptius videatur adhibitis, & illustrius reddat, & speciosius. Vestimenta quoque talium idolorum corporibus circumuolui satagunt, eaque preciosissima, & pulcherrima, quorum & in Sacris, & in regiis vsum norunt esse, è hyacintho carulei, & è purpura coccinei coloris. Cùm tamen certò constet, nil in iis esse simulacris vel quoad materiam, vel quoad ornatum, vel quoad cuncta quibus intuentium alliciunt oculos, quod non artificum insignium peritiâ, vel elaboratum sit, vel manufactum.*

[f] *Argentum inuolutū (seu extensum) de Tharsis affertur, & aurū de Ophaz, opus artificis, & manus ærarij (seu fusoris.)*

[g] *Hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus artificum vniuersa hæc.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

ARGENTVM *inuolutum*, &c.) Dissentiūt Expositores. Ad quid hoc loco post præpositam mentio fiat argenti, aurique perfectissimi artificum operâ elaboratorum, assentibus quibusdam adhuc Prophetam persistere in argumento simulacrorum ligneorum, cùm mox dixerit, *Doctrina vanitatis eorum lignum est*: vt de illo hæc intelligenda sint argento, ac auro, quibus lignea ipsa operirentur simulacra, iuxta id quo supra vers. 4. dicebatur, *Argento, & auro decorauit illud.* Aliis è vestigio id negantibus, & existimantibus sermonem hîc fieri potiùs de argento, & auro quibus idola fabricarentur argentea, 11

gentea, & aurea; vt & eorum fiat mentio simulacrorum, quæ ex nobiliori fabrefacta materia magis ad sui allicerent cultum. Mihi vtrúmque est probabile nec quidquam hac in re quod certum, indubitatumque sit, definiri posse videtur, communiori tamen magis adhæreo sententiæ, vt adhuc in descriptione persistatur idoli lignei, quod & summo artificio, & opulenter operiri ab artificibus, soleret, indumentis quidem preciosis toto in corporis busto, auro autem argentóque in iis quæ nuda eius videnda erant membra. Cui sententiæ admodum id fauet quod argento adiectum hîc est Epitheti, *Argentum inuolutum*, Quamquam & illud quoque haud ita facilè percipiatur quid sibi velit. Si quidem.

13 *Argentum quodnam dictum sit inuolutum.* Hug. Card.

(*Inuolutum*) dictum aliqui putant argentum delatum, quod summâ cautelâ clausum deferretur. *Sic quasi diligenter affertur argentum*, inquit Hugo Cardinalis, *non apertum, sed (inuolutum) sic mercatores merces suas bene inuoluunt.* Sic & Petrus à Figueira *inuolutum* ait, id est reconditum. (*Argento inuolutum*) legunt aliqui, vt id epitheti non tam argenti sit, quam ligni, de quo mox, *Doctrina vanitatis eorum lignum est*, ac si dicatur, de colendo idolo ligneo ob decorem, & fulgorem argento superuestito, & inuoluto. Alij inuolutum argentum dictum putant, pro inuolubile & ductile, id est, perfectum, quod facilè expandi, & deduci in laminas possit.

Sed ex originalibus Hebr. & Græcis vocibus facile est rei veritatem hac in re pertingere: Et Hebræa quippe vox מרקע *merukang (extensum)* significat, prout bene hic vertunt Pagninus, Regia, & alij à radice רקע *rakang* expandere, extendere, diducere, vnde aliqui eamdem vocem interpretantur *(ductile)* id est in laminas diductum. Quem significatum habet & Græca vox προέλκετον, id est productum, quâ vsi sunt Sept. Hocque illud est, quod inuoluti appellatione noster intendit interpres; tametsi primo aspectu contrarium videatur. Inuolutum enim id dicit argentum, quod primò in laminas extensum, atque productum in loco vnde defertur, laminis ipsis inuolutis exinde huc, illucque mitteretur, quod nunc ex India in Hispanias mitti consueuit in massis, vel in virgis diductum: vt inuolutum dictum sit ex Tharsis delatum argentum: quomodo temporibus nostris à plumbi artificibus inuolutum seruari videmus plumbum, quod in laminas extenderint, vt facile illud habeant, & in promptu ad opus cuniculorũ, quas fieri citiùs necesse sit: Quomodo etiam extensum, atque in semet inuolutum Romam afferri solitum vidi æs caldarium. Quod argentum & in laminis deseruire poterat ad facienda opera ductilia, atque ad operiendum, vel etiam ad fundendum, operaque conflãda fusilia. Quamquam fortasse id dicatur veriùs, illud solũ hac oratione in laminas diductum, & inuolutum deferri, quod esset perfectius, alio in massis virgisque delato, vt metalla reliqua.

14 *Tharsis appellatione cũ inde allata dicũtur argẽtum, & aurũ, quid significetur.* Ioan. Pineda.

(*De Tharsis affertur.*) Difficillima hîc pertractãda esset quæstio, Quidnam Tharsis nomẽ hoc loco significet, an mare, an locum specialem aliquem: Et si locum, quisnam is sit. Sed cùm ab aliis doctissimis nostri sæculi auctoribus exactiùs, fusiúsque tractata ea sit, ad illos remittens, præsertim ad Ioan. Pinedam lib. 4. de Rebus Salomonis cap. 5. & sequentibus: & cap. 14. à quo aliorum expenduntur sententiæ, ab his me expe-

A diam breuiter. Et quidẽ neutiquã probo, vt istud Tharsis nomen hoc loco appellatiuum maris sit, quod asserit Franciscus Ribera in suis Cõment. super primum caput Ionæ n. 18. qui diligẽter totam hanc prosequitur quæst. à nu. 7. Indubitanter autem teneo, id hîc positum pro speciali regione, ac loco aliquo, vt ipsa indicat præpositio *de*, Quis verò specialis is esset locus & regio, de qua argentum afferretur multæ quidem sunt doctorum sententiæ, Quidã cum Iosepho lib. 1. Antiq. cap. 6. aut 11. iuxta aliam impressionem, Tharsim censent eã quæ Ciliciæ vrbs est. Alij vniuersam B Ciliciam, & quæ minor Asia appellatur, Natolia, quod affirmãt Pererius in versu 4. capitis decimi lib. Genes. Ribera loco citato cap. 1. Ionæ, & Beroaldus in Chronico. Alij cum Hieronymo de locis Hebraicis, Carthaginem, prout Sept. Hebraicam ipsam vocem Tharsisc, Carthaginem vertisse reperimus Isai. 22. 6. & 14. & Ezech. 27. 12. 28. & 13. Nec non & nostram Vulgatam item Ezech. 27. 12. Alij pariter cum Hieronymo Epistolâ 133. ad Marcellam, & Comment. in cap. 1. Ionæ, Indiæ regionem, quod & Abulensis asseruit in cap. 9. li. 2. Paralipom. & Genebrar- C dus lib. 1. Chronolog. & Pererius lib. 12. in Danielem: Alij insulam auriferã in Oceano Æthiopico sub ima Africa ad Occidentẽ terræ sanctæ, vt Vatablus 3. Reg. cap. 10. & 2. Paralipom. 9. Alij partem Africæ Meridionalis, quæ nunc appellatur Angola, vt Emmanuel Sa in 2. Paralipom. 9. Alij Africã genericè, prout hoc loco Chaldæus pro Tharsis vertentes Africam, quem sequuntur Hebræorũ Rabbini, ex nostris Vatablus, & Maldonatus hîc. Alij denique Tartessum Hispanicã regionem ad oras Bæticas sitam, quod, citatis auctoribus multis, in præcitato lib. 4. de Rebus D Salomonis Ioannes Pineda fusissimè probat in cap. 14. & 15.

Ribera. Tharsis regio & locus vnde aduehebatur argentũ optimum. Vbinā sit, varia sententia. Ioseph. Pererius. Ribera. Beroaldus. Hieronym. Hieronym. Abulensis. Genebrardus. Pererius. Vatablus. Emman. Sa. Chaldæus. Hebr. Rabbini. Vatabl. Maldonatus. Ioan. Pineda.

In tanta opinionum varietate non est quod ipse definitum quid affirmem. Illud vnũ vt certum statuendum mihi censui, eum ipsum hîc nominatum locum, quo & Salomon, & Iosaphath Reges Iuda classem destinasse dicuntur ad thesauros exinde deferendos, Tharsis item vocabulo insignitum, cuius fit mentio in lib. 3. Reg. cap. 10. vbi dicitur,[a] *Classis regia per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferentes inde aurum, & argẽtum, & dentes Elephantorum, & Simias, E & Pauos.* Et lib. 2. Paralip. cap. 20. vbi de Rege Iosaphat,[b] *Et particeps fuit vt faceret naues, quæ irẽt in Tharsis.* Eã enim quæ Salomonis tẽpore primùm recensita reperitur negociatio auri, argentique vero simile est, & postea sub aliis quoque Iudæ Regibus, & Ieremiæ tẽpore habitã, si non ab ipsis Regibus, cùm id de solo Iosaphat enarretur, saltẽ ab opulẽtis negociatoribus, qui è Tharsis argẽtũ Ierosolymam aduehérent, quod aliorum omniũ æstimabatur optimum. Ita vt tantumdẽ sit quod dicitur, *(Argentum inuolutũ de Tharsis affertur)* ac, Argentum optimum ad idola vel exornanda, vel F conflanda, aut fabricanda congeritur.

15 *Negociationẽ argẽti optimi è Tharsis captum à Salomone, etiam sub aliis Regibus in Iudæa exerceri solitam vero simile est.* [a] 3. Reg. 10. 22. [b] 2. Paralip. 20. 36.

16 (*Et aurũ de Ophaz.*) Duo suppono hoc loco mihi certa. Primũ, sicut mox argentum optimũ afferri dictum est ad Idolorum & ornatum, & fabricationem, vt iam explicaui; Pari ratione in his idipsum adiici de auro defæcatissimo, quod purum putum appellant prophanę literæ, obrizum verò Sacræ simul ac prophanæ. Alterum quod certum pariter habeo, hoc est, quòd nomen *Ophaz* haud appellatiuum auri nomen est, sed loci, & regionis, in quo aurum ipsum nascatur, & è quo

Ophaz est nomen loci, vnde aduehebatur aurũ purissimum.

è quo aduehatur optimum, vt clarè modus ipse loquendi contestatum facit, quo hic dicitur, (*Et aurum de Ophaz*) scil. affertur. Quamobrem cùm eamdem vocem noster Interpres vertit vel aurum obrizum, vt Daniel 10. vers. 5. *Accincti auro obrizo.* vbi Sept. Hebr. voce retentâ, *Auro Ophaz*: vel aurum fuluum nimis vt 3. Reg. 10. vers. 18. *Vestiuit eum auro fuluo nimis*; vbi Sep. *auro probato*, non tam id facere censendus est, quod illam arbitratus sit nomen esse appellatiuũ, quàm quod illius regionis aurum certo existimarit fuisse optimum, ac probatissimum, prout benè animad-
Ioan. Pineda. uertit Ioannes Pineda lib. 4. de Rebus Salomonis cap. 18. de Auro num. 5. Vbi asserit hoc tantum
Hieronym. voluisse & hoc loco, Hieronymum cùm hæc habet, *Ex septem auri nominibus apud Hebræos vnum est Ophaz, quod nos dicere possumus obrizum, vt splendeat in superficie idolorum.*

17. *Ophaz & Ophir vnus idemque locus.* Porrò quis iste fuerit locus, quóve terrarum, haud certò deffiniri potest; non recedendum tamen mihi videor tutum à communi expositorũ sententia, secundùm quam quicquid præcitatus dicat Pineda in præallato cap. nu. 8. idem ipse est atque is qui alio nomine Ophir appellatus reperitur, ita vt bene Chaldæus hic pro (*aurum de Ophaz*) posuerit, (*aurum ex Ophir,*) Neque verò
Ophir vbi nã & qua regio esset. laborandum in definiendo quis ille esset, quáve in regione locus Ophaz, & Ophir, cùm & in hoc quoque, sicut & in quæstione de loco, & regione Tharsis diuersissimæ inuicem se impugnãtes sint
Iosephus. Hieronym. Theodorit. auctorum sententiæ. Plerisque cum Iosepho lib. 8. Antiquit. cap. 2. Hieronymo de locis Hebraicis, & Theodorito in lib. 3. Regum q. 31. asserentibus esse Indiæ regionem dictã Aurea Chersonesus. Aliis affirmantibus esse Peru, & Peruanam regionem in Indiis Occidentalibus. Aliis constituentibus eam in Africa ad Oceanum Æthiopicum. Aliis ad imam Persiam, & sinum Arabicum. Vide citatum Ioannem Pinedam & hanc quæstionẽ diligenter, doctéque prosequentem lib. 4. de Rebus Salomonis cap. 16. Nobis sat illud sit, hanc de qua hic est sermo, esse eamdem regionem, eodémque terrarum sitam, atque illã,
a 3. Reg. 9. 26. de qua & in 3. lib. Reg. dicitur,[a] *Classem quoque fecit Rex Salomon in Asiongaber, quæ est iuxta Ailoth in littore maris rubri, &c. Qui cùm venisset in Ophir sumptum inde aurum quadringentorum talentorum detulerunt ad Salomonem.* Et in lib. 2. Parali-
b 2. Par. 20. 36. pom.[b] *Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum.* Sept. ex præpositione & nomine vnam facientes vocem verterunt, Μωφάζ, *Mophaz*.

18 (*Opus artificis*) Pro (*Artificis*) in Hebr. est nomen חרש *harase*, quod tametsi hic ab interprete Regiæ vertatur, (*Aurificis*) rectiùs tamen, & à nostro, & à cæteris interpretibus redditur (*Artificis*) & cuilibet id aptatum reperitur artifici, sic dicto, vt ait R. Dauid, ab excogitando, quòd bonus artifex attentè suum faciat opus. Dicitur autem (*argentum inuolutum afferri de Tharsis, & aurum de Ophaz opus artificis*) vt scilicet artifex industrius ex illis faciat quicquid operis necessarij sit ad lignei simulacri exornationem, vel ad fabricanda ex iisdem metallis idola, non quòd argentum, aurúmque eo ipso quòd afferuntur dicantur opus artificis.

(*Et manus ærarij.*) Ex versione Sept. quæ χεὶρ in nominatiuo habet, videtur & in Vulgata ly, (*manus*) item in recto sumendum: Sed siue in recto id accipiatur singulariter, aut pluraliter, vt ex Hebr. deducitur, siue & in genitiuo singulari, idipsum significatur nempe & aurum, & argentum delatu, vt artificis manibus in opus ad idolatriam deduceretur, siue vt metonymicè idola manus artificis dicantur, iuxta illud,[c] *Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum*, Putat Figueirus per irrisionem hæc addita, vt sicut sutor facit vestem, & coriarius calceum, sic Theopheius, seu Theoplastes Deos. Ad quid verò Ærarij hic nomen, vbi sermo est de Argento, & auro? Hugo Cardinalis ait, quòd sicut auro, & argento induebant quædam idola, ita & quædam ære. Meliùs respondeas, si dixeris, ærarij nomen hic positum genericè pro artifice Metallorum quæ funduntur. Hebraicum quippe quod hic est vocabulum צורף *tzoreph*, fusorem significat, & conflatorem, & Græcum χρυσοχόος aurificem propriè significat; quique aurum fundit, & probat. — c Psal. 113. 12. — Figueirus. — Hugo Card. — *Ærarij nomen generale sumptum pro metallorum fusilium artifice.*

(*Hiacinthus, & purpura indumentum eorum.*) 19
Duplicis coloris, quorum vsus & Regum esset, & sacrorum indumentorum, idolis adhiberi solita inquit vestimenta, vt ipsorum colorum pulchritudine eorum qui illa intuerentur oculi allicerẽtur, & in reuerentiam quoque eorumdem ex talium indumentorũ promouerentur preciositate, & nobilitate. Hæc inter omnia vestimentorum genera adnumerari preciosissima, ac nobilissima ex iis colligere est quæ apud Ezechielẽ in descriptione diuitiarum, & insignium Tyri excellẽtiarum sic habentur,[d] *Hiacinthus, & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum.* Et quidem quòd hyacinthus indumentum esset, & sacrum, & regale, ex vno libro Ecclesiastici manifestum fit. In cap. enim 45 sacram summi Sacerdotis describens vestẽ, horum in primis duorum meminit colorum, dicens,[e] *Stolam sanctam auro, & hyacintho & purpurâ, opus textile viri sapientis* In cap. verò 40. Regem designare volens ex duobus designat insignibus, ex corona, atque ex veste hyacinthina, sic quippe ait,[f] *Ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo.* Quod & purpura præter quam quòd sacrum vestimentum erat vnà cum hyacintho, vt iam probatum est, regale pariter esset, tam notũ est, quàm quod notissimum, & ex duobus vnius libri Machabæorum locis fit magis perspicuum, in cap. siquidem 8. vbi de Romanis est sermo, sic dicitur,[g] *Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpurâ, vt magnificaretur in ea.* Et in cap. 10.[h] Alexander Antiochi filius sacerdotalem, regiamque dignitatem in Iudam Machabæum se conferre significans, constituens illum Summum Sacerdotem misisse ei dicitur purpuram, & coronam auream. — *Hyacinthus & purpurà & coloribus sacris, ac regiis Idola sua induebant Gentiles.* — d Ezech. 27. 7. — *Hyacinthus & purpura indumẽta sacra.* — e Eccl. 45. 12. — *Hyacinthus indumentum regium.* — f Eccl. 40. 4. — *Purpura indumentũ regium.* — g 1. Mach. 8. 14. — h 1. Mach. 10. 20.

Porrò de purpureo colore qualis, sc. esset, non est quod quidquã dicam; cùm sat constet, illũ ex piscis sanguine fieri solitũ, adeóque & rubrũ, coccineumque esse, tametsi Plin. lib. 9. cap. 36. illum dicat esse ex nigro rubescente, quẽ nos violaceũ appellamus. Hiacynthum cæruleum cõmuniori sententiâ esse affirmãt, quales certè ij sunt flores, quos ipso hyacinthi nomine nũcupamus, tametsi eorumdem florum colorem varium, atque multiplicem inspicere in floridis beneque instructis videre sit viridariis: vnde credo factũ, vt apud veterũ auctorũ aliquos nigri dicti ij sint, apud alios purpurei, apud alios violacei, apud alios demum cærulei. Omnino ipse hyacinthina vestimenta ea dixerim, quæ coloris sint violacei quidem, sed clari, qui & cæruleus est, vt hyacinthus, & purpura ij sint duo colores, quibus pictores nostri Christum, 20 — *Purpura quid.* — Plinius. — *Hyacinthus quisnam sit color.* — *Hyacinthus flos multiplicis coloris inuenitur.*

Chriſtum, Beatiſſimámque eius genitricem Mariam indutos nobis ſuis repræſentát imaginibus. Dicunt Hebræorum aliqui in precio habitū indumentum hyacinthinum, ſicut & purpureum, quia & color hyacinthi, quo id tinctum erat, fiebat ex piſcis ſanguine; hoc certum eſt, tincturam illam fuiſſe ex colore admodum precioſo, qualis nunc in pictorum vſu ille eſt, quem Italicè appellamus *Azurro oltramarino.* Et quis ſcit, ſi iſte is eſſet? Non tamen id affirmare audeo, quia apud nullum id reperio auctorem.

21 *(Opus artificum vniuerſa hæc.)* Quia in Hebr. pro *(Opus artificum)* eſt *(opus ſapientum,)* ne dum de

Figueira. peritis artificibus dicta hæc cenſuit Figueirus, ſed & de Philoſophis, qui ea docebant, & ſuadebant: *Philoſophi*, inquit, *verbis compoſitis idola decorabant: Reges diuites eadem auro & argento, purpurâ, & lapidibus precioſis adornabant, & ſic vt eſſe in eis diuinitas aliqua à populis crederetur efficiebant.* Simpliciùs veriúſque hæc ad peritos referes artifices, prout ea noſter retulit interpres, quos ob artis peritiam frequenter in Sacris literis ſapientes reperire eſt appellatos, iuxta illud Exodi, [a] *Fecit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam, & intellectum, vt ſcirent fabrè operari quæ in vſus Sanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus.* Sic igitur hîc ſignificatur, nihil in falſorum Deorum ſimulacris eſſe vel quoad materiæ ſubſtantiam, vel quoad ornatum, vel quoad cuncta quibus intuentium alliciunt oculos, quod non manufactum peritiâ ſit artificum, qui nec quid veræ illis indere potuère vitæ, nec quid ſenſus, nec quid diuini.

Artifices appellati aliquando ſapientes.

a Exod. 36. 1.

Verſ. 10.] Dominus autem Deus verus eſt: ipſe Deus viuens, & Rex ſempiternus ab indignatione eius commouebitur terra: & non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AT [a] verò is quem vos colitis Iudæi, omnino independens Dominus ſuum à ſemet habens eſſe, ita verus, viuenſque eſt Deus, & Rex ſempiternus, vt ipſe & veritas ſit per eſſentiã, & vita per eſſentiam & æternitas, potentiaque per eſſentiam, quem [b] indignatum nec inſenſibilia ferre queunt quin tremant: cuius vel minas ſuſtinere nequit gens aliqua.

a Dominus autem Deus verus eſt: ipſe Deus viuens, & Rex ſempiternus.
b Ab indignatione eius cõmouebitur terra, & non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

22 DOMINVS *autem Deus, &c.)* Peregregiè idolis de quibus hucuſque egit, Deũ Dominúmque ſuum opponit Propheta: & aſſerens, illum eſſe per eſſentiam ſuã, eſſeque ipſius & verum, & viuum, & æternum, oſtendit eum à nullo dependêre, cùm idola è contrario in omnibus, & per omnia à peritis dixerit eſſe artificibus. Sept. quidem nihil iſtius verſ. habent. At in Hebraico textu multò eadem expreſſa ſunt efficaciùs quàm in Vulgata: Primò enim pro voce *(Dominus)* nomen habetur tetragrammatõ, quod ab eſſentia dictum eſſe nouimus, vt deſignetur illum cui Deitas adſcribenda ſit, ſuam eſſe debere eſſentiam talemque eum eſſe, quem Iudaicus colebat populus, cui & ita indepẽdenter & vera inſit Deitas, & vita, & potẽtia, & incorruptibilitas, vt exiſtẽs Deus ſit veritas per eſſentiam, vita per

Deus habet eſſe independens.
Deus eſt ſuũmet eſſe, eſt veritas, & vita, & æternitas, potenſque per eſſentiam omnia habens.

eſſentiam, regiaque indeficiens potentia, vtpote qui ſuæmet æternitatis, Rex eſt. Sic enim habet ad verbum, *(Et Iehouah Deus veritas ipſe, Deus vitarum,* ſeu, *Deus vita, & Rex ſæculi,* ſeu *ſæculorum,)* attributa omnia habens in abſtracto, quia non tam verus, viuéſque Deus eſt ſempiternus, quàm ipſamet veritas, ipſaque vita, & æternitas ipſa, à quo id omne eſt vel temporis, durationiſque, vel potentiæ, vel vitæ, vel veritatis, quod in quibuſcumque inuenitur creaturis, facit & locus iſte pro Cantico Triſagio.

(Ab indignatione eius commouebitur terra: & non ſuſtinebũt gentes comminationem eius,) Opponit hæc 23

Dei ira & indignatio quã metuenda.

Propheta iis quæ ſupra de idolis dixerat: *Nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere nec benè.* Et in confirmationem eadem faciunt corũ, *Quis non timebit te, ô Rex gentium?* Rectéque immediatè ei ſubiecta ſunt attributo, *Et Rex ſempiternus.* Porrò quòd ad illius indignationem commouẽda per tremorem dicitur terra, vel de terræ habitatoribus intelligitur, qui à quolibet punitionis diuinæ ſigno contremiſcant: vt eſt in Hebr. vel de ipſa inſenſibili terra, iuxta illud Pſal. 17. [c] *Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montiũ conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Quis non timebit te, ô Rex Gentium?* mox dixerat, ſubiicit modò, *(Et non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius.)* Hebr. ad verbum, *(Et non poterunt Gentes iram ipſius)* iuxta illud Iob, [d] *Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.* Habentque hanc vim iſta vt ad Iudæos dicta. Si is eſt Dominus, quem verũ colitis Deum, vt ab illius indignatione vel inſenſibilia tremant elementa: & indignati illius vel ſimplicem comminationem ferre nequeant etiam eæ quæ ipſum non nouerunt Gentes, quãtò æquius eſt vt vos ad eam quam experimini illius commoueamini, & contremiſcatis indignationem, & quis non obſtupeſcat, quod tantas eius ſuſtinere vos valeatis comminationes, quibus exploratiſſima illius eſt omnipotentia.

c Pſal. 17. 8.

d Iob. 9. 13.

VVLGATÆ.

Verſ. 6.] Non eſt ſimilis tui, &c.
Verſ. 7.] Quis non timebit te, &c.
Verſ. 8.] Pariter inſipientes, &c.
Verſ. 9.] Argentum inuolutum, &c.
Verſ. 10.] Dominus autem Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Ἀργύριον τορευτόν ἐστι, οὐ πορεύσονται, ἀργύριον προσβλητόν ἐστιν ἀπὸ Θαρσὶς ἥξει, χρυσίον Μωφὰζ, καὶ χεὶρ χρυσοχόων, ἔργα τεχνιτῶν πάντα, ὑάκινθον, καὶ πορφύραν ἐνδύσουσιν αὐτά, αἰρόμενα ἀρθήσονται, ὅτι οὐκ ἐπιβήσονται. μὴ φοβηθῆτε αὐτά, ὅτι οὐ μὴ κακοποιήσουσιν. καὶ ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς.

Verſ. 9.] Argentũ tornatile eſt: non ibunt: argentum productum è Tharſis: veniet aurum Mophaz: & manus aurificum: opera artificum omnia: hyacintho, & purpurâ induent ea: portata tollentur: quia non conſcendent. Ne timeatis ea, quia non malefacient, & bonum non eſt in eis.

colluuie, & violentius nugatoribus collectus: & qui in A *huius societatem se adiungit multò miserior est.* Et
Tullius. Tullius oratione pro domo sua, *In imperita,* ait, *multitudine est varietas, & inconstantia, & crebra tamquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.*

11 *Clericis interdictũ studium legum ciuiliũ quia illa, vt in praxi exercẽtur vana sũt, vt à vanis hominibus.* Est & tertia ratio cur Clericis, & Religiosis interdictum sit studio, & praxi operam dare legum ciuilium: Quòd leges ipsæ eo modo, quo in praxi quotidie eas apud plurimos exerceri videmus, vanæ sunt, vtpote quæ & ab hominibus vanis, vtinam non & mendacibus; & vanis, mendacibusque glossematũ, sophismatum, & fraudum B practicantur (vt ita dicam) technis, [a] *Vani enim filij hominum,* ait Vates Regius, vani in cogitatione iuxta illud. [b] *Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt;* Vani in affectione, iuxta illud, [c] *Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt;* Vani in scientia humanarum, & temporalium legum solummodo, dicente Sapiente, [d] *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei:* Vani in locutione, [e] *Vana enim locuti sunt vnusquisque ad proximum suum;* Vani in ipsa sua iurisperitiæ praxi, vanas, iuxta Isaiæ dictum, texentes aranearum telas, quibus eos duntaxat irretiant, qui imbecilles sunt pauperes, viduas, atque pupillos, quique parui sint sensu. Sed & ob id potissimum vani, quia mendaces; sic quippe quod vanos dixit, exponit psaltes, [g] *Vani filij hominum, mendaces filij hominum:* Nec tam mendaces in verbis ij sunt, quàm in ipsa (vt dictum est) legum humanarum praxi, *Mendaces* namque ait, *in stateris.* Quæ-nam istæ sunt stateræ, nisi forenses actus ad iudicia causarum spectantes? nisi ipsa iudicia?

a Psalm. 61. 10. b Psal 93.11. c Ierem.2.5. d Sap.13.10. e Psal.11.3. f Isai.59.5. g Psalm.61. 10. *Iurisperita in praxi vt plurimum & vani sunt, & mendaces.*

12 *Pondus* [h], *& statera iudicia Domini,* ait Salomon, *& opera eius omnes lapides sacculi.* Ac si dicat, Iudicia quæ in vnumquemque hominum Deus vt iudex iustus profert, adeo sunt æqua, & iusta in omnes & singulos, vt vna duntaxat statera, vnoque eodem pondere iusto habita non dubites. In quo vt ipsum imitentur & iudicia, negotiaque inter homines exercentes exposcit in lib. Leuitici, dicens. [i] *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera.* Quid verò sibi vult, *Et opera eius omnes lapides sacculi?* Nomine lapidum sacculi significantur ponderum genera, quæ lapidibus antiquitùs distinguebantur, atque in sacculis seruabantur, vt ex illo patet Deuteronom. [k] *Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera.* Quod ergo dicebat Salomon. Quòd de prolatis Dei iudiciis in summa æquitate vno pondere, vnaque statera, & pari ratione cum singulis, ita verum est, vt haud operæ pretium sit ad ea expendenda, librandaque aliqua adhibeantur ponderum genera, ipsa enim sibimet sunt pondera omnia, iuxta illud Psalmi, [l] *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsis.* Neque enim apud illum acceptio personarum, vel studium est proprij commodi, aut lucri, & vt vulgò dicunt, interesse. Propter quæ in hominum causidicis varia frequenter aduertere est legum pondera, & diuersissimas contra omnem æquitatem iudiciorum stateras, prout idem significauit Salomõ, cùm diceret, [m] *Abominatio est apud Dominum pondus, & pondus: statera dolosa non est bona.* Vnde & in loco Psalmi 61. quẽ tractabamus, *Mendaces* hi dicebantur vt *filij hominum,* & mendaces *in stateris,* mendaces inquam in stateris vt explicatũ est, idque vt filij hominum cõtentiosi eo sensu quo,

h Prou. 16. 11. *Iudiciorum forenses actus dicti statera.* i Leuit. 19. 35. *Lapides sacculi erãt antiquitùs pondera.* k Deut. 25. 13. l Psal.18.10. m Prou.20. 22. Psal.61.10.

hominum vocabulum vsurpauit Apostolus Corinthiis dicens, [n] *Cùm sit inter vos Zelus, & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis: Cùm enim quis dicat, ego sum Pauli: alius autem, ego Apollo, none homines estis?* filij hominum propriũ semper ob oculos habentes interesse de quibus Psal.4. dicitur, [o] *filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quorum in causis agendis, litibusque pertractandis id vnum est studij, *vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Vt ipsi se inuicem decipiãt de rebus propter quas lites fiunt, atque etiam de legibus ab eis allegatis, & extortis.

n 1.Cor.3.3. o Psal.4.3.

Et hæc est quarta ratio, quam hîc apud Ieremiã assignari dicebã, ne Clerici studio vacarent Iuris ciuilis, eiusque praxi. Cùm enim dicitur, (*Quia leges, seu statuta populorũ vanitas ipsa*) vt est in Hebræo; significatur, prædictas leges nedum vanas, sed & ipsam vanitatem: Quod ex earum patet & fine, & materia, circa quam versantur. Enimuerò humanarum legũ vt sic haud aliud est finis, quàm humana trãquillitas, & pax, quod exinde fit perspicuũ, quia non punit nisi ea, quæ huic contraria sint paci inter homines conseruãdę, eaq; absque C prohibitione permittit, quæ ad eamdem cõferant, tametsi secundùm rei veritatem eorum pleraque mala sint, iuxta illud Augustini id Eusebij dictum lib.1. de libero arb. cap.5. qui habetur in tom.1. approbantis, *Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa cocedit, & impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam puniuntur.* Quis verò ignorat quod in Psalmo 38. apertissimè dicitur, [p] *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens?* id est, omnis homo qui in præsenti permanet vita, profectò est plena, summáque vanitas, & quædam totius vanitatis epitome, quæ in cæ- D teris reperitur creaturis.

13 *Clericis interdictũ studiũ, & praxis iuris ciuilis, quia earum legum finis est vanitas.* Augustinus. p Psal.38.6.

Si materiam spectes vniuersam, de qua eædem agunt humanæ leges, & propter quam omnes in mundo sunt lites, omnisque exercetur ipsarũ legum praxis, terrena sunt, temporalia sunt, mundana sunt: Et exploratissimum est quod asserit Ecclesiastes, [r] *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quapropter non incongruè ad istud iuris ciuilis studium, eiusque praxim illud aptari posse videtur, quod ab eodem Ecclesiaste sic dicitur. [f] *Proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole,* ab hominibus scili- E cet lites in foro habentibus, & à causidicis, & iudicibus in studio & praxi iuris humani. *Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Vidi omnia quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.*

14 *Legum ciuilium materia omnis est vanitas.* r Eccl.1.2. f Eccl.1.13.

Liceat mihi subtiliùs vim Hebraici nominis perpendenti hoc ipsum totũ hîc apud Ieremiam per vnum id vocabulũ subindicatũ asserere. Cùm enim pro (*leges*) in Hebræo sit nomen חקות *hukoth,* quod est à verbo חקק *bakak* quod imaginẽ imprimere designat, vnde & legis, statutique appellatio, quia ea quædam sit vitæ impressa ima- F go. Quis prohibet, ne idcirco eam vocem hîc vsurpatam dicamus, vt ad id alludatur Psalmi, quod dicitur, [t] *Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra cõturbatur.* Pertrãsire siquidem hominem in imagine, & hoc quoque non ineptè designat, quòd homo qui totus legi defixus esse deberet æternæ, vt per illius adhæsionẽ immotam, & finis compos esset vitæ æternæ, post peccatũ legi humanæ operam dare coactus, quã instar imaginis ab hominibus exhibitã accepit, vt finẽ attingeret temporalis, humanæque pacis, in

Legis vocabulum imaginẽ designat apud Hebræos. *Legis ciuilis praxim exercentes dicuntur pertransire in imagine, & in vanitate.* t Psal.38.7.

in prædicta iugiter pertranseat imagine, in eius legis praxi iugibus gradiens negotiis: vnde sequitur, *& frustra conturbatur:* turbatur circa plurima, & frustra, inaniterque turbatur, quia & plurima illa propter quæ in imagine & praxi humanæ legis pertransit, & de quibus vniuersa sunt illius negotia, inania, vanaque sunt, vt ex Ecclesiaste probatum est: & ipsa quoque mundi, & humana pax vana tandē res est, cùm mundi, hominis sit, vt in præsenti sæculo vanus est, & vanitas. Vnde & vt vanam à Christo Iesu existimatam exinde colligimus, quod in Euangelio dixit. [a] *Non veni pacem mittere, sed gladium, &* [b] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

a Matth. 10. 34.
b Ioan. 14. 27.

15 *Iuris Ciuilis studium non improbandū quia prohibitum Clericis, & prauè à plerisque exercetur illius praxis.*

Hæc pro istorum verborum, (*Iuxta vias Gentiū nolite discere, quia leges populorum vanæ,* seu *vanitas sunt,*) moraliter dixerim pro Clericis, & Religiosis, quibus iuris ciuilis studium meritò interdictum ostendi. Non tamen ex his inferendū, humanas leges, vel quæ in corpore iuris continentur, vel quæ municipalium sunt, vel quæ à Principibus legitimè de nouo conduntur, aut prauas censendas, aut earum studium, vsum, praximque omittendam. Absit enim, vt quid similium proferre ausim, cùm sat mihi constet, illas pariter à Deo deriuatas, ideóque C. de præscri. longi. tēpo. §. fi. dictas *per ora Principum diuinitus promulgatas; & leges sacratissimas* appellatas. de legibus l. leges sacratissimæ. Et in Euangelio Dominus de humanis Scribarum, & Pharisæorum legibus verba faciens ait. [c] *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruate, & facite: Secundùm verò opera eorū nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* In quibus ipsum humanarum legum vsum, & praxim ne dum commendatam, sed & mandatam apparet; tametsi leges ipsæ graues sint, tametsi & iudices praui: Neque quia vt plurimùm procuratores, & aduocati male eorum exercent praxim propterea ab iis addiscendis, & ab illarum exercitio deterrendi sunt sæculares; sicut nec deterrendi à militia iidem sunt, vt à re mala, tametsi ea & Clericis prohibita sit, & à sæcularibus vt plurimùm id studij prauè exerceatur. [d] *Per me enim Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt,* increata ait Sapientia. Et Ioannes in Euangelio [e] ostendit, & militiam à militibus sanctè posse exerceri, dummodo neminem concutiant, neque calumniam faciant, & suis contenti sint stipendiis.

c Matth. 23. 2.
d Prou. 8. 15.
e Luc. 3. 14.

16 *Legum politicarum, & rationis status studium fidelibus quibusque interdictum ob rationes quatuor.*

Pro omnibus, & Clericis, & sæcularibus vniuersaliter ex hoc ipso Ieremiæ loco id deduci potest morale, vt per ea quæ hîc dicuntur fideles quique à pessimo, veréque gentilitio arceantur studio, & praxi earum mundi legum, quas politicas appellamus, & rationis status, & illarum quas Italicè dicimus, *Cauallereſche*, reuera diabolicarum potiùs quàm humanarum, rationes autē quibus ab eis deterremur, eæ ipsæ quatuor sunt, multóque & veriùs, & propriùs, quæ mox expensæ fuère, quia leges ab vnitate diuinæ legis alienæ: quia populorum instabilium, & iugibus fluctuantium contentionibus: quia vanæ, vtpote à vanis hominibus, & (vt ita dicam) ventosis, ac propriæ existimationis vanâ inflatis opinione & inuentæ, & celebratæ, & assidua praxi propagatæ: Et quarto, quia sunt ipsamet vanitas, quatenus totæ de punctis honoris sunt, de proprio cu-

A iuscumque particularis interesse, & de similibus quæ vanitas sunt, & in vanitatem resoluuntur. Vnde de iusto dicitur, [f] *Qui non respexit in vanitates, & insanias falsas,* & de consultatione istarum vanitatis legum ait Dauid, [g] *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerētibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium.*

f Psal. 39. 5.
g Psal. 25. 4.

17 *De Prælato prauo à prauis electoribus malè electo.* Hug. Card.

(*Quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia*) Hugo Cardinalis totum hunc locum ad Ecclesiasticos in hunc refert modum, vt arbores infructuosæ in saltu sint Canonici in Capitulis, in quibus vix reperiatur vnus bonus. *Tūc de hoc,* inquit, *saltu præciditur lignum, quando de ta-* B *li infructuosa cōgregatione aliquis ad Prælaturam eligitur,* Iudic. 9. [h] *Ierunt ligna vt eligerent super se regem: Verè enim Regem eligunt, non patrem, aut Prælatum: quia nostri Prælati in omnibus se gerunt ac si domini, & reges essent.* Isai [i] 44. *Succidit Cedros, tulit Ilicem, & Quercum quæ steterāt inter ligna saltus, Istæ duæ arbores cibum portant bestiis, & porcis vtilē. Vnde si quæreretur à porcis quem Regem vellent sibi eligere, non eligerent nisi Quercum, vel Ilicem. Tales sunt qui non eligunt aliquem, nisi quia ille benè eos pascit. In eo quod dicitur, (Præcidit) notatur quòd ta-* C *les quando electi sunt peiores fiunt. Sicut calliditas, & dolositas eos eligentium, significatur in eo, (opus manus artificis,) Multi enim electi non sunt nisi opere hominum, & non Dei voluntate. Quod additur. (In ascia) indicat litigationem, in qua eliguntur.* Hæc Hugo, & ferè eadem Nicolaus de Lyra, & Dionysius Carthusianus in sensu morali.

g Iudic. 9. 8.
i Isai. 44. 14.

18 *Prælati Ecclesiastici appellati pastores, & ligna saltus, & idola.*

Et quidem quoad hoc quod de praua Prælatorum electione moraliter hîc agatur, cum illis conuenio, dissentio tamen ab iisdem in modo quo de ipsa agi putant electione, adeóque & in particularium quæ hîc indicantur eius electionis conditionum explicatione. Conue- D nio in primo, quia & aliàs apud Zachariam Prophetam, populi pastores ligna saltus, nec non & idola appellata reperio: Idola, ibi: [k] *ô pastor, & idolum derelinquens gregem:* Ligna verò saltus, vbi cùm dictum esset, [l] *Vlula Abies, quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: Vlulate Quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.* Subiicitur illicò in eorum explicationem, *Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum.* Porrò per saltus metaphoram mundum significatum crediderim, instar saltus præ condensis arborum frondibus tene- E bris offusi: [m] *Erat,* inquit Ioannes, *Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: In mundo erat, & mundus eum non cognouit; & tenebræ eum non compræhenderunt.* Mundanorum vanitates, & luxuriantes delitiarum frondes condensum ita reddunt hunc mundi saltum, vt diuini solis radios illius tenebræ non compræhendant, vnde querelæ illæ in libro Sapientiæ, [n] *Et Sol intelligentiæ non ortus est nobis.* An non saltus ferarum habitaculum mundus tantis opertus tenebris? [o] *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt* F *omnes bestiæ Siluæ,* ait Dauid. Quid enim sunt mundani omnes, nisi variæ ferarum species, & bestiæ Siluæ. Sed ob id in primis mundus dicendus est saltus, quia sicut saltus & Siluæ totæ arboribus cōsitæ sunt infructuosis, quæ vel latiùs solummodo in folia luxuriant, vel in altū excelsæ fulminum probantur esse obiectū, quæve si quando quid ferunt fructus, porcorum is omnis est, ac bestiarum, quæ demum, si ad quid hominibus deseruituræ sint, necesse est, vt

k Zach. 10. 17.
l Zach. 10. 2.
m Ioan. 1. 9. *Mundus significatus metaphorâ saltus, & Siluæ.*
n Sap. 5. 6.
o Psal. 103. 20.

præcidantur. In eumdem modum & mundus, de quo Ioannes, [a] *Mundus in maligno totus positus est*, iis plenus est hominibus, qui in illo radices defixas habentes in externæ, apparentisque voluptatis frondes luxuriant; in superbiæ eleuantur celsitudinem; & nil fructus afferunt operum, quibus vel homines ratione vtentes, vel Angelos, Deúmque reficiant, sed glandes duntaxat, & siliquas è se emittunt pessimorum scelerum, exemplorum, & documentorum ad eorum cibum qui bestialem, porcorúmque in mundo ipso degunt vitam.

a 1. Ioan. 5. 19.

19 Cæterùm sicut lignorum saltus multiplex ad hominum commoda, quin & ad Dei quoque ministeria vsus est, si tamen ex ipso præcidantur saltu, idipsum & de mundanis dicendum est hominibus. Quid ergo hic arguitur per Ieremiam mali, cùm dicitur, (*Quia lignum de saltu præcidit opus*, &c.) Id quod frequenter in Ecclesia deplorandum fieri à Principibus & sæcularibus, & Ecclesiasticis solet; vt cùm de animarum pastore cuipiam pingui prouidendum est Ecclesiæ, è medio mundi quem sibi libuerit eligant virum mundanum, quoad Ecclesiastica Siluestrem, statimque ac illum è saltu præciderint factum clericum, absque vlla experientia ad prælaturam euehunt, vtinam non & vitiosum.

Principes eueh unt in Episcopos frequẽter homines merè sæculares, & mundanos, quod maximè est deplorandum.

20 Contra quem perniciosissimi erroris abusum egregiè inuehitur Gregorius Papa lib. 7. Epistolarum epist. 110. quæ est ad Siagrium, Betherium, Virgilium, & Desiderium Episcopos, post dimidium, dicens, *Apta ædificationibus de Siluis ligna succiduntur, nec tamen adhuc virilibus ædificij pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccauerit, & apta ad necessarium vsum effecerit. Quæ obseruantia si fortè negligitur, citiùs super imposita mole franguntur: & gignit ruinam ad auxilium res prouisa.* (Et paulò superiùs) *Necesse est*, inquit, *vt quamuis inculpati quisque sit meriti: ante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officiis, videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat, vt postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonstrare. Diu religiosâ meditatione poliatur vt placeat, & sic lucerna super candelabrum posita luceat, vt aduersa ventorum vis irruens conceptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat: Nam cùm scriptum sit, vt prius quis probetur, & sic ministret, multò ampliùs ante probandus est qui populi intercessor assumitur, ne fiant causa ruinæ populi Sacerdotes mali. Ordinatè ergo ad ordines accedendum est: nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Et cùm* [b] *Apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum: manum non esse cuiquam citiùs imponendam, quid hoc celerius, quidve præcipitantius, quàm vt exoriatur à summitate principium, & ante esse incipiat Episcopus quàm Minister.* Hæc Gregorius.

Greg. PP. *In Episcopos è mundo eligi sæculares quàm sit Ecclesiæ perniciosum.*

g 1. Timot. 5. 21.

21 (*Opus artificis.*) Consonum id est communi illi locutionis formæ, quâ de talibus præexpositâ ratione ad Prælaturas Principum opera euectis dici consueuit, iste est creatura Principis talis; ille alterius Regis, Ducis & similium, qui & bene artifices in tali opere asseruntur, quandoquidem cùm eos quos elegerint Summo repræsentant Pontifici, nil omittunt artificij, quo expolitos ipsos repræsentent, probos, doctos, aptosque ad id quod exquiritur dignitatis. Vnde bene hîc apponitur instrumentum, quo in primis vtuntur, cùm adiicitur. (*In ascia*) Cùm etenim exploratum habeant, illico à Pontifice de præsentato obiiciendum, haud decere, vt qui de sæculo mox præcisus est, mundanisque adhuc respersus est inquinamentis, quique rerum Ecclesiasticarum inexpertus est, & diuinorum ignarus sapientiæ, tam citò in pastorali constituatur Cathedra. Hæc præuenientes; primò omni quâ possunt contentione omnem ab illo amouere obnituntur similium defectuum imperfectionem, omnémque excessum; artificio id probantes vel ex bono nomine quod eius esse dicunt, vel ex illius qualitatibus sat sibi expertis, vel etiam ex nuncupatorũ testium auctoritate. Ascia quippe ad hoc artifici inseruit, vt abscindendo, auferendoque opus è ligno perficiat, expoliatque. Nec est abs re quòd non dicitur simpliciter (*Opus artificis in ascia:*) sed, (*opus manus artificis in ascia.* Tria enim adhibent in tali repræsentatione; artificia verborum, ac rationum, excusationes, & diminutiones excessuum, ac imperfectionum, quæ, vt dictum est, aduersùs repræsentatum obiici possunt, & tertiò muneta quibus multò meliùs quàm verborum ascia in promotorum mentibus prædictos ablatos exhibet excessus, vitiaque omnia quæ alioquin ab illis magnificabantur, idque designat manus metaphora, prout & supra. [c] *Sacerdotes applaudebant manibus.*

Principum modus descriptus, quo repræsentant Pontifici quos ad Episcopatus nuncuparint è medio sæculi præcisos.

c Iere. 5. 31.

Vide Appendicem Patrum post expositionem 2. Vers. 5.

Vers. 4.] Argento & auro decorauit illud: clauis, & malleis compegit, vt non dissoluatur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ET [a] quò aliquid habeat pulchritudinis, quâ intuentium alliciantur, fallantúrque oculi, præfulgido extrinsecus id decorant argento, & auro. Tantùm abest, vt quid illud habeat, exhibeatque roboris, vt operæ precium fuerit clauorum perforationibus, malleorúmque percussionibus ab ipso compingeretur fabro lignario, ne dissolutum decideret.

a *Argento & auro decorauit illud.*
b *Clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

ARGENTO, & auro, &c.) Inter alia quibus idololatriæ studium apud Gentiles promoueri solitum erat, insignem simulacrorum, elaboratam speciem adnumerat libri Sapientiæ auctor, dicens, [c] *Prouexit autem ad horum culturam & hoc quod ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte suâ, vt similitudinem in melius figuraret.* Hoc illud est, quod & per argenti ac auri illinitionem ligneo simulacro adhibitam ab artifice intentum hoc loco significatur. Simulque ostenditur, quàm longè à vera pulchritudine, quâ præditus Deus est, falsi ij abessent dij, cùm externa opus haberent, quâ eorum turpitudo operiretur illinitione, & id quod speciei præ se ferrent, exiguum quid esset eorum externi. 1

Idololatria permota per artificum peritam industriam in faciendis, ornandisque idolis.
c Sap. 14. 18.

(*Clauis, & malleis cõpegit, vt non dissoluatur.*) Sicut id duntaxat exigui habent speciei quod ab artifice 2

Idola firmitatis robur habent à fabro.

artifice extrinſecus inditum eis ſit: Ita & cùm in ſe nil habeant roboris, vt vel conſiſtere queant, id ſolummodo habent ſoliditatis, quod idem eis tribuerit artifex, & clauorum perforationibus, & malleorum percuſſionibus. Hebr. Quoad primam partē ſimili ferè ratione vertunt Pagn. & Regia. (*In clauis, & in malleis confortauerunt illa.*) Nec non & Vatablus, (*Clauis & malleis firmant illud.*) In ſecunda parte eſt verbum יפיק *iaphik*, quod diuerſimodè interpretatum hîc reperitur, Pagninus. (*Et non egredietur a loco ſuo.*) Regia, (*Et non prodibit*) Vatab. (*Ne vacillet*) Hebræi, (*Et non cadet.*) Non egredietur à ſua diſpoſitione, & non cadet, id exponit R. Dauid in Comment. Quæ omnia aptè vnico Interpretis noſtri verbo, (*Vn non diſſoluatur*) exprimuntur. In verſione Sept. prima pars ita habètur, (*In malleis, & clauis firmauerunt ea.*) In ſecunda parte variant Codices: licet enim Complutenſis, & Regius ſimpliciter habeant, καὶ οὐ κινηθήσονται. (*Et non mouebuntur,*) Correctiores tamen Vaticanus, Aldinus, & alij legunt, θήσουσιν αὐτὰ, καὶ οὐ κινηθήσονται,) *collabunt ea, & non mouebuntur.*)

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem 1. Verſ. 5.

Verſ. 5.] In ſimilitudinem Palmæ fabricata ſunt, & non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent, nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec bene.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a In ſimilitudinem Palmæ fabricata ſunt.

IN [a] *indita ſibi apparenti extrinſecus pulchritudine, immobile perſiſtit, rectum, rigidumque, adeo vt rectè fabrefactum dicas in ſimilitudinē erectæ Palmæ, quæ & pulchram refert ſpeciem, & ita obdurata in ſua rectitudine eſt, & rigiditate ac immobilitate, vt nec à validiſſimis tantillum dimoueri queat ventis.* [b] *Quod ſi ex idolis aliquibus etiam ligneis reſponſa habeantur, non ipſa, ſed Dæmones in ipſis ſunt qui humanarum vocum, humanæq; locutionis ad idololatrarum deceptionem ſonos efformant. Ea certè cùm inanimata ſint; adeoque & immobilia, & inſenſibilia, loqui nullatenus queunt.* [c] *Quinimò ita immobilia ſunt, & inſtar arboris Palmæ rigida, vt ſi quando in pompam exhibenda ex vno in alium ſint locum, cum labore ab hominibus in humeros ſublata portentur neceſſe ſit: alioquin enim numquam incedēt, quia nec pedem quidem mouere ad ambulandum poſſunt.* [d] *Quamobrem non eſt quod præ illorum metu quidpiam in eorum faciatis cultum, cùm profectò nihil exhibere valeant mali vel boni.*

b Et non loquentur.

c Portata tollētur, quia incedere non valent.

d Nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec bene.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

3 IN *ſimilitudinem Palmæ*, &c.) Quia diuerſimodè & allata Palmæ ſimilitudo, & vnius Hebraicæ vocis מקשה *mikſciah*, intellectus accipitur, ita vt vix certo definiri poſſit quid ſibi Dominus hac velit ſententiâ, dicam breuiter primò quid ipſe ſentiam: tum aliorum & expoſitiones referam noſtræ Vulgatæ, & verſiones ex Originalibus, Hebr. & Græc. Sept. quidque & earum vnaquæque habeat intellectus.

Senſus Auctoris.

Facilem, maximéque & antecedentibus congruū lectionis noſtræ hunc crediderim eſſe ſen-

A ſum: vt cum mox dictum ſit, lignea idola ab artifice argento, auroque decorata clauis, malleiſq; compacta, & confirmata, ac conſolidata, ne diſſoluta è ſuo caderent loco: Nunc ſubdatur, illa vt inanimata in illa ſua externa pulchritudine, & immobilitate perſiſtere recta, rigidaque, adeo vt rectè fabricata videātur in ſimilitudinem erectæ Palmæ, quæ & pulchram refert ſpeciem, & ita obdurata in ſua eſt rectitudine, & rigiditate, ac immobilitate, vt nec vel à validiſſimis tantillum dimoueatur ventis. Rigiditatem autem iſtam in iiſdem idolis probat ex eo quòd nec loquantur, nec per ſe incedere queāt, tametſi portata ab ho-B minibus, ſeu à iumentis tollantur. Et huic ſenſui fauere mihi videtur ex Hebr. quæ vt in ſimilitudinem adductæ Palmæ adiectum poſita eſt vox מקשה *mikſciah* à verbo קשה obdurare, & durum eſſe, vt vel duritiem, ſi ſubſtantiuè ſumatur, vel duram ſignificet, ſi accipiatur adiectiuè, ſicque ipſa Hebraica lectio vertatur, (*Sicut Palma duritiei*, ſeu *dura ipſa idola*,) ſc. ſunt ſeu fabricata ſunt. Ioannes Maldonatus Hebraicam ipſam vocem ſumens vt ſignificet æquabile, & rotundum, iuxta lectionem Hebræam quam ſic legit, (*In ſi-C militudinem Palmæ æquabilia ſunt, & rotunda*,) & quod in Vulgata dicitur ita exponit. *Palma arbor eſt rotunda, & teres, ei ergo comparat idola, q. d. Nihil aliud ſunt quàm ligna bene dolata. Aut cōparat Palmæ propter pulchritudinem q. d. Sicut Palma eſt pulcherrima, & comata, ita & idola pulchra quidem ſunt, ſed neque loqui poſſunt, neque incedere.*

Idola perſiſtere à ſe ipſis immobilia recta & rigida inſtar arboris Palmæ.

Maldonatus. Idola aſſimilata Palmæ ob rotunditatem & pulchritudinem.

Communiori tamen ſenſu non tam veræ Palmæ arbori quàm ei quæ artificis ope fabrefacta ſit, vel ex auro, argētóve opere ductili, vel pictæ, ſicut aſſerit Hugo Card. vt ſimilitudinis in eo ſita ſit vis, quòd ſicut Palma affabrè, pulchréque conſtructa nihil affert fructus, nihil emolumēti: D ita idola fabrefacta artificum arte nihil habeant in ſe fructus, nil eximij præter quàm externum quid decoris, & pulchritudinis adiectæ, cùm neque loquantur, neque incedant. *Sunt*, dici inquit Petrus à Figueira, *ſeu ſtāt idola recta in morē Palmæ & leuia in morem ductilis auri. Et videtur cōparare idola Palmæ ductili, quæ quamuis pulchra ſit, tamen nullum fructum fert.* Et huic ſenſui conſona videtur Hebr. lectio ſi prædicta vox quæ vt adiectū poſita eſt Palmæ, in ſignificatu accipiatur ductilis, prout frequenter ſumi ſolet & à noſtro interprete quomodo & hic plerique accipiunt He-E bræorum, & Paraphraſtes Chaldæus legens, (*Opere ductili eriguntur.*) 4

Hug. Card. Idola aſſimilata Palmæ ſculptæ, ſeu ductili, aut pictæ ex eo quòd nil præter externam pulchritudinē habeant.

Figueira.

Quin & eidem ſenſui fauet verſio Sept. quamquam ea iuxta varios Codices & in hoc, & in tribus ſubſequētibus verſiculis ſit valde perplexa, iuxta Codices quippe Complutenſem ac Regium ita verſ. iſte habetur (*Argentū tornatile ſunt: non loquuntur, portata tollentur, quia non incedent. Ne timeas ea, quia non malè facient & bonum non eſt in eis.*) In Vaticano, Aldino, cæteriſque correctioribus ſic legitur, *Argentum tornatile eſt: non ibunt: argentū productum è Tharſis: veniet aurum Mophaz,* F *& manus artificum: opera artificum omnia: hyacintho, & purpurâ induent ea: portata tollentur, quia non conſcendent. Ne timeatis ea, quia non malè faciunt, & bonum non eſt in eis.*)

Quoad verſiones ex Hebræo quia multiplicis ſignificationis, vt iam tactum fuit, ea eſt vox מקשה *mikſciah*, ita vt & Hebræorum doctores vix ſcire videantur quid illa hîc ſignificet, æquale ne, an æqualitatem, an criſpitudinem, & perplexitatem, an verò planum, & ductile:

A Ideo & recētiores interpretes in his Latinè reddendis varij sunt. Siquidem Pagninus vertit. (*Sicut Palma æqualis est*,) scilicet lignum & idolum æqualiter fabrefactum, de quo supra. Regia, (*Sicut Palma æquabilitatis ipsa*,) scilicet idola sunt. Vatab. (*Instar Palmæ rigent ipsa.*) In suis verò Annotationibus ait, Hebræa, *Æquabilitatis* vel *rectitudinis*,) id est, æquabilia & recta sunt idola, construuntur è lignis rectis, & æquabilibus, imitantur proceritate Palmam arborem. Isidorus Clarius, (*In similitudinem Palmæ*, quæ scilicet recta in altum succreuit flecti nescia: Sic imagines eorum stant erectæ in modum corporis humani.

5 *An de idolis dici potuerit quòd aliquādo loquerentur.*

(*Et non loquentur.*) Si de idolis, & falsorum Deorum simulacris omnibus dicta hæc sint, prout asserendum est, Contrarium multiplicia in toto terrarum Orbe celeberrimáque Gentiū oracula contestari visa sunt, in quibus simulacra Apollinis, aliorúmque Deorum confluentibus vndequaque qui postulata eis præbebant, responsa dabant; & Zacharias Propheta apertè illis locutionem tribuit in cap. 10. dicens,[a] *Quia simulacra locuta sunt inutile.* Ad hæc autem dicendum, Dominum hoc loco sermonem facere de locutione propriè sumpta, quæ ab animato solùm, & viuente homine, ex intrinseco principio mouente organicaque potentiâ vocem debito modo articulante proferri per viuentia potest organa. Quam certè nullâ ratione lignea emittere poterant, vel alterius materiæ simulacra, quibus nec vita erat, nec anima, nec vllus ab intrinseco motus. Quòd si Zacharias locuta ea asserit, id iuxta communem vulgi dixit opinionem, censentibus illa in oraculis Deorum suorum loqui. Cùm re verà Dæmones essent qui istiusmodi in simulacris iis darent responsa, vt & hac ratione, sicut ait Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 24. Gentes magis deciperent, persuasas eas reddentes, vt Idola ipsa viuentia tenerent, animata, & diuinitatem habentia. At quemadmodum clamante homine intra domū, clamare haud domum dicimus, sed hominem: & sicut qui domum loqui tunc diceret, impropriè id assereret. Pari ratione qui ait simulacra locuta, impropriè id dicit. Vnde ne vel ob id fortasse in hoc erraremus, quia illa simulacra hominis speciem referentia os locutionis organum habebant, in Psalmo 113. dictum est,[b] *Os habent & non loquentur.* An verò cùm Dæmones intra simulacra, seu in simulacris responsa dabant, verè loqui dici deberent, dubitaret fortasse aliquis, quandoquidem certum esset, illos nequaquam per organa loqui locutionis: & certum quoque esset, vbique & ab omnibus locutos eos dici. Ex doctrina tamen S. Thomæ 1. p. q. 51. art. 3. ad 4. patet, voces quas illi proferebant, haud prolatas ab iis per assumpta corpora, & organa; sed formatione solummodo sonorum in aëre similium vocibus humanis, adeoque dicendas aliquid simile locutioni, non autem locutionem propriè. Sicut si quis hominum digitorum ope in musico organo aliquo sonum emitti faceret humanis verborum vocibus similem.

a Zach. 10. 2. *Locutio cui propriè competat.*

August.

b Psal. 113. 13 *Dæmones quomodo locuti in idolis.*

D.Thom.

6 *Idolorū impotentia.*

(*Portata tollentur, quia incedere non valent.*) Hebr. (*Portata portabuntur, quia non incedunt*,) q. d. Adeo rigida, & immobilia sunt, vt si aliquando in pompam exhibenda ex vno in alium sint locum, operæprecium sit, vt cùm labore ab hominibus portentur, alioquin enim non incedent vnquam, quia nec pedem quidem mouere ad ambulandum possunt,[b] *Pedes habent, & non ambulabunt*, ait Dauid. Ac si dicat, Quomodo igitur ad hominibus opē ferendum accurrent. Ideo subditur. (*Nolite ergo timere ea quia nec malè possunt facere nec bene.*) Hebr. (*Quia non malefacient, & etiam benefacere non eis, seu,* vt Pagninus, *& benefaciendi non est in eo facultas*, aut vt Vatab. *quin & benefacere eorum non est.*) Ad eorum confusionem, qui colenda ea dicebant, vt bene facerent, prout Trismegistum apud Gentes sapientissimum asseruisse, inquit Augustinus lib. 8. de

b Psal. 113. 15.

B Ciuit. Dei cap. 23. Quique propter eorumdem metum, ne sibi mali quidpiam contingerent eò insipientiæ deuenêre, vt & febrim vti Deam coluerint, vt idem asserit Augustinus lib. de Ciuit. cap. 12. Audi quàm bellè apud Isaiam de his omnibus eadem illudantur.[c] *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos: bene quoque aut malè si potestis facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est.*

August.

c Isai. 41. 24.

C *Vers.* 4.] Argento & auro, &c.

Vers. 5.] In similitudinem Palmæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

VT præexpositam sæcularis, & mundani præsentationem ratam (vt dictum est) faciant à Pontifice, atque à promotoribus: Principes iidem id insuper addunt, vt & dignissimum talis Episcopatus, & alterius dignitatis esse asseuerent, decorum illum perhibentes, & pura instar argenti vitæ innocentiæ, & insigni charitate, ac sapientia, quæ spirituale sunt aurum. Atque his omnibus rationibus quasi clauis, ac malleis fortiter compactum lignum, Et, vt verius dicam, ligneum idolum quod non dissoluatur stabilem, firmúmque illum efficiunt Episcopum, ratam & confirmatam eius reddentes præsentationem, vtinā non & electionem. Hocque id est quod ea significant quæ subiiciuntur. 7

D

(*Clauis, & malleis compegit, vt non dissoluatur.*)

E Quanquam non absurdè in toto hoc vers. 4. id designetur, quod plerúmque talium electionum indebitæ confirmationis est causa potissima, simoniacæ nimirum largitionis argentum, & aurum: quibus omnia in electo redduntur decora.

In similitudinem Palmæ, &c.) Prosequitur idem argumentum Propheta de electionibus mundanorum hominum ad Ecclesiasticas Prælaturas, quæ maximo cū Ecclesiæ detrimento fieri & videmus, & dolemus. Explicauit in præcedētibus, quòd illos vti ligna è saltu præciderunt Principes, polierunt, & decorauerunt, vt factam à se illorum electionem & confirmatam à promotoribus, & à Pōtifice roboratam redderent. Vtinā autem vel præcisa istiusmodi ligna mūdi saltus in id adaptata essent operis, vt Ecclesiarum quibus præficiūtur fulcirent domos, quod est præcipuum Episcoporum munus, ita vt propterea de eorum quibusdam Catholica cum sponso suo loquens glorietur Ecclesia.[a] *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cipressina.* At ô rem deplorandam, erigunt illos in idola, quibus vide

8 Vers. 5.

F

Prælati sæculo assumpti in Episcopos à Principibus. Erecti dicuntur ab illis in idola.

a Cant. 1. 17.

videlicet tamquam diis à populo honos habeatur, cùm nil re vera in iis exiſtat Epiſcopale, & boni paſtoris, præterquàm externum Epiſcopi ſimulacrum, & externa paſtoris imago, cùm alioquin iuxta Petri dictum,[a] *forma facti* eſſe deberent *gregis*, non extrinſecus tantùm, velut in ligneo ſimulacro apparens, Sed, *ex animo*, è quo opera proueniunt, quæ veri Epiſcopi ſunt, verique paſtoris. Cùm Epiſcopum ita in populo eminere oporteat, vt inſtar Palmæ & per iuſtitiam floreat; & oneribus multiplicium non cedat functionum, ac perſecutionum; Et fructus proferat doctrinæ, quibus ſubiectum reficiat populum, & tamquam ſolis hieroglyphicum ſic luceat [c] lux eius coram hominibus, vt videant eius opera, Deumque glorificent.

a 1. Pet. 5. 3.

Prælati eminere in populo debent, & eſſe inſtar Palmæ.

c Mat. 5. 16.

Prælati iſti ſicut bonorum Epiſcoporum à Principibus qui eos euexerunt, fabricati ſunt ſimulacra, ita & in ſimilitudinem fabricati dicuntur Palmæ, vt videlicet in populo excelſiores & glorioſi, & vitæ iuſtitiam extrinſecus quidem præ ſe ferrent, & doctrinæ fructus, & indefeſſa bonorum operum ſtudia, & inflexibilitatem polliceri viderentur in iis quæ iuxta officium ſuum ſibi agenda eſſent. Cùm tamen nihil iſtorum eſſent præſtituri. Vnde ſubditur.

9 *(Et non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent.)* Quid fructus ab iis expectes doctrinæ: neque ex ſcientia, neque ex experientia quod loquantur habent. Quid viſitationis, & vigilantiæ ab illis exquiras itinera, & munia? Qui vt primùm Epiſcopalem occuparunt cathedram excuſationes prætendunt, quòd nequeant iter habere: tantúmque id efficiunt motus quãtùm in curribus inſtar ligneorum truncorum portati deferuntur. Neque expectandum ab iis, vt Principibus qui ipſos fabricati ſunt, vel verbis, vel greſſibus obſiſtatur, cùm ij quidpiam contra Eccleſiaſticam moliuntur libertatem, aut aliud quid admittunt praui. Nam *(non loquentur)* [c] *canes muti* iuxta Iſaiæ vaticinium, *non valentes latrare*, Infœlices nec quidquam motus, nec quidpiam aggredi poſſunt vel itineris, vel operis, niſi quantùm à Principibus ipſis, qui & Eccleſiaſticarum rerum, ac negociorum adminiſtratores eſſe volunt, portati tolluntur, & quocúmque eis libuerit, deferuntur. Quapropter bene adiicitur.

Prælati à Principibus è ſæculo aſſumptis quàm malè ſe gerãt in officio ſuo.

c Iſai. 56. 10.

10 *(Nolite ergo timere ea, quia nec malè poſſunt facere nec bene.)* Quid enim ex intrinſeco faciant Epiſcopalis vigoris principio, quibus vix quidquam Epiſcopalis relictum eſt præterquàm vt ſint veluti lignea Epiſcopi ſimulacra, veluti idola, & à Principibus ipſis in veneratione extrinſecus habiti ob hoc ipſum, vt Eccleſiaſticam bene, vel malè faciendi auctoritatem ſibimet vindicatam conſeruent. Vtinam autem penitus nec loquerentur, nec incederent, nec malè facerent. Contingit enim plerúmque, vt ſicut antiquitùs in Gentium idolis loquebantur Dæmones, emittebanturque oracula, quibus deciperentur populi; ita ex talium Epiſcoporum ore ſua Principes praua confirment ſtudia, & falſa quæ tuentur loquantur dogmata, quò faciliùs veluti Epiſcopalibus oraculis ſeducant populos, cuius tragœdiæ plena ſunt & veterum, & recentiorum temporum monumenta. Et continuus eorumdem Epiſcoporum in Principum curiam egreſſus obſeruatur magno cum plebis ſcandalo, & regreſſus: Currunt in venationibus, velocéſque ſunt pedes eorum vt multiplicia perpetrent ſcelera. Quis verò id explicet, quantùm malè ſubditis faciant, vel per id vnum, quòd ab eis non timentur, *(quia nec malè poſſunt facere: nec bene,)* [c] *Nemo te contemnat*, ait Paulus ad Titum Epiſcopum, vbi Hieronymus vim verbi Græci περιφρονείν, eam eſſe aſſerit, Nemo te deſpiciat quaſi infra ſe poſitum. Ac ſi dixerit, auctoritatem tuam, oſtende, & exerce poteſtatem tuam, ne quis te deſpicere audeat quaſi ipſo inferiorem. Norat enim Apoſtolus quantum exinde prouenire potuerit mali, ſi Epiſcopi contemptui haberetur auctoritas.

Prælatorum à ſe aſſũptorum è ſæculo Principes ſibi vſurpãt auctoritatẽ omnem.

Prælati è ſæculo aſſumpti à Principibus quantũ damni inferant populis.

Epiſcopus quãtùm ſubditis inferat mali, cùm contemnitur ſine auctoritate, quam Principes ſæculares ſibi vſurparunt.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Quia leges populorum, &c.

Verſ. 4.] Argento & auro, &c.

Verſ. 5.] In ſimilitudinem, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Ὅτι τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν μάταια, ξύλον ἐστὶν ἐκ τοῦ δρυμοῦ ἐκκεκομμένον, ἔργον τέκτονος, καὶ χώνευμα.

4. Ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ κεκαλλωπισμένα, ἐν σφύραις, καὶ ἥλοις ἐστερέωσαν αὐτά, καὶ οὐ κινηθήσονται.

Verſ. 3.] Quia legitima Gẽtium vana ſunt, lignum eſt de ſaltu præciſum, opus artificis, & conflatio.

Verſ. 4.) Argento & auro decorata: in malleis, & clauis firmauerunt illas, collocabunt ea, & non mouebuntur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Verſ. 3. *Quia decreta populorum vana ſunt, quia lignum de ſilua præciditur ei: opus manuum fabri lignarij in aſcia.* Verſ. 4. *Argento, & auro cooperit illud, clauis, & malleis corroborat illud, vt non inclinetur.* Verſ. 5. *Opere ductili eriguntur ea, & non loquentur, portando portantur, quia non habent ſpiritum ad ambulandum. Ne timeatis ab eis, quia non malefaciunt, nec ſciunt benefacere.* 1

Verſ. 3. 4. & 5. *(Quia leges populorum, &c.)* Hieronymus. *Quod ait (Leges, ſiue legitima populorum vana ſunt) omnem humanam ſapientiam futilem eſſe demonſtrat, & nullam in ſe habere vtilitatem.*

Hieron.

Sapientia humana vanitas.

(Quia lignum de ſaltu præcidit, &c.) Deſcriptio idolorum, quæ venerantur Gentes (lignum inquit, de ſaltu præcidit.) Materia ergo idolorum vilis, atque corruptibilis: (Opus manuum artificis.) cùm artifex mortalis ſit, mortalia ergo & illa quæ fabricatur. (Argento & auro decorauit illud) vt fulgore vtriuſque materiæ decipiat ſimplices, Qui quidem error ad nos vſque tranſiuit, vt religionem in diuitiis arbitremur. (Clauis, & malleis cõpegit, vt non diſſoluatur, ſiue, vt non moueatur.) Quanta idolorum potentia, quæ ſtare per ſe nequeunt, niſi clauis, & malleis compingantur? In ſimilitudinem Palmæ fabricatæ) habent pulchritudinem metallorum, & picturæ arte decorata ſunt: ſed vtilitatem non poſſident quã præbeant aliquos fructus artifici. (Et non loquentur.) Nihil enim in ſe vitale habent. De quibus ſcriptum eſt, Os [a] habent, & non

Idolorũ Gentiũ deſcriptio.

a Pſ. 113. 13.

loquentur: aures habent, & non audient. (Portata tollentur) fortior ille qui portat, quam illa quæ portantur, imò in illo sensus est, in hoc figura sine sensu. (Nolite ergo timere ea, quia nec bene facere possunt, nec malè,) Solent enim plerique Gentilium dæmones colere ne noceant, & alios exorare, vt præstent beneficia. Vnde illud Virgilianum est. Nigram hyemi pecudem: Zephyris felicibus albam. Quicquid de idolis diximus ad omnia dogmata, quæ sunt contraria veritati referri potest. Et ipsi enim ingentia pollicentur & simulacrum vani cultus de suo corde confingunt. Iactant grandia, & ad decipiendos simplices quosque, quasi aureis sensibus, & eloquiis argenti splendore fulgentibus, imperitorum obstringunt aciem, & à suis inuentoribus sublimantur: in quibus nulla est vtilitas, & quorum cultura propriè gentium est, & eorum qui ignorant Deum.

Dogmata falsa similia idolis Gentiũ.

Theodorit.

Theodoritus. Perstringit etiam idolorum structuram, & ait illa ex ligno construi, ac subsidio egere, clauis & aliis instrumentis, necnon artificio, & deinceps manibus stabilientibus.

D. Thomas. *Idolorum vanitas descripta.*

D. Thomas. Proponit idolorum vanitatem (leges populorum) quibus ad idololatriam se obligant, (Vana) quia inutiles, & sine veritate diuinæ scientiæ. Sap. 13. [a] Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & hanc vanitatem probat ex substantiæ vilitate quantum ad materiam. (Quia lignum:) quantum ad causam efficientem principalem (opus manus) & instrumentalem, (in ascia) Quantum ad formam decoris (argento) Baruch [b] vltimo. Ligna eorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata, & inargentata: falsa sunt, & non possunt loqui. Et compositionis, (clauis, & malleis) Isai. 41. [c] Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis, dicens glutino bonum est, & confortauit eũ clauis, vt non moueretur. Probat etiam ex operis infirmitate, quia non habent operationem sensitiuam, nec intellectiuam, (In similitudinem Palmæ,) quæ neque intelligit quamuis decora sit. (Et non loquentur,) quãtùm ad actum rationis (portata) scil. ab aliis quantùm ad operationem sensitiuæ animæ. Concludit demũ intentum, (Nolite ergo timere,) Quædam enim celebrantur vt benefacerent, quædam ne malè, Isai. [d] 41. Bene quoque aut malè si potestis facite: & loquemur, & videamus simul.

a Sap. 13. 10.
b Baruc. 6. 7.
c Isai. 41. 7.
d Isai. 41. 23.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν μάταια.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὰ ἔθνη || σέβεσθε, λέγω μὴ σέβεσθε; ἀλλ' ἐπειδὴ μάταιά ἐστι νόμιμα ἐνταῦθα τὴν θρησκείαν φησίν. [Ξύλον ἐστὶν ἐκ τοῦ δρυμοῦ.]

|| ἴσ. σέβεται.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου.] ἐννόησον αὐτοῦ τὴν ἐπιείκειαν. μὴ τὴν ὄψιν θεάσῃ, ἐπὶ τὴν ὕλην ἐλθὲ, τὸ ἄμορφον ἐκείνης λόγισαι. ξύλον || ἔνθα πολλάκις ἐκ τοῦ δρυμοῦ, οὐδὲ καρποφόρον ἀλλ' ἄκαρπον. πρὸς καῦσιν ἐπιτήδειον. οὐδὲ ζῶν, καὶ αὐξανόμενον, ἀλλὰ νεκρὸν ἐκτμηθέν.

|| ἴσ. ἐλθών.

[Ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ κεκαλλωπισμένα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλὰ χρυσὸν ἔξωθεν περίκειται πάλιν ἡ γῆ, πάλιν ἀνθρωπίνη τέχνη.

Ἐν σφύραις, καὶ ἥλοις ἐστερέωσαν αὐτά.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀλλ' ἕστηκεν. ἀλλὰ τοῦτο ἐλάττωμα, οὐ γὰρ οἴκοθεν ἔχει τὴν στάσιν, ὅθεν οὐδὲ μεταβῆναι δύναται. τί βούλονται οἱ ἧλοι; τίς ἑαυτῷ κατασκευάζει θεόν; ὅταν ἴδῃς ἑστῶς, ἐννόησον τοὺς κατέχοντας ἥλους, οὓς ἂν ἀφέλῃς, ἐπὶ πρόσωπον πεσεῖται. ὅταν ἴδῃς λάμποντα τῷ χρυσῷ, ἐννόησον τοὺς χωνεύσαντας, ὅταν ἴδῃς περιβεβλημένον, ἐννόησον τὸ ξύλον τὸ γυμνὸν, ὡς οὐδὲν οἴκοθεν ἔχει, οὐδὲ φυσικὸν κάλλος. ὅταν ἴδῃς φερόμενον, ἐννόησον ὅτι ἀσθενείας ἐστί.

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] δικαίως δείκνυσιν αὐτοὺς ἀπεικασθέντας τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι καὶ τὰ ἐκείνων ἐζήλουν, σημεῖα οὐρανοῦ φυλαττόμενοι. εἴη δ' ἂν ἀστρολογία, καὶ ἀστροσκοπία, εἰ δὲ καὶ τὸν ἀέρα λέγομεν οὐρανὸν, καὶ οἰωνοσκοπία, πρὸς ἃ τοῖς προσώποις ἀνανεύουσιν ἐκπληττόμενοι. τὸ δὲ ἐν τοῖς εἰδώλοις διαβάλλει σαθρὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, ὅτι φθαρτή. ἀπὸ τοῦ τεχνίτου, ὅτι θνητὸς, ἀπὸ τοῦ πάσης ἐστερεῖσθαι ζωῆς, καὶ κινήσεως. τοιγαροῦν ἀνενέργητα καλῶν ἐστι καὶ κακῶν. οὐδὲ τοὺς ἐν αὐτοῖς δὲ δαίμονας

3 *Chrysost. Legis nomine significata religio.*

Vers. 3. QVIA legitima gentiũ vana sunt.) Chrysostomi.] Num quia gentes colunt, idcirco dico ne colatis? sed quia vana sunt. Per legem hîc religionem intelligit.

(Lignum est de saltu præcisum.)

S. Ioannes. Idolorum vanitas, & vilitas ex materia.

Sancti Ioannis.] Considera æquitatẽ ipsius, ne inspicias quod apparet, accede ad materiem, vide, informémque illius speculare naturam; lignum multoties è nemore importatum non fructuosum; aptum igni ad comburendum, non viuens, non crescens, sed mortuum excisum.

4 *Chrysost. In idolis humana industria spectabilis. Idolorum infirmitas.*

Vers. 4. (Argento & auro decorata.)

Chrysostomi.] Sed rursus auro deforis terra circumuestitur, rursus humanæ industriæ opus.

(In malleis & clauis firmauerunt illa, &c.)

Eiusdem.] At dices, stat; & hoc imbecillitas: non enim quòd stet ex se habet; quare nec deambulare valet. Quid sibi volunt claui illi? Quis sibi Deum construit? Cùm videris stans, clauos illum sustinentes considera, quos si abstuleris, pronum cadet, tùm videris auro nitens, subueniant tibi qui conflarint: cùm vestibus circumdatum, lignum considera nudum ex se nihil habens, nec inditam à natura pulchritudinẽ, cùm ferri illud videris, tum animo tuo cogita, hoc esse imbecillitatis.

5 *Incertus. Iudæi facti similes Gentibus. Idolorũ vanitas, & vilitas probata ex eorũ materia.*

|| Incerti.] Iure eos similes gentibus effectos ostendit; cùm & mores eorum æmularentur, signa cæli obseruantes, quod est astrorum notitia, & obseruatio, si verò & aërem cælum vocemus, addita & auguria, ad quæ conuertunt faciem admiratione commoti: porrò vt inane quid & futile reprehendit idola à materia, quòd corruptioni obnoxia, quòd ab artifice; quòd mortalis, ex eo quòd omnis vita, omnis motus in illis desideretur. Nihil igitur aut boni, aut mali agere possũt, nec quisquam

μονας φοβεῖται τὶς τῷ Θεῷ τεθαῤῥηκώς. ἀπὸ A γὰρ τῶν εἰκόνων, ἡ τῶν πρωτοτύπων γνωρίζεται φύσις. ἦν γὰρ ἄν τις, καὶ τῶν εἰκόνων δύναμις, εἴπερ ἦσαν θεῶν. ὅπου καὶ τῶν βασιλέων αἱ εἰκόνες ἰσχύουσι διὰ τῆς προσούσης τιμῆς, ἐφ' ὧν ἔξωθεν ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν τὸ κράτος. ||

quam eos qui in illis habitant Dæmones timet, dum Deo fidat. Ex imaginibus enim Prototyporum natura cognoſcitur. Etenim eſſet & in ipſis imaginibus virtus quædam, ſi Deorum eſſent imagines, cùm & regũ imagines vim habeant ob honorem qui præſtatur; in quibus externum non ex ipſa natura ineſt robur. ||

Ex imaginibus cognoſcitur natura prototyporũ.

Verſ. 6.] Non eſt ſimilis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum B in fortitudine.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Non eſt ſimilis tui Domine.

*N*ON [a] *erubeſcunt nihilominus plerique hominum iſtiuſmodi ſimulacra tibi Domine aſſimilare, & præferre. At nec ſimilem tui quemquam reperire eſt Deorum, cùm non ſit alius Deus præter te.* [b] *Tu magnus ſolus non corporeâ quantitate, ſed magnitudine perfectionis; ſed magnitudine potentiæ, & prouidentiæ; ſed magnitudine* C *laudabilitatis; magnum nomen tuum, & laudabile nimis, magnificentiâ fortium operum tuorum. Celebrantes potentiam tuam, tuam ſanè celebrant magnitudinem, quæ magni eſt nominis in fortitudine.*

b Magnus es tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

1 *N*ON *eſt ſimilis tui Domine.*) Conuertit ſe ad Dominum Propheta, ex occaſione præexpoſitæ falſorum Deorum idolorúmque impotentiæ, illius è veſtigio celebrans diuinam potentiam. Imitatus Vatem D regium qui & ipſe in eadem ferè prorumpens Pſalmo 85. dixit, [c] *Non eſt ſimilis tui in diis Domine, & non eſt ſecundùm opera tua:* Cui tamen optimè erat exploratum, non modò ſimilem ei reperiri in diis non poſſe quoad potentiam in operibus, ſed nec eſſe alium Deum aliquem præter ipſum, vnde aliàs dixerat, [d] *Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?* Et quidem hoc ipſum eſt, quod & Ieremias hîc aſſerit iuxta lectionem Hebraicam, in qua ſic habetur. (*Non ſicut tu Domine,*) ſeu, vt vertit Pagninus, (*Non eſt ſicut tu Domine,*) & Vatabl. (*Re verâ ô Domine non eſt ſicut tu,*) Iuxta noſtram E Vulgatam, cui conſona eſt, & verſio Sept. in Codicibus Complutenſi, & Regio, quamuis correctiores Codices, Vaticanus & alij nihil iſtius habeant verſiculi, Deorum ſubintelligendum eſt nomen cui adiectum competat ſimilis, cùm ſingularis fortitudinis Deus laudatur, vt idololatrarum impudens retundatur peruerſitas, qui fortes Dæmonum ſimulacra Deoſque appellabant, ita vt propterea in eorum exprobrationẽ Moyſes cecinerit, [e] *Quis ſimilis tui in fortibus Domine, quis ſimilis tui.* Et iiſdem Deum qui vnus eſt, aſſimilabant, pro vt is ea de re conquerens F apud Iſaiam conteſtatus eſt dicens. [f] *Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtaterâ ponderatis conducentes aurificem, vt faciat Deum, & procidunt, & adorant. Portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo: & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur, ſed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non ſaluabit eos.*

c Pſal. 85. 8.

d Pſa. 17. 32.

e Exod. 15. 11.

f Iſai. 46. 5.

2 (*Magnus es tu.*) De Dei magnitudine agens Sophar in lib. Iob eamdémque extollens quoad omnes quantitatis dimenſiones, laudem tandem vniuerſam non tam in illius confert magnitudinem quantitatis, quàm immenſam eſſe ſat notat, quam magnitudinem potentiæ, prouidentiæ, & ſapientiæ, [g] *Excelſior,* inquit, *cælo eſt,* vtpote qui iuxta Amos Prophetæ ſententiam, [h] *Ædificat in cælo aſcenſionem ſuam,* ſedem nimirum ſuam ſuper cælos eleuans: ſuper quam ſedens manifeſtum faciat quàm ipſis excelſior ſit cælis, Et, vt noſſemus non de corporea ſe agere celſitudine, quæ in Deo nulla eſt, ſed de altiſſima illius prouidentia, & potentia quæ intra terminos vniuerſi Orbis circumſcribi nequit, benè adiecit, *& quid facies?* quò ſcilicet eam queas attingere. Sicut & de eiuſdem profunditate ſubdit, *profundior inferno, & vnde cognoſces?* & de longitudine latitudinéque, *Longior terrâ menſura,* id eſt, dimenſio *eius, & latior mari.* Ita vt propterea horum conſcius Dauid in illa aliquando ad Deum ipſum proruperit verba, [i] *Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo,* vt inſtar diluculi vniuerſam aëris latitudinem volitem in inſtanti: *Et habitauero in extremis maris,* totâ illius longitudine peragratâ. Quid tum? Magnitudinem cogor celebrem potentiæ & prouidentiæ inquit tuæ; *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.*

Dei magnitudo qualis & quanta.

g Iob. 11. 8.
h Amos 9. 6.

i Pſal. 138. 8.

3 Cæterùm quia quod magnitudine aliquâ eximium eſt, id eo ipſo quòd magnum prædicatur, magnificari dicitur, magnique & nominis celebratur: Hinc factum, vt cùm magnum Deum in Scripturis plerique appellant Sanctorum, laude ſummâ digniſſimum eum ſignificare velint, magnique & laudabilis eum celebrare intendant nominis. Prout hoc loco patefacit Ieremias dum dicens, (*Magnus es tu*) vt intelligeremus quid uoce intendat magni, adiecit.

Magnum pro laudabili.

(*Et magnum nomen tuum.*) Ad nomen quippe potiſſimùm laudabilis ſpectat fama, eiuſdemque celebritas, præſertim in Deo, cuius nomen ipſa eſt eius eſſentia. Quorum egregiam explicationem in Pſalmo 144. aduertere eſt: vbi laudes in Deum collaturus Dauid, nomen certè illius celebraturum ſe ait, laudem autem hanc quam verbis proſequi nemo poteſt, in magnitudine illius conſtitutt, & in inexplicabili eius laudabilitate. [k] *Exaltabo,* inquit, *te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum & in ſæculum ſæculi,* replicatque idipſum. *Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum & in ſæculum ſæculi,* Quænam verò iſta eſt Dei: illiuſque nominis laus? audi: [l] *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis:* laudabilis nimis, quia magnitudinis eius non eſt finis: Magnus in infinita magnitudine laudis, quâ illius nomen magnum eſt, & laudabile, & glorioſum in ſæcula.

Cùm Deus laudatur magnificatur illius nomen.

k Pſa. 144. 1.

l Pſa. 144. 3.

(*In fortitudine*) autem adeo magnum, & laudabile Dei nomen, ait Ieremias, id eſt, ob fortia quæ

Laudatur à nobis Deus magnitudinis eum celebratur illius potentia elucēs in operibus ipsius.

quæ per ſuam Deus egit potentiam. Quod clariùs poſt præallata expreſſit Dauid ſubiiciens, *Generatio, & generatio laudabit opera tua, potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabūt. Et virtutem terribilium tuorum dicent. Et magnitudinem tuam narrabunt.* q.d. celebrantes potentiam tuam, operúmque tuorum fortitudinem, tuam profectò celebrabunt & magnitudinem, quæ magni eſt nominis tui in fortitudine. Vt vel ex hoc confuſionem referre debeāt qui idolo eum audeant aſſimilare, quod propterea non timendum à quoquam dictum eſt, quia nec benefacere poteſt, nec malefacere.

Vide Appendicem Patrum poſt expoſitionem Literalem & Moralem, Verſ. 10.

Verſ. 7.] Quis non timebit te, ô Rex gentium? tuum eſt enim decus: inter cunctos ſapientes gentium, & in vniuerſis regnis eorum non eſt ſimilis tui.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quis non timebit te ô Rex Gētium. b Tuum eſt enim decus, (ſeu tibi venit, aut conuenit.)

IDOLA [a] metuenda non ſunt, quia nihil in ſe habent virium, nihil poteſtatis, nihil dominy: Te Regem Gentium vniuerſarum timeant neceſſe eſt omnes, & venerentur: [b] Tuum iure omni & regnū eſt, & regia maieſtas, atque poteſtas, qualia Regem decent totius terrarum Orbis. Tibi conuenit quicquid eſt honoris, gloriæ, maieſtatis, & magnificentiæ. Regem eſſe gentium tibi venit, tibi ſoli debetur, & non aliȳ: Tua nedum potentia, ſed & ſapientia præ omnibus eximia. [c] Ita vt non ſolùm inter falſos Deos qui non ſunt, non ſit qui ſimilis ſit tibi: ſed nec inter homines qui & ſunt, & regna obtinent, & præditi ſunt ſapientiâ.

c Inter cunctos ſapientes Gentium, & in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

4 *Deus metuēdus ab omnibus vt omnium Rex.*

QVIS *non timebit te, &c.)* Factâ mentione magnitudinis, & fortitudinis Dei, in antitheſim exiguitatis, vilitatis, & imbecillitatis idolorum, meritò infert Propheta, ab omnibus eum nedum Iudæis, ſed & Gentilibus metuendum, Metuendum inquam vt vniuerſæ terræ Regem, cui nemo ſit hominum, vel Sapientum, vel potentium qui valeat comparari, facilem igitur Vulgatæ noſtræ in his hunc coniicio eſſe ſenſum. Cùm dicitur, *(Tuum eſt decus)* decoris nomine regiam ſignificatam arbitror maieſtatem, & fortitudinem: quod ex eo colligo Pſalmi 92. quo dicitur. [d] *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Regem quippe ſe exhibens vniuerſarum Gentium, regiam ſibi vt proprium indumentum ineſſe patefacit Deus maieſtatem, qualem certè ſe decet; ſi quæras quid ea tandem ſit maieſtas, quid decus: ipſa eſt illius fortitudo, quam in ipſius elucentem operibus, æquum eſt vt timeant omnes.

Regnum Dei eiuſque maieſtas cur appellata decus.

d Pſal. 92. 1.

Dei regnum, & fortitudo iunctam habent ſapientiam ſummā.

Quia verò Dei regnum, regiaque maieſtas, ac fortitudo perfectiſſima ſunt, eius nimirum perfectionis qualem & Deum, & talem Regem decet, rectè & decus appellata ea ſunt, & quo ſummam quoque ſapientiam qualem expoſcunt quæ vſquequaque decentia ſunt, adnexam illis intelligeremus, rectè adiectum hîc eſt, *(Inter*

A *cunctos ſapientes Gentium, & in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.)* Quæ iis ſunt conſona, quibus Eliu in lib. Iob aiebat, [e] *Ecce Deus excelſus*, ſcil. Rex ſuper omnes Reges *in fortitudine ſua*, quæ illius regium eſt decus, *& nullus ei ſimilis in Legiſlatoribus*, ſeu ex Hebr. *inter Doctores*, qui ſcilicet ſapientiam inter Gentes profitentes, & leges illis condunt, & ipſam eos docent ſapientiam. e Iob 36.22.

Bene autem Ieremias noſter, & opportunè poſtquam in præcedenti verſu dixerat, *Non eſt ſimilis tui Domine*, omnem reiiciens idolorum, 5

B falſorúmque Deorum ad verum Deum ſimilitudinem, in verſ. præſenti comparationem, aſſimilationémque reprobat vniuerſam, quam quo quomodo rationalibus ad eumdem Deum habere videntur hominum ij, qui & ſapientia inter Gentes præditi ſunt, & potentia, quorum pleroſque propter ſapientiam, regiamque potentiam ipſam ſuam in Deos à populis relatos narrant hiſtoriæ. Ponderandum eſt autem relatiuū *(eorum,)* Neque enim dicitur, *(Inter cunctos ſapientes Gentium, & in vniuerſis regnis eorum)* ſcil. Gentium ſed *(& in vniuerſis regnis eorum)* ſc. ſapientum nullus eſt ſimilis tui, per hoc quippe *Reges nō fiebāt niſi eſſent ſapientes.*

C alluditur ad antiquum multarum Gentium morem. Secundùm quem nullus erat qui regnum obtinere poſſet, qui ſapientiâ non eſſet apprimè inſtructus, vt de Perſis aſſerit Tullius lib. 1. de Diuinat. & lib. 5. de finibus, neminem in Regem aſſumi ſolitum, qui Magorum imbutus non eſſet diſciplinis.

Si iuxta optimam illam ſacræ Scripturæ exponendæ rationem proſequamur, quâ ſcriptura ex ſcriptura interpretatur, ex cap. 15. libri Apocalypſis alterum eorum quæ hîc dicuntur colligere eſt ſenſum, vt ſpiritu prophetico prædicta 6 *A Gentilibus Deum glorificandum.*

D in his ſint à Ieremia, quæ futuris temporibus euentura eſſent quoad veri Dei glorificationem, etiam à Gentilibus in vniuerſo terrarum Orbe illi exhibendam. Siquidem quaſi in eorum quæ hîc dicuntur commentum ab iis qui vicerunt beſtiam, & imaginem eius, hæc habentur. [f] *Magna, & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens*: quæ iis conſona ſunt, quæ Ieremias in præcedenti verſu dicebat, *(Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine,) Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Rex ſæculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius* f Apoc. 15. 3.

E *es.* Quod hîc dicitur, *(Tuum eſt decus,) Quoniam omnes Gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam iudicia tua manifeſta ſunt.* Iuxta quæ de gloria Chriſti ex Gentibus hæc accipit Nicolaus de Lyra, & ante ipſum Theodoritus, vt videre eſt in Appendice noſtra.

Pro eo quod in Vulgata legimus, *(Tuum enim eſt decus,)* In Hebraico textu eſt. *(Quia tibi)* יאתה iaathah, futurum verbi אתה athah quod propriè ſignificat venire, ita vt vertendum hîc ſit, *(Veniet)* ſeu, vt futurum poſitum ſit pro præterito. *(Tibi venit)* vt reddatur ratio eius quod 7 *Regnum Gētium Deo iure obuenit vt omnium Sapientiſſimo.*

F mox dictum fuerat. *(Quis non timebit te ô Rex Gentium?)* Et ſenſus ſit, Quia te eſſe Regem Gentium tibi venit, tibi ſoli debetur, & nulli aliȳ. Quem ſenſum conſtare inquit Chriſtophorus à Caſtro, ex ſequentibus: *(Inter cunctos ſapientes Gentium, & in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.) Alludit enim*, ait, *ad Gentium conſuetudinem ex Magis, aut Sapientibus Reges eligentium. Nam Ægyptij ex Philoſophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus probatiſſimum creabant Regem, vt*

ait

ait Plato lib. de Regno, post medium. Vnde Trismegistus ter maximus dictus est, quod esset Philosophus, Sacerdos, & Rex maximus.

Deo competit omne regnum omnis honos, gloria, & magnificentia.

Communiter tamen idem Hebraicum verbũ non tam pro venire, quàm pro conuenire accipitur & pro decere: in quo significatu & noster interpres id sumpsisse videtur cùm vertit, (*Tuum est enim decus,*) Quomodo & in sua versione Vatablus, legens, (*Quia tibi est decor,*) Quamquam idem in Annotationibus legat sicut Pagninus, Regia, aliique (*Quia tibi conuenit,*) scil. regnum, aut Monarchiã. Quin & versio Sept. siue potiùs Theodotionis, quæ in textu Sept. hoc loco habetur in Codicibus Complutensi, & Regio eodem significatu habet, σοὶ γὰρ πρέπει. (*Te enim decet, tibi conuenit,*) scil. regnum Chald. (*Tuum est enim regnum.*) Andreas Cappella, Emphasim inquit habet in reticentia quod in Hebr. dicitur, (*Tibi conuenit*) significat enim ei conuenire quicquid est honoris, gloriæ, maiestatis, & magnificentiæ.

Andr. Capp.

8 *Vera Dei cognitio, & cultus apud nullos Gentiliũ sapientes, sed apud Iudæos erat antiquitùs.*

Quod dicitur, (*Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui*) seu, vt ad verbum est in Hebr. (*Quia in omnibus sapientibus Gentium, & in omni regno eorum non sicut tu,*) scil. est Petrus à Figueira Iudaico populo dictum censet, vt significetur. Apud nullas Gentes coli, aut agnosci Deum verum veróque cultu. Nam neque Socrates, neque Plato veri fuerunt Dei cultores ad Rom.[a] 1. vt sensus sit, Apud nullas Gentes, vel etiam eas quæ fuerunt ingenij cultu florentes extitisse notitiam veri Dei, & verum cultum, nisi in Israel ex doctrina legis, & Prophetarum, iuxta illud Psalmi 75.[b] *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* Communiter tamen Expositores omnes ad eundẽ Deum dicta hæc volunt, ad quem & præcedentia. Hugo Cardinalis iuncta ea sic accipit cum mox præcedentibus, (*Tuum est decus*) id est, Super omnes habes honorem sapientiæ, siue omnes excedis sapientiâ: & in vniuersis regnis, &c. quia omnes excedis in fortitudine, & sapientia, omnes inquam Reges, & omnia regna. Nicolaus de Lyra. Hæc dicta inquit, quia apud omnes Gentes sapientes, & philosophi posuerunt vnam causam primam hominibus præsidentem, & illam dixerunt esse Deum Deorum, & præ cæteris honorarunt: licet cum populo, vt communiter adorabant idola.

Figueira.
a Rom. 1. 21.
b Psal. 75. 1.
Hugo Card. *Deus excedit sapientiâ, & fortitudine omnes.*
Lyra. *Deus cognitus à Sapientibus Gentiũ.*
R. Dauid.

Quem sensum ex Hebræis Lyra desumpsit: nam & Rabbi Dauid in Comment. suis ita hæc exponit; Quia inter omnes Sapientes Gentium, & in omni regno dicunt, nullum esse similem tui, neque colunt astra, nisi vt intercedant, & veluti proxenetæ sint inter te, & ipsos. Et ait, inquit, (*Sapientes*) quia hi sciunt sculptilia nihil esse, neque stellas, nisi quia sunt in ministerio tuo, vt pro ipsis intercedant. Vulgùs autem putat sculptilia ipsâ bene, & malè facere.

Sapientes Gẽtilium idola colentes insipiẽtes se exhibuerunt, Deũ verum non glorificantes.

Sed hæc haud bene dici patet ex iis quæ mox in subsequenti versu subiiciuntur, *Pariter insipiẽtes, & fatui probabuntur,* id est, deprehẽdẽtur ipsi, scil. sapientes Gentium: siquidem *doctrina vanitatis eorum lignum est*, id est, ex eo insipientes ij deprehenduntur, quia vanâ doctrinâ lignea adorare docent idola, quibus consona sunt quæ Paulus in paulò ante citato cap. 1. epistolæ ad Rom.[c] de iisdem sic profert, *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ.* Meliúsque se declarans addit, *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quam ob rem his omissis istorum expositionibus verborum quæ præ manibus habemus, (*Inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.*) Tu quem tibi magis libuerit ipsorum tene sensum ex iis quos in principio attuli expositionis versus istius septimi.

c Rom. 1. 21.

Vers. 8.] Pariter insipientes & fatui probabuntur, doctrina vanitatis eorum lignum est.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

OMNES[a] simul sapientes Regesque in hac re vna, quòd idololatræ sunt, re ipsâ id probante deprehendentur instar brutorum insipientes, insipienti ardore idololatriam prosequi, suamque in ea potissimum patefacere fatuitatem, quod in ipso idololatriæ studio inconstantissimi existunt, quandoquidem per sapientiam agnoscentes, in idolis deitatem minimè esse, haud tamen sibi constant, cùm nihilominus propter humanos respectus ea & colant, & colere alios doceant vti Deos, nouos insuper addentes quos colendos exponant, [b] Et in eo suam faciunt vanitatem, quod doctrina vana materiale & ligneum vilissimum idolum vti Deum docent adorandum, ita vt lignum ipsum quàm vani sint, quámque vana & eorum sit sapientia doceat.

a Pariter insipientes, & fatui probabuntur, (seu in vno brutescent, & insanient.)

b Doctrina vanitatis eorum lignum est.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

PARITER *insipientes*, &c.) Faciunt hæc in prædictorum amplificationem. Cùm enim Propheta exinde Dominum celebrasset, quòd meritò ab omnibus metuendus esset, vtpote cui & vniuersale regnum, & quicquid esse potest decoris, gloriæ, & maiestatis iure conueniat, cùm nec inter Gentium sapientes regesque comparari quisquam ei possit, sicut nec inter falsos Deos, corúmque simulacra ad ipsum nulla esse potest similitudo. Confirmat modo vtrúmque, & ab idolorum, ac eius quæ de illius est doctrinæ vanitate; & ab eorum sapientum stultitia vnum ex altero probans. Quod ait, (*pariter*) significat & vniuersalitatem, & simultatem, Ac si dicat. Omnes simul ij scil. Gentium sapientes, regésque. Quod è suo noster Interpres adiecit verbum (*probabuntur*) eam vim habet ac si dicatur, re ipsâ id probante deprehendentur. Sept. in codicibus Complutensi, & Regio, nam in correctioribus Vaticano, & aliis hæc non habentur, verbum est substantiuum, (*Pariter insipientes, & fatui sunt.*) Vnde apparet, non rectè id explicatum vel ab Hugone Card. (*probabuntur*) id est, examinabuntur à Deo: vel à Lyra, (*probabuntur,*) id est, reprobabuntur. Optimè Ioannes Maldonatus, (*Probabuntur*) id est facile est probare eos esse stultos, & fatuos.

9

Sapientes Gẽtium ex studio idololatriæ deprehẽsi insipientes & fatui.

In Hebraico textu duo sunt verba peculiarem, efficacémque vim hoc loco habentia יבערו *ibngaru* ויכסלו *veichsalu.* Et quidem primum *ibngaru* deduci potest à nomine בעיר *benghir* iumentum, pecus, brutúmque designans animal, vt & verbum ab ipso deriuatum significet insipientem, stolidumque fieri, aut esse instar brutorum,

10 *Idololatria reddidit sapientes Gentium instar brutorum stolidos.*

torum, prout hoc loco Vatablus id vertit, (*brutescunt:*) prout & infra vers. 14. recentiores omnes interpretes similiter illud reddunt. *Brutescit omnis homo à, seu præ scientia:* & benè id congruit sapientibus iis, qui in eo potissimùm stulti facti, depræhensique sunt quòd idololatriam docuerunt, mutantes, vt dicebat Apostolus, gloriam [a] incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilium, & insipientium quoque brutorum, iuxta illud Psalmi. [b] *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Cæterùm verbū ipsum vt à radice בער *bangar* ardère, exardère propriè vertēdum hîc esset. (*Exarserunt*) vt significet magnum in ipso idololatriæ studio, eiusdemque in insipientia ardorem: Notantque circa eius verbi cùm Hebraicæ linguæ periti, id dici de igne per sese, etsi eius actio in alium non transeat; quem in idololatriæ insipientia ardorem, peregregiè expressit Hoseas Propheta, cùm dixit, [c] *Omnes adulterantes,* spiritali scil. idololatriæ adulterio, *quasi clibanus à coquente succensus*: clibanus quippe intra semet ardet, ardoreque suo se deturpat. Alterum quod hîc est verbum כסל *Chasal* propriè eum significat stultitiæ gradum, quæ cum mutatione fit, & inconstantia, ac instabilitate, quam & ad viuum expressit Sapiens, cùm & in libro Prouerbiorum dixit, [d] *Imprudentia stultorum errans,* & in lib. Ecclesiastici ait, [e] *Stultus vt Luna mutatur,* vnde per id quòd Gentium Sapientes stultè egisse, seu fatui effecti dicuntur, hoc verbo *veichselu*, significari potest, & quòd haud sibi constiterunt, & quòd inconstantes extiterunt: Enim verò fatui in eo deprænhensi primùm ij sunt, quòd cùm exploratum haberent per philosophiam ipsam suam, insensibilia idola neutiquam esse Deos, adeoque nec diuinum illis deberi cultum, ob metum tamen legum ciuilium, aliasque ob rationes humanas, vt in lib. 1. de Natura Deorum asserit Tullius, & ipsi illa colebant, & quò populum in Deorum metu continerent, eadem vt colerentur docebant. Tum & in eo pariter quòd inconstantes tam in eorum cultu, quàm in eorum erant doctrina, vtpote qui nouorum Deorum in dies noua facienda, colendaque adinueniebant simulacra. Qua de re vide Augustinum lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 10. & 11.

a Rom. 1. 23.
b Psa. 48. 10.
Idololatria quàm ardens fuerit studiū in Sapientibus Gentium.
c Hose. 7. 4.
Idololatria in studio Sapientes Gentium ex iugi inconstantia, & instabilitate fatui.
d Prou. 14. 8.
e Eccl. 27. 12.
Tullius.
August.

Pro eo quod noster Interpres legit cum Sept. seu Theodotione, (*Pariter*) in Hebr. est באחת *beehhath* particula designans vnum cum præpositione *in*, Et quidem rectè reddi potest, (*In vnū*) sensu Vulgatæ, seu (*Simul,*) vt eam reddit Pagninus, ita hæc legens. *Et simul desipient, & stultè agent.* Alij tamen eamdem significare putant, (*In vno.*) Sic Regia, (*Et in vno desipient, & stultè agent:*) Sic & Vatabl. (*Et hoc vno,* vel *in vna hac re*) (nempe idololatria *brutescunt*, vel *desipiunt planè, & stulti fiunt*) quod, &c.

11 (*Doctrina vanitatis eorum lignum est.*) Hebr. concisè sic habent ad verbum, (*Doctrina vanitatum lignum ipsum,*) scil. est Vatabl. (*Quòd disciplina vanitatum lignum,* seu, *Eruditio vana lignum est.*) Per lignum, ait Vatabl. intelligit omnem materiam è qua idola construi solent. Ac si dicatur, Qui docent adoranda simulacra planè desipiunt. Quod nunc in Hebraico textu habetur הבלים *habalim, (Vanitatum,)* noster interpres secutus Sept. seu Theodotionem legit הבליהם *hablehem*, (*Vanitatem eorum.*) Porrò cùm Hebræum nomen מוסר *musar*, genericè & pro omni institutione, ac disciplina, & pro doctrina vsurpari soleat, hinc factum, vt diuersimodè hæc exponantur, sumentibus aliquibus illud pro doctrina quæ docetur, quod nostræ literæ magis est consonum, vt sensus sit, vana est doctrina eorum, quâ materiale idolum vti Deū docent adorandum. Seu, in eo omnis eorum versatur scientia, vt doceant lignum, ac idolum adorandum, quod est vanissimum. Aut, Lignum ipsum, ex quo Deum manibus suis construunt, docet eorum vanitatem. Ioannes tamen Maldonatus pro doctrina id sumit, & disciplina quæ discitur, vt sensus sit. *Ex ligno ex quo Deos suos faciunt, possumus eorum discere vanitatem. Vel omnes homines vani discunt fabrilem artem faciendis ex ligno diis: sicut prouerbio dicitur, in barba stulti tonsores artem suam discere.* Hæc Maldonatus, quæ quâtùm ad rem hoc loco sint videant alij. Mihi certè primus qui allatus est sensus videtur aptior. Illud non est extra rem quod notat Petrus à Figueira, lignum peculiariter hîc nominatum per contemptum q. d. Res infimi gradus. *Triplex enim est*, inquit, *corporearum rerum gradus, alia sensitiua, alia vegetatiua, alia prorsus sine anima, vt lignum de quo fit idolum, ex quo patet Philosophorum fatuitas.*

Idololatrarū studiū quàm vanum.
Maldonatus.
Figueira.

Vers. 9.] Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz, opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus, & purpura indumentum eorum, opus artificum vuiuersa hæc.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VIDETE [f] *amabò insipientem eorum vanitatem, quò magis idolorum persuadeant cultum, ligneum omni quo potest studio, speciosum reddi satagunt simulacrum, ideoque perfectissimum quod è Tharsis in laminis productum, & inuolutum affertur argentum, optimumque quod ex Ophaz prouenit aurum in artificis exhiberi curant opus, quo metallorum faber atque conflator ligneum idolum illud iis vbi aptius videatur adhibitis, & illustrius reddat, & speciosius. Vestimenta quoque talium idolorum corporibus circumuolui satagunt, eaque preciosissima, & pulcherrima, quorum & in Sacris, & in regiis vsum norunt esse, è hyacintho carulei, & è purpura coccinei coloris. Cùm tamen certò constet, nil in iis esse simulacris vel quoad materiam, vel quoad ornatum, vel quoad cuncta quibus intuentium alliciunt oculos, quod non artificum insignium peritiâ, vel elaboratum sit, vel manufactum.*

f *Argentum inuolutū (seu extensum) de Tharsis affertur, & aurū de Ophaz, opus artificis, & manus ærarij (seu fusoris.)*
g *Hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus artificum vniuersa hæc.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

ARGENTVM *inuolutum,* &c.) Dissentiūt Expositores. Ad quid hoc loco post præexposita mentio fiat argenti, aurique perfectissimi artificum operâ elaboratorum, assentientibus quibusdam adhuc Prophetam persistere in argumento simulacrorum ligneorum, cùm mox dixerit, *Doctrina vanitatis eorum lignum est:* vt de illo hæc intelligenda sint argento, ac auro, quibus lignea ipsa operirentur simulacra, iuxta id quo supra vers. 4. dicebatur, *Argento, & auro decorauit illud.* Aliis è vestigio id negantibus, & existimantibus sermonem hîc fieri potiùs de argento, & auro quibus idola fabricarentur argentea, 12

gentea, & aurea; vt & eorum fiat mentio simulacrorum, quæ ex nobiliori fabrefacta materia magis ad sui allicerent cultum. Mihi vtrúmque est probabile nec quidquam hac in re quod certum, indubitatumque sit, definiri posse videtur, communiori tamen magis adhæreo sententiæ, vt adhuc in descriptione persistatur idoli lignei, quod & summo artificio, & opulenter operiri ab artificibus, soleret, indumentis quidem pretiosis toto in corporis busto, auro autem argentóque in iis quæ nuda eius videnda erant membra. Cui sententiæ admodum id fauet quod argento adiectum hîc est Epitheti, *Argentum inuolutum*, Quamquam & illud quoque haud ita facilè percipiatur quid sibi velit. Si quidem.

13 *Argentum quodnam dictum sit inuolutum.* Hug. Card.

(*Inuolutum*) dictum aliqui putant argentum delatum, quod summâ cautelâ clausum deferretur. *Sic quasi diligenter affertur argentum*, inquit Hugo Cardinalis, *non apertum*, *sed (inuolutum) sic mercatores merces suas bene inuoluunt.* Sic & Petrus à Figueira *inuolutum* ait, id est reconditum. (*Argento inuolutum*) legunt aliqui, vt id epitheti non tam argenti sit, quam ligni, de quo mox, *Doctrina vanitatis eorum lignum est*, ac si dicatur, de colendo idolo ligneo ob decorem, & fulgorem argento superuestito, & inuoluto. Alij inuolutum argentum dictum putant, pro inuolubile & ductile, id est, perfectum, quod facilè expandi, & deduci in laminas possit.

Sed ex originalibus Hebr. & Græcis vocibus facile est rei veritatem hac in re pertingere: Et Hebræa quippe vox מרקע *merukang* (*extensum*) significat, prout bene hîc vertunt Pagninus, Regia, & alij à radice רקע *rakang* expandere, extendere, diducere, vnde aliqui eamdem vocem interpretantur (*ductile*) id est in laminas diductum. Quem significatum habet & Græca vox περιελατὸν, id est productum, quâ vsi sunt Sept. Hocque illud est, quod inuoluti appellatione noster intendit interpres; tametsi primo aspectu contrarium videatur. Inuolutum enim id dicit argentum, quod primò in laminas extensum, atque productum in loco vnde defertur, laminis ipsis inuolutis exinde huc, illucque mitteretur, quod nunc ex India in Hispanias mitti consueuit in massis, vel in virgis diductum: vt inuolutum dictum sit ex Tharsis delatum argentum: quomodo temporibus nostris à plumbi artificibus inuolutum seruari videmus plumbum, quod in laminas extenderint, vt facile illud habeant, & in promptu ad opus cuniculorū, quas fieri citiùs necesse sit: Quomodo etiam extensum, atque in semet inuolutum Romam afferri solitum vidi æs caldarium. Quod argentum & in laminis deseruire poterat ad facienda opera ductilia, atque ad operiendum, vel etiam ad fundendum, operaque conflāda fusilia. Quamquam fortasse id dicatur veriùs, illud solū hac oratione in laminas diductum & inuolutum deferri, quod esset perfectius, alio in massis virgisque delato, vt metalla reliqua.

14 *Tharsis appellatione cū inde allata dicūtur argētum, & aurū, quid significetur.* Ioan. Pineda.

(*De Tharsis affertur.*) Difficillima hîc pertractāda esset quæstio, Quidnam Tharsis nomē hoc loco significet, an mare, an locum specialem aliquem: Et si locum, quisnam is sit. Sed cùm ab aliis doctissimis nostri sæculi auctoribus exactiùs, fusiúsque tractata ea sit, ad illos remittens, præsertim ad Ioan. Pinedam lib. 4. de Rebus Salomonis cap. 5. & sequentibus: & cap. 14. à quo aliorum expenduntur sententiæ, ab his me expe-

A diam breuiter. Et quidē neutiquā probo, vt istud Tharsis nomen hoc loco appellatiuum maris sit, quod asserit Franciscus Ribera in suis Cōment. Ribera. super primum caput Ionæ n. 18. qui diligēter totam hanc prosequitur quæst. à nu. 7. Indubitanter autem teneo, id hîc positum pro speciali regione, ac loco aliquo, vt ipsa indicat præpositio *de*, Quis verò specialis is esset locus & regio, de qua argentum afferretur multæ quidem sunt doctorum sententiæ, Quidā cum Iosepho lib. 1. Antiq. cap. 6. aut 11. iuxta aliam impressionem, Tharsim censent eā quæ Ciliciæ vrbs est. Alij vniuersam

Tharsis regio & locus vnde aduehebatur argentū optimum. Vbinā sit, variæ sententiæ. Ioseph.

B Ciliciam, & quæ minor Asia appellatur, Natolia, quod affirmāt Pererius in versu 4. capitis decimi lib. Genes. Ribera loco citato cap. 1. Ionæ, & Beroaldus in Chronico. Alij cum Hieronymo de locis Hebraicis, Carthaginem, prout Sept. Hebraicam ipsam vocem Tharscise, Carthaginem vertisse reperimus Isai. 22. 6. & 14. & Ezech. 27. 12. 28. & 13. Nec non & nostram Vulgatam item Ezech. 27. 12. Alij pariter cum Hieronymo Epistolâ 133. ad Marcellam, & Comment. in cap. 1. Ionæ, Indiæ regionem, quod & Abulensis asseruit in cap. 9. li. 2. Paralipom. & Genebrar-

Pererius. Ribera. Beroaldus. Hieronym. Hieronym. Abulensis. Genebrardus.

C dus lib. 1. Chronolog. & Pererius lib. 12. in Danielem: Alij insulam auriferā in Oceano Æthiopico sub ima Africa ad Occidentē terræ sanctæ, vt Vatablus 3. Reg. cap. 10. & 2. Paralipom. 9. Alij partem Africæ Meridionalis, quæ nunc appellatur Angola, vt Emmanuel Sa in 2. Paralipom. 9. Alij Africā genericè, prout hoc loco Chaldæus pro Tharsis vertentes Africam, quem sequuntur Hebræorū Rabbini, ex nostris Vatablus, & Maldonatus hîc. Alij denique Tartessum Hispanicā regionem ad oras Bæticas sitam, quod, citatis auctoribus multis, in præcitato lib. 4. de Rebus

Pererius. Vatablus. Emman. Sa. Chaldæus. Hebr. Rabbini. Vatabl. Maldonatus.

D Salomonis Ioannes Pineda fusissimè probat in cap. 14. & 15. Ioan. Pineda.

15 *Negociationē argēti optimi è Tharsis captam à Salomone, etiam sub aliis Regibus in Iuda exerceri solitam vero simile est.*

In tanta opinionum varietate non est quod ipse definitum quid affirmem. Illud vnū vt certum statuendum mihi censui, eum ipsum hîc nominatum locum, quo & Salomon, & Iosaphath Reges Iuda classem destinasse dicuntur ad thesauros exinde deferendos, Tharsis item vocabulo insignitum, cuius sit mentio in lib. 3. Reg. cap. 10. vbi dicitur, [a] *Classis regia per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferentes inde aurum, & argētum, & dentes Elephantorum, & Simias, & Pauos.*

E Et lib. 2. Paralip. cap. 20. vbi de Rege Iosaphat, [b] *Et particeps fuit vt faceret naues, quæ irēt in Tharsis.* Eā enim quæ Salomonis tēpore primùm recensita reperitur negociatio auri, argentique vero simile est, & postea sub aliis quoque Iudæ Regibus, & Ieremiæ tēpore habitā, si non ab ipsis Regibus, cùm id de solo Iosaphat enarretur, saltē ab opulētis negociatoribus, qui è Tharsis argētū Ierosolymam aduehèrent, quod aliorum omniū æstimabatur optimum. Ita vt tantumdē sit quod dicitur, (*Argentum inuolutū de Tharsis affertur*) ac,

F Argentum optimum ad idola vel exornanda, vel conflanda, aut fabricanda congeritur.

a 3. Reg. 10. 22.
b 2. Paralip. 20. 36.

16 (*Et aurū de Ophaz.*) Duo suppono hoc loco mihi certa. Primū, sicut mox argentum optimum afferri dictum est ad Idolorum & ornatum, & fabricationem, vt iam explicaui; Pari ratione in his idipsum adiici de auro defæcatissimo, quod purum putum appellant prophanę literæ, obrizum verò Sacræ simul ac prophanæ. Alterum quod certum pariter habeo, hoc est, quòd nomen *Ophaz* haud appellatiuum auri nomen est, sed loci, & regionis, in quo aurum ipsum nascatur, & è quo

Ophaz est nomen loci, vnde aduehebatur aurū purissimum.

Christum, Beatissimámque eius genitricem Mariam indutos nobis suis repræsentat imaginibus. Dicunt Hebræorum aliqui in precio habitu indumentum hyacinthinum, sicut & purpureum, quia & color hyacinthi, quo id tinctum erat, fiebat ex piscis sanguine; hoc certum est, tincturam illam fuisse ex colore admodum precioso, qualis nunc in pictorum vsu ille est, quem Italicè appellamus *Azurro oltramarino.* Et quis scit, si iste is esset? Non tamen id affirmare audeo, quia apud nullum id reperio auctorem.

21

Figueira.

(Opus artificum vniuersa hæc.) Quia in Hebr. pro *(Opus artificum)* est *(opus sapientum,)* ne dum de peritis artificibus dicta hæc censuit Figueirus, sed & de Philosophis, qui ea docebant, & suadebant: *Philosophi*, inquit, *verbis compositis idola decorabant: Reges diuites eadem auro & argento, purpurâ, & lapidibus preciosis adornabant, & sic vt esse in eis diuinitas aliqua à populis crederetur efficiebant.* Simpliciùs veriúsque hæc ad peritos referes artifices, prout ea noster retulit interpres, quos ob artis peritiam frequenter in Sacris literis sapientes reperire est appellatos, iuxta illud Exodi, [a] *Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam, & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsus Sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus.* Sic igitur hîc significatur, nihil in falsorum Deorum simulacris esse vel quoad materiæ substantiam, vel quoad ornatum, vel quoad cuncta quibus intuentium alliciunt oculos, quod non manufactum peritiâ sit artificum, qui nec quid veræ illis indere potuère vitæ, nec quid sensus, nec quid diuini.

Artifices appellat aliquando sapientes.

a Exod. 36. 1.

Vers. 10.] Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & Rex sempiternus ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & Rex sempiternus.
b Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt Gentes comminationem eius.

At [a] verò is quem vos colitis Iudæi, omnino independens Dominus suum à semet habens esse, ita verus, viuensque est Deus, & Rex sempiternus, vt ipse & veritas sit per essentiã, & vita per essentiam & æternitas, potentiaque per essentiam, quem [b] indignatum nec insensibilia ferre queunt quin tremant: cuius vel minas sustinere nequit gens aliqua.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

22

Deus habet esse independens.
Deus est suũmet esse, est veritas, & vita, & æternitas, potentiaque per essentiam omnia habens.

DOMINVS *autem Deus, &c.)* Peregregiè idolis de quibus hucusque egit, Deũ Dominúmque suum opponit Propheta: & asserens, illum esse per essentiam suã, esseque ipsius & verum, & viuum, & æternum, ostendit eum à nullo dependère, cùm idola è contrario in omnibus, & per omnia à peritis dixerit esse artificibus. Sept. quidem nihil istius vers. habent. At in Hebraico textu multò eadem expressa sunt efficaciùs quàm in Vulgata: Primò enim pro voce *(Dominus)* nomen habetur tetragrammató, quod ab essentia dictum esse nouimus, vt designetur illum cui Deitas adscribenda sit, suam esse debere essentiam, talemque eum esse, quem Iudaicus colebat populus, cui & ita indepẽdenter & vera insit Deitas, & vita, & potẽtia, & incorruptibilitas, vt existẽs Deus sit veritas per essentiam, vita per

A essentiam, regiaque indeficiens potentia, vtpote qui suæmet æternitatis, Rex est. Sic enim habet ad verbum, *(Et Iehouah Deus veritas ipse, Deus vitarum,* seu, *Deus vita, & Rex sæculi,* seu *sæculorum,)* attributa omnia habens in abstracto, quia non tam verus, viuésque Deus est sempiternus, quàm ipsamet veritas, ipsaque vita, & æternitas ipsa, à quo id omne est vel temporis, durationisque, vel potentiæ, vel vitæ, vel veritatis, quod in quibuscumque inuenitur creaturis, facit & locus iste pro Cantico Trisagio.

23

Dei ira & indignatio quã metuenda.

B *(Ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebũt gentes comminationem eius,)* Opponit hæc Propheta iis quæ supra de idolis dixerat: *Nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere nec benè.* Et in confirmationem eadem faciunt corũ, *Quis non timebit te, ô Rex gentium?* Rectéque immediatè ei subiecta sunt attributo, *Et Rex sempiternus.* Porrò quòd ad illius indignationem commouẽda per tremorem dicitur terra, vel de terræ habitatoribus intelligitur, qui à quolibet punitionis diuinæ signo contremiscant: vt est in Hebr. vel de ipsa insensibili terra, iuxta illud Psal. 17. [c] c Psal. 17. 8.
C *Commota est & contremuit terra, fundamenta montiũ conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Quis non timebit te, ô Rex Gentium?* mox dixerat, subiicit modò, *(Et non sustinebunt Gentes comminationem eius.)* Hebr. ad verbum, *(Et non poterunt Gentes iram ipsius)* iuxta illud Iob, [d] *Deus cuius iræ nemo resistere potest.* Habentque hanc vim d Iob. 9. 13.
ista vt ad Iudæos dicta. Si is est Dominus, quem verũ colitis Deum, vt ab illius indignatione vel insensibilia tremant elementa: & indignati illius vel simplicem comminationem ferre nequeant etiam eæ quæ ipsum non nouerunt Gentes, quãtò
D æquius est vt vos ad eam quam experimini illius commoueamini, & contremiscatis indignationem, & quis non obstupescat, quod tantas eius sustinere vos valeatis comminationes, quibus exploratissima illius est omnipotentia.

VVLGATÆ.

Vers. 6.] Non est similis tui, &c.
Vers. 7.] Quis non timebit te, &c.
Vers. 8.] Pariter insipientes, &c.
E *Vers. 9.*] Argentum inuolutum, &c.
Vers. 10.] Dominus autem Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Ἀργύριον τορευτόν ἐστι, οὐ πορεύσονται, ἀργύριον προσβλητόν ἐστιν ἀπὸ Θαρσὶς ἥξει χρυσίον Μωφὰζ, καὶ χεὶρ χρυσοχόων, ἔργα τεχνιτῶν πάντα, ὑάκινθον, καὶ πορφύραν ἐνδύσουσιν αὐτὰ, αἰρόμενα ἀρθήσονται, ὅτι οὐκ ἐπιβήσονται. μὴ φοβηθῆτε αὐτὰ, ὅτι οὐ μὴ κακοποιήσουσιν. καὶ ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς.
F
Vers. 9.] Argentũ tornatile est: non ibunt: argentum productum è Tharsis: veniet aurum Mophaz: & manus aurificum: opera artificum omnia: hyacintho, & purpurâ induent ea: portata tollentur: quia non conscendent. Ne timeatis ea, quia non malefacient, & bonum non est in eis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Non est præter te Domine: quia magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.* Vers. 7. *Quis non timebit à facie tua, Rex omnium populorum: tuum est enim regnum, quia in omnibus sapientibus populorum, & in vniuersis regnis eorum nullus est absque te.* Vers. 8. *Et pariter populi delinquunt, eò quod insipientes facti sunt, dum colunt idola quæ vana sunt.* Vers. 9. *Argentum inuolutum ex Africa afferant, & aurum ex Ophir, opus fabri lignarij, & manuum argentarij. Hyacinthus, & purpura indumentum eorum, opus sapientum vniuersa hæc.* Vers. 10. *Et Dominus Deus verus est, ipse est Deus viuus, & Rex sæculorum. A furore eius commouebitur terra, & non poterunt populi sustinere eius iram.*

1 Hieronym. *Hæreticorum figmenta non sunt Deo vero similãda.* A vers. 6. vsque ad 11. (*Non est similis tui Domine,* &c.) Hieronymus. *Hæc in Sept. non habentur, sed de Theodotionis editione in plerisque addita sunt, & cùm iuxta literam videantur perspicua, iuxta anagogen magnam habent difficultatem. Nullus enim similis est Deo vero, eorum deorum, qui hæreticâ arte finguntur. Omnes timebunt eum, quia Rex Gentium est.* [a] *Principium enim sapientiæ timor Domini, & de eo proficimus ad Charitatem veram, (Tuum est, inquit, decus) In veritate decor, in mendacio turpitudo: quamuis hæretici iuxta sapientiam mundi, quæ destruitur, sibi sapientes esse videantur, tamen (in omnibus regnis) quibus lacerant Ecclesiam, (nullus est similis tui) dicente sermone diuino,* [b] *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.*

a Psalm 110. 10. — *Hæreticorum sapientia quàm vilis.* — b Isai. 29. 14. Sec. Sept.

2 Vers. 8. (*Simul sapientes,* (sic legit Hieronymus & in suo textu) *& facti sunt) Doctrina eorum pro qualitate ingenij vel vilis est, & ligno comparatur: vel similis argento propter eloquij venustatem. (Affertur de Tharsis) Tharsis vel regio India est, vt vult Iosephus, vel certè omne pelagus Tharsis appellatur, & cæli habet similitudinem, & tamen inuoluta est verborum artificio, siue producta: Si enim volueris decipere, non poterit. (Et aurum de Ophaz) Septem nominibus apud Hebræos appellatur aurum, quorum vnum* אופז *ophaz dicitur: quod nos dicere possumus obrizum, vt splendeat in superficie idolorum, vt superficie sui oculos decipiant,* dum cælorum sibi colorem, & regna cælestia pollicentur: & tamen *opera sapientum sunt vniuersa hæc,* qui in sæculo sapientes putantur, cæterùm apud *Deum stulti sunt. (Dominus autem Deus noster, Deus verus est,)* illa ergo vniuersa mendacia, (*Et ipse Deus viuens*) igitur illa mortua quæ finguntur, (*Et ille Rex sempiternus:*) Hæreticorum vmbræ ad tempus præualent, sed longo tempore corrumpuntur. *Ab indignatione eius commouebitur terra:* hi qui terrena habent opera, & terrena simulacra confingunt. (*Et non sustinebunt gentes*) nequaquam populus Domini, sed gentium multitudo, quæ Dei comminationem ferre non præualent.

Tharsis regio India vel mare. — *Ophaz vnum è septem nominibus auri.*

3 Theodorit. *De Gentium conuersione prædictio.* Theodoritus. *Idola esse ridicula, vbi Propheta mõstrauit, texit hymnum Deo vniuersorum, (Vnde similis tui Domine: Magnus es tu & magnum tuum* A *in virtute. Quis non timebit te, Rex Gentium?) Dissoluit hîc superbiam Iudæorum: quia non dixit, Portio Domini, populus ipsius Iacob, sed Deum omnium, vocauit Regem cunctarum gentium, prædicens cognitionem Dei gentibus euenturam.*

Vers. 7. *Nam inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regnis eorum, vnde nam similis tui Domine?* Vers. 9. *Mox adductis in medium diis gentium ostendit eos ex artificio, & materia subsistere. (Argentum productum de Tharsis, &c.) quia Idolorum alia ex auro argentoque construebantur. Tharsis autem appellat Carthaginem. Eiusmodi enim argentum maximè laudatur. Et proculdubiò etiam nunc qui student* B *opibus, Africum inquirunt.* — *Tharsis Carthago in Africa.*

Vers. 10. *Tum reddit laudandum Deũ. (Dominus autem est verus Deus, Deus viuentiũ, & Rex sempiternus) Idola, inquit, non viuunt: at Deus est vitæ largitor, & viuorum Deus, & Rex perpetuus: (Ab indignatione eius commouebitur terra: & comminationẽ ipsius gentes non sustinebunt.) Ita etiam dicit Beatus Dauid,* [c] *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* c Psal. 103. 32.

4 S.Remigius Episcopus Rhemensis ex hoc loco. *Quis non timebit te ô Rex Gentium?* probat multos ex Gentibus credidisse, & Placuisse Deo, additque in hoc multò magis dici Deum Gentium, C quoniam multò plures credunt in eum ex Gentibus, quàm ex Iudæis. — S.Remigius. *Gentilium multos Deo placuisse.*

Benedictus Papa 1. Epistolâ decretali, quæ habetur ad finem tom. 2. Conciliorum inter decreta Benedicti eiusdem. *Si trinitas inquit, nõ est, quare in Ieremia,* dicitur, (*Dominus Deus vester Deus verus est?) Si vnitas non est, quare verax est, dixit, & non veraces potiùs intimauit?* — Bened. PP. *Trinitatis mysterii probatum.*

5 D.Thomas. (*Non est similis tui.*) Hîc ostendit diuinæ dominationis maiestatem. Et primò ostẽdit singularem potentiã, (*magnus*) in te ipso, (*Et magnum nomen,*) in hominum opinione. Et ex hoc D concludit timorem. (*Quis non timebit,*) sup. 5. [d] *Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à facie mea nõ dolebitis:* Secundò ostendit suã singularem scientiã, & primò excludens sapientiæ qualitatem, (*Tuũ est enim,*) Apoc. 7. [e] *Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum Amen. Secundò ostendens eorum fatuitatem in comparatione ad diuinam sapiẽtiam, & in vniuersis, (pariter insipientes) in diuinis, fatui, in humanis,* 1. Cor. 3. [f] *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* — D.Thom. *Dei maiestatis descriptio.* d Iere. 5. 22. e Apoc. 7. 12. f 1. Cor. 3. 19.

Vers. 8. (*Doctrina vanitatis eorum lignum est.*) *Hîc ostendit differentiam quantùm ad æternitatem. Et pri-* E *mò ostendit idolorum inceptionem quantùm ad eorum substantiã, quæ de ligno facta sunt (eorum sapientium in gentibus, (lignum) id est, idolum de ligno factũ.) Ab hoc enim sapientia vana ipsorum cernitur. Et quantùm ad argentea, (Argentum,) & quantùm ad aurea (Aurum opus,) sc. hæc sunt (artificis, & opus manus) quasi etiam vile opus. Et quantùm ad eorum ornamenta, (Hyacinthus) constat enim illud quod factum est, incepisse. Secundò proponit Dei æternitatem adiungens veritatem, & maiestatem, (Quia Deus verus, & sempiternus.) Et ex his concludit timorem, (Ab indignatione.) q.d. Etiam insensibilia ipsius iram sentiunt. (Non sustinebunt) præ timoris magnitudine.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀργύριον προσβλητόν ἐστιν ἀπὸ Θαρσεΐς.] Θεοδωρήτου.] Θαρσὶς ἐστὶν ἡ Καρχηδών, ἧς ὁ ἄργυρος εἰσέτι θαυμάζεται, καλούμενος ἄφρος, εἶτα τὸ

F Vers. 9. ARgentum productum è Tharsis.) Theod.] *Tharsis Carthago cuius argentũ afrum vocatũ adhuc in admiratione est.* 6 Theodorit. *Aurũ Afrum optimum.*

Deinde

τὸ ἀπαράβλητον δείκνυσι τοῦ θεοῦ. ἐθνῶν τε αὐτὸν βασιλέα καλεῖ, ἀλλ' οὐκ Ἰσραήλ, τὴν ἐσομένην τῶν ἐθνῶν προλέγων θεογνωσίαν.

[Μὴ φοβηθεῖτε αὐτά, ὅτι οὐ μὴ κακοποιήσωσι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν οὐ κακοποιοῦσιν εἰπέ μοι, οὔτε ἀναιροῦσιν; ἀλλὰ τοῦ θεοῦ συγχωροῦντος. οὐδὲ γὰρ ὁ δήμιος δύναταί τι, μὴ τοῦ δικαστοῦ συγχωροῦντος. τοῦτο δὲ οὐ δυνάμεώς ἐστιν.

A *Deinde incomparabilem Dei virtutem oſtendit, ipſumque Regem gentium non Iſrael vocat, gentibus futuram Dei cognitionem prædicens.* *De Gentium conuerſione.*

(*Ne timeatis ea, quia non malè facient.*)

Chryſoſtomi.] *Quid igitur? an non mala inferunt, atque interitum? certè, ſed permittente Deo. Nec enim lictor niſi Iudice permittente quicquam poteſt: hoc autem virtutis non eſt.* *Chryſoſt. Dæmones malum facere nõ poſſunt niſi ex Dei permiſſione.*

Verſ. 11.] Sic ergo dicetis eis: Dij qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ ſub cælo ſunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Sic ergo dicetis eis.

FALSITATEM [a] *ergo Deorum Gentium, vilitatemq́; & impotentiam idolorum eorumdem deteſtantes, vos quibus verus notus eſt Deus viuens, omnipotens, terribilis, atque laudabilis in ſæcula, Ea in primis deridentes quæ à Chaldæis coli videbitis, Chaldaico ſermone in illorum contemptum maiorem, in hunc modum illa affabimini, ſicque eis imprecabimini:* [b] *Pereant dij quibus falsò adſcribitur mundi creatio, & gubernatio; ceſſet illorum cultus omnis; deleantur de hominum memoria; diſſipentur, & in puluerem idola redigantur, & ſimulacra vel aſtrorum, quorum præcipui cultores ipſi ſunt Chaldæi, vel aliorum Deorum quorumcúmque nuſquam appareant ampliùs in terra, & in his quæ ſub cælo ſunt, ne credantur quid ea in ſublunaribus poſſe.*

b Dij qui cælos, & terram non fecerunt, pereãt de terra, & de his quæ ſub cælo ſunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Chaldaico idiomate cur habita ſit hæc ſententia à Ieremia.*

SIC *ergo dicetis eis*, &c.) Quia tota hæc ſententia, eaque ſola in omni Ieremiæ vaticinio, Chaldaico ſcripta reperitur idiomate, occaſionem dedit Expoſitoribus, vt aſſererent, hæc Iudæis à Propheta cum ſubſequentibus tradita, quæ reſponderent Chaldæis, cùm ipſos ad idololatriam pellicerent. Quamquam & de modo, & de tempore quo eadem exhibita fuêre non modicum inter illos ſit diſſenſionis, Hebræis, & pleriſque etiam ex noſtris affirmantibus, hinc deſumi exordium epiſtolæ, quam Ieremias iis ſcripſit Iudæorum, qui in Babylone erant, quò in captiuitatem iam ducti fuerunt cum Iechonia Rege Iuda, quando is ipſo ſuadente Ieremiâ Regi ſe dedidit Nabuchodonoſor. Quam ſententiam apertè paraphraſis proſequitur Chaldaica, vt videre in noſtra potes Appendice, cuius auctoritate motos crediderim Hebræos, & quotquot eidem aſſentiuntur. Aliis è veſtigio exiſtimantibus, nequaquam ad abſentes, & per modum epiſtolæ ac ſcripto hæc miſſa, ſed oretenus ad præſentes ea habita: Sed & inter iſtos adhuc eſt diſſentio, Quidam enim vt admonitionem communem præſentibus traditam inquiunt aduerſùs omnes qui ipſos ad idololatriam ſapientibus trahere niterentur rationibus, quique ſigna cæli, & metuere docerent, & colere. Sic S. Thomas, Hugo Cardinalis, & alij. Nec huic ſententiæ ſermo repugnat Chaldaicus; dici enim poſſet, Chaldaicè hæc à Ieremia in tali habita monitione, quia Chaldæis potiſſimùm ea dicenda forent, quos eius idololatriæ in primis Iudæi habituri erant hortatores. Quis enim ignoret, Chaldæos primas tenuiſſe inter Aſtrorũ obſeruatores, atque cultores? Alij demum hæc à Propheta præſentibus tũc habita inquiũt Iudæis, cùm iam vltima inſtaret per Chaldæos euerſio Ieruſalem, totiúſque Iudææ, quando cum Sedecia in Babyloniam ducendi erant captiui, vbi ab ipſis Chaldæis in idolorum pelliciendi erant cultum, vt haberent iidem Iudæi quod in tantis miſeriis reſponderent malè ſuadentibus, adeoque Chaldaicè hæc tradita, quæ à Chaldæis perciperentur Hebraici ſermonis ignaris. Ita Vatablus *ſubaudienda hæc*, inquit, *Cùm eritis captiui in Babylone, & hortati vos fuerint Babylonij ad cultum idolorum, ſic dicetis.*

Chaldæi primas tenuêre inter aſtrorũ obſeruatores, & cultores.

Secundùm has omnes ſententias in eo quod dicitur. (*Sic ergo dicetis eis*) relatiuum ac pronomen *eis* ad malè ſuadentes potiſſimùm Chaldæos refertur, quod (vt dictum eſt) Chaldaicum indicat idioma. Cęterùm, vt ingenuè fatear quod ſentio, argumentum iſtud apud me nihili eſt: Nam ſi ad Chaldæos exinde arguitur hæc dicenda eſſe, quia Chaldaico ſunt ſermone, cùm oratio iſta non hoc vno contineatur verſ. 11. ſed continuata ſit, vſque ad verſ. 17. excluſiuè, non video, cur illius initium dumtaxat à Chaldæis intelligendum eſſet, adeóque eorum habendum ſermone; quinimò multò magis videbatur neceſſarium, vt quæ in ipſa oratione de vero Deo aſſeruntur eorumdem dicerentur idiomate, quo & apud illos Deus per Iudæos glorificaretur, falſos eorum Deos deteſtantes. Quapropter opinor in his. (*Sic ergo dicetis eis*, &c.) nequaquam initium nouæ eſſe orationis: At Prophetam eamdem quam cœperat in præcedentibus proſequi de idolorum, falſorúmque Deorum depreſſione, déque veri Dei exaltatione, quod & illatiua indicat quæ hîc eſt dictio, *Ergo* (*ſic ergo dicetis.*) Cùm enim hucuſque ſat efficaciter oſtenſum fuiſſet, idola nihil aliud eſſe quàm vilem materiam ab artificibus elaboratam, abſque anima, abſque vita, abſque motu, abſque locutione, abſque robore, & abſque vlla potentia, adeóque nullatenus ea metuenda, & è conuerſo Dominum eſſe independentem Deum verum, ac viuum, vniuerſorum Regem, maximum, omnipotentem, cuius vel comminationes nec ſuſtinere quiſquam poſſit, cui nec reperiri quis vel in deitate, vel in fortitudine, vel in ſapientia queat ſimilis: Rectè ex dictis nunc infertur. Vel conuictos fateri Iudæos ipſos debere, idolorum cultum ita deteſtandũ, Deúmque ſolum venerandum, vt illis malè precantes dicturi ſint, *Dij qui cælos & terram non fecerunt pereant.*) Quo ſenſu relatiuum *eis* ad ipſos falſos refertur Deos, de quibus ſermo mox fuerat habitus, ad idola, quæ mox fuerant deſcripta, prout illud referunt & Hieronymus, & Theodoritus.

2 *Chaldaicum idioma in hoc verſu non cõuincit, vt aſſeratur, hæc dicenda ad Chaldæos.*

Neque verò contra hunc ſenſum id facit quod non in perſona ſecunda, dicitur, *Sic ergo dicetis* 3

Imprecatio in præsentē fieri sæpe solita in tertia persona.

dicetis eis, Pereatis dij, &c. Sed in tertia, *Dij pereant*, &c. consonum quippe id est mori, quem A sæpius nunc quoque in similibus obseruare est imprecationibus, vt aduersùs aliquem excandescentes præsentem illum quidem alloquantur, sed imprecationem in persona tertia proferentes dicant, verbi gratiâ, pereat hoc hominum genus. Italicè, *Che se ne perda la razza*, aut quid simile: & istâ loquendi ratione imprecatio ipsa vim habet maiorem. Quin & quò eadem efficacior adhuc sit. Chaldaico sermone illam proferendã retulit Propheta, in eorumdē deorum irrisionem, maiorémque contemptum, B vtpote cùm aduersùs eos potissimùm emittenda illa esset, inque eorum simulacra deorum, quæ à Chaldæis colebantur, de quibus diis sermo habebatur in præcedentibus. *A signis cæli nolite metuere*, vt quo idiomate illos à Chaldæis celebrari audierint, eodem ipsi detestarentur, irridere̅ntque Iudæi. Cùm è vestigio mox Deum verum laudibus celebrantes Hebraico, sanctóque, vt par erat, vsuri essent sermone. Nec displicet coniectura Gasparis Sanctij existimantis, ita Chaldaicè hæc scripta, prout prouerbialiter ea per Iudæorum versabantur ora. *Certè* C *enim ait, prouerbialis sententia est, & aliquando in sacra Scriptura repetita, vt Baruch.cap.6.Scriptam verò ita puto Chaldaicè,quia omnium maximè Chaldæi in sua sibi religione placebant, & quia vicini Iudæis, & illis olim non inimici (vt ostendit legatio Merodach ad Ezechiam Regem, Isai 39.) credibile est inter ipsos, atque Iudæos ortam fuisse sæpe de religionis dignitate ac sanctitate controuersiam, in qua verisimile est, Iudæos prouerbialem illam septentiam Chaldaicè, vtpote ad Chaldæos vsurpari solitas, sicut apud Hispanos prouerbia sunt aliqua ex alieno idiomate petita:credo item apud alias Gentes,maximè cùm* D *illorum mores,& ingenia produnt, à quibus sumptum est alieno idiomate Prouerbium.*

Chaldaico idiomate ad maiorem derisionem imprecatio contra Chaldæorū Deos proferēda Iudæis traditur à Ieremia.

Gasp. Sāctij.

Prouerbia sæpe in vsu sūt ex alieno idiomate.

4 *Deos perire de terra quid sibi velit.*

Quid verò hæc sibi volunt, (*Dij qui cælos, & terram non fecerunt pereant de terra, & de his quæ sub cælo sunt*,) seu, vt legunt Pagninus, & Regia (*de sub cælo hi:*) aut sicut legit Vatablus, (*Et de sub cælis ipsis?*) cui consona est versio Sept. (*Et de subter cælo hoc?*) Sanè si perire de terra, deque sub cælis deberent quæ cælos, & terram non fecerunt, creaturis vniuersis esset pereundum. At imprecatio ista Diis solummodo congruit, vtpote quibus sicut falsò tribuebatur deitas, ita E & falsò saltem gubernatio adscribebatur terræ, sublunariumque omnium, vt explicatum ibi est, cùm dicebatur, *Et à signis cæli nolite metuere.* Quod egregiè sic declarat Ioannes Maldonatus q. d. *Non decet eos esse sub cælis, quæ ipsi non fecerunt: quemadmodum si de falso domus possessore dicas, Non decere eum habitare in domo, quam alius ædificauit.* Perire autem falsi ij dicuntur, eorúmque simulacra, vel etiam astra quæ pro diis colebantur, per cessationem cultus eorum, per abolitionem eorum ex hominum memoria, & per fabrefactorum idolorum dissipa- F tionem. Quæ omnia post Christi aduentum facta nouimus, multò verius quàm apud Iudæos in Babylone, quod asserit R.Dauid, aliique Hebræorum asserentium, Iudæos post captiuitatem Babylonicam idola colere cessasse.

Io.Maldon.

Gasp. Sanct.

Signatè dictum censuit Gaspar Sanctius, (*Pereant de terra, & de his quæ sub cælo sunt*) in significationem eorum omnium, in quibus supradictum fuerat, Gentiles existimare aliquid esse diuinum, *De terra* enim, *exterminantur*, inquit, *quæ in terræ mole sedent, vt quæ è ligno, saxo, aut ære formata sunt; sub cælo dicuntur, vt Sol, & Luna, & Astra reliqua, &c. sub cælo nimirum dicta, quia sub cælo sint empyreo. Sub cælo item sunt pluuiæ, tonitrua, fulmina, nimbus, ignis, & ventus, quibus diuinum nomen dedêre Gentes.*

Vers. 11.] Sic ergo dicetis eis: Dij qui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Superstitionis cuiuslibet tētatio quomodo fugãda.*

ET in Dæmonum deseruire moraliter hæc possunt detestationem, & in earum execrationem creaturarum, quas vel concupiscentia carnis, vel concupiscentia oculorum vti Deos nobis colendas proponunt. In detestationē dęmonum deseruiēt, quandocúmque vel per eorumdē dæmonū suggestionem, vel per prauorum consilia hominū, qui cum ipsis dæmonibus societatem habere consueuerunt, tentatio in nostram irrepserit mentem, vt quid patremus superstitionis; quando diuinationis aliquod proponitur studium vel præstigij, vel somniorum, vel necromantiæ, vel per arreptitios, & Pythones, vel Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, vel Aruspicij, vel Genethliacorum Astrologiæ, vel augurij, aut ominis, & Chyromantiæ, & cæterorum similium, in quibus omnibus quidam indubitanter est dæmonum cultus, quia, vt bene inquit D. Thomas 2. 2. q. 95. art. 2. *Omnis diuinatio ex operatione dæmonum prouenit, vel quia expressè dæmones inuocantur ad futura manifestanda, vel quia Dæmones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum implicent vanitate, & vana inquisitio futurorum est, quando aliquis futurum prænoscere tentat, vnde prænosci non potest*, firmissimúmque & id est, quod ab Augustino lib. 2. de doctr. Christ. cap. 20. dicitur. *Quicquid procedit societate dæmonum, & hominum superstitiosum est.* Et exploratum apud Theologos est, superstitionem esse vitium religioni oppositum, verique Dei cultui, cùm diuinum cultum vel ei exhibeat cui non debetur, vel eo modo quo non debet.

Diuinationis varia species.

Diuinatio omnis est ex operatione Dæmonum. D. Thomas.

Augustinus.

6 *Per incantationem remedia quomodo vitanda.*

Insurgente circa istiusmodi superstitiones, vel circa aliqua per incantationes remedia, vel circa aliud quid simile in corde nostro tentatione. Sic nobis per Prophetam suaderi arbitremur. (*Sic dicetis eis*) vel malè suadentibus hominibus, vel ipsismet dæmonibus. Dæmones qui se instar Deorum in superstitiosis hisce studiis coli satagunt, pereant de terra, & de his quæ sub cælo sunt, cùm cælos & terram non fecerint. Abigatur omnis eorum societas, cultusque omnis, & omnis fiducia in eis. Non sit iam quispiam, qui vel opinetur, ipsos quid absque Dei voluntate, vel in terra posse, vel in iis quæ sub cælo sunt. Ecquid enim fallaciter illi in ea se ingerunt, quæ non fecerunt, quæque sub eorum non sunt dominio? Non est autem in Scriptura nouum, vt Dæmones asserantur Dij, & exinde arguantur falsæ deitatis, falsæque in sublunaria potestatis, quòd cælos, & terram non fecerunt, cùm & in Psalmo 95. simile quid haberi videatur, vbi ad veram Dei extollendam potentiam, deprimendasque dæmonum fallacias dicitur, [a] *Quoniam Deus magnus, Dominus, & laudabilis*

Dæmones appellati Dij.

a Psal. 95.

dabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit, q. d. ex eo quòd Deus cælos fecit, patet, illum eſſe vniuerſorum Dominum : adeoque è contra cùm dij gentium cælos non fecerint, planè conſtat, illos eſſe dæmonia, quæ falsò & diuinitatem, & dominium ſibi vſurpant. Omnino tanti hoc eſſe cenſuit Sanctus Dauid, feciſſe cælum, & terram, vt ob vnam rationem iſtam à Deo ſolo omne auxilium ſperandum ſignificarit alibi dicens, [a] *Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.*

a Pſa.123.8.

7 Neque minoris idẽ argumentũ eſt roboris in execrationẽ nimiæ erga creaturas propenſionis humanæ: & cælo, & terra moraliter ſumptis, pro hominis mente, quam inſtar cæli, iure appellant partem ſuperiorem, próque eiuſdem hominis carne, & eam quam inſtar terræ, partem in illo vocant inferiorem. Tetigit aliquando Regius Vates, ſed ſubobſcurè hoc argumentum, cùm ad Deum peregregiâ conuerſione diceret. [b] *Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Sed multò clariùs, & efficaciùs eodem nobis vtendum id hoc loco tradit Ieremias. Quod moraliter ait Dauid tale eſt, Defecit terra carnis meæ, & cordis, mentiſque meæ cælum, *quid enim à te*, id eſt, abſque te, Domine (phraſi illâ de qua in præcedenti egimus expoſitione ſuper verſ. 14. *Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia*, ſecundùm quam præpoſitio Hebraica מן *min*, a, & ab, defectum & negationem ſignat, ſicuti apud Latinos, Abs re, ſignificat præter rem, ſine re, & ſine cauſa) ſic, Quid enim præter te, & ſine te, ait Dauid, vel in cælo eſt mentis meæ, quod inſtar Dei colam, & in quod cogitatione, affectúque ita propenſus ſim meo, vt in id veluti in Deum meum omne ſit deſiderium partis ſuperioris meæ? Aut quid abſque te Domine volui ſuper terram carnis meæ, quid pro Deo volui partis meæ inferioris? ventrem? carnis voluptates? diuitias? certè iſta, & ſimilia cùm cælum meum, terrámque non fecerint meam, nec dij dici poſſunt, nec quidpiam ſperare ab eis debeo, quod veræ ſit opis, quodque veræ ſit conſolationis. *Deus cordis mei*. i. Deus, qui cor meum & fecit, & implere ſolus poteſt, ipſum vnum volo eſſe mihi partem, ipſum vnũ colam, ipſum vnum vt Deum meum & in mente, & in affectu carnis meæ iugiter habere ſtudebo, *Pars mea Deus in æternum.* Iuxta hunc igitur ſenſum & ea execrantes, quæ nobis inter creata veluti Deos colenda à noſtra proponuntur concupiſcentia, quod Ieremias hoc loco docet, ſic dicemus eis, Pereant de terra cordis noſtri, omniſque eorum exinde abigatur affectus, cùm ea nec cælos mentium noſtrarum fecerint, nec cordium noſtrorum terram, falſóque vti Deos à mundanis colantur; abſcedant nedum è terra affectuum partis noſtræ inferioris, ſed & de his quæ ſub cælo ſunt, & de quibuſcúmque ſuperioris partis noſtræ potentiis.

In creaturas nimia propẽſio quàm nobis ſit deteſtanda.

b Pſalm.72.25.

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] Sic ergo dicetis eis: Dij, qui, &c.

A *SEPTVAGINTA.*

11. Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς. θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ τούτου.

Verſ. 11.) Sic dicetis eis : Dij, qui cælum, & terram non fecerunt, diſpereant de terra, & de ſubter hoc.

APPENDIX EXPOSITIONVM
B ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias Propheta ad reliquos ſeniores tranſmigrationis, qui erãt in Babylonia. Si enim dixerint vobis populi, inter quos vos habitatis: Domus Iſrael ſeruite idolis, ſic reſpondebitis, & ſic dicetis eſtis: Idola, quibus vos ſeruitis, errores ſunt, in quibus nulla eſt vtilitas: Ex cælo non poſſunt deducere pluuiam, & ex terra non poſſunt producere fructus. Ipſa, & cultores eorum peribunt de terra, & conſumentur de his quæ ſub cælis iſtis ſunt.* 1

C Verſ. 11. (*Sic ergo dicetis eis: Dij qui cælos*, &c.) Hieronymus. *Falſis diis, & qui artificiosè compoſiti ſunt, iſta dicenda ſunt. Illi enim nec cælos fecerunt, nec terram. Qui cooperatores ſunt Chriſti, dij vocantur: & domini per doctrinam Eccleſiaſticam magna ex parte fabricant domum.* Aliter alioque ſenſu hæc Hieronymus refert Rabanus Maurus in hũc modum *falſis diis*, &c. *Illi enim nec cælos fecerunt, nec terram, nec ſunt cooperatores Chriſti, qui dij colantur: & domini per doctrinam Eccleſiaſticam magna ex parte fabricantur.*

Hieronym. *Prædicatores dij appellati, Et fabricantes Dei domum.*

Rabanus.

D Auguſtinus enarratione in Pſalm. 98. paulò poſt initium. *Audiſtis cùm Ieremias legeretur: dixit enim (Dij qui cælum, & terram non fecerunt pereant de terra, & de ſub cælo.) Non dixit, Dij, qui cælum, & terram non fecerunt, pereant de cælo, & de terra, quia nunquam fuerant in cælo, ſed pereant de terra.) Quaſi reſpondit ad terram, & defuit quod reſponderet de cælo, quia illi non fuerunt in cælo, ipſam terram bis dixit, quia ipſa eſt ſub cælo. (Pereant de terra, & de ſub cælo) de templis ſuis. Videte ſi non fit, ſi non ex magna parte iam factum eſt. Quid enim remanſit? aut quantum remanſit? Magis remanſerunt idola in cordibus paganorũ, quàm in locis templorum.*

Auguſtinus. *De idolorum euerſione.*

E Ambroſius lib. 1. Hexamerõn cap. 3. citat ad probandum quòd Deus hæc omnia fecerit, ſententiam iſtam cum ſubſequenti in hunc modum, *Et Ieremias ait (Dij qui non fecerunt cælum & terram, peribunt à terra, & de ſub cælo iſto. Dominus qui fecit terram in virtute ſua, & correxit in ſapientia ſua Orbem, & in ſua prudentia extendit cælum, & multitudinem aquæ in cælo.*

Ambroſ. *Deus omniũ conditor.*

Theodoritus. *Præcipit dicere iis qui dij vocitantur, (Dij qui non fecerunt cælum, & terram pereant de terra, & de ſub cælo iſto,) Nam Dei proprium eſt creare, non creari ab alio. Ideoque ſi filius eſt creatus, non eſt Deus, ſi vniuerſorum eſt opifex &*
F *conditor, re verà Deus eſt.*

Theodorit. *Creare eſt propriũ Dei.*

D. Thomas. *Excludit ab idolis diuinitatis veritatem, oſtendens in eis non eſſe diuinam operationem, (eis) cultoribus idolorum: vnde in Hebræo-Chaldæo ſermone ſcriptum eſt, (Pereant) id eſt, cultus eorum ceſſet.*

D. Thomas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΘΕΟΙ οἳ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν ἀπολέσθωσαν ἐκ τῆς γῆς.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἄρα τοῦτο τεκμήριον. κἂν εὑρεθῇ τις τὸν οὐρανὸν ποιήσας, οὗτος Θεὸς ἀληθὴς, καὶ πιστὸς, οἷον καὶ ὁ προφήτης φησίν. αἰσχυνέσθωσαν παῖδες αἱρετικῶν. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσίν. οἱ οὐρανοὶ οὐ τοῦτο τεκμήριον, ἀλλὰ συγκατάβασις. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο τοῦ Θεοῦ τὸ μέγα ἔργον. ἀλλὰ εἴτε ἄγγελοι, εἴτε ἀρχάγγελοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε δυνάμεις. τὸ δὲ πάντων μείζων ὁ σταυρός. B

|| Ιω. α. Ψα. [illegible]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] οἱ παρὰ τὸν δημιουργὸν ἀπολοῦνται θεοὶ, καὶ πλασμάτων ἔχοντες τάξιν, δαίμονές τε, καὶ εἴδωλα: τὰ μὲν διὰ τὴν φύσιν, οἱ δὲ διὰ τὴν προαίρεσιν.

Vers. 11. DII qui cælum & terram non fecerunt dispereant. 1

Chrysostomi.] *Hoc ergo certissimum indicium si quis cæli creator fuerit hic Deus verus, & qualis à Propheta describitur. Erubescant haretici.* [a] *Omnia enim per ipsum facta sunt, &c.* [b] *In principio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Non est hoc indicium sed voluntaria demissio. Nam non hoc est opus Dei insigne, sed siue Angeli, siue Archangeli, siue Principatus, siue Dominationes, omnium autem maximum Crux.*

Chrysost. Creare cæli arguit veră diuinitatem.
a Ioan. 1. 3.
b Psal. 101. 26.
Crucis mysterium, Deique ad illam demissio præstantissimum Dei opus.

Victoris Presbyteri.] *Qui præter opificem sunt Dij, peribunt in creaturarum ordine collocati, dæmones, idoláque, hæc quidem natura, illi verò proposito.*

Victor. Dij falsi quomodo dicantur perire.

Vers. 12.] Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentiâ suâ extendit cælos. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Qui fecit terrā in fortitudine sua.

DEVS, [a] *Deus est qui omnia condidit, Æquū ergo est vt illum colatis solum, eumdem vt Regem celebretis vniuersorum. Ipse est, qui & à mundi creatione terram in sola fortitudine diuina sua voluntatis stabilitam condidit: eamdémque quotidie facit virtute suâ, quâ singulæ illius partes in eius constipantur medium, & centrum vt pari librata pondere fundata super suamet stabilitate nusquam dimoueatur & pereat, tantâ illam fulciens diuinâ fortitudine, vt tribus digitis totam ipsius molem sustentare eum dicas.*

1 *Ipse* [b] *est qui summâ sapientiâ suâ Orbem, eamq; in primis illius partem, quæ habitabilis est, & à principio perfecit, exornauitque multiplici rerum varietate, & denuò iugiter vel per nouam generationem, vel per conseruationem ita eumdem instruit, vt firmitatem in suo is habeat ornatu.*

b Præparat (seu stabilit, disponit, corrigit) orbē in sapiētia sua.

2 *Sapientiâ ipsâ suâ eum & quotidie corrigens; efficiens vt vnaquaque res suum in eo seruet locum, naturam suam, suúmque & ordinem: prospiciens ipsius, & earum quæ in illo sunt defectibus ex materiæ corruptibilitate, & ex elementorum continua pugna causatis.*

3 *Quid hac Dei præparatione excogitari potest sapientius, quam simul & quamdā esse voluit lautissimi instructionem conuiuij in opipara eiusdem Orbis mēsa, tantis ad hominum & ventrem reficiendū, & mentem refertam dapibus, quantis illum exornauit creaturis.*

4 *Et inuincibilis ordinationem exercitus sui tantis contra rebelles dispositi aciebus, quantis eiusdem Orbis habitatores creatis donauit rebus.*

c Et prudētiā (seu intelligentiā) suā extēdit cælos.

1 *Ideóque* [c] *instar prudentissimi ducis aëream regionem, cælum & ipsam nuncupatam, mirâ certè militari prudentiâ vti stationem delegit percommodam ad figendum tentoria, ducendum, producendúmque exercitum, instar bellici tabernaculi eam extendens.*

2 *Ipse summâ insuper prudentiâ habitabilem ita perficit Orbem, vt vltra innumeras, quas in illo condidit creaturas, ex aëre quo per iugem respirationem in tali habitaculo vitam actura essent animantia cuncta, firmum, solidúmque veluti domui operculum, tectum, ac fornicem.*

3 *Ipse singulari ingenij acumine, eximioque artificio innumeris quasi depictos, & summâ quodammodo digitorum industriâ, veluti opere plumario acu elaboratos stellis cælos & in prima illorum creatione extendit super sublunaria, & in continua cælestium Orbium circumuolutione denuò extendit quotidie.*

4 *Mirabilem istam cunctorum eorum Orbium extensionem quotidianam suâ illâ perficiēs intelligentiâ, eóque Angelo quem motui assignauit primi mobilis, reliquos secum rapientis orbes inferiores.* D

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVI facit terram, &c.) Putant plerique orationem hanc esse eclipticam, cùm relatiuum sit sine antecedente, ideóque in principio aliquid subintelligendum, vel Dei nomen quod expressum habetur in versione Sept. Θεὸς ὁ ποιήσας τὴν γῆν. (*Deus faciens terram, &c.*) prout & in versione sua Pagninus, (*Dominus Deus est, qui fecit terram.*) Vel quod additur à Paraphrasi Chaldaica, (*Et sic dicetis illis, Nos colimus eum qui fecit terram.*) Vel quid tale, sed iste est verus Deus, qui, &c. seu, Deus quem nos colimus est, qui, &c. aut, noster verò Deus in æternum viuat, qui fecit, &c. Alij non vt Eclipticam eamdem sumendam inquiunt, sed cùm præcedens, vers. per parenthesin potius sit, hæc rectè iis subiecta quæ immediatè præcesserant in vers. 10. *Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens, & Rex sempiternus, &c. Qui facit terram, &c.* Dicamus nos breuiter, Prophetam qui in præexposito vers. Iudæos docuit quomodo idola, falsosque detestari deberent Deos, suggerens illis & rationem, propter quam imprecari eis quiuissent debitam è terra, & de sub cælo perditionem; quia nec terram fecissent, nec cælos. Ob eamdem rationem, sed è contrario sumptam nunc iisdem verum Deum colendum celebrandúmque proponere. Vt oratio sit equidem

1 Oratio ecliptica, secundùm aliquos.

Ex operibus ipsius instit(u)endum, Deum esse verum Deum.

E

F

dem Ecliptica, ſed in qua propoſito antecedenti & ratione, ſubintelligendus ſit conſequens cum particula illatiua ergo, quæ in præcedenti poſita eſt verſ. ſenſúſque ſit, Deus eſt qui facit terram, &c. Ergo æquum eſt, vt illum colatis ſolum, eundémque vt Regem celebretis vniuerſorum, quod ſupra apertiùs dictum fuerat, *Quis non timebit te, ô Rex Gentium, tuum eſt decus*, ſeu regnum, vel *te decet*, tibique conuenit regnum, & quicquid honoris eſt, & magnificentiæ, quicquid laudis conferri poteſt, vel fortitudinis, vel ſapientiæ vel prudentiæ: ex triplici autem opere hæc tria colligendum in Deo in ſummo gradu eſſe ſignificat Propheta, & quò propoſita efficacior ſit ratio non tam de præteriti temporis, quàm de temporis præſentis Dei operibus loquitur.

2

Terram continuè facere dicitur Deus, quia graues illius partes iugiter condẽſatas facit in eius centrum.

(*Qui facit terram*, &c.) Conſtat quidem, terram & centrum veluti quoddam Orbis in viſibili hoc eſſe mundo, & prout experientiâ patet, grauitatem habere naturaliter; nemo eſt autem qui ignoret, graue quodcumque vt non decidat, pereatque fulcro opus habere aliquo, & ſuper illo inniti. Cùm autem nullum ſit reperire ipſius terræ fulcrum, non abs re ab aliquibus dictum eſt Philoſophorum, exinde id fieri vt illa non dilabatur, & pereat: quia iuxta naturalem ipſius grauitationem ſingulæ illius partes in eius condenſantur centrum, quod à cælo maximè diſtat. Quid verò iſtud eſt terræ in ſuum centrum condenſationis, quam continuè fieri neceſſe eſt, niſi continuum quoddam illius fieri? haud dubium quod ab eo qui cùm in principio illam creauit, hanc ei naturaliter indidit grauitatis qualitatem, quique iugiter graues illius partes arctiùs condenſatas, (vt dictum eſt) facit. Bene ergo hîc dicitur, (*Qui facit terram.*)

3

Terra quomodo fundata à Deo ſuper ſemet ipſa.

a Pſ. 103. 5.

Terræ ſtabilitas eſt Dei virtus, atque voluntas.

Greg. Naz.
Baſilius.
Rup. Abb.

b Iob. 38. 4.

c Iob. 26. 7.

In terra ſuſtinenda maximam Deus exhibet ſua fortitudinis oſtenſionem.

d Iſai. 40. 12.
Forerius.

At quid ſibi vult (*in fortitudine ſua*?) Lege Pſalmum 103. idque intelliges. [a] *Qui fundaſti*, ibi Deo dicitur, *terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Et in Græca verſione Sept. in præſenti ſicut & hîc, ὁ θεμελιῶν, *Qui fundas terram*, &c. Quomodo verò fundat? fundamentum & fulcrum illi quotidie exhibens haud aliud quàm ipſammet eius ſtabilitatẽ: Quid iſta eſt illius ſtabilitas? ipſa eiuſdem Dei virtus, quâ ſingulæ eius partes in illius (vt dictum eſt) conſtipantur medium, vt pari librata pondere nuſquam dimoueatur; ipſa Dei potentia, & fortitudo; ipſa & voluntas diuina, quam propterea ſtabilitatis nomine ibi ſignificatam arbitrati ſunt Gregorius Nazianzenus oratione 2. de Theologia, Baſilius homil. 1. in Exameron, apertiúſque Rupertus Abb. lib. de Natura rerum cap. 44. & bene, quia cùm ex verbo ipſo, *Qui fundaſti*, fundamenti aliquid & baſis tantæ molis eſſe ſignificetur, quod & clariùs in lib. Iob idemmet Deus conteſtatus eſt, cùm diceret, [b] *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?* Et ex eodem libro Iob conſtat, ſuper nihil creati à terra ipſa diuerſum illam fundaſſe, [c] *Qui appendit terram ſuper nihilum*, quis non videat, neceſſariò inferendum, fundamentum id, ac baſim ſuper qua ſtabiliatur terra, & firma detineatur diuinam ipſam Dei eſſe voluntatem, quæ maximam diuinæ quoque fortitudinis facit oſtenſionem in tanta ſuſtinenda mole. Cuius ſuæ fortitudinis ipſe gloriatur per Iſaiam dicentem. [d] *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* quo loco bene animaduertit Forerius vim Hebraici verbi וכל vechal, eſſe & *ſuſtinuit*, prout idem & à noſtro interprete red-

A ditum vidimus mox in verſ. 10. huius capitis, *Et non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius.* Vt intelligas, ſummam, atque incompræhenſibilem in eo ipſo ſignificari eſſe Dei fortitudinem, quòd tantam terræ ſuſtinens molem, æquè ſe habeat, ac ſi tribus duntaxat ea fulciret digitis. Metaphorâ ſumptâ à conſueto loquendi more, quo cuiuſpiam viri ingens exprimere ſolemus robur.

(*Præparat Orbem in ſapientia ſua.*) Bene fortitudini de Deo loquens Propheta iungit & ſapientiam, ſimul enim has apud illum eſſe conteſtatus multò ante eſt Iob, dicens, [e] *Apud* 4

In Deo iuncta ſimul fortitudo, & ſapientia.

e Iſai. 12. 13.

Præparandi verbum relatum præcipuè ad exercitũ, & ad conuiuium.

B *ipſum eſt fortitudo, & ſapientia, ipſe habet conſilium, & intelligentiam.* Orbis porrò nomine illa ſignificatur mundi pars quæ habitatur, vt ex vi colligitur Græcæ vocis οἰκουμένη, ikoumeni. Peregregiè autem noſter Interpres, (*Præparat*) Hebraicum vertit verbum, ſeu verbi participium מכין mechin præſentis temporis, quod, & paulò poſt explicabo, variæ, & multiplicis eſt ſignificationis; videtur autem per hoc præparandi verbum ita in præſenti Deo tributum cum eius iunctum ſapientia ad duas alludere metaphoras, duoque magnifica ſapientis Regis munia deſignare, inſtructionem nimirum exercitus, & conuiuij præ-

C parationem. Neque enim id tantum magni Regis eſt munus, vt ſapienter inſtruat, quem contra rebelles paratum habet validiſſimum exercitum: Sed & id pariter, vt ſapienter quoque amicis, boniſque ſubditis ſuis magnificum inſtruat conuiuium: prout maximum illum Regem Aſſuerum feciſſe legimus in lib. Eſther, vbi dicitur. [f] *Tertio anno imperij ſui fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis Prouinciarum coram ſe. Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ mul-*

f Eſth. 1. 3.

D *to tempore*, &c. *Et inuitauit omnem populum*, &c. deſcribiturque magnificus, ſapienſque conuiuij eius apparatus inſtructio, & diſpoſitio.

Explicemus primò metaphoram primam inſtructionis exercitus, in qua ſumma quotidie relucet regia Dei ſapientia. Multorum quidem nuncupari is ſe vult Dominus Deus exercituum, cuius appellationis Sacræ plenæ ſunt paginæ, id verò propterea ſibi indidit nominis quia tot ſibi iugiter parat caſtra, quot ſpecies producit creaturarum, ex quibus pluribus caſtris, & exercitus vnus demũ in rebelles homines inſtruit maximâ 8

Quot ſunt creaturarum ſpecies, tot & Dei caſtra.

Exercituum Deus cur dicatur.

E ſapientiâ ſuâ exercitum, iuxta illud Ioelis. [g] *Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius: quia fortia, & facientia verbum eius.* Quod Dei caſtra iſta multa nimis ipſæ ſint creaturæ quas quotidie vel producendo, vel conſeruando præparat, ex libro habemus Sapientiæ vbi dicitur, [h] *Et armabit creaturam*, ſingulare collectiuum pro omnibus, & ſingulis deſignandis creaturis, *ad vltionem inimicorum ſuorum.* Et quòd Orbis terrarum vnus ſit eiuſdem exercitus ſapientiſſimè ex caſtris iis omnibus inſtructus, quem & in dies contra ſuos

g Ioel. 2. 11.

h Sap. 5. 18.

F is præparat aduerſarios, auctor eiuſdem libri cõteſtatur dicens, [i] *Et pugnabit cum illo Orbis terrarum contra inſenſatos.* Ecquid verò excogitari potuiſſet ſapientius, quàm vna eademque creaturarum innumerarum productione & habitabilem terram exornare fontibus, fluuiis, collibus, arboribus, fructibus, animalibus, & Orbem ipſum vt exercitum in impiorum pœnam præparare?

i Sap. 5. 21.

Quanta Dei ſapientia eluceat in inſtructione exercitus creaturarũ in hoc mundo.

Quid ſapientius quàm eamdem Orbis præparationem & exercitus ſimul, & conuiuij re- 6

gij

Mundus iste est mensa tot referta dapibus quot in eo sunt creaturæ. gij esse instructionem? Opiparam mensam hunc esse terrarum Orbem, tot refertã dapibus quot in illo sunt creaturæ, quibus vel ore, vel intellectu, & contemplatione pascerentur homines, memini ostendisse me alias, cùm id exponerem Canticorum, [a] *Dum esset Rex in accubitu suo Nardus mea dedit odorem suum.* Quòd autem mensam istam conuiuium in illa instruens in Sapientia Dominus, seu diuina ipsa increata præpararet Sapientia in tantarum creaturarum exhibitione, in libro Prouerbiorum contestatus est Salomon, vbi ait.[b] *Sapientia ædificauit sibi domum*, cùm videlicet vniuersum condidit mundum, faciens cælum, & terram; *miscuit vinum, posuit mensam*, instruens in Orbe terrarum cõuiuium omnis plenum voluptatis, cuius symbolum vinum est: cõuiuium inquam, & dapibus omnis generis magnificentissimum, & regio exornatum decore columnarum, prout de conuiuio legimus Assueri: *Excidit* enim eadem sapientia *columnas septem*, ea nimirum, quibus terra ista fulcitur habitabilis; *immolauit victimas suas*, præparans dapes multigenarum creaturarum. Totus quippe sermo parabolicus ibi est.

a Cant. 1. 11. *In mundi creatione Deus summã sapiētiã lautissimum instruxit conuiuium.*

b Prou. 1. 9.

7 *Praeparandi verbum pro disponere, & instruere cum stabilitate, & firmitate.* Dicat fortasse aliquis subtiliora hæc esse, quàm quæ ad expositionem faciant literalem: Sanè quod hîc à nostro Interprete adhibitum est præparandi verbum, (*Praeparat Orbem in sapientia,*) prædictos etiam iuxta literam suggerit sensus. Quòd si eiusdem verbi vim, vt Hebraicum exprimit, perpendamus, alium istorum afferre poterimus sensum fortasse congruentiorem. Enimuerò Hebraicum quod hic est verbum כון *chun* dispositionem significat, & instructionem cum firmitate, & stabilitate, ac diuturnitate. Vnde Vatablus ait, quidem ita hæc vertit, (*Sapientiã suã Orbem disponit*) Pagninus verò, & Regia, (*Qui stabiliuit Orbem sapientia suã*) seu (*Stabiliens Orbem in sapientia sua.*) Et in Psalmo 92. noster quoque Interpres sic illud vertit, [c] *Etenim firmauit Orbem terræ qui non commouebitur*, quod mox verbo explicat parandi, subiiciens, *Parata sedes tua ex tunc*, sicut & in Psalmo 102.[d] *Dominus in cælo parauit sedem suam.* Quo sensu & præparandi verbum in nostra item Vulgata vsurpatum manifestè fuit lib. 1. Reg. vbi Samuel ad Saul ait. [e] *Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.*

c Psal. 92. 1.

d Psal. 102. 19.

e 1. Reg. 13. 13.

8 *Mundũ quomodo iugiter Deus firmiter instruere disponere, & exornare dicatur in sapientia.* Iuxta hunc ergo significatum, & hoc quoque loco illud sumendo, id in primis ponderandum quod in præsenti dicitur: (*Praeparat Orbem in sapientia.*) Quamuis enim à mundi initio post primam cæli, terræque creationem, in id Deus intenderit operis, vt Orbem ipsum disponeret, perficeret, & exornaret, multiplicia creans in illo genera creaturarum, quæ homini deseruirent; sicque disponeret, vt firma ea essent vniuersa, iuxta id mox citati Psalmi, *Firmauit Orbem terræ qui non commouebitur.* Istam tamen firmitatem ea omnia exinde habere voluit, quòd ab ipsomet iugiter, vel per nouam generationem, vel per conseruationem præpararentur, & firmitatem haberent instruerentur: hocque illud est fortasse operis continui, quod patri tribuit in Euangelio Iesus, cùm ait, [f] *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor*: Quia in verbo id Pater omne exercet operis, quod aliqui arbitrantur & hic significatum, cùm dicitur, *Qui præparat Orbem in sapientia*, quæ ipsum est patris verbum: quamquam aptiùs idem sapientiæ nomen pro sapientia sumes ingenita, vt attributum est Dei, totiúsque trinitatis, quam effundere [g] Deum legimus super omnia opera sua, ita vt propterea Vates Regius in id proruperit exclamationis, [h] *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti impleta est terra possessione tuã*, seu *creaturã tuã*, vt legunt Arnobius, Augustinus, Prosper, & Cassiodorus. Bene autem sicut iugis terræ factura, quam à Deo per illius sustentationem fieri ostendimus, fortitudini, tributa est, quia iuxta nostram agendi rationem sustentatio opus est roboris. Ita & continua Orbis terræ præparatio, dispositio, & exornatio per multiplicium creaturarum productionem, & conseruationem hoc loco adscripta est sapientiæ: cuius & dispositio est, & artificium omne, vtpote quæ in libro Sapientiæ dicitur,[k] *omnium artifex*, & [l] *attingere à fine vsque ad finem fortiter, & disponere omnia suauiter.*

f Ioan. 5. 17.

g Eccl. 1. 10.

h Psal. 103. 24. *Sapiētia qui congruè tribuatur Orbis instructio, & ornatus.*

k Sap. 7. 21.

l Sap. 8. 1.

9 *Sapiētia quomodo corrigere Deus dicatur Orbem.* Sept. peregregiè sapientissimam istam iugem quam Deus facit Orbis dispositionem, & præparationem indeficientis ornatus, verbo exprimunt corrigendi, sic quippe hîc legunt ὁ ἀνορθῶν τὴν οἰκουμένην, *Corrigens*, seu *qui correxit Orbem in sapientia*: prout & Hieronymus illorum in Latinam vertens interpretationem in Psalmo 95. legit, [m] *Etenim correxit Orbem terræ qui non commouebitur*, cùm idem verbum eandémque sententiam in Psalmo 92. vertisset, [n] *Etenim firmauit Orbem terræ.* Correxit autem, & corrigit quotidie Deus Orbem, quatenus in sapientia sua omnia in illo disposuit, & exornauit multiplici creaturarum repletione, ordinem singulis exhibens; quatenus eadem sapientiã prospicit, corrigitque semper & ipsius Orbis, & creaturarum, quæ in eo sunt defectus ex materiæ corruptibilitate, & ex elementorum continua pugna causatos. Andreas Cappella quod hîc de correctione, seu præparatione dicitur Orbis, de ea intelligit illius dispositione, quã vnaquæque res suum seruat locum, suam naturam, & ordinem, vnde mira sympathia, & concentus consurgit vniuersi, quo nihil pulchrius, & diuinius.

m Psalm. 95. 10.

n Psal. 92. 1.

Andr. Capp.

10 (*Et prudentiã suã extendit cælos.*) Tametsi breuissimè hanc sententiam vix attingant quoad literam quotquot vidi Expositorum, vtpote quibus satis per se visa sit facilis. Mihi tamen duplici ex capite ea est, non modicùm difficilis; tum quia haud certum est, de quibus cælis sermo hic fiat, quidve cælorum designetur nomine: tum quia haud constat, an prudentia, cuius hîc fit mentio, eadem sit cum sapientia, de qua mox dicebatur. *Praeparat Orbem in sapientia sua*: An verò sit quid diuersum, & quid sit inter eos discriminis.

Cælorum seu cæli nomine appellata in scripturis aëris regio. Quoad primum. Sciendum, cælorum, seu cæli nomine frequenter in Sacris literis aëream significari solitam regionem, cælos etiam in plurali dictam Hebraicã phrasi, quibus eius nominis in vsu non est singulare; & de hac quidem admodum congruè quod hîc dicitur accipi potest, imò & sic dicendum videtur, vt oratio sit gradatim procedens, & semper ascendens, cùm mox subiiciantur quæ in superioribus eiusdem regionis partibus ab eodem Deo fiunt meteora. *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo*, &c. Præsertim cùm & alibi in hunc ipsum sensum à doctissimis viris de aëris expansione intelligatur quod de extensione dicitur cælorum. Referam verba Francisci Forerij, quibus similem explicans sententiam quã apud Isaiam dicitur.

Franc. Forerius.

Qui

a Iſai. 40. 22. *Quia*[a] *extendit velut nihilum, ſeu, velut nebulam cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum*, ait,

11 b Gen. 1. 6. *Aëris regio tunc expanſa quando Deus dixit, fiat firmamentum, &c.*

Quia & multis aliis in locis Deus dicitur extendiſſe cælos, in quibus omnibus alluſio eſt ad locum Geneſis, [b] *fiat extenſio in medio aquarum, &c. vbi Vulgatus Græcos ſecutus firmamentum interpretatus eſt, de quo loco quia eſt inter viros doctos haud vulgaris controuerſia, non omnino præter rem facere videbor, ſi hoc loco, vbi Dominus dicitur extendiſſe velut nebulam cælos, & veluti tentorium ad inhabitandum, ſi qua fuerit illa extenſio aliquantò diffuſius explicauero, præſertim cum ex iſtius loci intelligentia multi loci Sacræ ſcripturæ fiunt faciles. Verbum igitur* רקע *rakang, nihil niſi extendere, ſeu expandere, nomen verò* רקיע *rakiang extenſionem ſeu expanſionem ſignificare loci, in quibus verbum reperitur, ſatis apertè oſtendunt. Ergo cùm initio Deus mundum crearet, primùm ſupremum cælum ſimul cum terra, & abyſſo in immenſa aquarum mole, quæ quicquid erat inter cælum illud, & terram occupabat, eum feciſſe non dubito: deinde iuſſiſſe, vt in medio aquarum fieret expanſio quædam & ſpatium, aëris nimirum ætheriſque regio, quæ eſſet media inter aquas, & aquas: nam ex aquis factos cælos, qui ſub illo alio primo ſunt, exiſtimo, qui aquarum nomine in Scripturis appellantur: iſtæ enim ſunt aquæ ſuper cælos: nam ſuper aërem, & expanſionem illam ſunt, quæ etiam cælum dicitur. Hoc mihi manifeſtè confirmant verba Dauidis, qui in Pſalmo vbi ordine creationem rerum attingit, dicit,* [c] *Deum extendiſſe cælum ſicut pellem, id eſt tentorium, quando videlicet interuallum, & aëris extenſionem fecit aquarum rarefactione; cuius tentorij ſuperiora dicit operuiſſe aquis, ſeu contignaſſe, quaſi huic mundi tabernaculo, ceu ampliſſimæ domui pro tecto dederit aquas, non quidem fluidas, ſed conſtipatas & condenſatas, atque in ſolidiſſimam naturam conuerſas, vt iſti omnino ſint cæli, quos Petrus* [d] *ex aquis extitiſſe dicit, & fortè qui in die* [e] *iudicij calore ſunt ſoluendi. Eſt itaque triplex cælum, vt mea fert ſententia, aëreum primum, quod aquas, atque terram ambit: poſt hoc, eſt cælum ex aquis genitum, & in orbes illos, quos Aſtrologi cognoſcunt diuiſum: tertium demum, quod eſt ſedes Beatorum, & cælum cæli ſeu cælorum dicitur, & propriè cælum, quodque primò cælum dictum fuit quo nomine, poſtea ſecundum & primum dicti ſunt. Hunc ordinem videtur Dauid ſignificaſſe quando in Pſalmo* [f] *148. Ordine creaturas ad Deum laudandum inuitans primò Angelos, & ſpirituum exercitus ex cælis prouocat ad laudes Dei; deinde cælos cælorum id eſt ſupremum cælum; ſubinde aquas quæ ſuper cælos ſunt, id eſt, cælos ex aquis factos, qui aëreum cælum operiunt; quem etiam ordinem tres pueri in ſuo Cantico ſeruarunt.* Hæc Forerius.

Aëris regio media inter aquas & aquas, id eſt, cælos, qui ex aquis facti ſunt, ſecundùm Soreriū.

c Pſal. 103. 2. *Aëris regio extenſa per aquarum rarefactionem.*

d 2. Pet. 3. 5. e 2. Pet. 3. 7.

Cæli triplex aëreum, quod aquas, alterum quod cōtinet Orbes cæleſtes, & quod eſt ſedes beatorū cælum cæli.

f Pſa. 148. 2.

12 Ioan Pineda. *Aëris regio extēſa in modum tentorij concamerati.*

Quibus conſentientia ait & Ioannes Pineda in verſ. 7. cap. 26. Iob, eadem expendens loca & Iſaiæ, & Geneſis in eumdem ſenſum iuxta Nicetam, D. Thomam, Albertum Magnum, Lyram, & alios exponit illud Iob, [g] *Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum*, id eſt aquilonarem ætheris partem, & per ſynechdochem totum æther, aëriſque elementum extendens in modum tentorij concamerati ſuper vacuum; quia hoc ſpatium interiectum inter cælum & terram, vulgò videtur vacuum: quia ipſum aëris elemētum ſuper illud inane ſpatium expanſum eſt: ſimilia idem in verſ. 8. capitis noni, vbi eodem ſenſu & id à B. Iob aſſerit dictum.[h] *Qui extendit cælos ſolus*, afferens rationem, cur & in libro Geneſis quod in Vulgata legimus. [i] *Fiat firmamentum in medio aquarum, vocauitq; Deus firmamentum cælum*, ab Hebraica non diſcrepet lectione. *Fiat expanſio*, quod noſter interpres ſignificare voluerit, factam illam aëris extenſionem firmam, durabilem, quæ quamuis molliſſima ſit & tactui cedens, perpetuam tamen habeat firmitatem.

g Iob. 7. 16. h Iob. 9. 8. i Gen 1. 6. *Aëris regio cur appellata firmamentū.*

13 *Aëris regionē extēdit Deus vt ſuum tentorium militare, quando inſtruit creaturarū exercitum contra impios.*

Facitque admodum ad rem noſtram ſi præcedentium verborum, *Præparat Orbem in ſapientia ſua*, eum ſequamur ſenſum, quem primo loco attulimus, de inſtructione exercitus quod ipſe Pineda obſeruandum ait, Deum extendiſſe hanc cæleſtem, aëreamque regionem ſicut pellem tabernaculúmve, id eſt, ſicut tentorium militare, vtpote qui inſtar prudentiſſimi ducis, illam ſibi ſupernam ſtationem deligit percommodam ad figendum tentoria, ducendum ac producendum exercitum, confligendúmque cum hoſte, quem conflictum ex aëre in terram deſcriptum videre eſt in cap. 5. libri Sap. & iuxta hūc ſenſum quod dicitur, (*In prudentia ſua*,) de militari intelligetur prudentia & experientia.

Aëris regio quantâ prudentia à Deo expanſa, ſit ſuper Orbe habitabili.

Aptiùs tamen dicemus hæc de cæli aërei extenſione ſubiecta præcedentibus, *Præparat Orbem in ſapientia ſua*, vbi de diſpoſitione, & exornatione actum eſt terræ habitabilis, vt ſignificetur quantâ inſuper prudentiâ hominum habitationem ſeu habitationis locum perficiat, qui vltra innumeras, quas in illo condidit creaturas, ad hominis & neceſſitatem, & voluptatem inſeruientes, vltra infinitas ferè commoditates ex aëre ipſo, quo per iugem reſpirationem in tali habitaculo vitam actura eſſent animantia cuncta firmum ſolidúmque extendit veluti domui operculum, tectúmque aut fornicem, quod in præcitato Iſaiæ loco cap. 40. expreſſerant Sept. vbi pro eo quod in Vulgata dicitur, [l] *Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum*. Legēre, ὁ ςήσας ὡς καμάραν τὸν ὀυρανὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. *Qui ſtatuit, ſeu firmauit quaſi cameram, ſeu fornicem cælum, & extendit quaſi tabernaculum ad habitandum.* Vt extenſio ſignificetur non in longum, ſeu latum duntaxat, ſed & in rotundum, vt tabernaculum ex pelle, vtque vter, & follis.

Aëris regio vt camera Orbis habitabilis.

l Iſai. 40. 22.

Extenſio fit etiam in rotundum.

14 *Per cælorum Orbes Dei exprimitur ſapientia, & gloria.*

Cæterùm ſi cælorum nomine ipſi deſignentur cæleſtes Orbes, per hoc quod hîc dicitur, (*Et prudentiâ ſuâ extendit cælos.*) Multò certè efficaciùs diuina in his & ſapientia exprimitur, & gloria, de his quippe legimus in Pſalmo 18. [m] *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*, cælum nimirum ſtellatum. Et in his duobus corporibus terrius mundi præcipuis cælo, & terrâ, quorum alterum ſupremum, alterum infimum eſt, & in quibus reliqua compræhenduntur quæ in eis ſunt, diuinam maximè elucēre ſapientiam, atque prudentiam teſtis eſt Salomon in lib. Prouerb. dicens, [n] *Dominus ſapientiâ fundauit terram*, eâ nimirum ratione, quam ſupra explicauimus: *ſtabiliuit cælos prudentiâ*, mirabili ſcilicet artificio illos extendens, efficienſque vt in cōtinuo motu perenni quadam virtute ſemper perdurarent, neque laſſitudinem, neque loci mutationem, neque diminutionem, aut diſſolutionem patientes. Bene autem extēdi à Deo iſti dicuntur cæli, quia quotidie ab vno Orizonte expanduntur in alium ſuper Orbem vniuerſum inſtar aulæi, quod ſuper ſtratum extenditur lectum: Vide de hac extenſione cælorum Auguſtinum lib. 2. de Geneſi ad literam cap. 9. & lib. 13. Confeſſionum cap. 15.

m Pſal. 18. 1. n Prou. 3. 19.

Cælorū Orbes extēdit quotidie Deus.

Sed quid ſibi vult quòd cælos iſtos extendere Deus

Sapientiã, & prudentiam pro eodem vsurpari solitas.

Deus dicitur (*prudentiâ suâ*) qui mox dictus est præparare Orbem suâ sapientiâ. Dicat fortasse aliquis, hoc ipsum quod prudentiæ adscribitur, & sapientiæ esse diuinæ, quia duobus nominibus idipsum explicatum est omniscij attributũ, ac pro eodem (*in sapientia sua*) dictum sit,& (*in prudentia sua*,) quod frequentissimè factum videre est, præsertim in lib. Prouerb. Cùm iuxta Salomonis sententiam, *scientia sanctorum sit prudentia*, &, *sapientia sit viro prudentia.* Meliùs tamen dicendum mihi videor, vt duo distincta hæc posita in hac sententia, quam & in tribus membris semper accrescentem opinor; vt quod in secundo membro dictum est, *in sapientia sua*, plus sit quàm quod in membro primo dicebatur, *in fortitudine sua*, & quod tertiò hìc adiicitur, (*In prudentia sua*,) quid ampliùs designet quàm quod in membro secundo erat, *In sapientia sua.* Tametsi in Diuinis attributis re verâ non sit reperire plus minúsve, cùm omnia in vna identificentur Dei essentia, quæ virtualiter & fortitudo est,& sapientia, & prudentia, & similia. Loquimur tamen de prædictis tribus prout secundum intellectum nostrum distincta sumuntur.

Prudentiam in Deo esse quid præstantius sapiẽtia, & quomodo id verum sit.

16 Porrò cùm dicimus prudentiam hoc tertio membro quid præstantius significatum quàm per sapientiam: non de prudentia & sapientia loquimur iuxta proprios earum significatus; sat enim mihi explorata est Aristotelis doctrina, quâ lib. 6. Ethic. asseritur, nullo pacto concedendum,prudentiã præesse sapientiæ,aut melioris quàm ipsam partis esse, quemadmodũ neque sanitati medicina. Et lib.1.Magnorum Moraliũ cap. 33. constitutâ differentiâ inter sapientiam ipsam, atque prudentiam dicitur, prudentia esse deterior sapientiâ.Sed de prudentia loquimur quæ sapientiæ adiuncta sit, & supra ipsam sapientiam addat attentius iudicium, & singulorum per sapientiam cognitorum exactiorem cõsultationem, & intelligentiam, quod significasse forsitan voluit Iob cùm dixit, [a] *In antiquis est sapientia,& in multo tempore*, quo scilicet singula diiudicantur, & consultantur, *est prudentia.* Vbi in textu Hebraico pro *prudentia*, est vox propriè designans intelligentiam sicut & hoc loco תבונה *thebunah* à radice בין *baian*, seu *ban*, quod propriè significat intrinsecus mente considerare, & animum certâ dispositione, distinctione, & iudicio intendere, Vnde Hebræis ita hæc duo, sapientia, & intelligentia distinguuntur: vt sapientiâ res certò cognoscantur, aut quadam mentis luce agantur: intelligentiâ verò res inter se similes, aut dissimiles prudenter discernantur, & diiudicentur penitius consideratæ, secundùm quod discrimen, prudentia, & intelligentia est quid vltra sapientiam: ita vt eum qui hac ratione prudens sit,sapiẽtem quoque prius esse oporteat: quod significauit Salomon dicens, [b] *In corde prudentis requiescit sapientia.*

Prudẽtia propriè sumpta non est præstantior sapientiâ item propriè sumpta. Arist. ca. 13.

Prudentia vt ponitur pro intelligentia quid sit.

a Iob. 12.12.

Inter sapientiam & intelligentiam seu prudentiã quid sit discriminis.

b Prou. 14. 33.

17 Omnino vt dicam quod sentio, & voce sapientiæ, & voce prudentiæ, seu intelligentiæ sapientem, prudentemque cognitorum,& intellectorum praxim in hac sententia designatam censeo, prout & lib. Exodi vbi Dominus ait, [c] *Impleui Beseleel spiritu Dei, sapientiâ & intelligentiâ, & scientiâ in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri potest.* Sed per prudentiam, seu intelligentiam quid maius significari studij, maioremque in cæli extensione à Deo adhibitam artificij, vt ita dicam, diligentiam quàm cùm

In cæli extẽsione maioris quid artificij, & ingenij adhibitum videtur à Deo.

c Exod 31.3.

A præparauit Orbem in sapientia.Quod Vates Regius subindicasse visus est, cùm in Psalmo 8. [c] cælos ipsos propterea appellat opera digitorum Dei, quasi videlicet summâ industriâ, & artificio vel penicillo,aut opere plumario digitorum ope innumeris depicta, acque contexta stellis. Et in Psalmo 135. ait, [d] *Qui fecit cælos in intellectu*, id est, eximio artificio. Vbi eadem Hebraica est vox,quæ & hìc. Vnde bene notat Augustinus Enarratione in ipsum Psalmum 135. alios pro *in intellectu* legere, *in intelligentia.*

d Psal. 8.4.

e Psa. 135.5.

Augustinus.

B Quòd si & hoc quoque loco iuxta proprietatem Hebraici nominis ita legamus, (*Et in intelligentia sua extendit cælos,*) fortasse cælorum significatur motus, eiusdemque ratio, quâ illum Deus perficit in quotidiana continuaque cælestium orbium reuolutione, vt extendendi verbo motus designetur circularis, quo ad primi mobilis raptum septem quoque qui infra octauum sunt planetarum orbes, in nostro quidem hemisspherio ab Oriente extenduntur in Occidentem, & inde in altero hemisspherio, quod subtus nos est, in Orientem extenduntur.Nomine verò intelligentiæ Dei, ratio significetur, quâ Deus summâ suâ sapientiâ fortiter, suauiterque extensionem motumque illum perficiat, nempe
C per intelligentiam suam; Non quòd ipse immediatè primo illi insidens mobili eius efficiat motum, vt sensisse videtur Aristoteles præsertim lib. 8. Physicorum cap. 10. tex. 84. Quamquam negandum non sit, id ab illo fieri posse, prout negat Abulensis quæst.5. ad 23. cap. Exodi. Sed per Angelum particularem, sicut & singulorum aliorum orbium motus in suis perficit intelligentiis, operâ nimirum specialium Angelorum, quos eidem destinauit operi, prout ex eo lib. Iob, [e] *Sub quo curuantur qui portant Orbem*, dedu-
D cunt Theologorum plerique intelligentias vulgato nomine tam à Theologis, quàm à Philosophis nuncupatos, non ob id quòd motum prædictum ij intellectualibus duntaxat suis perficiant potentiis intellectu, & voluntate, quod nonnulli asseruere etiam Theologorum, cùm haud negandum sit, specialem eos habere facultatem motiuam spiritualem quidem, at à prædictis duabus intellectualibus distinctam potentiis.Sed propterea quod ita intellectuales ipsi sunt, vt semper actu intelligant, vt indicat D. Thomas 1. part.q.79. art. 10.

18 *Cælorum orbes quomodo Deus mouere dicatur per intelligentiã & per intelligentias.*

Aristot.

Abulensis.

Intelligentiæ mouentes orbes cælestes sunt Angeli, & cur ij sic appellentur.

e Iob 9. 13.

D. Thomas.

E Faciliori tamen,& antecedentibus congruentiori sensu, sic legendo,(*Et in intelligentia sua extendit cælos,*) id significatum sumes, quod singulari ingenio, artificiosè,& cum summa industria Deus cælos & in prima illorum creatione extenderit super sublunaria, & in continua cælestium orbium circumuolutione de nouo extendat quotidie. 19

Hugo Cardinalis iuxta literam primò tria hæc attributa ita ad tres Sanctissimæ Trinitatis refert personas, vt *in fortitudine sua* Deus fecisse dicatur terram, quia potentiæ quæ Patri attri-
F buitur, opus appropriatur creationis. *In sapientia sua*, disponendo, quia sapientiæ quæ filio appropriatur, tribuitur dispositio. *Et prudentiâ* cælos sole lunâ, & stellis ornatos. In quo notatur ornatus, seu ordinatio, quæ attribuitur Spiritui sancto, cuius est bonitas,& prudentia. Secundò per eadem tria id tantummodo significatum sumit, quòd Deus omnia fecit fortiter seu potenter, sapienter, atque prudenter. Tertiò, fortitudinem, sapientiam. Et prudentiam Patris qui fecit

Hugo Card. *Ad creationẽ concurrerunt omnes tres personæ Trinitatis.*

Creatio facta à Patre per Verbum.

fecit omnia, vocatum, inquit, Filium, qui est virtus, & sapientia Dei Patris vt dicitur, 1. Cor. 1. 1. Cor. 1. 30.

Vers. 12.] Qui facit terram in fortitudine sua, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

20 *Spiritualium gradus seu ordines tres.*

TRIA quæ in spiritualibus quibuscũque animaduertere est, designari moraliter in his crediderim, eaque maximi momẽti quæ ex diuina in illis fiunt gratia. Quin & subtiliùs eadem consideranti triplicem eorumdem spiritualium graduum pertractatum arbitror. Primum enim, quod incipientium potissimum est, ne in peccata delabantur postquam per diuinam iustificati sint gratiam, in primo pertractatur istius sententiæ membro. (*Qui facit terram in fortitudine sua.*) Enimuerò id quod primum diuinæ gratiæ mirandum obuenit in iustificato peccatore, hoc est, quòd illum facit stabilem vt terram. Quis namque non obstupescat, hominem qui priùs in innumera quotidie labebatur scelera, qui è terra compactus terra tandem est quoad corpus, & in terram resoluetur, cuius grauedinis pondere ad ima, atque ad terrena semper attrahitur, quia [a] *corpus quod corrumpitur aggrauat animam*, quis inquam non miretur, hunc ipsum, postquam iustificatus est, perseuerare per dies, per menses, & sæpe etiam per annos in accepta iustificatione stabilẽ, ita vt in nullum saltem mortale incidat peccatũ? Dominus certè illum fecit terram in fortitudine sua. Exinde id illi contingit quia is quomodo terra per constipationem partium suarum ad punctum sui centri stabilis super sua est stabilitate, vniuersas cogitationes suas in fundum conicit propriæ vilitatis, propriique nihili, ita vt veriùs ipsi quàm terræ elementari id conueniat, quod in lib. Iob dictum vidimus.[b] *Qui fundauit terram super nihilum.* Et hoc quippe à Deo ille habet, vt præ humilitate totus in eo sit, vt se, instar Sanctissimi Abrahæ [c] vilem fateatur puluerem, cinerémque, & de ipso suo glorietur nihilo. Idque non ineptè ab eo edoctum se putet, qui dicebat, [d] *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*, in hunc sensum admodum piè illa eius accipiens verba, quibus in Euangelio Ioannis aiebat, [e] *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: Est pater meus qui glorificat me.* Si ego vt homo me glorifico, gloria certè mea, vt hominis, ipsum est hominis nihil, ad quod præ animi demissione me conicere studeo, quem propterea aliàs & id fateri delectauit, vt dicerem, [f] *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Id sanè omne quod excelsi in me esse negare non valeo, à diuinitate est, quam à Patre habui per æternam generationem. Quibus consona quoquo pacto & Pauli humilitatis Christi insignis discipuli ea sunt, quibus ait, [g] *Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis*, id est, Totam gloriam meam in id repositam volo, quòd ex me nihil habeo, nisi infirmitates, & miserias.

Quòd denuò iustificatus diu stabilis perseueret, vt non labatur in peccatum, est primũ diuinæ gratiæ mirandum.

a Sap. 9. 15.

Humilitatis & vilitatis propria consideratio praeseruat hominem à peccatis.

b Iob. 26. 7.

c Genes. 18. 27.

d Matth. 11. 29.

Christus gloriam suã vt hominis sitã censuit in sũma sui demissione.

e Ioan. 8. 14.

f Psal. 21. 7.

g 2. Cor. 12. 5.

21 Bene autem Ieremias haud simpliciter ait, (*Qui facit terram,*) seu vt in lib. Iob.[h] *Qui appendit terram super nihilum*, aut vt in Psalmo, [i] *Qui fundauit terram super stabilitate sua*, ipsius sc. terræ. Sed addit, (*In fortitudine sua*) non terræ, sed ipsius Dei: vt intelligeremus, iustificatum istum de quo loquimur, non solùm à Deo habere, vt sicut terra factus sit iuxta rationem præexpositam, verùm etiam vt sic per humilitatem in suum constrictus nihil, in suasque terrenas cogitatione constipatus miserias, diuina stabilis contineatur fortitudine, vt in peccata non decidat. Quod fortasse moraliter significasse visus est Dauid & in Psalmo 55. & in Psalmo 72. In Psalmo quidem quinquagesimo quinto, cùm breuissime ait, [k] *Pro nihilo saluos facies eos*, quod, sicut Augustinus enarratione in eum Psalmum duobus his exponit modis primò, sic illos saluos facies, vt nihil tibi sit laboris: Secundò. Nullis eorum meritis præcedentibus illos saluos facies: Sic nos tertium item moralem addere possumus hunc exponendi modum. Pro nihilo, in quod ipsi præ sua animi demissione suas coniectas habere satagunt cogitationes, tu Domine continens ipsos ne in peccata prolabantur, saluos illos facies: quod tua fortitudine facies, iuxta illud.[l] *Saluauit sibi* (redundanter, vt aliàs declaraui) *dextera eius, & brachium sanctum eius.*

h Iob. 26. 7.
i Psal. 103. 5.

Humilis propry nihili consideratio efficit, vt homo fortitudine Dei teneatur, vt nõ decidat in peccata.

k Psal. 55. 6. Augustinus.

l Psal. 97. 1.

In Psalmo verò 72. de semetipso clariùs idipsum explicans ait, [m] *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt*, quibus suam primò describit iustificationem factam per gratiam iustificantem, corde per charitatem inflammato: commutatisque renibus per deletionem peccatorum præcipuè libidinis, quibus potissimùm Dauid in Betsabee Deũ offendisse exploratissimum est. Tum subdit secundam à Deo sibi præstitam eximiæ humilitatis gratiam, quã suum perfectè cognouit nihilum,[n] *Et ego ad nihilum redactus sum, & nesciui*, id est, Ita redactus ad meum perpendendum sum nihilum, vt nescierim aliud quid in me esse, quod contemplarer: sui autem nihili consideratione totum se Deo committẽs, addit,[o] *Vt iumentum*, scil. vilissimum *factus sum apud te, & ego semper tecum*, quod est proprium verè humilis. Quid tum? exinde profectò habuit, vt eiusdem Dei fortitudine sustentatus sit, vt non ceciderit.[p] *Tenuisti*, inquit, *manum dexteram meam*, quasi nutricius infantulum, *Et in voluntate tua deduxisti me. Et cum gloria suscepisti me.* Deduxisti in lege tua, & in tuis præceptis, ne cadens aduersùs illorum aliquod delinquerem. Et cum gloria fortitudinis tuæ, gloriosè, vt tutiùs fulcires, suscepisti me in fortissimas vlnas tuas.

m Psal. 72. 21.

Ei qui iustificatur tres gratiæ à Deo frequẽter tribuuntur, iustificationis, humilitatis, & stabilitatis, vt nõ decidat per aliquod tempus in peccata.

n Psa. 72. 22.

o Psalm. 72. 23.

p Psalm. 72. 24.

22 (*Præparat Orbem in sapientia sua.*) Explicato in præcedenti huius sententiæ membro animarũ iustificatarum primo incipientium statu, in quo & ope diuinæ fortitudinis, & per maximum earumdem humilitatis studium stabiles eæ diutiùs conseruantur, ne in graue aliquod decidant crimen. Alium vlteriorem illarum nunc Propheta ob oculos proponit gradum seu statum proficientium, in quo iuxta illud Psalmi, [q] *Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam*, studio iam indulgent sui spiritualis ornatus, & multiplicis præparationi virtutis. Id quod non tam ab ipsis est, quàm à Domino, qui ipsas & iustificauit, remittens eis peccata; & stabiliuit, à peccatis præseruans. [r] *Omne enim donum optimum, & omne donum perfectum*, qualia ea sunt, quæ istum faciunt ornatum *desursum est, descendens à patre luminum.* Vnde bene id totum hoc quoque loco ei adscriptum. (*Præparat* scil. Deus *Orbem in sapientia sua:*) quia ipse [s] *operatur in nobis, & velle & perficere.* Diximus in prima lite

In Proficientium statu animæ iustificatæ indulgẽt præparationi ornatus virtutum.

q Psa. 33. 15.

r Iacob. 1. 17.

s Philip. 2. 13.

literæ expositione Orbis nomine hîc eam designatam mundi, terræque partem, quæ habitabilis est; exploratúmque est, iustorum animas habitabilem mundi spiritualis esse partem, habitabilem inquam, & tribus sanctissimæ Trinitatis personis, vt aliàs probasse me recolo, iuxta illud, [a] *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, & Christo Domino iuxta illud. [b] *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati.*

a Ioa. 14. 23. b Ephes. 3. 17.

23 Congruit autem quod hîc adhibitum est (*praparandi*) verbum ad rectè explicandam rationem præexpositi virtutum in his animabus spiritualibus ornatus. Videtur namque fieri allusio ad id quod euenire solet quando præpotens aliquis in domo vult habitare pauperis, cùm enim aulæa pauperi minimè sint, diuersque suppellectilis, quibus per semetipsum domum queat exornare, præparat illam sibi præpotens ipse, sua ei mittens ornamenta, quibus & pauper tum suam ornare satagit habitationem. [c] *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.* En maximam animarum paupertatem ab Apostolo indicatam: *Sed sufficientia nostra ex Deo est*, En congruentem apparatum ab inhabitante eis exhibitum: probatum vis & cooperationem ipsarum pauperum animarum ad istiusmodi præparationem, audi eumdem Paulum, [d] *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* [e] *In omnibus exhibeamus sicut Dei ministros.* Ad quid? ad ista expendenda Dei ornamenta. *In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.* Vide quàm præclara aulæa; audi & alia insigniora. *In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis*, &c.

Virtutum ornatu à Deo exhibito ornant se animæ piæ, cooperantes gratiæ Dei.

c 2. Cor. 3. 5. d 2. Cor. 6. 1. e 2. Cor. 6. 4.

24 Porrò istiusmodi ornatus præparationem à Domino exhibitam (*in sapientia sua*) inquit Propheta, tum vt intelligas exhibitorum ornamentorum artificium cum preciositate coniunctum, tum vt magis in sapientiam ipsam Dei nos redderet affectos, tum vt studio nos veræ addiceret sapientiæ, & timoris Dei, per quem ornatus omnis & exhibitio perficitur, & impletur præparatio, iuxta illud Eccles. [f] *Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius*, id est, Sicut timor Domini affert sapientiæ plenitudinem: ita vicissim plenitudo sapientiæ replet timentes Deum fructibus suis. Qui certè fructus sunt & nobilissima ornamenta, & preciosissimæ suppellectiles, quibus iustorum animæ, vt Dei domus præparantur: Vnde & bene adiicitur, [g] *Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.* Plenam siquidem iusti animam sapientia reddet virtutum operationibus, quæ per ipsam gignuntur, ac fiunt, singulasque eiusdem potentias preciosissimis ornatas reddet virtutum habitibus, quæ è diuinis per infusionem proueniũt sapientiæ Dei thesauris. Quod in libro Sapientiæ sibi contigisse asserit Salomon, dicens, [h] *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa*, scilicet sapientia, *& innumerabilis honestas*, id est, spiritualium diuitiarum ingens copia *per manus illius*, Sapientiæ scil. Deus, qui præparat Orbem in sapientia sua. *Et lætatus sum in omnibus, quia antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est*, subaudi, Sapientia Dei.

f Eccl. 1. 20. g Eccl. 1. 21. h Sap. 7. 11.

25 (*Et prudentiâ suâ extendit cælos.*) Tertius in his exponitur iustificatarum animarum gradus, quẽ perfectorum merito nuncupant. In quo sanè gradu tantò sunt duobus præexpositis subliniores, quantò cælos excelsiores terrã esse conspicimus, & iis quæ sub ipsis sunt. Ideoque rectè quæ in hoc gradu esse contigerit, cælorum hîc designantur metaphorâ, tametsi & aliæ insuper eius metaphoræ sint rationes, quas mox explicabo. Id enim prius operæ precium mihi videor exponendum. Quid sibi Propheta velit, cùm ait, Deum ita istos extendere cælos spirituales, vt in prudentia sua id faciat. Et quidem, cùm, sicut dictum est in prima literæ expositione, de ea hîc sermo sit prudentia, quæ sapientiæ adiuncta est, & supra ipsam sapientiam addit attentius iudicium, & singulorum per sapientiam cognitorum exactiorem consultationem, per allusionem hæc habita crediderim ad morem operandi virorum sapientium, qui etsi opus quodlibet in sapientia peragere satagant, in præstantissimis tamen, & quæ maximi sint momenti, & prudentiæ adiungere consueuère deliberationem: attentiorémque consultationem, & iudicium exactius: Quod & à Deo pariter in mundi creatione, hominisque formatione seruatum videre est, quippe qui cùm visibilia cætera omnia in sapientia, soloque condiderit dicto. *Fiat*, seu *germinet*, aut *producant*, præstantius aggressurus opus formationis hominis vltra sapientiam, addidit exactam in semetipso trino, & vno consultationem, dicens, [i] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Non quòd re verá hanc eo in opere adhibuerit consultationem, cui vt omniscio æquè ac omnipotenti omnia ad vnum, simplicémque explorata sunt intuitum. Sed, vt eâ agendi ratione excellentiam designaret hominis supra reliquas creaturas vniuersas.

Perfectorum status quàm præstantior aliis duobus incipientium, ac proficientium.

i Gen. 1. 26.

26 Subtiliùs autem ea Domini prudentia sua facientis hominem expendentes verba, animaduertemus, ob id in primis prudentiæ suæ in tali opere adhibuisse deliberationem seu consultationem, quòd hominem conditurus, erat, vt perfectioni indulgeret, ait quippe, [k] *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Ex Euangelio verò habemus, similitudinem, & imaginem istam Dei sitam esse in studio, & in gradu perfectionis, dicente Domino Iesu, [l] *Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Quibus in verbis nota, particulam similitudinis, & epithetum *cælestis*, quod Patri tributum est, vt similitudo ipsa ad Deum in duobus constituta videatur, quæ tamen vnum idemque sunt, alterúmque est declaratiuum alterius, in perfectione, & inesse cælestem, iuxta illud Apostoli. [m] *Qualis cælestis, tales & cælestes, igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Nota vocem imaginis, & particulam similitudinis.

Homo à Deo conditus cum cõsultatione, quia cõditus vt perfectioni indulgeret.

k Gen. 1. 26. l Matth. 5. 48. m 1. Cor. 15. 48.

Similitudo hominis ad Deum sita in studio perfectionis, & in esse cælestem.

Hocque illud est, quòd hîc subindicat Propheta, dum existentes in hoc perfectorum gradu cælos appellat, vtpote qui cælesti præditi sint perfectione. Quinimò dum hac loquendi vtitur forma (*extendit cælos*) & rationem attingit, qua & perfecti ij sunt, & cælestes, imaginem in se referentes cælestis patris, imò & cæli. Cùm de perfectis autem est sermo, de perfectis intelligendum est perfectione vitæ præsentis, quæ perfectio dicitur viæ, ad distinctionem perfectionis patriæ, quàm viæ perfectionem

Perfectorum gradus, vt est distinctus ab incipientibus & proficientibus, qualis sit.

Perfectio vitæ præſentis dicitur via quia eſt in iugi itinere poſt Deum.
a Matth. 19. 21.

nem rectè & Ieremias metaphorâ expreſſit extenſionis cælorum, cùm & eius perfectionis Magiſter in Euangelio in iugi pariter illam conſtituerit itinere, dicens ad iuuenem quemdam. [a] *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & ſequere me.*

17 Quod & in veteri quoque lege Deus ſignificare viſus eſt Moyſi, [b] vt bene animaduertit Gregorius Nyſſenus, lib. de Vita Moſis, poſt dimidium: quomodo & in tranſitu, & ſua illi oſtendit poſteriora. Quo loco perpendendum quod eidem Moyſi, cùm hęc ei polliceretur dixit idemmet Dominus, [c] *Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te.* Quorum non incongruus hic poteſt eſſe moralis ſenſus. Ego oſtendam tibi rationem, quâ aſſequi poſſis omne bonum morale, culmenque attingere perfectionis; cùm ſcilicet vt poſtmodùm explicauit, tranſiens ante te mea tibi manifeſtabo poſteriora, cùm te docebo perfectionem te aſſecuturum in vita præſenti ſemper eundo poſt me, euntens, vt in omnibus, quoad fieri poteſt, me imiteris, meique te referas ſimilem. Tunc quippe ipſe coram temet vocabo ſc. in te nomine Domini, nempe ſimilem, ſeu perfectum Domini, phraſi illâ, quâ vocari in nomine Domini, ſeu in aliquo inuocari nomen Domini ſignificatur, aliquam nominis Domini habere participationem, ſeu quid diuini adeptum eſſe, propter quod ſicut ſimilitudinis, ita, & nominis Domini quoquo pacto is particeps ſit effectus.

b Exod. 33. 22.
Greg. Nyſſ.
Perfectio vitæ præſētis, eſt in ſtudio imitationis Dei.
c Exod. 33. 19.
Vocari in nomine Domini quid ſit.

Ad exprimendam iſtam viæ perfectionem extendendi verbo vſus eſt Propheta, eodemque vſus eſt, & Apoſtolus, cum de ſemetipſo loquens, qui in id totum ſe dederat ſtudij, dixit, [d] *Vnum autem quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens me ipſum ad deſtinatum proſequor, ad brauium vocationis* DEI *in* CHRISTO IESV. Quid eſt iſtud vocationis brauium? non ſolùm id ad quod peruenitur in meta futuræ vitæ beatitudinis æternæ; Sed & id quod ſupra vidimus Moyſi à Deo promiſſum, vocari in nomine Domini, id eſt eſſe, & vocari ſimilem Domino, & perfectum Domini. Quod enim de perfectionis ſtudio, & brauio iſta ibi loquatur Paulus, declarat ipſemet, cùm mox ſubiiciat. [e] *Quicúmque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus:* Quibus ex verbis colligitur, hæc duo haudquaque inter ſe pugnare eſſe perfectum, & ſe extendere ſemper ad ea quæ ſunt priora, & proſequi ad brauium vlterioris ſimilitudinis Dei, cùm ſermo ſit de perfectione viæ.

Perfectio vitæ præſentis eſt in extenſione ſui ipſius ad ſimilitudinē Dei.
d Philip. 3. 14.
e Philip. 3. 15.

28 Meliùs tamen hæc omnia per iſta exprimuntur, quæ à Ieremia dicuntur (*prudentiâ ſuâ extendit cælos.*) Quibus in verbis primò ſignificatur, iſtiuſmodi extenſionem eſſe in gyrum circularem, id eſt iugem ſemperque perfectum. Conſtat enim, inter figuras omnes circularem primas obtinere, ideoque & circularem motum cæterorum eſſe perfectiſſimum, eum præſertim quem cæleſtes peragunt Orbes, cui hoc loco motus, & extenſio aſſimilatur perfectorum in ſtudio perfectionis, quod & curſus eſt velociſſimus, & ſemper eſt circa ſumma, atque perfecta: Ita iure optimo id cuique talium perfectorum tribui poteſt, quod de Sole, & cæleſtis eius Orbe dicitur in Pſalmo 18. [f] *Exultauit vt gigas ad currendam viam*, bene *vt gigas* quod in genere hominum perfectionem ſignificat maximè eorum qui currunt; bene *exultauit ad currendam viam*: quia tunc planè velociùs quiſque in hoc currit perfectionis ſtudio, cùm per inditam è cælis in eo ſtudio lætitiam præ voluptate dilatatum ſibi cor ſentit à Domino iuxta illud, [g] *Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilataſti cor meum.*

Perfectionis ſtudium dicitur extenſio circularis.
Perfectionis ſtudium aſſimilatum extenſioni orbiū cæleſtium.
f Pſal. 18. 17.
g Pſal. 118. 32.

29 Porrò quia curſus iſte eſt cæleſtis, dicēte illo, [h] *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*, ſemper circa ſumma eſt, & perfecta, vt mox dicebam, vnde in præcitata Solis ſimilitudine adiicitur, [i] *A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus*, id eſt curſus, *eius vſque ad ſummum eius.* Sicut enim Sol egreditur à ſummo & extremo Orientis, curritque ad extremum punctum Occidentis, quod & ſummum pariter dicitur, ita & qui perfectorum in gradu ſit, & perfectorum peragit curſum ſemper ſummum attingere ſatagit virtutis cuiuſque: ſi à puncto egreditur humilitatis, à ſummo illius progredi ſtudet; ſi ad charitatem vel Dei currit, vel proximi, occurſus eius vſque ad ſummum eius charitatis. Ac ſicut de ſole currente per ſua ſumma puncta dicitur, *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Ita nec eſt qui ſe abſcondat à calore charitatis iſtius in ſtudio perfectionis currentis, iuxta illud, [k] *Omnibus omnia factus ſum.* [l] *Et operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei*, bene, *operemur ad omnes*, pro, calorem impertiamus omnibus, quia ſicut calorem ad omnia ſol per ſuam expandit lucem & per ſuum motum, vt aiunt Philoſophi, ita & perfectionis curſum proſequentes per motum, lucemque operum ſuorum calorem ſpiritus ad omnes cauſant iuxta illud Euangelij. [m] *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.*

h Philip. 3. 20.
Perfectionis ſtudium eſt ſemper circa ſumma.
i Pſal. 18. 7.
Perfectionis ſtudio indulgētes per motum & lucē operis ſuorum impertiunt omnibus calorē ſpiritus.
k 1. Cor. 9. 22.
l Gal. 6. 10.
m Matth. 5. 16.

30 Eſt autem in hac metaphora extenſionis cælorum, quam hoc loco vſurpauit Propheta, & id notandum, quòd haud dictum eſt, (*Extenderunt ſe inſtar cælorum.*) Sed, (*extendit ſcilicet Deus cælos*) vt ſignificetur, perfectos nedum inſtar cælorum, ſed & cælos meritò appellandos, cæloſque eſſe ſpirituales, tum quia & ipſi tametſi carnem geſtent, adeóque & corporei ſint, ſicut & materiales cæli corporei ſunt: Eo tamen per Dei gratiam & per aſſiduum perfectionis ſtudium peruenêre, vt quomodo cęli expertes ſunt paſſionum materialium, ſic & ipſi, iuxta Apoſtoli dictum, [n] *In carne ambulantes non ſecundùm carnem militant*, domitas proprias habentes paſſiones, ita vt ab illis minimè vel deiiciantur, vel opprimantur; tum quia quomodo cæli abſque vlla defatigatione in continuo ſunt orbium motu, ſic & de ipſis dictum apud Iſaiam legimus, [o] *Current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient*; tum quia & ipſi à proprio Angelo cuſtode deduci ſe ſinunt, ſicut & cæli ab aſſignatis à Deo mouentur intelligentiis; tum quia & ipſi iuxta Pauli conſilium [p] *glorificant, & portant Deum in corporibus ſuis*, ita vt de eis id optimè intelligatur Pſalmi 18. [q] *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.*

Perfectionis ſtudio indulgentes quàm rationabiliter dicātur cæli.
n 2. Cor. 10. 3.
o Iſai. 40. 31.
p 1. Cor. 6. 20.
q Pſal. 18. 1.

31 Quid enim prohibet & illos dicere firmamentum tot refulgens ſtellis, quot illuſtribus præditi ſunt virtutibus, cum doctrina nedum verbali, ſed, vt ita dicam, exemplari per ipſa ſua virtutum exempla ad iuſtitiam in

Perfectionis ſtudio indulgentes dicti firmamentū ſtellatum.

instruant complures, & apud Danielem dictum sit, [a] *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Non est quòd dicam & de ipsis dictum, [b] *Anima iusti sedes est sapientiæ,* & in eis Deum habitare, qui alias dixit, [c] *Cælum mihi sedes est,* Et [d] *Qui habitat in cælis* per Prophetam nuncupatus est. Cùm haud de cælo Empyreo propriè hic sermo sit, sed de cælestibus orbibus, prout ex eo colligitur quod hîc adhibitum est verbum (*extendit.*)

a Dan. 12. 3.
b Prou. 12. 23. iuxt. Sep.
c Isai 66. 1.
d Psal. 2. 4.

Perfectionis studio indulgentes suum omnem cursum acceptũ Deo ferre debent.

Per quod verbum in assumpta metaphora id insuper significatur. Perfectos istos qui cæli appellati sunt, suam omnem perfectionem seu cursum in perfectionis studio Deo acceptum ferre debere, à quo veluti cælestes orbes à primo mobili attracti, absque præiudicio tamen inditæ ab eo ipso libertatis, ita suauiter trahuntur, vt perfectioni inhians anima quædam, dixerit illi. [e] *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Hanc attractionem seu extensionem liberè in se factam à Deo, qui perfectioni eximiam nauabat operam confessus est Paulus, cùm diceret, [f] *Gratiâ Dei sum id quod sum, & gratia Dei in me vacua non fuit: Sed abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

e Cant. 1. 3.
f 1. Cor. 15. 10.

VVLGATÆ.

Vers. 12.] Qui facit terram in fortitudine sua, &c.

SEPTVAGINTA.

12. *Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ὁ ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανόν.*

Vers. 12.] Dominus, qui fecit terram in fortitudine sua, qui erexit Orbem in sapientia, & prudentiâ suâ extendit cælum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et sic dicetis eis: Nos colimus eum, qui fecit cælum & terram in virtute sua, fundauit Orbem in sapientia sua, & in prudentia sua appendit cælos.*

Hieronym. *Deus fecit omnia in verbo.*

Vers. 12. *Qui facit terram in fortitudine sua,* &c. Breuiter hunc locum pertractat Hieronymus, fusiùs Origenes. Dicamus primùm quæ Hieronymus. (*Qui facit terram in fortitudine sua,*) *Deus pater est, facit autem in fortitudine sua, Domino Saluatore; Christus enim Dei virtus est, & Dei sapientia, qui ipse est prudentia, in quo extendit cælum.* [a] *Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt: Loquens ad filium,* [b] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*

a Psal 32. 9.
b Gen. 1. 26.

Origenes. *Carnis mortificatio facienda spiritu, & virtute Dei.*

Origenes homil. 5. in Ierem. in principio. *Tres quodammodo virtutes Dei assumens Propheta, fortitudinem, sapientiam, & prudentiam, vnicuique earum propria opera distribuit; fortitudini terram, sapientiæ Orbem terrarum, prudentiæ cælum. Audi quippe scripturæ ordinem, (Dominus, qui facit terram in fortitudine sua, & erexit Orbem in sapientia sua, & in sua prudentia extendit cælum.) Et nos igitur in terra nostra: Dictum est enim ad Adam,* [c] *terra es, necessariam habemus fortitudi-*

c Gen. 3. 19.

A *nem Dei: quia absque ea impossibile est nobis exequi quod carni repugnat. Cum autem mortificata fuerint membra super terram, tunc parent Spiritus voluntati. Siquidem iuxta Apostolum,* [d] *Spiritu gesta carnis mortificantur. (Dominus ergo qui fecit terram in fortitudine sua.) Si autem ad hanc terram venias, & consideres quod in Iob* [e] *scriptum est, iuxta emendatissima tamen exemplaria, quomodo statuerit eam super nihilum, inuenies fortitudinem Dei immediatè mundi terræ libram sustinere.*

d Rom. 8. 13.
e Iob. 26. 7.

2 *Animam quandam desertam, quãdam dici inhabitatam quam habitat Deus.*

B *Veniam verò & ad Orbem terrarum, qui Græcè, οἰκουμένη hic nuncupatur, id est inhabitata. Scio animam inhabitatam, scio animam desertam, si enim non habet Deum Patrem, si non habet filium, dicentem,* [f] *Ego, & Pater veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus: Si non habet Spiritum Sanctum verum, anima deserta est. Habitata autem est, quando plena est Deo, quando habet Christum, & Spiritum sanctum. Hæc differenter, & variè in Scripturis dicuntur. In anima hominis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum commorari. Nam & Dauid in Psalmo confessionis tres spiritus postulat, dicens:* [g] *Spiritu principali confirma me:* [h] *Spiritum C rectum innoua in visceribus meis:* [i] *Spiritum sanctum ne auferas à me. Qui sunt isti tres spiritus? Principalis spiritus Pater est, rectus Spiritus Christus est; Spiritus sanctus, Spiritus est sanctus. Hæc in approbationem eius rei diximus, quod habitata, id est Orbis terrarum in sapientia Dei fabricata sit.* [k] *Sapientia quippe auxiliabatur iusto super decem potestatem habentes in ciuitate.* [l] *Sapientiam autem, & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vana spes eius, & labores eius insensati, & inutilia opera eius, ait Sapientia, quæ titulo inscribitur Salomonis. Idcirco quantùm possumus, labore nitamur, vt habitata nostra D sapientia Dei erigatur. Cecidit quippe, & de sublimi corruit. Venientibus nobis in locum istum miseriarum, cecidit habitata nostra postquam peccauimus, & post ruinam indiget pœnitentiâ. Si autem non vis istâ sententiâ communi adduci, totius Orbis quæramus ruinam; post casum eius consequenter Deus erigens prædicatur. Quicúmque est in isto Orbe ante erectionem cecidit: Si autem cecidit consequenter erigendus fuit; nemo quippe sine casu sublevatur. Si autem erectus est, videamus quæ ruina præcesserit. Omnes corruimus per peccatum in Orbe terrarum. Est Dominus qui erigit elisos, & eleuanit nos iacentes.* [m] E *In Adam omnes morimur, atque ita corruit Orbis terrarum, & indiget erectione, vt in Christo omnes viuificemur.*

f Ioa. 14. 23.
g Psa. 50. 12.
h 14.
i & 13.
k Eccl. 9. 10. *Anima nostra erigitur per sapientiã Dei.*
l Sap. 3. 11.
Orbẽ qui per peccatũ corruerat in Adam, erexit Deus in sapientia sua.
m 1. Cor. 15. 22.

Clemens Alexandrinus, adhortatione ad Gẽtes, (*Dominus enim qui fecit terram in virtute sua, vt ait Ieremias, erexit Orbem terræ in sapientia sua.*) *Nos enim qui prociderámus ad simulachra, sapientia, quæ est Verbum eius, erigit ad veritatem, & hæc est prima à lapsu resurrectio.*

Clem. Alex.

3 (*Et in prudentia sua extendit cælum.*) Origenes vbi supra. *Non fortuitu prudẽtia in cæli assumpta est extensione. Inuenies & in Prouerbiis dictũ,* [n] *Deus sapientiâ fundauit terram, præparauit autẽ cælos prudẽ-* F *tiâ. Est ergo aliqua prudentia Dei, quam nolo vt extra Christũ requiras. Omnia quippe quæ Dei sũt, Christus est. Ipse sapientia eius, ipse fortitudo, ipse iustitia, ipse sanctitas, & redemptio, ipse etiam prudentia. Sed cùm vnum sit in subiacenti pro varietate sensuum diuersis vocabulis nuncupatur. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarúmq; rerum instituit, quando iustitia, distributor, & iudex meritorum significatur: quando sanctitas, illa virtus describitur, quæ credentes Deo efficit sanctos. Ita ergo mihi & prudentia eius intelligitur doctrina, & demon*

n Prou. 3. 19. *Christus est omnia quæ sunt in Deo, sapientia, fortitudo, &c. quamuis ratione.*
Cælum quomodo extendisse Deus dicatur prudẽtia suâ.

& demonſtratio bonarum, aut malarum rerum, ſiue neutrarum. Atque in hunc modum extendiſſe nunc dicitur cælum in prudentia ſua. Quomodo autem extendatur cælum, Extendente ipſum prudentiâ, audi. Quoniam extendi verba, & non attendiſti. Aſſerit quippe extenſionem quamdam eſſe verborum, ſimiliter vt nunc dicitur cæli, iuxta illud quoque quod in alio loco ſcriptum eſt. [a] *Qui extendit cælum vt pellem. Extenditur autem & anima noſtra, quæ priùs fuerat contracta, vt poſſit capax eſſe ſapientiæ Dei.*

a Pſa. 103. 2.

4 *Verùm, vt ad propoſitum reuertamur. Diximus de eo, quod prudentiâ eius cælum factum ſit, & nunc affirmamus, eos qui cæleſtem hominem portant eſſe cælos. Si enim ad peccatores dicitur, terra es, & in terram ibis, quare non dicatur ad iuſtum, cuius eſt regnum cælorum, Cælum es, & in cælum ibis? Aut ſi propter Choicum, id eſt, terrenum dicitur ei,* [c] *qui portat imaginem choici, id eſt, terreni, Terra es, & in terram ibis, cur propter cæleſtem, ei qui imaginem cæleſtis portet non conueniat dici, Cælum es, & in cælum ibis? Vnuſquiſque autem noſtrûm aut cæleſtia facta habet, aut terrena. Si terrena facta ſunt, ad cognatam ſibi terram deducunt eum, qui theſaurizat ea in terra, & non in cælo. Rurſúmque hæc quæ iuxta virtutem geſta ſunt, theſaurizatorem ſuum ad propinquas ſibi cælorum regiones ſubuehunt.*

Iuſtorû animæ ſunt cæli à Deo extẽſi.
b Gen. 3. 19.
c 1. Cor. 15. 49.

In Theodorito nihil eſt notandi præter quàm noua lectio, ita enim hæc refert, (*Dominus qui fecit cælum virtute ſuâ, ipſe direxit terram in ſapientia ſua, & in prudentia ſua extendit cælos.*)

Theodorit.

D. Thomas. *Oſtendit in Deo eſſe diuinam operationem & primò quantùm ad creationem eſſentialium partium mundi, (Qui facit terram) quantùm ad infima: (præparat Orbem,) quantùm ad ſumma.* Prouerb. 3. *Dominus ſapientiâ fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentiâ,* Pſalm. 5. *Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius.*

D. Thomas.
Prou. 3. 19.
Pſal. 103. 2.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΘΕΟ͂Σ ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δύο τίθησι, καὶ τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἁρμονίαν τὴν ἀρίστην. ἐννόησον γὰρ οἷον ἦν τὸ παραχθῆναι μὲν, καὶ οὐρανὸν, καὶ γῆν κεῖσθαι δὲ ἁπλῶς. πόσῳ μᾶλλον, καὶ κρεῖττον, οὐρανὸν χαμαὶ ἐρριμμένον ἀναστῆσαι, καὶ περιτεῖναι στέγην τῇ γῇ. [ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ὁ ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ τῇ φρονήσει.]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ἰσχὺς, καὶ σοφία, καὶ φρόνησις ὁ υἱὸς, ἐν ᾧ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. καὶ Δαβὶδ δέ φησιν, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, καὶ Ἡσαΐας. ὁ αἰώνιος θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ.

(ὁ ἀνορθώσας ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ἐν τῷ υἱῷ· ἐν αὐτῷ γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα.

(καὶ τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανόν.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καθάπερ καλύβην κατασκευάζων, οὕτως ὤρθωσεν, οὐ κατὰ μικρὸν συντιθεὶς, ἀλλ' ἀθρόα παραγαγὼν πάντα, ὥσπερ ἀπὸ ὅλων κύβων τεσσάρων τὸ πᾶν ποιῶν.

Verſ. 12. *DOMINVS qui fecit terram in fortitudine ſua, &c.)* 5

Chryſoſtomi.] *Duo ponit, creationem atque optimam diſpoſitionem. Conſidera enim quale eſſet cælum terrámque produci, & iacere ſine ordine, quantò pulchrius meliuſque cælum in infima proiectum erigere, terramque vti tecto illo circumuallare.) Qui facit terram in fortitudine ſua, qui erexit Orbem in ſapientia ſua, & prudentiâ ſuâ extendit cælum.)*

Chryſoſt.
Creatio, & diſpoſitio creaturum propria Dei.

Victoris Preſbyteri.] *Robur, ſapientia, & prudentia filius, in quo omnia pater fecit:* [a] *omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & Dauid ait.* [b] *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti, & Iſaias.* [c] *Aeternus Deus, qui conſtruxit terminos terræ, non eſuriet non defatigabitur, nec eſt adinuentio prudentiæ illius.*

Victor.
Filius Dei eſt fortitudo, ſapientia, & prudentia eiuſdem Dei.
a Ioan. 1. 3.
b Pſal. 103. 24.
c Iſai. 40. 28.

(*Qui erexit Orbem in ſapientia ſua.*)

Olympiodori.] *In filio: in ipſo enim creata ſunt omnia.*

Olympiod.
Filius Dei eſt eiuſdem Dei ſapientia.

(*Et prudentiâ ſuâ extendit cælum.*)

Chryſoſtomi.] *Veluti tugurium ſtruens, ſic erexit; non pedetentim componens, ſed ſimul omnia producens, veluti è cubis quatuor, rerum machinam creans.*

Chryſoſt.
Alludit ad opinionem Platonis.
Aliâ tamen ratione verti poſſent.
Ita quaſi tugurium molitus erexit, non quidẽ per partes componens, ſed integram molem ita producẽs, vt vniuersã totis quaternis cubis conſolidaret.

Verſ. 13.] Ad vocem ſuam dat multitudinẽ aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiã facit, & educit ventũ de theſauris ſuis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IPSE [a] *per pluuiam quam nullo negocio, ſolo voluntatis ſuæ imperio in aëre gignit, & in terram dimittit, reddit terram fæcundam, & idoneam ad fructus magnâ copiâ edendos.*

a *Ad vocem ſuã dat multitudinẽ, ſeu ſtrepitum, aquarũ in cælo.*

2 *Idque efficit, tonitruum in nubibus cauſans, vocem Dei iure appellatum, tum ob ingentem ipſius fragorẽ, tum ob terrorem quem indignati incutit Dei potentia, tum ob ſignificatam Dei magnificentiam, quâ talem præmittere ſolet ſonitum, quando virtutis, benignitatiſque in nubibus per pluuiarum exhibitionem vberrima largitur munera.*

3 *Tunc ſanè cùm hanc dat tonitrui vocem, in prudentia ſua cælum extendit aëreum nubibus illud operiens, imbreſque magno ſtrepitu ex illis emittens.*

1 *Hocque* [b] *in hac nubium extenſione eſt ſummopere admirabile, quòd illas efficit eleuando vapores à mari, à cacuminibus montium, quin & ex imis terræ partibus, ab eiuſque ſuperficie, eoſdem eleuatos in editiſſimum collocat aëris locum.*

b *Et eleuat nebulas (ſeu nubes aut vapores) ab extremitatibus terræ.*

2 *Et ex aquarũ multitudine, quas ex ipſis nubibus in terrã demiſerit, materiã frequenter deſumit, vt pluuias iterum det eleuatione vaporum, vt mirabilem quaſi quemdam perficere videatur ea in re circulum.*

1 *Quodq;* [c] *mirabilius ipſius diuinæ, & ſapiẽtiæ, & potentiæ*

c *Fulgura in pluuiã facit.*

dentur magnam pluuiam conſequentes. Secus verò in hac Ieremiæ ſententia, (*Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cælo*) ſignificari potiùs videtur, imbrem multarum aquarum à Deo dari, vt quid ipſam tonitruorum vocem conſequens. Cæterùm ſi vel noſtram conſulamus experientiam, vel quid ipſum ſit tonitruum, quàve ratione id fiat percipiamus, haud pugnantia in prædictis locis dici animaduertemus, & eorũ vtrúmque verum eſſe fatebimur. Quis enim non experientiâ comprobârit, nonnumquam tonitrua imbres præcedere, & nonnumquam imbribus defluentibus ſonitus commoueri tonitruorum? Et ex quidditate, & modo quo iſtiuſmodi fiunt tonitrua, id duntaxat neceſſariò colligitur, & imbrium magnam paratam materiam. Enimuerò, omiſſis aliorum Philoſophorum ſententiis, hæc duo communiori de re iſta ſunt ſenſu recepta. Vel ex exhalatione calida & ſicca, quæ vnà cum vaporibus in altum eleuata ſit, tūc fragorem emitti tonitrui, cùm intra nubem frigore condenſatam fugam illa capere obnitens, nec quà egrediatur reperiens aut huc illucque intra eam diſcurrit, aut ictu in nubem ipſam impingit vehementi, eámque diſrumpit. Vel ex magna duarum nubium colliſione. Nemo eſt autem qui neſciat, & ex nubis concretione illam in aquas, imbreſque reſolui: Et nubes ipſas ex eleuatis in aëra vaporibus fieri. Quod & Ieremias noſter mox ſubiicit, cùm ait, *Eleuans nebulas*, ſeu, vt patet ex Hebr. *vapores ab extremitatibus terræ.*

Ex tonitruorum ſonitu neceſſariò arguitur parata imbris materia.

Tonitrua quomodo fiat.

4 Sed antequam ad iſta accedam explicanda ſubſequentia: Notandũ in Hebr. textu eſſe ambiguam vocẽ המון *hamon*, quæ à duobus verbis deriuari poteſt, vel à verbo המן *haman*, multiplicare, ſicque ſignificat multitudinem, quo ſenſu illam ſumpsêre & Sept. & noſter Interpres, & Pagninus, & Vatablus, qui ita hæc vertit, (*Cùm ille vocem dat, ingens aquarum vis in aëre* (coit) vt ſenſus, inquit, ſit. Per pluuiam, quam nullo negocio in aëre gignit, & in terram demittit, reddit terram fœcundam, & idoneam ad fructus magnâ copiâ edendos. Vel à verbo המה *hamah* ſonare tumultum, ſtrepitúmque facere: ſicque ſtrepitum, tumultum, & fragorem ſignat. quo pacto eam ſumpſit Regiæ interpres, quæ ita hæc vertit, (*Ad vocem dare eum ſtrepitum aquarũ in cælo.*) Quæ præter eum quem in principio attulimus iungentes ea cum mox præcedentibus, duplicem alium habere poſſunt ſenſum. Vel vt ſignificent Dei potentiam, & exinde dignoſci poſſe, quòd vnà cum tonitruis dat imbres tales qui & ipſi ingentem nimborum faciant ſtrepitum. Vel quòd ex præcedente tonitrui voce det ſignum pluuiam imminêre, moxque ſe daturum imbrem ſtrepitu magno deſcendentem. Id namque obſeruamus contingere ſæpius, vt tonitrua ante pluuiam audiantur futuri imbris prænuncia, quod iuxta Philoſophi doctrinam tunc potiſſimùm euenit, quando quæ in denſa nube incluſa eſt exhalatio nubem ipſam non infringit, ſed intra illam rixatur, huc, illucque ad eius declinans latera tumultuoſum, & obſcurum edens ſonum, quem mugitibus ſimilem dicit Seneca lib. 2. natur. quæſt. cap. 17. & venturi prænuncium imbris, de quo id intelligo lib. 3. Reg. quod Elias ad Achab habuit, [a] *Aſcende, comede, & bibe, quia ſonus* (hamon, ſicut hîc) *multæ pluuiæ eſt.*

Pluuias quãta facilitate det Deus.

Tonitrua pluuiarum prænuncia & cur.

Seneca.

a 3. Reg. 18. 41.

5 *Et eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.*) Proſequitur Propheta mirabilia Domini enarrare, quæ viſui, aliiſque ſenſibus cunctis magis eſſe ſolēt perſpicua inter Meteora. Hoc autem iſtius ſententiæ membrum cum duobus ſubſequentibus ad verbum ex Pſalmo 134. deſumptum eſt, idémque & Ieremias iterum repetet in cap. 51. Et quidem quoad cōnexionem crediderim hæc. (*Et eleuat nebulas*, &c.) iungenda cum præcedentibus, (*Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum*, vt magis diuina & potentia celebretur, & ſapientia, quibus ex aquarum multitudine quas per imbrem in terram dederit, materiam frequenter deſumit vt pluuias det iterum demiſſione aquarum, & eleuatione vaporum; vt mirabilem quaſi quemdam perficere dixeris circulũ. Iuxta quem ſenſum, quod dicitur, (*Ab extremitatibus terræ,*) pro A ſuperficie terræ, ſumendum eſt; madefacta quippe terra per pluuiam præcedentem id obſeruamus, vt ex illius ſuperficie eleuati à Sole aſcendant vapores.

Pluuias eſſe cauſas pluuiarum quomodo intelligendum.

Sed & ita cum præcedentibus iungi hæc ipſa queunt aptiùs, vt in his modus celebretur mirabilis, quo Deus ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in aëre, eleuando ſcilicet vapores ab extremitatibus terræ, quod plerique ad amplificationem diuinæ ſapientiæ non incongrue referunt; vt per extremitates terræ ipſa deſignetur terra, quæ ima in Orbe eſt, vel etiam ipſius terræ partes profundiores, vt ſit comparatio imi ad ſupremum. Ac ſi dicatur ex imis terræ partibus eleuatos vapores in editiſſimum illos collocat aëris locum. Quamquam alij hæc ad cacumina potiùs referant montium, quæ quoad ſuperna extremitates rectè dicuntur terræ: alij ad duos Orizontis terminos, quia exinde videantur nubes aſcendere. Et alij demum ad mare, ad quod termini, & extremitates ſunt terræ, & continentis. E quo haud dubium maximam vaporum partem ſolis calore in aëra trahi. Vnde 3. lib. Reg. Eliæ puer miſſus ad explorandum ſi quod in aëre appareret imbris veſtigiũ dixit, *Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendit è mari.* Et apud Hamos Prophetam legimus, [b] *Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper terram.* Quantùm autem laudis ex pluuiæ exhibitione in Deum eius reſultet auctorem, nedum ex hoc loco, ſed ex frequentiſſima eiuſdem colligere licet commemoratione, quæ in Sacris literis reperitur, in primiſque in lib. Iob cap. 26. cap. 30. cap. 36. & alibi.

6 *Pluuiã quomodo faciat Deus.*

3. Reg. 18. 44.

b Hamos. 5. 8.

Ex pluuiæ exhibitione Deus redditur maximè laudabilis.

7 Circa noſtram Literam notandum, Interpretem noſtrum legendo, (*Et eleuans nebulas*) nebularum vocabulum haud propriè, ſed pro nubibus adhibuiſſe, *Nubes* quippe verterunt Sept. Pagninus, & Vatablus, quin & idem Interpres in præcitato Pſalmo 134. nubes vertit legens, [c] *Educens nubes ab extremo terræ.* Tametſi Hebraica quæ hîc eſt vox נשיאים *neſiim* propriè eleuationes ſignificet, & pro nubibus vſurpetur, ac pro vaporibus eleuatis: ſicque vertit Regia (*& aſcendere faciet vapores ab extremo terræ.*) Et fortaſsè idcirco noſter Interpres nebulas dictã reddit vocem, & quemlibet eleuatum deſignaret vaporem, ex quo caligo ſuper terram exoritur, quæ propriè nebula nuncupatur, & ex quo, ſi vſque ad mediam aëris regionem aſcendat, ea fit nubes, quæ in pluuiam reſoluitur: conſtat enim, nubem nil aliud eſſe quàm condenſatum vaporem, & concretum ob frigus, quod ipſum in media regione comprimit. Et pluuiam nihil aliud eſſe quàm nubes, in aquam ſolutas.

Nebula pro Nube.

c Pſa. 134. 7.

Nebula quid.

Nubes quid.

Pluuia quid.

EEEe 4 (*Ful*

8 (*Fulgura in pluuiam fecit.*) Inter mirabilia quæ recensita sunt Meteororũ, hoc certè minimè erat prætermittendum, in quo maximum est summæ Dei & potentiæ, & sapientiæ specimen, cùm simul esse conspiciantur duo; quæ inter sese & aduersa sunt, & pugnantia, ignis, & aqua: ignis in fulguribus, aqua in pluuia. Qua de re admirationem excitat Sapiens, cùm dicit. [a] *Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat.* Et paulò post. [b] *Quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt iniquæ terræ nationes exterminarentur.* Quamquam ibi non tam de simplicibus sermo sit fulguribus, quàm de fulminibus exterminationem inferentibus quocúmque appulerint. Et fortasse hoc quoque loco ita de fulguribus agit Propheta, vt & fulmina ipsa inter illa comprehendat: quandoquidem tametsi non omnia fulgura sint fulmina, omnia tamen fulgura sunt cum igneo fulgore, adeóque & fulgura, iuxta illud Abacuc. *In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Ambo certè, & fulgur, & fulmen sunt ignita exhalatio, siue ignis in exhalatione accensus intra nubem. In eoque solummodo differentiam inter illa constituit Seneca lib. 2. Nat. quæst. cap. 28. quòd fulgur propriè sumptum nihil aliud sit quam flamma fulmen futura, si plus virium habuisset. Vnde aliæ educuntur differentiæ, quæ inter illa assignantur à Philosophis. Quòd fulguris exhalatio, ac spiritus rarior, minusque compactus, adeóque sparsim & per interualla succenditur, fulminis verò vno ictu, totusque simul incenditur: Quòd fulgur est ignis in nube inclusus: fulmen ignis è nube vibratus. Quòd fulmina in crassis duntaxat, & magnis nubibus, & nimborum caligine obruto cælo proueniunt: Atque adeo vero simile est, vt & ipsa sub fulgurum vocabulo compræhensa hîc sint, cùm de iis agatur, vt vnà cum pluuia sunt: Cùm è vestigio frequenter simplices fulgurum corruscationes absque pluuia fiant, intra nubes nimirum raras, & tenues quas euanidas & infœcundas appellant, cùm non effundat imbrẽ, sed in aërẽ resoluantur. Nemo est autem qui nesciat, in ipsa fulminum immissione quam maximè Dei exploratam reddi potentiam, & per eamdem illum omnibus reddi metuendum. Hinc enim factum, vt & apud Gentiles Ioui summo ipsorum Deo fulmen daretur in manibus. Et in Sacris literis sagittæ Dei ob idipsum nuncupatur Psalm. 17. 15. Et Habac. 3. 11. Facitque pro loco egregia Senecæ sententia lib. 2. Nat. quæst. cap. 12. *Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit: illa comminatio est, & conatio sine ictu, ista iaculatio cum ictu.*

Fulgura & pluuiã simul esse admirationem incutit diuinæ sapientiæ, & potentiæ.

a Sap. 16. 17.

b Sap. 16. 19.

Fulgura, & fulmina quid sint, quomodo fiant, & in quibus discrepent.

Seneca.

Fulminũ immissione declarata diuina potentia.

Fulmina appellata sagittæ Dei.

Seneca.

9 Circa istum loquendi modum, (*fulgura in pluuiam fecit*) varij sunt expositores. Quæ mihi magis probantur quoad nostræ Vulgatæ intellectũ, qui & visionis est Sept. duo sunt: vel vt significetur id mirabile à Deo factum, vt fulgura exhalationes igneæ signum sint futuræ pluuiæ, vt eâ hæc dicta sint phrasi, qua in libro Genesis de luminaribus dicitur, [c] *Et sint in signa & tempora, & dies annos.* Vel secundò, vt ignis idem in exhalatione accensus & fulgura in pluuiam tandẽ resoluantur, phrasi illâ quâ apud Isaiam dicitur. [d] *Conflabunt gladios suos in vomeres.* Sicque ex Hebræo hæc vertit Vatablus (*fulgura in pluuiam vertit.*) Non quòd re vera fulgura ipsa, eorumque materia quæ calida, & sicca est, in aquam vertantur pluuialẽ, cùm diuersissimæ sint istius- modi materiæ. Sed quòd fulgurantibus nubibus in pluuiam resolutis, cessare ipsa videamus fulgura, ac si & ea eorumque materia versa pariter essent in pluuiam In textu Hebraico pro (*in pluuiam*) est למטר *lamathar*, cum litera ל *lamed*, cuius cùm multiplex esse soleat vsus, vt longè prosequitur Sanctes-Pagninus lib. 1. Institut. Hebraicarum cap. 19. factum est, vt diuersimodè à recentioribus Interpretibus id verteretur. Iuxta enim complurium Hebræorum sententiam & Pagninus, & Isidorus Clarius, & Andreas Cappella legunt, (*fulgura cum pluuia fecit*, aut *facit*,) *Vt inter admiranda Dei opera*, inquit Cappella, *adnumeretur simul ex eadem nube fulgura, & pluuiam fieri, quæ sunt contraria.* Secus Isidorus. *Quam rem ait, tamquam admirandam commemorat, quòd in media pluuia igneæ fulgurationes appareant.* Regia legit, (*fulgura pluuiæ* (in datiuo) *fecit*) quod eumdem habere potest sensum. Pluuiæ dedit fulgura simul sc. coëuntia. Vel alio sensu. Pluuiæ dedit fulgura, quæ ipsam sc. præsignificarent, aut præuenirent quo sensu Figueira, *fulgura*, inquit, *ante pluuiam fecit, vt immutetur ordo, quia post fulgura frequenter sequitur pluuia.*

Fulgura quomodo dicãtur à Deo fieri in pluuiam.

c Gen. 1. 14.

d Isai. 2. 4.

Andr. Capp. Isid. Clarius.

Fulgura cum pluuia esse est maximè admirandum.

Figueira.

(*Et educit ventum de thesauris suis.*) Enumerat inter Meteora vltimo loco Propheta ventum, seu ventos, per quos multò magis quàm per alia iam recensita diuinam comprobat & potentiam, & sapientiam. Non dicit autem, quòd ipsos faciat ventos. At, hoc supposito, ait, illos educere, & ex Hebr. ad verbum, *Exire facere* in præsenti, quandocumque scil. ei libuerit, opportunumque visum fuerit, quasi ipsos semper habeat paratos quos proferat. Quo loquendi modo & Ieremias infra visus est, & ante ipsum Dauid in sæpius citato Psalmo [e] 134. tum quid illos tam subitò cõmotos plerumque percipimus, vt haud tunc fieri, sed quasi res priùs facta, & asseruata produci ex suis videantur reconditoriis: tum quia tam diuersimodè in diuersas spirant partes, vt propemodum nullus videatur dubitandi locus, illos vt ministros paratos à Deo hinc emitti, & inde. Quod fabulosè Æolo ventorum Deo tribuebatur antiquitus à Poëtis, vt in primo Æneidos videre est apud Maronem. 10

Ventos instar ministrorum semper paratos habere videtur Deus.

e Psalm. 134. 7.

Maro.

Quod ait, (*de thesauris suis*) referri potest & ad thesauros Dei, & ad thesauros venti; tam enim in Vulgata, quàm in Hebr. ventus est in singulari. Si de ventorum thesauris sermo sit, id per hæc explicatur, quòd quicquid de causis naturalibus, deque ventorum & eorum materiæ locis inquiri potest, id omne absconditum est, nec quidquam de eis definiri certò potest. Quod & in Euangelio iuxta sententiam Cyrilli Alexandrini lib. 2. in Ioan. cap. 44. Ioan. Chrysostomi homil. 25. & Augustini lib. quæst. No. & Vet. Testamenti cap. 59. significasse visus est Iesus, cùm dixit, [f] *Spiritus vbi vult spirat*, id est, suo impetu fertur, *Et vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat.* 11

Ventorũ causa, & materia loca occulta ideo educi dicuntur de thesauris suis.

f Ioan. 3. 8.

Et quidem incertitudinem, & absconsionem reconditarum apothecarum venti docet experientia ipsa. Quòd autem & id totum absconsum pariter sit instar thesaurorum qui in abscõdito seruantur, quodcumque ad eorum pertinet causas, & ad modum, quo iidem fiunt, intelliget planè quilibet qui philosophorum de his legerint tractatus. Existimantibus compluribus, ventum nihil aliud esse, quàm aërem agitatione commotum. Aliis, ventos omnes spirare à niue, glacie, gelu vehementi, fluminibus, & sta- 12

Venti quid sint, & quomodo fiãt esse maximè absconditum.

Ventus quid sit diuersissima sententia.

& ſtagnis, terraque humida, & refrigerata:aliis, eſſe fluxum aëris, cuius tenuiſſimas maximéque humidas partes ſol abſumpſerit: aliis, eſſe fluentis aëris impetum, qui pro locorum, & regionum diuerſitate varia obtineat nomina:aliis, eſſe aëris fluentem vndam cum incerta motus redundantia: aliis, eſſe aërem percitum, qui diſpari ſtellarum errantium ictu, radiorũque multiformi iactu percellatur. Affirmantibus quoque aliis, ventorum quidem materiam eſſe exhalationem, ſeu ſpirationem calidam, & ſiccam, cui aliqui addunt, & vapores frequenter eſſe admixtos.

Ventorũ motus vnde, & quomodo fiat. Motum verò eorumdem ventorum quibuſdam ipſis tribuentibus exhalationi, & ſpirationi, quia cùm non omnino ſicca ſit, ſed multùm humidæ habeat admixtionis, adeòque partibus & leuibus conſtet, & grauibus ab illis ſurſum, ab his deorſum rapiatur in obliquum, vt ventos ire animaduertimus: Aliis è veſtigio aſſerentibus, eumdem fieri quòd Solis aliorumque ſyderum attractu multæ exhalationes ſimul in altum eleuatæ ad mediam aëris regionem, inde ab aëre illo frigido, & denſo protruſæ refracto, ac diſſultanti impetu reſiliunt, & quia pulſu deorſum aguntur, & ob inſitam leuitatem in ſuperiora contendunt, dum neutra pars vincit, quaſi partità (vt inquiunt) contentione neque ſurſum, neque deorſum, ſed obliquè fluunt. Quibus omnibus perpenſis videntes inſuper, & iſta vniuerſa plena eſſe difficultatibus, ita vt nil certi affirmari tutò poſſit, verè hæc dicta cenſebimus, Ventos à Deo educi ex ipſorum theſauris, vt explicant plerique etiam eorum qui philoſophicè ea inueſtigare obnituntur.

13 *Theſaurorum Dei tria genera.* Cæterùm ſi de Dei theſauris verba hîc fieri velimus, quod mihi maximè arridet. Tria theſaurorum genera, ſeu tres Dei diſtinguere poſſumus theſauros, ex quibus ille educere dicatur ventos. *Ventos educit Deus de theſauro voluntatis ſuæ.* Primus eſt abditiſſimum illorum conditorium, quod Deus ſolus apud ſe habet, idque ipſa eſt eius voluntas, & diſpoſitio. De quibus theſauris auctor Comment. in lib. Iob qui habentur inter opera Hieronymi, hæc habet ſuper ea cap. 38. verba, [a] *Numquid ingreſſus eſt theſauros niuis? Hi theſauri non in aliquo capaci, & immenſo loco ſunt, qui moles, & congeries intra ſe habeat conditas niuium infinitarum; ſed in eius voluntate, & diſpoſitione ſunt conſtituti, ſicut in alio loco ait,* [b] *Pulchritudo agri mecum eſt.* Tam autem Dei proprij iſti ſunt theſauri ad ventos ipſos recondendos, vt vel ex hoc admirati in Euangelio homines intulerint, Chriſtum Deum eſſe oportere, quòd eo ventis, ac mari imperante, iis ſedatis facta ſit illico tranquillitas magna, dicentes: [c] *Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Et propter iſtum quoque theſaurum ſuum peculiari quoque ratione eidem Deo omnis tribuitur ventorum productio, vnde & nomen inditum id habet, [d] *Creans ventum*, vt legimus apud Hamos ideoque rectè ad illius diuinitatem comprobandam hîc dicitur. (*Et educit ventum de theſauris ſuis.*)

a Iob. 38. 22.
b Pſal. 49. 11.
c Matt. 8. 28.
d Hamos 4. 13.

14 *Ventos educit contra impios Deus de theſauro, & reconditorio armorum ſuorũ.* Bene non de theſauro, ſed de theſauris ſuis: quia tametſi vnus ſit re vera prædictus Dei theſaurus, cùm vna, & ſimpliciſſima ſit Dei voluntas: plures tamen in eo theſauro quaſi diſtinctæ apothecæ ſunt, diſtincta conditoria, adeoque & diſtincti theſauri, ſed duo in primis: Alter, in quo is condita ſeruat arma, quibus cùm neceſſe ſit, ſuperbos ſuos debellet rebelles; theſauros enim appellata & iſtiuſmodi armamentaria patet ex libro Iob, vbi idemmet Deus cùm dixiſſet, [e] *Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti?* declarans quòd theſaurorum nomine armamẽtaria deſignarit ſubiecit: *Quæ preparaui in tempus hoſtis, & in diem pugnæ, & belli*, id eſt, quæ ſeruata habeo opportuno tempore aduersùs hoſtes ex promptuariis producenda, quorum & cathalogum concludẽs Dauid in Pſalmo 17. ait, *Ab* [f] *increpatione tua Domine*, id eſt, per flatum ventorum irâ tuâ excitatorum: *ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ*, id eſt, flatu venti vehementis à te immiſſi, vt rectè exponit Genebrardus. *Venti ſunt fortiſſima Dei arma contra rebelles.* Tempeſtates ſcilicet aduersùs impios commotæ fuere, ita vt confractæ apparuerint fontes, & ſcatebræ aquarum, & reuelata ſint fundamenta Orbis terrarum aperta, hiatibus terra vſque ad ima profunda. Et de vẽto vrente ſæpius in bellum à Domino educto de armamentario plenæ ſunt ſacræ literæ. Vnde quod priùs per Amos dixerat, [g] repetit & per Aggæum ipſemet Deus, [h] *Percuſſi vos vento vrente, & ærugine multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum.* Quid de turbine? Nonne propterea ab illo dies ſummæ eius vltionis nomen ſumpſit? dicente Ioële. [i] *Dies nubis & turbinis*, & Sophoniæ, [k] *Dies nebulæ, & turbinis.*

e Iob. 38. 23.
f Pſal. 17. 16.
g Amos. 4. 9.
h Aggæ. 2. 18.
i Ioel 2. 2.
k Sophon. 1. 15.

15 *Ventos educit Deus de theſauro ſuo rerum precioſiorum.* Eſt denique & tertius Dei theſaurus, in quo precioſa quæque conſeruat, & è quo ea is profert, quibus opes exreſcunt naturales, & quæ ſummopere æſtimanda ſunt propter commoda quæ ex iis nobis proueniunt. De hoc theſauro ait in lib. Deuteronom. Moyſes, [l] *Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum:* ditem ſcil. te faciens per pluuiam, proſperans terram, quam tuis colueris manibus. In hoc theſauro ſeruatos tenet & ventos, vt ſummi precij, & ex illo eos profert ad multiplicia, maximáque hominum commoda. *Ventorũ quæ ſint commoda & vtilitates. Seneca.* Porrò hæc commoda exponit Seneca lib. 5. Natur. quæſt. cap. 18. Nempe quòd aërem non ſinunt pigreſcere, ſed aſſiduâ vexatione vtilem reddunt: quòd imbrem terris ſubminiſtrant, nimiúmque compeſcunt, & modò adducendo nubes, modò deducendo per totum eum diuidunt Orbem: quòd frugibus confert percipiendis, quando eo perflante ſuperuacua & mixta ventilantur: per illos excitantur ſegetes, latentes fruges ruptis folliculis adaperiuntur: per illos fit, vt omnibus inter ſe populis commercium per nauigationem ſit, vtque per eamdem & merces vndequaque deferantur, & vlteriora dignoſcantur. Vide in Appendice noſtra de his ventorum commodis ex Chryſoſtomo homil. in Pſalmum 134. tom. 1.

l Deut. 28. 12.

16 Quoad lectionum varietatem. Hebræa quidem omnino cum noſtra conuenit Vulgata: Siquidem רוח *ruah*, ſingulare nomen eſt, ſicut & ventus noſter, tametſi vt collectiuum & pluraliter plerúmque reddatur, & in voce מאצרותיו *meotzerothau*, pronomen quod Hebræi vocant affixum in fine dictionis, tertiæ perſonæ eſt ſingularis, prout clariùs expreſſit eamdem vocem cum eodem pronomine Iſai. 2. 7. ipſemet noſter Interpres ita vertens, *Et nõ eſt finis theſaurorũ eius.* vnde ſicut vidimus, in Vulgatæ explicatione tam ad Dominum educentem, quàm ad eductum referri poteſt ventum.

Iſai. 2. 7.

Circa verſionem Sept. maxima in codicibus, & quoad verba, & quoad ſenſum reperitur varietas. Codex quidem Complutenſis, & Regius ſic

ſic habent, καὶ ἐξήγαγεν ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. (*Et eduxit ventos de theſauris ſui ipſius*,) ſcil. Dei, quam lectionem ſecuti videntur, & Origenes, & Theodoritus, vt habes in Appendice. Quodque magis hanc lectionem confirmat, illud eſt, quòd in præcitato ſæpius Pſalmo 134. codices omnes conueniunt, vt iuxta eum legunt,[a] *Educens ventos è theſauris, αὐτοῦ eius.* Codex Vaticanus hic cum præcedenti lectione conuenit quidem in pronomine ſingulari αὐτοῦ, ſed miro modo aliàs diſſentit, pro ἀνέμους, *ventos* legens φῶς, *lumen*. Codices alij, vt quos vidi, Aldinus, & Frobenianus adhuc diuerſo modo legunt, καὶ ἐξήγαγεν ἀνέμους, φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν. *Et eduxit ventos, lumen de theſauris ipſorum.* Et certè, vt ingenuè fatear, neſcio quâ ratione his modis ex Hebr. vertere hæc quiuerint Sept. & quomodo lumen hìc adhibuerint. multóque admiror magis, cùm nec tacta hæc ab Expoſitoribus videam: dicam nihilominus breuiter quid mihi circa ſingulas earum videatur lectionum. Et quidem circa eam quæ Codicis eſt Complutenſis, & conſona ſimili loco Pſalmi 134. non eſt quòd immoremur. Quid enim ea ſibi velit patet ex dictis in noſtræ Vulgatæ explicatione.

a Pſal. 134. 7.

17 *Fulgura è nubibus à Deo educi vt ex theſauris lucis.*

Quoad lectionem Codicis Vaticani. (*Et educens lumen de theſauris eius, ſeu, ſuis*) dici ſimpliciter poteſt, hæc dupliciter ſumi, vel vt pertinentia ad præcedens membrum, vel vt ab illo disiuncta. Si primo modo, deſeruient in prædictorum amplificationem. *Fulgura in pluuiam fecit*, de nubibus tamquam de lucis theſauris, & reconditoriis vnà cum pluuiis fulgorem proferens luminis, Seu, & ex atris nubibus tamquam de abſconditis lucis promptuariis, cùm illico ſerenitatem inducit, mirabili certè ratione lumen educens. Si ſecundo modo, Ad conteſtandam Dei potentiam, & ſapientiam & hoc quoque illius affert operis admirandi, quod in ſacra Geneſis hiſtoria die primâ recenſetur tunc factum cùm[b] *dixit Deus, fiat lux.* Vnde in lib. 4. Eſdræ ad illam primam lucis creationem hæc quæ à Ieremia dicuntur referri videntur, vel ſaltem ad id vſurpantur, ſic quippe ibi dicitur,[c] *ô Domine loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die dicēs, fiat cælum, & terra, & tuum verbum opus perfectum. Et erat tunc ſpiritus, & tenebræ circumferebatur, & ſilentium, ſonus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum, quo appareret opus tuum.* Quibus ex verbis colligitur, & hoc quoque loco ſermonem fieri de theſauris Dei, ad quem referendum pronomen αὐτοῦ. Et per Dei theſauros ſignificari abditam rationem, occultámque materiam, quâ ipſam produxit lucem, quâve luminis diffudit radios, cùm adhuc conditus non eſſet Sol luminare maius, & fons lucis, qui quarto poſt modum creatus eſt die.

Lux dicitur educta de abſconditis Dei theſauris quādo primā die facta eſt.
b Gen. 1. 3.
c 4. Eſdr. 6. 38.

18 *Lumē & lucē quotidie Deus ſummā potētiā & ſapiētiā educit de theſauris ſuis.*

Quamquam non minùs congruè, & ad quotidianam luminis, radiorúmque Solis diffuſionem hæc referas. Vt ex hoc Deus & potens probetur, & ſapiens, quòd lumen rerum omnium precioſiſſimum quotidie veluti è precioſarum rerū reconditoriis educat, ſolem ſuum, vt dicitur in Euangelio,[d] oriri faciens ſuper bonos, & malos, ſicut ſuper bonos item & malos pluit. Eſt apud Iob inſignis ſententia, è qua, ſi per tempus liceret, probaré, quàm precioſa res lux ſit, quòd propterea Deus illam abſconditam in ſuis ſeruet theſauris; quòd theſauri iſti ſint illiuſmet manus; quâ ratione eam educat, & ad quid ipſam

d Matth. 5. 45.

A proferat. De his quippe in cap. 36. hæc habet Eliu.[e] *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, vt rurſus adueniat. Annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere.*

e Iob. 36. 32.

Sed cùm hucuſque Ieremias in toto hoc verſ. 13. diuinæ potentiæ, & ſapientiæ in admirationem Iudæos exinde eleuare obnixus ſit, quòd Meteororum ſit conditor admodū ſanè eſt probabile, vt ſicut, iuxta lectiones Hebr. & Vulgatam, & in hoc vltimo membro in eodem perſiſtit argumento agens de ventis: Ita & iuxta hanc lectionem Sept. de aliquo agat Meteororum. Et B quidē opinor de fulmine agi quod cū tonitruis eſſe ſolet, cum fulguribus, atque cum pluuia, quorum hucuſque commemoratio facta eſt, cui ſenſui conuenit & nomen theſaurorum Dei pro armamentariis, in quibus Deus ſua ſeruat arma, vt dictum eſt ſupra; quorum armorum validiſſimum certè omnium fulmen eſt, conuenit & verbum ſeu participium, *Educens*, ac *proferens*, quo ſignificatur id quaſi iam paratum ſeruari, vt ſubitò educatur. Neque ab hoc ſenſu luminis diſſentit vocabulum, vt cùm dicitur, *Et educes lumen de theſauris ſuis*, tantumdem ſit ac ſi dica- C tur, & proferens, & emittens fulmen de nubibus theſauris ſuis armorum iſtiuſmodi, lege ca. 36. lib. Iob, luminis vocabulum eodem planè acceptum ſenſu, vbi de Deo agitur per tempeſtates prælia agente, & ſic dicitur,[f] *Si voluerit extendere nubes, quaſi tentorium ſuum*, (alia metaphora,) *Et fulgurare lumine ſuo deſuper.* Quid clarius? Iam enim ſupra oſtenſum à nobis fuit, fulgurū, & fulgurandi voces poni ſolitas pro fulminare, & pro fulminibus: In quorum confirmationem is facit lib. Sapientiæ locus, quo dicitur,[g] *Ibunt* D *directè emiſſiones fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient.* Quin & in lib. Iob egregia eſt Dei ſententia, nedum hoc confirmans de fulgure pro fulmine, ſed & id quoque explicans quod educendi verbo ſignificatur.[h] *Numquid mittes fulgura*, id eſt, fulmina, *& ibunt: & reuerentiâ dicent tibi, Adſumus?* quaſi ſcilicet milites, ac ſerui parati.

19 *Fulmina emittēs Deus dicitur educere lumē de theſauris & armamentariis ſuis.*
Fulmē appellari ſolitum lucem, & lumen.
f Iob. 36. 39
Fulmina nomine fulgurū appellari ſolita.
g Sap. 5. 22.
Fulmina eſſe Deo prompta vt ſeruos, ac milites paratos in præliū.
h Iob. 38. 35.

Quòd ſi de fulminibus actum quis velit ſupra cùm diceretur, *Fulgura in pluuiam fecit*, vt ſuper iis diximus, aptè de ipſo fulgure propriè E ſumpto ſub luminis nomine hìc agi aſſeremus: aptè inquam præſertim iuxta lectionem illam Sept. (*Et educens ventos, lumen de theſauris eorum.*) Hæc quippe duo Meteora ſimul cū pluuia animaduerti ſolent in nubibus, venti, ac fulgurationis. Adeoque & Eliu in lib. Iob, cap. 37. vbi ſimile tractat Meteororum argumentum, ſimul iſta in ipſis coniungens nubibus, ait,[i] *Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum*, fulgura nimirum vndequaque emittentes. Audi & de ventis eductis è diuinæ voluntatis theſauris, qui ſunt ipſorum (vt ſupra quoque diximus) F promptuaria:[k] *Quæ luſtrant per circuitum, quocúmque eas voluntas dominantis duxerit: & ad omne quod præceperit illis ſuper faciem Orbis.* Vento enim impulſæ nubes eædem nunc rectâ feruntur, nunc retrò vertuntur, nunc obliquè flectuntur, & ad gyrum ſolis circumaguntur, prout & venti ipſi cùm ſequuntur circulum, iuxta illud Eccl. *Oritur*[l] *Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem luſtrās vniuerſa in circuitu pergit ipſius ſpiritus.* id eſt, ventus, ventum enim nomine ſpiritus exprimunt Hebræi, ſicut & hoc quoque loco apud Ieremiā.

20 *Fulgura & ventos vnà cum pluuia educere Deus ſolet de theſauris eorum.*
i Iob. 37. 11.
Ventis circūaguntur nubes ad gyrum Solis.
k Iob 37. 12.
l Eccl. 1. 5.

Dici

21 Dici & id pariter potest, in verbis hisce, (*Et educens ventos, lumen de thesauris ipsorum*) exinde Dei potentiam celebrari, & sapientiam, quòd duo ista imperceptibili modo educat de absconditis eorum receptaculis, imperceptibili inquã & modo, & motu ob celeritatem qua ambo hæc deferuntur. Quis enim non admiretur Dei potentiam, qui fere in instanti eductum ab vno Orizõte lumen diluculi in alium diffundit Orizontem? Quis eiusdem Dei non obstupescat & potentiam, & sapientiam, celeritatem, impetumque ferè instantaneos considerans vẽtorum totum aërem peruadentium? Et quidem duobus istis pennas à Vate Regio ob istud ipsum tributas reperio, quòd illorum celeritas admirationi esset: lumini quidem in Psalmo 138.[a] *Si sumpsero pennas meas diluculo*, seu *diluculi* (vt est in Hebr.) id est, si tantam habeam in currendo velocitatem quantam lumen habet diluculi, quod pennas habere dixeris ad volandum præ quolibet volucre. Ventis verò, tum in Psalmo 17.[b] *Volauit super pennas ventorum*, tum in Psalmo 103.[c] *Qui ambulas super pennas ventorum.* Tantam autem hæc duo incutiunt admirationem, diuinámque contestantur potentem sapientiam, vt Deus ipse ad ea admiranda sanctum prouocet Iob, sic illum de eis interrogans.[d] *Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus*, ventus sc. vrens, *super terram*, clariúsque in versione Sept. *Aut dispergitur in eam quæ sub cælo Auster?*

Luminis & ventorũ celerrima productio in maximam excitat diuinæ sapiẽtiæ, & potẽtiæ admirationẽ.

a Psa.138.9.
b Psal.17.11.
c Psal.103.3.
d Iob.38.24.

Vers. 13.] Ad vocem suam dat multitudinem aquarum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

22 SVpposito quod per Dei vocem tonitruum significetur, & cæli nomine cælum designetur aëreum, vt explicatum est, in litera. In hoc primo istius sententiæ membro moraliter exponi crediderim conuersionem peccatoris, quam exactiùs in tribus subsequentibus membris declaratam videbimus, cælum aëreum, quod veluti camera extensum est super terram, in anima rectè dixerimus illius esse mẽtem quoddam eiusdem vertex, iugibus prout & aër præsertim in anima peccatoris obnoxia mutationibus, iactationibus, atque corruptionibus. Per vocem ergo tonitrui sui dat Deus contritionem magnam menti peccatoris, simúlque multitudinem lacrymarum, quando diuinâ præueniente gratiâ per auditum aliquod sacræ Scripturæ sermonem comminatorium, increpatoriũ tantum in illius mentem iniicit diuinorum iudiciorum pauorem, vt exinde concipiens spiritum salutis & fugere decernat à peccatis, & pro transactis delictis pœnas formidans in magnos prorumpat lacrymarum fontes, quibus & admissa deleat crimina, & sibi pro illis paratas extinguat flammas, quæ certè cùm maximæ sint, & vehementissimæ, multitudine opus est vt talium extinguantur aquarum, vox quoque Dei, & tonitrua, ad quæ prædictæ dantur aquæ, sunt plerumque tribulationes, magnaque infortunia, quæ peccatorem subire Deus permittit: diuina quoque iudicia, quæ in aliis peccatoribus videri contingit: nec non & pericula quæ imminere animaduertimus.[a] *Ab increpatione tua fugient*, ait Dauid, de terribilibus hisce omnibus

Conuersionis peccatoris initium quemodo à Deo causatur.

Tonitrua spiritualia quæ?

a Psa.103.7.

A loquens Dei vocibus, *à voce tonitrui tui formidabunt.*

De interna Dei voce, vel etiam de externa per prædicatores hæc sumens Hugo Cardinalis. (*Ad vocem suam*) inquit, *quâ loquitur ad cor interius inspirando scientiam, vel infundẽdo gratiam, (dat multitudinem aquarum) expositionum, vel doctrinarum in cælo sacræ Scripturæ. Vel (ad vocem suam) prædicationis (dat multitudinem aquarum) id est copiam lacrymarum in cælestibus prædicatoribus. Vel (Ad vocem, &c.) quando dat prædicatori gratiam cum verbo. Nihil enim proficit exteriùs vox doctoris, nisi intus* B *operetur gratia conditoris, Psal.67.*[b] *Dabit voci suæ vocem virtutis.*

Hugo Card. *Voce Dei exhibetur Sacra Scriptura intellectus. Prædicatori quid conferat vox Dei.*

b Psa.67.34.

23 (*Et eleuat nebulas ad extremitatibus terræ.*) Per nebulas quoque Sanctos Prædicatores intelligẽs idem Hugo, (*Et eleuat,*) ait, *sursum ad cælestia per desiderium, seu per spem. Vel (eleuat) in dignitatem, aut prælationem, (Nebulas) seu (nubeculas) id est sanctos Prædicatores. (Ab extremitatibus terræ.) Ad literam de vltimis finibus terræ, prout Apostolos. Vel (Ab extremitatibus terræ) id est de maximis peccatoribus maximos fecit prædicatores: vt Paulus*[c] *de persecutore factus est prædicator. Act.*9.[d] *Matthæus de telonæo assumptus est in Apostolum Matth.* 9. Affert C autem Hugo & congruentias aliquot inter nubes & prædicatores. *Prædicatores*, inquiens, *dicuntur nubes vel nubeculæ, quia pluunt doctrinis, coruscant miraculis, intonant minis: circumferuntur ventis, id est, persecutionibus impiorum Matth.* 20.[e] *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã. Vel qui a per ventum spiritus Sancti feruntur, vt dicitur Iob* 37.[f] *Nubes spargunt lumen suum, & illustrant cuncta per circuitum quocúmque eas voluntas gubernantis duxerit. Dicuntur & nubeculæ propter humilitatem, & suæ fragilitatis considerationem.*

Prædicatores sancti eleuãtur à Deo vt nubes.

c Act.9.1.
d Matt.9.9.

Prædicatorũ congruentia cum nubibus.

e Matth. 10 23.
f Iob 37.11.

24 Prosequentes tamen cæptum in præcedenti D membro sensum de peccatoris conuersione. In hoc secundo membro dicemus explicari rationem, & modum, quo animæ peccatrici Dei timore commotæ dari ab eodem dicantur lacrymarum aquæ. Pro quorum intellectu recolendum, per extremitates terræ tria significari literaliter posse, vel ipsam terræ superficiem, quæ primo se obiicit obtutui intuentium; vel terræ abdita & profunda, vel mare, quo terra terminatur, & è quo maior vaporum eleuatur copia, è quibus nubes. Porrò vapores spirituales, spiritualésque exhalationes sunt hominum cogitaE tiones, quæ eleuatæ ascendere dicuntur in Euãgelio,[g] *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Quando ergo Deus ad vocem tonitrui, vt supra est explicatum, excitat animam ad sui timorem, hoc pacto dat illi multitudinem lachrymarum, eleuat & suscitat calore gratiæ suæ in ea, vel ex peccatis quorum turpitudinem primò in terra sua videt sibi obiecta, iuxta illud. *Et*[h] *delictum meum contra me est semper*: vel ex abditis præcordiorum, & de profundo iam terreni corruptique cordis ipsius, iuxta illud Euangelij,[i] F *De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta*, &c. Vel ex ingenti mole miseriæ illius, quam mari comparatam legimus, vbi dicitur,[k] *Magna est velut mare contritio tua.* Eleuat inquam ex his extremitatibus terræ ipsius animæ vapores cogitationum, ex quibus veluti condensatis nubes fiunt meditationum, & peccatorum vt offensa Dei sunt, & deformitatis præteritorum affectuum cordis sui, & miseri suimet status, in quem per sua coniecta fuit crimina. Vis nosse quantæ ex istarum nubium resolu

Lacrymarum copia quemodo à Deo dari dicatur animæ pœnitẽti.

Vapores & exhalationes spirituales sunt cogitationes.

g Luc.24.38.
h Psal.50.5.
i Matth.15. 19.
k Thren.2. 13.

Nubes animæ pœnitẽtis sũt meditationes præteritorum peccatorũ & miseri sui status.

resolutione lachrymarũ defluãt: aquæ lege Psalmum sextum, & videbis contritum Dauid post expansas coram Domino nubes meditationum suarum, earumdem exponere resolutionem, ait enim, [a] *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Vides magnam aquarum multitudinem? Sed quia parum lachrymarum profluuia prosunt animæ pœnitenti, nisi & bonis simul fulgeat operationibus, iuxta illud.[b] *Declina à malo & fac bonum.* Ideo & hoc quoque in tertio adiectum est huius sententiæ membro.

a Psal. 6. 7.

b Psa. 36. 27.

25 *In anima pœnitẽti quomodo à Deo causentur, & fulgura bonorũ verborum, ac operum vnà cũ pluuia lachrymarum.*

B (*Fulgura in pluuiam*, id est, cum pluuia *facit.*) Quo loquendi modo non solùm significatur, animam pœnitentem suaque deflentem peccata, & fulgorem emittere bonorum operum, de quibus dicitur,[c] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent Patrẽ vestrum qui in cælis est.* Verùm & modus subindicatur, quo ista à Deo fieri dicantur. Quemadmodum enim exinde naturaliter fulgura & cũ pluuia fiunt, & in pluuiam verti videntur: quia Solis calore & exhalationes calidæ vnà cum frigidis vaporibus eleuatæ intra nubes ex vaporibus concretas accenduntur, & inflammatæ igneum emittunt è nubibus ipsis fulgorem. In eumdem ferè modum, quia calore diuinæ gratiæ è terrestri pœnitentis corde, & frigidæ per timorem eleuantur cogitationes transacta detestãtes peccata, & quasi quædam exhalationes calidæ, cogitationes quoque calorem charitatis habentes; diuinâ operante gratiâ efficitur, vt in nubibus meditationum & pluuia fit lachrymarũ, & igne in prædictis cogitationibus per dilectionis motum, & operationem accenso, fulgura extrinsecus erumpant ardentium affectuum & in locutione, & in operatione, iuxta illud Psal.[d] *Concaluit cor meum intra me.* En exhalatio calida, *Et in meditatione mea exardescet ignis.* En inflammatio cogitationum in nube, *locutus sum in lingua mea,* &c. En egressum fulgur.

c Matth. 5. 16.

d Psal. 38. 4.

Fulgurum nomine non tam corruscationes, quàm fulmina accipiens Hugo Cardinalis, & Prædicatores per ea designatos existimans, *Prædicatores, ait, sunt fulgura comminando, sunt pluuia mulcendo, & fœcundando: fulgura autem comminationum pro loco, & tempore, & personis conuertenda sunt in pluuiam consolationis, fulgur magis solet cadere in montibus, & turribus, & capitibus Ecclesiarum, id est super superbos Prælatos tam Ecclesiasticos, quàm sæculares: sed modò cadunt in vallibus, & tegulis: quia Prælati modo faciunt omnes comminationes super minores. Vel fulgura,* addit Hugo, *sunt mina & flagella, quæ mali inferunt bonis; sed Dominus hæc flagella bonis conuertit in pluuiam gratiæ amplioris, vel æternæ retributionis, Daniel 3.[e] fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.*

Hug. Card. *Prædicatores sancti designati nomine fulgurum, seu fulminum.*

Fulgura sunt persecutiones & flagella quæ mali inferunt bonis.

e Dan. 3. 50.

26 *Per Spiritus sancti exhibitionẽ causat Deus in anima pœnitente & cogitationes meditationesque cõtritionis, & lachrymarũ pluuiam, & fulgura bonorum operũ. Spiritus sãcti congruentiæ quatuor cum vento.*

(*Et educit ventum de thesauris suis.*) Concluditur hoc vltimo istius sententiæ membro explicatio rationis, ac modi conuersionis animæ peccatricis, cùm enim iam dictum fuisset, illam vnà cum lachrymarum pluuia, & fulgura emittere bonarum operationum, per quas fulget in hominum oculis. Et ex verbo, (*facit*) ea à Deo fieri significatum sit, vbi dicebatur, *Fulgura in pluuiam facit.* Vt intelligeremus, quâ ratione illa à Deo in ipsa fiant anima, hæc addit Propheta, per quæ significat, per Spiritus sancti exhibitionem fieri ea vniuersa. Habent autem verba singula vim non exiguam. Quòd enim venti & nomine, & metaphorâ sanctus designatus sit spiritus,

A prout & alias sæpissimè, ob triplicem quam cum ipso habet congruentiam factum censeo, ob celeritatem, Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia, vt ait Gregorius Papa ob penetrationem, de qua penetratione, quæ per Spiritum sanctum habetur, plerique id intelligunt Apostoli, [f] *Spiritus omnia scrutatur*, id est, penetrat, *etiam profunda Dei*: & ob ortum terminumque pariter tam venti, quàm Spiritus sancti ignotũ, iuxta illud Domini in Euangelio, [g] *Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Quod sanctorum aliqui de vento, aliqui de Spiritu

Gregor. PP.

f 1. Cor. 2. 10.

g Ioan. 3. 8.

B sancto intelligunt. Ex eo quod contigit in aduentu eiusdem spiritus die Pentecostes, quando, vt dicitur in Actibus Apostolorum.[h] *Factus est repentè de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis*, colligitur & quarta congruentia, quòd sicut ventus cùm sit inuisibilis, ex sono nihilominus percipitur, ita & Spiritus sãctus inuisibilis, ex ipsius tamen dignoscitur effectibus.

h Act. 2. 2.

Verbum quoque (*educit*) hoc loco propriissimè est adhibitum, proprio enim significatu id educere dicimur, quod iam intra id est, vnde illud educimus: & fides Catholica nos docet, Spi-

27 *Spiritus sanctus quando animæ cuiquã datur quàm rectè educi dicatur.*

C ritum sanctum coæternum Patri esse, ac Filio; ideo quando vel mitti, vel dari is hominibus dicitur, haud denuò eum productum censere debemus, sed illum communicatum, qui ab æterno erat à Patre, Filioque procedens: Missio quippe & datio in diuinis dicuntur temporaliter: mittitur enim aliquid ad hoc, vt sit in aliquo, & datur ad hoc, vt habeatur. Et personam diuinam haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est quoddam temporale, tametsi generatio, & spiratio sit solùm ab æterno, vt docet S. Thomas 1. part. quæst. 43.

Missio in diuinis dicitur temporaliter.

D.Thom.

D art. 2.

Porrò quod dicitur ventus iste, & Spiritus sanctus educi à Deo quando datur animæ cuipiam, & educi de thesauris suis eiusdem scil. Dei, triplicem habere potest intellectum, iuxta hunc quem modo moralem prosequimur sensum, prout & thesaurorum nomen tripliciter sumi potest. Si enim id accipiatur pro reconditoriis, benè Spiritus sanctus quando datur non de vno Dei thesauro, sed de thesauris datur. Cùm enim inter diuinas personas mitti, & dari non sit nisi ratione processionis, vt ea datur ab

28 *Spiritus sanctus cùm datur animæ dicitur educi à Deo thesauris Dei, quia datur vt procedens à Patre, & Filio.*

E alia, quæ ab illa procedit, de Dei certè thesauris dari dicitur Spiritus sanctus quia à duabus Personis Sanctissimæ Trinitatis Patre & Filio rectè is quasi de duobus diuinis thesauris educi, & dari dicitur, quando animæ charismata & virtutes eius infunduntur ad spiritales in ea causandos effectus sanctificationis, purgationis, & similium.

Missio in diuinis includit processionem.

Cæterùm si thesaurorum nomine abdita significetur ratio productionis Spiritus sancti; prout in litera significatam vidimus occultam,

29 *Processionis Spiritus sãcti ratio quàm rectè dicta thesaurus Dei.*

F penitusque ignotam rationem productionis vẽti. Cùm missio, & eductio temporalis includat, vt dictum est, processionem æternam, Quis non videt, quàm rectè educi dicatur Spiritus sanctus, cùm adeo occulta sit eius productionis ratio, quomodo, si productus à Patre & Filio est, non tamẽ eorum dici queat genitus & Filius: Et quomodo illius processio non sit generatio: vt sanctissimi & doctissimi antiquorum Patrum asseuerint hac in re fidem esse habendam Sacræ Scripturæ, & Ecclesiæ, cùm enim in naturalibus multa sint quorum ratio ignoratur stultum esse inquiunt

inquiunt cenſere, nil eſſe in Deo quod non ſit ratione compertum. Vide Athanaſium epiſt. ad Serapionem, Baſilium lib. 3. cont. Eunomium. Gregorium Nazianzenum orat. quintâ de Theologia. Auguſtinum lib. 15. de Trinitate cap. 27. tametſi is nonnullas congruentes eius dubij afferre enixus ſit rationes: Damaſcenum lib. 1. de fide cap. 10. Anſelmum in Monologio cap. 53.

Athanaſ. Baſilius. Greg. Naz. Auguſt. Damaſcen. Anſelmus.

30 *Spiritus ſanctus animæ datus dicitur eductus de diuitiarũ Dei theſauris.*

Denique ſi theſaurorum nomen pro diuitiis ſumatur reconditis, prout ſumitur, Iſai. 7.[a] *Non eſt finis theſaurorum eius*, alibique ſæpius, Bene qui *diues*[b] *eſt in omnes qui inuocant illum, & diues*[c] *in miſericordia*, dans Spiritum ſanctum educere illum dicitur de reconditis diuitiis ſuis, de quibus clamat Apoſtolus.[d] *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, de quibus & Iſaias:[e] *Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia: timor Domini ipſe eſt theſaurus eius*, quos & Paulus[f] *diuitias* appellat *gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia.* De his ergo diuitiis gratiæ ſuæ educere Spiritum ſanctum dicitur Deus, quia eatenus dare eum cuipiam dicitur, quatenus illum ſuarum participem facit earum diuitiarum, quæ dona ſunt ſcilicet ipſius Spiritus; quatenus ad animæ, cui is datur, atque etiam ad Eccleſiæ vtilitatem multiplicia eius infunduntur chariſmata: quod longè proſequitur Apoſtolus in 1. epiſtola ad Corint. cap. 12.[g] *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alij*, &c.

a Iſai. 7. 7. b Rom. 10. 12. c Epheſ. 2. 4. d Rom. 11. 33. e Iſai. 33. 6. f Epheſ. 1. 7. g 1. Cor. 12. 4.

31 *Spiritus ſanctus quomodo educi dicatur de potentiis animæ & de mẽbris hominis vt de propriis theſauris ſuis.*

Quod ſi cùm dicitur, (*Et educit ventum de theſauris ſuis.*) pronomen *ſuis* non tam ad educentem, quàm ad eductum referatur ventum, ac Spiritum ſanctum alius non minùs quàm ſuperior horum eſſe poteſt egregius ſenſus item moralis. Enimuerò theſauri, & reconditoria Spiritus ſancti in fidelibus exiſtentis ſunt animæ potentiæ quælibet, quin & membra quæque corporis, iuxta illud Apoſtoli,[h] *An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo?* Ex his Spiritus ſancti reconditoriis educi is in aliquo à Deo dicitur, quando nouâ quápiam ratione ille excitatur; vt potentiis, membriſque ſuis prodeat in exercitium eorum, quæ in ſe habet donorum Spiritus ſancti: quando & intellectu cogitat quæ ſunt Spiritus Dei, & voluntate ea actu proſequitur, quæ ſpiritalia ſunt: quando iuxta Pauli conſilium,[i] *exhibet ſe Deo tamquam ex mortuis viuentem, & membra ſua arma iuſtitiæ*,[k] *exhibens membra ipſa ſua ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*, quando glorificat[l] & portat Deum in corpore ſuo, Quam de prædictis eius theſauris eductionem Spiritus ſancti deſignatam apud Ezechielem crediderim, tum in eo quod de quatuor animalibus dicitur,[m] *Et vnum quodque eorum coram facie ſua ambulabat vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur*: tum in eo quod ſubiicitur de quatuor rotis,[n] *Quocumque ibat Spiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum, Spiritus enim vitæ erat in rotis.*

h 1. Cor. 6. 19. i Rom. 6. 13. k Rom. 6. 19. l 1. Cor. 6. 20. m Ezech. 1. 12. n Ezech. 1. 19.

Hug. Card. *Prædicatores deſignati per ventos.*

Per ventum hoc loco Sanctos Prædicatores myſticè deſignatos cenſuit Hugo Cardinalis, dicens, *Prædicatores ſunt venti propter velocitatem, & ſtrenuitatem diſcurrendi, & quia debent eſſe leues, pondere peccatorũ, non depreſſi. Hos de theſauris ſuis, id eſt de ſecretis contemplationis educit Dominus ad publicum prædicationis. In contemplatione enim hauriunt, quod poſtmodum per prædicationem effundunt. Vnde* Pſalm. 47.[o] *Circundate Sion, & complectimini eam, id eſt, ſitis aſſidui in ſtudio, & contemplatione, & poſtea narrate in turribus eius, ſcilicet prædicatione.*

o Pſa. 47. 13.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Ad vocem ſuam dat, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Καὶ πλῆθος ὕδατος ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε, καὶ ἐξήγαγε φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.

Verſ. 13.] Et multitudinem aquæ in cælo: & eduxit nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuias fecit: & eduxit lumen ex theſauris ſuis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ad vocem ſuam dat impetum aquarum in cælis: & aſcendere facit nubes ab extremitatibus terræ. Fulgura in tempus pluuiæ fecit, & educit ventos de theſauris ſuis.*

Verſ. 13. (*Ad vocem ſuam dat multitudinẽ aquarum in cælo.*) Hieronymus. *Omnis enim doctrina Domini de cæleſtibus fluit, dicente Dauid,*[a] *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam.*

Hieronym. a Pſalm. 67. 10.

Theodoritus. *Qui miniſtrat pluuiam, & tonans fragores emittit.*

Theodorit.

D. Thom. per Dei vocem intelligit eius præceptum.

D. Thomas.

2 *Nubes animatæ Prophetæ, Apoſtoli, & Doctores verbum Dei pluentes.*

(*Et eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.*) Myſticum quem plerique alij Patrum proſequuntur iſtius ſentẽtiæ ſenſum egregiè pertractat Origenes hom. 5 in Ierem. dicens, *Quod ſcriptum eſt, Et veritas tua vſque ad nubes, non poteſt referri ad inanimatas nubes: ſed*[b] *veritas Dei vſque ad illas nubes, eſt, quæ audiunt mandatum Domini, & nouerũt quod pluuias deferant, & à quibus eas ſuſpendant. De his nubibus dictum eſt,*[c] *& mãdabo nubibus meis, ne pluãt ſuper eam imbrem. De his enim quæ ex denſato aëre conſtare dicuntur, ſi non pluerit pluuia, non præcepit Deus ne pluant ſuper vineam, aut quamcumq; regionẽ imbrẽ; ſed omnino non apparent, vt in tertio, Reg. libro*[d] *legimus, quando in tẽpore ſiccitatis nubes nulla apparuit, & poſtea iuxta Prophetiam Eliæ futuræ pluuiæ ſignum in veſtigio hominis oſtenſum eſt, atque ita poſt nubem conglobatam imber deſcendit in terram: Iſtis verò quaſi ſubſiſtentibus nebulis iubetur pluuiam continere, cùm indigna fuerit anima imbre cæleſti. Itaque vnuſquiſque ſanctorũ nubes eſt: Moſes nubes erat, & quaſi nubes loquebatur.*[e] *Attende cælum, & loquar, & audiat terra ſermonem ex ore meo, expectet vt pluuiam verba mea, & deſcendant vt ros eloquia mea. Quaſi nubes dicebat, Sicut imber ſuper gramen, vt pruina ſuper fœnum, quia nomen Domini inuocaui. Similiter & Iſaias vt nubes loquebatur. Audi*[f] *cælũ, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt. Et quia ipſe nubes erat, & ſciebat alias nubes comprophetantes ſibi, ideo vaticinans aiebat,*[g] *Mandabo nubibus, ne pluant ſuper terram imbrem.*

b Pſal. 35. 6. c Iſai 5. 6. d 3. Reg. 18. 44.

Nubes eſt vnuſquiſque Sanctorum. e Deut. 32. 1. f Iſai. 7. 2. g Iſai. 5. 6.

Videamus quomodo Deus educat nubes ad extremo terræ.

a Luc.22.26. *Apostoles & Praedicatores eligit Deus qui humillimi sint.*

terrae. Ait Saluator,[a] *Qui vult in vobis esse primus, sit omnium nouissimus.* Seruauit hoc mandatum Paulus, & fuit nouissimus in hoc mūdo, dicens. *Puto quod* [b] *nos Deus Apostolos nouissimos ostendit, quasi mortificatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus. Si quis ergo sanctus custodiens praeceptum Saluatoris factus fuerit in hac vita nouissimus, iste fit nubes: & educit Deus nubes non à primis terrae, non à consulibus, non à ducibus, non à diuitibus. Beati* [c] *enim pauperes, quoniam vestrum est regnū caelorū. Vides quomodo ab extremis educat Deus, & corporet nebulas: Propterea si volumus nubes fieri, ad quas peruenit veritas Dei nouissimi omnium fiamus.*

b 1.Cor.4.9. c Matth.5.3.

3 Hilarius. Hieronym.

Mysticum istū sensum prosequuntur Hilarius in Psalmum 134. Hieronymus hoc loco, Augustinus exposit. mysticā in Psal. 134. & Cassiodorus in eumdem Psalmum, & quidē Hieronymus nil noui addit. In Hilario duo sunt quae notentur, alterum circa sensum istum mysticum, alterum circa literam, circa primum, *Cognoui*, inquit, *Et nubem in qua locutus est Deus,* [d] *In columna ait, nubis loquebatur ad eos. Et testatur mihi Paulus in hac nube non solum hoc quod legitur intelligendum, dicens:* [e] *An nescitis quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & in Mose baptizati sunt? Nubes haec itaque significat doctrinam Apostolicam, quae inumbrans, & à calore defendens aestum omnem futuri iudicij excludit.* Circa literam, *Quid*, inquit, *sibi vult quòd nubes deducuntur, & educuntur ab extremo terrae? exhalant quidem valles vuidas nebulas; sed neque valles extremae terrae sunt, neque quisquam nebulam idipsum existimauit esse quod nubem.*

Nubes est doctrina Apostolica. d Psal.98.7. e 1.Co.10.1. *Nebulae non sunt nubes.*

August. *Extremum terrae quid.*

In Augustino enarratione in Psalmum 134. id notandum quod circa literam ait. *Veniunt nubes ab extremo terrae ad medium, & pluunt, vnde surrexerint nescis. Ergo indicat illud Propheta (ab extremo terrae, siue ab imo, siue à circundatione finium terrae, Vnde vult excitat nubes, tamen à terra.*

4 Io.Chrysost. *Circa Nubes quanta considerari queāt mirabilia potentiae.*

Ioannes Chrysostomus, homil. in Psalmum 134. *Id hoc loco proponit Propheta mirabile, Quod aër cùm crassior fuerit, sursum fertur, & transmittitur, & ascēdit id quod graue est viā contrariā ingrediens. Porrò autem est admirabile quod aqua in eo continetur, Sed multò admirabilius, quòd in eo quod leue est contenta feratur. Et adhuc admirabilius, quodque ab illo aëre continetur, postquam è nube effluxerit, ab aëre qui sequitur non amplius continetur, sed vndique dissilit, & in terram defertur. Atqui si ea contineretur natura, oporteret eam etiam contineri in aëre. Quemadmodum enim si quis misisset vtrem in aëre aqua plenum, deinde ferretur ab aere, ferretur etiam aqua quae intus continetur, si non effluxisset ab vtre, ita consentaneum esset hic quoque fieri. Sed quoniā sunt admirabilia, & superant opinionem quae fiunt supra consequentiam, & supra rationem omnem fiunt haec omnia. Quod enim in nubis aëre continetur, non continetur in aëre, qui consequitur. Vidisti rem admirabilē, & nescio quomodo quod caeteris videtur esse minus, id cùm posuit, fecit & admirabile. Deinde ostendit etiam aliud admirabile, dicens: (Ab extremo terrae.) Non solùm enim ascēdunt, sed etiā vadunt, nec vbi apparuerunt, illic emittunt pluuiam. Sed cùm multa saepe loca praeterierint alibi imbres pariunt, ciuitatibus, & gentibus praeteritis. Non est ergo hoc solùm mirabile, quòd sustolluntur, sed etiam quòd incedunt tamquam in tabulatis ferentes tantam molem aquarum.*

5 Theodorit. *Extremum terrae est mare.*

Theodoritus in Ierem. (*Educens nubes ab extremo terrae.) Aquam siquidem marinā sursum eleuat pro voluntate, & ex ea nubes consistunt.* Similia idem & in Comment. super Psalmum 134. Vbi apertè ait, extremum, finesque terrae esse sinus marinos.

Arnobius. *Terrena despiciētes exhibet Deus vt nubes.*

A Arnobius Comment. in Psalmum 134. *Deus nobis produxit nubes ab extremis terrae, id est fine faciētes terrenis occupationibus, hos veluti nubes exhibet mundo, propter quod & fulgura in pluuiam fecit, id est, vt in igne fulgureo interficiat inimicum, & vnda pluuiae abluat peccatorem. Et quis hoc facit? Ille sine dubio qui producit ventos de thesauris suis, id est Apostolos de sensibus suis. Sicut enim venti nauibus, ita Apostoli animabus. Ventis flantibus naues ad desiderata pertingunt, & Apostolis praedicantibus animae ad Christum, qui est vere portus perueniunt.*

Apostoli ventis assimilati.

Rich. Victor. *Ex peccatorū recordatione velut ab extremo terrae nubes ducitur caligo cōfusionis obnubilans.*

B Richardus Sancti Victoris Annot. in Psa. 134. (*Educens nubes ab extremo terrae,) Terrae nostrae extrema peccata, infima, & abiecta opera. A tali extremitate nubes producitur, quia ex turpitudinis nostrae recordatione caligo confusionis generatur. Sed nubes huiusmodi dum mentem obnubilat contra concupiscentiae aestus, quasi contra Solis ardores refrigerium praestat. Nam qui peccasse se meminit, & se peccasse erubescit, quanto plus de praeterito dolet; tantò amplius de futuro se cautiorem exhibet.*

6 Origenes. *Fulgura fiūt ex nubium collisione.*

(*Fulgura in pluuiam fecit.*) Origenes homil. 5. in Ierem. C *Aiunt naturalium causarum scrutatores, quòd fulgura ex nubiū collisione generentur, in morem silicum duriorum, quos cùm comploseris sibi, medius ex his ignis elabitur, atque ita cum fulgore pariter, & tonitrua mugire: tonitruo scilicet sonitum indicentē concussum, & fulgure excussi luminis claritatem. Si intellexisti exemplum, considera nunc nubes rationales. Moses nubes erat, Iesus Naue nubes erat, iste si secum colloquantur; ex sermonibus eorum fulgura micant. Ieremias, & Baruch nubes erant, sermocinantur inuicem, & vides rutilare fulgura,*

Sanctorum ex mutuo sermone, emicare fulgura.

Hilarius.

Hilarius loco sup. citato. *Quae hîc humani sensus intelligentia est? fulgura nonnumquā sine pluuiis videmus, & pluuias esse sine fulgure.* D *Non pluuiae fulgura afferunt, neque rursum fulgura pluuias defundunt: fulgur est virtutis caelestis agnitio, & hoc ipse Dominus testatur, dicens:*[f] *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque ad Occidentem, ita erit aduētus filij hominis. Et hoc quidem ita in Domino, qui in locis corporalibus, sed vbique adueniēs cernitur. Caeterùm in singulis hodie quicumque virtutem Dei annūnciabunt, qui cognitionem eius per doctrinam praestabunt, fulgura inter pluuias facti sunt, fulgura ipsi primum scientiā corruscantes, tum deinde verborū imbrem profundentes, & huius pluuiae ex se profundēdae Moses non iā spiritualiter, per doctrinam, sed corporaliter per gloria fulgens* E *ita meminit.* [g] *Attende caelum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea: & sicut pluuia super gramen, & vt niues super foenum. Illa fulgura in has pluuias facta sunt, verba scilicet viuificantia, & potantes irrigantia.*

Fulgura est agnitio virtutis caelestis. d Matth. 24, 27. *Praedicatores sancti sicut & Apostoli, & Prophetae fiūt fulgura in pluuiam.* e Deut.32.1.

7 Hieronym.

Hieron. in Comment. ferè his similia (*Fulgura in pluuiam facit.) Cùm enim imber de caelo venerit doctrinarum, & arentia hominū corda satiarit, tunc corruscationes inuenies, & clara fulgura sapientiae.*

August. *Minis miscet Deus misericordiam, sicut fulguribus miscet pluuiam.*

August. enarrat. in Psal. 134. (*Fulgura in pluuiam fecit.) Nā fulgura sine pluuia terrerent te, & nihil tibi* F *darent, fulgura sunt, contremiscis: pluit, gaudes, fulgura in pluuiā fecit: qui terruit, ipse vt gauderes refecit. Minas ad misericordiam flexit, de terrororibus irrigauit? Quando tibi minatur Deus per Prophetam, per Apostolum, & times, nonne corruscatio terruit te? Sed cùm poenitendo corrigeris, & agnoscis hoc misericordiā fieri, in pluuiam vertitur fulguris terror.*

Io.Chrysost.

Io. Chrysostomus homil. in Psal. 134. *Vide aliud mirabile, & diuersas naturas conuenientes, Neque enim fulgure est quidquam magis igneum: neque aquis est aliquid frigidius; ea tamen miscentur, nec confun*

Fulgura esse cum pluuia quàm sit mirabile. *Fulgur est igne solari acutius & velocius.*

confunduntur, neque contemperantur, sed vnaquæque conseruat suos fines. Manens enim ignis in aqua, & aqua in igne, neque hic illam exsiccauit, nec illa ipsum extinguit. Atqui fulgur est igne solari acutius, & splendidius, & eò magis secat, ac diuidit. Id testatur visus, qui cum radiis solis assiduè congreditur, illius autem impetum ne tantillum quidem ferre potest. Et Sol quidem per totum diem cælum percurrit, illud autem minimo momento temporis vniuersum Orbem terræ, vt Christus quoque testatur, dicens,[a] Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque ad Occidentem.

8 Theodorit. Theodoritus in Ierem. (*Fulgura in pluuiâ fecit.*) *Cùm ipsa pluuiam indicent.* Idem in Psal. 134. perpendit miraculum explicatum à Chrysostomo.

Cassiod. *Prædicatores quomodo, & fulgura & pluuia.* Cassiodorus in Psal. 134. *Prædicationes Prophetarum fulgura sunt, cùm percutiunt inimicos: pluuiæ cùm deuotos à peccatis diluunt, & imbrem eis salutis infundunt, vnde spirituales germinent fructus, & in maturam messem Domino præstante coalescant.*

Rich. Vict. *Animæ pœnitenti prius est nubes caliginis cõfusionis: tum fulgur terroris & tertiò pluuia lachrymarũ.* Richardus de Sancto Victore Annot. in Psal. 134. (*Fulgura in pluuiam fecit,*) *Ante fulgura nubes producitur, & item fulgura pluuia sequitur. Nubes caligo confusionis, fulgur terror maiestatis, pluuia fletus compunctionis. Dispensante itaque diuinâ pietate prius ante mentis nostræ oculos turpitudinis nostræ memoria reducitur, & postmodum in eorum recordatione diuini terroris formidine concutitur: tandem inter confusionem, & formidinem deprahensa, & diu fatigata in fletus compungitur. Nubem super me aspexi quotiescumque confusio faciei meæ cooperuit me: fulgura excipio, quando terrores Domini militant aduersum me. Pluuia descendit, quoties potui lachrymis meis lectum meum rigare.*

9 Origenes. *Spiritus sãcti dona à Christo, vt venti educuntur de thesauris suis.* *Et educit ventum, siue ventos de thesauris suis.)* Origenes homil. 5. in Ierem. *Ergo ne hi venti qui super terras perflant; in thesauris Dei sunt, & non horum natura manifesta est, quomodo, & quâ ratione subsistant? Sed sunt quidã ventorum thesauri spirituũ. Spiritus sapientiæ & intellectus spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus timoris Dei, fortitudinis, & dilectionis. Potes & ipse de scripturis hos ventos congregare, & istorum spirituum inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri?*[b] *Vtique in eo, in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, in Christo sedem habent: Inde oriuntur hi spiritus, vt alius sapiens sit, alius fidelis, alius eruditus, & alius quodcumque donorum Dei possideat.*[c] *Alij enim per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ iuxta eumdem spiritum, alij fides in eodem spiritu, & nos ergo iuxta misericordiam Dei ad hos thesauros occursuros putamus. Et quia plures sunt thesauri, iuxta ordinem resurgentium erit & requies in thesauris Dei. Quod autem dico istiusmodi est. Resurrectio mortuorum in quibusdam ordinibus futura est. Ait quippe Apostolus,*[d] *Vnusquisque autem resurget in suo ordine, & non vt libet misceantur ordines resurgentium. Alius ordo erit in illo, & in illo thesauro Dei, alius ordo & in alio thesauro Dei, isti autem omnes thesauri vnum habent thesaurum, in*[e] *quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Et quomodo possideo vnam preciosissimã margaritam per plures alias margaritas: sic venio ad thesaurum thesaurorum & Dominum Dominorum, & Regem Regum, cùm dignus fuero spiritibus in Dei thesauris commorantibus.*

b Coloss. 2. 3.
c 1. Cor. 12. 8.
Resurrectio erit iuxta diuersos ordines resurgentiũ.
d 1. Cor. 15. 23.
e Colos. 2. 3.

10 Hieronym. Hieronymus ferè nihil super hac habet sententia. (*Et educit, inquit, ventos de thesauris suis,*) *in quibus sunt thesauri omnes sapientiæ, & scientiæ absconditi.*

Hilarius. Hilarius in Psalmum 134. (*Qui producit ventos de thesauris suis.*) *Quæ hîc humani sensus intelligentia est? An ne in concauo aliquo, & cõmunito thesaurorum loco conditos esse ventos existimabimus, ex quibus venti solent, tamquam preciosissima thesauri portio produci? & cùm soleant mutationes ventorum frequentes, vt incerta sæpè, & contrariè commoueri, toties negociosus ad hæc Deus ipsos istos, vt demutentur, & dissideant, ex secreto diuitiarum suarum producit? Sed hæc à me volenti virtutem, ac rationem dictorum ostendere, ita commemorata sunt, vt nihilominus inuisibilis, & omnipotentis virtutis esse intelligatur à mari, quod est ab extremo terræ, nubes educi, & inter pluuias fulgura corruscare, & ventos ex occultis suorum spirituum sedibus flare. Seruatus autem ordo est, vt post congregatas ex nouissimis terræ nubes; post fulgura constituta, producat ventos de thesauris suis. Quos autem ventos producat non ambiguum est, eos nempe, de quibus ait,*[f] *faciens Angelos suos spiritus. Sunt*[g] *enim Angeli paruulorum quotidie Deum videntes. Hi igitur spiritus ad salutem humani generis emissi sunt; neque enim infirmitas nostra, nisi datis ad custodiam Angelis, tot tantisque spiritualium cælestium nequitiis obsisteret. Opus ad id fuit natura potioris auxilio. Et hoc ita esse ex his dictis docemur, quibus trepidum, ac pauentem Mosem Dominus confirmat, dicens,*[h] *Ecce Angelus meus antecedet te. Hos igitur de thesauris suis ventos producit, tribuens in his auxilium humanæ infirmitati, vt hæc nos diuina præsidia aduersus mundi potentes harum tenebrarum in hæreditanda nobis salute teneantur.*

Angelos custodes spiritus les vẽtos educit Deus de thesauris suis quando illos mittit in nostrum præsidium.

h Exod. 23. 23.

Augustinus. *Ventorũ causa ignota.* Augustinus enarratione in Psalmum 134. (*Qui educit ventos de thesauris suis,*) *Ab occultis causis, vnde nescis. Quia enim flat ventus, sentis; quã causâ flat, vel de quo thesauro rationis eductus sit, nescis; debes Deo tamen pietatem credendi: quia non flarent, nisi iussisset ille qui fecit, nisi produxisset ille, qui creauit. Eosdem puto Prædicatores nubes, & ventos; nubes propter carnem; ventos propter spiritum. Nubes enim videntur, venti sentiuntur, & non videntur. Denique quoniam carnem videmus esse de terra, (nubes inquit, excitat ab extremo terræ.) Expressit vnde excitet nubes, venit ad ventos, quia spiritus hominis ignoratur vnde veniat, (Producit, inquit, ventos de thesauris suis.)*

Prædicatores sunt nubes & venti.

11 Io. Chrysost. *Ventorũ vtilitates, & cõmoda maxima.* Ioannes Chrysostomus, homil. in Psalmum 134. (*Qui producit ventos de thesauris suis,*) *Hæc est rursus alia naturæ species, quæ nobis non paruum vsum exhibet, sed tantum vt vita nostra plurimùm conferat, & exhausta, & labore confecta corpora recreet, ac refrigeret, & aërem efficiat leniorem. Hoc est enim munus ventorum, aërem suscitare, ac ventilare, vt non si sit immobilis, corrumpatur & intereat, fructus maturare; corpora nutrire. Quid verò dixerit quispiam vsus eorum in nauigatione? tempora quibus certo, & constituto ordine oriuntur, & sibi inter se vicissim cedunt, in mari choros ducentes, & naues transportantes? Hic enim transmisit, ille verò excepit, & contrarias vias ingrediuntur, & ministrant, & pugna eorum est rursus vita nostræ vtilis. Alia innumerabilia dici possent ventorum munera. Hæc tamen omnia Propheta prætermittens, & auditori colligenda relinquens, eorum fabricationis facilitatem ostendit. Nam quod dixit, (Ex thesauris suis) non hoc significat, aliquos esse ventorum thesauros: Sed eius qui imperat, facilitatem indicat, & quàm sit creatura prompta, & expedita. Quemadmodum enim qui habet in thesauro, securè omnia, & quando vult profert: Ita etiam vniuersi opifex fecit facilè, & naturæ tradidit. Vide quanta sit etiam in aëre differentia, quemadmodum sunt in aqua, & igne multæ mutationes. Aquarum enim alia sunt fontanæ alia*

Ventorum procreatio quàm sit Deo, facilis.

Aquarum quanta differentia. Ignis quanta differentia.

aliæ verò marinæ, aliæ aut aëreæ, aliæ quæ sunt in nubibus, aliæ verò cæleſtes, aliæ quæ sunt ſupra cælos, aliæ quæ ſunt ſubterraneæ. Et in igne, hic quidem eſt in Sole, ille verò in Luna, alius in fulgure, alius in aëre, alius qui fit ex lignis, qui eſt apud nos, & is qui eſt in lucernis. Alius qui eſt ex terra; eſt enim ſæpe eiuſmodi ignis qui è terra editur ſicut fontes aquarum; alius qui fit ex colliſis lapidibus, alius eſt qui eſt in comis arborum, quæ ipſæ quoque colliduntur, alius autem in fulminibus. Ita etiam in aëre hic quidem eſt craſſior; qui eſt circa nos, ille verò ſubtilior: qui eſt autem ſuperior, rurſus magis igneus. Porrò autem ventorum quoque multæ ſunt differentiæ, Hic quidem ſubtilior, ille verò craſſior: alius quidem frigidior, alius verò ſiccior, alius quidem humidior, alius verò calidior. Et nubium hæc quidem tardior, illa verò progreditur celeriùs, perinde ac ſi eſſet eques: hæ quidem ſunt ſimiles vrnis, & vaſis aquariis, vt quæ aliquando quidem ſunt plenæ aquis, aliquando verò ferantur inanes: aliæ verò ſunt flabello ſimiles. Tu autem hæc, eorúmque diuerſitatem, & veritatem conſiderans admirare opificem.

Aëris quāta differentia. Ventorū quāta differētia.

Nubiū quanta differētia.

12 Theodorit. *Venti educūtur de theſauris voluntatis diuinæ.* a Pſal. 32. 9. b Pſa. 134. 6.

Theodoritus. (*Qui producit ventos de theſauris ſuis,*) *Theſauri enim ipſius ſunt voluntas eius.*[a] *Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.* [b] *Et omnia quæcumq; voluit Dominus fecit in cælo, & in terra. Verus ergo Deus horum omnium eſt opifex.*

Clarius idem ſuper Pſalmum 134. *Ventorum* A *theſauros non quoſdam apothecas eſſe dicit, ſed quoniam cùm aër vento careat, ſæpenumero voluntas diuina cùm vult, facilè illum mouet, theſaurum ventorum vocauit.*

Caſſiodorus. *Apoſtoli ſunt venti educti de Dei theſauris.* c Pſal. 7. 14. d Pſal. 17. 11.

Caſſiodorus in Pſalmum 134. (*Qui producit ventos de theſauris ſuis.*) *Ventos non improbè ponimus Apoſtolos, quorum prædicatio totum mundum tamquā ventus celerrimus percucurrit, de quibus alio loco ſcriptum eſt,* [c] *Sagittas ſuas ardentibus effecit. Nam ipſis quoque ventis penna pro diſcurſus celeritate tribuuntur, Ait enim,*[d] *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum. Subnectit, (De theſauris ſuis) vnde re verà ſpirituales poterant prodire* B *diuitiæ.*

Rich. Vict. *Poſt cōtritionis lacrymas Spiritus ſancti dona à Deo dantur animæ.* e Matt. 5. 5.

Richardus de ſancto Victore Annotat. in Pſalmum 134. (*Qui producit, &c.*) *Sicut Spiritus vbi vult ſpirat, ſic nihilominus & quando vult, ſpirat, Et ſicut hic audire potes, poſt pluuiam venti producuntur:* [e] *Beati enim qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Aliter Spirat Spiritus timoris, & aliter ſpiritus pietatis, atque aliter ſpiritus fortitudinis. Tales ventos producit Dominus de theſauris ſuis. Quando diuina Scriptura arcana rimamur quoſdam theſauros cæleſtis ſcientiæ, & ſapientiæ miramur. Sed* C *dum tali admirationi vehementer inſiſtitur, diligentiùs attenditur, attonita mens nunc ſpiritu ſapientiæ, nunc ſpiritu intellectus, nunc ſpiritu conſilij, nunc ſpiritu ſcientiæ tangitur.*

D. Thom. *Ventorum ratio occulta.*

D. Thomas. (*Et educit de theſauris*) *de occultis cauſis, & locis, in quibus generantur.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ` πλῆθος ὕδατος ἐν οὐρανῷ ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε καὶ ἐξήγαγε φῶς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τὰς βροντὰς ἐνταῦθα φησὶ, καὶ τὸν ὑετὸν ἐξ αὐτῶν καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὕδωρ ἦχος ποιεῖ φησί. τὰ νέφη ποιεῖ τὰς βροντάς. τίνος ἕνεκεν αἱ βρονταί; τοῦ καταπλῆξαι, καὶ σωφρονίσαι. πῶς κατέχεται τὸ ὕδωρ εἰπὲ ἐν ἀέρι; πῶς τὸ κατωφερὲς, καὶ καταρρέυτον, ὥσπερ ἐκ τινος μηχανῆς, ἀνωμετέωρον γίγνεται; πῶς οὐ ῥήγνυται τὰ νέφη προσαρασσόμενα ἀλλήλοις; πῶς σῶμα χαῦνον, οὕτω φέρει τοσοῦτον ὄγκον εἰπέ μοι τὸ τῶν νεφῶν. εἶδες τὸ θαυματοποιόν; εἶδες τὸν ἀριστοτέχνην; ἄνωθέν σοι τὴν γῆν ἄρδει, κτύπους πολλοὺς πρότερον ἀποτελῶν, ἵνα μηδὲν αὐτόματον εἶναι νομίζῃς.

(Καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, ἀλλαχόθεν ἀλλαχοῦ φέρει ταῦτα. καὶ τοσοῦτον βαδίσαι ἐκεῖ δύπορον μόνον, ὅπου περ ἂν προστάτῃ.

Ὠριγένους.] ἀνάγει δὲ καὶ νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάττης, καὶ ἐ- ‖ ἄλ. ἡ ἀληθείας. κχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. καὶ ἄλλως δὲ τοὺς ἁγίους ἡ γραφὴ νεφέλας καλεῖ, ἐφ' ἃς ἀνάγεται τὸ τῆς ἀληθείας, ὕδωρ, ἕως τῶν νεφελῶν. πῶς γὰρ ἂν ἐπὶ τὰς ἀψύχους ἀνάγοιτο; ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀκούοντας τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ.

(Ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν καὶ ἀστραπῆς χωρὶς γίνοιτ' ἂν ὑετός. καὶ ἐνδυδίᾳ ἀστραπή. ἀλλ' ὅταν ὁρῶ

D Verſ. 13. **E**T *multitudinem aquæ in cælo, &c. fulgura in pluuias fecit, & eduxit lumen,* &c. 13

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Tonitrua hîc ait, & pluuiam quæ fit ex eis: & quod mirum eſt, aquam ait ſtrepitus edit. Nebulæ tonitrua generant. Ad quid tonitrua? ad incutiendum terrorem, & continendum in officio. Dic, Quomodo in aëre aqua? Quomodo quod naturâ fertur, & fluit ad inferiora veluti machina quadam ſublime aſ-* E *cendit? Quomodo nubes non franguntur colliſæ ad inuicem? Dic quomodo corpus nubium adeo tenue tantum pondus fert? Vidiſti rerum admirandarum opificem? Vidiſti optimum artificem? Deſuper tibi terram ingentibus prius editis ſtrepitibus, nequid temerè fortuitóq; euenire ſuſpiceris.*

Tonitrua ad incutiendum terrorem, & continendum in officio. In Nubibus quāta mirabilia conſideranda.

Et eduxit nubes ab extremo terræ. 13

Chryſoſt. *Nubes à Deo transferri.*

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt aliundè alior ſum has transfert; Tantumque itineris ſolum conficere illis licet, quantum præſcripſerit.*

Origenes. *Nubes ex mare. Nubes dicti ſancti ad quos veritatis aqua tollitur.*

F Origenis.] *Eleuat autem & nubes ab extremo terræ, maris aquas aduocans, eaſque ſuper terræ faciem effundens. Alio ſenſu etiam Sanctos Scriptura nubes vocat, ad quas veritatis aqua ſurſum tollitur vſque ad nubes, Quomodo enim ad res ſenſu carentes euehi poſſit? ſed ad eos qui Dei præceptis obtemperant.*

(*Fulgura in pluuiam fecit.*)

Chryſoſtomi.] *Et tamen abſque fulgure etiā defluere imber poteſt, & ſereno quoque cælo fulgura* 15 Chryſoſt.

ὁρῶμεν ἐν εὐδίᾳ μακρὸν εἰκὸς εἶναι χειμῶνα. A ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ πᾶσαν ἐπιτρέχει τὴν οἰκουμένην. τὸ δὲ πῶς γίνεται οὐκ οἶδα. ὅρα οὐχὶ μερικὰς τὰς εὐεργεσίας λέγει, ἀλλὰ τὰς καθολικάς, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς θεοὺς ὁ λόγος ἦν αὐτῷ.

Ὠριγένους. λέγουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, νεφῶν ἀλλήλοις συγκρουομένων, ὡς ἐπὶ λίθων πυρογόνων, ἦχόν τε γίνεσθαι βροντῆς, καὶ φῶς ἀστραπῆς.

[Καὶ ἐξήγαγεν ἀνέμους φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν.] B

Ὠριγένους.] κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον θησαυρόν δεῖ λέγειν τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ, αὐτὸς γὰρ εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. εἴποις δὲ καὶ ἀνέμων εἶναι θησαυρούς, τουτέστι πνευμάτων. πνεῦμα γὰρ σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου θεοῦ, πνεῦμα δυνάμεως, ἀγάπης τε, καὶ σωφρονισμοῦ, ὧν οἱ θησαυροὶ Χριστός, ἐν ᾧ οἱ θησαυροὶ τῆς || σοφίας ἀπόκρυφοι. ἐκεῖθεν οὖν χορηγοῦνται. ᾧ μὲν γὰρ δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ πνεῦμα γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, καὶ τὰ ἑξῆς. C

|| ἄλ. τῆς γνώσεως.

gura micant. Sed cum ſereno cælo viderimus, diuturnam hyemem fore coniectamus, fulgur per vniuerſam terram corruſcat, & totum percurrit Orbem, ſed quomodo fiat ignoro. Vide; non priuata beneficia recenſet, ſed communia; quoniam de diis ſermonem habebat.

Fulgura cælo ſereno ſunt indicia longæ hyemis.
Fulguris velocitas.
Meteora ſūt beneficia cōmunia.

Origenis.] *Aiunt harum rerum periti, colliſione nubium, veluti lapidum quibus excutitur ignis, & tonitru ſonitum erumpere, fulgoriſque ſplendorem.*

Origenes. *E nubiū colliſione fieri & tonitrua, & fulgura.*

16 *Et eduxit lumen ſeu ventos ex theſauris ſuis.*

Origenis.] *Secundùm id quod in promptu eſt, Theſaurum ipſam Dei voluntatem: dicere oportet.* [a] *Ipſe enim dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Et ventorum theſauros eſſe non incongruè dixeris, hoc eſt ſpirituum, Spiritus* [b] *enim ſapientiæ, & prudentiæ, Spiritus cōſilij & fortitudinis: Spiritus intellectus & pietatis, Spiritus timoris Dei, Spiritus amoris, & redargutionis, quorum theſauri Chriſtus,* [c] *in quo theſauri ſapientiæ abſconditi: inde igitur emanāt, ac diſtribuuntur, huic* [d] *quidem ratio tribuitur ſapientiæ, alteri verò iuxta eundem ſpiritum ſpiritus cognitionis, & cætera.*

Origenes. *Theſaurus Dei ipſa eius voluntas.*
a Pſal. 32. 9.
Chriſtus eſt ſpirituū theſaurus, & theſauri.
b Iſai. 11. 2.
c Coloſſ. 2. 2
d 1. Cor. 12. 8.

Verſ. 14.] Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam falſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus in eis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Stultus factus eſt, (ſeu brutū ſit) omnis homo à ſcientia.

SANE [a] *quicumque hæc à Deo fieri ignorat, per hoc ipſum quòd talis expers eſt ſcientiæ, quam ſinguli habere debent hominum, humanitatis ac rationabilitatis omnis expers eſt, & ſtultus factus eſt, & inſtar bruti.*

2 *Eoque magis ſtultos ſe exhibuêre, qui humanam profitentes ſapientiam, per ſcientiæ, & ingenij acumen naturales ſingulorum præexpoſitorum Dei operū attingere, & inuenire ſatagunt cauſas, nullâ habitâ diuinæ ſapientiæ ratione, quâ ea fiunt vniuerſa.*

3 *Sed & ob id vti bruta fatui, ſtolidique patefacti ſunt, quod ſcientiam ſuam cum Dei comparare auſi ſunt ſapientia.* E

4 *Quod per ſui acumen ingenij immenſum non penetrarunt diuinorum ſupra omnem ipſorum captum exceſſum.*

5 *Idololatrarum ij pariter vniuerſi ſtulti facti ſunt, qui inſigni præditi erant fabricandorum, & exornādorum idolorum peritiâ, per ipſius talis ſcientiæ peritiam fatuitatem, & brutalem ſuam manifeſtantes ſtoliditatem.* [b] *Confuſionéque repletus omnis eſt artifex in ſuis quæ tanto artificio elaborarunt, & in quibus omnem ſpem ſuam coniecerant ſculptilibus;* [c] *animaduertens, reque ipſâ comprobans, id omne quod conflauit falſum præ ſe ferre viuentis munia habentem, cùm tametſi humanis decorum ſit membris; illorum tamen nullum in eis ſit exercitium vel oculorum, vel aurium, vel oris, vel manuū, pedumq́; ſpiritus, animaque expers.* F

b Cōfuſus eſt artifex omnis in ſculptili.
c Quoniam falſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus in eis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 *STVLTVS factus eſt omnis homo à ſcientia, &c.)* Primum iſtud huius verſ. membrum duplici connecti poteſt ratione, vel cum præcedentibus, vel cum ſubſequentibus. Si cum antecedentibus connectatur, quod de ſcientia dicitur, de triplici pariter accipi poteſt ſcientia, vel de ſcientia Dei, vel de ſcientia hominis, vel de ſcientia in genere. Si de ſcientia in genere, horum ſenſus D eſt, omnem hominem tunc temporis quando Propheta hæc loquebatur ſtultum exinde in primis exhibuiſſe ſeſe, quòd non intelligens quæ præexpoſita ſunt, prædicta omnia, & quicquid in cælo eſt, vel in terra à Deo facta eſſe in fortitudine, in ſapientia, & in prudentia ſua, abſque ſcientia ſe eſſe patefacit. Vt ſit quid ei ſimile, quod in Cantico Deuteronom. dicitur, [d] *Gēs abſque conſilio eſt, & ſine prudentia.* Sic quod dicitur, (*A ſcientia,*) tantumdem eſt ac ſi dicatur, *Abſque ſcientia*, phraſi enim Hebraicâ præpoſitio מן *min, A, ab*, ponitur & pro abſque & ſic hoc loco ſignificat defectum ſcientiæ, vt notant Io. Maldonatus & Figueira, & colligitur ex Chaldæo E qui legit, *Inſipientes facti ſunt omnes homines nō habentes ſapientiam.* Sic iuxta hunc primum ſenſum communis hominum illorum ſtultitia ita aſſeritur, vt & illius afferatur & cauſa, iſtæ debitæ ſcientiæ defectus. Dixi debitæ, quia ita illam quam iá expoſui vnuſquiſque habere debet hominum, vt qui illâ ſit deſtitutus, & omnis planè cenſendus ſit expers humanitatis, & rationabilitatis. Quod in Hebraico textu egregiè per verbū ſignificatur בער *bangar*, bruteſcere. Sicque vertitur à Pagnino, (*Vt brutum effectus omnis homo*, F & à Regia atque à Vatablo, (*Bruteſcit omnis homo à ſcientia*, ſeu *propter ſcientiam*,) id eſt propter defectum ſcientiæ, ſicut in Pſalmo 108. [e] *Et caro mea immutata eſt propter oleum*, id eſt, propter olei defectum, quia oleo, vnguentiſque non vngebar, vt bene à Symmacho ὑπὸ ἀναλειψίας, id eſt, *ex eo quod non me vnxi oleo.*

Creatorē non intelligens Deum expers dicitur ſcientiæ, ac ſtultus.
d Deut. 32. 28.
Præpoſitio A, ſeu Ab pro Abſque.
Creatorē & conditorem ignorans eſſe Deum expers eſt omnis rationabilitatis.
e Pſal. 108. 24.
Præpoſitio propter *aliquādo ſignificat defectū.*

2 Si de ſcientia ſermo ſit hominis, admodum conſequenter poſt prænarrata tam manifeſta, tamque inſignia Dei opera, quibus illius & potentia & ſapientia vel cæcis illuceſcit, ſtultitiam, &

In omnibus Dei operibus solas causas naturales inquirentes Philosophi & idololatrarum sapientes stulti per suam facti sunt scientiam. & brutalem proponit idololatrarum hominum A stoliditatem, quâ in sua euanuerunt humana scientia, per Philosophiam naturalem, perque Astronomiam, Geographiam naturales singulorum obnitentes inquirere causas, iisque quas ingenij sui acumine inuenisse se arbitrati essent, ea adscribentes, nullâ veri conditoris habitâ ratione, sic ab ipsa sua infatuati sunt scientia, diuinitùs sibi indito abutentes ingenio, & iuxta Apostoli dictum, [a] *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.*

a Rom. 1. 22.

3 *Sapientia humana in comparatione sapientiæ Dei est stultitia.* Denique si de scientia Dei hîc agatur, duobus modis exponi hæc possunt, Vel vt ly (*A* B *scientia*) Hebraica, de qua sæpius egimus, phrasi comparatiuè sit positum, Ac si dicatur, in comparatione scientiæ, & sapientiæ Dei, horumque sensus iis consonus erit Apostoli verbis. [b] *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*, id est, in comparatione sapientiæ Dei: & [c] *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Dicta autem consequenter hæc sunt, cùm mox de mira actum fuisset præpotentique Dei in operibus suis sapientia. Et quidem Vatablus legens, (*Sultus fuit omnis homo præ scientia,*) scil. Dei. *Damnat*, inquit, *homines qui volunt alias pluuiæ, fulgetri, & venti causas assignare, quique conantur opera Dei assequi, cùm* C *mirari debeamus Dei opera, non autem conari eorum rationes, quæ fiunt reddere, nemo enim assequitur.* Et hic alter est sensus, secundùm quem hæc in epithasim deseruiunt eorum quæ mox dicta fuère; tanta nimirum prænarrata creatarum rerum, & Meteororum opera & facta esse, & quotidie fieri diuinâ sapientiâ, vt præ illius Dei sapientiæ, & scientiæ excessu ad humani ingenij acumen, cùm illam non admirari, sed appræhendere homo nititur, quicumque is demum sit stultus fiat, instarque bruti. Quod apertiùs expressit in Psalmo 138. Dauid quando Deum alloquens dixit, [d] D *Mirabilis facta est scientia tua ex me*, id est, præ me, supra me, viresque ingenij mei: *confortata est, & non potero ad eã*, difficilior mihi reddita est, quàm vt illam valeam assequi.

b 1. Cor 3. 19.
c 1. Cor. 1. 25.

Vatablus. *Operum diuinæ sapientiæ rationes attingere conãtes stulti facti sunt cùm Dei sapientia superest nostri intellectus acumen.*

d Psa. 138. 6.

4 *Particula & sumi potest copulatiuè, & aduersatiuè.* Primus iste horum connexionis modus cum præcedentibus iuxta mox allatos sensus confirmari potest ex versione Sept. iuxta lectionem Codicum Complutensis, ac Regij quæ habet præfixam particulam, *Et* (*& stultus factus est omnis homo à scientia,*) Ea autem particula, *Et*, copulatiuè potest accipi, & aduersatiuè pro *tamen*, & nihilominus, cõgruetq; prioribus sensibus, secùdùm quos sermonẽ esse diximus, vel de scientia hominis, vel de scientia in genere particula ista aduersatiua, dabitque non modicũ Emphasis, Ac si dicatur. Et cùm Deus suâ & fortitudine, & sapientiâ, & prudẽtiâ pro hominibus talia tãtaque operetur. Nihilominus stultus factus est omnis homo, &c. vt supra, Congruet verò particula eadem copulatiuè sumpta sensibus posterioribus, quibus scientia Dei commendata hîc sumitur.

Cæterùm in correctioribus Codicibus Vaticano, Aldino, &c. versio ipsa Sept. dictam minimè habet particulam *Et*, sicut nec Vulgata, nec Hebræa, in quibus fortasse congruentiùs hæc ad sequentia referentur, *Confusus est artifex omnis in sculptili.* Vt Propheta post celebratam veri Dei diuinitatem ab omnipotentia, à sapientia, à prudentia, & practica intelligentia in mirabilibus quæ facit, conditque operibus. Iterum ad execrationem redeat idololatriæ. Et quod hîc dicitur, (*Stultus factus est*, seu *brutescit omnis homo à scientia*) idipsum ferè sit, ac quod sup. vers. 8. dicebatur, *Pariter insipientes*, (seu *instar brutorum*) *& fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est.* Sic per omnem hominem, idololatram significatum intellige, & per scientiam, peritiam & artificium compingendi, exornandique idola, vt istorum sensus sunt, Adeo hanc vanam esse scientiam, quâ quis conatur suâ arte Deum facere, vt maior in mundo inueniri nequeat stultitia. Vide quæ diximus super præcitata verba vers. 8. huius capitis decimi.

(*Confusus est artifex omnis in sculptili.*) Hebr. 5
Pudore affectus est, seu (vt Vatabl.) *Pudefit omnis fusor*, seu *conflator*, aut *aurifex* (vt habent & Sept.) *à sculptili*, seu *propter sculptile*. Sept. *In sculptilibus suis. Quoniam falsum est quod conflauit, nec est spiritus in eis.* Hebr. Pagninus. *Quia mendacium est conflatile eius, & non est spiritus in eo.* Regia, *Quia falsitas conflatile eius, non spiritus eis.* Vatabl. *Nam mendacium est fusile eius, cùm non sit in eis spiritus.* Sept. *Quia falsa conflauit*, seu *conflauerunt* (vt Codex Complutensis,) *Non est spiritus in eis.* Clara sunt, deque vocibus singulis egimus sæpius. (*Confusus est*, ait Hugo Cardinalis, *in sculptili*) *id est, in confidentia habita in sculptili frustratus est, vel confusus in factura sculptilis, vel in cultu eius.* (*Quoniam falsum est quod conflauit*) *quia non habet illam potentiam, quam videtur habere: vel quia aures habet, & non audit, oculos & non videt, & cætera huiusmodi, Vnde, Et id est, quia,* (*Non est spiritus*) *vita vel anima* (*in eis.*) Quamuis autem & generaliter hæc vera esse haud dubium sit: arbitror tamen, eam potissimùm hic prædici artificum idolorum confusionem, quæ in euersione futura prædicitur Babylonis, idolorúmque illius, prout manifestè colligitur ex cap. 51. vbi de hac agitur Babylonis euersione, & ad verbum ista habentur, sicut & mox subsequentia.

Hugo Card.

Vers. 14.] Stultus factus est omnis homo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 *Mũdani quomodo stulti, & quia sunt absque scientia, & ob scientiam.* SI quod dicitur, (*à scientia*) & affirmatiuè sumi potest ac si dicatur propter scientiam, & negatiuè phrasi Hebraicâ, ac si E dicatur absque scientia, seu ex defectu scientiæ, prout in litera explicatum habes, scientiæ nomine ambiguè posito, & pro humana scientia, atque etiam propriè pro peritia in fabricandis sibi ex rebus temporalibus in mente, atque in corde suo idolis, propter quam scientiam homo omnis mundanus stultus esse conuincitur, & pro scientia, ac sapientia secundùm Deum, sine qua omnis mundi sapientia stultitia est, Lubet mihi præsentem sententiam moraliter doctrina, & verbis exponere sancti Ambrosij. Quibus sermone 22. in Psalm. 118. super ea F Psalmi verba, [a] *Secundùm verbum tuum da mihi intellectum. Aduerte*, inquit, *quid postules: Non intellectum generaliter dixit, sed intellectum secundùm verbum Dei, est enim intellectus ad mortem, sicut est prudentia ad interitum*: Sed *prudentia ista, quæ sæculi est, non suffragatur ad vitam æternam, circa honorem, circa lucella est, quæstibus coaceruãndis intenta, non meritis comparandis. Postremo circa elementa mundi est, phalerata magis, quàm vera sapientia, vt est philosophia omnis, quæ aliena quærit, cùm sua nesciat.*

Quæ scientia à Deo expetenda sit. Ambrosius.
a Psal. 118. 169.

Scientia, & prudẽtia sæculi qualis.

A *nesciat. Scrutatur cæli plagas, mundi spacia rimatur, quæ sibi prodesse non possunt. Deum ignorat, quem solum deberet inquirere: Ideo verus sapiens dicit.*[a] *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo stultus fiat, vt sit sapiens: sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Elaborandum est igitur, vt in hoc sæculo stulti simus: nihil nobis cum Philosophia, ne fidem nostram per elementa huius mundi traducat à vero, ne quis assertionem nostram philosophiam deprædetur. Sic enim hæreticos in perfidiam ruisse cognouimus, Reliquerunt Apostolum, sequuntur Aristotelem: reliquerunt sapientiam quæ apud Deum est, elegerunt disputationis tendiculas, & aucupia verborum secundùm dialectica disciplinam. Vtinam possim imitari illam stultitiam, quâ sim sapiens; illum virum habentem amplas possessiones, sed non negligentem fructum intentum Deo; illum virum, qui honores sibi delatos etiam respuat: doctrinam Philosophiæ non requirat, etiam si ante cognouit, tamen scire dissimulat, & non requirendo dediscat: non quærat quæ sua sunt, sed aliis sua conferat, sibi acquirat æterna. Hic potest dicere, Secundùm verbum tuum intellectum tribue mihi, id est, non secundùm philosophos, non secundùm causidicos, non secundùm mercatores huius sæculi, non secundùm arthitechtos domorum; sed secundùm verbum tuum, quod est vera sapientia, bonorumque operum fundamentum, vt super illud constituat Propheta aurum cordis sui, argentum sermonis sui, lapides preciosos operationum suarum, vt opus suum labi, & perire non possit.*

a 1 Cor. 3. 18.

Hæretici stulti facti sunt à scientia.

B

C

Iuxta Hebraicam lectionem illam, quæ habet, (*Brutescit*, seu, *Vt brutum effectus est omnis homo à scientia*) Si ly. (*A scientia*) negatiuè positum sumatur, pro Absque scientia, manifestum est morale sæpius à nobis pertractatum ex illo Psalmi.[b] *Homo cùm in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

7 *Ignorantia causat in homine similitudinem ad bruta.*

b Psalm. 48. 13.

D

Quòd si ly, *A scientia*, affirmatiuè accipiendum sit, ac si dicatur Propter scientiam, Egregius est locus iste aduersùs hæreticos nostri præsertim temporis, de quorum scientia rectè intelligitur in Prouerbiorum.[c] *Lucerna impiorum peccatum*, cùm totum ingenij sui acumen, quo vti deberent, vt sibimet, aliisque lumen præferrent veritatis in scientiæ lucerna, peccatum ipsis fit, peccatique occasio aliis: peccatum inquam illud quod est cæterorum execrabilius, & occasio peccati, infidelitatis, è quo veluti è fonte peccata dimanant vniuersa. Enimuerò id est nostri temporis hæreticorum studium, vt suam iactent scientiam inflantem, vel eloquentiæ, vel dialectices, inanisque Philosophiæ, vel etiam linguarum, quo falsa, & circa fidem, & circa mores persuadeant dogmata. Ideoque propter sciétiam istam suam vnusquisque eorum brutescit, instar bruti redditus, carni, crapulæ, ebrietatibus, & sensuum addictus voluptatibus, vtpote qui propterea libertatem prædicant cóscientiæ.

Hæreticorum & impiorum scientia cur dicta peccatum.

c Prou 21.4.

E

Hæretici inanem iactantes scientiam brutalem agunt, & docent vitam.

O quàm melius istis, & quibuscumque scientia quoquo modo est causa peccati, optabiliusque esset, vt talis scientiæ expertes in simplici ignorantia Catholicæ adnexos se seruarent Ecclesiæ, legique Dei se exhiberent simpliciter obsequentes.[d] *Melior est homo, qui minuitur sapientiâ, & deficiens sensu in timore*, dicitur in libro Ecclesiast. *quàm qui abundat sensu*, id est, scientia studio, vsuque acquisita, *& transgreditur legem altissimi.* Vtinam non dicenda cum lachrymis hæc sint de plerisque Religiosis Magistris, quorum vita vitæ similis est brutorum,[e] *quorum Deus venter*

F

Ignorantia plerisque magis optanda cum timore Dei, quàm inflans scientia.

d Eccl. 19. 21.

e Philip. 3. 19.

est, & gloria in confusione ipsorum, in ea vtique scientia propter quam maiorem reuehent confusionem,[f] *quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum illum glorificarunt.* Vnde bene hîc subditur.

Religiosorum Magistris plerisque quantum obsit scientia.

f Rom 1.21.

Confusus est omnis artifex in sculptili: quoniam falsum est quod conflauit: & non est spiritus in eis.) Hæreticis quantumcumque in scientiis eximiis, sicut iis quoque fidelium & religiosorum, qui cùm in scientiarum studiis versatissimi sint, in malum tamen eas conuertunt vsum, re verá nobilissimum haud competit sapientis nomen: cùm sapientiæ obiectum Deus sit, atque veritas: Artifices potiùs dicendi, & ignobiles iuxta illud,[g] *Qui contemnunt me, erunt ignobiles*, vtpote quorum studium ignobilissimum sit, in exercendo ingenij, & peritiæ suæ acumine, in effingendis scalpello intellectus, malleoque voluntatis suæ sculptilibus falsis, & ementientibus id, quod non sunt, & quæ sibimet conflarint sculptilia superbæ existimationis propriæ, & voluntatis, affectusque terreni, atque carnalis, in quibus nihil est viuificantis spiritus. Confunduntur:[h] *confundetur* enim *Israel in voluntate sua*, vt per alium dicitur Prophetam. Plutarchus ad initium opusculi quod inscribitur. Cum principibus maximè Philosophum debere disputare, tom. 3. opusc. Moral. *Philosophiæ*, inquit, *doctrina non est statuarum artifex, vt signa fingat, quæ in basi muta stent, & sensus expertia, quemadmodum dixit Pindarus; sed agilia studet facere quæcumque aggreditur, actuosaque & animata; addit impetus quibus excitentur, addit iudicium, quod inuitet ad vtilia: addit delectum, quo sequamur potiora: addit prudentiam, animique magnitudinem cum mansuetudine cautelaque coniunctam.* Vera certè Philosophia doctrina est Catholica, quæ fidei impetus addit feruentis charitatis ad bona quæque excitantes opera, actuosam, & animatam in singulis eam reddens fidelibus. Cùm è vestigio falsa, inanisque hæreticorum nostri præsertim tẽporis doctrina operum excludens necessitatem, falsa (vt hîc ait Ieremias) conflent sculptilia, & non est spiritus in eis in fide nimirum mortua vniuersam statuens iustitiam.

8 *Hæreticis & impiis quantumcumque doctis non cópetit nomen sapientiũ, sed artificũ ignobilium.*

g 1. Reg. 2. 30.

h Hose. 10. 6.

Plutarchus.

Philosophia vera & bona non est artifex inanimatarũ statuarum, sed multa addit quæ vita sunt.

VVLGATÆ.

Vers. 14.] Stultus factus est omnis homo, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως. καὶ ᾐσχύνθη πᾶς χρυσοχόος ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτοῦ, ὅτι ψευδῆ ἐχώνευσεν, οὐκ ἔστι πνεῦμα ἐν αὐτοῖς.

Vers. 14.] Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis aurifex in sculptilibus suis: quia falsa conflauit: non est spiritus in eis.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Insipientes facti sunt omnes populi nescientes sapientiam: confusi sunt argentarij à faciẽdo sculptili, quia frustra conflarunt ea: & non est spiritus in eis.* 1

Vers. 15.] Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Vana sunt & opus risu dignum (seu errorũ) in tẽpore visitationis suæ peribunt.

A Pparebunt [a] *& comprobabuntur hac præsertim in tempore visitationis, & punitionis Babyloniæ idolorúmque ipsius ad quorum cultum vos allicient Chaldæi, quando per Medos, & Persas subactâ ipsâ Babylone, patebit, & illius idola inane quid esse & vanitatem risu profectò dignam, opus in errorem inducens, suósque decipiens cultores, confracta, liquefacta, & dissipata.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *De idolorum euersione facienda per Christum.*

VANA sunt, & opus risu dignum, &c.) Tametsi à plerisque ista intelligantur de destructione idolorum facta per Apostolos à Christo in vniuerso terrarum Orbe: ab aliis verò de Iudæorum excidio, & Gentium finitimarum, quæ illos in idololatriam pelliciebant, quod per Chaldæos mox erat patrandum; quia tamen vt diximus super vers. 11. tota hæc oratio in execrationem idololatriæ Chaldæorũ habita fuit, de visitatione ipsorũ idolorum vnà cum ciuitate Babylonis in qua colebantur, & cũ populo qui ea colebat, quæ per Medos facienda erat, ac Persas, per Cyrum, atque per Darium intelligi debent. Vnde & infra vnà cum præcedentibus repetita ad verbum reperiuntur in cap. 51. vbi de hac agitur Babylonis, idolorúmque illius euersione. Quam & sculptilium Babyloniorum visitationem, ac punitionem expresßit apertiùs infra Ieremias ipse in cap. 50. dicens, [b] *Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum.*

Idola quomodo peritura dicantur.
b Ierem. 50. 2.

Quòd si & id explicatum vis, quâ ratione de quibus mox dicebatur, *Non esse spiritum in eis,* asseratur, quòd *in ipsorum visitatione peribunt.* Audi Isaiam id explicantem cap. 46. [c] *Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulacra eorum bestiis, & iumentis: onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem. Contabuerunt, & contrita sunt simul, non potuerunt saluare portantem: & anima eorum in captiuitatem ibit.* Anima eorum idolorum per irrisionem, id est, illa quæ miserum vulgus animata censebat, vel phrasi illâ Sacris literis percelebri, quâ anima alicuius pro aliquo ponitur, vt anima iumentorum, id est, iumenta, vt tantumdem sit anima eorum scilicet idolorum, ac ipsa idola, prout verterunt Sept. Seu, vt inquit in suis Comment. Hieronymus. *Quæ idola cum captiuitas venerit, quo precio metallorum, de quibus facta sunt, dicuntur prima captiua, & animam suam, siue portantium liberare non possunt. Non quò muta simulacra habeant animam, & aliquem sensum doloris, quæ insensibilia sunt, sed quò* καταχρηστικῶς, (id est abusiuè) *vocentur anima, membra earum rerum; quæ absque sensu, & membris sunt. Alioquin & in Prouerbiis legitur,* [d] *In manu linguæ mors, & vita, cùm perspicuè manum lingua non habeat.*

c Isai 46. 1.
Idolũ quomodo tributa reperiatur anima.
Hieronym.
d Prou. 18.

2 *Idola & risu digna & in errorem, & vagationem inducentia.*

Circa lectionum varietatem, in versione Sept. vnum est notandum: diuersitatem in codicibus reperiri, licet enim correctiores codices Vaticanus, & alij omnino ferè cum lectione Vulgata consentientem habeant sententiam, *(Vana* A *sunt opera,* ἐμπεπαιγμένα, id est, *ridicula.*) Complutensis tamen, & Regius aliter sic legunt, *(Vana sunt opera* ἐμπεπλεγμένα, id est, *implicata: In tempore visitationis eorum peribunt,* In textu Hebraico dictio est תעתעים *thangthunghim*, quæ à verbo תעה *thangah*, errare deriuata est, errorem propriè significat. Et ipsa tamen, sicut & participia aliqua prædicti verbi desumi solent & à Sept. & à nostro Interprete, & à Chaldæo in significatu derisionis, & risus, illudendi, ac subsannandi, vt Genes. 27. 12. [e] *Et ero in oculis eius tamquam illudens.* Vulgata, *Ne putet me sibi voluisse illudere.* Et 2. Paralip. 36. 16. [f] *Subsannabant Prophetas* Vulgata, *Illudebantque Prophetis.* Quapropter & recentiores quoque Interpretes hoc loco varij sunt. Siquidem Pagninus ita hæc vertit, *(Vanitas sunt sculptilia opus irrisione dignum, in tempore visitationis eius peribunt.)* Regia: *(Vanitas ipsa; opus errorum, in tempore visitationis eorum peribunt)* Vatablus, *(Vanitas* (inquam) *sunt, opus errorum,* seu *subsannationum,* id est, risu dignum, & deridendum, *in tempore visitationis suæ peribunt.)* Dicũtur autem Idola opus errorum, quia cultores suos in errorem adducant idololatriæ decipiendo, eo sensu quo apud Amos Prophetam eodem verbo dicitur: [g] *Deceperunt enim eos idola sua post quæ abierunt patres eorum.* Ad viuum verò istam eorumdem deceptionem expressam habemus apud Isaiam, vbi hæc habentur, [h] *Dominus miscuit in medio eius* scil. Ægypti, *spiritum vertiginis: Et errare fecerunt* (verbo de quo nunc loquimur,) *Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens.*

e Genes. 27. 12.
B
f 2. Par. 36. 16.
Idola decipere dicuntur.
C
g Amos 2. 4.
h Isai. 19. 14.

D *Vers.* 15.] Vana sunt & opus risu dignum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Hæresis & inflantis scientia vanitas.*

QVIS vanitatem non animaduertat dogmatum hæreticorum? Quis non irrideat superborum doctorum inanem quam sibimet sui conflant existimationem? Sanè ridicula sunt, quin & deflenda, quæ ab elatis istis inanis sapientiæ suæ ostentatoribus patrantur. Quomodo autem ea peritura dicantur in die visitationis suæ, explicat apud Isaiam Dominus, dicens, [i] *Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur,* id est super opera ex superbo corde prodeuntia, *Et super gloriam altitudinis oculorum eius,* id est, super inanem gloriationem inflantis scientiæ, & celsi acuminis ingenij eius, *Dixit enim in fortitudine manus mea feci* (en opera, fructúsque magnifici cordis,) *Et in sapientia mea intellexi.* En inanem scientiæ ostentationem.

E
i Isai. 10. 12.

F

VVLGATÆ.

Vers. 15.] Vana sunt, & opus risu dignum, &c.

SEPTVAGINTA.

15. Μάταιά ἐστιν ἔργα ἐμπεπαιγμένα ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται.

Vers. 15.] Vana sunt opera ridicula: in tempore visitationis suæ peribunt.

AP

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

A

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Vana sunt, opus subsannatione dignum. In tempore quo visitauero super eos peccata eorum, peribunt.*

Hieronym. *Hæreticorum dogmata sunt illorum simulacra.*

Vers. 15. (*Vana sunt, & opus risu dignum,* &c.) Hieronymus. *Quis enim non rideat, cum hæreticorum simulacra perspexerit? Aut enim rustica sunt quæ dicuntur, & lignum est, aut pulchro sermone composita, & reperitur argentum; aut certè de proprio simulata sensu, & frustra auri imaginem pollicentur.* (*in tempore visitationis suæ peribunt.*) *Ad tempus valet hæresis, vt electi quique manifesti fiant, & probati sint. Cùm autem visitatio Dei venerit, & oculus eius stulta prospexerit, omnia conticescent.*

Theodorit. *Idola deleta per Apostolicam prædicationem.*

Theodoritus. *Plerique homines in eam absurditatem prolapsi sunt, vt nonnulli Deos condiderint, alij verò conditos ab illis adorauerint. Sed ab errore cessatum iri prædicit. Cùm enim dixisset, (Vana sunt opera, risu digna) hoc est idola. Subiunxit, (in tempore visitationis suæ peribunt.) Nam Apostolica prædicatio prorsus deleuit eorum memoriam: videmus itaque exitum prophetiæ.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

B

ΜΑΤΑΙΑ ἐστὶν ἔργα, ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅταν ἡ πόλις ἁλῷ, καὶ αὐτοὶ τῆς τιμωρίας κοινωνήσουσιν.

Θεοδωρήτου.] καιρὸν προλέγων τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. τέως γὰρ συνεχώρει μακροθυμῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅταν ὁ Θεὸς ἐπισκέψηται τὴν γῆν, ἐν τῇ παρουσίᾳ δηλονότι τοῦ ἐχθροῦ.

Vers. 15. *VANA sunt opera, &c. in tempore visitationis suæ peribunt.*) 2

Chrysost. Chrysostom.i.] *Cùm fuerit capta ciuitas, ipsa quoque pœnarum partem sibi vindicabunt.*

Theodorit. Theodor.] *Tempus prædicens salutaris prædicationis; tūc enim sustinebat lōganimitate vitẽs.*

Olympiod. *Idolorū ruina in aduentu Christi.* Olympiodori.] *Cùm Deus terram visitauerit, in aduentu videlicet Christi.*

C

Vers. 16.] Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Non est his similis pars Iacob.*

HEVS[a] *vos filij Iacob, animaduertite, handquaquam instar talium simulacrorum eum esse Deum, qui dignatur peculiaris esse pars vestra, dummodo illum pro vestra studeatis habere parte.*[b] *Ipse est ens omnis imperfectionis expers; ipse est omne bonū; ipse est quicquid eximij, & perfectionis excogitari potest; ipse est summum esse ab omnibus independens, à quo esse vniuersum deriuat creaturarum.*

b *Qui enim formauit omnia, ipse est.*

1 *Ipse est enim qui nedum omnia creauit, sed & in singula quæque creatorum formam debitæ induxit perfectionis.*

2 *Vniuersa ad eas perficiens formas perfectissimas, quas singula in diuina haberent essentia, in suis quæ in ea erant ideis.*[c]

c *Et Israel virga hæreditatis eius.*

3 *Idque super omnem quam ita perficit creaturam amplum, plenumq́; dominium habet & imperium, quod figulus super lutum, & super vasa quæ format, & fingit ex luto: Ob præcipuam tamen ipsius erga Israel, eiusque filios animi propensionem Iudaicum populum in peculiare, ac veluti hæreditarium assumpsit regnum, ita vt illum & veluti regni sui reputet sceptrum, & veluti sortem suæ hæreditariæ teneat portionis.*[d] *Ipse vnus est, & dicitur Dominus per essentiam, militare super vniuersa habens dominium, Dominus exercituum, adeoq́; & potentissimus, & maximè metuendus.*

d *Dominus exercituum nomen illi.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 NON *est his similis pars Iacob.*) Heb. ad verbum, (*Non sicut hæc pars Iacob*) Vatabl. (*Pars Iacob non est vt istorum,*) id est, *Qui est ipsi Iacob loco portionis hæreditariæ, non est similis his idolis.* Isidorus Clarius. *Pars Iacob, hoc est, Deus verus non est iis similis: qui Deus pars Iacob dicitur, quia ab hac gente quæ à Iacob profecta est, colebatur, iuxta illud Psalmi,*[e] *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* Sept. (*Non est talis pars Iacob.*)

e Psal. 75. 1.

Rationem quam tribus vicibus hucusque in Idolorum execrationem prosecutus Propheta est in hoc cap. 10. vt propositis idolorum defectibus, Deum verum illis opponeret omnis defectus expertem, summasque ob oculos poneret illius perfectiones, & nunc quartò seruat, asserens, verum Deum neutiquam similem vllo pacto existimandū sculptilibus iis, de quibus mox locutus fuerat in vers. 14. & 15. & quia ad Iudæos verba habebat, quò magis id quod dicebat in illorū imprimeret animos. Partē Iacob Deū ipsum nuncupat, id est, partem Iudaici populi. Quo in nomine & singularem erga eos Dei in memoriā reducit propensionem, qui sese illis peculiari ratione exhibuerit portionem, & partem, quā præ cæteris populis potirentur, insignesque essent, iuxta illud quod Abrahæ dixit,[f] *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Et simul eosdem ad id excitat, vt eumdem Deum solum pro sua tenere satagant parte; exinde enim partem ille semet eis exhibuit, & exhibebat, quia ipsum ij bene diuinā eiusdem vtentes gratiā partem suam elegerant, tenebant, iisque duntaxat filiorum Iacob qui dicebant;[g] *Pars mea Dominus dixit anima mea:* &, *Deus*[h] *cordis mei, pars mea Deus in æternum.* Quod & Moyses in lib. Deuteronom. testificatus est dicens,[i] *Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias cæremonias illius, & mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciat te excelsiorem cunctis gentibus.* Ex quibus habes, quid sit, Deum dici alicuius in hac vita partem.

D

Dei in Iudæos propensio maxima.

E

f Gen. 15. 1. *Pars nostra est Deus, si nos illum pro nostra tenemus parte.*

g Thren. 3. 24.

h Psalm. 72. 26.

i Deut. 26. 17.

Deum dici partem alicuius quid sit.

Virga nomen positum pro parte.

partem. Et hæc duo conuerti ad inuicem, Deum esse partem Iacob, & Iacob esse Dei partem. Vnde mox & hîc quoque subiicitur, *Et Israel virga hæreditatis eius*, virgæ nomine posito pro parte, quia virgis, sicut & funiculis metirentur agri apud Iudæos, & virgæ mensura assignabatur cuique sua hæreditatis agrariæ portio. Quòd autem ista duo inuicem conuerterentur, patet & exinde, quòd cùm in Cantico Deuteronom. istud ipsum Iudæis in memoriam reduceretur, quod & hîc dicitur. [a] *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*: per Prophetam tamen Regium conuersa propositione id ita asseritur, [b] *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei*, & *Funes* [c] *ceciderunt mihi in præclaris*.

a Deut. 32. 9.
b Psal. 15. 5.
c & 6.

2
Esse primò competit Deo vnà cũ perfectionibus omnibus.

Qui enim formauit omnia ipse est. Bene (*ipse est*,) inquit absque vllo adiecto, tum vt intelligeremus, ipsum esse quem mox appellârat partem Iacob: tum vt indicaret, ipsum esse ens independens, à quo omne aliud est ens; sicque esse suumet esse, vt simul & Deus sit, & bonus, & quicquid eximij, aut perfectionis excogitari potest, in illo esse per essentiam, & quod ait Philosophus esse actum purũ, quod in libro Exodi ipsemet significauit Moysi eius nomẽ ab ipso exposcẽti, [d] *Ego sum, qui sum, hoc est nomen meum*. Exinde verò tacitè probari hoc loco à Propheta videtur illum istiusmodi habere esse, à quo omne aliud sit esse, à quo omne aliud bonum, &c. quia constat ipsum esse qui formauit omnia.

d Exod. 3. 14.

3
Formare, facere, creare, & fingere pro eodem sæpe sumuntur in Scriptura.

Porrò tametsi sæpius in Scriptura formandi verbum pro creare, & facere vsurpetur cùm Deo id tribuitur, & ista tria verba creare, facere, formare, seu fingere, aut plasmare pro eodem vsurpari nonnunquam soleant, vt manifestè ex eo colligitur, quod Isai. 45. legimus. [e] *Ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vacuum creauit eam, vt habitaretur formauit eã*. Hoc tamen loco, vbi ex hoc quod Pars Iacob, & Deus sit qui formauit omnia, infertur, ipsum esse eo modo quem explicauimus, ipsum formandi verbum non communi positum crediderim significatu, sed proprio. Cùm autem tripliciter æquè propriè id vsurpari soleat, vel pro inducere formam, reique perfectionem explere: vel pro efficere ad formam: vel pro fingere, & plasmare, quod est figulorum, quomodo cùm de hominis agitur creatione in lib. Genes. dicitur, [f] *formauit Deus hominem de limo terræ*, quod & pluries repetitum inuenies in Sacris literis. Iuxta primum significatum, quo tantumdem est formare, ac perficere, & nedum essentiæ, sed & perfectionis, ornatusque formam inducere. Sicut supra in vers. 12. dictum est. *Qui fecit terram in fortitudine sua, præparat Orbem in sapientia sua*, quod de terræ habitabilis dispositione, perfectione, atque ornatu intelligi vidimus. Ita idipsum hîc repetitur, idémque epithetum, sed cum epithasi Deo tribuitur, quod in fortitudine, & sapientia sua nedum terram, sed & omnia, & singula ad perfectionem deduxerit, perfectumque illis indiderit qualem vnumquodque exposcebat ornatum, sicut in lib. Genesis explicatum iis est, [g] *Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum*.

e Isai 45. 18.

Formare triplici significatu sumi solitũ propriè.

f Gen. 2. 7.

Deus omnia non solum creauit, sed & perfecit, debitã singulis inducens formam perfectionis.

g Gen. 2. 1.

4
Quomodo Deus creata omnia perfecisse dicatur.

Quòd si & modum, & rationem subtiliùs inquiramus, quo sic Deus omnia formasse dictus est, vt singula perficiens formas in ea induxerit debitæ cuicúmque perfectionis, atque ornatus, per istud ipsum formandi verbum iuxta secundum significatum efficiendi ad formam, colligere illum facile est. Ecquid enim vel mente excogitari potest præstantius, atque sublimius essentiâ diuinâ? Ad hanc perfectissimam formam intellige quod hîc dicitur à Deo formata omnia. Lege D. Thomam 1. par. q. 15. art. 1. vbi in corpore ait, *Quia mundus non est casu factus, sed est factus à Deo per intellectum agentem necesse est, quod in mente diuina sit forma, ad similitudinem cuius mundus est factus*. Ibidemque in responsione ad secundum, *Licet*, inquit, *Deus per essentiam suam se, & alia cognoscat, tamen essentia sua est principium operatiuum aliorum, ideo habet rationem Ideæ, secundùm quod ad alia comparatur*. Et in resp. ad 3. dicit, [h] *Deus secundum essentiam suam est similitudo omnium rerum. Vnde idea in Deo nihil est aliud quàm Dei essentia. Intelligendo* enim *creaturas excellentissimo modo Deus ipse*, vt ait D. Bonauentura in 1. dist. 35. art. 1. quæst. 1. in resp. ad 2. *exprimit ipsas creaturas, sic habet similitudinem expressiuam creaturarum, & sicut perfectissima est eius intellectio, ita & perfectissima est expressio. Et quatenus ipsa eius essentia est ista similitudo creaturarum, quam creaturæ imitantur, eatenus dicitur Idea creaturarum*. Cùm ergo hîc dicitur, (*Qui formauit omnia*,) significatur, Deum vniuersa ad eas perfecisse formas perfectissimas, quas singula in diuina haberent essentia in suis quæ in ea erant ideis; vnaquæque enim creatura propriam habet speciem, secundùm quod aliquo modo particeps similitudinis eius diuinæ est essentiæ, in qua tot sunt idearum specialium rationes, quot modis Deus ipse illam cognouerit à singulis creaturarum imitabilem.

Deus omnia fecit ad formas idearum suarum.

D. Thom.
Idea in mẽte diuina quid sint.

D. Bonau.

5
D. Thomas.
Scientia, & voluntas in Deo faciunt vnum principiũ effectiuũ præcedens potentiam exequentem.

Ad hæc confirmanda, supposita doctrina D. Thomæ 1. p. q. 25. art. 1. in respon. ad 4. quòd in Deo scientia quæ dirigit, & voluntas quæ imperat faciunt vnum principium effectiuum, quod considerationem præcedit potentiæ exequentis, tres afferre possumus Sacræ scripturæ sententias. Primam ex lib. Apocalypsis, vbi viginti quatuor illi seniores Deum glorificantes his suam concluserunt doxologiam, [i] *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt*. Priùs enim ratione Deus intelligendo essentiam suam vt imitabilem diuersimodè à singulis creaturarum, per scientiæ & intellectus actum omnia & singula in ideis eorum formauit intelligibiliter, & quatenus scientia voluntasque ipsius vnum faciunt principium effectiuum rectè adiectum est, *& per voluntatem tuam erant*, erant quidem in prædictis ideis ipsorum per voluntatem determinantem, vt essent formæ eorum quæ ad extra producenda erant: Et quia per potentiam exequentem in opus tandem deducta fuêre, ad dictas ideas formata, ideo & tertiò adiectũ est, [k] *Et creata sunt*. Hocque ipsum fortasse ex eo colligitur Pauli, quo dicit, *Deum operari omnia consilio voluntatis suæ*, id est, per potentiam executiuam in opus omnia deducere facta ad formam idearum cuiuscúmque rei, in diuina ipsius essentia per intellectum à voluntate determinatum multò ante formatarum, quod Apostolus consilium voluntatis Dei nuncupauit, consilij nomine actum designans intellectus dirigentis, nomine verò voluntatis, actum determinantis significans & imperantis eiusdem voluntatis Dei.

i Apoc. 4. 11.
Quæ in ideis in mẽte diuina prius formata erant postea per efficientem potentiam in opus à Deo producta fuêre.

k Ephes. 1. 11.

6
Operum Dei perfectio ex eo est, quòd facta sunt ad formam idearum diuinarum.

Et quis scit, si & Vates quoque Regius ad hæc ipsa respexerit, quando in Psalmo 110. Deum ab eius laudans operibus ita suum cæpit Panægyricum. [l] *Magna opera Domini exquisita in omnes volun-*

l Psa. 110. 2.

volun

eius, seu iuxta Hebr. *in omnes voluntates eorum*. Vnde enim tantum Domini opera eximij habent, magnitudinis, ac perfectionis, nisi quia ab illo formata sint, & facta ad perfectissimam suæ essentiæ formam, atque iuxta singulorum quas in mente sua habet ideas? *Exquisita* ἐξεζητημένα, id est, diligenter quæsita, inquit, *in* seu *iuxta omnes voluntates suas*, consilio nimirũ (vt dicebat Apostolus) voluntatis suæ. Ac si dicat, Inde magna opera Domini, quia facta iuxta ideas in diuina eius mente per intellectus exactam quodammodo exquisitionem, perque eiusdem singulorum voluntates expressas, seu, vt alij legunt, παρεσκευασμένα, *parata in omnes voluntates eorum*, id est, Inde magna opera Domini, quia priùs in diuina mente singula ipsorum parata in ideis, prout quæque eorum ab æterno cõsilio voluntatis suæ producere ea statuit Deus.

7 (*Qui enim formauit omnia ipse est, & Israel virga hæreditatis eius.*) Præter ea, quæ ad amborum membrorum istius sententiæ intellectum dicta iam sunt, eximium quid insuper in iis simul iunctis est quod perpendamus, haud obscurè à Propheta significatum. Diximus, verbum formandi tertio significatu esse plasmare ac fingere, quod est figlino opere facere ex luto. Et hoc significatu illud hoc loco adhibitum & Hebraicum testatur, quod hic est יוצר *iotzer*, participium à verbo יצר *iatzar* fingere, verbum operis figulorum proprium. Pagninus & Regia, (*Quia plasmator omnium ipse est.*) Quibus consonum est & verbum, quo hîc vsi sunt Sept. ὁ πλάσας τὰ πάντα, (*Qui plasmauit omnia.*) Et quidem quòd hoc significatu Deus hominem formasse & plasmasse dicatur, admodum ei congruum est rationi, quâ illum primò condidit, nempe ex luto quasi opus figlinum. Cæterùm cùm facturæ aliarum rerum id tributum reperiatur verbum in eodem significatu, vt Zach. 12. [a] *Fingens spiritum hominis in eo*, seu *in intimo eius*; vt est in Hebr. & Psal. 73. [b] *Æstatem, & ver tu plasmasti ea*, & similibus, in quorum opere certum est, nihil esse lutei, aut figlini. Dicendum profectò in præcitatis, similibusque locis, hocque præsertim apud Ieremiã metaphoricè perfectum Dei Dominium, & imperium designari, quod is super omnem habet creaturam, metaphorâ sumptâ ex figulo, & vasibus quæ manibus quomodocúmque libuerit is versat, effingitque, & fracta iterum format. Quam metaphoram quoad liberum eiusdẽ Dei, amplissimumque in vniuersos homines dominium prosequuntur Isaias cap. 45. & Paulus ad Rom. 9. nec non & Ieremias noster infra cap. 18. vbi pluribus de ea agemus. Hîc tamen generaliùs ea vsurpatur, vt argumentum maioris sit emphasis. Tale enim id est, Deus qui est summum esse perfectissimum, quique per creationem esse proprium cuique impertiit creaturæ, adeóque vniuersorum Rex sempiternus, id super omnem creaturarum plenum habet, habuitque semper imperium, atque dominium, quod figulus super lutum; ob præcipuum tamen quo erga Israel, eiusque filios, & Iudaicum populum affectus est amorem, illum in peculiare ac veluti hæreditarium assumpsit regnum, ita vt is ipse instar sceptri istiusmodi sui esset regni. Nemo est enim qui nesciat, virgæ vocabulum in Scriptura sacra pro sceptro, regnoque cuius insigne ipsum est sceptrum, vsurpari solitum, si vel illud recolat quod in Psalmo 109. de regno Christi toties decantatur. [c] *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.*

Formare propriè pro fingere & plasmare.

a Zach. 12. 1.

b Psalm. 73. 17.

Figuli metaphorâ designatum summum, liberũque Dei dominiũ in omnes creaturas.

Deus vniuersorum rex peculiari ratione Rex dictus Israel.

c Psa. 109. 2.

Circa lectionum varietatem. Quoad. Hebr. nota, in primo membro non haberi verbum substantiuum perfectissimum in Deo significans esse, sed ita hæc haberi, (*Quia plasmator omnium ipse, & Israel virga hæreditatis eius*) Vatab. (*Sed is est, qui cuncta formauit*, &c.) Quoad versionem Sept. aliasque Græcas editiones, Codices quidẽ in primo membro conueniunt, (*Quia qui plasmauit omnia*;) discrepant tamen in aliis: Codex enim Vaticanus, Aldinus, aliique correctiores legunt αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ, (*Ipse hæreditas eius*,) Codices Complutensis & Regius, αὐτὸς ἐστιν, καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος, κληρονομία αὐτοῦ. *Ipse est, & Israel virga, hæreditas eius.* Origenes, Aquila, & Theodotio sicut in Vulgata, ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα αὐτὸς ἐστιν, καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. (*Quia qui plasmauit omnia ipse, & Israel virga hæreditatis eius.*) 8

(*Dominus exercituum nomen illi.*) Ita & Hebr. & versio Sept. iuxta Codices, Complutensem, & Regium, Iuxta correctiores verò Vaticanum, Aldinum, &c. sic κύριος ὄνομα αὐτῷ (*Dominus nomen illi,*) Pro (*Dominus*) Hebraicè est ineffabile nomen tetragrammaton, de quo sæpius actum à nobis in superioribus, sicut & de eodem cum adiuncto (*exercituum.*) Si legas, (*Dominus nomen illi,*) Hæc adiecta accipe in Epiphonema omniũ prædictorum, Ac si dicatur, ipse vnus est, & dicitur Dominus per essentiam, Deusque verus: Si legas iuxta Vulgatam, (*Dominus exercituum nomen illi,*) Per ea id ipsum significatum accipe, quod supra vers. 10. dicebatur, *Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & Rex sempiternus: ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt Gentes comminationem eius*, vt dicta hæc sint & in dominij præexpositi in Deo super omnia confirmationem: & ad eiusdẽ potentiam amplificandam, & denique ad illius excitandum timorem.

Deus est, & dicitur Dominus per essentiam.

Vers. 16.] Non est his similis pars Iacob, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

VIRIS probis quibus in hac vita Deus est ipsorum pars, idem certè pars erit, & in vita futura; si rationem quæras, quomodo in hac vita partem habere debeamus Deum, edocet te is qui dicebat, [a] *Portio mea Domine dixi custodire legem tuam*, quique propterea confidenter asserebat, [b] *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*, in futura scilicet vita. At verò de impiis apud eumdem Prophetam legimus, [c] *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorum*, quando supremus iudex eorum vnumquemque diuidet, eius portionem cum hypocritis, & infidelibus ponens in inferno, vbi erit fletus, & stridor dentium. Quibus in hac vita non Deus pars extitit, sed terrena, sed carnalia, sed voluptates, vtpote qui ea sibi vsurpent verba Ecclesiastes. [d] *Omnia quæ desiderauerũt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo.* Et quod in lib. habetur Sapientiæ. [e] *Nemo nostrûm exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus* 10

Partẽ Deum quomodo habere debeamus, vt is & in futura vita sit pars nostra.

a Psal. 118. 57.

b Psal 15. 5.

c Psal 10. 6.

Impiorũ quæ sit pars in hac vita, quave in futura.

d Eccl. 2. 10.

e Sap. 2. 9.

relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors.

VVLGATÆ.

Verſ. 16.] Non eſt his ſimilis pars Iacob, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Οὐκ ἔστι τοιαύτη μερὶς τοῦ Ἰακώβ, ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα, αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ. κύριος ὄνομα αὐτῷ.

Verſ. 16.] Non eſt talis pars Iacob. Qui enim formauit omnia; ipſe eſt hæreditas eius: Dominus nomen illi.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Non eſt ſicut hæc pars Iacob; quia qui creauit omnia, ipſe eſt, & Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.*

Hieronym. Sanctorũ pars Deus.

Verſ. 16. *Non eſt his ſimilis pars Iacob,* &c. Hieronymus. (*Non eſt his ſimilis pars Iacob*) *eorum qui ſupplantauêre Iudæos, & quotidie deſtruunt hæreticos.*[a] *Pars autem ſanctorum Deus eſt, de quo Propheta dicit, Pars mea Dominus.* (*Qui enim formauit* A *omnia, ipſe eſt.*) *Qui fecit omnia atque plaſmauit tã in anima, quàm in corpore,* (*Et Iſrael virga hæreditatis eius eſt,*) *Omnis qui directus in Deo eſt, vel ſenſu cernit Deum, ſceptrum eſt hæreditatis eius. Cuius nomen Deus omnipotens eſt, ſiue virtutum, hoc enim ſonat.* (*Dominus exercituum,*) *quod in Hebraico ſcriptum eſt Dominus Sabaoth.*

a Pſal. 72. 26.

Virga pro ſceptro regio.

Athanaſius. Spiritus ſanctus eſt virga, & arrha hæreditatis fidelium.

Athanaſius lib. de Incarnatione Chriſti & contra Apollinarium. (*Qui formauit omnia ipſe eſt hæreditas Iacob, Dominus nomen illi.*) *Vbi Propheta affirmant Dominum hæreditatem ſanctorum eſſe, ibi Paulus ait, Spiritum ſanctum hanc eſſe hære* B *ditatem, In*[b] *quo inquit, credentes ſignati ſumus ſpiritu illo repromiſſionis, qui eſt arrha noſtra hæreditatis.*

b Eph. 1. 13.

Theodorit.

Theodoritus. (*Non eſt ſimilis pars Iacob. Qui enim fecit omnia, ipſe eſt hæreditas eius, & Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.*) *Tu inquit non es edoctus hunc errorem: quoniam è ſuperis te elegi, & ſollicitudine meâ te ſummopere dignatus ſum.*

D. Thom. c Pſal. 15. 5. Felicitas cuiuſq; eſt pars ipſius. d Thren. 3. 24. e Deut. 32. 9.

D. Thomas. *Excludit Iudæorum gloriam.* (*Non eſt his*) *Pſalm.*[c] *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mi-* C *hi, quia felicitas cuiuſlibet eſt ſua pars. Thren.* 3.[d] *Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum* (*Virga hæreditatis*) *quia ſceptrum ipſius, quia hæreditarium regnum ipſius eſt. Vel virga, quia ſors. Deut.* 32.[e] *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΥ̓Κ ἔστι τοιαύτη, ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ.]

Ὠριγένους.] ἀκύλας, καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκαν, ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα αὐτός ἐστι, καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. εἶπε δὲ Ἰσραὴλ, ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. εἴληφε δὲ καὶ τὰ ἔθνη κληρονομίαν, κατὰ τὸ, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. ἔσται καὶ τὰ ἔθνη Ἰσραήλ.

[αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ. κύριος ὄνομα αὐτῷ.]

Θεοδωρήτου.] καλεῖ αὐτὸν κληρονομίαν, οὐ δεῖξαι θέλων μεμερισμένα τὰ πράγματα. τοῦ δὲ μὴ προσήκειν ἀποστῆναι δηλῶν, καὶ τὸ φίλτρον τὸ πρὸς αὐτὸν τοῦ θεοῦ τῶν δυνάμεων. πολλὰ μὲν οὖν αὐτοῦ τὰ ὀνόματα. καὶ πάντα ὅσα λέγεται ὄντως ἐστί. καὶ οὐδὲν τοιοῦτον λέγεται, οἷον ἐστίν.

2 D Verſ. 16. NON eſt talis, &c. *Qui enim formauit omnia, ipſe eſt hæreditas eius.*)

Origenes.

Origenis.] *Aquilas & Theodotion, interpretati ſunt* (*qui formauit omnia, ipſe eſt; & Iſrael virga hæreditatis eius*) *hæreditatem quoque gentes ſibi aſſumpſit,*[a] *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, erunt & gentes Iſrael. Ipſe eſt hæreditas eius: Dominus nomen illi.*)

Gẽtes quoque aſſumptæ à Deo in hæreditatem. a Pſal. 2. 8. Iſraelis nomẽ & Gentibus præſtitum.

Theodoret. Hæreditatem eſſe Deo quid propriè ſignificet. Nomina Dei plura, quorũ tamen nullũ exprimere eũ eſt ſufficiens.

Theodoreti.] *Vocat ipſum hæreditatem,* E *non vt diuiſionem rerũ oſtendat. Verùm vt alienã intelligantur, quæ ad ipſum non attinent, & amorem declarans erga illum Dei virtutum. Multa quidem illius nomina, verèque eſt quidquid ille dicitur, nec tale quicquam dicitur qualis eſt.*

Verſ. 17.] Congrega de terra confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Congrega, (ſeu Retrahe) de terra confuſionem (ſeu merces, aut humiliationẽ) tuam, quæ habitas in obſidione (ſeu in munitione.)

QVICQVID *foris habes ſubſtantiæ ô Ieruſalem, quicquid in agris tibi eſt frugum, & eduliorum in loca congrega munitiora, & para longæ obſidioni alimenta, quibus confundaris, cùm nihil tibi ſint profutura.*

2 *Collige iam quæ obſeſſa teneris, quæque propterea* F *in obſidione habitas, congrega viles, quibus confundaris, ſarcinulas tuas, quia citò deuicta fugam capies.*

3 *Congrega & idola tua, quibus confuſione repleberis, vt unà cum illis in captiuitatem deducaris.*

4 *Perſta in tua obſtinatione, & congrega per ſingulos dies tibi confuſionem, quæ ex Chaldæis tibi obſidendæ obuentura eſt.*

5 *Retrahe iam de terra humiliationem tuam.*

6 *Ne iam colas ampliùs idola.*

7 *Ne te humilies nationibus, petendo ab illis auxilium, & in eis fidendo.*

8 *Sed & tu quoque Babylon, Congrega vires tuas, quibus obniteris vniuersum tibi subiicere Orbem, quæ nunc es fortissima, breuique cingenda es obsidione.*

9 *Congrega & idola ipsa tua, quibus tunc pereuntibus confundaris: vt videas, omnem sapientiam tuam esse stultam: licet enim habites loca munita, ego tamen dissipabo te.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 VARIETATEM magnam, atque multiplicem in huius sententiæ (*Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione,*) reperio explicatione, tum in assignando cuinam habita hæc sint; tum in lectionum interpretationibus; tum in sensibus lectioni cuique allatis. Censuit Vatablus ad Babylonem hæc dicta, quod non omnino à veritate alienum censeo, cùm mox de illius idolorum visitatione, vnà cum ciuitatis euersione per Persas, Medosque facienda actum dixerim in vers. 15. *Vana sunt, & opus risu dignum, in tempore visitationis suæ peribunt.* Quod si hoc pacto, vt ad Babylonem hæc dicta sumpserimus, non incipiet in his nouum vaticinij argumentum, sed rectè cum præcedentibus iungentur, nostræque Vulgatæ hic erit sensus, (Vatabli enim referam, cùm illius afferetur & lectio.) Adueniente eo visitationis tempore, ô Babylon, quæ tunc arctiùs obsessa intra obsidionem habitabis, congrega tunc idola ipsa tua, quibus pereuntibus confundaris, quæ in illis tantum habes fiduciæ. Vt rectè idola (*confusionem tuam*) dixerit Propheta, quia paulò ante in vers. 14. prædictum fuerat, *Confusus est artifex omnis in sculptili,* &c.

Vatablus.

Communi tamen cæterorum ferè omnium expositorum consensu ad Ierusalem hæc sicut, & quæ in toto sequuntur capite, habita sumuntur, hocque & mihi dici videtur verius, vt hæc sit noua sententia noui argumenti initium. Ponit autem ob oculos Propheta vti præsentes Chaldæos ipsam obsidentes Ierusalem, & vti præsentem quæ mox futura ei erat calamitas. Quod autem dicit, tale est, Collige iam quæ obsessa teneris, quæque propterea in obsidione habitas congrega viles, quibus confundaris sarcinulas tuas, quia citò deuicta fugam capies, & dispergêris, vt mox subiicitur.

2 Hunc nostræ Vulgatæ facilem ac genuinum arbitror sensum. Si cui tamen is non placeat, accipiat quem sibi libuerit ex his quos ex aliorum sententia subnecto. Communiori siquidem ita hæc exponunt intellectu. Quicquid habes foris substantiæ in vrbem munitissimam congrega, & para longæ obsidioni alimenta, quibus confundaris, cùm nihil tibi sint profutura.

Hugo Card. *Post reprobationem idolorum*, ait Hugo Cardinalis, *pœnam hic subiungit Iudæorum, & Ierusalem, quæ ea adorauit. Congrega de agris victualia, quæ vertentur tibi in confusionem, quia nihilominus destruêris. Vel ironicè. Omnia tua congrega, si potes, & pone in loco munitissimo, ne hostis ea capiat. Ita enim Iudæi confidebant in munitione ciuitatis, vt pro nihilo reputarent hostium aduentum.*

Figueira. Parum diuersè Figueira. *Congrega res tuas confusione dignas, & quæ te à captiuitatis confusione non liberabunt, citò habitatura intra muros obsessa.*

Io. Maldon. Ioann. Maldonatus. *Congrega de terra confusionem tuam, id est, Idola tua quibus confunderis collige, vt fugias, ô Ierusalem, quia in captiuitates dispergêris. Sicut Isaias 46. 1. prædicit fore, vt Babylonij ob Darij aduentum fugientes idola sua secum portent vsque ad lassitudinem.*

Nicolaus de Lyra. Admodum tandem diuersè Nicolaus de Lyra. *Describitur*, inquit, *obstinatorum punitio. (Congrega) quasi dicat, Veniet tibi confusio ex vniuersis partibus ô Ierusalem, quæ obsideberis à Chaldæis.* Quem Lyræ sensum ita prosequitur Christophorus à Castro, *Persta ô Ierusalem in tua obstinatione, & congrega per singulos dies tibi confusionem, quæ ex omnibus terræ gentibus tibi obsidendæ ventura est: quomodo Paulus ad Rom. 2. dixit de improbis, quòd* [b] *thesaurizent sibi iram in diem iræ. hoc est augeant peccata, ac proinde & supplicia.*

Per obstinationem cõgregamus quotidie nobis confusionem.

Christoph. à Castro.

b Rom. 2. 5.

3 Sept. Interpretes non imperatiuè verbum exponentes, sed in tertia persona præteriti, ac si quod Hebraicè legitur אספי *assi* legerint אספה *asepha*, ita hæc verterunt, (*Congregauit de foris substantiam suam quæ habitat in munitione.*) Sic in textu Hieronymi, & in Codicibus Complutensi ac Regio ἐν τειχίσματι, (*in munitione.*) Correctiores verò Codices Vaticanus, Aldinus, & alij ἐν ἐκλεκτοῖς, (*in electis,*) prout habet & Theodoritus. Electorum autem vocabulo plus designatur quàm munitionis, significatur enim habitatio in locis, & ciuitatibus non solùm naturâ, & artificio munitissimis, sed & amplitudine, & pulchritudine, & vbertate eximiis, vt tantumdem sit, Habitare in electis, ac Habitare in præclaris, quod in Psalmo 15. dicitur, [c] *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*

In electis habitare quid sit.

c Psal. 15. 6.

Quamquam si electorũ idem nomen pro alto sumatur, quo sensu dicuntur Cedri electi [d], Abietes [e] electæ, & Saül [f] electus, quòd ab humero, & sursũm emineret super reliquos populi, & Sponsus in lib. Cant. dictus, [g] *Electus vt Cedri* idipsum erit, (*Quæ habitas in electis,*) id est, in locis excelsis, ac (*Quæ habitas in munitione.*) Porrò haud diuersus est lectionis Sept. sensus ab eo quod in nostra habetur Vulgata, sed id factum asseritur ad futuri euentus certitudinem designandam, ad quod in Vulgata ipsa excitatur Ierusalem. Æquè est autem ac si dicatur, Ierusalem, eiusque populus ad Chaldæorum aduentum congregauit, quicquid foris habebat in loca munita, in quibus habitat & diuturnam ferre potest obsidionem, sed frustra, quia, &c. vt in vers. sequenti.

Electus pro altus.

d Ier. 22. 7.
e Isai 37. 24.
f 1. Reg 9. 2.
g Cant. 5 15.

4 In Hebraico textu ambiguitas plurium significatuum & verborum, & nominum, quæ in hac sententia habentur, varietatem & lectionum, & explicationum causauit sententiæ eiusdem. Primò enim ambiguum est verbum אסף *asaph*, cùm non solùm significet congregare, & colligere, sed & retrahere, auferre, remouere, deficere, & similia. Secundò, nomen כנען *chingan* significat & merces, & humilitatem, atque humiliationem à verbo כנע *chanang*, humiliare, nec non & negociari. Tertiò nomen מצור *marzor*, obsidionem significat, & munitionem, aut ciuitatem munitam, sic appellatam, inquit R. Dauid in lib. Radicum, quod vi non capiatur, sed obsidione, fame, & siti.

Qua

Quapropter Sanctes quidem Pagninus. Ita hæc vertit, (*Collige de terra merces tuas habitans in loco munito,*) Regia (*Collige de terra negociationem tuam habitans in munitione,*) Vatabl. (*Congrega de terra substantiam tuam, seu humiliationem tuam tu quæ habitas in loco munito.*) Et est sensus, ait in Annot. *Congrega vires tuas quibus conaris vniuersum Orbem tibi subiicere ô Babel, quæ nunc es fortissima: vel quæ habitura es in obsidione: siue quæ breui cingenda es obsidione. Interminatur hic Babylonis euersionem, & exitum.* In quo Vatablus sequacem habet & Isidorum Clarium, qui in suis scholiis, *Congrega*, inquit, *id est, aufer, Loquitur vt quidam volunt, ad Babel, vt videas, ait, omnem sapientiam tuam esse stultam, licet enim habites loca munita, ego tamen dissipabo te.* R. Dauid in Thesauro, (*Retrahe de terra humilitatem tuam,*) id est, Retrahe à mundo humilitatem, quam fecisti illis, quæ, vel quia habitatura es in munitione, vel arce.

Vatabl. *Babylonis euersio prædicta.* — Isid. Clar. — R. Dauid.

Aliterque eamdem R. Dauid lectionem interpretatam reperio apud Andream Cappellam, Retrahe de terra humilitatem tuam, id est, Ne te humilies nationibus, petendo ab eis auxilium, & in illis fidendo, sed tota à Deo pende: vt sit sermo ad Ierusalem. Vel per humilitatem idolorum adorationem quibus se incuruabat, significat, quasi dicat. Noli adorare idola. R. Salomon (*Deiice*, seu *deprime præ terra*, id est plusquam terram (*humiliationem tuam*) Ierusalem quæ nunc habitas in ciuitate munita, id est, Plusquam terra humiliaberis, & deprimeris in captiuitate.

Andr. Capp. *In Deo tãtum auxilio fidendum.* — R. Salomon.

Vers. 17.] Congrega de terra confusionem tuam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Contra Auaros.*

QVOD in vers. 17. dicitur, *Congrega de terra confusionem tuam quæ habitas in obsidione*) per ea optimè explicabis moraliter, quibus apud alium Prophetam de auaris sic dictum legimus, [a] *Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali: Cogitasti confusionem domui tuæ.* Faciuntque ambo hi loci pro eo Euangelij quo diues ille aiebat, [b] *Quid faciam quia non habeo quò congregem fructus meos? Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Cùm è vestigio dixerit illi Deus, *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te; quæ autem parasti, cuius erunt?* Sic quod hîc dicitur, (*Congrega de terra*, &c.) vt ironicè ad auarum quemque dictum sumes.

a Abac.2.9. — b Luc.12.18.

6 *Auarus coaceruat diuitias in sui interitum.*

Habetque sententia ista multùm contra eosdem auaros roboris, si eius singula perpendantur verba. Quod enim primò in ea ponitur verbum, (*Congressa*) nedum simplicem, quæ ab auaris fit, designat opum coaceruationem, sed & earumdem collectionem subindicat, quæ in interitum plerúmque fit ipsiusmet coaceruatoris, de qua in lib. Ecclesiast. asseritur, [c] *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole: diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui.* Vide quæ diximus supra in prima expositione vers. 13. cap. 8. quoad vim istius verbi congregandi sæpius in Sacris literis vsurpati pro colligere simul in in-

c Eccl.5.12.

A teritum, iuxta illud, [d] *Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos, sicut oues in die occisionis.* (*De terra.*) fieri rectè dicitur auari coaceruatio, quia quicquid diuitiarum ab illo colligitur, cuius totum studium est, vt terrena sapiat, de terra est, siue aurum illud sit, siue argentum, siue lapides preciosi, siue fruges, aut pecudes, sicque (*de terra,*) vt terra & vnumquodque sit eorum. In versione Sept. pro (*de terra*) aliter sic habetur, (*de foris,*) vt sit allusio ad proprium præexpositorum nomen, quo bona appellantur externa, ad differentiam bonorum internorum, diuitiarum quæ ex internis B virtutum actibus, ex internaque diuina gratia in cælestes conduntur thesauros: de quibus apud Isaiam legimus, [e] *Diuitiæ salutis sapientia, & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.* Et propter quas in præcitato Lucæ Euangelio anima [f] illa quæ eas congregare satagit, *diues in Deum* appellatur.

d Iere.12.3. — *Auari diuitiæ terreæ sunt.* — *Diuitiæ sunt bona externa.* — e Isai.33.6. — f Luc.12.21

7 *Diuitiæ appellatæ confusio auari.*

Porrò diuitias quæ de foris, & de terra ab auaris congregantur, tametsi iuxta alias lectiones vel substantia vocentur, vel merces, vel humiliatio, vt in literæ habes expositione, aptissimè noster Interpres confusionem nuncupat C ipsius auari, (*Congrega de terra confusionem tuam*) iuxta illud Apostoli, [g] *Gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.* Atque ad hanc exprimendam confusionem, [h] *Super eum* qui istiusmodi congessit terrenas opes, in iisque suam collocauit & spem, & gloriam, *ridebunt*, ait Propheta, & irridentes dicent, *Ecce homo qui non posuit Deũ adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.* Multóque magis istud eisdem competit confusionis nomen pro eo temporis articulo, quando mors ipsi instat auaro, iuxta illud, [i] *Ne timueris quum* D *diues factus fuerit homo, & quum multiplicata fuerit gloria domus eius,* in congestis videlicet opibus, & in opulenta supellectili. *Quoniam quum interierit, non sumet omnia,* id est, nihil sumet, *neque descendet cum eo gloria eius.* Congruit & diuitiis eisdem vocabulum humiliationis, iuxta eam lectionem quâ dicitur, (*Congrega de terra humiliationem tuam,*) tum quia ea est auari illarum cõgerendarum auiditas, vt nil tam vile sit, & indignum ad quod is se non deiiciat, & humiliet, vbi vel minimum quid sui videat luceri: tum quia iis ipsis quarum iam compos est, ita se humiliat, E suumque prosternit animum, vt instar idolorum eas adoret, qua de re egimus aliàs sæpe ex Apostolo, [k] auaritiam idolorum seruitutem vocante.

g Philip.3.19 — h Psal.5.8. — i Psal.47.18 — *Diuitiæ appellatæ humiliatiõ auari, & cur.* — k Gal.5.20.

8 *Diuitiæ sunt auaro fortis munitio.*

(*Quæ habitas in obsidione,*) seu iuxta aliam literam, (Quæ sedes in munitione) Peregregia sanè auaræ animæ descriptio. Audiuimus quippe diuitem illum Euangelij auarum supra dixisse, [l] *Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, & bibe, & epulare.* Et in lib. Prouerb. legimus. [m] *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.* Quàm arctâ autem per diuitias ipsas F suas diuites obsessi teneâtur obsessione, ne quóquam egredi, aut ingredi queant, præterquàm quò quotidianâ patet experientiâ, ex duobus Sacræ scripturæ locis explicatur peroptimè: ex eo quod in lib. Ecclesiast. dicitur. [n] *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: Viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus*: manifestè colligitur, quàm arduum ipsi sit diuiti quieti suas possidenti opes, vel per mortem ab illis se expedire, cùm nihilominus eidem pateat, quòd nihil intuli

l Luc.12.19 — m Prou.10.15. — *Diuitiis quâ arctâ obsidione obsessi teneantur auari.* — n Eccl.41.1.

a 1.Tim.6.7. intulimus in hunc mundum, certumque nihil[a] inde afferatur, vt ait Apostolus. Et ex eo quod in Euangelio legimus, dicente Iesu cuidam principi, [b] *Adhuc vnum tibi deest: Omnia quacumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. His ille auditis contristatus est, quia diues erat valdè*, colligitur, quã arctè per diuitias obsessi teneantur opulenti, ne ab earum egressi obsidione & perfectionis viam, & regnum ingrediantur cælorũ. Quod apertiùs postmodũ explicauit Iesus cùm subiecit. [c] *Quàm difficilè qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt? facilius est enim Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.*

b Luc. 18. 22.

c Luc.18.24.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Congrega de terra confusionem tuam, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Συνήγαγεν ἔξωθεν τὴν ὑπόστασίν σου κατοικοῦσαν ἐν ἐκλεκτοῖς.

Vers. 17.] Congregauit de foris substantiam A suam, quæ habitat in electis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Congrega de terra mercimonia tua quæ habitas in munitis ciuitatibus.* 1

Vers. 17. *Congrega de terra*, &c. Hieronymus. *Præcipitur Ierusalem, vt quicquid habet foris substantiæ in vrbem munitissimam congreget, & longæ obsidioni paret alimenta, se enim nequaquam vt prius* B *de futuro, & longo tempore comminari, sed iam de vicina captiuitate, quæ iam-iámque ventura sit. (Congrega,)* inquit, *(de foris)* seu *(de terra,)* hoc est ex agris *substantiam tuam*, siue *confusionem*, *) Quicquid enim habes confusionem, dignum est.* Hieronym.

Similia D. Thomas. D. Thomas.

Theodoritus. *Cùm vocasset Deus Patriarcham è terra Chaldæorum, transtulit in Palæstinam, & progeniem ipsius ab Ægyptiaca seruitute liberatam eduxit*, quod sermo propheticus declarauit, *(Congregauit è terra aliena substantiam tuam, habitantem in electis,) Hoc est, statim vt elegit te ex aliis gentibus, terram electam donauit tibi.* Theodorit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΣΥΝΗΓΑΓΕΝ ἔξωθεν τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ κατοικοῦσαν.] A

Τοῦ Χρυσοστόμου.] αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς συνεκρότησε διαλελυμένους, καὶ διεσπαρμένους. καὶ πάλιν διεσκόρπισε, καὶ πάλιν συνήγαγεν. δεικνὺς ὅτι καὶ ὁ πρότερον συνάγων, αὐτός ἐστιν, ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὦ γνῶσις θεοῦ ἡ ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς κατοικοῦσα, ἀπὸ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ, καὶ τῶν ποιημάτων καταλαμβάνεταί σου ἡ ὑπόστασις, καὶ ἡ ἐκκλησία δὲ ἔξωθεν, τουτέστιν ἐκ τῶν ἐθνῶν D συνήχθη.

|| Βίκτωρος.] συνήγαγεν ἔξωθεν, δοὺς αὐτοῖς, καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ὃς δὲ ἐν ὑψηλοῖς, οὕτως ἐν ἐκλεκτοῖς λέγεται κατοικεῖν. εἰσὶ δὲ καὶ ἐναντίοι ἐκλεκτοὶ, μεθ᾽ ὧν οὐ μὴ συνδυάσω φησὶν ὁ Δαβίδ. ||

A Vers. 17. CONGREGAVIT *de foris substantiam suam quæ habitat, &c.* 2

Chrysostomi.] *Ipse enim eos dissolutos ac dispersos in vnum congessit; & iterum dispersit, & iterum congregauit, ostendens eundem se esse qui priùs congregauerat, qui sanat contritos corde, & ligat contritiones eorum.* Chrysost. Psal.146.3.

Olympiodori.] *O Dei notitiam, quæ in electis habitat, ex rebus admirabilibus creaturisque te esse percipimus. Ecclesia quoque deforis, hoc est ex gentibus congregata est.* Olympiod. *Contritię Dei in electis. Cognoscimus Deũ ex creaturis.*

|| Victoris.] *Collegit extrinsecus, tradens ipsis, & terram promissionis; qui verò in excelsis, is & in electis dicitur inhabitare; sunt porrò etiam & aduersarij electi, cum quibus non communicabo, ait Dauid.* || Vict.Presb. *Habitat Deus & in cælis, & in electis. Electorũ nomen tributũ & hostibus.* Psal.140.4.

Vers. 18.] Quia hæc dicit Dominus: Ecce E ego longè proiiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt inueniantur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Quia hæc dicit Dominus ecce ego longè proiiciã habitatores terræ in hac vice.*

AVDI[a] *Ierusalem, & Iuda Dominum, & obstupesce: admirandam etenim tibi comminans vltionem ait, Ecce ego alias Deus patiens & multùm longanimis erga populum istum, iam vt Deus æmulator, in eum-* F *demque terribilis habitantes tranquillè, & in delitiis in terra ista in hac vice vniuersos in Babylonem proiiciam terram maximè longinquam, non sicut antea in propinquiora Ægypti, Syriæque loca aliquos duntaxat proiicere consueui eorum.*[b] *Quinimò quos veluti preciosas margaritas habui charissimos, iam vt vilissimos, in mediaque via proiectos lapides quasi in funda rotatos iaciam, errare, atque vt inimicos meos circumuagari eos faciens. Et cùm mihi summâ obstiterint obluctatione, & obstinatione, quasi crure subiecto in terram ipsos sternam, calcéque proiiciam. Et sic*[d] *tribulationibus eos conteram, vt singuli quique ab immissis inueniantur ærumnis, & ipsorum nullus futurus sit, qui à conterentibus non inueniatur hostibus.*[e] *Arctabo siquidem ita illos, vt inueniant & mercedem suorum scelerum, & quæ per meos eis comminatus sum Prophetas.*[f] *Hæc autem omnia tibi ô Iuda à Deo contingent, vt inueniatur, & cunctis fiat manifesta plaga sceleris tui: Vtque id tandem inueniatur quod tuis sceleribus respondeat flagelli, & plagæ genus.*

b *(Ecce ego fundã iaciã.)*

c *(Ecce ego supplantabo, seu pede proiiciam.)*

d *(Et tribulabo eos, ita vt inueniantur.*

e *(Et angustiã faciam eis, vt inueniant.)*

f *(Vt inueniatur plaga tua.)*

EX

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVIA hac dicit Dominus, &c.) Explicat Propheta rationem quare mox excitarit Ieruſalem ad colligendas ſarcinulas, ſeu quas vndequaque habebat ſubſtantias in maiorem ſui confuſionem. Non ignoro, Vatablum, quique illum ſequuntur, & hæc, ſicut & præcedentia ad Babylonem habita aſſerere. Nos tamen communi inhærentes ſenſui ad Iudæos, & per proſopopeiam ad Ieruſalem dicta ſumamus. Rationem autem iſtam quò maiorem habeat certitudinis vim Propheta ex Domini affert ore, Deum ipſum inducens loquentem. (*Ecce ego*, &c.) Habentque ſingula verba vim propriam. Si quidem particula, (*Ecce*) non ſolùm vt præſentem eam indicat quæ narratur calamitatem: Sed & eiuſdem futuræ calamitatis deſignat magnitudinem, reique nouitatem, admirationem, atque horrorem, prout ſæpius notaſſe me recolo quoad ſignificatum dictæ particulæ.

Pronomen quoque, (*Ego*) emphaſim hîc habet in Dei ore; ſignificat quippe, haud hominibus tribuenda eſſe quæ Iudæis contingent horribilia, ſed ipſimet Deo, cui non eſt qui comparetur in viribus, cuius eò vſque in tolerandis tot eius populi ſceleribus maximè enituit longanimitas, partem illius ſe exhibendo, illumque virgam ſuæ præſeruando hæreditatis. (*Ecce ego*) inquit, ſcilicet Deus æmulator, Deus zelotes, Deus fortis, Deus longanimis, atque terribilis. Quid? *Longè proiiciam.*) Non ait, (*proiiciam*) ſimpliciter, prout aliàs dixiſſe vidimus. Sed (*proiiciam longè*) vt magna deſignetur iracundia, & vis diuinæ ipſius indignatæ potentiæ; & quia vſque in Babylonem & in Chaldæam proiecturus Iudæos erat in captiuitatem; in Babylonem inquam ſæpius in ſuperioribus capitibus propterea terram longinquam appellatã.

2 *Fundâ proiici aliquem à Deo quid ſit.*

Quamquam ex vi Hebraici verbi & proiectio ipſa ſignificetur in longinquum, & circumuagatio & ingens contemptus, eſt enim קולע *koleang* quod & antiquiores Aquila, & Symmachus referente Hieronymo interpretati ſunt σφενδονίζω, (*fundâ iaciam.*) Et recentiores pariter interpretes omnes eodem reddiderunt ſenſu. Regia (*Ecce ego fundâ iaciens*) Vatab. (*Ecce quaſi fundâ eiaculabor*) Pagninus, (*Ecce ego, vt lapides fundâ proiiciuntur, proiiciam.*) Indicatur autem iſtâ fundæ metaphorâ primùm ingens Iudaici populi, ciuitatiſque Ieruſalem contemptus apud Dominum, vtpote quem veluti lapidem reprobatum, & in media via abiectum, quales ij eſſe ſolent qui fundâ proiiciuntur, habuerit, cum alioquin apud Iſaiam de eodem dictum reperiamus, [a] *Et eris corona gloriæ*, id eſt, glorioſa *in manu Domini, & diadema ſpeciei*, id eſt ſpecioſum *in manu Dei tui.* Nemo eſt autem qui neſciat, glorioſam coronam, ſpecioſúmque diadema ex auro, lapidibuſque conſtare precioſis, & margaritis, quæ propterea in manu tenentur, vt ſpecie fulgoréque ſuo intuentes exhilarent oculos. Inſuper metaphorâ eadem ſignificatur, ita Iudæos à Deo proiiciendos, vt tamquam illius inimici vndequaque profugi futuri ſint, & cùm fugam arrepſerint vndequaque perſecutionibus, ærumniſque ſubiecti, multò certè & veriùs, & rationabiliùs quàm quod hoſtibus Dauid euenturum ſapiens mulier illa prædixit Abigail, ſub

Peccator in quem cõtemptû deueniat apud Deum.

a Iſai.62.3.

Vagatio & circũrotatio obuenit animæ per peccatum.

A eadem metaphora inquiens. [b] *Porrò anima inimicorum tuorum rotabitur quaſi in impetu, & circulo fundæ*, & fratricidam illum Cain ad eumdem Dominum ea habuiſſe legimus, [c] *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Quamquam poſt ipſam fugæ, & vagationis ærumnarúmque in terra ſua rotationem impetu demum maximo in longinquã proiiciendi eſſent terram Babylonis, vt in præfixum eius fundibulationis terminum, & quidem in eius quoque terræ Babylonicæ euerſionem, quã B propter proiectum in ipſam Iudaicum populum, & propter mala quæ in eumdem populum, & in ciuitatem ſanctam admittit eius Rex Nabuchodonoſor, per Medos, Perſaſque demolitus eſt, iuxta id, quod Ieremias noſter ſcripto mandauit in cap. 51.

b 1.Reg.25.29.

c Gen.4.14.

3

In verſione Sept. pro (*longè proiiciam, ſeu fundâ iaciam*) eſt verbum σκελίζω *skelizo*, quod omnes cum Hieronymo Latinè reddunt, (*Supplantabo*) vt pro compoſito ὑποσκελίζω, quod pro ſignificatu ſupplantandi, pedeque diſiiciendi in vſu eſſe ſolet, ſimplex poſitum ſit verbum, quod in C vſu minimè eſt. Vt tamen dicam quod ſentio, cum nouo hoc verbo vſi hîc ſint, à nomine id deriuantes σκέλος quod, vt Galenus interpretatur, totam eam ſignificat corporis partem quæ eſt ab oſſe coxendicis vſque ad extremos digitos pedis, & pro pede quoque ſæpius vſurpatum reperitur, id fortaſſe per illud deſignare voluerunt, quòd Deus calce, pedibuſque proiecturum Iudæos ſe aſſeruerit, vt ita vertenda eorum ſit lectio, (*Ecce ego calce proiiciam,*) magis conſonè & lectioni noſtræ Vulgatæ, & textui He- D braico. Quamquam & ſupplãtandi verbum Deo aliàs tributum reperiamus pro in terram diſiicere, incuruare, propriúſque alluſione ad luctatores intorto crure colluctantes in terram deiiciẽtes, pro deiicere in terram, vt Pſalm. 16.[d] *Præueni eum, & ſupplanta eum*, & Pſalm. 17.[e] *Et ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.* Ideoque dum hîc ait, (*Ecce ego ſupplantabo*, &c.) ſubindicat obfirmatam Iudæorum reluctantiam, quã vſque ad extremum contra ipſum reſtiterunt, ita vt quodammodo opus fuerit, vt quaſi crure ſubiecto illos ſtrauerit.

Galenus.

Peccator calce proiicitur à Deo.

Supplantet quomodo Deus peccatores.

d Pſa.16.13.

e Pſal.17.40.

4

E Quos verò ſtraturum, proiecturúmque ſe inquit? *Habitatores terræ,*) *non ſolùm Iſrael* (ait Figueira,) *ſed omnes, quia omnes Nabuchodonoſor cepit, & tandem ipſe quoque humiliatus eſt*, meliùs tamen de terra Iuda ſermonem fieri dices, quam Scriptura ſacra terram abſolutè nominare frequenter conſueuit. Quod expreſſerunt Sept. legentes. (*Habitatores terræ huius.*) Hebraicum participium יושבי *ioſciebe*, quod & (*habitantes, & ſedentes*) reddi poteſt, indicat, Iudæos potiſſimùm longè à Deo proiiciendos, qui ita ſuam illam habitabant terram, vt ſumma cum quiete F & tranquillitate in ea ſedere viderentur, commodis perfruentes multiplicibus. Benè autem adiectum eſt, (*In hac vice*,) per quod duo deſignantur, & quòd non aliquos duntaxat iſtorum habitatorum terræ, prout ante, cùm in captiuitatem ductus eſt Iechonias, ſed vniuerſos Dominus proiecturus eſſet, & quòd neque etiam, prout aliis vicibus eorumdem alios captiuos in vicina proiecit loca, in Ægyptum, & in Syriam, Sed longè hac vice omnes proiecturus ſit in Chaldæam, atque in Babylonem. Sept. in correctioribus codicibus, Vaticano, Aldino, &c. pro

(*In hac vice*) habent ἐν θλίψει, (*In tribulatione,*) vt hæc particula addita sit in explicationem rationis, quâ Iudæi supplantandi à Deo dicantur, seu calcibus petendi, atque proiiciendi. Tametsi in textu Sept. Hieronymi, in Codicibus & Cõplutensi, ac Regia particula ista, (*In tribulatione*, seu, *in hac vice,*) minimè habeatur.

5 (*Et tribulabo eos, ita vt inueniantur.*) Sic affirmanter hæc habent, & textus comment. Hieronymi, & correctus Codex Vaticanus, tametsi alij ferè omnes Latini codices cum Hugone Cardinale, Nicolao de Lyra, & aliis neganter sic legant, (*Vt non inueniantur.*) Non recedendum tamen ab Apostolica correctione, præsertim cùm sit & Originalibus consona, tã Hebr. quàm versioni Sept. quæ affirmanter id habent. Et est istius nostræ Vulgatæ lectionis sensus, Ita, cùm illos longè proiiciam, tribulationibus eos conteram, vt singuli quique ab immissis inueniãtur ærumnis, vtque nullus ipsorum futurus sit, qui à conterentibus hostibus non inueniatur. *Tribulabo eos*, inquit Figueira, *Metaphorâ sumptâ à frumento, quod in area teritur, & iumentorum pedibus proculcatur.* Quam metaphoram magis exprimit verbum Græcum.

Figueira.

Pro (*tribulabo eos*) in Hebraico textu est verbum ambiguum, quod & obsidere, & coarctare, & angustiis afflictionibusque afficere significat, & quod in Vulgata passiuè dicitur, (*Vt inueniantur,*) in eodem actiuè legitur. Adeoque locus iste diuersimodè & interpretatus reperitur, & expositus. Sanctes enim Pagninus ita eum reddit, (*Et affligam eos, vt inueniant eos angustiæ*) Regia (*Et angustiam faciam eis, vt inueniant.*) Vatablus, (*Et angustum faciam eis, vt inueniant,*) (*Arctabo eos, vt inueniant.*) Subaudi, mercedem suorum scelerum, vel quæ prædixi per Prophetas meos. Pagninus in Thesauro, (*Et obsidere faciam eos*, aut *opprimere, & angustiis, doloribusque afficere faciam illos, vt inueniant,*) scil. ea quæ dixi. Secundùm R. Dauid. R. Abraham Aben-Ezdra totum hunc versum ita exponit. Quia Dominus adducet super illos fundibularios, sagittariosque, & arctabit illis locum ipsorum, seu arctus erit illis locus ipsorum, vt in vno loco sint coniuncti, coadunati, atque vnà coarctati, seu absconditi, vt inueniant eos fundibularij, & qui cum illis fuerint.

6 In codicibus versionis Sept. varietas est lectionum. Codices quippe Complutensis, & Regius omnino habent sicut & Vulgata, (*Et tribulabo eos vt inueniantur,*) sicque refert ea & Hieronymus. Codices, Aldinus, & Frobenianus, sic, (*Et tribulabo eos, Vt inueniatur plaga tua.*) Codex demum correctior Vaticanus sine primo verbo, (*Et tribulabo eos,*) ita totum habet versum istum, (*Supplantabo habitatores terræ huius in tribulatione, vt inueniatur plaga tua.*) Et est sensus, ita tribulatione eos conteram, vt ipsorum appareat plaga, iuxta frequentem Sacrarum literarum phrasim, quâ in vna eademque sententia sæpe mutantur personæ. Quamquam & id quoque dici possit, Vltima verba ista, (*Vt inueniatur plaga tua,*) esse Prophetæ, qui ad ipsum Iudæorum populum conuersus hæc dictis subiecerit Dei, ac si dicat, Ea autem omnia tibi à Deo contingent, vt inueniatur, & manifesta omnibus fiat plaga sceleris tui. Vel meliùs, vt non tam de culpæ, quàm de pœnæ plaga sermo sit. Supplantabit te Deus, multiplicique te conteret tribulationis genere, vt id tandem inueniatur quod tuis sceleribus respondeat flagelli, & plagæ genus. Vnde benè subiicitur in vers. sequenti. *Væ super contritione tua, dolorosa plaga tua.* Porrò quod passiuè & Sept. & Vulgatæ interpres legerint, (*inueniatur*) cùm in Hebr. actiuè id modo habeatur, ex varia earumdem literarum lectione factum est. Enimuerò nunc cum adhibitis punctis ita legitur ימצאו *imtzau*, *inuenient*: Illi autem sine punctis ita legerunt ימצאו *immatzeu* inuenientur, seu iuxta eos codices qui in singulari id habent, *vt inueniatur*, absque vltima litera ו *vau*, idem Sept. legerunt *immatze*, tertia persona masculini generis, seu *thimmatze*, tertia item persona generis fœminini. Vulgatæ lectionem, quæ habet negatiuè. (*Vt non inueniantur*) ita exponunt Hugo quidem Cardinalis. Vt non inueniantur propter paucitatem relictorum, ideo enim additum (*in hac vice,*) quia aliàs quidem Iudæos puniuit, sed non destruxit ciuitatem eorum, vt in vltimo Chaldæorum aduentu. *Vt non inueniantur*, scilicet ab amicis, ait Nicolaus de Lyra.

Hugo Card.

Lyra.

Vers. 18.] Quia hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7

In die iudicij quomodo reprobi longè proiicientur.

De ea vice moraliter hæc dicta sumi possunt, quâ in extremo iudicij die mundanos terrenosque homines, qui non vt aduenæ, & peregrini, sed vt habitatores fixas in terra suas constituère sedes, iudex ille cælestis à se longè proiiciet, eam aduersùs illos proferens sententiam, [a] *Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Quàm autem longè eâ vice à cælorum ij proiiciendi sint regno vel ex iis arguere licet Abrahæ verbis, quibus ad diuitem Epulonem in inferno sepultum dixit, [b] *Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare.* Ex vi autem Hebraici verbi quod propriè hoc loco vertitur, (*Ecce ego fundâ iaciam habitatores terræ:*) impetus designatur maximus, quo per eam sententiam miseri illi in infernum proiicientur, necnon & ingens animorum cruciatus quo veluti per quandam fundæ circumrotationem ante prædictam proiectionem ad solum iudicis aspectum, necnon & ad propriæ cuiusque cõscientiæ remorsum torquebuntur. Porrò impetum proiectionis illius exinde probare potes, quod in libro Apocalypsis Babyloni euenturũ legimus.[c] *Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa, & vltra iam non inuenietur.* Quem locum maximè hîc opportunum censuerim, si eam subsequentium lectionem sequamur, quam in plerisque codicibus reperimus, (*Et tribulabo eos, ita vt non inueniantur*) iuxta illud Psalmi.[d] *Periit memoria eorum cum sonitu.*

a Matth. 25. 41.

b Luc. 16. 26.

In die iudicij reprobi torquebuntur etiam ante iudicis sententiam.

In die iudicij quo impetu in infernum proiicientur reprobi.

c Apoc. 18. 21.

d Psal. 9. 8.

Infernalium pœnarũ æternitas probata.

Quamquam cùm iuxta correctiores Codices affirmatiuè potiùs eadem sic legenda sint. *Et tribulabo eos ita vt inueniantur*, aptiùs per ea æternitas exprimitur cruciatuum, quibus iidem magno impetu in infernum detrusi contererentur, ita vt semper à nouis inueniãtur tormentis. Sumunt tamen sententiam istam seiunctim aliqui, vt moraliter per eam significetur, eò omnem diuinam tendere castigationem, vt inueniantur an rectè ince

incedant, ſeu iuxta Hebr. vt inueniant ſeſe ſcilicet, ac Deum: vt afflicti ad ſe ipſos reuerſi cognoſcant, quòd à Deo deficientes mirum in modum ſibimet defuerint. Aptiorque ad hæc iſta erit ſententia, ſi tribulandi verbo alluſio fiat ad tritici contritionem, quæ fit in area, vt è ſpicis educatur, & inueniatur frumentum. Quod & in nucleis contingit, & in caſtaneis intra ſpinoſos ericios latentes.

Tribulationes à Deo immiſſa vt inueniatur quid ſit.

VVLGATÆ.

Verſ. 18.] Quia hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

18. ὅτι τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ σκελίζω τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ταύτην ἐν θλίψει, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου.

Verſ. 18.] Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego ſupplantabo habitatores terræ huius in tribulatione, & inueniatur plaga ga tua.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam tribulationem ſuper populum iſtum, & ſicut proiiciunt lapidem fundâ, ſic diſpergam habitatores terræ hoc tempore: & tribulabo eos, vt recipiant retributionem peccatorum ſuorum.* 1

Verſ. 18. (*Quia hæc dixit Dominus.*) Hieron. *Quæ licet prepares hæc, ſuper his Domini dicta cognoſce. (Ecce ego in hac vice,) id eſt in iſto tempore, (proiiciam, ſiue inſtar fundæ iaciam longè habitantes terræ huius.) Pro quo Sept. interpretati ſunt, Supplantabo, & cadere faciam. Pro quo verbo Hebraico* B קולע *coleang, Aquila, & Symmachus interpretati ſunt* σφενδονήσω*, Et eſt ſenſus (Inſtar fundæ cum omni impetu abiiciam,) & ſic eos obſideri faciam, ſicque tribulabo, & coanguſtabo, vt omnes in vrbe reperiantur, & effugere nequeant malum.* Hieronym.

Theodoritus. (*Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego ſupplantabo inhabitantes terram hanc tribulatione, & affligam eos, vt deprahendantur,) An rectè currerent, & incederent. An cùm curſus ſit noxius, obtenebrantur, vt deſinant pernicioſè currere.* Theodorit. *Tribulationũ vtilitas.*

D. Thomas. *Ponit pœnam captiuitatis. (Quia hæc dicit Dominus, in hac vice) q.d. Vlterius non parcam: (Ita vt non inueniantur) in vrbe, vel quia maior pars mortua eſt.* D.Thom.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἸΔΟΥ͂ ἐγὼ σκελίζω, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου.] C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡς ἀνθρώποις προσεῖχον αὐτοῖς, οὐδὲ παρὰ θεοῦ ὄντι ἐνόμιζον εἶναι τὰ ἀγαθά. ἀλλ' ἔλεγον ἐν τῇ ἰσχύϊ ἡμῶν ἔχομεν κέρατα. ὁ δὲ κύριος οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ, οὐδ' οὐ μὴ κακοποιήσῃ. διὰ τοῦτο φησὶν, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου.

Βίκτωρος.] ὡς γὰρ κακῶς τρέχοντας σκελίζειν αὐτοὺς ἀπειλῇ, πρὸς ἔλεγχον. τῆς δικαίας αὐτοῦ πληγῆς. εἰ γὰρ καλῶς ἔτρεχον, οὐκ ἂν ἐσκελίζοντο, ὅπως ἐπ' ὀλέθρῳ τρέχοντες παύσονται. ||

Verſ. 18. ECCE *ego ſupplantabo, &c. vt inueniatur plaga ſua.*) 2

Chryſoſtomi.] *Nam quia non vt hominibus ipſis attendebant, nec bona illi à Deo manare exiſtimabant, ſed dicebant, robore noſtro habemus cornua; Deus autem nec bona, nec mala dabit. Propterea inquit, vt inueniatur plaga tua.* Chryſoſt. *Plaga vniuerſa hominis ex ſuperbia.*

(*Ecce ego ſupplantabo, &c.*)

|| Victoris.] *Vti verò malè currentes eos ſupplantare minatur, ad ſuæ iuſtæ plagæ comprobationem, ſi enim rectè currerent, non ſupplantarentur, vt in ruinam ſui ruentes ceſſent.* || Vict. Presb. *Supplantare ſolet Deus, quos à curſu malo impedit.*

Verſ. 19.] Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea: Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 TVNC [a] *ſanè gemens in iſtiuſmodi prorumpes verba. Peſſimam iam percipio eſſe plagam meam, calamitatémque iſtam: cùm tamen quando me attingere ea cœpit, haud illius adhuc plenè compos dicerem; Sanè hæc tandem eſt quæ in me ingruebat afflictio, talis profectò, quam potero tolerare.*

a Væ mihi ſuper contritione mea: peſſima plaga mea: ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.

2 *Modo ab illa oppreſſa aliter loqui coacta ſum, & dixi, Certè iſta eſt, quæ me capit afflictio, vti vſque ad oſſa me penetrat, & quod me magis angit illum diutius portabo, & ineuitabiliter tolerabo. Deique experta caſtigantem manum fateri coacta ſum, calamitatẽ iſtam meritò dicendam eſſe meam, quam meis cõmerui peccatis, mihique deberi meis dignam ſceleribus;* D *Ideoque & patienter ferendam.*

3 *Sed & [b] ego qui hæc tibi, vt Dei Propheta denuncio, hanc miſeram tuam deplorare cogor ſortem, ita vt ſuper contritione tua & mihi pariter væ, gemituſque inſit, & calamitas ipſa tua ſit mihi quoque doloris maximi: adeo vt præ compaſſione dixerim, Verè calamitas iſta vulnus meum eſt, & præ ingenti erga te commiſeratione ab eadem oppreſſus & ipſe ſum, cùm id tuum animaduerti vulnus, quod te apprahendit.*

b (Væ ſuper contritione tua, doloroſa plaga tua. Et ego dixi: Verè hoc eſt vulnus meum, & apprehendit me, ſeu, hoc eſt vulnus tuũ, & apprehendit te.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

E VAE *mihi, &c.*) Loquens proponitur à Propheta ciuitas ipſa Ieruſalem, eiuſque populus tunc temporis, cùm quæ mox ei minatus eſt Dominus, ipſam attigerint, ſentiens quippe ingentis calamitatis grauitatem, quam numquam talem, tantámque eſſe poſſe exiſtimaſſet, ſuæmet indolens ſorti. Dolens, & ingemiſcens dicere inquit cogor, Heu mihi ſuper calamitate quâ tota concuſſa ſum, & cõtrita. 1

(*Pessima plaga mea*) calamitas certè ista mea vix esse potest maior, est siquidem pessima. (*Ego autem dixi: Planè hac infirmitas mea est, & portabo illam.*) Notum iis est, qui Hebraicam linguam callent, non esse Hebræis præteritum imperfectum, aut plusquam perfectum, sed pro illis adhiberi solitum præteritum; Sic ergo hoc loco quod dicitur, (*Ego autem dixi*) puto positum Hebraicâ phrasi, pro (*Ego autem dicebam*) vt sensus sit, Pessimam iam percipio istam esse calamitatem; cùm tamen quando, & cætera, vt in paraphrasi num. 1. Hoc ferè sensu exponit ista & Figueira, ac si dicatur, Quamuis omnes gentes flagellandæ sint. Ego tamen prima flagella sustineo. Ideo væ mihi, &c. Ego autem dixi, antequàm plenè perciperem huius vulneris grauitatem, (*Planè hac*, &c.) id est, Certè vulnerata quidem sum, sed hoc vulnus feram, id est aliquo remedio id curabo, & leniam. *Decipiuntur enim*, inquit dictus auctor, *peccatores, neque existimant pœnam quam pro peccatis sustinebunt, esse adeo grauem, quam postea experimento sentiunt.*

Peccator futuram pœnā parui facit quam postea experitur grauissimam, & intolerabilē. Figueira.

2 *Pœna damnatorum diuturnitas quā illis grauis.*

Meliùs tamen & verbum, (*Dixi*) pro vero præterito accipies, & postrema hæc istius sententiæ pars in exaggerationem desumes eius quod mox dicebatur, (*Pessima plaga mea*) vt in his & diuturnitas, & ineuitabilitas designetur prædictæ calamitatis pessimæ, vt sensus sit. Et ego talis compos effecta plagæ pessimæ, dixi, Profectò ista est quæ me cepit afflictio, méme ipsa tui vsque ad ossa penetrans opprimit infirmitas, & quod me magis angit, illam portabo scilicet diutiùs, phrasi illâ quâ & Italicè dicere consueuimus. *Hò questo male, e me lo portarò.* Quem sensum clarè habet ea Sept. lectio, quâ ita hæc leguntur, (*Et ego dixi, verè hoc vulnus meum, & apprehendit me,*) de qua post modum agemus.

Cæterùm communiori expositorum sensu tota hæc sententia tribuitur Prophetæ ex persona Ierusalem loquenti, hacque ratione illam edocenti dolere, & culpam suam agnoscere, & eamdem Deum deprecando confiteri: vt quod dicitur, (*Ego autem dixi, Planè hac infirmitas mea est, & portabo illam*) significet, Dei expertam castigantem manum, grauissimámque sibi immissam calamitatem, fateri debere; calamitatem illam meritò dicendam suam, vtpote quàm suis commeruerit peccatis, sibique eam deberi suis dignam sceleribus. Ideoque & patienter ferendam phrasi nimirum illâ, quâ apud alium Prophetam dicitur. [a] *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.*

a Mich.7.9.

3 Hebraicam lectionem diuersimodè sic reddunt, Pagninus, (*Væ mihi super contritione mea, indurata est plaga mea*, Ego *autem cogitabam, profectò hanc infirmitatem ferre potero.*) Regia (*Væ mihi*, &c. *dolorosa est plaga mea, & ego dixi, profectò hanc infirmitatem*, (subaudi immisit mihi Dominus, aut quid simile) *& feram eam*,) Iuxta tertium sensum nostræ allatum lectioni. Sicut lectionem Pagnini expones iuxta eum quem primò eidem nostræ attulimus Vulgatæ. Vatablus. (*Væ mihi propter rupturam meam,* (loquitur in persona popularium, conquerens de eorum miseria,) *Et ego dixi, Plaga mea dolorifica est*, seu *doloris plena; profectò hac infirmitas mea est*, scil. magna, *& hanc feram?* Interroganter, Quod & Isidorus Clarius prosecutus nostram quoque Vulgatam interrogatiuè legens ita exposuit, (*Planè hac infirmitas mea est, & portabo illã?*) *Hoc est, Intolerabilis est hac plaga, quam quomodo ferre potero?* Et bene notat Vatab. Hebraica sic verti posse, (*Quomodo hanc infirmitatem meam ferre potero?*) Particula etenim אך *ach* nedum Planè, profectò, & similia significat, sed & quomodo, secundùm ipsum: Tametsi id ego numquam obseruasse me recolo, alia est enim particula איך *ech* illi similis, quæ significat quomodo.

Vatabl.

Isid.Clar.

In Versione Sept. tametsi quoad primum membrum conueniant codices omnes sic legentes, (*Væ super contritione tua, dolorosa plaga tua.*) Vt Propheta calamitati compatiatur Ierusalem: discrepant tamen quoad membrum alterum. Siquidem correctus Codex Vaticanus, Aldinus, Frobenianus, & alij, ita legunt. (*Et ego dixi, Hoc est vulnus tuum, & apprehendit te.*) Quorum sensus satis apertus est. Codices verò Complutensis, & Regius, necnon & textus Sept. apud Hieronymum, & apud Theodoritum aliter sic legunt, (*Et ego dixi, verè hoc est vulnus meum, & apprehendit me.*) Quæ lectio admodum mihi placet. vtpote maximam ad viuum explicans Prophetæ sancti commiserationem in populum suũ, ciuitatemque Ierusalem, iuxta illud Apostoli, [b] *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* præsertim cùm & mystico sit apprimè congrua sensui, quem in alia expositione attingemus de Christo Domino. Quamquam non minus congruè eadem sumentur, vt ab ipsa Ierusalem de semet prolata, & per prosopopeiam illi accommodata, ac si compatienti sibi Prophetæ, & eius exaggeranti calamitatem, subintulisse hæc visa sit, Sed & ego, siue, Ego quoque intra me dixi, verè hoc est vulnus meum, talis est mea calamitas, qualem tu asseris, & apprehendit me, ea scilicet insanabiliter, iuxta sensum secundo loco nostræ allatum Vulgatæ. Vnde bene, & consequenter eadem subdet. *Tabernaculum meum vastatum est.* 4

Cōpassio Sanctorum quāta.

d 2 Cor. 11. 29.

Vers. 19.] Væ mihi super contritione mea, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

DVo ex hac sententia colligere est pro iis qui propter peccata tribulatione, infirmitate, aut graui aliquâ à Deo corripiuntur calamitate. Primum in primo hoc membro vt quantumcumque acerba sit, quâ quis percussum se sentit pœnæ, & diuinæ castigationis plagâ, non tam is de illa doleat, quàm de interna animæ contritione, peccatique angatur vulnere, cuius pœna ea externa est calamitas omnis. Ac si dicatur, Plaga quidem, quâ affligor est pessima, atque grauissima. Haud tamen pro illa væ mihi esse censeo, sed super animæ meæ contritione, superque peccati mei vulnere væ mihi reuera esse autumo. 5

In tribulationibus, & calamitatibus magis dolere debemus super peccatis quæ sunt calamitatum causa, quàm super ipsas calamitates.

Alterum in secundo membro, (*Ego autem dixi: Planè hac infirmitas mea est, & portabo illam.*) Vt ex eo quòd super peccati vulnere magis quã super externa dolet calamitate, id quoque fateatur, patienter meritò sibi ferendam quamcumque à Domino illatam sibi plagam, & ægritudinem; quandoquidem sua illa omnis est in peccato quod eius est causa; Quod aliis verbis nomine totius populi apud Danielem dicitur, [c] *Omnia quæ fecisti nobis Domine in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus.* Hinc est enim quòd plerique in ægritudinibus,

Tribulationes & calamitates patienter ferendæ, cùm nos illas nostris meruerimus peccatis.

c Dan. 3.31.

nibus, atque in tribulationibus, quibus propter peccata à Deo flagellari eos cótigerit, impatienter ſe habent: quia nec ad peccata ſua vertere curant mentis oculos, nec quàm ſibi id flagelli omne ſit debitum cogitant. Peregregiè Hieronymus in ſuis Comment. ſuper id cap. 7. Michææ. [a] *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meã iudicet. Sentiens,* inquit, *anima ſe peccaſſe, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere, & indigere cauterio, conſtanter dicit ad medicum, vre carnes meas, reſeca vulnera: humores omnes, & reuma noxium durâ Hellebori potione conſtringe. Mei vitij fuit, vt vulnerarer: mei doloris ſit, vt tot tormenta ſuſtineam, & poſtea ſanitatem recipiam. Verúſque medicus iam ſoſpiti, atque ſecuræ oſtendit cauſam medicaminis, & rectè ſe docet feciſſe quod fecit.*

Hieronym. a Mich. 7.9.

Sunt qui myſtico ſenſu totam hanc ſententiam Chriſto tribuunt, vt is ipſe dicat, *(Væ mihi ſuper contritione mea,)* qui & in Euangelio [b] ſuper vaſtatione, & contritione Ieruſalem ploraſſe dicitur, plagamque & extremam calamitatem illam vti ſuam præ commiſeratione reputarit. Subdat verò, *(Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam)* quatenus iuxta Iſaiæ vaticinium, [c] *Ipſe vulneratus propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra:* & [d] *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.*

Chriſti cõmiſeratio quãta. b Luc. 19.41.

In paſſione Chriſtus noſtros portauit languores. c Iſai. 53. 5. d Iſai. 53. 4.

VVLGATÆ.

Verſ. 19.] Væ mihi ſuper contritione mea, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Οὐαὶ ἐπὶ συντρίμματί σου. ἀλγηρὰ ἡ πληγή σου. κἀγὼ εἶπα ὄντως τοῦτο τὸ τραῦμα σου, καὶ κατέλαβέ σε.

Verſ. 19.] Væ ſuper contritione tua: doloris plena eſt plaga tua. Et ego dixi: Planè hoc eſt vulnus tuum: & appræhendit te.

APPENDIX EXPOSITIONVM
ex Antiquis Patribus collecta.

A PARAPHRASIS Chaldaica. *Væ mihi ſuper confractionem meam: infirmata eſt plaga mea, & ego dixi, Certè hæc eſt infirmitas mea, & ſuſtinebo illam.* 1

Verſ. 19. *(Væ mihi ſuper contritione mea, &c.)* Hieronymus. *Iuxta Hebraicum ipſa Ieruſalem loquitur, quod vehementer afflicta ſit, & plagam ſuſtineat inſanabilem. Iuxta Sept. verò Propheta loquitur ad Ieruſalem, & plangit eam ſuper contritione, & plaga ſui, (Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas, &c.)* [a] *Ipſa loquitur Ieruſalem: Quicquid patior, meâ culpâ patior: intelligo vulnus meum, quod appræhendit* B *me: ſiue, Iram Domini ſuſtinebo, quoniam peccaui ei.*

Hieronym. *Tribulationes patienter tolerandæ vtpote peccatis noſtris debitæ.* a Mich. 7.9.

Theodoritus. *(Inuentum eſt væ ſuper contritione tua, peſſima eſt plaga tua) Contritionem vocat peccatum; væ autem, ſupplicium. Nequitiam, inquit, tuam ſecuta eſt pœna, & grauiſſimam plagam accepiſti. Poſt hæc componit lamentationem ex perſona ciuitatis, inſtruens eam quibus ſermonibus vti debeat quæ plangit delicta, & ait, (Re verâ hoc eſt vulnus, & comprahendit me,) Quaſi dicat, Plaga peccati fuit mihi cauſa malorum.*

Theodorit. *Peccatũ appellatũ contritio.*

Aponius lib. 5. in Cant. tom. 1. Bibliot. Vet. Patrum pag. ſeu colum. 826. Quod dicitur, *(Hæc infirmitas mea eſt, & ego portabo eam)* intelligendum putat vt dictum à Chriſto de infirmitate C incarnationis ſuæ. 2

Aponius. *In Incarnatione Chriſtus infirmitatem ſuam portaſſe ſe ait.*

D. Thomas. *Populus ex hoc territus plangit futuram pœnam, & primò in generali (Væ mihi) infra* [b] *30. Inſanabilis fractura tua, quaſi pro peccatis. Et promittit patientiam. (Ego autem, Infirmitas mea,) quaſi, pro peccatis mihi debita, (& portabo) patienter.* Ad finem autem poſtillæ in hoc cap. 10.

D. Thomas. b Ier. 30.12. *Tribulationes patienter tolerandæ propter quatuor rationes.*

Nota, inquit idem D. Thomas, *quod debet portari diuina percuſſio patienter propter affectum percutientis. Prouerb. 3.* [c] *Diſciplinam Domini fili ne abiicias: nec deſpicias cùm ab eo corriperis: propter conſcientiam criminis, Mich. 7.* [d] *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: propter expectationem muneris,* D *Iacob 1.* [e] *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe: propter inutilitatẽ murmuris, Thren. 3.* [f] *quid murmurauerit homo viuens: vir pro peccatis ſuis?*

c Prou. 3 4. d Mich. 7.9. e Iac. 1. 12. f Thren. 3. 39.

D. Bonauentura expoſitione in ca. 1. Threnorum. *Hac recordatione ſunt aſſiduè reuocanda mala pœnalia, vt vita præſens contemptui habeatur. (Hæc eſt infirmitas mea, portabo illam.*

D. Bonauent. *Ad vitã præſentis contẽptum perutilis recordatio pœnalium.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΥΑΙ ἐπὶ συντρίμματί σου. ἀλγηρὰ ἡ πληγή σου. κἀγὼ εἶπα, οὕτως τοῦτο τὸ τραῦμά σου.] E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δικαίως ὅταν ἀπὸ κακίας, ἤ, ὅταν παρὰ θεοῦ, ὅταν κατὰ ὀργὴν, ὅταν κατὰ ἐπιβουλὴν ἀνθρώπων.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὡς ἐκ τῆς πόλεως ποιεῖται τοὺς λόγους. κἀγὼ εἶπα, οὕτως τοῦτο τραῦμά ἐστι. τὰ γὰρ ἄλλα οὐκ ἦν τραύματα φορητὰ, ἀλλὰ δεινά.

Θεοδωρήτου.] εἶτα, φησὶν, ὄντως τοῦτο τὸ τραῦμά σου. τουτέστιν ἐγώ σοι ταύτην προσήγαγον τὴν πληγήν. οὐ γὰρ ἂν παρὰ τὴν ἐμὴν βουλὴν κατίσχυσαν οἱ πολέμιοι.

Verſ. 19. VAE ſuper contritione tua, &c. Doloris plena eſt plaga tua. Et ego dixi planè hoc eſt vulnus tuum, &c.) 3

Chryſoſtomi.] *Iuſtè cùm ex malitia, cùm à Deo, cùm per iram, cùm ex inſidiis hominum.*

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Ex perſona Vrbis ſermones hos facit. At ego dixi. Ne hoc vulnus eſt, cætera enim non erant vulnera toleranda, ſed grauia.*

Chryſoſt.

Theodoreti.] *Deinde ait; vulnus hoc ſanè tuum, id eſt, hanc ego plagam inflixi. Nec enim præter meam voluntatem hoſtes præualuiſſent.*

Theodoret. *Calamitates à nobis, & à Deo.*

Verf. 20.] Tabernaculum meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt, filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Tabernaculum meũ vaſtatũ eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt.

Facilitate [a] quâ militare vaſtatur tabernaculum, quáve eiuſdem tabernaculi dirumpuntur funes, quibus id extenditur, & fulcitur omnimoda facta eſt vaſtatio Ieruſalem, & reliquarum ciuitatum Iuda, & oppidorum, atque pagorum per demolitionem omnis habitationis vnà cum ablatione omnis humani adminiculi, quo ſuſtentari aliàs quiuiſſent, opum, amicorum, & confœderatorum.

b Filij mei exierũt à me, & non ſubſiſtunt.

1 *Quos [b] ad rectum tramitem vti filios meos reducere obnixus eram, in captiuitatem ducti ſunt, & occiſi filij.*

2 *Ciuéſque mei dicet Ieruſalem poſt diutinam obſidionem fugam capientes egreſſi ex me ſunt, & à Nabuchodonoſor interfecti fuêre. [c] Sicque ipſi non ſunt, omnibus vel mortuis, vel longius in captiuitatem abductis, vt non reperiatur qui me denuò inſtauret, meaſque ædificet domos, & excelſa quæ intra me erant palatia, mœnia, & arcem, templumq́; auguſtiſſimum: Talis facta eſt terræ vaſtatio, vt vix eorum reperiendus ſit locus.*

c Non eſt qui extẽdat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas, (ſeu, Non eſt vltra locus tentorij mei, locus pellium mearũ.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ

1 *Tabernaculum meum vaſtatum eſt, &c.*) Proſequitur Propheta enarrationem calamitatis Ieruſalem, populique Iudaici, quam per proſopopeiam deflentem induxit in præcedenti verſ. iam extremam ipſam ſubeuntem calamitatem, ſuámque deplorantem euerſionem, & ciuium ſuorum captiuitatem. Duo ſiquidem iſta hîc ab illa exponuntur; primum quidem omnimoda deuaſtatio per euerſionem, & demolitionem omnis habitationis ſuæ, vnà cum ablatione omnis humani adminiculi, quo ſuſtentari aliàs potuiſſet, opum, amicorum, & confœderatorum; nihil enim ipſi opem tulit, quin tandem à Nabuchodonoſor caperetur, & vaſtaretur. Idque eâ facilitate quâ militare vaſtatur tabernaculum, quave eiuſdem tabernaculi dirumpuntur funes, quibus id & extenditur, & fulcitur. Vnde bene adiectum eſt, (*Omnes funiculi mei dirupti ſunt.*) Vt locus iſte ei ſit ſimilis, quo ſupra in verſ. 20. capitis quarti ab ipſamet Ieruſalem eadem deplorante dicebatur. *Repentè vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ*, id eſt, tentoria ex pellibus fieri ſolita. Vt locutio ſit allegorica, quem ſenſum & tutiorem opinor, & veriorem, quàm is, quem affert Nicolaus de Lyra, vt per tabernaculum intelligatur templum, de quo ſermo ſit ad modum Tabernaculi Moyſi, quod funibus extendebatur, & pellibus cooperiebatur. Vel etiam is, quo communi ferè expoſitorum conſenſu. Tabernaculi nomine ipſa ſignificetur Metropolis totius Iudeæ ciuitas Ieruſalem, nomine funiculorum, vel reliquæ deſignentur ciuitates Iudeæ, vel oppida, & pagi ciuitati Ieruſalem vicini: quia ſicut tabernaculum funibus circumcirca extenſis ſuſtentatur, ita ciuitas à circumuicinis alitur pagis. Seu, vt ait Iſidorus, quòd ciuitatis oppida adhæreant illi quaſi funes quibus figuntur tabernacula.

Lyra.

Circa hoc primum in textu Hebr. nihil eſt notandum, quod à noſtra Vulgata ſit diuerſum. In verſione verò Sept. primò notanda varietas in eius Codicibus, cùm in Vaticano, Aldino, & Frobeniano hæc tribuantur Prophetæ ad Ieruſalem loquenti, habent enim. (*Tabernaculum tuum, & pelles tuæ,*) Complutenſis verò, Regiuſque vnà cum textũ Sept. Hieronymi ipſi id tribuere videntur Ieruſalem, (*Tabernaculum meum, & pelles meæ,*) quam lectionem libentiùs amplecterer, cùm ſubſequentia in codicibus omnibus in prima habeantur perſona. Maiori autem cum energiâ hoc membrum primum in eadem expreſſum eſt verſione, & fortaſſe etiam diuerſo ſenſu atque in Vulgata, & in Hebr. ſic enim habet ἡ σκηνή σου, vel μου ἐταλαιπώρησεν, ὤλετο, καὶ πᾶσαι αἱ δέρρεις σου, vel μου διεσπάσθησαν. (*Tabernaculum tuum,* ſeu *meum miſeriâ affectum eſt, periit, & omnes pelles tuæ,* ſeu *meæ diſſipatæ ſunt.* Quibus id ſignificari videtur, quòd & ciuitas Ieruſalem multiplici primùm repleta fuerit miſeriâ, tum & penitus deleta, ſimulque cum illa & reliquæ totius Iudææ ciuitates, oppida, & habitacula demolita, ac diſſipata, facilitate, vt dictum eſt, quâ tabernacula diſſipantur, & pellicea tentoria. 2

Filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt. Hoc eſt ſecundum flebilis narrationis caput de ea quæ Vrbis vaſtationem conſecuta eſt ciuium ipſius vel internecione, vel captiuitate: conſuetâ Scripturarum phraſi ciues ciuitatis filij appellantur illius. Quod autem dicit, (*Exierunt à me, & non ſubſiſtunt:*) duplicem habere poteſt intellectum. Vel vt ſit alluſio ad id quod narratur in vltimo cap. lib. 4. Reg. & in cap. 52. Ieremiæ. *Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ, &c.* vbi textus proſequitur enarrare occiſionem factam à Nabuchodonoſor in Reblatha, & quomodo Nabuzardan princeps militiæ reliquos duxit captiuos, adeo vt bene dicere ipſa quiuerit Ieruſalem, egreſſos ciues ſuos iam non eſſe in ſuo ſcil. ſolo, eique præſentes, quia vel occiſi, vel in captiuitatem ducti. Aut fortaſſe meliùs per verbum, (*Exierunt*) captiuitatem deſignat ſuorum ciuium; mortem verò eorumdem per id quod ſubiecit, (*Et non ſubſiſtunt,*) phraſi nimirum illâ quâ infra cap. [d] 31. & Matth. 2. dicitur. [e] *Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt,* id eſt, quia perierunt. 3

Non ſubſiſtere, pro mortuũ eſſe.

d Ier. 31. 15.
e Matt. 2. 18.

Qui putant hæc eſſe verba Prophetæ (*filios meos*) dixiſſe eum inquiunt, quos ipſe conabatur ad rectum reducere tramitem. Ita Vatablus, qui & propterea Hebraicam ita reddit lectionẽ, (*filij mei digreſſi ſunt à me, & nuſquam ſunt,*) Cùm alioquin ad verbum ſic ea habeat, vt in Regia, (*filij mei egreſſi ſunt à me, & non ipſi.*) Quam meliùs declarat Pagninus, legens, (*filij mei qui exierunt ex me, non ſunt.*) Certè filiorum appellatione deſignatos ipſos Ieruſalem ciues ex verſione colligitur Sept. quæ habet, (*filij mei & pecora mea non ſunt.*)

(*Non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.*) Addita hæc ſunt in dictorum Epithaſim, & exaggerationem, ſeruatâ eadem quæ mox vſurpata fuerat metaphorâ tentorij, & tabernaculorum quæ ex pelliceis potiſſimùm cortinis (*cortinas* enim pro *pelles* habent Hebraica) fieri, erigique ſolent; & eſt ſenſus. Ita non ſunt 4

ſunt ciues mei, omnibus vel mortuis, vel longiùs in captiuitatem abductis, vt non reperiatur qui me denuò inſtauret, & cætera, vt in Paraphraſi. Quo dicto id præſertim deflere ſe ſignificat Ieruſalem, quòd calamitas ipſa ſua, rebus ſic ſtantibus, ſit inſanabilis: quod & in præcedenti verſ. deplorabat, dicens, *Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.* Quod expreſſiùs hîc habet verſio Sept. legens. *(Non eſt vltra locus tentorij mei, locus pellium mearum.)* Quo videtur ſignificari nedum habitationis, & ædificiorum, ſed & terræ factam vaſtationem talem, vt vix reperiendus ſit locus eorum, quomodo de impio dicitur in Pſalmo 36. *Vidi impium ſuperexaltatum,* &c. [a] *Et tranſiui, & ecce non erat: Quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.*

a Pſa 36.36.

Verſ. 20.] Tabernaculum meum vaſtatum eſt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Chriſtus deplorat damna illata fidei Catholicæ in maiori orbis parte per infideles, & hæreticos.*

RECTE & hæc quoque Chriſto tribues, conquerenti per hæc, & deploranti id quod in maiori Orbis parte vel per paganos, vel per hæreticos admiſſum eſt in deuaſtatione Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quã vnum ipſius eſſe conſtat tabernaculum: diruptos verò inquit funiculos ſuos, quia per eoſdem in compluribus etiam Chriſtianorum prouinciis peſſumdata ſunt Sacramenta, Sanctorum Patrum traditiones, Sacrorum Conciliorum definitiones, Romani Pontificis & Apoſtolicæ Sedis auctoritas, nec non & ipſa quoque à Deo inſpirata Scriptura. Quibus præfortibus veluti funibus vniuerſa Orthodoxa ſuſtentatur Eccleſia. Quodque magis eidem eſt deploratum, *(Non eſt,* inquit, *qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas.)* Quia non eſt qui vltra in miſerias illas prouincias ea inferat, quæ fidei ſunt Catholicæ, quíve Catholicam in illis denuò erigat Eccleſiam: Cùm qui Catholici erant iam à Chriſto defecerint, & rectâ amiſsâ fide perierint. *(Filij mei exierunt à me,* ait, *& non ſubſiſtunt.)*

6 *In calamitatibus omnibus gratiæ agẽdæ.*

Si moraliter ad animam referre quis & hæc velit, prout & præcedentia, admodum congruè quæ mox dixerat meritò ſe immiſſam à Deo pati infirmitatem, adeóque patienter illam à ſe tolerandam, quam propriis commeruerat peccatis, idipſum & de cæteris ſuis aſſerit calamitatibus, quarum nonnullarum præcipuarum hîc meminit dicens, *(Tabernaculum meum vaſtatum eſt)* corpore videlicet ſuo ob multas frequentéſque ægritudines ferè diſſoluto, eâ phraſi, quâ & Apoſtolus aiebat, [b] *Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei,* tũ ſubdens & inopiã adminiculorũ omnium, quibus in hac vita, atque in tantis ærumnis ſuſtentabatur, *(omnes funiculi mei,* inquit, *dirupti ſunt)* perſtans in eadem metaphora tabernaculi, quòd funibus erigitur, & ſuſtentatur. Tertiò addit, quod & à propriis derelicta ſit filiis, quorum & orbationem paſſa tandem eſt, *(filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt.)* Denique concludit, eò ſe deueniſſe miſeriarum, vt nec appareat vltra ratio, quâ domus, familiaque ſua, & rerum ſuarum ſtatus reſtaurari quoquo pacto valeant. *(Non eſt qui extendat vltra tentorium meũ, & erigat pelles meas.* Quibus idipſum ſubintelligendum vult, quod mox dictum à ſe fuerat, Et dixi: Planè miſera hæc omnia, vniuerſæque calamitates iſtæ meæ ſunt, meis debitæ ſceleribus, & portabo illas, ferámque cum gratiarum actione. Vt hæc iis ſint ſimilia, quibus abſque metaphoris Sanctus vir Tobias aiebat. [c] *Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia, & veritas, & iudicium. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & improperium omnibus nationibus in quibus diſperſiſti nos.*

b 2. Pet. 1. 14.

c Tob. 3. 2.

7 *Paralyſis ſpiritualis ex peccato.*

Alio pacto iungi hæc poſſunt item moraliter cum ſuperioribus, vt per hæc anima ipſa confirmet quid per peccati infirmitatem, de qua mox dixerat, *Planè hæc infirmitas mea,* potiſſimum portandum, ac tolerandum ſibi foret, totius ſpiritualis videlicet ſtructuræ diſſolutionem, ac veluti Paralyſim quandam qualem per neruorum qui funiculorum vicem gerunt, in corpore ex morbo contingere ſolet. Quod in hunc modum ſenſu literali explicat Gaſpar Sanctius, dicens, *Hæc eſt infirmitas illa, ac morbus mortifer vtique quẽ ſibi tolerandum dicebat populus ille, ſuæ iam inſipientiæ conſcius: Vt enim morbus corporis neruos, & quaſi funiculos laxat, atque diſrumpit, ita vt ſtatim tabernaculi ſequatur diſſolutio: ſic peccata quæ morbus quidam ſunt, veraque Paralyſis munimenta ciuium, ciuitatiſque præſidia conuellunt.*

Gaſp. Sanct.

VVLGATÆ.

Verſ. 20.] Tabernaculum meum vaſtatum, &c.

SEPTVAGINTA.

40. Ἡ σκηνή σου ἐταλαιπώρησεν, ὤλετο, καὶ πᾶσαι δέρρεις σου διεσπάσθησαν. οἱ υἱοί μου, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐκ εἰσίν, οὐκ ἔστιν ἔτι τόπος τῆς σκηνῆς μου, τόπος τῶν δέρρεών μου.

Verſ. 20.] Tabernaculum tuum vaſtatum eſt periit, & omnes pelles tuæ cõſciſſæ ſunt, filij mei, & oues meæ non ſunt: non eſt locus vltra tabernaculi mei, locus pellium mearum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Terra mea deſerta eſt, & omnes vrbes meæ direptæ ſunt: populus meus migrauit, & non comparet, nec eſt qui extendat vltra tabernaculum meum, & erigat cortinas meas.*

Hieronym. *Tabernaculi nomine deſignata omnis habitatio, & ædificium omne.*

Verſ. 20. *(Tabernaculum meum vaſtatum eſt,* &c.) Hieronymus. *Subuerſionem vrbis ſuæ tam facilem plangit Ieruſalem: vt nequaquam muros, & mœnia omnia funditus eruta: ſed tabernaculi, atque tentorij ablationem putes. (Tabernaculum) inquit, hoc eſt, Habitatio mea (repentè) ſublata eſt. (Omnes funiculi mei diſrupti ſunt.) Seruat tabernaculi metaphoram, ſiue (Omnes pelles meæ conſciſſæ ſunt, filij mei exierunt à me ſiue pecora mea,) quod à Sept. additum non ſtat iuxta hiſtoriam. In longa enim obſidione quomodo oues, & pecora auferri poterant de Ieruſalem, quæ etiam ſi fuiſſent, fames conſumpſerat: (Et non inquit, ſubſiſtunt, ſiue Non ſunt,) Neque enim tranſlati ſunt in Chaldæam, ſed magna pars eorum interfecta, penituſque deleta eſt. (Non eſt qui extendat vltra tentorium meum:) Non eſt qui me inſtauret, & muro*

intuentes magnanimum quemque pro honore tuendo nullam vitae suae habere rationem. In cuius veritatis confirmationem insigne Valerius Maximus afferens Catonis exemplum, haec habet digna quae describamus. *Tui quoque clarissimus excessus Cato Vtica monimētū est, in qua ex fortissimis vulneribus tuis, plus gloriae quàm sanguinis manauit. Siquidem constantissimè in gladiū incumbendo, magnū hominibus documentū dedisti, quantò potior esse debeat probis dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate.*

Val. Maxim. lib. 3. cap. 2.

Christo molestiora fuerunt quae à Iudaeis passus est in honore, quàm quae passus est in tormētis corporis, quàmque & mors.

Quid prophanorum, & Gentilium profero exempla? An non Christo Domino omnium maximè ingenuo grauiora extitère quae in honore à suis passus est contribulibus, quando seditioso, & ignominiosissimo ipsum postponentes, dimitti illum petierunt, & eum crucifigi dicentes, *Nō hunc, sed* [a] *Barrabam*, quàm quae in attrocissimis passus est corporis tormentis, & quàm ipsa mortis sententia? An non & crucis ignominia, & ea quae in cruce subiit improperia, & confusio, quam super cruce pro nobis induit, crudelissima ei molestiora fuerunt morte? An nō & propterea maiorem in nos exhibuit amoris ostensionem, quòd honorem, quàm quod vitam pro nobis exposuit? Audi Apostolum haec indicantem, [b] *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem*, atque ad epitasim adiicientem, *mortem autem crucis*, quae mortis omnis erat ignominiosissima, & alia in epistola, [c] *Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemptâ*, quae postrema verba faciunt in declarationem eius quod praecesserat, *sustinuit crucem.*

a Ioa. 18. 40.
b Philip. 2. 8.
c Heb. 12. 2.

Nec à veritate aberrauerit, qui & eo eiusdem Apostoli dicto, [d] 1. Cor. 9. *Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam Graecè τὸ καύχημά μου, gloriationem meam quis euacuet?* idipsum & de semet à Paulo assertum affirmet. Cùm enim ibi de vera sermonem haberet gloriatione, quâ in Christo gloriari optabat ex virtute etiam supererogationis, quâ Christi Euangelium praedicabat, famem potiùs tolerans, & manibus propriis victum sibi procurans, quàm sicut plerique pseudo-Apostoli de alieno abundantiùs viuere. Qui aliàs contestatus liberè fuerat, [e] *Gloriamur in tribulationibus*, &, [f] *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo*: mortem potiùs se appetere inquit, velle quàm inanē hanc suam reddi gloriationem, ipsique vitae temporali se asserit istum praeferre verae gloriae, solidaeque virtutis honorem, sicut & eamdem virtutem ex qua talis est gloriatio. Et profectò verissimum ad hoc propositum illud est, quòd in quodam maximè insigni Aristotelis hymno apud Athenaeum his scriptum legimus verbis.

d 1. Cor. 9. 14. 15.
Honoris virtutis vera Paulus praetulisse visus est propria vita.
e Rom. 5. 3.
f Galat. 6. 14.

Aristoteles.
Virtus praeferenda vitae.

Ἀρετὰ πολύμοχθε.	*Virtus multū laboriosa,*
Γενεᾷ βροτείῳ,	*Generi humano,*
Θήραμα κάλλιστον βίῳ.	*Venatio pulcherrima vitae,*
Σᾶς πέρι παρθένε μορφᾶς,	*Tuam ob speciē ô virgo,*
Καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐλλάδι πότμος,	*Mortem oppetere, optabile Graeciae est mors,*
Καὶ πόνους τλῆναι μαλερούς,	*Laboresque tolerare feruidos,*
Ἀκάμαντας.	*Indomitos.*

VVLGATAE.

Vers. 8.] Ecce vos confiditis, &c.

Vers. 9.] Furari occidere, &c.

Vers. 10.] Et venistis & stetistis, &c.

SEPTVAGINTA.

8. Εἰ δὲ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.

9. Καὶ φονεύετε, καὶ μοιχᾶσθε, καὶ ὀμνύετε ἐπ᾽ ἀδίκῳ. καὶ θυμιᾶτε τῇ Βάαλ, καὶ ἐπορεύεσθε ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων, ὧν οὐκ οἴδατε, τοῦ κακῶς εἶναι ὑμῖν.

10. Καὶ ἤλθετε, καὶ ἔστητε ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ οἴκῳ, οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ εἴπατε, ἀπεσχήμεθα τοῦ μὴ ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα ταῦτα.

Vers. 9.] Si autem confiditis vos in verbis mēdacibus, vnde nō erit vobis vtilitas.

Vers. 9.] Et occiditis, & moechamini, & furamini, & iuratis super iniquo, & adolebatis ipsi Baal, & ambulabatis post Deos alienos, quos non nouistis, vt malè sit vobis.

Vers. 10.] Et venistis, & stetistis coram me in domo, in qua inuocatum est nomen meum in ea, & dixistis, abstinuimus, ne faceremus omnes abominationes has.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et ecce vos confiditis in verbis Prophetarum mendacij, ita vt non prosit vobis.* Vers. 9. *Latrones, homicidae, & adulteri, & iurantes falsò, & adolentes aromata idolo Baal, & ambulantes post idola populorum quae ignoratis.* Vers. 10. *Et venitis vos, & statis coram me in domo ista, in qua inuocatum est nomen meum, & dicitis, Liberati sumus, vt faciatis omnes abominationes istas.*

Vers. 8. 9. & 10. (*Ecce vos confiditis*, &c.) Hieronymus. *Frustra eos in templo habere fiduciam sequentia peccata demonstrant. Quid enim prodest audaciter ingredi limen domus Dei, erectâ stare ceruice, & non solum cor, sed manus habere pollutas furto, homicidio, adulterio, periurio, sacrilegio, & cultu eorum Deorum quos nescias? Haec spiritualiter accidere in Ecclesia nemo dubitat, quando praesentis temporis considerātes felicitatē, sua peccata non reputant: & latère arbitrantur Deum, quia statim vindicta nō sequitur, quin potiùs in tantam prorumpunt amentiam, vt liberatos se putent, quia post mala opera etiam à cultu Domini recesserunt.*

Hieronym.
Peccatorum nostri tēporis quanta sit amentia.

Hincmarus opusc. de diuortio Lotharij Regis, & Tedbergae, *Ieremias Propheta*, (*Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacij, quae non proderunt vobis: Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter.*) *Hinc pensandum quantū crimen sit iurare mendaciter, quod adulterio, & homicidio, ac furto coniunxit Propheta, quorum perpetratores Apostolus,* [a] *Regnum Dei dixit non possidere.*

Hincmarus.
Iurare mendaciter quàm magnum sit malum.
a 1 Cor 6.

D. Thomas. (*Ecce vos: mendacij:*) *dum dicitis vos posse haec quae sequuntur impunè cōmittere, (furari) contra rem proximi, (occidere) contra personā, (adulterari) contra id quod est quasi res, & quasi persona: (Iurare.) Hic ponit peccata contra Deū.* [b] *Isai 28 Posuimus mēdacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Et ponit apparentiam ex parte insufficientiae emendae. (Et venistis, & stetistis,) quasi per ingressum templi tantum satisfacere*

D. Thom.
Per tēpli ingressum impij aliqui putant se emendari à commissis delictis, atque adeo impunè ea admittere.
b Isa. 28. 15.

satisfacere credentes, decepti fortasse per orationẽ Salomonis quæ habetur, 2. Paralip. 6. & 3. Reg. 8. *Et ipse intelligit cum perfecta morũ emendatione domum Domini ingrediendam,* (*Eò quòd fecimus,*) id est ab eo.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Εἰ δὲ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷ πάντων τῶν κακῶν αἴτιον, τὸ θαῤῥεῖν ἑαυτῷ. ἐπικατάρατος γὰρ ἄνθρωπος, ὃς πέποιθεν ἐπ' ἄνθρωπον. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπάγει τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ μὴ πάντα ἀνατιθέναι αὐτῷ. διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον δυνάμενον ἐν πολλοῖς καταστῆσαι ἀνενδεᾶ, συνεχῶς αὐτὸν ἀναρτᾷ πρὸς τὸν οὐρανὸν, καθάπερ τινὰ ἀνάγκην, τὴν συνεχῆ χρείαν ἐπιθεὶς τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι τοῦ δεσπότου. ὁ γεωργὸς, ὁ πλωτὴρ ὑπομνήματα ἔχουσι συνεχῆ διὰ τὴν τέχνην. ἕκαστος καὶ μὴ βουλόμενος εἰς οὐρανὸν παιδευόμενος ἀναβλέπει.

[Ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε.]

Βίκτωρος τοῦ πρεσβυτέρου.] μάλιστα μὲν, κἂν μὴ ψευδὴς ᾖ, λόγος ἐστὶν, ὅταν δὲ καὶ ψευδὴς ᾖ τί τὸ ὄφελος;

[καὶ φονεύετε, καὶ μοιχᾶσθε, καὶ κλέπτετε.]

Βίκτωρος.] οὐκ ἀρκεῖ χρήματα ἀφελέσθαι, ἐπεὶ συγγνώμην ἔχει τὴν πενίαν ἡ κλοπή. φονεύοντες τίνα ἂν ἔχοιτε συγγνώμην, ἢ λόγον εἰπεῖν; ποίαν προβάλλεσθε πρόφασιν; ἀλλὰ σειρά τις ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, ἡ συνέχει αὐτούς. καὶ ἡ προτέρα τὴν δευτέραν ἐφέλκεται. ἔκλεψέ τις; ἵνα μὴ ἁλῷ, φονεύει. ἐμοίχευσέ τις; ἵνα μὴ δῷ δίκην, ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα; ἵνα μὴ κατηγορηθῇ ἠρνήσατο.

[καὶ θυμιᾶτε τῇ Βάαλ.]

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ὅταν μὲν ὑβρίζεται δίκη, ἐμοῦ μέμνησθε. ὅταν δὲ τιμῆσαι τῶν εἰδώλων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Βάαλ ἐκάλουν πᾶν εἴδωλον. Βάαλ δὲ ἑρμηνεύετε τὰ ἀνώτερα κακά. κεφαλὴ δὲ τῆς ἁμαρτίας ἡ εἰδωλολατρεία.

[καὶ ἤλθετε, καὶ ἔστητε ἐνώπιον ἐμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἡ ἀναισχυντία, μετὰ τὸ πρᾶξαι παραστῆναι τῷ δικαστῇ τῷ ταῦτα πάντα εἰδότι. ἐπιβῆναι τοῦ ναοῦ αὐτοῦ παρὰ τὸν τόπον τὸν ἱερόν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι συνθήκας ἔθεσθε πρὸς ἐμέ. πανταχοῦ γὰρ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων κρίνειν εἴωθε.

Vers. 8. *SI autem confiditis vos in verbis mendacibus, vnde non erit vobis vtilitas.*] 2

Chrysostomi.] *Vide vt sit malorum omniũ fons, sibi ipsi fidere.* [a] *Maledictus enim homo qui confidit in homine, nihil enim homines ita à Deo alienos reddit, ac non omnia illi accepta adscribere. Hoc etiam in causa est, quòd cùm possit hominem minùs indignum in multis efficere, continuã impositã, tamquam necessitate quadam retinenda Domini memoriæ, nullo non tempore ipsum è cælo pendere vult. Agricola, Nauta artis suæ studio cælum assiduò contemplantur: Vnusquisque inuitus etiam Cælum suspicit, dum malis opprimitur.*

In verbis mendacibus vnde non erit vobis vtilitas.

Victoris Presb.] *Primò quidem etsi mendax non est, sermo est: si verò & mendax fuerit, quæ vtilitas?*

Vers. 9. (*Et occiditis, & mœchamini, & furamini,* &c.) 3

Victoris.] *Non sufficit pecunias subripere, cùm paupertas furtum excuset. Occidentes, quam veniam impetrare, quam rationem adducere, quos tandem prætextus texere poteritis? Verùm catena quadã est peccatũ, quæ eos astringit, & prius secũdum trahit. Bona quis aliena furatus est, ne deprehendatur, interimit. Mœchatus est: ne pœnam soluat? virum necauit? ne accusaretur inficias iuit.*

(*Et adolebatis ipsi Baal,* &c.)

Victoris Presb.] *Cùm iniuria inferenda est, mei: cùm deferendus honor, Idolorum meministis.*

Olympiodori.] *Quodcumque Idolum Baal vocabant Baal autẽ interpretatur, superiora mala, Caput enim iniquitatis Idolorum cultus.*

Vers. 10. (*Et venistis, & stetistis corã me,* &c.) 4

Chrysostomi.] *Extrema sanè impudentia post scelera patrata se sistere iudici, qui hæc omnia nouit, templum eius ingredi in loco sacro.*

Chrysost.] *Pacta mecũ percussistis. Vbiq; enim de illis iuxta eorum promissa iudicare consueuit.*

Chrysost. *Fidere in semet est fons malorũ omnium.* a Ierem. 17. *A cælo auxilium in omnibus spectandum.* Victor. *Sermo mẽdax inutilis.* Victor. *Peccatum est catena quadã adstringens vnumque aliud trahens.* Victor. *Erga Deum quam malè se habeat peccator.* Olympiod. *Baal appellatum idolum quodque.* *Idololatria iniquitatis caput.* Chrysost. *Peccatoris illum Dei adeuntis impudentia.* Chrysost. *Iudicat nos Deus iuxta ea quæ illi promisimus.*

Vers. 11.] Numquid ergo spelunca latronũ facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus.

a *Numquid ergo spelunca Latronũ facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meum in oculis vestris, ego ego sum: ego vidi (seu etiã ego ecce vidi,) dicit Dominus.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PRofectò [a] *hac ratione vos habentes erga tẽplũ, & in tẽplo, peruersissimos, vos declaratis, & facinorosos viarum grassatores, & tẽplum speluncam, in qua vosmet abdatis, & vestra deferatis, & occultetis, quæ quotidie admittitis facinora horribilia & admissa tueamini, quasi mecum è latibulis contendere volentes, quasi eò loci meus penetrare non possit intuitus, aut ibi vos tuear, seu vires non habeam, quibus vos propterea puniam. An non horrendum, vt ista domus toto terrarum Orbe celeberrima, in qua, vestrismet oculis cernentibus, orationi & inuocationi nomini mei vacari consuetum est, vobis qui electus populus meus estis instar subterranei, obscurique facta sit latronum, ferarumque antri, in quo latenter in vestris solũmodo oculis pessima quæque patremini. Etiam ego ecce vidi omnia; Ego, ego sum, & hoc ipso nomine, quo dicor, Sum qui sum, vltor istorum omnium ero, ipse & iudex sum, & testis.*

EXPO

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Latrones propriè qui dicantur.* b Luc.10.30.

NVMQVID *ergo spelunca*, &c. Supposito quòd Latronum nomine ij hîc significētur, qui grassantur in viis, de quibus in Euangelio legimus, *Homo* [b] *incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* Cùm constet, istiusmodi latronibus id esse moris, vt abditissima reperiant antra, in quæ & post perpetrata in viis scelera sese abdant, & factas deferant prædas, ad quæ & confugiant vt sese tutos seruent, ibique demorantes quodcumque ipsismet solis inspectoribus peragunt delictum. Aptissimâ certè similitudine suam Dominus concludit amplificationem redargutionis nimiæ Iudæorum fiduciæ in templo, pessimique illorum eiusdem templi abusus, quam hucusque est prosecutus: exprobratque eis, quòd præexpositâ ratione se habentes erga templum, atque in templo, & latrones se declarârint, & templum ipsum eis factum sit spelunca, in qua semet abdant, ne videantur scelesti, suaque & deferant, & occultent, quæ quotidie admittunt facinora horribilia: in qua & admissa tueantur, & noua perpetrent cuiuscumque generis scelera, prout in præcedentibus explicatum est, quasi cum Deo ipso è latibulis contendere volētes, quasi Deus eo loci penetrare nequeat, eaque videre quæ ibi fierent: vel illos ibi in talibus tueatur sceleribus, aut vires non habeat, quibus ea puniat.

Templi sacris abutūtur impij vt latronis speluncis.

2 *Templis sacris abutentes dicuntur latrones, ac peruersissimi.*

Vt autem istius conclusionis percipiatur vis, quæ maxima sanè est, singula operæprecium est perpendamus. Nam per id quòd primo hæc præmittuntur. *(Numquid ergo)* significatur, ex prædictis id necessario inferri, quod summam excitet admirationem, summumque stuporem, quin & multiplicem obstupescendi exhibeat rationem, & quòd Iudæi instar Latronum sese haberent, & quòd speluncam vt latrones subirent: hæc enim duo significantur, cùm dicitur Iudæis ipsis, *(Numquid ergo spelunca latronum facta est,* seu *fuit)* vt est in Hebr. An non stuporem incutere debuit maximum, quòd Iudæi, populus ille à Deo electus, qui pacificè sanctéque terrâ frueretur promissionis, vitam adeo egerint scelestam, vt latronibus viarumque grassatoribus comparandi essent, quibus nullum hominum genus reperire est scelestius ita vt & vulgari Prouerbio summam alicuius peruersitatem sic explicemus, *E vn assassino da strada:* In Hebræ. pro *(latronum)* est vox פריצים *paritzim* à verbo פרץ *paratz* rumpere, destruere, quod & vim magnam denotat: quasi ruptores. Et bene, nam qui eò peruenerint peruersitatis, vt latronibus similes dici debuerint, & irruptores profectò extiterunt in proximum, & ruptores iugi, ac vinculorum cultus, legisque Dei vniuersæ. Regia vertit, *(Numquid spelunca effractiorum)* efficaciusque Vatablus, *(Numquid spelunca nebulonum, facinorosorum?)*

Tēplis sacris abutentes cōparati feris.

Spelunca locus subterraneus est, obscurus, habitatioque ferarum potiùs quàm hominum, adeo vt non immeritò feras dixeris, qui speluncā pro confugio habent ad vitia. Et quidem horrēdum quòd id Iudæis competat, vt & instar latronum, & instar ferarum speluncas sibi quæsierint ad scelera; At multò certè horribilius, quòd ipsimet sacrosanctum templum in talem sibi delegerunt speluncam, *(Numquid spelunca latronum* A *facta est domus ista:* pondera vocem *ista* quæ indicatiua cùm sit, magnam hoc loco habet vim, vtpote quâ indicetur templum toto terrarum Orbe celebre ad sacra dumtaxat exercenda erectum, tantique propterea ab ipsis existimatum, vt de eo vno potissimum gloriarentur.

(In qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris.) Hoc præ omnibus horribilius, quòd templum tale in latronum speluncam sibi fecerint Iudæi, in quorum oculis nomen Domini inuocatum in illo est: quibus scilicet propriis id intuentibus oculis exploratissimum erat, preces, B ac vota Deo quotidie in illo exhiberi: Sed & quis non horreat vehementiùs, audiens templum quod ab inuocatione, & inhabitatione Dei, meritò domus Domini nuncupatum est, in Iudæorum oculis redditum, quod impiissimis quibuscumque, & sceleri cuilibet pro asylo inseruiret, ac si Deus fautor impiorum esset, quippe qui ferret, secum degere scelestissimos, in domoque sua fieri scelera, quæ vix in latronum fierent speluncis? Sic ly, *(in oculis vestris,)* referri potest vel ad extremam partem illam, *(In qua inuocatum est nomen meum:)* vel ad verbum *(facta est)* C prout communiter accipitur, ac si dicatur Iudaico, seu opinione vestrâ, & apud vos, vel coram vobis, vt legunt Sept.

4 *Templa à fidelibus contaminari quàm sit horribile.*

Et fortasse, *(In oculis vestris)* hîc dictū est quasi ad exclusionem oculorum Dei, quibus id minimè perspicuum esse arbitrentur, quòd ipsius templum Iudæis factū sit speluncā latronum: Ac si dicatur: factâ domo Dei speluncâ latronum. Numquid vos soli peruersa quæ ibi perpetratis intuemini, Deo illa minimè perspicere, ac vindicare valente? *(Ego, ego sum, ecce vidi dicit Dominus,)* D Erratis toto cælo, nam ecce vidi exactissimè vniuersa ista, quæ in oculis dumtaxat vestris esse putatis. Vltorque illorū ero, sicut vltor extiti Pharaonis, & Ægyptiorum, quando videns afflictionem vestrā in Ægypto meum insigne illud manifestaui nomen, *Ego sum, qui sum.* Hebræa cùm sic habeant; *(Etiā ego, ecce vidi dicit Dominus,)* vltimo huic fauēt sensui, Æquè enim est ac si dicatur, Non in vestris tantūmodo oculis hæc facta sunt, nam ipse quoque iam vidi cuncta. Parique sensu in versione Sept. sic habetur, *(Et ecce ego vidi, &c.)* E

5 *Deus omnia inspicit.*

Nicolaus de Lyra totā hanc ita explicat sentētiam, *Numquid ergo spelunca latronum,* &c. q.d. sic *Spelunca enim latronum est eis ad refugiū & ad repositionem suorum furtorum, & sic ad tēplum recurrebat pro salute consequenda, & ibi offerebant prædas, & latrocinia.* Quàm malū autem id sit, vel à Gentili æquum est vt discamus, ait enim Plut. lib. de Ciuili Instit. *Phocionem flagitantibus quibusdā Athenis, vt ad sacrā rem faciendam quidpiam etiā, ipse pro virili parte tribueret, & diu quasi daturo applaudētibus. Iniurius & impudens profectò sim dixisse, si ad rē diuinā aliquid deposcentibus vobis dare animum induxero, huic autem Callicli (digito creditorem ostendens) nihil* F *reddidero.* Addit Hugo Card. cùm dicit Dominus, *(Ego, ego sum)* per verbū essendi notari quòd ipse est iudex qui potest omnia, Cùm additur, *(Ecce vidi)* per verbū videndi significari, quòd idem ipse erit testis, prout infra ca. 29.[c] *(Ego sum testis, & iudex dicit Dominus,* & Malach. 3.[d] *Accedā ad vos in iudicio, & ero testis velox.* Vatabl. in suis Annotationibus. Quasi dicat, ait, *Qui fit vt iudicio vestro ades hac mea sit veluti antrum latronum, neque pluris eam faciatis quàm antrum grassatorum? Nam & in antra sua se recipiunt: sic vos post scelera etiam grauissi*

6 Lyra. *Oblationes de alieno quàm Deo displiceant.*

Plutarchus.

Hugo Cardinalis. *Deus iudex simul & testis.* c Ier. 29.23. d Malach. 3.5. *Tēplis quàm prauè abutātur impij.*

grauiſſima non erubeſcitis venire in domum meam, quaſi exiſtimetis me peccatorum veſtrorum eſſe ignarum. En ego(ſub intellige) *cogitationes veſtras malas vidi.*

Verſ. 11.] Numquid ſpelunca, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Templorū irreuerentia damnatur.*

MORALITER iſta aduersùs prauos Catholicos irreuerenter, & iniquè agentes in templis manufactis exponerem pro Cócione Euangelij feriæ tertię Dominicæ primę Quadrageſimæ. Circa quod Euangelium præter ea quæ ſuper his dicta videre potes in literæ expoſitione: duo ſunt quæ notentur, vt in præſentis ſententiæ ſenſum conferentia. Primùm quamuis quod à Domino ibi dicitur,[a] *Scriptum eſt, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum,* communiter apud duos Prophetas ſcriptum aſſeratur: ſecundam quidem partem hîc apud Ieremiam, primam verò apud Iſaiam cap. 56. vbi claré hæc habentur, [b] *Quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.* Et hoc nihilominus ex iſta vna Ieremiæ ſententia deſumptum crediderim, quatenus in ea dicitur, (*In qua inuocatum eſt nomen meum,*) Quod idipſum eſt ac ſi dictum eſſet. Quæ domus orationis eſt.

a Matth. 21. 13.
b Iſai. 56. 7.

In templi ſui violatores diuinam potentiam oſtendit Deus.

Secundò, per id quod ibi à Chriſto Domino factum refertur, exponi & re ipsâ comprobatum oſtendi quod hoc loco poſt præexpoſitam ſententiam adiicitur à Domino, (*Ego ſum: ego vidi,*) Eo ſiquidem actu, quo [c] *ingreſſus in templum Dei eiecit omnes vendentes, & ementes de illo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit*, idque totum, nec vel vno in tanta hominum multitudine Sacerdotum, Scribarum, ac Phariſæorum, & in primis negociatorum illi reſiſtere audenti, diuinitatis ſuæ ſpecimen haud obſcurum exhibuit; Sicut & alterâ vice, quando paſſionis [d] ſuæ tempore obuiam progreſſus Iudæ, & cohorti venientibus cum lanternis, & facibus, & armis vt ipſum acciperent, dicenſque illis, *Ego ſum*, illico eos omnes conuersâ facie proſtrauit in terram. Vnde inferre licet, & hoc loco diuinitatis ſuæ potentiam in eo potiſſimùm ſe manifeſtaturum ſignificare Dominum, quod in illos grauiter animaduertet, qui vel in templum, vel intra templum ſuum deliquerint: ſicque cum illis aget, vti & cum proditoribus, & cum cohorte quæ venit vt caperet eum, ac crucifigeret. Talibus quippe ij aſſimilādi meritò ſunt, qui in templo & irreuerenter ſe agunt, & iniquè abſque ſui probatione ſancta ibi ſumunt myſteria, cùm & hîc idem vſurpet præcipuum diuinitatis ſuæ nomen. Ego ſum dicens, *Ego ego ſum.* Quæ & confirmat magis addens, *Ego vidi* ſuam item diuinam indicans omniſcientiam.

c Matth. 21. 12.
d Ioan. 18. 5.
Templi Dei violatores æquiparati Iudæ proditori, & cohorti, quæ Chriſtū cepit & crucifixit.

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] Numquid ergo ſpelunca latronum, &c.

11. *Μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου, οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτῷ, ἐκεῖ ἐνώπιον ὑμῶν, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἑώρακα λέγει κύριος.*

A. *Verſ.* 11.] Numquid ſpelunca latronū eſt domus mea, vbi inuocatum eſt nomen meum in ea, ibi coram vobis? Et ecce ego vidi, dicit Dominus.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid ſicut domus congregationis impiorū eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? Coram me quoque ſic manifeſtum eſt, dicit Dominus.* 1

B Verſ. 11. *Numquid ergo ſpelunca, &c. Lucifer Calaritanus loco ſupra citato ex illis eſt, in quorum exprobrationem dicitur à Deo, (Numquid ſpelunca latronum eſt domus mea, in qua vocatum eſt nomen meū? Quos vis eſſe Dei domum, vos ne Arrianos, an nos Chriſtianos? Si enim veſtra maligna congregatio eſt domus Dei, ergo latronum congregatio eſt domus Dei. Vos etenim fundendo ſanguinem Dei ſeruorum, vt tūc fundebant Iudæi, inſpicimini eſſe latrones. Ex fructibus tuis, Imperator Conſtanti; non eſſe Chriſtianus, ſed plane manceps latronum cognoſceris. Præcipis namque innocentes interimi, habitans, ſcil. non in Eccleſia Domini, ſed in ſpelunca latronum.)*

Lucifer. Hæreticorum congregatio dicta ſpelunca Latronū.

C Hieronymus. *De hoc loco in Euangelio aſſumptum puto,*[a] *Scriptum eſt, Domus patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam Latronū; ſiue vt in alio Euangelio ſcriptum eſt, domum*[b] *negociationis. Eccleſia Dei vertitur in ſpeluncam Latronū, quando furta, homicidia, adulteria, ſacrilegia, periuria, hæreſeos adinuentio, & omnia in ea ſcelera verſantur: quando auaritiæ facibus principes inardeſcunt: & regū quondam opes vile, aut certè non vile palliolum poſſidet. Vnde infert, (Ego, ego ſū, ego vidi dicit Dominus.) Oculi mei contemplati ſunt, quod vos putatis occultū: tenebræ theſaurorum meam non fugiunt conſcientiam.* D *Qui cùm diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt, nunc in noſtris diuitiis erubeſcit, Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.*

Hieronym.
a Matth. 21. 13.
Eccleſia quādo ſpelunca latronum.
b Ioan. 2. 16.

Theodoritus. *Si mala perpetrare auſi fueritis in omni genere iniquitatis conuerſantes, dignos ſtudiis veſtris fructus decerpetis. Quia nō intueor in falſam pœnitentiam, nec ferre poſſum ſermones mendaces: video enim omnia quæ fiunt. (Ecce enim ait, ego vidi dicit Dominus,) Nequaquam etiam feram, domum mibi conſecratam eſſe refugium latronum.* 2

Theodoriti. Pœnitentiam falſam, & templorū ſuorum abuſum fert Deus ægerrime.

D. Thomas. (*Numquid*) *q. d. Si non purgati domū meam intratis, ſpeluncam Latronum eam facitis, Et* E *oſtendit culpam patentem, (Ego, ego) ſingulariter (ſum) vbi omnia videns, (vidi) peccata veſtra,* [c] *Prouerb.* 16. *Omnes viæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt Dominus.*

D. Thom. Templū prauè adiens facit illud ſpeluncam latronum.
c Prou 16. 2.

Ad finem poſtillæ ſuper hoc cap. 7. duo notat idem S. Thomas pertinentia ad primam eiuſdem capitis ſectionem. Primum pro illis verbis, (*Habitabo vobiſcum*) *Deum habitare vobiſcum multipliciter, nempe per fidei cōſtātiam, Epheſ. 3. Habitare Chriſtū per fidem in cordibus veſtris. Per fraternæ dilectionis concordiam, Matt. 18.*[e] *vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorū: Per præ-* F *ceptorum obedientiam,*[f] *Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eū, & ad eum veniemus, & manſionē apud eū faciemus: Per deuotæ contēplationis eminētiā, Apoc. 3.*[g] *Ego ſto ad oſtiū, & pulſo, ſi quis audierit vocē meam, & aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, &c.* Alterū quod *& templum quoque eſt multiplex:* Hiſtoricū, *Pſal. 5.*[h] *Adorabo ad tēplum ſanctū tuum, & confitebor nomini tuo.* Allegoricū, *ipſa Eccleſia, 1. Cor. 3.*[i] *Templū Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos:* Typicū, *ipſe iuſtus, 1. Cor. 6.*[k] *Neſci-*

Habitat in nobis Deus multipliciter.
d Epheſ 3. 17.
e Matth. 18. 20.
f Ioan. 14. 23.
g Apoc. 3. 20.
h Pſal. 5. 8.
Templū Dei eſt quadruplex.
i 1. Cor. 3. 17.
k 1. Cor. 6. 19.

Neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Anagoricum, ipſe Deus, Apocal. 26. A *Dominus Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus.*

Apoc. 21. 22.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ σπήλαιον λῃστῶν. ὁ οἶκός μου;]

Βίκτωρος.] νῦν φησι πάντα πλημμελοῦντες, ὡς ἐκ πάντων καθαρεύοντες τὸν ἐμὸν πατεῖτε ναὸν, ὡσανεὶ λῃστῶν ἡγούμενοι σπήλαιον. οἱονεὶ βλέποντες, καὶ λανθάνειν οἰόμενοι τὴν ἀσέβειαν. τούτῳ καὶ ὁ σωτὴρ ἐχρήσατο λέγων. γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. [Μὴ σπήλαιον λῃστῶν;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ταῦτα φησίν; οὐκ εἰς προσευχὴν παρεσκεύασται, μὴ πρὸς ἁρπαγάς, μὴ πρὸς μοιχείας, μὴ πρὸς ἀκαθαρσίας; ὥσπερ γὰρ ὁ χριστὸς φησὶν, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἐπιόρκουν, καὶ ἐπὶ ἁρπαγμῷ συνθήκας ἐποιοῦντο.

C

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ σπήλαιον ἄθυρον, καὶ παντὶ προκείμενον εἰς τὴν εἴσοδον. μέμφεται οὖν αὐτοῖς, ὡς ἀδιαφόρως εἰσιοῦσιν εἰς τὰ ἅγια.

A Verſ. 11. *Nvmquid ſpelunca latronum*, &c.) 3

Victoris.] *Nunc ait nihil non peccantes quaſi puri in omnibus meum peſſumdatis templum, ac ſi latronum eſſet ſpelunca, veluti videntes, & latere impietatē opinantes, hoc vſus eſt, & Saluator dicens*, [a] *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.*

Victor. Speluncā latronū faciunt Templū Dei impij illi qui ſcelera quæque illo patrant ac ſi nō viderentur.

a Matth. 21. 13.

Numquid ſpeluncam Latronum? &c.

Chryſoſtomi.] *Ad quid hæc profert? Nonne ad preces conſtructum eſt? num ad rapinas? num ad adulteria? num ad impuritates? Sicut enim Chriſtus ait, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autē eam feciſtis ſpeluncam latronum. ſic & hic quod peierabant, deque rapinis paciſcebantur.*

Chryſoſt. Speluncā latronum Templum Dei faciunt qui intra illud peierant, vt de rapinis paciſcuntur.

Olympiodori.] *Spelunca eſt ſine foribus, omnibus in eam aditus patet. Quæritur ergo de ipſis, quòd nullâ reuerentiâ in ſancta ingrederentur.*

Olympiod. Speluncā latronum Templum Dei facit, qui irreuerenter in illud ingreditur.

Verſ. 12.] Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Ite ad locū meum in Silo, vbi habitauit nomen meū à principio.*

TANTVM [a] *abeſt, vt loci ſanctitas efficere queat, ne pœnas dent ij, qui ipſum ſceleſtè adeunt, vt è contra potiùs per ſcelerum malitiam fiat, vt locus quantumlibet ſanctus à me repellatur, ſimulque cum loco & populi manu deſtrui ſinantur hoſtili. Cuius rei vnum ſat vobis erit exēplum, quod vt benè apprehendatis, voſmet nedum diſcurſu intellectus, verum & corporeis quoque pedibus tendite in Silo itinere ſanè perfacili, cùm haud ampliùs quam ſex millia paſſuum à veſtra is diſtet ciuitate Ieruſalem, ite inquam in Silo locum illum meum antiquiſſimum, ac primum à me, atque ab vniuerſo populo Iſrael electum, in quo ipſe glorioſiſſimi nominis Deus habitarem, in quo meum eſſet tabernaculum, mea collocaretur & arca, meaque maieſtas, mea & perſona, ad quam colendam populus omnis per trecentorum ſexaginta nouem annorum ſpacium eò confluxit.* [b] *Cùm autem illuc perueneritis, vbi locus tamdiu extitit ſanctificationis meæ, attentiùs inſpicite, An quippiā ampliùs ibi appareat priſtinarum prærogatiuarum, An vel aliqua ibi extēt reliquia tabernaculi mei. Qin potiùs bene perpendite quæ loco illi fecerim, quando repuli tabernaculum Silo vbi habitaui in hominibus, traditâ arcâ, in qua medio Cherubim ſedebam, in manus Philiſtæorū, vnà cum totius Iudaici exercitus robore, nec permittens vt eò ampliùs reduceretur.* [c] *Quæcumque verò facta à me videbitis aduersùs locum illum meum, ſciatis facta ea omnia propter populi mei ſcelera, quibus in ipſo loco ſancto meo, & coram arca ſanctificationis facie (vt ita dicam) ad faciem me ibi habitātem prouocarunt, retra-*

b *Et videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael.*

c *Propter malitiam (ſeu à faciebus, aut à facie malitiæ) populi mei, &c.*

D *hentibus Sacerdotibus homines à cultu meo, ita vt ſacrificia quæ mihi offerre debuiſſent Deo ſuo, falſis obtulerint Diis.* [d] *Ego certè acerrimus (vt dicebam in verſ. 11.) ſum iſtiuſmodi criminum vindex, exactiuſque ea intuitus ſum ſemper, cuius rei ſat patens eſt veritas: Siquidem ire poteſtis ad primum locum meum in Silo, & videre quæ ibi à me facta ſint propter populi mei, qui tunc viuebat, iniquitatem.*

d (*Sed, vel, Quia ite ad locum meum, &c.*)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ITE ad locum meum, &c. Iuxta noſtrā Vulgatæ lectionem omnia quæ dicuntur in 1

E quatuor primis his verſiculis 12. 13. 14. & 15. ad ea referenda ſunt vniuerſa, quæ ſupra dicta fuere à verſ. 4. de nimia confidentia in tēplo Domini, vel in illius magnificentia & ſanctitate. Eóque hæc ſpectāt, vt à ſimili praua hæc Iudæorum confidentia retundatur, quòd ſicut ſanctitas loci Silo, in quo primùm per multum temporis ſacroſanctum demoratum eſt tabernaculū, & arca, antequam inuocabatur Dei nomen, ſacrificiorumque adminiſtrabatur cultus, nihil Iſraelitico populo, & iis qui ipſū adibant profuit, quin vnà

Sanctitas loci parū proficua ſi illi repugnent hominum opera.

F cum eo repellerentur à Domino, cū irretiti eſſent ſceleribus; Ita nec Iudæis adeò tūc ſceleribus addictis quicquam magnificentiſſimum, ac ſanctiſſimum profuturum Salomonis tēplum, quin vnà cum templo ipſo reiecti à Domino euertantur, & diſperdantur. Nec ab iſta cōnexionis ratione diſcrepat lectio Hebraica, ſi particula כי *chi*, quæ præponitur, pro noſtra coniunctione *Sed*, accipiatur prout recentiores illā ſumūt Interpretes, Pagninus, Regia, & Vatabl. vertētes, (*Sed ite*, &c.) Sept. autem Interpretes ὅτι πορεύθητε, (*Quoniam ite*, &c.) eamdem particulam vt rationalem deſumpſere, ac ſi in his præcedentium afferatur ratio, & bene: nā cùm mox in extremis præcedentis

versiculi verbis iis, *Ego ego sum : ego vidi dicit Dominus*: subindicatum fuisset, Deum esse seuerissimum eorum scelerum vltorem, quæ in templum sanctum admittebantur, vtpote in quæ potissimùm suos coniectos habeat oculos: Confirmans modo id Dominus, maximè conuincentem illius affert rationem, quia facillimo negocio videri ab vno quoque potest, quomodo id verificatum sit cum antiquioribus iis item Iudæorum, qui deliquerunt in locum sanctum, in tabernaculum, & arcam, in qua diuina in medio duorum Cherubim residebat maiestas; quando locus ille Silo proximus Ciuitati esset Ierusalem, non ampliùs quàm sex milliaribus distans ab ea. Ac si dicatur, ego acerrimus istorum sum criminum vindex, exactiusque ea intuitus sum semper, cuius rei sat patēs est veritas, quia ite potestis ad primum locum meum in Silo, & videre quæ ibi à me facta sint propter populi mei iniquitatem. Quamquam aptiùs dices & particulam græcam ὅτι oti & latinam *Quia*, non vt rationalem hoc loco à Sept. positam, sed ad ornatum duntaxat orationis, prout frequenter in sacris literis fieri solitum dixi aliàs, sicut & Hebraicam quoque particulam כי *Chi* Sanctes-Pagninus lib. 4. Hebraicarum institutionum cap. 3. ait plerumque esse subcontinuatiuam, & in Thesauro dicitur expletiua, alioqui ratio non affertur cùm sentētiam incipit. Sicque & Originales lectiones Hebr. & Græca Sept. conuenient cum Vulgata, in qua absque tali expletiua particula dicitur. *Ite ad locum meum in Silo*, &c.

2 Retundens igitur Dominus pessimam scelestorum Iudæorum fiduciam in sanctitate, & magnificentia templi argumento ab illatione contrarij illos in hoc vers. 12. conuictos reddere satagit, & quò maiorem vim suum habeat argumentum, in patenti eius quod iam contigit aliàs similis facti id fundat exemplo. Sic autem arguere videtur, tantum abest, & cæt. vt habes in principio Paraphrasis. Cuius rei rationem affert auctor libri 2. Machabbæorum, dicens. [a] *Non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus populi malorum.* Facti exemplum ex reiectione tabernaculi Silo desumptum est. Expendamus singula huius versiculi 12. verba, vt allatæ vis pateat illationis. (*Ite*) inquit, Quia maximi momenti res est; non aliorum relationi standum censens, propriis oculis vt id videatur eò eundum asserit. Sicut supra ad aliud propositum iisdem dixit, [b] *Transite ad insulas Cethim, & videte*, &c.

[a] 2. Machab. 5. 19.

[b] Ierem. 2. 10.

3 (*Ite autem ait ad locum meum*,) locum suum eum Deus appellat, quem præ locis aliis sibi elegit vnum, in quo tabernaculum cum arca resideret, cultusque ipsi exhiberetur sacrificiorum, sicut repetitum sæpius legimus, præsertim in ca. 12. libri Deuteronomij. [c] *Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi.* Idest dans illi, vt Dei nominis particeps, locus dicatur Dei, *& habitet in eo.* In medio scilicet arcæ, *Venietis: & offeretis in loco illo holocausta & victimas*, &c. Quis iste prius extiterit Dei locus ex cap. 18. lib. Iosue habetur, vbi dicitur, [d] *Congregatique sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta.* Communi enim Iudæorum consensu factum est, vt postquam Chananæorum eis subiecta est terra, & locus decerneretur, in quem populus vniuersus ad sacra peragenda conueniret, elegeruntque, & iis idipsum inspira-

[c] Deut. 12. 5.

[d] Iosu. 18. 1. *Silo primus extitit locus, quem Deus elegit pro tabernaculo, & pro sui cultu.*

A uit Deus vt eligerent montem, terramque Silo, tum quia ob loci celsitudinem, & pulchritudinem cęteris aptior qui Deo assignandus esset, videretur, tum quia toti commodiorem populo illum censuerint, vtpote ad medium terræ promissionis; neque enim ab Ierusalem, quam certum est re vera in medio terræ extitisse, plusquam sex distabat milliaribus: tum quia ad tribum locus ille spectabat Ephraim tribum cæterarum fortiorem, bellisque aptiorem, iuxta illud Psalmi, [e] *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum.* Per quos validiùs tueri diuinus posset cultus, tum demum maximè quia eorum Dux Iosue, qui ad id
B decernendum ipsos conuocarat Ephrathæus esset; pro certo videlicet habentes, vbi totius populi Dux habitabat, comitiorumque decreuerat locum, ibi & legis obseruationem, & sacras cæremonias ritu seruandas exactiori. Ideoque ibidem Tabernaculum fixerunt testimonij; seu iuxta Hebraicam lectionem, *Ibi habitare fecerunt tabernaculum solemne.* Sedem nimirum stabilem in Silo destinantes tabernaculo, quod eò vsque in iugi fuerat motu; & arcæ, quæ intra illud erat, vt ad ipsam vel in præcipuis solemnitatibus cuncti
C venirent Iudæorum, Deum veneraturi oblationibus primitiarum, sacrificiorum, atque libaminum, prout de Elcana Samuelis parente legimus in 1. lib. Reg. [f] *Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo.*

Cur in Silo collocatū primò fuerit Dei tabernaculū.

[e] Psal. 77. 9.

[f] Reg. 1. 3.

4 Quæ omnia bene hîc explicantur dum hisce (*Ite ad locum meum, in Silo*) adiectum est. (*Vbi habitauit*) seu iuxta Originalia Hebr. & Sept. (*Habitare fecit nomen meum à principio.*) Quibus in verbis tria sunt quæ ponderemus, primum, vocem *à principio*, Quando scilicet primum de Dei
D deliberatum est loco signato; Secundum habitandi verbum, quo sedes fixa significatur; Tertium vocem, *Nomen meum.* Quæ tametsi ineptè iuncta videatur cum verbo habitandi, rei animatæ proprio; si illius tamen vis rectè percipiatur aptissimè cum eo conuenit: exploratum quippe est, voce nominis rei cuiuspiam rem ipsam designari solitam tum apud prophanos, tum maximè in sacris literis, quinimmo rem quæ excellentis sit nominis, præclaræ famæ, & maximè gloriosa; pro cuius significatus probatione vnus ille sat sit Psalmi 113. locus vbi dicitur. [g] *Non nobis Domine,*
E *non nobis, sed nomini tuo da gloriam*, Idest sed tibimet gloriosissimo gloriam des, quam alioqui nobis tantâ dare contendis benignitate. Sic quod hîc dicitur, *Vbi habitauit nomen meum.* Tantumdem est, ac, vbi ipse gloriosissimi, nominis Deus habitauit: Eâ plane ratione, quâ & apud Isaiam vox item nominis Dei iuncta reperitur cum verbo venire, quo motus designatur rei viuentis, [h] *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* Idest ecce Dominus gloriosus, seu Maiestas Domini venit, ac si de progrediente Rege diceremus, Ecce maiestas Regia venit: Quo sensu explicare potes, &
F quod aliâ lectione sic habetur, (*Vbi habitare feci nomen meum*) maiestatem nimirum meam, meamque gloriosam personam, iuxta illud Psalmi, [i] *Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim, Bejamin, & Manasse*, Super Arca scilicet in medio duorum Cherubim, qui erant in propitiatorio. Et fortasse non abs re sit, si dicamus, eadem nominis Dei voce ipsam in qua Deus sedebat significatam Arcam: sicut id Psalmi 95. interpretantur aliqui, [k] *Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriæ nomini*

Nominis rei voce significata res ipsa, quæ præclaræ sit famæ.

[g] Psal. 113. 9.

Nomen Domini designat plerumque Deum ipsum gloriosum seu illius maiestatem.

[h] Isai. 30. 27.

[i] Psal. 79. 3.

Nominis Dei voce aliquam do significata Arca Dei.

[k] Psal. 95. 7.

nomini eius; id est, Arcæ eius, ex illo 3.Regum [a] 8. quo dicitur, ædificatum templum nomini Dei, id est, Arcæ Dei, ædificatum videlicet templum vt Arcæ stabilis, & magnificẽtissima strueretur sedes. Quo sensu & illud accipi potest, quod ex Deuteronom. retulimus supra. [b] *Ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum*, id est, Arcam suam *ibi*, *& habitet in eo*, scil. nomine, & in ea arca. Quamquam communior alter ille sit eorumdem sensus, quem allatum supra videre potes, quique & huic Ieremiæ loco aptissimè congruit. Vt tantumdem sit. (*Vbi habitauit*) seu (*vbi habitare feci nomen meum*) ac id quod in vers. 10. & 11. de domo item sua dixit Deus, *In qua inuocatum est nomen meum.*

a 3. Reg. 8. 10.

b Deut. 12. 5.

5 (*Et videte.*) Cùm iueritis, inquit, in Silo locum aliàs sanctificationis meæ, attentiùs inspicite, an quidpiam ibi appareat prærogatiuarum illarum pristinarum, concursus populi, & solemnitatum mearum, An reliquiæ ibi sint tabernaculi mei. Quin potiùs vestris ipsis intueamini oculis, (*Quæ fecerim ei,*) Quæ nam verò ista sunt? lege Psalmum 77. vbi eorum fit catalogus, [c] *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.* Nota hanc locutionis formam, *Vbi habitauit in hominibus*, id est, inter homines, iis consonam, quibus hìc mox dicebatur à Domino, *Vbi habitauit nomen meum*, iuxta id quod in libro Exodi dixerat, [d] *faciant mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum*: nempe in Arca, quæ intra Sanctuarium & tabernaculum seruabatur. Vnde & in eodem Psalmo subditur, [e] *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici*, ipsam profectò Arcam, quæ virtus, & pulchritudo, robur, ac decus asseritur Iudæorum, quia per illam inuicti ij sibi videbantur, & gentibus vniuersis gloriosi, ac propterea in castra eam detulère, cùm contra Philistæos in bellum procederent. Quãdo suâ nimiâ ac indebitâ frustrati sunt fiduciâ, captaque à Philisthæis ipsis arcâ, totius pariter eorum exercitus, deiectum est robur, & omnis eorum gloria euanuit, iisdem subiecti Philisthæis, prout post præexposita explicatur in his, quæ sequuntur eius Psalmi, *Et conclusit in gladio populum suum*, quasi vinctum, & in vno loco conclusum, Philisthinorum gladio vt cæderetur traditum. *Et hæreditatem suam spreuit*, inglorium eumdem populum reddens, & contemptui expositum, quem ipse à se repulsum contempsit, *Iuuenes eorum comedit ignis* iræ diuinæ, iisque hostili gladio veluti igne consumptis, *virgines*, sponsæque *eorum non sunt lamentatæ*, propriis namque malis occupatæ sponsorum interfectorum mortem deflere nequiuerunt: Sicut nec viduæ suos plorare potuerunt maritos, *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur*, (deponentaliter.)

c Psa. 77. 60.

d Exod. 25. 8.

Inanis fiducia in locis & rebus sacris, castigatur à Deo quando adiuncta habet scelera.

e Psa. 77. 61.

6 Lege cap. quartum primi libri Regum, vbi ista omnia tragicè descripta videbis, occisis in prælio Ophni, & Phinees filiis Heli Summi Pontificis. Ad eam si quidem historiam hìc alluditur, cùm à Domino dicitur. (*Et videte quæ fecerim ei.*) scil. Silo, quorum certè omnium id extitit grauissimum, quod ad perpetuum tempus eidem factum tunc est, vt non ampliùs Dei locus esset, cùm haud ampliùs postmodum in Silo reducta sit Arca Domini, postquam enim illam Philisthæi in Bethsames detulère in alium modò, modò in alium deportata est locum, primum in Gabaa Benjamin, tũ in domo Obed-edon Hethæi. postea in domum Dauid in monte Sion, ac demum in templum à Salomone constructum, vbi & quieuit vsque ad captiuitatem Babyloniæ, adeo vt multò verius dici debuerit, in templo ipso habitasse, quàm quod hic dicitur, (*Vbi habitauit nomen meum,*) habitandi verbo designante permanentiæ durationem: multò enim maior duratio extitit permanẽtiæ arcę in templo, quàm eiusdem habitationis in Silo, quæ fuit trecentorum sexaginta nouem annorum, iuxta Hebræorum Chronologiam, seu trecentorum quinquaginta vnum iuxta aliam nostrorum computationem, cùm alioqui in Salomonis templo perstiterit, per spatium quadrigentorum quadraginta duorum annorum, quantum ipsum durauit & templum, iuxta computum Eusebij Cæsariensis in Chronico.

Arca Dei antiquitus diuersa habuit loca.

In Silo quãto tempore perstiterit Arca Dei.

(*Propter malitiam populi mei.*) Necessariò adiecta hæc sunt, vt Domini ratio suam habeat vim ad probandum, confidentiam in loci sanctitate inanem, futilemque esse, quando criminibus comitata ea sit, atque sceleribus, per quæ ingens in locum ipsum sanctum infertur damnum, & extrema ruina. Quæcumque ait facta à me videbitis aduersùs locum meum, qui in principio fuit in Silo, sciatis propter populi mei facta malitiam. Quod & Propheta Dauid in præcitato contestatus est Psalmo 77. vbi & ipsam eius populi describens malitiam ait, [f] *Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia*, id est, mandata *eius non custodierunt, & auerterunt se*, ab ipso, scil. deficientes, *& non seruauerunt pactum*, quo se illi vni Deo suo fide cultuque perpetuò adhæsuros spopõderant: *quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*, à veritatis, & à sinceræ religionis scopo aberrantes. *In iram concitauerunt eum in collibus suis*, in quibus idololatriæ operam dabant, *Et in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt* excitantes ipsum flagitiis suis vt sese tandem vindicaret. Vnde bene subdit, *Audiuit Deus*, tantorum scilicet scelerum clamorem, qui venit ad ipsum *& spreuit* tam locum quem sibi primò elegerat in Silo, quàm populum aliàs sibi peculiariter dilectum, *Et ad nihilum redegit valde Israel, & repulit tabernaculum Silo*, &c. 7

Confidẽtia in loci sanctitate est inanis, & damnosa quando comitata sit sceleribus.

f Psal. 77. 56.

Habet autem propriam vim quod in Hebraico textu legitur מפני רעה *mippene rangath*, (*A faciebus malitiæ,*) vt bene vertitur in Regia, quodque legunt Sept. ἀπὸ προσώπου κακίας, (*à facie malitiæ.*) Iuxta has quippe lectiones, videtur subindicari, hæc accipi pariter posse, vt dicta per prosopopeiam, quasi persona ipsi tributa Israelitici populi malitiæ, quæ in loco sancto, coramque arca sanctificationis facie ad faciem Deum ibi habitantem prouocari, idque etiam per plures factum sit eiusdem populi malitias, vt sit allusio ad ea in primis, quæ in ipso sanctuario admissa fuère flagitia propter filiorum Heli peruersitatem, quam verbis hisce descriptam habemus in 1. lib. Regum. [g] *Porrò filij Heli filij Belial, nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum, sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi, sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo.* Et post aliqua subiicitur. *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia* 8

Scelera quæ admittuntur in locis sacris prouocant Deum facie ad faciem.

g 1. Reg. 2. 12.

retrahebant homines à sacrificio Domini. Quæ congruunt cum his quæ modò exponimus. (*A faciebus malitiæ populi mei.*) Ex vna namque malitia ista Sacerdotum, qua retrahebantur homines à sacrificio Domini plures in Dei populo causabantur malitiæ, plura & scelerum genera, in primis cultus falsorum Deorum, ad quos sacrificia ipsa sua conuertebant. Vnde postmodum Samuel in Masphat dixit illis, [a] *Auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & seruite Domino soli.*

a 1. Reg. 7. 3.

Vers. 12.] Ite ad locum meum in Silo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9

Ecclesia timendum ne propter fidelium scelera eadē eueniāt mala quæ antiquiori euenère Synagogæ.

GENERALE ferè communiter ex hoc loco expositores deducunt Morale ad vniuersam spectans Ecclesiam, cui timendum significetur, ne propter Christianorum scelera ea contingant infausta, quæ antiquiori euenerunt Ecclesiæ Iudæorum propter eius populi malitiam. In cuius dicti confirmationem affertur id Apostoli, [a] *Si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Additque Glossa ordinaria & illud Redemptoris nostri. *Cùm* [b] *venerit filius hominis putas inueniet fidem super terram?* quibus indicari videtur, extremis illis diebus, quando Christus veniet ad iudicium, tantam futuram hominum peruersitatem, vt vix paucos reperturus sit, qui sint in fide fundati. Cæterùm quamuis exemplum hoc loco allatum rectè, secundum literam & Ierosolymitano templo, & vniuerso Iudaico populo generaliter cōsonum sit. Ita vt bene, in vers. 14. dicatur, *faciam domui huic, &c. sicut feci Silo,* & in vers. 15. *Et proiiciam vos à facie mea,* &c. Haud tamen ita hac generali ratione idipsum moraliter explicatum accipiendum est, vt arbitretur quispiam, propter Christianorum peccata vniuersam Christi Ecclesiam proiiciendam à facie Domini, sicut propter Iudæorum scelera, totus à Deo proiectus est Iudaicus populus, cùm & de Ecclesia Apostolica dixerit Iesus. [c] *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eā.* [d] *Et ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua:* Et de Ecclesia vniuersali idemmet Iesus. [e] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē sæculi.* At quod moraliter dicitur in genere, de multis ipsius Ecclesiæ partibus, deque multis intelligitur Ecclesiis particularibus, quæ in pluribus extitère & Prouinciis, & Regnis, & quas modò à facie Dei proiectas in tota Asia, in tota ferè Africa, atque etiam in maiori parte Europæ, & videre est, & ingemiscere. Et illarum exemplo non modicum & iis metuendum est Prouinciis, in quibus adhuc habitat nomen Domini, & locis quæ nos incolimus, & in quibus peccata coaceruamus in dies magis, ac magis. Ne & nobis dicatur à Domino, Ite in terram Palesthinæ, ite in vberrimam sanctorum Monachorum Ægypti oram, ite in deuotissimorum fidelium feracissimas Aquilonis regiones, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei, & nunc &c. faciam & terræ huic, sicut &c. Quibus & ea consona sunt, quæ in Euangelio ait Iesus, [f] *Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.* Et, [g] *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

a Rom. 11. 20.
b Luc. 18. 1.

Ecclesia vniuersalis proiici à Deo nequit propter nulla fideliū scelera.

e Matth. 16. 18.
d Luc. 22. 32.
e Matth. 28. 20.

Fidem deserere metuendum in Prouinciis vbi in dies crescunt iniquitates.

f Matth. 21. 41.
g Matth. 21. 43.

A Si & ad singulos quosque fidelium hoc ipsum ita aptari potest morale, vt per ea quæ hîc dicuntur, sanctus ille in nobis exsuscitetur metus, ad quem promouemur per id Apostoli, [h] *Qui stat videat ne cadat*, & de quo Beatus Iob, *Verebar,* [i] inquit, *omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.* Vt hanc scientiam experimentalem, huncque assequamur metum ea optima est ratio, vt intellectus discursu eat vnusquisque nostrûm ad locum vbi primum habitauit nomen Domini à principio, in cælum inquam illud, de quo legimus, *In* [k] *principio fecit Deus cælum,* quod B plerique Sanctorum Patrum, de creatione intelligunt cælestium spirituum, à quibus primùm inuocatum est nomen Domini, euntes autem in cælum, siue locum intelligas vbi creati sunt ipsi Angeli, siue eosdem Angelos in principio creationis ipsorum, considerantes, videamus quæ ex tunc ibi, atque in Angelis fecit Deus propter multorum eorum malitiam, quomodo delinquentiū nullum ipsorum reliquerit insontem, nec præstantissimo pepercerit Lucifero, dicente Iesu in Euangelio, iuxta sententiam Cypriani lib. de Tentationibus, & ieiunio Christi. Hieronymi in illud Isaiæ 14. C *Quomodo cecidisti Lucifer.* Gregorij lib. 13. Moral. cap. 4. & aliorum, Apostolis in quos aliquid irrepsisse videbatur inanis gloriæ, quòd Dæmones subiicerentur eis, [l] *Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem*, id est Sathanam, qui priùs erat sicut fulgur, splendidus nimirum, ita vt Lucifer nuncuparetur, vt exponunt Ambrosius, Ioan. Chrysostomus, Titus Bostrenus, & Theophilactus in suis Comment. super Lucam. Hunc tam fulgidum iam à principio videbam, & contemplabar, ait Dominus, de cælo cadentem, ac si dicat, Hoc ipsum vellem, vt D & vos videretis, & contemplaremini modò, sic arguentes. Si Lucifer propter superbiam de cælo cecidit, quid non & nobis timendum est mali, si vel tantillæ superbiæ locum in animis dederimus nostris. Quod argumentum magis clarè suggessisse visus est Petrus in sua secunda Catholica, dicens. [m] *Si Deus Angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni detractos in tartarum dedit cruciandos.* q.d. Nec vobis parcet si peccaueritis. Potes specialiùs hæc aptare ad Religiosos, qui excitentur ad considerandas ruinas sanctissimarum Religionum antiquarum. Et ad animã E quamque, cuius vel exinde excitetur timor ruinæ, & damnationis propriæ, si consideret aliquorum propter occultam aliquam superbiam, aliudve crimen casus, atque ruinas, quorũ priùs norat eximium in vita spirituali, & in virtutum progressu, ac sedulum studium.

10

Timorē sanctum excitare facilè in nobis possumus contemplantes Luciferi & aliorū Angelorum casum.

h 1. Cor. 10. 12.
i Iob. 9. 28.
k Gen. 1. 1.

Angeli ceciderunt è cælo propter superbiam.

l Luc. 10. 18.

m 2. Pet. 2. 4.

Religiosus quâ ratione in se salubrẽ excitare queat timorem.

Timorem in nobis excitabimus optima contemplãtes casus insignium aliquorum.

VVLGATÆ.

Versus 12.] Ite ad locum meum, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Ὅτι πορεύθητε εἰς τὸν τόπον μου τὸν ἐν Σηλώ, οὗ κατεσκήνωσα τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ ἔμπροσθεν. καὶ ἴδετε ἃ ἐποίησα αὐτῷ ἀπὸ προσώπου κακίας λαοῦ μου Ἰσραήλ.

Vers. 12.] Quare ite ad locum meum, qui in Silo, vbi collocaui nomen meum antea, & videte, quæ feci ei à facie malitiæ populi mei Israel.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ite enim nunc ad locum domus maieſtatis meæ, qui eſt in Silo, in quo habitare feci maieſtatem meam in principio: & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael.*

Hieronym. *Templorũ ſpiritualiũ ruina ex defectu fidei, & ob admiſſa à fidelibus crimina.*

Verſ. 12. *Ite ad locum meum in Silo*, &c. Hieronymus. *Ex præteritis docet præſentia, & dicentibus, Templum Domini, templum Domini, templum Domini: & precioſa domus fulgore gaudentibus Silo, vbi primum fuit tabernaculum Dei, recordatur hiſtoriæ, de qua in Pſalmo ſcriptum eſt. Et* [a] *repulit tabernaculum Silo: vt quomodo ille locus in ruinas cineresque lapſus eſt, ita & templum corruat, cum ſimilium fuerit habitatio peccatorum. Sicut igitur Silo templi exemplum eſt, ita templum nobis, quando tempus aduenerit illius teſtimonij,* [b] *Putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram?* In D. Thoma nil diuerſi.

a Pſa. 77. 60.

b Luc. 18. 8.

Theodoritus ad demolitionem terræ Iſrael, in qua erat Silo, quæ facta eſt per Aſſyrios, hic alludi aſſerit. Theodorit.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ πορεύθητε εἰς τὸν τόπον μου τὸν ἐν Σηλώμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τοίγε ἀρχαιότερος ἐκεῖνος ἐστὶ, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἀπώναντο τοῦ τόπου ἀνάξιοι τοῦ θεοῦ φανέντες.

Θεοδωρήτου.] οὔτε γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων εὐγενέστεροι, οὔτε ὁ τόπος οὗτος ἐκείνου πέφυκεν ἁγιώτερος. τὸ γὰρ ἐμὸν ὄνομα κἀκεῖνος εἶχε τὸ πρότερον. κωλύει δὲ τὸν προφήτην ὑπὲρ τούτων προσεύχεσθαι, διηνεκῶς || ἐπαναλαμβάνων. ὡς ἐν ἀπειλῇ τοὺς λόγους, ἵνα μᾶλλον αὐτῶν καθάψηται.

|| ἀλ. συνεχῶς.

Βίκτωρος.] ὃν δι᾽ ὑμᾶς ἀποδείξω φησὶ κατὰ τὸν οἶκον Σηλώμ. ἔστι δὲ ἐν φυλῇ Ἐφραίμ, ἔνθα κατέμενεν ἡ κιβωτὸς τὸ πρὶν μέχρι τῶν χρόνων τοῦ Σαμουήλ. ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ δώδεκα σημείων Νεαπόλεως ἐν τῇ Ἀκραβαττίνῃ. ὃν ἐπόρθησαν οἱ Ἀσσύριοι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ Ἰσραήλ.

2 Verſ. 12. QVARE *ite ad locum meum qui in Silo, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Et certè antiquius illud erat, ſed nihil illis profuit locus, cùm Deo digni non eſſent.* Chryſoſt. *Locus ſanctus non prodeſt indignis.*

Theodoriti.] *Neque enim vos illis nobiliores, nec locus iſte illo eſt auguſtior; nam meum nomen, & ille priùs habebat. Prohibet autem ne Propheta pro illis preces effundat, eadem continuans verba, vt pote minacia, vt acriùs in eos inueheretur.* Theodorit.

Victoris.] *Quapropter vos inquit oſtendam vt domum Selomi; Eſt autem in tribu Ephrem, vbi erat arca primum vſque ad tempora Samuëlis. Abeſt autem duodecim ſignis à Neapoli in Acrabantina; quam propter iniquitates Iſrael Aſſyrij deuaſtarunt.* Victor. Silo ſitus.

Verſ. 13.]Et nunc, quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus ſum ad vos manè conſurgens, & loquens, & non audiſtis: & vocaui vos, & non reſpondiſtis.

Verſ. 14.]Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus veſtris, ſicut feci Silo.

Verſ. 15.]Et proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros, vniuerſum ſemen Ephraim.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SED [a] *& modo quia vos pariter ſimilia temporibus iis, quin & peiora hæc perpetraſtis erga templum meum, quod eſt in Ieruſalem, ad illud accedentes, in eóque confidentes cùm admitteretis & furta, & homicidia, & adulteria, & periuria, & idololatriam; Cum ipſe omne adhibuerim ſtudium, vt vos ad rectum reducerem tramitem, nullam prætermittens, quâ paternæ ſollicitudinis partes explerem, & Prophetarum monitis, miniſque & internis inſpirationibus à malo vos deterrere, & auertere ſatagens. Quibus omnibus ſurdas ipſi præbuiſtis aures, nec per vllum emendationis ſignum mihi reſpondiſtis.*

a Et nũc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus, & locutus ſũ ad vos manè conſurgens, & loquens, & nõ audiſtis, & vocaui vos, & non reſpõdiſtis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *nunc quia feciſtis omnia*, &c. In præexpoſito verſiculo Hebraico in textu poſt verbum, *Ite* eſt particula נא *na*, quæ etſi ad diuinum affectum referri poſſit, vertique propterea cum Vatablo. (*Sed ite quæſo ad locum meum.*) Aptiùs tamen à Pagnino, Regia, & aliis pro nunc aduerbio temporis ſumpta redditur, (*Sed ite nunc ad locum meum.*) Cui bene reſpondet, quod & hic pariter repetitum eſt. (*Nunc*)(*& nunc quia feciſtis*,) vt Iudæorum arguatur negligentia, qui eo caſtigari potiùs voluerunt temporis momento, quo aliorum emendari potuiſſent exemplo, conſiderantes quæ facta fuerant in Silo.

Negligentia peccatoris quanta circa conuerſionem.

2 (*Quia feciſtis omnia opera hæc,*) quæ ſupra enumerata fuere, furari, adulterari, iurare mendaciter, &c. Venire nihilominus in templum, ſtare coram Domino, & dicere, Liberati ſumus, &c. (*Et ad locutus ſum ad vos manè conſurgens, & loquens & non audiſtis.*) Manè conſurgere Sacrarum literarum phraſi ſignificat diligenter, accuratè, & primùm aliquid facere, repetitio autem verbi *loquendi* his & frequentiam addit. Adeóque in his ſignificat Deus, omne à ſe adhibitum ſtudium, vt ad rectum eos reduceret tramitem, nullam præter

Quãto ſtudio Deus curet vt peccatorib. ad conuerſionẽ adducat. Manè conſurgere ad aliquid, diligens & accuratũ deſignat ſtudium.

prætermisisse rationem, quâ paternæ erga illos benignitatis, & sollicitudinis partes expleret, frequentibusque in primis à malo ipsos deterrére studuisse sanctorum Prophetarum monitis, ac minis, quibus tamen omnibus surdas ij præbuére aures. Quin & internas eis exhibuisse per semetipsum inspirationes, opportunasque & congruas vocationes; nec iis vllatenus ab illis responsum, (*Et vocaui*, inquit, *vos*, *& non respondistis.*) Nullo videlicet emendationis signo mihi satisfecistis. *Propterea faciam domui*, &c.

Vers. 14. Paraphrasis Literæ.

b *Faciã domui huic, in qua inuocatũ est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciã, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo.*

IDCIRCO [b] *pari quoque ratione me habebo cum templo isto vestro, quod domum meam elegi, vt in ipsa & colerer, & meum inuocaretur nomen, & in quo vos tantum confidere profitemini: agamque cum loco quem vobis, ac patribus vestris iam à multis annorum sæculis dedi, sicut egi cum Silo loco illo adeo insigni, ac Sancto.*

Vers. 14. Expositio Literæ.

3 FACIAM *domui*, &c. Concludit quod cœperat argumentum à simili estque comminatio ista maximè efficax, qualis & illa, quæ est in fine capitis secundi, quando idem populus de nimia arguebatur confidentia in Ægypto & dicebatur, *Et* [c] *ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.*

c Iere. 2. 37.

Vers. 15. Paraphrasis Literæ.

d *Et proiiciã vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.*

ABVSI [d] *estis bonitate meâ, quâ vobis tamquam dilectis filiis dedi, vt & in loco à me electo, & in domo mea staretis coram me, vbi & oculi mei in vestram singulari ratione coniecti erant curam, & aures meæ intentæ ad vestram erant orationem. Destructâ domo meâ, repulsoque loco isto meo, Summa cum indignatione repellam pariter & vos, eiiciamque à facie mea, ne ampliùs speciali meâ potiamini prouidentiâ. Sicut & vestros repuli fratres, & totum à facie mea eieci Israeliticum decem tribuum Regnum, quod ab Ephrathæo Rege Ieroboam initium cepit.*

Vers. 15. Expositio Literæ.

4 *Proiectio à facie Dei est extremũ malorum omniũ.*

ET *proiiciam vos à facie mea*, &c. Proiicere à facie aliquem, est vehementer indignantis, & ne videre quidem sustinentis. Et proiectio à facie Dei, vt malorum omnium extremum in Scripturis poni solet. Quod & in lib. 4. Regum apertè significatum notant Doctores, vbi dicitur, [e] *Irascebatur Dominus contra Israel, & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua*, nam vox illa, *donec* quasi extremum malum esse proiici à facie Domini significat, destitui nimirum speciali diuinâ eius prouidentiâ, paternaque curâ. Aptè autem hoc loco post prædicta (*faciam domui huic*, &c.) ista subiiciuntur. (*Et proiiciam vos à facie mea*,) æque enim est ac si dicatur, Abusi meâ estis domo, facie ad faciem in ea mihi obsistentes. Ideo destructâ domo, repellam vos ita vt ante faciem meam iam non liceat vt stetis.

e 4. Reg. 14. 20.

5 (*Sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.*) Quemadmodum futuram Ierosolymitani templi reiectionem, exemplo similis præteritæ repulsionis tabernaculi Silo probauit, quod à principio collocatum fuerat in loco Tri-

A bus Ephraim: Ita & certò futuram Iudaici populi proiectionem à facie sua, exéplo item eius, quæ iam Israelitico contigerat populo, & decem tribubus, probat Dominus, de captiuitate intelligens omnium decem tribuum, quæ mox facta fuerat per Assyrios. Appellat autem decem tribus illas, *Semen Ephraim*, vt subindicet præcipuam istiusmodi proiectionis decem tribuum rationem, eam extitisse, quòd ab eis verus defecit Dei cultus, reiecto tabernaculo, quod priùs apud se habebant in Silo tribus Ephraim. Quamquam & aliàs frequenter in Scriptura eodem Ephraim nomine eæ designatæ reperiantur.

Ephraim appellatione designatæ decẽ tribus Israel.

B Idque vel quia tribus Ephraim reliquarum earum numerosior, fortiorque esset, vt colligitur ex iis Iacob verbis, [f] *filius accrescens Ioseph, filius accrescens.* Et de Ephraim in particulari, [g] *Semen illius crescet in gentes:* atque ex illis Psalmi 59. [h] *Ephraim fortitudo capitis mei*: tum quia primus decem tribuum Rex Ieroboam Ephrathæus extitit, tum potiùs quia earumdem regia, & metropolis Samaria in tribu pariter Ephraim sita erat.

f Genes. 49. 22.
g Genes. 48. 19.
h Psal. 59. 9.

C

Vers. 13.] Et nunc quia fecistis, &c.

Vers. 14.] Faciam domui, &c.

Vers. 15.] Et proiiciam vos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 *Vocans-enim qui sollicitus, ac vigilans sit, misericordiã illi exhibet Deus & benignitate.*

INGENS quidem diuinæ benignitatis argumentum ex eo colligitur Euangelicæ parabolæ, quo de Deo sub parabola pa-
D tris familiàs & conductionis operariorum in vineam suam dicitur, [i] *Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Quamuis enim & illorum commendanda sit sollicitudo, qui de mane consurrexerint, vt venienti Domino obuios se exhiberent in operarios, dicentes cum Regio Vate, [k] *Manè adstabo tibi, & videbo*, si scilicet tu compareas, vt me tibi exhibeam, *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Neque id iniqui ferre potes iuris, vt mea non respicias vota, meæque non respondeas sollicitudini. Miseri-
E cordiæ nihilominus, & bonitatis eximiæ id totum est, quod Deus de mane exeat vt tales in vineam suam conducat operarios, adeo vt & propterea dicere cum eodem debeamus Propheta, [l] *Repleti sumus manè misericordiâ tuâ, exultauimus & delectati sumus.* Ecquis enim eam explicet Dei misericordiam, quâ de mane consurgens in vineam nos conduxit suam, vt in illa operantes exultaremus, & oblectaremur, vt primo contigit parenti nostro, quando ab eodem Deo, vt legitur in lib. [m] Genesis, positus fuit in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum?

i Matt. 20. 1.
K Psal. 5. 4.
l Psalm. 89. 14.
m Gen. 2. 15.

7 At tanto isti diuinæ benignitatis argumento, maximæ fiunt accessiones, per ea quæ in eadem Euangelica parabola adiiciũtur. Egressum nempe esse eumdem patrem familiàs & circa horam tertiam, & circa horas sextam, & nonam, atque etiam circa vndecimam, repertosque in foro stantes ociosos conduxisse pariter in vineæ suæ operarios. Quòd enim primis illis non tamen sine gratia vigilantibus suam Deus exhibuerit bonitatem, aliquid in eis suppositum videtur meriti de congruo, cùm aliàs idemmet Dominus id adiecerit promissi, [n] *Qui mane vigilan*

In eo qui vigilans sit pro salute propria aliquid esse videtur meriti de cõgruo ad Dei vocationẽ tametsi nullũ re verâ in eo sit meritum.

n Prou. 8. 17.

gilauerint ad me inuenient me. Quamquam reuera nullum ſit meritum ex parte illorum, cùm vigilantiam ipſam ex diuina habeant gratia. At in eo quòd ocioſis totamque diem in ocio peragẽtibus obuium pariter egreſſus idem ſit illoſque in ſuam conduxerit vineam, maioris certè præſtitum fuit diuinæ benignitatis ſpecimẽ. Quamquam & in iis tametſi ocioſè degentibus aliquid quoque conſpicere ſit, quod cuiuſpiam meriti vel aliquam habere viſum ſit ſpeciem, promptitudinem nimirum ex diuina etiam gratia, & paratam voluntatem ad bene agendum, quam verbum indicat ſtandi, quo dicuntur, [a] *Stantes in foro ocioſi*, Et, [b] *Quid hic ſtatis totâ die ocioſi?* Eorumdemque confirmat reſponſio, *Quia nemo nos conduxit.*

Vocans illos qui prompti ſint, & parati ad bene agendum miſericordiam illis exhibet Deus.

a Matth. 20. 3.
b Matth. 20. 6. & 7.

8
Verùm id quod ſupra modum diuinam item patefacit benignitatem, illud eſt, quòd idemmet Dominus hîc apud Ieremiam teſtatur, ſe de mane conſurgere, omnique ſtudio, ac diligentiâ obniti, vt eorum procuret ſalutem, à quibus quotidie per praua offenditur opera, [c] *Ecce enim non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael:* Audi ipſum, (*Et nunc quia feciſti omnia opera hæc,*) ſcil. furari, occidere, adulterare, &c. (*Et locutus ſum ad vos manè conſurgens, & loquens.*) Duo autem ſunt in verbis iſtis perpendenda, primum, quàm prædictæ Dei bonitati reſpondeat quod dicitur (*de mane conſurgens,*) neque enim patitur, vt ab ipſorum impiorum ſuperetur peruerſitate, propter quam & de mane conſurgunt, vt multiplicent mala, iuxta illud Iob, [d] *Manè primo conſurgit homicida, interfecit egenum, & pauperem.* Et in Iſaia legimus, [e] *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuemini.*

Miſericordia Dei maxima in eo apparet quòd omni ſtudio eorum is procurat ſalutẽ, à quibus quotidie offenditur.

c Pſal. 120. 4.

Bonitas Dei non permittit ſe ſuperari à peruerſitate hominum.

d Iob. 24. 14.
e Iſai. 5. 11.

9
Cæterùm & id in tanta Domini ſollicitudine eſt quod ſecundo loco perpendatur, Conſurgens quippe de mane locutum ſe ait, iterum locutum, tertióque & vocando pariter locutum, (*Et locutus ſum de mane conſurgens, & loquens, & vocaui vos.*) Innumera quidem ſunt, quæ impij aduersùs Deum, & aduersùs proximum praua perpetrant opera, ea tamen omnia è duabus peſſimis prodeunt radicibus: ex eo quòd impij ipſi ſurdi ſunt ad diuina mandata, & ex eo quòd iidem ſunt muti ad diuinis reſpondendum inſpirationibus. Idcirco quò iſtas ſuccidat radices, in eo omnem ſuam adhibet ſollicitudinem, vt & primò, & ſecundò, & tertiò ſecurim eis apponat locutionis arguentis, increpantis, & obſecrantis, [f] *Bene omnia fecit* de Redemptore noſtro dixerunt in Euangelio turbæ, *& ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Tunc quippe diuinæ ſollicitudini in peccatorum ſalutem manè conſurgentis Domini bene, optiméque ſuccedunt vniuerſa, cùm per ipſam fit, vt & ſurdi audiant, & muti loquantur. Sed nihilominus tanta Dei & bonitas, & ſollicitudo ab humana plerumque vincitur malitia, per quam fit, vt nec multotiès repetitæ, multiplices audiantur diuinæ voces, nec diuinis reſpōdeatur vocationibus. Vnde in omne barathrum deuenitur malorũ, (*Et non audiſtis,* inquit, *& non reſpondiſtis, faciam domui huic*, &c. *Et proiiciam vos à facie mea*, &c.

Peccatorum omnium duæ radices in homine, non audire diuina mandata, & non reſpondere diuinis vocationibus.

f Marc. 9. 37.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Et nunc quia feciſtis, &c.

Verſus 14.] Faciam domui huic, &c.

Verſ. 15.] Et proiiciam vos, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Καὶ νῦν ἀνθ' ὧν ἐποιήσατε πάντα τὰ ἔργα ταῦτα, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠκούσατέ μου, καὶ ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἀπεκρίθητε.

14. Τοίνυν κἀγὼ ποιήσω τῷ οἴκῳ, ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ, ἐφ' ᾧ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῷ τόπῳ ᾧ ἔδωκα ὑμῖν, καὶ τοῖς πατράσιν ὑμῶν, καθὼς ἐποίησα τῇ Σηλώ.

15. Καὶ ἀπορρίψω ὑμᾶς ἀπὸ προσώπου μου, καθὼς ἀπέρριψα τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν πᾶν τὸ σπέρμα Ἐφραίμ.

Verſ. 13.] Et nunc pro eo, quòd feciſtis omnia opera hæc, & locutus ſum ad vos, & non audiſtis me, & vocaui vos, & non reſpondiſtis.

Verſ. 14.] Igitur & ego faciam domui, in qua inuocatum eſt nomẽ meum in ea, in qua vos confidiſtis in ea, & loco, quem dedi vobis, & patribus veſtris ſicut feci Silo.

Verſ. 15.] Proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci fratres veſtros, omne ſemen Ephræm.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et nunc pro eo quòd feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus, & miſi ad vos manè conſurgens, & loquens, & non obediſtis, & prophetauerunt vobis, & non eſtis conuerſi.* Verſ. 14. *Et faciam domui ſuper qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos confiditis, & loco quem dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo.* Verſ. 15. *Et tranſmigrare vos faciam de terra domus maieſtatis meæ, ſicut tranſmigrare feci omnes fratres veſtros, omne ſemen Iſrael.*

1
Verſ. 13. 14. & 15. *Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc*, &c. Hieronymus. *Hoc quod poſuimus. (Manè conſurgens eſt loquens) in Sept. non habetur. Manè autem conſurgit Deus, non quòd aliquod ei tempus abſque diluculo ſit: ſed quòd poſt noctis quietem viribus corporis inſtauratis anima hominis vegetior ſit: & nequaquam voluptatibus occupata, vbique deſiderio, audire, & facere valeat quæ dicuntur. Vnde & illud in Pſalmo legimus,* [a] *Manè exaudies vocem meam: manè adſtabo tibi, & videbo. Et in Iſaia,* [b] *De nocte, ſiue diluculo conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Vnde* [c] *& filios lucis Paulus glorioſus Apoſtolus appellat: & non noctis, neque tenebrarum, nec dormientes, ſicut & cæteri dormiunt qui Dei mandata non ſentiunt. Quia igitur Deus vocauit eos de nocte conſurgens, vt & eos de tenebris liberaret, comminatur eis, ſimilia ſe eſſe facturum templo in Ieroſolymis, quæ fecit loco Silo, vbi primum fuit tabernacalum: vt peccata ſimilia pari ſententiâ feriantur. Et quomodo proiecit Dominus ſemen Ephraim, id eſt, decem tribus, quæ vocabantur Iſrael, & habebant principes propter Ieroboam filium Nubath de tribu Ephraim (quæ eadem*

Hieron.
Matutinum tẽpus aptius ad bona, diſciplinaſque capeſſendas.

a Pſal. 5. 4.
b Iſai. 26. 9. Secund. Sept.
c Epheſ. 5. 6.

appella

A praiudicio diligentioris inquisitionis breuiter dicam. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat. Tantò enim quidque vehementius volumus, quantò certius quàm bonum sit nouimus, eoque delectamur ardentius. Ignorantia igitur, & infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem innotescat quod latebat, & suaue fiat quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adiuuat voluntates: quâ vt non adiuuentur, in ipsis itidem causa est, non in Deo: siue damnandi prædestinati sint propter iniquitatem superbiæ: siue contra ipsam suam superbiam iudicandi, & erudiendi, si filij sint misericordiæ. Vnde Ieremias cùm dixisset, (Scio Domine quia non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos: continuò subiunxit: Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo. Tamquam diceret, Scio ad correptionem meam pertinere, quod minus à te adiuuor, vt perfectè dirigantur gressus mei, veruntamen noli mecum sic agere tamquam in furore, quo iniquos damnare statuisti, sed tamquam in iudicio, quo doces tuos non superbire. Vnde in Psalmo dicitur, Et [a] iudicia tua adiuuabunt me. Nullius proinde culpæ humanæ in Deum referas causam: vitiorum namque omnium humanorum causa superbia est. (Et paulò post,) Ideo quisque nostrûm bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit: nunc delectatur, nunc non delectatur, vt sic ab elationis vanitate sanetur, & sciat quod verè non de terra ista, sed spiritaliter dictum sit, Dominus, [b] dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Superbia est in causa vt Deus aliquando nobis non conferat gratiam.

a Psal. 118. 175.

Deus non est auctor malorum.

b Psal. 84. 13.

Vide & Fulgentium lib. 1. ad Monimum hæc Augustini verba perpendentem.

Fulgentius. paulò antè finem.

Theodoritus. *Perspicuum est tam ex iis quæ dicta sunt, quàm ex his quæ subiiciuntur, clausulam hanc, (Noui Domine, quod non sit hominis via eius,) non subiicere libertatem arbitrij nostri seruituti naturali, neque res nostras fatali necessitati submittere: verum disertè nos docere, quo pacto Dominus Deus totius mundi gubernacula tenet, & sapienter gubernat, suppeditans bona, & corripiens iustè, vbi post diuturnam sapientiam sapius in ne*quitia perseuerare viderit. Docet autem Propheta hoc loco, ab eo adduci Nabuchodonosor, (Noui Domine, quòd non sit hominis via eius, neque vir ambulabit, & rectam faciet viam suam, neque diriget profectionem suam.) Numquam inquit, Domine irrupisset ille contra nos, te non volente: & si irrupisset, nequaquam prosperè egisset quæ decreuerat, nobis opitulante dexterâ tuâ. Scio enim quæ acciderint Sennacherib.

3 Theodorit. *Homo nullus nocere nobis potest, nisi Deus permittat.*

D. Thomas. *Hic petit misericordiam & primò ostendit petendi necessitatem, (Non est hominis via) quantùm ad electionem: (vt ambulet) quantùm ad executionem, (dirigat) quantùm ad ordinationem* B *in finem: & ita nec in potestate nostra resistere, nec Chaldæi impugnare: sed totum dependet ex tua dispositione.*

D. Thom. *Hominis via non dicuntur esse ipsius quantum ad executionē, cum alioquin sint quantum ad electionem.*

Idemque in 1. part. quæst. 83. art. 1. ad 4. *Dicitur, ait, non esse in homine via eius, quantùm ad executiones electionum, in quibus homo impediri potest, velit nolit. Electiones autem ipsæ sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.* Et in Quæstionibus de Malo quæst. 6. ad 1. ait, *Dupliciter ista intelligi potest auctoritas. Vno modo, vt loquatur Propheta quantùm ad executionem electionis: non enim est in potestate hominis, vt expleat in effectu, quod mente deliberat; alio modo potest intelligi quantùm ad hoc quod* C *etiam interior voluntas mouetur ab aliquo superiori principio, quod est Deus. Et secundùm hoc Apostolus dicit ad Rom. 9.* [c] *Non est volentis, scilicet velle, neque currentis currere, sicut primi principij, sed Dei miserentis.*

D. Thomas.

Voluntas hominis mouetur à Deo.

c Rom. 9. 10.

D. Bonauentura 2. sent. dist. 20. art. 1. quæst. 3. Argumento ad oppositum sic arguens per hunc locum, (*Scio Domine quia non est hominis via eius, neque viri vt ambulet, & dirigat gressus suos,*) *Sed quicumque implet diuina mandata dirigit gressus suos, ergo non est in potestate hominis diuina mandata im*D*plere.* Quod per hanc declarat conclusionem, *Homo per liberum arbitrium potest sine gratia gratum faciente præcepta Dei implère quoad substantiam operis, non tamen quantùm ad intentionem mandantis.* Quam intentionem dicit esse, vt voluntas nostra conformetur voluntati eius, quæ non potest esse absque charitate, & charitas non potest esse absque dono gratiæ gratum facientis.

D. Bonauent.

Præcepta Dei sine diuina gratia seruari posiũt quoad substantiā operis, nō tamen quoad intentionem mandantis.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οἶδα κύριε, ὅτι οὐχὶ ἡ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.] E

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] χωρεῖ γὰρ οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει καθ' ὑμῶν ὁ Ἀσσύριος, ὑπὸ δὲ σοῦ συγχωρούμενος. ὃ σαφέστερον Ἡσαΐας φησὶν, ὡς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἐγὼ ἐλάλησα, καὶ ἐγὼ ἐκάλεσα, ἤγαγον αὐτὸν, καὶ ἐγὼ εὐώδωσα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου δὲ τὸ τῆς συγχωρήσεως ὅμοιον.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ νοῦς τοῦ ῥητοῦ οὗτός ἐστιν, ἐπειδὴ τινὲς ἁμαρτάνουσι, μὴ νοοῦντες, εἰ καὶ ἐφέστηκέν φησιν ὁ πόλεμος. ὡς ἔναυλον εἶναι λοιπὸν τὴν ἐκείνου φω- F νὴν τοῖς ἡμετέροις ὠσίν. ἀλλ' οἶδα κύριε, ὅτι οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. εἰ γὰρ καὶ ἐνήρξατο τῆς ὁδοῦ. οὐ γὰρ κωλύει τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλ' οὖν οὐκ ἐπ' αὐτῷ κεῖται, καὶ ἡ τῆς πορείας κατόρθωσις. σὸν γὰρ τὸ κατορθοῦν. ἀνάκοψον οὖν αὐτόν.

Vers. 23. SCIO Domine quia non est hominis via eius neque, &c.) 4

Victoris Presbyteri.] *Accedit enim Assyrius aduersùs nos, non viribus propriis nixus, sed te permittente. Quod clarius Isaias dixerat* [a] *nomine Dei locutus: ego locutus sũ, & ego vocaui adduxi eũ, & ego prosperaui semitas eius. Diabolus etiã agit permittente Deo. Scio Domine quia, &c.*

Vict. Presb. *Nabuchodonosor ex Dei permissione, & nutu contra Iudæos insurrexit.*

a Isai. 48. 15.

Diabolus nil agere potest sine permissione Dei.

Incerti.] *Hic est huius dicti sensus. Quandoquidem sunt qui peccant nec intelligẽtes, an propè sit aduersarius, vt adhuc insonet illius vox Nostris auribus. (Sed noui Domine, quia nō hominis via eius) nam etsi iter aggressus est, non enim liberæ voluntati obstat: Tamen non est in eius potestate viæ directio, tuum enim est rectè rem peragere, inhibe igitur opus illius.*

Vers. 24.] Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Corripe me (seu nos) Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo.*

QVapropter [a] *miserearis obsecro mei, populique istius, si, cùm adeo infirmi simus viribus, adeoque ægris ad bonum peragendum potestiis, ad te illicò non conuertamur: Corripiens, non in furore nos corripias, sed in misericordia, secundùm iudicium tuarum nos viuificans miserationum.*

2 *Egemus, fateor, correptione, quia mandatis tuis, tibique gressus nostros dirigenti non obediuimus. Ideo non id à te exposco, vt nullatenus nos castiges; pater enim tu, nosque filij tui sumus, & pater castigat omnem filium quem recipit. At id vnum enixè efflagito, vt per flagella ad meliorem nos reuoces frugem; non tamen id efficiens ad iustitiæ rigorem, sed in moderamine, & iudicio, quod tuum contineat furorem, ac indignationi tuæ imponat modum.*

3 *Corripe nos tu Domine eo iudicio, quod oculi tui viderint æquum nobis secundùm mensuram, & modum infirmitatis nostræ, & non per Regem Nabuchodonosor virgam furoris tui.*

4 *Corripe tumet qui omnia quæ facis cum vero, & prudenti facis iudicio, at non eâ corripiendi ratione, quâ per homines quibuscumque ferarum generibus sæuiores corripere nonnumquam soles in furore tuo: Neque permittas, vt Chaldæi instar ferarum se habentes absque iudicij consideratione, & moderamine ferino quodammodo corripiant furore.* [b] *Neque enim persuadere mihi possum, te commissurum vel etiam permissurum, vt Rex Nabuchodonosor, eiusque exercitus ad nihilum nos redigat populum tuum, & funiculum hæreditatis tuæ. aut ad paucitatem filios redigat Abrahæ dilecti tui, quos eidem Abrahæ innumerabiles sicut stellas cæli, & sicut arenam maris futuros pollicitus es, ita vt diminuantur qui te cognoscunt; & de quibus dictum est. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.*

b *Ne fortè ad nihilum (seu, ad paucitatē) redigas me.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudicio Dei se exponere quā iudicio hominū, & à Deo corripi optabilius est quā corripi ab hominibus.*

CORRIPE *me Domine.)* Quam in superiori vers. populi sui nomine cæpit, prosequitur modo Propheta orationem ad Dominum, quem vel aliquatenus propitium reddere satagit. Et quidem si præcedentis sententiæ, *Scio Domine quia non est hominis via eius*, &c. eum sequamur sensum, quem primo loco vt simpliciorem, magisque germanum attulimus, vt sermo esset de Rege Nabuchodonosor à Deo contra Ierusalem directo, admodum consequenter nūc sæuitiā deterrens iudicij Regis in illius ac Chaldæorum, qui se correptionem mereri cognoscit, ad iudicium confugit immediatum ipsius Dei à quo paternis visceribus correptum se aliàs nouerat. Iuxta illam Regis Dauid responsionem ad Prophetam Gad, [c] *Coarctor nimis: Sed melius est, vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum.* Suntque similes eiusdem Dauid orationes, quibus ad paternum confugit iudicium, præsertim in Psalmo 16. dicens, [d] *De vultu tuo iudicium meum prodeat*, id est, à tuo foro, à vultu tuo placido, à te sit quæ in me proferenda est sententia; iuxta phrasim illam, quâ & de Christo Domino apud Isaiam dicitur, [e] *In veritate educet* Hebr. *egredi*

c 2.Reg. 24. 14.
d Psal.16.2.
e Isai. 42. 3.

A *faciet iudicium*, & de impiis iudicibus senioribus apud Danielem, [f] *Quia egressa est iniquitas*, id est, iniquum iudicium de Babylone *à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* Quasi dicere voluerit Dauid, Iudicium correptionis meæ non sit ab hominibus, à quibus iniqua proferuntur: Sed à te mihi proueniat obsecro. *Oculi tui videant æquitates*, id est, Tuis ipsis oculis benignissimis vide quæ in me corrigenda sunt, & propter quæ corripi mereor, iudiciúmque in me profer ex æquo & bono (vt exponit S. Thomas) perque eam, quam vocant, &
B Hebraicum nomen מישרים *mesciarim* significat ἐπιείκειαν *epiichiam.* Quod & hoc quoque loco designatur per Hebraicum item nomen משפט *miscpath*, ita significans iudicium, vt simul & modum designet, & mensuram, vt cùm dicitur, (*Corripe me Domine, veruntamen in iudicio,*) tantumdem sit, ac Corripe me tu Domine, at eo iudicio, quod oculi tui viderint æquum mihi secundùm mensuram, & modum infirmitatis meæ, Vt in eo quod in altero membro adiicitur, (*Et non in furore tuo, ne fortè*, &c.) deterrere se indicet iudicium Chaldæorum, & Re-
C gis Nabuchodonosor, per quem Deus suum in actu prompsit furorem, vt tantumdem sit, (*Et non in furore tuo*) ac, Et non in virga furoris tui, haud enim dubium quin & de Nabuchodonosor dici id queat, quod de Assur ipsemet Dominus contestatus est, dicens, [g] *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi*, vt &c.

f Dan.13.5.
Quando Deus nos corripit per homines dicitur corripere in furore suo.
g Isai.10.5.

Possemus iuxta eumdem sensum aliter hunc locum ita interpretari, vt quod dicitur, (*Corripe me Domine, verumtamen in iudicio*) tantumdem
D sit, ac Corripe nos tumet, qui omnia quæ facis cum vero & prudenti facis iudicio, vt iudicij nomen actum designet rationis, consultationis, atque prudentiæ quo correptionem facere Deus solet consideratâ hominum imbecillitate, perpēsisque aliis conditionibus quibus ad mitiùs cum aliquibus agendum inclinatur. In eo verò quod subditur, (*Et non in furore tuo*) ea designetur corripiendi ratio, quæ per homines quibuscúmque ferarum generibus sæuiores corripere idem solet nonnumquam: quæ corripiendi ratio dicitur fieri in furore, vt ab ea contradistincta, quæ fit in
E iudicio, quòd eam à crudelibus hominibus, instar ferarum se habentibus absque iudicij consideratione, & moderamine, ferino quodammodo furore admitti faciat. Dicit autem Propheta, (*Et non in furore tuo*) tametsi dicere debuisset simpliciter, (*Et non in furore*) sicut dixerat, (*Veruntamen in iudicio,*) absque pronomine (*tuo.*) Vt exploratum omnibus faceret, neque hanc puniendi rationem, neque furorem istum à Deo alienum, quando nimirum à quoquam exacerbatur is sit. Quandoquidem eum ipsemet sibi apud alium adscribens Prophetam, de iisdem loquens
F Iudæis ait, [h] *Et ego ero eis quasi Leæna sicut Pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi Vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorū, & consumam eos quasi Leo, bestia agri scindet eos.* Quid clarius? Bene ergo efflagitans ne per Regē Nabuchodonosor corripiat eum Dominus, ait (*Et non in furore tuo*) cùm supra & in cap.4. de ipso Nabuchodonosor eumdē Deum sic proposuerit loquentem, [i] *Malū ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnā. Ascendit Leo de cubili suo, & prædo gentium, se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudi*

2 *Corripere dicitur Deus cū furore, quādo corripit per homines ferino furore & absque iudicio in suis se habentes sæuitiis.*
Furor ferinus & absque iudicio quomodo tributus Deo.
h Hose.13.7.
Crudelis hostis quacūque ferâ ferocior.
i Ierem. 4.6.

a Ierem. 4. 6. *solitudinem*, &c. Et in cap. 5.[a] *Idcirco percussit eos Leo de sylua, Lupus ad vesperam vastauit eos: Pardus vigilans super ciuitates eorum.* Et vt nouerimus de istiusmodi (vt ita dicam) ferino Dei furore se verba facere, & correptionem se deterrere Regis Nabuchodonosor, & Chaldæorum quibuslibet feris crudeliorum, in subsequenti sententia verbis quæ feris maxime conuenirent, illorum descripsit sæuitiam. *Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum.* Hocque sensu ista Ieremiæ oratio ei est similis, quâ & Vates regius eidem Deo supplex dicebat,[b] *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.*

b Psal. 73. 19.

3 *Ad misericordiam excitamus Deû erga peccatores proponendo ei humanæ naturæ imbecillitatê ad bonum.*

Si alterum sequamur præcedentis sententiæ sensum, quo generaliter de omni homine per Prophetam dicebatur, *Scio Domine quia non hominis via eius*, &c. bene præiacto illo fundamento idem Propheta Deum flectere satagit ad populi Iudaici miserendum in tantis, quibus cum premebat calamitatibus, cùm haud in illius solummodo potestate esset, vt à peccatis conuerteretur, cúmque infirmissimis esset viribus ad omne bonum; maximè verò è vestigio ad malum omne ex natura corrupta & procliuis esset, & flagilis.

Iudicij nomen vsurpatû pro misericordia.

4 Duobus autem modis hæc sumes; vel vt iudicium sumatur simpliciter pro misericordia, quæ indignationi opposita est, atque furori, prout sæpius vsurpatum reperitur & præsertim in eo Psalmo 118. quo dicitur,[c] *Misericordia tua multæ Domine, secundùm iudicium tuum viuifica me*, & tunc quod hîc dicitur, vt ei simile accipies, quod in Psalm. 6. ait Dauid,[d] *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; sana me Domine quoniã côturbata sunt ossa mea.* Quibus postremis verbis duas apertè exponit rationes, quas Propheta noster subindicarat, & propter quas populo suo misericordiam à Deo deposcit, vires ad bonum infirmas, & potentiarum ægritudinem, propensionémque ad malum, vnde à Deo sanari opus eidem erat. Vel idem iudicij nomen sumendo pro moderamine, & discretione, ac æquitate, vt oppositum stricto iuri, & rigori, qualis comes esse solet furoris: & tunc hîc dicitur quod expositum habes in Paraphrasi num. 2. Et hunc istorum quæ hîc dicuntur germanum esse sensum, ex quadam colligere est quasi ad deprecationem istam responsione Dei, quâ infra in cap. 30. Dominus hæc habet:[e] *Faciam consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.*

c Psalm. 118. 156.

d Psal. 6. 1.

Correptionem à Deo expostunt sancti sed cum moderamine & æquitatis.

e Ierem. 30. 11.

Sept. in numero plurali hæc ita legunt, *(Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore,)* absque pronomine *(tuo.)* In Hebr. tamen & pronomen vt in Vulgata est, & in singulari est sermo: sicque hæc leguntur, secundùm Pagninum, omnino vt in Vulgata: secundùm Regiam, pro, *(Et non in furore tuo, & non in naso tuo)* (de qua nasi significatione diximus alias.) Secundùm Vatab. *(Castiga me Domine, sed in iudicio* (vel cum modo, moderatè, non pro meritis) *non in furore tuo,)* Isidorus Clarius, *(Veruntamen in iudicio,)* id est, Habitâ ratione imbecillitatis meæ.

4 *(Ne fortè ad nihilum redigas me,)* Pro *(Ad nihilum redigas me.)* In Originalibus Hebr. & Sept. & verbum quod significat propriè. Ad paucitatem reducere, diminuere, sic Pagninus & Regia,

A *(Ne fortè diminuere facias me)* Vatab. *(Ne fortè imminuas me*, vel *Ad paucitatem redigas me)* Sept. *(Vt non paucos nos facias.)* Ex qua versione Sept. in qua non est particula, *(Ne fortè)* colligi potest, illam nec in Hebr. & in Vulgata dubitationis quidpiam in eo quod dicitur præ se ferre. Quod & S. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia cap. 5. (Si Ambrosij liber is est) de eadem particula adnotauit, haud semper dubiam reddere locutionem, phrasimque esse Scripturæ, vt nonnumquam verbis dubitantis vtatur, cùm minimè dubitet, & ex Homero lib. 6. Iliad. eamdem phrasim probat &

Dubitationis particulæ aliquando non reddunt locutionem dubitatiuam. Ambros.

B apud prophanos in vsu esse. Crediderim nihilominus ipse, dictam particulam & dubitatiuè hîc positam, & hanc ipsam hîc adhibitam dubitationis formam ingentem ei quod dicitur conferre emphasim. Videtur in modicis hisce verbis, *(Ne fortè ad paucos, seu ad nihilum redigas me)* & rationem alteram afferre Propheta, quâ ad mitiùs cum populo suo agendum deflectat Deum. Ratio autem ista & vna est, & tria subindicat. Et quòd si in furore suo secum agat (loquitur autem in persona populi) ad paucitatem reducturus sit filios Abrahæ, quos eidem Abrahæ in-

Dubitationis particula addita ad emphasim, dandam orationi.

Artificiû Ieremiæ in hac oratione.

C numerabiles futuros,[f] *sicut stellas cæli, & sicut arenam maris*, pollicitus fuerat: Et quòd diminuendus per istiusmodi eius correptionem in furore illorum quàm maximè erat numerus, qui ipsum agnoscebât, cùm scriptû alioquin esset,[g] *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*: Et quòd Rex Nabuchodonosor, eiusque exercitus, quo in tali correptione vt virga vti disposuerat furoris sui, ad nihilum redacturi eûdem essent populû, quem aliàs ipsemet Deus[h] virgam, & funiculum vocare solitus esset hæreditatis. Quæ tamen

f Gen. 22. 17.

g Psal. 75. 1.

h Ier. 10. 16.

D omnia bene dubitanter asserit, significans, persuadere se minimè sibi posse, vt à Deo permittenda, ne dicam facienda sint, quæ subindicata iam sunt. In quo mirum in modum Dei erga populum suum commouere satagit viscera, vtpote quem norit adeo erga illum esse affectû, vt aliàs iis qui de eodem essent populo dixerit,[i] *Qui tâgit vos tangit pupillam oculi mei*, & quò ratio sit efficacior, eos è vestigio indignato proponit Deo, in quos suû meliori iure exercere is queat furorem, Gentes quæ ipsum non nouerunt, dicens, *effunde indignationem*, &c.

i Zach. 2. 8.

E

Vers. 24.] Corripe me Domine, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

PRIMVM ex hoc loco collige. Cùm nemo nostrûm in hac vita sit, qui nô peccet aliquando, adeoque & nemo sit, qui propter aliquod peccatû castigari nô mereatur, hoc in primis vnûquemque à Deo efflagitare debere, vt in hac vita ab ipsomet corripiatur, recolens id

5 *Tribulationes & correptiones petendæ à Deo in hac vita.*

F quod & in lib. Iob dicitur,[k] *Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.* Hocque est ab illo corripi in iudicio, ac in mensura, & æquitate, non in furore ipsius. Exploratum siquidem vnicuique debet esse nostrûm: Tunc maximè Deum in suo corripere furore, cùm nos peccantes minimè corripit, teste eodemmet Domino iis apud Oseam verbis,[l] *Nô visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint.* Tunc quippe ita absque mensura, & modo sæuit, vt nihil

k Iob. 5. 17.

Furor Dei tûc maximè in peccatorem quum illû nô corripit.

l Ose. 4. 14.

ampliùs superesse videatur quo corripiat, ac puniat, iuxta id quod apud Ezechielem ait,[a] *Et requiescet indignatio mea in te,& auferetur Zelus meus à te,& quiescam,nec irascar amplius.* Et [b] *Non mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.*

a Ezech. 16. 42.
b Ezech. 24. 13.

6 *Compatiendū proximo peccanti, si nobis Deum cōpati velimus.*

Secundò vnà cum hac Ieremiæ sententia iungi & id quod in lib. Eccl.legitur, [c] *Homo homini seruat iram,& à Deo quærit medelam: In hominem similem sibi non habet misericordiam & de peccatis suis deprecatur:* Quodque in Euangelio dicit Iesus,[d] *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Quapropter sicut nos in Deum peccātes corripi quidem ab illo petimus,sed in iudicio misericordię, non ad iustitiæ rigorem. Ita erga nos offendentem,vel in peccantem proximum id seruare studeamus Apostoli consilium, quo ait, [e] *Si quis in aliquo delicto præoccupatus fuerit, vos qui spirituales estis,huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum,ne & tu tenteris,* vt & ille gaudens dicat,[f] *Corripiet me iustus in misericordia,& increpabit me.*

c Eccl. 28. 3.
d Marc.4.24.
e Galat.6. 1.
f Psal.140 5.

7 *Dei quāta sit bonitas etiam in castigādo.*

Tertiò circa verba illa, *(Ne fortè ad nihilum redigas me.)* Nota, quanta sit Dei erga seruos suos vel etiam in corripiendo bonitas, vt anima quæ ipsum mox Domini nuncuparat nomine,meritò asserat, sibi persuadere non posse,prout in litera explicatum est.ab illo sic corripiendam aliquando, vt ad nihilū in conspectu eius redigatur:qui cùm corripit non quærit mortem peccatoris, sed vt conuertatur,& viuat. Quinimò iuxta eā Hebraicam lectionem, *(Ne fortè diminuere facias me)* tantam ipsius sollicitudinem & curam habet serui sui,vt corripiat quidem ipsum delinquentem; non tamen, si correptionem suam is accipiat,diminuere eum quapiam faciat in gratia,& virtute, quā primò ille erat insignis. Quandoquidem Domini est, seruum alere, non negligere, delinquentem corrigere, non necare, fugientem requirere non abdicare,vt bene notat Gregor.Papa in primum Psalmum pœnitentialem vers. 1.

Peccatorem dum per flagella cōuertit Deus nō permittit, vt is quapiam minuatur in gratia.

Greg. PP.

VVLGATÆ.

Vers. 24.] Corripe me Domine, &c.

SEPTVAGINTA.

24. Παίδευσον ἡμᾶς κύριε πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσεις.

Vers. 24.] Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio,& non in furore:vt paucos non facias nos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Adhuc super eos infirmitates,veruntamē in iudicio pauperis:ne irascatur furor tuus contra eos,ne fortè minuantur.*

Origenes. *Deus accommodat se naturæ nostræ,vt pater accommodat se filio infanti.*

Vers.24.*(Corripe me Domine,*&c.)Origenes lib. 4.Contra Celsum circa dimidium, *Sicut nos cum pueris paruulis agentes accommodamus verba ad eorum sensum quantùm possumus, & pueros pueriliter educamus, erudimusque, vt putamus eis conueniens: Ita videtur diuina sapientia contexuisse Scripturas ad auditorum modulum,id sibi decorum existimans,quod illis sit vtile: De quo more Dei alloquentis homines hæc leguntur in Deuter.* [a] *Accommodauit se tuis moribus Dominus Deus tuus,haud secus quàm homo pater accommodat se filio suo.Nimirum more hominū Scriptura loquitur ad vtilitatem hominum. Attamen cui studium est diuinas Scripturas perspicere,inueniet ibi spiritualia dici spiritualibus, vt vocantur;conferēs inter se mentem eorum quæ dicuntur vel infirmioribus, vel exercitatioribus sæpenumero sic cōtemperata, vt in eodem contextu inueniantur vtraque: Ergo cùm irā Dei nominamus, nō affectum eius dicimus,sed quiddam seueriori disciplinā castigans homines tot tantisque peccatis obnoxios.Nā quod erudiat homines ita vocamus, furorque Dei,& hoc velle has voces manifestum est ex eo Ieremiæ, (Erudias nos Domine, sed non in iudicio, nec in furore, ne nos ad paruum numerum redigas.*

a Deut. 1.31. iuxta Sept.

Ira Dei quid sit.

2 Hieronym. *Furere & furor Dei quid.*

Hieronymus Comment.in cap.5.Isaiæ,*(Corripe nos, inquit Ieremias, Domine,veruntamen in iudicio, & non in furore) Furere Dominus dicitur, non quòd humanis perturbationibus subiaceat, sed quòd nos qui deliquimus, nisi irascentem audierimus, Dominum nō timeamus. Vnde & Apostolus scribit,* [a] *quòd bonitas Dei,& patientia prouocet nos ad pœnitentiam,nos autem secundum duritiam, & impœnitens cor nostrum thesaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Magis ad rem idem Hieronymus Comment.super hunc ipsum locū. *Hunc,inquit, locum & in Psalmo legimus,*[b] *Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me. Et est sensus. Meremur quidem omnia quæ sustinemus,& multò meremur maiora,quàm patimur. Veruntamen, hoc obsecro, vt quasi pater me corripias, non quasi aduersarius: vt me emendes quasi filium, & non punias quasi inimicum: Castigas enim omnem filium quem recipis: & per omnem dolorem,ac flagellum emendas Ierusalē.*

a Rom.2.5.

Corripi à Deo vt à patre non vt à iudice petunt iusti.

b Psal. 6. 1.

3 Basilius.

Basilius homil.in martyrem Iulittam,post dimidium.*Si quæ nos adoriantur rerum apprimè tristiū afflictiones inamœnæ, dicamus sapienti medico, (Castiga,nos Domine:veruntamē in iudicio,& nō in furore.)*

Tribulationes cur impatienter tolerant improbi.

Idem verò homil.in principium Prouerbiorū aliquantò ante medium.*Disciplinam,* inquit, *nosse non cuiuslibet est mentis: quoniam multi res duras tolerare desperantes exitus, ac euentus vtilitatē ob ignauiam, & ignorantiam non expectant:sed ad diligentiæ austeritatem impatientes, in imprudentiæ tenebris, ac infirmitate remanserunt. Idcirco admiratione dignæ sunt iustorum voces,dicentium,* [c] *Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me. Nō enim disciplinam detrectant,sed iram. Hoc namque simile illi videtur, (Castiga nos Domine,præter quàm in iudicio,& ira,)* (Nota hanc lectionem.)Aliter enim ipsemet Basilius legit Comment.ad finem cap.5. Isaiæ vbi posito discrimine significationū vocū furoris,& iræ,vt videre ibi potes. *Ob hoc,inquit, & Ieremias, (Corripe nos Domine ait,veruntamen in iudicio, & non in furore,)Non enim dixit,(Et non in ira.) Quia erudit quidem,& castigat ira,obiurgat autem acriùs furor,habetque ira quiddam efficacius, atque vtilius furore. Præterquàm quòd correctio à rectitudine iudicij profecta clementior est, & commodior ea quæ per furorem prosilit, & iram. Correptus enim in iudicio,& sermone illustratus plurimum vtilitatis accipiet per arcanam meditationem iudiciorum Dei, in hoc vt nihil iam agat citra iudicium discretionis: sed vt cuncta consumet ad libellam sani,& incolumis iudicij: ita vt ij ipsi cogitationes habeant iudicio discretionis confirmatas, iuxta quod dicitur,*[d] *Cogitationes iustorum iudicia.*Quibus similia habet & Procopius Gazæus Comment.itē suis in idem cap.5.Isaiæ.

c Psal.6.1.

Corripi in iudicio diuersimodè sumptū.

d Prou 12. 5. Procopius.

4 Ambrosius. *Correptio duplex,moderatior, & seuerior.*

Ambros.serm.9.in Psal.118.Ex hoc loco probans duplicem esse correptionem, *Est ait, disciplina,& correptio seuerior,est etiam moderatior,Moderatior,de qua dicit Dominus* [e] *(Corripiam eos in auditu tribulationis eorum: est seuerior, quæ est in ira, & furore correptio, Quam refugiens Ieremias,Corripe nos Domine*

e Oseæ 7.12. iuxt.Sept.

Domine, inquit, *in iudicio & non in furore.*

Cyril. Alex. *Correptio Dei ſimilis deciſioni palmitũ.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioan. cap. 14. *Nec multitudo Sanctorum Dei caſtigationem renuit, imò potiùs optat, dicens, (Caſtiga nos Domine, in iudicio tamen, non in furore.) Namque deciſio infructuoſorumq́; palmitum in furore fit, in iudicio autem, id eſt, in conſideratione atque menſura fructuoſi palmites depurgantur: Vnde aiunt.* a *In tribulatione parua Domine diſciplina tua nobis. Parua enim purgatoria eſt tribulatio, quæ per ſuperiorem diſciplinam beatos homines efficit.* Vide & Ioannem Caſsianum collat. 6. cap. 11. vbi diſtinguens triplicem rationem tentationis, & correptionis diuinæ vel ob purgationem, vel ob emundationem, vel ob merita delictorũ, ſententiam iſtam affert in confirmationem vtilitatis diuinæ correptionis ob emundationem.

a Iſai 26. 16. iuxta Sept.

Ioan. Caſsia. *Correptionis diuinæ triplex ratio.*

A Theodoritus. *Obſecramus te, ne ille Nabuchodonoſor exigat à nobis pœnas impietatis: verùm tu ipſe erudias nos paternâ caſtigatione, Hoc dicit cùm poſt præexpoſita ait Propheta, (Corripe nos Domine, verũtamen in iudicio, & non in furore, ne nos paucos facias.)* 5

Theodoret. *Corripi à Deo potiùs quàm ab hominibus petunt Sancti.*

D. Thom. *Ponit petitionem, quâ petit populus miſericordiam, (Corripe me in iudicio) conſuetæ miſericordiæ, non condemnationis, de quo in Pſal.* b *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. (Et non in furore.) ſecundùm debitæ vindictæ menſuram. (Ne fortè) iuſtũ enim eſſet, vt peccans in Deum ab ipſo relinqueretur,* B *& ſic in nihilum tenderet. Et ſic non facit cõtra præceptum Domini ſupra 8.* c *Tu ergo noli orare pro populo iſto, &c. quia non petit, vt non puniantur, ſed ne omnino deleantur.*

D. Thomas. *Corripi cum iudicio miſericordiæ expoſcimus à Deo.*

b Pſal. 142. 2.

c Iere. 7. 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Παίδευσον ἡμᾶς κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. C

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] καὶ παίδευσον ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἀπωθοῦμαι τὴν παιδείαν. ἐν κρίσει καὶ μὴ ἐν θυμῷ. θυμὸν δὲ καλεῖ ἐκ τῆς παρὰ ἀνθρώποις συνηθείας τὴν ἀθρόαν ἐπαγωγὴν, οἷον τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων. ἥτις σχεδὸν ἅπαντας ἄρδην ἀναιρεῖ. κρίσιν δὲ παρατεταμένην τινὰ βάσανον, ἐξ ἧς ἐπίγνωσις τοῖς παιδευομένοις ἐγγίνεται. ἔθος γὰρ κρίνεσθαι λέγειν τὸν μακρὰ βασανιζόμενον.

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ἐπὶ τούτοις ὁ προφήτης, παιδευθῆναι μὲν διὰ τὸ συμφέρον ἀξιοῖ τὸν D θεόν. ἀλλ' οὐκ ἐν θυμῷ, ἀλλ' εἰς ἐπιστροφὴν μόνον κακωθῆναι, καὶ μὴ παραδοθῆναι τοῖς ἀσεβέσι τοῦ ὑπὸ κρίσιν τελοῦντας αὐτοῦ. ἐμπεσούμεθα γὰρ μᾶλλον εἰς χεῖρας σου, ἢ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. θυμῷ γὰρ παιδεύει παραδιδοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. καὶ Δαβὶδ δέ φησι κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. καὶ τὰ ἑξῆς.

Verſ. 24. CORRIPE *me Domine non in furore*, &c.) 6

Incerti.] *(Corripe nos: Non fugio correptionem; (in iudicio non in furore.) Furorem autem vocat more hominum, repentinam irruptionem, & hoſtilem incurſum, quæ ferè omnes, ad internecionem conficiebat. Iudicium verò, protenſam quandam punitionem, ex qua ſui agnitio caſtigatis oboritur. Dicimus enim eum iudicari qui diu pœnis afflictatur.*

Incertus. *Furoris Dei correptio ea eſt qua quaſi hoſtili fit incurſu, ſubitaque irruptione. Correptio Dei in iudicio eſt punitio protẽſa ex qua vtilitas exhibetur cognitionis culpæ.*

Victoris Preſbyteri.] *Ergo Propheta corripi quidem propter vtilitatem à Deo poſtulat, veruntamen non in furore, ſed vt ad conuerſionem ſit malorum irrogatio, nec in poteſtatem impiorum tradi eos, qui eius ſubſtãt iudicio. Incidemus enim potiùs in manus tuas, quã in manus hominũ: tũc enim furore corripit, cũ inimicorũ poteſtati tradit, & Dauid etiam inquit, Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, & cætera.*

Vict. Presb. *Correptio Dei in iudicio eſt punitio ad cõuerſionem. Corripit nos Deus in furore, cùm tradit in manus hoſtium.*

Verſ. 25.] Effunde indignationem tuam ſuper Gentes, quæ non cognouerũt te, & ſuper prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederũt Iacob, & deuorauerũt eũ, & conſumpſerunt illum, & decus eius diſſipauerunt. F

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AEQVIVS a *certè eſt, vt in illos tuũ exeras furorem, qui ita à te alieni ſunt, vt nedum vllam tui habeant rationem, ſed & nos deuaſtare obnitantur, qui tui tandem ſumus vel ratione patrum noſtrorum. Iram itaque tuam vſque ad conſumptionẽ inſtar diffuſarum flammarũ effunde ſuper Gentes iſtas Regem Nabuchodonoſor comitantes, quibus minimè es notus; & ſuper earum prouincias, familias, ac regna, quæ nec te inuocant, nec de tuo nomine tua dicta ſunt vnquam.* b *Quia vnà cum Chaldæis ferinâ rabie nos filios Iacob dilecti tui quaſi dentibus dilaceratos, & deuoratos conſumpſerunt.* c *Et admirandam fecerunt deuaſtationem, ac deſolationem eius omnis quod decoris, atque præclari nobis, patrique noſtro eidẽ Iacob eſſet, ſiue in anguſtiſſimo tẽplo, ſiue in opulentiſſimis ciuitatibus, ſiue in magnificis ædium habitationibus, ſiue in amœniſſimis agris, aut in vberrimis paſcuis.*

a Effunde indignationem tuam ſuper gentes quæ nõ cognouerunt te, & ſuper prouincias (ſeu familias aut regna) quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt.

b Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & conſumpſerũt illum.

Et decus (ſeu habitationẽ, aut paſcua) eius deſolauerunt (ſeu vaſtauerũt.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

EFFVNDE *indignationem tuam*, &c.) Totus verſus iſte ex Pſalmo deſumptus eſt 78. Imò & præcedens quoq; verſus quoad ſenſum ferè ex eodem Pſalmo videtur ſumptus, ſi quod vltimo loco apud Ieremiam dicebatur, *Ne fortè ad nihilum redigas me*, eo accipiatur ſenſu. Ne fortè contemptui à te deſpectum, & flocci habitum exponas vniuerſis: quã phraſi in Pſalm. 14. dicitur, d *Ad nihilum deductus eſt*, nihili factus & deſpectus eſt *in conſpectu eius malignus, Timentes* F *autem Dominum glorificat.* Et in Pſalm. 58. e *Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces, id eſt*, flocci facies *omnes gentes.* Audi & in præcitato Pſal. 78. querelas de iſtiuſmodi deſpectu, f *facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.* Audi & petentem modũ in correptione, Deique furorem deterrentem, *Vſquequò Domine iraſceris in finem accendetur velut ignis zelus tuus?* Bene autem tam ibi Vates Regius, quàm hoc loco Ieremias ſubiiciunt *(effunde indignationem, ſeu iram tuam ſuper gentes quæ, &c.)* quaſi dicant. Si tuus exerendus eſt furor, æquiùs certè eſt, vt in illos eum exeras, qui ita à te alieni ſunt, vt ne dum tui vllam habeant rationem, ſed

1 *Ad nihilum deducere pro conceptũ exponere, & flocci facere.*

d Pſal. 14. 4.

e Pſal. 58. 9.

f Pſal. 78. 4.

A amplius superesse videatur quo corripiat, ac puniat, iuxta id quod apud Ezechielem ait,[a] *Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur Zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius.* Et [b] *Non mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.*

a Ezech. 16. 42.
b Ezech. 24. 13.

6 Secundò vnà cum hac Ieremiæ sententia iungi & id quod in lib. Eccl. legitur, [c] *Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam: In hominem similem sibi non habet misericordiam & de peccatis suis deprecatur:* Quodque in Euangelio dicit Iesus,[d] *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Quapropter sicut nos in Deum peccátes corripi quidem ab illo petimus, sed in iudicio misericordię, non ad iustitiæ rigorem. Ita erga nos offendentem, vel in peccantem proximum id seruare studeamus Apostoli consilium, quo ait, [e] *Si quis in aliquo delicto præoccupatus fuerit, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris*, vt & ille gaudens dicat,[f] *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.*

Compatiendũ proximo peccanti, si nobis Deum cõpati velimus.
c Eccl. 28. 3.
d Marc. 4. 24.
e Galat. 6. 1.
f Psal. 140. 5.

B

7 Tertiò circa verba illa, *(Ne fortè ad nihilum redigas me.)* Nota, quanta sit Dei erga seruos suos vel etiam in corripiendo bonitas, vt anima quæ ipsum mox Domini nuncuparat nomine, meritò C asserat, sibi persuadere non posse, prout in litera explicatum est ab illo sic corripiendam aliquando, vt ad nihilũ in conspectu eius redigatur: qui cùm corripit non quærit mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Quinimò iuxta eã Hebraicam lectionem, *(Ne fortè diminuere facias me)* tantam ipsius sollicitudinem & curam habet serui sui, vt corripiat quidem ipsum delinquentem; non tamen, si correptionem suam is accipiat, diminuere eum quapiam faciat in gratia, & virtute, quâ primò ille erat insignis. Quandoquidem D Domini est, seruum alere, non negligere, delinquentem corrigere, non necare, fugientem requirere non abdicare, vt bene notat Gregor. Papa in primum Psalmum pœnitentialem vers. 1.

Dei quãta sit bonitas etiam in castigãdo.
Peccatorem dum per flagella cõuertit Deus nõ permittit, vt is quapiam minuatur in gratia.
Greg. PP.

VVLGATÆ.

Vers. 24.] Corripe me Domine, &c.

SEPTVAGINTA.

24. Παίδευσον ἡμᾶς κύριε πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς.

E

Vers. 24.] Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore: vt paucos non facias nos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Adhuc super eos infirmitates, veruntamẽ in iudicio pauperis; ne irascatur furor tuus contra eos, ne fortè minuantur.*

F Vers. 24. *(Corripe me Domine, &c.)* Origenes lib. 4. Contra Celsum circa dimidium, *Sicut nos cum pueris paruulis agentes accommodamus verba ad eorum sensum quantùm possumus, & pueros pueriliter educamus, erudimusque, vt putamus eis conueniens: Ita videtur diuina sapientia contexuisse Scripturas ad auditorum modulum, id sibi decorum existimans, quod illis sit vtile: De quo more Dei alloquentis homines hæc leguntur in Deuter.* [a] *Accommodauit se tuis moribus Dominus Deus tuus, haud secus quàm homo pater accommodat se filio suo. Nimirum more hominũ Scriptura loquitur ad vtilitatem hominum. Attamen cui studium est diuinas Scripturas perspicere, inueniet ibi spiritualia dici spiritualibus, vt vocantur, conferẽs inter se mentem eorum quæ dicuntur vel infirmioribus, vel exercitatioribus sæpenumero sic cõtemperata, vt in eodem contextu inueniantur vtraque: Ergo cùm irã Dei nominamus, nõ affectum eius dicimus, sed quiddam seueriori disciplina castigans homines tot tantisque peccatis obnoxios. Nã quod erudiat homines ira vocamus, furorque Dei, & hoc velle has voces manifestum est ex eo Ieremiæ, (Erudias nos Domine, sed non in iudicio, nec in furore, ne nos ad paruum numerum redigas.*

Origenes.
Deus accommodat se naturæ nostræ vt pater accommodat se filio infanti.
a Deut. 1. 31. iuxta Sept.
Ira Dei quid sit.

B Hieronymus Comment. in cap. 5. Isaiæ, *(Corripe nos, inquit Ieremias, Domine, veruntamen in indicio, & non in furore) Furere Dominus dicitur, non quod humanis perturbationibus subiaceat, sed quod nos qui deliquimus, nisi irascentem audierimus, Dominum nõ timeamus. Vnde & Apostolus scribit,* [a] *quòd bonitas Dei, & patientia prouocet nos ad pœnitentiam, nos autem secundum duritiam, & impœnitens cor nostrum thesaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Magis ad rem idem Hieronymus Comment. super hunc ipsum locũ. *Hunc*, inquit, *locum & in Psalmo legimus,*[b] *Domine ne in furore tuo* C *arguas me, neque in ira tua corripias me. Et est sensus. Meremur quidem omnia quæ sustinemus, & multò meremur maiora, quàm patimur. Veruntamen, hoc obsecro, vt quasi pater me corripias, non quasi aduersarius: vt me emendes quasi filium, & non punias quasi inimicum: Castigas enim omnem filium quem recipis: & per omnem dolorem, ac flagellum emendas Ierusalẽ.*

2
Hieronym.
Furere & furor Dei quid.
a Rom. 2. 5.
Corripi à Deo vt à patre non vt à iudice petunt iusti.
b Psal. 6. 1.

3 Basilius homil. in martyrem Iulittam, post dimidium. *Si quæ nos adoriantur rerum apprimè tristiũ afflictiones inamœnæ, dicamus sapienti medico, (Castiga, nos Domine: veruntamẽ in iudicio, & nõ in furore.)*

Basilius.

D Idem verò homil. in principium Prouerbiorũ aliquantò ante medium. *Disciplinam*, inquit, *nosse non cuiuslibet est mentis: quoniam multi res duras tolerare desperantes exitus, ac euentus vtilitatẽ ob ignauiam, & ignorantiam non expectant: sed ad diligentiæ austeritatem impatientes, in imprudentiæ tenebris, ac infirmitate remanserunt. Idcirco admiratione dignæ sunt iustorum voces, dicentium,* [c] *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Nõ enim disciplinam detrectant, sed iram. Hoc namque simile illi videtur, (Castiga nos Domine, præter quàm in iudicio, & ira,)* (Nota hanc lectionem.) Aliter enim ipsemet Basilius legit Comment. ad finem cap. 5. E Isaiæ vbi posito discrimine significationũ vocũ furoris, & iræ, vt videre ibi potes. *Ob hoc*, inquit, *& Ieremias, (Corripe nos Domine ait, veruntamen in iudicio, & non in furore,) Non enim dixit, (Et non in ira.) Quia erudit quidem, & castigat ira, obiurgat autem acrius furor, habetque ira quiddam efficacius, atque vtilius furore. Præterquàm quòd correctio à rectitudine iudicij profecta clementior est, & commodior ea quæ per furorem prosilit, & iram. Correptus enim in iudicio, & sermone illustratus plurimum vtilitatis accipiet per arcanam meditationem iudiciorum Dei, in hoc vt nihil iam agat citra iudicium discretionis: sed* F *vt cuncta consumet ad libellam sani, & incolumis iudicij: ita vt ij ipsi cogitationes habeant iudicio discretionis confirmatas, iuxta quod dicitur,*[d] *Cogitationes iustorum iudicia.* Quibus similia habet & Procopius Gazæus Comment. itẽ suis in idem cap. 5. Isaiæ.

Tribulationes cur impatienter tolerant improbi.
c Psal. 6. 1.
Corripi in iudicio diuersimodè sumitũ.
d Prou. 12. 5.
Procopius.

4 Ambros. serm. 9. in Psal. 118. Ex hoc loco probans duplicem esse correptionem, *Est* ait, *disciplina, & correptio seuerior, est etiam moderatior, Moderatior, de qua dicit Dominus* [e] *(Corripiam eos in auditu tribulationis eorum: est seuerior, quæ est in ira, & furore correptio, Quam refugiens Ieremias, Corripe nos Domine*

Ambrosius.
Correptio duplex, moderatior, & seuerior.
e Osee 7. 12. iux. Sept.

Domine, inquit, *in iudicio & non in furore.*

Cyril. Alex. *Correptio Dei ſimilis deciſioni palmitũ.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioan. cap. 14. *Nec multitudo Sanctorum Dei caſtigationem renuit, imò potiùs optat, dicens, (Caſtiga nos Domine, in iudicio tamen, non in furore,) Namque deciſio infructuoſorumq; palmitum in furore ſit, in iudicio autem, id eſt, in conſideratione atque menſura fructuoſi palmites depurgantur: Vnde aiunt. In tribulatione parua Domine diſciplina tua nobis. Parua enim purgatoria eſt tribulatio, quæ per ſuperiorem diſciplinam beatos homines efficit.* Vide & Ioannem Caſsianum collat. 6. cap. 11. vbi diſtinguens triplicem rationem tentationis, & correptionis diuinæ vel ob purgationem, vel ob emundationem, vel ob merita delictorũ, ſententiam iſtam affert in confirmationem vtilitatis diuinæ correptionis ob emundationem.

a Iſai 26. 16. iuxta Sept.

Ioan. Caſsia. *Correptionis diuinæ triplex ratio.*

A Theodoritus. *Obſecramus te, ne ille Nabuchodonoſor exigat à nobis pœnas impietatis: verùm tu ipſe erudias nos paternâ caſtigatione, Hoc dicit cùm poſt præexpoſita ait Propheta, (Corripe nos Domine, verũtamen in iudicio, & non in furore, ne nos paucos facias.)* 5

Theodoret. *Corripi à Deo potius quàm ab hominibus petunt Sacti.*

D. Thom. *Ponit petitionem, quâ petit populus miſericordiam, (Corripe me in iudicio) conſuetæ miſericordiæ, non condemnationis, de quo in Pſal.* [b] *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. (Et non in furore.) ſecundùm debitæ vindictæ menſuram. (Ne fortè) iuſtũ enim eſſet, vt peccans in Deum ab ipſo relinqueretur,* B *& ſic in nihilum tenderet. Et ſic non facit cõtra præceptum Domini ſupra 8.* [c] *Tu ergo noli orare pro populo iſto, &c. quia non petit, vt non puniantur, ſed ne omninò deleantur.*

D. Thomas. *Corripi cum iudicio miſericordia expoſcimus à Deo.*

b Pſal. 142. 2

c Iere. 7. 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Παίδευσον ἡμᾶς κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. C

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] καὶ παίδευσον ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἀπωθοῦμαι τὴν παιδείαν. ἐν κρίσει καὶ μὴ ἐν θυμῷ. θυμὸν δὲ καλεῖ ἐκ τῆς παρὰ ἀνθρώποις συνηθείας τὴν ἀθρόαν ἐπαγωγήν, οἷον τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων. ἥ τις σχεδὸν ἅπαντας ἄρδην ἀνῄρει. κρίσιν δὲ παρατεταμένην τινὰ βάσανον, ἐξ ἧς ἐπίγνωσις τοῖς παιδευομένοις ἐγγίνεται. ἔθος γὰρ κρίνεσθαι λέγειν τὸν μακρὰ βασανιζόμενον.

Βίκτωρος πρεσβυτέρου.] ἐπὶ τούτοις ὁ προφήτης, παιδευθῆναι μὲν διὰ τὸ συμφέρον ἀξιοῖ τὸν D θεόν. ἀλλ' οὐκ ἐν θυμῷ, ἀλλ' εἰς ἐπιστροφὴν μόνον κακωθῆναι, καὶ μὴ παραδοθῆναι τοῖς ἀσεβέσι τοὺς ὑπὸ κρίσιν τελοῦντας αὐτοῦ. ἐμπεσούμεθα γὰρ μᾶλλον εἰς χεῖρας σοῦ, ἢ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. θυμῷ γὰρ παιδεύει παραδιδοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. καὶ Δαβὶδ δέ φησι κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. καὶ τὰ ἑξῆς.

Verſ. 24. CORRIPE *me Domine non in furore*, &c.) 6

Incerti.] *(Corripe nos: Non fugio correptionem; (in iudicio non in furore.) Furorem autem vocat more hominum, repetinam irruptionem, & hoſtilem incurſum, quæ ferè omnes, ad internecionem conficiebat. Iudicium verò, protenſam quandam punitionem, ex qua ſui agnitio caſtigatis oboritur. Dicimus enim eum iudicari qui diu pœnis affligitur.*

Incertus. *Furoris Dei correptio ea eſt quæ quaſi hoſtili fit incurſu, ſubitaque irruptione. Correptio Dei in iudicio eſt punitio protẽſa ex qua vtilitas exhibetur cognitionis culpæ.*

Victoris Preſbyteri.] *Ergo Propheta corripi quidem propter vtilitatem à Deo poſtulat, veruntamen non in furore, ſed vt ad conuerſionem ſit malorum irrogatio, nec in poteſtatem impiorum tradi eos, qui eius ſubſtãt iudicio. Incidemus enim potiùs in manus tuas, quã in manus hominũ: tũc enim furore corripit, cũ inimicorũ poteſtati tradit, & Dauid etiam inquit, Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, & cætera.*

Vict. Presb. *Correptio Dei in iudicio eſt punitio ad cõuerſionem. Corripit nos Deus in furore, cùm tradit in manus hoſtium.*

Verſ. 25.] Effunde indignationem tuam F ſuper Gentes, quæ non cognouerũt te, & ſuper prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederũt Iacob, & deuorauerũt eũ, & conſumpſerunt illum, & decus eius diſſipauerunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Effunde indignationem tuam ſuper gentes quæ nõ cognouerunt te, & ſuper prouincias (ſeu familias aut regna) quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt.*

b *Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & conſumpſerũt illum.*

Et decus (ſeu habitationẽ, aut paſcua) eius deſolauerunt (ſeu vaſtauerũt.)

AEQVIVS [a] *certè eſt, vt in illos tuũ exeras furorem, qui ita à te alieni ſunt, vt nedum vllam tui habeant rationem, ſed & nos deuaſtare obnitantur, qui tui tandem ſumus vel ratione patrum noſtrorum. Iram itaque tuam vſque ad conſumptionẽ inſtar diffuſarum flammarũ effunde ſuper Gentes iſtas Regem Nabuchodonoſor comitantes, quibus minimè es notus; & ſuper earum prouincias, familias, ac regna, quæ nec te inuocant, nec de tuo nomine tua dicta ſunt vnquam.* [b] *Quia vnà cum Chaldæis ferinâ rabie nos filios Iacob dilecti tui quaſi dentibus dilaceratos, & deuoratos conſumpſerunt.* [c] *Et admirandam fecerunt deuaſtationem, ac deſolationem eius omnis quod decoris, atque præclari nobis, patrique noſtro eidẽ Iacob eſſet, ſiue in anguſtiſſimo tẽplo, ſiue in opulentiſſimis ciuitatibus, ſiue in magnificis ædium habitationibus, ſiue in amœniſſimis agris, aut in vberrimis paſcuis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 EFFVNDE *indignationem tuam*, &c.) Totus verſus iſte ex Pſalmo deſumptus eſt 78. Imò & præcedens quoq; verſus quoad ſenſum ferè ex eodem Pſalmo videtur ſumptus, ſi quod vltimo loco apud Ieremiam dicebatur, *Ne fortè ad nihilum redigas me*, eo accipiatur ſenſu. Ne fortè contemptui à te deſpectum, & flocci habitum exponas vniuerſis: quã phraſi in Pſalm. 14. dicitur, [d] *Ad nihilum deductus eſt*, nihili factus & deſpectus eſt *in conſpectu eius malignus, Timentes* F *autem Dominum glorificat.* Et in Pſalm. 58. [e] *Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces, id eſt*, flocci facies *omnes gentes.* Audi & in præcitato Pſal. 78. querelas de iſtiuſmodi deſpectu, [f] *facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.* Audi & petentem modũ in correptione, Deique furorem deterrentem, *Vſquequò Domine iraſceris in finem accendetur velut ignis zelus tuus?* Bene autem tam ibi Vates Regius, quàm hoc loco Ieremias ſubiiciunt *(effunde indignationem, ſeu iram tuam ſuper gentes quæ, &c.)* quaſi dicant. Si tuus exerendus eſt furor, æquiùs certè eſt, vt in illos eum exeras, qui ita à te alieni ſunt, vt ne dum tui vllam habeant rationem, ſed &

Ad nihilum deducere pro conceptũ exponere, & flocci facere.

d Pſal. 14. 4.

e Pſal. 58. 9.

f Pſal. 78. 4.

Imprecationibus quâ ratione vsi sint Prophetæ. & nos deuastare obnitantur, qui tandem sumus vel ratione patrum nostrorum, quos tuo recolis addictissimos cultui. Vt hæc nõ tam per imprecationem dicta sint, quàm per simplicem enarrationem,& propositionem eius quod videtur congruentius. Vel (vt aliàs sæpe notauimus) iuxta consuetum Prophetarum morem per imprecationis modum ea prædicta & hic sint, quæ Propheta præuidebat Gentibus illis euentura propter damna,& sæuities quibus Dei populum afflixerunt. Quorum in subsequẽtibus fusius explicata videbimus vaticinia. Quamquã nec id sit à veritate,vel à Prophetæ sanctitate dissonũ, aut
B alienum,si & reuerà contra Dei hostes imprecatus hæc sit,vtpote cui iustitia Dei cordi sit, sicut
D. Thom. & misericordia,vt iuxta doctrinam D. Tho.2.2. q.25.ar.6.ad tertium desiderium optantis nõ referatur ad pœnam hominum, sed ad iustitiã pu-
a Psal.57.11. nientis,secundùm illud Psalmi 57.[a] *Lætabitur iustus cùm viderit vindictam*, cùm nec ipse Deus puniens lætetur in perditione impiorum,vt dicitur
b Sap. 1. 13. in lib.Sap.[b] sed in sua iustitia, quia iustus Dominus,& iustitias dilexit.

2 *Effundere irã est furorẽ sine modo vsque ad consũptionem exercere.* Habet autem oratio ista in verbis singulis vim
C magnam. Primum enim quod dicitur (*effunde indignationem tuam*) rectè ei oppositum est,quo dicebatur, *Corripe me Domine,veruntamen in iudicio*, id est moderatè, & cum debito æquitatis modo, & non in furore tuo, emendationem, non consumptionem spectans. Effundere enim iram significat furorem sine modo,& termino vsque ad consumptionem exercere: estque allusio ad effusionem liquoris, qui in vase conseruatus tenetur, quando vase ipso super aliquid reuoluto, vix quidquam in eo remanet quod non effusum sit liquoris. Et nouimus aliàs eadem metaphorã
c Psal.74.9. D dictum de ipso Dei furore,[c] *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto*. Tametsi & alia quoque
Effusio iræ Dei similis effusioni flãmarum fornacis. specialis in his sit allusio ad effusionem flammarum, atque æstuum ex aperto succensæ fornacis
d Thre.2.4. ore, iuxta illud item Ieremiæ, [d] *effudit quasi ignẽ*
e Deut. 32. 22. *indignationem suam.* [e] *Ignis quippe succensus est in furore meo*,ait Deus ipse,*& ardebit vsque ad inferni nouissima*. Et quæ hîc est ad Dei indignationem designandam Hebraica vox חמת *hemath*,æstũ propriè significat à verbo יחם *iaham* calefacere; Vnde Vatab. ita hæc vertit.(*Effunde potiùs æstũ tuum*,)Et in citato Psalmo 78.è quo hæc sumpta
E sunt, post factam ignis commemorationem, *Accendetur velut ignis zelus tuus*, subiicitur, *effunde iram tuam*, &c.

3 *Gentium descriptio.* (*Super gentes quæ non cognouerunt te,& super prouincias*.Hebr.*super familias*,vt Vatab & Regia,seu *super gentes*,Sept.*super Regna*, seu vt habet Codex Vaticanus, *super generationes, quæ nomen tuum non inuocauerunt*,seu propriùs Hebr. *quæ in nomine tuo inuocauerunt*)Gentilium eos describens populos, qui vnà cum Rege Nabuchodonosor Iudæam inuaserant, bene primò ait, illos cognitionis expertes esse Dei, tum nec eiusdem Dei nomen in-
f Rom.10. 14 F uocasse,iuxta illud Pauli,[f] *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?* Quamquam vtraque phra-
Vocare in nomine Domini pro nuncupari ex illius nomine. si aliud pariter significari queat,& quòd nequaquã Dei populus de Dei dicantur nomine,phrasi Hebr.quã in nomine Domini vocari quid dicitur, quod Domini esse asseritur:& quod nullã
Nõ cognoscere Deũ pro,nullam rationem habere Dei. Dei rationem habuerint, vel eorum quæ ad illũ quoquo modo spectarent, iuxta eam phrasim, quã & Italicè in cuiuspiam Domini contemptũ dicere solemus,*Io non ti cognosco*,quomodo in lib. Exodi Rex Pharao nullam sese Dei rationem ha-

A bere contestans dixit, *Quis est Dominus,vt audiã vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum &* g Exod. 5.2.
Israel non dimittam.

4 *Furoris ferini quo Deus per sæuissimos homines castigat, egregia descriptio.* (*Quia comederunt Iacob,& deuorauerunt eum,& consumpserunt illum.* Notatũ est supra, correptionem Dei in furore,vt contra distinctam à correptione eiusdem in iudicio, eam in primis significare illius castigandi rationem,quæ quasi absque iudicio,& ferinã quodãmodo facta sit rabie, vtpote quam per homines implet ferino se agẽtes modo,feris quibusque crudeliores,quales Chaldæos extitisse ibidem ostendimus. Pro quorum insatiabili exprimenda in Iudæos rabie tria verba adhibuit Propheta, id semper addens, quod orationem accresceret, efficaciúsque rabidum eorum exprimeret furorem.Dicerem, tribus pariter verbis hisce Chaldæorum expressam de Iudæis in furore factam correptionem,quia tribus vicibus per illos contra Ierusalem sæuitum est, sempérque in peius, qua de re egimus aliàs. Sed explicationẽ istam non admittit versio Sept. qui duobus duntaxat verbis ita hæc legunt, (*Quia deuorauerunt Iacob, & consumpserunt Israel*,) Qua in lectione ad exaggerationem eorumdẽ Chaldæorum sceleris,& Sancti Patriarchæ offensionẽ subindicatã in offensa ipsius prole: ambo eiusdẽ Patriarchæ nomina recensita, vt magis eius elucesceret sanctitas, quam nomine diuinitus indito præ se ferret, cùm Israel & videntem Deum significet,& Deo præualentem, & Dei principẽ. Quamquam & per simplicem,quæ in Vulg.& in Hebr.fit ipsius Iacob commemorationem, & id potissimum Prophetam intendisse crediderim,vt vel ob illius reminiscentiam meritorum id tandem à Deo obtineret, vt mitiùs cum Iudaico ageret populo. Hoc certum est, Iacob patronymicè positum pro Iacobæos filiosque Iacob.

5 (*Et decus eius desolauerunt.*) Hoc ipso cap. 10. vers.7.cùm diceret Ieremias, *Quis non timebit te ô Rex Gentium? tuum est enim decus*: obseruauimus, decoris nomine significatum regnũ, adeóque & hîc pariter dicat fortasse aliquis,significatã, quæ per Chaldæos tertiã vice facta est Iudaici regni desolatio talis, vt ex tunc nõ fuerit ampliùs Rex quispiam in Iudæa ex Iudæis.Hebraica tamẽ vox נוה *naueh*, de qua egimus in præcedenti cap. *Decoris nomine significatum quicquid boni, ac præclari esset in Iudæa.*
9.vers. 10. *Et super speciosa deserti planctum*, hanc non admittit expositionem,sed admirandam designat potiùs deuastationem,& desolationẽ eius omnis,quod decoris,speciosi, atque præclari esset Iacobæi populi, siue in nobilissimo templo, siue in opulentissimis ciuitatibus,siue in magnificis domorum, palatiorúmque habitationibus, siue in amœnissimis agris. Pagninus & Regia ex Hebr.legunt,(*Et habitaculum eius desolare fecerunt*) Vatablus,(*Et habitationem eius vastarunt*,)Hebraicum verbum שמם *sciamam*, vt aliàs notatum est,significat vastare, desolare tale, quod stuporẽ incutiat.In Psalmo 78.vnde tota hæc sumpta est *Loci nomen pro habitatione, & regione.*
sententia,ita hæc habentur,*Et locum eius desolauerunt*,vbi loci nomen pro habitatione positũ crediderim,& pro terra quam incolebant,prout ibi in Euangelio,[g] *Et tollent locum nostrum,& gentem*: g Ioa. 11.48.
Sept.quamuis non in omnibus codicibus hanc istius vers.habeant partem.In Vaticano,in Complutensi, ac Regio,eandem Hebr. vocem *naueh* reddiderunt νομὴν *nomin* (*Et pascuum*, seu *pascua eius desolauerunt*,seu,*ad solitudinẽ redegerunt*.)Quæ lectio admodum apta est ad metaphoram, quam mox vsurpatam diximus in correptione furore facta, vt opposita correptioni factæ in iudicio: quia

quia Chaldæi, inſtar rabidarum ferarum ferino furore in Iudæos quaſi in oues inſurrexère, Iudæamque vniuerſam quaſi paſcua, ouiúque caulas diſſiparunt. Porrò cum prædicta vox hæc tria æquè ſignificet, paſcua, habitationem, & ſpeciem ac pulchritudinẽ. Noſter Interpres vno decoris nomine & cætera quoque complexus eſt. Qua in re antiquiores habuit, quos imitaretur, cùm in præcitato loco Pſalmi & Aquila eamdẽ verterit ὡραῖον, *ſpecioſum*, & Symmachus καλλονὴν *pulchritudinem*, & Theodotio ὡραιότητα *decorem*.

Verſ. 25.] Effunde indignationem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 VNVM breui moralitate ex his deduci, & principes qui iniquis extorſionibus ſubditos conſumunt; & Prælatos qui pauperum Chriſti deuorãt bona, ſicque impiè eorumdem pauperum comedunt carnes dum debitum illis ſubtrahunt victum; & milites ex rapto fidelium edulia ſibi parantes, & prædones, atque etiã detractores, qui carnes deuorant Sanctorum, dignos eſſe ſuper quos indignatio effundatur Dei non minùs quàm ſuper gentes ipſum Deum ignorantes, nullamque illius rationem habentes.

VVLGATÆ.

Verſ. 25.] Effunde indignationẽ tuam, &c.

SEPTVAGINTA.

25. Ἔκχεον τὸν θυμόν σου ἐπὶ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα σε, καὶ ἐπὶ γενεάς, αἳ τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο, ὅτι κατέφαγον τὸν Ἰακώβ, καὶ ἐξανήλωσαν αὐτόν, καὶ τὴν νομὴν αὐτοῦ ἠρήμωσαν.

Verſ. 25.] Effunde indignationem tuã ſuper gentes, quæ nõ cognouerũt te, & ſuper generationes, quæ nomen tuum nõ inuocauerunt: quia deuorauerunt Iacob, & conſumpſerũt eum, & paſcuam eius ad ſolitudinem redegerunt.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Effunde irã tuam ſuper populos, qui non didicerunt ſcire timorem tui, & ſuper regna, quæ non quæſierũt cultum nominis tui, quia dominati ſunt domui Iacob, & diripuerunt ſubſtantias eorum, & conſumpſerunt eos, & habitacula eorum vaſtarunt*,

Cyril. Alex. *Prophetarum mos, rogare Deum, vt amota pœna à Iudæis, cõuertat illam in alienigenas.*

Verſ. 25. (*Effunde indignationem*, &c.) Notanda in primis regula quam affert Cyrill. Alex. lib. 5. in Iſaiam cap. 64. his verbis. *In more eſt ſanctis Prophetis fundere preces pro Iſraele delinquẽte aliquoties, & ſcelerum pœnas luituro: & amota ira in alios emitti rogabant, & in alienigenarum capita conuerti, ſic (Effunde iram tuam, &c.)*

Greg. Nyſſ. *Inimicis mala non imprecanda.*

Greg. Nyſſenus orat. 1. poſt dimidium, in lib. de orat. Dominica. Inueħens in eos qui mala inimicis imprecantur afferentes in eius rei comprobationem, quòd & à pleriſque ſanctorum Prophetarum idipſum in Sacris literis factũ reperiatur, in primiſque à Ieremia hoc loco. *Nullus*, inquit, *ex verè Sanctis à Sacto ſpiritu diuinitus afflatis, quorum dicta diuinà ordinatione ad admonitionem ſequentium hominũ perſcripta ſunt, aliquid mali ſibi ſtudio habuiſſe demonſtrabitur; ſed omnium quæ ab ipſis*

Prophetarum recta intentio etiam imperari mala viderẽtur inimicis.

A *dicta ſunt, intentio, atque conſilium ſpectat ad conſiliũ & emendationem vitioſitatis, atque malitiæ, quæ tunc in natura vigebat. Sic Ieremias vehementi & ardenti pietatis amore præditus inſano ſimulacrorum cultui dedito, qui tunc regnabat, & ſubditis eodem cum illo errore inuolutis, vnaq́, peruerſis non proprium aliquod incommodum curat: ſed pro communi hominum bono Deo preces offert, rogans vt per impetum, qui aduerſus eos qui impietate ſe contaminaſſent, ſuſciperetur, vniuerſum genus humanum ad ſanitatem reduceretur.*

2 Hieronym. *Gentes affligentes Iudæos cur meritò caſtigandæ à Deo in furore.*

Hieron. in Comment. *Hoſtes autem qui non nouerunt te, & prouinciæ, ſiue regna quæ non inuocauerũt*
B *nomen tuum, nequaquam tuum debent ſentire iudiciũ, ſed indignationem. Tradidiſti enim nos vt emendaremur. Illi autem aggrauauerunt iugum ſuum: Seni non pepercerunt, & paruulos afflixerunt: comederunt nos, & penitus deuorauerunt, & in tantam ſolitudinẽ redegerunt Ieruſalem, vt & publicarum, & priuatarum ædium omnia diſſiparent, & populũ tuum interficerent.*

Idéque Hieronymus, hanc ipſam afferens ſententiam notat in Comment. ſuper cap. 9. Ezech. verbũ effuſionis pœnarũ oſtendere magnitudinẽ. Auguſtinus enarratione in Pſal. 78. vbi hæc ipſa habetur ſententia, notat, hanc eſſe prophetatio-
C nem, non optationem, idemque repeti in ſecũdo membro, quod in primo, vt, quòd cum nõ nouerunt, per id repetitum ſit, quòd nomen eius non inuocauerunt. Proponit autem ibidem difficultatem circa ea quæ hîc dicuntur, ex iis quæ Dominus in Euangelio ait,[a] *Seruus qui neſcit voluntatem Domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: Seruus autem qui ſcit voluntatem Domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit multis.* Cui difficultati ſic reſpondet problematicè. *An quia multùm intereſt inter ſeruos, qui licet neſciant voluntatem Domini ſui, tamen inuocant nomen eius, & alienos à fa-*
D *milia tanti patris familiâs, qui ſic ignorant Deum, vt nec inuocent Deum? Inuocant enim pro eo ſimulacra, vel dæmonia, vel quamlibet creaturam, non creatorem qui eſt benedictus in ſæcula. Neque enim iſtos, de quibus hic prophetat, ita neſcientes ſignificat ſui domini voluntatem, vt tamen ipſum Dominum timeant: ſed ita ipſum Dominum neſcientes, vt nec inuocent eum, & inimici nominis eius exiſtant*: Quod verò dicitur, (*Quia comederunt Iacob*) de Gentilibus in Eccleſiã ſermonẽ eſſe, ait qui comediſſe Iacob aſſerantur, quia multos in ſuum malignum corpus, hoc eſt in ſuam ſocietatem terrendo tranſire coẽgerunt.

3 Auguſt. *Imprecationes Prophetarum ſunt vt plurimum prophetationes.* *Seruorum neſcientium voluntatem Domini duplex genus.* a Luc. 12. 47.

Comedunt fideles pagani, & hæretici qui illos terrendo cogunt tranſire in ſuam ſocietatem.

E Caſſiod. in eumdẽ Pſal. 78. (*Effunde*, &c.) *id eſt, ſupra aduerſarios indignationem tuam abundanter emitte. Et cum dicit, (quæ te non nouerũt) culpas mitigat Iudæorum, quoniam etſi multi deliquerant, erant tamen inter eos, qui dominicis iuſſionibus ſeruiebant. Iſtos enim dicit meritò perſequẽdos, qui nomen Domini omnimodè ignorabãt. (Quia comederunt Iacob, &c.) Pro gente quæ peccauerat gratiſſimi Patriarchæ nomẽ obiectum eſt, vt recordatio ſanctiſſimi viri populi delicta mitigaret. Quæ figura dicitur* ANTEPROSOPON, *quãdo pro homine ingrato ponitur perſona gratiſſima. Dicendo verò (comederunt) ſignificat Comedi fecerunt,*
F *ſæuitiem impiæ gentis oſtendens, dum cadauera mortuorum ferarum comeſtionibus exponebant. Siue comedi ſignificat eos qui lege Domini derelictâ impiâ ſuperſtitione glutiti ſunt.*

4 Caſſiodorus. *Gentes quomodo comediſſe dicantur Iacob.*

Iſidorus Hiſpalenſis lib. 2. Sentent. cap. 17. Ex hoc loco probat, nullum tutum à Dei vindicta ob ipſius ignorantiam. *Neſcire*, inquit, *ſimpliciter ad ignorantiam pertinet: noluiſſe verò ſcire, ad contumacem ſuperbiam. Voluntatem quippe proprij Domini velle neſcire quid aliud eſt, quàm velle Dominum ſuperbiendo contemnere? Nemo igitur de ignorantia ſe excuſet,*

Iſid. Hiſpal. *Ignorãtia affectata non excuſat à pœna.*

excuset, quia Deus non solũ eos iudicat, qui à cognitione sua reuertuntur, sed etiam qui nescierunt, iuxta illud, (Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.)

5 Lucifer Calaritanus lib. 1. pro Athanasio contra Constantium totum hunc Ieremiæ locum sic referens, *(Doce nos Domine, sed in iudicio, & non in ira, ne paucos facias nos, effunde irã tuam super gentes, quæ nesciunt te, & super regna quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & consumpserũt illum, & pascua eius exterminauerunt. Conspicis te,* ait ad Constantium, *Imperatorem, vnum esse ex illis contra quos dicit Dei spiritus ex persona populi nostri,* A *respicis, nisi te conuerteris, quòd ira Domini in te alienigenam, in te Regem, qui non solùm non inuocaueris nomen Domini, sed adhuc fueris persecutus, sit ventura. Nam & cum dicit, (Quia comederũt Iacob, &c.) Quis reperiri potest esse inter conryrannos tuos princeps huius pascuæ exterminator, nisi tu quidem, qui nec laniando Dei destiteris seruos, nec blasphemias tuas toto in regno seminas tuo? Exterminare etenim te populi Dei pascua conatum non poterat dubitari, quando eius pastores tuleris, de quibus sæpe vt diximus, per Ieremiam dixerit Deus,*[a] *& dabo vobis Pastores secundum cor meũ, & pascẽt vos pascentes cũ disciplina: & statueris hæretico*

Lucif. Calar. *Contra Principem hæreticum Catholicos persequentem.*

a Iere. 3. 15.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν.] Ὀλυμπιοδώρου.] Οὐκ ἐῶντες ἐντρέφεσθαι τῇ πίστει, καὶ τὰς καλαῖς διδασκαλίαις.

|| Τοῦ αὐτοῦ.] ἢ ἄρδην ἀναιροῦντες. ἢ εἰδωλολατρεῖν ἀναγκάσαντες. ||

B Vers. 25. Et pascuum eius ad solitudinem redegerunt.) 6

Olympiodori.] *Quòd in fide, optimisque doctrinis enutriri non sinant.* Olympiod.

Eiusdem.] *Vel ad internecionem perimentes, vel ad idolorum cultum compellentes.* || Olympiod.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ X.

C

* Τάδε λέγει κύριος· κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε, καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε.] τουτέστι, μὴ περὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν ἀσχολεῖσθε, ψῆφον αὐτοῦ ἐπινοοῦντες, καὶ γνῶσιν τῶν μελλόντων. τὸ δὲ, ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ, οἱονεὶ μὴ ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἄστρων, τὸ δὲ τι ὑπολαβεῖν ἔσεσθαι.

* Ἀργύριον προσβλητὸν ἀπὸ Θαρσὶς ἥξει.] τουτέστιν, ἀπὸ θαλάσσης, χρυσίον Μωφάθ.] ἀπὸ τόπου.

Οὐκ ἔστι τοιαύτη ἡ μερὶς Ἰακώβ.] τουτέστιν οὐ χειροποίητον ἔχει θεόν. ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα, οὗτος κληρονομία αὐτοῦ.] ἐνταῦθα τὸ κληρονομία περιττῶς κεῖται. ἑρμηνεύεται δὲ παρὰ τῷ ἑλληνικῷ ἀσαφῶς. ὃ δὲ βούλεται εἰπεῖν, τοῦτ' ἔστιν ἡ μερὶς Ἰακὼβ οὐκ ἔστιν οἷα ἡ τῶν ἐθνῶν. ἵνα εἴπῃ οὐκ ἔχει θεὸν χειροτονητόν. ἀλλὰ τίνα; τὸν πλάστην τῶν ἁπάντων, τουτέστι τὸν δημιουργόν. Καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ.] αὐτὸς δέ φησιν ἔχει τὸν Ἰσραὴλ, ἀντὶ κληρονομίας, τουτέστιν, ἐξελέξατο αὐτόν: τίς δὲ οὗτος; κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ. τοῦτ' ἔστιν, ὁ τῶν ἁπάντων κύριος.

* Συνήγαγεν ἔξω τὴν ὑπόστασίν σου.] τουτέστι τὸν ἀλλότριον σε πλοῦτον ἐπικομίσασθαι πεποίηκεν, ἐσκύλευσε γὰρ Αἰγυπτίους κατοικοῦσα ἐν ἐκλεκτοῖς.] τουτέστι, καὶ ἐν τῇ καλλίστῃ γῇ καλοικίζεσθαι πεποίηκε.

* Ἰδοὺ ἐγὼ σκληρυνῶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.] τουτέστιν ἀσθενεῖς ἐργάσομαι.

* Καὶ ἐγὼ εἶπον οὕτως τὸ τραῦμα μοί ἐστιν.] ὁ προφήτης λέγει, ὀδυρόμενος διὰ τὰ κακὰ τῶν Ἰουδαίων.

* Κατέλαβεν ἡ σκηνή μου. τουτέστιν ἔπεσε. λέγει δὲ περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ.

* Οἶδα κύριε, ὅτι οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.] περὶ τοῦ Βαβυλωνίου λέγει.

D

E

F

CAPVT X.

Vers. 2. HÆC dicit Dominus: *Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere.* Hoc est, Ne circa stellarum motus tempus teratis, existimantes eos certò decretum, futurorumque scientiam. Illud autem, *A signis cæli,* idem est, ac si diceret. Ne à motu siderum quid futurum putetis.

Chrysost. Vers. 2.

Astrologia reiecta.

* Vers. 9. *Argentum productũ à Tharsis,* id est, è mari. *Aurum Mophaz,* ex loco.

Chrysost. Vers. 9.

* Vers. 16. *Non est talis pars Iacob,* Hoc est, non manufactum habet Deum. *Qui enim formauit omnia, ipse est hæreditas eius.* Hic vox, *hæreditas,* superfluè posita est. Porrò apud Græcum interpretem obscurè exponitur, hoc tamen est, quod intendit dicere, Pars Iacob non est, qualis Gentium. Ac si diceret, non habet Deum suffragiis electũ. Sed quem? Rerum omnium formatorem, Creatorem sc. *Et Israel virga hæreditatis eius.* Ipse autem, ait, habet Israelem pro hæreditate, id est elegit eũ. Quis autem est hic? *Dominus exercituum nomen eius,* hoc est, omnium Dominus.

Chrysost. Vers. 16.

Iudæorũ Deus qualis.

Vers. 17. *Congregauit de foris substantiam tuam.* Hoc est fecit, vt alienis diuitiis potirêris, Spoliauit enim Ægyptios. *Quæ habitat in electis,* hoc est, & vt optimam coleres terram affecit.

Chrysost. Vers. 17.

* Vers. 18. *Ecce ego arefaciã habitantes terram.* Hoc est imbecilles reddam.

Chrysost. Vers. 18.

Vers. 19. *Et ego dixi. Sanè hoc vulnus meum est.* Propheta est qui loquitur propter mala Iudæorum ingemiscens.

* Vers. 20. *Apprehendit tabernaculũ meũ.* Hoc est, cecidit: est autem sermo de Ierusalem.

Chrysost. Vers. 20.

* Vers. 23. *Scio Domine, quia non est hominis via eius.* De Babylonio loquitur.

Chrysost. Vers. 23.

ADDENDA TOMO I. AD PRIMA *quatuor Jeremiæ Capita.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α´.

Μὴ λέγε, ὅτι νεώτερός εἰμι ἐγώ, ὅτι A
πρὸς πάντας, οὓς ἂν ἐξαποστελῶ σε
πορεύσῃ, καὶ κατὰ πάντα ὅσα ἂν
ἐντέλλωμαί σοι λαλήσεις.] τουτέστι, μὴ νόμιζε σεαυτὸν εὐκαταφρόνητον. ἐγὼ γὰρ σοὶ τὸ ἀξιόπιστον ἐπιθήσω λέγοντι. καὶ δώσω ἐπὶ πλήθους διαλέγεσθαι παῤῥησίᾳ, καὶ τὰ δυσχερῆ ἐρεῖς. τοῦτο γὰρ μηνύει, καὶ κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντέλλωμαί σοι λαλήσεις, οὐ πρὸς κολακείαν τοῦ πλήθους διαλεγόμενος, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας λέγων τὰ ἀληθῆ.

Μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, μηδὲ B
πτοηθῇς ἐναντίον αὐτῶν, διότι μετὰ σοῦ ἐγώ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε λέγει κύριος.] παραμυθεῖται τὸν φόβον τῆς διανοίας.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ τέθεικά σε ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ὡς πόλιν ὀχυράν.] τουτέστιν, ἀνάλωτον, καὶ ὡς στῦλον σιδηροῦν, οὐδὲν παθεῖν δυνάμενον, καὶ ὡς τεῖχος χαλκοῦν, ὀχυρὸν ἅπασι τοῖς βασιλεῦσιν ἰούδα, ὥστε ἐξ ὧν πάσχειν, βλάπτειν μᾶλλον τοὺς ποιοῦντας, ἢ αὐτόν σε ὑπομένειν τι ἄτοπον.

CAPVT I.

Verſ. 7. **N**OLI *dicere, quia iunior ſum ego: quoniam ad omnes ad quos miſero te, ibis, & iuxta omnia, quæ mandauero tibi, loquêris.* Hoc eſt, Ne te parui pendas; ego enim tibi dicenti præſtabo, vt fide dignus habearis, & efficiam, vt poſſis vti dicendi libertate ad populum, & quæ difficilia ſunt dices. hoc enim deſignat illud, *& iuxta omnia, quæ mandauero tibi, loquêris*: non ad voluntatem populi loquens, ſed vera cum libertate edifferens.

Verſ. 17. *Ne timeas à facie eorum, neque exterrearis in conſpectu eorum, quia ego tecum ſum, vt eruam te, dicit Dominus.* Timorem mentis conſolatur.

Verſ. 18. *Et ecce ego poſui te in hodierna die in ciuitatem munitam.* Hoc eſt, inexpugnabilem. *Et in columnam ferream*, omni malo ſuperiorem, *& in murum æneum munitum omnibus regibus Iuda.* ita vt quæ pati contigerit, illis potiùs obſint qui ea patrant: tu verò nihil, quod congruũ non ſit patiaris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β´.

Καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβησαν εἰς ἐμέ.] περὶ C
τῶν βασιλέων λέγει.

Ἐπ᾽ αὐτὸν ὠρύοντο λέοντες.] περὶ τῶν ἀσσυρίων, καὶ βαβυλωνίων λέγει.

Ὀψὲ φωνὴ αὐτῆς ὠλόλυξεν.] τουτέστιν, ἔτι καὶ νῦν ἐπιβοᾶται τὰ εἴδωλα. βούλεται γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐ μόνον οἱ πρόγονοι, ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἥμαρτον, ὃ καὶ ἀνωτέρω ἐποίουν.

Ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς.] καθ᾽ ἡδονὴν αὐτῆς ἤκουε τῶν ψευδοπροφητῶν παραπεμπομένη τῶν προφητῶν τοὺς λόγους.

Τίς δυνάται βοηθῆσαι αὐτῇ;] ἵνα εἴπῃ, ἀνοήτως τοῖς εἰδώλοις λατρεύει. D

Πάντες οἱ ζητοῦντες αὐτήν.] ἔρημοι γάρ εἰσι τῆς ἐμῆς βοηθείας.

Μὴ ἔρημος ἐγενόμην τῷ οἴκῳ ἰσραήλ;] τουτέστι, μὴ οὐδενὸς τετυχήκατε παρ᾽ ἐμοῦ καλοῦ; ἢ γῆ κεχερσωμένη; τουτέστιν, οἱ λατρεύοντές μοι ἐλάττους τῶν πολεμίων ὤφθητε;

Ἀλλὰ καὶ σὺ ἐπονηρεύσω τοῦ μιᾶναι τὰς ὁδοὺς σου.] τουτέστι, τὰς πράξεις σου μιᾶναι ταῖς εἰδωλολατρείαις. καὶ ἐν ταῖς χερσί σου εὑρέθη αἵματα ψυχῶν ἀθώων.] τουτέστι. φόνους εἰργάσω πολ-

CAPVT II.

Verſ. 8. **E**T *paſtores impiè egerunt in me.* Reges intelligit.

Verſ. 15. *Super eum rugierunt Leones.* De Aſſyriis, & Babyloniis loquitur.

Verſ. 24. *Ad veſperam vox eius vlulauit.* Hoc eſt, adhuc & nunc idola aduocat, idque probare intendit, non tantum progenitores, ſed & eos peccaſſe, quia & eadem egerint. *In deſideriis animæ ſuæ.* Vt voluptas ferebat, Pſeudoprophetarum ſermones audiebat, Prophetarum verbis amandatis. *Quis poterit auxiliari ei?* quaſi diceret, irrationabiliter Idola colit. *Omnes qui quærunt illam.* meis enim auxiliis ſpoliati ſunt.

Verſ. 31. *Numquid ſolitudo factus ſum domui Iſrael?* Hoc eſt, numquid bonum aliquid eſt, quod à me vobis non obuenerit? *aut terra plena ſentium?* Hoc eſt, qui mihi cultum offertis, peiùs erga me vos exhibuiſtis quàm hoſtes.

Verſ. 33. *Sed & tu malignata es polluẽdo vias tuas.* Hoc eſt, actiones tuas polluendo cultu idolorum.

Verſ. 34. *Et in manibus tuis inuenti ſunt ſanguines animarum innocentiũ.* Hoc eſt, clades plu-

λοὺς, ὃ δὴ μάλιστα ἐπὶ τοῦ μανασσῆ γεγένηται. οὐκ ἐν διορύγματι εὗρες αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ἐπὶ πάσῃ δρυΐ.] τουτέστιν, οὐ κλέπτοντας ἀναιρεῖς, ὡς βασιλεὺς ἔννομος, ἀλλὰ ἀδικῶν τοὺς μὴ τερπομένους ταῖς ἀσεβείαις σου. οὕτω γὰρ λέγει καὶ ἐν ταῖς βασιλείαις. καὶ ἐξέχεε μανασσῆς αἷμα πολὺ σφόδρα. ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ λέγειν, οὐχ ἥμαρτον, ὅτι κατεφρόνησε σφόδρα τοῦ δευτερῶσαι τὰς ὁδούς σου.] τουτέστιν, ἐπέμεινας τοῖς κακοῖς, καὶ μετὰ τὸν ἔλεγχον τῶν προφητῶν.

A rimas patrasti, quod temporibus Manasses præcipuè accidit. *Nō in fossâ inuenisti eos, sed in omni quercu.* Hoc est, non suffurantes interimis vt rex iustus; sed iniustè te geris circa eos, qui tuis impietatibus non delectantur. Ita enim & in libris Regum habetur, *effudit Manasses sanguinem multum valdè.*

Vers. 35. 36. *Ecce ego iudicio cōtendo tecum, in dicendo te, non peccaui: quia contempsisti valdè, iterando vias tuas,* hoc est, perseuerasti in malis etiam post Prophetarū accusationē.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ´.

Καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ.] τουτέστι, συμμάχους ἐζήτεις, B

Διὰ γὰρ τοῦτο προϊὼν φησὶ, ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει κύριος.] τουτέστι, γνησίως μεταβάλλεσθε τὴν γνώμην. καὶ ὅτι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς, ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς, καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς σιών.] τουτέστι, κύριος ὢν τῶν πάντων, καὶ τοὺς ἤδη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντας δυνήσομαι ἀναγαγεῖν οὐδένα ὑπολειπόμενος.

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος, οὐκ ἐροῦσιν ἔτι, κιβωτὸς διαθήκης ἁγίου ἰσραήλ. καὶ τὰ ἑξῆς.] λέγει μὲν τὰ κατὰ τὴν ἐπάνοδον. καθόλου δὲ αὐτὸ φησὶν, ὅτι ἂν γνησίως διατεθῆτε περὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ ἐπικαλήσεσθέ με γνησίᾳ τῇ ψυχῇ, ὥστε οὐδεηθήσεσθε κιβωτοῦ ἢ κιβωτῶν. καὶ δίχα γὰρ ἐκείνων ἡγήσομαι ὑμῖν τὴν ἐπὶ τὴν πόλιν ὁδόν. ὅτι δὲ εὐθὺς ἐπαγόμενον. C

Ἐκοιμήθημεν ἐν τῇ αἰσχύνῃ ἡμῶν.] τουτέστιν, ἐταπεινώθημεν αἰσχυνόμενοι ἐπὶ ταῖς παρανομίαις.

Vers. 3. *Et habuisti pastores multos in offensionem tibi.* Id est, auxiliarios quærebas.

Vers. 14. *Propterea progrediens ait; Conuertimini filij, qui recessistis, ait Dominus,* hoc est, legitimè mutate sententiam. *Et quia ego dominabor vestri, & assumam vos, vnum de ciuitate, & duos ex cognatione, & introducam vos in Sion.* Hoc est, cum sim Dominus omnium, & eos qui iam ab hostibus capti sunt, reducere potero, nullo relicto.

Vers. 16. *In diebus illis, ait Dominus, non dicent vltrà, Arca testamenti sancti Israel,* & quæ sequuntur. De reditu loquitur: & summa sententiæ hæc est. Si legitimè affecti fueritis circa pietatem, & animo legitimo me inuocabitis, non opus Arcæ habebitis: etenim & sine illis ducam vos in ciuitatem, quomodo autem ita subdit.

Vers. 25. *Dormiuimus in confusione nostrâ.* Hoc est, humiliati sumus rubore pro peccatis suffusi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ´.

Ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ ἐξολοθρεύων ἔθνη.] περὶ τοῦ ναβουχοδονόσορ λέγει. D

Ἕως πότε ὑπάρξουσιν ἐν σοὶ διαλογισμοὶ πόνων σου;] τουτέστι μέχρι πότε οὐκ ὀρθὴν, καὶ τελείαν ἔχεις περὶ θεοῦ τὴν γνώμην, ἀλλὰ τὰ εἴδωλα περισκοπεῖς θεοὺς ἐκεῖνα νομίζουσα; τοῦτο γὰρ μηνύει τὸ, διαλογισμοί. ἐπειδὴ τὸν κρόνον ἐνόμιζον θεὸν, ἢ τὸν δία, ἤ τι τοιοῦτον, κατεφρόνουν δὲ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ. δίχα τοίνυν ἀμφιβολίας προσέλθε τῷ θεῷ, ἀναμνήσατε τὰ ἐπὶ τοῦ ἀσσυρίου, ὅπως ἐπελθὼν ἀπώλετο.

Ἔθνη ἰδοὺ ἥκουσιν ἀναγγείλατε ἐν τῇ ἱερουσαλήμ.] ὑπομνήσαντες φησὶ ἐκείνων μηνύσατε τοῦ βαβυλωνίου τὴν ἔφοδον, ἵνα γνόντες τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν τράπωσιν εἰς ἱκεσίαν. E

Οὐ σιωπήσομαι, ὅτι φωνὴν σάλπιγγος ἤκουσεν ἡ ψυχή μου.] τουτέστιν, ὑπὸ τῆς ὀδύνης βοῶ τοὺς πολεμίους ἐφεστῶτας βλέπων.

Vers. 7. *Ascendit Leo de cubili suo, exterminās gentes.* De Nabuchodonosore est sermo.

Vers. 14. *Vsquequò subsistunt in te cogitationes laborum tuorum?* Hoc est, vsquequò rectè de Deo & perfectè non senties, sed Idola circumspectas Deos illa esse existimans? hoc enim innuit illud, *cogitationes,* quando Saturnum, vel Iouem, vel quid simile vti Deos colebant; Deum autem verum aspernabantur. Sine vllâ igitur dubitatione ad Deum accede, & Assyrij recordare, quomodo in ipso impetu destructus est.

Vers. 16. *Gentes ecce veniunt, annunciate in Ierusalem.* Cùm eorum, ait, recordati fueritis, nunciate Babylonij aduentum, vt Dei virtute perspectâ supplices reddantur.

Vers. 19. *Non tacebo, quoniam vocem tubæ audiuit anima mea.* Hoc est, dolore percitus clamo, imminentes hostes aspiciens.

Vers. 30.

Ἀπώσαντο οἱ ἐρασαί σου, τὴν ψυχήν σου ζη- A
τοῦσι.] τουτέστι, μισήσουσί σου τὴν εὐπρέπειαν. ἐρῶ-
σι γάρ σου τοῦ φόνου, οὐ τῆς ὥρας τοῦ σώματος.

Φωνὴ θυγατρὸς σιὼν ἐκκαυθήσεται.] τουτέστι,
διατρίψῃ ὑπὸ τῆς ἐκκαύσεως οὐ δυναμένη πρὸς
τὰ δεινὰ ἀντέχειν. τὸ δὲ, φωνὴ, ὡς ἐπὶ τῶν ὑπὸ τοῦ
ἀγῶνος ἀνακραζόντων.

Vers. 30. *Eiecerunt te amatores tui: animam tuam quærunt.* Hoc est, odio habebunt pulchritudinem tuam; amant enim cladem tuam, non corporis venustatem.

Vers. 31. *Vox filiæ Sion succendetur.* Hoc est, ardore destrueris, cum malis resistere non potueris. Illud verò, *Vox*, posita est, quasi eorum qui in certaminibus vociferantur.

Addenda ex Chrysostomo, suis locis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

* ΕΑΝ εὕρητε ἄνδρα ἐν αὐτῇ, ἐὰν B
εὑρεθῇ ποιῶν κρῖμα, καὶ ζητῶν πί-
στιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ, λέγει κύ-
ριος.] περὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν κειμένων
ὁ λόγος. ἐπεὶ ἦσαν ἐν αὐτοῖς δίκαιοι, ὡς ὁ ἱερε-
μίας, καὶ οἱ υἱοὶ ῥιχὰβ, ἱερεῖς τυγχάνοντες, καὶ
ὁ ἀβιμελέχος αἰθίοψ. λέγει τοίνυν περὶ τῶν
ἱερέων, καὶ βασιλέων, καὶ ψευδοπροφητῶν, καὶ
τοῦ πλήθους.

Ζῇ κύριος λέγουσι. διὰ τοῦτο οὐκ ἐπὶ ψεύ-
δεσιν ὀμνύουσιν.] τουτέστιν, ἐπιορκοῦσιν οὐδὲν ἡγού-
μενοι τὸ κατ' ἐμοῦ ὀμνύειν, καὶ τῇ τοῦ ἐμοῦ ὀνόμα- C
τος ἀξιοπιστίᾳ ἀποκέχρηνται εἰς τὴν τῶν κα-
κῶν πρᾶξιν.

Κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν.] τουτέστι,
πάντα ἀκριβῶς γινώσκεις, καὶ ἀληθῆ τὰ παρά
σου λεγόμενα.

* Καὶ ἐγὼ εἶπον, ἴσως πτωχοὶ εἰσὶ, διότι
οὐκ ἠδυνήθησαν, καὶ διότι οὐκ ἔγνωσαν ὁδὸν
κυρίου, καὶ κρίσιν θεοῦ αὐτῶν ἐνενόησαν φησί.]
διὰ πενίαν οἱ πολλοὶ ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τρέ-
φεσθαι βουλόμενοι, ἠπάτηνται εἰς τὴν ἀσέβειαν.
τὸ γὰρ, διότι οὐκ ἠδυνήθησαν, τουτέστιν, οὐκ αὐτήρ- D
κεσαν φιλοσοφῆσαι πρὸς τὴν πενίαν, καὶ ἀπατη-
θέντες, οὐκ ἔγνωσαν τοῦ θεοῦ τὴν ὁδόν.

Πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἁδροὺς, καὶ λαλήσω
αὐτοῖς, ὅτι αὐτοὶ ἔγνωσαν ὁδὸν κυρίου, καὶ κρίσιν
θεοῦ, καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ὁμοθυμαδὸν συνέτριψαν
ζυγὸν, διέρρηξαν δεσμόν.] τουτέστιν, ἐξέκλινα
πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας καὶ τοὺς βασιλεῖς, ἐννοήσας,
ὡς ἴσως οὗτοι ἀκόλουθα τῷ νόμῳ διαπράττονται.
εὗρον δὲ πάντας ἀθρόον ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκκλίναν-
τας, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δεσποτείαν ἀπωσαμένους,
καὶ τοῦ νόμου τὴν φυλακήν. ζυγὸν γὰρ τὴν δεσπο- E
τείαν ἔφη. δεσμοὺς δὲ τῶν νόμων τὴν διάταξιν,
ἐν οἷς ὥσπερ κανόνι τινὶ πορεύεσθαι δεῖ τοὺς ὑπὸ
τὸν νόμον ὄντας.

Διὰ τοῦτο ἔπαισεν αὐτοὺς λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ.]
ὁ βαβυλώνιος. λύκον δὲ, καὶ πάρδαλιν τοὺς πε-
ρὶ θεγλαθφασάρ. ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγένοντο
ἑλκόμενοι. παρὰ μὲν τῷ ἑβραίῳ φασὶ, τὸ ἑλ-
κόμενοι μὴ κεῖσθαι. ἔστι δὲ αὐτὸ ἐκλαβεῖν, ὅτι ὑπὸ
τῆς ἐπιθυμίας ἤγοντο.

Ὅτι ἀθετῶν ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ οἶκος ἰσραὴλ, F
καὶ ὁ οἶκος ἰούδα. ἐψεύσαντο τῷ κυρίῳ αὐτῶν
φησὶ κύριος.] τουτέστι, παρέβησαν τὰς συνθή-
κας τὰς πρὸς ἐμὲ, καὶ παντελῶς εἰς ἀσέβειαν ἐξώ-
κειλαν.

CAPVT V.

* Vers. 1. SI inuenietis virum in ipsâ, si inuentus fuerit faciens iudicium, & quærens fidê, & propitius ero illi, dicit Dominus. Sermo est de iis, qui in apophthegmate ponuntur, quando apud eos iusti erant, qualis erat Ieremias, & filij Rhecab Sacerdotes, & Abdemelechus Æthiops. Loquitur itaque de Sacerdotibus, & regibus, & falsis prophetis, & plebe. Chrysost. Vers. 1.

Vers. 2. *Viuit Dominus, dicũt, nihilominus in mẽdaciis iurãt.* Hoc est, peierãt, nomine meo iurare nihili æstimantes, & mei nominis authoritate abutuntur, vt peruersa agant. Chrysost. Vers. 2.

Vers. 3. *Et oculi tui ad fidem.* Hoc est, omnia planè atque exquisitè scis, & ea quæ profers verissima sunt. Chrysost. Vers. 3.

* Vers. 4. *Et ego dixi, fortasse pauperes sunt, quia non potuerunt, & quia non cognouerunt viã Domini, & iudicium Dei sui non perceperunt, inquit.* Multi hæc præ paupertate operantur, & dum sibi victum quærunt, decepti trahuntur in impietatem. Illud enim, *quia non potuerunt*, idem est, ac paupertate prudẽtes esse non potuerunt, ideóque decepti Dei viam non cognouerunt. Chrysost. Vers. 4.

Vers. 5. *Ibo ad optimates, & loquar eis, quia ipsi cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei, & ecce ipsi vnanimiter confregerunt iugum, diruperunt vincula.* Hoc est, declinaui ad optimates, & reges, existimans eos legi consona facere. Verùm omnes simul in peiora ruere comperi, Dei dominio, legísque custodiâ amandatis. *Iugum* enim principatũ dixit, *vincula* legis præcepta, quibus tamquam regulâ quadam eos qui sub lege sunt, duci necesse est.

Vers. 6. *Ideo percussit eos Leo de sylua.* Babylonius. Lupum & pardum Theglathphasar vocat.

Vers. 8. *Equi furentes in fœminas facti sunt, qui trahuntur.* Asserunt in Hebraico, *qui trahuntur*, non haberi; id tamen intelligere possumus, à libidine impellebantur.

Vers. 11. *Præuaricãs enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda. Mentitæ sunt Domino suo, ait Dominus.* Hoc est, pacta violarunt, quæ mecum sanxerunt, & omnino in impietatem delapsi sunt.

Καὶ εἶπον, οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐχ ἥξει ἐφ' ἡμᾶς κακὸν, καὶ μάχαιραν, καὶ λιμὸν οὐκ ὀψόμεθα. οἱ προφῆται ἡμῶν ἦσαν εἰς ἄνεμον, καὶ ὁ λόγος κυρίου οὐχ ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς.] τουτέστιν, οὐδὲν προσδοκῶσι δεινὸν, ἀλλὰ λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι καὶ οἱ προφῆται μάτην ἐφθέγξαντο, καὶ ἀπέθανον. καὶ οὐδὲν κατὰ τὴν γνώμην τοῦ θεοῦ εἶπον περὶ ἡμῶν. τὸ δὲ, οὕτως ἔσαι αὐτοῖς, τουτέστι, παραπλησίως ἐκείνοις, καὶ ὑμεῖς φθέγγεσθε οἱ δοκοῦντες εἶναι προφῆται. ὡς γὰρ ἐκείνων εἰπόντων οὐδὲν δεινὸν πέπονθεν ἡ πόλις, οὕτως οὐδὲ νῦν πείσεται.

Καὶ κατέδονται τὸν θερισμὸν ὑμῶν.] τὸν καιρὸν τῆς ἐφόδου λέγει, ὅτι ἡνίκα τὸν καρπὸν ἀπολαύειν ἐμέλλετε, τότε ἐπελθόντες ἐκεῖνοι δῃώσουσι τὴν γῆν. τὸ δὲ τοὺς ἄρτους ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ, καὶ τὰ ἀπόθετα ἀναλώσουσιν.

Ὅτι εὑρέθησαν ἐν τῷ λαῷ μου ἀσεβεῖς.] τοὺς εἰδωλολατροῦντας λέγει. καὶ παῖδες ὡς δίκτυον ἱστῶντος.] τοὺς ἐπὶ προφάσει τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντας διαβάλλει. ἐπάγει γοῦν.

Ἔστησαν διαφθεῖραι ἄνδρα, καὶ συνελάμβανον· ὡς παγὶς ἐφισταμένη πλήρης πετεινῶν. οὕτως οἱ οἶκοι αὐτῶν πλήρεις δόλου.] τουτέστιν, οὕτω μετὰ πονηρίας τὰ ἀλλότρια ἐλάμβανον. ἐπάγει γοῦν. κρίσιν οὐκ ἔκριναν. κρίσιν ὀρφανοῦ, καὶ κρίσιν χήρας οὐκ ἔκριναν τὴν ὡραίαν καὶ τρυφεράν.

A Vers. 12. *Et dixerunt: non sunt hæc, non veniet super nos malum, & gladium & famem non videbimus.*

Vers. 13. *Prophetæ nostri fuerunt in ventum, & verbum Domini non fuit in eis.* Hoc est, nullum malum expectant, sed multi dicunt, Prophetas & frustra locutos, & interiisse, nec ad mentem Dei habuisse de nobis sermones. Illud autem, *Sic erit illis*, id est, eâdem ratione & vos, & qui Prophetæ esse videmini, verba facitis. Si-
B cut enim tunc cum illi loquerentur, nihil mali accidit ciuitati, sic & nunc non eueniet.

Vers. 17. *Et deuorabunt messem vestram.* Tempus irruptionis hic innuit. Quando etenim fructus collecturi estis, tunc irrumpentes illi terram vastabunt. Et panes vestros, hoc est, & quæ conseruastis absument.

Vers. 26. *Quia inuenti sunt in populo meo impij.* Idola colentes insinuat. *Et filij qua-*
C *si rete aucupis.* Eos qui aliquo nomine aliena subripiunt, accusat. subdit igitur.

Vers. 27. *Steterunt ad perdendum virum, & comprehendebant; sicut laqueus superpositus plenus auium, sic domus eorum plenæ dolo.* Id est, sic aliena fraude conquirebant. & subdit. *Iudicium non iudicauerunt*; iudicium pupilli, & iudicium viduæ non iudicauerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Καὶ ἀφαιρεθήσεται τὸ ὕψος σου θύγατερ σιών. τουτέστιν, ὡραία καὶ τρυφερά. ὡραίαν δὲ λέγει διὰ τὸν νόμον, καὶ τὴν ἱερατείαν, καὶ τὰ λοιπά. τρυφερὰν δὲ διὰ τὸ, κρείττονα τῶν πολεμίων ἀεὶ δείκνυσθαι τῇ τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ.

Ἀνάστητε καὶ ἀναβῶμεν ἐπ' αὐτὴν μεσημβρίας. θαρρούντων ἡ φωνή. οὐαὶ ἡμῖν ὅτι βεβλημμένη ἡμέρα. ὡς γὰρ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας αἰρούμενοι ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ τῆς νυκτὸς καταλαβούσης οὐκέτι φεύγειν δυνάμενοι ταῦτα φασίν.

Ἀνάστητε καὶ ἀναβῶμεν ἐν νυκτὶ, καὶ διαφθείρωμεν τὰ θεμέλια αὐτῆς· ὥστε τῶν πολεμίων λεγόντων ταῦτα φησίν. ὅθεν καὶ οἱ ἐνοικοῦντες τὴν παρουσίαν τῆς νυκτὸς πεφόβηνται.

Ὅτι τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων. ἔκκοψον τὰ ξύλα αὐτῆς, ἔκχεον ἐπ' ἱερουσαλὴμ δύναμιν. τουτέστι, χῶμα κατ' αὐτῆς ποίησον, καὶ τὴν στρατιὰν πρόστησον.

Ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτοῦ, οὕτως ψύχει κακίαν αὐτῆς. ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁ λάκκος συνέχει τὸ ὕδωρ, οὕτως ἡ πόλις τὴν κακίαν, καὶ οὐδεμίαν δέχεται μεταβολήν.

Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα κυρίου ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν. τουτέστιν, ἐπειδὴ μὴ ταχέως ἐπάγω τὰ κακὰ, ὡς ψευδόμενον διαβάλλουσιν.

CAPVT VI.

D *Vers. 2. Et auferetur celsitudo tua filia Siō: hoc est, *speciosa, & delicata. Speciosam* eam appellat legis, Sacerdotij, cæterorúmque causâ. *Delicatam*, quòd Dei auxilio semper potior, superiorque contra hostes exhiberetur. Chrysost. Vers. 2.

* Vers. 5. *Surgite, & ascendamus super eam meridie.* Confidentium vox.

Væ nobis, quia declinauit dies. Aiunt autem hæc, vt quibus tota die hostibus præda factis, nec multa iam nocte his incom-
E modis remedium adesset.

Surgite, & ascendamus nocte, & dissipemus fundamenta illius. Hos vti inimicorum sermones profert. Hinc fit, vt accolæ noctis aduentu vti diffidentes pertimescant.

*Vers. 6. *Quia hæc dicit Dominus exercituum; Cade ligna eius, effunde super Ierusalem virtutem.* Hoc est, moles contra eam effice, exercitumque commoue.

* Vers. 7. *Sicut frigidam facit cisterna aquam*
F *suam: sic frigidam facit malitiam eius.* Quasi diceret: sicut cisterna aquam continet, sic ciuitas malitiam: nec mutationem vllam admittit.

Ex vers. 10. *Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium.* Id est, quando ipsis citò mala non infero, mendacij me arguunt.

Vers. 16.

Τάδε λέγει κύριος· στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, A
καὶ ἴδετε καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίας, καὶ
ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. καὶ βαδίσατε ἐν
αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγιασμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. καὶ
εἶπον, οὐ πορευσόμεθα. ὃ λέγει τοῦτό ἐστι. κρείττους
γίνεσθε, καὶ ἐξ αἰῶνος δοκιμάσατε τίς ἐστιν ἀλη-
θῶς κύριος· ἡ δὲ δοκιμασία γινέσθω ἀπὸ τῶν
ἔργων. τὸ γὰρ, τρίβους κυρίου αἰωνίας, τουτέστι, τὰ
ἔργα τοῦ θεοῦ τὰ ἐξ αἰῶνος γινόμενα, νόμον τὸν
ἐν τῇ κτίσει τεθέντα. καὶ τοῦτο δοκιμάσαντες, ἐκ-
τράπητε τῶν εἰδώλων, καὶ δουλεύσατε τῷ θεῷ·
ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐδέξαντο τὴν παραίνεσιν. B

Καθέστακα ἐφ' ὑμᾶς σκοποὺς, τουτέστι προφή-
τας. ἀκούσατε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος· καὶ εἶπον,
οὐκ ἀκουσόμεθα. τουτέστι, προέλεγον οἱ προφῆται
τὰ δεινὰ, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἐβούλοντο. ἵνα εἴπῃ, δι'
ὅλου ὅτι οὔτε παραίνεσιν ἐκ τῶν συμφορῶν δέ-
χονται, οὔτε ἐκ τῆς ἐφόδου τῶν πολεμίων σωφρονέ-
στεροι γεγόνασιν.

Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ σαβὰ φέρεις, καὶ κινά-
μωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; βούλεται εἰπεῖν, ὅτι οὐ δέο-
μαι τῶν προσκομιδῶν, οὐδὲ χρεία πόνων, μόνον δὲ τῆς C
περὶ τὸ καλὸν διαθέσεως. σαβὰ δὲ χώρα ἐστὶν
ἰνδῶν.

Τόξον καὶ ζιβύνην κρατήσουσιν. εἶδος ὅπλου.

Δοκιμαστὴν δέδωκά σε ἐν λαῷ μου συγκε-
κλεισμένῳ. καὶ γνώσῃ ἐν τῷ δοκιμάσαι σε τὴν
ὁδὸν αὐτοῦ. τῷ προφήτῃ λέγει ὁ θεὸς ἐλέγ-
χων αὐτῶν τὴν κακίαν, ὡς ἂν μὴ δοκοίη ἀδίκως
αὐτῶν καταποφαίνεσθαι.

Ὡς χαλκὸς καὶ σίδηρος πάντες διεφθαρμένοι
εἰσίν. ὡς γὰρ ἐκεῖνά φησι τῷ χρόνῳ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ D
ἀναλίσκεται, οὕτως οὗτοι παντελῶς τὴν γνώμην
τῆς εὐσεβείας διεφθάρησαν τῷ χρόνῳ.

Ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρός. ἐξέλιπεν ὁ μό-
λιβδος, εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ. ὁ
ἑβραῖος καθαίρει ἔχει, ἀντὶ τοῦ ἀργυροκοπεῖ.
παραδείγματι δὲ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἐσήμανε.
φησὶ γὰρ τὸν μόλιβδον καθαρτικὸν εἶναι τοῦ ἀργύ-
ρου, καὶ ἐπιβαλλόμενον || αὐτὸν τὸν στερὸν παρασκιά- || ἴσ. εἰς τὸ ἄργυρον παρασκευάζειν.
ζειν τὸ μεμιγμένον τῆς ἀλλοτρίας ὕλης ἀποπέμ-
πεσθαι τοῦτο γίνεται. ὅτι πᾶσα ἐπίνοια κατ' αὐτῶν E
ἀνηλώθη, καὶ οὔτε προφητῶν ἤκουσαν, οὔτε ὑπὸ
πληγῶν ἐσωφρονίσθησαν, οὔτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς
ἀμείνους γεγόνασιν. πονηρίας αὐτῶν οὐκ ἐτάκη-
σαν. ἐπέμεινε τῇ μεταφορᾷ. ὡς γὰρ ὁ ἄργυρος
φησὶ πολὺν ἔχων χαλκὸν, κἂν μυριάκις σχοίη
ἐπιμεμιγμένον τὸν μόλιβδον, μένει ἀκάθαρτος
οὐκ ἀμιγὴς ὢν χαλκοῦ, οὕτω καὶ οὗτοι τῆς πονηρίας
οὐκ ἐξέστησαν.

Verſ. 16. *Hæc dicit Dominus: ſtate ſuper vias, & videte, & interrogate ſemitas Domini æternas, & videte, qualis eſt via bona, & ambulate in ea, & inuenietis ſanctificationem animabus veſtris; & dixerunt: non ibimus.* Quod ſibi vult, tale eſt. Meliores euadite, & probate, quis ſit verè Dominus à ſæculo: fiat verò probatio iſta ex operibus. Illud namque: *ſemitas Domini æternas*, opera Dei nobis demonſtrat, quæ à ſæculo facta ſunt, legemque in ipſa creatione latam. Quæ cum vobis fuerint explorata, abiicite Idolorum cultum, ſeruiẽtes Deo: & nihilominus adhortationem aſpernati ſunt.

* Verſ. 17. *Conſtitui ſuper vos ſpeculatores:* Prophetas ſcilicet. *Audite vocem tubæ. & dixerunt, non audiemus.* Prædicabant nempe aduerſa Prophetæ, nec perſuaderi voluere. Ac ſi diceret: Omninò neque propter calamitates exhortationem admittũt, neque ob hoſtium irruptionem reſipuere.

* Verſ. 20. *Vt quid mihi thus de Saba affers, & cinnamomum de terra longinqua?* Huius loci ſenſus eſt. Oblationum minimè indigeo, nec vlla mihi neceſſitas eſt impenſorũ laborum: vnam duntaxat expoſco veſtram ad bonum animi propenſionem. Saba porrò Indorum ciuitas eſt.

Verſ. 23. *Arcum, & Zibynam tenebunt.* Armorum genus.

* Verſ. 27. *Probatorem dedi te in populo meo concluſo, & cognoſces in probando viam eius.* Ad Prophetam ſermonem Deus dirigit, malitiam redarguens illorum, ne iniuſtã in eos ſententiam dicere videretur.

* Ex verſ. 28. *Vt æs, & ferrum, vniuerſi corrupti ſunt.* ait enim: ſicut illa tempus conſumit ærugine; ſic & hi temporis intercapedine pietatis animum, ſenſumque penitus amiſerunt.

* Verſ. 29. *Defecit ſufflatorium ab igne. Defecit plumbum; fruſtra argentum conflat argenti conflator.* Hebræus *purgat*, habet, pro *argentum conflat.* Patefacit autem illorum iniquitatem exemplo: dicens, argentum à plumbo purgari, & ſi ſuperiniiciatur in argentũ, conſumpto omni quod illi commixtum ſit, expers id per ipſum reddi alterius cuiuſq; materiæ. Ait itaque omne in eos cõſilium fuiſſe conſumptum. Neque Prophetas audierunt, neque per plagas mentis compotes facti ſunt, neque alia quauis ratione meliores effecti. *Malitia eorum non eſt conſumpta.* Adhuc perſtat in metaphora. Sicuti enim argentum, inquit, multum in ſe continens æris, etſi millies ei plumbum ſuperfundatur, impurum manet, haud expers redditum ipſius æris mixturæ; ſic & iſti à malitia non deflexêre.

1-6-2